Universidad de Deusto
Biblioteca

A.
11
67

EPITOME
SANCTORUM
LOPEZ
F. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IHS
BIBLIOTECA DE LOYOLA.
Sala 1
Estante 48
Plúteo 13

120,6

47
1

Universidad de Deusto
Biblioteca

EPITOME
SANCTORVM
AD CONCIONES.

Desumptæ ex Origene, Basilio, Chrysostomo, Hieronymo, Ambrosio, Augustino, Gregorio, Bernardo

Tomus Primus.

AVCTORE

R.mo D. Fratre Ioanne Lopez Episcopo Cotronensi ex sacra Ord. Prædicatorum familia Prouincia Hispaniæ assumpto.



ROMAE, Ex Typographia Gulielmi Facciotti. M. D. XCVI.
SVPERIORVM PERMISSV.

ASSISTENTIA S.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EL REY.

POr quanto por parte de vos Fray Bernardo Gutierrez Procurador General de la Orden de ſancto Domingo en nueſtra corte, en nombre del preſentado Fray Iuan Lopez Prior del Conuento de ſancto Domingo de Pamplona de la dicha orden nos fue fecha relaçion, que el dicho Fray Iuan Lopez tenia compueſto vn libro, que ſe intitulaua Epitome Sanctorum, y Sermones de todo el año, elqual era de mucha vtilidad, y prouecho a la Republica Chriſtiana, del qual haziades preſentaçion y nos ſuplicaſtes os mãdaſemos dar liçençia para le poder imprimir, y priuilegio por el tiẽpo que fueſemos ſeruido, o como la nueſtra merçed fueſe. Lo qual viſto por los de nueſtro conſejo, por quanto en el dicho libro hizo la diligençia que la pragmatica por nos vltimamente ſobre ello fecha diſpone; fue acordado que deuiamos mandar dar eſta nueſtra çedula en la dicha razon, e nos lo tuuimos por bien. Por la qual damos liçençia y facultad al dicho preſentado Fray Iuan Lopez, para que por tiempo y eſpaçio de diez años cũplidos primeros ſiguientes que corren y ſe quentan desde el dia de la fecha deſta çedula en adelante, el o la perſona que para ello ſu poder tuuiere y no otra alguna pueda imprimir y vender el dicho libro, que de ſuſo ſe haze mençion. Y por la preſente damos liçençia y facultad a qualquier impreſor deſtos nueſtros Reynos que el nõbrare, paraque durante el dicho tiẽpo lo pueda imprimir por el original que en el nueſtro conſejo ſe vio que todo el va rubricado y firmado al fin de Alonſo de Vallejo nueſtro eſcriuano de camara, y vno de los que en el nueſtro conſejo reſiden con que antes que ſe venda le traiga ante ellos iuntamente con el dicho original, para que ſe vea ſi la dicha impreſion eſta conforme a el, o traiga fee en publica forma, çomo por corrector por nos nombrado ſe vio y corrigio la dicha impreſion por el dicho original. Y mandamos al impreſor que aſsi imprimiere el dicho libro no imprima el principio y primer pliego del, ni entregue mas que vn ſolo libro con el original al autor, o perſona, a cuya coſta lo imprimiere, ni otra alguna para efeto de la dicha correction y taſa aſta que antes y primero el dicho libro eſte corregido, y taſado por los del nueſtro conſejo, y eſtando fecho, y no de otra manera pueda imprimir el dicho prinçipio y primer pliego, en el qual immediatamẽte ponga eſta nueſtra liçençia, y la probaçion, taſa y erratas, ni lo pueda vender, ni venda el, ni otra perſona alguna aſta que eſte el dicho libro en la forma ſuſodicha, ſopena de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha pragmatica y leyes de nueſtros Reynos que ſobre ello diſponen. Y mandamos que durante el dicho tiempo perſona alguna ſin ſu liçençia no le pueda imprimir, ni vender, ſopena que el que-

lo imprimiere o vendiere aya perdido, y pierda qualesquier libros, moldes, y aparejos que del tuuiere, y mas incurra en pena de çinquenta mill marauedis por cada uez que lo contrario hiziere. De la qual dicha pena sea la terçia parte para la nuestra camara, y la otra terçia parte para el Iuez que lo sentẽcia re, y la otra terçia parte para el que lo denunçiare. Y mandamos alos de nuestro consejo Presidente, y oidores de las nuestras audiencias, alcaldes, y alguaçiles de la nuestra casa, y corte, y chancillerias, y a otras, y qualesquier Iusticias de todas las çiudades, villas, y lugares destos nuestros Reynos, e Señorios, e a cada vno dellos ensu iurisdiction, ansi a los que ahora son, como a los que seran de aqui adelante que le guarden y cumplan esta nuestra çedula y merçed que ansi le hazemos y contra ella no le vayan, ni pasen, ni consientan ir ni pasar en manera alguna sopena de la nuestra desgratia y de diez mill marauedis para la nuestra camara. Dada en Madrid a dos dias del mes de Iunio de mill y quinientos y nouenta y quatro años.

Yo el Rey.

Por mandado del Rey nuestro Señor
Don Luis de Salazar.

ILLV-

MO MO
ILLVSTR. AC REVER. D. D.

MICHAELI BONELLO

S. R. E. CARDINALI

AMPLISSIMO,

AC TOTIVS PRAEDICATORVM ORDINIS

PROTECTORI.

F. Ioannes Lopez Hispanus Episcopus Cotron.

S. P. D.

MONVMENTA patrum, Cardinalis Amplissime, assidua diligentia pertractanda, & numquam de manibus deponenda esse, vtilitas & fructus qui ex ipsorum lectione percipiuntur, iure prope suo exposcunt. Illorum enim dicta virgæ illæ mysticæ populeæ a Iacob in canalibus positæ, vt grex ipsarum aspectu varij velleris partum ederet; merito dici possunt, cum Christi grex ipsorum patrum dicta sibi ante mentis oculos proponens variarum virtutum exempla exhibeat. Sunt & ipsorum dicta claui in altum defixi, qui segnes & pigros admotis stimulis ad ingrediendam, & suscipiendam virtutis viam excitant, clypei & scuta quibus in hoc vitæ stadio, & tentationis loco aduersariorum tela excipimus. Sunt denique ipsorum dicta opes & bona, quæ ipsorum morte ad nos peruenerunt testamenti iure charitatis & amoris gratia ab illis obsignati. Quo itaque studio amplam aliquam hereditatem adire solent ij, qui heredes instituti sunt; eodem, vel potius multo maiori sanctorum Patrum monumenta, amplissimam scilicet hereditatem nullo temporum decursu interituram adire omnes debemus, qui scripti fuimus heredes in testamentis ab ipsis Patribus obsignatis. Cum vero multis ab hinc annis fructus, quos lectio iugis, & assidua sanctorum Patrum afferre solet, maximos esse perciperem, cœpi mediocri diligentia opera sanctorum peruolutare, & diurna,

& nocturna, vt aiebat ille, tractare manu. Qua in exercitatione cum me per aliquot annos continerem, mihi complura loca sanctorum Patrum selegi, quæ ad virtutum, & vitiorum tractationem pertinerent, & ad nostræ fidei mysteriorum expositionem spectarent, vt conciombus conficiendis hæc locorum silua vsui, & præsidio esse posset. Nec defuerunt qui apud me plurimum auctoritate valebant qui meum hoc studium æqui bonique consulerent, nec indignum iudicarent, vt lucem aspiceret; immo potius me id aggredi recusantem excitarent. Quorum ego iussis acquiescens, vt hac in re litterariæ Reipublicæ prodesse possem, & illos iuuarem, qui negotijs impediti, & occupationibus distracti parum otij, & temporis ad perlegenda sanctorum Patrum monumenta nacti sunt, hæc duo volumina in quibus sanctorum Patrum loca ad virtutum, & vitiorum tractationem, & nostræ fidei mysteriorum expositionem accommodata, iuxta Alphabeti seriem, & ordinem disponuntur, simul cum tertio annotationum, seu concionum volumine typis mandare decreui. Cogitanti autem mihi, cui hoc opus mitterem, tu mihi solus, Cardinalis amplissime occurristi, in quo quæ singula alicuius animum permouere solent, vt alicui fructus suorum laborum offerat, ea omnia elucescunt. Nam, vt ceteras prætermittam animi singulares dotes, illud religionis studium, illa ardens charitas, quæ ad exteros etiam deriuatur, illa vera principis virtus, qua eos, qui ad tuum patrocinium confugiunt, fouere, amplecti, & singularibus afficere beneficijs soles, illa incredibilis prudentia, qua maximi ponderis, & momenti negotia conficis, multis ab hinc annis summis principibus, & regibus nota, illa denique innata pietas, qua patrui tui Pij V. Pont. Max. de cuius singulari laude nulla vnquam ætas conticescet, imaginem ad viuum expressam refers, me impulerunt, vt hos meorum laborum fructus tibi, tuoque nomini dicarem. Cui etenim alij alumnus prædicatoriæ religionis iure poterit ipsos offerre, quàm tibi, amplissime Princeps, qui summa cum ipsius Religionis vtilitate protectoris munere fungens ipsius curam geris? Cui potius meorum laborum primitias mittam, quàm illi, quem absens in Hispania degens semper colui, & suspexi, tum ob res præclare, summaque cum laude gestas, tum ob patrui ipsius recordationem, & ob nostræ gentis, erga ipsum quasi ingenitum amorem, & nominis obseruantiam, quem Romam perueniens electus Episcopus Cotronensis a Rege Philippo, beneficum patronum, & perhumanum expertus sum, summa comitate, & modestia præditum. Complura itaque me impulerunt, amplissime Cardinalis, vt hoc opus ad te mitterem, quæ si proponenda hic essent, epistolis debitæ breuitatis obliuisci viderer. Sufficit itaque ea hic subindicasse, quæ me excitarunt, vt ad tuum patrocinium confugerem, & meipsum, meumque hoc opus tibi offerrem. Certissimam enim concepi spem me hoc amplissimo beneficio cohonestandum, & meorum laborum fructus tanto præsidio, & ornamento decorandos. Quamuis enim opus ipsum ex suo auctore

ctore pertenue quidem sit, & nequaquam tanti principis patrocinio dignum: tamen ob eorum dicta, quæ in his libris continentur, spero dignum fore opus, vt tanti principis munitum præsidio lucem aspicere possit. Suscipe igitur amplissime princeps hæc, quæ tibi, tuoque nomini inscribuntur volumina sub tuum præsidium, accipe pertenue donum hilari, ac læta fronte, tamquam pignus meæ erga te obseruantiæ, & auctorem tui nominis amplitudini deditissimum, & ipsius opus tui nominis singulari præsidio, & ornamento cohonesta, vt ad alia similia, si se tanto affectum viderit beneficio, accendatur. Vale Cardinalis amplissime, & me ad tuum patrocinium confugientem sub tuæ protectionis vmbra suscipe.

PROLOGVS AVCTORIS,

In quo totius operis redditur ratio, vt ipse Lector auctoris mentem perspicere facile valeat.

QVANTÆ sit, semperque fuerit in Ecclesia, vtilitatis sacrosancti Euangelij prædicatio, candide Lector, habitisq. ad populum concionibus tractatio verbi Dei experientia teste cognouimus. Nam verbi Dei tractatio vtilis est cum, vt probi homines maiora in dies capiant virtutum incrementa, & qui iusti sunt iustificetur adhuc, tum vt improbi latâ viam perditionis ingressi gradum reuocantes per angustum callem iter faciant salutis. Sane vt cibi defectus, & inedia sese effectu ipso prodit, videasque hominem macie confectum, emarcidum, attenuata facie, cõpressis oculis, manibus, genibus dissolui, vigore namq. suo, dum cor destruitur reliqua corporis membra statim contabescunt: sic vbi verbum Dei (quod
Amos 8. verus est animæ cibus) in interiora animi non traijcitur, totus noster spiritus corruit: intellectus namque ignorantiæ tenebris obuoluitur, denigratur facies
Isa. 1. super carbones, omne caput languet, & cor mæret, vt nihil iam nisi calamitosus exitus sperari queat, oblitaque anima comedere panem suum in se ipsa arescit penitus. Et sicut cibus vnus cum sit in stomachum tamen traiectus, ibique decoctus miram hanc sortitur naturæ œconomiam, vt singulis membris varie attemperetur, eorumque referat naturæ modum: nam dum ossi adiungitur in os etiam solidatur, mollique carni distributus carnis induit formam, & ad oculos cum peruenit in oculorum naturam transit: ita prorsus, & Dei verbum animæ pabulum corde retentum ad ipsius potentias omnes spiritualiaque membra pertingit, & sic intellectui cohæret, vt quod intellectui congruit, abunde præstet, lucem vtique, id vero quod voluntati obuenit, mirum est, quantum eam totius boni appetitione perficiat, & quàm
Ps. 148. inueterata consuetudine crystalli duritiem traxisse inuenerit, ignita vi emolliat, ac liquefaciat, memoriæ suus est aptissimus nutritionis modus, vt in æternum non obliuiscatur beneficiorum Dei. Denique totam a morte ad vitam animam reuocat, eique indeficientem alimoniam subministrat, subtractione tamen huius cibi intentant confestim omnia mortem, arescunt cuncta non secus, ac terra imbribus deficientibus, Quia non venit, inquit Propheta, pluuia in terram, confusi sunt agricolæ, operuerunt capita sua; nam, & cerua
Hier. 14.
in agro

in agro peperit, & reliquit, quia non erat herba, & onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventum quasi dracones, defecerunt oculi eorũ, quia non erat herba. quæ omnia exponẽte Hieron. ob diuini verbi penuriam, & quòd cælestis prædicatio cessasset sunt misere consecuta, & non inuento verbo Domini alibi dicetur, Deficient virgines pulchræ, & adolescentes, in siti nimirum, & in fame, quam Dominus illi populo in extremam perniciem comminatus fuerat non panis, neque aquæ, sed audiendi verbum Dei. Vnde illud est quod quibus temporibus respublicæ maculatæ ac pene exterminatæ fuisse narrantur, ijsdem magna diuini verbi penuria laboratum publice fuisse narratur. Puer Samuel, ait scriptura, ministrabat Domino coram Heli, & sermo Domini erat pretiosus in diebus illis, non erat visio manifesta; vnde innumera subsecuta sunt mala. Si quidem de hoc sub interminatione seueriſsimæ punitionis in transgressores legis promulgator Moyses olim dixerat: Sit cælum quod supra te est æneum, & terra quam calcas ferrea; det Dominus imbrem terræ tuę puluerem, & de cælo descendat super te cinis donec conteraris. Miranda prorsus strages cum terra quæ imbribus esset irriganda cælestibus verbi Dei in eum statum deueniat vt pluuia ipsa cinis sit, & roridæ nubis defectu exusta remaneat: sicut contra succedunt omnia ex voto cum Deus segregat hereditati suæ pluuiam voluntariam, cuius largissimos imbres (vt Origeni placet) ceu primariam retributionem obseruantibus præcepta sua Dominus repromiserat, & cuius longo post tempore commeminit, in illa inquiens die exaudiam cælos, & illi exaudient terram, & illa exaudiet triticum, & vinum & oleum. Nimirum teste Hieron. pollicebatur Deus se Apostolos (hi enim cæli sunt) exauditurum, qui, & ipsi in eo essent terram exaudituri vt eam cælesti pluuia irrigarent; ipsaque nimirum triticum dicit exaudire, quod vberes fructus afferet tanta pluuia dignos, ad iustam eos maturitatem perducens, quo sic tandem omnium rerum abundantia, atque fertilitas ob Dei verbum omnibus condonaretur. Ex his igitur apparet quàm ingens fructus in Ecclesia ex assidua verbi Dei tractatione colligatur, vt merito Salomon dixerit, Vbi non sunt boues præsepe vacuum est, vbi autem plurimæ sunt segetes ibi manifesta est fortitudo bouis. Quibus verbis quid ex copia vel inopia doctrinæ consequatur breui allegoria declarauit. Sed non solum Deus opt. max. verbo suo, quod processit ex ore eius ignitam vim contulit mirabilium effectricem, verum, & sanctorum hominum verbis eam impertiuit a prima illa deriuatam. Cum enim Spiritu sancto inspirati locuti sint sancti Dei homines verbum bonum ex intimis præcordijs, eructantes mirifica virtute gaudebant (qualem numquam in aliorum, etiã Doctissimorum voluminibus experiri liceat) & quod de magno illo Demostene Æschines quondam dum Rodi exularet dixisse fertur, quid si ipsam audissetis bestiam sua verba resonantem. Id potiori iure antiquis Ecclesiæ patribus cõueniat necesse est. Habent enim ipsorum dicta nescio quid latentis energiæ quæ quondam litteris mandarunt. quia sicut verba Dei in ore concionatoris verbo, & opere prędicantis fortius mouent, quàm cũ a peccatore iustitiæ Dei enarrantur, & ore polluto assumitur diuinum testimonium: pari modulo suo (neque enim fas est hæc omnia penitus assimilare) habet hoc excellens Doctrina sanctorũ patrum, si eã cuicunq. alteri (diuina excepta) confe-

Amos 8. *Dan. 2.* *Prou. 14.* *2. Pet. 1.* *Deut. 28.* *Psal. 67.* *Leuit. 26.* *Oseæ 2.*

ras lege

ras lege, perlege, euolue quæso te sacra hæc volumina, videbis nihil esse, quod non te ad Dei amorem accendat, quod non in spirituali vita alere vegetareque possit, quod mentis aciem non illuminet, quodque ad virtutis studium, & peccati odium non vehementer impellat. Versare assidue in lectione sanctorum, & in recte viuendi proposito confirmaberis, mortis, rationisq. reddendæ illata mentione compungeris, sanctorum desideriorum in te flamma excitabitur, ac postremo tui pectoris duritia velut spirituali quodam malleo frangetur. Inter ea vero quæ apprime conducunt, vt Euangelij prædicatio optatum consequatur effectum, illud est, ne conciones sic instruantur, vt locis ab auctoritate solũ ex sacra scriptura desumptis abundent sine delectu quidẽ, sed magna potius farragine coaceruatis, & vel eisdem minima diligẽtia aut, vt sibi quisque somniat explicatis. Quo fit, vt elangueat statim concio, omnisque dicendi vis penitus eneruetur, quod sapiens quisque flere ne dicam irridere cogitur, eo quòd scriba doctus in regno cælorum non proferat de thesauro suo noua, & vetera. Debet enim quisque sapientiam omnium antiquorum exquirere, in prophetis vacare, & enarrationem virorum nominatorũ conseruare, & in versutias parabolarum introire, & occulta prouerbiorũ exquirere, & in absconditis parabolarum sanctorum conuersari. Excipiendis codicibus, & alienis concionibus multi inuigilant Saulis sibi arma sumentes, qui Augustinus vel Hieron. aut alicuius ex priscis illis, & nominatissimis viris, neque lineam perlegerunt, vt missam faciam, eorum iniuriam, qui non tradunt cor suum ad vigilandum diluculo, neque aperiunt os suum in oratione Dominum deprecantes, a quo implendi sunt spiritu intelligentiæ, vt postea tamquam imbres emitterent sapientiæ eloquia, quibus vniuersus secundaretur Christianus populus. Si concionatores omnes, in sacrorum doctorum lectione assidui essent, conciones grauibus refertas sententijs haberemus, & cum ad populum verba facerent, vberius, & ardentius ea dicerent, quæ prius in seipsis ex sacris doctoribus transformassent, & cum in tantam lectionis huius altitudinem euolassent instar eorum animalium, quæ plena oculis ante, & retro, idest omnigena cognitione vidit Ezechiel, eleuarentur cum illis pariter & roræ, nimirum sæculares auditores, quibus rotarum nomen propter inconstantem motum satis congruit. Huic incommodo tam graui prouidentes sancti viri continuo labori sedulisque vigilijs non parcentes, huc omnes suas operas, velut in vnum suarum lucubrationum scopum direxerunt, pro tantoque iuuando munere non segniter desudarunt, vt sacri prædicatores in promptu haberent, quidquid ad hanc rem pertinere posset, & si aliquando multum, modo tamen parum apud multos effecerunt. In ea enim incidimus tempora in quibus, non iam vt olim aureo illo sæculo is litterarum amor est, vt longo labore quærantur, sed vbi aut multum est temporis insumendum, aut longam meditationem adhibere oporteat, resiliat quisque, & stertere potius libeat, quàm vel tantillum molestiæ sustinere, cum contra maiores nostri laboribus nullis, vigilijs, incommodis parcerent, modo sibi earum etiam rerum cognitionem compararent, quæ ad humana tantum se extendebat. Fuitque iam referente Tertulliano qui oculos sibi erueret, vt melius huic cognitioni vacaret, neque defuit Cleombotrus, qui vt narrat Augustinus, daret se præcipitẽ, vt a corporeis sensibus immunis

Matt. 13.

Eccl. 39.

Ibid.

Ezech. 1.

munis commodius sapientiæ studio intenderet; cumque vitæ appetitio tam sit cunctis innata, tamque charus sit huius lucis vsus: hæc tamen omnia superauit inardescens amor sapientiæ. B. Hieron. in vulgata illa epistola ad Paulinum, multa commemorat stupenda, quæ prisci Philosophi litterarum amore ducti fecerunt. Atque hæc quidem olim, quando sub Græcæ linguæ obscuritate litteræ delitescebant, multus subeundus erat indefessusq. labor, nec defuit, qui vt Chaldæi sermonis difficultatem vinceret, & peculiarem sonum, & vernaculum stridorem assequeretur dentes serratione aptaret. Quo similiter tempore vbi ad Bethlehemiticum antrum idem sanctus Doctor consedit, ad eum non secus, atque ad totius Christiani orbis oraculum vndique concurri cœpit, crebræ epistolæ, crebri nuncij illuc cõmeabant, non ex Italia modo, e Gallijs, atque ex vltima Germania, & Aphrica, sed ex extremis oris Hispaniæ consulebatur, ab Episcopis, a nobilibus matronis, a primatibus, qui magnis sumptibus subs scriptores designarunt, qui ea excerperent, quæ ab eius ore tamquam lacteo fonte manabant. Progressu dehinc temporis, bene nobiscum actum est, vt quæ in sacris græcorum Patrum voluminibus inclusa erant, non secus, atque pretiosa metalla in terræ visceribus latentia, prodirent in lucem, quorumdam piorum industria, qui Origenem, Basilium, Chrysostomũ, Nazianzenũ, Nyssenum, atque alios Patres latinos nobis fecerunt. Sed modo, quod centies cogor repetere, is torpor multorum pectora inuasit, vt quamuis iam græca volumina sint latinitati donata, & Occidentalis Ecclesiæ proceres, tam multa nobis scripta reliquerint, rari sunt, qui ingenti vtilitate ab ipsis capienda moueantur, & vix inuenies, qui hosce sapientiæ fontes limpidissimos habeat. Huc accidit quod cum copiosa, & ampla sint horũ patrum volumina, multis legendi tempus non suppetit, alios vtpote pauperes pretij magnitudo deterret, ideo optimi, & communis boni amantes viri aliquanto nos tempore rogarunt, vt in publicam vtilitatem, quæ duodecim fere annorum spatio ex sanctorum voluminibus excerperamus, & in alueolos nostros congesseramus, bona fide redderemus, præloque mandaremus, annuimus, sane sperantes, multis opem non modicam præstare posse; & quamuis dum opus hoc meditabamur prodijt in lucem egregium fratris Ludouici Granatensis volumen Silua locorum nuncupatum, non tamen ab incepto destitimus, cum meum hoc & omnia quæ ibi ex sanctis patribus adducit in se contineat, & tam multa addat, quæ si non in tanto auctore desiderantur, tamen lector potest desiderare, vt vix duos, aut tres ex decem, & octo nostri voluminis libris adæquet.

His ergo quæ confutationem hæresum, scholasticamque doctrinam expectant dimissis, ea solum quæ moralia, & populo Dei annuncianda sunt elegimus, neque nostram hanc Epitomen sermonarij nomen sortiri voluimus, cum librorum copia, quos hoc nomine communiter vocant concionatorum numerum excedere videatur, & passim vnoquoque die diffusi, de hac re tractatus in lucem prodeant, sed flores decem tomorum, August. Hieron. nouem, sex Ambrosii, quinque Chrysostomi, quattuor Origenis, Gregorij sex, duorum Basilij, necnon duorum voluminum Bernardi carpere decreuimus, & ad ordinem alphabeti in decem, & octo libros digerere, & ad tertium tomum annotationum, in

nunt in Euangelia de tẽpore,& de Sanctis. Quia autẽ in his tribus voluminibus sanctorum patrũ dictis vtẽtes, aliquorũ librorũ mentionẽ fecimus, quisalso adscribuntur ipsis, operæpretiũ erit lectores admonere, vt intelligant nos maluisse hęc opera sub nomine horũ patrum laudare, quàm tertio quoq. verbo admonere, opus non censetur B. Hieron. quòd necesse esset singulis capitibus hæc inculcare; perlegat autẽ lector Abbatẽ Trittemiũ,& Sixtũ Senen. in bibliotheca sua, vt legitimos sanctorũ partus possit agnoscere. Vt vero quæ ad Aug.& Hieron. opera spectant, obseruem inter opera, quæ nomine S. Augustꝰ. circumferuntur, illa ab omnibus fere falso sancto patri adscripta iudicantur, ac potissimum ab Abbate Trittemio, libri scilicet de spiritu & anima, de vera & falsa pœnitẽtia, de conflictu virtutũ & vitiorũ, de scala paradisi, & Quæstiones veteris, & noui testamenti, ab aliis hæc opera falso adscripta ipsi iudicantur, Liber de singularitate clericorũ, qui & Orig. & Cyprian.& Hieron. adscribitur, Liber de benedictionibus patriarcharũ ex Quæstionibus Hebraicis in Gen. Hieron. desumptus, liber dictus sententiæ viginti, & vna. De sermonibus ad Eremitas maior extat controuersia, sed multos ex his sermonibus esse B. Aug. fatendum est, cum in decreto varijs in locis citentur, cui vero hæc displiceãt, amplecti licet doctorum Louanienſiũ de his B. Aug. operibus iudiciũ, & fere in singulis tomis reiecta ad appendicẽ opuscula diuerso notata charactere leget. Nõ minor est dubitatio in multis operibus B. Hieron. ipsiusne sint, an falso ipsi attributa, cui dubitationi Marianus Victorius in libris, quos certo cõstat non esse legitimos partus B. Hieron. satisfacere visus est, eos omnes in nonũ volumen, quasi in appendicem operũ B. Hieron. reijciẽdo, in alijs vero libris, qui si non sint ipsius Hieronymi, constat tamen maxima ex parte ex doctrina ipsius sumptos esse, & dignos ne referrentur in appendicẽ, consulendus est is in præfationibus in ipsos libros. Obseruationes in tres libb. Regum,& in duos Paralip. Nicolaus Lyran. a quodam Neophyto Iudæo fuisse cõscriptos asserit,& Hebraicis fabulis respersos. Commentarij in Iob censentur ipsius Bedæ, cum ad preces Vecterij Episcopi ex operis calce conscripti sint, qui Vecterius fuit Anglorũ Episcopus Bedæ tempore. In Psalteriũ commentarios partum esse B. Hieron. probat Marianus Victorius,& dubitationibus propositis accurate satisfacit, in Prouerbia vero commentarij ipsius Hieronymi esse negantur, quia capite 6. laudant Augustinum in libro de mendacio, & capite 30. ipsius Hieronymi mentionem faciunt, esse opus elaboratum, a Beda asseruerat iam Trittemius Abbas, & typographi inter Bedæ opera hos cõmentarios Trittemij dicto fidem habentes ediderunt; de ceteris autem cõmentarijs, vt de ipsis qui in threnos,& qui in Marcum ijdem consulendi, sed breuiter obseruandum est cõmentarios in Pauli 13. epistolas, vel non esse Hieronymi, sed alicuius Pelagij labe infecti, vel ab Hæreticis additis prauis dogmatibus adulteratos fuisse, vt Ambrosius Catherinus, Compsæ Episcopus,& Sixtus Senensis quarto, & sexto bibliothecæ sanctæ volumine annotarunt.

Atque hæc erant, quæ necesse erat lectorem admonere, vt instituti nostri rationem calleret, & labores nostros æqui bonique consuleret.

INDEX

INDEX CAPITVLORVM TOMI PRIMI.

LIBER PRIMVS.

ABSTINENTIAE laudes, et bonus eius vsus, ac intemperantiæ, & gulæ mala. cap. 1.
Adoleſcentia periculis eſt plena, ſenectus videtur indiſciplinata, reipublicæ nociua, & quòd hæc duo in bonam, & malam partem accipiantur in ſacris litteris. cap. 2.
Adulationum, & adulatorum damna, & pericula. cap. 3.
Adulterium grande malum ſicut & virginum violatio. cap. 4.
Adulterium ſpirituale quantum ſit malum, ſicut, & quòd anima ſponſa Chriſti fidelitatem ei ſeruet, vtilitas eſt ingens, ac bonum. cap. 5.
Amor quo Deus nos diligit ingẽs eſſe colligitur ex ſacris litteris. cap. 6.
Amor hominis ad Deum, ingentia nobis, & varia cauſat bona. cap. 7.
Amor Dei, & diuinæ pulchritudinis omnem laborẽ lenem facit. cap. 8.
Amor Dei timor ad bene operandum nos ducat, ſancti tamen potius amore ducebantur, & id quare. cap. 9.
Amor bonus bonarum paſſionum, & affectuum eſt cauſa, malus autem econtra. cap. 10.
Amoris Dei modus, & ordo ſeruandus. cap. 11.
Amandi inimici. cap. 12.
Amor proximi vix reperitur, idque acriter punit Deus. cap. 13.
Amor proximi mirandus, ac frequens in ſanctis viris. cap. 14.
Ad amandum proximum, quibus rationibus poſſunt conuinci homines. cap. 15.
Amor proximi, qualis futurus, vt Deo ſit priuatus, & in quibus inueniatur. cap. 16.
Amor deordinatus rerum temporalium, quæ, & quanta mala pariat, idque acriter punit Deus. cap. 17.
Amor proprius, & mundi grandium malorum eſt radix, ſicut diuinus omnium bonorum eſt principium, amor autem Dei, & mundi non cohærent. cap. 18.
Amicitiæ Chriſtianæ laudes, ac condiciones, quæ vix reperiuntur inter homines. cap. 19.
Ambitio ingentium malorum eſt cauſa, quæ difficulter vincitur, & ſuperatur, & quare. cap. 20.
Angelorum excellentia, & cuſtodia, ex qua non pauca reportamus commoda. cap. 21.
Animæ per metaphoram multa attribuunt Sancti in ordine ad virtutes, & vitia, quæ proprie ſolis rebus corporeis conueniunt. cap. 22.
Apoſtolorum dignitas, eorumque laudes, vnde colligantur. cap. 23.
Auaritia frequens malum, ac ingens aliorumque plurium cauſa. cap. 24.
Aurum, aurora, aqua, arcus varia ſignificant in ſacris litteris, & quæ ſint illa. cap. 25.
Anima ſponſa Chriſti fidelis eſſe debet. vide Adulterium ſpirituale ſupra in hoc libro. cap. vlt.
Arcus quid ſignificet. vide verbo Aurum libro iſto, cap. vlt.
Aqua quid ſignificet in ſacra Scriptura, vide verbo Aurum in hoc libro. cap. vlt.
Aurora quid ſignificet in ſacra Scriptura libro 1. vide verbo Aurum. cap. vlt.

Index Capitulorum libri ſecundi.

BEATITVDINIS ingentia ſunt bona, & vnde illa colligant Sancti. cap. 1.
Beatitudinis deſiderium grande, & efficaciter in ſolis iuſtis eſt, in quorum bonum illud differt Deus. cap. 2.
Beatitudinis aſſidua meditatio, & deſideriũ ad multa vtilis eſt, ſi tamen propinqua, & in ianuis conſideretur. cap. 3.
Beatitudinis eſſentia in quo ſita ſit, quibus mediis ac quirenda, & quo pretio emenda ſit. cap. 4.
Bellum grande ſuſtinent iuſti a dæmone, carne, & mundo, in quo in hoc ſæculo non eſt perfecta victoria. cap. 5.
Bellum non modicum patiuntur, qui conuertuntur ad Dominum, ſed non deijciuntur, nec ſuccũbunt. cap. 6.
Bella quæ gerunt homines in militia Chriſti. in quibus armis pugnare debeant, & in ea qualiter viuendum ſit. cap. 7.
In bello quod patimur a dæmone, multa nos debent conſolari. cap. 8.
Bella noſtra Deus pugnat, ſi velimus, propter hoc ta-

mcn,nec otio torpere,nec superbire de victoria debemus. cap.9.
Beneficia Dei contemnere, & his abuti malum est, multorumque aliorum causa. cap. 10.
Beneficijs primum, deinde flagellis, & minis curat Deus nos subdere,vnde nec prospera,nec aduersa ab ipso separari nos debent, quæ in nostrum sunt bonum. cap. 11.
Beneficia Dei,quæ maxima sunt memoriæ sunt mandanda,vt quæ ex ipsorum obliuione oriuntur mala vitemus, suntque eius propria, quæ omnibus sunt concessa. cap. 12.
Beneficijs Dei grati esse debemus maxime, ipsisque amore respondere. cap. 13.
Beneficijs Dei ingratum esse hominem multa parit inconuenientia,& magna. cap. 14.
Boaa temporalia contemnenda sunt, & vnde id conuincant Sancti. cap.15.
Bona temporalia contemnunt Sancti, quod est Sanctitatis argumentum & origo. cap.16.
Bona temporalia quærunt auide,spiritualia remisse, ex quo multa nascuntur damna. cap.17.
Bona temporalia inter indifferentia sunt ponenda, quæ dantur iustis, & iniustis, nec animam satiat. cap. 18.
Bona temporalia,& si magna ea extiment mali,re vera modica sunt, & vana. cap 19.
Bona temporalia sic contemnenda sunt, vt etiam seipsum homo donet Deo, pauci tamen sunt, qui ea contemnant. cap. 20.

Index Capitulorum libri tertij.

CARO in propriam vtilitatem mortificetur,& subdatur rationi pro viribus,& si ex toto id efficere in hac vita non possit homo. cap. 1.
Charitatis excellẽtia & ordo seruãdus in illa.cap.2.
Castitatis tenendæ gratia multa ferẽda sunt,& quia victoria est rara,varijs,& exquisitis modis est pugnandum,vt fornicationis tentationes vincantur. cap. 3.
Cæcitas mentis,quas habeat causas, & quæ inferat homini nocumenta, & mala. cap.4.
Christi Domini incarnatio ingentia hominibus cõtulit bona ex eius amore procedentia. cap. 5.
Christi Domini incarnationẽ sicut & mortẽ alijs esse in bonum,alijs esse in malum, & quare. cap.6.
Christi Domini natiuitas, & quòd in illa varia sint consideranda. cap.7.
Christi gesta recordanda sunt, ac imitanda, quibus sicut & verbis mundo prædicans mngna contulit bona. cap. 8.
Christus varie comparatur in sacris litteris,& cum iustis antiquis, quos incomparabiliter excedit. cap 9.
Christus Dominus morte quam vehementer optabat, miranda homini contulit bona. cap. 10.
Christi Domini Crux laudatur, cui cum ipso configi debent homines. cap. 11.
Christum Dominum contemnunt,vulnerant, crucifigunt,& erubescunt mali eiq. contradicũt.cap. 12.
Christi Domini resurrectio,quæ bona mundo dedit, & quid in ea sit considerandum. cap. 13.
Christi Domini ascensio mirabilis, & homini vtilissima. cap.14.
Christiani male viuentes indigni sunt hoc nomine, & acrius puniendi, quàm alij. cap.15.
Christiani vita qualis esse debet,quibus signis dignoscatur vt tales sint serui Dei. cap. 16.
Ciuitates duæ sunt in Ecclesia, de quarum exordio, progressu, cõditionibus,ac fine disseritur.cap.17.
Cogitationes malæ, & vanæ,nimiæque curæ frenandæ sunt maxime in initijs. cap.18.
Cognitio propria, & propriæ miseriæ mirabilis est in viris Sanctis,& vtilissima, qua qui carent in multa incidunt damna. cap.19.
Cognitio, & contemplatio diuinarum perfectionum radix est amoris ipsius multorumque bonorum. cap. 20.
Conceptus, & partus in bonam, & malam partem accipiuntur in sacra Scriptura. cap.21.
Confessio Sacramentalis multa habet bona quam erubescere non conuenit, sed in illa peritum eligere confessorem. cap. 22.
Conscientia examinanda frequenter, & de bono considerationis. cap. 23.
Conscientia viri iusti secura multum, & pacata est, peccatoris autem accusans, & turbata. cap.24.
Compunctio,& contritio vnde oriantur, & de earũ effectibus, & bonis. cap. 25.
Cor sanum,& ægrum in bonam,& malam accipitur partem in sacris litteris, & quòd cordis nomine intelligatur. cap. 26.
Cor humanum inconstans est,& varium,cuius custodia apprime est necessaria. cap.27.
Corrigendi sunt proximi debitis adhibitis circumstantijs,quod iusti viriliter præstant. cap. 28.
Corrigi diligunt sapientes, stulti vero id detestantur in proprium malum. cap. 29.

Index Capitulorum libri quarti.

ERGA defunctos varia sunt consideranda in eorum exequijs. cap. 1.
Desertum, & solitudo maxime comendatur a Sanctis, & quod aliquando spiritualiter accipitur. cap. 2.
Dei prouidentia, & protectio communis est in omnes homines,sed maxima in iustos. cap. 3.
Dei vocatio est ingens ipsius beneficium, cui respondendum est continuo, & obediendum. cap.4.
Deum nec irasci peccãtibus,nec punire,ira est punitio, eius ingens,autem ab ipsius misericordia oritur. cap.5.
Deus flagellans in punitione ipsa semper miscet misericordiam. cap. 6.
Dei misericordia iugis, & ingens est in hominibus, licet ad afflictorũ iuuamen ipsis videatur tardus. cap. 7.
Deus patienter,& misericorditer expectat peccantes,vt resipiscant,quo dono abutũtur mali. cap.8.
Deus,quia in hoc sæculo mitis vult existimari,exhibet potiora, & plura opera misericordiæ, quàm iustitiæ. cap. 9.
Deus misericors multum, quando occasiones tollit peccantibus,quando rogat læsus, & promittit bona, vt reuertamur ad ipsum. cap.10.
Dei opera sunt misericordia,& iudicium,quæ simul sunt consideranda, quibus vtitur in bonum nostrum. cap. 11.

Deus punit prouocatus peccatis, & quasi inuitus ideoque tam frequenter,antequã puniat minatur flagellatque aliquando,vt amicus,quandoque videtur velut inimicus. cap. 12.
Deo cũcta sunt præsentia,estque vtilissimum id semper considerare. cap.13.
Dei auxilium efflagitandum est, & quia necessariũ est ad bene operandum ipsum,dat Deus. cap.14.
Dei solius maiestas incomprehensibilis,quam expedit sic frequenter considerare. cap. 15.
Deus velociter adest his,qui in veritate quærunt illum,& vocant. cap. 16.
Dei iudicia inscrutabilia, & incognita nunc malis sunt, tamen ipsis patentia sero. cap.17.
Deus acriter punit homines,maxime autem proceres Ecclesiæ, quando expectante ipso patienter, non emendantur. cap.18.
Dei præsentia,quàm plurium bonorum est causa,sicut & ipsius absentia multa efficit nocumenta. cap. 19.
Deo subdi,ad eumque accedere magnas affert vtilitates. cap.20.
Deus,& si ad horam in nostrum commodum abscondatur,nos non derelinquit,nisi relinquatur prius cap. 21.
Deus adest,quando humana desunt auxilia, & non solum, quandoque vtitur medijs, quæ videntur contraria fini, sed hominum pessimas cogitationes,& media retorquet,vt suam exequatur volũtatem. cap. 22.
Dei tamen potentia,cum misericordia declaratur in conuersione peccatorum, hos mutans in sanctos. cap. 23.
Deus aliter se habet cum bonis,aliter cum malis, aliter cum perfectis,aliter cum imperfectis.cap.24.
Deus solus verax in promissis implendis dans sæpe, quod promiserit; nec huic contrarium esse veritati, quod ipsius sententia cõminatoria, quandoque non impleatur. cap. 25.
Deum aspicere iustos cognoscere,& memorari,bonũ est grande, & quod id non faciat, multa habet damna. cap.26.
Deus inspirationibus, & modis mirandis alloquitur homines,si illi attendant, & sint capaces. cap.27.
Deus solus, & virtus sunt animæ diuitiæ,cibus, & indumenta iustorum, quibus carent peccatores. cap. 28.
Deus eisdem medijs,quibus punit impios,consolatur iustos,quibus ex Dei misericordia mala prosunt. cap. 29.
Diabolus acriter tentat in fine vitæ, & quando suadet vitia fuco virtutum, quod mali non intelligunt. cap. 30.
Diabolus ad homines perdendos varia habet media secundum vniuscuiusque conditionem, & inclinationem. cap. 31.
Diabolus victus a Christo Domino, & iustis, vincit autem nos,quia incuruamur illi,& arma damus. cap. 32.
Diabolus multa mala intulit mundo, multosque habet irretitos,sibique subiectos. cap. 33.
Diaboli cibus, & habitatio sunt peccatores, & si ad horam iusti illi subdantur,quod frequenter cedit in ipsorum vtilitatem. cap. 34.
Diabolus infatigabilis contra nos, cuius tota mens est animas perdere,& si quandoque in rebus temporalibus inferat damna, eius tamen audaciam moderatur Deus. cap. 35.
Diabolus semper inimicus habendus, & si minister Dei sit,ac iustorum,illorumque est flagellum, sicut & peccatores. cap. 36.
Diabolus cruciatur nimis vita bona hominũ,in quibus cum regnat misericordia Dei cessat. cap. 37.
Diuitias vilipendere expedit,non autem diuites,neque eos malos, quia temporalibus abundant rebus,arbitrari. cap. 38.
Contra diuites auaros,superbos,delitijs deditos,pauperum iniuriatores acriter inuehuntur Sancti. cap. 39.
In diuitiarum amissione, quæ nos debent consolari. cap. 40.
Diuites quales futuri sunt, ne diuitiæ eos obruant, quòd si tales nõ fuerint,plangẽdi sunt valde.c.41.
Dominis multis,ipsisque inter se contrarijs simul seruire non valemus. cap.42.

Index Capitulorum libri quinti.

EBRIETAS quæ in omnibus animæ passionibus contingit,in bonam partem accipitur aliquando. cap.1.
Ecclesijs ac templis exhibenda est reuerentia maxima, de qua re parum curant homines. cap.2.
Ecclesia Catholica varie comparatur, in qua mali permixti sunt bonis. cap.3.
Ecclesia,quæ licet multum impugnetur non est deiecta,caret antiqua pulchritudine,quam quisque suo modo debet iuuare. cap. 4.
Ecclesia primitiua qualis erat, & eadem in fine sæculi nimis destituta est bonis,ac oppressa. cap. 5.
Ecclesia firma est,quam Dominus fundauit, & ditauit,quæ etiam traditionibus gubernatur. cap.6.
Ecclesiam ex gẽtibus Deus elegit Synagoga reiecta, ipsius culpa. cap.7.
In Ecclesia boni,& mali, perfecti,& imperfecti sunt eam tamen,& mundum tutantur iusti ab ira Dei. cap. 8.
Aegritudo corporis multa habet conuenientia, quibus consolandi sunt infirmi. cap. 9.
Eleemosyna eiusque necessitas, & modus in ea seruandus, quam differre non expedit. cap.10.
Episcopatus,& prælaturæ, & officia appetenda non sunt, ad quod officium assumptus homo non ditet consanguineos. cap. 11.
Eucharistia hominibus data ex Dei beneficio,reuerenter,frequenter,& consideranter sumenda est. cap. 12.
Exempla Sanctorum maxime iuuant homines ad bonum,quorum vita imitanda est. cap. 13.

Index Capitulorum libri sexti.

FAMES animæ in bonam,& in malam partem accipitur in sacra Scriptura,sicut & sitis.cap.1.
Festi dies colendi sunt,& qua ratione,Iudæorum autem, & festa, & sacrificia spiritualiter tractanda. cap.2.
Fides quæ Dei donum,est fundamentum virtutum, est quam comitari debent opera, vt proficua sit valde,& conseruetur melius. cap. 3.

Fidei mysteria recondita celanda sunt rudi plebi, sed illa esse credibilia optime conuincunt Sancti. cap. 4.
Filij, & generaliter homines laudandi non sunt ex maiorũ nobilitate, sed ex propria virtute. cap. 5.
Filij erudiendi sunt ab incunabulis, idque exemplis potius quam verbis efficere debent parentes, sunt que moderate corripiendi, & diligendi. cap. 6.
Filiorum mors patienter ferenda est, quos propter peccata parentum aliquando punit Deus. cap. 7.
Filij honorem, & obedientiam, quando, & quomodo exhibere debeant parentibus. cap. 8.
Flagella Dei vtilissima, & leuia, quapropter cũ gaudio suscipienda sunt. cap. 9.
Flagellat Deus, vt emendet, vnde iusti flagellis corriguntur alienis, non mali, quod grande est malum. cap. 10.
Flagella inflicta iustis, & peccatoribus differũt multum, quia ea optant Sancti. Potentes autem grauius puniuntur. cap. 11.
Fornicatio malum grande, ac frequentissimum. cap. 12.
Fortitudo iustorum laudatur, vt necessaria ad virtutem, abominabilis autem fortitudo est in reprobis. cap. 13.
Fruitio, & vsus, quid sit. & quod hominis summum malum sit velle vti fruendis, & frui vtendis, a quo iusti carent. cap. 14.

Index Capirulorum libri septimi.

GAVDIVM verum in quo situm sit, & quòd soli iusti illo potiantur in hac vita. cap. 1.
Gaudium malorum quale, & quàm nociuum sit, sicut & eorum voluptas. cap. 2.
Gaudium, consolationes, & requiem in hac vita, & in futura habent Sancti, sed differenter. cap. 3.
Gaudium, & tristiam recipiunt iusti in hac vita diuersis de causis. cap. 4.
Gloriam, & honores contemnunt iusti in hac vita, diligitur autem a peccatoribus mũdanus honor vehementer. cap. 5.
Gloriandum est homini in solo Deo, non in mundo, cuius gloria non stat, sed volat, & pertransit statim. cap. 6.
Gratias Deo referre debemus in prosperis, & aduersis, & post comestionem. cap. 7.
Gratia Dei ingens bonum est animæ, quæ ociosa esse debet in homine, & in quibus coniecturis ad esse dignoscatur. cap. 8.
Gratia, & auxilium Dei, & liberum arbitrium, & labor ad virtutem, quo ordine sint necessaria. cap. 9.

Index Capitulorum Libri octaui.

HAERETICOS, & Hæreticorum doctrinam in grandem Reipublicæ perniciem permittit Deus. cap. 1.
Homo in bonam, & in malam partem capitur in sacris litteris, quod nomen multi non merentur. cap. 2.
In hominis creatione multa Deus obseruauit mysterij plena, post cuius lapsum omnes sunt ad malũ propensi. cap. 3.
Honor præmium est virtutis, quem merito contemnunt sancti, & si aliquando ad officia assumantur inuiti. cap. 4.
Humilitas a quo fonte ortum habeat, quibusque rationibus conuinci, ac persuaderi possit. cap. 5.
Humilitas vera quærenda est in hominibus, inter quos pauci vere, multi autem ficte humiliantur. cap. 6.
Ad humilitatem Sancti, qui vere sunt humiles, quibus gradibus ascendant. cap. 7.
Humilitas virtutum præstantissima, quam maxime commendant sancti. cap. 8.
Hypocrisis præterquam, quod malum est grande, stultitia plenum est, sicut plerumque hominibus velle placere. cap. 9.

Explicit Index Capitulorum tomi primi.

EPITOMES SANCTORVM, PER LOCOS COMMVNES AD CONCIONES CONFICIENDAS, *LIBER PRIMVS.*

AVCTORE D. F. IOANNE LOPEZ
Episcopo Cotronensi Ord. Prædic.

Abstinentiæ laudes, & bonus eius vsus, malaque intemperantiæ, & gulæ, & ebrietatis. Cap. I.

1 Tom. 1. Epistolarum ad Furiã de viduitate seruanda.

IERONYMVS sic habet. In ipsis cibis calida quæque deuita, non solũ de carnibus loquor, super quibus vas electionis profert sententiam: Bonum est vinum non bibere, & carnem non manducare, sed etiã in ipsis leguminibus inflãtia quæq. & grauia declinanda sunt: nihilq. ita scias conducere Christianis adolescentibus, vt

Rom. 14. esum olerũ. Vnde, & in alio loco, Qui infirmus est, ait, olera manducet, ardorq. corporum frigidorum epulis temperandus est. Si autem tres

Daniel 1. pueri, & Daniel leguminibus vescebantur, pueri erant, necdum ad sartaginem venerant, in qua rex Babylonis senes iudices frixit. Nobis non corporis cultus, qui in illis, excepto priuilegio gratiæ Dei, ex huiusmodi cibis enitue rat, sed animæ vigor quæritur, quæ carnis infirmitate fit fortior. Inde est quod nonnulli vitam pudicam appetentium in medio itinere corruunt, dum solam abstinentiam carnium putãt, & leguminibus onerant stomachum, quæ mode rate parceque sumpta, innoxia sunt. Et vt, quod sentio loquar, nihil sic inflammat corpora, & accendit ad libidinem, sicut indigestus cibus. Quicquid facit seminarium voluptatum, venenum puta. Parcus cibus, & venter semper esuriens triduanis ieiunijs præfertur. Et multo melius est, quotidie parum, quàm raro satis sumere. Pluuia illa optima est, quæ sensim descendit in terram. Subitus, & nimius imber in præceps arua subuertit. Quando comedis cogita, quòd statim tibi orandum, vel legendum sit.

2 In epistola 22. quæ est ad Eustochiũ de custodia virginitatis.

IDEM sic habet. Hoc primum moneo hoc obtestor, vt sponsa Christi vinum fugiat pro veneno. Hæc aduersus adolescentiam prima arma sunt dæmonum. Non fic auaritia quatit, inflat superbia, delectat ambitio. Facile alijs caremus vitijs, hic hostis nobis incluſus est. Quocumque pergamus, nobiscum portamus inimicum. Vinum, & adolescentia duplex incendium voluptatis est. Quid oleum flammæ adijcimus? Quid ardenti corpusculo fomenta igniũ ministramus? Paulus ad Timotheum, Iam noli, inquit, aquam bibere, sed vino modico vtere propter stomachum tuũ, & frequentes tuas infirmitates. Vide quibus causis vini potio cõcedatur, vt ex hoc stomachi dolor, & frequens medeatur infirmitas. Et ne nobis forsan de ægrotationibus blandiremur, modicum præcipit esse sumendum, medici potius consilio, quã Apostoli, licet Apostolus sit medicus spiritualis, & ne Timotheus imbecillitate superatus

1. Tim. 5.

Euangelij prædicandi non posset implere discursus. Alioquin se dixisse meminerat, vinum in quo est luxuria, & bonum est homini vinum
Gen. 9. non bibere, & carnem non manducare. Noe vinum bibit, & inebriatus est. Post diluuium rudi adhuc sæculo, & tunc primum plantata vinea inebriare vinum forsitan nesciebat. Post
3 Num. 25. & 1. Cor. 10. ebrietatē immolatio secuta est, & libido iuncta luxuriæ. Prius enim venter extenditur, & sic cetera membra concitantur. Manducauit enim populus, & bibit, & surrexerunt ludere. Loth
Gen. 19. amicus Dei in monte saluatus, & de tot millibus populi solus iustus inuentus inebriatur a filiabus suis, & licet illæ putarent genus hominum defecisse, & hoc facerent liberorum magis desiderio, quàm libidinis, tamen sciebant, virum iustum hoc nisi ebrium non esse facturū.
3. Reg. 19. Elias cum Iezabel fugeret, & sub quercu iaceret lassus veniente ad se Angelo suscitatur, & dicitur ei. Surge, & manduca. Respexit, & ecce ad caput eius subcinericius panis, & vas aquæ. Reuera non poterat Deus conditum ei merum mittere, & electos cibos, & carnes?
4. Reg. 4. Eliseus filios Prophetarum inuitat ad prandiū, & herbis agrestibus eos alens consonum prandentium audit clamorem, Mors in olla. Homo Dei non iratus est coquis, latioris enim mensæ consuetudinem non habebat, sed farina desuper iacta amaritudinem dulcorauit eadē spi-
Exo. 15. ritus virtute, qua Moyses mutauerat Maram in dulcedinem. Nec non & illos, qui ad eum comprehendendum venerant oculis pariter, ac mente cæcatos, cum in Samariam nescios perduxisset, qualibus eos epulis reficere imperauerit, auscultа. Pone eis panem, & aquam, manducent, & bibant, & remittātur ad dominum suū. Potuit, & Danieli de regijs ferculis opulentior mensa transferri, sed Habacuc ei messorū prādium portat, arbitror rusticanum. Ideoque de-
4 sideriorum vir appellatus est, quia panem desiderij non manducauit, & vinum cōcupiscentiæ non bibit. Innumerabilia sunt de scripturis diuina responsa, quæ gulam damnēt, & simplices cibos probent. Quomodo primus de Paradiso homo ventri magis obediens, quā Deo in hanc lacrymarum deiectus est vallem, & ipsum Do-
1. Cor. 6. minum Satanas fame tentauerit in deserto; & Apostolus clamet; Escæ ventri, & venter escis, Deus autem hunc, & illas destruet. Et de luxuriosis, quorum Deus venter est. Id enim colit vnusquisque, quod diligit. Ex quo sollicite prouidendum est, vt quos saturitas de Paradiso expulit, reducat esuries. Quod si volueris respondere, te nobili stirpe generatam semper in delitijs non posse a vino, & esculentioribus cibis abstinere, nec his legibus viuere, respōdebo districtius. Viue ergo lege tua, quæ Dei non potes. Non quòd Deus intestinorum nostrorum rugitu, & inanitate ventris delectetur, sed quod aliter pudicitia tuta esse non possit.

5 IDEM, vt doceat, quæ de viro hoc narran-
Epistola 50. quæ est de vita Pauli. tur non esse incredibilia, vt pote cui, cibum, & vestimentum ei palma præbebat, ait. Iesum testor, & sanctos Angelos eius in ea eremi parte, quæ iuxta Syriam Sarracenis iungitur, vidisse me Monachos, de quibus vnus per triginta annos clausus hordeaceo pane, & lutulenta aqua vixit. Alter in cisterna veteri quinque caricis per singulos dies sustentabatur.

6 IDEM sic habet. Cum Hilarion quindecim
Epistola 51 quæ est de vita Hilarionis. esset annorum sacco indutus desertum petijt, vbi quindecim tantum caricas post solis occasum comedens; iratusque sibi, & pectus pugnis verberans. Ego, inquit, Aselle faciam, vt non calcitres, nec te hordeo alam, sed paleis, fame te conficiam, & siti. Herbarum ergo succo, & paucis caricis post triduum, vel quatriduum deficientem animam sustētabat, & ieiuniorum laborem, labor operis duplicabat; sic attenuatus, & intantū exeso corpore, vt ossibus vix hæreret. A vigesimo primo anno vsque ad vigesimum septimum, tribus annis dimidium lentis sextarium madefactum aqua frigida comedit, & aliis tribus panem aridum, cum sale, & aqua. Porro a vigesimo septimo vsque ad trigesimum herbis agrestibus, & virgultorum quorumdam radicibus crudis sustētatus est. A trigesimo autem primo, vsque ad trigesimum quintum sex vncias hordeacei panis, & coctum modice olus, absque oleo in cibo habuit. Sentiens autem caligare oculos suos, ad superiorē victum adiecit oleum, & vsque ad sexagesimum tertium vitæ suæ annum, hoc cōtinentiæ cucurrit gradu, nihil extrinsecū, aut pomorum, aut leguminis, aut cuiuslibet rei gustans. Inde cum se videret corpore defatigatum, & propinquam putaret imminere mortem, a sexagesimo quarto anno vsque ad octogesimum pane abstinuit, incredibili feruore mentis, vt eo tempore, quasi nouus accederet ad seruitutem domini, quo ceteri solent remissius viuere. Fiebant autem ei de farinā, & comminuto olere sorbitiunculæ. Herba, & potu vix quinque vncias appendentibus, sicque complens ordinem vitæ, numquam ante solis occasum, nec in diebus festis, nec in grauissima valetudine soluit ieiunium.

7 IDEM cōtra abstinentiā negantem differit
Tomo 2. lib. 2 contra Iouinianum. elegāter, & sic ait. Morbi ex saturitate nimia excitātur. Hippocrates in aphorismis docet crassa, & obesa corpora, quæ crescendi mensurā cōpleuerint, nisi cito ablatione sanguinis imminuantur in paralysim, & pessima morborum genera incidere. Vnde, & Galenus vir doctissimus Hippocratis interpres, athletas quorū vita, & ars sagina est, dicit in exhortatione medicinæ, nec viuere posse diu, nec sanos esse, animumque eorum, ita nimio sanguine, & adipibus quasi luto inuolutus, nihil tenue, nihil cæleste, sed semper de carnibus, & ructu, & ventris ingluuie cogitare. Diogenes tyrannos, & subuersiones vrbium, bellaque, vel hostilia, vel ciuilia, non pro simplici victu olerum, pomorūque, sed pro carnibus, & epularū delitijs asserit excitari. Quod que mirandum sit, Epicurus voluptatis assertor omnes libros suos repleuit oleribus, & pomis, & vilibus cibis dicit esse viuendum, quia carnes, & exquisitæ epulæ ingenti cura, ac miseria præparentur, maioremque pœnam habeant in inquirendo, quàm voluptatem in abutendo. Corpora autem nostra cibo tantum, & potu indigere.

digere. Vbi aqua, & panis sit, & cetera his similia, ibi naturæ satisfactū, quicquid supra fuerit, non advitæ necessitatē spectare, sed ad vitiū vo-
8 luptatis. Bibere, & comedere non ad delitiarum ardorē, sed sitim, famēque restinguere. Qui carnibus vescantur, indigere etiā his, quæ sunt carnium, qui autem simplici victu vtantur, eos carnes non requirere. Sapientiæ quoque operā dare non possumus, si mensæ abundantiam cogitemus, quæ labore nimio, & cura indiget, cito expletur naturæ necessitas. Qui ægrotat non aliter recipit sanitatem, nisi tenui cibo, & castigato victu. Nec quis putet morbos oleribus concitari. Si autem Milonis illius Crotoniatæ vires olera non ministrent, quæ nascuntur, & aluntur carnibus, quid necesse est viro sapienti & philosopho Christi, tantā habere fortitudinē quæ athletis, & militibus necessaria est, quā cū habuerit ad vitia prouocetur? Christiano sanitas absq. viribus nimijs necessaria est. Legimus quosdam morbo articulari, & podagræ humoribus laborantes præscriptione bonorum, ad simplicem mensam, & pauperes cibos redactos cō ualuisse. Sed ex vilissimis vitanda satietas est. Nihil enim ita obruit animum, vt plenus venter, & exæstuans, & huc illucque se vertēs, & in ructus respirans. Dicæarcus in libris antiquitatū, & descriptione Græciæ refert sub Saturno I. in aureo sæculo, cum omnia humus funderet, nullum comedisse carnes, sed vniuersos vixisse frugibus, & pomis. Persarum Regis Cyri vitam Xenophon octo voluminibus explicat polenta, & cardamo, & sale, ac pane cibario eos asserēs victitare. Lacædemoniorum mensæ frugalitatisq. & suprascriptus Xenophon & Theophrastus, & omnes pene scriptores Græci testati
9 sunt. Chæremon Stoicus vir eloquentissimus narrat de vita antiquorum Ægypti sacerdotū, quòd omnibus mundi negocijs curisq. postpositis, semper carnibus & vino sese abstinuerint, pane raro vescebantur, ne onerarent stomachū. Et si quando comedebant tusum paritet hyssopum sumebant in cibo, vt escam grauiorem, illius calore decoquerent. Oleum tantum in oleribus nouerant, verum & ipsum parum propter nauseam & asperitatem gustus liniēdam. Quid loquar, inquit, de volatilibus cum ouum quoque pro carnibus vitauerint, & lac? Quorū alterum carnes liquidas, alterum sanguinem esse dicebant colore mutato, bidui triduiq. inediam sustinentes. Iosephus in secunda Iudaicæ captiuitatis historia, & in 18. antiquitatum libro, tria describit dogmata Iudæorum, Pharisæos, Saducæos, Essenos. Quorum nouissimos
10 miris effert laudibus, quòd & ab vxoribus, & vino, & carnibus semper abstinuerint, & quotidianum ieiunium verterint in naturam. Æsclepiades Cyprius ætate, qua Pygmaleon in Oriente regnabat, scribit esum carnium in Oriente non fuisse. Eubulus quoque, qui historiam Mitræ multis voluminibus explicuit, narrat apud Persas tria genera magorum, quorum primos, qui sint doctissimi, & eloquentissimi excepta farina, & olere, nihil amplius in cibo sumere. Euripides in Creta Iouis prophetas, non solum carnibus, sed & coctis cibis abstinuisse refert. Xenocrates philosophus de Triptolemi legibus apud Athenienses tria tantum præcepta in templo Eleusynæ residere, scribit venerandos parentes, & deos, & carnibus non vescendum. Adam in paradiso primum accepit præceptum, vt cetera poma comedēs ab vna arbore ieiunaret. Beatitudo paradisi abs- Gen. 2.
que abstinentia cibi non potuit dedicari. Quandiu ieiunauit in Paradiso fuit, comedit, & eiectus est; eiectus statim duxit vxorem, qui ieiunus in paradiso virgo fuerat, fatur in terra matrimonio copulatur, & tamen eiectus non protinus accepit licētiam carnium vescendarum, sed tantum poma arborum & fruges segetū, & herbarum olera ei traduntur in cibum, vt exul quoque paradisi non carnibus, quæ in paradiso non erant, sed similitudine frugum paradisi vescereturPostea videns Deus, quòd diligenter Gen. 6.
appositū esset ad malitiam cor hominis ab adolescentia, & spiritus eius in his permanere non posset, quia erāt caro, opera carnis diluuio condemnauit, & auidissimā hominum gulam probans, dedit eis licentiā comedendarum carniū, vt dum sibi intelligunt licere omnia, nō desiderent magnopere quod non licebat, ne mandatū in causam verterent præuaricationis. Quanquā 11
& tunc ex parte imperatum ieiunium sit. Nam cum alia munda dicantur, alia immunda, & in arca Noe de immundis bina, de mundis intro- Gen. 7.
ducūtur imparia, & vtique immundorum esus ablatus sit, ne sine causa dicerentur immunda, ex parte ieiunium dedicatum est, docens abstinentiam omnium, quorumdam recisione. Cur perdidit Esau primogenita sua? Nōne propter cibum, impatientiamq. gulæ? Lacrymis emendare nō potuit. Eiectus de Ægypto populus Israel, & in terram promissionis introducendus Ægyptias carnes & pepones, alliaq. desiderat. Num. 11.
Vtinā inquit perijssemus percussi a Deo in terra Ægypti, quando super ollas carnium sedebamus. Et iterum, Quis nos pascet carnibus? Venerunt in mētem nobis pisces quos in Ægypto comedebamus gratis, & cucumeres, & pepones, & porri. At nunc anima nostra arida, nihil nisi manna oculi nostri conspiciunt. Angelorū cibum contemnentes, carnes Ægyptias suspirabant. Moyses quadraginta diebus & noctibus ieiunans in monte Sina, etiam tunc probans non in pane solo viuere hominem, sed in omni verbo Dei, cū Domino loquitur, populus autē satur idola fabricatur. Ille vacuo ventre legem accipit scriptam digito Dei; iste manducans 12
& bibens, consurgensq. ludere, aurum conflat in vitulū & Ægyptium bouem præfert Domini maiestati. Tot dierum labor, vnius horæ saturitate perijt. Frangit audacter Moyses tabulas. Sciebat enim Dei sermonem non posse audire temulentos. Incrassatus est, & pinguefactus, & dilatatus, & recalcitrauit dilectus, & reliquit Dominū qui fecerat eū, & abscessit a Deo salutari suo. Vnde & in eodem Deuteronomio præcipitur. Ne cum manducaueris & biberis, obliuiscaris domini tui. Denique manducauit populus, & incrassatum est cor eius, ne

videret

videret oculis, & audiret auribus, & cordi conijceret, & vultum ieiunantis Moysi pastus & pinguior populus sustinere non potuit. Quãobrem & Dominus noster ob ieiuniorum consortia Moysem & Eliam transfiguratus in monte, secum ostendit in gloria. Sed nec secunda descriptio tabularũ absque ieiunio potuit impetrari. Quod ebrietas perdiderat, inedia reperit. Ex quo ostenditur posse nos per ieiuniũ redire in Paradisum, vnde per saturitatem fueramus eiecti. In Exodo aduersus Amalec oratione Moysi & totius populi vsque ad vesperã ieiunio dimicatum est. Iesus filius Naue stationem impetrauit Soli & Lunæ, & inediam plusquam vnius diei victoris exercitus protelauit. Saul (sicut in regnorum libro scribitur) Maledictus, inquit, qui ederit panem vsque ad vesperam, donec vlciscar me de inimicis meis. Et non gustauit omnis populus eius, & tota terra prandebat. Elias quadraginta dierum ieiunio præparatus Deum vidit in Monte Oreb, & audit ab eo. Quid tu hic Elia? Multo familiarior ista vox, quam illa in Genesi Adam vbi es? Illa enim pastum terrebat, hæc ieiunanti famulo blandiebatur. Congregatum Samuel populum in Masphat indicto ieiunio roborauit, & fecit hostibus fortiorem. Assyriorum impetum & potẽtiam Sennacherib Ezechiæ regis lachrymæ, saccus & humiliatio victus fregit, prostrauit, & vicit. Et è contrario ciuitas Niniue imminẽtem iram domini ieiuniorũ miseratione detersit. Quam & Sodoma placassset, & Gomorrha, si voluissent agere pœnitentiam, & lachrymas pœnitentiæ patrocinante cõciliare ieiunio. Achab rex impijssimus, vt sententiam Dei subterfugeret, & euersio domus eius differretur, ieiunio impetrauit, & sacco. Anna vxor Helcanæ inanem cibo ventrem filio meruit implere. Daniel & tres pueri in Babylone reuelationem merentur ieiunio, & pasti leguminibus pulchriores sunt, & prudentiores eis qui de mensa regis carnibus vescebantur. Deinde scriptum est, quòd Daniel tribus hebdomadibus ieiunauerit, panem suauem non comederit, caro & vinum non intrauerint os eius, oleo vnctus non sit, & venerit ad eum Angelus dicens: Daniel homo miserabilis es. Qui Deo miserabilis apparuerat, post ieiunium leonibus in lacu fuit horribilis. Quàm pulchra res quæ placat Deum, leones mitigat, dæmones terret. Dauid periclitante filio post adulteriũ in cinere, & ieiunio pœnitentiam facit, dicens: Quia cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam. Et infirmata sunt a ieiunio genua mea. Et certe iam audierat a Nathan, Dominus abstulit a te hoc peccatum. Samson & Samuel vinum, & siceram non bibunt; erant enim filij repromissionis, & per abstinentiam, ieiuniumq. concepti. Aaron & ceteri Sacerdotes ingressuri templum, omne quod potest inebtiare, non potant, ne moriantur. Ionadab filius Rechab præcepit filijs suis, vt non haberent vinum vsque in æternum. Quibus cum offerret Ieremias vinum, vt biberent, & illi bibere noluissent, loquitur dominus per prophetam. Quia obedistis præcepto Ionadab patris vestri, non deficiet vir de stirpe Ionadab filij Rechab stans in cõspectu meo cunctis diebus. In foribus Euangelij Anna filia Phanuelis semper ieiunãs & Dominum, & Virginem longa ieiunia susceperunt. Præcursor eius, & præco Ioannes locustis alitur, & siluestri melle non carnibus. Habitatioq. deserti & incunabula monachorum talibus inchoantur alimentis. Sed & ipse Dominus baptisma suum ieiunio quadraginta dierũ dedicauit, & acriora dæmonia docuit, non nisi oratione, & ieiunijs posse superari. Cornelius Centurio, vt spiritum sanctum acciperet antequam baptisma, eleemosynis meruit, crebrisq. ieiunijs. Paulus Apostolus post famem & sitim, & ceteros labores suos, &c. crebra ieiunia enumerat. Et cum Timotheo discipulo dicit, Noli iam deinceps aquam bibere, ostendit eum aquam ante potasse. Timemus ne ab aduentu æterni Iudicis, sicut in diebus diluuij, & euersionis Sodomæ inueniamur manducantes & bibentes. Nam & diluuium, & ignis de cælo saturitatem, quam deleret, inuenit. Christus est qui diuitem purpuratum propter epulas narrat in tartaro, & Lazarum pauperem ob inediam dicit esse in sinu Abrahæ. Deus in Leuitico præcipit, vt septimo mense, decima mensis omnis populus ieiunet vsque ad vesperam, & qui non afflixerit animam suam, moriatur. Quare sepulchra concupiscentiæ vbi carnibus deditus populus ruit, vsque hodie in solitudine perseuerant. Cur homo Dei ad cuius prophetiam manus aruerat regis Hieroboam, qui manducauit contra edictum Dei, illico percussus est? & leo qui asinam custodiuit intactã prophetæ leuanti se de prandio non pepercit; qui ieiunus miracula fecerat, pransus illico saturitatis pœnas luit. Sed & Ioel clamitat, Sanctificate ieiunium, prædicate curationem, vt monstraretur ieiuuium sanctificari ceteris operibus, & sanctificatum ieiunium curationi proficere peccatorum.

15

16

ITEM loquẽs de laudibus Hieronymi ait: Quòd quinquaginta annis vinum & siceram aliqualiter non gustauit. Ab omni carninm & etiã piscium esu ita se abstinuit, quòd vix ea nominare volebat, coctum quid non nisi in vltima ægritudine bis comedit. Non nisi semel fructibus aut herbarum folijs sine radicibus pastus in die.

17

AVGVSTINVS, vt ostendat gulam in qualitate cibi non consistere, sed in deordinato appetitu, ait. Eripe me ab omni tentatione, non ego immunditiam obsonij timeo, sed immunditiam cupiditatis. Scio Noe omne carnis genus, quod cibo esset vsui manducare permissum. Eliam cibo carnis refectum, Ioannem mirabili abstinentia præditum animalibus, hoc est locustis in escam cedentibus non fuisse pollutum. Et scio Esau lenticulæ concupiscentia deceptum, at Dauid propter aquæ desiderium a se ipso reprehensum, & regem nostrum non de carne, sed de pane esse tentatum. Ideoque & populus in eremo, non quia carnes desiderauit, sed quia escæ desiderio aduersus Domi-

Num.11. Dominum murmurauit, meruit improbari.

18 Item sic habet. Ieiunia prorsus incredibilia multos exercere didici Mediolani & Romæ, non quotidie semel sub noctem reficiendo corpus, quod est vsquequaque vsitatissimum, sed continuum triduum, vel amplius sæpissime sine cibo, aut potu ducere, neque hoc in uiris tantum, sed etiam in feminis. Quibus item multis viduis & virginibus simul habitantibus, & lana. ac tela victum quæritantibus præsunt singulæ, probatissimæq. & inter hæc nemo vrgetur in aspera, quæ ferre non potest.

Libro de moribus Ecclesiæ Catholicæ.

19 Item sic habet. Sicut enim corpus febricitans, si accipit escam, aut potum, increscit illi calor, ita & humana corpora, quæ sanguinis fer uore vruntur, vehementius exardescent, nisi fuerint abstinentia gubernata. Igni enim si deest esca sopitur. Animi est ducere corpus, si autem dimiserit illud, præcipitabit ipsum, sicut equus furiosus negligentem sessorem. Igitur necessaria sunt nobis ieiunia, sicut vulneribus medicina, medelam enim conferunt vitæ perpetuæ: ita tamen, vt duarũ rerũ testimonio cõmendentur, idest oratione, & misericordia. Ieiunia ergo intemperantiam corporis mitigant, motus aduersos reprimũt, pressuram animæ auferunt, sicut ait Dominus: Nolite dediti esse in esca & crapula, ne grauentur corda vestra. Cum enim anima ab esu, & potu nimio fuerit liberata, tũc se melius recognoscit. Sicut enim in speculo sordido non se talẽ homo aspicit, qualis est, ita & si esca, & crapula fuerit grauatus, alterũ se sentit, quàm est, & tunc excitatur libido, accenditur ira, inflammatur superbia, generatur luxuria, vnde Apostolus. Nolite, ait, inebriari vino, in quo est luxuria. Quòd si temperatum fuerit corpus, interposito ieiunio, cognitione sui recepta anima intelligit, qua deuotione obsequi debeat Redẽptori. Magna ergo ex parte ieiunia sunt necessaria. Sub Esther etenim Regina, cum Iudaicus populus in periculo positus esset, ieiunijs suffragantibus liberatus est. Et Niniuitæ cum euersionis suæ præscriptum diem a Propheta audissent, ieiunio indicto euadere meruerunt. Et iusti ac prophetæ nostri quando a Deo aliquid impetrare volebant, ieiunio se humiliabant, dicente Dauid, In ieiunio humiliabam animam meam. Nam & Saluator, cui opus non erat, vt nobis exemplum daret, ieiunauit: & vt accepta sit oratio, consortium vult secum habere ieiunij.

Tom 4. lib. Quæstionũ ex vtroque testamẽto.

Luc. 21.

Ephes. 5.

Hester. 4. & 5.

20 Ionæ 3. Psal. 34.

ITEM sic habet. Ne homo fame moreretur, omnia ad esum Deus creauit, sed ne mensuram comedendi excederet, abstinentiam imperauit. Nam inter cetera sua mala, saturitate panis maxime Sodoma perijt, Domino attestãte qui ad Hierusalem per prophetam loquitur dicens: Hæc est iniquitas sororis tuæ Sodomæ saturitas panis. Quapropter sicut æger ad medicinam: sic ad sumendas dapes debet quisque accedere. Nequaquam videlicet in illis voluptatem appetens, sed necessitati succurrens. Hinc veritas dicit, Attendite ne grauentur corda vestra in crapula & ebrietate. Quod contra de insatiabili Iudæorum voracitate Apostolus dicit: Multi ambulant quos sæpe dicebam vobis, nunc autem & flens dico inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorũ Deus venter est, & gloria in pudendis eorum, qui terrena sapiunt. Et rursum. Esca ventri & venter escis, Deus autem hunc & has destruet. Ille autem plene hoc vitium superat, qui in sumendis dapibus non solum parsimoniam, vt scilicet refectionem semper esuriens imperet, verum etiam accuratiores epulas excepta corporis infirmitate, & hospitum susceptione contẽnat.

Tom. 9. lib. de conflictu vitiorũ, & virtutum.

Ezec. 16.

Phil. 3. 1. Cor. 6.

21 Tom. 10. sermo. 25. ad fratres in eremo. Gen. 2. Exo. 24. 3. Reg. 19 Gen. 3. Exo. 34. 4. Reg. 19 Ionæ 3. Cap. 10.

ITEM. Scire debetis, ait, fratres dilectissimi, quòd hoc solemne ieiunium, quod alma mater Ecclesia hodie præcipit obseruare a creatione hominis in ipso mundi primordio præcepit Deus in paradiso Adæ & Euæ, vt a fructu arboris abstinerent. Hoc etiam ante legem Moyses sanctus obseruauit, & legem suscepit. Hoc sub lege Elias astrinxit, & ad cælum in curru volauit. Eua quamdiu abstinuit & virgo fuit, & in paradiso permansit, sed dum ieiunium violauit, in miseriam corruit, libidinis corruptionem persensit, sub domino constituta remansit, & de paradiso expulsa fuit. Moyses etiam post ieiunium cum Deo facie ad faciem locutus est, qui ante ieiunium Deum nec videre, nec ad Deum accedere ausus fuerat. Hierosolyma a Sennacherib tempore Ezechiæ regis & Isaiæ per ieiunium liberatur, & centum & octogintaquinque millia cælitus interfecti sunt in nocte vna. Tempore etiam Ionæ ieiunium prædicantis in cinere & cilicio veniam impetrauit. Numquid & Iosue filius Naue ieiunauit; plusquam per diem & cursum Solis & Lunæ tẽperauit, & hostes superauit. O ieiunium conuiuium animarum, beatus qui te amat, sed beatior qui te frequentat!

22 In serm. 33 ad fratres in eremo.

IDEM sic ait. Accidit hodie terribilis casus, vt omnes audistis, propter quem ad Ecclesiam Hipponensem, non solum omnes antiquiores habere volui, sed etiam omnes feminas & infantes in vnum congregari præcepi, quibus congregatis cum dolore & anxietate vobis enarrare intendo, antequam pateat in plebe, quid accidit præclarissimo ciui nostro Cyrillo. Filiũ, vt scitis, habebat, & quia vnicus erat, eum superflue diligebat. Ideo superfluo amore inebriatus filium corrigere negligebat. Et ille ebrietatem perpessus matrem pregnantem nequiter oppressit, sororem violare voluit, patrem occidit, & duas sorores vulnerauit ad mortem. O dolorosa ebrietas omnium malorum mater, omnis luxuriæ soror, omnis superbiæ pater! O ebrietas! mentem cæcas, Iudicio recto cares, consilium nullum habes, blãdus dæmon es, venenum dulce es, peccatum suaue es. O ebrietas! numquid non per te inflatur stomachus? numquid non per te putrescit anhelitus? nũquid non oculos cæcas? numquid non cuncta membra debilitas? numquid non mortem acceleras? numquid non bursam euacuas? numquid bestialem & irrationabilem te diligentem tecum ducis? O ebrietas! discant te deuitare, velut mortem effugere, quoniam qui te dilexerit regnum Dei non consequetur. Ergo

Eph.5. go o fideles nolite inebriari vino. Non enim sufficit abstinere, sed abstinentes, alios abstinere doceatis: docentes quomodo Loth inebriatus cum filiabus iacuit. Samson etiam vino
Iudi.16. repletus per meretricem inimicis traditur.
23 Audite fideles Isaiam dicentem. Væ qui con-
Isai.5. surgitis mane ad ebrietatem sectandam,& potandum vsque ad vesperam,vt vino æstuetis. In
Leu.10. veteri etiam lego præceptum,quòd sacerdotes cum ingrederentur templum omnino non vinum biberent. Si ergo hoc erat dum templum tantum ingrederẽtur,& quid nos miseri facere debemus? O quam plures sunt ex vobis, qui prius tabernam visitant,quàm templum,prius corpus reficiunt,quàm animam. O fideles non fideles,quid vobis cum vino? Nunquid vinum factum est, vt deficiatis maledicentes nomen Domini? Abstinete ergo a superfluo potu,ne rebelles efficiamini.Elias tamdiu miracula fe-
3.Reg.17. cit,quamdiu pane & aqua refectus est,sed postquam carnes comedit,& vinum bibit in saturi-
Gen.3. tate miracula non legitur fecisse. Adam quamdiu abstinuit,tamdiu obediens fuit,tamdiu bonus & sanctus permansit.

24 CHRYSOSTOMVS sic habet. Non
Tom.1.homil.10.in Genesim. ieiunantes erubuerũt post epulas ad Ecclesiam venire confusi,eo quòd non possent ieiunare: non est confusione dignum, ipse qui corporalis mensæ particeps fuit, quòd veniat ad spirituale conuiuium.Sobrius auditor, etiam pransus, spirituali conuentu dignus est. Num comedere, malum? Absit,sed gula damnosa est, & impleri pluſquam satis,& disrumpere ventrem. Si igitur sunt aliqui præsentes, quos corporis vetat infirmitas ieiunos,& imprãsos permanere, eos laudo quòd corporis infirmitatem curant, & spirituali hac doctrina non solum non priuantur, sed & pransi plus exhibent studij. Per ieiunium quanto exterior noster homo corrumpitur,tanto internus renouatur. Ieiunium corpus comprimit,& lasciuias inordinatas refrenat, animam autem clariorem efficit, & sublimem. An non videtis quotidie ex sumptuosis mensis, & immodica ingluuie infinita morborum genera induci? Vnde capitis dolores? Vnde corruptorum humorum abundantia? Vnde innumeri alij morbi? Nonne ab intemperantia, & largiore vini ingurgitatione, quàm oportet? Nam sicut nauis quæ aquis ita impletur,vt exhauriri nequeat, statim submergitur; ita homo quando crapulæ & ebrietati seipsum exponit, in præceps vadit & rationem suam submergit,denique iacet quasi viuum cadauer, ad mala quidem operanda sæpe potens, ad bona autem omnia,nihil se melius habens, quàm
Rom.13. mortui. Idcirco obsecro,vt secundum beatum Paulum,carnis prudentiam ne feceritis in concupiscentijs.

25 IDEM inter alia hæc dicit: Iucundum
In Homil. cui titulus est De ieiunijs. quidem nautis est ver, iucundum quoque & agricolis, sed non ita istis iucundum est ver, vt his qui philosophari volunt, iucundi sunt ieiuniorum dies, spiritale animarum ver, & fidissima tranquillitas animorum. Nam agricolis ver,idcirco iucundum est,quia delectat aspicere tunc depictam floribus terram, & varijs frondibus virgulta comantia,nautis vero acceptum est ver, quòd dorsum maris deductis nauibus tuto licebit ascendere, nec vndarum pericula formidare. Nobis autem iucundum est ieiuniorum ver, quòd tunc non vndarum, sed cogitationum,& concupiscentiarum carnis fluctus ac turbines mitigantur, & coronæ nobis non florum,sed spiritualium gratiarum parantur. Non ita ergo apparens suis hirundo vernaculis fuga tam hyemem nunciat, vt ieiuniorum dies fugari ex visceribus nostris vitia carnis & cupiditatis ostendunt. Cessat pugna carnis aduersus animam, & animæ aduersus carnem, nec insurgit ancilla in dominam, nec serua superbit in liberam, sed vniuersa hæc prælia ieiuniorum præsentia conquiescunt.

ITEM sic habet. Ebrietas & luxuria stan- 26
tem euertunt ciuitatem, commotam ieiunium Eqdem tomo homil. de Iona Prophe ta. solidauit. Cum ieiunio Daniel in lacum leonũ ingressus est,& eorum tantam mansuetudinem sensit, vt simplicitatem ouium arbitraretur. Nam bestiæ in illa feralis ardoris rabie,furoris sui natura lenita, oblato sibi cibo parcebant,& aliquanto tempore fame defectæ præparatam satietatis copiam respuerunt, nam diebus septẽ eis fuerat cibus denegatus, vt in ipso oblationis aspectu Prophetæ carnibus auida cupiditate inhærentes, consumpto se corpore satiarent. Cum ieiunio & tres pueri in fornacẽ Babyloniũ ingressi sunt, & ingenti flamma spatio aliquãti temporis erogato intacti egressi sunt, & eorum corpora ignis lumine splendidius micuerunt. Sed si hæc flamma erat, monstrabat
16 flammæ naturam, & illa si corpora erant,subia cebant corporis passioni. Sed hanc admirabilem quæstionem nullus poterit nisi ipsum ieiunium explanare. Quæstio etenim ardua est. Humana corpora cum igne pugnabant,& victoria corporum monstrabatur. Vidisti admirabilem pugnam, vidisti admirabiliorem victoriam, mirare igitur ieiunium,& illud cum omni auiditate tuis amplexibus festina susc ipere. Quando enim & in flamma prodest, & in lacu leonum subuenit,& spiritus propulsat immundos, & diuinam sententiam mitigare nouit, & ad libertatem reuocare consueuit, quis huius insaniæ reperitur, qui velit ieiuniũ tantorum bonorum materiam declinare? Insuper & medici parcitatem, salutis nominant matrem.

ITEM sic habet. Nihil est delitijs perni- 27
cioſius. Audi rursum quid de illis dicat Moy- Tom.2.con cione prima de Lazaro. ses. Impinguatus est, incrassatus est,dilatatus est,& recalcitrauit dilectus. Nec ait, recessit, sed recalcitrauit dilectus, illius intractabilitatem nobis significans, atque alio rursus loco. *Deut.32.* Vbi comederis ac biberis caue tibi,ne quando obliuiscaris Domini Dei tui. Adeo delitiæ so- *Deut.6.* lent ad numinis obliuionem adducere. Proinde tu quoque cum sedes ad mensam, memento quòd post conuiuium orandum est tibi. Ita moderate ventrem exple; ne grauatus nõ quæras genua flectere,ac Deum inuocare. An non vides, quòd iumenta iugum ferentia, posteaquam ad præsepe pasta sunt,iter agunt,onera gestant,

gestant, sumq. explent ministerium. Tu vero qui sublata mensa ad omne opus inutilis es, & inidoneus, num vitare poteris, quo maxime conuenit esse sobrium ac vigilantem? Nam tempus post mensam agendi gratias tempus est. Non decet autem agentem gratias ebrium esse, sed sobrium. A mensa non ad lectum,sed ad precationem vertamur,ne brutis animantibus simus magis bruti.

28 ITEM sic ait. Numquid voluptatem quæ-
Tom.3.homil.37.in acta Apost. ris amice? Hanc a frugalitate parabis? Num sanitatem? etiam hanc inde? num libertatem? num valetudinem ac robur corporis? num bonam constitutionem? num animæ sobrietatẽ? num alacritatem? ita bona omnia hic. In crapula autem contraria,insuauitas, mala valetudo,infirmitas,illiberalitas,sumptus. Vnde igitur ad illam currimus omnes inquit? ab infirmitate. Dic enim mihi quare nociuum ægrotans inquirit. Nonne & isthuc ipsum signum est ægritudinis? Quare claudus non recte incedit? Isthuc ipsum autem nonne ab ignauia, & quòd non vult accedere ad medicum? Dic mihi Esau,vnde captus est, vnde præsenti voluptati futuram gloriam non prætulit? A mollitie & dissolutione. Quando ergo delitijs vacaturus es,considera temporariam voluptatem dãnum esse: damnum enim re vera est, cum tuo damno tantas opes insumere morbosq. contrahere,& infirmitates quæ inde oriuntur, & contemnes voluptatem. Quot vis tibi numerem
Gen.9. mala passos a voluptate? Noe inebriatus est, ac nudatus,& vnde quãta hunc mala? Esau per gulam primogenita amisit,& ad fratris cædem
Gen.25. festinauit. Populus Israel sedit, vt manducaret & biberet,& surrexerunt ad ludendum.Propter
1.Cor.10 hoc dicit.Comedẽs ac bibens memor esto Domini Dei tui. In præcipitium enim inciderũt:
Deut.6. Vidua,inquit,quæ in delitijs agit viuens, mor-
1.Tim.5. tua est. Tollo luxum, moror delitias propter vtilitatem vestram,nam quasi torrens omnia subuertit voluptas. Nihil est, quod illam prohibet, regno eijcit.

29 ITEM exponens verba illa, omnia mihi
Tom.4.homil.17.in 1.ad Corinthios. licent, sed ego sub nullius redigar potestate, sic ait. Ventri deditos hoc in loco taxat, nam cum rursum in fornicatorem inuecturus sit,fornicatio autem a cibo, & intemperantia proficiscatur, vehementer hoc vitium reprehendit: non enim de vetitis hoc dicit. Illa enim nullo pacto licent,sed de his quæ indifferentia videntur. Et ait. Ego sub nullius redigar potestate, ideſt, non efficiar seruus huius affectus. Qui enim ad necessitatem eo vtitur, ille eo dominus est,qui vero in incontinentiam prolabitur, nõ amplius dominus, sed seruus eius efficitur, cum edacitas ei dominetur.

30 ITEM sic habet. Qui viuit in delitijs, &
To.5.serm. contra luxũ & crapulam. ebrietati deditus est, & carnium vorationi, & vini potatione disrumpitur sæpe & inuitus, & sponte necesse est peccare. Nam sicut nauis oneraria, quæ supra suam magnitudinem vehenda capit oneris magnitudine grauata submergitur, ita anima & corporis nostri natura, si plures acceperit cibos, quàm ferat natura sua impletur, & iniectorum grauitatem non amat,& in perditionis pelagus demergitur, & nautas, & gubernatores, & eos qui in prora, & alios nauigãtes, & ipsum onus cum hominibus perdit. Et qui cibis vacat, & ad præsentem vitam inutilis fit, ad nihil accõmodus, & vbique ridiculus,tam in publicis quàm in priuatis rebus, & si in tumultu aliquid opus est fieri, non inuenitur habere aliquid prouidentiæ, vel gubernationis. De sobrietate dicit Sapiens. Ani *Prou.27.* mæ indigenti,& amara dulcia videntur: anima impleta fauis illudit. Vnde si voluptatem quærimus, hic magis inuenimus. Quomodo ergo non extremæ dementiæ fugere a mensa frugali, quæ habet voluptatem & suauitatem,& omnia bona,& Dei amorem, & struere aliam plenam innumeris calamitatibus, insuauem, tristem, & morbosam, & quod grauissimum est, omnium incitantem contra nos Deum.

ITEM sic ait. Vis discere quantus homini- 31
bus ornatus sit ieiunium,quæ vestabilitas ac cu Homil. 1. de pœnitentia. stodia considera beatum, atque admirabile monachorum genus. Hi namq. qui in eremo sunt ex hominibus angeli per ieiunium effecti sunt; immo & in vrbibus quotquot se tolerantes, inuenit ad ipsum philosophiæ culmen euehit. Nã & Moyses,& Elias veteri in testamento prophetarum turres, tametsi ex alijs illustres,magniq. habentur, ac magna fiducia gaudent: tamen si quando ad Deum volebant accedere, & colloqui quantum homini possibile erat, ad hoc confugiebant,atque per huiusmodi ad Deum duce bantur manus. Propterea & Deus, hominem a principio faciens, illico frenum ei ieiunij manibus imposuit, velut pie amabiliq. matri, & magistro optimo committens. Nam ab omni *Gen.2.* ligno,quod est in paradiso comedetis, de ligno vero scientiæ boni & mali nõ comedetis,species ieiunij est.Si in paradiso ieiunium necessarium fuit,extra paradisum multo magis. Si ante plagam vtilis medicina fuerat, multo magis post plagam.Si necdum bello voluptatum insurgente, nobis arma fuerant opportuna, multo magis post voluptatum, vitiorumq. prelium a dæmonijs nobis illatum. Igitur necessaria nobis a ieiunio sunt auxilia. Si hanc audisset vocem Adam,nequaquam secundam audiuisset, terra
Gen.3. es & in terram reuerteris. Sed quoniam hanc quidem transgressus est, propterea mors & ærumna, & curæ, & vita omni morte acerbior, propterea & spinæ, & tribuli, labores, & dolores, vitaq. anguſtijs plena. Vidisti quomodo irascitur Deus ieiunio spreto? Disce, & quomodo lætatur ieiunio honorato. Quemadmodum enim ieiunio spreto mortem spernẽti addidit,honorabile spernenti,sic iterum eodem honorato de morte reuocat. Nam & volens tibi ostendere rei virtutem, potestatem ipsi dedit post sententiam, vt abductos media de via rapere, atque reducere ad vitam, idque non in duobus tribusve,aut viginti, sed vniuerso Nini uitarum populo,& vrbem magnam, admirabilemq. ac dicentem ingenij ad ipsum baratrum, iam inclinantem caput,venientem desuper plagam accepturam,veluti quædam desuper stans

poten-

potentia ipſum ex carnificis manibus eripuit, atque ad vitam reduxit.

32 ITEM ſic habet. Ne putetis paruum lu-
Serm. 1. de ieiunio. crum eſſe ieiunium. Ab vno ligno ſi abſtinuiſ-
ſet Adam, mortua fuiſſet mors, immo non fuiſ-
ſet mortua quæ non erat. Vides ſi hoc pharma
co vſus fuiſſet Adam, nõ eſſet mortale noſtrum
Gen.25. genus. Vtinam & Eſau ieiunaſſet, & non vendi-
diſſet primogenita, ſed cibo minor factus natu-
ræ priuilegium lentibus vendidit. Quid de-
tulit Iudæis legem a monte? Ieiunium Moyſi,
quod quadraginta diebus fiebat, ſed priuſquàm
deferretur lex, viſus eſt populus veritatem ami
Exo.34. ſiſſe. Ieiunium angelorum imitatio eſt pro no-
ſtro virili, contemptus præſentium, ſchola pre
cum, alimonia animæ: frenum oris, & mitigat
concupiſcentias; ſciunt qui ieiunant, & miti-
gat voluptates, & non ignorant qui tentantur,
mollit furorem, compeſcit iram, ſedat fluctus
naturæ, excitat rationem, claram facit animã,
alleuiat carnem, fugat fædas intemperantias
nocturnas, liberat ab ebrietate, tollit capitis
dolores, claros affert, & colores, & aſpectus. Cu
Leuit.10. ius gratia occiſi ſunt filij Aaron Sacerdotes?
Nonne quia in miniſterio vinum guſtarunt?
Quæ erat lex Nazaræorum? Nonne abſtinere
Daniel 1. a vino, & omnibus quæ inebriant? Daniel cum
ſuis legumina comedebant, cõtemnentes men-
33 ſam tyranni Nabuchodonoſor. Ieiunauit Da-
Dan.9. niel triginta ſex dierum hebdomadas, & vir il-
le deſideriorum, quia a concupiſcentijs ſibi
temperabat, cognomen ſortitus eſt. Et quo-
modo ipſe ieiunauit nõ vnum diem & breuem,
ſed triginta ſex dierum hebdomadas? Et ipſe
præfigurabat Eccleſiæ conſuetudinem. Panem
Dan.10. ait delicatum non comedebam. Alij autem
pro voluptate ſua aliquando viuunt. Vinum &
carnem non intrauit in os meum, a quibus ieiu
nat Eccleſia. Ieiunium ſententiam Dei reuo-
cauit; dixit enim ſubuertetur Niniue, & non
eſt ſubuerſa. Adhibuerunt enim ieiunium, &
Ionæ 3. effugerunt. Ionas effugit, quia timuit præſidiũ,
quod illis ex ieiunio erat futurum. Nam cœtus
eum abſorbuerat. Abſorbuit autem ieiunans,
non enim vt præda & eſca vtatur abſorbens,
ſed deponebat & ſeruabat depoſitum Domino.
Ieiuna quia peccaſti, ieiuna vt & non pecces, ie
iuna vt accipias, ieiuna vt & permaneant quæ
accepiſti: hæc enim ieiunij genera ſunt. Ieiu-
nat quis vt effugiat pœnam, ieiunemus ne in-
ſurgant concupiſcentiæ.

34 ITEM ſic habet. Quid ebrio turpius? Fa-
Homil. 54. ad populũ. miliaribus deriſibilis, inimicis deriſibilis, apud
amicos miſerabilis, infinita dignus damnatio-
ne, fera magis eſt, quàm homo. Multa namque
voracitas pardalus eſt, & vrſa, & merito. Non
enim habent rationalem animam: & illa tamen
ſi plus neceſſitate, & menſura ipſis a natura de-
finita comederint, totum corpus corrumpunt.
Quanto nos autem magis? Propterea nobis in
breue Deus ventrem coarctauit, propterea bre
uem ſtatuit ſibi menſuram, vt animæ curam
gerere doceret. Itaque niſi delitiæ labores ha-
berent, & ægritudines, & infirmitates, eſſet for-
te tolerandum: nunc vero tibi natura termi-
uos poſuit, vt neque volens tranſgrediaris; num
voluptatem quæris dilecte? Hanc ab eo quod
ſatis eſt, inuenies. Nonne ſanitatem? Et hanc.
Nonne ſecuritatem? Et hanc. Nonne libertatem? Nonne corporis robur? Nonne bonam
habitudinem & animi ſolertiam? Iſta ſunt hic
omnia bona, in illa vero contraria iniucundi-
tas, mala habitudo, ægritudo, illiberalitas, im-
penſa. Noe factus eſt ebrius, & denudatus, &
vnde quot ex hoc orta ſunt mala? Eſau per in- *Gen.9.*
gluuiem primogenita perdidit, & ad fratricidium animum dedit. Vidua illa delitijs vacans *Gen.25.*
viuens mortua eſt. Tempus belli, tempus cer- *1.Tim.5.*
taminis, tu vero ſedes in delitijs. Nonne vides
& regnis præpoſitos in caſtris tenuiter viuentes? Non eſt nobis lucta aduerſus ſanguinem &
carnem, tu vero luctaturus temetipſum impin-
guas. Stat ſtridens dentibus aduerſarius, tu *Epheſ.6.*
vero menſis vacas? Chriſtus fame tabeſcit, tu
vero voracitate temetipſum diſtendis? Quid 35
mali non faciunt delitiæ? Sibi ipſis contrariæ
ſunt. Vnde neſcio quomodo nomen hoc habeãt.
Sed ſicut gloria cum ignominia ſit, & diuitiæ
cum ſit paupertas vocatæ ſunt, ſic & delitiæ
cum iniucunditas ſit. Numquid enim mactandi ſumus, quoniam noſipſos ſaginamus? Quid
lautam vermibus menſam apponis? Quid maiorem agis ſaniem? quid fœtentes ſudorum fon
tes reponis? Quid ad omnia temetipſum red-
dis inutilem? Vis oculum fortem fieri? Fac
corpus robuſtũ. Nam & in chordis craſſa qui-
dem & immunda ad cantus ſuauitatem inutilis eſt, vndique vero raſa intenſa eſt, & conſo-
nantiſſima. Si non alius quieſcam, te ſalutem
athletæ doceant, quoniam gracilius corpus eſt
& fortius, & anima fortior aurigæ, ſimilis eſt &
equo. Sed illic vides, ſicut in his qui delitijs
vacant, & carnoſis, ſic & equos carne fluentes
motus eſſe difficilis, & multos aurigis labores
præbentes.

ITEM ſic habet. Ieiunium angelum ex ho 36
mine reddit, & cum incorporeis pugnat virtu- Homil. 71. ad populũ.
tibus. Ieiunans leuis eſt & alatus, & improbas
extinguit concupiſcentias, & inſurgentem animum humiliat. Propterea & Apoſtoli ſemper
fere ieiunabant. Orans cum ieiunio geminas
habet alas, & ipſis quidem ventis leuiores. & ſi
ieiunare non potes abſtine te a delitijs. Hoc au
tem non minimum eſt, nec a ieiunio multum
diſtans, ſed ipſum quoque diaboli furorem pro
ſternere idoneum. Nihil tam gratum dæmo-
nio, quàm delitiæ ſunt, & ebrietas, quoniã om-
nium malorum fons eſt, & genitrix. Per hanc
demum Iſraelitas in idolorum cultum præcipi
tauit. Per hanc Sodomitas in nefarios accen- *Ezec.16.*
dit amores. Per hanc alios perdit innumeros,
& gehennæ tradit. Quid enim mali non operantur delitiæ? Ex hominibus porcos efficiũt,
& porcis deteriores. Porcus enim inuoluitur
cæno & ſtercore paſcitur: hic autem abomina-
bili magis paſcitur menſa, illicitos excogitans
coitus, & nefarios amores. Huiuſmodi nihil
a dæmoniaco differt, ſimili namque fertur im-
pudentia, ſimiliq. bacchatur furore, & dæmone
quidem preſſum ſaltem miſeramur, hũc autem
odimus.

1.Tim.5. odimus. Modico vino vtere, ait Paulus Timotheo propter ſtomachũ, & frequentes infirmitates tuas. Si vero ſanctus ille morbo laborãs, & frequentes patiens ægritudines vinum non guſtabat, donec præceptor mandauit, quã nos habuerimus veniam, qui in bona valetudine ſectamur ebrietatem? Igitur illi quidem dicebat mo
37 dico vino vtere propter infirmitates, cuique ve
ro ebriorum dicet. Modico vino vtere propter
fornicationes, propter crebra turpiloquia, pro
pter ceteras turpes concupiſcentias, quas ſolet
Pſal.103 ebrietas parere. Vinum ad lætitiam datum eſt,
vos autem & hãc eius virtutem deſtruitis. Quæ
namque lætitia non eſſe in ſemetipſo, innume-
roſq. pati dolores? Quanto melior his eſt aſinus
& canis? Nam & horum quodlibet animalium,
& omnium brutorũ ſeu comedere, ſeu ſit opus
bibere, neceſſitatem terminũ nouit, nec vltra
quàm eſt opus, progreditur, licet ſint infiniti,
51 qui cogant, in immodeſtiam procedere non pa
titur. Et ſicut in tempeſtate ſedata procella, ,
tẽpeſtatis tamen remanet nocumẽtum, itidem
& in iſta. Sicut enim illic mercium fit iactura,
ſimiliter, & iſthic fere omnium bonorũ efficitur, ſiue modeſtiam inueniat, ſiue pudorem, ſiue
prudentiam, ſiue manſuetudinem, aut humilita
tẽ, in iniquitatis omnia proijcit pelagus ebrie-
tas. Illic autem poſt iacturam ſcapha leuis effi-
citur, hic autem magis grauatur, nam pro diui-
tijs illis arenam admittit, & omnem ebrietatis
ſordem, quæ cum nautis pariter, & gubernato-
re, ſcapham illico ſubmergit, & perit.

38 BASILIVS ſic habet. Lege antiquius eſt
Hom. 1. ex 29. varijs quæ eſt de laudibus ieiunij. ieiunium. Reuerere ieiunij caniciem, coetaneũ eſt humanitati ieiunium in paradiſo ſancitum eſt, primũ mandatum accepit Adam de ligno cognitionis boni & mali ne edatis. Hæc
vox ieiunij & abſtinentiæ eſt præceptum, ſi Eua
ieiunaſſet a ligno, non hoc ieiunio opus habere-
Matt.9. mus. Non enim opus eſt valentibus medico, ſed
male habẽtibus. Sanãdi ſumus per pœnitentiã,
pœnitẽtia autẽ citra ieiunium irrita eſt. male-
dicta terra ſpinas & tribulos producet tibi. triſtitiã tibi ferre præceptũ eſt, non deliciari. Per
ieiunium purga te Deo. Sed & vita in paradiſo
ieiunij eſt imago, non ſolũ quòd angelis contubernalis exiſtens homo, per id quòd paucis con
tentus erat, ſimilitudinem ad ipſos acquirebat;
ſed quod etiam quæcumque poſtea hominum
ſolertia adinuenit, nondum viuentibus in para-
diſo excogitata erant. Nondum vim potus, nõ-
dum animantium mactationes, non quæ mentẽ
hominis turbant. Quandoquidem non ieiuna-
uimus, excidimus a paradiſo. Ieiunemus itaque
quo rurſus ad ipſum reuertamur. Non vides
quomodo Lazarus per ieiuniũ ingreſſus eſt pa-
radiſum. Ne imiteris Euæ inobedientiã, ne rur
ſus conſiliariũ ſerpentem ſuſcipias in indulgen
tiam carnis cibũ ſuggerentem. Ne prætexe in-
firmitatem, & debilitatẽ corporis. Non enim
mihi prætextus & excuſationes dicis, ſed ei qui
nouit. Ieiunare non potes, dic mihi ſaturari au
tem victu & corpus onere comeſtorum cõtere-
39 re potes? Atqui noui medicos non eduliorũ va-
rietatem, ſed inediam & famẽ ægrotis impera-
re. Quomodo igitur is, qui hæc poteſt illa non
poſſe ſe excuſat? Quid facilius ventri tenuitate
victus ſufferre noctem, an redundãtia ciborum
grauatum iacere? Immo neque iacere, ſed fre-
quenter conuerti, diſrumpiq. ac ſuſpirare. Om
nes ſancti velut paternam quandam hereditatem ſuſceptũ ieiunium, ſic conſeruarunt pater
filio velut per manum tradẽtes. Vnde & ad nos
per ſucceſſionis conſequentiam hæc poſſeſſio
conſeruata eſt. Poſt diluuium vinum, poſt dilu-
uium comeditis omnia, velut olera herbarum,
cum deſperata eſt perfectio, tunc conceſſa eſt
fruitio. Exemplum inexperientiæ vini eſt Noe *Gen.9.*
ignorans vini vſum. Nondũ enim ad vitæ vſum
peruenerat, nec in hominum conſuetudine tri-
tum erat. Sed & Moyſem per ieiunium ad mon
tem acceſſiſſe cognouimus: non enim auſus fuiſ
ſet vertice fumante, nec confiſus fuiſſet ingredi
in caliginem, ſi non ieiunio fuiſſet armatus, per
ieiunium mandatum ſuſcepit digito Dei in la-
minis ſcripto, & ſuperne quidem ieiunium le-
giſlationis cauſa erat, inferne vero guloſitas ad
idolorum cultum inſaniebat. Quadraginta die-
rum perſeuerantiam ieiunantis, ac orantis ſer-
ui vna ebrietas inutilem declarauit. Nam tabu *Exo.32.*
las digito Dei ſcriptas, quas ieiunium accepit,
eas ebrietas contriuit, cũ indignum iudicaret
Propheta ebrioſo populo leges a Deo ferri. In
vno temporis momento per guloſitatem popu
lus ille, de Deo per maxima miracula edoctus
in inſanam Ægyptiorum idolorum culturã de-
uolutus eſt. Quid ipſum Eſau inquinauit, & ſer *Gen.25.*
uum fratris fecit? nonne vnicus eſus ob quem
primogenita amiſit? Samuelem autem nonne *1.Reg.1.*
oratio cum ieiunio matri donauit? Quid ma- 40
gnum victorem Samſonem inuictum reddidit!
nonne ieiunium, cum quo in vtero matris con- *Iudi.13.*
ceptus eſt? Ieiuniũ ipſum inſtar nutricis enutri
uit, ieiuniũ virum effecit, quod videlicet Ange-
lus matri præcepit. Quæcumque procedunt ex
vite non edat, & omnẽ potum inebriantem non
bibat. Ieiunium prophetas generat, ieiuniũ le
gislatores ſapientiam docet, animæ bonũ pro-
pugnaculum, corpori ſecurus cohabitator, ſcu-
tum fortiter agentibus, exercitiũ athletis. Hoc
Eliam magni miraculi ſpectatorem fecit. Qua-
draginta enim diebus cum per ieiunium animã
purgaſſet videre meruit dominũ in ſpelunca.
Ieiunus reddidit viduæ filium, fortis apparens
contra mortẽ per ieiuniũ. A ieiunantis ore vox
egreſſa populo contra legem agenti cælum cõ-
cluſit per annos tres & menſes ſex, & induxit
omni populo ieiuniũ per famem, vt malitiam
ex delicijs ac diſſoluta vita corrigeret. Eliſeus *4.Reg.4.*
per olera ſilueſtria, & modicã farinã hoſpitalitatẽ exhibuit prophetis. Et in ſumma reperire
eſt ieiunium omnes ſanctos ad diuinam politiã
manuduxiſſe. Tres pueri in magna fornacis flã-
ma coniecti velut aurei natura exiſtentes, ſic
omnem ignis noxam ſuperabant. Et ne pilos
quidem contingere ignis auſus fuit, propterea
quòd ipſi a ieiunio enutriti eſſent. Daniel ieiu-
nans leones ieiunare docuit, nam veluti ex ære
compactus eſſet, leones ipſi dentes infigere non
poterant. Ieiunium domus incrementum eſt,

sanitatis mater, iuuẽtutis pædagogus, ornatus senibus, bonus comes itinerãtibus, securus con
41 tubernalis cohabitantibus. Quemadmodum sitis potum dulcem facit, & fames progressa iucũdam facit mensam, sic ciborum voluptatem ieiunium exhilarat. Medium enim & seipsum interponens, & continuitatem deliciarum diri mens, iucundam tibi videri faciet participatio nem, velut ab exteris peregre redeuntem. Qua re si vis tibi ipsi iucundam instruere mensam, suscipe ex ieiunio mutationem. Tu vero ex eo, quòd vehementer a delicijs detineris, ignoras te tibi ipsi, delicias obscurare, & præ amore vo luptatis voluptatem destruere. Nihil enim tam iucundum est, vt non per fruitionis assiduitatem despicabile fiat, quorum vero rara est adeptio, grata est fruitio. Sol post noctem speciosior, & vigiliæ iucundiores post somnum, & sanitas desiderabilior post experientiam aduersitatum. Timete exemplum diuitis. Illum deliciæ vitæ igni tradiderunt, non enim ob iniustitiam, sed propter delicatam vitam accusatus in flamma fornacis torrebatur. Quo itaque illum ignem extinguamus aqua opus est. Et vide ne nunc conspuens aquam, postea guttã con cupiscas, velut etiam diues. Nullus ab aqua grauatus est crapula, nullius caput vnquam doluit aqua degrauatum, nullus alienis pedibus opus habuit in aquæ potu, degens vitam. Reuo
Heb. 11. ca in memoriam sanctos ab æterno, quibus dignus non erat mundus. Circuierunt in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, illorũ vitam imitare, si quidem illorum portionem quæris. Ioannis vita vnicum ieiunium erat. Quapropter inter natos mulierum, nullus maior illo surrexit, Ieiunium Paulum euexit ad cælum, quo & nos erudiuit, vt per ieiunia vngamus, & exerceamus nos ipsos ad certamina in tentationibus. Qui carni opitulatur spiritum debellat, & qui spiritui opem fert carnem in seruitutem redigit. Quare si mentem fortem facere vis, carnem per ieiunium doma,
42 quia quantum homo externus corrumpitur, tantum internus renouatur, & illud cum infirmor, tunc fortior sum. Ignoras te per immodicam saturitatem, crassum tibi ipsi vermem tortorem præparare? Si non bruta animantia simul cum Niniuitis ieiunassent minas euersionis non effugissent. Quorum artus deciderunt in deserto, nonne eorum qui esus carnium quærebant. Illi quamdiu contenti erant manna, & aqua ex petra, Aegyptios vincebant, per mare viam faciebant, non erat in tribubus infirmus. Postquam vero mentionem fecerunt carnium, & conuersi sunt cupiditatibus in Aegyptum, non viderunt terram promissionis. Non times exemplum? Non horres edacitatem, ne te a speratis bonis excludat? Sed neque Daniel visiones vidisset, si non per ieiunium perspicaciorem animam fecisset. Ex crasso enim alimẽto euaporationes velut fuliginosæ remittuntur, & instar densæ nubis, illuminationes, quæ a Spiritu sancto in mentem accedunt, dirimunt, ac intercipiunt.

43 IDEM sic ait. Fratres qui militiam exercent, & qui palæstræ laboribus destinati sunt, necesse est largo cibo seipsos incarnare, quo validius labores capessant. Quibus autem non est lucta aduersus sanguinem, & carnem, sed contra mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ, his per abstinentiam, & ieiunium necesse est ad certamen exerceri. Oleum enim pinguefacit athletam, Ieiunium autem exercitatorẽ pietatis corroborat. Quare quantum carni detrahes, tantum facies animam spirituali bona habitudine relucere. Est quidem igitur omni tempore ieiunium vtile, neque enim dæmonum insultus ieiunantem impetere audet, & custodes vitæ nostræ Angeli libentius perseuerant, apud eos qui animam habent per ieiunium purgatam. Nunc vero multo amplius, cum in omnem terrarum orbem præconium ipsius annunciatur. Nam exercitus, viatores, nauigatores, & mercatores omnes, & præceptum audiunt, & cum gaudio suscipiunt. Quare nemo se ipsum ex ieiunantium catalogo eximat, in quo omnia genera, & omnis ætas, & omnes dignitatum differentiæ recensentur, Angeli sunt, qui per singulas Ecclesias ieiunantes describunt. Vide ne propter paruam eduliorum voluptatem damnum incuras, vt non ab Angelo in numerum ascribaris. Minus periculum esset, si abiecto scuto in acie fugitiuus deprehendereris, quàm si magno scuto ieiunio abiecto appareas. Diues es? Ne afficias contumelia ieiunium dedignatus ipsum commensalem suscipere, ne te aliquando apud ieiuniorum legislatorem accuset. Pauper cauillis non impetat ieiunium, iam olim ipsum contubernale habens. Mulieribus autem velut respirare, ieiunare proprium est. Pueri velut plantæ virides, ieiunij aqua irrigentur. Senibus assuetudo ac familiaritas ab antiquo ad ipsum, leuem faciat laborem. Subtrahamus carnis delitias, vt augeamus animæ robur. Ieiunium omnem ciuitatem, omnemq. populum ad bonam disciplinam adaptat, sopit clamores, exæquat contentiones, compescit lites & conuitia. Quis in ieiunio procus proceſſit? Quod tripudium lasciuum a ieiunio conflatum est? Risus molles & cantilenæ meretriciæ, & saltationes furiosæ repente ex vrbe discedunt. Quòd si omnes ipsum in rebus agendis in consilium adhiberent, nihil vetaret quo minus altissimam pacem per omnem terrarum orbem haberent, vt neque gentes contra se mutuo insurgerent, neque exercitus confligerent, ac contra se committerentur. Non sane fabricarentur arma ieiunio cooperante, & prædominãte, non plausu perstreperet forũ iudiciale, non habitarent aliqui in carceribus. Neque in summa haberẽt solitudines maleficos, aut ciuitates calũniatores, aut mare piratas. Si omnes essent discipuli ieiunij non omnino audiretur, iuxta Iob sermonem, vox exactoris tributorum, nec esset vita nostra adeo suspirijs referta & tristitia plena, si ieiunium vitam nostram gubernaret. Nunc autem hi qui ieiuniũ repudiant, delitias autẽ velut vitæ felicitatem persequuntur, tum magnam illam malorum multitudinem inue-

Hom. 2. de ieiunio. Ephes. 2.

44

xerunt,

xerunt, tum sua ipsorum corpora corrumpunt.

45 ITEM qui commonitorius est ad amplecten
In serm. 1. tom. 2. dam vitam monasticam, sic ait. Vide ne te sedu cat inimicus per primi parentis peccatum, & cito te eijciat ex paradiso voluptatis. Qui enim Adam per esum subtraxit a vita, & sperauit se Iesum supplantaturũ esse, non reuerebitur multo magis etiam tibi temperare primã malorũ causam, cum forte venenũ hoc esse sciat. Nam cum gulositatis vitium non in copia eduliorum proprium robur ostendere solet, sed in desiderio ac immodico gustu. Si itaque desiderio breuis alicuius gustus maluerit te subijcere, gulositatis vitio citra laborẽ te morti tradet. Quẽadmodũ enim natura aquæ est, vt dum per multos ductus diuiditur, omnem circa aquæductus locum florere faciat; sic & gulositatis vitium si digestum fuerit ad cor omnes sensus tuos rigãs malitiæ siluam in te plantans, ferarum habitaculum animam tuam efficiet. Multos enim ego vitijs corruptos, in sanitate esse vidi, vnum autem ex omnibus clancularium heluonem, aut gulosum non vidi, sed aut a continẽte vita abruptos, & mundo corruptos, aut inter cõtinentes occultari conantes, & per voluptatem diabolo commilitantes. Mendaces enim sunt hi, multũ
46 iurantes, periuri, seditiosi, contentiosi vocifera tores, negantes liberalitatem, molles, morosi, tenebris gaudẽtes, omni virtuosæ actioni vltro resistentes. Quo enim gulositatis vitium tegãt in examen malorum incidunt. Qui habitu sunt inter eos qui saluantur, re autem ipsa inter con
Gen. 2. demnatos. Hæc Adam morti tradidit, & mũdo
Gen. 9. consummationem indixit. Per ventris volupta
Gen. 25. tem Noe ridetur, & Cham deuouetur. Esau pri mogeniti prærogatiuam amittit, & cum Chananæis affinitatem contrahit, Loth filiæ maritus fit, ipse sui ipsius gener & socer, pater, vir, &
Gen. 19. auus vtrinque naturæ terminis contumeliam inferens. Hæc etiam Israel simulachri adoratorem fecit, & vt horum membra in deserto cade
Exo. 33. rent, effecit. Hæc etiam quemdam prophetam,
3. Reg. 13 ad redarguendũ impium regem a Deo missum feræ bestiæ pabulum fecit, & quem non poterat Hieroboam rex cum omni regia potestate vlcisci is ventris fraude captus miserandam mortem aufert. Daniel autem vir desideriorum ventri dominatus cõtra Chaldæorum regem prævaluit simulachrorum destructor existens, & draconis peremptor, leonum pædagogus, incarnationis Dei prænuncius, & mysteriorum occultorũ enarrator. Et vt omnia cõpẽdio dicã. Si dominaueris vẽtri habitabis paradisũ, si nõ dominaueris, factus es morti accessorius sũptus.

47 ITEM sic ait. Virginem enim etiam ipsum
In libro de vera virginitate ad Letoyũ Meliteñem Episcopũ differrent de medio in abstinentia seruando. gustum Virginis esse oportet, a nullis gulã oblectantibus blãditijs ad voluptatem corruptam, sed integram etiam in hoc seipsam prudenter custodientem, & ad minsterium eorum, quæ ad animam pertinent corpus sapienter gubernantem. Neque enim oportet se custodientẽ gustus voluptati succũbere, & reprimentem ac attenuantẽ scaturientes ex ventre voluptates per continentiam, erga cibos rursus in contrarium vsum corporis conuertere. Ne enim, inquit, declines ad dexteram, neque ad sinistrã. Quemadmodum enim remissum ac liberum simpliciter in omnia edulia dimittere gustũ, reuera graue est: sic etiã concludere hunc ad corporis ex imbecillitate inutilitatem penitus absurdum est. Extremitates enim, vt quidam sapiens dixit, etiam in hoc inæqualitates sunt. Nam velut ob multitudinem pabuli equus sub nobis exultãs, quo vult aurigam male fert, sic ob nimiam inopiam ad propositam viam impedimento est. Et sicut non oportet hunc nullo pabulo pinguefacere ne incõpositis suis saltibus aurigam vexet ac vndiquaque circumferat, vt ipsi resistere nequeat, sic neque eum qui viam ad virtutẽ cum hoc proficisci velit, nimia indigentia ac fame vires ipsius exsoluere ipsumq. inutilem reddere oportere censeo, vt ne debilitato huic alligatus inefficacem propter ipsum subeat laborẽ, neque excitare ipsum collapsũ amplius ad cursum potens, neque dimittere ipsum a naturali
48 erga ipsũ amore permissus, sed semper ob hunc propter societatem suspitare, & circa curam sanitatis ipsius sollicitus esse coactus. Et quia nõ habet vires his quæ ad exercitium eorũ, quæ ad cursum pertinet, inseruiebat de cetero propter exercitationis neglectum multa de peculiari scientia sua amittens. Itaque quoniam oportet cognatũ nostrum vehiculũ neque nimis remissum, neque rursus vehementer intentum ad virtutis cursum producere ob id conuenit, & statũ corporis, prout habet, & ciborum qualitates cõsiderare, & vigens quidem corpus ac naturali calore redundans amplius cohibere, & per alimenta calorem expellere, vt ne aut multi succi alimentis eam, quæ ex natura adest pinguitudinem ex additamento augentes, aut vini infusione feruentẽ corporis vigorem adhuc amplius incendẽtes, ignem reuera ad ignem, velut Græcus sapiens dixit, deriuemus. Decrescenti vero ac macescenti, amicum ex alimentis ac potu auxilium inducemus, non quantitatem solum alimentorum mensurantes, sed etiam qualitatem maxime sapienter dijudicantes.

ORIGENES sic habet. Habemus quadrage- 49
simæ dies ieiunio consecratos, habemus quartã *Hom. 10. in cap. 16. Leuitici.*
& sextã septimanæ dies, quibus solemniter ieiunamus. Est libertas Christiano per omne tempus ieiunandi. Nam quomodo apud eos castitas incorrupta seruatur, nisi auctoribus continẽtiæ fulta præsidijs? Quomodo scripturis operam dabunt? Quomodo scientiæ & sapientiæ studeant? Nonne per continentiã ventris & gut turis? Quomodo quis seipsum castrat propter regnum cælorum, nisi ciborum affluentiam resecet, nisi abstinentia vtatur ministra? hæc ergo Christianis ieiunandi ratio est.

GREGORIVS sic habet. Hoc nobis solerter 50
intuẽdũ est, quòd peractis diebus cõuiuij purga *Lib. 1. Moral. cap. 5.*
tio per singulos adhibetur holocausti. Vir quippe sanctus nouerat, quia celebrari cõuiuia sine culpa vix posset, nouerat quia magna purgatione sacrificiorũ diluendæ sunt epulæ cõuiuiorũ. Nonnulla quippe sunt vitia, quæ a conuiuijs separari vix possunt. Pene enim semper epulas comitatur voluptas. Nam cum corpus in re-

fectionis delectatione resoluitur cor ad inane
Exo.32. gaudium relaxatur. Vnde scriptum est. Sedit populus manducare & bibere,& surrexerunt ludere. Pene enim sēper epulas loquacitas sequitur,cumq. venter reficitur, lingua defrenatur. Vnde recte apud inferos diues aquam appetere describitur. Mitte Lazarum & intingat extremum digiti in aqua, vt refrigeret linguam
Luc.16. meam,quia crucior in hac flamma. Prius epulatus quotidie dicitur splendide, & post aquam petere in lingua, memoratur. Quia enim vt diximus inter epulas valde desfluere loquacitas solet,ex pœna indicat culpam cum eum,quem epulatum quotidie splendide veritas dixerat, in lingua plus ardere perhibebat. Nihil enim contra diuitem de loquacitate memoratur,sed dum pœna in lingua dicitur, quæ in conuiuio inter alias grauior fuerit culpa monstratur.

51 ITEM exponens illa verba ex cap.30.Iob.
Lib.20. moral. cap.31. Versa est in luctū cithara mea, sic habet. Siccatur chorda,vt congruum in cithara cātum reddat: quia & sancti viri castigant corpus suū, & subijciūt seruituti,atque ab infimis ad superiora tēdunt. Pensandum quoque est,quòd chorda in cithara si minus tēditur, nō sonat,si amplius raucum sonat, quia nimirum virtus abstinentiæ,aut omnino nulla est, si tantum quisque cor pus non edomat,quantum valet,aut valde inordinata est,si corpus atterit,plusquam valet.Per abstinentiā quippe carnis vitia sunt extinguenda non caro,& tanto quis sibimet debet moderamine præesse,vt & ad culpam caro non superbiat,& tamen ad affectum rectitudinis in operatione subsistat. Intueri inter hæc egregium prædicatorem libet quanta arte chordas tensas,alias amplius tendēdo extenuat,atque alias a tensione sua relaxando conseruat. Alijs etenim dicit. Non in comessationibus & ebrietatibus. Et rursus. Mortificate membra vestra,
Rom. 13. quæ sunt super terram, & tamen prædicatori
Coloss.3. charissimo scribit dicens. Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino vtere propter stomachum tuum.

52 ITEM exponens verba illa,Clamorē exa-
Lib.30. Moral. cap.13. ctoris non audit, quæ habentur cap.39. Iob, sic
1.Tim. 5. ait. Nonnulli hoc loco per exactorem intelligi ventrem volunt. Ipse namq. a nobis quoddam debitum exigit, quià quotidianum fructum sibi humani laboris impendi etiam per naturam quærit. Abstinētur igitur viri(qui hoc loco onagri vocabulo figurantur) dum violenta gulæ desideria reprimunt,quasi clamātis exactoris verba contemnunt.Sed cum continenti viro cōtra innumera vitia multa virtutū suppetant certamina,cur sub exactoris clamore contempto desolo hic vētre dicitur,quòd eius impetū impulsumq. restringat,nisi quòd nullus palmam spiritualis certaminis apprehendit, qui non semetipso per afflictā ventris cōcupiscentiam prius carnis incentiua deuicerit?Neque enim ad conflictum spiritualis agonis assurgitur,si nō prius intra nosmetipsos hostis positus gulæ videlicet appetitus edomatur. Quia si non ea, quæ nobis sunt viciniora prosternimus,nimirum inaniter ad ea quæ longius sunt, impugnanda trāsimus. In cassum namque contra exteriores inimicos in campo,bellū geritur,si intra ipsa vrbis mœnia ciuis insidians habetur. Nonnulli vero ordinem certaminis ignorantes edomare gulam negligunt, & iam ad spiritualia bella cōsurgūt. Qui aliquando multa etiam quæ magnæ sunt fortitudinis faciunt, sed dominatione gulæ vitio per carnis illecebram, omne quod fortiter egerint, perdunt. Et dum venter non restringitur, per carnis concupiscētiam simul cunctæ
4.Reg.25 virtutes obruuntur. Vnde & Nabuchodonosor vincente scribitur.Princeps coquorum destruxit muros Hierusalem. Quid enim per muros Hierusalem significans Scriptura exprimit,nisi virtutes animæ,quæ ad pacis visionē tendit? aut quis coquorum Princeps,nisi venter accipi tur, cui diligentissima a coquentibus cura seruitur? Muros igitur Hierusalem Princeps coquorum destruit,quia virtutes animæ dum non restringitur venter, perdit. Hinc est,quòd Paulus contra Hierusalem mœnia decertanti vires coquorum principi subtrahebat, cum diceret.
1.Cor.9. Castigo corpus meum,& seruituti subijcio. Vn de præmiserat. Sic pugno non quasi aerem verberans. Quia cum carnem restringimus ipsis abstinentiæ nostræ ictibus non aerem, sed immundos spiritus verberamus,& cum hoc quod est intra nos subijcimus, extra positis aduersarijs pugnas damus. Hinc est,quòd cum rex Babylonis succendi fornacē iubet,stuppæ,& picis ministrari congeriem præcepit; sed tamen abstinentes pueros hoc igne minime consumit. Quia antiquus hostis licet innumeras ciborum cōcupiscentias nostris obtutibus opponat,quibus libidinis ignis crescat,bonis tamen mentibus superni spiritus gratia insibilat,vt a carnalis concupiscentiæ æstibus illæsæ perdurent. Sciēdum præterea est,quia quinque modis nos gulæ vitium tentat. Aliquando namque indigentiæ tempora præuenit. Vnde mortis sententiam patris ore Ionathas meruit,quia in gu
1.Reg.14. stu mellis constitutum edendi tēpus anteceſſit. Aliquando vero gula tempus non præuenit,sed cibos lautiores quærit. Vt ex Ægypto populus
Num.11. eductus,in eremo occubuit, quia despecto manna cibos carniū petijt, quos lautiores putauit.
1.Reg. 2. Culpa filiorū Heli prima suborta fuit, quòd ex eorū voto sacerdotis puer non antiquo more coctas vellet de sacrificio carnes accipere, sed crudas quæreret, quas accuratius exhiberet. Quandoque vero, & qualitati ciborū,& tempori congruit, sed in ipsa quantitate sumendi mēsuram moderatæ refectionis excedit. Vt cū ad
Ezec.16. Hierusalē dicitur. Hæc fuit iniquitas Sodomæ, Abundantia panis.Vbi ostēditur,quòd idcirco salutē perdidit, cum mensuram moderatæ comestionis nō tenuit.Aliquādo vero & abiectius est, quod gula desiderat, & tamen ipso æstu immensi desiderij deterius peccat. Sicut Esau qui
Gen.25. vilem cibū magno desiderio quæsiuit. Quapropter primogenitura amisit, quā dum vēdendis etiam primogenitis prætulit, quo in illū appetitu anhelaret,indicauit. Neq; enim cibus, sed appetitus in vitio est. Vnde & lautiores cibos plerūque sine culpa sumimus,& abiectiones nō sine

sine reatu cōscientiæ degustamus. Hic quippe quē diximus Esau,primatū per lenticulam perdidit,& Elias in eremo per virtutē spiritus carnes edendo seruauit. Vnde & antiquus hostis, quia non cibū,sed cibi concupiscentiā, esse causam damnationis intelligit, & primum sibi hominē non carne,sed pomo subdidit, & secundū non carne,sed pane tentauit. Ea itaque sumenda sunt, quæ naturæ necessitas quærit, & non quæ edendi libido suggerit.

55 BERNARDVS sic dicit. Ieiunio con-
Serm. 4. de oratione & ieiunio. donantur cōmissa, hoc autē ieiunio breui ieiunia redimi sempiterna.Gehennam enim merui mus,vbi nullus vnquā cibus est,cōsolatio nulla, terminus nullus, vbi diues guttā aquæ postulat, & accipere non meretur. Bonū ergo & salutare ieiuniū,quo redimuntur æterna supplitia, dum remittuntur hoc modo peccata.Non solum autē abolitio est peccatorum,sed extirpatio vitiorum, non solum obtinet veniā, sed & promeretur gratiam,non solum delet peccata præterita quæ commisimus, sed & repellit futura quæ committere poteramus. Ieiunium orationi deuotionem & fiduciam donat.

In ser. 2. de verbis Apostoli ad Roman. 14. ITEM, Non est regnū Dei esca & potus,sic habet. Quid ad hæc vos dicitis gulosi, & luxuriosi quorū Deus venter est, quorū omnis vsus, aut in ventre,aut sub ventre est. Audite audite,
2. Cor. 6. quia esca vētri,& venter escis: Deus autē hunc & has destruet. Væ vobis qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris, qui comeditis vitulū de armento,& bibitis vinū defæ
Amos 6. catum,& primis vngimini vnguētis.Filij homi
Psal.4. num vsquequo graui corde? Quia corpore pingui.Vt quid diligitis vanitatē,& veritatē negligitis? Pinguedo carnis,delitiæ corporis,saturitas ventris,aut ante mortē vos deserēt, aut vos
Psal.48. in morte illas relinquetis. Quoniam(inquit sanctus) Cum interierit, non sumet omnia, neque descēdet cum eo gloria eius, sicut oues in inferno positi sunt,mors depascet eos.Quàm bene,sicut oues?Quia detracto vellere mundialiū diuitiarum, dureq. detonsi sempiternis nudi deputabuntur incēdijs.Mors depascet eos,quia semper morientur ad vitam, & semper venient ad mortem. Ergo hic caro vermibus, illic anima ignibus deputatur,donec rursus infelici collegio colligati tormentis pœnalibus socientur, qui socij fuerunt in vitijs. O delicate qui delitijs circumfusus, atque confusus confusionem
Luc. 16. expectas & mortem, non est regnum Dei esca & potus, non purpura & byssus, quia diues ille his decoratus in puncto ad inferna descendit.

56 AMBROSIVS sic ait. Audio homines qui di-
Tom.3. lib. 10. epist. in epist.ad Vercell. Ecclesiam. cunt nullū esse abstinentiæ meritū, nullum fru
1.Cor.9. galitatis,delirare eos,qui ieiunijs castigēt carnem suā,vt menti subditam faciant.Quod nunquā fecisset,neque scripsisset Paulus si deliramē tū putasset.Gloriatur autē dicens.Castigo corpus meū & in seruitutē redigo, ne cū alijs prædicauerim, ipse reprobus inueniar. Ergo qui non castigāt corpus suum & volunt prædicare alijs,ipsi reprobi habētur.Quæ istos Epicureos noua schola misit,qui voluptatē prædicent,delicias suadeāt. Dominus Iesus volens nos aduersus diaboli tentamēta fortiores reddere certaturus ieiunauit, vt sciremus, quia aliter illecebras mali nō possemus vincere.Qua causa Christus ieiunauerit, hi astruant, nisi vt nobis exemplo esset eius ieiuniū? Quid sibi vult Scriptura. Act.10.
Quæ docet ieiunasse Petrum,& ieiunanti atque oranti de baptizandis gentibus reuelatū mysterium,nisi vt ostenderet,& ipsos sanctos cum ieiunant,tunc fieri præstantiores? Denique Moy Exo.34.
ses cū ieiunauit, legem accepit. Daniel quoque Dan.4.
ieiunij merito ora clausit leonum,futurorumq. tēporum vidit negotia. Ieiunium & eleemosyna a peccato liberat.Vt enim redundātia ciborum,ac temulentia etiā maturior ætas calescit, Tob.4.& 12.
ita mitigatur inuentutis ferocitas epularū parsimonia. Exterior ignis aquæ infusione extinguitur, non mirum, si etiā interiora æstus corporis fluuiali potu refrigerantur.Nam licet fœnum & stipula,lignum,oleum,aliaq. huiusmodi alimenta ignis sint, quibus pascitur: ea tamen fide trahas: non suggeras etiam,ignis sopitur. Similiter etiam vapor corporis cibo alitur,aut minuitur,cibo excitatur,cibo soluitur. Vinum post diluuiū iustus ad tentationem sui reperit.
3.Reg.19 denique Elias quē Dominus ad virtutis erudie bat perfectionē,ad caput suum collyridā,& vas aquæ reperit: & ideo in virtute illius escæ quadraginta diebus ieiunauit.Patres nostri cū mare transirent pedibus,aquā non vinū bibebant. Daniel & Hebræi pueri patrio cibo,& aquæ potu,ille furorem leonum repressit,illi ardentem ignē innoxio videre tactu, circa sua mēbra pasci. Et quid de viris loquar? Iudith luxurioso Holoferni haud quaquam inflexit cōuiuio solo titulo sobrietatis desperatū, lacertis virilibus Iudit.12.
reportauit triumphū. Patriam obsidione exuit, ducē militiæ suis manibus occidit. Exemplum euidens quòd & illū terribilem populis,bellatorem virum luxuria sua emolliuit, & hanc feminam tēperantia cibi fortiorem viris fecit.Nam hic in sexu suo victa est natura, sed in cibo suo victa est, & regē superbum suis inclinauit ieiunijs. Anna octoginta quattuor annos in viduita Luc.2.
te sua ieiunijs, & obsecrationibus in tēplo die ac nocte seruiens,Christū agnouit quē Ioannes abstinentiæ magister quidā nouus terrarū Angelus annunciauit. O stultum Eliseum qui silvestribus ramis & amaris pascebat prophetas, insipientem Paulum qui gloriatur ieiunijs, si nihil prosunt ieiunia. Epicurum Philosophi a suo excludunt consortio,tamquam patronum luxuriæ eo quòd nullā suauitatem voluptatis putauit,nisi quæ cibo potuq. percipiatur. Cū igitur illos abdicauerit philosophia,hos non excludet
1.Cor.15. Ecclesia? Qui sunt ergo hi præceptores noui, qui meritū excludunt ieiunij? Nonne gentiliū vox est ista dicentium,māducemus,& bibamus. Quos tanem irridet Apostolus:Si secundum hominē pugnaui Ephesi ad bestias,quid mihi prodest, si mortui non resurgunt, manducemus & bibamus,cras enim moriemur. Idest quid mihi profuit vsque ad mortē contentio, nisi vt homi nē redimerē meū?qui frustra redimitur si nulla est, spes resurrectionis qua amissa māducemus & bibamus, ne amittamus fructū præsentium.

58 ITEM explicans illud: Germinet terra herbam, &c. ait. In hoc quod prius pecori pabulum, quàm cibus homini est creatus primũ profundum Dei debemus aduertere, quòd etiam minima quæque non negliget, sicut ait in Euangelio, respicite volatilia cæli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & pater vester cælestis pascit illa, non ne vos magis pluris estis illis? Cum enim illa pascuntur Dei gratia, nemo sibi debet de sua industria, & virtute blandiri. Deinde quia simplicem victum, & naturalem cibum reliquis cibis debuit anteferre. Hic enim sobrietatis est cibus, reliqui deliciarum, atque luxuriæ. Hic communis omnibus animãtibus cibus, ille paucorum. Exemplum itaque frugalitatis magisterium parsimoniæ est. Herbæ simplicis victu, oleriſq. vilis, aut pomi contentos esse omnes oportere, quem natura obtulit, quẽ liberalitas Dei prima donauit, &c.

Tom. 4. lib. 3. Hexameron cap. 7.

Matt. 7.

59 IDEM ait. Medicamentum quæris, & ieiunium fugis? quasi magis aliud remedium reperire possis. Ieiuni hominis sputum si serpens gustauerit, moritur. vides quanta vis ieiunij sit? vt & sputo suo homo terrenum serpentem interficiat, & merito spiritualem.

Tom. 4. lib. 6. Hexameron.

60 IDEM agens de incestu filiarum Loth. Sane discimus vitandam ebrietatem, per quam crimina cauere non possumus. Nam quæ sobrij cauemus, per ebrietatem ignorantes committimus, parum est, quòd ea inflammat libidinem, accendit cupiditates corporis, ipsam quoque mentem subruit, & animum capit, nesciũt quid loquantur, qui nimio vino indulgent. Iacent sepulti, quãta ipsa deformitas, vt soluãtur vires, incessus vacillet. Nosti quot vitia Patriarcharum exposuit scriptura, quos victos vino legimus, sed vt tu disceres quid caueres. Ille nudus iacuit, iste filiarum errori patuit, & Noe iustus deceptus est, quia vini vis adhuc ignorabatur. Sed in illo instructus es, ne tu ignorares. Loth filiabus se credidit, & per senectutem madidam vino solutus est, cõmisit incestum ignorans. tu sic bibe ne capiaris. Instruant te Patriarchæ non solum docentes, sed etiam errantes, ideo iteratum est exemplum ebrietatis, vt confirmetur magisterium cautionis, &c.

Tom. 4. lib. de Abrahã Patriarcha cap. 6.

61 IDEM sic ait. Diuinum ad patres resultauit oraculum, vt cum egrederentur ad bellũ, tuba canerent, cuius sonitu Dominus reminisceretur populi sui, quo petitum conferret auxilium, plusque miseriæ suæ incentiua cognoscentes, in diebus lætitiæ suæ in momentis suis concinerent, tubarum sono, vt Dauid dicit: Canite initio mẽsis. Tuba simul nobis, & certamẽ imminet, & victoria repromittitur, canamus tuba, tamquam in prælium progredientes, canamus tuba, vt annunciemus solemnitatis diem. Victoria nostra Crux Christi est. Trophæum nostrum Pascha est Domini Iesu, Certamen nostrum ieiunium est, quo Christus Dominus præliatus est, vt vinceret, & nobis formam debellandi præscriberet.

Tom. 4. lib. de Elia & ieiunio ca. 1.

Psal. 8.

In cap. 2. Magna virtus est ieiunij. Tam speciosa militia est, vt ieiunare delectaret & Christum, tam valida, vt ad cælum homines eleuaret. Eliæ ieiuno ore vox emissa cælum clausit sacrilego populo Iudæorum, ieiunus filium viduæ ab inferis resuscitauit. Ieiunus pluuias ore deposuit, ieiunus ignes de cælo, ieiunus curru raptus est ad cælum, & quadraginta dierum ieiunio diuinam acquisiuit præsentiam. Tunc denique plus meruit, quando plus ieiunauit. Ieiuno ore statuit flumina Iordanis, & redundantem fluminis alueum repente siccatũ, puluerulento transmigrat vestigio. Quid est enim ieiunium, nisi substantia & imago cælestis? Ieiunium vita est. Angelorum ieiunium, culpæ mors, excidium delictorum, remedium salutis, radix gratiæ, fundamentum est castitatis. Hoc ad Deum gradu citius peruenitur. Hoc gradu Elias ascendit, antequam curru. Hanc hereditatem sobrietatis & abstinẽtiæ ad cælum abiens discipulo dereliquit. In hac virtute & spiritu Eliæ venit Ioannes. Denique in deserto & ille vacauit ieiunijs. Et ideo quia vitæ humanæ possibilitatem continẽtia supergressus fuerat, non homo, sed angelus æstimatus est. Ostendit antiquitatem ieiunij dicens. Primus vsus mundi a ieiunio cœpit, quando lux clara resplenduit. Denique ostendit, quòd in quinque diebus creationis ieiunium durauit, & dixit Deus. Crescite, Domino dixit, edite & manducate. Sexto die bestiæ sunt creatæ, & cum bestijs orta edendi potestas est, & vsus est carniũ. Vbi cibus cœpit, ibi finis factus est mundi. Vbi cœpit sua incrementa nescire, ibi cœperunt diuina, circa eum opera feriari. Quo indicio declaratũ est, quòd per cibos mundus haberet imminui, per quos desijt augeri. Et vt sciamus non esse nouum ieiunium, primam illic legem constituit de ieiunio: sciebat enim quòd per escam culpa haberet intrare. Denique quamdiu interdictis abstinuere nesciebant esse se nudos primi parentes, posteaquam manducauerunt de interdicta arbore nudatos esse se cognouerunt. Merito mulier vbi culpæ agnouit autorem, interrogata respondit. Serpens persuasit mihi, & manducaui. Serpens gulæ persuadet, Dominus ieiunare discernit. Ipse enim ait. Ieiunate & orate ne intretis in tentationem. Itaque gula de paradiso regnantem expulit, abstinentia ad paradisum reuocauit errantem. Gula nudos facit, ieiunia operiunt exutos. Vbi Dominus ait. Operui in ieiunio animam meam. Bonum operimentum, quod animam tegit, ne a tentatore deprehendatur, ne a tentatore nudetur. In diebus enim ieiuniorum tuorum orietur, inquit, tibi magnum lumen tuum, & sanitas tua matura orietur, & præcedet ante te iustitia, & circumdabit te maiestas Domini. Bonũ vestimentum lux. Scriptum est enim, Circundatus luce sicut vestimento. Bonum vestimentum quando circundat Deus, & operit ieiunantes. De malo ebrietatis agens, ait. In principio generis humani ignorabatur ebrietas, adhuc enim vinũ nesciebatur, Noe vero inebriatus est, & nudatus non per intẽperantiam, sed per ignorantiã. Primus ipse plantauit vineam, dedit naturam, sed ignorauit potentiam. Itaque vinum neque

3. Reg. 17.

Cap. 3.

Gen. 3.

Matt. 26.

63

62

Cap. 4.

Psal. 68.

Isai. 58.

Psal. 103

Cap. 5.

neque suo pepercit auctori. Legimus etiam quòd Patrem Loth inebriauerint filiæ, & fuit ebrietas origo incesti. At non Abraham vina in suo conuiuio ministrauit, sed butyrum, & lac Angelis hospitibus exhibebat. Et recte illic derat materia peccati, vbi erat remissio peccatorum. Et Ioannes anunciauit Christum, neque manducans panem, neque bibens vinum; qui enim Christum annunciat ab omni vitiorum incendio præstare se debet alienum. Moysen quoque cognouimus sitienti populo amaritudines aquarum temperasse, non vina, &c. cui petra aquam vomuit, potuit & vini abundantia non deesse.

Gen. 18.

Matt. 11.

Exo. 17.

64 IDEM sic ait. Neque Moyses introisset in nubem, neque vocem Dei loquentis sine periculo salutis audisset, nisi munitus armis ieiunij fuisset. Et in superioribus montis lex dabatur Moysi ieiunanti: in inferioribus populo manducanti, præuaricatio sacrilega luxu accendebatur epulãtium, & tabulas legis, quas accepit abstinentia, conteri fecit ebrietas. Quid vero alia dicam? Nonne sterilitatem matris Samson vini abstinentia fœcundauit, & parientem fecit sterilem, qui iuxta præceptum Domini vinum non bibit. Nonne Annam non manducantem exaudiuit Dominus, & infœcunditatẽ eius soluere ieiunia? Ex quibus duo generati alius fortissimus, alius obseruantissimus. Idem Samson qui matris sobrietate generatus est, allophylorum insultantium sibi ebrietatem vindicatus est. Eliseus a magistro didicerat parsimoniam, cũ filios Prophetarũ siluestribus oleribus aleret, quorum offensi amaritudine cum manducare non possent, leuis farinæ aspersione omnem illam amaritudinem temperauit abstinentiæ Propheticæ munere veneni vires euacuãs, &c.

In Cap. 7.

cap. 7. IDEM. Est quædam creaturæ natura, quam adamantium vocant, nullo facilis igne cõsumi, quæ imposita focis igneſcit, illico sublata de flãma tamquam aquarũ infusione munda resplendet. Talia erant Hebræorum puerorum corpora, quæ de ieiunio adamantis trãsformata natura vapore ignis, non ad dispendium sui, sed ad gratiam mutabantur. Denique cum furerent fornacis incẽdia, vbi cum ieiunio ingressi sunt, discusso ardore flammarum, statim roris spiritu refrigerati sunt, ita, vt nullus eorum capillus capitis exureretur, quia illa quoque ieiunia comam pauerunt. Daniel trium hebdomadarum ieiunio leones quoque docuit ieiunare. Missus in lacum in adamantis rigorem abstinẽtiæ soliditate membra durata, non patuerunt vulneri. Sic eum constrinxerant ieiunia, vt in eius corpore ferarum morsibus locus esse non posset. Ieiunium itaque virtutem ignis extinxit, ieiunium ora obstruxit leonum, ieiunium maris fluenta solidauit, ieiunium petram soluit in fontes aquarum, virtute ieiunij contra suam mutata naturam, & fluctus obriguit, & petra inundauit, &c.

65

In cap. 8. IDEM sic ait. Quis deteriorauit domum suam ieiunio? quis imminuit facultates? cui non venerabilis abstinentia? cuius thorũ appetiuit parsimonia? cuius pudorẽ non læsit ebrietas? neque

tas? Ieiunium continentiæ magisterium est, pudicitiæ disciplina, humilitas mentis, castigatio carnis, forma sobrietatis, norma virtutis, purificatio animæ, miserationis expensa, lenitatis institutio, charitatis illecebra, custodia iuuentutis, infirmitatis alleuamentum, alimentum salutis, &c. Qui graue ieiunium esse dicũt, respondeant. Quis ieiunio defecerit, multi inprandio, plerique dum vomunt epulum, fudere animam. Quod postremo animal ieiunium sibi causam fuisse mortis ingemuit? Per escam laqueus non cauetur. In esca hamus latet, & cibus deducit in foueam, cibus inducit in retia, cibus visco etiam aues alligat, cibus volantes deponit ad mortem. Quæ non propter ventris pericula muta animantia crimen nesciunt, & in hoc solo tamquam pro crimine puniuntur. Ieiunium sobrietas mentis est, hoc vigent sensus, in hoc iudicia tractantur, in conuiuio pocula. Ieiunium custodit disciplinam, luxuriam sequitur inopia. Mater est luxuria famis secundum Propheticum dictum. Ieiunium quietem diligit, luxuria inquietudinem, obsonator est qui antequam luceat foras pulsat alienas. Turbatum vides, interrogas, quæ causa perturbationis sit. Poscit, inquit, dominus meus, vbi vinum melius væneat, vbi phasianus pinguior, vbi piscis recentior, &c. Vide quomodo superfluam curam prouidendi cibos depingit, derogat, vt tandem aliquando detur requies, coquo vide ibi, &c.

66 IDEM sic ait. Bibebant vinum in ebrietate potentes, qui Holoferni principi militiæ Regis Assyriorum se traddere gestiebant. Sed non bibebat femina Iudith ieiunans omnibus diebus viduitatis suæ præter festorum dierum solemnitates, his armis munita processit, & omnem Assyriorum circumuenit exercitum, sobrij vigore consilij abstulit Holoferni caput, seruauit pudicitiam, victoriam reportauit. Itaque vnius mulieris ieiunium innumeros strauit exercitus ebriorum. Ester quoque pulchrior facta est ieiunio; Dominus enim gratiã sobriæ mentis augebat, & omne genus suum id est, totum populum Iudæorum a persecutionis accerbitate liberauit, ita vt regem sibi faceret esse subiectum. Aman, autem dum se regali iactat conuiuio, inter ipsa vina pœnam suæ ebrietatis exoluit. Ergo ieiunium reconciliationis sacrificium, virtutis incrementum, quod fecit etiam feminas fortiores augmento gratiæ. Ieiunium nescit fœneratorem, non sortem fœnoris nouit, non redolet vsuras mensa ieiunantium, non strangulat filium, etiam ipsis ieiuniũ conuiuijs dat gratiam, dulciores post famem epulæ sunt, quæ assiduitate fastidio sunt, & diurna continuatione vilescunt. Condimentum cibi ieiunium est, quanto auidior appetentia, tanto esca iucundior, vsu etiam pretiosa degenerant, quorũ autem difficilis possessio, eorũ grata perfunctio, ipse sol post noctem gratior, salus post ægritudinẽ, &c. gratior ergo mẽsa ieiunis.

In cap. 9. *Iudith. ca.* 12.

67 IDEM ait. Maior vis vini est quàm veneni. Tollit sensus, viscera exurit, somnum infert, caput vexat, denique venenum vino excluditur non

In eodem tom. 4. & li. cap. 14.

non veneno vinum. Merito Deus per Moysem non solum veneno, sed etiam draconum veneno vinum comparauit dicens. Furor draconum vinum eorum, & ira aspidum insanabilis, & pulchre additur insanabilis. Multi enim reliquorum serpentum veneno curantur, nemo ebrietate, certe veneno caro vulneratur; vino mens. Aduerte etiam perfidiæ venenum vini declaratum nomine, ait enim scriptura de alienigenis, qui nescirent Deum. De vinea enim Sodomorum vinum eorum, & vitis eorũ vitis Gomorrhæorum. Vua eorum vua fellis, botrus amaritudinis in ipsis, &c.

Deut. 23.

68 Tom. 1. de Elia & Ieiunio cap. 16.

IDEM optime pingit homines ebrios. Vigilantes, ait, somniant, dormientes vigilant, vmbras sæpe transiliunt, sicut foueas canes, si viderint leones arbitrantur, & fugiunt. Alij risu soluuntur incondito, alij inconsolabili mærore deplorant &c. ibi plura. Vini boni Hieremias huiusmodi hominem tamquam superfluam creaturam deflendum putat. Quid est homo ebrius, nisi superflua creatura. Sic ait. Sicut fletum Iazer defleo te vitis, quia deserta es Ciuitas Iazer. Vinum erat in torcularibus suis, mane non calcauerunt, meridie autem nõ fecerunt Iazer, Moab, Sabama, & Segor factura superflua est. Moderatio enim naturalis est supra mensuram, quidquid est superfluũ habetur. Ita est ebrietas, quæ fletu Prophetico deploratur.

In cap. 17. IDEM Contra ebrios loquitur eos, ait non esse homines, sed vtres, & contra eorum obtestationes sic ait. Quid obtestationes potantiũ loquar? Bibamus inquiũt pro salute imperatoris, & qui non biberit sit reus in deuotione. o piæ deuotionis obsequium! Bibamus pro salute exercituum, pro comitũ virtute, pro filiorum sanitate. Et hæc vota ad Deum peruenire iudicant, sicut illi, qui calices ad sepulchra martyrum deferũt, ad quæ illic in vesperam bibũt, & aliter se exaudiri posse non credunt. O stultitiam hominum, qui ebrietatem sacrificium putant, qui æstimant illos ebrietate placari, qui ieiunio passiones sustinere didicerunt.

In cap. 18. IDEM inuehitur contra mulieres se inebriantes, & choreas ducentes, denique sic ait. Quod autem mirum, si vino decipiãtur animæ feminarum, cum omnes illæ tribus patrum, cũ de petra biberent aquam, manna mãducarent, gentes validissimas vincerent, & non erat in his vllus infirmus, vbi vero carnes desiderare cœperunt, & desiderijs in Aegyptum conuerte bantur, nequaquam ex tot millibus hominum in terram promissionis præter duos peruenire potuerunt. Itaque quid boni sit sobrietas, quid mali intemperantia hinc colligi datur, quando qui murmurabant requirentes Aegypti delicias a serpentibus moriebantur, quando per maris rubri transibant semitam, aquam bibebant, &c.

Adolescentum periculum, & senum damna, si non sint exemplares, & quòd vtrique in bonam, & malam partem accipiantur in sacra Scriptura. Cap. II.

1 Homil. 1. in numeros tomo 1.

ORIGENES sic habet. Puerilis ætas non numeratur, nec apta diuinis calculis ducitur, nisi forte primogeniti sint, aut Sacerdotali, vel leuitica stirpe descendant. Isti soli in pueris adducuntur ad numerum, & quid possunt hæc vacua esse mysterijs? Sed hoc solum procurasse creditur Spiritus sanctus, vt sciremus, qui tunc in illo populo numerati sint, & qui sine numero manserint. Docet ergo præsenti lectione, quod si transcendero puerilis status insipiẽtiã, si desiero paruulus esse sensibus, & vir effectus deposuero, quæ sunt paruuli, si inquam effectus fuero iuuenis, & talis iuuenis, qui vincam malignum, aptus videbor his de quibus scriptum est. Omnes qui procedunt in virtute Israel, & dignus diuinis numeris computabor. Donec autem inest alicui nostrum puerilis, & lubricus sensus, haberi apud Deum in sancto, & consecrato numero nõ meremur.

Num. 21.

2 Homilia vnica in primo cap. primi regum.

IDEM sic habet. Samuel ante offerri non potest in conspectu Dei, quàm depellatur a lacte. In quo ostenditur consecrari Deo neminẽ posse, qui adhuc lacte alitur, & puer est sensibus, atque expers est sermonis iustitiæ, nec sacerdotalia potest procurare sacramenta, nisi desistat a puerilibus, & in maius ascendat ab his, quibus Apostolus dicit. Lac vobis potum dedi nõ escam, nondum enim poteratis. Omnis qui lacte alitur alienus est a sermone iustitiæ, paruulus enim est. Perfectorum est cibus solidus, qui pro possibilitate sumenda exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali. Igitur qui paruulus est, non potest ascendere ad templum Domini. Isaac qua die a lacte ablactatus est conuiuium magnum fecit Abraham. Apud homines sæculi huius parẽtes solent Natalis diem celebrare filiorum, Abraham hoc nõ facit, sed illum diem lætitiæ deputat, & conuiuia celebrat, cum eum a lacte depellit, & ad cibos fortes applicat, quasi per hæc diceret Isaac, cum factus sum vir deposui, quæ erant paruuli.

1. Cor. 3.

Heb. 5.

3 Tomo 3. homilia 5. In c. 18. Matt.

IDEM exponens illa verba, Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli non intrabitis in regnum cælorum, sic ait. Si quis vir constitutus vsque eo mortificauerit viriles concupiscentias suas in spiritu mortificans corporales actus, & semper mortẽ Iesu circumferens in corpore suo, vt puer, qui muliebria nondum tentauit, nec sensit motus viriles, iste talis conuersus factus est sicut puer, & quanto amplius appropinquauerit pueris, recedens ab huiusmodi motibus, tanto amplius ceteris continẽtibus, & ad profectum continentiæ ascendere non valentibus maior habetur. Quod autem propter

Matt. 18.

propter muliebres passiones dictum paruulis est, hoc ipsum dicere cõuenit, & in ceteris passionibus, & languoribus, & ceteris iufirmitatibus animæ, in quas omnes pueri non incurrũt, priusquam sciant, absolutum proferre sermonẽ vt puta, vt conuersus quis, fiat sicut paruulus, puer in ira, cũ sit vir, & sicut est paruulus puer ad tristitiam, qui interdum in tempore mortui patris, vel matris, vel alicuius amici ridet, & ludit, talis fiat vir habitudinem puerilem circa iustitias repellendas perfectioris animæ ratione commutans. Similiter dices circa extollentias, quibus irrationabiliter extolluntur homines, qui non sunt Dei, quas pueri non patiũtur. Nec qui conuersi fuerint, sicut pueri. Et nulla pene passio cadit in pueros, antequam absolute incipiant loqui. Si autem nulla manifestum est, quia nec timor, nisi forte secundum exstimationem ceterarum passionum leuis, & transitorius. Pueri enim malum timorem non patiuntur, vt puta, si quis puero comminetur, ne mamma petat. Vel ne ploret terretur quidem, sed timor eius stabilis non est. Si autem quis, & humiliet se sicut puer, nec ei magnum aliquid sapere cadit in puerum, neque iactantia generis, vel diuitiarum, vel aliarum rerum, quæ exstimantur bonæ, non autem sunt, cadit in puerum. Si quis ergo vir habitudinem, quam habent pueri ex ætate, in se ratione susceperit, expellens ea, quæ mouent insensatos, factus est, sicut puer non se extollens in honoribus, neque efferens se in diuitijs, neque eleuans se claritudine generis. Iste talis suscipiendus est, & honorandus in nomine IESV, quoniam præcipue in talibus est IESVS.

4 In Psalmũ 112. tom. 8.

AVGVSTINVS exponens illa verba: Laudate pueri Dominum sic habet. Cum audieritis fratres cantari in Psalmis: Laudate pueri Dominum, ne arbitremini ad vos istam exhortationem non pertinere, quia iam corporis pueritiam supergressi, vel iuuenili decore viresc itis, vel senili honore canescitis; omnibus enim vobis dicit Apostolus: Nolite effici pueri sensibus, sed malitia paruuli estote, vt mentibus perfecti sitis; quia malitia maxime, nisi superbia &c. Ipsa enim de vana granditate præsumens, non sinit hominem ambulare per arctam viam, & intrare per angustam portam. Pueri autem facile intrant per angustam portam, & ideo nemo nisi, vt puer intrat in regnũ cælorum.

2. Cor. 14

Matt. 7.

5 Serm. 21. in Psalmum 118.

ITEM exponens illa verba, Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis ait. Quid est paruulus nisi humilis, & infirmus? Noli ergo superbire, noli de tua (quæ nulla est) virtute præsumere, & intelliges, quòd lex Dei tibi data est, vt te de magno paruulum faceret, vt te ad faciendam legem vires de tuo non habere mõstraret; ac si inops, & egenus ad gratiam confugeres, & clamares, miserere mei Domine, quoniam infirmus sum.

Psal. 6.

6 Tract. 3. in primã canonicam Ioannis. tom. 9.

ITEM vbi nos legimus, filioli nouissima hora est, ipse legit pueri, nouissima hora est, & ait. In hac lectione pueros alloquitur, vt festinent crescere; quia nouissima hora est. Aetas corporis non est in voluntate, ita nullus secundum carnem crescit, quando vult, sicut nullus, quando vult nascitur. Vbi natiuitas in voluntate est, & incrementum in voluntate est, ergo si vult, crescit, si non vult, decrescit. Quid est crescere? Proficere. Quid est decrescere? Deficere. Quisquis nouit natum esse se, vt audiat, quia puer est infans, auide intret vberibus matris, & cito crescit; vbera enim Ecclesiæ sunt duo testamenta, hinc sugatur lac omnium sacramentorum temporaliter pro æterna salute nostra gestorum, vt nutritus, atque roboratus perueniat ad manducandum solidum cibum.

7 In caput vndecimũ Isaiæ. tomo 4. lib. 4.

HIERONYMVS explicans illa verba, Et delectabitur infans ab vbere super foramen aspidis, & in cauernam reguli, qui ablactatus fuerit manum suam mittet, sic habet. Infans, qui malitia paruulus est, mittet manum in foramine aspidis, & fugat dæmones. Qui autem ablactatus est, & nequaquam lacte nutritur infantiæ, sed iam solido vescitur cibo, iste in reguli cauernam mittet manum, hoc est in ipsius Satanæ habitaculum, & inde eum extrahit.

8 Libro 24. moralium. cap. 4.

GREGORIVS exponens illa verba cap. 33. reuertatur ad dies adolescentiæ suæ, sic ait. Scriptura sacra sæpe adolescentiam pro nouitate vitæ ponere consueuit. Vnde veniẽti spõso dicitur, adolescentulæ dilexerunt te, idest electorũ animæ gratia baptismatis renouatæ, quæ non in vitæ veteris vsu deficiunt, sed noui hominis conuersatione decorantur. Senectutẽ quippe veteris hominis inter vitia tabescentẽ deflebat ille, qui ait: Inueteraui inter omnes inimicos meos. E contrario alius gaudere in virtutibus admonet dicens, Lætare iuuenis in adolescentia tua. Ac si diceret, fortis quisque gaudeat in renouatione sua, ideſt, lætitiam suam non in vitæ veteris voluptate, sed in conuersationis nouæ virtute constituat. Quia vero ad hoc nouitatis robur non nostris viribus, sed redemptore interueniente reuocamur pro hoc flagellato homine deprecãs Angelis dicat reuertatur ad dies adolescentiæ suæ.

9 Lib. de Noe & Arca. cap. 31. tom. 1.

AMBROSIVS exponens illud, cum dicisset Noe, quæ fecerat ei filius suus. Cham nunc iuniorem constituit. Numquid ante scriptura in ordine generationis errauit? Non vtique. Quid ergo? Quomodo igitur soluitur, nisi iuniorem non ætate, non tempore accipias, sed rudem sensu, & in quadam intellectus infantia constitutum, qui prouectionis doctrinam ætatis, non hauserit, nec perceperit senile consiliũ? Cani enim sunt sensus hominis, &c.

10 Lib. de Abraham Patriarcha. c. 6. tomo 1.

IDEM exponens illud, Nõ celo Abrahæ puero meo, quæ ego facio. Senilis vtique ætatis Abraham superius scriptura significauit, cum nonaginta & nouem processisset annos, quomodo nunc puerum dicit? Sed cum immemorem senectutis, exploratorẽ indefessum cursu, impigrum standi, patientissimum deducẽdi studiosissimum expresserit, nonne conuenire nomen pueri videtur? Officijs merito puer dicitur, qui senile nesciebat fastidiũ, puritiæ innocentiam, & obsequium deferebat.

11

IDEM loquens de Eleazaro Machabæo, & eius

Lib. de Iacob, & vita beata, c. 10. tom. 1.

eius laudans constantiam in tormentis esse illud, quod tortores ei suggesserunt, respondentem manducaturum, nos te escæ eius immunē præstabimus, at ille clamans nequaquam contingat mihi, vt fiam senex incentiuū iuuenilis erroris, qui hucusque eram forma salutaris instituti. His ergo ludibrijs, vt paululum viuam luctabor, & totius vitæ labores addicam. Breuis viatico senectutis, senectus portus debet esse non naufragium vitæ superiori. Non tenegabo lex patria, non abiurabo vos sancta institutaq; maiorum, non decolorabo vos infulæ sacerdotales, non te perfidiæ puluere turpabo canicies. Mire laudat constantiam septem iuuenum fratrum Machabæorum & matris eorū, denique sic concludit. O vera mater adamāte fortior, melle dulcior, flore fragrantior &c. nulla tantarum diluuia passionum tuam potuerunt charitatem excludere, sicut arca in illo mundi diluuio totius orbis spatijs, innocua ferebatur, ita & tu aduersus fluctus tam grauium passionum pietate immobilis restitisti, & cum posses salutem filiorum eligere noluisti, &c.

2. Mach. 6

In cap. 11. & sequentibus.

12 IDEM super illud, In quo corrigit adolescentior viam suam, &c. ait. Hic aut iunior, qui potest corrigere viam suam fortasse iunior sit ætate, non moribus, & habeat in primo flore iuuentutis suæ senilem intellectum, de quo ait. Canicies autē est intellectus hominibus, quibus maturitas consilij grauitasq. suppetit. Vnde & Hieremiæ dicitur. Noli dicere quia iuuenis sū, & vtique erat ætate iuuenis, sed prohibet eū iuuenem se dicere, quiesset maturioris prudētiæ. Daniel cum puer esset, accepit spiritum, vt redargueret senes ipse non senior lōgæuitate, sed gratia: erat enim in illo ætas senectutis vita immaculata, cui bene conuenit illud super senes intellexi. Denique Moyses Iesum Naue & Caleb, iuuenes præ ceteris approbat, quorum consilium in terræ electione, magis quam multorum seniorū, & ipse secutus est, & Deus prætulit. Liquet igitur quòd non senectutis longæuitas eligatur, sed custodia verborum Dei, &c.

Serm. 2. in psal. 118. to. 2.

13 CHRYSOSTOMVS sic habet. Adolescentes qui luxurioſe ac male viuunt eos senes fieri non expedit; qui vero in adolescentia moribus cōsenescunt, eos oro ad extremam vsque viuere senectutē, & liberos sui similes procreare, quorum virtute Deus gaudeat. Quemadmodum ager diu non proscissus, sic iuuentus negle cta silueſcit, ac passim innumeras vepres producit. Quòd si nos improbis cupiditatibus concrematis noualia excolamus, quæ spiritualia semina possint suscipere. Iuuenes nobis senibus erunt modestiores, quòd certe admiratione dignum est, vt in adolescentia diligens fulgeat moderatio. Nam qui modestus est in senectute, cum ætate plurimum iuuetur, non magnam suæ modestiæ mercedem arbitror habiturum, illud vero mirum est, vt in fluctibus & procellis tranquillitate fruaris, & in medio fornace non ardeas, & in iuuentute nulla corrumparis luxuria. Hæc igitur memoria tenentes beatum illum Ioseph, qui summis temperantiæ laudibus in adolescentia coruscat, diligenter imitemur, vt vna cum illo fulgentissimas consequamur coronas.

Hom. 13. in Matth. tom. 2.

Gen. 39.

Hom. 60. in Matthæū.

ITEM. Qui equorum domitores, ait, cogunt vt studiosissime sibi equos domitent, nec incuria committunt ad firmiorem indomitos ætatem peruenire, sed frenum ac cetera quibus opus est incipientes adhibent; liberos autem suos longe prouehi absque castigationis negligunt freno, & dimittunt circuire, scortis, aleis, & obscœnis spectaculis inhiantes, cum deberēt antequam fornicationibus se traderent, prudēti & modestæ vxori coniungere, quæ ab omni mala consuetudine maritum eripiat, & frenum pullo facta, salutari domatione contineat. Non enim fornicationes & adulteria aliunde proueniunt, quàm ex nimia iuuentutis licentia. Et certe si annos Isaac attigit quadraginta, & tamen Caleb postea vxorem duxit, multo magis iuuentutem hanc hæc philosophia deceret, qui sub gratia nati sunt.

Gen. 25.

14 ITEM exponens illa verba. Nolite pueri fieri sensibus, sic habet. Pueri parui magna non desiderant, vilia solent admirari, currus, equos aurigas, rotas luto factas, hoc aspectu delectantur. Quòd si regem in curru aureo sedentem, & mulos albos inuectos, & eximium cultum viderint, ne respiciunt quidem. Præterea & puellas ex creta ornant, veras autem pulchras nesciūt, & in multis alijs rebus itidem afficiuntur. Tales nonnulli reperiuntur nunc. Nulla his cælestium cura, sed ad lutea tamquam pueri obstupescunt, & terrenis diuitijs blandiuntur, & gloriam, & voluptates huius sæculi magni pēdunt, quæ ita puerilia sunt, vt illa. Quæ vero & vitæ, & gloriæ, & quietis causa sunt, non curant. Sed vt pueri his priuati deflent, illa autem ne desiderare quidē norunt, ita & multi in ætate prouecta, ideo inquit, nolite pueri fieri sensibus, pecunias concupiscis, non diuitias permanentes, sed pueriles ludos. Si quidem plumbeum numum admirantem, & ad eum colligendum inclinantem si videres, nonne eum quàm pauperrimum iudicares? Tu autem etiam viliora congregans inter diuites te annumeras, & qua hoc ratione nititur? nisi quia puer maiora non cognoscis?

Tom. 3. homil. 80. in Ioannem.

1. Cor. 14.

15 ITEM narrans, quàm sint pauci qui salutem æternam debeant consequi, suæ ciuitatis perditionem vbi ingens est malitia in adolescentibus, grandis desidia in senioribus. horum omnium rationem assignans, ait. Exemplaria disparuerunt, ideo nulli adolescentes fiunt admirabiles. Iacent omnes adolescentes frigidi, ac senes purgamenta magis quàm adolescētes, rident, subsannant, cauillantur. Tu autem senex si assistens, & stupenda vides, increpa acriter, si non fert, voca ministrum, abige, quæ tua sunt, facito: & si quid ausus fuerit contra te, vtique multos habiturus es adiuturos. Quis enim ita ratione destitutus, qui si te viderit propter talia obiurgantem, non malit esse a parte tua?

Hom. 24. in acta Apostolorum.

16 ITEM sic habet. Quid dicemus cum videri-mus iuuenibus seniores peiores? Nimietatem malitiæ mihi dicis. Nam & in furioso videmus, nullo

To. 4. hom. 1. in epist. ad Hebr.

nullo impellente vltro ire per præceps. Quando ergo senex curationem habet? Non enim potest dicere delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris. Qui enim in senectute ita furiosus, ostendit quia, & in iuuentute non non per ignorantiam, non per imperitiam, non per ætatem talis fuit, sed per negligentiam. Si in senectute ita inhonestus est, quo modo dignum est huiusmodi senem appellari, qui neque ætati reuerentiā exhibet. Qui enim dicit peccata iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris, veluti in senectute correctus hæc dicit. Non igitur ex his, quæ in senectute contingunt, fraudes te ipsum a venia etiā corū, quæ in iuuentute feciſti. Quomodo enim non est absurdum, & supra veniam, quod fit, vt senex in taberna sedeat, senex ad circum festinet, senex ad theatrum ascendat, veluti pueri currentes cum plebe. Vere confusio est, & irrisio, vt canicie quidem ornentur extrinsecus, intrinsecus autem intellectum habeant puerilem. Et si quidem iniuriet illum iuuenis statim canos in medium proferet dicēs, vel canis istis exhibe reuerentiam, si vero tu eis non exhibes reuerentiam iam senex, quomodo iuuenē tuos canos reuereri desideras? Deus te honorauit, candorem capilli dedit, primatum habere consessus, quid prodest? Illum honorem quomodo reuereatur iuuenis, cum te viderit amplius lasciuiæ deditum? Canicies quippe tunc est venerabilis, quādo ea gerit, quæ caniciem decēt, cum vero iuueniliter conuersatur, plus iuuenibus ridiculosa erit. Quomodo poteritis iuuenes admonere, cum vos senes ebriemini per incontinentiam vestram. Non enim nunc irridens seniores hæc dico, sed iuuenes magis irrideo. Qui enim hæc agitis, & si ad centesimum veniatis annum, mihi iuuenes videmini, & similes pueris. Iuuenes enim & si modicam disciplinam accipiant, & corrigantur senioribus meliores sunt, & non solum sermo meus, sed & scriptura hanc nouit discretionem. Senectus inquit, honorabilis, non multi tēporis, & ætas senectutis vita immaculata. Etenim nos caniciem honoramus, non quia colorem candidum habet, sed quia indicium est vitæ in virtute prouectæ, & videntes ex hoc conijcimus interiorē senectutem. Si vero contraria senectuti gesserint, irrisibiles fiunt, propter hoc potius. Nā & regem honoramus, & eius purpuram, & diadema, quia ista signa sunt principatus. Si vero viderimus illum cum purpura conspui, ab armigeris suis conculcari, præforari, in custodiā mitti, numquid reueremur tunc purpuram, aut diadema? Nonne & ipsum schema explorabimus? Noli ergo propter canos velle honorari, quando ipse illos iniurias, nam & ipsi vlciſci se debent, quoniam schema splendidum, & honorabile confundis. Hæc dicta sunt aduersus animam iuuenilem, quæ senectutem confundit, inde pro senibus dolentes hæc dicimus confundentibus canos. Rex quidem est senex, si voluerit, & ab eo qui purpuram habet magis regalis est, dum passiones animi vicerit, & velut armigeros subijcit passiones. Si vero deijcia-

Sap. 4. 17

18

tur a solio, & amoris pecuniarum, & ornandi corpus, & deliciarum, & ebrietatis iucundæ, & venerearum rerum seruus effectus, & totam ætatem suam per malam voluntatem iniuriet, qualis pœna non sit dignus huiusmodi? Sed efficiamini tales o iuuenes, neque nobis peccātibus venia tribuetur. Quare? Quia licet tibi senem esse in iuuentute, sicut in senectute sunt iuuenes, sicut illic neminem capillus albus saluat, sic nec hic nigellus capillus impedit. Si enim inhonestiorem hæc, quæ dixi senem faciūt, multo amplius, quam iuuenem, veruntamen nec iuuenis alienus est a culpa.

Hom. 47. ad populum. Tomo 5.

19 IDEM sic habet. Præsens vita ludus est, futura vero non ludicra. Forte namque, neque tantum ludus est, vita, verum & peius quid. Non enim in risum desinit. Quid a pueris quæ so differimus ludentibus, & domos ædificantibus, non splendidas erigentes domos? Quid autem a prandentibus illis, nos delicate vescentes? Nihil nisi quòd & cum pœna nos hæc facimus. Si vero nondum rerum vilitatem conspicimus mirandum non est; nondum enim viri facti sumus, cum autem facti fuerimus, sciemus quòd hæc sunt puerilia, quoniam & illa viri euadentes dimittimus; cum autem pueri sumus, seria esse putamus, & testas, & lutum coagmentantes, non minus magna erigentibus sexta solliciti sumus, & sicut nos pueros in subuersione animarum lugentes ridemus, sic & cælites, nos hæc ingemiscentes, non tantum rident, verum & deflent. Efficiamur itaque viri, ne simus vt pueri, qui in his studium agunt, litteris neglectis, multa sustinent verbera, sic & nos in his omne studium impendētes, dum spiritales exigemur disciplinas, tūc per opera, nec quas præstemus habebimus, extremā dabimus vltionē.

Adulatores cauendi maxime, quia adulatio multa parit inconuenientia. Cap. III.

Epistola 14. quæ est ad Celantiam matronam, de ratione piæ viuēdi, & institutione matris familias. Tomo 1.

1 HIERONYMVS sic habet. Adulatorum assentationes, & noxia blandimēta fallaciæ, velut quasdam pestes animæ fugē. Nihil est, quod tam facile corrumpat mentes hominum, nihil quod tā dulci, & molli vulnere animum feriat. Vnde & quidam Sapiens ait: Verba adulatorum mollia, feriūt autem interiora ventris, & dominus loquitur per Prophetam. Populus meus, qui beatificant vos, seducunt vos, & semitas pedū vestrorum dissipant. In multis maxime hoc tempore, regnat hoc vitium, quodque est grauissimum, humilitatis, ac beneuolentiæ loco ducitur. Eo fit, vt qui adulari nescit, aut inuidus, aut superbus putetur. Est sane grande, & subtile artificium laudare alterum in commendationem sui, & decipiendo, sibi animum obligare decepti, quodque hoc maxime vitio agi solet fictas laudes certo pretio vendere. Quæ hæc est tanta leuitas animi, quæ tanta vanitas, relicta pro-

cta propria conſcientia, alienam opinionem ſequi, & quidem fictam, atque ſimulatam? Rapi vento falſæ laudationis gaudere ad circumuentionem ſuam, & illuſionem pro beneficio accipere. Tu ergo ſi vere laudabilis eſſe cupis laudem hominum ne requiras, illique præpara conſcientiam tuam, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, & tunc laus tibi erit a Deo.

1. Cor. 4.

2 Lib. 2. in cap. Iſaiam tom. 4.

ITEM poſtquam expoſuit illa verba, Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem, vel ſiceram, vt Hieronymus legit, ait, Miſcet ſiceram, qui cum ebrietate plenus ſit, ad decipiendos homines vmbras quaſdam, & imagines ſimulat ſe habere virtutum. Et ſequitur de his, qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti auferris ab eo, & hæc pars vitiorum eſt vineæ, quæ pro vuis fecit labruſcas, & expectante domino vt faceret iudicium, fecit iniquitatem, iuſtificans impium pro muneribus, & non cauſas, ſed dona conſiderans, quæ excæcant etiam oculos ſapientium. Vnde cauendum eſt, ne inebriemur vino, & adulemur impijs pro muneribus, & iuſtitiam iuſti pro inopia deſpiciamus. Quod & in Epiſtola Iacobi præcipitur, ne honorates impios diuites, & deſpicientes Sanctos pauperes fiamus iudices iniquitatis, in quorum pœnam ſubditur. Sicut deuorat ſtipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit, ſic radix eorum quaſi fauilla erit, & germen eorum, vt puluis aſcendet. Ideo radix malitiæ eorum redigetur in fauillam, & omnis flos, & pulchritudo diuitiarum, & corporis, pulueri comparabitur.

Exo. 23.

cap. 2.

Iſaiæ 5.

3 Li. 1. in threnos cap. 2.

ITEM narrauerat Propheta, & dixerat in gentia inconueniētia, in quæ deuenerat Iudæorum populus. Magna velut mare contritio tua quis medebitur tui? Cum deficeret paruus, & lactens in plateis oppidi, matribus ſuis dixerūt Vbi eſt triticum, & vinum, cum deficerēt quaſi vulnerati in plateis ciuitatis, cū exhalarēt animas ſuas in ſinu matrum ſuarum. Horum omnium cauſam docet hanc. Prophetæ tui viderunt tibi falſa, & ſtulta, nec aperiebant iniquitatem, vt te ad pœnitentiam prouocarent. Vnde per Iſaiam dicitur. Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarū in dulce, & dulce in amarum. Qui enim peccanti, & iniquis operibus attendenti promittit impunitatis ſecuritatem Propheticæ maledictioni ſubiacebit. Vnde cauendum eſt, ne pro veritate ſequamur mendacium, ne pro lumine tenebras. Et vt loquar, quod ſentio. Difficile hoc maledicto, quis carere poteſt, cum & malis frequenter adulemur propter potentiam, & bonos deſpiciamus propter inopiam.

cap. 5.

4 In cap. 27. Prouerbiorum, tom. 8.

ITEM exponens illa verba. Qui benedicit proximo ſuo voce grandi de nocte conſurgens maledicenti ſimilis erit, ſic ait. Voce grandi proximo benedicit, qui eum fauore ſuperfluæ laudis extollit, vel malis videlicet actibus eius contra iuſtitiam fauendo, vel bona plus iuſto laudando. Sed hic maledicēti aſſimilatur, quia plurimum lædit eum, cui landando, ſiue in mala actione confidentiam tribuit, ſeu in opere recto ſimplicitatē puri cordis minuit; vt videlicet bonum, quod ſupernæ mercedis intuitu in choarat tranſitoriæ laudis amore conſummet.

5 In Pſalmū 9. tomo 7.

ITEM explicans illa verba. Quoniam laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & iniquis benedicitur ait. Ab adulatoribus, & non a iuſtis laudatur peccator. Tunc quando peccator peccatorem laudat, alius alium, dum ſe inuicem laudant, occidunt.

6 Lib. 2. in Epiſtolam ad Galatas, to. 8.

ITEM explicat illa verba, Ergo inimicus factus ſum vobis veritatem dicens, & ait. Similis eſt huic illa ſentētia, nobilis apud Romanos Poetæ. Obſequium amicos, & veritas odium parit. Sed vide, quanto hic melius, quàm ille. Apoſtolus enim his quos ſtultos dixerat, quos paruulos appellarat, hanc ſententiam temperauit, & ſpecialem fecit, dum proprie ad perſonas Galataſque dixerit. Ille vero generale, & ita habere ſe apud omnes denuncians vehementer errauit. Obſequium enim, quo putauit amicos fieri veritate dempta, non tam obſequium eſt, quàm adulatio, & aſſentationem clandeſtinas magis inimicitias, quàm amicitias dici debere perſpicuum eſt.

7 Circa caput 3. ad Romanos. *Pſal. 13.*

ITEM exponens verſiculum Pſalmi: Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem, ſic habet. Hoc de illis intelligi valet, quique interficiunt animas adulando. Vnde in actis Apoſtolorum dicit Paulus: Mundus ſum a ſanguine omnium, non enim ſubterfugi, quominus vobis annunciarem omne conſilium Dei in vobis.

8 Libro 3. contra litteras Petiliani, tomo 7. *Pſal. 140.*

AVGVSTINVS ſic habet. Si conſciētiam mordet veritas criminis, quid mihi prodeſt, ſi me continuis laudibus, totus mundus attollat? Ita nec malam conſcientiam ſanat præconium laudantis, nec bonam vulnerat conuitiantis opprobrium. Oleum peccatoris non vngat caput meum, cum ille hoc dixerit de adulatione aſſentatoris fallaci laude decipientis, vnde laudati caput in ſuperbiam creſcat. Ideo præmiſerat, Corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Quid hac ſententia clarius, quid euidentius. Mauult enim ſe aſpera emendatione iuſti argui miſericorditer vt ſanetur, quàm lenibus blanditijs vngi, vt ſanetur.

9 In Pſalmū 9. tomo 8.

ITEM ſic ait. Comprehenduntur in conſilijs, quibus cogitant, ideſt, malæ cogitationes eorum vincula illis fiunt. Sed quare fiunt vincula? Quoniam laudatur peccator, inquit, in deſiderijs animæ ſuæ. Adulantum linguæ alligant animas in peccatis. Delectatur enim ea facere, in quibus nō ſolum non metuitur reprehenſor, ſed etiam laudator auditur, & qui iniqua gerit benedicitur. Hinc comprehenduntur in cogitationibus ſuis, quibus cogitant. Irritauit Dominum peccator. Nemo gratuletur homini, qui proſperatur in via ſua, cuius peccatis deeſt vltor, & adeſt laudator. Maior hæc ira Domini eſt, irritauit Dominum peccator, vt iſta patiatur, ideſt, vt correctionis flagella non patiatur.

ITEM

10 In Pſalmū 39. *Pſal. 39.*

ITEM exponens verſiculum illum, Cōfundantur, qui dicūt mihi euge euge ſic dicit. Quādo iſti me laudant, & adulantur dico ego. Egenus, & pauper ſum, non eſt quid in me laudetur. Diſcindat ille ſaccum meum, cooperiat me ſtola ſua. Viuo ego, iam non ego, viuit vero in me Chriſtus. Si viuit in te Chriſtus, & totum quod boni habes Chriſti eſt, totū quod habebis Chriſti eſt. Ego non diues ſum, quia nō ſum ſicut ille, qui aiebat, gratias ago tibi, quia non ſum ſicut ceteri hominum, Publicanus autem erat pauper, qui dicebat Domine propitius eſto mihi peccatori.

Lucæ 18.

11 In Pſalmū 49. *Pſal. 9.*

ITEM exponens verſum illum, Si videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas ſic ait. Ne forte diceres, non feci furtum, non feci adulteriū, quid ſi placuit tibi, qui fecit? Nonne ipſo placito concurriſti? Nonne portionem tuā cum illo, qui fecit laudando poſuiſti? Hoc eſt fratres concurrere cum fure, & ponere cū adultero portionē tuā. Quia & ſi nō facis, & laudas quod fit, ſtipulatores facti, quoniā laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & qui iniqua gerit benedicitur. Nō facis mala, laudas mala faciētes. Hoc enim paruum malum non eſt. Cum adulteris portionem tuam ponebas, os tuū abundauit malitia, & lingua tua amplexa eſt doloſitatem. Maleuolentiā & doloſitatem fratres, quorumdam hominū dicit, qui per adulationem, quamuis ſciant mala eſſe, quæ audiunt, ne offendant eos, a quibus audiunt non ſolum non reprehendendo, ſed tacendo conſentiunt. Paruum eſt, quia non dicunt malefeciſti, ſed dicunt; & benefeciſti, & nolunt malum eſſe, ſed abundat os eorū malitia, & lingua eorum amplexatur doloſitatem. Doloſitas eſt fraus quædam in verbis aliud promēdi, & aliud ſentiendi. Si hominem videres incautum ambulare in tenebris, vbi tu puteum eſſe ſcires, & taceres qualis eſſes? Nōne inimicus deputareris animæ eius? Et tamen ſi in puteum caderet nō anima, ſed corpore moreretur. Præcipitat ſe in vita ſua, prædicat apud te mala facta ſua, tu noſti mala eſſe, & laudas, & irrides apud te. O ſi conuertatur ad Deū aliquando ille, quem irrides, & quem corripere noluiſti, & dicat, Confundantur qui dicunt mihi euge euge, & hoc dixit ſedens aduerſus fratrem tuū loquebaris, & aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum, &c.

Simile.

12 In Pſalmū 69.

ITEM Auertantur ſtatim erubeſcētes, qui dicunt mihi euge euge, vbi ſic habet. Duo ſunt genera perſecutorum, vituperantium, & adulātium. Plus perſequitur lingua adulatoris, quàm manus interfectoris. Nam & ipſam caminū dixit Scriptura, certe cum de perſecutione loqueretur Scriptura dixit. Tamquam aurum in fornace probauit illos, & ſicut holocauſti hoſtiam accepit illos. Audi quia & lingua adulantiū talis eſt. Probatio, inquit, argēti, & auri ignis, vir autem probatur per os laudantium eum. Argēti, inquit, & auri ignis ille, ignis & iſte de vtroque te ſaluum oportet exire. Fregit te reprehēſor factus es in fornace tāquā vas fictile. Forma uit in te verbū, & venit tentatio tribulationis. Illud quod formatum eſt oportet, vt coquatur. Si bene formatum eſt, accedit ignis, vt firmet. Rurſus ſi lauderis ab adulantibus, & aſſentantibus, & annueris eis, veluti emens oleum non te cum portans, ſicut quinque virgines inſipiētes, erit caminus fracturæ tuæ etiam os laudātium te. Sed ſine his non poſſumus, neceſſe eſt, vt intremus in hæc, & exeamus inde, Intremus in vituperationem aliquam malorum, intremus, & in aſſentationem aliquam adulatorum, ſed exire inde opus eſt. Rogemus eum, de quo dictum eſt Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitum tuum, vt intrans iuteger, ſic exeas integer.

Sap. 3.

Prou. 27.

Matt. 25.

Pſal. 120.

13 Sermone 103. de tēpore to. 10. *Num. 20.*

ITEM ſic ait: Balaā famoſiſſimus erat in arte magica, & in carminibus noxijs præpotēs. Non enim habebat poteſtatē, vel a ſe verba ad benedicendū, ſed habebat ad maledicendū. Dæmones enim ad maledicendū inuitātur, non ad benedicēdū. Et ideo quaſi expertus in talibus opinioni erat omnibus, qui erant in Oriente. Certus ergo Balaac de hoc, & frequēter expertus, quòd frequēter maledictis hoſtē vertiſſet arma tū, mittit ad eū legatos dicens. Scio quòd quos benedixeris, benedicti erūt, & quos maledixeris, maledicti erunt. Ego non credo, quia ſciret, quòd quibus benedixerit benedicti ſint, ſed videtur mihi adulandi gratia, hæc dicere, vt artem eius efferens, & extollens promptiorem reddat ad facinus adulationis vitio obligatus ad facinus.

14 Lib. 18. moraliū. cap. 4. *Prou. 17.*

GREGORIVS Magnus explicans verba illa ex cap. 27. Abſit a me, vt iuſtos vos eſſe iudicem. Donec deficiā non recedam ab innocētia mea. Sic ait. Ab innocentia quippe recederet, ſi bona de malis æſtimaret Salomone atteſtante, qui ait. Qui iuſtificat impiū, & qui condemnat iuſtum, vterque abominabilis eſt ante Deū. Sunt nāque nonnulli, qui clam malefacta hominū laudibus efferunt, & augēt, qui increpare debuerunt. Hinc enim per Prophetā dicitur. Væ qui cōſumitis puluillos ſub omni cubito manus & faciunt ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis. Ad hoc quippe puluillus ponitur, vt melius quieſcatur. Quiſquis ergo male agentibus adulatur puluillum ſub capite, vel cubito iacentis ponit, vt qui corripi ex culpa debuerat in ea fultus laudibus molliter quieſcat. Hinc rurſū ſcriptum eſt. Ipſi ædificabāt parietē, illi autem liniebant eū. Parietis quippe nomine peccati duritia deſignatur. Aedificare ergo parietē eſt cōtra ſe quempiā obſtaculi peccata obſtruere. Sed parietē liniunt, qui peccata perpetrātibus adulantur, vt quod illi peruerſe agētes ædificāt, ipſi adulantes, qnaſi nitidum reddant. Sed Sanctus vir, ſicut mala de bonis non æſtimat, ita iudicare bona de malis recuſat dicens. Abſit a me, vt iuſtos vos iudicē, iuſtificationem meam, quam cœpi tenere non deſeram. Cœptam namque iuſtificationem deſereret, ſi in peccantium laudem declinaret.

15 In libro ſententiarum.

BERNARDVS explicās locum Cant. 4. Mel, & lac ſub lingua tua ait. Id quidē neceſſe,

nam quod in lingua est durum sonat, verba Sapientis quasi stimuli,& sicut claui in altũ. Alius est cuius molliti sunt sermones eius super oleũ, sed oleũ peccatoris non impinguet caput meũ.

Eccl. 12.

Psal. 140. Corripiat me magis iustus, & increpet, nã hoc

Psal. 54. in misericordia est,quã illud impinguet in oleo caput meum,in quo est dolus. Pulchre enim nõ molles,sed molliti dicuntur sermones, vel suasoris adulatoris,vel suasoris iniqui, quòd sit in eis, non tam vera,& solida,quam superducta,& simulata suauitas. Si quidem ipsi sunt iacula. Denique sub lingua eius quid? Audi Prophetã.

Psal. 9. Labor, & dolor. Porro sub lingua eius mel, & lac,qui iuxta eundem Prophetam laborem fingit in præcepto.

16 In Epistola ad Ramaldum Fusmascẽsem Abbatem.

ITEM sic habet.Tu itaque dilectissime cessa iam indebitis me honoribus magis obruere, quàm attollere. Alioqui cœtui te inimicãtium mihi amica licet voluntate cõmisces. Ipsi sunt, de quibus soleo soli Deo ita conqueri in orationibus.Et qui laudabant me,aduersum me iurabant. Ad quam meam querimoniam Deum audio respondentem mox,& attestãtem, quod verax sit. Vere inquit,qui te beatificant in errorẽ te mittunt.Et ego. Auertantur ergo erubescentes,qui dicunt mihi euge euge. Precor nimirũ, vt quicumque existimant de me supra id quod viderint in me,aut audiunt aliquid ex me auertantur,idest a laudibus meis, in quas ignari nimie feruntur,resiliant,& plenius quẽ immoderatius laudant, & consequenter erubescentes, vel errorẽ suum, vel amici deprehensam inutilitatem.Et hoc modo vtrumq. nocentiũ genus, & illi,scilicet, Qui volunt mihi mala,& me adulatorie cõmendant,& hi,qui licet innocẽter tamen nocẽt,dum beneuole quidẽ,sed nimie laudant. Auertantur retrorsum,& erubescãt. Hoc est tam vilis, & abiectus eis appareã, quatenus pudeat eos talẽ ita laudasse, & sic desinant iam indiscrete laudare. Igitur aduersus vtrosq. laudatores illis me duobus munire cõsueui versiculis inuertantur retrorsum, qui volunt mihi mala,& qui dicunt mihi euge euge.

Psal. 101. Isa. 3. Psal. 69.

17 Hom. 38. in Matthæum tomo 2.

CHRYSOSTOMVS sic habet. Negligentes honorati molliores redduntur.Ita profecto desides laude, magis quã vituperatione lædũtur, nam laudantes arrogantiæ mollitie, inani gloria impellere animos solent. Cuius rei patres sunt testes,qui filios non ita laudibus efferunt, vt conuitijs reprimunt timẽtes, ne aliquam in de mollitiẽ contrahant, & pædagogi simile remediũ adolescentibus afferunt. Quare si auerti nonnullos decet adulatores, magis quàm cõtumeliantes odisse oportet. Maior enim non attẽdentibus ex adulatione pestis oriri solet,& facilius est hanc, quàm illam passionem superare. Mirabilius enim profecto est videre, hominem, qui dum vituperatur, quàm hominem,qui dum depellitur, & percutitur, non decidit.

Adulterium grande malum est,sicut & virginum defloratio. Cap. IV.

1 Lib. 7. contra Celsum Philosophũ tomo 4.

ORIGENES sic habet. Declinãt adulterium,qui Zenonis statuta philosophando sectãtur,nec secus, & Epicurei plerique. Sed dum adulterium in omnes declinant,vide quã inter se differant. Si quidẽ hi ex mutua partim charitate, partim quia præter animantis naturam,qui ratione vtatur esse decernunt, velle mulierem adulterare,quæ alteri cuiquam ex lege prius denupserit,& alterius hominis corrumpere domicilium. Epicurei vero idcirco nihil adulterando delinquunt, cum adulterio abstinent, quia bonorum finem in voluptate præfiniunt,& eis pleraque obstent, quæ voluptatem hanc intercipiant, qui fornicandi hanc viam subierint voluptatem, ita vt in carcerem plerumque detrudantur, vel alijs persequentibus ineant fugam, vel mortes incurrant nonnumquam, vel priusquam hæc patiantur, & vitæ discrimina subeãt cum interea, vel abeuntem a domo virum idcirco obseruant, vel eos qui viri partes tutantur, vt quo ad fieri possit frustra hos habeant adulterando, & domesticos ceteros fallant, & eos insuper apud quos sibi infamiæ nota ex adulterio poterat comparari.

2 Hom. 32. in Genesim, tomo 1. Gen. 12.

CHRYSOSTOMVS exponit historiam ex Genesis 12. capite. Vbi Sara vxor Abrahã simul cum viro suo descẽdit in Aegyptum,credenteque rege, quòd soror esset, & non vxor Patriarchæ, quia ita rogata ipsa dixerat,quam in vxorem eam accipere rex gestiebat: Dominus in vltionem adulterij ad quod Pharao ex ignorantia aspirabat, flagellauit eum plagis maximis, & domum eius propter Sarai vxorẽ Abraham, vocauitque Pharao Abraham,& dixit ei. Quid nam est hoc, quod fecisti mihi? Quare non indicasti mihi, quòd vxor tua esset. Nunc ergo ecce coniux tua accipe eam, & vade. Hoc factum est, vt res fieret manifesta,& vltro non in priuatum, & plebeium aliquem, sed in regem sæuiret; vt vbique diuulgaretur hoc factum. Quare non simpliciter puniuit regem, sed pœnis magnis, quia flagitium non erat vulgare, sed valde magnum, ideo & pœna magna, & domum eius, vt per hoc regis insania compescatur, vt sic discederet a nefario flagitio,coerceretur ab irrationali impetu,cohiberet incontinentem mentem, alligaret concupiscentiam indomitam, & refrenaret furoris insaniam. Mulier præfulgida forma, simul cum viro Aegyptio, & rege, & tyranno, & sic insano, & incontinenter affecto concumbens intacta egreditur, seruata castitate sua, vt videas in homine barbaro,quantum exhorruerit adulterium, quàmque acriter illud Deus puniat.

ITEM

3 Hom. 45. in Genesim,in expositione cap. 20.

ITEM explicans historiam de Sara,qua dicente ad regem, quòd soror esset Abraham tulit eam. Venit autem Deus ad Abimelec per somnium nocte,& ait illi. En morieris propter mulierem, quam tulisti, habet enim virũ, Abimelec vero non tetigerat eam, & ait. Domine num gentem ignorantem,& iustam interficies? Nonne ipse dixit mihi, soror mea est? & ipsa frater meus est? In simplicitate cordis mei feci hoc. Dixitque ad eum Deus, & ego scio, quòd simplici corde feceris, & ideo custodiui te,ne peccares in me, & non dimisi,vt tangeres eam. Nunc ergo redde viro suo. Si autem nolueris scito, quòd morte morieris tu,& omnia, quæ tua sunt. Statimque de nocte consurgens Abimelec narrauit seruis suis omnia hæc, & illi timuerunt valde. Vocauit autem Abimelec etiam Abraham, & dixit ei. Quid fecisti nobis? Quid peccauimus in te, quia induxisti super me,& super regnum meum peccatum grãde? Rursumque expostulans ait. Quid vidisti, vt hoc faceres? Dedit autem Abimelec Abraham oues,& boues, & seruos,& ancillas. Oran te autem Abraham sanauit Deus Abimelec, & vxorem, ancillasque eius. Ex qua historia sicut, & in anteriori colligitur malum adulterij tam esse terribile,vt a rege barbaro nimis formidaretur, quod si perpetrasset,punisset Deus in se, & in suo regno.

4 Hom. 62. in Ioãnem tomo 3.

ITEM sic habet. Nullam veniam consequitur,qui capta vxore, post istud carnis remediũ alienæ iniuriatur. Hoc iam lasciuia est. Quod si ab vxore sua multi ieiunij, & orationis tempore abstinent, qui sua contentus non est, sed alienam introducit,quantum sibi mali accumulat? Si suam repudiare, & alij vacare non licet quantum ille accusandus est, qui suæ aliam addit? Nemo igitur hunc morbum animæ sibi infidere permittat, sed radicitus euellat. Hoc enim adeo apud Deum scelestum videtur, vt si vxor ab idolatra viro ipso nolente discedat, puniatur, si ab adultero minime, graue hoc malum, & immortale afferens supplicium, & in hac vita innumera secum mala trahit.Cogatur enim vitam miseram, & infelicem viuere, qui hoc morbo afficitur. Neque meliori loco res suæ sunt, quàm illorum,quoniam supplicijs distrahuntur. Alienam domum trepidus, & formidolosus ingreditur, omnia timet, & seruos, & liberos.Quare hortor, vt vos hoc morbo dissoluatis,quod si non placet,nolite hæc sacra ingredi penetralia.Non est locus hic lupanar,sed Ecclesia, Si membra meretricis habes, abesto ab Ecclesia, ne præsentia tua sordescat. Quod si nulla esset gehenna, nullum supplicium, quo tamen animo post nuptiales faces, post iustum lectum,post quotidianam consuetudinem,pateris aliam supponere? Cur non vereris? non erubescis? De his inquit Isaias vermis eorum non morietur,& ignis non extinguetur.

1. Cor. 7. Matt. 5. cap. 66.

5 Epistola 48 contra Sabinianum diaconum to. 1.

HIERONYMVS inuehitur acriter cõtra illum, quia cum viri cuiusdam vitiasset vxorẽ, Episcopi sui litteris Hieronymo commẽdatus venerat in Bethlehẽ,hic in ipsis sacris locis ausus est virginem quandam ad stuprum sollicitare,admonet eum, vt ingressus monasterium ali quod,pœnitentiæ laboribus expiet sua commissa,vnde exorditur sic Epistolam. Samuel quõdam lugebat Saulem, & Paulus Corinthios, in quibus audiebatur fornicatio, & talis fornicatio,qualis nec inter gentes,& quidem voce flebili aiebat. Ne cũ rursus venero humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos ex his,qui ante peccauerunt, super immunditijs quas gesserunt in impudicitia,& fornicatione.Si hoc Propheta,& Apostolus,nulla ipsi labe maculati faciebant, quanto magis ego ipse peccator in te debeo facere peccatore, qui Deum ventrẽ vis habere pro Christo,seruis libidini, gloriaris in carne, & confusione, & quasi pinguis hostia in mortem propriam saginaris. Non tibi illa nũc replico, quòd plures virgines stuprasse narreris,quòd a te nobilium violata matrimonia publico cæsa sint gladio. Magna quidem ista sunt põdere suo,sed fiunt eorum, quæ illaturus sum comparatione leniora. Rogo quantum crimen est,vbi stuprum,& adulterium paruum est?Infelicissime mortalium tu speluncam illam,in qua Dei filius natus est,de stupro cõdicturus ingrederis? Non times ne de præsepi infans vagiat? ne puerpera virgo te videat? ne mater Domini contempletur? Angeli clamant, pastores currunt, Stella desuper rutilat, Magi adorant, Herodes terretur,& tu cubiculum Virginis decepturus virginem irrepis. Paueo miser & tam mẽte,quàm corpore perhorresco, ponere tibi volens ante oculos tuos opus tuum. Tota Ecclesia nocturnis vigilijs Christum dominum personabat, & tu inter ostia quondam præsepis Domini,nũc altaris, amatorias Epistolas fulciebas,quas postea illa miserabilis,quasi flexo adoratura genu inueniret, & legeret. Pro nefas? non possum vltra progredi. Prorumpũt lachrymæ antequam verba, & indignatione pariter ac dolore,in ipso meatu faucium,Spiritus coarctatur. Futuro matrimonio, in spelunca illa venerabili, quasi quosdam obsides accipis capillos,sudariola infelicis,& cingulum,dotale pignus deportas, iurans ei te nullam similiter amaturum. Nihil amplius dico, quod in oscula rueris,quòd amplexatus sis. Totum quidem de te credi potest. Miser nonne quando in spelunca cum virgine stare cœpisti,caligauerunt oculi tui, lingua torpuit,conciderunt brachia, pectus intremuit,nutauit incessus? A vespere vsque mane fenestræ illius affides, & quia propter altitudinem hærere vobis, cominus non licebat,per funiculum, vel accipis aliquid, vel remittis. O funestos oculos meos, o diem illũ omni maledictione dignissimum,in quo Epistolas illas consternata mente legi? Quæ ibi turpitudines? Quæ blanditiæ? Quanta de condicto stupro exultatio? Hæccine diaconum non dico loqui, sed scire potuisse? Vbi miser ista didicisti,qui in Ecclesia te nutritum esse iactabas? Nisi quod in eisdem Epistolis iuras te nũquam pudicum, numquam fuisse diaconum. Caue ne te Phinees cum Madianitide fornicã-

Num. 25.

tem sua hasta configat, qui plusquam Thamar virginem frater, & cõsanguineus polluisti. Clamat cõtra te sanguis Nabuthæ, & vinea Iezrael. Hoc est seminis Dei, quam in hortum voluptatis, & lasciuiæ olera conuertisti, dignam de te vltionem reposcit. Quid de te futurum putas, qui stantem arcam Domini præcipitare conatus es? Nec tu tam callidus eras, vt pru denter tua vitia celares. Sic æstuabas, sic lasciuiente te huc atque illuc rapiebat voluptas, vt quasi quosdam triumphos, palmamque vitiorum de expletis libidinibus reportares. Denique inter gladios barbari mariti, & mariti potentis excubias, impudicitiæ flamma te rapuit. Non timuisti in illa domo adulterium facere, in qua sine iudice læsus vir se poterat vlcisci, tam libere, & insane te agis, vt absente marito, vxorem te putes habere non adulteram.

3. Reg. 13. 1. Reg. 21.

8 In Epistola ad Susannã lapsam to. 9 Psal. 7. Matt. 7.

ITEM sic habet. Virgo nobilis, & dicata Christo, ruit in foueam turpitudinis, concepit dolorem, & peperit iniquitatem, se perdidit, Ecclesiam maculauit, datum est sanctum canibus, & margaritæ missæ sunt ante porcos. A falsis enim hominibus laceratum est propositum sanctitatis. Ad te nunc mihi meus sermo sit, quæ multipliciter misera, cum gloria virginitatis; nomen etiam perdidisti. Vnde incipiam? Quid primum, quod vltimum commemorem? Bona narrem, quæ perdidisti, an mala defleam quæ inuenisti? Eras virgo in Paradiso Dei, vtique in Ecclesia eras sponsa Christi, eras templum Domini, eras habitaculum Spiritus sancti, & cum dico toties eras, necesse est, vt toties ingemiscas, qu a iam non es, quod fuisti. Incedebas in Ecclesia tamquã columba illa, de qua scriptum est. Pennæ co-

Psal. 67.

lumbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in specie auri. Eras tamquam Stella radians in manu Domini, nullum ventum, nullas nebulas pertimescens. Quæ est ista subita conuersio? De Dei virgine facta es corruptio Satanæ, de sponsa Christi, facta es scortum execrabile, de templo Domini fanum immunditiæ, de habitaculo Spiritus sancti tugurium diaboli. Quæ incedebas cum fiducia, vt columba, nunc lates in tenebris vt stellio, quæ fulgebas, vt aurum propter virginitatis decorem, nunc vilis facta es tamquam lutum platearum. Quæ fueras stella radians in manu Domini, veluti de alto ruẽs cælo conuersa es in carbonem nigrũ. Væ tibi misera, & iterum Væ quæ tanta bona, tam parua temporis luxuria perdidisti. Quam tibi spem apud Christum Dominum reliquisti, cuius membra tollens fecisti membra meretricis? Qui te Spiritus sanctus visitabit, cum eum repudiaueris, qui se a cogitationibus quoque sordidis longe fecit? Aspice qui Sanctorũ, quæ Sanctarum tibi approximare non horrent? Aperi oculos tuos si potes, erige frontem si audes, aliquem Sanctorum fiducialiter intuere. Sed dictura es forsitan, non potui sustinere, quia carnem fragilem circumferebam. Respon debit tibi beata Tecla cum suis innumerabili-

9

bus socialibus, & nos eadem carne amictæ fumus, nec tamen plenum propositum castitatis nostræ, fragilitas carnis potuit mutilare. Sed dices. Nolui hoc malum, passa sum violentiam. Respondebit tibi illa fortissima Susanna, cuius tu nomen fallaciter baiulas. Ego inter duos presbyteros posita, inter duos vtique iudices populi, sola inter siluas paradisi constituta vinci non potui, quia nec volui, tu ab vno ineptissimo adolescente, in media Ciuitate, quomodo vim potuisti perferre, nisi quia vltro vio lari voluisti? Si fuisses communi sorte defuncta, deflessent te ad modicum parentes, sed exultassent gaudentes, quia immaculatam præmiserint virginem, hostiam viuam Domino, propiciatricem suorum delictorum. At nunc plangunt mortuam, & non mortuam, viuam, & non viuam. Mortuam vtique gloria virginitatis, viuam dedecore turpitudinis. Quæ non est nupta, ait Paulus, cogitat, quæ Domini sunt, quomodo sit sancta corpore, & spiritu, tu autem in contrarium versans, ita agebas, vt nec corpore esses sancta, nec spiritu, oblita propositum, oblita parentes, oblita Ecclesiam totã, oblita gloriam virginitatis, oblita honorem dignitatis etiam præsentem, oblita promissionem regni, oblita terribile iudicium amplexa es corruptionem, & protulisti fructum confusionis, finem vero mortem sæuissimam, & interitum sempiternum. In corruptorem autem inuehitur isto modo. De te autem quid dicam fili serpentis, minister diaboli, violator templi Dei, qui in vno scelere duo crimina per petrasti adulterium, scilicet & sacrilegium. Sacrilegium plane vbi vas Christo oblatũ dementi temeritate polluisti, sicut Balthasar rex ille Persarum, qui quia in vasis dominicis, quæ fuerant ab Hierusalem de templo a patre eius sublata bibere, cum suis amicis, & concubinis vsurpauit, ipsa nocte Angeli manu percussus morte crudeli punitus est. Quid de te arbitraris perdite pariter, & perditor, qui vas rationabile consecratum Christo, sanctificatum Spiritu sancto temerariæ impietatis sacrilegio polluisti, & tu propositi immemor, & diuini iudicij contemptor, melius erat te non fuisse natum. Nec tibi de multitudine peccantium similium blandiaris, & dicas. Non solus hoc egi multos habeo socios, sed recogita, quia multitudo sociorum impunitatem nõ facit criminum. Nam in Sodoma, & Gomorrha, & totis quinque Ciuitatibus innumerabiles vtique habitabant. Sed ecce omnes pariter, qui libidinose corpora sua tractauerunt ignis imbribus conflagrati sunt.

Dan. c. 13.

10

1. Cor. 7.

11

Daniel 5.

12 Epistola ad virginem lapsam. to. 2.

BASILIVS sic exorditur. Nunc est tempus exclamandi propheticum illud, ac dicendi. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & deplorabo contritionem filiæ populi mei. Si enim Hieremias eos, quorum corpora in bello iacuerant, infinitis lachrymis dignos iudicauit, quidnam dixerit quis ad tantam animarum calamitatem? Vulnerati tui, inquit, non sunt vulne-

Hier. 9.

rati gladio, & mortui tui non sunt mortui in bello, sed aculeum veræ mortis graue peccatum deploro, videns ipsam Domini sponsam impudenter adulteria exercentem. Phinees Zelotes, & ex feruenti spiritu æmulator, quid nõ etiam nunc licet ipsi hastam in manus sumere, & corporaliter scelus hoc vlcisci? Ioannes vero Baptista, quòd non potest relictis supernis conuersationibus, quemadmodum tunc solitudine ad redarguendam iniquitatem percurrere, & si quid pati oporteret, caput potius, quàm dicendi libertatem amittere. Immo ad beati Abel similitudinem, etiam ipse mortuus adhuc loquitur, clamat, ac nunc altius quàm de Herodiade vociferatur illud. Non licet tibi habere ipsam. Quid nunc faceret ille, si tantam contumeliam aspiceret circa sanctas Domini nuptias? At tu a diuinæ illius societatis iugo abrupta, & ab impollutis veri regis nuptijs fugitiua, ad ignominiosam vero ac impiam corruptionẽ hanc turpiter delapsa, quando non habes, quomodo amaram hanc accusationem effugias, iurare per temeritatem gaudes. Reuoca in memoriam honestam professionem, quam professa es corã Deo, & Angelis, ac hominibus. Quis non dicat hiatu commotus, quomodo facta est meretrix Ciuitas fidelis Sion? Quomodo non dominus dixerit ad aliquem, qui nunc in spiritu Hieremiæ ambulat. Vidisti quæ fecit mihi virgo Israel? Ego despondi eam mihi ipsi in fide, & integritate, sicut per Oseam ipse promisi, ipsa autem dilexit alienos, & viuente me viro immortali adultera appellatur, & non timet alteri viro cõmisceri. Corrupta est mens tua, non

13

Hier. 3.

14

solum autem illa, sed etiam corpus tuum. Et horrendum illud, quod etiam dicere cunctor, & tacere non possum, est enim velut ignis ardens in ossibus meis, & resoluor vndique, & nõ possum ferre. Sublatis membris Christi fecisti membra meretricis. Hoc solum inter omnia malum, nihil habet, cui comparari possit. Transite ad insulas Cethim, & videte, & in Cedar mittite, & considerate vehementer, an facta sint talia, an permutarint gentes deos suos, & certe ipsi non sunt dij, virgo autem mutauit gloriam in turpitudine sua. Obstupuit cælum ob hoc, & inhorruit terra amplius vehementer. Dicit omnino etiam nunc Dominus, duo mala perpetrauit virgo, me dereliquit verum sanctarum animarũ sanctũ sponsum, & aufugit ad impium animæ simul, ac corporis corruptorem. Defecit a Deo seruatore suo, & exhibuit membra sua mancipia immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem. Mei oblita est dicit Dominus, & ad amatorem suum transiuit. Expediret ei, vt mola asinaria circa collũ ipsius appensa esset, & in mare proiectus esset, potiusquam virginem vitiasset. Quis seruus contumax ad tantam insaniam deuenit, vt herili cubili se ipsum inijceret? Quis prædo ad tantam dementiam perductus est, vt ipsa Dei donaria contingeret? Non suppellectilem inanimatã, sed corpora viuentia, & animam factam ad imaginem Dei. Quis ab æterno auditus est in media Ciuitate, & serena meridie, imagini regis formas immundorum porcorum inscribere aut sus esset? Si quis humanas nuptias ignominia affecit, citra miserationem duobus testibus moritur, quanto peiore supplicio dignus censebitur, qui desponsatam filio Dei sponsam adulterio contaminauit, & spiritum virginitatis contumelijs affecit?

Hier. 2.

Hier. 2.

Adulterium spirituale ingens est malum, bonum autem grande, quod anima sponsa Christi fidelitatem ei seruet.

Cap. V.

ORIGENES sic habet. Sponsa Christi, eius anima dicitur, quæ fidei simplicitate, & actuum puritate, incorrupta probatur, & virgo. Dicit enim Dominus per Hieremiã Prophetam. Nonne sicut Dominum me, & patrẽ vocasti, & principem virginitatis tuæ, quæ verba habentur capite 3. sed in editione vulgata his verbis. Ergo saltem amodo voca me pater meus, dux virginitatis meæ tu es. Polluta autem dicitur anima, quæ etiã si nõ ex integro compleuit peccatum, tamen illud voluit, & optauit. Valde enim puram, valde mundam & sincerã requirit animam, quam sibi purgat, quia qui se iunxerit Domino vnus spiritus est. Sponsa autem Christi, neque abiecta, neque polluta esse potest, sed virgo incontaminata incorrupta & munda. Sed & meretricem non accipiet. Est autem meretrix anima, quæ ad se recipit amatores, de quibus dicit Propheta. Quia meretricata es post amatores tuos. Isti autem amatores sunt dæmones, qui desideriũ capiunt pulchritudinis eius, & quia non possunt sponsi eius fieri: meretricari cupiunt cum ea. Si ergo susceperis o homo, in cubili animæ tuæ adulterum diabolum, meretricata est anima tua cum diabolo. Si spiritus iræ, si inuidiæ, si superbiæ, si impudicitiæ, ingressus fuerit ad animam tuam, & receperis eum, & consenseris ei loquenti, & in corde tuo, delectatus fueris his quæ tibi secundum suam mentem suggerit meretricatus es cum eo.

1 Hom. 12. in Leuit. ca. 2.

Cap. 3.

Hier. 3.

2 In hom. 20. super cap. 25. Num.

ITEM sic habet. Est execrabilis corporis fornicatio, multo tamen magis execrabilis est generalis illa fornicatio, in qua omne genus peccati pariter continetur. Generalis autem fornicatio dicitur, cum anima, quæ in consortium Dei ascita est, & matrimonio eius quodãmodo sociata ab aduersario eius corrumpitur. Est ergo Christus Dominus sponsus, & vir animæ mundæ. Dum igitur anima adhæret sponso suo, & audit verbum eius, & ipsum complectitur, sine dubio ab ipso semen suscipit, & sicut ille dixit, de timore tuo Domine in vtero concepi, & parturiui, & Spiritum salutis tuæ feci super terram. Si ergo sic de Christo concepit anima, fecit filios pro

Isa. 26.

1. Tim. 2. quibus dicatur ad eam, quia salua erit per filiorum procreationem, si permanserit in fide, & sanctitate. Vbi concubitus factus fuerit animæ cum Verbo Dei, & vbi complexus ad inuicem dederint, inde nascetur generosa progenies, in de pudicitia orietur, inde iustitia, inde patientia, inde mansuetudo, & charitas, atque omniũ virtutũ proles veneranda succedet. Quòd si infelix anima diuini Verbi dereliquerit sancta connubia, & in adulterinos se complexus diaboli tradiderit, generabit sine dubio etiam inde filios, sed illos, de quibus scriptum est, Filij autem adulterorum imperfecti erunt, & ex iniquo concubitu semen exterminabitur: Omnia ergo peccata filij sunt adulterij, & filij fornicationis. Numquam est ergo, quando non pariat anima, sed illa quidem benedicta generatio est, quæ de Verbo Dei concepta generatur, si autẽ, vt diximus, ex contrario spiritu concipiat, certum est, quia pariat filios iræ aptos in interitum.

3

4 ITEM fornicata dicitur Iuda cum lapide & ligno, vt intelligas, quòd quando peccas duro contra Deum corde, nihil aliud facis, quàm cum lapide fornicari. Quando in voluptate peccamus, mœchamur subtus omne lignum ne morosum. Caueamus autem maxime, ne deuiantes a præceptis cælestibus tradatur nobis libellus repudij.

Hom. 14. in Hieremia.

5 ITEM explicat illa verba fabricasti lupanar tuum in capite omnis viæ, & ait. In communi vita sunt aliquæ meretrices, quæ fornicantur cum verecundia latere cupientes, aliæ vero, quæ non solum pudore delicta non velãt, sed cum omni se procacitate prostituunt, ideo assumpsit exemplum animæ meretricis, in peccatrice ista Hierusalem, & ait eam similem factam mulieris fornicariæ procacis in fornicatione sua. Sæpe a nobis talia committuntur. Qui enim vincuntur a peccato, & peccantes latere desiderant, similia faciunt meretrici erubescenti, qui vero cum omni procacitate delinquunt, nihil curantes de Episcopo, de presbytero, de fratribus, similes fiunt meretrici cum fiducia prostitutæ. Omnibus meretricibus dantur mercedes, tu autem dedisti mercedes cunctis amatoribus tuis. Congregat mercedes, qui peccando fit dives, gloriam in sæcularibus cõparat, peccando feliciter in mundo agit, quando peccando ista nascuntur, dantur mercedes meretrici. Quando vero fornicatur, & non agit prospere in sæcularibus rebus, sed per hoc, quod peccauit, & infeliciter viuit in sæculo, meretrix est non congregans mercedes l. aliter tribuit adultera mercedes de rebus viri sui, quia Deus animæ sponsus dedit illi iustitiam, castitatem, charitatem, & cetera bona. Quando vero voluerit anima diabolum sequi, & decem annis v. g. pudice viuens, ad extremum fuerit fornicata, accipit bona viri sui, quæ multo tempore cum labore quæsierat, & dat ea amatoribus suis, qui rapiunt ad se virtutes miseræ animæ, & incedunt iactabundi super diuitijs eius, & dicunt, Abstuli ei castitatem, iustitiam, &c. Decem annorum oblitus est omnium bonorũ eius

Hom. 8. in cap. 16. Ezechiæ.

6

Deus, quæ aliquando fecit, quoniam dedit omnia bona nobis amatoribus suis.

7 HIERONYMVS sic habet. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populũ tuũ, & domum patris tui, & cõcupiscet rex decorẽ tuum. Et si carne cõtempta sponsi iungeris amplexibus. Exiui de domo infantiæ meæ, oblita sum domũ patris mei, renascor in Christo. Quid pro hoc mercedis accipio? Sequitur. Et concupiscet rex decorem tuum, Hoc ergo magnum illud est Sacramentũ. Propter hoc relinquet homo patrem, & matrẽ, & adhærebit vxori suæ, & erunt ambo iam non, vt ibi, in carnem vnam, sed in spiritu vno. Non est sponsus tuus arrogans, Aethiopissam duxit vxorem, statim vt audire volueris sapientiam veri Salomonis, & ad eum veneris, confitebitur tibi cuncta, quæ nouit, & inducet te rex in cubiculum suum, & mirum immodum colore mutato, sermo tibi ille conuenit. Quæ est ista, quæ ascendit dealbata. Sponsa Christi Arca est testamenti, intrinsecus, & extrinsecus deaurata, custos legis Domini. Sicut in illa nihil aliud fuit, nisi tabulæ testamenti, ita & in te nullus si extrinsecus cogitatus. Super hoc propitiatorium, quasi super Cherubim sedere vult Dominus. Curis te sæcularibus soluere vult Dominus, vt paleas, & lateres Aegypti derelinquens, Moysem sequaris in eremo, & terram repromissionis introeas. Vbi in pectore virginali sæcularium negociorum cura æstuat, statim velum templi scinditur, sponsus consurgit natus, & dicit, relinquetur vobis domus vestra deserta. Tu semel sæculi onere proiecto, sede ad pedes Domini, & dic. Inueni quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam. Et ille respondebit. Vna est columba mea, perfecta mea. Semper te cubiculi tui secreta custodiant, sem per tecum sponsus ludat intrinsecus. Oras, loqueris ad sponsum, legis, ille tibi loquitur. Et cum te somnus oppresserit, veniet post parietem, & expergefacta dices. Vulnerata charitate ego sum, & rursus ab eo audies, hortus conclusus soror mea sponsa.

7 Epistola 22 quæ est ad Eustochiũ de custodia virginitatis tom. 1. Psal. 44. Gen. 2. Ephes. 5. Hebr. 9. Cant. 3. & 8. 8 Matt. 27. Matt. 23. Cant. c. 3. Cant. c. 6. Cant. 2. Cant. 4.

9 ITEM exponit locum Prophetæ, numquid obliuiscetur virgo ornamenti sui, & sponsa fasciæ pectoralis suæ? Populus meus oblitus est mei diebus innumeris. Et ait: Per hæc discimus Christum esse sponsum virginis animæ, & Ecclesiæ; quæ non habet maculam, neque rugam, quæ illius est sponsa. Tunc autem perdit ornamentum suum, quando recedit a Domino.

9 Lib. 1. in ca. 2. Hieremię tom. 4. Ephes. 5.

10 ITEM sic habet, Propheta Vulgo dicitur, si dimiserit vir vxorem suam, & recedens ab eo, duxerit virum alterum, nũquid reuertetur ad eam vltra? Numquid non polluta, & contaminata erit mulier illa. Et tu fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me dicit Dominus. Leua oculos tuos in directum, & vide vbi non prostrata sis. In vijs sedebas expectans eos, quasi latro in solitudine, & polluisti terram fornicationibus tuis. Quamobrem prohibitæ sunt stillæ pluuiarum, & serotinus imber non fuit. Fons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Ergo saltem amodo

10 Circa cap. 3.

voca

vocã me dux virginitatis meæ es tu. In quibus verbis animam peccatricem fornicariam vocat & procacem, & multæ impudentiæ, vt non ad hunc vel illum procaci vultu feratur: sed nullum erubescat. Ipse despondit animam vestram amplexibus suis, & quanto ille clementior est, qui salutis post fornicationem ostendit viã, tanto miserior meretrix, quæ non vult post vulnera recipere sanitatem.

81

11 ITEM sic habet. Et transiui per te & vidi te, & ecce tempus tuum tempus amantium, id est quando dæmones & alij amatores erant, qui ad te cupiebãt declinare, protectione mea repulsi sunt. Et iuraui tibi, & ingressus sum pactum tecum, vt mihi potius quàm ceteris, qui ad te volebant diuertere, iungereris. Et facta es mihi, id est meo coniugio copulata es, & laui te aquæ, sicut Esaias dicit. Lauabit Dominus sordes filiarum Sion &c. in spiritu iudicij, & spiritu ardoris, & vestiui te discoloribus. Hæc sunt varia vestimẽta quibus indutus est Ioseph, nec potuerũt eum fratres vendere, nisi eũ prius tunicæ varietate nudassent. Et de spõsa dicitur in Psalmo. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. Hoc est vestimentum, de quo & Apostolus loquitur. Induite nouũ hominẽ qui renouatur in cognitionẽ iuxta imaginem creatoris. Varia autem indumẽta sunt, de quibus alibi dicitur. Induite viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, &c. Quid hac varietate pulchrius? Et calceaui te hyacintho, quod coloris aerij est, per quem superna atque cælestia significantur, vt ad cælestia regna festinent, & occurrant obuiam Christo in aera, & cinxi te byssо, quod fit quoties libidinis incentiua tenuantur. Quia zona mortificante lumbos Elias, & Ioannes Baptista accinguntur. De quibus & pœnitens ingemiscit dicens. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus. Et dedi armillas in manibus tuis. Quã do bona opera dat Deus, circundat armillas manibus nostris, & dedi inaurem super os tuũ siue nares: vt sis bonus odor Christi in omni loco, & circulos in auribus tuis, vt claudat homo aures suas, ne audiat iudicium sanguinis, & sepit eas spinis ne particeps fiat, & commiscea tur detractoribus dicente domino. Cum detractoribus ne commiscearis, quoniam repente veniet interitus eorum, & ruinam vtriusque quis nouit? Tam videlicet eius qui detrahit, quàm illius qui libenter auscultat, & coronam decoris in capite, quæ est lamina aurea, in qua scriptũ est nomen Tetragrammaton, seu quattuor litterarum quod est ineffabile. Similam & mel, & oleum comedisti, panem, scilicet qui de cælo descendit, & profecisti in regnum, effecta ciuitas magni regis, qnæ in Apocalypsi quasi sponsa ornata, atque cõposita dicitur viro suo, & egressum est nomen tuum in gentes propter speciẽ tuam, qua perfecta eras in decore meo, quem posui super te, dicit Dominus Deus, id est meis beneficijs, meaq. incredibili largitate, ad reginæ vocabulum peruenisti. Et habens fiduciam in pulchritudine tua fornicata es in nomine tuo, & exposuisti fornicationem tuam omni

Lib. 4. & 5. in Ezechielem, vbi exponit elegãter cap. 16. Prophetę.

Isai. 4.

Gen. 37.

Psal. 44.

Eph. 4.

Coloss. 3.

12

Psal. 37.

2. Cor. 2.

Prou. 24.

Exo. 39.

Ioan. 6.

Apoc. 21.

Ezec. 16.

Ezec. 16.

transeunti, vt scilicet non Dei in quem credimus, sed eius fiamus a quo polluimur. Qui cuncta recipit vitia, & diuersorũ peccatorum spiritũ transeuntẽ suo susceipit gremio. Iste effundit fornicationẽ suam, & eius incipit sustinere dominatũ, cuius hospes extiterit lib. 5. in Ezech. Post enumerata multa mariti beneficia dicit. Ædificasti tibi lupanar, & fecisti tibi prostibulum in cũctis plateis, & pulchritudinis magnitudinem, magnitudine fornicationis deturpasti. Ædificat lupanar qui tota frontis libertate delinquit, iuxta illud quod scriptum est. Pecca tor cum in profundum venerit malorum contemnit. Et ad omne caput viæ ædificasti signũ prostitutionis tuæ, nulla peccatorum genera derelinquens, sed imitans scortum Prouerbiorũ, manifeste in plateis & in angulis platearũ, prætereũtes stultos iuuenes, vt ad suos inuitet amplexus, & polluat decorem animæ quem a Deo sortita est. Et fornicata es cum filijs Ægypti, quorum exempla sectatur Ethnicis, videlicet qui in suis turpitudinibus gloriantur. Et tam nefaria est, vt ipsos quoque superet in turpitudine. Omnibus meretricibus dantur mercedes, tu autem dedisti mercedes cunctis amatoribus tuis, & donabas eis, vt intrarent ad te vndique ad fornicandum tecum. Quod quidem ad omnem animam Christianam referri potest, quæ deserto cultu Dei, vitijs se, luxuriæq. permisit, & sæcularem secuta vitam, nec in ea quidem egit feliciter, sed diuitias religionis perdidit, & diuitias mundi non accepit, nec in peccando fuit aliqua difficultas, sed ipsa se ingessit amatoribus suis.

Ezec. 16. Ibidem. Eod. lib. & capite.

14 ITEM exponens illa verba, Plange quasi virgo accincta sacco, super virum pubertatis tuæ, sic habet. Vir pubertatis Deus dicitur, qui despondit sibi virginem sponsam nulla idolatriæ sorde maculatam. Ad quam per Hieremiam loquitur. Saltem amodo voca me pater meus, & dux virginitatis meæ. Quamdiu cũ hac sponsa sponsus fuerit, non potest ieiunare, nec plangere, nec absentis sponsi desiderium lachrymis indicare. Cum autem ablatus fuerit sponsus ab ea, plangit & accingit se cilicio, & pro zona veste circundatur. Verum quia iste sponsus nõ solum virginem accepit sponsam, sed & meretricem vt in Osea dicitur. Et ideo scriptum est in Deuteronomio. Si egressus fueris contra inimicos tuos, & tradiderit eos dominus Deus tuus in manu tua, captiuosq. duxeris, & videris in numero captiuorum mulierem pulchram & adamaueris eam, volueriſq. habere vxorem: introduces in domum tuam. quæ radet cæsariem, & circumcidet vngues suos, & deponet vestem in qua capta est, sedensq. in domo tua flebit patrem & matrem suum vno mense, & postea intrabis ad eam, dormiesq. cum illa & erit vxor tua. Hoc de omni anima credentium possumus dicere, si in baptismo desponsauerit eam sibi Christus, & postea sceleribus multis sit implicata, & hanc conuerterit ad se Dominus habet sponsam non virginẽ, de qua dicitur Ezechiel. In Ægypto fractæ sunt mammæ tuæ, & ibi deuirginata es.

14 In caput 1. Ioel tom. 6. 2. Cor. 11. Cap. 3. Matt. 9. Osee 1. Cap. 21. Ezec. 23.

BA-

15 BASILIVS sic habet. Sponsus animæ Deus animam sponsam eius, siue serua, siue
Lib. de vera virginitate ad Letoium Melitesem Episcopum tomo 2. ignobilis, siue egena, & obscura, & in terrena vita abiecta fuerit, propter societatem eius ad ipsum, reginā cælorum ipsam facit, non solum integritatis generositate, naturam honorans, sed etiam externo amictu diligētius velut sponsam suam varie exornans. De qua dicitur in
Psal. 44. Psalmo. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. Quare quæ nūc pannoso vestitu ac seruili habitu vilis putatur, in regno cælorum regina & nobilis regi astans reperitur. Contemnat igitur quidquid oculis apparet, & nuda mente, amore sponsi satietur, totas vires suas proprij sponsi ancillas faciens, & in nulla parte oportet virginem adulteram esse. Non lingua, non auribus, non oculo, non alio omnino sensu, immo neque cogitatione, sed corpus quidem velut templum quoddam, aut thalamum sponsi habeat præparatum: non
Psal. 93. enim latet aliqua adulterans illius cōspectum, de quo dicitur. Qui plantauit aurem non audiet, aut qui finxit oculum, non considerat &c.

16 AVGVSTINVS sic habet. Dubitari
Lib. 1. de serm. Domini in monte tomo 4. non potest, in sacris litteris omnem malam concupiscentiam fornicationem vocari, quando anima neglecta superiore lege qua regitur, inferiorum naturarum turpi voluptate, quasi mercede prostituta corrumpitur.

Tract. 13. in Ioan. to. 9. ITEM exponens illa verba ex cap. 3. Ioannis. Qui habet sponsam, sponsus est, sic ait. Noui dolorem meum exprimi satis digne non posse. Multos enim adulteros video qui sponsam tanto pretio emptam, amatam fœdam, vt pulchra fieret, illo emptore, illo liberatore, illo decoratore, possidere volunt, & id agunt verbis suis, vt pro sponso amentur. Si loquar tota die, si plangam tota die, flere hoc malum non sufficio, non dico si habeam fontem lachrymarum,
Hier. 9. vt propheta dicit, sed si cōuertar in lachrymas, & lachrymæ fiam, in linguas & linguæ fiam, pa-
2. Cor. 11. rum est. Despondit enim Apostolus fideles vni viro virginem castā exhibere Christo. Et ideo timens aiebat. Timeo ne sicut serpens seduxit Euam astutia sua, sic & vestri sensus corrumpantur a castitate quæ est in Christo Iesu. Virginitas mentis est integra fides, solida spes, sincera charitas. Hāc virginitatem timebat ille qui zelabat sponsam a serpente corrumpi. Vide cui desponsata sis, vide a quo arrhas accipias. Ecce
Psal. 46. quoniā rex omnis terræ est Deus sponsus tuus. Quid ergo ad pannos vis deduci? O si placeres sponso, o si nō corrupta loquereris, & corrupto (quod peius est) non corpore, sed corde.

17 ITEM exponens illa verba, nolite diligere
Tract. 2. in 1. Canonicā Ioannis. mundum, neque ea quæ in mundo sunt, hac vtitur comparatione. Quemadmodum fratres si sponsus fecerit sponsæ suæ annulum, & illa acceptum annulum plus diligeret, quàm sponsum suum, nonne in ipso dono sponsi, adultera anima deprehenderetur, quamuis hoc amaret, quod dedit sponsus? Si diceret, sufficit mihi annulus iste, iam illius faciem videre nolo, qualis esset? Quis non detestaretur hanc amentiā? Quis non adulterum animum conninceret? Amas aurum pro viro, amas annulum pro sponso. Ad hoc tibi arrhā dat spōsus, vt in arrha sua ipse ametur. Ergo dedit tibi Deus omnia ista, ama illum qui fecit ista, plus est quod tibi vult dare, idest seipsum, qui ista fecit.

18 ITEM sic habet. Si deseris eum qui te fe-
In lib. quin quaginta homiliarū, hom. 38. to mo. 10. cit, & amas illa quæ fecit deserto illo adulteres, & tales vocantur ab Apostolo Iacobo, Adulteri nescitis, quia amicitia huius mundi inimica est Deo? Anima deserto creatore amans
Cap. 4. creaturam adultera est, illius enim amore nihil castius, illo deserto hoc amplectendo efficieris immunda. O anima vt illius amplexibus digna sis, dimitte ista, & illi inhære gratis, nam inde
Psal. 72. dixit Psalmus. Mihi autem adhærere Deo bonum est. Versum priorem sic dixit. Perdidisti omnes qui fornicantur abs te, & quasi ostenderet quæ sit fornicatio adiecit, mihi autem adhærere Deo bonum est, nihil aliud volo, sed ipsum.

Amor quo Deus homines dilexit, ingens esse, ex sacris litteris colligitur. Cap. VI.

1 ORIGENES Maior cura (inquit) inest Deo vt homines ad ve-
Hom. 10. in lib. Numerorum. ram pertrahat salutem, quàm diabolo, vt nos ad æternam damnationem impellat. Vnde ipse vnigenitus Dei filius, adest nobis, ipse defendit, ipse ad se trahit, vnde ait: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi. Et non solum nobiscum est, sed quodammodo nobis vim facit, vt pertrahat ad salutem. Ideo dixit, Ego cum exaltatus fuero a terra omnia trahā ad me ipsum. Vbi non solum inuitat volentes, sed & cunctantes trahit. Vis hoc videre? non concessit illi qui volebat ire, & sepelire patrē suum, cum pietas erga parentes ad id munus obeundū illum pelliceret, audiuit Christum dicentem sibi, sine
Luc. 14. mortuos sepelire mortuos suos &c. Et cum vellet vocare inuitatos ad nuptias, & nollent venire dixit Lucas. Exi cito in plateas & vicos ciuitatis, & pauperes ac debiles, & cæcos, & claudos introduc huc, & ait seruus: Domine factū est, vt imperasti, & adhuc locus est. Et ait dominus seruo. Exi in vias & sepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea. Et Spiritus sanctus cogit Paulum, vt eat Hierosolymā, vbi eum manent vincula, & tribulationes, vt ipse refert in Actibus. Et dirigit illuc eum spiritus in bonum prædestinatorum.

2 ITEM vocat Dominus Prophetam, & di-
Hom. 13. in cap. 28. Ezech. cit: Fili hominis leua planctum super regem Tyri &c. Assumit Deus planctum super regem
Ezec. 28. Tyri, vt videas quàm bonus Deus, qui etiā eos qui se negauerūt, deflet. Et hoc etiam venit ex amoris magnitudine, & affectu. Nemo enim plangit, quem odit. Plangitur Nabuchodonosor. En in Hieremia plangit ciuitatem Hierusalem ob scelera sua in captiuitatem redactam.
Thren. 1.

ITEM

3 ITEM vbi explicat locum Matthæi. Veni-
Hom. 34. in Matth. to. 3 te benedicti &c. Addit Patris mei, quod non addidit quando dixit; Ite maledicti &c. Nam
Matt. 25. benedictionis ministrator est Pater, maledictionis autem vnusquisque sibi est auctor, qui operatus est ea quæ digna sunt maledictione. Et infra loquens de regno cælorum dicit. Quod vobis paratum est ab origine mundi. De igne autem æterno diabolo paratum dicit, non homini, quia quantum in se est homines non ad perditionem creauit, sed ad vitam; peccantes autem coniungunt se diabolo. Infra. Ex dile-
2. Cor. 2. ctione Paulus dicit, quis infirmatur & ego non infirmor. In quo ostendit magnitudinem cha-
Matt. 25. ritatis suæ circa fideles. Quomodo non magis Christus Dominus plenus amore nostro dicere potest; quis infirmatur & ego non infirmor? Propterea dicit, loquens iustis, Nudus eram, &
Matt. 25. vestitistis me, in carcere & visitastis me. In carcere se positum dicit, quādo homo catenis vinctus est, iuxta illud, cum ipso sum in tribulatione &c. Infra narrans opera bona iustorum exprimit singula quæque illorum. Esuriui, & dedistis mihi manducare. Sitiui, & dedistis mihi bibere, & idem refert de alijs, numerans autem malefacta impiorum, vno verbo omnia epilogat ac recenset, quoniam amor iudicis erat be-
Psal. 90. nefacta quidem hominum largius prædicare, & ampliare, malefacta autem eorum transitorie memorare & præterire.

4 HIERONYMVS multis in locis est ele-
Lib. 10. in Isaiam Prophetam circa cap. 31. Tomo 4. gantissimus, vt ostendat amorem quo homines fuerit Deus prosecutus. Sicut aues auolantes, sic proteget Dominus exercituum Hierusalē, protegens & liberans, trāsiens & saluans. Quasi diceret, sicut aues naturali filiorum amore instigante, vt eos a rapacibus auibus tueantur, circumuolitant, propriæq. fragilitatis ac infirmitatis oblitæ rostro ac vnguibus, alisque pugnant, totæq. hispidæ signis varijs ostendunt dilectionem, quam habent in pullos mirabilem; sic Dominus proteget Hierusalem. Et qui in-
Matt. 23. infirmus videbatur, robustissimus apparebit, vt nos ab hostibus tueatur, secundum quòd scriptum habetur Matthæi; Hierusalē Hierusalem quæ occidis Prophetas & lapidas eos, qui ad te missi sunt; quoties volui cōgregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti. De qua etiam re ait Moy-
Deut. 32. ses. Canens Dei erga populum suum amorem ac protectionem. Inuenit eum in terra deserta in loco horroris, & vastæ solitudinis, circumduxit eum & docuit, & custodiuit quasi pupillam oculi sui. Sicut aquila prouocās ad volandū pullos suos, & super eos volitās, expādit alas suas, & assumpsit eū atque portauit in humeris suis.

5 IDEM vt amore Deus inuitaret populum,
Hieron. lib. 13. circa c. 46. Isaiæ. traheretq. ad se inter alia ait. Audite me do-
Isaiæ 46. mus Iacob, & omne residuum domus Israel, qui portamini a meo vtero, qui gestamini a mea vulua vsque ad senectā, ego ipse & vsque ad canos ego portabo, ego feci, & ego feram, ego portabo, & saluabo. In quibus verbis docet populum Iudæorū instar puerorum atque lactētium, ita a Deo quasi matris vtero, & vulua prægnantis ex Ægypto esse portatos. His vtitur terminis vtero & vulua non quia Deus ex mēbris sit cōpositus, vtpote qui purus est actus atque spiritus, sed quo nos affectum Dei per nostra verba discamus. Ac si diceret. Ab ineunte ætate, ab exordio vitæ protector vester extiti, perduraboq. in officio vsque ad senectam vestram, ab vtero vsq; ad sepulchrū vobis incessāter astabo.

ITEM Ad vbera portabimini, & super ge- 6
Lib. 18. in c. 66. Isaiæ. Isa. 66. nua blandientur vobis. Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos. Quo in loco amorem creatoris in creaturas suas exēplo matrum discimus, quæ liberos amore in sinu nutrientes omnem superant charitatem, ita vt deliræ videantur verba proferentes stulta, amore extra se raptæ, & cum infans teterrimus sit illū osculantur omnium pulcherrimū arbitrantur. Tanta est vis amoris quē ferunt, cui Deus
Isai. 49. confert diuinum erga nos amorem, de quo etiā supra dixerat. Laudate cæli & exulta terra. Iubilate montes laudem, quia consolatus est Dominus populum suum, & pauperum suorum miserebitur; & dixit Sion: Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei. Nūquid obliui sci potest mulier infantē suum, vt non misereatur filio vteri sui? & si illa oblita fuerit: ego tamen non obliuiscar tui. Quē sensum habet etiā 7
Deut. 32. illud Deuteron. Sicut aquila protegit nidū suū, & pullos suos desiderauit, expandens alas suscepit eos. Aiunt qui de animalium scripsere naturis omnium quidem bestiarum & iumentorū ac pecudum auiumq. ingenitū esse in filios, pulosq. suos affectum, sed maximum esse amorem aquilarum, quæ in excelsis, & inaccessis locis nidos collocant, ne coluber fœtus violet. Amethystem quoque inter pullos eius lapidē reperiri, quo omnia venena superentur. Si hoc verū est, rectè affectus Dei in suas creaturas aquilis comparatus est, qui omni custodia protegit liberos suos, ne draco & coluber antiquus diabolus & Satanas obrepat nouellis fœtibus. Locus iste Deuteronomij in nostra editione vulgata, aliter habetur vt supra relatus est, sensus tamen est idem.

ITEM Hæc dicit Dominus, recordatus sum 8
Lib 1. super cap. 2. Hierem. tui miserans adolescentiam tuam, & charitatē desponsationis tuæ. In quibus verbis vt ardentiorem Dominus ostendat affectum, vocat Hie-
Hier. 2. rusalem adolescentulam & sponsam. Quo enim necdum potiti sumus magis, vt potiamur, appetimus, totumq. hoc nō ad meritum eius refert, sed ad suam misericordiam, per quam & charitatem consecuta est.

ITEM exponens verba illa prophetæ ven- 9
Lib. 1. super cap. 4. Hierem. trem meum, ventrē meum doleo, sensus cordis mei turbati sunt in me, non tacebo: quoniam
Hier. 4. vocem buccinæ audiuit anima mea, clamorem prælij; contritio super contritionem vocata est, & vastata est omnis terra. Vox est hæc prophetæ, & per prophetam Dei loquentis, quòd doleat super contritionem populi sui, & instar hominis viscera eius interna lacerentur, omnisq. clangor buccinæ & fremitus præliorum illius turbat affectum, quasi tantum non possit dissimulare dolorem.

ITEM

01 ITEM Filia populi mei accingere cilicio,
Lib. 2. in cap. 6. Hierem. & conspergere cinere, luctum vnigeniti fac tibi
Hiere. 6. planctum amarum: quia repente veniet vastator super nos. Licet enim, ait Hieronymus, septuaginta interpretes verterint, vastator veniet super vos, multo tamen misericordius Deus dixit super nos, vt quicquid super suum venturum est populum, super se quoque venire testetur. Vastatorem autem vel Nabuchodonosor, vel diabolum significat. Eundem affectum explicat Deus (ait idem Hiero. in cap. 8. Hierem.)
Hiere. 8. 11 cum dicit, Super contritione filiæ populi mei contritus sum, & contristatus, stupor obtimuit me. Respondit Deus, quòd in afflictione Hierusalem ipse iudicatur afflictus, & in humanam similitudinem stupore conferatur.

12 ITEM exponit Hieron. de Christo Domino illa verba Prophetæ; Væ mihi mater mea,
Libro 3. *Hiere. 15* quare genuisti me virum rixæ, virum discordiæ in vniuersa terra, non fœneraui, nec fœnerauit mihi quisquam. Loco huius septuaginta legũt, non profui, neque profuit mihi quisquam. Theodotio, non debui, neque debuit mihi quisquam. Quorum omniũ hic sensus est ex persona Christi, Nullus se præbuit qui digne mea æra susciperet, nec fœnerauit mihi quisquam in sanctis, atque pauperibus confouendis me sibi faciens debitorem, siue non profui, nec profuit mihi quisquam. Nullus enim tantum voluit accipere, quantum ego tribuere desideraui, nec profuit mihi quisquam. Salus enim creaturæ lucrũ est creatoris. Aut certe non debui, nec debuit mihi quisquam, nemo dedit mihi quantum accipere cupiebam, nec me fecit sibi in aliquo debitorem, nec debuit mihi quisquam: quia nolebant a Deo beneficia recipere. In quibus omnibus perpende ingentem Dei erga nos amorẽ in nomine fœnoris, debiti, & vtilitatis, quibus vtitur hic Deus, cum reuera nullius indigeat, vt suum in homines exprimat affectum, & beneuolentiam.

13 ITEM postquam retulerat ingentia flagi-
Lib. 6. in c. 20. Ezec. tia, in quæ Iudæorum populus magno suo malo
Ezec. 20. lapsus fuerat, cum Deus summopere curasset illum recta ducere via, nec potuerit, cum nisu grandi in idola ferretur, tandem dixit Deus: Viuo ego dicit Dominus Deus, quia non respõdebo vobis, neque cogitatio mentis vestræ fiet dicentium, erimus sicut gentes, & sicut cognationes terræ, vt colamus ligna, & lapides. Viuo ego dicit Dominus Deus, quoniã in manu forti, & brachio extento, & in furore effuso regnabo super vos. Qui locus hunc habet sensum. Ne putetis cogitationes vestras, quibus contra me blasphematis posse compleri: dicitis enim, nolumus esse sub domino, nec populus illius appellari, sed sicut cũctæ in toto orbe sunt nationes, & vnaquæque gens suo viuit arbitrio, vt colat ligna, & lapides, & idolis seruiat, etiam nos vna gens erimus ex istis. Ad quæ respondet Deus, iuratq. per semetipsum & dicit, Non vos relinquam, neque contemnam vt fugaces seruos Domini negligentes solent contẽnere, sed ad meũ retraham imperium, & brachio extento in pristinam redigam seruitutem, & regnabo super vos, vt velitis nolitis me habeatis regem. Vbi animaduertis mirabilem concertationem inter obstinatum populum in sua volentem permanere impietate, & Dei amorem nitentem illum suo subiugare imperio, non suam animad uertens iniuriam, sed peccatoris grande bonum.

14 ITEM eleganter exponit Hieronymus, &
In cap. 11. Oseæ to. 6. late amorem Dei erga homines, quem in toto illo capite miris modis exprimit Propheta, in quo sic exorditur. Ego quasi nutritius Ephraim portabam eos in brachijs meis, & nescierunt quòd curarem eos. Cum retulisset illius populi peccata maxime illa, quibus in cultura idolorum Deum irritarat, modo refert amorem, quo Israel ipse dilexit vocans se nutritiũ Ephraim, iuxta illud Deuteronomij. Portauit te Dominus Deus tuus, vt solet homo gestare paruulum filium suum, in omni via per quam ambulastis, donec veniretis ad locum istum. Ego, inquit, qui pater eram, nutritius factus sum, & paruulũ meum in vlnis meis ipse portabam, ne læderetur in solitudine, & ne vel æstu, vel tenebris terreretur, in die nubes eram, in nocte ignis colũna, vt quos protexeram, meo illustrarem & sanarem lumine. Et ero quasi exaltans iugum super maxillas eorum, hoc est abstuli ab eis iugũ cunctarum per circuitum nationum; & declinaui ad eum vt vesceretur, tribuens ei in deserto manna de cælo. Alius sensus huius loci. Ego quasi nutritius Ephraim &c. idest in tantum dilexi eos, & tam clemens pastor fui, vt morbidã ouem humeris meis ipse portarem, ipsi vero ignorauerunt, quòd mea eos pasiõne curarẽ, & qui amator sum omnium hominum traherẽ eos ad credendum in vinculis charitatis. Iuxta id quod scriptum est: Nemo venit ad me, nisi *Ioan. 6.* pater qui misit me traxerit eum. Et declinaui ad eum vt vesceretur; declinaui ad eos deserẽs regna cælorum, vt cum eis vescerer assumpta forma hominis: siue dedi eis esum corporis mei, ipse & cibus, & conuiua. Vbi in editione nostra vulgata habetur, ego quasi nutritius Ephraim, &c. Septuaginta transtulerunt ego colligaui Ephraim, ideſt illis immolãtibus Baalim, & me vocante fugientibus a facie mea, ego clementissimus Dominus ligabam pedes Ephraim, ne a me longius fugeret, & quasi repugnantes vinculis meæ dilectionis astrinxi. Et quia non sua sponte currebant, sed vincti funinibus trahebantur; vbi nos legimus; & ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorum, septuaginta habent, & ero illis quasi dans alapas homo super maxillas eorum, non puniens, sed corrigens & emendans. Iudex lacerat carnes, torquet funiculis, flagellis atque ignibus cruciat, qui autem pater & amans est lasciuiẽtem filium palma percutit manus. Et pulchre non dixit; ero eis alapis verberans, sed quasi homo dans alapas &c. Et hũc respiciam ad eum prævalens ei (sic enim transferunt septuaginta vbi in nostra editione habetur, & declinaui ad eũ, vt vesceretur) ideſt: Cum sic percusserim in maxilla, respiciam ad eum, dicente filio verberato respice in me, & miserere mei. Cumque *Oseæ 11.*

eos

16 eos respexerit, prævalebit, siue proderit eis de fugitiuis seruos faciens. Infra: Quomodo dabo te Ephraim? protegam te Israel? Quomodo dabo te. Sicut Adama, ponam te vt Seboim. Septuaginta habent: quid faciam tibi Ephraim, protegam te Israel? Quasi diceret: Quomodo te meo auxilio denudabo? quid tibi faciã? qua te arte corripiam? quo potero sanare medicamine? sicut Adama & Seboim ponã te, quæ duæ
Gen. 19. sunt quinque vrbium, de quibus Genesis nar-
Oseæ 11. rat, quòd à Domino igne succensæ sunt. Ponam itaque & vertam te in solitudinem, & delebo vsque ad cineres & fauillas, sicut deleui Adama & Seboim. Cumque terribilem sententiam protulisset, rursus parentis affectu misericordia vincitur, & austeritatem iudicis pietate mi
Ibidem. tigat patris, dicit enim: Conuersum est in me cor meũ, pariter cõturbata est pœnitudo mea. Statim vt locutus sum me Ephraim & Israel, sicut Adama, Seboimq. positurum, mea commota sunt viscera, pœnituit me (more hominum loquens) meum quondam populum delere in perpetuum. Idcirco non faciam secundũ furorẽ iracundiæ meæ, nec de mea clementia cõmutabor, quoniam Deus ego & non homo. Homo ad hoc punit vt perdat, Deus ad hoc corripit,
17 vt emendet. In medio tui sanctus, & non ingrediar ciuitatem. Hoc est nõ sum vnius ex his qui in vrbibus habitant, qui humanis legibus viuunt, qui crudelitatẽ arbitrantur iustitiam. ius summũ summa malitia est, mea autẽ lex meaq. iustitia est saluare correptos & emẽdare. In quo loco late prospicis amorem Dei, erga populum illum quẽ non extinxerunt grandia illius gẽtis scelera. Quo loco vti poteris ad ostendendum dilectionem Dei erga nos non tepescentem, etiam si populi Christiani flagitia id mereant in dies &c.

18 ITEM vt perpendat Dei dilectionẽ, adducit
In caput 3. Ioelis to. 6. locum Prophetæ, cuius hæc sunt verba. Verum
Ioelis 3. quid vobis & mihi Tyrus & Sidon, & omnis terminus Palæstinorũ? numquid vltionẽ vos reddetis mihi? & si vlciscemini vos contra me? cito velociter reddã vicissitudinem vobis super caput vestrum. Vbi vocat Dominus persecutiones suas eas quas gentes inferebant populo Iudæorum, cuius amore tactus comminatur, cito statim sine mora eorũ iniurias vindicaturum, ac si propriæ fuissent.

19 ITEM exponens versiculũ illum Psalmi: Pa-
Tom. 8. *Psal. 26.* ter meus & mater mea dereliquerunt me, Dominus autẽ assumpsit me, ait. In hoc contempla ri licet ingentem Dei amorem erga homines, quòd parentum amor in filios in morte saltim finitur, Dei autem amor crescit in tempore.

20 BERNARDVS Vt amorem Dei intueaIn serm. 52. in Cantica. ris, animaduerte benignitatem sponsi, qui vt
Cant. 3. affectum tenerrimum quem habet erga spõsam explicet, ait. Adiuro vos filiæ Hierusalem per capreas ceruosq. camporum, vt non excitetis, neque euigilare faciatis dilectam quoad vsque
Cant. 2. ipsa velit. Læuam posuerat sponsus sub capite, vt in sinu suo eam quiescere faceret, & dormire; & ipse beneuolentissime vigilat super eam, ne excitetur. Quid putas illic accipiet, qui hic tãta familiaritate donatur, vt Dei brachijs amplecti se sentiat, Dei sinu foueri, Dei cura & studio custodiri? Ne dormiens forte a quopiam non volens, excitetur. Qui huc vsque processit habet (vt Isaias dixit) tabernaculum in vmbra- *Isa. 4.* culũ diei ab æstu, in securitatẽ & absconsionem a turbine, & a pluuia. Puto in hanc solitudinem secessisse sponsam, ibique præ amœnitate loci inter amplexus sponsi suauiter obdormisse.

21 ITEM Capite nobis vulpes paruulas quæ
In serm. 63. in Cant. demoliuntur vineas, nam vinea nostra floruit. Quasi diceret: Acquirite & restituite Christo, qui vehementer sollicitus ne vineæ fructus demoliantur a vulpibus, vocatq. amore suo profectus nostros (de quibus dixerat Paulus ad Gala
Gal. 5. tas. Fructus autem spiritus, gaudium, charitas, pax &c.) fructus suos, cum tamen Deus bonorũ nostrorum non indigeat. Habetq. Deus tam grandem nostri curam, vt cum vinea tantum flores habeat, iam ipse de fructibus sollicitus sit ne pereant. Ingentis reuera amoris indicium.

22 ITEM Dilectus meus mihi, & ego illi. Mi-
In ser. 68. in Cant. ra comparatio inter tam distantia extrema, dilectus Deus est, at nos qui sic sumus ac si non essemus, quasi nihilum & inane reputati ei. Mihi *Isa. 40.* attendit maiestas illa infinita, qui creat & moderatur vniuersum, curam Dei sponsa vendicat sibi. Omnem sollicitudinem vestram proijcien *1. Pet. 5.* tes in eum: quoniam ipsi cura est de vobis, locutio est causalis, propterea quòd Deus de vobis curam habet, sollicitudinem vestram in eũ proijcite: oculi enim Domini super iustos, dilectus meus mihi, & non alteri attendit. Mira ipsius dilectio.

23 AVGVSTINVS explicans Canticum
Lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 32. to. 5 Habacuc de Christo Domino, de eodem intelligit illum versum: Deus ab austro veniet, a parte meridiana. In quo non solũ significatur splendor veritatis, sed etiam feruor charitatis Dei, qua sic Deus dilexit mundum, vt Filium suũ vnigenitum daret. Et lib. 20. cap. 30. explicans il-
24 lud Zachariæ. Qui vos tangit, tangit pupillam
Zach. 2. *Ioan. 3.* oculi mei, ait. Vocat Deus seruos suos pupillam oculi sui propter excellentissimum dilectionis affectum, quo eos prosequitur.

25 ITEM Postquam de ipso enarrat locum
In Psal. 101. quẽ intelligit de Christo Domino tom. 8. Isaiæ. Induit me Dominus vestimentis salutis, quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis: Vel vt Augustinus legit: Sicut sponso alligauit mihi mitram, & sicut sponsam induit me ornamento. In quo *Psal. 101.* nomine sponsi & sponsæ mira dilectio Dei in nos declaratur. Quam etiam confirmat, cum *Isa 61.* dicit; In quacunque die tribulor, inclina ad me *Psal. 101.* aurem tuam. Perpende grandem amorem Dei, qui noluit dicere, quoniam tribulor, sed addidit, in quacunque die tribulor, ideſt, Tribulatio mea per singulos dies protenditur. Tribularis tu hodie, ego tribulor, tribulatur alius crastinò, ego tribulor, ego tribulor vsque ad finẽ sæculi, ait Christus seruator noster, quicumque in meo corpore tribulãtur, & ego tribulor. Et ossa mea *Ibidem.* sicut cremiũ aruerunt, Augustinus legit, velut in frixorio confrixa sunt. Fortitudo corporis Christi frigitur, quando ait, quis infirmatur,

& ego

2.Cor.11. & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? Est enim ibi ingens charitas, & tantum os frigitur quantum amat. Stupẽdus amor Christus dicitur in sartagine frigi, quando no-
Psal.101 bis eueniunt mala. Similis factus sum pelicano solitudinis, de quo fertur communiter, quòd grauiter rostro se vulnerat, vt pulli sanguine matris superfuso reuiuiscant: talis fuit Christus, cuius sanguine vitã, quam peccando amiseramus, reparamus.

26 Exponens Psal. 103 tom. 8. ITEM exponens versiculum illum, qui ambulat super pennas ventorum, ait. Pennæ quibus anima plumescit, & attollitur sursum sunt
Psal.103. opera bona & virtutes, in duabus alis omnes pẽnæ, quia tota lex in duobus consistit mandatis. Quisquis dilexerit Deum & proximum animã habet pennatam liberis alis sancto amore volantem ad Dominum. Si enim anima non habet pennas. Vnde regius vates gemens clamat:
Psal.54. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ? Sed tamen quia amor Dei incomparabiliter superat nostrum diligens nos vehemẽtius multo quàm ipse a nobis diligatur; propterea dicit se ambu
Ephes.3. lare super pennas ventorum. Vnde cum dixisset Paulus ad Ephesios. Huius rei gratia flecto genua meà ad Patrem Domini nostri Iesu Christi &c. vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ &c. in charitate radicati & fundati, vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundum; scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi. Vbi charitatem Christi vocat Paulus supereminentem scientiæ & cognitioni hominum & angelorum. Vel vt Augustinus legit, supereminentem scientiam charitatis Christi.

27 Cõcione 6. super Psal. Beati immaculati in via ITEM exponens illud Psalmi memorati, In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs, ait. Via testimoniorũ
Psal.118. Dei Christus Dominus est. In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi: & in his iucundatur iustus, sicut in omnibus diuitijs. Testimonia Dei sunt illa, in quibus Deus ostendit summam in nos dilectionem. Commendat autem Deus charitatem suam in nobis, quoniã cum adhuc peccatores essemus Christus pro no
Rom.5. bis mortuus est. Natiuitas, vita, mors, & passio eius euidentia sunt testimonia diuinæ erga nos dilectionis, in quibus summopere delectatur iustus.

28 Hom.11.in Ioan.to.3. Ioan. 3. CHRYSOSTOMVS exponens illud Ioan. Vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti a patre: Eam scilicet quam decet habere vnigenitum & dilectissimum filium Dei Patris: vbi flagella, spineam coronam, crucem, & cetera suæ passionis opprobria, ac tormenta, vocat gloriam vnigeniti a patre Christi Domini.

29 Homil.9.super epistolã ad Rom. Rom. 4. ITEM Vt probet Apostolus Paulus veritatẽ huius scientiæ. Spes non confundit, sed quòd firmiter sperare possumus, id ostendit dicens; quia dilectio Dei effusa est in cordibus nostris. Nos legimus, charitas Dei diffusa est &c. Non dixit data est, sed effusa in cordibus nostris, largitatem ostendens. Quod enim maximum erat donum hoc dedit, non cælum, non terram, non mare, sed quod his omnibus antiquius, pretiosiusq. erat, & angelos ex hominibus, & Dei filios, & Christi effecit fratres. Quid autem hoc est? Spiritus sanctus. Quòd si nollet magnis nos coronis post labores donare; nunquam ante ipsos labores tot tantaq. donasset bona. Nunc vero dilectionis suæ feruorem hunc declarat, quòd non sensim ac pedetẽtim nos honestauit, sed cumulate ac plena manu bonorum fontem effudit. Magnum ergo in tua causa patronum habes iudicis dilectionem. Et hæc est causa propter quam desperare non debes, respiciens potius diuinum erga te amorem, quàm merita tua.

30 Serm.19 & per epistolã Pauli ad Ephes. ITEM vt nos prouocet ad gratias agendas Deo, ait. Plus nos Deus, quàm liberi soleant a parentibus, amat, & quantum discriminis est inter malitiam & bonitatem, tantum dilectio Dei dilectionem parentum nostrorum excellit. Et hæc verba non mea sunt, sed ipsius, qui nos amat Christi, Luca dicente: Quis ex vobis est
Luc.11. homo, qui patrem petit panem, numquid lapidem dabit illi? &c. Si ergo vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris, quanto magis Pater vester cælestis dabit spiritum bonum petentibus se? Numquid potest mulier obliui-
Isai.49. sci infantem suum? &c. Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui.

31 Hom.48.ad Populum tomo 5. ITEM perpendens miram dilectionẽ Dei, ait. Vocantem auersati sumus, & vndique nos attrahentem, nec ita nos puniuit, sed accurrit ipse, & fugientes cohibuit, & excussi sumus, & ad diabolum resiliuimus, & nec ita recessit. Innumeros nos misit consolantes, quorum legationem nos nõ suscepimus; ille vero neque post hæc nos aspernatus est, sed sicut amatores ardentissimi, qui contemnuntur, circumibat omnibus occurrens, non vt grauaret, sed vt se spernentes excusaret. Venit in mundum factus est homo, occisus est, & neque sic amorẽ extinxit, sed magis accendit, & permanet obsecrans, vt
2.Cor.5. clamat Paulus. Pro Christo legatione fungimur tamquam Deo exhortante per nos, obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo, sed horum nos nihil Deo conciliauit, ille vero nec ita nos deseruit, sed perseuerat, vt omnibus modis nos ad se trahat.

32 Epist.5.quæ est ad Theodorum lapsum. ITEM vt ex amore Dei ipsum reuocet ad pœnitentiam, ait. Nemo enim nemo amator formæ quàmlibet insanus aduersus adamatam tanto conflagrat igni, quanto studio Deus nostram appetit salutem. Obserua in præfationibus Hieremiæ, & passim apud Prophetas contemptum, fastiditumq. Dominum: iterum tamen aduolantem ac instaurantem amicitiam,
Matt.23. erga desertorem, secundum quòd scriptum est; Hierusalem Hierusalẽ quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodũ gallinas cõgregat pullos suos sub alis & noluisti. Et:
2.Cor.5. Quoniam Deus erat in Christo mundũ reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbum reconciliationis.

Amor

Amor hominis ad Deum ingentia in nobis causat bona, & varia. Cap. VII.

1 Hom.3.expositionis secundæ in Cantica. Cant.2. ORIGENES explicans locum illum Canticorum. Fulcite me floribus, stipate me malis: quia amore langueo, sic habet. Legens ipse vulneratæ charitatis ego sum, illa anima dicitur esse vulneratæ charitatis, quæ amore Dei saucia, diurnis desiderijs nocturnisq. suspirat, aliud loqui non potest, audire aliud quid non vult, cogitare aliud nescit, desiderare aliud præter ipsum vel sperare non libet. Anima quæ in tam felici ægritudine constituta est, dicit optime, Vulneratæ charitatis ego sum, & ab illo vulnus accepi, de quo Isaias ait. Posuit me Dominus quasi sagittam electam. Tali vulnere decet Deũ percutere animas, ac salutaribus vulneribus sauciare.

2 Hom.11.super Psalm. Psal.44. BASILIVS Speciosus forma præ filijs hominum, Symmachus legit, Pulchritudine pulcher es præ filijs hominum, Is Christus Dominus est cælestibus bonis plenus, qui autem promotus est ad diuinum amorem huius pulchritudinis, cetera omnia quæ eatenus diligebantur, turpia esse conspiciuntur, & reiectia. Vnde vt vidit Paulus hunc speciosum
Philip.3. forma, & eum dilexit, omnia duxit vt stercora, vt Christum lucrifaceret. Vnde dicens
Matt.22. Christus; Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo &c. hoc quod ex toto dicit diuisionem in alia nullam admittit. Qui autem amicus Dei perfectus est, ei totam animam tribuit.

3 Hom.16. in Psalm.114 Psal. 114 ITEM exponens primum illius Psalmi versiculum; Dilexi quoniam exaudiet Dominus vocẽ orationis meæ, Vbi Propheta regius amorem quo in Deum animus eius ferebatur, asserit esse radicem ac originem ingentium bonorum, quorum vnũ est tribulationes ac labores, æquo ac gratanti animo perferre; & propterea subintulit; Circundederũt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me, tribulationem & dolorem inueni, & nomen Domini inuocaui. Quæ omnia ob amorem in Deum amabilia mihi apparuerunt. Hæc verba æquipollentia videntur illis, quæ dixit Paulus. Et ex eodem orta concremato pectore, Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames, an nuditas, an periculum, an
Rom.8. gladius? &c. certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Eodem tendit Dilexi &c. Circundederunt me dolores mortis, pericula inferni, tribulationem & dolorem inueni, & tamẽ nullum horum valuit animum bene erga Deũ affectum a recto deducere &c.

4 In libro cui titulus est, de regulis fusius disputatis tom.2 ITEM ad Monachos instituti eiusdem S. Basilij in responsione secundæ interrogationis; vbi interrogatus fuit qua ratione amor diuinus cõparari posset. Postquam hominis iusti anima a peccatis purgata dicere valet, Amore langueo, & vulnerata charitate ego sum, radij qui
Cant. 2. ab illa diuina & inexhausta pulchritudine originem trahunt (cui relata omnis alia sæculi pulchritudo vilitas, ac deformitas est, & spurcitia) si quando sanctorum virorum quemquam circumfulsit, intolerabilem illorum in animis desiderij aculeum defixum relinquit, quo instigante clamant; Heu mihi quia incolatus meus pro-
Psal.119. longatus est. Quemadmodum desiderat ceruus
Psal.41. ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus, sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? Et ad Philippens. Cupio dissolui &
Philip. 1. esse cum Christo, multo magis melius &c. Et iterum. Nunc dimittis seruum tuum Domine
Luc.2. secundum verbum tuum in pace. Vehementer enim vitam hanc velut tætrum quendam carcerem abhorrebant. Cum enim inexplebili intuẽdæ diuinæ pulchritudinis cupiditate flagrarent; exoptabant maxime statum in quo infatigabiliter, & perpetuo incessanter diuinam hãc, ac infinitam pulchritudinem contemplarentur, & diligerent, sublatis illis imperfectionibus, quæ eorum animas in sæculo hoc nequam remorantur a tanto bono intuendo ac amando.

5 Lib.de vera virginitate ad Letoium Melitẽsem Episcopum tomo 2. ITEM sic ait: Sæculi amor menti hominis imbibitus in causa est, vt omnia terrena bona prodigat, nihili pendens non solum facultates suas, verum etiam cibum, mensam, prandiũ, cenam, indumenta, cultum, somnum, honorem, existimationẽ, immo propriam vitam. Cuncta ista in pectore eius vilescũt, vt re potiatur amata, vt feminam cuius amplexus concupiscit cõsequi possit, domos scalis cõscendit, intrepidus inter euaginatos enses progreditur, furens ac demens non videns ingentia quæ ei imminent pericula in fœdando alieni viri thoro, cuncta vilescere facit amor. Quòd si non potest suo potiri amore, viri nobilis & perillustris personam repræsentans, propriæ oblitus nobilitatis, ac generis, vilis homunculi habitum assumit, & equestris cum sit, plebeia indutus veste procedit. In summa omne appetibile negligit, siue diuitiæ, siue honor, siue fama, siue vita, dum amor feminæ ardet in mente. Ita qui Deum diligit, & illi sollicite placere quærit, non solum pecunias & opes, vt amato satisfaciat & obtemperet, negligit, sed vilipendit cibum, somnum, sæculi pompam & honorem, & propriam vitam, vt Deo quem summe diligit, fruatur. Diuino instigante amore rotas carnificum, verba, ignes, carceres, & bestias non
6 expauescit, contemnit pretiosas & deauratas vestes, vt vili induatur tunica & sacco, quan-

tumcunque perpendat in oculis hominum, hæc omnia deliramenta esse, vult stultus ab hominibus haberi, vt diuina (si ita licet dicere) insania sapiẽter insanus, eo qui vere & summe amabilis est pro affectus sui desiderio fruatur. Huiusmodi amatorem ad se de terrenis perturbationibus euocans is qui tam suauiter ac salubriter diligitur, ait; exi de terra tua, & de cognatione tua &c. ille vero vt quod cupiebat aspiceret, amoris gratia errare iucunde tolerabat, dicẽs, Quis nos separabit a charitate Christi? Nouerat ille quòd qui amat patrem aut matrem plusquam eum, non est illo dignus, nec eo frui meretur; & qui non renunciat omnibus quæ possidet, adhuc & animæ suæ, amator Domini vocari dignus non est. Huiusmodi amore flagrantem suaues opes, & mortiferas suauitates, atque delicias contemnere decet, temporalemq. gloriam & fastum, & speciem corporis, dicens: Mihi autem adhærere Deo bonum est, ponere in Domino Deo spem meam.

Rom.8. *Matt. 10.* *Luc.14.* *Psal.72.*

7 GREGORIVS exponens locum Iob: Et lapis solutus calore in æs vertitur, sic habet. Tunc lapis soluitur calore, cum cor durum, atque a diuini amoris igne frigidum, eodem diuini amoris igne tangitur, vt in feruore spiritus loquatur; vt ad sequentem vitam desideriorum æstu ardeat, quam prius audiens insensibilis manebat. Ex quo ardore scilicet, & emollitur ad amorem, & roboratur ad operationem, vt sicut prius durus fuerat in amore sæculi, ita se postmodum fortem exerat in amore Dei. Lapis ergo solutus calore in æs vertitur, quia dura mens superni amoris igne liquefacta ad veram fortitudinem commutatur. Quod bene per Isaiam dicitur: Qui confidunt in Domino mutabunt fortitudinem, fortitudinem mutamus cum conuersi tanta virtute præsens sæculum fugimus, quanta hoc ante quærebamus. Bona autem hæc tam ingentia amor quo Deum diligimus, Diuinus iste ignis, & calor in nobis operatur.

Lib.18.Moral cap.17. Iob 28. *Isa.40.*

8 ITEM exponens Iob, locum Leuitici pertractans; Ignis in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos subijciens mane ligna per singulos dies, & impositio holocausto desuper adolebit adipes pacificorum, sic ait. Altare Dei cor nostrum est, in quo iubetur ignis semper ardere; quia necesse est ex illo ad Dominum charitatis flammam indesinenter accendere. Sacerdos ligna subijciens est fidelis quisque, qui ne in eo charitatis flamma deficiat, debet in excitationem amoris exempla patrum, vel præcepta dominica ministrare. Debetque hoc fieri mane: quia mane prima diei pars est postpositis cogitationibus vitæ præsentis hoc priori loco quisque fidelium cogitet, vt quibus valeat nisibus studium charitatis inflammet. Et impositio holocausto desuper adolebit adipes pacificorum. Nam quisquis in se ignem hunc charitatis accendit, semetipsum holocaustum desuper imponit: quia omne vitium, quod in se male viuebat, exurit.

Lib.25. Moral.cap.7. Iob 34. Leuit.6.

Cum enim cogitationum suarum interna considerat, & vitam reprobam per immutationis gladium mactat; in ara se sui cordis imposuit, & igne charitatis incendit. De qua hostia pacificorum adipes redolent: quia interna nouæ charitatis impinguatio pacem inter nos, & Deum faciens odorem de nobis suauissimum reddit.

9 ITEM exponens locum Iob. Quis conclusit ostijs mare &c. & posui vectem & ostia, & dixi, Hucusque venies & non procedes amplius; & hic confringes tumentes fluctus tuos, ait. Quid est mare nisi cor nostrum furore turbidum, rixis amarum, elatione superbiæ tumidũ, fraude malitiæ obscurum, cui Deus terminum posuit, ne omnia bona animæ subrueret. Circundat illud terminis suis; quia cor nostrum tentationibus tumidum occultis donorum distributionibus mitigat, ne ad consensum mali veniat. Et posui vectem & ostia &c. Quid per vectem nisi robur charitatis accipimus? Per ostia autem virtutes intelligimus. Hæc itaque ostia scilicet operationũ virtutes mare sæuiens dissipat, nisi eas ex occulto mentis opposita charitas adstringat. Facile autem omne virtutum bonum tentatione cordis irruente destruitur, nisi ab intimis fixa charitate solidetur. Vnde & Paulus: Dum quædam virtutum ostia mari tentationis opponeret, illico eisdem ostijs quasi robur vectis adiunxit, dicens: Super omnia autem hæc charitatem habentes, quod est vinculum perfectionis. Perfectionis enim vinculum charitas dicitur; quia omne bonũ, quod agitur, nimirum per illam ne pereat, ligatur. Tentatore enim citius quodlibet opus euellitur, si solutum a vinculo charitatis inuenitur. Si autem mens Dei dilectione constringitur, cũ tentationum motus quælibet ei iniusta suggesserint, obicem se illis ipsa dilectio opponit, & prauæ suasionis vndas vecte intimi amoris frangit. Hucusque venies, quia dum electus quisque & tentatur vitijs, & tamen facere male suggesta renititur; quasi mare clausum tenetur. Quod etsi intus tumultuosis cogitationum fluctibus mentem percutit, statuta tamen bene viendi littora non excedit, quod mare quidem in tumorem se erigit, sed dum fixa deliberatione cordis illiditur, fractum reddit. Et quia omnia hæc ex Dei dono originẽ habent, dicit Deus ipsi Iob: Quis conclusit ostijs mare? Quasi diceret, Mea sunt hæc dona, quibus posui terminum fluctuanti cordi tuo. Vides quàm ingentia bona diuinus amor, & charitas in nobis operatur.

Lib.18.Moral cap.9. Iob 38. *Colos.3.* *Iob 28.*

10 BERNARDVS: Anima, quæ diligit Deũ sponsa vocatur, hæc enim duo nomina sponsa & sponsus maxime indicant internos affectus. His enim omnia communia sunt, vna hereditas, vna domus, vna mensa, vnus lectus, vna caro. Propter hunc relinquet homo patrem, & matrem &c. & erunt duo in carne vna. Sponsa itaque dicitur illa quæ amat, amat autem quæ osculum petit, non petit libertatem, non mercedẽ, non hereditatem, sed osculũ more plane castis-

11 *Serm.7.in Cantica. to.1.* *Gen.2.*

castissimæ sponsæ sacrum spirantis amorem, nec omnino volentis flammam dissimulare, quam patitur, nõ vtitur metaphoris, circumlocutionibus, ac ambagibus, quibus feminæ in re hac verecundæ vti consueuerunt: sed amore ingẽti comite statim ait, Osculetur me osculo oris sui, quasi dicat, Quid mihi est in cælo, & a te quid volui super terram. Amat profecto caste, quæ ipsum quem amat quærit, non aliud quid præter ipsum amat sancte: quia non in concupiscentia carnis, sed in puritate spiritus.

Psal.72.

12 Amat ardẽter, quæ ita proprio inebriatur amore: vt maiestatem non cogitet. Quid enim? respicit terram, & facit eam tremere, tangit montes, & fumigant, & ista se ab eo postulat osculari? ebria est? ebria certe, quia fortassis de cella vinaria mox egressa erat. O quanta amoris vis, quanta in spiritu libertatis fiducia. Perfecta charitas foras mittit timorem. Nec dicit me osculetur iste, vel ille sponsus, vel amicus, vel rex, sed indeterminate loquitur, osculetur me; quemadmodum & Maria Magdalena dixit, loquens de Christo Domino, quem in monumento non reperiens sublatum credidit. Si tu sustuliſti eum dicito mihi, vbi posuisti eum, & ego eum tollam. quem eum? non aperit: quia palam omnibus esse credit, quod a suo corde, nec ad instans recedere potest. Sic sponsa osculetur me, ait ille, qui numquam a corde meo absens est. Et cum postulet vt angeli hanc suam orationem deducant ad cubiculum sponsi, & ipsius cõspectui præsentent, non ipsum nominat: quia amore accensa credit nomen sponsi omnibus conspicuum esse, & etiam cuius amore ipsa succensa sit.

Psal.103. *Psal.143.* *1.Ioan.4.* *Cant 1.* *Ioan. 20.*

13 ITEM In expositione illius loci Canticorum. Nolite me considerare quòd fusca sim, quia decolorauit me Sol. in tertia expositione huius sententiæ, sic ait, Sol iustitiæ Christus decoloraut me, cuius amore langueo, ac in vehementi animæ desiderio deficio, & sine sensu velut mortua iaceo exemplo illius, qui dixit, Memor fui Dei, & delectatus sum, & exercitatus, & defecit spiritus meus. Ergo instar vrentis Solis desiderij ardor peregrinantem in corpore decolorat, dum excruciat amantem dilatio. Quis nostrum ita sancto amore ardet, vt desiderio videndi Christum omnem colorem præsentis gloriæ, lætitiæq. fastidiat dicens. Et diem hominis non desideraui tu scis? & Regius vates. Renuit consolari anima mea, hoc est, præsentium bonorum inani lætitia despicit colorari anima mea.

Serm.28.in Cantica. Cant. 1. *Psal. 76.* *Hiere.17.*

14 ITEM in explicatione illius loci Canticorum. Fascículus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur, ait. Antea rex, modo sponsus, antea in accubitu suo, modo inter vbera sponsæ commoratur. Myrrha amara res est, dura & aspera tribulationum significat, ea sibi dilecti causa imminere prospiciens gratulabunda id loquitur, confidens se omnia viriliter perpessuram. Ibant Apostoli gaudentes a conspectu concilij: quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Et

Serm. 43. in Cantica. Cant. 1. *Act. 5.*

propterea illa omnia, quæ pro Christo dilectissimo patitur non fascem, sed fasciculum vocat: quia leue pro ipsius amore ducit, omne quod imminet sibi. id enim quod in præsenti momentaneum est & leue tribulationis nostræ &c. Fasciculum autem dicit non absolute, sed mihi quæ diligo, amanti. Vnde dilectum nominat, ostendens dilectionis vim omnium amaritudinum superare molestiam.

2.Cor.4.

15 ITEM ait. Egressa sponsa e cella vinaria, statim loquitur: Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Creuit amor: quia incentiua amoris plura solito fuerunt ex longa familiaritate, & colloquio cum sponso habito in vinaria cella amore plena mansit spõsa; post quæ omnia sponso more suo secedente illa præ amore languere se perhibet, quo enim gratiorem fuerat experta præsentiam, eo post modum absentiam molestiorem sensit: id enim quod vehementer concupiscitur dilatum accendit desiderium, cuius carentia vehementer cruciat animã: ideoq; ait, Fulcite me floribus &c. Locus hic sic de ecclesia peregrinante intelligitur. In floribus nouella incipientium conuersatio demonstratur: in fructibus vero proficientium fortitudo, & maturitas perfectorum, his stipata mater peregrinans cui viuere Christus est, & mori lucrum patiẽter tolerat præsentis vitæ incolatum. Quia amore langueo. Cum præsto est quod amatur, viget amor, languet cum abest: quod non est aliud, quàm tædium quoddam impatientis desiderij, quo necesse est affici mentem vehementer amantis a re amata absente, dum totus in expectatione quantamlibet festinationem reputat tarditatem. Et ita dicens, Fulcite me floribus &c. Postulat sibi accumulari bonorum operum fructus, cum fidei odoramentis, in quibus moram faciente sponso interim dum non venit, requiescat. Prospiciens sponsus desolatam ac mærẽtem sponsam propter sui absentiam statim adest, & ait, Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Non sustinet dilectæ molestiam, neque enim potest facere moram tantis desiderijs euocatus. felix anima illius, qui Deum diligit, cuius Deus vno brachio sustentat caput, ne ruat, alterum ad amplexandum parans, vt sinu foueat. Ecce ex amore quem ad Deum habet quot ei bona proueniant.

Serm.51.in Cant. Cant.2. *Matt. 25.* *Cant.2.*

16 ITEM exponens locum Cant. Reuertere, similis esto dilecte mi capreæ, hinnuloque ceruorum agens, quomodo in bonum sponsæ ordinat sponsus præsentiam, & absentiam suam istam, vt auidus reuocaretur, & fortius teneretur, ait. Modicum & iam non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me. O modicum & modicum, o modicum longum, pie Domine modicum dicis, quod non videmus te? Saluum sit verbum Domini mei, longum est, & multum valde nimis: verumtamen vtrũque verum modicum meritis, & non modicũ votis habes vtrumque Habacuch. Si moram fecerit expecta eum; quia veniẽs veniet, & non tardabit. Quomodo non tardabit si moram fecerit?

Ioan. 16. *Hbac.2.*

17 *Serm.74.in Cant. Cant.2.*

nisi quòd ad meritum satis est, sed non satis ad votum; sed amans sponsa clausos habens oculos ad merita sua, vigiles autem ad vota sua, & ob grandem amorem, quem habet ad sponsum eius suspirans præsentiam, clamat, reuertere ea velocitate, qua fertur caprea in montibus &c.

18 In serm. 79. in Cantica. Cant. 3. ITEM in expositione illius loci Cant. Num quem diligit anima mea vidistis, sic ait. O amor præceps, vehemens, flagrans, impetuose qui præter te aliud cogitare non finis, fastidis cetera, contemnis omnia præter te, te contentus captiuã ducis rationem, & intellectum mirabiliter, triumphum agens omnium rerũ. En omne quod cogitat ista, quod loquitur, te sonat, te redolet, & aliud nihil ita tibi ipsius, & cor vendicasti, & linguam. Num quem diligit anima mea vidistis? Quasi vero hi sciant, quid cogitet ipsa non explicat verbis sponsi nomen, vt perpendas amorem hunc sanctum non lingua æstimandum esse, & verbo: sed opere & veritate. Et præterea, quoniam sicut idioma Græcum qui Græce peritus non est intelligere haud valet, sic & proprios amoris terminos ac nomina solus amans intelligit: alijs autem illum loquens apparebit barbarus. At isti vigiles quia idioma amoris callebant docent dilectam. Tenui eum nec dimittam. Dixit Iacob Angelo, cum quo luctabatur vsque mane postulans, vt eum dimitteret, quia viderat appropinquantem auroram. Non dimittam te nisi benedixeris mihi, & benedixit ei in eodem loco, & post dimisit illum. Sponsa autem etiam benedictione consecuta, inuento eo, quem diligit anima eius, ait. Tenui eum nec dimittam: dimittere eum non vult, nec ille forsan minus teneri vult, de quo dicitur: Deliciæ meæ esse cum filijs hominum. Quid hac copula fortius, quæ vna duorum tam vehementi voluntate firmata est? Tenui eum nec dimittam, & tenetur illa, iuxta illud, Tenuisti manum dexteram meam, Non teneret, nisi teneretur misericordia Dei.

Cant. 3. *Gen. 32.* *Psal. 72.*

19 In Lib. cui titulus est, de substantia dilectionis & amoris tomo 1. AVGVSTINVS Statuto prius hoc indubitabili fundamento, quo ex moralium philosophorum sententia asseuerat amorem esse radicem ac originem, a quo totum quod bonum est, & totum quod malum est originem trahit, qui fons intus saliens duos riuos infundit, alter est amor mundi, cupiditas, alter amor Dei, charitas. Omnium malorum radix est cupiditas (inquit) omnium bonorum radix est charitas; Amor Dei in causa est, vt ipsi infatigabili desiderio inhæreamus dilectio Dei ipsi nos copulat ac coniungit. Suge o apicula, suge, suge, & bibe dulcoris tui inenarrabilem suauitatem, immergere, & replere: quia ille deficere nescit, si tu non incipias fastidire. Adhære ergo & inhære, sume, & fruere, si sempiternus gustus fuerit, sempiterna beatitudo erit, solus amor Deo nos vnit in hac vita, & id tanto felicius quãto fortius. Vita cordis amor est, vnde fieri nequit, vt cor absque amore viuat. Vade qui Deum amat, feliciter amat, & tanto felicius, quanto amplius. Hæc igitur est cordis nostri requies, cum in amore Dei per desiderium figitur, nec vltra quidquam appetit, sed in eo quod tenet quadam felici securitate requiescit & delectatur. Et licet in vita hac mortali hoc omnino, & in integrum perfici non valeat; id tamen toto nisu ac viribus curare debemus, vt mens nostra curis nociuis non implicetur, sed in operibus Dei considerandis, tota versetur, diuinamq. dulcedinem quoad fieri valet, assidue contempletur.

ITEM habet hæc verba. Tanto nobis melius est, quanto magis in Deum pergimus, & imus, quo nihil melius est. Imus autem non ambulando, sed amando, & quanto purius eum diligimus, tanto magis nobis est præsens: quia ad eum non pedibus imus, sed moribus: non autem faciunt bonos vel malos mores, nisi boni vel mali amores. Ostendit Deum statuisse duo mandata, vnum de diligendo Deo, alterum de amando proximo, quibus tertium non apposuit de diligendo se ipso: quia præceptum hoc in mandato de diligendo Deo, est imbibitum ac inclusum: qui enim Deum vere diligit, iste procul dubio seipsum amat. Sicut si Deo aliquid diligendo præponimus, vel æquamus, nos ipsos diligere nescimus.

20 In epist. 52. tom. 2.

ITEM exponit versiculum illum regij vatis, Holocausta tua in conspectu meo sunt semper. Holocaustum (ait) est sacrificium, quod Deo offertur, & totum igne consumitur; & est quidam ignis flagrantissimæ charitatis, quo animus inflammatur, charitate arripitur, & trahitur; sic vt membra cupiditati, & vanitati militare non permittat, sed totus homo exardescat igne diuini amoris: Talia holocausta in conspectu Dei sunt semper.

21 In expositione Psal. 49. tom. 8. *Psal. 49.*

ITEM vbi nos legimus, Adhæsit anima mea post te, Augustinus sic habet. Agglutinata est anima mea. Vide desiderantem, vide sitientem, vide quomodo adhæreat Deo. Nascatur in te iste affectus &c. si exortus iam est, mãdet Deus nubibus vt pluant super illum, & crescat in arborem magnam, ita vt ex toto corde dicere valeas, Agglutinata est anima mea. Gluten charitas est qua anima Deo coniungitur. Et quia ingentia hinc oriuntur bona subintulit regius psaltes. Ipsi vero in vanum quæsierunt animam meam. Non enim diaboli, mundus, aut caro ablaturi erant gluten: quis enim nos separabit a charitate Christi? tribulatio, an angustia &c. quæ habentur in Paulo Romanorum cap. 8.

22 *Psal. 62.*

ITEM super Psalmum, cuius initium est, Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, sic ait. Sicut amor immundus inflammat animam, & ad terrena concupiscenda, & peritura sectanda vocat perituram, & in ima præcipitat, atque in profunda demergit: sic amor sanctus ad æterna eleuat, & ad æterna inflammat, & ad ea quæ non transeunt, excitat animam, & de profundo inferni leuat ad cælum. Habet tamen omnis amor vim suam, nec potest vacare amor in anima amantis, necesse est, vt dicat. Obligata anima amore terreno, quasi

23 *Psal. 121.*

quasi viscum habet in pennis, volare non potest, mandata vero ab affectibus sordidissimis sæculi tamquam extensis pennis, & duabus alis resolutis ab omni impedimento, duobus scilicet præceptis charitatis volat, & ad Deum ascendit volando, qui ascendit amando, quod antequam possit ei inhærens volandi desiderium gemit, & dicit. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo a medio iniquorum hominum, a palea ad horrea, vbi iusti soli erunt, & ideo in cantico Graduum ascendentium, & non descendentium clamat Dauid sanctus, Iucundatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus. (Nos legimus lætatus) Vox est hæc iustorum, qui inflammati amore Dei, dicunt, Curramus, curramus; quia in domum Domini ibimus.

Psal. 54. *Psal. 121*

24 Tract. 9. tomo 9. ITEM in primam canonicam B. Ioannis Euangelistæ sic habet. Si deformis femina virum diligit pulchrum, non continuo propter hoc efficitur formosa: at nos amando Deum efficimur pulchri: charitas enim animæ pulchritudo est. Vnde crescente charitate ad Deum, vt crescat animæ pulchritudo necesse est.

25 Tom. 1. epist. cuius titulus est, Augustini ad Hieron. HIERONYMVS in epistolis varijs. Postquam dixit, colitur Deus charitate, quæ sit de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta subinfert. Hæc merito dicitur fortis: quia nemo eam vincit, sicut nec mortem: & sicut hæc inexorabilis est, cuncta ei, & subsunt, & subiacent, sic & Dei amori. Vel amor dicitur fortis sicut mors, ex eo quòd symbolum in hoc habeat cum morte, quòd sicut hæc animam euellit a sensibus carnis, vt iam non loquatur, videat, nec sentiat, qui dum viueret, hæc vitalia opera exercebat; ita Dei amor a concupiscentijs carnalibus animam reuocat, ea omnia negligens sensibilia, in quibus antea delectabatur.

26 In expositione cap 4. epist. Pauli ad Ephes. *Ephes. 4.* *1. Reg. 18* ITEM ait Apostolus. Obsecro vos ego vinctus in Domino, &c. Vinctus in Domino vocatur Paulus, non solum quia in vinculis erat, & compeditus hanc dictabat epistolam, sed dicebatur vinctus charitate Christi, sicut dicitur: Quòd conglutinata est anima Ionathæ, animæ Dauid, & de Apostolis habetur apud Isaiam cap. 45. post te sequentur vinctis ferro manibus: qui enim Christum diligunt, sequuntur eum charitatis vinculis colligati.

27 Hom. 52. in acta Apost. tomo 3. *Act. 26.* *2. Tim. 2.* CHRYSOSTOMVS exponens verba illa Pauli Actorum. Opto omnes qui audiunt fieri tales, qualis & ego sum, exceptis vinculis his, sic ait. Talis est anima cælesti amore sublimis, vt pro ingenti ducat gloria vinctum esse pro Christo, vnde ad Timotheum, ait idem Apostolus. Memor esto Dominum Iesum Christum resurrexisse a mortuis ex semine Dauid secundum Euangelium meum, in quo laboro vsque ad vincula quasi male operans, sed verbum Dei non est alligatum. Vide non solum vincula, sed etiam quòd vt malefactor habitus amplificauit vinculorum gloriam. nam si quidem vinctus esset, vtpote bene agens consolationem quandam habuisset, nunc autem vt in malis deprehensus, & amor Dei in causa erat, vt nihil hæc curaret. Nec mirum nam eum ij, qui fœdis amoribus capiuntur, nihil putant, vel glorioſum, vel pretioſum quàm quod ipſorum concupiſcentijs ſeruit, & amaſia fit eis omnia; multo magis qui tali amore flagrant nihili faciunt pretiosa. Si autem non consideramus quæ dicuntur, haud mirum est. imperiti enim sumus huius philosophiæ. Qui enim igne Christi captus fuerit, talis fit, qualis esset homo solus super terram habitans, adeo nihil curæ ei est gloria, & ignominia, sed sicut si solus habitaret, nihil curaret, ita & talis quoque non curat: tentationes autem sic contemnit, ac flagella & carceres, quasi in alieno corpore pateretur; quemadmodum si adamantinum possideret corpus. Ea autem quæ suauia sunt in hac vita, ita ridet & non sentit; sicut nos vel ipsi mortui corpora mortua: tantum autem abest, ne ab affectione quadam capiantur, quantum aurum quod igne probatur a macula abscedit. Hæc omnia operatur amor hominis ad Deum, si ingens fuerit.

28 Homil. 5. in epist. ad Roman. to. 4. ITEM sic inquit. Amemus Deum, vt par est: hoc enim magna certe merces, hoc cælorum regnum & voluptas, & delitiæ, & gloria, & honor, hoc lumen, hoc beatitudo infinita, vnde Propheta dixit. Quid enim mihi est in cælo, & a te quid volui super terram? ac si dixisset. Nullius prorsus alterius rei nec cælestis, nec terrestris, sed tuo vnius desiderio teneor, hoc sane amor est, hoc amicitia, hoc modo si amauerimus, nec præsentia bona, nec futura quicquam esse præ amore eo arbitrabimur. *Psal. 72.*

29 Hom. 15. ad Rom. eodẽ tomo. *Rom. 8.* ITEM explicans locum Pauli, Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum: vel vt Chrysostomus legit: Scimus autem quòd ijs qui diligunt omnia simul adiumento sunt in bonum, sic habet. Cum dicit omnia, & ea item quæ molestiora esse videntur dicit. Nam vt affliction, vt inopia, vt carcer, vt fames, vt mors, vt quoduis aliud ingruat, potest Deus hæc omnia in contrarium commutare. Hæc est immensa ipsius potentia, quæ grauia esse videntur, ea nobis leuia reddere, & ad auxilium nostri conuertere. Quapropter non ait, quòd ijs, qui Deum diligunt, nulla accidit res, quæ aduersa sit, sed quòd ea adiumento est ad bonum. Deus enim ijs qui ipsum diligunt, & hæc & multo his maiora præstat. Vna enim re solum opus est, vt illum videlicet germano amore prosequare, & omnia alia subsequuntur. Sicut enim ijs qui illum non amãt, vel ea etiam nocent quæ auxilium afferunt, sic econtra diligentibus Deum auxilio sunt, ea etiam quæ nocumentum afferre videntur.

Amor Dei, & diuinæ pulchritudinis leuem facit laborem. Cap. VIII.

1 ORIGENES enarrans illa verba Apostoli, Quis nos separabit a charitate Christi, &c. habet hæc. Postquam numerauit Paulus inenarrabilia Dei beneficia, ac dona, concludit: Quis ergo nos separabit a charitate Christi? tribulatio? quasi dicat, tot, tanta, tamque præclara sunt beneficia, quæ a Deo nobis collata sunt, vt propter illa ita radicati, & fundati simus in charitate Christi, vt nullus nos ab ea possit separare. Tribulatio si venerit, dicemus ad Deum: In tribulatione dilatati sumus. angustia si fuerit mundi, dilatabimur in tabernaculis amplissimis Dei. Persecutionem si patiar, & confitear Christum coram hominibus, certus sum quòd ille me confitebitur coram angelis Dei, & Patre meo, qui in cælis est. Fames si affuerit, turbare me nõ potest: quia habeo panem vitæ, qui reficit animas esurientes. Me nuditas non confundit: indutus sum enim Dominum Iesum Christum, & mortale hoc induet immortalitatem. Periculum non timeo: Dominus enim illuminatio mea quem timebo? Gladius terrenus terrere me non potest: habeo enim gladium spiritus, quod est verbum Dei. Quando hæc omnia super me venerint, illa in Dei amore me ita firmabunt, vt dicere tunc possim, Quoniam propter te mortificamur tota die: non sufficit mihi vna hora mori pro Christo, vel cruciari, sed tota die, id est omni vitæ meæ tempore exiguum est quod patimur omnes, ideo clamabo. In his omnibus superamus nos, non nostra virtute, sed per eum qui nos dilexit. Dum enim in illius amore pendemus sensum doloris non recipimus. Charitas eius, qui nos dilexit, affectus nostros ita in se eiusque amorem rapuit, vt dolores, crucia tus, imminentiaq. mala terrena nõ sentiamus; quia vulnerata charitate ego sum: vulnera autẽ charitatis vulnera carnis sentire non sinunt 3 Paulus aiebat, Neque mors, neque vita, neque præsentia, neque futura &c. poterunt nos separare a charitate Dei. Nos autem vtinam dicamus, quia nec aurum, neque argentum, nec voluptas carnis, nec gloria sæculi, nec liberorum, aut coniugis amor poterit nos separare a charitate Dei.

Lib. 6. in epistolã Pauli ad Rom. in expositione c. 8.
Rom. 8.
Psal. 4.
Matt. 10.
Ioan. 6.
Rom. 12.
2. *Cor.* 15.
Psal. 26.
Ad Heb. 4.
Cant. 2.
Hom. 2. in lib. Iudicũ.
Rom. 8.

4 HIERONYMVS sic habet. Nihil amantibus durum est, nullus difficilis cupienti labor est. intuere quanta passus fuerit Patriarcha Iacob, qui vt Rachelem in coniugem consequeretur æstu vrgebatur & gelu; & tamen videbantur dies pauci præ amoris magnitudine, cum tamen septem annorum spatia voluerentur in tam grandi labore. Amemus & nos Christum, & facile videbitur omne difficile, & iaculo illius vulnerati per momenta dicemus. Heu me: quia incolatus meus prolongatus est &c.

In epist. 22. quæ est ad Eustoch. de custo. virg.
Gen. 29.

5 ITEM Postquam statuit in ea epistola, mentem Apostoli fuisse persuadere Philemoni Colossensium prædicatori, seu Episcopo, vt ignoscat Onesimo seruo, qui aufugerat ab hero suo ablatis furto rebus ab ipso, hunc instruxit Paulus, in carcere cõuertit, & baptizauit, scripsitq. domino Philemoni, vt eum in gratiam pristinam reducat, ipsiq. ignoscat. In carcere morabatur Paulus (ait Hieronymus) Vinctus catenis, omni destitutus humano solatio, discipulis & orbatus, & priuatus, vt hac careret consolatione, lucem non videns, laboribus vndique circumuallatus, ibique Dei amor vrget ipsum, & impellit, ita vt nihil aliud curet, nisi Christi honorem, sui oblitus totum se consecrat bono fugitiui serui; quia Christi amor ita vehemens erat, vt leuia faceret omnia quæ in carcere gerebantur, nihili pendens honorem, famam, famem, vitam, principum odia &c.

In epistolã Pauli ad Philemonẽ Tomo 8.

6 CHRYSOSTOMVS sic habet. Magna vis est charitatis, ab omnibus separat, & amato animam alligat. Si Christum ita dilexerimus, omnia præsentia vmbra, omnia imago videbuntur, & somnium dicemus & nos. Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio, an angustiæ? &c. Non dixit pecuniæ, an diuitiæ, an ornatus: hæc enim valde vilia, & deridenda sunt: sed quæ videntur esse grauia posuit: fames persecutiones, mortes, & ille quidem, & hæc tamquam nihil essent, contempsit.

Hom. 63. ad populũ 10. 5

7 ITEM persuadens laborum tollerantiam, in filiorum necibus patientiam &c. ait. Quomodo vero in ægritudine positus, & doloribus Deo gratias habere poteris? Si eum legitime diligas, nihil est, quod non superet amor cum desiderio: cum autem & Dei sit desiderium omnium est altissimum, & neque ignis, neque ferrum, neque paupertas, non infirmitas, non mors, nec aliud quid huiusmodi graue videbitur talem amorem possidenti, sed omnia deridens, ad cælum volabit, & illic morantibus nihilo se geret indignius, aliud intuens nihil, non cælum, non terram, non mare, sed ad vnam tantum pulchritudinem illius gloriæ: & nec eum præsentis vitæ tristia humiliabunt, nec extollere suauia poterunt, & voluptatem habentia. Capiamur igitur hoc amore; huic enim par nihil. Vt itaque per experientiam discamus hanc spiritualem lætiam, & beatam vitam, & mille bonorum thesaurum, omnia dimittentes illam charitatem retineamus, & sicut pecunias colligere volentes, & hanc sæcularem exercentes mercaturam latronum insidias, piratarum incursus sustinent, & prorsus omnia cum magna subeunt promptitudine propter lucri expectationem, & diuitiarum amorem nullum capientes tristium sensum; eodem & nos modo diuitias hic nobis confluentes, & spirituale cogitantes mercaturam gaudere decet, & exultare eonsideran tes æterna, quæ non videntur, amplectentes diuinam charitatem, quæ omnia reddit facilia.

Homil. 65. ad populũ eius tomi. 7

AM-

9 In oratione de fide resurrectionis tomo 3.

AMBROSIVS adducit in exẽplum Patriarchas, vt imitantes eorum exempla resurgamus ad vitam, & inter alia extollit fidem, & obedientiã Abrahæ in immolatione filij. generare se filium posse senex credidit, immolare posse se filium pater iudicauit, nec patrius trepidauit affectus, cum senis dexteram pietas ad iuuaret. Sciebat enim acceptiorem Deo filiũ immolatum esse quàm sanum. Adducit filium ad sacrificium, & quem sero susceperat, cito obtulit, nec paterni nominis appellatione reuocatur. Cum ille patrẽ vocaret, hic filium; chara quidem nominum pignora, sed amabiliora præcepta, itaque licet compaterentur corda, vota durabant, &c. Vnde nos quoque Deum omnibus, quos diligimus, præferamus patri, fratribus, matri, vt possit nos seruare dilectos, sicut in Abraham vberiorem remuneratorem, quam ministrum videmus. Obtulit enim filiũ pater; sed Deus non sanguine, sed pietate placatur. Quem pro homine demonstrauit, quò magis ostenditur, quàm religiose obtulerit, quem tam liberaliter receperit. Et tu si Deo munus tuum offeras, non amittes, sed auari sumus. Deus vnicum filium morti pro nobis obtulit, nos nostros negamus.

Gen. 22.

Amor Dei, vel timor ad bene operandum nos ducat, Sancti tamen amore potius, quàm timore ad opus bonum trahebantur, & id quare. Cap. IX.

1 Homilia 1. expositionis secundę in Cantica tomo 2.

ORIGENES ait. Postquam spõsa oscula meruit ab ipso sponsi ore suscipere, & vberibus eius perfrui statim subintulit. Melio ra sunt vbera tua super vinum. Nos legimus. Meliora sunt vbera tua vino. Adolescentulæ vero, quæ nondum ad id beatitudinis peruenerãt, neque summam perfectionis acceperant, neque vsu, & operibus fructus perfectæ charitatis expleuerant, vt expertæ dicere valerent. Meliora sunt vbera tua super vinum, videntes tantum sponsam delectari, & refici ex vberibus sponsi tamquam imitatrices perfectionis eius, & desiderantes ijsdem vestigijs incedere, promittunt diligemus vbera tua super vinum (nos habemus in nostra editione vulgata.) Memores vberum tuorum, quasi dicant. Nos nondum in id perfectionis ascendimus, vt iam diligamus vbera tua pluſquam vinum; gerimus tamen spem, vt pote adolescentulæ, quod ad id ætatis peruenie mus, in qua ali possimus ab vberibus Dei, eorumque dulcedinem sentire. Quando Christus profecerit in nobis ætate, & sapientia, tunc diligemus sponsi vbera super vinum.

Cant. 1.

2 Serm. 9. in Cantica.

BERNARDVS: Sponsa in exordio libri Canticorum ardenti desiderio vocauerat sponsum clamans, Osculetur me osculo oris sui, spõsa ergo sponsum adesse præsentiens, eius vocationi præsentiam suam exhibens; verecundari cœpit, sui ipsius considerans audaciam, quam reputabat maximam, ex eo quod creatura contemptibilis vermiculusque terræ reptans creatorem, ac sponsum summæ auctoritatis vocauerat, moxque conuersa ad ipsum temeritatem (pro vt valet) excusare conatur: quia meliora sunt, inquiens, vbera tua vino q. d. Si altum sapere videor, tu feci sti o sponse, qui in dulcedine vberum tuorum tãta me dignatione lætasti, quatenus omni metu depulso non mea temeritate, sed tua charitate audeam plus forte, quam expediat, audeo sane pietatis memor, im memor maiestatis. Duo enim spõsi vbera duo in ipso sunt ingenitæ mansuetudinis argumẽta quòd patienter expectat delinquentes, & clementer recipit pœnitentes. De primo dicitur. An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? an ignoras, quia benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit. De secundo vbere legis, quacumque hora ingemuerit peccator, peccatum suum remittetur. Et Ezechielis 18. & Isa. 55. derelinquat impius vias suas, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dominum, & miserebitur eius, & ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum. Huius ergo geminæ bonitatis experimento in eam fiduciam deuenit sponsa, vt peteret osculum. Quid mirum si sic præsumo de te sponse, quæ de tuis vberibus tantam sum experta abundantiam suauitatis? ergo ad audendum me prouocat dulcedo vberum tuorum, nõ confidentia meorum meritorum.

Cant. c. 1.
Cant. 1.
3 *Rom.* 2.

ITEM explicans locum Psalmi. Confitemini Domino quoniam bonus, Inquit, quidam confitentur Dominum, quia potens est timore ad id instigante, potius quàm amore. Alij confitentur ei, quia bonus est, non in se, sed ipsis, de quibus dicitur in Psalmo. Confitebitur tibi cum benefeceris ei. Alij confitentur Domino, quoniam bonus est absolute, sicut filij, qui non acceperunt spiritum seruitutis iterum in timore, sed spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamant, Abba pater. Et quia modus hic diligendi pertinet ad perfectiores de hoc loquitur Propheta regius, cum ait, Cõfitemini Domino quoniam bonus. Oria tur confessio ex amore potius quàm timore.

4 In libro de eligendo Deo. *Psal.* 117.
Rom. 8.

ITEM alloquens sponsa sponsum ait, Memores vberum tuorum super vinum recti diligunt te, ideſt memores gratiæ tuæ, ac misericordiæ tuæ, & beneficiorum tuorum diligunt te illi, qui recto sunt corde amore impellente operantur.

5 In libro, cuius titulus est modus bene viuendi ad sororem suam. serm. 3.

ITEM exponens locum ex Habacuc cap. 3. incuruati sunt colles mundi ab itineribus æternitatis eius ait. Incuruantur colles mundi, dũ sublimes, ac potentes deuota subiectione inclinantur ad Dominum, & eius vestigia adorant, viæ autem Domini misericordia sunt, & iudicium, relinquunt celsitudinem suæ vanitatis, & crudelitatis, & ambulant semitas Domini modo timore, modo vero amore bonũ operantes.

6 Serm. 11. In Psalmũ qui habitat *Abacuch* 3. *Psal.* 24.

ITEM

7 Hom. 49. in Cantica. ITEM exponens locum Canticorum introduxit me rex in cellam vinariam ait, In his verbis loquitur sponsa cum adolescentulis, animabus, scilicet imperfectis, quas alloquens, & nominans illis sponsum, tribuit illi compellationem, ac nomen regis: quoniam perfectis verba faciés eum vocat spōsum, dilectū, fratrem, aliaque nomina amorem redolentia; quia imperfecti in exordio, vtpote, qui timore, & non amore operantur bona, audiant nomina Dei, necesse est, quibus excitetur timor; perfecti vero, quia amore trahuntur ad bene, recteque viuendum, ideo illis non nomina terrentia, sed quæ ad maiorem impellant amorem insinuantur, ac proponuntur.

8 Serm. 51. in Cantica. Cant. 2. ITEM exponens locum Canticorum, Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me, ait. Quando animus hominis ad bene operandum, nō tam Dei timore, quàm amore mouetur, & delectationibus, quæ sunt in dextera Dei dicens, In pace in idipsum dormiam, & requiescam. At quandoque premitur a spiritu seruitutis, parūque habet de spe, de timore plurimum, non est ei pax, neque requies fluctuante conscientia inter spem, & timorem, vincenteque isto, de quo scribitur. Timor pœnam habet, & ideo non est illis dicere: In pace in idipsum dormiam, & requiescā, quando, necdum se singulariter in spe constitutum dicere potest. Sed si proficiens creuerit spes, & amor decrescente timore; huiusmodi anima singulariter in spe constituta videbitur, ac proinde in pace in idipsum dormiet, ac requiescet. Istud est dormire inter medios cleros, hoc est, in medio timoris, ac spei, & amoris, vbi anima suauiter requiescit, & dormit.

9 Lib. 21. Moralium ca. 12. Apoc. c. 1 GREGORIVS Magnus explicat locum Apocalypsis 1. Vidi in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis vestitum podere, & præcinctum ad mammillas Zona aurea, & ait. Zona in pectore est refrenatio malorum in corde, ne hominem lædant, estque aurea Zona. Quia quisquis supernæ patriæ ciuis est, non iam timore supplicij, sed amore charitatis immunditiam deserit, bonūque operatur.

10 Lib. de natura, & gratia cōtra Pelagianos. tomo 7. Gal. 5. Iacob. 1. AVGVSTINVS exponit locum Pauli ad Gala. 5. Qui spiritu ducimini non estis sub lege. Sic habet. Sub lege est, qui timore supplicij, quod minatur lex, coercet se a malo, & operatur bonum, non amore iustitiæ, nōdum liber, nec penitus alienus a voluntate peccandi. At si spiritu ducimini, non estis sub lege, quæ timorem incutit, non tribuit charitatem, quæ diffusa est nō per legis litteram in cordibus nostris, sed per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Hæc est lex libertatis, non seruitutis, charitatis non timoris, de qua ait Iacobus cap. 1. Qui autem perspexerit in lege perfectæ libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. Vnde Paulus non lege terrebatur, vt seruus, sed condelectabatur legi Dei secundum interiorem hominem. Non ergo iusti sunt sub lege timoris, quæ tormentum habet non delectationem: quia condelectantur legi Dei.

11 Lib. de gratia Christi contra Pelagium to. 7. ITEM explicans locum ad Philipen. cap. 3. in quo Apostolus vocat iustitiam ex lege illam, in qua homo aliquid operatur propter legis mandatum addit, quòd iustitia ex Deo dicitur illa, quæ datur per gratiam, qua suaue fit mandatum Domini, secundum id, quod habetur in Psalmo 118. Bonus es tu, & in bonitate tua doce me iustificationes tuas. Vbi Augustinus legit, suauis es tu, & in suauitate tua doce me iustificationes tuas, q.d. Doce me Domine, vt nō formidine pœnæ seruiliter cogar esse sub lege; sed libera charitate delecter esse cum lege. Psal. 118.

12 In Psalmū 149. to. 8. ITEM ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis, ait. Christiani facti reges, & nobiles in virtute sunt tamquam in compedibus, & tanquam in vinculis ferreis, ne progrederentur ad illicita, compedes acceperunt, & vincula ferrea verbi Dei ferrea sunt, quamdiu timent; ament, & vincula fient aurea: quia perfecta charitas foras mittit timorem. Quia timor torquet animam vinculum ferreum est, incipit a vinculis ferreis & finitur in torque aurea, de qua dicitur. Audi fili mi disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, vt addatur gratia capiti tuo, & torquis collo tuo; non tibi imponeret torquem auream, nisi prius te in compedibus ferreis alligasset. Ioan. 4. Prou. 1.

13 Lib. 3. officiorum ca. 5. tomo 4. AMBROSIVS ostendit, quòd iustus nihil iniustum facit, licet latere sciat, nihil agit sapiens, nisi quod honestum sit, rectum sinceritate, neque quidquam facit, in quo se crimine quoquam obliget, etiam si latere possit. Sibi enim est reus priusquam ceteris, neque tam pudenda apud eum publicatio flagitij, quam conscientia est, quod non fictis fabulis, sed verissimis iustorum virorum exemplis docere possumus. Hic ponit fabulam de annulo Gygis, in qua Plato ostendebat hanc veritatem; & sic cōcludit. Quid mihi opus est figmento annuli, cum possim docere ex rebus gestis, quòd vir sapiens, cum sibi in peccato non solum latendum sed etiam regnandum videret, si peccatum admitteret, contra autem periculum salutis cerneret, si declinaret flagitium, eligeret magis salutis periculū, vt vacaret a flagitio, quàm flagitium, vt sibi regnum pararet. Dauid fugiens a facie Saul cum ipsum regem dormientem offendisset, non solum ipse non percussit, sed etiam protexit, ne ab alio perimeretur. Dauid ergo salutem non prætulit innocentiæ; cum iam secundo facultate sibi tributa regis necandi noluisset vti occasionis beneficio, quæ & securitatem salutis nescienti, & regnum offerebat exuli. Ioannes si tacuisset, non esset occisus ab Herode; præstare hoc illi potuit silentiū suum, vt non occideretur, sed quia non solum peccare se propter salutis defensionem passus non est, sed ne alienum quidem peccatum ferre, ac perpeti potuit, ideo in se causam necis excitauit, &c. 1. Reg. 26

Amor bonis bonarum passionum est causa, & effectuum, ex malo autem amore malæ consurgunt passiones, & effectus. Cap. X.

1 Lib. 14. de Ciuit. Dei cap. 7. to. 5. AVGVSTINVS sic habet. Amor inhians habere quod amatur cupiditas est, id autem habens, eoque fruens lætitia est, fugiens, quod ei aduersatur, timor est, idque si acciderit tristitia est: proinde mala sunt ista, si malus est amor, bona si bonus est amor. Ciues Cap. 9. sanctæ Ciuitatis Dei in hac peregrinatione secundum Deum viuentes metuunt, cupiuntq. dolent, & gaudent: quia tamen eorum amor rectus est, habent has affectiones rectas, metuunt gehennam, cupiunt vitam æternam, dolent & ingemiscunt adoptionem, expectantes redemptionem corporis sui, gaudent, quia mors absorbetur in victoriam. Item metuunt peccare, cupiunt perseuerare, dolent in peccatis, gaudent in operibus bonis. Item secundum quod imbecilles sunt, aut fortes, vt vincant, vel succumbant tentationibus, metuunt tentari, cupiunt tentari, dolent in tentationibus, gaudent in tentationibus. Vt metuant tentari audiunt, Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto vos qui spirituales estis huiusmodi instruite in 2 spiritu lenitatis considerans teipsum, ne & tu tenteris. Vt cupiant tentari audiunt bellatorem quēdam fortissimum huius Ciuitatis clamantem, Proba me Domine, & tenta me. Vt doleant in tentationibus intuentur lachrymas Petri. Vt gaudeant in tentationibus, audiunt Iacobum Apostolum dicentem, Omne gaudiū existimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis. Item non mouentur his affectibus boni propter semetipsos tantum, sed etiam propter alios, quos liberare cupiunt, & ne pereant metuunt, & si pereunt dolent, & gaudent, si liberantur. Sicut Apostolus, qui aiebat gaudere cum gaudentibus, foris pugnæ, intus timores, & alibi. Magna tristitia mihi est, & cōtinuus dolor pro fratribus meis. Hi affectus de amore boni, & sancta charitate venientes boni sunt, Vnde habere has passiones in hac vita, bonum est in bonis; vita recta habet affectus rectos, peruersa peruersos.

3 In Psalmū 9. to. 8. ITEM exponens illum versiculum Psalmi in laqueo isto, quem absconderunt comprehensus est pes eorum, loco cuius Augustinus legit in muscipula ista, quam occultauerunt, comprehensus est pes eorum. Muscipula, inquit, vel laqueus occultus est occulta cogitatio, pes autem animæ est amor, qui si prauus fuerit dicitur cupiditas, seu libido, cum autem rectus charitas: amore enim mouetur anima ad locum, quo tendit. Locus autem animæ est in delectatione, quo se per amorem peruenisse lætatur, delectatio autem pernicioſa sequitur cupiditatem; fructuosa autem charitatem. Pes ergo peccatoris comprehēditur in laqueo, quē occultat; quia cum fraudulentam actionem cōsecuta fuerit delectatio, cum eos tradiderit Deus in concupiscentias cordis eorum: vt ait Paulus ad Roma. 1. iam illa delectatio illos ligat, vt inde abrumpere amorem, & ad vtilia conferre non audeant: quia cum conati fuerint dolebunt animo tamquam pedem de compede exuere cupiētes, cui dolori succūbentes a perniciosis delectationibus nolunt abscedere. In laqueo ergo, ideſt, in fraudulento consilio comprehensus est amor eorum, qui per fraudem peruenit ad vanam lætitiam, qua comparatur dolor.

4 In expositione Psalmi 136. super flumina Babylonis, &c tom. 8. ITEM sic habet. Si sumus ciues Sion, in hac Babylonia, in hac cōfusione captiui sumus, & vt tales oportet, vt non solū decantantes super flumina Babylonis, sed & ista faciamus affectu cordis pro religioso desiderio æternæ ciuitatis. Habet & hæc Ciuitas, quæ Babylonia dicitur, amatores suos consulentes paci temporali, & nihil vltra sperantes, totum gaudium suum ibi figentes, & ibi finientes, iusti sunt super flumina Babylonis. Hæc autem sunt omnia, quæ hic amantur, & transeunt flumina Babylonis sunt officia omnia potentatus, sæculi dignitates, in quæ non se mittunt iusti, sed sedēt super flumina Babylonis, & flent, vel alienam miseriam, vel se ipsos, qui in Babylonia capti esse meruerunt, ibi flebant, dum recordarentur Ciuitatis Sion. O sancta Sion, vbi nihil fluit, sed omnia stant, ne mergamur in fluminibus Babylonis, sed flentes sedeamus. Multi flent fletu Babylonico, qui & gaudent gaudio Babylonico: quia gaudent lucris temporalibus, & flent damnis. Flere debes, sed recordādo Sion; 5 si sic fles, etiam quando tibi secundum Babyloniam bene est, flere debes. Vides gaudium, & tristitiam, quæ in ciuibus Sion reperitur in rebus consistere spiritualibus, & animæ; sicut e contra in ciuibus Babylonis, quā ædificat pessimus amor sui, vsque ad contemptum Dei, lachrymæ, & tristitia, delectatio, & gaudium inchoari, & finiri in ijs bonis, quæ temporalia sunt, & caduca. Hi audire non merentur cantica Sion. Babylonia te portat, Babylonia te continet, Babylonia te mittit, Babylonia de te loquitur, non nosti canere, nisi quod fulget ad tempus, & vis cantica Sion, vt ea subsannes, & irrideas. Gaudia superna ciues Babylonici nec habent, nec merentur; sed illi soli, qui Deum diligentes ciues sunt sanctæ Ciuitatis Sion.

6 Lib. 8. in cap. 26. Isaiæ tom. 4. HIERONYMVS in expositione loci illius, Propterea visitasti, & contriuisti eos, & perdidisti omnem memoriam eorum, aduertit septuaginta interpretes transtulisse, & vertisse. Idcirco induxisti, & perdidisti omne masculum eorum, eo quod ijsdem tribus characteribus, & litteris apud Hebræos scribitur memoria, & masculus; occasione huius ait. Hac verbi ambiguitate deceptum arbitrantur Saul. Quando 1. Reg. 15 pugnauit contra Amalech, & interfecit omnē masculinum eorum: Deo enim præcipiente, vt deleret omnem memoriam Amalech sub cælo, ille pro memoria non tam errore, quàm præ

dæ seductus cupiditate masculos interpretatus est, nesciens illud Apostoli. Nolite errare, Deus non irridetur. Vbi vides, ex amore deordinato prædæ, & bonorũ quæ Amalechitæ possidebant, falsam voluntatis diuinæ accepisse intelligentiam, & diuinum præuaricasse mandatum, in quem propter id Deus tam acriter animaduertit.

Gal. 6.

7 BERNARDVS ait: currus quo homines proficiscuntur ad gehennam, vel ad vitam æternam, quattuor habet rotas, illas scilicet, quattuor affectiones animæ notissimas, amorem, & lætitiam, timorem, & tristitiam. Amant enim reprobi temporalia, & lætantur, cum malefecerint. Sed hunc amorem, & hanc lætitiam sequitur timor, & tristitia sempiterna. Electi vero ponunt primas rotas timorem, & tristitiam, posteriores amorem, & lætitiam: ipsis etenim commutatur timor in charitatem, tristitia in lætitiam sempiternam. vbi vides primam malorum rotam, qua in infernum ducuntur malum amorem esse.

In ser. 35. ex paruis.

Prou. 2.

8 ITEM explicans locum: Siue ad austrum, siue ad aquilonem arbor ceciderit, ibi erit, ait. Arbor homo est, qui exciditur in morte, & quocumque ceciderit, ibi erit: quia ibi te iudicabit Deus, vbi inuenerit, ibi erit immutabiliter. Videat quo casura sit, antequam cadat: quia postquam ceciderit, non adijciet, vt resurgat, sed vt nec se vertat. Quo vero casura sit arbor, si scire volueris, ramos eius attende, vnde maior est copia ramorum, & ponderosior, inde casuram, ne dubites, si fuerit tunc excisa. Rami nostri amor, & desideria nostra sunt, quibus ad Austrum extendimur, si spiritualia fuerint, si carnalia ad Aquilonem, vnde panditur omne malum, ea vero præponderant, quæ secum traxerint corpus. Vincit anima, si peccatum non regnat in nostro mortali corpore, si exhibẽtur membra vestra seruire non iniquitati ad iniquitatem, sed iustitiæ in sanctificationem. Ecce vbi Bernardus summam totius boni, & mali ad amorem reducit, & desideria humana, quæ ducunt hominem in interitum vel in vitam æthernam.

Serm. 49. ex ijsdem.

Ecclesi. 11.

Rom. 6.

Amoris, & dilectionis Dei ordo, ac modus in ea seruandus.
Cap. XI.

1 ORIGENES exponẽs locum: Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem, sic habet. Introduxit me rex in cellam vinariam, vt implear vino lætitiæ, & Spiritus sancti, vt ordinetur in me charitas, sitque constitutus ordo in dilectione rerum, vt scilicet prius diligatur Deus, quàm cetera omnia. Quoniã sicut scriptum est ex testimonio Christi domini. Qui diligit patrem plusquam me, non est me dignus. Ordinata igitur charitas est in viris perfectionem sectantibus. Vnde IESVS Saluator noster astrues hunc ordinem in Euangelio dixit. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. Proximum autem non dixit diligendum ex toto corde, sed subiunxit. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Inimicos vero diligere sicut nos ipsos, non præcepit; sed simpliciter dixit, Diligite inimicos vestros, ne odiatis illos, &c.

Homilia 2. expositionis primæ in Cantica.

Cant. 2.

Matt. 10.

ITEM ait. Tunc charitas est in nobis absque ordine, quando homo diligit id, quod diligendum non est, aut vero diligit maiori amore, quàm res illa mereatur, ac digna sit, vel certe minus, quàm debeat. In paucis residet ordinata charitas: quæ consistit in hoc, vt Deum absque modo, & mensura diligas, eum amans ex toto corde tuo, anima, ac mente, totũ, quod in te est, illi tamquam Domino creatori, ac patri tribuens. Vnde si Deum non diligis, quantum vires suppettunt tuæ, ordinem in amando non seruas. Proximum vero dilige, sicut te ipsum, æqualitatem inter te, & ipsum seruans talem, vt eum diligas tamquam eum, qui est mẽbrum eiusdem capitis, cuius & tu es, attendens principalioribus membris ampliorem dilectionem deberi quàm alijs, & secundum ordinem dignitatis, ordinem futurum in amando. Inter inimicos vero illum diligere plus debemus, qui minus malus est, quàm eum, qui omni ex parte perditissimus est, & sceleribus plenus. In quo sequeris ordinem, quem Deus seruat, qui melioribus exhibet maiora amoris signa, & officia. Quando in hominibus non reperitur ordo iste, qui in diligendo est traditus, de illis scriptum noueris, quia amore langueo, vel vt Origenes legit, vulneratæ charitatis ego sum.

2 *Homilia 3. expositionis secundę in Cantica eundem interpretans locum.*

BERNARDVS exponens locum. Non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, ait. Sicut Deus nos dilexit dulciter, sapienter, & fortiter. dulciter, quia carnem induit: sapienter, quia culpam cauit: fortiter, quia mortem sustinuit. Sic nos debemus illum diligere: dulciter, ne mundi gloria seu carnis voluptatibus abducaris, dulcescat tibi præ his Christus Dominus: sapientia tua ne seducaris spiritu mendacij, & erroris, lucescat tibi veritas Christus: ne aduersitatibus fatigeris, confortet te virtus Dei Christus. zelum tuum inflammet charitas, informet scientia, firmet constantia, sit amor feruidus, sit circumspectus, nec teporem habeat, nec careat discretione, nec sit timidus, & vide ne forte tria hæc tibi tradita sint, dicente Domino. Diliges Dominũ Deũ tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua. Amor cordis ad zelum quemdam pertinere videtur affectionis, animæ vero amor ad iudiciũ rationis, virtutis autem dilectio ad animi potest referri constantiam, seu vigorem. Dilige ergo Dominum Deum tuum toto, & pleno cordis affectu, dilige tota rationis vigilantia, & circumspectione, dilige & tota virtute, vt nec mori pro eius amore pertimescas, quoniam fortis est, vt mors dilectio. Sit suauis, & dulcis affectui tuo Dominus IESVS contra male vtique dulces carnales illecebras, & vincat dulcedo dulcedinem,

1. Ioan. 4.

3 *Serm. 20. in Cantica.*

4

Deut. 6.

nem, sicut clauum clauus expellit. Sed sit nihilominus intellectu præuia lux, & dux rationi, vt cautus sis nimiam, & indiscretam vehementiã in tua conuersatione vitare. Sit etiam fortis, & constars amor tuus, nec cedens terroribus; nec succumbens laboribus. quando ægre ferebant discipuli Christi discessum in cælum, audierunt. Si diligeretis me, gauderetis vtique quia vado ad patrem. Quid ergo? Non diligebant eum, de cuius abscessu dolebant? diligebant quidem dulciter, sed minus prudenter, non rationabiliter, diligebant toto corde, non autem tota anima. Dilectio eorum contra salutẽ eorũ erat, vnde & aiebat. Expedit vobis, vt ego vadam, culpans consilium non affectum. Præterea quando increpando repressit Petrum dicentem Christo loquenti de morte, Absit a te Domine, non erit tibi hoc. Non sapis quæ Dei sunt, hoc voluit dicere, non sapienter diligis humanũ sequens affectum contra diuinũ consilium, & vocauit Satanam, eo quod saluti, etsi nesciens, aduersatur, qui Saluatorem mori prohibebat. Vnde correctus repetentem postmodum Christum triste verbum mori, non prohibuit, sed se commoriturum esse promisit, non tamen impleuit: quia necdum ad tertium peruenerat gradum, in quo virtute tota diligitur. Erat enim adhuc infirmus, non ignarus mysterij, sed martyrij pauidus, non plane illa fortis vt mors dilectio tunc fuit, quæ morti succubuit, fuit autem postea, cum ex promissione Christi indutus fuit virtute ex alto. Tunc demum tota virtute dilexit, cum nec vitæ suæ pepercit pro dilectione: ergo non abduci blanditijs, nec seduci fallacijs, nec iniurijs frangi toto corde, tota anima, tota virtute diligere est, & is est modus in anima in dilectione seruandus.

6 *Libro cui titulus est Modus bene viuendi ad sororem ser. 51. to. 2.*

ITEM sic habet. Rogo te, vt amorẽ Christi ostendas sociabus tuis, non solum verbo, sed & operibus bonis. Tunc vere Deum diligis, si pro amore illius bona, quæ potes, operaris. Vnaquæque sancta anima debet in se monstrare amorem Dei, & verbis sanctis, & actionibus. Vnde sponsus in Canticis Canticorum sanctam animam alloquitur dicens. Pone me, vt signaculum super cor tuum, & super brachiũ tuum. In corde sunt cogitationes, & in brachio operationes; ergo super cor, & super brachium sponsæ dilectus in signaculum ponitur: quia in sancta anima, quantum ab ea diligatur & voluntate, & actione designatur: quia amor Dei numquam est ociosus, si vere est amor, magna operatur. Ecce modus diligendi Deum corde prius, deinde opere dilectionem ostendere.

7 *Lib. 4. confessionũ ca. 4. vsque ad cap. 9. to. 1.*

AVGVSTINVS differit confiteturque Domino propter ingentem dolorem, quem de morte cuiusdam amici sui conceperat. Obijt amicus meus, ait, quo dolore contenebratum est cor meum, & quidquid aspiciebam mors erat, & erat mihi patria suppliciũ, & paterna domus mira infelicitas, solus fletus erat dulcis mihi. Miser tunc eram, & miser est omnis animus vinctus amicitia rerum mortalium. Quo magis illum amabam, hoc magis mortem, quæ mihi eum abstulerat, tamquam attrocissimam inimicam oderam, & timebam. Mirabar me magis viuere, quia ille alter eram, viuere illo mortuo mirabar. Bene quidam dixit de amico suo, dimidium animæ meæ: nam ego sensi animam meam, & animam illius vnã fuisse animam in duobus corporibus, & ideo horrori erat vita: quia nolebam dimidium viuere, & ideo forte mori metuebam, ne totus ille moreretur, quem multum amaueram. O dementiam nescientem diligere homines humaniter! O stultum hominem immoderate humana patientem! Onerabat me grandis sarcina miseriæ, quæ a te Domine leuanda erat, & curanda, sciebam, sed nec volebam, nec valebam eo magis; quia non mihi eras aliquid solidum, & firmum, cum de te cogitabam: non enim tu eras, sed vanum phantasma, & error meus erat Deus meus. Nam vnde me facillime, & in intima dolor ille penetrauerat, nisi quia fuderam in arenam animam meam diligendo moriturum, quasi non moriturum? & concludens ait. Beatus qui amat te, & amicum in te, & inimicum propter te. Solus enim nullum charum amittit, cui omnes in illo chari sunt, qui non amittitur Deus noster. Deum enim nemo amittit, nisi qui dimittit.

8 *Libro de diligẽdo Deo tom. 9.*

ITEM sic habet. Omnia quæ in hoc mundo sunt diligenda sunt, vt subiecta diligat, vt famulantia diliget, vt arrhã spõsi, vt munera amici, vt beneficia Domini, sic tamẽ, vt memineris semper, quod illi debeas, nec ista propter se, sed ista propter illum, nec ista cum illo, sed ista propter illum, & per ista illum, & super ista illum diligas. Caue o anima, ne (quod absit) meretrix dicaris, si mu iera dantis plusquã amantis affectum diligis. Dilige illũ propter se, diligit te propter se, dilige illum, vt fruaris illo, dilige te, vt diligaris ab illo, dilige in donis illius, quæ data sunt ab illo, illum tibi, & te illi dilige, hæc pura, & casta dilectio est.

9 *In serm. 7. de verbis Domini super Mattæũ tom. 10.*

ITEM loquens de adolescente illo, qui vocanti Domino dixit, Ibo prius sepelire patrẽ meum ait. Honorandus est pater, sed obediendum est Deo. Amandus est generator sed præponendus est creator. Hoc audiuimus in Cantico Canticorũ dicente Ecclesia. Ordinate in me charitatem, hoc est, facite gradus, & cuique quod debetur restituite. Nolite anteriora posterioribus subdere, amate parentes, sed præponite Deum parentibus. Attendite matrem Machabæorum. Filij, inquit, nescio quomodo apparuistis in vtero meo, concipere vos potui, parere vos potui, formare vos non potui; illum ergo audite, illum mihi præponite, nolite attendere ne sine vobis remaneam.

Matt. 8.

10 *Hom. 37. ex quinquaginta varijs tom. 10.*

ITEM exponens locum. Qui amat animã suã perdet illã, ait. Sic est amanda anima, vt lucro potius mũdi præferatur. Sũt ergo, qui peruerse animã suam amãt, illi scilicet, qui diligũt animã suã in iniquitatibus: quia qui diligit iniquitatẽ, odit animam suam. Odiũ autem rectũ animæ est, quod ab amore venit: quia qui odit animam suam in hoc mũdo, in vitam æternam custo-

Pſal. 10.

Ioan, 12. custodit eam. Et infra. Primum illud attendat charitas vestra amores omnes, & dilectiones prius sunt in hominibus de se, & sic de alia re, quam diligunt. Si diligis aurum, prius te diligis, & sic aurum, quia si tu mortuus fueris, nullus erit, qui aurũ possideat. Quicquid amaueris, aut hoc est, quod tu, aut inferius te est, aut superius. Si inferius te est, quod amas, ad consolandum ama, ad tractandum ama, ad vtendum ama, non ad illigandum. Verbi gratia aurum amas, noli te illigare auro: quia tu melior es, quàm aurum, quia non fecit Deus aurum ad imaginem suam, sed te: aurum autem terra fulgens est, ergo posuit sub te aurum, ad vsum assumẽda sunt ista, non eis vinculo amoris quasi glutino hærendum est. Assurge ab isto amore, quo amas inferiora quàm tu es, incipe amare paria, ideſt, quod tu es. Primum ergo dilige Deum, deinde teipsum; post hæc dilige proximum tuum, sicut teipsum.

10 In Psalmũ 55. to. 8. ITEM exponens versiculum illum. In quacumque die inuocauero te, ecce cognoui: quoniam Deus meus es tu, ait. Deus omnium quidem est, sed eorum Deus proprie dicitur, qui eum diligunt, qui illum tenent, & colunt. Nos ergo Deum amemus fratres pure, & caste. Nõ est castum cor, si Deum ad mercedem colit. Noli extra eũ aliquid ab eo quærere, ipse tibi sufficiet. *Psal. 55.* Non diligit caste vxor maritũ suum, quæ propterea diligit, quia aliquid donauit, aut quia multum donauit; sed tunc diligit caste; quia eum propter se diligit. Deus verus est, & verax animæ maritus ad prolem sempiternæ vitæ fœcundans, & steriles nos non esse permittens: illum ergo sic diligamus, vt aliud in eius dilectione non quæramus, & fit in nobis, quod cantauimus, In quacumque die inuocauero te, ecce sciui (vel cognoui, vt nos legimus,) quoniam Deus meus es tu. Hoc est inuocare Deũ, *Psal. 13.* gratis inuocare Deum. Ideo enim de alijs scriptum est. Deum non inuocauerunt, quasi Dominum sibi inuocare videbantur, & petebant eum de hereditatibus de amplificanda pecunia, de prolonganda vita ista, de ceteris temporalibus rebus, de his dicitur, Deum non inuocauerunt. De quibus etiam subditur. Ibi trepidauerunt timore, vbi non erat timor, timentes ne illis subtraheretur pecunia, &c.

Amandi sunt inimici, & quibus rationibus id conuincant sancti.

Cap. XII.

1 Homilia 9. in lib. numerorum to. 1. ORIGENES sic habet. Murmurauit omnis multitudo filiorum Israel contra Moysen, & Aaron, dicens, Vos interfeciſtis populum Domini, cumque oriretur seditio, & tumultus increscceret; Moyses, & Aaron fugerunt ad tabernaculum fœderis, qui postquam ingressi sunt, apparuit gloria Domini, dixitque Dominus ad Moysem, Recedite de medio huius multitudinis etiam nunc delebo eos. Cumque iacerent in terra, dixit Moyses ad Aaron. Tolle thuribulũ, & hausto igne de altari, mitte incensum desuper pergens cito ad populum, vt roges pro eis; iam enim egressa est ira a Domino, & plaga desæuijt. Iubet Deus, vt egrediantur Moyses, & Aaron de medio multitudinis, vt eam desuper terram tollat, & illi iniuriæ, & lapidationis immemores, qua volebãt eos perdere, vt veri Euangelij discipuli potius quàm legis procidunt ad pedes Domini, vt pro inimicis preces effundant: illis enim sæuientibus, vt interficerent eos, isti procidunt in faciẽm suã postulantes veniam a Deo implentes mandatũ nouum, de quo Christus locutus est in Euange- *Ioan. 15.* lio Ioannis vocans præceptum nouum: quia numquam veterascit, & quia nouos reddit in spiritu eos, qui ipsum adimpleuit.

2 Hom. 2. in psalmũ 37. tomo 2. ITEM sic habet. Qui in animo statuerat suo Deum iratum per pœnitentiam placare arma sumat: quoniam statim dicere poterit, Amici mei, & proximi mei aduersum me appropin- *Psal. 37.* quauerunt, & steterunt, &c. vsque vanitates, & dolos tota die meditabantur. Et vt inimicũ vincere valeat, addat, Ego autem tamquã surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum. Tamquam surdus non audiebam, ne iniurijs irritatus malum redderem pro malo. Sic me gerebam, ac si auditu carerem, & cum maledicerer, cum criminarer factus etiam sum sicut homo non audiens, & sicut mutus non aperui os meum. Ideo autem Domine Deus meus factus sum surdus, & mutus: quoniam in *Deut. 31.* te Domine speraui. Nisi enim sperassem in te, & credidissem tibi dicenti. Mihi vindictam, & ego retribuam, me ipsum vtique vindicassem: nunc autem memor præcepti tui, Non vos vindicantes charissimi, sed date locum iræ: hæc intuens factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones, vel increpationes, vt Origenes legit.

3 Hom. 1. in Psalmũ 37. eod. to. ITEM in expositione illius versiculi obmu tui, & humiliatus sum, & silui a bonis, & dolor meus renouatus est, sic ait. Cum consisteret *Psal. 38.* peccator aduersum me, &c. humiliatus sum. Homo impius humiliari non vult, sed cogitat apud se verba contumeliosa, quæ ab inimico suo audiuit, & reprehendere alia similia in illũ statuit, animo reddens illi malum pro malo. At vir probus humiliatur, ne reddat iniuriam pro iniuria, & addit, Silui non vtcumque, sed a bonis. Quia etiam tunc cum frater amarulento est animo contra me: etiam bona verba fileo, ne vel illi ignem suæ perditionis inflammem. *1. Cor. 4.* Grandis, & insignis est, cum maledicor benedicere, & ad eum pro illo preces effundere, sicut aiebat vas electionis Paulus, maledicimur, & benedicimus, blasphemamur, & obsecramus: & quia cum hæc facimus, mundus cum suis hos ducit velut insensatos, ac stultos, quia propter ingentem stultitiam honoris sunt incapaces, nec sentiunt ea, quæ magni pendere decet; ideo subdit Paulus. Tamquam purgamenta huius *1. Cor. 4.* mundi facti sumus peripsema vsque adhuc. Sed nos nolumus cum Apostolis purgamenta huius mundi fieri, sed potius iniurias præuenire, nosque ipsos vindicare, cum Deus sibi reseruarit vindictam. Non sic fratres, sed si ad hanc tantã Apostoli perfectionẽ pertingere non valemus, vt dicamus, Blasphemamur, & obsecramus; saltim cum regio Vate cãtemus, Cum consisteret peccator aduersum me, obmutui, &c. & dolor meus renouatus est. Aliquando vir iustus ad tãtam euectus est perfectionẽ, ad tantã animi cõstantiã, & patientiã: vt iniurias non sentiat, sed inquantũ humana fragilitas valet, assimilatur Deo in hoc, quod sicut ipse iniurijs lacessitus non tristatur: Ita & suo modo ille, qui ad tantã perfectionem non peruenit, silet, & ait, & dolor meus renouatus est. Amarulentum verbum illi vulnus inflixit, & dolet: sed nihilominus tacet, & vt minus perfectus subdit, & concaluit cor meũ intra me dolens corde concalescente feruet intra se ac perturbatur, sed non eo vsque, vt sermonem proferat corde turbato. Sed calore sui flammas per silentium decoquit, & intus comprimit eas.

6 Hom. 7. in cap. 18. Matthæi to. 3. *Matt. 18.* IDEM vbi exponit parabolam decem millium talentorum solum animaduertit indignationem Domini erga seruum suum tunc fuisse acrem, quando non condonauit offensam conseruo suo; tunc enim audiuit, Serue nequam, &c.

7 Hom. 16. in Matthæum in cap. 21. ipsius. IDEM exponens historiã de ficulnea habẽte folia sine fructu, ait. Marcus tradit cap. 11. Quod cum Dominus venisset ad eam, nihil inuenit præter folia: non enim erat tempus ficorum. Quare ergo Dominus arefecit eam? Respondet, quòd fructus spiritus, de quibus Paulus loquitur ad Galatas 5. dicens, Fructus autem spiritus est, charitas, gaudiũ, pax, patientia, benignitas, bonitas, &c. hi aliquando redduntur tempore suo. Melius autẽ est, quando circumstantibus aduersarijs, & prouocantibus ad non fructificandũ, protulerit quis fructus Spiritus sancti v.g. Vnus fructus est charitas; huius tempus est, quando non est difficile fructum reddere charitatis, & diligere diligentẽ, & est quidẽ fructus Spiritus sancti, sed tamẽ in tẽpore suo. Si autem quis excitetur ad odium, circũueniatur, & insidias patiatur, & diligat insidiantẽ sibi: iste non in tempore ficuũ fructum dans charitatis beatus est. Alter fructus spiritus est gaudiũ; si hunc exhibet tempore persecutionũ laborum iniurijs irritatus, quãdo mille modis prouocatur ad pusillanimitatẽ, vt succumbat tristitia plenus, & tunc homo gaudet fructũ dat non in tẽpore ficuum. Quia ergo Christus Dominus supra humanam naturã conatur nos erigere, ideo indignatur quando non fert homo fructũ, etiam si cõmodum non videatur tempus ficorum; & propterea ait in Psalmo, Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes. Arguens autẽ eos, qui nolunt esse dij, nec filij excelsi, subdit. Vos autẽ sicut homines moriemini, si non secundũ spiritum vixeritis, sed secundũ carnẽ non reddentes fructum omni tempore, siue tempus sit ficorum, siue non, siue occasio se offerat ad bene operandum, siue ista desit.

8 Lib. 7. contra Celsum Philosophũ tom. 4. IDEM refert de Anaxarcho Philosopho, qui in vrnam coniectus lapideam, & iniustissime in ea attritus illatos cruciatus egregie contẽpsit dicens inter ingẽtia, quæ patiebatur supplicia,

Tunde tunde Anaxarchi vtrẽ, ipsum vero haud quaquam tutuderis, Volens in his nos docere inimicorum iniurias, & damna contemnenda, vtpote, quæ non philosophum hominem, sed corpus tantum philosophi contingerent. De Epicteto etiam philosopho narrat animum mi re peccatum tempore quo herus, ipsius pedem confregit. Et insuper docet, quod celebris philosophus Plato introducit Socratem cum Critone disputantem, an vindicandæ sint iniuriæ, inimicique odiendi, & probat id humanum & sapientem animum non decere.

9 Lib. 8. contra Celsum IDEM refert de Zenone, quòd cum iniuriã pateretur a quodam, dixit illi. Dispeream, nisi te amicum conciliauerim. Item Lycurgus cum sub potestate sua accepisset virum, qui ipsius eruerat oculum, non solum tãtam iniuriã, tamque graue damnum non vindicauit, sed insuper ingentia in eum contulit beneficia, spiritum imitatus regij Vatis, qui dixit. Domine Deus meus si feci istud, si est iniquitas in manibus meis, si reddidi retribuentibus mihi mala; *Psal. 7.* decidam merito ab inimicis meis inanis. Persequatur inimicus animam meam, & cõculcet in terra vitam meam.

10 In Epistola ad Demetriadem virginẽ to. 9. HIERONYMVS exemplo eorum, qui in lege naturæ dilexerunt inimicos vult nobis istam persuadere legem dicens. Ioseph Patriarcha antequam audisset Prophetam dicentem, Vnusquisque malitiã proximi sui obliuiscatur in corde suo; ille pro odio reddidit charitatẽ, & fratribus suis dilectionis affectum pro dolore testatus est, osculabatur singulos, & irriguis fletibus pauentium colla perfundens odiũ fratrum charitatis lachrymis abluebat, & pro malis bonum retribuẽs, in vita, & in morte patris, Apostolicum præceptum sub naturæ adhuc lege compleuit. Iob etiam antequam Dominus præciperet inimicos esse diligendos aiebat. Si lætatus sum ad ruinam eius, qui me oderat, & *Iob. 31.* gauisus sum, quòd inuenisset eum malum, si dixi in corde meo bene factum est, &c.

11 Lib. 2. super caput 3. lamentationũ Hieremiæ tom. 4. IDEM exponens locum illũ Prophetæ, Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobrijs ait. Vt impleat Euangelicum virum, cui dicitur. Qui te percusserit in vnam maxillam, *Hier. 3.* præbe ei, & alteram, quod illi quoque in culpa *Matt. 5.* sint, qui reddunt malum pro malo, & dentem pro dente, oculum pro oculo ostendit Dauid dicens. Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis. Quapropter illa Apostolica sententia magis tenenda est, quæ dicit. Si inimicus tuus esurierit, ciba illum, &c. *Psal. 7.*

12 In Psalmũ 119. to. 7. IDEM exponens versum Psalmi. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus, ait. Infelices nos linguam nostram continere non possumus, si nos aliquis offenderit, quasi vultum ostendimus pacatum, ceterum cor habet venenum. Frequenter oramus, & non cõsideramus: quia si inimicitias habet anima nostra contra fratrẽ sine causa oramus. In Euãgelio enim dicitur. Si offers munus tuum ad Altare, & recordatus fueris ibi, quòd frater tuus habet aliquid aduersum te. Vide quid dicat? non dixit, si habes aliquid contra fratrẽ tuũ, sed si aliquid fra- *Psal. 119* *Matt. 5.*

ter tuus habet contra te. Rem quasi iniustã videtur nobis imponere, si enim dixisset, si habes aliquid contra fratrẽ tuũ, in nostra erat potestate, quod habeamus: nunc vero quid dicit? Si recordatus fueris, quod aliquid habet frater tuus aduersum te. Respondeo ei. Non est hoc in mea potestate Domine. Si frater meus habet aliquid aduersum me, ego nihil habeo contra eum, & quare non vis suscipere munus meũ, & dicis, Si offers munus tuũ, &c. Et tunc veniens offeres munus tuũ. Ecce ego nihil habeo; si ille habet, ad me quid pertinet? Respondet tibi Dominus. Male serue intelligo animũ tuũ, nihil habes contra fratrẽ tuũ? nihil habes? amas illũ? quare ergo saluari eum non vis? si amas illũ, vade roga eum, ne ille contra te habeat, vt saluari possit. Sed ostendis, quia non diligis eum, quia saluari eum nõ vis. Vade roga eum, mitte te ei ad pedes eius, diebus, ac noctibus deprecare, dicito munus meũ dimisi ad altare, propter te victimas offerre non possum, ille cõpungitur, & dicit. Si iste qui me rogat nõ offert munus suũ, ego qui rogatus sũ, & nõ ignosco, quid facturus sum? propterea dicit Apostolus, vt his manducare demus, & bibere; hæc enim, inquit, faciens carbones ignis cõgregas super caput eius, ideſt Si tibi ille malefecerit, & tu ei benefeceris, carbones ignis congeris super caput eius, hoc est mundas vitia eius, & excoquis malitiã eius, vt ad pœnitentiã cõuertatur, ideo hic ait Propheta. Cum his qui oderunt pacẽ eram pacificus, non dixit, qui volebant pacẽ, sed qui oderũt pacẽ, illi oderant pacẽ, & ego amabã eos. Ideo dicit Apostolus, quod in vobis est cum omnibus hominibus pacẽ habentes. Rogemus fratrem, si inimicus noster iste, rogemus, & bis, & ter, & septies, tamen & si peccauerit frater meus, quoties dimittã ei? Septies? Dico tibi non septies, sed septuagies septies. Sed dicis nõ ex toto cor de conuertitur, mẽtitur. Nos dimittamus Deo iudiciũ, rogat me, non dicit hoc vere. Deus nouit, ego vocẽ audio, Christus cor intelligit. Ego suscipio, quod audio, suscipiat Christus, quod nouit. Mẽtitur ille: illius interfectio tua salus est.

Rom. 12.

Matt. 18.

13 GREGORIVS Magnus exponens illum locũ Iob in cap. 11. Si iniquitatẽ, quæ est in manu tua abstuleris a te, & non manserit in tabernaculo tuo iniustitia: tunc leuare poteris faciẽ tuam absque macula, ait. Vitã animæ quælibet culpa polluit, seruatus vero contra proximum dolor occidit: menti nãque, vt gladius figitur, & mucrone illius ipsa viscerũ occulta perforantur, qui scilicet a transfixo corde, si prius non educitur, nihil in precibus diuinæ opis obtinetur: quia & vulneratis mẽbris imponi salutis medicamina nequeunt, nisi ferrũ a vulnere ante subtrahatur. Vnde dicitur. Nisi remiseritis hominibus peccata eorũ, nec Pater vester, qui in cælis est, remittet vobis peccata vestra. Hinc rursum ait. Dimittite, & dimittetur vobis, & cum orãdi formã in discipulorũ persona omnibus tradidit, dixit sic orabitis. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, vt profecto bonũ, quod a Deo compuncti petimus, hoc primũ cũ proximo conuersi faciamus. Tunc igitur vere faciem sine macula leuamus, cũ nec nos prohibita mala cõmittimus, nec ea quæ in nos a proximis commissa sunt ex proprio zelo retinemus, de quo optime subditur. Eris stabilis, & non timebis.

Lib. 10. moralium cap. 11. to. 1.

Iob 11.

Matt. 6.

Luc. 6.

IDEM exponens locũ Iob ex cap. 31. Si gauisus sum ad ruinã eius, qui me oderat, & exultaui, quod inuenissẽt eum malũ, sic habet. Omni potentis Dei esse discipulos sola custodia charitatis probat, Christo Domino dicente. In hoc cognoscent omnes, quòd discipuli mei estis, si dilectionẽ habueritis ad inuicẽ. Quæ nimirũ dilectio si cor nostrũ veraciter replet, duobus modis ostẽdi solet. Scilicet si amicos in Deo, & inimicos diligimus propter Deũ. Inimici autẽ dilectio tunc veraciter custoditur, cũ nec de profectu tristamur, nec de ruina illius lætamur. Vnde dilectionis vim occulte, & veraciter, aut profectus inimici, aut casus interrogat, de vtroque autem Patriarcha sanctus ait. Si gauisus sum ad ruinam eius, qui me oderat, &c. 14

Lib. 22. moraliũ ca. 6.

Ioan. 13.

ITEM vbi exponit illud Euangelij. Hoc est præceptũ meum, vt diligatis inuicẽ, &c. exponens locum, in quo Dominus dixit. Si steterit Moyses, & Samuel corã me, non est anima mea ad populũ istum ait. Quid est, quod intermissis relictisq. tot patribus solũ Moyses, & Samuel in mediũ adducuntur, quorũ mira obtinendi virtus ostenditur, dũ nec ipsi posse intercedere dicũtur? Ideo hi in postulatione præferũtur: quia soli illi in cuncta testamẽti veteris serie, etiam pro inimicis suis leguntur exorasse, vnus a populo lapidibus impetitur, & tamẽ pro his Dominũ deprecatur, alter ex principatu eijcitur, & tamen cũ expostulasset populus, vt ad Deum pro ipsis preces funderet, respondit. Absit a me hoc peccatũ in Domino, quominus cessem orare pro vobis. Ait ergo Dominus si Moyses, & Samuel steterint corã me, non est anima mea ad populũ istũ, ac si aperte dicat, Nec illos modo pro amicis audio, quos magnæ virtutis merito orare etiam pro inimicis scio. Virtus ergo veræ orationis est celsitudo charitatis, & tunc quisq. quod recte petit adipiscitur, cũ eius animus in petitione, nec inimici odio fuscatur. Sed dices in nos grauiter inimicus deliquit, damna intulit, iuuãtes læsit, amantes persecutus est, retinenda hæc essent, si remittenda nobis delicta non essent. Aduocatus etenim noster precem nobis in causa nostra cõposuit, & ipse eiusdem causæ iudex est, qui aduocatus, preci autẽ, quã cõposuit, conditionẽ inseruit dicens, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quia ergo ipse iudex venit, qui aduocatus extitit, ipse precem exaudit, qui fecit: Si ergo non faciẽdo dicimus, dimitte nobis, &c. nosmetipsos hoc dicendo amplius ligamus. Dimittamus ergo quod debetur nobis, vt dimittatur quod debetur a nobis. 15

Hom. 27. in Euangelia to. 2.

Exo. 17.

1. Reg. 14.

Matt. 6.

CHRYSOSTOMVS est in re hac, & elegans, & frequens, fere nullus est ex sanctis, qui in re hac tanta congesserit ad inimicorum dilectionem suadẽdam, In primis fere per totum narrat historiã ex Geneſis 26. capite, vbi ingruente fame habitauit Isaac in Geraris apud Regem Abimelech, vbi potens effectus egredi e terra compulsus est ab Abimelech rege Palæstinorum, a quo, & a seruis eius miras passus est iniurias, quas æquo tulit animo, cum autem exularet, venit ad eũ rex cum amicis suis, quibus dixit Isaac quid venistis ad me hominẽ, quem odistis, & repulistis a nobis? qui responderunt. Vidimus tecum esse Dominum, & idcirco nos diximus; sit iuramentum inter nos, & ineamus fœdus, vt nõ facias nobis quicquã mali. Fecit ergo eis conuiuiũ, & post cibum, & potum surgentes mane, iurauerũt sibi mutuo, dimisitq. eos Isaac pacifice in locũ suum, ait. Vide iusti benignitatẽ, quomodo cũ eis absq. vindicandi cupiditate loquitur, & nõ solũ obliuiscitur eorũ, quæ in se facta sunt, sed magna hospitalitate illos excipit; cõuiuio satis certa dat argumenta se non fore memorẽ eorũ, quæ in se commiserant. Vocauerũtq. locum illum putens iuramenti vsq. in hodiernũ diem, vt factorũ duret memoria. Vidisti quomodo iustus ille, qui neque a lege fuit eruditus, neq. ad aliquẽ virtute præditũ respicere potuit, ductus a conscientia humanæ naturæ insita præceptaChristi post tradẽda de inimicorũ dilectione compleuit, & grandi hospitalitate tractat eos, qui ita eũ oderant, omnẽq. vindictæ cupiditatẽ animo suo excluſit. Qua igitur nos venia digni erimus, qui post tantã doctrinam, & Saluatoris præcepta, neq. ad huius iusti mẽsurã peruenire valemus? Tanta enim nunc malitiæ abundantia obduxit omnia; vt rarum nunc sit, & diligẽtes diligere. 16

Gen. 26.

Ibid.

Hom. 57. in Geneſim to. 1.

IDEM in expositione Geneſis cap. 45. vbi Ioseph erga proditores fratres tã fuit clemẽs, vt textus sacer eloquitur, ait. Quis pro dignita te admiraretur viri huius virtutẽ, qui nouæ legis Philosophiã magna adimpleuit diligentia? Et id quod Christus admonet discipulos. Diligite inimicos vestros, orate pro persequẽtibus vos, hoc ille, & multo magis fecit; neque enim solum tam declarauit charitatem erga eos, qui se occidere volebant, quantũ in eis erat; sed omnia facit, vt demonstraret eis, quod nihil in se peccarint. 17

Hom. 9. in Geneſim.

Luc. 6.

IDEM de inimicorũ dilectione loquitur eleganter, in quarũ prima ostẽdit animũ beneuolũ adolescẽtis Dauid erga Saul, qui pro vindicando ipso ab iniuria, & imminẽti periculo, in quo Goliath Philisthæus de genere gigãteo vniuersum regnũ vna cum rege cõstituerat, ait. Non cõcidat cor domini mei in ipso: quoniã seruus tuus ibit, pugnabitq. cum alienigenina isto, vbi nulla necessitate cõpulsus suam ipsius vitã pro dere voluit in illorũ vtilitatẽ, a quibus nihil vnquã acceperat beneficij, per illum, deinde vixit rex, ac principatũ obtinuit. gratia autẽ quã pro tam ingenti beneficio Saul retulit ea fuit, vt ab illo die suspectũ habuerit Dauid sanctum, & inimicum: quia postquã Barbari illius caput abstulit, & spolia gestans redijt, exierunt mulieres decentes, Saul percussit mille, & Dauid decẽ millia, si mulieres fuerunt in re hac crimini obnoxiæ: quid hæc ad Dauidẽ? Neque enim illa iussu ipsius agebant. Si ergo indignandũ erat, mulieribus oportuit indignari: at Saul omissis illis in Dauid stomachatur. Vult sæpe illũ lancea cõ figere cum pariete, & necare. At Sanctus ille, post hæc omnia perseuerauit curare regis nego 18

In tribus homitijs 1. tom. quarũ titulus est, de Dauid, & Saule.

1. Reg. 17

tia, proque salute illius suscipere pericula, & in acie stare in prælijs omnibus, suoque periculo seruare trucidatorẽ suum. Denique nec dictis, nec factis contristauit immitẽ illam bestiam. Præcipit rex Dauidi, vt occidat centũ viros ex Philisthæis loco dotis, exponit vitã periculo, fit gener regis, & quærebat Saul cum lancea illum percutere, & lancea infixa est parieti. Quem nõ ista ad iracundiã excitassent, maxime dicente lege. Oculum pro oculo effodiendũ: nihil tamẽ tentauit Dauid, sed fugit, ex patria exulauit, ab oculis inimici subduxit sese; vt timorem vlceris, & inuidiã mitigaret. Hoc imitemur nos, nihil nontamẽ faciamus, tũ etiã patiamur, vt inimici animum sedemus, nec illud inquiramus, vtrũ merito, an immerito maleuolũ animũ erga nos gerant. Sed hoc modo spectemus, qui fieri possit, vt nobis inimici esse desinãt. Exulauit Dauid pro curanda ægritudine inimici, & nec sic melior effectus est Saul, sed tandẽ incidit in retia ipsius Dauid. Ingressus est enim Saul in speluncã, vt purgaret ventrẽ, & ibi erat Dauid cum suis, dixeruntq. milites Dauid ad illũ. Ecce dies, de quo dixit Dominus, tradam inimicum tuum in manus tuas, faciesq. illi, quod placitũ erit in oculis tuis, & surrexit Dauid, & scidit oram chlamydis, dixitq. Dauid ad viros suos. Auertat a me Dominus ne faciam verbum hoc domino meo Christo Domini, mittãq. manũ meam in illũ, quoniã Christus Domini est. Specta luctã, victoriam, coronã; luctatus est Dauid, & non ipsi tantũ aduersus seipsum propriamq. cupiditatẽ erat prælиũ; sed & aduersus milites, qui aderant; etenim si voluisset parcere ei, qui læserat; consentaneũ erat, vt & illos metueret, ne forte ipsum contrucidarent in spelunca, tãquam qui illorũ salutem prodidisset, exitiumq. attulisset, ac publicũ ipsorum hostem seruasset. Dicerẽt enim, quo pacto ista sunt æqua? nam si tuam salutẽ negligis, nostræ certe vitæ parcas. nõ doletob ante acta tibi, certe ob ea mala, quæ futura sunt tolle hostẽ, ne maiora, & acerbiora perpetiamur mala. At nihil horũ iustus apud se perpẽdebat; & perseuerauit in animi sui decreto, immo & militibus persuasit, vt eandẽ animi moderationẽ sumerẽt cum homines essent, qui multis difficultatibus iam in desperationem erãt adducti, a quibus paululum respirare cupiebant, & ideo inquiunt. Deus illũ tradidit in manus tuas, sed quo magis hæc illi dicebant, eo magis ille pepercit hosti. Intelligebat enim, quòd Deus ideo tradiderat eum, vt ipsi maiores occasiones probandæ virtutis suppeditaret. Et cum sciret fore, vt ille seruatus rursus ad eadem rediret, & ipse in grauiora pericula cõijceretur; ne sic quidem occidit, nec præteritorũ memoria, nec futurorũ metus eius tranquillã mentẽ cuntra hostem mutauit; sed adamantis inuicti more perstitit moderationis legem seruans. 19

Exo. 21.

1. Reg. 24

Chrysostomus idem prosequitur, id quod in anteriori inceperat pertinens ad inimicorũ dilectionẽ, & ait. In spelũca sacrificiũ obtulit Dauid, idq. admirabile quoddã dictuq. incredibile; haud quidẽ mactato vitulo, aut occiso agno, sed quod his erat multo honorificentius, mansuetudinẽ, & humanitatem offerẽs Deo, atque 20

In hom. 2. de Dauid. & Saule.

irrationabili animi motu mactato occisa, qui est iracundia, egressusq. est de spelunca Dauid, magis exultans, quàm cum Goliath deiecisset, ac Barbari caput amputasset. Si quidem hæc illa magnificentior erat victoria, hoc gloriosius trophæum. Itaque redijt non Barbari illius caput gestans, sed animi commotionē mortificatam, sed iram eneruatam. Neque hæc spolia reposuit Hierosolymæ, sed in cælo, haudquaquam in choris obuiam veniebant fœminæ excipientes illum cum laudibus, sed angelicus populus e sublimi applaudebat admirans eius humanitatem. Ascendit enim hoste vulneribus innumeris sauciato, vt qui tametsi seruasset Saulem, tamen illum reuera hostem diabolum multis plagis confixit. Nobis enim pacem habentibus, & concordibus iræque moderātibus rursus deijcitur, nimirum hostis pacis, & inimicus cōcordiæ. Non egressus est Dauid gestans Saulis diadema, sed gestans coronam iustitiæ, non
23 congressus est gestans regis purpuream vestē; sed egressus est amictus humanitate naturam humanam superante. Egressus est ex spelunca tanta cum gloria, cum quanta tres pueri egressi sunt e camino ardente: nam sicut illos nō exussit ignis, ita hic non conflagrauit iræ incendio, & illis quidem foris nihil ignis, in quo versabantur nocuit; hic vero cū intus haberet carbones accensos, cum foris videret diabolum caminum incēdentem, idque varijs modis ab inimici conspectu, ab exhortatione militum, a facilitate perficiēdi cædem, a præteritorum memoria, a futurorum periculorum metu, si quidē hæc ceteris omnibus, quibus caminus ille Babylonicus incēdebatur, lucidiorem, & maiorē excitabant flammā: tamen non exarsit Dauid tot modis irritatus, sed exiuit purus. Et quem-
Dan. 14. admodum Daniel exiuit de lacu superatis feris leonibus, itidē hic e specu prodijt alijs bestijs longe sæuioribus deuictis. Hunc enim omnibus leonibus efferatiores, ac validiores animi motus inuaserūt, sed ora bestijs occlusit ipsis factis docens, nihil esse tutius, quàm parcere inimico, contra nihil periculosius, quàm velle vlcisci, & vindictam sumere. Laudes congerit Dauid, qui miris modis mortuum Saulē inimi cū sibi, defleuit, vt late regnorū narrat historia.

24 IDEM eandem prosequitur historiam Da-
Homilia 3. de Dauid & Saule. uidis, vt ex ea dilectionem inimicorum a nobis extorqueat. Ne quis mihi dicat inimicum habeo scelestum, corruptum, incorrigibilē. Quicquid dixeris, non est tamen Saule deterior, qui semel, & iterum, & sæpius seruatus a Dauide, cum ipse mille modis ipsi struxisset insidias: tamen pro tot beneficijs acceptis perseuerauit in sua malitia. Quid ergo tu habes, quod incuses inimicum, quòd terræ partem ademit, quòd in agris fecit iniuriam, quòd mancipia tua rapuit, quòd vim attulit, quòd tua præter ius occupauit, quòd ad paupertatē redegit? At nondum eripuit vitā, quod molitus est Saul: quòd si & vitam eripere conatus est, fortasse semel id ausus est, non sæpius, quēadmodum fecit Saul, quòd si sæpius hoc tentauit, at non tot affectus abs te beneficijs, at non cū semel atq. iterū incidisset in manus tuas seruatus est. Etsi hoc quoq; factū est, adhuc superat ipse Dauid. Neque enim parua sunt sub veteri lege degentē, sed maiora quàm nūc post illustratā Euangelij gratiā, talia cōdonare gratis. Non audierat Dauid parabolā *Matt. 18.* de decē millibus talentorū, neq. de centū dena *Matt. 6.* rijs; Nō audierat precationē dicētē, remittite 25 hominibus debita ipsorū, quēadmodū & Pater vester cælestis. Nō viderat Christū crucifixum, nec innumerabiles illius sermones de frenādis animi cupiditatibus. Non contigit illi gustare talē hostiā, neq. particeps fuerat sanguinis dominici, sed legibus imperfectioribus educatus. Quid leone sæuius? & tamen hunc mansuetum reddunt homines, arte naturā superantes. Quā igitur habituri sumus excusationem, si cum feras bestias mansuescamus, negauerimus homines vnquā posse placari beneuolosq. erga nos reddi? atqui bestiæ quidē præter naturā est esse mansuetū, homini vero præter naturā est feritas. *Infra*. Dauid dū eijcitur, dū in exiliū missus est, dum vsque ad vitæ discrimen insidijs appetitur quicquā acerbi passus est? quin potius tū hoste suo factus est illustrior honorabiliorq. tum ceteris omnibus amabilior, idq. non hominibus tantū, sed ipsi etiā Deo. Vsq. in hodiernū diem canitur illustris in terra, illustris in cælo. Rursus quid cōmodi cepit infelix ille, ac miser tot insidias molitus Dauidi? Nonne regno excussus est? Nonne miserāda morte perijt vnacū filio? Nonne ab omnibus vituperatur, &c. In Publicano ostendit, qua ratione non respondēs cōtumeliæ, quam a Pharisæo acceperat dicēte, 26 Nō sum sicut hic Publicanus, descēdit iustificatus in domū suā, & probra Pharisæo pepererūt illī iustitiæ coronā, idq. sine sudoribus, sine labo- *Luc. 18.* ribus, sine longi tēporis mora. Ostendit, quòd *1. Reg. 24* verba Dauid mollia tetigerunt cor Saulis, & ex hoste fecerunt amicū, & patrē cum dixit. Vox ista tua fili mi Dauid, qui nec proprio nomine eū censuerat dignū vocans filiū Iesse, iam adoptat in filium. Mansuetudo Dauidis ex homicida facit Patrem, & lupo ouē. Ad vocē vnam Dauid cor Saulis incaluit, & abiecit inimicitiā, nō ad longos Dauidis sermones, sed ad vnam vocē tot consecuta sunt bona in obstinato corde regis. Non sustinuit Saul vocē audire ipsius Dauid sine lachrymis, sed plorauit amare animi sanitatē, quā Dauid illi cōtulerat, lachrymis declarās huius modestiā, & tolerantiā, hostē e furore ad sobrietatē composuit, & animū nactus *Exo. 17.* sanguinis sitientē repente ad lamenta cōpulit. Non perinde miror Moysem, quòd e saxo prærupto fontes elicuit aquarū; vt admiror Dauidē, quod ex oculis lapideis fontes eduxerit lachrymarū. Ille virga percussit lapidē: iste sermone pepulit cor, nō vt cōtristaret, sed vt mansuetū redderet. Est quidē laude summaq. admiratione dignū, quod ensem non tinxerit sanguine, sed longe maiori corona dignum erat, quòd ipsum inimici propositū immutauit, liberās ab ira cædē iniustā spirante, eximens a furore ad tantū properante nefas. Et tu ergo, si quando hostis inciderit in manus tuas, ne illud spectes, quomodo vlciscaris, sed quomodo eum sanes tua mansuetudine sanans illius truculentiam. Nihil enim ipsa humanitate potentius, vt sapiens

piens declarauit dicens: Sermo mollis confrin
Prou. 25. git ossa. (Iram editio habet, lingua mollis cō-
cap. 15. fringet duritiam) & rursum responsio submis-
27 sa auertit iras; vel vt nos legimus, Responsio mollis frangit iram. Vnde liquet, vt hostis irritetur, aut reconcilietur magis in tua potestate esse quàm illius, & ita contigit in Dauide, cuius
1. Reg. 24 virtutem prædicauit Saul dicens: Iustior tu me es: quoniam tu mihi retribuisti bona, ego vero reddidi tibi mala. Non dixit simpliciter fecisti mihi bona, sed retribuisti. Hoc est, pro insidijs, pro cæde, pro malis illis innumerabilibus magna mihi rependisti beneficia. At ego, ne sic quidē factus sum melior, sed post tua illa benefacta perseueraui in malitia, & post hanc, nec tu mutatus es, sed perseuerasti in beneuolētia Magnifacit Dauid Scriptura, quòd filiū Saulis debilē, ac claudū ad mēsā suam vocauerit, oblitus iniurias omnes, quas a patre ipsius acceperat.

28 ITEM exponens parabolam desumptam
Hom. 2. in Matthæum tomo 2. ex capite 18. Euangelistæ. In qua Christus Dominus docere voluit condonandas iniurias exemplo illius Domini, qui condonauit nobis tam facile, tam magnifice decē millia talenta, & propterea finem illi imposuit Christus Dominus dicens. Sic faciet vobis Pater meus, si non dimiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Non dixit Pater vester, sed meus: non enim digni sunt isti, quorū Pater Deus vocetur, cum ita nequā sint, vt homines odio prosequantur. Qui sua cogitat ad dandā conseruo
Matt. 18. veniam, non ore solum, sed corde facilior est. Perspice quot quantaque lucreris, si æquo animo oppressiones inimicorum tuleris. Primo, quod maximum est remissionem peccatorum, deinde patientiam, atque perseuerantiam laudabilem, tertio mansuetudinem, & humanitatem. Nam qui nescit aduersus inimicos irasci, multo magis amicis erit commodior, quarto, quia procul ab ira tranquillo semper animo viues; nā qui nescit odisse, nec tristari cognouit, sed continue gaudēs bonis suis perfruitur. Præ-
29 terea tecum crebro verte, quia Christus ad crucem iturus, ipse quidem gaudebat, de crucifigentibus autem lachrymabatur; quæ ita imitari debemus, vt quo magis perseuerant persecutores nostri, eo largiores lachrymas pro ipsis effundamus. Innumera enim hinc nobis, illis autem non pauca incommoda comparamus. Quod si arduū, ac vltra vires tuas imitatio Dei tibi videtur; quamuis studioso difficile non sit,
Gen. 42. age ad seruorum venias imitationē; imitare Ioseph, qui ad seruitutē vsque, fratrū iniuria traditus beneficio suo ipsos sponte subleuauit. Imi-
Exo. 32. tare Moysem, qui post mille iniurias pro populo deprecabatur. Imitare Paulum, qui quam-
Rom. 9. Act. 7. uis mille a Iudæis persecutionibus premeretur: anathema tamē esse pro salute illorum volebat. Imitare Stephanū, qui dū lapidaretur, vt hoc peccatū lapidātibus remitteretur optabat

30 ITEM Gentiles sæpe numero nihil magni
Hom. 80. in Matthēū ex iniuriarū remissione expectantes facilitate animi inimicis percercerunt; & tu qui ad tantā spem hinc profectus es, retardaris, atque torpescis. Et quod tēpore ipso duce conficietur, id tu propter legem non prius conficies, sed expectabis, vt sine præmio, ac laude tua perturbatio hæc animi extinguatur, quā tu cum magno præmio deponere potes. Præsertim cum certi-
Amos 6. mus, si tēporis beneficio indignatio animi ceciderit; non paruos nobis imminere cruciatus. Quia quod in nobis tempus efficit, id mandata Dei facere nequiuerunt. Vis discere quā magnum bonum sit iniuriarum obliuio, & quomodo sūmopere Deus ea placatur? Eos qui lætantur quoniam iuste ab eo quidam puniti sunt non patitur omnino impune id facere: nam & si iuste illi vexati sunt, sed gaudere te hac de causa non oportet. Vnde Propheta multa criminatus hoc tandem subiunxit dicens. Non-
Amos 6. passi sunt aliquid in contritione Ioseph. Et rursus. Non exiuit ex domicilio suo ad plangendā vnam domum coniunctam ei (nos hæc posteriora verba non habemus in nostra editione) ita quāuis Ioseph, & tribus ex eo, & vicini eius ex Dei sententia punirentur, sed tamen etiam istis condolere nos vult. Quod si lætandum nō
Amos 6. est, sed condolendum his qui a Deo puniuntur; multo magis his condolendum, qui nos offendē runt? Vide etiam, quanta cura legis tempore de hoc habebatur. Viæ, inquit, recordantium mala in mortem, homo homini cōseruat iram,
Eccl. 8. & a Deo quærit sanari? Alia ratio qua vtendū
Eccl. 28. est in iniuriarum remissionem, hæc est. Quod non est possibile virum fortem mali aliquid pati. Liberos eius interimat alius; quid hoc ad eū qui doctus est non lugere dormientes? Pecunias multas surripuit: quid hoc ad eum, qui nihili pecunias ducit? Vituperationem alius ei afferat; quid ad eum, qui florem fœni præsentia cuncta existimat? Si vis & corpus eius cædatur, quid ad eum, qui iam sibi persuasit, quòd quam
2. Cor. 4. uis exterior homo corrumpatur, tamen is, qui interior est, renouatur de die in diem?

ITEM: Vt iniurias quis non remittat dicit, 31
In hom. 81. Valde ille me irritauit. Tunc oportet te philosophari: nam quando non incitantur feras quoque mansuetas esse videmus, quare si tunc solūmodo quiescimus, quando nemo irritat, in quo belluis præstabimus? Illæ tamē iuste plerumq. mouentur concitatæ, & duce natura: tu vero in ferarum incidens morem, vnde tibi excusationem parabis? Cogita quia non est in se, qui vituperat, & non molestē feres contumelias eius: nam & dæmoniaci plerumque nos verberant, nec solum non mouemur, verum etiam eos deflemus: ita igitur tu facito, misereat te contumeliantis. magna enim bellua, ira scilicet, & furore, & pernicioso dæmone detinetur. Huiusmodi enim hæc ægrotatio est, vt non egeat longo ad perdendum hominem tempore. Vellem posse ostēdere qualis quidem sit, qui vituperat, & qualis qui philosophatur, & nudum vtriusq. animum in medium ducere. Videres enim alterum fluctibus exagitari, alterum in trāquillo portu quiescenti nauiculæ similem esse.

ITEM ait. Tales nos erga conseruos ex- 32
Hom. 38. in Ioan. to. 3. hibeamus, qualem erga nos Deum cupimus. Dimitte, inquit, debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Qui cen-

tum denarios non dimisit, non conseruum sed
Matt.6. seipsum læsit, & tot millibus talentorum, quæ sibi dimissa erant, obnoxium reddidit. Tu legem scribis de venia, & pœna, tu fers sententiã, & an Deus tuorum peccatorũ recordetur, tui iuris est, tu Dominus. Alij vigilando, in nuda humo dormiendo, carnem assiduis laboribus macerando delent peccata; tibi faciliori via nemini succensendo ideo consequi datur. Quid contra te ensem, vt insanus, & furens stringis? Quid culpa tua futura gloria fraudaris? quam non consequeris, nisi inimicum diligas?

33 ITEM ait. Si quis tumidi pectoris inueni
Homilia 2. de cruce, & latrone. tur, si quis ad sedandas inimicitias durus est, dierum saltem sanctitate moueatur, verecundia temporis erubescat, & iram suam inimico concedat. Imitare Dominum, qui dum clauis fixus penderet in cruce pro inimicis, qui eum crucifixerunt, habuit cum Patre sermonẽ. Non dicas imitari non possum. Ipse enim facile re-
Matt. 11. putauit, cum dixit. Discite a me, quia mitis sum, &c. Si erat imitari impossibile, nec Paulus diceret, Imitatores mei estote, sicut & ego
1.Cor.11. Christi. Imitare Stephanũ, imitare Paulum. A
2.Cor.11. Iudæis, inquit, ter virgis cæsus sum &c. & post hæc orabat pro fratribus suis, pro cognatis secundum carnem. Moyses dilapidatus a Iudæis,
Exo. 32. sæpeque contemptus, ait. Si dimittis eis peccatum dimitte, sin autem dele me de libro, in quo me scripsisti. Beatus etiam Dauid cum e-
2.Reg. 12 & 24. xercitus suus immanitate quadam fuisset ereptus, & filius eius Absalon contra patrem tyrannidem exercere voluisset: cum postea Deus contra eos fuisset iratus, & Dauid vidisset Angelum vibrantem gladium, & plaga vniuersos deperire, dixit. Ego sum qui peccaui, &c. Isti qui oues sunt, quid meruerunt? fiat obsecro manus tua super me, & super domum patris mei.
1. Reg.8. Idem docet de Samuele, qui peccatum vocauit minus pro inimicis orare.

34 ITEM loquens in expositione parabolæ de
Hom.1. ad Philemonẽ tom.4. cem millium talentorum, quæ Domino Deo debent homines, &c. ait. Si Deo tam multa debemus, dignum est, vt tota animi alacritate his qui nos læserunt peccata donemus. Pellatur ex animo rancor omnis: namque ad impetrandã nostris sceleribus veniam, non pecunias impendere, sed sufficit bonæ voluntatis integritas. Non opus est in longinqua peregrinando transire, nec ad remotissimas ire nationes, non pericula, nec labores tolerare, sed velle tantummodo. Non potes pecunias contemnere? Non potes egenis res tuas distribuere? Non vales remittere in te peccanti? Tu qui tam multa Deo debes, dimittere iuberis, vt plurarecipias, & detrectas? Contristauit te quisquã, & probris, ac iurgijs affecit; cogita quã multa similia tu in alios, atque in ipsum Dominum admiseris, sicque eris ad veniam pronior.

35 ITEM docet, quas patiuntur animi mole-
Hom.30. ad populũ. tom.5. stias, qui volunt vindicari, sic inquiens. Cum sternati sunt. Si vocem audierint concidunt, tremunt, si lecto recumbant, innumeras sibi fingunt pœnas, suspendentes, suumque torquẽtes inimicum. Ad hæc vero, si bene se gerentem viderint, o vltionem. Ergo peccatum ei dimitte, & a tormento temetipsum absolue. Quid manes semper supplicium sustinens, vt illum semel punias, & vlciscaris. Ira enim tamquam tabes quædam, & tinea mentis nostræ radicem corrodit. Quam tuis visceribus feram includis? Satius est viperam in corde tuo latere, quã iram, & rancorẽ. *Infra:* Inuehitur in illos, qui dicunt, non remitto iniuriam, ne homines me vilipendant, ac irrideant, quasi non valentem vlcisci: & inter alia ait. Quod Deo parem facit non vlciscihoc risum existimas? Non propterea digni sumus, qui rideamur, & a nobis metipsis, & a Gentilibus, cum ita Deo contradicimus? Hæc quæ dico risus apud vos esse videntur: Cum enim amplius insania dominetur, modesti deridentur, & inter multos furentes non furens, furere putatur. In locis alijs est frequẽs Chrysost. in re hac, sed hæc, quæ adnotauimus sunt potiora, quæ in alijs etiam homilijs repetit sermone 16. ad Ephesios to.4. & serm.7. homilia 19. ad Hebræos 3.to. hom.3. de laudibus Pauli, hom.83. in Ioannem, & hom.70. hom.50. in eundem to.2. hom.19. ex varijs in Matthæũ, & alijs in locis, quæ omnia omisi, ne palinodiã eandem videar decantare.

36 BASILIVS sic ait. Cogita tecum, quod
Hom.10. ex viginti nouem varijs 1. tomi, in qua differit contra peccatum iræ. ex terra constitutus sis, & in terram rursus resolueris, qui enim talibus rationibus seipsum præoccuparit, omnem ignominiam minorem veritate comperiet: sic enim, & impossibilem efficies inimico vindictam, insauciabilem teipsum conuitijs demonstrans alterius insaniam propriæ Philosophiæ occasionem faciens. Obscurum te dixit, & inglorium, & nihil penitus vlla in re? At ni terram teipsum dicas, & cinerem. Non es præstantior patre nostro Abra-
Gen.18. ham, qui sic seipsum appellauit? Indoctum, ac pauperem, & nullius pretij te dixit? At tu vermem te dicas Dauidis verbis vtens. His adde etiam Moysi bonitatem. hic enim ab Aaron, & Maria conuitijs impetitus, pro ipsis orauit. Cũ tibi conuitiorum tentatio commota fuerit, puta te ipsum probari, vtrum per longanimitatẽ accedas ad Deum, aut per iram decurras ad aduersarium. Da tempus cogitationibus tuis ad bonam partem eligendam, aut enim profueris etiam illi per mansuetudinis exemplũ, aut grauius de ipso vindicaueris per contemptũ. Quid enim tristius inimico accidere potest, quàm quòd videat inimicum suum contumelijs superiorem? Quemadmodum qui verberat non sentiẽtem, seipsum excruciat: nam & de hoste vin-
37 dictam non sumit, & iram nõ sedat. Sic qui opprobria contemnenti conuitiatur, affectionis suæ solatiũ inuenire non potest. Illũ pœnitebit aliquando dictorũ, te vero numquã pœnitebit virtutis. Et quid multis opus est? Illi conuitiũ regnum cælorũ concludit, tibi vero silentiũ, & regnum præparabit. Neq. enim contingunt coronæ citra aduersarios. Audi Dauidem dicentem. Dum consisteret peccator aduersus me; non irritatus sum, neque vindicaui, sed surdus factus sum, & silui a bonis, elegans sententia.

tu

tu exacerbaris quidem ob conuitium tamquã malum, imitaris autem rursus velut bonum: ecce enim facis, quæ ipse reprehendis: malum est contumelia, fuge imitationem, nec iuste excusas te ipsum dicẽs, alterum auspicatum esse. Immo iustius id auget reprehensionem: propte reaq. ille quidem non habuit exemplum, quod ipsum modestiæ commonefaceret. Tu vero videns iratum turpiter se gerentem, non vitasti eius similitudinem: sed indignaris, & ægrefers, & vicissim irasceris, & fit hoc modo affectio tua excusatio eius, qui auspicatus est. Si enim malum est ira, cur non quod prauum est declinasti? Si vero venia dignum, cur irascenti succen-
38 ses? Condemnatur itaque non solum, qui mali auctor est, sed etiam qui malum ducem ad peccatum insecutus est. Si pauperem te dixit, & verum loquitur sustine veritatem. Si mentitur, quid ad te quod dixit? Neque ad laudes veritatem excedentes cristas erigas, neque ad contumelias exaspereris, quæ te non attingunt. Non vides iacula, quomodo ad firma, solidaq́ue, ac renitentia emissa penetrare solent, verum in mollibus & cedentibus impetum exoluere. Tale conuitium esse putes: qui enim ad ipsum renititur in se ipsum suscipit; qui vero concedit, & cedit per morum mansuetudinem, prauitatem quæ in ipsum ferebatur, exoluit. Ostendit iniurias ferendas exemplo Christi, qui omnes in se collatas generoso tulit animo. *Et infra.* Oportet etiam furiosum animi motum sanctorum exemplorum memoria comprimere. Sic
2.Reg.16. magnus Dauid cum a Semei iniurijs afficeretur, dixit. Dimitte ei vt maledicat. Dominus
39 enim præcepit ei, vt malediceret Dauid, indignatusq. est contra Abisai, qui volebat amputare caput eius, vt iniuriam regis vindicaret. Si proximus te vituperat, & tu animo conturbaris, molestiam eam intra te ipsum cohibe exem-
Psal.37. plo illius, qui aiebat. In me turbatum est cor meum, hoc est, affectus & animi perturbationem non foras ostendi: sed velut fluctus quidam intra littora confractus, sedatus est animus meus. Fratri tuo irascceris frustra: quomodo enim non sine causa? cum alio operante alij tu iudigneris, & quod canes facere solent admittas, qui lapides mordent, eum vero qui eos proiecit, non attingunt. Ad homicidam diabolum qui istum impulit, vt te iniurijs lacessiret, impetum transfer, fratri vero condole. Propterea quòd si in peccato permanserit vnà cum diabolo tradetur igni æterno. *Infra:* Si paruus puer te conuitijs impetit, risus occasionem cõuitia facis, & cum aliquis præ phrenitide mẽte motus verba ignominiæ plena loquatur, misera bilem magis ducis quàm odio dignum. Talem crede eum, qui verba in te protulit contumelia & iniurijs plena &c.

40 ITEM exemplis philosophorum gentilium
Homil. 24. eiusdem to. cui titulus est, Ad adolescentes, quomodo ex gentilium libris proficiant. nos hortatur ad ferenda opprobria, diligẽdosq. inimicos, sic inquiens: Conuitia iactabat quidam plebeius homo in Periclem: hic autem nõ animaduertebat, & per totam diem perseverabat, ille quidem opprobrijs immodice diuexans ipsum, hic vero non curans illum. deinde vesperе iam facto, & tenebris obortis cum discederet, cum lumine ipsum Pericles deduxit, ne quid in philosophiæ studio amitteret. Rursus quidam Euclidi Megarensi iratus mortem minatus est, ac iurauit; hic vero contra iurauit se placaturum ipsum ac sedaturum, vt ne quicquã ipsi molestus esset. Percutiebat quidam Socratem in ipsam faciem impetu facto; hic vero nihil renisus est, sed exhibebat se, vt ebriosus ille se ira exsatiaret. intumuit facies eius, & præplagis sanioſa facies facta est. Vbi autem ille a verberibus cessasset, Socrates quidem nihil aliud fecisse dicitur, sed fronti velut statuæ inscripsisse opificem ille faciebat, & intantum sane se de illo vindicasse. Hoc quidem Socratis factum consimile est illi præcepto, quòd percutienti in vnam maxillam etiam alteram exhibere conuenit. Periclis autem, & Euclidis factum simile est illi, quòd percutientis iram leniter tolerare oportet, & illi, quòd inimicis bona optare, & non mala imprecari oportet.

41 ITEM. Animaduerte quanti faciebant san
In libro cui titulus est, Pœnæ cõtra monachos to.2. cti Patres præceptum hoc de inimicorum dilectione. ait enim ibi Basilius. Si quis habet aduersus aliquem offensam, & eam contemnens non reconciliatur ante ministerium; talis excommunicetur: Et infra. Si quis in tempore communionis habens offensam aduersus fratrem pacem ei non porrexerit: sit excommunicatus.

42 ITEM ait. In tempore orationis omnem
In libro cui titulus est, Admonitio ad filiũ spiritualem. tomo 2. malitiam cordis proijce abs te, & remitte si quid habes aduersus proximum tuum. Est enim quoddam genus serpentis, qui cum potatum ad flumen vel fontem pergit, antequam bibat, venenum proijcit, & dimittit. Imitare ergo huius serpentis astutiam, & omne venenum amarissimum proijce ab anima tua, remitte conseruo
Matt. 18. tuo centum denarios, vt tibi decẽ millia talenta remittantur: & qualem Deum habere volueris in te, & tua animatum, talem te exhibe fratri tuo: qua enim mensura metieris, remetietur tibi.

43 BERNARDVS exponens locum Can-
Serm.25.in Cant. to.1. ticorum. Nigra sum, sed formosa filiæ Hierusalem, sic ait. Ex his verbis patet, quòd detra-
Cant. 1. herent ei nigredinem improperãtes. sed aduerte sponsæ benignitatem, non modo enim non reddit maledictum pro maledicto, sed insuper benedixit, filias Hierusalem vocans, quæ magis pro sua nequitia filiæ Babylonis, vel filiæ Baal, aut si quod aliud nomẽ improperij occurrisset, appellari meruerant. Sane didicerat a Prophe-
Isai. 42. ta, immo ab ipsa vnctione, quæ docet suauitatẽ, Calamum quassatum non conterendũ, & linum
Psal.119. fumigans non extinguendum. Cum his qui oderunt pacem studuit esse pacifica, sciens se etiam insipientibus debitricem. Maluit ergo ipsas fauorabili demulcere vocabulo: quia curæ fuit ei infirmarum potius operam dare saluti, quàm propriæ vltioni. Paranda enim est aduersus phrenesim animæ non vindicta, sed medicina. Scriptum est enim lingua placabilis lignum vi-
Prou.15. tæ &c. & insuper. lingua mollis confringet du-
Cap.25. ritiam.

AV-

44 AVGVSTINVS respondet gentibus dicentibus quòd Christi prædicatio atque doctrina reipublicæ moribus nulla ex parte conueniat, cuius hoc constat esse præceptum, vt nulli malum pro malo reddamus, & percutienti aliã præbeamus maxillam: & pallium dare ei qui tunicam auferre perstiterit, quæ omnia reipublicæ Romanæ moribus videntur contraria. Ad hæc ait. Quomodo Cæsari administratori vtique reipublicæ mores eius extollens Cicero docebat, quòd nihil obliuisci soleret, nisi iniurias? Istud est nõ reddere malum pro malo, abhorrere ab vlciscendi libidine. Quid est respublica nisi res populi, & ciuitatis? Quid est autem ciuitas, nisi multitudo hominum in quoddam vinculum redacta concordiæ? Nihil ergo vtilius est ciuitati, quàm concordia. Cauendum nunc est ne vindicandi cupiditate amittatur (vt nihil aliud dicam) ipsa patientia, quæ pluris est habenda, quàm omne quod potest etiam inuito inimicus auferre. Paratus itaque esse debet homo iustus patienter eorum malitiam sustinere, quos fieri bonos quærit, vt numerus potius crescat bonorum; non vt pari malitia se quoque numero addat malorum.

Epist. 5. quæ est ad Marcellinũ to. 2.
Rom. 12.
1. Pet. 3.
Matt. 5.

45 ITEM vt ostendat in hoc libro ea, quæ in veteri pagina tradita sunt, nullatenus esse contraria his, quæ in Euangelio Christus Dominus docuit, vt Manichæi hæretici calumniabantur, conciliat varia vtriusque testamenti loca, inter quæ vnus est id, quòd in Exodo Deus docuit, Oculum pro oculo, dentem pro dente, & cetera talia, vbi Dominus vindictã iustam declarauit. Matthæi autem quasi ista damnans ait. Audistis quia dictum est antiquis, Oculũ pro oculo, dentem pro dente; ego autem dico vobis non resistere malo &c. In quibus duabus sententijs reuera duorum testamentorum differentia demonstratur, sed amborum tamen ab vno Deo constitutorum. Nam quoniam primo carnales homines ardebant, multo amplius se vindicare, quàm erat illa iniuria, de qua querebantur, constitutus est eis primus lenitatis gradus; vt iniuriæ acceptæ mensuram nullo modo dolor vindicantis excederet. Sic enim & donare aliquando posset iniuriam qui eam primo non superare didicisset. At Dominus iam per Euangelium ad summam pacem populum deducens huic gradui superædificauit alterũ; vt qui iam audierat nõ ampliorem vindictam, quàm quisque læsus esset reddere, placata mente totum se donare gauderet. Quod etiam in illis veteribus libris Propheta prædicat, dicẽs: Domine Deus meus si feci istud, si est iniquitas in manibus meis, si reddidi retribuentibus mihi mala &c. Et alius Propheta dicit de viro leniſſime iniurias tolerante. Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobrijs, ex quo intelligitur & mensuram vindicandi recte carnalibus constitutam & omnimodam iniuriæ remissionẽ non tantum in nouo testamento esse præceptam, sed longe ante in veteri prænuntiatam. Et infra, vt respondeat Adimanto Manichæo dicenti, repugnantiam veteris instrumenti ad nouum, cum in illo Dominus dicat. Præcedet te angelus meus, & adducet te ad Amorrhæum &c. & occidetis illos &c. Euersione euertite illos, & delete eorum memoriã, in nouo autem testamento Christus Dominus præcepit: Diligite inimicos vestros. His respondens ait: Intelligunt Manichæi sine odio esse posse vindictam, quam nõdum Apostoli animo ceperant, quãdo irati eis a quibus non recipiebantur hospitio, quæsierũt de Domino, vtrum vellet eos petere ignem de cælo: tunc respondit eis Dominus dicens eos nescire cuius spiritus filij essent; quoniam illi animo inimico perdere cupiebant eos, quos volebant igne consumi. Postea vero cum impleti essent Spiritu sancto, & perfecti facti essent, qui iam possent etiam inimicos diligere: acceperant potestatem vindicandi, qui iam sine odio poterant vindicare. Qua potestate Petrus in gestis Apostolorum vsus est contra Ananiam, & Saphiram. Hoc perfectorum est, vt non oderint in peccatoribus, nisi peccata: ipsos autem homines diligant, & cum vindicant, non vindicẽt acerbitate sæuitiæ, sed moderatione iustitiæ; ne ipsa relaxatio peccati plus noceat peccatori quàm pœna vindictæ. Neque tamen hoc fecerunt iusti homines nisi auctoritate diuina, ne arbitrarentur passim sibi esse permissum iudicio persequi, aut pœnis quibuslibet affligere. Dauid accepit in potestatem inimicum regem Saul, vt ei faceret quicquid vellet, & eligit potius parcere quàm occidere: non enim erat iustus occidere, sed neque prohibitus. Immo etiam diuinitus audierat se impune facere quicquid vellet inimico, & tamen tantam potestatem ad mansuetudinem conuertit. Vbi ergo nec difficultas fuit occidendi, nec timor, dilectio profecit inimicorũ implens Dauid præceptum de dilectione inimicorũ. Dedit Deus Dauid potestatem occidendi inimicum: quia nouerat voluntatem serui sui, & vt ceteris etiam hominibus ad imitandum innotesceret ea, quæ in corde Dauid iam nota erat inimici dilectio. Dedit in potestatem inimicum, quem nondum volebat occidi.

Lib. contra Adimãtum Manichæi discipulum tom. 6.
Exo. 21.
Matt. 5.
Matt. 5.
Luc. 9.
47
Act. 5.
1. Reg. 24

48 ITEM in expositione illius versiculi, Domine Deus meus si feci istud, si reddidi retribuentibus mihi mala, sic habet. Hoc dicere non potest, nisi perfectus. Ait enim Dominus, Estote perfecti, sicut pater vester cælestis perfectus est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos &c. Qui ergo non reddit retribuentibus mihi mala, sed retribuentibus: qui enim retribuit, iam aliquid acceperat. Maioris autem virtutis est, nec ei mala rependere, qui acceptis beneficijs reddit mala pro bonis, quàm si nullo ante accepto beneficio nocere voluisset. Decidam merito ab inimicis meis inanis. Inaniter enim se iactabat, qui cum & ipse homo sit, cupit se de homine vindicare: & cum superare hominẽ palam quærit, occulte a diabolo superatur. Inanis affectus, vana & superba lætitia, quòd quasi vinci non potuit. Ne ergo reddat retribuentibus mala, iram potius quàm hominem vincit illis litteris eruditus, vbi dicitur. Melior est, qui dominatur animo suo expugnatore vrbium. Qui huiusmodi est audet dicere: Iudica me

Enarratione in Psal. 7. tom. 8.
Psal. 7.
Matt. 5.
Ibidem.
Psal. 7.
Prou. 16.
Psal. 6.

me Domine secundum iustitiam meã, & secundum innocentiam meam super me. In superiori psalmo infirmus deprecabatur, misericordiam potius implorans Dei quàm commemorans vllum meritum suum, dicens. Saluum me fac Domine propter misericordiam tuam, ideſt nõ propter meritum meum: nunc autem audet dicere. Iudica me secundum iustitiam meam, & secundum innocentiam meam. Ista est vera innocentia, quæ nec inimico nocet. Itaque bene se iudicare postulat secundũ innocentiam meã, qui vere dicere potuit. Si reddidi retribuentibus mihi mala.

Psal. 6.

49 IDEM in expositione illius versus. Contristatus sum in exercitatione mea, & conturbatus sum a voce inimici & a tribulatione peccatoris, ait. Inimici, qui nos odio habent, illi sunt, qui nos exercent in bono, contra quos inimicitias gerere non debemus. Ideo enim dixit Apostolus, Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, ideſt aduersus homines quos videtis; sed aduersus principes & potestates &c. Imitare Dei bonitatem, qui facit solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Tu qui nec solem potes oriri facere, nec super terras pluere, vnum aliquid seruare amico non potes, vt sit tibi pax in terra homini bonæ voluntatis? Audi Dauid dicentem, Contristatus sum in exercitatione mea, & conturbatus sum, cum extendit dilectionem, vt diluat inimicos affectus est tædio, multorum inimicitijs, multorum rabie circumlatratus, & quadam humana infirmitate succubuit, vidit se iam incipere penetrari mala persuasione diaboli, vt odium inducat aduersum inimicos reluctans odio, vt perficeret ipsam dilectionem in ipsa pugna & lucta turbatus est. Eius enim vox est in alio Psalmo, Turbatus est præ ira oculus meus, inueteraui in omnibus inimicis meis, velut in tempestate, & fluctibus mergi cœperat, sicut Petrus. Ille enim calcat fluctus huius sæculi, qui diligit inimicos. Christus in mari ambulabat intrepidus, cuius omnino de corde auferri non poterat inimici dilectio qui pendens in cruce aiebat, Pater ignosce illis. At Petrus cum videret ventum validum timuit, & mergi iam cœperat conturbatus in exercitatione sua. A quo vento valido? a voce inimici, & a tribulatione peccatoris; ideo præmisit, Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam. Intende mihi, & exaudi me. Quare? Quid enim pateris? Quid gemis? Contristatus sum in exercitatione mea, exerceri me quidem inter malos posuisti, sed nimis exsurrexerunt supra vires meas, contristatus sum in exercitatione mea, &c. Vndiq. illi strepitus insultationis sæuiebant; at ille intus inuocabat Dominum. Cum aliquid tale patitur Christianus, nõ debet facile velut odio ire ineum, a quo patitur, & velle ventum vincere; sed conuertere se ad orationem ne amittat dilectionem. Neque enim timendum est quid faciat inimicus. Quid enim facturus est? multa mala dicturus? Opprobria iaculaturus? In conuitijs sæuiturus? Sed quid tibi? Gaudete (inquit) & exultate:

In expositione Psalmi 54. to. 8.
Psal. 54.
Ephes. 6.
Matt. 5.
Luc. 2.
Psal. 54.
Luc. 6.
Matt. 14.
Luc. 23.
Psal. 54.
Matt. 5.

50 ecce enim merces vestra magna est in cælis. Ille in terra geminat conuitia, tu in cælo lucra. Quid est ergo timendum, quando pateris inimicum? Ne conturbetur in te dilectio, qua diligis inimicum. Duos inimicos constitue tibi ante oculos, vnum apertum, qui vult a te auferre diuitias, honorem &c. in quo a te vincitur; alterum occultum diabolum, qui conatur auferre id, in quo a te vincitur inimici, scilicet dilectionem. Sæuiat homo quantum potest, auferat quicquid potest, si diligitur aperte sæuiens victus est occulte sæuiens. Cor meum conturbatum est in me (vel contristatum vt Augustinus legit) & formido mortis cecidit super me. Cor meum conturbatum est in me, quando turbatus est præ ira oculus meus; & si oculus turbatus est quid sequitur? Formido mortis cecidit super me. Vita nostra dilectio est, ergo mors odium est. Cum cœperit homo timere, ne oderit, quem diligebat, mortem timet: qua occiditur anima, ille sæuiendo corpus alienum occidit, tu odium habendo animam tuam occidisti. Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ: quia qui odit fratrem suum in tenebris est vsque adhuc, & in hac infirmitate positus & exercitatione contristatus ait. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam. Si desunt pennæ, dentur, si ligatæ sunt, soluantur, pennasq. postulat non corui, sed columbæ. Columba enim pro signo dilectionis ponitur. Quid ergo dicit iste dilector? Conuitia hominum ferre non possum, stridٍent, rabie feruntur, stridẽt iracundia, prodesse illis non possum, vtinam requiescam alicubi ab eis separatus corpore (non amore) ne in me conturbetur ipsa dilectio, verbis meis & collocutione mea prodesse non possum, orando pro eis forsitan prodero.

Psal. 54.
Ibidem.
1. Ioan. 2.
Psal. 54.

51

52 IDEM de inimicorum dilectione exponit versiculum illum. Verumtamen pretium meũ (honorem meum vertit Augustinus) cogitauerunt repellere. Illi (ait) retribuebant mala pro bonis, illi interficiebant, illi repellebant; ego eos sitiebam. Illi honorem meum cogitauerũt repellere; ego eos in corpus meum sitiebam traijcere: bibendo enim humorem foris positum in mẽbra mittimus, & in corpus ducimus nostrum. Sicut Moyses vitulum aureum comminuit, & bibendum populo Israel dedit. Vitulus ille impij homines sunt, qui nos oderunt, & persequuntur. Hos in corpus nostrũ trãsmittere debemus, eos diligendo &c.

In expositione Psalmi 61.
Psal. 34.
Exo. 32.

53 IDEM exponens locum Apostoli, qui dicit se in ipso scilicet Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare, ait. Sicut Christi Domini via ab exordio vitæ vsque ad crucẽ, fuit inimicis benefacere, ipsosq. opere & veritate diligere quousque iam moribũdus clamauit, Pater ignosce illis &c. Sic si tu didiceris orare pro inimicis tuis, ambulas viam Domini. Ideo subdit, Qui dicit se esse in lumine, & fratrem suum odit, in tenebris est.

In tract. 1. super primam canonicã Ioann. tomo 9.
Lucæ 23.
Ioan. 1.

54 IDEM ait. Insidiatur contra te potens, acuit nouaculam, vnde capillos radat, non vnde caput incidat. Hoc est enim quod regius vates dicit

Serm. 6. de verbis Domini in Matthæ. to. 9.

Psal.51. dicit in Psalmo, Sicut nouacula acuta fecisti dolum. Quare dolum potentis malæ nouaculæ cõparauit? Quia non admittitur nisi ad superflua nostra, sicut capilli in corpore nostro tamquam superflui videntur,& sine detrimento carnis raduntur. Sic quicquid potest tibi facere inimicus, quãtumuis sit potens inter superflua tua numera. Numquid tollit diuitias tuas? Minime: diuitiæ enim tuæ in corde tuo sunt, superflua tua potuit tollere,damno potuit afficere. Permissus & vsque ad lædendum corpus, etiam ista vita cogitantibus aliam vitam,inter *Luc.21.* superflua deputanda est. Et attende quòd capillus de capite tuo non peribit: omnes enim *Matt.10.* capilli tui numerati sunt. Quia etiam minima nostra non contemnit Deus; quid ergo timemus homines? &c.

55 IDEM ait. Primum medicamentum est Serm. 68. de tempore agens de inimicorũ dilectione, tomo 10. animæ ægrotanti plena & perfecta dilectio,per quam possit non solum amicos, sed etiam inimicos diligere. Ad id in primis considerandum est quanta in beato Iacob fuerit charitas, vt odientem se fratrem suum maluerit in longinquis regionibus fugere,quàm vicem odij repensare, & reuersus multis muneribus, vt eum sibi placatum faceret,honorauit. Beatus etiam Ioseph, impijs & inimicis fratribus suis, non odij amaritudinem, sed charitatis dulcedinem repensauit. Osculabatur enim singulos, & per singulos flebat,quibus non solũ nihil mali repẽdit,sed omnia bona retribuit & tam viuo quàm mortuo patre germano semper amore dilexit. Beatus quoque Moyses, cum frequenter eum populus rebellis non solum contemnere, sed etiam lapidare vellet, diuinæ charitatis memor,ita pro illis Domino supplicabat,vt clama- *Exo.32.* ret, Si non dimiseris peccatum populi tui,dele me de libro,quem scripsisti. In ipso enim vete- *Leu.19.* ri testamento legimus scriptum, Non oderis fratrem tuum in corde tuo &c. Non quæras vl- *Exo.23.* tionem,nec memor eris iniuriæ ciuium tuorũ. Et iterum, Si videris asinum inimici tui iacentem sub onere non pertransibis, sed subleuabis

56 cum eo. Quo loco diligenter vnusquisque consideret,quòd si asinum inimici non licet in luto dimitti: quanto magis homo ad imaginem Dei factus non debet odio haberi, nec negligi? Beatus quoque Iob ita perfectam charitatem etiã *Iob 31.* cum inimicis fideliter retinebat,vt gaudens, & libera conscientia ad Deum diceret. Si gauisus sum ad ruinã inimici mei,& gauisus sum in eo, quòd inuenisset eum malum,vel si in corde meo dixi,bene. Dauid licet virtutibus multis fuerit exornatus; nulla tamen eum actio familiarius Deo coniunxit quàm dilectio inimicorum. Cui cum inimicus in faciem malediceret,maluit ta- *2.Reg.16* mẽ parcere,& Dei iudicio reseruare quàm suæ iracundiæ satisfacere. Et in tantum non fuit falsa aut simulata eius dilectio, vt ipsos etiam ad- *2.Reg.1.* uersarios suos fleret,& in illis qui eos occidere præsumpserant, vindicaret. Ideo securus in *Psal.7.* Psalmo dicebat, Si reddidi retribuentibus mihi mala; decidam merito ab inimicis meis inanis &c. Vnde considerandum est, qua fronte vel qua cõscientia versiculum istum ex ore suo proferre poterit, qui inimicis suis mala pro malis retribuit. Per Salomonem etiam Spiri- *Prou.24.* tus Sanctus clamat,& dicit. Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas: ne forte videat Deus, & displiceat illi,& auertat iracundiam suam ab eo. Et vtique, cum ab illo auerterit, ad illum dirigat,qui de inimici ruina gaudebat,secundũ illud. Qui in ruina lætatur alterius non erit im- *Prou.17. Eccli.28.* punitus. Item ibi, Homo homini seruat iram, & a Deo quærit medelam? Et in hominem simi 57 lem sibi non habet misericordiã. &c. Ipse cum *Leu.19. Matt.5.* caro sit, reseruat iram, & propitiationem petit a Deo? Quis exorabit pro delictis illius? Locus autem Leuitici: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum duplicem habet sensum. Primus est, Dilige omnem hominem proximum tuum,& odio habe diabolum inimicum tuum. Vel aliter,Dilige in proximo carnem & animam,quam Deus creauit,& odio habe malitiam, quam ipso consentiente diabolus intromisit,quod cum sancto & pio animo feceris, vices cælestis medici agis, odio habens morbum, & diligens ægrotum. Et etiam per Salomonem dicitur, Si inimicus tuus esurierit, *Prou.25.* ciba illum &c.hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius, idest. Cum inimico tuo pio animo frequenter benefeceris, quamlibet sit impius,crudelis,barbarus,& cruentus: tamen tandem aliquando erubescet,& dolet,& pœnitere incipit,quod admisit.Et caput ipsius, hoc est sensus rationis,incipit charitatis ignescendi.Et qui prius quasi frigidus,& phreneticus contra te consueuerat iracundiam retinere, spiritali calore de tua bonitate succensus incipit toto corde diligere. Illud etiam fratres cum grandi tremore considerate, quòd in Psal- *Psal.147.* mo terribiliter Spiritus Sanctus dixit: Lauda 58 Hierusalem Dominum, lauda Deum tuũ Sion, qui posuit fines tuos pacẽ, ergo vt videtis Hierusalem illa cælestis muros de pace constructos habet. Qui enim talem pacem, & talem charitatem habet,vt omnes homines diligat,amicos & inimicos, qua parte voluerit intrare, illius cælestis Hierusalem portas apertas merebitur inuenire. Qui autem non vult habere talem charitatem ex omni parte portas clausas inueniet. Et quia oleum charitatis habere noluit, clausis ianuis spõsi, cum illis fatuis virginibus illam metuendam audiet vocem, Amen dico *Matt.25.* vobis,nescio vos vnde sitis. Vnde nimis dolen- *Rom.8.* dum est quòd cum Sancti ab hac charitate, nec tormentis, nec varijs persecutionibus possent separari; nos interdum ociosis fabulis separamur, & nonnumquam ob paruissimum conuitium,& cuiuscunque miseri hominis detractionem,ita derelinquimus charitatem, vt non solum cum eo multis diebus, sed etiam mensibus fortassis,& annis nec loqui,nec ad conuiuium peruenire velimus. Et non attendimus,quia dum nos inuicem odio habemus, ita muros ciuitatis Hierusalem contra nos claudimus: vt nullus nobis aditus remaneat, per quem intra- *1.Ioan.4.* re possimus. Et quia ciuitas illa Deum habet, qui charitas est, qua fronte accedere audebit, qui inimicos non diligit? sine charitate absque qua

qua nemo videbit Deum, qua conscientia quis diuinam pietatem implorabit?

59 IDEM: Christus Dominus sic te docuit Serm. 170. de tempore agens de dilectione inimicorum, eod.tomo. orare: Dimitte nobis debita nostra,sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Dicit enim tibi Deus. Quid mihi das,vt ego dimittam tibi peccata tua,quale munus offers? Quale sacrifi- *Matt.6.* cium conscientiæ tuæ imponis altaribus meis? Continuo docuit te quid petas,& quid offeras. Petis dimitte nobis debita nostra, & offers, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Debitor es ei qui falli non potest, dicit tibi Deus, Tu debitor meus es, inimicus debitor tuus est, hoc facio ego tibi debitori meo, quod tu facis debitori tuo. Inde offers mihi munus,vnde peperceris debitori tuo. Si debitor es gratulare te habere debitorem, in quo facias quod fiat in te. Si qui te læsit,petit a te veniam,& ignoscis; iam potes securus dicere, Dimitte nobis debita nostra &c. Si autem clauseris contra pulsantem,clausum inuenies cum pulsaueris. Attende magistrum tuum non in cathedra sedentem, sed in ligno pendentem circumspectis vndique turbis inimicorum dicentem. Pater ignosce il- *Luc.23.* lis &c. Non deseruit medicus officium suum: quia ægrotus sæuiebat, phreneticusq. insaniebat. Ecõtra & tu forsitan dicturus es,Et quãdo

60 ego hoc possum quod Dominus potuit? Quare hoc dicis? Attende vbi hoc facit; in cruce non in cælo. Semper enim Deus in cælo cum patre, in cruce autem pro te homo, vbi se imitandum præbuit omnibus. Sed si non potes imitari Do- *Act.7.* minum tuum cum penderet in cruce: Stephanum seruum eius,cum lapidaretur,attende,qui genu flexo, postquam præmiserat Domine Iesu accipe spiritum meum, ait, Domine ne statuas illis hoc peccatum, & cum hoc dixisset, obdormiuit in requie dilectionis,pacem pinguissimã inuenit: quia pacem inimicis optauit. Vide quomodo pro se stans orauit, & pro illis genu flexit. Pro se stans tamquam iustus facile exaudiebatur: nam pro iniquis genu figendum erat. Et cum hoc dixisset, obdormiuit in Domino. Felix somnus, & requies vera. Ecce quid est requiescere,pro inimicis orare. Hæc vltima sententia habetur in eod.tom.serm.2.in festo B. Stephani protomartyris.

61 AMBROSIVS super illud. Diligite ini- Lib.5.in Lucam tom.5. micos vestros &c. sic ait. Si enim commune est omnibus etiam peccatoribus redamare,cui genus professionis excelsius, studium quoque debet esse virtutis vberius, vt diligant etiam non amantes.Nam & si nulla merita diligendi vsum amoris excludant; non tamen virtutis excluserint; sicut enim in eo qui te diligit, pudet gratiã non referre,& gratiæ amore referẽdæ amor eius tibi inolescit, quem antea non amabas; ita etiam in eo, qui non amat debes amare virtutem,vt dum virtutem amas, incipias eum amare, quem non amabas, cum rara & caduca remuneratio sit amantis, sempiterna virtutis.

Amor proximi vix reperitur inter homines, idque acriter punit Deus. Cap. XIII.

1 HIERONYMVS: Vt ostendat Lib.4. c.7. Isaiæ to.4. Propheta vix reperiri inter proximos dilectionem, quantumuis illi sint sanguine iuncti, ait. Vir fratri suo non parcet &c. vnusquisque carnem brachij sui vorabit, Manasses Ephraim,& Ephraim Manassen, simul ipsi contra Iudam. Hi duo fratres erant filij Patriarchæ Ioseph; & tamen velut bestiæ cruentæ quilibet illorum carnem brachij sui vorare nitebatur. In his omnibus non est auersus furor eius, sed *Isa 9.* adhuc manus eius extenta: quia quãto illi proficiunt ad peccandum vnus contra alterum,tanto Deus manus suas extendit ad pœnas.

2 IDEM exponens illa verba quæ Propheta Lib.11. in expositione c.39.Isaiæ. eod.tomo. sanctus dixit Ezechiæ regi quando ostendit Babylonijs thesauros domus suæ. Audi verbum *Isa.39.* Domini, Ecce dies venient, & auferentur omnia, quæ in domo tua sunt,quæ thesaurizauerũt patres tui vsque ad diem hanc &c. Et de filijs tuis qui egredientur ex te, quos genueris, tollent, & erunt eunuchi in palatio regis Babylonis. Et dixit Ezechias ad Isaiam. Bonum ver- *Ibidem.* bum Domini quod locutus est. Et ait, Fiat tantum pax, & veritas in diebus meis. In quibus verbis,ait Hieronymus, quòd Ezechias rex ab Hebræis reprehenditur,cur non sit imitatus bonitatem Moysi, qui locutus ad Dominum est, Aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, *Exo.32.* dele me de libro tuo. Vnde & Apostolus Pau- *Rom.9.* lus anathema voluit esse a Christo pro fratribus suis, qui sunt Israelitæ: & propterea Ezechiam Dei sermonibus non probatum, qui solum proprium bonum diligens dixit, Fiat tantum pax, & veritas in diebus meis; mala successu temporis ventura non curauit, nec Dominum minitantem populum deprecatus est.

3 IDEM explicat locum Hieremiæ. Vnus- Lib.2. in c. 9. Hierem. quisque se a proximo suo custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam. Quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet,& vir fratrem suum deridebit,& veritatem non loquetur. Hoc loco (ait) vtendum est in tempore angustiæ,quando aut nulla,aut rara fides est, quãdo nec fratri, nec proximo credendum est, & inimici hominis domestici eius. Quando dicente Domino tradet pater filium & filius patrem,& diuiden- *Mich.7.* tur duo in tres, & tres in duo, & vt Dominus *Matt.10.* ostendat se acriter vulneraturum tam ingentia mala ait: Numquid super his non visitabo, dicit Dominus, aut in gente huiusce modi non vlciscetur anima mea? Super montes assumam fletum & lamentum, & super speciosa deserti planctum, quoniam incensa sunt, eo quòd non sit vir pertransiens. A volucre cæli vsque ad pecora migrauerunt,idest, Principes & plebeij in omnes diuina vltio debacchabitur. Et dabo *Hiere.9.* Hierusalem in aceruos arenæ, vt ciuitas hæc in

solitu-

solitudinem redigatur &c. Quia ascendit mors per fenestras nostras, ingressa est domos nostras, ideſt, Tanta erit velocitas & fortitudo Babyloniorum in præliando, vt non expectent reserare fores; sed per fenestras & tecta conscendant, vt domos vastent Hierusalem, &c. Et
Hiere. 9. cadet morticinum hominis quasi stercus super faciem regionis, & quasi fœnum post tergum metentis, & non est qui colligat. Per quæ ostendere vult tantam in Hierusalem, & circa vrbem cædem futuram, vt nullus sit, qui sepeliat, corruentes. Ecce quàm atrox vindicta, & flagellum aduersus populum Israel describitur eo tempore, in quo amor proximorum inter ipsos non inueniebatur.

4 IDEM explicans locum Prophetæ. Et factus est Ephraim quasi columba seducta, ait.
Lib. 2. in c. 7. Oseæ to. 5. Quæritur cur Ephraim non alijs auibus, sed
Oseæ 7. columbæ comparatus sit? Aues ceteræ pullos suos etiam cum periculo vitæ suæ protegere festinant, & cum ad nidum suum accipitrem, colubrum, coruum accedere viderint, huc illucq. volitant, & immittunt se morsu, & vnguibus lacerant, & dolorem parentis querula voce testantur. Sola columba ablatos pullos non dolet, non requirit. Et ideo recte comparatur Ephraim, quòd vastatum per partes populum non sentiat, sed negligens sit salutis suæ. Et vt
Ibidem. id amplius explicet, ait infra: Facti sunt quasi arcus dolosus (vel arcus intentus, vt 70. interpretes verterunt) parati semper ad pugnam, & contentiones; & quia hæc mala impunita nõ
Ibidem. sinit Deus, subdit Propheta. Cadent in gladio principes eorum a furore linguæ suæ. Ista subsannatio eorum in terra Ægypti: quia talis erat eorum vita, postquam ad Deum conuersi sunt, sicut quando in Ægypto sæculi morabantur.

5 IDEM explicans locum Abdiæ Prophetæ.
Eodem to. mo. 6. Et non lætaberis super filios Iuda in die perditionis eorum, & non magnificabis os tuum in die angustiæ, neque ingredieris portam populi mei in die ruinæ eorum, neque despicies & tu in malis eius in die vastitatis illius. Et non emitteris aduersus exercitum eius in die vastitatis illius, ait. Quando captiuum videris diuersis persecutionibus fratrem tuum, & abduci vinctum: nequaquam lætaberis, quia & tu similia patieris. Quoniam iuxta est dies Domini super omnes gentes, Sicut fecisti, fiet tibi. Retributionem tuam conuertet in caput tuum. Quomodo enim bibisti super montem sanctum meum, bibent omnes gentes iugiter, & bibent, & absorbebunt, & erunt quasi non sint, quasi dicat, Quia lætati estis in ruina seruorum meorũ; eadem persecutio contra vos quoque veniet, & patiemini quæcunque fecistis. Et sicut lætati estis aduersus populum meum cum gentibus reliquis: ita omnes gentes lætabũtur contra vos, & deuorabunt, & bibent, & persecutione simili conterent. Sicut fecisti, fiet tibi. Hic est sen-
Psal. 136. sus, quem in Psalmo legimus. Filia Babylonis misera, beatus qui retribuet tibi retributionẽ tuam, quam retribuisti mihi, quando in captiuitate Hierusalem clamabas, Exinanite, exinanite vsque ad fundamentum in ea. Beatus qui
Ibidem. tenebit, & allidet, & conteret paruulos tuos ad petram. Et sicut super montem sanctum meum Sion bibisti cum Babylonijs, atque lætatus es: sic omnes gentes, quas tecum habebat Babylonius in præsidio, conuersæ contra te bibent, & lætabũtur. Et ipsæ gentes cum te absorbuerint, absorbebuntur a Medis, & hoc circulo vindicta procedet, vt tu Israelem, te Babylonius, Babylonium Medus, ac Persa consumat, quasi dicat. In quocumque repertum fuerit odium contra proximum, Iudæus ille sit, aut Israelita, Babylonius aut Medus, impunitum Dominus non relinquet.

6 IDEM est elegans testimonium, vt probes quàm rarus sit in mundo amor proximi. Dixe-
Lib. 2. in c. 7. Michæ eod. tomo. rat enim Propheta nomine Domini. Væ mihi
Mich. 7. quia factus sum, sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ. Non est botrus ad comedendum. Præcoquas ficus desiderauit anima mea, ideſt, saltim immaturas ficus optabam, & non inueniens panem præ famis magnitudine, quisquilias & furfures requisiui. Perijt sanctus de terra, & rectus in hominibus non est. Vbique insidiæ, vbique fraudulentiæ, innoxius sanguis effunditur, omnes in sanguine insidiantur. Vir fratrem suum venatur in mortem, ideſt, præ auaritia & libidine germanitas ignoratur. Qui enim optimus inter eos est, quasi paliurus pungens & retinens, vulnerans appropinquantem sibi, & qui rectus fuerit inuentus, quasi spina de sepe, vt ibi inueniatur dolor, vbi putabatur
Ibidem. auxilium. Nolite credere amico, & nolite confidere in duce: quia si inter chara nomina, & consanguinitatis affectum, rara est fides: quan-
Ibid. to magis in his fidendum est, qui suæ tantum consulunt, aut vtilitati, aut voluntati. Ab ea quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris
Iudic. 16. tui, ne patiaris, quod Samson a Dalila perpessus est. Quia filius contumeliam facit patri,
2. Reg. 16. Absalom videlicet Dauid non solum regnum, sed & concubinas patris incesto coitu maculauit. Et filia consurgit aduersus matrem suam;
7 cuius rei cum interim de scripturis sanctis testimonium non reperiamus: tanta exempla sunt quotidianæ vitæ, vt magis lugere, quòd tanta sint, quam quærere debeamus. Nurus aduersus socrum suam: vt vxor Esau consurrexit con
Gen. 26. tra Rebeccam. Inimici hominis domestici eius. Sententia hæc Prophetæ non contra omnes amicos, nec contra omne tempus prolata
2. Tim. 3. est: sed de eo super quo Apostolus ait. In nouissimis diebus aduenient tempora periculosa, erunt enim homines se ipsos amantes, cupidi, fastidiosi (elati legimus in nostra vulgata editione) superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, pactum non custodiẽtes &c. immites, sine benignitate, proterui, proditores &c. Tunc enim tradet fra
Matt. 10. ter fratrem, & pater filium, & mater filiam, & inimici hominis domestici eius. Sed & nunc rara fides est, cum aliud in labijs, aliud in corde versatur. Venenum animi linguæ mella tegunt. Amici diuitum multi, a pauperibus autem etiam qui videntur esse, discedunt. Legi in cuiusdam controuersia, Amicus diu quæritur,

tur, vix inuenitur, difficile seruatur. Scripsit Theophrastus tria de amicitia volumina omni eam præferens amori, & tamen raram in rebus humanis esse contestatus est. Est & Ciceronis de amicitia liber, quem Lælij inscripsit, vbi ait. Amicitia pares aut accipit, aut facit vbi inæqualitas est, & vbi alterius eminentia alterius subiectio, ibi non tam amicitia quàm adulatio est. Vnde & alibi legimus, Sit amicus eadem anima. Et Lyricus pro amico precans, Serues (inquit) animæ dimidium meæ. Nolite ergo credere in amicis, ideſt, his hominibus, qui de amicitijs sectantur lucra. Delicata est amicitia, quæ amicorum felicitates & diuitias sequitur, isti seipsos tantum diligunt. Nolite cre
Mich. 7. dere amico, & nolite confidere in duce. Ab ea, quæ dormit in sinu tuo, claude claustra oris tui: quia filius contumeliam facit patri, & filia consurgit aduersus matrem suam, & nurus aduersus socrum suam, & inimici hominis domestici eius. Iste est sensus huius loci, nolite credere amicis, ducibus, & vxoribus, quæ mutari possunt, & esse pro tempore, cum filius quoque & filia obliti educationis & infantiæ aduersum auctores vitæ suæ, corporumq. consurgant, & illis faciant contumeliam, quos vultu quoque lædere scelus est. Talis erit hominum status,
Ibidem. cum finis sæculi sit prope. Et quia hæc mala non remanent impunita; subdit infra. Et erit terra in desolationem propter habitatores suos, & propter fructum cogitationum eorum, pasce populum tuum in virga tua, percutiens scilicet eos: quia fide erga proximos caruerunt &c.

9 IDEM exponens locum Apostoli per cha-
Libro 3. in cap. 5. Pauli ad Galatas to. 9. ritatem seruite inuicem. Omnis enim lex in
Gal. 5. vno sermone impletur. Diliges proximum tuum sicut teipsum, sic habet. Charitas rara possessio est. Quis vult anathema esse a Christo pro fratribus suis? Quis cum lugentibus lugens, cum gaudentibus gaudens alieno vulnere vulneratur? Quis fratris morte perimitur? Omnes nos amatores magis nostri sumus quàm Dei. At si sedens loquor contra fratrem meum, & contra filium matris meæ pono scandalum, quando aliena torqueor felicitate, & alterius bonum, meum malum facio: tunc in me imple-
Ibidem. tur quod sequitur. Quòd si inuicem mordetis, & comeditis: videte ne ab inuicem consumamini, morem imitantes ferarum.

10 CHRYSOSTOMVS: Postquam in ho-
Homil. 2. in epi. ad Thessalon. to. 4. milia illa ostendit amicitiæ leges, vt scilicet eadem quis imprecetur amico quæ sibi ipsi. Noui ego quendam, qui cum sanctos viros amici sui gratia obsecraret, primum pro illo, & tum demum pro se orare obsecrabat. beneficium petere, & vicissim accipere apud amicum sine suspicione licet. Quando nobis aliquid imperant, tunc gratiam illis habemus: quando vero hoc facere dubitant, tũc animo concidimus, nihil habemus, quod illorum non sit. Est in amicis anima vna & cor vnum. Hoc demum amicitia est, ne quis quod habet suum æstimet; sed quæ proximi sunt, quæ vero sua sunt, putet aliena. Vt ita illius animæ parcat, atque suæ ipsius. Qui amat nec præcipere vult, nec imperare; sed gratiam habet magis, si ipsi aliquid præcipiatur; beneficium magis impendere, quàm accipere cupit: amat enim. Vbi amicitia non fuerit, exprobramus; si quid beneficij impendimus, & quæ minuta sunt exaggeramus. Vbi vero fuerit amicitia, & abscondimus benefacta, & quæ magna sunt modica videri cupimus. His dictis, ait. Noui multos ista non intelligere. In causa vero est; quòd de re disputo, quæ cælum nunc inhabitat. Sicut si de plantula quadam in India crescente, cuius nemo habet experientiam, dicerem: etiam si innumera referrem, nullo sermone illam exprimere possem. Ita & nunc quicquid dixero, frustra dico, nemo intelligere valebit, in cælo plantata est hæc planta; & concludit. Præstringor, & veluti præcludor faucibus, non valens aliquo exemplo rem istam exprimere. In quibus verbis aperte docet, quàm rara reperiantur in mundo veræ amicitiæ exempla.

11 AVGVSTINVS mira docet de amicorum conditionibus amicitiam summope-
In libro de amicitia to mo 4. re commendans, & cum aliqua enarrasset ad amicitiam multum necessaria, ait. Cum tanta sit in amicitia vera perfectio; non est mirum quòd rari fuerunt hi, quos veros amicos antiquitas commendauit. Vix enim (vt ait Tullius) tria vel quattuor amicorum paria in tot retro sæculis fama concelebrat. Non autem loquimur de amicitia carnali, quæ est inter illos qui in ijsdem consentiunt malis; nec de mundiali amicitia, quæ rerum temporalium cupidine protrahitur, quæ semper est plena fraudis atque fallaciæ, in qua nihil est certum, nihil constans, nihil securum, semper cum fortuna mutatur; & sequitur marsupium. Est amicus secundum tempus, & non permanebit in
Eccli. 6. tempore tribulationis. Tolle spem quæstus, & statim desinet esse amicus. Amicitiæ istæ, quæ hoc nomine censentur indignæ, frequentes sunt in mundo. Amicitia autem charitatis, quam prudentia dirigit, iustitia regit, fortitudo custodit, temperantia moderatur, quæ non respicit bonum proprium, sed alienum, qua iubemur proximum diligere &c. hæc rara possessio est.

Amor proximi frequens, & mirandus in viris sanctis.
Cap. XIV.

1 HIERONYMVS sic habet. Legimus Aaron pontificem isse obuiam furentibus flammis, &
Epist. 12. quæ est ad Gaudẽtium tomo 1. accenso thuribulo Dei iram cohibuisse. Stetit inter mortem, & vitam sacerdos magnus, nec vltra vestigia eius ignis procedere ausus est. Moysi loquitur Deus, Dimitte me, & delebo populũ istum. Quis nunc in terra est, qui obuiare

Rom. 9. flammis velit, & cum Apostolo dicere, Optabam ego anathema esse pro fratribus meis? Pereunt cum pastoribus gregis; quia sicut populus sic sacerdos. Moyses compassionis loquebatur affectu, Si dimittis populo huic, dimitte, sin autem dele me de libro vitæ. Vult perire cum pereuntibus, nec propria salute contentus est: gloria quippe regis multitudo populi.

2 IDEM sic habet. Quòd ignotus ad ignotum audeo scribere, sanctæ ancillæ Christi Hedibiæ fecit deprecatio. Quæ nequaquam propria salute contenta tuam & ante quæsiuit in patria, & nunc in sanctis locis quærit, imitari cupiens Andreæ & Philippi Apostolorum benenolentiam, quorum vterque inuentus a Christo fratrem Simonem & amicum Nathanael inuenire desiderat. Optauerat & quondam Loth cum filiabus saluare coniugem suam, & de incendio Sodomæ pene semiustus erumpens educere eam, quæ pristinis vitijs tenebatur astricta, & ardens fides pro vna muliere perdita totam Segor liberat ciuitatem. Et Ioseph fratres pascit in Ægypto, sponsusq. audit a sponsa, Vbi pascis, vbi cubas in meridie. Samuel quondam plangebat Saulem: quia peccati vulnera non curabat. Et Paulus lugebat Corinthios, qui fornicationis maculas lachrymis delere nolebant. Vnde & Ezechiel librum deuorat scriptum intus & foris carmine, & planctu, & væ carmine super laude iustorum, planctu super pœnitentibus, væ super his, de quibus scriptum est. Cum venerit impius in profundum malorum, contemnit. In quibus omnibus in Andrea, & Philippo, in Loth, Ioseph, Samuele, & Ezechiele contemplatur Hieronymus dilectionem sanctorum erga proximos suos, quam imitata est Hedibia deprecans Hieronymum, vt Rusticum conetur educere a peccato suo.

Epist. 46. ad Rustic. tomo 1.

Ezec. 2.

Prou. 18.

3 IDEM Hieronymus per totam epistolam ostendit grandem erga proximum amorem lachrymis ingentibus deflens diaconi huius lapsum inter multa aiebat. Non possum vltra progredi. Prorumpũt lachrymæ antequam verba. Et dolore in ipso meatu faucium spiritus coarctatur, *Et infra*: O funestos oculos meos, hoc plango quòd te ipse non plangis, &c.

Epist. 48. ad Sabinianum Diaconum.

4 IDEM in illa verba Prophetæ, Multiplicasti gentem, sed non magnificasti lætitiam, sic habet. Ad Deum est hæc locutio nomine Christi, qui Deo Patri dicit, Multiplicasti gentem, hoc est, replesti omnes gentes notitia tui. Sed non magnificasti lætitiã, iuxta quod Apostolus mærorem sibi dicit esse perpetuum pro fratribus suis, qui sunt Israelitæ. Et Ionas contristatur, quòd ita saluati sint Niniuitæ, vt cucurbita aruerit: quia salus gentium interitus fuit Iudæorũ. Cum ergo Christus aduenerit, & christianorum gens de vniuersis gentibus fuerit congregata; tunc lætabuntur Apostoli, sicut messores lætantur in messe, & sicut exultant victores, qui captam diuidunt prædam. In quo ingens significatur lætitia & exultatio, quæ illis erat futura in conuersione & bono proximi.

Libro 3. in Esaiam to. 4.

Rom. 10.

Ionæ 4.

Isa 9.

IDEM: Postquam Propheta narrauerat mala ingentia; in quæ deuenerat populus ille. Dixerat enim, Interfecti tui non interfecti gladio, nec mortui in bello. Omnes qui inuenti sunt in te, vincti sunt &c. Propterea dixi, Recedite a me, amare flebo, nolite incumbere, vt cõsolemini me super vastitate filiæ populi mei. Et Samuel plangebat Saul, & Apostolus scribit ad Corinthios, Ne cum rursus venero ad vos humiliet me Deus meus, & lugeam multos, qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitẽtiam. Vnde compatientis affectu & ad alios loquitur. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scãdalizatur, & ego non vror? Sic & Propheta videns mala populi prorumpit in lachrymas, & abigit consolantes, & fletu amarissimo se flere testatur, non super filios, sed super filias populi sui, quæ virilitatis perdiderunt dignitatem.

5 Libro 7. in Isaiã. eo. to. *Isai. 22.* *1. Reg. 11.* *2. Cor. 11.* *2. Cor. 11.*

IDEM postquam Propheta dixerat. Transijt messis, finita est æstas, & nos saluati non sumus; quæ verba populi sunt, qui in Hierusalem diuturna obsidione conclusus est, quòd mutata sint tempora, & anni circulus conclusus, & omnis eorum spes irrita fuerit: & concludens dixit. Numquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi: quare igitur non est obducta cicatrix filiæ populi mei? Post hæc exorditur cap. 9. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte, interfectos filiæ populi mei. Si totus vertar in fletum, & nequaquam guttæ sint lachrymarum, sed abundantia fluminis: tamen interfectos filiæ populi mei digne flere non potero. Tanta enim sunt mala, vt omnem dolorem sua vincant magnitudine. Quis dabit me in solitudine diuersorium viatorum? Melius mihi est (inquit) habitare in extrema solitudine, quàm inter tanta hominum scelera commorari. Vbi animaduertis dilectionem Prophetæ erga populum suum.

6 Libro 2. in Hieremiã, explicãs capu. 9. eo. to. *Hiere. 8.* *Ibidem.* *Cap. 9.*

IDEM ponderat Hieronymus verba illa Prophetæ, quibus deflet nimiam contritionem gentis suæ, ciuitatemq. deuastatam, & quòd hostes nulli ætati & sexui pepercerunt, quam calamitatem amantissimus Propheta populi, sic lamentatur: Defecerunt præ lachrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea, effusum est in terra iecur meum super contritione filiæ populi mei. Cum deficeret paruulus, & lactens in plateis oppidi. Hoc fuit lamentationum exordium. Factum est, postquam in captiuitatem redactus est Israel, & Hierusalem deserta est; sedit Hieremias Propheta flens, & planxit lamentatione hac in Hierusalem, & amaro animo suspirans, & eiulans dixit. Quomodo sedet sola ciuitas populo &c. In quo toto libro reperies miris coloribus depictam miram Hieremiæ dilectionem erga proximos suos.

7 Lib. 1. in lamẽtationes Hieremiæ. *Threm. 2.* *Threm. 1.*

IDEM explicans locum Prophetæ, qui sic habet. Deduc quasi torrentem lachrymas per diem, & per noctem. Non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui. Consurge, lauda in nocte, in principio vigiliarum tua-

8 Lib. 1. in lamẽtationes cap. 2.

tuarum effunde, sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini. Leua ad eum manus tuas pro anima paruulorum tuorum, qui defecerunt in fame in capite omnium compitorum, sic ait. Leuat ad Dominum manus suas pro animabus paruulorum suorum &c. Qui operationem misericordiæ pro humilibus & paruulis Christi membris fame, & siti laborantibus curam adhibet ex sincera charitate. Nullum enim munus Deo acceptabilius est, quàm compunctio cordis prolata ex radice veræ dilectionis.

9 In expositione Dan. cap. 9. eod. tomo. *Dan. 9.*

IDEM explicat illa verba Prophetæ, Et posui faciem meam ad Dominum Deum rogare in ieiunijs, sacco, & cinere, Et oraui ad Dominum Deum meum, & dixi, Obsecro Domine Deus magne & terribilis, custodiens pactum, & misericordiam diligentibus te. Peccauimus, inique egimus &c. In hoc loco ait, Prædixerat Hieremias septuaginta annos desolationis templi, post quos rursus veniret populus in Iudæã, & ædificaretur templum. Quæ res Danielem non fecit negligentem, sed magis prouocat ad rogandum; vt quod Deus per suam promisit clementiam, per illius impleat preces: ne negligentia in postulando bono proximi pariat offensam; in saccoque & cinere postulat impleri quod promiserat Deus: non quòd esset incredulus, sed ne in bono alieno curando negligens inueniretur. Peccauimus, inique egimus &c. Peccata populi propria vocat ex charitate populi.

10 In expositione Ionæ Prophetæ cap. 1. to. 5. *Ionæ 1.*

IDEM animaduertit magnanimitatem Prophetæ, & dilectionem erga proximum: quia ne ipsius causa perirent viri, qui cum illo nauigabant in Tharsis dixit, Tollite me, & mittite in mare, & cessabit mare a vobis: scio enim quia propter me tempestas hæc grandis orta est super vos. Non ignoro in meam pœnam elementa turbari. Si ego sensero tempestatem, vos recuperabitis tranquillitatem. Non tergiuersatur, non dissimulat, non negat; sed qui confessus fuerat de fuga; pœnam libenter assumit, se cupiens perire: ne propter se, & ceteri pereant. Et remigabant viri, vt reuerterentur ad aridam, & non valebant; sed mare ibat, & intumescebat super eos, & clamauerunt ad Dominum, & dixerunt. Quæsumus Domine, ne pereamus in anima viri istius, & ne des super nos sanguinem innocentem. Protulerat Propheta contra se sententiam, sed ipsi in illum manus inijcere non audebant. Propterea nitebantur redire ad aridam, ne sanguinem funderent. Magis volentes perire, quàm perdere, istis imperatur, vt occidant. Mare furit, tempestas iubet: & proprium periculum negligentes; de aliena salute solliciti sunt. Septuaginta interpretes vim verbi Græci sequentes loco illius verbi, & remigabant viri vsi sunt verbo παραβιάζοντο, quo significabatur, quòd vim cupiebant facere, & naturam rerum vincere, ne perderent Prophetam, & clamauerunt &c. Grandis vectorum fides, periclitantur ipsi, & pro alterius anima deprecantur. Et quando necessitate coacti diuinam explentes voluntatem proiecerunt Prophetam in mare, non dixit Spiritus Sanctus arripuerunt, non ait, Inuaserunt, sed tulerunt, quasi cum obsequio, & honore portantes miserunt in mare non repugnantem, sed præbentem manus ipsorum voluntati, vt mutuum hinc inde amorem perpendas.

11

12 Libro 6. in epist. ad Roman. in expositione c. 7. *Rom. 7.*

ORIGENES explicans locum Pauli. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius, ait. Corpus mortis est, in quo habitat peccatum, quod est causa mortis. Exclamatio autem hæc ex persona est illius, qui initia habet conuersionis, cui voluntas adiacet boni, sed nondum in effectũ venit ipsius, vt ipsum opere compleat. Hoc autem dicit Apostolus nomine malorum, quorum peccata vt propria deflet Apostolus, eaq. nominat sua. Qui modus loquendi frequens est in sanctis. Vnde Dauid aiebat, Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum &c. Et Daniel, Peccauimus, iniuste egimus &c.

Psal. 37. *Cap. 9.*

13 In serm. 7. quadragesimæ, cui titulus est, de peregrino mortuo, & crucifixo. *Gal. 6.*

BERNARDVS inter varias expositiones, quas adhibet illi loco Pauli ad Galatas. Mihi absit gloriari &c. per quem mihi mundus crucifixus est &c. hæc est vna, vt mundus crucifixus dicatur Apostolo, & ipse mundo: quia crucifixum mundum videbat obligationibus vitiorum, & ipse crucifigebatur ei per compassionis affectum. Crucifixus Paulo mundus est reputatione, ipse vero mundo crucifixus est compassione. Itaque tanta prospiciens flagitia & mala in mundo, illis tam dire cruciatur, & torquetur; ac si cruci & patibulo affixus esset, in quo amor ingens Pauli ad proximos indicatur.

14 In sermone B. Martini. 2. *ad Tim.* 4. *Hebr. 1.* *Matt. 19.* *Psal. 56.* *Psal. 107.* *Philip. 1.*

IDEM: Domine si adhuc populo tuo sum necessarius non recuso laborem. Bonum certamen certasti, cursum consummasti, fidem seruasti. Reposita est tibi corona iustitiæ, & adhuc dicis, Propter bonum proximi non recuso laborem, fiat voluntas tua. Obtulisti plane Isaac, vnicum illum, quem diligis. Quod in te est, iugulasti, immolasti. Singulare gaudium tuum, pia deuotione paratus iterum redire in pericula, innouare certamina, denuo laborem subire, prolongare tentationem propter proximum, & a Christo peregrinari diutius ab illa tanta, & tam optata felicitate. Angeli in ministerium mittuntur propter eos, qui hereditatem capiunt salutis. Sed tamen semper curantes bonum proximorum diuinæ astant præsentiæ. Hanc paratus est Martinus propter fratres dilatare. Magnum est Petre, quòd Dominum secuturus omnia reliquisti; sed audio te in monte dicentem. Bonum est nos hic esse. Non est hoc, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem. Paratum cor tuum o Martine, paratum cor tuum, siue dissolui & esse cum Christo; siue manere in corpore mille subditus laboribus, si id amor proximi efflagitet.

15 Serm. 10. in Cant. to. 1. *Cant.* 4.

IDEM ait. Gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus: sunt duo vbera sponsæ. In

Cant. 8. quibus verbis materni exprimuntur affectus,& compassionem quidem vni vberi assignamus, & congratulationem alteri. Si hæc non habet, paruula est, & nondum nubilis. Si nondum vbera misit, si se videlicet nec ad congaudendum inueniat promptam, neque pronam ad condolendum. Et pro diuersitate vberum, diuersæ etiam, & lactis species proponuntur. Nam cõgratulatio quidem exhortationis, compassio vero consolationis lac fundit. Verbi gratia, Si quem forte ex his quos genuit per Euangelium deprehenderit forti aliqua tentatione concussum, ac inde turbatum,ac tristem, pusillanimemq. effectum non posse iam vim ferre tentationis, quomodo condolet? Quomodo mulcet? quomodo plangit? quomodo consolatur? quot argumenta pietatis mox reperit, vt erigat desolatum? Econtra si promptum,si alacrem, si bene proficientem cognouerit; exultat, accendit amplius salutaribus monitis, vt perseueret, vt in melius proficiat. Omnibus se conformat, omnium in se transfert affectus.

1.Cor.4.

Amos 6. Matrem se denique probat non minus deficientium quàm proficientium. Non sunt matres, quæ non compatiuntur super contritione Ioseph. Quæ mater est,non dissimulat,habet vbera & non vacua, vt ex amore proximi gaudeat cum gaudentibus &c.

16 Serm. 28. in Cantica. *Cant. 1.* IDEM inter alias expositiones, quas adhibet illi loco Canticorum, Nolite me considerare quòd fusca sim: quia decolorauit me sol; hæc est vna, Vt nigredinem se contraxisse sponsa fateatur, propter animarum zelum, videns eas legem Dei præuaricari, ob earum amorem sit a sole decolorata exemplo illius, qui aiebat, Zelus domus tuæ comedit me, & illud, Tabescere me fecit zelus meus.

Psal. 68.

Psal. 118. Et item, Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Vel decolorari a sole est ignescere charitate fraterna, flere cum flentibus, cum infirmantibus infirmari, vri ad scandala singulorum.

17 Lib. 20. Moralium cap. 30. GREGORIVS PAPA exponens locum Iob, qui habetur in cap. 30. ipsius. Cutis mea denigrata est super me, & ossa mea aruerunt, ait. Hæc sunt verba sancti viri Iob, omniumq. perfectorum, & in virtute fortium, qui dum infirmi ad iniquitatem prosiliunt, illi zeli sui igne cruciantur.

18 Libro 2. de Trinit. AVGVSTINVS animaduertit grandem Moysi dilectionem erga proximum,quam colligit ex illis verbis Exodi: Si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, &c. Vt inueniam gratiam ante oculos

Exo. 33. tuos,respice populum tuum gentem hanc (Augustinus legit. Vt sciam quia populus tuus est gens hæc.) Vnde quando petiuit a Deo,vt ostenderet illi faciem suam, id fecit non solum propter dilectionem, quam ad Deum habebat, & quam significauit dicens, Si inueni gratiam coram oculis tuis, sed etiam propter dilectionem ingentem quam ad proximum habebat,& hanc significauit dicens,Respice populum tuum &c. Et post pauca. In quo scire poterimus ego & populus tuus inuenisse nos gratiam in conspectu tuo &c. Vbi animaduertis quàm sollicitus erat de bono proximorum, illud semper proprio coniungens.

Lib. de mendacio ad cõfentiũ to. 4. IDEM explicat locum Pauli desumptum ex epistola ipsius ad Corinthios. Omnibus omnia factus sum, vt omnes lucrifacerem. In quibus verbis hoc significat Apostolus tanta charitate in proximis liberandis impelli; ac si ipse in eo malo esset, a quo illos sanare cupiebat. Factus miseris miser, egentibus egens, peccatoribus peccator &c. In quo maximam Apostoli dilectionem animaduertit Augustinus, quem etiam locum inferius explicat amplius dicens.

1.Cor.9. *19*

Libro 2. de serm. Domini in mõte. Quando Paulus ait, Factus sum Iudæis tamquam Iudæus &c. Omnibus omnia factus sum; nullatenus vult asserere ex hypocrisi illud exterioribus signis ostendisse; sed id conatur illis edicere. Charitas proximi id efficit in anima, vt infirmitatem illius, quem corrigere debeo, putem meam. Iuxta illud quod ad Gala-

1.Cor.9. *Galat. 5.* tas ait, Per charitatem seruite inuicem, quod fieri non potest, nisi aliena mala siue culpæ illa sint, siue pœnæ reputemus, ac si essent propria.

20 Lib. 2. contrã Gaudentium Donatistam. IDEM ait. Torquet diabolus homines iustos sceleribus impiorum hominum. Hanc persecutionem Loth iustus patiebatur in Sodomis, cum Angeli hospites eius, cum homines putarentur, a Sodomitis appeterentur ad stuprum;

Gen. 19. etiam antequam domum iusti ingrederentur; quod sine magno cordis cruciatu videre nõ poterat. Vnde inter suas persecutiones etiam hanc commemorat Apostolus,cum dicit. Quis

2.Cor.11. infirmatur,& ego non infirmor? Quis scandalizatur,& ego non vror? Vnde quanto maior in nobis est charitas, tanto maiori cum dolore animi nos videmus separari homines a membris Christi. Vnde quando vos Donatistæ hæretici in hoc vestro errore vitam finitis; multo amarius nos dolemus. Dici non potest quanto nos mœrore cruciatis. Plus quippe impius

2.Reg.18 Absalom patrem suum Dauid, extinctus quàm rebellis afflixit. Viuum namque eum comprehendi cupiebat, vt qui malitia grassabatur, pœnitentia sanaretur. Erat ergo ille persecutor patris, non solum contra legitimum patris regnum arma capiendo, atque bellãdo,sed multo amplius persecutus est cor paternum in illa impietate moriendo. Vnde si catholicorum domus Donatistæ non diripuissent,si catholicorum membra non præcidissent; si denique catholicos crudeliter non occidissent,hanc solam nos a vobis grauissimam persecutionem perpeti verissime diceremus. Quia videmus vos insensatos & tabescimus: quia infirmatos, & infirmamur: quia scandalizatos, & vrimur: quia perditos,& lugemus. Hæc mala vestra,quæ vos in æternum interitum mittunt, amarius nos persequuntur,quàm illa quæ a vobis nostris corporibus inferuntur. Denique in illa persecutione qua in nos sæuitis cum laude gaudemus; in hac autem qua vos peritis,si gauisi fuerimus, vobiscum perimus.

IDEM

21 In expositione Psal. 101. to. 8. IDEM locum illum. In quacumque die tribulor, velociter exaudi me, exponit & de Christo Domino. Ex quo ingentem erga nos ipsius

Psal. 101. amorem adnotauimus supra. Et intelligitur etiam locus de Propheta sancto Dauid, qui non satis se dicere arbitratus est, si diceret, Quoniã tribulor inclina ad me aurem tuam: sed dixit.

1.Cor.12. In quacunque die tribulor; vt innueret, quòd cum patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra. Tribularis tu hodie,ego tribulor. Tribulatur alius crastino, ego tribulor. Et quicunque tribulantur, ego tribulor &c.

22 Hom. 3. de laudib. Pauli to. 3. CHRYSOSTOMVS loquens de laudibus Apostoli, ait. Nemo ita dilexit inimicos, nemo erga insidiatores suos tã beneficus fuit, nullus pro afflictoribus suis tanta perpessus est. Vt enim aliquis indulgentissimus pater afficitur erga filium phreneſi comprehensum,cuius quanto magis conuitijs ictibusq. pulsatur, tãto eũ potius miseratur,& deflet: ita Paulus maiora adhibebat fomẽta pietatis erga eos,a quibus affligebatur. Vnde pro eis qui eum quinquies verberauerunt, qui eum catenis onerauerunt,

Rom. 10. qui ipsius sitiebant cruorem, Testimonium (inquit)illis perhibeo, quoniam æmulationẽ Dei habent, sed non secundum scientiam. Inquantũ poterat laborabat vmbram eis aliquam excusationis obtendere. Et quia sermone illis fidem

Ibidem. persuadere non poterat; ad orationes se cõuertebat assiduas. Fratres(ait)voluntas quidẽ cordis mei, & obsecratio ad Deum fit pro illis in salutem. Quæ vtique omnia sunt verba amãtis, & valde eorum vtilitatibus prouidentis. Et itẽ filioli mei,quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Et rursus quando Corin-

2.Cor.2. thium fornicarium ab Ecclesiæ corpore separabat,ait. Ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi vobis per multas lachrymas, non vt contristemini: sed vt sciatis quoniam charitatem habeam abundantius in vos,factus sum Iu-

1.Cor.9. dæis tamquam Iudæus, his qui sine lege erant, factus sum quasi sine lege essem, factus sum infirmus infirmis. Quasi vniuersum mundum genuisset,sic perturbabatur, sic currebat, sic omnes in regnum Dei festinabat inducere docendo,orãdo,minãdo,pollicendo,per sermonẽ &c. per discipulos, per seipsum conabatur erigere laborantes,stantes vero firmare,torpentes animare,humi iacentes attollere &c. Pro vno seruulo Onesimo ad Philemonem integram scribit

2.Cor.2. epistolam omni affectu plenam.Millies seipsum tradidit in mortem,& ait. Ego autem libentissime impendam,& superimpendar ego ipse pro animabus vestris. Cumque celsus in omni consisteret arce virtutum; omnem tamẽ flammam præcipuo charitatis ardore vincebat. Vt enim missum in ignem ferrum totum ignis efficitur: sic Paulus charitate succensus, totus factus est charitas, qui quasi communis totius mundi esset pater; ita in amore omnium ipsos eorum imitabatur parentes,ac superabat,& pecunias,

24 Hom. 16. in epist. ad Roman. cap. 9. to. 4. & verba,& corpus,& animam,pro his, quos diligebat, impendens.

IDEM eleganter ponderat verba illa Apostoli: Optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis. Quid ais o Paule? *Rom. 8.* A Christo, illo inquam Christo,qui a te desideratur? A quo te nec cælorum regnum, nec gehenna separabat, neque ea, quæ cogitari possunt? nec alia totidem, ab hoc nunc precaris anathema esse? Quid accidit? Num desiderium illud excussisti ac deposuisti? Haudquaquam (inquit) Sed pro fratribus meis, nec id vtcumque volo, sed opto, multumq. desidero; vt fratres mei salui fiant. Optarim anathema esse ego ipse. Ipse ego, qui omnium magister sum effectus, qui merita infinita coegi, qui coronas infinitas expecto,qui sic illum amo,vt meus erga illum amor mihi sit rebus omnibus antiquior. Qui quotidie propter illum vror:vnum enim per omnia considerabat: nempe quomodo pulchrum hunc amorem expleret.

25 Serm. 4. in epist. ad Philippenses. *Philip. 1.* IDEM explicans caput primum ipsius,vbi multa de dilectione proximorum docet Apostolus,qualia sunt. Testis enim mihi est Deus,quo modo cupiã omnes vos in visceribus Iesu Christi. Coarctor autem e duobus desiderium habens dissolui, & esse cum Christo multo magis melius;permanere autem in carne necessarium propter vos. Et hoc confidens scio: quia manebo, & permanebo omnibus vobis ad profectum vestrum. Quæ verba exponens Chrysostomus ait. Quid dicis Paule? cum hinc abiens in ipsum cælum migraturus sis,atque cum Christo futurus? Ignoras quid eligere debeas? Et

Ibidem. *2.Cor.11.* non solum istud, sed & quod huius est vitæ eligis? Nempe vt carne maneas: quamobrem? non acerbam vitam ducebas in vigilijs, in naufragijs, in fame, ac siti, ac nuditate, in curis, ac sollicitudinibus? Cum infirmis infirmus eras: in multa patientia,in tribulationibus,in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in ieiunijs. Quinquies quadragenas plagas vna minus accepisti. Ter virgis es cæsus, semel lapidatus, noctem ac diem in profundo maris egisti, in periculis fluminum, periculis latronum, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in falsis fratribus, & adhuc infelicem hanc vitam de- 26

2.Cor.6. sideras? Si namque nihil tibi horum obtigisset, sed quicquid agebas libere, & cum voluptate etiam patrasses; numquid oportebat incertitudinem futuri euentus metuentem ad portum quendam confugere? Quis mercator nauem habens multis rerum copijs plenam, cum liceat ad portum iam appellere, tutoq. quiescere:adhuc tamen in mari nauigare mallet? Quis athleta cupiet amplius certare, cum iam liceat coronari? Quis pugilum eliget denuo certamen ingressus de suo ipsius capite periclitari, cum iam si vellet,coronam posset accipere. Quis est ille miles, cui cum liceat iam cum celebritate & trophæis a bello liberari, cumq. rege in ipsis requiescere regijs palatijs, sustineat adhuc in bello, & sudare, & in aciem collocari? Quomodo ergo cupis, & in hac vita consistere, qui dicebas: Timeo, ne dum alijs *1.Cor.9.* prædicauero, ipse reprobus efficiar? Et si ob nullam aliam causam, ob hanc certe liberationem desiderare oportebat. Papæ! quis

est hic Apostoli animus? Nihil par illi vnquam vel fuit, vel erit. Futura metiris; innumeris malis obnoxius es, & apud Christum esse non vis? Non (inquit) quia quos lucrifeci seruos expeditiores opto constituere, & solidiores, & vt agricolationem illam, quam plantaui frugiferā reddam a Christo volo exulare. Non audisti me: non quod mihi est vtile, sed quæ sunt proximorum quærentem? Qui anathema esse volui a Christo pro fratribus; quomodo non multo amplius istud eligam, cum mihi ipsi libenter ex mora ac dilatione damnum inferam, quo aliqua possit illis obtingere salus?

27 Hom. 4. in primā epistolam ad Thessalonicenses.

IDEM ait. Sancti omnes per dilectionem proximi Deo placuerunt. Vnde erat quòd Abel non occidit, sed occisus est? Ex eo quòd vehemēter diligebat fratrem, ne cogitationem quidem talem mentem concipere sustinuisset. Vnde celebres facti sunt filij Noe? An non ideo, quòd admodum amarunt patrem suum, nec nudum eum videre potuerunt? Abraham vnde inclaruit? Nonne ex dilectione, qua nepotem suū Loth seruauit, & qua pro Sodomitis supplicauit? Vehementer enim erant Sancti aliorum malis condolentes. Nam cogita mihi quæso; Paulus ille adamantinus, ignis contemptor, robustus & immobilis, inflexibilis, qui dixit, Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio? an angustia? &c. Qui his omnibus restitit, terræ quoque, & mari. Qui adamantinas inferorum portas derisit. Is cum videret quorundam lachrymas ita perfrangebatur, & conterebatur adamas ille; vt animi affectionem non absconderet, sed mox diceret. Quid facitis flentes, ac cōterentes (nos legimus affligentes) cor meū. Dic quæso adamantinum, hunc animum lachryma conterere potuit? Etiam (inquit) nam omnibus resisto vna dempta dilectione. Illa me vincit ac superat. Abyssus aquarum ipsum non contriuisset, & modica lachryma contriuit. Nō vides ipsum quoque flentem. Per triennium (inquit) non cessaui nocte ac die cum lachrymis monere vnumquemque vestrum: ex multa enim dilectione metuebat, ne qua pestis irrepe ret. Et iterum ex multa anxietate cordis scripsi vobis per multas lachrymas. Quid Ioseph autem, robustus ille, qui tantæ tyrannidi restitit, qui contra tantā amoris pyram adeo virilis comparuit in amore vxoris Putiphar. Ille erga mulierē inflexibilis, & saxeus, cum videret fratres suos, a quibus fuerat diuenditus, in puteum missus, alienis traditus, qui etiā occidere proposuerat, videns hostes ex fratribus commollie batur, animo frangebatur, ac flebat. Et cum animi affectionem non ferret, ingressus cubiculum lachrymabatur. Non se poterat vltra cohibere; tanta erat vis dilectionis in fratres.

Rom. 8. *Act. 21.* *Act. 20.* *2. Cor. 2.* *Gen. 42.*

28 Libro 3. de prouidētia Dei to. 5.

IDEM scribens ad Stargirium Monachū, vt eum consoletur, inter cetera ait loquens de dilectione Moysi. Instabant Israelitæ illum suffocantes, Ægyptiasq. carnes requirentes, ingratiq. præsentia fastidiebant, & præterita desiderabant. Et tamen omnia beatus ille fortiter ferebat. Et nisi illos summo affectu dilexisset, tolerasset æquanimis illorum aduersos casus, ac pro suis tantum doluisset iniurijs: nunc vero cū illis non secus quàm filijs afficeretur; non illum angebant contumeliæ; sed quòd eas ab illis pateretur, quos tanta charitate diligeret. Cum vero per singula quotidie peccarent, beatus ille lugebat ac mæstus perdurabat: quia illos plusquam filios amabat. Nullus enim pater cum filijs vnà perire cupit. Præterea cum Deus se iam non illis parciturum, sed eos derelicturum, angeloq. daturum eam curam, minaretur: id vero Moysi visum est omnibus grauius atque intolerabilius. Vnde dixit ad Dominum, Si non *Exo. 33.* tu ipse præcedas, ne educas nos de loco isto. Moysem duplex semper tristitia angebat, quòd & illos perire, & reliquos corrigi nolle, nihilq. ex pereuntium casibus lucrari conspiceret. Vt animaduertas amorem Moysi, pondera, quòd murmurante populo contra Dominum Moyses dolore superatus mori optat potius quàm in tanta amaritudine viuere. Et dixit ad Dominum. Quare afflixisti seruum tuum? Et quare non inueni gratiam in oculis tuis, & cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me &c.? late docet ea, quæ spatio quadraginta annorum Moyses pertulit in deserto. Vbi multa verosimile est accidisse laboriosa in manuductione populi, quæ in sacris litteris reticentur, de quibus late loquitur Chrysost. vt ostendat, quæ pro tutando populo illi contigerant. Immo Deus illi ostendit multa mala, quæ euentura erant genti Iudæorum ob ipsorum scelera *Deut. 4* vt non solum his, quæ intuebatur, sed eis etiam, quæ necdū contigerant, affligeretur animo, ac pene deficeret. Loquitur de Samuele, ait. Cum *1. Reg. 15* videret populū in manus inimicorū trahi, mul- *1. Reg. 16* ta illis accidere mala, lachrymabatur, flebat etiam regem Saul, vsque ad vltimum vitæ illius diē, quando etiā ob doloris vehemētiam a Deo increpatus est. Loquitur de Prophetis mala alie *Mich. 7.* na plangētibus. Væ mihi, quia factus sum, sicut qui colligit stipulam in messe, & in autumno racemos vindemiæ. Isaias, cum audiret quia deser *Isai. 24.* ta erat omnis terra, ne consolari quidē voluit, sed assidue lugebat dicens. Dimitte me amare flebo &c. Hieremiæ autē lamentationes, & seor sum cōscriptas, & per omnē prophetiæ textum dispersas quis possit sine lachrymis legere? Nā *Hiere. 9.* nunc quidē aiebat, Quis dabit capiti meo aquā, & oculis meis fontē lachrymarum; & plorabo interfectos filiæ populi mei &c. Et alibi, Quis dabit mihi in deserto mansionē extremā, & derelinquā populū istum, & recedā ab eis. Omnes enim adulteri sunt. Nonnunquā vero indignās & mærens clamat. Væ mihi mater mea, vt quid *Hiere. 15.* me genuisti virū rixæ &c. (Chrysost. legit, Virum, qui discernat, & dijudicet omni terræ?) Quid vero Ezechiel, quid Daniel; nōne in captiuitate tempus omne vixerunt? Quorū quidem *Ezec. 4.* prior siti ac fame pro alienis cruciabatur malis, & super vnum latus centū & nonaginta diebus iacuit. Daniel qui summis honoribus fruebatur a rege hæc oblitus, præsentia futuraq. ma- *3. Reg. 19* la populi deflebat. Loquitur etiam de Elia, qui in vmbra iuniperi videns prophetas occisos petiuit animæ suæ, vt moreretur.

AM-

30 Lib. 1. officiorum ca. 7. to. 4.

AMBROSIVS ponit rationem, qua motus sit de officijs scribere; videlicet vt filios informaret. Vt enim Cicero ad erudiendum filium librum de officijs scripsit: ita & ipse; vnde sic concludit. Neque enim minus vos diligo quos in Euangelio genui, quàm si coniugio suscepissem. Non enim vehementior est natura, quàm gratia ad diligendum. Plus certe diligere debemus, quos perpetuo nobiscum putamus futuros, quàm quos in hoc sæculo tantum. Illi degeneres nascuntur frequenter, qui dedeceāt patrem: vos autem elegimus, vt diligamus. Ita que illi necessitate diliguntur, quæ non satis idonea, adque diuturna est ad perpetuitatem diligendi magistra, vos iudicio; quo magnum charitati pondus ad vim diligendi adiungitur, probare quos diligas, & diligere quos elegeris.

31 Lib. 1. officiorū cap. 3 eodem to.

IDEM tradit modum dādi eleemosynam, & benefaciendi proximis, & quibus; sic ait. Perfecta liberalitas fide, loco, causa & tempore cōmendatur, & primum opereris circa domesticos fidei. Grandis culpa: si sciente te fidelis egeat, si scias eum fame laborare, ærumnā perpeti, &c. Nā si omnibus debetur misericordia, tamē iusto amplius, si tempore afflictionis suæ nihil a te impetret, si tempore periculi, quo rapitur ad mortem; plus apud te pecunia tua valet, quàm vita morituri. De quo pulchre *Iob 29.* dixit, Benedictio perituri ad me veniebat, &c. *Infra dicit*: Proximos consanguineos anteponendos esse; sic ait. Est etiam illa probanda liberalitas, vt proximos seminis tui non despicias, si egere cognoueris. Melius est enim, vt ipse subuenias tuis, quibus pudor est ab alijs sumptum deposcere; non tamen vt illi ditiores eo fieri vellint, quod tu posses conferre inopibus. Neque enim propterea te Domino dicasti, vt tuos diuites facias, sed vt vitam tibi perpetuam fructu boni operis acquiras, & pretio *Dan. 4.* miserationis peccata redimas tua. Accusat, quòd eum diuitem non feceris, cum te ille vellit æternæ vitæ fraudare mercede, &c. In fine capitis dicit plus largiendū senibus. Cōsideranda etiam est in largiendo ætas, atque debilitas: nonnumquam etiam verecundia, quæ ingenuos prodit natales, vt senibus plus largiaris, qui sibi labore iam non queunt victum quærere. Similiter & debilitas corporis iuuanda est prom ptius, tum si quis ex diuitijs cecidit in egestatem, & maxime si non vitio suo, &c.

32 Lib. 3. officiorū cap. 14. eodem tom.

IDEM ait Raguel cum rogaretur, vt filiā suam in coniugium daret, vitia quoque filiæ nō tacebat; ne circumuenire petitorem videretur. Tacendo itaque cum Tobias filius Tobiæ *Tobiæ 7.* poscceret, vt sibi daret puellam, respondit legequidem sibi eam deberi tamquam propinquo, sed dedisse se eam iam sex viris, & omnes eos esse mortuos. Iustus itaque vir plus alienis timebat, & mallebat innuptā sibi manere filiam, quàm propter nuptias eius extraneos periclitari. Quàm breuiter absoluit omnes quæstiones Philosophorum? Illæ de vitijs tractant domorū tegenda an prodenda a venditore videātur. Hic noster neque filiæ vitia celanda arbitratus est; & certe non ipse affectabat, vt eam traderet, sed rogabatur. Quanto vtique iste honestior sit illis, dubitare non possumus, si cōferamus quanto præstantior sit filiæ causa, quā rei venalis pecunia, &c.

IDEM exponens illud, quod Abraham dixit ad Loth. Non sit rixa inter me, & te. Secūdo ait, & inter pastores meos, & pastores tuos. Tertio ait, Ecce tota terra ante te. Hoc est. Si non potes conuenire cedo omnibus, totum cape. Quòd si moribus non conuenit, discede a me. Quanta præmisit ne cogeretur discedere? Dixit vir ante nos ex philosophiæ perfectus disciplina, quattuor hæc bono viro inesse; vt elaboret primum, vt omnes amicos faciat: secundum, vt si non potest amicos facere, certe neque inimicos; tertium vt si nec istud suppetit, ex sententia discedat. Quartum si quis cedentem persequitur, vindicet se, vt potest. Illa tria superiora in Abrahæ non sermonibus nudis, sed veris operibus agnoscimus: quartum autem non ita est. Quando etiam circa cedentem seruauit affectum parentis, vt eum non solum non persequeretur, sed etiam captū exueret, ac liberaret. Denique Apostolus cum tria illa doceat, quartū præceptis suis soluit, quod addiderat philosophia. Ait enim. Si fieri po- *Rom. 12.* test, quod ex vobis est, cū omnibus hominibus pacem habentes. Deinde si hoc non potest, certe nec discordias, neque inimicitias moueat. Ideo addidit, Non vos vindicantes charissimi, in quo & tertium illud excluditur, vt vindicare *Rom. 12.* nos nequaquam vellimus, sed date locum iræ. Habes & quartum, & discedas magis, & vindictam Deo committas, quàm tibi exigas. Tamquam & hoc secundum legem magis dictum vo luit videri. Nam in Euangelio habes, Benedi- *Lucæ 6.* cite eos, qui vos persequuntur ex 2. ad Timot. 1. & 2. ad Timot. 5. Seruum autem Domini non oportet litigare, sed māsuetum esse ad omnes. Recte igitur Abraham voluit nepotem dimittere, quem deflectentem a se tenere non potuit &c. Supra etiam lib. 1. de Abraham cap. 3. tractans hoc ipsum &c. Incidit rixa inter pastores ait, aduertit prudētior seruulorū dissensionibus dominorū concordiam solui solere, amputauit Abrahā discordiæ seminaria. Tolerabilius enim putauit, vt copula sequestraretur, quàm gratiā dirimeretur. Quod te facere oportet, si forte huiusmodi aliquid incideris, vt seminariū dissensionis auferas. Neque enim tu senior, quàm Abraham. Ille declinanda censuit non despicienda seruulorum iurgia; & si tu fortior caue, ne alter infirmior, qui aurem præbeat seruulorum susurris. frequenter indiuisa seruitia inter parentes discordias serunt. Diuide potius, vt maneat amicitia, indiuisa domus duos non sustinet, nonne melius est emigrare cum gratia, quàm cohabitare cum discordia, &c. lib. 2. cap. 6. Non capiebat eos terra: nulla enim spatia possunt satis esse discordibus. Quietis & pacificis etiam angusta abundāt, dissonis moribus etiam spatiosa arctantur.

33 Lib. 2. de Abrahā Patriarcha ca. 6. tom. 1.

34

Ad

Ad amandum proximum, quibus rationibus possint homines adduci. Cap. XV.

1 Hom. 34. in primam Epistolã Pauli ad Corinthios to. 4.

CHRYSOSTOMVS exponens illa verba Apostoli. Maior autem horum est charitas, ait. Auctor ipse rerũ Deus iam olim principio sexcenta commentus est, vt charitatem nobis persuaderet, primum caput vnum omnibus dedit ipsum Adam. Cur enim e terra non sumus? cur non quemadmodum ille perfecti? nempe vt partus nutricatio, vt successio generandi nos inuicem ligarent. Hanc ob causã nec mulierem ex terra fecit. Postquam enim non valuit satis ad concordiã flectere nos, quòd substantiæ eiusdem essemus: nisi eundem etiã haberemus parentem, etiam hoc ita comparauit. Itaque velut a capite quodam vno totum humani generis corpus dependet. Et quia iam a principio parentes duos fuisse videri possent. Vide quomodo eos conglutinet lege coniugis. Et erunt duo in carne vna. Atque hæc quidem per naturam rerum concordiæ nobis pignora reliquit. Primum, vt quia substantiæ eiusdem sumus, in vnum perducamur. Omne siquidem animal diligit simile sibi. Illum diligimus, quia Pater illum, quia auus, atauus, vxor, nepos, &c. Aliam etiam coniunctionis formam commentus est. insuper cognatorum connubio interdicto ad alienos nos eduxit, illos vicissim ad nos pellexit, quos naturali necessitudine copulari non licet, hos nuptijs cõglutinauit, integras sæpe familias vnius nymphæ gratia conciliando, genus generi totum permiscet. In libro enim Leuitici sic habetur. Non duces sororem tuã, nec sororem fratris tui, &c. Satis causæ est cur istas ames, ex eodem esse te vtero prognatum. Cur tu charitatis amplitudinem redigas in angustum? sed amicitiam coniũge alicui deducta & per hanc longissimam affinium seriem parẽtes, fratres, & illorum necessarios omnes conciliare tibi potest. Item quia amicitias teneri necessitate, vel vtilitate, vel maxime videmus. Hinc non omnibus in locis omnia nascuntur: quo congredi, & permiscri haberemus necesse, & dum mutua necessitate astringit; faciles etiam congressus dedit. Hinc vrbes construxit, in vnum omnes collegit. Terra vniuersa, labium vnum, & vox omnibus vna fuit. quando delere terram voluit; ne tunc quidem ex alia nos materia fecit, sed rursus genus nostrum ex beato Noe suscitauit.

Gen. 2. *Eccl.* 13. *Leu.* 18. *Gen.* 11.

2 Hom. 14. in Ioan. to. 3.

CHRYSOSTOMVS. Qua ratione possumus Christi imitatores fieri? si omnia in communem non nostram fecerimus vtilitatẽ. Etenim Christus non sibipsi morem gessit. Nemo priuatam quærat vtilitatem, sed proximi, corpus namque vnum sumus, & inuicem partes, & membra. Licet enim homo, nec amicus sit, nec vicinus, nec cognatus; homo tamen est eiusdem naturæ particeps, sub eodem Domino conseruus, & contubernalis, eiusdem mũdi incola. Quod si fide tantum tecum communicat; iam tuum factus est membrum. Quæ enim amicitia, quæ familiaritas tantam contrahere vnionem posset, quantam fidei cognatio? Non enim quantam amicus amico debet propinquitatem, tantam nos habere inuicem oportet; sed quanta est membri ad membrum. Hac amicitia & cura, alia maiora nemo vnquam inuenire posset. Omnes in vnum corpus baptizati sumus, ait Paulus, vt mutuam consuetudinem, amicitiamque tamquam vnum corpus seruemus. Nemo vnquam carnem suam odio habuit, sed nutrit, & fouet eam. Propterea hunc mundum tamquam domum vnam nobis Deus largitus est. Vnum solem omnibus lucere fecit, vno nos tecto, cælo videlicet operuit, vnam cũctis mensam, hoc est terram cõmunicauit. Vnũ generationis modũ omnibus largitus est spiritualem. Vna nobis & cõmunis in cælo patria, vnum poculum omnibus propinatur. Habentes ergo cælitus vinculum charitatis, hoc seruemus toto conatu.

1. Cor. 12. *Ephes.* 5.

3 Hom. 51. in Ioannem.

IDEM sic habet. Orbis terrarũ magister fermẽtum, lucem, salem vult esse Christianum. Quid significat lux? vitæ claritatem nihil obscuritatis in se continentem. Non lux sibipsi vtilis est, neque sal, neque fermentum, sed in alios confert vtilitatem. Ita a nobis non nostra tantum vtilitas, sed aliorum exigitur.

4 Hom. 26. in Genesim.

IDEM cum tantum peccaret Cain, & grauí Deum contumelia afficeret, magnum præ se ferens contemptum, offerens Deo debile pecoris sui, nihil vel graue, vel molestum aduersus illum loquutus est Deus: quamuis peccatũ vulgare non esset, sed valde magnum. Deus tamen non petiuit pœnam, neque pro factis suppliciũ exposcit; sed quasi amicus amico cũ omni lenitate loquens, sic dixit. Peccasti, quiesce. Peccatum dumtaxat illi indicauit, & consuluit, ne vlterius progrederetur. Quando autem in fratrem armauit dexteram; maledictum intulit, & increpauit.

Gen. 4.

5 Hom. 40. in acta Apost. tom. 3.

IDEM ait. Nihil nobis est absque proximi dilectione suaue, licet sint innumera bona. Sed quæ illorum vtilitas? Nulla possessio etiã in sæcularibus negotijs honestior quàm hæc. Quemadmodum nihil molestius his, qui hostili in se sunt animo. Charitas multitudinem peccatorum tegit: inimicitiæ autẽ, etiam ea, quæ non sunt, suspicantur. Vnum habitamus orbẽ terrarum omnes, ijsdẽ alimur fructibus, ijsdẽ Sacramentis. Iam qui multos habet amicos, a nullo capi potest. Hic omnino tyranno fortior est. Non sic regem lancearij custodiunt, vt hunc amici, & est hic illo multum clarior; nam ille quidem a seruis custoditur, hic autẽ ab his, qui in pari honore sunt. Et ille quidem ab inuoluntarijs, & metuentibus; hic autem a volentibus, & est videre mirabilem rem in multis vnum, & in vno multos. Et vt in cithara varias quidem voces habes; vnam autem harmoniam & vnus musicus est, qui citharã in manu sumit. Sic hoc in loco cithara charitas est, voces loquentes verba, quæ ad charitatem conciliandam pertinent. Omnes in vnum suauem conspirant

1. Petri 4.

spirant consonantem. Musicus vero est charitatis vis, illa dulcem melodiã pulsando affert. Vellem te ducere in ciuitatem talem, vbi anima vna esset, & videres quomodo quauis citharа consonantius, & suauius omnia sonent; nihilque absurdi sit. Hæc melodia, & Deum, & Angelos lætificat, & dæmonum furorem compescit, & affectionum demulcet impetus. Vere amicitia murus est, qui non rumpitur, & nec a diabolo capitur, nedum ab hominibus. Non potest in pericula incidere, cui plurimi sunt amici. Tolle amicitiam, & omnia sustuleris, atque confuderis. Hæc symbolum est, quo noscũtur discipuli.

Ioan. 13.

6 Hom. 25 in epistola ad Corinthios tom. 4.

IDEM exponens illa verba Pauli ex ca. 11. Sicut ego per omnia omnibus placeo non quærens vtilitatem meam, sed multorum, vt salui fiant. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi, ait. Hæc perfectæ Christianæ religionis regula est, hic certissimus terminus, hoc supremũ cacumen, quærere quæ communem omnium comprehendant vtilitatem. Nihil enim adeo potest nos Christi imitatores efficere, vt erga proximum cura. Sed licet ieiunãdo, humi dormiendo, corpus macereueris; nullam autem proximi curam habueris, nihil egregium feceris. Nullum valde magnum potest esse officiũ, quando nullum in proximos lucrum conferatur, quod ostendit, qui totum reddidit talentũ, & supplicio affectus est: quoniam id non auxit.

2. Cor. 10.

Matt. 25.

Tu igitur mi frater, quamuis fame conficiaris, quamuis cinerem comedas, quãuis lachrymis madeas, & nihil cuique proficias; nihil magnũ facis. Etenim antiquitus magnis, & generosis illis viris hæc maxime cura erat, & nullus eorũ suam respiciebat vtilitatem, sed proximi. Moyses multa, & magna operatus est miracula, sed nullum tam magnum eum fecit, quàm beata illa vox, quam ad Deum habuit, Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo. Huiusmodi erat Dauid. Idcirco dicebat, Ego sum, qui peccaui, ego inique egi, Isti, qui oues sunt, quid fecerunt? fiat manus tua super me, & super domum patris mei. Eodem modo Abraham non suam, sed multorum quæsiuit vtilitatem, &c. Qui autem sibi tantum consulunt, considera quantum acceperint detrimentum. Loth cũ audiuit, si tu dexteram eligens ego ad sinistram pergam, optione accepta suam quæsiuit vtilitatẽ, quã non modo non inuenit, sed ipsa quoque regno est intenta, quæ autẽ Abrahæ contigit in columis seruata est. Ad hæc Ionas non alijs, sed sibi ipsi prospiciens pene periclitatus est, iactatus, & obrutus fluctibus; sed enim multitudinis saluti inuigilans, suam inuenit. Ita & Iacob in ouibus proprium non quærẽs lucrum, plurimũ lucratus est. Ioseph autem fratrum studens vtilitati, suam est consecutus, qui missus a patre non dixit, Quid? Non audistis, quòd pro visionibus, & somnijs discerpere me aggrediebãtur? Quid non contra me molientur, cum in eorum ero potestate? Nihil huiusmodi causatus est, nec cogitauit quidem. Sed rebus omnibus fratrum salutem præposuit: idcirco omnia postmodum bona adeptus est. Moyses in regia domo educatus omnibus abiectis, cum Hebræis malorum particeps esse non recusauit. Quamobrem non solum ipse non seruiuit, sed & illos a seruitute liberauit. Magna quidẽ hæc, & angelica digna vita. Paulus non solum voluit aliorum calamitatibus participare, sed maximas ipse subijt, vt ceteri bene haberent. Itaque si piger in fratris cura fueris; intellige nulla prorsus ratione te salutem consecuturũ. Considera, si quando domũ aliquam exuri contingat, nulli se propter id periculo vicini exponant: quantam iacturam facient. Etenim ignis eos quoque comprehendet, & omnes eorum comburet facultates. Itaque cum proximi vtilitatem perspexerunt, suã perdiderunt. Si quidem Deus cum omnes inuicẽ colligare vellet; talem rebus vtilitatem imposuit, vt in proximi vtilitate alterius etiam colligata sit, & vniuersus mundus hoc pacto constitutus est. Propterea si in mari tempestate exorta gubernator omissa multorum salute suam tãtum quæreret, & seipsum, & ceteros quamprimum obrueret. Et vniuscuiusque artis, si sua tantum quæratur vtilitas, numquam neque vita constaret, neque ars, quæ suiipsius quæreret vtilitatem. Propterea agricola non tantum frumentum seminat, quantum sibi satis est: nam iam pridem, & se, & alios perdidisset, sed quod multis sufficiat, terræ mandat. Et miles non vt suæ dumtaxat cõsulat saluti se periculus objicit; sed vt ciuitates in securitate constituat. Et mercator non eas tantũ merces trãsportat, quæ sibi ipsi satis sint sed multis alijs. Quòd si quis hoc in loco diceret, non alterius, sed suam vnumquemque consi derare vtilitatem: & idcirco ita facere, vt pecunias sibi, & gloriam comparet, & ita, dum suã quærit, proximi quoque quærere vtilitatem. Hoc est quod iam diu audire volebam, & huc di rectus est sermo, vt ostenderemus, tunc quemque sibi consulere; cum proximo consulit. Nã cum aliter proximi commodum non essent homines curaturi, nisi in hac constituti necessitate. Propterea ita Deus ea coniunxit, & non permittit, vt in propriam quis veniat vtilitatem, nisi per alienam transeat. Verum oportet, non hinc, sed diuina voluntate ad id adduci nemo suum quærẽs commodum, vt id inueniat commodum.

Exo. 32. *2. Reg.* 24 7 *2. Reg.* 24 *Gen.* 13 *Ionæ* 1.

8

9

10 Hom. 7. in epistola ad Timothaũ eodem to.

IDEM. Qui fuerit in homines pius, multo magis in Deum erit. Qui in conseruos, & socios erit mansuetus; quanto magis in Dominum? Qui vero aspernatur conseruos: ad hoc sensim pertinget, vt ipsum quoque despiciat Dominũ. Si quidem alios contemnendo, Deũ ipsum contemnimus. Contempsit fratrem Cain, contẽpsit continuo, & Deum. Quoniã vero modo? vide quam contumelioſe responderit Deo. Numquid custos fratris mei sum? Despexit item Esau fratrem, despexit & Deum. Idcirco dicit, Esau autem odio habui. Spreuerunt Ioseph fratres eius, spreuerunt Deum quoque. Israelitæ quoque Moysen aspernati sunt, atque ideo Deũ spreuerunt. Vix ex aduerso etiam id inspiciamus? Abraham pepercit filio fratris Loth, obediuit, & Deo. Rursus Abel mansuetus erat in

Gen. 4.

fra-

fratrem, pius item erat in Deum. Non ergo contemnamus inuicem, ne Deum contemnere discamus. Honoremus nos mutuo, vt discamus Deum honorare. Qui in homines temerarius est, in Deum quoque erit temerarius.

Serm. 27. ad Rom. IDEM ait. Auersaris hominem fidelem, quem Christus, cum infidelis adhuc esset, non est auersatus? Quid dico non est auersatus? Ita illum inimicum, ac turpem dilexit; vt mortuus etiam pro illo sit. Deus talem dilexit, tu vero formosum iam membrum Christi, immo Dominicum corpus factum, non diligis, sed contemnis? Non sentis quid temere audeas? Christum habet, & capit, & mensam, & vestimentũ, & vitam, & lumen, & sponsum: nam omnia illi Christus est.

11 Hom. 9. in Psalmũ 33. tom. 1. BASILIVS Magnus explicans illa verba Prophetæ regij, Custodit Dominus omnia ossa eorum, vnum ex his non conteretur, ait. Sicut ossa carnium teneritudinem sustentant: sic etiam in Ecclesia sunt quidam, qui ob propriã firmitatem impotentium debilitates sustentare possunt. Et sicut ossa connectuntur inter se iuxta articulos, ac iuncturas, idque per neruos, & ligamenta inserta, ac adhærentia: sic sane fuerit etiam dilectionis, & pacis ligamentum, vnionem quandam spiritualium ossium in Ecclesia Dei efficiens. De his ossibus ab harmonia exolutis dicit Propheta, Dissipata sunt ossa nostra secus infernum. At si aliquando turbatio ipsa apprehẽderit orans dicit. Sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea. Vbi vero propriam harmoniam conseruauerunt cu stodita a Domino, ne vnum quidem ipsorum conteretur; sed digna sunt referre gloriã Deo, & clamare, Omnia ossa mea dicent, Domine quis similis tibi.

Psal. 140. *Psal. 33.* *Psal. 6.*

12 In respõsione tertiæ interrogationis to. 2. *Psal. 34.* IDEM ait. Quia diligere proximum, sicut nosmetipsos nobis præceptum est, virtutẽ quandam, & facultatem ad id implẽdum nobis contulit Deus. Quis enim non nouit, quòd mãsuetum, & sociale animal est homo, & non solitarium, neque ferum. Nihil enim adeo propriũ naturæ nostræ velut mutuo communicare, & mutuo indigere, & quæ eiusdem generis sunt diligere. Quorum igitur semina ipse Dominus anticipatione facta nobis dedit, horum cõsequenter fructus requirit, dicens. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem. Et ad hoc mãdatum excitare volens animam nostrã, & ad declarationẽ suorũ discipulorũ non signa & admirabiles potentias exegit: quamuis hæc patrandi illis virtutem largitus est, sed ait. In hoc cognoscẽt omnes, quòd discipuli mei estis; si dilectionem habueritis ad inuicem. Atque sic vbique hæc mãdata cõnectit, vt beneficientiam erga proximum in seipsum transferat. Esuriui, inquit, & dedistis mihi manducare, &c. Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.

Ioan. 12.

13 Serm. 29. in Cantica. *Cant. 1.* BERNARDVS explicans locum illum, Filij matris meæ pugnauerunt contra me, ait. fratribus suis de inimicitia loquens. Longe quæso a vobis facite semper hoc tam abominabile, & detestabile malum. Vos qui experti estis, & quotidie experimini, quàm bonum, & quam iocundum habitare fratres in vnum. Væ homini illi, per quem vnitatis vinculum iocundum turbatur. Iudicium profecto portabit, quicumque est ille. Ante mihi contingat mori, quàm audire in vobis aliquem iuste clamantem, Filij matris meæ pugnauerunt contra me. Nonne præsentis cõgregationis tamquã vnius matris filij omnes vos estis singuli alterutrum fratres? Quis ergo nocere vobis poterit, si boni æmulatores fueritis? Quamobrem æmulami ni charismata meliora, Charisma peroptimũ charitas est, plane incomparabile, quod nouæ sponsæ cælestis sponsus toties repetebat dicens. In hoc cognoscent omnes, quòd discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicẽ. Mãdatum nouum do vobis, vt diligatis inuicẽ. Itemque orans vnum eos fore, sicut ipse, & pater vnum sunt. Et Paulus ad superexcellentiorem viam nos mittit, haud aliam profecto illã, quàm charitatem definiens. Denique quidnam huic comparãdum putemus, quæ ipsi præfertur martyrio, ac fidei montes transferenti? Hoc igitur est, quod dico, mutuus amor in vobis sit, & omne quod extrinsecus minari videtur non terret: quia non nocet. Proinde dilectissimi pacem habete ad inuicem, & nolite lædere non facto, non verbo, non signo qualicumque. Si enim peccantes in fratrem, in Christũ peccatis, qui ait. Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Nec cauendum a grauioribus tantum offensis; cauenda sunt & leuia. Si tamen leue debeat dici quodcumque in fratrẽ præsumpseris voluntate lædendi, cum si irascaris illi; reus sis diuini iudicij. Merito quidem. Nam quod tu leue putas, & ob hoc leuius præcipitas, plerumque alius aliter accipit tamquam homo secundum faciem iudicans, paratus festucam trabem suspicari, & scintillam putare fornacem. Et ita vritur ille, & moritur clauso, & letali vulnere intra semetipsum gemens, dum nihil aliud versare in mente potest, nisi iniuriam, quam accepit. Non potest orare, legere, non sanctum, aut spirituale aliquid meditari. Et ita intercepto vitali spiritu, dum suis destituta alimentis, quæ diximus vadit ad mortem anima, pro qua Christus mortuus est. Quid tu interim quæso animi habes? Quid oratio tua aut opus, quodcumque interim feceris, sapit ti bi, contra quem nimirum Christus anxie clamat de pectore fratristui, quem cõtristasti? Filius, inquiens, matris meæ pugnat contra me, & qui simul mecum dulces capiebat cibos, repleuit me amaritudine? Quòd si dixeris illum nõ tam grauiter pro tã leui causa debuisse turbari; respõdeo. Quanto leuior est, tanto a te leuius potuit non committi. Quid quod? Leue nõ est, in quo Christus offenditur, & tu reus es iudicij ipsius, in cuius manus incidere horrendum. Et si iniuriam accepisti, tace, & dic cum Propheta regio, Turbatus sum, & non sum locutus.

Psal. 132. *1. Cor. 12.* *Ioan. 13.* *Ioan. 15.* *1. Cor. 12.* *2. Cor. 13.* *Matt. 5.* *Matt. 7.* *Cant. 1.* *Heb. 10.* *Psal. 76.*

14 Matt. 5. 15 In libro cui titulus est modus bene viuendi ad sororem serm. 41.

IDEM ait. Propter hoc sumus congregati in vnum, vt omnes vnum spiritum, & vnum animum habeamus. Omnibus habitantibus in domo

domo Dei debet esse anima vna, & cor vnum in Deo. Nihil prodest, si nos contineat vna domus; & separat voluntas diuersa. In hoc ergo debemus esse vnius animi, & vnius voluntatis, vt diligamus proximum nostrum, sicut & nos. Soror charissima crede mihi, quòd Deo non tãtum placent nostra ieiunia, nostræ orationes, nostra sacrificia, quantũ concordia. Ideo Christus dicit, Vade prius reconcilari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Soror amabilis nihil est, quod diabolus tãtum timeat, quantum charitatem. Nam si totum, quod habemus, damus propter Deũ: hoc diabolus non timet: quia ipse nihil habet. Si ieiunamus, hoc diabolus non timet: quia ipse numquam comedit. Si vigilamus, hoc diabolus non timet: quia ipse numquam dormit. Sed si charitatem, & concordiam tenemus, hoc diabolus multum timet: quia hoc tenemus in terra, quod ipse in cælo tenere noluit. Hoc est etiam quo sancta Ecclesia terribilis est, vt castrorum acies ordinata. Quia sicut hostes timent, quando acies castrorum bene ordinatas ad bellum vidẽt: ita certe diabolus expauescit, quando spirituales viros virtutum armis accinctos in vnitate concordiæ viuere conspicit. Ipse victus, & confusus vehementer dolet, cum eos per discordiam diuidere, & penetrare non valet. Soror autem quæ vult concorditer viuere, debet mensurare actus suos, motus suos, sermones suos, & totam vitam suam, vt secundum Deum concordare possit cum illis, cum quibus viuit. O sponsa, Christi charitas, quæ te separauit a sæculo, ipsa te coniungat Deo.

Matt. 5. *Cant. 6.*

16 Lib. 13. in Isaiam Prophetam, in expositione cap. 47. to. 4. HIERONYMVS explicat verba illa, Sede tacens, & intra in tenebras filia Chaldæorũ: quia non vocaberis vltra domina regnorum. Iratus sum super populum meum, & dedi eos in manu tua, non posuisti eis misericordias, ait. Irascitur Dominus aduersus Chaldæos, licet ipse miserit eos ad capiendum Israel: quia iratus Dominus contra populum suum, corripere eos voluit, non perdere; verberare non occidere, illos autẽ abusos esse crudelitate sua, & plus imposuisse plagarum, quàm Dei vltio flagitabat. Vnde non debemus traditos nobis opprimere, qui ad hoc eruditur, vt meliores fiant. Huc etiam tendit, quod aduertit Chrysost. homilia 43. in acta Apost. exponens locum. Væ qui opulenti estis in Sion, &c. & nihil patiebantur super contritione Ioseph, &c. Quid dicis o Propheta, Deus punit, & ego condolerem his, qui puniuntur? Etiam. Hoc enim vult ille, qui punit. Neque enim ipse qui punit, oblectatur. Et propter hoc est dolẽdum, quòd digni supplicio sunt. Dic obsecro quando videris filium tuum vri, vel secari, nonne doles? Manifestum quòd doles. Et non dicis tibi ipsi, cur hoc? Ad sanitatem sectio spectat, pro liberatione est vstio. Attamen quando audieris vlulantem, nec ferentem dolorẽ, non sufficit illa sanitatis spes ad auferendam naturæ confusionem. Ita & in illis etiam, si ad sanitatem puniantur; attamen fraternam declaremus nos affectionem erga illos, paternamque voluntatem. Sectiones, & vstiones sunt pœnæ Dei, sed propter hoc debemus fiere, quòd ægrotarunt, quòd tali opus habuerunt medicina. Ex hoc vtroque loco constat manifeste, qualem vult Deus nos habere erga proximos dilectionem; quando tam acriter inuehitur cõtra eos, qui ipsius iussu puniũt homines prauos sine misericordia, & etiam aduersus eos, qui non compatiuntur super flagellis, quæ mali a Deo patiuntur.

Amos 6.

17 Lib. 4. in ca. 5. Pauli ad Gal. to. 8. *Gal. 5.* IDEM exponit ingentia bona, quæ ex amore proximi oriuntur. Fructus spiritus charitas tamquam radix omnium bonorum, quæ hoc nomine digna censentur. Et statim sequitur gaudium. Qui enim diligit quempiam, semper in eius felicitate lætatur. Tertius fructus est pax, de qua Psalmista loquens de Ecclesia, ait. Factus est in pace locus eius. Quæ est vna ex octo beatudinibus Euangelicis. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabũtur. De qua loquitur Dauid in Psalmo dicens, Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus. Benignitas, quam Stoici ita diffiniunt, quòd sit virtus sponte ad benefaciẽdum exposita, cuius officium est sua cunctos inuitare dulcedine. Post numeratur mansuetudo, quæ aduersa est iræ, rixis, dissensionibus, per quam famulus Dei Moyses testimonium scripturæ meruit accipere. De Dauid etiam scribitur. Memento Domine Dauid, & omnis mãsuetudinis eius. Cuius mansuetudo aduersus Saul, Absalom, & Semei maxime claruit. Vltimus fructus est continentia, vel castitas, quæ nõ solum in moderatione venereorum, sed etiam in suppressione iræ, & detrahẽdi libidine. Mansuetudo in viris est perfectis, qui interna perfecte moderantur. Continentia vero nondũ peruenit ad calcem: quia cupiditates adhuc in eius, qui se continet, cogitatione nascuntur, licet non superent, nec ad opus pertrahant cogitantem.

Psal. 75. *Matt. 5.* *Num. 12.* *Psal. 150.*

18 Moraliũ 7. cap. 10. GREGORIVS PAPA vbi exponit verba illa quæ habentur. Qui tollit ab amico suo misericordiam, timorem Domini derelinquit. Amicus, ait, hic quilibet proximus nominatur. Quia autem duo sunt præcepta charitatis, Dei videlicet amor, & proximi: per amorem Dei amor proximi gignitur, & per amorem proximi amor Dei nutritur. Nam qui amare Deum negligit, profecto diligere proximum nescit. Et tunc plenius in dilectione Dei proficimus, si in eiusdem dilectionis gremio prius proximi charitate dilatamur. Quia enim amor Dei amorem proximi generat, dicturus per legem Dominus, Diliges proximum tuum, sicut teipsum: præmisit dicens. Diliges Dominũ Deum tuũ; vt scilicet in terra pectoris nostri prius amoris sui radicẽ figeret, quatenus per ramos postmodum dilectio fraterna germinaret. Et rursus, quia amor Dei ex proximi amore coalescit: ait Ioannes, Qui non diligit fratrem suum, quem videt; Deum quem non videt, quomodo potest diligere? Et quia aduersitas est, in qua vera dilectio proximi dignoscitur: subditur. Fratres mei præterierunt me sicut torrens, qui raptim transit in conuallibus, q. d. tempore necessitatis me dereliquerunt, qui cum prospera gaude-

Iob 6. *Matt. 22.* *Deut. 6.* *1. Ioa. 14.*

rem

rem fortuna, amicos se profitebantur.

19 AVGVSTINVS sic habet. Non potuit apertius significari donum noui testamenti esse charitatem, quàm verbis Apostoli dicentis. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Hanc enim Christi legẽ dicere intelligitur: quia ipse Dominus præcepit, vt nos inuicem diligamus. Huius autem dilectionis officium est, inuicem onera nostra portare. Christum autem diligendo facile sustinemus infirmitatem alterius etiam, quem nondũ propter bona sua diligimus. Cogitamus enim, quia ille, quem diligimus Dominus propter eũ mortuus est. Quam charitatem Paulus nobis ingessit, cum diceret. Et peribit infirmus in tua conscientia frater, propter quem Christus mortuus est, vt si illum infirmum propter vitiũ, quo infirmus est, minus diligimus, in eo Christum consideremus, qui mortuus est propter illum, & illum propter Christum diligamus.

Libro 83. quæst. to. 4.
Galat. 6.
1. Cor. 8.

20 IDEM ait: Redire dimissa peccata, vbi fraterna charitas non est, apertissime docetur in Euangelio de illo seruo, quem cum Dominus inuenisset debitorem decem millium talentorum, deprecanti omnia dimisit; ille autem conseruum suum, qui ei debebat centum denarios, cum miseratus non fuisset, iussit eum Dominus reddere, quæ ei dimiserat. Esau propter fraternam discordiam separatus est a populo Dei, & Aser ex ancilla natus propter fraternã concordiam terram promissionis accepit. Ismaeli, vt separaretur a populo Dei, obfuit fraterna discordia. Illi autẽ sunt inutilia sarmenta, quæ tollẽda dicit Christus Dominus, in quibus charitas fraterna non viget. Hæc est, sine qua cetera non prosunt. Vnde inter fructus spiritus primum Paulus connumerauit charitatem, a qua ceteri incipiunt.

Lib. 1. de baptismo contra Donatistas to. 7.
Matt. 18.
Gen. 25.
Gen. 28.
Ioan. 15.
Gal. 5.

21 IDEM explicat locum Ioannis, Omnis qui natus est ex Deo, non facit peccatũ, & ait. Certum quoddam peccatũ intellige, quod non potest admittere homo, qui ex Deo natus est. Vt tale peccatum est illud, vt si quisquam illud admiserit, confirmet cetera. Si quis autem hoc nõ admiserit; soluat cetera. Quod est hoc peccatum? Facere contra mandatum nouum, quo nobis præcipitur, vt inuicem diligamus. Per hãc dilectionem peccata soluuntur. Hæc si non teneatur, & graue peccatum est, & radix omnium peccatorum. Qui facit contra dilectionem fraternam, non audet gloriari; & dicere se natum esse ex Deo. Qui autem in dilectione fraterna constitutus est, cooperit multitudinem peccatorum. Vnde Dauid in Psalmo attendebat quãta sibi essent præstita a Domino, & quærẽs quid pro omnibus retribueret Domino, nõ inueniebat. Quia quicquid retribuere voluisset, ab ipso acceperat. Et quid inuenit, vt retribueret? Calicem, inquit, salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Quis illi dederat calicẽ salutarem, nisi Dominus? Accipere autem calicẽ salutarem, & inuocare nomen Domini, hoc est, satiari charitate, & ita satiari, vt non solum nõ oderis fratrem, sed paratus sis mori pro fratre. Hanc charitatem docuit Christus in cruce mo-

Tract. 5. in primam canonicam Ioannis to. 9.
Ioan. 3.
Psal. 115.
1. Pet. 3.

riens. Hanc didicit Paulus dicens, Ego libentissime impendar pro animabus vestris. Hanc imitatus est Stephanus orans pro lapidantibus ipsum. Propter eos volebat Paulus viuere, pro quibus paratus erat mori. Et Petro dixit Christus post resurrectionem, Petre amas me, pasce oues meas q.d. Hæc est perfecta mei dilectio, vt pro fratribus facias, quod ego pro te feci. Qui non diligit fratrem suum, non est ex Deo. Dilectio sola discernit inter filios Dei, & filios diaboli. Amor proximi est illa margarita, quã qui inuenit negotiator, vẽdidit omnia, quæ habuit, & emit eam. Nos scimus, quia translati sumus de morte ad vitã: quoniam diligimus fratres. Si homo in corde suo inuenerit charitatem fraternam: securus sit, quia transit de morte ad vitam. Iam in dextera est, non attendat quia modo gloria eius occulta est. Cum venerit Dominus, tunc apparebit gloria eius. Viget enim, sed adhuc in hieme viget radix, sed quasi aridi sunt rami, intus est medulla, quæ viget, intus sunt folia arborum, intus fructus, sed æstatem expectant.

2. Cor. 12.
Philip. 1.
Ioan. 21.
Matt. 25.

23 IDEM ait. Ascensurum caput in cælũ commendauit mẽbra in terra, & discessit. Et postquam in cælo fuit, calcabantur membra in terra; & de cælo clamabat, Saule, Saule quid me persequeris. Ascendi in cælũ, sed adhuc in terra iaceo, hic ad dexteram Patris sedeo, ibi adhuc esurio, sitio, peregrinus sum. Ecce quà iaceo, qui ascendo. Ascẽdo enim, quia caput sum, iacet adhuc corpus meum. Caue ne percutias, caue ne violes, caue ne calces, nouissima verba Christi ituri in cælum sunt ista. Considerate languentem in lecto hominem, in domo sua iacentem, & maceratum ægritudine, proximum morti, anhelantem iam animam, inter dentes quodammodo habẽtem, qui forte sollicitus de aliqua re chara sibi, quam multũ diligit, veniat illi in mentem, & vocet heredes suos, & dicat, Rogo vos facite hoc, teneat quodammodo violente animam, ne antea exeat, quàm verba illa formentur. Cum illa verba nouissima dictauerit, efflat animã, tollitur cadauer in sepulchrũ, heredes ipsius quomodo meminerunt nouissima verba morientis? Quomodo si quis existat, qui dicat eis nolite facere, quid ergo illi dicãt? Ergo non facio, quod mihi pater efflans animã nouissime mandauit? Quod vltimum sonuit in aures meas proficiscente hinc patre meo? Quæuis alia verba ipsius aliter possum habere, nouissima verba me plus tenent. Non eum vidi amplius, non audiui loquentem. Fratres cogitate visceribus Christianis, si heredibus sunt tam dulcia, tam grata, tam magni ponderis verba patris ituri in sepulchrum, heredibus Christi, qualia debent esse verba nouissima non redituri in sepulchrum, sed ascensuri in cælum. Quid sperant illi, qui verba nouissima sedentis in cælo non custodiunt, vidente desuper an cõtemnatur an non, illius, qui dixit, Saule Saule quid me persequeris? qui seruat ad iudicium, quod videt pati membra sua.

In primam canonicam Ioannis to. 10.
Matt. 25.

24 BASILIVS ait. Ad proximum diligendũ id primo animum nostrum mouere debet, vt

In libro regularium institutionum respons. 237.

Deo

Deo similes simus, qui dixit. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Secundo quia si proximus mihi benefecit natura impellẽte ipsum diligere cogor, vt Christus Dominus docuit apud Matthæum. Si diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne, & Ethnici hoc faciunt, &c. At si malum in nos contulit, tunc maius bonũ nobis fecit dicente Domino, Beati estis, cum maledixerint vobis homines &c. merces vestra copiosa est in cælo. Hæc omnia sunt rationes optimæ, quibus dilectio proximi suadenda est: quia conformis naturæ nostræ, quia perfectio viri Christiani maxima, quia a Christo Domino maxime cõmendata; Et quia acriter inuehitur contra eos, qui proximos non diligunt.

Ioan. 12.

Amor proximi qualis futurus est, vt Deo sit probatus, & in quibus inueniatur. Cap. XVI.

1 AVGVSTINVS: Dilectionis officium est inuicem onera nostra portare. Sicut enim de ceruis nonnulli scripserũt, cũ fretum ad insulam transeunt pascuarum gratia; sic se ordinant, vt onera capitum suorum, quæ gestant, in cornibus super inuicẽ portent: ita vt posterior super anteriorem ceruice proiecta caput collocet. Et quia necesse est vnum esse, qui ceteros præcedens non ante se habeat, cui caput inclinet, vicibus id agere dicuntur; vt lassatus sui capitis onere, ille qui præcedit post omnes redeat, & ei succedat, cuius ferebat caput, cũ ipse præiret. Ita inuicem onera sua portantes, fretũ transeunt, donec veniãt ad terræ stabilitatem istam. Fortasse ceruorum naturam intenderat Salomon, cũ ait. Ceruus amicitiæ, & pullus gratiarum tuarum colloquãtur tecum. Nihil enim sic probat amicum, sicut oneris amici portatio v. g. Iram fratris tui tunc portabis, cum tu aduersus eum non irascaris; vt rursus eo tempore quo te ira præoccupauerit, ille te tranquillitate sua supportet. Et itẽ si quis loquacitatẽ inse vicerit, & pertinaciã nondũ vicerit, alius vero adhuc loquax sit, sed iam pertinax non sit: debet ille huius loquacitatẽ, & iste illius pertinaciam, donec illud in illo, & hoc in isto sanetur, charitate portare. Et Paulus dixit, non quæ sua sunt vnusquisque quærat, sed quæ aliorum. Cui sententiæ cõnexuit, Hoc sentite in vobis, quod & in Christo IESV, ad hoc dumtaxat, vt quemadmodum ille in eo, quod Verbũ caro factũ est, & habitauit in nobis, & sine peccato cum esset peccata nostra suscepit, non attendens sua, sed nostra, ita & nos libenter ad eius imitationem inuicem onera nostra portemus. Hoc ergo exhibeamus illi, cuius infirmitatem portare voluimus, quod ab illo nobis vellemus exhiberi, si forte nos in ea essemus, & ipse non esset. Omnibus omnia factus sum, vt omnes lucrifacerem, ait Paulus. Omnibus omnia factus est cogitando, scilicet etiam in eo vitio se esse potuisse, vnde cupiebat illum liberari.

Lib. 83. quæstionũ to. 4.
Prou. 5.
Phil. 2.
1. Cor. 9.

2 IDEM, Perfectio charitatis in hoc cõsistit, vt pro fratribus animas ponamus. Exordiũ autem illius est bona nostra egentibus impartiri, vnde ait. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum esurientem, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo poterit dilectio Dei manere in eo? Ecce vnde incipit charitas. Si nondum es idoneus mori pro fratre, iam idoneus esto dare de tuis facultatibus fratri. Iam percutiat viscera tua charitas, & de intimo adipe misericordiæ, vt consideres illum in egestate positum. Si enim superflua non potes dare fratri tuo; animam tuam potes dare pro fratre? Si cor tuũ dixerit, ego daturus sum pecuniam meam, ne ille molestiã patiatur? Dilectio Patris nondum in te manet, non es natus ex Deo, quomodo ergo gloriaris te esse Christianum? nomen habes, & factum non habes. Si autem nomen secutum fuerit opus, dicat quispiam paganum, tu factis ostende te Christianũ. Alias quid tibi prodest nomẽ, vbi res non inuenitur? Filioli non diligamus tantum verbo, neque lingua, sed opere, & veritate. Quia pro fratribus animas ponere, & eis facultates porrigere, potest quis propter iactantiam facere. Ait, Non diligamus verbo, sed opere, & veritate. Qui tunc taliter diligit, quando ante Deũ, vbi solus videt, cordi suo persuadet, quod vere diligit ex charitate, Ne de ipso dicatur. Si tradidero corpus meũ ita, vt ardeam, & distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, charitatem autem non habuero, nihil prodest. Sed de radice dilectionis rami bonorum operum pullulent. Opus autem suum probet vnusquisque ait, & tunc in semetipso laudem habebit, & non in altero, non quando illi perhibet testimonium lingua aliena, sed quando perhibet conscientia propria. Charissimi si cor nostrum non reprehenderet nos, fiduciam habemus ad Deum. Cor nostrum nos non reprehendere est germane, & sine simulatione, & sincere fratres diligere, salutem fraternam quærens, nullum emolumentum sperans a fratre, nisi salutem ipsius.

Tract. 5. in primam canonicam Ioannis to. 9.
1. Ioan. 2.
1. Ioan. 2.
3
1. Cor. 13.
Ibid.

4 CHRYSOSTOMVS exponens locum Matthæi cap. 18. Vbi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum, ait. Animaduerte quomodo hic diffidia, & inimicitias dissoluit, & homines ad vnam congreget voluntatem non pœnarum tantũmodo terrore, vt supra in eo, qui debebat decem millia talenta ostendit; sed etiam his donis, quæ a charitate profluunt, vbi magna concordiæ præmia exponit; cum & a Patre, qui consensu, & charitate coniuncti sunt, facile impetrent, quod petunt; & ipsum Christũ in medio sui possideant. Dicit autem ex vobis, qui virtute polletis, qui Euangelicam vitam recte viuendo complectimini. Et addit, In nomine meo, ideſt, Si quis propter me principaliter charitate proximo coniungitur, secum ipse sum. Tales autem raro inueniũtur: namque plures videmus alias amicitiæ causas quærere. Nam alius amat: quia redamatur, alius quia honore afficitur, alius

Hom. 61. in Matthæum tom. 2.

quia vtilitati sibi esse, aut fore hominẽ putat; Christi vero causa difficillime quemquam inuenies, qui amicum, vt oportet, diligat: sed omnes fere sæcularium vinculo rerum inter se vinciuntur. Non ita Paulus, sed propter Christum diligebat. Quare quamuis non tantum amabatur, quantum amabat: tamen quoniam robustas amoris radices iecit, non dissoluit charitatem. Nunc vero si omnia diligẽtiori cura seruabimus, amicitiarum efficientia commoda magis sæcularia, quàm hoc inueniemus. At qui caducis, citoque instabilibus causis copulãtur, eorum coniunctio perpetua esse non potest. Sed vel contemptus, vel pecuniarum iactãtia, vel liuor, vel gloriæ cupiditas, vel aliud huiusmodi amicitiam dissoluit. Vbi si spiritualis esset radix: nulla res sæcularis eam euelleret. Ea certe charitas, quæ Christi causa fundatur, firma, stabilis, atque inuicta est, nec vlla re temporali conquassatur. Qui enim amat, quoniam redamatur; si quid minus iucundum ab amico ad eũ profectum fuerit, finẽ amandi illico fecit. Qui vero Christi charitate amicis conglutinatur, numquam ab amando desistit. Ideo Paulus aiebat, Charitas numquam excidet. Quid enim dicere poteris, an quia honoratus abs te contumeliam vice honoris retulit, an quia pro beneficiorum gratia inrerficere conatus est? Si propter Christum diligis, hæc ipsa ad maiorem te impellunt charitatẽ. Omnia enim, quæ sæculares amicitias tollunt, spiritalem confirmant amorem magis. Quapropter qui hoc amore spirituali diligit non generis nobilitatẽ, non præstantiam patriæ, non excellentes diuitias, non denique quantum redametur inuestigat. Verũ etiam si odio habeatur, si cõtemnatur, si interficiatur: quoniam sufficiens sibi ad amandum Christus causa est, perseuerat in amore.

5

1. Cor. 13.

6 IDEM sic ait. Vbi gloriæ cupiditas est, ibi, quia liuor vires suas exercet, nulla sincera potest amicitia inueniri. Sed quemadmodũ, qui eodem artificio quæstum habẽt, sic omnes, qui vnam rem in sæculo appetunt, sincero, ac puro nequeunt amore coniungi. Vnde fit, vt bellum intus sine inducijs semper geratur.

Hom. 59. in Matthæũ.

7 IDEM sic ait. Supportantes nos inuicem in dilectione. Dixit Apostolus, Vbi dilectio est, ibi tolerabilia sunt omnia. Studentes seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Liga ergo manus tuas mansuetudine, alliga te ipsum fratri. Qui tales sunt nẽpe dilectione fratribus alligati; omnia facile ferũt. Colliga te ipsum illi, & illum tibi, vtrumq. in tua potestate est. Possumus enim, si quem voluerimus facile amicũ nobis reddere. Studentes, inquit, non obiter istud agendũ est. Quid est vnitas spiritus? Quemadmodum in corpore spiritus est omnia cõtinẽs, quamquã diuersa sunt membra; ita & hic. Nam ad hoc datus est spiritus, vt genere, ac moribus diuersis discretos vniat. Hic enim senex, & iuuenis, diues, & pauper, mulier, ac masculus, & omnis anima vnum quid fiunt, idq. magis, quã si corpus vnum essent. Est enim ista cognatione illa maior, & plenior vnitatis huius perfectio animæ. Si quidem vnitas custoditur in vinculo pacis, in inimicitijs autem, & dissensione consistere non potest. Sicut enim ignis, si quando arida ligna nactus fuerit, vnam pyrã ex omnibus facit; si vero humida fuerint, nec in illis operatur, nec illa conglutinat: ita & hic nihil eorum, quæ frigida sunt, vnitatem hanc cõplecti poterit, sed quicquid velut magna ex parte feruidũ fuerit. Vinculo itaq. pacis colligari omnes nos vult Apostolus. Nam quemadmodum si quando te ipsum alij cuipiam alligare volueris, alia ratione illud non potes, nisi illũ tibi colligaueris: ita, & hic alligari nos inuicem vult; non simpliciter pacificos esse, neq. vtcũque diligere: sed in omnibus vnam esse animã. Non stringit vinctas manus, nec premit hoc vinculum, sed relaxat, & in spatiosã latitudinẽ cõstituit, solutosque alacriores facit. Qui robustus est, si fuerit infirmo alligatus portabit illum, & perire non sinet. Et si cum pigro ligatus fuerit, excitabit illum: ciuitas enim munita est frater a fratre adiutus. Quid autẽ vinculum hoc lædit ac perdit? Pecuniarũ amor, ambitio dominandi, aliorumq. talium vincula ista laxant, atque interci dunt. Quomodo cauebitur, ne intercidant? Si amoueris illa, nihilq. eorũ, quæ dilectionẽ corrumpunt, interturbauerit. In malis inueniri nõ potest custodia pacis. Auarus cum auaro, numquam pacificus est, & nisi essent in medio illorum, & iusti, & pacifici, & qui iniuriam ferrent, dilaniaretur, ac cõsumeretur mutuis morsibus istud hominũ genus, non aliter quã duæ bestiæ vehemẽter famelicæ, quæ nisi esset in medio illarum, quod consumi ab ipsis posset, seipsas cõsumerent: ita & ab auaris, & malis vtiq. fieret. Itaque non potest esse pax, & amor nisi virtute primũ parta. Qui virtute præditus est, non præfert pecunias dilectioni, nõ est memor iniuriarum, nihil iniuriæ committit in proximum, nõ conuitiatur, omnia generose tolerat. Ideo dixit Christus, Quando abundabit iniquitas, tũc refrigescet charitas. Qui diligere nescit multa quoq. mala patrabit. Et qui mala perpetrat diligere quoque nõ nouit. Nisi sit apud nos, quod vel dolum sapiat, vel fictionem. Nam nihil tale reperitur, vbi fuerit amicitia exprobrationem cõtumelioſam, secretorumq. reuelationẽ, & læsionem dolosam caueas. Per ista siquidem fugatur amicus, maxime si secreta illius reuelaueris. Et quemadmodum nemo apud seipsum secretum quid habet, neque etiam seipsum celare quicquam potest, ita neque amicos.

8

Matt. 24.

9

BASILIVS ostendit, quòd is, qui dilectio nem secundũ Christum habet, aliquando offendit eum, quem diligit ad vtilitatẽ. Sicut Christus Dominus frequenter ad ipsorum vtilitatẽ cõtristabat Apostolos, & Paulus Corinthijs scribens ait. Si contristaui vos per Epistolam, non me pœnitet, &c. sed gaudeo: non quia contristati estis, sed quia cõtristati estis ad pœnitẽtiam, &c. Et in epistola 83. ad Leontium sophistam in vltimis verbis habet hanc sentẽtiam. In hac re potissimũ ab adulatore differt amicus; quòd ille quæ iucunda sint, dicat: iste vero non veretur etiam tristia afferre.

10

In libro de ralium, vbi statuit o ginta reg las moral sententiar regula sup tom. 2.

2. Cor. 7.

IDEM vbi in responsione 175. respondens illi

11

Libro cui titulus est regulę breuiores, vel quæstiones cõpendio explicatæ.

1. Cor. 12.

illi quæstioni, qua quæsierat, Quomodo appareret, qui diligit fratrem iuxta Domini mandatum, & quomodo deprehenditur, qui non sic diligit, ait. Dilectionis duo hæc præcipua sunt, tristari quidem, & sollicitum esse ob ea, in quibus læditur is, qui diligitur; gaudere autem pro ipsius vtilitate. Ideo dixit Paulus. Si afflictum fuerit vnum membrum, compatiuntur omnia mẽbra pro ratione omnino dilectionis in Christo. Et si glorificatum fuerit vnũ membrum; congaudent omnia membra complacendo alteri. Qui vero non ita affectus est: manifestum se facit, quòd fratrem non diligit.

12

Lib. 3. officiorum ca. 3. to. 4.

Philip. 2.

AMBROSIVS vult nos omnibus esse beneficos, vt non quæramus quæ nostra sunt, sed proximorum, sic ait. Si quis vult placere omnibus, quærat, non quod sibi vtile est, sed quod multis, sicut quærebat Paulus. Hoc est enim conformari ei qui exinaniuit se, vt formam susciperet hominis, quam operum suorum locupletaret virtutibus. Tu ergo spolias quem induit? Tu exuis quem vestiuit Christus? Hoc enim agis, quando alterius detrimento tua cõmoda augeri expetis. Considera o homo, vnde nomen sumpseris. ab humo vtique, quæ nihil quidquam eripit, sed omnia largitur omnibus, & diuersos in vsum animantium fructus ministrat. Inde appellata humanitas specialis, & domestica virtus hominis, quæ consortem adiuuet. Ipsa te doceat forma sui corporis, membrorumque vsus. Numquid membrum tuum alterius membri officia sibi vendicat, vt oculus officium oris, aut os oculi, aut manus, pedum ministerium, &c. Finge quod oculus detrahat sensum capiti, auditum auribus, menti cogitationes, odoratum naribus, ori saporem, & sibi conferat: nonne omnem statum dissoluit naturæ? vt late docet Apostolus, &c. Vnde vides, quàm graue est, vt detrahas aliquid ei, cui nos compati oportet; & cui debemus consortium ministerij, ei fraudi, & noxiæ simus? Hæc vtiq. lex naturæ est, vt alter alteri tamquam vnius

13

partis corporis inuicem deferamus, &c. Ostendit Ambrosius, quòd taliter nobis prospicere debemus, vt proximis vtiles simus, sic ait. Si vna est lex naturæ omnibus, vna vtique vtilitas vniuersorum, qua ad consulendum omnibus naturæ lege constringimur. Etenim si hi, qui in stadio currunt, ita feruntur præceptis informari, atque instrui, vt vnusquisque celeritate non fraude contendat, cursuque, quantum potest, ad victoriam properet; supplantare autem alterum, aut manu deijcere non ausit: quanto magis in hoc cursu vitæ istius, sine fraude alterius & circumscriptione quærenda nobis victoria est. Hic videtur Ambrosius tenere, quòd non licet in propriam defensionem inuadentem occidere, ait enim sic. Nõ videtur quòd vir Christianus, & iustus, & sapiens quærere sibi vitam aliena morte debeat: vtpote qui, etiamsi in latronem armatum incidat, ferientem referire

Matt. 26.

non possit; ne dum salutem defendit, pietatem contaminet. De quo in Euangelij libris aperta, & euidens sententia est, Reconde gladium tuũ; omnis enim qui gladio percusserit, gladio ferie

14

Lib. de Noe & arca cap. 17. tom. 1.

Gen. 9.

tur. Quis latro detestabilior, quàm persecutor, qui venerat, vt Christum occideret? Sed noluit se Christus persecutorum defendi vulnere, qui voluit suo vulnere omnes sanare, &c.

IDEM tractans illud, quomodo coruus ab arca emissus non sit reuersus, dicit, hoc significare, quòd omnis iustus, quando mundare se incipit, quæ tenebrosa sunt, & immunda, & temeraria primo a se repellit: siquidem omnis impudentia, atque culpa tenebrosa est, & mortuis pascitur sicut coruus. Lumini autem vicina virtus, quæ mentis puritate, & simplicitate resplendet. Et ideo tamquam emittitur, & fugatur culpa, & separatur ab innocentia, vt nihil remaneat in viri iusti mente tenebrosum. Denique egressus coruus non reuertitur ad iustum: quia fugitans culpa omnis æquitatis, neque improbitati videtur, & iustitiæ conuenire. Denique euasisse se credidit iniustus tamquam de vinculis, cum iustus ab eius se consortio separauerit. Quòd autem columba non inueniens requiem suam, regreditur ad eum: manifestum indicium dedit per huiusmodi aues, quantum intersit inter malitiam, & virtutem exprimi. Si quidem coruus ante dimissus, cum aliquanto videretur amplius diluuium exundare, visus est locum inuenisse residendi. Et certe non est huiusmodi coruus, vt aliæ aues, quæ in aquis conuersationem habere consueuerunt. Cum ergo coruus, vbi remaneret inuenisse videatur, columba autem non inuenerit: euidens ratio est altiori interpretatione signari: quia malitia inquietis passionibus, & cupiditatibus, quibus corrumpitur anima, se miscere consueuit, & quasi cognatis, & domesticis delectatur, ibique commorationem suam locat, virtus autem, prima statim specie visionis offensa regredi festinauit ad mentem, animamq. iusti; quòd illic diuersorium sibi tutissimum sit locatũ, eo quòd alibi tamquam colũba, ita huiusmodi virtus stationem tutissimam inuenire non possit. Tarde enim inter astutias istius mundi, & sæcularium fluctus cupiditatum portum solet inuenire simplicitas. Itaque sicut iustitia velut visendi gratia progressa paulisper ad mentem optimam redire festinat, nec longius discedit a iusto: ita etiam iustus, & studiosus virtutis, vbi virtutem appropinquare nouerit, gremiũ suæ mentis expandit. Vide ibi quomodo iustus columbam statim apprehendat reuertẽtem: quia si aliquando virtus propter hospitium familiare sibi reuolat, & recurrit, quam sapiẽs, & industrius tamquam manu quadam mentis festinat excipere, omne cor aperiens suum, quo etiam eam absentem tenebat. Quid autem sibi vult, quod tenuit septem diebus alijs columbam, & iterum emisit eam, nisi vt aduertas quòd bonum sapientis, optimumque propositum semper sibi etiam alios adiungere studet, errantes emendare, corrigere vagantes? Si quem in principio resilire conspexerit, tamen commutandi eius, & corrigendi non desperet profectũ. Sicut enim bonus medicus, & si tempus medicinæ nõ sit; tamen visitationis speculam ante præmittit, & cum fuerit facultas oblata, suum non in-

15

Gen. 9.

16

Gen. 9.

termittit officiũ. Ita ergo & sapiens verbis, ac disputationibus tãquã medicus medicamentis cõtrarias curare desiderat passiones, &c. c.19. prosequitur intentũ ostendens quid significat columbã reuerti cum ramo oliuæ, eo quod simplicitas puritate, ac sinceritate semina quædã auribus nostris vtilitatis infundit, & bonæ doctrinæ,& virtutis,& ad iustitiã prouocat,& inuitat ad præmiũ bonæ sibi cõmissos disciplinæ, aut gerendæ pœnitentiæ,& sequendæ conuersationis cupiditatem injcit peccatori,&c.Secũda autẽ vice emissa colũba,nõ regreditur: quia inuenit, vbi requiesceret pes eius. Quia vbi deferbuerint diluuia passionum, & auditi verbi comptæque doctrinæ plurimi studuerint esse consortes: iam non vnius patrimonium, sed commune bonum esse incipit disciplina virtutis, & tamquam sapientiæ poculum hauritur a plurimis, qui ante scientes viuere noluerunt. Neque ideo perditur, sicut neque sol mittens radios,neque ignis alios illuminans, & calefaciens suæ naturæ amittunt, vel splendorem, vel calorem, &c.

17 Serm.15.in Psal. 118. tom.4. *Matt.* 22. *Eucæ* 14. IDEM super illudni,Iquos odio habui,&c. sic ait. Tu Domine Iesv legem dedisti dicens, Dilige Dominũ Deum tuum,dilige proximum tuum, & vt impleres hanc legem venisti,dixisti per legem: Honora patrem, & matrem, in Euangelio iubes, vt parentes oderim,quomodo sibi conueniunt ista præcepta? Non possum saluo pietatis iure odisse patrem, cui debeo quòd creatus sum,nec matrem, longo decem mensiũ fastidio pij fœtus onera portantem, cui nostra absolutione plus periculi in dilatione plus tædij est.Quid dulcissimi merentur filij,vt paterno excludantur amore, cum sit impium mori nolle pro filijs? Quid vxor charissima, quædam vitæ coheres,& cõsortium communis naturæ? quid fratres eisdem concreti visceribus, atque formati, eodem naturæ hospitio in hunc vsum lucis emissi? Oderim ergo pignora charitatis? Ita Euangelij lenitate rigorem præduræ legis Iudæis inflectis,vt quorum lex condemnat,iniurias eorum tu Euangelio tuo cõdemnes gratiã. Videoistiusmodi assertioni me respondere nõ posse,sed tu Domine responde. Respondet igitur;Ego non condemno pietatem. Ego parentes non præcipio non amandos, qui inimicos suadeo diligendos. Sed non legisti,Tẽpus amãdi,& tempus odio habendi,tempus belli, & tẽ-
Eccl. 3. pus pacis,de quo hoc dicit Ecclesiastes?Nonne de eo,quod ratione tẽporis fiat, vt aliquos pie, & amare,& odisse possimus, Vt quos dilexeris odisse,& quos oderis,amare cõueniat. Non er-
18 go parẽtum infundi odia pectoribus filiorum, &c.Naturam interroga, quod exegerim.amari a parentibus filios lex naturæ est,a maritis conuiuges lex diuina est. Diligere fratres naturæ prærogatiua est, &c. non ergo necessitudinum intestina bella mandaui, sed illecebram suspectam habui. An non iure suspectam,cum serpẽs ille callidus ad cõstruendas nequitiæ suæ artes femineis magis illecebris, quàm suis commisit venenis? Itaque femina virum, quem serpẽs tentare non ausus est,cibo oris,& vi amoris inflexum molli quadam, & cõciliatricula vxoriæ sedulitatis affectione traduxit.Et adhuc Eua liberos non habebat, quorũ gratia vti dulcis ad amorem,ita esset facilis ad lapsum. Quam plurimos a martyrij cõsummatione sæpe reuocarit,& quem formidolosa carnificum pompa nõ terruit,&c.vxor teneræ sobolis oblatione miserabilis vnius lachrymæ miseratione decepit. Samson captus est per vxorem,numquid tu fortior? Salomon captus est in vxore,numquid tu sapientior? Quid de fratribus dicam? Experta est in liberis, & Prophetæ domus detestabiliora inimici oscula, quam odia esse fraterna. Tempus igitur amandi, tempus odio habendi. Hoc est tempus martyrij, quando ea quæ diuina sunt omni charitati necessitudinum præferenda sunt. Tempus belli, quando etiam bellũ pro Christi nomine perfudis pignoribus inferamus. Denique ipse in Euangelio euidenter exposuit,qua ratione nostros debeamus odisse, dicens. Qui diligit patrem, aut matrem plus- *Matt.* 10
quam me, non est me dignus. Non dixit indignos esse,qui parentes suos diligunt, sed eos indignos ait, qui plus parentes, quàm Christum diligunt. Si enim ideo deferimus parentibus, quia nostræ generationis auctores sunt, quãto magis Christum oportet amare, qui ipsorũ est auctor parentum? Isti dederunt, quod non potestatis est,sed ministerij sui, Christus donat salutem,qui parentum beneficia conseruat,&c.

Amor inordinatus rerum temporalium, quæ, & quanta mala pariat,et quam acriter Deus illum puniat,vbi est. Cap. XVII.

1 Lib.8.in Esaiam Prophetã to.4. HIERONYMVS, vt animaduertat varie transtulisse interpretes locum, Perdidisti omnem memoriam eorũ, vbi pro memoria,septuaginta interpretes verterunt,masculum, Quia vtrumque nomen apud Hebræos ijsdem scribitur characteribus, etiãsi ob vocales subintellectas sint diuersa,ait.Hac verbi ambiguitate de- 1.*Reg.*15
ceptũ arbitrantur Saul, quando pugnauit contra Amalech, & interfecit omne masculinum eorum. Deo enim præcipiente,vt deleret omnem memoriam Amalech sub cælo,ille pro memoria, non tam errore, quàm prædæ seductus cupiditate masculos interpretatus est, nescies illud Apostoli. Nolite errare, Deus non irri- *Gal.* 6.
detur.Ex quo principio in ingẽtia deuenit mala. Quæ omnia ab isto deordinato amore rerũ temporalium originem traxerunt, vt ex sacris litteris aperte constat.

2 Lib.5. in Hieremiam Prophetam cod.tom. IDEM exponens locum ex 26. capite, in quo prædicante Propheta,Dabo domum istam sicut Silo, & vrbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terræ,subditur, Et audierunt Sacerdotes, & Prophetæ Hieremiam loquentem verba hæc in domo Domini, &c. Apprehenderunt eum Sacerdotes, & Prophetæ, & omnis populus dicens, Morte moriatur: quia

quia prophetauit in nomine Domini dicens, Sicut Silo erit domus hæc,& vrbs ista desolabitur. Vbi animaduertit Hieronymus quã acriter sacerdotes & Pseudoprophetæ, & promiscuũ vulgus irascantur contra SanctumVatem, eo quòd vera prædicat,& subuerso tẽplo, & ciuitate subuersa sit peritura religio, & lucra ex religione venientia. Vbi animaduertis, quòd tanta indignatio, & ira, & tot subinde mala, quæ inferre Prophetæ conati sunt,non ex zelo, sed ex amore nimio bonorum temporalium ortum habuit.

3 Lib.3. in lamentationes Hieremię.to.4. IDEM exponẽs locum Prophetæ Threnorum 4. Qui vescebantur voluptuose,interierũt in vijs. Qui nutriebantur in croceis,amplexati sunt stercora, sic ait. Qui sunt, qui vesceban tur voluptuose, nisi illi Iudæi, qui semper terrenis concupiscentijs, & sæculi voluptatibus dediti erant, & pro cibo, & potu sæpius murmurabant dicentes ad Moysen. Quis dabit no-
Num. 11. bis ad vescendum carnes? Recordamur pisciũ, quos comedebamus in Aegypto,&c.Ipsi interierunt in vijs: quia in lata, & spatiosa via,quæ ducit ad mortem exterminati sunt. Et qui nutriebantur in croceis amplexati sunt stercora; cum variam istius mundi pompam appetẽtes; in grandem malorum fœditatem deuenerunt. Quicumque enim auaritiam terrenam, & deliciarum voluptatem secutus viam istius vitæ incorrectus expleuerit,nõ ad æternæ vitæ gaudia, sed ad fœditatem pœnarum perueniet.

4 Lib. 3. in Ezechielẽ. to. 4. IDEM exponens locum ex cap. 8. Adhuc cõuersus videbis abominationes maiores,quas illi faciunt, & introduxit me per ostium portæ domus Domini,&c. Et ecce mulieres sedentes & plangentes Adonidem, sic habet. Eos qui ad sæculi mala,& bona,vel contristantur,vel exultant, mulieres appellemus molli, & effemina-
to animo, dicamusque plangere eos Adonidẽ, ea videlicet, quæ in rebus mundi putantur esse pulcherrima.Iuxta gentiliũ deliramenta Adonis fuit amasius Veneris iuuenis, & pulcherrimus,cumque talis esset in mense Iunio occisus est, & anniuersariam ei mulieres celebrabant solemnitatem, in qua plangebatur a mulieribus. His comparat diuinus Vates eos, qui ad sæculi bona exultant nimis, cum adsunt, cumque desunt vehementer tristantur.

5 Comment. Nahum 3. to. 5. IDEM exponens locum Prophetæ Nahum in cap. 3. & erit omnis qui viderit te, resiliet a te, & dicet? Vastata est Niniue, quis commouebit super te caput? Sic habet. Qui hæc terrena contemnit, & veneficæ Niniue, quæ figura est huius mundi, qui in maligno positus est, maleficia despexerit, nec falsa pulchritudine eius fuerit irretitus, cum omnem illius turpitudinem intrinsecus viderit,& cœperit odisse, quod ceteri diligunt: refugiet,& resiliet ab ea. Septuaginta interpretes loco illius verbi, resiliet,verterunt,descendet,q.d.Propheta.Quamdiu terrena honoramus, & putamus esse sublimia, velut in quodam superbiæ culmine sumus, & miramur pulchritudinem Niniue, cum autem considerauerimus naturam eius, & omnia corporalia bona quasi humilia despexerimus, subijcientes nos potentiæ manus Dei:tunc miserebimur Niniuitis,& omnia terrena bona digna planctu iudicabimus, dicemusque. Misera Niniue quanti tuis laqueis irretiti sunt? Quan tos alligatos vinculis tuis tenes, quis putas resiliet a te? & descendet de superbia tua, & te miseram iudicabit? Quod autem ait,quis,non tam pro difficili, quàm pro raro debemus acci pere, q. d. Raro inuenietur homo, qui te miseram reputet, cum multi sint, qui te beatam,ac felicem putent. Quis commouebit super te caput? vel vt septuaginta transtulerunt. Quis gemet eam,flens miserandũ hominis statũ, qui his rebus terrenis inordinate affectus hæret.

6 Ex libro 7. in Esaiam ca.23. to.4. IDEM explicans locum ex Isaiæ Prophetæ cap. 23. Cuius verba sunt. Quis cogitauit hoc super Tyrum quondam coronatam? Cuius negotiatores principes,institores eius inclyti terræ. Dominus exercituum cogitauit hoc, vt detraheret superbiam omnis gloriæ, & ad ignominiã deduceret vniuersos inclytos terræ, ita loquitur. Interrogat Spiritus sanctus in his verbis, immo interrogatione confirmat, quod Dominus hæc aduersus Tyri principes cogitarit. Quorum omnis industria est negociationi- *Matt.* 13.
bus opes quærere, & quomodo in Euangelio legimus institores margaritarũ, qui omnibus venditis vnam cupiunt emere margaritam. Et vtique appellãdi sunt inclyti negociatores Tyri, hoc est tribulationis,& angustiæ appellandi sunt inclyti terræ. Quja quicquid agunt terrã respicit. Vbi nos legimus,institores, Hieronymus de Theodotionis editione vertit Chanaã, *Psal.*19.
quod interpretatur (fluctuantes atque commo *Psal.*103.
ti) non enim statuerunt supra petram pedes suos, nec potest de eis dici petra refugium herinacijs, siue leporibus. Dominus ergo exercituum hoc consilium cogitauit, vt dissolueret pessima negociatorum vincula. Immo compactam iniuriam dissiparet, per quam cuncti,qui Tyro subditi sunt superbiunt. Quodque intulit. Et ad ignominiam deduceret vniuersos inclytos terræ, vel vt Hieronymus legit, Et de-
honestaret omne quod inclytũ est super terrã, 7
non ita accipiendum est, vt Dominus dehonestamenti auctor sit, sed quod per se ignominiæ patet, ostendit esse ignominiosum. Quæ dicen
di phrasis non dissonat vsui sacræ Scripturæ;Vt *Leu.*3.
constat, vbi de sacerdotibus dicitur. Contaminabit itaque eũ sacerdos, scilicet leprosum. Non quo sacerdos contaminationis auctor sit, sed quo ostendat eum esse contaminatum, qui prius mundus plurimis videbatur. Ita Deus dicitur contaminare negociatores terræ rebus temporalibus multum deditos: quia eorum im munditiam, atque ignominiam miserandumq. eorum statũ eis patefecit, qui ipsos magni existimabant.

Lib. 5. Hebraicarum traditionũ in Genesim prope finẽ tom. 3. IDEM ait, quod Balaã ille diuinator prius vir sanctus fuit, Deique Prophetes, postea vero per desiderium munerum (Promisit enim illi rex Moabitarum Balaac ingentes honores, *Num.*23.
& diuitias) Israeli contra Dei voluntatem maledicere cupiebat; Vnde diuini falsique Prophetæ nomen accepit.

8 Hom 62. in Matthæum tom. 2. CHRYSOSTOMVS vbi exponit verba illa Euāgelistæ ex cap. 21. desumpta. Et quærentes eum tenere timuerunt turbas, ait quòd quia rerum præsentium cupido Iudæorū principes inuaserat, in tam ingentia deuenere mala. Nihil enim ita præcipitem agit hominem, nihil sic a futuris deijcit bonis, quemadmodum si quis caducis his rebus animum affigit. Hæc cum ita se habeant; nonnulli tamen credere nolunt, sed insensatis lapidibus similes, vmbrarū voluptates insectantur.

9 Hom. 1. in Ioannem tom. 3. IDEM sic habet. Cum pecuniariū fames auditorum animos occupauit, nulla profecto ratione, huiusmodi in alijs rebus accipiendis desiderio flagrare possunt. Neque enim vnius anima multis sufficere potest cupiditatibus, sed ab alia, alia opprimitur, & diuisa fit imbecillior, cum alia dominetur, & totum ad se animum trahat. Diuina præsenti, & futuræ vitæ accommodata sunt, terrena vero neutri, nisi ab illis præscripta lege moderentur. Considera igitur quàm turpe, quàm sceleſtū sit, cum Christus nos ex hominibus Angelos fieri velit, ex hominibus in belluas sponte nostra mutari. Pecuniarum enim cupiditati semper inhiare, non hominum, sed belluarum potius est.

10 Hom. 58. IDEM præterea exponens locum ex Matthæi 6. cap. desumptum. Nemo potest duobus dominis seruire, sic dicit. Si mammonæ & diuitijs seruiamus, grauissimæ subijciemur tyrannidi. Omni enim tyranno grauior est diuitiarum cupiditas; nullam enim voluptatē habet, sed curas, inuidiam, insidias, odia, calumnias, & innumera virtutis impedimenta, desidiam, luxuriam, &c, quæ liberos penitus in seruitutem redigunt, & non hominum tantum, sed grauissimorum affectuum, & morborum animæ seruos. Hic multa audet, quæ nec Deo, nec hominibus placent, veritus ne quis hanc sibi auferat seruitutem. O amarum seruitium, o diabolicā potestatem. Hic omnium affectuum molestissimus est, cum tātis malis deuincti gaudemus, & catenas libenter amplectimur, & tenebrarū carcerem habitantes, in lucē prodire nolumus, sed malis inhæremus, malis oblectamur. Quare de nobis minime sperandū est, vt resipiscamus, qui peiori, quàm qui metalla effodiunt, conditione sumus, misere enim sine vlla mercedis spe laboramus. Et quod grauius est, si quis nos hac captiuitate liberare vellet, ægre ferremus, & indignaremur, in hoc nihil ab insanis differentes. In alijs tamen tanto miseriores, quòd nolumus ab insania liberari. Numquid propter ea in hunc mundum venisti, & homo factus es, vt æs, & aurum accumules? Non ideo te Deus ad suam finxit imaginem, sed vt futura bona cō sequaris. Quid hanc reijcis cognationem?

Matt. 6.

11

12 Hom. 7. in secundam epistolā ad ad Corinthios. IDEM sic habet. Hiems est cura rerum temporaliū, atque hieme tristior; neque enim hic rigor, aut pluuia nascitur, aut lutum gignitur, aut profundus limus, sed quod est his omnibus grauius gehēnam gignit hæc hiems, ac gehennæ mala; & quemadmodum in vehementi rigore congelascunt membra, suntque mortua. Nihilque formidolosius homine, rebus tēpora rijs affixo, propterea quod talis viuit vitam Cain, quotidie tremens. Innumerabiles enim metuit immutationes, neque liber est a metu paupertatis. Idque meritissime, vt qui anchorā fixerit in rebus putribus, ac volubilibus, etiāsi ipse, nullam patiatur mutationem; tamen in alijs eam conspiciens accidere, disperijt.

Gen. 4.

13 Hom. 17. in epistolā primam ad Timotheum. 1. Tim. 6. IDEM vbi illa explicat verba Pauli, Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt a fide, & inseruerunt se doloribus multis, inquit, Pulchre Apostolus ait, quòd aberrauerunt a fide. Non enim sinit cupiditas iter aspicere oculos in se attrahens, & sensim subducens. Sicut enim cum quis recto itinere gradiens, si in aliud aliquid intēdat animum pergit quidem, sed sæpe dum nescit, vrbē illam pertransit, ad quā properabat, ita ferme, & in cupiditate contingit, & inseruerunt se doloribus multis. Spinarum, inquit, in morem quacumque ex parte tangantur cruentant, & vulnera infligunt. Fugiamus itaque malorū radicem, & omnia vitabimus. Quid enim mali nō pecuniæ faciunt, immo non pecuniæ quidem, sed mala voluntas. Cuius ergo mali illæ causa non sunt? Nonne harum gratia rapimus? Non inimicitias subimus. Non conserimus rixas? Non contentiones perpetuas teximus? Nonne inter parentes, & fratres sæuierunt; nonne iura naturæ, & præcepta Dei, & omnia prorsus violarunt, qui illarum tenentur desiderio? Tolle itaque pecuniarum studium, & omnia mala sublata sunt. Conquieuit bellum, cessauit pugna, inimicitiæ in gratiam redeunt, sedatæ sunt contentiones omnes, Oportebat huiusmodi veluti corruptores, ac lupos toto orbe pelli, vt communem reipublicæ perniciem. Quemadmodum enim aduersi quidam, ac furentes venti, si in mare placidum irruant, ipsum funditus vertunt, adeo vt arena profundi supernis misceatur vndis; ita & pecuniæ cupidi omnia penitus miscēt, neminem, qui huiusmodi est, amicum nouit. Quid autem amicum dicimus? Ne ipsum quidē scit Deum; ea rabie detentus insanit, hi sunt, qui peruerterunt, atque perdiderūt omnia pecuniarum concitati rabie; hæc quæ pestis omnes infecit, alios plus, alios minus, vt nullus ferme sit insons. Sicut enim flamma vehemens, vbi in siluam incidit, peruertit omnia & desolatur; ita ista orbem destruxit vniersū. Reges, principes, priuati, pauperes, mulieres, viri, pueri omnes hac lue detinentur, ac veluti caligo quædam totum orbem obsederit. Quid ergo fieri oportet, vt huiusmodi extinguamus incendium? Nostra voluntate destruitur, quod fiet, si cogites, quàm sit inanis, & vana diuitiarū cupiditas. Denique non valet comitari ex vita abeuntes, & hic quoque nos sæpe dimittit. Porro vulnera, quæ nobis infligit, nusquam deserunt nos. Si attendamus innumeta his inesse pericula, momentaneamque voluptatem, eamque tristibus sæpe permistā; si cogitemus nihil nobis prodesse illas, non ad gloriam, non ad sanitatem, non ad aliud quicquam, sed contra nos in interitum mergere, pœnamque perpetuam.

IDEM

14 Lib. 2. de cōpunctione cordis, to. 5. IDEM sic habet. Nemo potest, eorum qui delectantur præsentibus, & caducis, cælestia ac spiritalia contueri. Nam & apud homines hic mos est, vt tunc thesauros suos, & recondidas diuitias patefaciant filijs suis, cum eos iam adultos viderint, & puerilis lasciuiæ vitia respuisse; donec enim his dediti sunt, non possunt eis parentum secreta committi. Ita & anima, nisi prius didicerit terrena contemnere, cælestia mirari non poterit; & econtra donec terrena miratur, necessario cælestia spernit, ac despicit, Sicut Eliseus, donec terrena contempsit, non vidit montem curribus igneis, atque equis flammeis plenum, armatorum turmas, & castra cælestis exercitus.

4. Reg. 6.

15 In Psalm. 19. to. 8. AVGVSTINVS sic exponit illa verba. Hi in curribus, & hi in equis, Hi volubili successione temporalium bonorum trahuntur, & hi superbis præferuntur honoribus, atque in his exultant, ipsi obligati sunt & ceciderunt, & ideo ipsi temporalium rerum cupiditate obligati sunt & ceciderunt.

Psal. 126. IDEM exponens illa verba, Beatus vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis, ait. Eia fratres mei quis replet desiderium suum ex eis? Qui non amat sæculū, qui desiderio sæculi plenus est, non est quo intret. Funde quod portas & capax fiere ad id, quod non habes, desideras diuitias non potes implere ex eis desiderium tuum.

Serm. 33. de verbis Domini to. 10. Psal. 54. IDEM sic dicit amor rerum terrenarum, viscum est spiritualium pennarum. Ecce concupisti, hæsisti, Quis dabit tibi pennas vt columbæ. Quando volabis, vbi vere requiescas, quando hic vbi male hæsisti, requiescere peruersę

1. Ioan. 2. voluisti. Nolite diligere mundum, neque ea

Ibidem. quæ in mundo sunt. Qui diligit mundum, non est charitas Patris in illo.

16 Epist. 166. quæ est ad Iulianum. BASILIVS: Est hæc sententia, qui valde vitæ curis occupati sunt, velut volucres carnosæ, frustra alas habentes, deorsum cum pecoribus trahuntur. Gubernatori nauis concessum non est, tranquillitatem in mari facere, quando vult: nobis vero ipsis tranquillam constitue re vitam, etiam valde facile est, si intrinsecus ex affectionibus insurgentes nobis tumultus compescuerimus, & mentem forinsecus accidentibus altiorem constituerimus.

17 In serm. 1. aduentus. BERNARDVS: Infelices filij Adam omissis veris & salutaribus studijs caduca potius, & transitoria quærunt. Quibus comparabimus homines istos? Profecto similes sunt his, qui submersi periclitantur in aquis. Nimirum videas eos tenentes tenere, nec vlla ratione deserere, quod primum occurrerit manibus, quicquid sit illud, licet tale sit aliquid, quod omnino prodesse non possit, vt sunt radices herbarum, ceteraq. similia. Nam & si qui ad eos forte veniant, vt subueniant, nonnunquam solent apprehensos inuoluere secum, adeo vt iam nec sibi, nec illis auxilium præbere valeant. Sic pereunt in hoc mari magno & spatioso; sic pereunt miseri dum peritura sectantes, omittunt solida quibus apprehensis emergere, & saluare possent animas suas. Neque enim de vanitate, sed de veritate dicitur. Cognoscetis eam & liberabit vos. Ioan. 8.

18 In serm. 80. super Cant. Coloss. 3. Psal. 38. IDEM sic ait. Anima curua est illa, quæ non sapit, quæ sursum sunt, sed quæ super terram: de his dicitur in Psalmo. Verumtamen in imagine pertransit homo, sed & frustra conturbatur, frustra omnino thesaurizat, & ignorat, cui congregabit ea. Cur ignorat nisi, quia inclinans se ad hæc infima & terrena, thesaurizat sibi terrā? Prorsus ignorat de his, quæ terræ committit, cui congregabit ea, tineæne demolienti, an furi effodienti, an igni deuoranti. Et inde misero homini incuruanti se, & incubanti his, quæ in terra sunt, flebilis illa vox de Psalmo, Miser factus sum, & curuatus sum vsque in finem. Tota die cōtristatus ingrediebar. In se enim experitur veritatem illius sentētiæ, Deus fecit hominem rectum, ipse autem se implicuit doloribus multis. Et continuo vox ludibrij ad eum, Incuruare vt transeamus.

Psal. 87. Eccls. 7. Isa. 51.

In serm. de verbis. IDEM: Ecce nos reliquimus omnia. Reliquimus omnia: quia exultauit Dominus, vt gigas ad currendam viam, nec currentem sequi poteras oneratus. Omnia dixerim, non tantum possessiones, sed etiam cupiditates, & eas maxime. Plus enim concupiscentia mundi, quàm substantia nocet. Et hæc fugiendarum diuitiarū causa præcipua est, quòd aut vix, aut numquam sine amore valeant possideri. Limosa & glutinosa nimis substantia nostra videtur, & facile cor humanum omnibus, quæ frequentat, adhæret. Foramen acus, huiusmodi sarcinas non admittit in fine, vt ostendat appetitum hominum circa temporalia, damnaq. inde secuta, sic ait. Vidi ego aliquando quinque viros, quidni phreneticos arbitrer? Primus siquidem buccis tumentibus, marinam masticabat arenam. Secundus sulphureo astans lacui, exhalantem tæterrimum, fætidissimumq. gestiebat haurire vaporem. Porro tertius fornaci incubans vehementer accensæ, micantes scintillas hiantibus excipere faucibus lætabatur. Quartus supra pinnaculum templi residens lenioris auræ spiritum aperto attrahebat ore, & si quominus influere videretur; flabello sibi ventum ipse ciebat, ac si totum speraret aerem deglutire. Quintus seorsum positus ridebat ceteros, ipse quoque ridēdus & maxime: proprias enim carnes incredibili quodam studio, fugere laborabat, nunc manus, nunc brachium, nunc alias partes applicans ori. Miseratus homines causamq. miseriæ scisitatus a singulis, vnam omnibus esse reperio, validissimam vtique famem. Tum vero macilentissimas eorum facies contemplatus, recordabar Prophetæ gementis miserabiliter & dicentis, Aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum? Quid hæc vobis (inquit) prosunt? Non sunt naturales cibi, magis famē hæc prouocant quàm extinguunt. Ecce desiderium terrenorum, quo adepto a summo bono longius detinetur homo, & inuenitur, quo te amplius dederis caducis rebus, & transitorijs appetendis. Reuertere, reuertere Sunamitis, reuertere, vt intueamur te &c.

19 Psal. 101.

IDEM

20 In ser. 33. ex paruis. *Gen. 27.*

IDEM sic habet. Cum in populo Dei carnales alij sint, alij spirituales, secundum ea quæ præferunt, aut carnales, aut spirituales iudicantur. Hinc est, quòd in benedictionibus Iacob, & Esau, & ros cæli & terræ pinguedo nominatur, sed non eodē ordine in vtroque. Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam, ait Isaac ad Iacob. Ad Esau vero in pinguedine terræ, inquit, & in rore cæli erit benedictio tua. Quid autem singuli præferant, a studijs eorū, & a sollicitudinibus innotescat. Reprobatus enim Esau præponebat, & diligebat temporalia. Et ideo hæc priori loco illi obtulit pater. Sancto vero Iacob hæc vt accessoria precatus est secundo loco.

21 Lib. 8. Moral. cap. 32. *Iob* 8.

GREGORIVS MAGNVS exponit verba illa ex Iob. Tabernaculum impiorum nō subsistet. Et ait, iniusti quanto longius ab æternæ patriæ hereditate diuisi sunt, tanto in terra altius fundamēta cogitationis figunt. Hinc est, quòd Cain primum filium suum Enoch vocat, atque ex eius nomine ciuitatem, quam condidit, appellat. Enoch enim dedicatio dicitur. Iniqui ergo se in primordijs dedicant, quia in hac vita cordis radicem plantant, vt hic ad votum floreant, & a sequenti patria funditus arescant. Horum tabernaculum in fundamento veritatis non subsistit. Vnde cum diues euangelij diceret, Anima habes multa bona requiesce &c. illico audiuit. Stulte hac nocte repetent animam tuam abs te &c. Quia vitæ fugientis amatores, dum studiose se in præsentibus construunt, repente ad æternam pœnam rapiuntur, vt Cain, qui primam condidit ciuitatem.

Luc. 12.

22 Lib. 18. Moral. cap. 12. *Iob* 27.

IDEM: Postquam dixerat sanctus Patriarca Iob. Diues cum dormierit nihil secum auferet, cum dormierit aperiet oculos suos, & nihil inueniet. In quibus verbis docuit, quòd impius cum in morte euigilat in vera cognitione, tunc nihil esse cōspicit, quod tenebat. Veniet quādoque tempus, vt euigilet, & tūc cognoscat quàm vacuum fuerit quod in somno tenuerat. Sæpe namq. contingit dormienti inopi, vt se per somnium diuitem videat, atque ex ijsdem rebus animum extollat. Sed repente euigilans, euigilasse se doleat, qui interim diuitiarum imaginem, vel dormiens tenebat, Sic sic sunt nimirū huius mundi diuites, qui rebus acceptis tument. Tarde quoque illis oculi aperiuntur, qui damnationis suæ tempore dicturi referuntur,

Sap. 5.

Quid nobis profuit superbia, diuitiarum iactantia quid contulit nobis? &c. Vilia & fugitiua fuisse quæ tenuerant, iam amissa cognoscunt,

Iob 27. *Cor.* 1.

quæ quamdiu aderant stultis eorum cordibus, magna & mansura videbantur, Tollet eum ventus vrens & auferet. Ventus vrens immundus spiritus est, qui malæ suggestionis flatu, ad terrena desideria iniquorum corda succendit. Vnde Hieremias Propheta testatur dicens. Ollam succensam ego video, & faciem eius a facie aquilonis. Olla namque succensa est cor humanum, sæcularium curarum ardoribus, desideriorumq. anxietatibus feruens. Quæ a facie Aquilonis succenditur, ideſt diaboli suggestionibus inflammatur.

IDEM eleganter explicat locum cap. 30. Iob, qui inter huiuscemodi lætabantur, & esse sub sentibus delicias computabant. In quibus verbis aperte significatur ex rerum temporaliū nimio amore quæ consurgant mala, & sic habet. Inter huiusmodi lætantur; quia cum amore temporalium flagrant, veram lætitiam volentes ignorant, quam si studiose cognoscere quærerent, quàm flenda sunt gaudia, quæ appetunt viderent. Sed dum meliora scire contemnunt, sola sibi velut summa eligunt, quæ visibiliter oculis fugaci seditione blandiantur, visibilia sequētes cor figunt, & tanto extrinsecus gaudent, quanto recordationem sui intrinsecus nō habent. Sed tamen non sine grauibus curarum molestijs, possunt temporalia quæ appetunt, vel non habita quærere, vel quæsita seruare. Multa sunt quæ miseros pungunt, sed easdem punctiones ipso rerum temporalium victi amore non sentiunt. Vnde recte dicitur, & esse sub sentibus delicias computabant; quia rebus quidem temporalibus gaudent. Sed tamen dum dispensare eadem temporalia sine tribulatione non valēt, ea cura punguntur miseri qua premuntur. Manent sub sentibus, & hoc ipsum delicias æstimant. Quia & dura quidem tolerant, & tamen affectu nimiæ cupiditatis obligati, laborem eiusdem tolerantiæ voluptatem putant. Vnde talium nomine Hieremias ait. Inebriauit me absynthio: quia qui inebriatur absynthio, & hoc quod sumpsit amarum est, & tamen non intelligit eam amaritudinem qua repletur. Humanum genus absynthio est ebrium: quia & amara sunt, quæ tolerat; & tamen eandem amaritudinem, cæcitate cupiditatis quasi insensibilitate ebrietatis ignorat. Amarum est quod bibit; sed quia hoc nimis inhianter sumpsit, eiusdem amaritudinis malum discernere iam præ ipsa ebrietate non sufficit. Amant enim qui tales sunt pro huius mundi gloria etiam tribulationes, & grauium laborum iugo deuotissime colla submittunt, quod bene sub Ephraim specie Osea prophetante describitur, qui ait. Ephraim vitula edocta diligere trituram. Vitula enim trituræ laboribus assueta, relaxata plerumque ad eundem laboris vsum etiā non compulsa reuertitur, ita prauorum mens rerum temporaliū fatigationibus assueta, etiamsi sibi libere vacare liceat, subesse tamē terrenis sudoribus festinat, vt a iugo mūdanæ seruitutis cessare non libeat, etiā si liceat. Quod iugum Dominus a ceruice discipulorū subleuans ait. Attendite ne forte grauētur corda vestra in crapula, & ebrietate, in curis huius vitæ, & superueniat in vos repētina dies illa. Hæc est vesana iniquorum mens, quòd plus acerbitate fatigationis, quàm quietis dulcedine gaudet. Quod Israeliticus populus ostendit, qui dum refectionem Mannæ desuper perciperet, ab Ægypto ollas carnium, porros, cepasq. cōcupiuit. Quid enim per ollas carnium, nisi carnalia opera vitæ, in tribulationum laboribus quasi ignibus excoquenda? Quid per porros, ac cepas exprimitur, quæ plerumque, qui comedunt lachrymas emittunt, nisi difficultas vitæ præsentis, quæ &

23 Lib. 20. Moral. cap. 16. *Iob* 3.

Cap. 10.

25 *Luc.* 21.

Exo. 16. *Num.* 11.

24 *Thren.* 3.

a dile-

ctoribus suis, & non sine luctu agitur, & tamen cum lachrymis amatur? Ecce miserandum statum eorum, qui immoderato amore terrena concupiscunt.

26 Lib. 27. Moral. cap. 7. *Iosue* 3.

IDEM sic habet, filij Ruben & Gad, & dimidia tribus Manasse, qui multa pecora, & iumenta possidebant, dum extra Iordanem, quæ viderant campestria concupiscunt, in repromissionis terra hereditatem habere noluerunt dicentes. Terra quam percussit Dominus in conspectu filiorum Israel, regio vberrima est ad pastum animalium, & nos serui tui habemus iumenta plurima, precamurq. te vt des eam nobis in possessionem, nec facias nos transire Iordanem. Qui igitur iumenta plurima possident, Iordanē transire refugiūt; quiaquos multa mūdi implicamenta occupant, habitationem cælestis patriæ non requirunt. Multiq. sunt fideles, qui quamuis fideles curis præsentibus occupati, quasi armenta extra Iordanem pascunt, quia contra fidem baptismatis, tota mente omniq. desiderio rebus perituris inseruiunt.

Amor proprius, & mundi grandium malorum est radix, sicut diuinus omnium bonorū est principium: amor autem Dei, & mundi non cohærent, sicut nec gaudium. Cap. XVIII.

1 Epistola ad Principiā, cui exponit Psal. 44. to. 3. *Psal.* 44. *Cant.* 2.

IERONYMVS explicās versum, Sagittæ tuæ acutæ, potentissime, populi sub te cadent in corda inimicorum regis, sic ait: Et hic versiculus tibi potissimū aptus est, quæ iaculo Domini vulnerata, cum sponsa in cantico canis vulnerata charitate ego sum. Nec mirum si sponsus tuus habeat plures sagittas, de quibus dicitur,

Psal. 119. *Isa.* 49.

sagittæ potentis acutæ, cum Patris ipse sit iaculum, & loquatur in Isaia posuit me quasi sagittam electam, in pharetra sua abscondit me.

Luc. 24.

His sagittis vulneratus erat, qui aiebat. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis &c. Et in alio

Psal. 126.

loco legimus, Sicut sagittæ in manu potentis, ita filij excussorum. His sagittis mundus iste vulneratus est, & quia plures sunt potentissimi regis inimici, qui vulnerati fuerant ignitis sagittis diaboli, sagittæ Domini mittuntur ignitæ, vt quicquid vitij in corde inimicorum regis fuerit, excoquant, & salutari igne ignē eijciant

Psal. 44.

perditorem. Hæc est vis diuini amoris, a quo ingentia prodeunt bona, & ideo subditur, Myrrha, & gutta, & cassia a vestimentis tuis, mor-

Coloss. 3. 2. *Cor.* 2.

tificasti membra tua super terram, Christo quotidie offers myrrham. Christi bonus odor es, guttam exhibes Domino; gutta enim flos est myrrhæ. Proijce mortis opera, Christo in baptismate consepulta, & huic mundo mortua esto, & nihil aliud nisi de cælestibus cogitans.

Cant. 6.

Loquere ad sponsum. Manus meæ stillauerunt myrrham. Et multa alia narrantur in Psalmo, quæ habuit sponsa, quæ omnia exordium habēt in sagittis acutis diuini amoris.

IDEM explicans illa verba Prophetæ. Coangustatum est enim stratum ita, vt alter decidat, & pallium breue vtrumque operire non potest, sic ait. Hæc verba illum habent sensum quem in Apostolo legimus, nō potestis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum, non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ idolorum. Et alibi. Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? Quæ societas luci ad tenebras? Quæ conuentio Christi ad Belial? Quis consensus templo Dei cum idolis? Loquitur autem sub metaphora mariti pudicissimi, qui adulteræ dicit vxori. Vnus lectulus me & adulterum capere non potest, & pallium breue maritum & mœchum cooperire non potest? O igitur Hierusalem, si vis meis complexibus copulari, abijce idola, & mundi delicias! Amor enim meus & mundi cohærere non valent.

2 Lib. 9. super cap. 28. Isa. to. 4. *Isai.* 28. 1. *Cor.* 10. 2. *Cor.* 6.

IDEM exponit locum Iob, elegit suspendium anima mea, & mortem ossa mea, desperaui, nequaquam vltra iam viuam, & ait. Quid per animam nisi mentis intentio, quid per ossa nisi carnis fortitudo designatur? Anima ergo, suspendium eligit, vt ossa moriantur: quia dum mens ad alta se subleuat, omnem in se fortitudinem vitæ exterioris necat. Sancti enim viri certissime sciunt, quia habere in hac vita requiem non possunt, & idcirco suspendium eligunt, quia terrena desideria deserentes, ad alta animum tollunt. Pars mea Dominus dixit anima mea, propterea expectabo eum. ipse Dominus pars eius est, cuius amore, omnia terrena despicit, & ipsum solum præ omnibus habere elegit. Ex cuius persona propheta in Psalmo

3 Lib. 2. super cap. 3. Threnorum. *Iob* 7. *Thren.* 3.

ait, Defecit cor meum & caro mea, Deus cor-

Psal. 72.

dis mei, & pars mea Deus in æternum; defecit cor, vtique mala cogitatio & malus amor. Deus autem cordis, hoc est auctor boni intellectus; quia eum sine eius gratia nemo habet, illius autem Deus est pars, qui se eius maiestati consociat, In sæcula vero quia numquam ab eius vultu amore discedere. Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Sedebit solitarius, & tacebit; quia leuauit se super se. Militum Christi perfectio est, exutam mentem habere a cunctis terrenis negocijs, & tumultu sæculi, iuxta illud Pauli. Nemo militans Deo im-

2. *Tim.* 3.

plicat se negocijs sæcularibus, eamq. quantum humana imbecillitas finit, festinat vnire cum Christo. Ecce ex Hieronymi sententia quomodo Deo & mundo viuere non potest homo. Sed odiendus est mundus, vt Deus diligatur, a cuius amore ingentia sunt animæ bona.

3 Lib. de spiritu & anima to. 3.

AVGVSTINVS sic habet. Cum prudēter, modeste, fortiter, & iuste, amor & odium instituuntur, in virtutes exurgunt, prudentiam scilicet temperantiam, fortitudinem atque iustitiam. Et hæc omnia cum in anima constituuntur per odium mūdi & sui, proficiscitur in amorem Dei & proximi, per contemptum temporalium & inferiorum, crescit in desiderium æternorum. Qui metu suppliciorum perterri-

tus

tus est,& dolore peccatorum compunctus contemnit mundum,& seipsum. Maius namque est contemnere seipsum quàm mundum, quē multi propter vanitatem contempserunt.

5 IDEM sic ait. Turpis amor est, quo animus ea quæ ipso inferiora sunt diligit; qui magis proprie cupiditas dicitur, omnium malorum radix. Et ideo non amandum est,quod manenti,& fruenti amori auferri potest. Cuius ergo rei amor amandus est,nisi eius, quæ non potest deesse dum amatur? Charitatis venenū est, spes adipiscendorum aut retinendorum temporalium. Nutrimentum autem eius est imminutio cupiditatum, perfectio nulla cupiditas. Quisquis igitur eā nutrire vult, instet minuendis cupiditatibus.

Libro 83. quæstionū. to. 4.

1.Tim. 6.

6 IDEM infra disserens de dilectione,sic ait. Ex amore est totum quod bonum est,& totum quod malum est. Vnde fons dilectionis intus saliens duos riuos infundit, alter est amor mundi cupiditas,alter est amor Dei charitas;medium quippe est cor hominis. Vnde fons amoris erūpit, & cum per appetitum ad exteriora decurrit cupiditas dicitur,cum vero desiderium suū ad interiora dirigit, charitas nominatur. Ergo duo sunt riui, qui de fonte amoris emanant cupiditas & charitas, & omnium malorum radix cupiditas,& omnium bonorum radix charitas. De quo amore cum malus est magna veniunt mala,& cum bonus ingentia bona.Hinc bonum & hinc malum est cor tuum: quia nec aliunde bonus es, si bonus es, nec aliunde malus es, si malus es, nisi quòd bene vel male amas, quod bonum est. Ex inordinato ergo amore rei,quæ amari potest licite, malum consurgit per dilectionem.Copulauit sibi Deus creaturam rationalem,vt ei semper inhærendo, ipsum quo beatificāda erat bonum, ex ipso quodammodo per affectum sugeret, & de ipso per desiderium biberet, & in ipso semper gaudium possideret. Suge o apicula, suge, suge, & bibe dulcoris tui inenarrabilem suauitatem, immergere & replere,quia ille deficere nescit,si tu non incipias

In libro de substantia amoris. eod.to.

1.Tim. 6.

7 fastidire. Igitur per amorem sociata est creatura rationalis factori suo, solumq. est dilectionis vinculum, quod ligat vtrosque in idipsum, & tanto felicius,quanto fortius. Geminatus est nexus in amore Dei,& proximi,vt per amorem Dei omnes vni adhærerent,& per amorem proximi omnes vnum fierent, vt quod de illo vno cui omnes inhærebant,quisque in semetipso nō caperet,plenius atque perfectius per amorem proximi in altero possideret, & bonū omnium fieret totum singulorum. Qui sola quæ transeunt,appetit,hunc quasi sine naui laborantem in fluctibus, impetus aquæ decurrentis secum trahit. Qui vero æterna credens,transitoria diligit; hic iuxta nauem naufragium facit. Qui autem æterna bona credit & diligit, hic in mari positus, fluctuantis maris vndas securus

Psal.103. pertransit. Primum ergo si hoc mare magnum pertransire volumus, fabricemus nauem, vt fidem integram retineamus. Deinde nauem fidei inhabitemus per amorem, vt cor nostrum in lege sit Dei per dilectionem, & sic diluuij huius naufragium effugies.

8 IDEM prosequens ciuitatis Babylonicæ & Hierusalem moralem expositionem, sic habet. Fecerūt itaque ciuitates duas amores duo,terrenam scilicet amor sui vsque ad contemptum Dei; cælestem vero amor Dei vsque ad contemptum sui. Illa in gloria sua exaltat caput suum; hæc dicit Deo suo,Gloria mea,& exaltās caput meum. In illa sapientes eius secundum hominem viuentes,aut corporis,aut animi sui bona, aut vtriusque sectati sunt, aut qui potuerunt cognoscere Deum,non sicut Deū glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt,& immutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis &c. Et seruierūt creaturæ potius quàm creatori. In cælesti autem ciuitate, nulla est hominis sapientia,nisi pietas,qua recte colitur verus Deus.

Lib. 14. de ciuit. Dei c. 28. to. 5.

Psal.3.

Rom. 1.

9 IDEM exponens versiculum illum,Vniuersum stratū eius versasti in infirmitate eius, ait. Per stratum intelligitur aliquid terrenum. Omnis anima infirma in hac vita, quærit sibi aliquid terrenum, vbi requiescat veluti sunt ista, quæ diligunt etiam homines innocētes. Neque enim de cupiditatibus malorum nunc loquendum est;quia multi delectantur in alea,in dolo, in rapina, in insidijs &c. Sed remoueamus hæc omnia,ad innocētem hominem veniamus. Delectatur in domo sua, in familia, in coniuge, in filijs, in prædiolo suo,in horto suo. Sed tamen volens Deus amorem nō habere,nisi vitæ æternæ, istis delectationibus miscet amaritudines, vt & in his patiamur tribulationes, vniuersum stratum nostrum vertit in infirmitate nostra. Docetur enim amare meliora, per amaritudinem inferiorum,ne viator tendens ad patriam, stabulum amet pro domo sua, Ego dixi,Domine miserere mei, sana animam meam, auferendo a me etiam amorem licitum rerum sæcularium. Quod si ex isto damna sequuntur homini, quanta & qualia consurgent nocumenta ex malo amore?

In Psal. 40. to. 8.

10 IDEM sic habet. Ciuitatem Hierusalem & Babylonis non possumus modo separare ab inuicem, permixtæ currunt vsque ad finem sæculi. Hierusalem accepit exordium per Abel, Babylon per Cain. Vnde ergo possumus eas modo ostendere quæ permixtæ sunt? Duas istas ciuitates faciunt duo amores.Hierusalem facit amor Dei; Babyloniam vero amor sæculi. Interroget ergo se quisque quid amet, & inueniet vnde sit ciuis. Et si se inuenerit ciuem Babyloniæ, extirpet cupiditatem,plantet charitatem. Si autem se inuenerit ciuem Hierusalem, toleret captiuitatem, speret libertatem. Multi enim ciues sanctæ matris Hierusalem,cupiditatibus Babyloniæ corrupti tenebantur, & ipsa corruptione cupiditatum tamquam ciues inde facti erant: incipit exire, qui incipit amare, exeuntium enim pedes sunt cordis affectus. Et si adhuc corpore permixti sunt, desiderio tamē sancto discernuntur:& qui ciuis est Hierusalem

In Psal. cuius exordiū est, Quia deceat hymnus Deus &c. to. 8.

canit,

Eccli. 15. canit,Te decet Hymnus in Sion: quia nō est speciosa laus in ore peccatoris.

11 IDEM sic ait. Omnis amor aut ascendit, aut descendit, desiderio in bono leuamur ad Deum,& desiderio malo ad ima præcipitamur. Cum magna fiducia hoc præsumere debemus: quia si per amorem ipse nobiscum in terra est, per eundem amorem & nos cum eo in cælo sumus. Ad te leuaui oculos meos. Non se attendat homo, magnus enim sibi videtur qui sibi placet. Placeat tibi Deus, vt placeas tu illi, sed tibi ille placere non poterit,nisi tu tibi displicueris. Si autem displices tibi, tolle a te oculum, vt quid enim te attendis? Si enim verum te attendis, inuenis in te quod tibi displiceat,& dicis Deo. Peccatum meum ante me est semper. Peccatum tuum sit ante te, vt non sit ante Deum.Et tu noli esse ante te,vt sis ante Deum. Si vis vt auertat faciem a peccatis tuis, tu ipse a te auerte faciem tuam, a te leua oculos ad illū & dic. Ad te leuaui oculos meos &c. non tibi, sed illi placere desiderans.

In Psal. cuius initiū est. Ad te leuaui oculos meos to. 8.

Psal.122.

Psal.50.

12 IDEM exponens locum Pauli ad Timoth. Erunt homines seipsos amantes, ait. Pasce oues meas lucra mea non tua quærens, ne sis in eorum societate,qui pertinent ad temporalia periculosa,seipsos amantes,& cetera, quæ huic malorum initio connectuntur,cum enim dixisset Apostolus. Erunt homines seipsos amantes adiunxit,Erunt amatores pecuniæ,elati,superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati,scelesti, irreligiosi, sine affectione,immites &c. voluptatū amatores magis quàm Dei. Hæc omnia mala ab eo velut fonte manantia, quod primum posuit, seipsos amantes.Non ergo nos, sed ipsum amemus,& ea quæ sunt eius, non ea quæ sunt nostra quæramus.Nescio enim quo inexplicabili modo quisquis seipsum non Deum amat,nō se amat, & quisquis Deum,non seipsum amat, ipse se amat. Qui enim non potest viuere de se, moritur amando se: non ergo se amat, qui ne viuat se amat. Cum vero illeditur, de quo viuitur, non se diligendo magis diligit, qui propterea se non diligit, vt eum diligat,de quo viuit. Vitium ergo illud maxime cauendum est,a quo tanta mala tamq.ingentia oriuntur.

Tract. 123. in Ioānem to. 9.

2.Tim. 3.

13 IDEM vbi conciliat illa duo loca, Alter alterius onera portate ad Galatas, & illud in eodem capite. Vnusquisque proprium onus portabit, sic habet. Habent aues pennarum suarum sarcinas, portant illas in terra, portantur ab illis in cælo. Tu si misericordiam velis præbere aui, præsertim æstate & dicas, miseram istam auiculam onerāt pennæ,& detrahas onus hoc, in terra remanebit, cui subuenire voluisti. Porta ergo alas,& pennas amoris,istæ te ad cælum ducent. Quando Dominus ab humeris tuis excussit sarcinam cupiditatis, aliam imposuit charitatis. Ergo secundum cupiditates malas, vnusquisque sarcinam suam portat. Conuerte te iam,& ad illud præceptum, inuicem onera vestra portate, habes enim sarcinam Christi,

Serm.24.de verbis Apostoli Pauli to.10.

Gal. 6.

14 vnde portes cum altero onus proprium.

ORIGENES exponens locum Canticorum, Vulnerata charitate ego sum,ait. Quàm pulchrum est, quàm decorum a charitate vulnus accipere. Alius iaculum carnei amoris excepit, alius terrena cupiditate vulneratus est, tumida membra tua, & præbe te iaculo electo, iaculo formoso. Siquidem Deus sagittarius est, de quo ipse dicit: Posuit me sicut sagittam electam, in pharetra sua abscondit me. Quàm beatum est hoc iaculo vulnerari. Hac sagitta vulnerati fuerant,qui dicebant. Nonne cor nostrum ardēs erat in nobis &c.hic dicere potest. Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Læua sub capite, vt me faciat requiescere, & brachium sponsi fiat ceruical meum, & reclinet anima mea ibi. Non expedit tibi habere ceruicalia, quæ lamentatio sequitur, Væ eis, qui consuunt ceruicalia sub omni cubito manus, noli consuere ceruicalia, noli capiti aliunde quærere requiem, habe læuam sponsi sub capite tuo, & dic, Læua eius sub capite meo, quam cum habueris, omnia tibi quæ sunt, tribuuntur: dicis quippe in sinistra eius diuitiæ & gloria, & dextera eius amplexabitur me. Totum te sponsi dextera complectatur;longitudo enim & anni vitæ in dextera eius: tam ingentia hæc bona inde consecuta est sponsa, quia vulnerata charitate & amore Dei erat.

Hom.2.expositionis I.in Cant. Cant.2.

Isa. 49.

Ezec.13.

Prou. 3.

15 IDEM vt doceat Dei amorem esse bonorum omnium principium,vtitur ista comparatione. Ponamus mulierem amore alicuius hominis ardentem, cupientemq. in consortium eius asciscī,nonne omnia ita aget, & omnes motus suos ita temperabit,vt scit illi placere, quē diligit? ne forte si in aliquo contra voluntatem illius egerit,consortia eius vir ille optimus refugiat atque spernat? Poterit ne hæc mulier, quæ erga amorem viri illius toto corde, totisq. viribus feruet, aut adulterium cōmittere, quæ eum nouerit amare pudicitiam, aut homidiū, quæ eum nouerit mitem,aut furtū, quæ ei sciat liberalitatem placere,aut concupiscere aliena, quæ omnes concupiscentias erga amorem viri illius habeat occupatas? Sic ergo in charitatis perfectione omne mādatum restaurari dicitur. Propter istud amoris bonum, Sancti nec in tribulatione angustiantur,nec aporiati exaporiantur,nec deiecti pereunt. Sed quod in præsenti est momentaneum æternum gloriæ pondus operatur: quia perfectam charitatem Dei in Christo Iesu per Spiritum sanctum habent in corde suo diffusam. Sic denique & Iacob Patriarcham amor Rachel per septem annos continuos in laboribus positum diuturni æstus, & nocturni frigoris vstionem sentire non permisit. Quia amor omnia suffert, omnia sustinet, numquam excidit. Nihil enim est quod non toleret, qui perfecte diligit. Salomon tribus libellis triadocuit suo ordine congruentia. In libro Prouerbiorum vitæ instituta breuibus sententijs compositi; In Ecclesiaste vero relinquendā vanitatem monet,& vtilia rectaq. sectanda. In Cantico autem Canticorum, in quo amorem cælestium, diuinorumq. desiderium incutit animæ sub specie sponsæ ac sponsi, amoris vijs perueniendum docet ad consortium Dei.

2.Cor.4.

16

Rom. 5.

Gen.29.

1.Cor.13.

Gen.29.

IDEM

17 IDEM exponens illa verba, Osculetur me osculo oris sui, sic dicit. In his verbis sponsam intellige loquentem, quæ sponsaliorum & dotis titulo dignissima munera a sponso nobilissimo accepit, sed plurimo tempore moram faciente sponso, sollicitari eam desiderio amoris sui, & agentem omnia quatenus possit, aliquando videre sponsum suum. Quæ nec differre amorem suum, nec adipisci se posse quod desiderat, videt. His curis anxia leuat ad Deum manus sine ira & dicit, æstuans vero desiderio sponsi, & & interno vulnere amoris agitata, Osculetur me &c.

Hom. 1. ex posit. 2. in Cant.

Cant. 1.

18 IDEM explicans locum Pauli. Et nolite conformari huic sæculo, ait. In his verbis ostendit esse quandam formam huius sæculi, & aliam sæculi futuri, & si qui sunt qui amant præsens sæculum, & ea quæ sunt in hoc mundo, secundũ formam præsentis sæculi aptãtur, qui vero non respiciunt ea, quæ videntur, sed æterna, transformantur, & renouantur, ad futuri sæculi formam. Et inde fit vt non agnoscat eos hic mundus, sed odio habeat. Hoc illi dicto simile est, Sicut portauimus imaginem terreni, portemus imaginem cælestis. Vide ne forte cum venerit ira in cor tuum, conformem te facias huic sæculo; similiter & cõcupiscentia mala, & auaritia, & cetera, quibus præsens sæculum delectatur, formam tibi præsentis sæculi imponant. Si vero e contrario mansuetudo, patientia, lenitas, ceteræq. virtutes habitent in sensu tuo, conformem te futuri sæculi facient, & ita pulchram animæ tuæ speciem reddent, vt verbũ Dei quod despõdit eam sibi in misericordia & fide dicat, Tota formosa es amica mea. Qui amat mundum huic sæculo conformatur in malum proprium, & qui diligit Deum illi conformis fit amando, & hic renouatus est in nouitate sensus sui.

Lib. 9. in epist. ad Roman. to. 3.

Rom. 12.

Ioan. 15.

1. Cor. 15.

19 CHRYSOSTOMVS sic ait. Vtinam nos erga illum seruaremus affectum, vt illius (Domini scilicet) viscera nostra charitate flãmentur. Sed tantummodo occasionem Deus istius ignis requirit, & si modicam scintillam ipse præbueris, ingentem omnino flammam beneficiorum in te eius accendes.

Hom. 23. in Matt. to. 2.

20 IDEM: postquam docuit in Domino gaudendum esse non in mundo, iuxta monitum Pauli ait. Non licet secundum mundum gaudentem, pariter, & secundum Deum gaudere. Quomodo enim qui secundum mundum gaudet, gaudet in diuitijs, in delicijs, in gloria, atque potentia & elatione, qui vero secundum Deum in ignominia, in paupertate, in ieiunio, in modestia. Vides quòd contrariæ sunt occasiones? Quotquot hic circa lætitiam sunt. Iustus autem humilis in multa est voluptate, honorem expectata nemine. Si fortasse quidem honoretur, gaudet, si vero non honoretur, non dolet.

Homil. 54. ad Populũ, to. 5.

Philip. 2. & 3.

21 GREGORIVS MAGNVS vbi exponit de impijs verba illa, Aut poterit in omnipotente delectari, intendit demonstrare, quòd qui in hoc mũdo delectatur, in Deo delectationem habere non possit, & ait. Qui terrenarum rerum amore vincitur, in Deo nullatenus delectatur. Esse sine delectatione anima numquam potest. Nam aut infimis delectatur, aut summis. Et quanto altiori studio exercetur ad summa, tanto maiori fastidio torpescit ad infima, quantoq. acriore cura inardescit ad infima; tanto tepore damnabili frigescit a summis. Vtraque enim simul & æqualiter amari nõ possunt. Vnde Ioãnes sciens inter spinas amorum sæcularium, supernæ charitatis messem germinare non posse, priusquam æterni amoris semina proferat, amorum sæcularium spinas eradicat dicens. Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt; quia si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo: ac si aperte dicat. Vtrique se amores in vno corde non capiunt, nec in eo seges supernæ charitatis pullulat, in quo eam spinæ infimæ delectationis necant. Delectari ergo in Deo homo malus non valet; quia in eius mente desideria superna non prodeunt, quam profecto spinæ terreni amoris premunt.

Lib. 18. Moral. cap. 8. in cap. 27. Iob.

1. Ioan. 2

22 IDEM adducens luctam Iacob cum angelo, sic habet. Victus angelus neruum femoris Iacob tenuit, eumq. marcescere statim fecit, atque ab eo tempore Iacob vno pede claudicauit, quia cum iam Deus per desiderium agnoscitur, omnem in nobis voluptatem carnis arefacit. Et qui prius quasi duobus pedibus innitentes, & Deum videbamur quærere, & sæculũ tenere, post agnitionem suauitatis Dei vnus in nobis pes sanus remanet, atque alius claudicat: quia necesse est, vt debilitato amore sæculi, conualescat ad amorem Dei. Si ergo tenemus angelum vno claudicamus pede, quia dum crescit in nobis fortitudo amoris intimi, infirmatur proculdubio fortitudo carnis. Omnis quippe, qui vno pede claudicat, soli illi pedi innititur, quem sanum habet, quia & cui desiderium terrenum iam arefactum fuerit, in solo pede amoris Dei tota virtute se sustinet, & in ipso stat; quia pedem amoris sæculi quẽ in terra ponere consueuerat, iam a terra suspensum portat. Esaias etiam in anno quo mortuus est impius rex Ozias Dominum vidit, quia cum mũdi huius elatio, a desiderio mentis occiditur, tunc ipsa mens Dei gloriam contemplatur.

Homil. in Ezech. to. 2. Gen. 32.

Homil. in Ezech.

Ezech. 1.

23 IDEM explicans illa verba, Et mensus est thalamũ vno calamo in longũ &c. sic ait. Thalami in sancta Ecclesia sunt illorum corda, in quibus animæ per amorẽ sponso inuisibili coniunguntur, vt eius desiderio mens ardeat, nulla iam quæ in mundo sunt, concupiscat, præsentis vitæ longitudinem pœnam deputet, exire festinet, & amoris amplexu, in cælestis sponsi visione requiescere. Mens itaque quæ iam talis est, nullam præsentis sæculi consolationem recipit, sed ad illam quam diligit medullitus suspirat, feruet, anhelat, anxiatur. Vilis ei fit ipsa salus sui corporis. Quia transfixa est vulnere amoris. Vnde in Canticis dicit: Vulnerata charitate ego sum. Mala autem salus est cordis, quæ dolorem huius vulneris nescit. Cum vero anhelare iam in cælesti desiderio, & sentire vulnus amoris cœperit, fit anima salubrior ex

Cant. 2.

ex vulnere, quæ prius ægrotabat ex salute. Menti autem sponsum suum fortiter amanti vna solet esse consolatio, si per hoc quod ipsa a Dei visione differtur, aliorum animæ ad cælestem sponsum, amoris facibus inardescant. De qua dicitur in Canticis. Fulcite me floribus, stipate me malis: quia amore langueo. Flores sunt animæ bonum iam opus inchoantes, & desiderium cæleste redolentes. Mala autem de floribus sunt perfectæ iam mentes, quæ ad fructum perueniunt boni operis. Quæ ergo amore languet, fulciri quærit floribus, stipari malis, vt requiescat in bono opere proximi, quæ adhuc videre non valet vultum Dei. Tantum ergo thalamus habet longitudinis, quantum latitudinis: quia mens cælesti desiderio succensa, quantum amorem habuerit ad colligendum proximum, tantam & longanimitatem exhibet ad expectandum Deum; ex amoreq. Dei dicit cum Paulo. Mihi viuere Christus est, & mori lucrum. Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo multo magis melius, permanere autem in carne necessariũ propter vos, & ideo manebo, & permanebo. Ecce vides bona quæ ex amore Dei oriuntur, & quòd iste cum mundano amore non coniungatur.

Cant. 2.

24

Phil. 1.

26 IDEM: In codicibus emendatioribus, vbi Samuel signum dedit Sauli, quòd vnxerit eum Dominus in regem super Israel legitur. Cum abieris hodie a me inuenies duos viros, iuxta sepulchrum Rachel in finibus Beniamin in meridie, salientes magnas foueas. Quæ verba exponens D. Gregorius ait. Perfecti viri, in meridie magnas foueas saliunt; quia per feruorem perfectæ charitatis, cuncta quæ videntur sæculi alta despiciunt. Quicquid enim in hoc sæculo altum cernitur, non est vera altitudo, sed fouea, quæ omnes, quos in suo amore recipit, ad inferna deponit. Viri ergo spirituales foueas saliunt; quia dum se per cælestem desiderium erigunt, terrena contemnunt. Velut enim visis foueis saltum dant, quando vt terrena contemnant, ad æterna bona concupiscenda se eleuant. In meridie autem foueas saliunt: quia sæculum non possunt contemnere, nisi qui plenam lucem & ardorem supernæ charitatis habent.

Libro 4. in 1. Regum. 1. Reg. 10

26 IDEM explicans locum Deuteronomij. Non arabis in boue & asino, sic habet. Asinus est amor carnalis: quia qui portat quos amat, quasi forte est animal, & quia inordinate idem & non pro Deo diligit lasciuum. In boue ergo & asino arari non potest: quia fructu æternæ mercedis anima non excolitur, si puritas amoris quo Deo coniungitur, inordinato mundi amore polluitur.

Libro 5. in cap. 11. Regum. Deut. 22.

27 BERNARDVS ostendit hominis perfectionem in non diligendo mundo, sed Deo sitam esse, vbi sic dicit. Obsecro vos tamquam aduenas & peregrinos, abstinere vos a carnalibus desiderijs. Felices qui præsenti sæculo neminem amoris. Vnde in Canticis dicit: Vulnera- quã, aduenas & peregrinos se exhibent, immaculatos se custodientes ab eo. Neque enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Abstineamus ergo a carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam, tãquam aduenæ & peregrini. Peregrinus siquidem via regia incedit, non declinat ad dexteram, neque ad sinistram. Si nubentes, aut choros ducentes viderit, aut aliud quodlibet facientes non attendit, transit quia peregrinus est, & non pertinet ad eum de talibus. Ad patriam suspirat, ad patriam tendit, vestitum & victum habens, non vult alijs onerari. Iste suum agnoscit & plorat incolatum dicens, Quoniam aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei. Magis autem alienus est, ab actibus sæculi mortuus, quàm peregrinus: Mortuus si desit etiam ipsa sepultura, non sentit. Sic vituperantes vt laudantes, sic adulantes audit, vt detrahentes; immo vero nec audit, quia mortuus est. Omnino felix mors, quæ sic immaculatum seruat; immo penitus alienum facit ab hoc sæculo, & cum iste iam non viuat in se, viuit in eo Christus, vt ait Paulus, ac si diceret, ad alia quidem omnia mortuus sum; non sentio, non attendo, non curo, si qua vero sunt Christi, hæc me viuum inueniunt & paratum. Magnus gradus est iste: altior tamen est crucifixi, illius qui raptus vsque ad tertium cælum dicit mihi. Absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Non solum (inquit) mortuus mundo, sed & crucifixus, quod est ignominiosum genus mortis. Ego illi pariter & ipse mihi. Omnia quæ mundus amat crux mihi sunt, delectatio carnis, honores, diuitiæ, vanæ hominum laudes. Quæ vero mundus reputat crucem, illis affixus sum, illis adhæreo, illa toto amplector affectu. Peregrinus si prudens est, & non obliuiscitur suæ peregrinationis, licet cum labore, transit, & non magnopere sæcularibus implicatur. Mortuus æque blanda huius sæculi, sicut aspera spernit: crucifixo crux est omne illud cui mundus inhæret, & his adhæret quæ mũdo crux esse videtur.

Serm. 7. qua dragesimæ, quæ est de peregrino mortuo, & crucifixo. 1. Pet. 2. Heb. 13.

Psal. 28.

28

Gal. 2.

Gal. 6.

29 IDEM: Multi ait in religione sunt, qui de vno pane comedunt nobiscum, dormiunt nobiscum, cantant nobiscum, laborant miseri, & miserabiles, vtpote socij tribulationis, sed consolationis non ita; inde autem tam perniciosa tepiditas emanat; quia affectus eorum nondum purgatus est, amant enim in carne sua terrenas consolatiunculas, & si hæc interrũpunt aliquando, non tamen totaliter rumpunt. Inde est quòd raro affectiones suas dirigunt in Deum. Implerí autem visitationibus diuinis anima non potest, quæ his distractionibus subiacet, & quanto magis illis euacuabitur, tanto amplius istis implebitur, si multum, multum, si parum, parum. Vel certe si magis probas, numquam istæ illis misceri poterunt in æternum; quia vbi vasa vacua non inuenerit, oleum stare necesse est. Nec mittunt vinũ nouũ, nisi in vtres nouos, vt ambo conseruẽtur. Neque enim spiritus & caro, ignis & tepiditas in vno domicilio commorantur. Si enim Apostoli adhuc carni dominicæ inhærentes, quæ sola sãcta erat, Spiritu sãcto repleri nequiuerũt, donec tolleretur ab eis, tu carni tuæ, quæ sordidissima est, astrictus & cõglutinatus,

In serm. 3. Ascẽsionis.

4. Reg. 4.

illum meracissimũ spiritũ, te putas posse susci-
Exo.7. pere, nisi carneis istis consolationibus funditus renunciare tentaueris? *Infra*. Et sicut serpens Moysi deuorauit omnes serpentes magorum, sic amor diuinus, qui infunditur in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, absorbebit omnes carnales affectiones, & delectationes nostras & consolationes, ita vt de labore requiem, de tribulatione lætitiam, de contumelia gloriam habeamus.

30 In epist. 2. ad Fulconẽ. IDEM cum nititur eũ ad religionem canonicorum regularium reducere, a qua iam professus discesserat, &c. sic habet. Heu quomodo Christum tam cito fastidis, de quo scriptum est, Mel & lac sub lingua eius? Miror quòd ad gustum cibi dulcissimi nauseari: si tamen gustasti quàm dulcis est Dominus. Sed quomodo potest esurire, aut sitire Christum, plenus siliquis porcorum? Non potes simul bibere calicem Christi, & calicem dæmoniorum. Calix dæmoniorum crapula & ebrietas est, quæ cum impleuerint, vel mentem, vel ventrem tuum, Christus in te non inuenit locum. Non mireris quod dico, in domo auunculi tui, non potes inebriari ab vbertate domus Dei. Cur inquis? Quia domus deliciarum est. Quomodo ignis & aqua simul esse non possunt, sic spirituales & carnales deliciæ, in eodem se non patiuntur. Vbi crapulam ructantis inter pocula senserit Christus, vina sua dulciora super mel & fauum, menti propinare non dignatur. Vbi curiosa ciborum diuersitas, vbi diuitis supellectilis discolor varietas, oculos pariter pascit & ventrem, cælestis panis ieiunam deserit mentem.

31 In sermone super c. 19. Matthæi. IDEM super Ecce nos reliquimus omnia &c. sic habet. Nihil sibi retineat, ne modicũ fermentum totam massam corrumpat. Pretiosa si quidem diuina consolatio est, nec omnino tri-
Matt. 19. buitur admittentibus alienam. Infelix tu Esau
1.Cor.5. qui dixisti, Num vnam tantum benedictionem
Gen.27. habes pater? Quanto melius erat dicere cum
Psal.26. Propheta, Vnam petij a Domino hanc requiram. Indignus enim benedictione cælesti conuincitur, qui dubio quærit affectu, duplici petit intentione, aliud sibi refugium parans, si for-
Gen.4. te eam non obtinere contingat. Maior est iniquitas mea, ait fratricida primus, quàm vt ve-
Psal.76. niam merear. Quid ergo? renuat consolari anima tua, si veniam non meretur. Hoc solum
1.Reg.15 deplora, hoc solum plange, aliud ne cogites quidem. Sed nunc, inquit Cain, Quicumque inuenerit me, occidet me. Occidendum sese causabatur infelix, tamquam pro magno beneficio habiturus, si prohiberetur occidi. Quod & factum est. Consolationem miseram obtinuit, quàm quærebat, & oblitus est consolationis maximæ. An non idem & de Saule legistis? Vbi enim perstitit in sententia Samuel sanctus, nunc inquit, honora me, vel coram populo. Ad quid tibi hæc honoratio miser? Sic nimirũ, sic vsque hodie dilectissimi, cuius ad alias consolationes mens inhiat, & penitus in caducis, & transitorijs non renuit consolari, ipse sibi profecto cælestis subtrahit gratiam consolationis.

Amicitiæ Christianæ laudes, ac conditiones plures, & quæ vix reperiuntur in sæculo. Cap. XIX.

1 Lib. de amicitia to. 4. AVGVSTINVS sic habet. Constat mihi Tullium veræ amicitiæ ignorasse virtutem, cum eius principium, finemq. Christum penitus ignorauerit, qui est alpha, & omega, *Apoc.vlt.* principium & finis omnium bonorum. Quid est amicitia? Tullius ait. Amicitia est rerum humanarum, & diuinarum cum beneuolentia, & charitate, consensus. Sed hæc vera amicitia non potest esse inter eos, qui sine Christo sunt. Porro amicus quasi amoris, vel ipsius animi custos dicitur: quoniam amicum meum amoris mutui, vel ipsius animi oportet esse custodem, vt omnia eius secreta fideli silentio seruet. Quicquid in eo vitiosum viderit, pro viribus caueat, & deleat, cui & gaudenti congaudeat, & dolenti condoleat, & omnia sua consentiant, qui amici sunt. Amicitia virtus est, quæ talis dulcedinis, ac dilectionis fœdere ipsi amico copulatur; vt vnum fiat de pluribus. Hoc volo te scire numquam fuisse amicum, qui læsit eum, quem semel in amicitiam recepit; nec eum veræ amicitiæ gustasse delitias, qui vel læsus desinit diligere, quem *Prou.17* semel amauit. Omni enim tempore diligit, qui amicus est. Vnde cum tanta sit in amicitia vera perfectio, non est mirum quòd rari fuerunt hi, quos veros amicos antiquitas commendauit. Vix enim, vt ait Tullius, tria vel 2 quattuor amicorum paria in tot retro sæculis fama concelebrat. Nonne Pylades, & Orestes parati fuerunt pro inuicem mori. Sed *Act.4.* maiori virtutis amore pollebant illi, de quibus legitur. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. Et sancti martyres pro fratribus animas posuerunt, non parcentes laboribus, nec corporis cruciatibus. Amicos solos illos dicimus, quibus cor nostrum, & quicquid in illo est, committere non formidamus, illis vicissim nobis eadem fidei lege & securitate constrictis. Falso ergo præclarum nomen amicitiæ assumunt illi, inter quos *Psal.10* est conuenientia vitiorum. Non enim amat hominem, qui diligit iniquitatem. Hic enim odit animam suam, & alterius amare non potterit. Cum vero in tali amicitia, quam libido commaculat, vel auaritia fœdat, vel incesta luxuria, tanta, & talis experiatur dulcedo: libet conijcere quantum habeat suauitatis illa, quæ quanto honestior est, tanto est & 3 securior, quanto liberior, tanto felicior. *Infrà* sic diuidit amicitiam, quòd alia sit carnalis, alia mundialis, alia spiritualis. Carnalem creat vitiorum consensus; mundialem spes quæstus accedit, spiritualem inter bonos, vitæ, morum, studio-

studiorumq. similitudo conglutinat. Amicitia carnalis inde prodit; quia sceleratus homo carnis voluptatem sine socio minus existimat esse iucundam. Tunc motu, nutu, verbis, obsequijs animus ab animo captiuatur, & accenditur vnus ab altero; vt vnico fœdere miserabili quicquid sceleris, quicquid sacrilegij est, alter agat, & patiatur pro altero, idem velle, & idem nolle, sibi existimantes amicitiæ legibus imperari. Hæc amicitia ratione non regitur, sed secundum impetum affectionis ad diuersa fertur. Ad omnia inconsiderate, indiscrete, leuiter, immoderateque progrediens. Quæ eadem leuitate soluitur, qua contrahitur. Amicitia mundialis est, quæ rerum temporalium cupidine contrahitur, in qua nihil est fixum. Semper enim Marsupium sequitur. *Eccli.6.* Vnde Salomon dicit. Est amicus secundum tempus, & non permanebit in tempore tribulationis. Tolle spem quæstus, & statim desinet esse amicus. Vnde quidam dixit. Non est personæ, sed prosperitatis amicus, quem 4 fortuna tenet dulcis acerba fugat. Amicitia spiritualis, quam veram dicimus non vtilitatis cuiusque temporalis intuitu, non qualibet extra nascente causa, sed ex propriæ naturæ dignitate, & humani pectoris sensu desideratur: ita vt fructus eius præmium non sit aliud, quàm ipsa. Hanc amicitiam prudentia dirigit, iustitia regit, fortitudo custodit, temperantia moderatur. *Infra* disserens de laudibus amicitiæ, sic ait inter alia. Amicitia aduersa temperat, componit prospera; ita vt *Eccls.4.* sine amico inter mortales nihil fere possit esse iucundum, & homo bestiæ comparetur, non habens qui secum collætetur in rebus secundis, in tristibus contristetur. Væ soli, quia cum ceciderit, non habet subleuantem se. At quæ felicitas, quæ securitas, quæ iucunditas est, habere cum quo æque audeas loqui, vt tibi, cui confiteri non timeas, si quid deliqueris, cui cordis tui omnia secreta committas, & commendes consilia? Quid igitur iu- *Eccli.6.* cundius, quàm ita vnire animum alterius, & vnum efficere de duobus, vt nec correptus alter ab altero doleat, nec laudantem alter alterum adulationis notet? Amicus (ait sapiens) 5 medicamentum est vitæ. Non enim validior, vel efficacior est vulneribus nostris medicina, quàm habere qui omni incommodo occurrat compatiens, omni commodo occurrat congratulans, vt iunctis suis humeris onera sua inuicem tolerent, & quòd vnusquisque propriam leuius, quàm amici portet iniuriam. Amicitia ergo secundas res facit splendidiores, aduersas, parcens, communicansq. reddit leuiores. In amicitia coniunguntur honestas, suauitas, & iucunditas. Vnde Tullius solem (inquit) e mundo tollere videntur, qui amicitiam de vita tollunt: quia nihil a Deo melius habemus, nihil iucundius. Ego eos non tam homines, quàm bestias dixerim, qui sic dicunt esse viuendum, qui nihil delectationis ex alterius bono concipiant, nihil amaritudinis sua alijs peruersitate inferant: amare nullum amari a nullo curantes. Non omnes quos diligimus in amicitiam sunt recipiendi; quia nec omnes sunt ad hoc idonei. Non enim ad amicitiam sunt idonei nimis iracundi. Difficile est enim eum, quem sæpe iracundiæ furor exagitat, non aliquando insurgere in amicum. Vnde Prouerbiorum 22. sic ait Sapiens. Noli esse amicus homini iracundo, neque am- *Prou. 22.* bules cum viro furioso: ne sumas scandalum animæ tuæ. Præterea secretorũ reuelatio, qua 6 nihil est turpius, nihil execrabilius, nihil amoris, vel gratiæ relinquens, inter amicos omnia replet amaritudine, indignationis & odij, de quibus sic habet Salomon. Qui denudat ar- *Eccli. 27.* cana amici, perdit fidem. Plaga dolosa est occulta detractio. Si mordeat serpens in silen- *Eccls.10.* tio, nihil illo minus habet, qui occulte detrahit. Quemcumque in his vitijs assiduum inueneris cauendus tibi est ille; nec donec sanetur eligendus est in amicum. Cauendi sunt etiam instabiles, & suspicioſi. Quia cum amicitiæ fructus sit securitas, qui modo te credes amico, qui omni circumfertur vento, omni acquiescit consilio, cuius affectus molli luto comparatur, diuersas, & contrarias tota die pro arbitrio imprimentis formans imagines? Quid magis competit amicitiæ, quàm pax, & tranquillitas cordis, cuius semper expers est suspicioſus? Si viderit amicum secretius loquentem cum aliquo, proditionem putabit. Si se beneuolum alteri præbuerit, vel iucundum; ille se minus diligi proclamabit. Si eum corripuerit, odium interpretabitur. Sed nec verbosum arbitror eligendum: quia vir lin- *Prou.29.* guosus non iustificabitur. Vnde Salomon. Si vides hominem promptum ad loquendum, magis illo spem habet stultus (nos aliter legimus.) Hic ergo tibi eligendus est in amicum, quem 7 non iracundiæ furor inquietet, non instabilitas diuidat, non conterat suspitio, non verbositas a debita grauitate dissoluat. Præcipue vtile est, vt eum eligas, qui tuis conueniat moribus. Est etiam in amicitia seruanda æqualitas, ita vt sublimis descendat, humilis ascendat, diues egeat, pauper diteſcat, vt in his verum sit Pauli assertum. Qui multum habet, non *2.Cor.8.* abundauit, & qui modicum non minorauit. Ionathas fœdus inijt cum Dauid, & seruulum in amicitiam adæquans, illumque sibi præferens aiebat. Tu eris rex, & ego ero secundus post *1.Reg.23.* te. Non rogatus præbe amico bona tua iuxta consilium Sapientis, qui ait. Perde pecuniam *Eccli.29.* propter amicum. Si enim pecunia perdenda est propter amicum; multo magis amici vtilitatibus, vel necessitatibus conferenda est. Cum igitur tibi cum amico tuo esse debeat cor vnũ, & anima vna: iniuriosum est si non sit, & pecunia vna. Corripiat amicus amicum: meliora *Prou.27.* enim sunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oscula odientis. Sed corripiat eum vultus tristior, & sermo deiectior: Intercipiant verba lachrymæ, vt non solum videat, sed & sentiat correptionem ex amore procedere. Tot tan-

tasq. veræ amicitiæ conditiones exigit Augustinus, in hoc libello, vt ex illis conijcere possis facile, vix vllum reperiri amicum nostra hac ætate.

8 HIERONYMVS vt doceat amicitiam ineundam cum viris studiosis, sic habet. Vltro soleo bonorum appetere necessitudinem, & me eorum ingerere charitati. Quia melius est duos esse simul quàm vnum. Habent enim emolumentum societatis. Si vnus ceciderit ab altero fulcietur &c. Et si dormierint duo, fouebuntur mutuo. Vnus quomodo calefiet? Et si quispiam præualuerit contra vnum; duo resistunt ei. Funiculus triplex difficile rumpitur. Et frater fratrem adiuuans exaltabitur, vel vt nos legimus, quasi ciuitas firma.

Epist. 32. quæ est ad Abigaum presbyt. to. 1.

Eccls. 4.

Prou. 18.

9 IDEM narrat de Ptolemæo Epiphane, quòd interrogatus a quodam, Vnde ei suppeterent pecuniæ ad tantas res moliendas, & tam difficilia bella gerenda; respondit sibi amicos esse pecunias.

Exponens cap. 11. Danielis to. 4.

10 IDEM in quo est locus ille peruius Salomonis, & elegans. Melius est duos esse simul, quàm vnum &c. Ait ex hoc loco colligi quid boni habeat amicorum contubernium, & commune solatium: quia & alterius ruina, alterius auxilio subleuetur, & curas domesticas, ipsius quoque noctis requiem melius exigat ille, qui fidum amicum habet, quàm qui solis opibus incubat acquisitis. Quod & si robustior inimicus quis contra vnum surrexerit, imbecillitatem alterius amici solatio sustentari, & quanto duo vno differant, si amore coniuncti sint: tanto etiam trium contubernium plus valere. Etenim vera charitas, & nullo violata liuore, quanto augetur numero, tanto crescet & robore.

In expositione Eccle siastes cap. 4. to. 7.

11 CHRYSOSTOMVS narrat qua ratione Basilius Magnus docuerit exemplo suo amicum diligendum, ait enim. Cum vnus ex amicis necessarijsque nostris per calumniam accusatus contumeliæ ac contumaciæ de salute periclitaretur: hic teipsum Basili, cum neque insimularet quisquam, neque is, qui periclitabatur auxilium tuum imploraret, in media ipsa pericula vltro coniecisti. Et factum quidem tuum tale extitit. Cum autem animi tui propensionem huiusmodi alij non probassent, alij contra laudassent, admiratique fuissent: tu ad eos, qui te accusabant, dixisti, Quidnam ipse facerem: aliter enim amare non didici, nisi vt & meam animam in discrimen adducam, dum periclitantem amicum aliquem seruare opus est. Diuersis quidem verbis, sed sensu eodem ea enuncians, quæ Christus Dominus discipulos edocuit. Maiorem (inquit) charitatem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Vnde factis tuis ad hunc amicitiæ verticem ascendisti. De re hac plura sunt, & grauissima in lectione sanctorum, de quibus diximus multa supra vbi disseruimus, quàm rarus sit amor proximi inter homines, idque cap. 13. & in 16. vbi diximus qualis sit futurus amor proximi.

Lib. 2. de sacerdotio tomo 5.

Ioan. 15.

AMBROSIVS agit de beneuolentia, seu amicitia, & inter alia dicit. Tolle ex vsu hominum beneuolentiam, tamquam solem e mundo tulerit, ita erit. Quia sine ea vsus hominum esse non potest: vt peregrinanti monstrare viam, reuocare errantem, deferre hospitium. Beneuolentia est communis quædam parens omnium, in consilijs fidelis, in prosperis læta, in tristibus mæsta, vt vnusquisque se beneuolentis magis quàm sapientis credat consilio. Vt Dauid cum esset prudentior, Ionathæ tamen iunioris consilijs acquiescebat &c. *Infra*: Denique cum in viro & femina beneuolentem Deus posuisset affectum, dixit. Erunt ambo in vna carne, & in vno spiritu. Vnde se Eua serpenti crediderit: quoniam quæ beneuolentiam acceperat, esse maleuolentiam non opinabatur cap. 33. Beneuolentia etiam morum facit similitudinem. Denique Ionathas filius Regis imitabatur sancti Dauid mansuetudinem: propter quod diligebat eum. Vnde & illud. Cum sancto sanctus eris, non solum ad conuersationem, sed etiam ad beneuolentiam deriuandum videtur. Nam vtique & filij Noe simul habitabant, & non erat in his morum concordia. Habitabant etiam in domo patris Esau & Iacob, sed discrepabant. Nam cum alter durus, alter mansuetus esset: inter dispares mores & studia compugnantia beneuolentia esse non poterat cap. 34. Beneuolentia facit, vt amici vulnera vtilia magis quàm voluntaria inimici oscula sint. Beneuolentia facit, vt vnus fiat ex pluribus: quoniam etsi plures amici sint; vnus fiunt, in quibus vnus spiritus, & vna sententia est &c. Tantum valet beneuolentia, vt plerumque pignora vincat naturæ &c.

12 Lib. 1. officiorũ c. 32. to. 4.

Gen. 2.

Psal. 17.

Prou. 17.

13 IDEM ostendit quousque debeat progredi amicitia, sic ait. Rex Assuerus, quem secundum a se præcipuum inter omnes amicos haberet, cruci tradidit: quòd dehonestatum se eius fraudulentis consilijs animaduertisset. Ea enim amicitia probabilis, quæ honestatem tuetur præferenda sane opibus, honoribus, potestatibus; honestati vero præferri non solet, sed honestatem sequi, qualis fuit Ionathæ, qui pro pietate neque offensam patris, neque salutis periculum refugiebat. Qualis fuit Achimelech, qui pro hospitalitatis gratiæ officijs necem potius sui, quàm proditionem fugientis amici subeundam arbitrabatur. in cap. 16. prosequitur amicitiæ modos &c. sic ait. Scriptura ait, Claua, & gladius, & sagitta ferrata, sic homo est testimonium dans falsum aduersus amicum suum. Sed considera quid astruat? Non testimonium reprehendit dictum in amicũ, sed falsum testimonium. Quid enim si Dei causa, quid si patriæ cogatur aliquis dicere testimonium? Nũquid præponderare debet amicitia religioni? præpõderare charitati ciuiũ? amicus itaq; neq; noxio gratificari debet, neq; innocẽti insidiari. Sane si necesse sit dicere testimonium, si quid in amico vitij cognouerit, corripere occulte, si nõ audierit, corripere palã &c. Tolerabiliora enim sunt

Lib. 3. officiorũ c. 11. to. 4.

Esther 7.

Prou. 27.

sunt amici vulnera quàm adulantiũ oscula. Constãs debet esse amicitia. Perseuerare in affectu, nõ puerili modo amicos mutare vaga quadam

Eccli. 6. debemus sententia. Fidelis amicus medicamentũ est vitæ, & immortalitatis gratia. Si necesse est, toleramus propter amicũ etiam aspera. Plerũque inimicitiæ subeundæ sunt propter amici innocẽtiã. Sæpe obtrectationes, si restiteris, vel respõderis, cum amicus arguitur, & accusatur, nec te pœniteant huiusmodi offensiones. Iusti enim vox est, Et si mala mihi venerint propter amicũ sustineo &c. Seruate igitur filij initam cum fratribus amicitiam: qua nihil est in rebus humanis pulchrius. Solatiũ quippe vitæ huius est, vt habeas, cui pectus aperias tuum, vt colloces tibi fidelẽ virũ, qui in prosperis gratuletur tibi, in tristibus cõpatiatur, in persecutionibus adhortetur. Quã boni amici Hebræi pueri, quos a sui amore, neque fornacis ardẽtis flamma deuicit. Hic est amicitiæ fructus, nõ vt fides propter amicitiã deseratur: non potest enim homini amicus esse, qui Deo fuerit infidus. Pietatis custos amicitia est, & æqualitatis magistra, vt superior inferiori se exhibeat æqualẽ, inferior superiori. Inter dispares enim mores nõ potest

15 esse amicitia. Neque auctoritas desit inferiori, si res poposcerit, neq; humilitas superiori &c.

Ioan. 15. *Et infra.* Ipse nos Deus amicos ex seruulis facit, sicut ipse ait. Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis. Dedit formam amicitiæ, quam sequamur, vt faciamus amici voluntatẽ, vt aperiamus amico secreta quæcũque in pectore habemus, & nos illius arcana non ignoremus &c. Ideo inquit, vos dixi amicos: quia omnia quæcunque audiui a Patre meo nota feci vobis. Nihil ergo occultat amicus, si verus est, effundit animũ suũ, sicut effundebat mysteria Patris Dominus Iesus. Ergo qui facit mandatum, Dei amicus est, & hoc honoratur nomine. Vnitas animorũ in amicis est, neque quisquã detestabilior, quã qui amicitiã læserit. Vnde in proditore Dominus hoc grauissimũ inuenit, quòd amicitiæ venenũ malitiæ miscuerit, sic ait. Tu vero homo vnanimis, dux meus, & notus meus &c. Non dixit, Tu vero seruus meus, Apostolus meus; sed vnanimis meus. Idest, Non meus, sed etiam tuus proditor es, qui vnanimũ prodidisti &c. Deniq; Dominus cũ a tribus regibus offensus esset, qui sancto Iob honorẽ non detulissent, ignoscere his per amicum voluit &c. profuit illis amicitia, quibus officit insolentia &c.

Psal. 54.

Iob vlt.

Ambitio ingentium malorum est causa, quæ difficulter vincitur, ac superatur, & quare. Cap. XX.

1 Epist. 51. quæ est de vita B. Hilarionis to. 1.

HIERONYMVS postquam miras illius cõgessit laudes, quæ vix credi possunt, sic habet: Mirentur alij signa, quæ fecit, mirentur incredibilem abstinentiam; ego nihil ita stupeo, quàm gloriam illum & honorẽ calcare potuisse. Concurrebant Episcopi, Presbyteri, Clericorum, & Monachorũ greges, matronæ quoque, Christianorũ grandis tentatio, & hinc inde ex vrbibus, & agris, vulgus ignobile, sed & potentes viri, & Iudices, vt benedictum ab eo panem & oleum acciperent. At ille nihil aliud, nisi solitudinem meditabatur, in tantum vt quadam die iter arripere meditaretur. Quod cum percrebuisset, & quasi vastitas Palæstinæ indiceretur, plusquã decem millia hominum diuersæ ætatis & sexus ad retinendum eum congregata sunt. Decreuit ergo, publica omnes voce contestans, non cibi se, non quicquam potus sumere, nisi dimitteretur, & post septem dies inediæ tandem relaxatus; per vastam & horridam solitudinem, tandem ad montem altissimum peruenit. Videns etiam se ibi miris honoribus affici, perrexit Alexandriam. Inde ad vlteriorem eremum trãsiturus, ibique anno plus minus exacto, quia illuc quoque sua fama peruenerat, quasi iam in Oriente latere non posset, vbi multi illum & opinione, & vultu nouerant, ad solas nauigare insulas cogitabat; vt quem terra vulgauerat, saltem maria celarent. Peruenit tandem Siciliam, & cum homo quidam in Basilica S. Petri torqueretur, clamauit in eo immundus spiritus: Ante paucos dies Siciliam ingressus est Hilarion seruus Christi, & nemo eum nouit, & putat se esse secretum, Ego vadam & prodam illum qui deducente se dæmone, vbi ante tugurium senis se prostrauit, illico curatus est. Innumerabilem ad eum deinceps ægrotantium, sed & religiosorum hominum adduxit multitudinem. Tandem fugit ad Cyprum insulam, inter secretos asperosq. montes mansit, quo vix reptando manibus genibusq. posset ascendi. Habitauit ibi per annos quinque. In hoc extremo iam vitæ suæ tẽpore refocillatus est, quòd propter asperitatem difficultatemq. loci, aut nullus, aut rarus ad se posset vel auderet ascendere. Hæc omnia non leuitate, aut periculi sensu motus faciebat, sed honorem fugiens. Semper enim vitam ignobilem desiderabat. In quibus omnibus duo cernis, alterum est cura ingens diaboli, vt sanctum virum per honorem præcipitaret, videns his armis etiam homines in honorem præcipitaret, videns his armis etiam homines inculpatissimos vinci posse. Item quòd si viri iusti tanta cura fugiebant honorem illum, qui præmium est virtutis, quanta debes effugere inordinatum appetitum honoris, qui a theologis dicitur ambitio; quæ vt ex dictis constat difficulter & raro vincitur, Ideoq. miratur maxime Hieronymus Hilarionis sanctitatem, qui honorem & gloriam calcare potuit, & id tam ardenti studio procurauit.

2

3 Lib. aduersus Heluidiũ de perpetua B. Mariæ virginitate to. 2.

IDEM sic habet: Fabulæ ferũt de quodã quòd cũ vulgo esset ignotus, & nihil boni posset facinoris excogitare quo nobilis fieret, Dianæ incendisse templum, & nullo prodeunte sacrilegium, fertur ipse in medium processisse clamitans sese incendium subiecisse. Scisciantibus Ephesi principibus, quam ob causam hoc facere voluisset, respondisse, vt quia bene non poteram, male omnibus innotescerem, & hoc

quidem Græca narrat historia. Ex quo colliges quantorum malorum sit causa ambitio, in illo, qui tam grandem deæ (quam talem credebat) irrogauit iniuriam; tamen vt inde si non claram cum laude notitiam reportaret, vel notus in mundo esset nobilis factus in scelere.

4 IDEM: Septuaginta interpretes loquente Propheta, de reprobis diuitibus, addiderunt quasi stătia putauerunt, & non quasi fugientia. Res sæculi per momenta fluunt, & abeunt, & nihil in suo consistit statu, & aquarum more torrentium labuntur in præceps: nihil enim fugacius sæculo, rebusq. sæculi. Vnde aiebant, Nũquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? Quia in rebus huius sæculi gloriantur, cum iustus dicat. In te inimicos nostros ventilabimus cornu. Et alibi. Non enim in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me. In quo ostenditur quòd gloriam nolunt in hoc mundo boni, sed in Deo, qui eorũ est honor & fortitudo, quam mali non habent, nisi in laudibus humanis lætantes in nihilo. Nũquid currere queunt in petris equi, aut arari potest in bubalis? Hoc faciunt, qui Christum, qui dulcissimus est, vertunt in amaritudinem, ideſt, Vos, cum equi siluestres, & bubali naturam suam mutare non possint; mutastis quodammodo naturam Dei, vt dulcem amarum faceretis, & fructum iustitiæ eius in absynthium verteretis. Hæc omnia eueniunt mala his, qui in mundi rebus in laudibus hominum collocant fortitudinem suam.

Lib. 3. in c. 6. Amos.

Psal. 43.

Amos 6.

5 IDEM loquens in quanta mala deuenerint Pharisæi, sic habet, exponens locum Matthæi, Dilatãt phylacteria. Dominus cũ dedisset mandata legis per Moysen, ad extremum intulit, ligabis ea in manu tua, & erunt immota ante oculos tuos, & est sensus præcepta mea sint in manu tua, vt opere ea compleas; sint ante oculos tuos, vt die ac nocte mediteris in eis. Pharisæi ambitione ducti, & honoris cupidine inflammati, scribebant in membranis decalogum Moysi, complicantes decem præcepta & ligantes in fronte, & quasi coronam capiti facientes, vt semper ante oculos mouerentur. Iusserat quoque aliud Moyses, vt in quattuor angulis palliorum hyacinthinas fimbrias facerẽt ad Israelis populum dignoscendum. Superstitiosi magistri captantes auram popularem, faciebant grandes fimbrias & acutissimas in eis spinas ligabant, vt ambulantes, & sedentes interdum pungerentur, & quasi hac admonitione retraherentur ad officia Domini, & quia horum omniũ finis erat mundanus honor, Subdit. Amant primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. Ex qua honoris cupiditate in quanta deuenerint mala textus Euangelicus multis in locis enarrat, & indubium est ambitionem fuisse in morte Domini originem istorum, quorum gloriam Christus Dominus in conspectu hominum & verbis, & factis obscurabat.

Lib. 4. circa cap 23. Matthæi to. 9.

Matt. 23.

Num. 15.

6 AVGVSTINVS disputat qua ratione Romanum Imperium, & auctum, & propagatum fuerit ea, scilicet de causa, quia cum Romani honorem ardentissime diligerẽt, pro quo mori & viuere voluerunt. Gloriam, & honorem, bonus & ignauus æque sibi exoptant, sed bonus via bona nititur, quæ virtus est. Hoc insitum habuisse Romanos, etiam deorum apud illos ædes indicant, quas coniunctissimas constituerunt virtutis & honoris pro dijs habentes, virtutem accipientes pro medio ad consequendum honorem, mali autẽ non habebant eã, quia honorẽ malis artibus conabãtur adipisci, ideſt dolis atque fallacijs. De Catone autem narrant historiæ, quod quo minus petebat gloriã, eo magis illum sequebatur cap. 13. ait, Sanius videt qui & amorẽ laudis vitium esse cognoscit; vnde Horatius ait Mecænati ad reprimendam in eo dominandi libidem. Latius regnes, auidum domando spiritũ, quã si Lybiam remotis Gadibus iungas, & vterque Pœnus seruiat vni. Huic ergo vitio non solum non resistebãt Romani, verum etiã id excitandum atque accendendum esse censebant cap. 14. Huic igitur cupiditati, melius resistitur sine dubitatione, quàm ceditur. tanto enim quisque est Deo similior, quanto ab hac immunditia mundior. Quæ in hac vita, & si non funditus eradicatur ex corde, quia etiã bene proficientes animos tentare non cessat; saltẽ cupiditas gloriæ superetur dilectione iustitiæ: tam enim est hoc vitium inimicũ piæ fidei, si maior in corde sit cupiditas gloriæ quàm Dei timor vel amor, vt Dominus dicat, Quomodo potestis credere, gloriã ab inuicẽ expectantes, & gloriã quæ a solo Deo est, non quærentes? Itẽ de quibusdã, qui in eũ crediderant, & verebantur palam confiteri, ait Euangelista. Dilexerunt gloriam hominũ magis quàm Dei cap. 17. Tolle iactantiam, & omnes homines, quid sunt nisi homines? Quod si peruersitas sæculi admitteret, vt homines essent soli meliores, nec sic pro magno haberi debuit honor humanus; quia nullius est ponderis fumus cap. 18. narrat factum Bruti, qui filios occidit, & in tãtum malum deuenit, teste Virgilio impellente honoris cupidine, ait enim. Vicit amor patriæ, laudumq. immensa cupido.

7

Ioan. 5.

Ioan. 12.

Aeneid. 8

IDEM exponens versum. Beatus vir, qui non abijt in consilio impiorũ &c. & in cathedra pestilentiæ non sedit. Sic ait cathedram pestilentiæ vocat regnũ terrenũ cum superbia, quæ ideo cathedra pestilentiæ recte intelligatur, quia non fere quisquã est, qui careat amore dominãdi, & humanã non appetat gloriã. Pestilentia enim est morbus late peruagatus, & omnes aut pene omnes inuoluẽs, qui & sedere dicitur: quia redire non potuit, nisi a Deo liberatus.

In Psal. to. 8.

9

In Psal. Beatus vir qui &c. cõcione 1.

Psal. 118.

Rom. 12.

IDEM exponens illa verba. Auerte oculos meos ne videant vanitatẽ, sic habet. Numquid quamdiu sumus in hoc mundo, possumus non videre vanitatẽ? Omnis enim creatura vanitati subiecta est. Sed vult Dominus ne propter vanitatem opera nostra faciamus, in qua vanitate præcipuum locũ obtinet amor laudis humanæ, propter quam multa magna fecerunt, qui magni in hoc sæculo vocati sunt; multumq. laudati in ciuitatibus gentiũ, quærentes nõ apud Deũ, sed

sed apud homines gloriam, ad quam peruenientes receperunt mercedem suam. nam ab hac vanitate volens Dominus auertere oculos suorum ait. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrẽ vestrum, qui in cælis est. Hi receperunt mercedem suam, non æternam, quæ sanctis reposita est, sed temporalem, quam quærunt, qui contẽplantur in suis operibus vanitatem: non quia ipsa laus humana culpanda sit: sed propter ipsam laudem bene operari, hoc est vanitatem in suis operibus intueri. Non ergo sit finis nostri boni operis in laudibus hominum, sed ipsas ad Dei laudes referamus, a quo nobis datur, quicquid in nobis, sine laudantis errore laudatur.

Matt. 6.

10 IDEM ait, doctrina Pharisæorum est, gloriam ab inuicem quærere, & gloriam quæ a solo Deo est non quærere. De his Apostolus Paulus dicit. Ignorantes Dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Ignorare Dei iustitiam, & suã velle statuere, hoc est ab inuicem gloriam quærere, & gloriam, quæ a solo Deo est, non requirere. Hoc est fermentum Pharisæorum, a quo Dominus cauere iubet.

Serm. 45. de verbis Domini to. 10.

Ioan. 5.

Rom. 10.

11 CHRYSOSTOMVS explicat illud ex cap. 11. Geneſis. Dixit homo ad proximum suũ venite ædificemus nobis ciuitatem, & turrim, cuius caput erit vsque in cælum, & celebremus nomen nostrum, antequam diuidamur in gentes, vbi sic habet. Vide quomodo vanum viuendi consilium sit multorum malorum occasio, & ædificabimus, &c. Non scientes, quòd nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui ædificant eam. Nobis ædificemus non Deo. Vide, oro, quàm inualuit hoc malum, habentes adhuc recentem memoriam generalis in diluuio interitus, in tantam inciderunt insaniam. Et ædificabimus Ciuitatem, & turrim vsque ad cælum. Nomine cæli audacem illorum temeritatem per hyperbolem docet. Et faciamus, inquit, nobis ipsis nomen. Vidisti radicem mali? Vt, inquit, perpetuam memoriã consequamur; vt nostri perpetuo memores sint posteri. Tale erit nostrum opus, vt numquam obliuioni tradatur. Sunt multi etiã hodie, qui illos imitantur, & talibus operibus celebrari volunt. Alij splendidas domus ædificant, & laquacra, & porticus, quorum si aliquem rogaueris, quare ita laboret tam miser, tantosque pecuniarum faciat sumptus, eosque inutiles, nihil aliud audies, quàm hæc verba, vt immortalem seruet memoriam, & audiat, quod illius est hæc domus, hic ager. Sed hoc non est tam laudem, quàm crimen sibi parere: nam statim ad hæc subiungentur, plurimarum contumeliarũ verba. Domus hæc huius est, huius auari, huius rapacis, huius viduarum, atque orphanorũ spoliatoris. Igitur hoc non est memoriam assequi, sed perpetuis obijci criminibus, & etiam post mortem infamari, & spectatorum linguas acuere in blasphemiam. & *infra*. Dixit Dominus nõ cessabunt, donec opere compleant, nihil eorum impetum, & ardorem morari poterit. Sed omnia quæ statuerunt secum, studebunt perficere, ni statim pro attentatis pœnas luant. Confundamus eorum linguas, vt necessitate coacti finem imponant ambitioni. Vt hinc efficaciter colligas ex multis huius peccati virus, & insaniam, & quòd difficillimam habet curationem.

Hom. 30. in Geneſim tom. 1.

Gen. 11.

Psal. 126.

Gen. 11.

12 IDEM infra eleganter prosequitur insaniã filij sceleratissimi, qui ob acquirẽdum regnum patris Dauid ex ambitione patrẽ conatur occidere. Et vbi solatium patres, & genitores præsidium inuenire debent, inueniunt mortem, cũ bestiæ, & mutæ pecudes pietatis in parẽtes iura conseruent. innocentem perimere nefas est, patrem occidere scelus, Prophetam iugulare, facinus inauditum, & ante hoc tempus mortalibus cunctis ignotum. Docet id quod natura non nouit, cupit quod pietas ipsa horrescit, audet perficere, quod nouo supplicio Deus cogatur vindicare. Furor parricidæ nulla re minuitur, nec frenatur, sed ardescit in peius, & in maius accenditur, cupit facinus intentum festinanter implere, instantissime perpetrari, & quia Dauid sanctus, & sapiens optime nouerat ambitionis mala, & dificile eius esse remediũ, fugiamus dixit, nec enim aliter a facie Absalom effugium nobis esse poterit, nec destitit ab incepto proposito, doneç arbor vlciscitur tam immane crimen.

13 In hom. de Absalõ per sequente patrem eodẽ tomo.

14 IDEM explicans verba illa, quæ habentur Matt. 23. capite, vbi de Pharisæis dixit Christus Dominus, quòd amant primos accubitus in mensis, salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi, sic habet. Hæc enim & si minima esse videantur, magnorũ tamen causa sunt malorum. Nam & ciuitates, & ecclesias sæpe numero euerterũt, propterea nec a lachrymis abstinere possum, cum primos istos consessus, & salutationes audiam, ac in mẽtem veniat, quot quantaque hinc mala in Ecclesia Dei orta sunt, quæ modo percenseri opus non est, cum seniores ea quæ viderũt, minoribus enarrare queãt. Tu autem considera, ibi maxime illos inanis fomenta gloriæ quæsiuisse, vbi iubebantur humiliores esse, in synagogis scilicet, quomodo ad docendos alios veniebant, ibi de primatu tractabant, cum principatus appetitio omnium malorum sit causa. In solitudinibus sunt homines, quorum alij dignitatibus præfulserunt, alij diuitijs excelluerunt, qui omnes se vndique vestitu, domo, ministerijs, ceteris omnibus ad præcipuam humilitatem reduxerunt. Omnia igitur quæ eleuant homines, amictus, magnificentia, odium, splendor, ministrorum multitudo, quibus vel inuiti ad insolentiam omnes detruduntur, iacent ibi humi prostrati. Ipsi ligna scindunt, ipsi accendunt ignem, ipsi coquũt, ipsi aduenis ministrant, nec præcipientem ibi aliquem videbis, nec cui præcipiatur, sed omnes ministri sunt, & ab vno quoque conuenarum pedes lauantur. Magnus est apud eos, qui vilia opera rapit. Non dolet paruus quasi contemptus, quippe cum qui cõtemnat nemo sit, quòd si esset, istud erudiuntur maxime contemni, scilicet, despui, ac vilipendi, non verbis solum, sed etiam rebus. Propterea magna sibi ad virtutẽ faci-

Hom. 73. in Matth. to. 2.

facilitas, atque mirabilis præbetur, & sic ambitiosum non qui de gloria contendit, sed qui gloriam aspernatur corrigere videtur. Nam quanta contentio de primatu apud nos est; tantum apud eos certamen de contemnendo primatu est.

15 Hom. 68. in Ioannē to. 3 91

IDEM exponens illa verba Ioannis, quæ 12. capite habentur. Verumtamen ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter Pharisæos non confitebantur: dilexerunt enim gloriam hominum, magis quàm gloriam Dei, sic habet. Omnia quidem nobis fugienda necessario sunt, quæ animā nostram corrumpunt; sed illa longe magis, quæ plura peccata ex se pariunt. Talis est gloriæ inordinatus amor. Ecce enim hi propter gloriæ cupiditatem, fidem contempserunt. Multi enim crediderunt, sed non confitebantur Dominum, ne de synagoga ejicerentur, quod etiam superius dixit. Quomodo potestis credere gloriam ab inuicē quærentes, & accipientes, & gloriam quæ a Deo est nō quærentes. Non ergo principes erāt, sed serui, seruiebant enim vltimam seruitutem. Hanc igitur bestiam fugiamus. Varia namque est, & multiformis, & vbique proprium virus dissemināt, inde vestimentorum copia, inde & seruorum examen, inde omnis necessitas contemnitur, in domibus, vestibus, mensæ splendore excessus dominatur.

Ioan. 12. Ioan. 5.

16 Hom. 2. super epistolā ad Titum. tom. 4.

IDEM dominandi amor, turpisque lucri appetitus omne bonum perimunt. Quemadmodum venti quidem feri, & immanes, cum in serenum irruerint pelagus, ipsum totum a fundo perturbāt, adeo vt & arena sæpius vndis immisceatur; ita & fit, perturbationes, cum in animam irruperint, cuncta permiscent, & quæ superiora erant ad infima pertrahunt, excæcantque mentis clarissimum lumē, atque in primis gloriæ vesana cupido. Quia honoris esse negligentem, laudemque non affectare multorum maximo labore indiget; magnæ philosophiæ, & animæ cuiusdam angelicæ, & quæ ipsum verticem cardinis cælestis attigerit, certum argumentum. Nullū profecto perniciosius vitium, nulla magis violēta perturbatio, & quæ ita ferme omnibus in locis obtineat, alibi amplius, atque alibi minus, vbique tamen. Quoties te gloriæ desiderium tangit, finem considera, & eā nihil esse reperies. Inspice quantum in se habeat detrimenti, quantis, qualibusque priuet bonis. Nam labores quidem subijsti, & pericula, dum ea consequeris, ceterum fructibus, præmijsque caruisti. Qui fruitur honore mortali, ingentemque ab hominibus consequitur gloriam, præter id, quod maioribus debitis obnoxius est, in arrogantiæ sæpe tumorem tollitur, efficiturque hominum seruus. Deinde cū huiusmodi dominatus increuerit, plurima iam agere cogitur, quæ non vult. Scientes igitur hoc, non quæramus honores, immo eos, cū oblati fuerint, repellamus, & abijciamus a nobis, & huiusmodi concupiscentiam extinguere modis omnibus studeamus. Anima enim omnis quæ honoris tenetur appetitu, & gloriam ab hominibus quærit, non videbit cælorum regnum. Nō videbit gloriā Dei, qui huiusmodi est, etiam si virtutis opus exerceat, receperunt enim mercedem suam. Nihil humana gloria vilius, nihil abiectius. Dic enim obsecro, si videre contingat multitudinem parvulorum, eorum, scilicet, qui subiecti vberibus sint, numquid ab his gloriam cupis? Ita te necesse est gloriæ causa ad omnes homines affici. Quoties difficile existimas contemnere gloriam, ista tecum versa. Si hanc despexero, Deo æqualis efficiar, protinusque subibit contemptus ex animo. Neque enim fieri potest, vt homo mancipium gloriæ, non sit omnium seruus, immo omnibus seruis abiectior. Neq. enim talia nostris imperamus seruis, qualia illa his, qui ab ipsa capti sunt, turpia, fœda, confusionisque plenissima, & loqui, & facere, & perpeti iubet. Et tunc maxime auget mandata, cum eos sibi obedire perspexerit. Fugiamus igitur huiusmodi seruitutem. Quod fiet si animaduertamus præsentia omnia somnium esse, & vmbram. Quòd si ad mentis celsitudinem euaserimus, nulla difficultate, multitudinis negligemus honores, atque ad cælum animum dirigemus.

Matt. 6.

18 Hom. 45 ad popul. to. 5.

IDEM sic habet. In exordio quemadmodum sæui venti, in tranquillum mare delati, totum ab imo subruunt, sic & ambitio, excæcat mentis intuitum, nam pecunias contemnere, volenti satis est facile, honorem autem a multis collatum despicere, multi laboris indiget, magnæ sapiētiæ, angelicæ cuiusdam animæ ipsum cælestis testudinis verticem tangentis. Nō est vitium, ita tyrannicum, & vbique dominās. Cum gloriam concupiscis cogita, quòd eam sis assecutus, & disce finem, & nihil inuenies. Cogita quantam ea res habeat iacturam, quot & qualibus bonis priuet. Labores quidem sustinebit, atque pericula, fructibus autē priuabitur, atque certaminum præmijs. Cogita quòd multa sunt pericula, & eorum gloriam contemne, qualia sint singula recense, & rem vsu plenam videbis. Homines licet laudauerint, mox tamen accusant, vel inuident, vel carpunt; sed hoc si non fecerint; nihil tamen omnino laudato prosunt, ait. Sicut auari quāto plura ceperint, tanto pluribus egent, ita & ambitiosi, quanto maiori funguntur honore, tanto plus concupiscunt. Crescit enim in eis morbus (morbus enim est) morbus autem finem nescit; sed cum habentem occiderit, tunc demum sistit. Nonne vides ebriosos, quod semper sitiunt, morbus enim est, non naturæ cupiditas, sed ægritudo peruersa, talis est inordinatus appetitus honoris, qui finem non habet.

19 In libro cuius titulus est, constitutiones monasticæ ca. 25. to. 2.

BASILIVS postquam in capite anteriori ostendit, quòd religiosus debet viliora opera cum multa eligere prō ptitudine, & studio, hoc sciens, quòd quicquid propter Deum fit, nō est paruum, sed magnum, & cælo dignum, etiam si iumenta oneraria ad communem vtilitatem sequi oporteat, addit in cap. 25. quòd non conuenit honores, ac prærogatiuas quærere. Si enim hic laborum, & rectefactorum retributio nes quærit, vere miserabilis propter temporalia æternorum damnum patieris. Si vero delegerit

gerit, hic quidem decertare, in cælo autem coronas ferre, non solum honores quærere non debet, sed eos etiam, qui dantur, recusare, & repellere, vt ne præsens honor, gloriæ quæ illic est immutatio fiat, nam præsens vita tota operū, ac certaminum est, futura verò coronarum, ac retributionum, sicut Paulus dixit in alia vita sibi reseruatam coronam iustitiæ. Non hic, sed in illa die reddet mihi iustus iudex. Si itaque regnare vis in futuro, hic honorem ne quæras.

1. Tim. 4.

Si seipsum exaltauerit monachus, grauem, & potentem habet humiliatorem, & qui vsque ad orcum demergere potest. Nullatenus ad præsentia pusillanimis sis, sed expecta probe exaltantem in futuro, expecta vesperam, vt Dominus vineæ vocet operarios, & reddat illis mercedem, quam accipere non debes, nec in meridie, nec in principio conductionis, nunc vero occupa extremum locum, vt tunc accipias primum. Ex quo loco colliges ambitionis mala, quando talia sunt pericula, tales inviris sanctis comminationes, quando honor desideratur, aut quæritur.

Matt. 20.

20 In tract. secundo in librum Iob tom. 2. Iob 2.

ORIGENES: Sedebat, inquit, Iob super stercus omnes homines instruens, quia omnis terrena eorum gloria in putredinem, stercus atque vermes conuertetur. Intendite, inquiēs, omnes filij hominum, ad quantam miseriā terrena gloria deuoluitur, ad quantam sublimitatē terrena sublimitas immutatur, merito præsentia nullus aliquid æstimet. Nullus hæc quæ videntur quærat, sed ea quæ non videntur sustineat. Et ipse sedebat super aceruum stercorū, plus sibi de ipsis vermibus, atque putredine, quàm olim de regni gloria, atque multitudine populorum se circumdantium complacens.

21 Hom. 3. super Psalmū 36.

IDEM exponens illum versiculum. Inimici Domini mox, vt honorificati fuerint, & exaltati deficientes, quemadmodū fumus deficient, sic ait. Docet nos sermo diuinus, quales sint honores sæculi huius. Cum enim videris illum acceptis illius prouinciæ fascibus tumidum, alium consulatibus, & alium diuersis magistratibus elatum, considera quia deficientes, sicut fumus deficient. Recordare etiam quantos in his honoribus videris, & vsque ad te quāta eos fastigia, conscendisse memineris, & vide si non omnes pene, posteaquam exaltati sunt, deiecti denuo, & prostrati, sicut fumus defecerūt; quia omnis, qui se exaltat humiliabitur.

Lucæ 14. & 18.

22 In hom. 2. super Psal. nium 38.

IDEM exponens verba illa, Et tabescere fecisti, sicut araneam animam eius, sic habet. Ista verba ad id quod in Esaia scriptū legimus telas araneæ texuerunt, referri possunt. Quia omnia quæ texit, & agit peccator, tā nihil scias esse, quàm sunt illa, quæ texit aranea, licet varia videātur, & composita, licet exquisita quadam arte digesta. Quanta texuerunt illi diuites, qui ante nos fuerunt, qui diuitias varijs artibus, & callidis adinuentionibus cōgregabāt, qui magistratus, qui honores, qui consulatus ambitione quærebant, isti omnes telas araneæ, texuerunt. Tam enim vana, tam friuola, quàm est araneæ textrina, fuerunt omnia, quæ gerebant, & propterea tabefactæ sunt, sicut araneæ

Esaia 59.

Psal. 38.

animæ eorum, & ideo subditur verumtamen vniuersa vanitas omnis homo viuens.

Lib. 8. moraliū in ca. 8. Iob c. 27. Iob 8.

GREGORIVS exponit verba, Illa innitetur super domum suam, & non stabit, ait. Domus nostra, est res quælibet, quam per dilectionem inhabitat animus. In eo enim quod diligimus, requiescimus. Domus hypocritæ est delectatio fauoris, quam quasi quietus inhabitat; quia per cuncta sua opera ad hanc se intra animum reclinat. Sed stare domus hæc non valet; quia laus cum vita præterit, & humanus fauor in iudicio non subsistit, vanis fauoribus decipitur, fulciet eam, & non consurget: quia a terra nusquam animum leuauit, sed in appetitu temporalis gloriæ iacet.

Iob c. 8.

23 Lib. 2. moralium c. 14.

IDEM exponens verba illa, ipsius Iob. Memoria vestra comparabitur cineri, sic ait. Omnes, qui cogitatione terrena huic sæculo cōformantur, per omne quod agunt, huic mundo relinquere sui memoriam conantur. Alij bellorum titulis, alij altis ædificiorum mœnibus, alij disertis doctrinarum sæcularium libris instanter elaborant, sibique memoriæ nomen ædificant. Sed cum ipsa ad finem celerius vita percurrat, quid in ea fixum stabit, quando & ipsa celeriter mobilis pertransit? aura etenim cinerem rapit, sicut scriptum est; Non sic impij non sic, sed tamquam puluis, quem proijcit ventus a facie terræ. Recte ergo stultorum memoria cineri comparatur: quia illic ponitur, vbi ab aura rapiatur. Quantumlibet enim quisq. pro facienda gloria sui nominis elaboret, memoriam suam, quasi cinerem ponit, quia hinc citius ventus mortalitatis rapit. Quo contra de iusto scriptum est. In memoria æterna erit iustus, qui nomen suæ memoriæ in æternitate figit, & redigentur in lutum ceruices vestræ, quod fit cum elata caro tabescit in putredine. Intueamur enim qualia in sepulchris iaceant diuitum cadauera, quæ illa in extincta carne sit imago mortis, quæ tabes corruptionis, & certe ipsi erant; qui extollebantur honoribus, habitis rebus tumebant, despiciebant ceteros, sed in lutum ceruix redacta est, quia despecti iacēt in putredine, qui tumebant in vanitate. In lutum ceruix redigitur: quia quātum carnis potentia valeat, tabes corruptionis probat.

Psal. 111

Iob. 13.

24 Lib. 1. epist. cap. 5. to. 5.

IDEM scribens de onere curæ pastoralis, plangit se in dignitate positum, & ait. Nihil in hoc mundo appetēs, nil pertimescens, videbar mihi in quodam rerum vertice stare, ita vt in me plene impletum crederem, quod pollicente Domino ex Propheta didicissem, sustollam te super altitudines terræ. Super enim altitudinē terræ sustollitur, qui & ipse, quæ alta, & glorioſa, præsentis videntur sæculi, per mentis despectum calcat. Sed repente ad terrores pauoresque corrui: quia recte dicere possum, veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Redire post causas ad cor desidero, sed vanis ab eo cogitationum tumultibus exclusus redire non possum, & stultis pressus cogitationibus clamare compellor, Cor meum dereliquit me, pressus in hoc onere tumultuum sæcularium negociorū, ex eis me esse video, de quibus

Isa. 58.

Psal. 68.

Psal. 39.

bus ſcriptum eſt, Deieciſti eos,dũ alleuarẽtur.
Pſal.72. Non dicit,poſtquam eleuati ſunt,ſed dum alleuarentur. Quia prauiquique, dum temporali honore ſuffulti,foris videntur ſurgere, intus cadunt. Alleuatio ergo ipſa ruina eſt, quia dum gloria falſa ſubnixi ſunt,a gloria vera euacuantur. Hinc iterum dicat,deficientes quemadmodum fumus deficient; fumus quippe aſcendendo deficit,& ſeſe dilatando euaneſcit, & vndeoſtenditur,vt altus ſit,inde agitur, vt non ſit,vt
Pſal. 36. ſcriptum eſt, Deus meus pone illos,vt rotam.
Pſal. 82. Rota quippe ex poſteriori parte attollitur, & in anterioribus cadit. Nam cum peccator in hac vita gloriam percipit, quam relinquit, ab illa cadit,quæ poſt hãc venit, Vide ex his ambitionis,& pericula,& mala, ſi quidem in honore & dignitate a Deo collata tot reperiuntur pericula,& tot inſũt viris sãctis metus,& terrores.

26 In ſerm. 2. Aſcẽſionis. BERNARDVS ſic habet.O peruerſitas, o abuſio filiorum Adam; quia cum aſcendere difficillimum ſit, deſcendere autem facillimũ, ipſi & leuiter aſcendũt,& difficilius deſcendũt, parati ad honores,& celſitudines graduum Eccleſiaſticorum, ipſis etiam angelicis humeris formidandos.

27 Serm. 6. in Pſalmũ qui habitat. IDEM exponens verſiculum Pſalmi. A ſagitta volãte in die,&c. ſic habet. Ambitio ſubtile malum, ſecretum virus, peſtis occulta,doli artifex,mater hypocriſis,liuoris parens,vitiorum origo,criminum fomes, virtutum ærugo, tinea ſanctitatis, excæcatrix cordium,ex remedijs morbos creans, generans ex medicina languores. Quantos hoc negotium perambulans in tenebris tradi fecit in tenebras exteriores, veſte ſpolians nuptiali, & virtutum exercitia fructu pietatis euacuans. Quantos peſtis hæc nequiter ſupplantatos,turpiter quoq. deiecit. Quid vero hunc fouet vermẽ? Nihil aliud quã mentis alienatio,& obliuio veritatis? Veritas
Matt. 16. negociũ arguit tenebrarũ, & dicit, Quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur,
Sap. 6. ſe autẽ perdat? & alibi:Potentes potenter tormenta patientur. Hæc eſt quæ ſedula ſuggeſtio ne reducit in mentem, quàm ſit in ambitu friuola conſolatio,graue iudicium, vſus breuis,finis ignotus. tertia Domini tentatio de ambitione fuit, quando omnia regna mundi promiſit,ſi cadens adoraret eum. Vides ne,quòd ambitionis via,adoratio diaboli eſt;quia videlicet ad honores, & gloriam mundi perueniendum, ſuis ille adoratoribus pollicetur.

28 In ſerm. de triplici gloria. IDEM exponens verba Pauli. Qui gloriatur in Domino glorietur, ſic ait. Nouerat Apoſtolus gloriam propriam eſſe creatoris, qui dicit, Gloriam meam alteri non dabo,ſed cõſiderauit rationalem creaturam adeo affectare gloriã,vt aut vix, aut nũquã ab hoc compeſci deIſai. 42. ſiderio poſſit, propterea ſecũdum datam ſibi a Deo ſapientiam,ſaluberrimum adinuenit conſilium dicens. Quandoquidem perſuaderi a nobis non poteſt,non gloriari, ſaltim qui gloriatur,in Domino glorietur.

29 Serm. 47. ex paruis. Prou. 25. IDEM explicans locum Prouerbiorum. Mel inueniſti,noli multum comedere, ne forte ſatiatus euomas illud, ſic habet. Poteſt hoc in loco non incongrue mellis nomine fauor humanæ laudis intelligi, meritoque non ab omni, ſed immoderato mellis huius edulio prohibemur. Immoderato enim melle immoderatius veſcitur quiſquis apponens omnino cor ſuum fauore humanæ laudis inflatur,incraſſatur,impinguatur, a quo ſe Propheta ſanctus cuſtodiri deprecatur a Domino, cum ait, Oleum autem Pſal.140. peccatoris non impinguet caput meum. Vis noſſe, quando euomat immoderatus epulator mellis edulium? Quando ex laudibus, quibus ſatiatur,non alium fructum quærit, ſed fauore contentus humano, tunc multa cum anxietate euomit, quod cum pernicioſa delectatione comedit, cum alium quemlibet laudari audiens inuidia contabeſcit. Mens enim dedita vanitati,& arrogantia tumens, laudem alterius ſuam reputat vituperationem.

30 In epiſtola 341. quam miſit ad quoſdã monachos. IDEM ſic habet. Quem enim ambitioſum vidimus aliquando contentum adeptis dignitatibus, ad alias non anhelare?

31 Libro 3. de conſideratione ad Eugenium. IDEM loquens de ambitione,ſic ait.Quomodo Eccleſiam Catholicam, quaſi totam hoc virus infecit? Nam dum & in ipſa quique quæ noſtra ſunt quærimus; fit vt inuicẽ inuidentes, inuicẽ prouocãtes exerceamur ad odia,animemur ad iniurias,armemur ad lites, cauillemus ad dolos,feramur ad detractiones, prorumpamus ad maledicta, opprimamur a fortioribus, opprimamus infirmiores. O ambitio ambiẽtiũ crux, quomodo omnes torquens omnibus places? Nil acerbius cruciat,nil moleſtius inquietat,nil tamen apud miſeros mortales celebrius negocijs eius. An non vocibus eius veſtrum tota die palatium reſonat? An non quæſtibus eius tota legum, canonumque diſciplina inſudat? An non ſpolijs eius omnis Italia inhiat in explebili auiditate rapacitatis. Quid ita tua ſpiritualia ſtudia non ſaltim intercidit, ſed abſcidit.

32 Lib.5. Hieronimi contra Iouin. tom. 1. AMBROSIVS poſtquam de gruibus dixerat,quòd habent vigilias,& labores partitos & quòd in uolatu ordinem ſeruant, &c. ſic ait. Quid hoc pulchrius,& laborem omnibus, & honorem eſſe communem? Antiquæ hoc reipublicæ munus,& inſtar liberæ ciuitatis eſt,ſic ab initio acceptam a natura exemplo auiũ politiam homines exercere cœperunt,vt communis eſſet labor,cõmunis dignitas,per vices ſinguli partiri curas diſcerẽt,obſequia,imperiaq. diuidere, nemo eſſet honoris exors nullus immunis laboris. Hic erat pulcherrimus rerum ſtatus, neque inſoleſcebat quiſquam perpetua poteſtate,nec diurno ſeruitio frangebatur, nemo audebat alium ſeruitio premere, cuius ſibi ſucceſſuri honorem,mutua forent ſubeunda vetigia,nemini labor grauis,quem dignitas ſecutura releuaret. Sed poſtquam dominandi libido v ẽdicare cœpit indebitas, & ſuſceptas nolle,deponere poteſtates, poſteaquam non ordo factus eſt ſuſcipiendæ potentiæ,ſed ſtudium indicãdæ cœpit etiam ipſa laboris functio durius ſuſtineri, & quæ non eſt voluntaria cito locum relinquit incuriæ,&c.

Angelorum excellentia, & cuſtodia ex qua non parua reportat commoda homo, ſi velit. Cap. XXI.

1 In cap. 66. Iſaiæ to. 4. HIERONYMVS exponens illa verba. Et adducent fratres veſtros de cunctis gentibus donum Domino in equis,& in quadrigis & in lecticis,& in mulis,& in carrucis ad montem ſanctum meum
Abac. 3. Hieruſalem,dicit Dominus, ſic ait. Equos, & quadrigas,& lecticas,& mulos,atque carrucas, & diuerſi generis vehicula, angelica poſſumus intelligere miniſteria, de quibus alibi ad Deũ dicitur. Aſcende ſuper equos tuos, & equitatio tua ſalus. His equis,curribus, & quadrigis
4. Reg. 2. Elias raptus ad cælum eſt. Et Eliſeus circundari ſe atque ſeruari neſcienti puero demõſtrauit. Et Zacharias vidit in nocte. Ecce vir aſcẽdens ſuper equum ruſum, & ipſe ſtabat in medio duorum montium vmbroſorum, & poſt eũ equi ruſi,& nigri,& varij,& albi,& dixi,inquit, Qui ſunt iſti Domine? Et ait ad me Angelus qui loquebatur in me. Ego oſtendam tibi, qui ſint iſti,& reſpõdit vir qui ſtabat in medio mõtium, & ait ad me. Iſti ſunt quos miſit Domi-
cap. 19. nus, vt perambulent terram. Ioannes quoque in Apocalypſi hæc ſe vidiſſe teſtatur. Vidi cælum apertum, & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eum vocabatur fidelis,& verus,& iuſtitia iudicans, & bellator. Oculi autem eius quaſi flamma ignis, & ſuper capita eius diademata plurima,&c. & exercitus in cælo ſequebatur eum in equis albis veſtitus byſſo albo, atque mundiſſimo. Ex quo hoc intellige, quod
Matt. 18. diuerſa vehicula, quibus homines adducuntur ad fidem, Angeli ſint. Quòd autem vnuſquiſq. noſtrum habeat Angelos, multæ ſcripturæ docent, e quibus illud eſt. Nolite contemnere vnum ex his puſillis,quia Angeli eorum vident quotidie faciem Patris,qui eſt in cælis, & puel-
Actuũ 12 la Rhode Petrum Apoſtolũ nunciante,alij Angelum ipſius eſſe credebant. Sin autem hoc de minimis dicitur,quanto magis, & de omnibus
Pſal. 33. ſanctis ſentiendum eſt? Iuxta illud quod ſcriptum eſt. Circundat Angelus Domini in circuitu timentium eum. Et Iacob de ſe loquitur, Angelus qui liberauit me. Iſti ſunt qui aſcendunt,& deſcendunt ſuper filium hominis.

2 In cap. 30. Hieremiæ locum illũ. IDEM locum illum, Omnes amatores ſui obliti ſunt tui, te non quærent, interpretatur de Angelis quorum præſidijs priusquam offenderes Dominũ vallabaris, te non quærent, &c.

3 In cap. 8. Danielis, tom. 4. IDEM exponens illa verba. Et factum eſt cum viderem ego Daniel viſionem, & quærerẽ intelligentiã,& ſtetit in cõſpectu meo quaſi ſpecies viri,& audiui vocem viri inter Vlai,& clamauit,& ait Gabriel. Fac intelligere iſtam viſionem, ſic habet. Virum iſtum, qui præcepit Gabrieli, vt Danielem faceret intelligere viſionem Iudæi Michaelem autumant. Conſequenter autem, quia viſio de prælijs erat Gabriel,qui præpoſitus eſt prælijs huic officio mãcipatur. Gabriel enim in linguam noſtrã vertitur fortitudo, vel robuſtus Dei. Vnde & eo tempore quo erat Dominus naſciturus, & indicturus bellum dæmonibus,& triumphaturus de mundo Gabriel venit ad Zachariam, & ad Mariam. Vbicumque autem medicina,& ſanatio neceſſaria eſt Raphael mittitur, qui interpretatur curatio,vel medicina Dei,hoc ſignificante, quòd in Deo ſit medicina vera. Porro vbi populo proſpera promittũtur, & propitiatio nobis neceſſaria eſt Michael dirigitur, qui interpretatur,Quis ſicut Deus,vt ſcilicet intelligatur, quòd propitiationem nullus poſſit dare niſi Deus.

4 In cap.10. IDEM exponens illa verba. Ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus,&c. Et ecce manus tetigit me, & erexit me ſuper genua mea,&c.& dixit ad me Daniel,&c.Quia ex die primo,quo poſuiſti cor tuum ad intelligendum,vt te affligeres in conſpectu Dei tui exaudita ſunt verba tua, & ego ingreſſus ſum ad verba tua. Princeps autem regni Perſarum reſtitit mihi, ſuper quæ verba, ſic ait. Quæritur ſi ſtatim exauditus eſt,cur nõ ſtatim ad eum miſſus ſit Angelus? Data eſt ei per moram occaſio amplius Deum deprecandi,vt ex eo, quod plus deſiderat,per laborem plus audire mereatur. Quòd autem ait: Ego ingreſſus ſum ad verba, hunc habet ſenſum. Poſtquam tu cœpiſti bonis operibus,& lachrymis,atque ieiunio,Dei inuocare miſericordiam,& ego accepi occaſionem, vt ingrederer in conſpectu Dei, & orarem pro te. Princeps autem regni Perſarum reſtitit mihi. Videtur mihi hic eſſe Angelus,cui Perſis cre
Deut. 32. dita eſt, iuxta illud quod in Deuteronomio legimus. Quando diuidebat altiſſimus gentes, & diſſeminabat filios Adam,ſtatuit terminos gentium iuxta numerum Angelorum Dei. Iſti
1. Cor. 2. ſunt principes,de quibus & Paulus loquitur. Sapientiam loquimur inter perfectos, quam nullus principum ſæculi huius cognouit. Reſtitit autem princeps,ideſt Angelus Perſarum faciẽs pro credita ſibi prouincia, ne captiuorum omnis populus dimitteretur, enumerans peccata populi Iudæorum, quòd iuſte tenerentur captiui, & dimitti non deberent. Reſiſtente Perſarum Angelo precibus tuis, & meæ legationi, qui orationes tuas Deo offerebã, venit in adiutorium mihi Angelus Michael, qui præeſt populo Iſrael.

5 In cap 25. Prouerbiorum to. 8. IDEM ſic exponit locum illum. Aqua frigida animæ ſitienti, & nuncius bonus de terra longinqua. Aqua frigida,quæ ſitiẽtis ardorem extinguit,& nuncius de longe,venienſque noua quælibet,& inopinata gaudia portat,aſſimilantur, quia & dulcedo diuinæ viſionis animã diu deſiderantem conſolatur, atque ab æſtu præſentium tribulationum liberam reddit. Et Angeli quotidie de terra longinqua, hoc eſt a ſuperna patria deſcendentes in mundum, iuſtos vel inter tentationes ſpe cæleſtium roborant, vel finitis tentationum certaminibus, ad palmam perpetuæ retributionis inducunt.

6 Lib. 11. de ciu. Dei c. 9 tom. 5. AVGVSTINVS ſic habet. Vbi de mundi conſtitutione ſacræ litteræ loquuntur cæli nomi-

nomine creati Angeli intelliguntur,vel cum dicitur, Fiat lux.

In Psal. 62. to. 8. IDEM exponens verba illa,Sitiuit in te anima mea sic habet. Modo Angeli non sitiunt, quomodo nos,non esuriunt, quomodo nos, sed habent saginam veritatis lucis immortalis sapientiæ,ideo beati sunt,& de tanta beatitudine quia in illa sunt ciuitate Hierusalem cælesti, vnde nos modo peregrinamur, attendunt nos peregrinos,& miserantur nos, & iussu Domini auxiliantur nobis,vt ad illam patriam commu nem aliquando redeamus,& ibi cum illis fonte dominico veritatis, & æternitatis aliquando saturemur.

7 In libro Soliloquiorũ tom. 9. IDEM sic dicit. Facis Domine Angelos tuos spiritus propter me, quibus mandasti, vt custodiant me in omnibus vijs meis, ne forte offendam ad lapidem pedem meum. Hi enim sunt custodes super muros ciuitatis tuæ nouæ Hierusalem,& montes in circuitu eius vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregẽ tuum,ne quando rapiat, vt leo animas nostras, dum non esset,qui eriperet ille antiquus serpẽs aduersarius noster diabolus, qui vt leo rugiens semper circuit quærens quem deuoret.Hi sunt ciues beatæ ciuitatis supernæ Hierusalem,quæ sursum est mater nostra, in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis, vt eos liberent ab inimicis suis,& custodiant in omnibus vijs suis, confortent quoque, & moneant, & orationes filiorum tuorum deferant, & offerant in conspectu gloriæ maiestatis tuæ. Diligunt nempe conciues suos,& quos suæ ruinæ scissuras instaurare expectant. Ideoque magna cura,& vigilanti studio assunt nobis,omnibus horis,& locis succurrentes, & prouidentes necessitatibus nostris, & solliciti discurrentes inter nos,& te Domine gemitus nostros,atque suspiria referentes ad te,vt impetrent nobis facilem tuæ benignitatis propitiationem,& referant ad nos desideratam tuæ gratiæ benedictionem. Ambulant enim nobiscum in omnibus vijs nostris.intrant, & exeunt nobiscum attẽte considerantes, quàm pie, quàmque honeste in medio prauæ nationis conuersemur, quantoq. studio, & desiderio quæramus regnum tuum, & iustitiam eius. Adiuuant laborantes,protegunt quiescentes, hortantur pugnantes, coronant vincentes,congaudent gaudẽtibus de te, compatiuntur patientibus. Grandis est eis cura de nobis. Magnus est affectus dilectionis eorum erga nos. Et hoc totum propter honorem tuæ inæstimabilis charitatis qua dilexisti nos. Diligunt enim,quos tu diligis,custodiunt quos tu custodis,& deserunt,quos tu deseris, nec diligunt operantes iniquitatem, quoniam & tu odisti omnes operantes iniquitatem. Quoties bene agimus gaudent Angeli, & tristantur dæmones,quoties vero a bono deuiamus, diabolũ lætificamus,& Angelos tuos suo gaudio defraudamus. Gaudium est enim eis super vno peccatore pœnitentiam agente, sed diabolo super vno iusto pœnitentiam deserente. Da igitur, da Pater eis semper gaudere de nobis, vt & tu semper per eos lauderis in nobis, & nos cum eis in vnum ouile tuum adducamur,vt confitea mur simul nomini sancto tuo. Hæc ipse commemorans coram te confiteor laudans te,quoniam beneficia tua magna sunt hæc,quibus nos honorificasti,dans nobis Angelos tuos spiritus in ministerium nostrum. Dederas enim quicquid cæli ambitu cõtinetur,& quasi nõ reputas ea quæ sub cælo sunt, nisi adderes ea quæ sunt super cælos. Laudent te de hoc Domine omnes Angeli tui.

9 Hom. 3. in epistolã ad Colossenses tom. 4. CHRYSOSTOMVS exponens verba illa. Pacificans per sanguinem suum, siue quæ in terra, siue quæ in cælis sunt, sic ait. Quæ in cælis sunt quomodo Christus pacificauit? An & illic bellum erat, & pugna? Quid est ergo? Diffidebat a cælo terra, hostiliter aduersabantur hominibus Angeli, Dominum suum contemni videntes,restaurauit omnia. Quomodo? Transtulit illuc hominem, restituit illis inimicum. Ea demum profunda, ac solida pax est. Angeli deinceps in terra rursus apparent. Vis discere quanto odio olim Angeli fuerint aduersus homines,ad supplicium mittebãtur contra Israelem, contra Dauidem,contra Sodomitas, in Vallem fletus, at nunc non ita, sed e diuerso in terra concinerunt vehementer gaudentes, & istos deduxit ad homines, & homines reduxit ad cælum. Angelos Deus primum deduxit ad nos,& tunc hominem euexit ad ipsos. Angelum habet vnusquisque credentium. Si ergo Angelos habemus sobrij simus, tamquam si pædagogi quidam nobis adessent.

10 In Psal. 33. hom. 2. BASILIVS exponens versiculum illum. Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum,& eripiet eos sic ait. Dixerat regius Vates. Iste pauper clamauit,& Dominus exaudiuit eum. Quis igitur est modus per quem liberatur pauper? Immittet se Angelus Domini in circuitu timentium eum. Omni credenti in Dominũ Angelus assidet, si non ipsum nos per praua opera fugauerimus. Quemadmodũ enim apes fugat fumus,& columbas graueolentia expellit, sic custodem vitæ nostræ Angelũ, lachrymosum,& graueolens abigit peccatum. Si habueris in anima opera angelica custodia digna,Deus necessario constituit tibi custodes, & protectores,& Angelorũ custodia te munit. Considera vero quanta est Angelorum natura, nam toti exercitui, & conferto multorum hominum ordini,vnus Angelus assimilatur. Propter magnitudinem igitur custodientis te,Dominus totum exercitum tibi largitur. Propter fortitudinẽ vero Angeli, velut muro te munit, vndiquaque ipsius tutela. Hoc enim significat in circuitu.Quemadmodum enim vrbium muri,in circuitu omnibus circumsiti, vndiquaque hostium insultus arcent;sic etiam Angelus,& a fronte,& a tergo custodit, & neque vtriusque lateris partes incustoditas relinquit, propterea cadent a latere tuo mille,& decem millia a dextris tuis, ad te autem non appropinquabit ne plaga quidem alicuius hostis, quoniam Angelis suis mandauit de te.

11 Hom. 10. in Psal. 37. IDEM exponens illa verba, Amici mei, & proximi mei aduersum me appropinquauerũt & steterũt,sic habet. Quia lumen oculorũ meorum me desolatum reliquit, qui prius amici,& proximi mei erant,qui omni tempore mihi familiares fuerant,me relicto de longe steterunt, mecum viuere nolentes,eminus deflẽtes, velut verisimile est,amici calamitatẽ.Isti Angeli sunt boni, & ministri Dei,ex hominũ salute gaudiũ capere assueti, siquidẽ ob peccatorẽ pœnitentem in cælis gaudiũ exoritur. Et hi igitur omnes Dauidis amici,iuxta peccati ipsius tempus recesserunt aduersantes, non tamen ipsum penitus relinquebant. Verum eminus flentes lugebant, quod ipsum sane etiam docet dicens, Amici mei, & proximi mei aduersum me appropinquauerunt, & steterunt.

12 Hom. 80. circa c. 22. Geneseos. ORIGENES sic loquitur. Angeli in cælo de profectibus hominum gloriantur. Ipsi enim velut procurationem animarum nostrarum tenent, quibus dum adhuc paruuli sumus, velut tutoribus, & actoribus committimur vsque ad præfinitum tempus a Patre. Et ipsi ergo nunc de profectu vniuscuiusque nostrum dicunt, quia nunc cognoui, quod timeas Deum.

13 Hom. 20. super cap. 25. Numerorũ. IDEM sic ait. Adest vnicuique nostrum, etiam minimis,qui sunt in Ecclesia Dei,Angelus bonus,Angelus Domini qui regat, qui moneat,qui gubernet, qui pro actibus nostris corrigendis,& miserationibus exposcendis quotidie videat faciem Patris. Et iterum secundũ ea quæ Ioannes in Apocalypsi scribit,vnicuiq. ecclesiæ generaliter Angelus præest.qui collauda tur pro bene gestis populi. Si autem homo non acquiescat monitis Angeli, qui sibi deputatus est ad salutem,auferetur maceria eius,& erit in conculcationem.Derelinquetur filia Sion,sicut vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cumerario,& sicut ciuitas,quæ vastatur. Quòd si princeps meus (Angelum dico, qui mihi est consignatus) commonuit de bonis, & locutus est in corde meo, sed ego contemptis eius monitis,& spreto conscientiæ retinaculo,præceps in peccata corrui,duplicabitur mihi pœna, vel pro contẽptu monitoris, vel pro facinore com missi. Nec mireris si Angelos dicimus venire cum hominibus ad iudiciũ, cum Scriptura dicat,quia ipse Dominus ad iudicium veniet, cũ senioribus populi,& cum principibus eius.Ducẽtur autem Angeli ad iudicium tamquã principes, & duces nostri.

14 Hom. 8. circa cap. 8. Iosue. IDEM cũ Iosue pugnare vellet contra Hai, fugiendum docuit. Quinque autẽ millia viros elegerat, & posuerat in insidijs inter Bethel, & Hai. Hi sunt fortasse, de quibus dicit Apostolus, quòd sunt in ministeriũ missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis. Hi sunt sancti Angeli,qui videntes nos insectationem dæmonum pati,insurgunt aduersus eos, qui nos insectantur, & omnes eos post tergum cædẽtes interimunt. IESVS enim est,cum his,qui insecta tiones patiũtur,magis quàm cum illis,qui persequuntur.

15 Libr. 1. in cap. 1. Iob tom. 2. IDEM explicans locum illum. Cum venirent filij Dei, vt astarent corã Domino,sic ait.

Angeli astant coram Deo, cum misericordias eius cõfitentur, atque gratias agunt pro beneficijs, quæ ille incessanter impertit filijs hominum, aut cum viderint Sanctorum virtutes virorum,eorum constantiam,atque agones, tunc nimirum cum gaudio, & exultatione assistunt ante Deum, vt ipsum laudẽt de victoria seruorum Dei,nec non patientiæ tolerantiam,atque sanctam cõsummationem ab eodem postulent Deo. Si cum stellæ inanimatæ fierent, ait Iob, quòd iubilauerunt filij Dei, multo magis tunc laudauerunt,cum animatæ, & sensatæ stellæ factæ sunt,ideſt,animæ sanctorum,atque iustorũ, de quibus dicitur, quòd fulgebũt sicut stellæ in perpetuas æternitates,& tunc secundum historiam astiterunt gratias ei agentes propter sanctitatem Iob,ac meritum,bonitatem,& integritatem,&c. *Iob 38.* *Dan. 12.*

16 Hom. 1. Origenis in Ezechielẽ. IDEM sic habet. Descenderunt Angeli ad nos, quia prior descenderat Christus. Quando enim viderunt principem militiæ cælestis, in terrestribus locis cõmorari, tunc per apertam viam ingressi sunt sequentes Dominũ suum, & parentes voluntati eius, qui distribuit eos custodes credentium nomini suo. Tu heri sub dæmonio eras,hodie sub Angelo. Obsequuntur saluti tuæ Angeli, constituti sunt in ministerium filij Dei,& dicunt inter se. Si ille descendit, & mortali indutus est carne,& sustinuit crucẽ, & pro omnibus mortuus est, quid nos quiescimus? Quid parcimus nobis? Eia omnes Angeli descendamus de cælo. Ideo, & multitudo cælestis exercitus erat laudantiũ Deum, quando natus est Christus. Omnia Angelis sunt plena,veni Angele susscipe sermone conuersum ab errore pristino, ab iniquitate in altum loquente, & susscipiens eum, quasi medicus bonus confoue, atque institue,& aduoca tibi alios socios ministerij tui, vt cuncti pariter eos, qui aliquando decepti sunt,erudiatis ad fidem. *Lucæ 2.*

17 Serm. 2. in vigilia Natalis Domini. BERNARDVS sic habet. Ipsi nos Angeli sancti desiderant. Nonne de vermiculis istis, & de puluere isto restaurãdi sunt muri cælestis Hierusalem? Putatis quãtum desiderant, ciues cælestes instaurari ciuitatis suæ ruinas?Quomodo solliciti sunt,vt veniant lapides viui,qui cædificentur eis?Quomodo discurrunt medij inter nos,& Deum fidelissime portantes ad Deũ gemitus nostros, & ipsius gratiam nobis deuotissime reportantes? Plane non dedignabũtur, vt simus eorum socij,quorum facti sunt iam ministri. Nonne enim omnes administratorij sunt spiritus in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis? Festinemus obsecro dilectissimi,festinemus,tota nos multitudo cælestis curiæ expectat. Exultare Angelos fecimus, quando conuersi sumus ad pœnitentiam. Proficiamus,& festinemus implere,in nobis eorum lætitiam. Væ tibi quicumque es, qui deliberas redire ad lutum, reuerti ad vomitũ. Putasne placatos habebis in iudicio, quos tanto, & tam sperato priuare vis gaudio? Exultauerunt,cum nos ad pœnitentiam venimus, tamquã super his quos ab ipsa inferni porta vidisſent *Heb. 1.*

sent reuocari. Quid erit nunc, si ab ipsa paradisi ianua reuerti viderint, & abire retrorsum eos, qui iam pedem alterum in paradiso posuerunt. Currite, currite, fratres, ipsi vos Angeli expectant, immo, & Angelorum Dominus, &c.

18 In fer. 1. de Angelis. IDEM sic ait. Quid de Angelicis spiritibus viles loquantur vermiculi? Credimus sane diuina eos præsentia, & visione beatos sine fine lætari in bonis Domini, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Attamen si multum est ad nos loqui de ea charitate, & gloria, qua in semetipsis, immo in Deo suo Angeli sancti nostris omnino superemineant cordibus; de ea loquamur, quam nobis exhibent gratia, & charitate. In supernis enim spiritibus non solum admirabilis dignitas, sed dignatio amabilis inuenitur. Dignū est proinde fratres, vt gloriam non capientes, tanto magis amplectamur misericordiam, qua nimirum constat abundare domesticos Dei, principes paradisi, cæli ciues. Testatur Apostolus Angelos in ministerium missos propter eos, qui hereditatem capiunt salutis, neque id cuiquam incredibile videatur, quandoquidem ipse quoque Creator, & Rex Angelorum venit non ministrari, sed ministrare. Vt quid ergo ministerium illud Angelorum quispiā dedignetur, in quo præcedit eos, cui in excelsis tota cum auiditate ministrant? Millia millium ministrabant, &c. Ministrant Deo Angeli, sed de alieno offerentes Deo bona opera, non sua, sed nostra, ac nobis suam gratiam referentes. Vnde Scriptura dicens, quoniam ascendit fumus aromatum in conspectu Domini de manu Angeli, sollicite præmisit. Data ei fuisse incensa multa. Nostros enim sudores non suos, nostras non suas lachrymas offerūt Deo, nobis quoque eius munera referunt, & non sua. Libenter Angeli sancti ministrant nobis, ipsi enim amant nos, quia Christus amauit. Hæc dixerim, fratres, vt amplioré de cetero erga beatos Angelos fiduciam habeatis, ac proinde familiarius in omni necessitate vestra eorum inuocetis auxiliū, sed & dignius in eorum præsentia cōuersari, & magis, ac magis eorum vobis conciliare gratiā, captare beneuolentiam, exorare clementiam studeatis. Constat sine dubio rationis participes, & capaces beatitudinis humanas animas Angelicæ cognatas esse naturæ, nec decet vos, o beati spiritus contra legis præceptum dedignari, quam visitare debetis speciem vestram, licet in multam (vt ipsi cernitis) deiecta sit vilitatem. Sed neque arbitramur vos, superni ciues, ciuitatis vestræ excidio delectari, & ruina murorum, quos semirutos ipsi videtis. Cuius instaurationem si desideratis (vt dignum est) frequenter quæso ante thronū gloriæ verbū precis iterate dicentes. Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri Hierusalem. Si diligitis decorem domus Dei (immo quia diligitis) experiantur zelum vestrum viui, & rationales lapides, qui soli in instaurationem eius vobis possunt coædificari. Hic est dilectissimi funiculus triplex, quo de excelso cælorum habitaculo ad cōsolandos, ad visitādos, ad iuuādos nos attrahit supereminens charitas Angelorum, propter Deum, propter nos, & propter seipsos. Propter Deum vtique cuius tanta erga nos misericordiæ viscera, ipsi quoque, vt dignum est, imitantur. Propter nos, in quibus propriam similitudinem miserantur. Propter seipsos quorum ordines instaurandos ex nobis toto desiderio præstolantur. Quæ cum ita sint pensate, quanta etiā nobis sollicitudine opus est, vt dignos nos exhibeamus eorum frequentia, & eo modo conuersemur in conspectu Angelorum, ne forte sanctos offendamus obtutus. Væ enim nobis, si quando prouocati peccatis, & negligentijs nostris indignos nos iudicauerint præsentia, & visitatione sua, vt iam necesse habeamus, cum Propheta plāgere, & dicere. Amici mei, & proximi mei aduersum me appropinquauerunt, & steterunt, & qui iuxta me erant de longe steterunt, & vim faciebant, qui quærebant animam meam. Elongatis nimirū eis, quorū præsentia protegere nos, & propulsare poterat inimicum. Quòd si tam necessariam habemus familiaritatem dignationis Angelicæ, cauenda nobis eorum offensa, & in his maxime exercendum, quibus eos nouimus oblectari. Sunt enim plurima, quæ eis placent, & quæ in nobis inuenire delectat, vt est sobrietas, castitas, &c. Attamen super omnia hæc vnitatem, & pacem a nobis exigunt Angeli pacis. Quid ni delectentur maxime in his quæ formam quamdam ciuitatis suæ repræsentant in nobis, vt mirētur Hierusalem nouam in terra? E contra nihil æque offendit, & ad indignationem prouocat eos, quomodo dissensiones, & scandala, si inueniantur in nobis.

Heb. 1. *Dan.* 7. *Apoc.* 8. *Psal.* 37.

19 20

21 IDEM exponens verba illa. Angelis suis Deus mandauit de te, &c. sic loquitur. Confiteantur Domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum. Confiteantur, & dicant inter gentes, quoniam magnificauit Dominus facere cum eis. Domine quid est homo quia innotuisti ei, aut quid apponis erga eum cor tuum? Apponis cor erga eum, geris pro eo sollicitudinem. Promittis spiritum tuum, immittis vnigenitum tuum, promittis etiam vultum tuum, & ne quid in cælestibus vacet ab opere sollicitudinis nostræ, beatos illos spiritus propter nos mittis in ministerium, custodiæ nostræ deputas, nostros fieri iubes pædagogos. Parum est enim, spiritus, facis & Angelos paruulorum. Angelis suis mandauit de te, mira dignatio, vt vere magna dilectio charitatis. Quis enim, quibus, de quo, quid mandauit? Studiosè consideremus fratres diligenter commendemus memoriæ hoc tam grande mandatum. Quis enim mandauit? Cuius sunt Angeli, cuius mandatis obtemperant, cuius obediunt voluntati. Nempe Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis, nec cunctantur, quin etiam in manibus tollant te. Summa ergo maiestas mandauit Angelis vere domesticis

Serm. 1. de Psalmum qui habitat.

ficis Dei mandauit de te. Tu quis es? Domine quid est homo, quod memor es eius, aut
22 filius hominis, quoniam reputas eum? Quasi vero nō fit homo putredo, & filius hominis vermis. Sed quid putas mandauit? Numquid scripsit contra te amaritudines? numquid, vt contra folium, quod vento rapitur, ostendāt potētiam suam, & stipulam siccam persequantur? Nūquid vt tollant impiū, ne videat gloriā Dei? Nō recedas ab adiutorio altissimi, in protectione Dei cæli cōmorare, ne de te illud, quādoque mandetur. Quem enim protexerit Deus cæli, non de eo illud mandabitur, sed pro eo. O triticum inter zizania, o granum inter paleas, & lilium inter spinas, quia te custodiunt Angeli. Super muros tuos Hierusalem cōstitui custodes, nempe etiam ipsi, qui videntur muri, aut in muro ipso columnæ. His custodibus egemus, & maxime Angelis suis, &c. Quantam tibi debet hoc verbum inferre reuerentiam, afferre deuotionem, conferre fiduciam, reuerentiam pro præsentia, deuotionē pro beneuolentia, fiduciā pro custodia. Caute ambula, vt, scilicet, cui adsunt Angeli (sicut eis mandatum est) in omnibus vijs tuis. In quouis diuersorio, in quouis angulo tuo reuerentiam habe, tunc audeas illo præsente, quod vidente me non auderes. An præsentem esse dubitas, quem non vides? Quid si audires, quid si tangeres, & olfaceres. Si fidem consulas ea tibi angelicam probat præsentiam, nō deesse. Adsunt igitur, & adsunt tibi, nō modo tecum, sed etiam pro te. Adsunt, vt protegant, adsunt, vt prosint. Quid retribues Domino pro omnibus, quæ retribuit tibi? Et si Deus mandauit, ipsis quoque, qui & ei ex tanta charitate obediunt, & nobis subueniunt in tanta necessitate ingratos esse non licet. Simus ergo deuoti, simus grati tantis custodibus, redamemus eos, honoremus eos, quantum possumus, quantum debemus. Totus tamen, & ei reddatur, & amor noster, a quo tam ipsis, quàm nobis est totum, vnde vel honorare possumus, vel amare. Fideles sunt Angeli, prudentes sunt, potentes sunt, quid trepidamus? Tantum sequamur eos, adhæreamus eis, & in protectione Dei cæli commoremur. In manibus portabūt te, ne vnquam offendas ad lapidem pedem tuum. Parum tibi videtur, quòd non sit lapis offensionis in via? Considera quæ sequuntur. Super aspidem, & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem. Quia necessarius pædagogus immo etiam baiulus præsertim paruulo inter hæc grādienti? In tuis vijs custodient te, & deducent paruulum, qua potest paruulus ambulare. Ceterum non te patientur tentari, supra quam sustinere potes, sed in manibus tollent te, vt permanseas offendiculum. Quàm facile trāsit, qui illis portatur manibus, quā suauiter, iuxta vulgare prouerbiū, natat, cuius alter sustinet mentum. Quoties ergo grauissima cernitur vrgere tentatio, & tribulatio vehemens imminere, inuoca custodem tuum, ductorem tuum, adiutorem tuū in opportunitatibus, in tribulatione. Non dormit, neque dormitat, et si ad tempus quandoque dissimulet, ne forte periculosius ab

23

illius te manibus ipse præcipites, si te eis ignoraueris sustentatum. In manibus portabunt te. Vultis scire, quas intelligant duas mānus? Duplicé vtique demonstrationé, dū videlicet hinc quidem tribulationis breuitas, inde æternitas tribulationis ostēditur, & quòd momentaneū, & leue tribulationis nostræ æternū gloriæ pondus operatur in nobis. Habetote familiares Angelos, fratres mei, frequentate eos sedula cogitatione, & deuota oratione, qui semper vobis adsunt ad custodiam, & consolationem. *2. Cor.* 4.

24 IDEM exponens illa verba Cāt. 1. Equitatui meo in curribus Pharaonis, assimilaui te amica mea. Hoc ait, quia huiusmodi anima nusquā est sine Angelorū custodia, qui eā æmulantur Dei æmulatione solliciti suo viro seruare, & virginé castam exhibere Christo. Et ne dixeris in corde tuo, vbi sunt? Quis eos vidit? vidit eos Propheta Elisæus, insuper, & fecit orando, vt videret etiam Giezi, tu non vides, quia non es Propheta, nec puer Prophetæ. Vidit Patriarcha Iacob, & ait. Castra Dei sūt hæc, vidit, & Doctor gentiū, qui dicebat, Nonne omnes administratorij spiritus. Ergo angelicis fulta ministerijs, & superno stipata agmine sponsa incedens similis est equitatui Domini, illi vtiq. qui quondam in curribus Pharaonis tam stupendo diuini adiutorij miraculo triumphauit. *Serm. 39. in Cant.* *2. Cor.* 11. *4. Reg.* 6. *Gen.* 32. *Heb.* 1. *Exo.* 14.

25 IDEM hunc locum Isaiæ, Super muros tuos Hierusalem constitui custodes tota die, & tota nocte, in perpetuū non tacebunt, de Angelis intelligi posse docet, sicut & de prælatis. *Serm. 77. in Cant.*

Animæ per metaphoram, varia attribuunt sancti in ordine ad virtutes, & vitia, quæ proprie solis rebus corporeis conueniunt.
Cap. XXII.

1 HIERONYMVS, Animæ tuæ ostia clausa sint diabolo, aperta sint Christo sponso tuo. Daniel in cubiculo suo manebat in superioribus, nec enim manere poterat in humili. Fenestras apertas ad Hierusalem habuit, & tu habeto apertas fenestras. Sed vnde lumē introeat, vnde videas ciuitatem Domini. Ne aperias illas fenestras, de quibus dicitur, Intrauit mors per fenestras vestras. *Epist. 22. ad Eustochiū, de custodia virginitatis tom. 1.* *Hier.* 9.

2 IDEM exponens illa verba. Residuum erucæ comedit locusta, & residuum locustæ comedit bruchus, & residuum bruchi comedit rubigo sic habet. Quattuor esse perturbationes, quibus animarum sānitas subuertatur omnes philosophorū scholæ conclamant. Duæ præsentes sibiq. cōtrariæ. Duæ futuræ mutuo dissidētes. Præsentes ægritudo, & gaudiū. Agritudinē animæ dicimus, alioquin corporis non ægritudo, sed ægrotatio nominatur. Aut igitur tristes sumus, & mærore cōficimur, statusq. nostræ mētis euertitur. Vnde & Apostolus monet, ne abundantiori tristitia absorbeatur frater. Aut e cōtrario *In cap. 1. Ioel to. 5.* *2. Cor.* 2.

trario gaudemus, gestimusque lætitia, & bona nostra moderanter ferre non possumus, iustiq. & fortis viri est, nec aduersis frangi, nec prosperis subleuari, sed in vtroque esse moderatum. De futuris autem metus, aut spes est. Aduersa timemus, prospera præstolamur, & quod ægritudo, & gaudium operantur in præsenti, metus & spes faciunt in futuro: dum aut aduersa plusquam decet timemus esse ventura, aut prospera, quæ speramus in tantum nos faciũt exultare, vt non teneamus modũ maxime in his quæ incerta sunt. Quia & futura sperantur, potius quàm tenentur. Qui autem perturbationum tenebris obuoluuntur, clarum sapientiæ lumen non valent intueri. Cauendum est igitur, ne ægritudo quasi eruca nos comedat, ne locusta vastet in gaudio, huc illucq. volitans, & gestiente lætitia per diuersa se iactans, ne bruchus, id est pauor, & futurorum metus, radices sapientiæ deuoret, ne rubigo, & desiderium futurorũ res inutiles concupiscat, & nos perferat ad ruinam, sed vt in omnibus quattuor quadrigas, & quattuor cornua, & quattuor equos rufos, & varios, & albos, & nigros, id est, vel aduersa, vel prospera, vel ex vtroque sociata sapientiæ frenis gubernemus. Ego reor erucam esse incipiẽtem in animo passionem, quæ tarda est, & discurrere non potest, & mora ipsa, ac pertinacia ebibit, & exugit omnem virorem, quam si non occiderimus in nobis, crescit, & auolat, & nunc deuorat, quicquid attigerit, nunc semesa pergit ad alia, reuertensque ad pristinam sedẽ bruchus efficitur, vt non solum fruges, & folia, & cortices, sed & ipsam medullam deuoret tarditate. Sin autem euenerit, quod tamen rarum est, vt etiam post bruchum vitalis quippiam in nobis spiritus resideat, cuncta rubigo populatur, ita vt stipulam, & viride fœnum vertat in nigredinem, vt non solum esui, sed & fimo inutilia sint.

3

Zach. 1.

4 Libro de fide, & symbolo to. 3.

AVGVSTINVS sic habet. Anima spiritualia appetens mens dicitur, & spiritus iuxta illud Pauli. Mente seruio legi Dei. Item alio loco. Testis est enim mihi Deus, cui seruio in spiritu meo. Anima vero cum carnalia bona adhuc appetit caro nominatur, pars enim eius quædam resistit spiritui non natura, sed consuetudine peccatorum. Vnde dicitur. Mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati.

5 Lib. 12. de Trinitate cod. to.

IDEM sic ait. Admonemur ab eo, qui nos fecit, ne meliori nostri parte, id est animo similes pecoribus simus, a quibus corporis erectione distamus, non vt in ea quæ sublimia sunt in corporibus animam proijciamus, nam vel in talibus quietem voluntatis appetere, prosternere est animum, sed sicut corpus ad ea, quæ sunt excelsa corporum, id est ad cælestia naturaliter erectum est, sic & animus, qui substantia spiritualis est ad ea, quæ sunt in spiritualibus excelsa erigendus est pietate iustitiæ.

6 Lib. de spiritu, & anima to. 3.

IDEM sic habet. Animæ seu mentis dilatatio est, cum sub vno mentis aspectu plura conspicimus, vel de Dei sapientia, vel de eius potentia, & bonitate. Intueri debemus, quàm potenter Deus cuncta creauerit de nihilo, quã sapienter gubernat, quàm benigne cuncta dispensat. Totum istum mundum sic ornatum fecit propter corpora, corpora propter animas, animas propter se. Et ideo diligenter custodire debemus animas nostras, quatenus eas mundas, & sanctas Deo reddere valeamus. Animæ subleuatio est, cum de visibilibus subleuamur ad inuisibilia. Mentis alienatio est, quando mens supra se rapitur. *Infra.* Nonnumquam vero in speculo cordis sui, id est, in rationali anima seipsum, & Deum homo inspicit. Ita namque conditum est cor hominis, vt in eo quasi in templo Deus habitet, & tamquam in quodam speculo suo reluceat, vt qui in se videri non poterat, in sua imagine visibilis appareret. Magna prorsus hominis dignitas est in se portare imaginem Dei, & illius in se iugiter vultum aspicere. Sed postquam delectationem nostram, in terra peccando sparsimus, peccati puluis superiectus est cordi, & animæ nostræ, & ideo ab illo internæ contemplationis speculo corruentes, in has miseras præsentis vitæ tenebras labimur, vbi Deo digne ministrare non valemus. Quia sorde iniquitatis caligine ignorantiæ obuoluti, quid agendum, vel vitandum nobis sit, ex magna parte iam non videmus. Tergamus ergo speculum nostrum ab amore vanitatis, & ab amore iniquitatis, id est, a puluere, & a sorde, vt in eo inspicere valeamus, & nos, & creatorem nostrũ. Si mulieres speculum suum, in quo facies inspiciunt, cum amiserint, diligenter quærunt, & tergunt curiose a puluere, multo amplius speculum interioris hominis, debemus, & inuenire, & tergere, & inspicere, vt in eo totam turpitudinem nostram valeamus deprehendere, & ita per cognitionem nostram ad agnitionem Dei peruenire.

7 In Psalm. 38. tom. 2. *Psal. 35. Gen. 28. Psal. 144.*

IDEM sic ait. Si interiorem hominem attendas, & pedibus, & scalis, & pennis constat anima, nã si non pedibus, quomodo dicit homo interior? Non veniat mihi pes superbiæ? Si nõ scalis? quid sunt quas vidit Iacob, vbi erant ascendentes Angeli, & descendentes? Si non pẽnis, quis est, qui dicit, Quis dabit mihi pennas, sicut columbæ, & volabo, & requiescam? Sed in rebus corporalibus aliud sunt pedes, aliud scalæ, aliud pennæ. Intus autem, & pedes, & scalæ & pennæ affectus sunt, & bonæ voluntates. His ambulemus, his ascendamus, his volemus.

8 In Psalm. 121. eod. to.

IDEM exponens illa verba. Quia ibi sederunt sedes in iudicio, sic ait. Mirum ænigma, mira quæstio, si non intelligatur. Sedes dicit. Ergo non est mirum fratres mei, si sedeant homines in sellis, vt autem ipsæ sedes sedeant, quomodo possumus intelligere? Tamquam si dicat aliquis, sedeant hic cathedræ, aut sedeant hic sellæ. In sella sedetur, in sedibus sedetur, non ipsæ sedes sedent. Quid est ergo hoc quoniam ibi sederunt sedes in iudicio? Certe solenis audire Deo dicente, cælum mihi thronus est, terra autem scabellum pedum meorũ. Qui sunt cæli, nisi iusti? In ipsis autem sedet Deus, & de ipsis iudicat Deus, & de ipsis Deus coruscabat miracula, tonabat terrores, pluebat consolationes. Anima iusti sedes est sapientiæ. Magna res, dicta est thronus sapientiæ anima iusti, id est, in anima iusti sedet sapientia tamquam in sella sua, & inde iudicat, quicquid iudicat. Ergo erant throni sapientiæ, ideo dixit illis Dominus, Sedebitis super thronos iudicantes duodecim tribus Israel.

Isa. 66.

Sap. 7.

9 Libr. de contritione cordis to. 9.

IDEM sic habet. Ecce misericors Deus coram te exhibeo animam meam virtutũ muneribus desolatam, catenis vitiorum ligatam, pondere peccatorum grauatam, delictorum sordibus fœdatam, discissam vulneribus dæmonum, putridam, & fœtidam vlceribus criminum, his & alijs grauioribus malis obstrictam, oppressam, circundatam, obuolutam. Peruersum etiam, & pessimum est cor meum ad deploranda propria peccata mea est lapideum & aridum, ad resistendum insultantibus molle & luteum, ad inutilia autem, & noxia pertractanda velox, & infatigabile, ad cogitanda salubria fastidiosum, & immobile. Anima mea distorta, & deprauata ad percipiendum bonum, sed ad voluptatũ vitia nimis facilis, & prompta, ad salutem reminiscendam nimis etiam difficilis, & pigra.

10 Lib. 50. homiliarũ ho. 35. to 10. *Leu. 11.*

IDEM sic ait. Memoria hominis sic est quomodo venter pecoris. Nostis quia in lege immunda dicta sunt animalia, quæ non ruminant, quæ autem ruminant munda sunt, & quæcumque habent vngulam fissam pertinent ad discernendum verum, & falsum, fissa vngula pertinet ad discernendum quid dextrum, & quid sinistrum. Ruminatio enim pertinet ad eos qui cogitãt, postea quod audierint & tenuerint. Nam modo manducamus, & in memoriam tamquam in ventrem mittitur. Sed quid facit pecus, quando ruminat? Illud quod in præsepe iactatum fuerat, & in ventre repositum reuocat ad os, & in ipsa dulcedine conquiescit. Et hoc dicitur. Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis, stultus autem glutit illud.

Prou. 2.

11 Hom. vnica in 1. cap. li. 1. Regum tom. 1.

ORIGENES exponens illa verba, Donec sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata est, sic ait. Consideremus quòd vnusquisque nostrum habet intra se sterilem, quæ peperit septem, habeat, & fecundam in filijs quæ infirmatur. Fecunda in propagine erat caro mea habens plurimos carnis fructus, fornicationem, immunditiam, impudicitiam, idolatriam, inimicitias, contentiones, æmulationes, dissensiones. Hæc erant carnis nostræ numerosæ progenies. Sed cum venimus ad fidem crucis Christi, & mortificationem IESV cœpimus circumferre in corpore nostro, & mortificare membra nostra, quæ sunt super terram, & exhibere ea seruire iustitiæ, & sobrietati, tunc fecunditas probrosæ huius generationis exclusa, & hoc modo fecunda in filijs infirmata est. Sterilis autem erat in me anima mea, non afferebat fructus iustitiæ, nunc autem vbi accepit gratiam Spiritus sancti, & repleuit eam spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus iustitiæ, & misericordiæ, & replenit eam spiritus timoris Domini, certum est, quòd sterilis peperit septem, & fecunda in filijs infirmata est. Meipsum mortificat cum me mortuum facit esse peccato, & meipsum viuificat, cum me facit viuere Deo; mori me fecit vitæ priori, & viuificauit me, vt in timore suo viuam, vt in fide sua stem, vt vltra non viuã peccato, sed Deo, qui me a mortuis suscitauit.

Colos. 3.

Isai. 11.

12 Hom. 2. in Cantica to. 2.

IDEM sic habet. Singulis quibusque sensibus animæ, singula quæque Christus efficitur. Idcirco enim, & verum lumen dicitur, vt habeant oculi animæ, quo illuminentur, idcirco & verbum, vt habeant aures, quod audiant. Idcirco & panis vitæ, vt habeat gustus animæ, quod degustet, idcirco & vnguentum vel nardus appellatur, vt habeat odoratus animæ fragrantiam verbi, idcirco & palpabilis, & manu tractabilis Verbum factum dicitur, vt possit interioris animæ manus cõtingere de Verbo vitæ. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur. Vbera animæ principale cordis aduerte, in quo anima verbũ Dei desiderij sui vinculis alligatum tenet, & astrictum. Si quis enim verbum Dei toto affectu in corde suo, & anima, & toto amore constringit, ipse solus poterit odorem fragrantiæ eius ac suauitatis accipere.

13 Hom. 2. in Hieremiã.

IDEM exponens verba illa, fugite de medio Babylonis ait. Sicut corpus nostrum in aliquo terræ loco consistit, eodem modo, & anima secundum statum suum in aliquo nuncupatiuo terræ loco est. Quod dico, sic fiet manifestius. Corpus nõstrum aut in Aegypto est, aut in Babylone, aut in Palæstina, aut in Syria, aut certe alio simili. Similiter, & anima alia in Babylone est, alia in Aegypto, alia in Ammonitarũ regione, & sic segregatim secundum sententiam scripturarum pro qualitate vitæ locorum diuersitate distinguuntur. In Babylone est, quando confunditur, quando turbatur, quando pace deserta bella sustinet passionum, quando tumultus malitiæ circa eam premit, tũc in Babylone est. Et ad istam animam dicit Prophetа. Fugite de medio Babylonis, & saluate vnusquisque animam suam. Donec enim quis in Babylone est, saluari non potest, quia etsi recordatus ibi fuerit Hierusalem, ingemiscit, & dicit. Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena. Iusti autem in Iudæa sunt. Verumtamen iuxta qualitatem vitæ, & fidei, & in ipsa Iudæa locis inter se varijs separantur, siue enim in Dan est, quæ extremæ Iudææ partes sunt; siue in superioribus paululum locis, siue in medijs finibus Iudææ, siue circa Hierusalem, & est omnium beatissima, quæ in media Hierusalem vrbe consistit. Qui vero peccator, & inimijs sceleribus oppressus hic in Babylone est, qui hoc est modico minor, & necdum ad summum peccatorum culmen ascendens, in Aegypto commoratur, & sicut qui in Iudæa sunt non æqualia possident loca, sic omnes qui in Aegypto sunt non æquales Aegypti partes incolunt.

Psal. 136.

14

GREGORIVS exponens verba ex cap. 18. Iob

Lib.14.moralium c.7.

18. Iob. Attenuetur fame robur eius, & inuadat inopia costas eius, sic ait. Omnis homo, quia ex anima,& carne consistit,quasi ex robore,& infirmitate compositus est. Ex ea enim parte,qua spiritus rationalis est conditus, non incongrue dicitur robustus, ex ea vero qua carnalis infirmus est. Robur ergo est hominis anima rationalis, quæ impugnantibus vitijs resistere per rationem valet, vnde & superius dictum est. Roborasti eum paululum,vt in perpetuum pertransiret. Ex ratione quippe & anima habet homo,vt in perpetuum viuat. Huius ergo iniqui robur fame attenuatur,quia eius anima nulla interni cibi refectione pascitur. De qua fame Deus per Prophetam loquitur. Emittam famem in terram. Non famem panis, neque sitim aquæ,sed audiendi verbum Domini. Bene autem subditur, & inedia inuadat costas illius. Costæ enim viscera constringunt, vt latentia intrinsecus earum soliditate vniantur. Costæ ergo vniuscuiusq. sunt sensus animi, qui latentes cogitationes muniunt. Inedia igitur inuadit costas, quando omni spiritali refectione subtracta sensus mentis deficiunt,& cogitationes suas regere, vel tueri non possunt.

Iob 14.

Amos 8.

15 Lib.19. moralium c.4. tom.2.

IDEM explicans verba illa Iob, Qui facit ventis pondus,sic ait. Velocitate, & subtilitate vētorum in scriptura sacra solent animæ designari. Sicut per Psalmistam de Deo dicitur. Qui ambulat super pennas ventorum,idest qui transgreditur virtutes animarum. Fecit ergo ventis pondus, quia dum superna sapientia replet animas,eas maturitate indita graues reddit. Non illa grauitate,qua dicitur,Filij hominum vsquequo graui corde? Aliud namque est grauem esse animam per cōsilium,aliud per constantiam,aliud per culpā? Ista enim grauitas pondus habet oneris,illa virtutis. Pondus ergo accipiunt animæ, vt ab intentione Dei non iam leui motu dissiliant, sed in eum fixa constantiæ grauitate consistant. Adhuc ille populus leuiter mouebatur, de quo per Prophetā dicitur. Abijt vagus in viam cordis sui, viam eius vidi, & dimisi eum. Graue autem consilium cordis,omnem inconstantiam vagationis expellit. Et quoniam sunt animæ, quæ leuiter motu nunc ista,nunc illa desiderāt, omnipotēs Deus,quia ipsas leues fluctuationes mentium non leuiter pensat,vagationē cordis relinquendo dijudicat. Sed cum per gratiam respicit vagam mentem, in consilij stabilitatem figit. Recte ergo nunc dicitur. Qui fecit ventis pondus. Quia cum leues motus animæ misericorditer dignatus aspicere,tunc protinus ad constantiæ maturitatem format.

Psal. 4.

Esaia 57.

16 Lib.24. moralium c.11 eod. to.

IDEM exponens verba illa ex Iob cap. 34. Si direxerit ad eum cor suum, spiritum suum, & flatum ad se trahet, sic ait. Curuum cor est, & anima cum ima appetit,dirigitur,cum ad superna subleuatur. Si ergo cor suum homo ad Dominum dirigit, spiritum & flatum illius Dominus ad se trahit. Spiritum videlicet pro internis cogitationibus, flatum vero qui per corpus trahitur pro externis actionibus ponit. Deum ergo spiritum hominis & flatum ad se trahere,est ad conuersionem sui desiderij,& interiora nostra,& exteriora commutare,vt nihil iam menti exterius libeat, nihil caro inferius, & si appetit,adipisci conetur, sed omne quod homo est,ad eum videlicet a quo est,& interius desiderando ferueat, & exterius se amando constringat.

17 Lib.26.Moral. cap.81 eod. to.

IDEM exponens illa verba. Nec multitudo locorum inclinet te, sic habet. In tot locis inclinamur, in quot superuacuis curis extendimur. Nam sicut locus est corporis spatium corporale, ita locus est mentis & animæ vnaquæque intentio cogitationis. Quæ dum huc illucq. pellitur, si delectatione aliqua cogitationis suæ libenter occupatur,velut in quodam loco ponitur, vt requiescat. Nam quoties victi tædio a cogitatione in cogitationem ducimur, quasi fessa mente de loco ad locum migramus. Tot ergo loca culmen mētis inclināt, quot subortæ cogitationes vnitatem bonæ intentionis dissipant. Recta etenim mens staret, si vni cui debuerat cogitationi semper inhæreret. Recta mens staret, si non se innumeris motibus fluxa mutabilitate prosterneret. Sed dum nunc ista pertractat, nunc ad alia labitur, quasi per locorum multitudinem a statu suæ rectitudinis inclinatur, & dum per plura se tendit,ab vna cui adhærere debuit intentione se deijcit.

18 Lib.29.Moral. cap.8. eod.to.

IDEM exponens verba illa ex cap. 38.Nūquid ingressus es profundum maris,sic ait. Mare est mens humana cuius profunda Deus ingreditur, quando per cognitionem suam ad lamenta pœnitentiæ ab intimis cogitationibus perturbatur, quando prioris vitæ nequitias ad memoriam reducit, fluctuantem in sua confusione animum concutit. Profundū maris Deus penetrat, quando etiam desperata corda permutat. Ipse enim mare intrat, quando cor sæculare humiliat,profundum maris ingreditur, quando visitare mentes etiam pressas sceleribus non dedignatur. Vnde & recte subiungitur, & in nouissimis abyssi deambulasti? Quæ enim est abyssus, nisi mens humana, quæ dum semetipsam comprehendere non valet, sese in omni quod est, velut obscura abyssus latet. Vnde bene per Prophetam dicitur. Dedit abyssus vocem suam ab altitudine phantasiæ suæ, quadum semetipsam mens humana non penetrat ex comparatione sui, diuinæ naturæ potētiam, quam comprehēdere non sufficit,humilius laudat. In nouissimis ergo abyssi Deo deambulare, est etiam nequissimorum hominum corda conuertere, & desperatas mentes visitationis suæ vestigijs tangendo mirabiliter reformare. Cum enim post immensa scelera vnusquisque compungitur, quid aliud quàm in nouissimis abyssi Deus deambulans videtur? Dicat ergo B.Iob. Numquid ingressus es profundum maris,& in nouissimis abyssi deambulasti? Subaudi vt ego qui mira misericordia in peccatorum cordibus modo iram,modo luxuriam, modo auaritiam,modo surgentē superbiam calco? Ac si ei aperte diceretur. Si latentia cordis vitia me

Abac.3.

me solū reprimere conspicis, tu extolli de propria iustificatione cessabis.

19 Serm. 3. in dedicatione Ecclesię.

BERNARDVS sic habet. Anima nostra ciuitas est, sed ab inimicis obsessa: quotquot igitur in ipsius arma iurati sumus, & eius militiæ dedimus nomina triplici nouerimus opus esse nobis apparatu ad custodiam castri huius. Munitione videlicet & armis,& alimētis. Quæ est ergo munitio? Vrbs fortitudinis nostræ Sion (ait Propheta) saluator ponetur in ea murus, & antemurale. Murus continentia, antemurale patientia est. Bonus continentiæ murus,qui sic vndique circundat,& circumcingit, vt nec per oculorum fenestras, nec per ceteros sensus detur ingressus morti. Bonum antemurale patientiæ, quod primos hostium sustinet impetus, vt inter plurima tentamenta stemus viriliter, & perseueremus iugiter inconcussi. Vnicum quippe remedium est, dum continentia quatitur, & quodammodo nutat,obijcere patientiam, & quantumuis ferueat sensus peccati, negare omnino consensum. Ponitur ergo in ciuitate saluator ipse murus & antemurale, factus nobis a Deo Patre iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Murus ponitur in conuersatione,antemurale in passione, ab omnibus carnis, & sæculi præsentis illecebris abstinens, & aduersa sustinens fortiter vniuersa.

Isa.26.

20 In sermone cui titulus est de cute, carne, & ossibus animæ.

IDEM sic habet. Sanctus Dauid de iustis loquitur dicens. Multæ tribulationes iustorum, sed de omnibus his liberabit eos Dominus. Custodit Dominus omnia ossa eorum, vnum ex his non conteretur. Quod nemo dictum esse de corporeis ossibus arbitretur, præsertim cū tot martyrū ossa confracta sint manibus hominum impiorum, & contrita dentibus bestiarū. Ponamus ergo velut quandā animæ cutē cogitationē, carnem affectionē, vt consequenter ossa eius,intentionem posimus accipere. Sic enim erit in ossis integritate animæ vita, in carnis incorruptione sanitas, in cutis specie pulchritudo. Quæ sunt ergo tribulationes iustorum, nisi quòd interdū decoloratur cutis, cum videlicet inutilis cogitatio in corde versatur? Nonnumquam vero etiam caro vulneratur, quando, scilicet, ad hoc vsque cogitatio pernicioſa procedit, vt delectatione corrumpatur affectio. Nam ossa quidem iustorum omnino integra, & illæsa custodiuntur a Domino, vt numquam frangatur propositum cordis eorum, numquam salubris intentio conteratur, vt videlicet concupiscentiæ titillanti etiam detur assensus. Sicut enim peccati cogitatio decolorat, affectio vulnerat, si consensus omnino animam necat. Caueamus ergo cogitationes inutiles, vt animarum nostrarum facies decora permaneat, vt obliti quæ retro sunt, idest populum nostrum, & domum patris nostri concupiscat rex speciē nostram. Exeamus de terra nostra,vt non comprehendat nos cogitatio spectans ad voluptatem carnis. Exeamus & de cognatione nostra, ideſt a cogitationibus curiositatis, quæ nimirum cum in sensibus corporeis habitet, carnali vtique cognata est voluptati. Exeamus etiam de domo patris nostri, vt cogitationes superbiæ,& vanitatis fugiamus. Eramus nos aliquando filij iræ, & ex patre diabolo. Quod si forte aliquando mala cogitatio mentem subierit,tota sollecitudine laboremus citius abluere, & eradere sordem, qua nos maculari cōspicimus, clamantes,ac dicentes. Asperges me Domine hyssopo & mūdabor, lauabis me & super niuem dealbabor. Iam vero si quando forte per negligentiam nostram, transierit cogitatio inutilis etiam in affectum cordis,scientes quoniam non macula est iam, sed plaga,tota festinatione ad auxilium spiritus, qui adiuuat infirmitatem nostram recurramus clamantes. Domine miserere mei, sana animam meam, quia peccaui tibi. Humanæ enim sunt tentationes istæ,nec ex toto caueri possunt,quamdiu in hoc corpore mortis peregrinamur a Domino. Nemo tamen parūpendat, aut dissimulet ista, quoniam etsi non mortifera sunt, saltem periculosa. Intentionem vero,& propositum mentis ea sollicitudine custodiamus, qua vitam animarum nostrarū volumus custodire, quoniam istud omnino est peccatum ad mortem,cum ex consensu,& deliberatione delinquimus. Et qui cecidit adijciat citius,vt resurgat. Nouerit enim se excidisse a iustitia,qui eiusmodi est. Cuius os confractum est,& comminutum nouerit se præcisum a corpore Christi, de quo nimirum legitur. Os non comminuetis ex eo. Vnde in passione sua licet plagis virgarum in liuorem decolorata sit cutis, vt liuore Christi nos sanaremur,licet clauis vulnerata sit caro, & lācea latus eius apertum, vt sanguine eius redimeremur, os tamen non est comminutum ex eo. Propterea & sanctus Dauid. Non est,inquit,occultatum a te os meū, quod fecisti in occulto. Et in alio Psalmo. Ossa mea vt cremium aruerunt. Quod tunc fit,cum omnem delectationem boni prorsus amisisse videatur anima,solamq. sibi aridæ intētionis fortitudinem reseruasse. Et vide ne forte tale aliquid pateretur Iob,cum diceret,Pelli meæ consumptis carnibus adhæsit os meum, vt scilicet corrupta affectione, vix solam sibi intētionem, spiritualis cogitatio vendicaret.

Psal.44.

Psal. 33.

21

Psal.50.

Psal.40.

Exo.12.

Psal.138.

Psal.101.

Iob 19.

22 Serm.45.in Cant.

IDEM sic habet. Spiritus est verbum, spiritus etiam anima, & habent linguas suas,quibus se alterutrum alloquantur,præsentesq. indicēt. Et verbi quidam lingua fauor dignationis eius, animæ vero deuotionis feruor. Eliinguis est anima atque infans, quæ hanc non habet,& non potest ipsi vllatenus sermocinatio esse cum verbo. Ergo huiusce modi linguam suam cum verbum mouet volens ad animā loqui, non potest anima non sentire. Verbo igitur dicere animæ pulchra es, & appellare amicam, infundere est, vnde & amet, & se præsumat amari. Ipsi vero verbum vicissim nominare dilectum, & fateri pulchrum, quòd amat, & quòd amatur sine fictione, & fraude ascribere illi, & mirari dignationem, & stupere ad gratiam.

Apo-

Apostolorum laudes, & eorum dignitatem vnde colligant sancti. Cap. XXIII.

1 In epist. ad Fabiolam to. 3.

IERONYMVS explicãs quadraginta duas mansiones peregrinationis filiorum Israel, loquens de sexta mansione quando venerunt ad Elim, vbi erant duodecim fontes aquarum, & septuaginta palmæ, sic ait. Nec dubium quin de duodecim Apostolis sermo sit, de quorum fontibus deriuatæ aquæ, totius mundi siccitatẽ rigant. Iuxta has aquas septuaginta creuerunt palmæ, quos & ipsos secundi ordinis intelligimus, præceptores septuaginta, scilicet discipuli a Christo Domino electi in iuuamen Apostolorum.

2 In epist. ad Damasum, in qua exponit 6. caput Isaiæ.

IDEM loquens de duobus Seraphicis spiritibus, Propheta ait, quòd habebant duodecim alas, quas Victorinus noster duodecim Apostolos interpretatus est.

3 In epist. cuius titulus est, de trib. virtutibus, to. 9. *Psal.* 134. *Matt.* 20. 1. *Cor.* 4.

IDEM sic habet. Viri sancti nubes sunt, qui sciunt quo pluuias deferant, & a quibus eas suspendant, de his dicitur in Psalmo. Educens nubes ab extremo terræ. Hi sunt Apostoli, quibus dixit Dominus: Qui vult in vobis esse primus, sit omnium nouissimus. Seruauit hoc Paulus qui dixit. Puto quòd nos Deus nouissimos Apostolos ostendit, quia spectaculum facti sumus Deo, & Angelis, & hominibus. Qui ergo custodiens præceptum Domini Saluatoris factus fuerit in hac vita nouissimus, hic fit nubes. Et eduxit Deus nubes non a finibus terræ, non a consulibus, non a ducibus, non a diuitibus, *Matt.* 5. sed ab extremis terræ. Beati enim pauperes, quoniam vestrum est regnum Dei. Et fulgura in pluuiam fecit. Aiunt naturalium causarum scrutatores, quòd fulgura ex nubium collisione generentur, more silicum duriorum, quos cum comploseris, & colliseris, medius ex his ignis elabitur, & ita cum fulgore mugiunt tonitrua, exeunt fulgura, ita ex sermonibus Apostolorũ fulgura micabant. Paulus & Siluanus duæ nubes in vnum conuenerunt, & ecce totum mundum epistolæ eorum fulgor illuminat.

4 Lib. 10. in c. 34. Isaiæ to. 4. *Psal.* 41.

IDEM exponit locum illum. Nobiles eius non erunt ibi, regem potius inuocabunt &c. quem intelligit de sacris Apostolis, qui etiam dicuntur cerui, de quibus dicitur. Sicut desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat *Psal.* 28. anima mea ad te Deus, & alibi. Vox Domini perficiẽtis ceruos, & etiam ceruus amicitiæ, & pullus gratiarum tuarum loquantur tibi. Et in *Cap.* 39. Iob. Custodisti autem menses ceruorum, & par *Cant.* 2. tus eorum emittes. Et in Canticis. Similis est dilectus meus hinnulo ceruorum super montes aromatum. Hoc ait Hieronymus quia vbi editio vulgata legit, Illuc congregati sunt milui, *Esaiæ* 34. alter ad alterum, septuaginta interpretes trãstulerunt ceruos: & significat Apostolos Domini obuiasse sibi in Hierusalem, & mutuos vidisse conspectus, & transisse ac reliquisse eam, & ad diuersas prouincias perrexisse, alius ad Indos, alius ad Hispaniam &c.

5 Lib. 12. in cap. 41. Isa. to. 4.

IDEM de Apostolis explicat verba illa. Noli timere vermis Iacob, qui mortui estis ex Israel. Quia vermis vocatur Apostolorum chorus propter humilitatem atque contemptum, imitãs Saluatorem, qui loquitur in Psalmo. Ego *Psal.* 21. autem sum vermis & non homo. Sicut enim vermis terram penetrat, ita sermo Apostolicus penetrauit gentium ciuitates, & ingressus est prius corda durissima. Qui mortui dicuntur ex Israel: quia cum Paulo dicunt. Quotidie mo- 1. *Cor.* 15. rior. Et alibi. Christo confixus sum cruci, viuo *Gal.* 2. autem iam non ego, viuit vero in me Christus. Quod autem sequitur, Ego posui te quasi plaustrum triturans nouum, habens rostra serrantia *Esai.* 41. hoc significat, quòd eorum prædicatio conterat aduersarias potestates, & spiritualem nequitiam eleuantem se contra scientiam Dei.

6 Libro 2. in c. 4. Amos to. 5.

IDEM sic habet. Quomodo sol iste quem cernimus, annuum cursum, donec ad pristinam metam redeat, duodecim explet mensibus, & luna solis illustratur radijs ab ea parte, qua ei vicina est, vel plus, vel minus pro varietate temporum lumen accipiens: sic & Ecclesia veri solis decorata splendore, duodecim implet Apostolorum numerum. Vnde & duodecim in Israel appellantur tribus, & in testimonium æternæ memoriæ, de Iordanis alueo duodecim lapides auferuntur, vt ponantur in loco secundæ *Iosue* 4. circumcisionis.

Libro 3. c. 7. Amos eod. to.

IDEM vbi nos legimus. Ecce Dominus stabat super murum litum, & in manu eius trulla cementarij &c. septuaginta interpretes verterunt. Ecce vir stabat super murum adamantinum, & in manu eius adamas: & dixit Dominus ad me. Quid tu vides Amos? & dixi. Adamantem, & dixit Dominus ad me. Ecce ego adijciam adamantem in medio populi mei Israel. Explicans hæc verba Hieronymus sic habet. Adamas lapis est, quem latine indomitum possumus appellare, eo quòd nulli cedit materiæ, nec ferro quidem, nam si ponatur super incudem, & graui ictu feriatur mallei, antea incus, & malleus vulnus accipiunt, quàm adamas conteratur. Cumq. ignis omnia domet, vniuersa metalla consumat, reddit adamantẽ duriorẽ. Vidi & in auro adamantẽ magnitudine millij, eumq. vicinũ cõsumatur aurum lõgo vsu, ac nimia vetustate solus adamas nõ atteritur, & nulla lima imminui potest, sed e cõtrario limã terit. Dicitur quoque in electri similitudinem 7 venena deprehendere, & maleficis resistere artibus. Talis est Christus Dominus. Qui stat supra murum adamantinum, super Apostolos suos quibus donauit, vt & ipsi adamantes vocarentur, & a nullo superati dicerent. Quis nos *Rom.* 8. separabit a charitate Christi tribulatio, an angustia, an persecutio, an periculum, an gladius? Certus sum, quia neque mors, neque vita &c. neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Iesu. Hic vir qui stabat super murum adamantinum, habebat in manu

manu sua adamantem, vt sic illis ingens inesset *Esa.* 43. fortitudo. Et dicatur. Si transieris per ignem flamma non comburet te, quantoque magis tẽtationibus cæditur tanto fortior fit, & pro nomine Saluatoris inter flagella lætatur.

8 Lib. 2. circa cap. 3. Habacuc. to. 5.

IDEM vbi nos legimus, Fluuios scindes terræ, septuaginta transtulerunt. Fluuijs scindetur terra, & ait. Cerne omnes Apostolos, & iam non quattuor flumina, sed duodecim fluuios, intellige exire de Paradiso. Isti fluuij antequam terra commoueretur, latebant, & cum essent in terræ venis, sitientibus pocula non præbebant, postquam vero ad aduentũ Christi, omnis terra concussa est, subito proruperunt, tunc posuit *Psal.* 106. Dominus desertum in stagna aquarum, & terram sine aqua in exitus aquarum, & habitare fecit ibi esurientes, & constituerunt ciuitatem habitationis, &c.

9 In cap. 3. Sophoniæ.

IDEM exponit de aduentu Christi, In igne zeli mei deuorabitur omnis terra, quia tunc reddam populis labium electum, vt inuocent omnes nomẽ Domini. Quia Apostoli terrenis operibus destructis, vniuersis linguis locuti sunt, & veteri errore sublato, vnum confessionis redditum est labium. Et tunc auferam de medio tui magniloquos superbiæ tuæ, & delinquam in medio tui populum pauperem, & egenum, & sperabunt in nomine Domini, id est, tunc auferam de medio tui scribas, & Pharisæos magniloquos superbiæ tuæ, & habebis populum pauperẽ, homines illiteratos, & piscatores, qui sperabunt in nomine Domini.

10 In cap. 26. Iob, to. 8. *Iob* 26.

IDEM de Apostolis exponit hunc locum. Spiritus eius ornauit cælos. Quia Spiritu sancto rationabiles cælos ornauit, quos Apostolos intelligimus, qui multis scripturarum locis, cælorum nuncupationem consequuntur secundũ *Abac.* 3. illud Prophetæ. Operuit cælos virtus eius. Hi ergo sancti a Spiritu sãcto ita distincti sunt gratiarum donis tamquam sidereis luminaribus.

11 In Psal. 86. to. 7.

IDEM exponit versum. Fundamenta eius in mõtibus sanctis de Apostolis, quos possumus dicere fundamenta. Quia ibi primum posita est fides Ecclesiæ. Diligit Dominus portas Siõ *Apoc.* 21. super omnia tabernacula Iacob. Legamus Apocalypsim Ioannis, vbi ædificatur ciuitas Hierusalem, & duodecim portæ ipsius dicuntur de duodecim lapidibus prætiosis constructæ. Illas portas Sion manifestum est, quòd de Apostolis scripsit. Super omnia tabernacula Iacob, super omnes veteros sanctos.

12 Cõcione 2. in Psal. 32. to. 8.

AVGVSTINVS de Apostolis intelligit illud Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorũ, vbi sic ait. Cæli sunt Sancti Apostoli Dei prædicatores verbi veritatis. Per quos cælos compluti sumus, vt per totum mundum seges Ecclesiæ pullularet. Ergo cum dictum esset, Misericordia Domini plena est terra, quasi quæreres, vnde impleta est terra misericordia Domini? prius missi sunt cæli, qui misericordiam Domini spargerent su- *Psal.* 18. per totam terram. Nam alibi de ipsis cælis dicitur. Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. Non sunt loquelæ, neque sermones, quorum non audiantur voces eorũ. Hoc pertinet ad hoc, quòd omnium linguis locuti sunt, & quia id in omnẽ regionem venit, subditur. In omnem terram exiuit sonus eorum. Et quomodo ausi sunt ipsi cæli ire cum fiducia, & ex hominibus infirmis cæli fieri, nisi quia verbo Domini cæli solidati sunt? Vnde enim haberent tantam virtutem oues inter lupos, nisi quia spiritu oris eius omnis virtus eorum? Vnus lupus si mittatur in medium innumerabilium ouium, quis ei resistit? Mittis infirmos inter sæuos, mitto, inquit, *Matt.* 10. quia cæli sunt. Vnde cæli homines infirmi? sed spiritu oris eius omnis virtus eorum, hac virtute armati sunt, vt lupos vincerent.

13 In Psal. 44. *Matt.* 19.

IDEM sic habet. Apostoli reges sunt, de quibus dictum est, Sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus Israel. Prædicauerunt veritatem, & genuerunt ecclesias non sibi, sed illi qui rex est regum. Ad hoc sacramentum *Deut.* 25. pertinet, quod scriptum est in lege. Si mortuus fuerit frater, accipiat vxorem eius, frater eius, & suscitet semen fratri suo. Mortuus est Christus, resurrexit, ascendit in cælum, absentauit se corpore, susceperunt fratres eius, vxorẽ eius, prædicatione Euangelij generaturi filios. Sed propter nomen fratris, in Christo enim Iesu, inquit Paulus, per Euangelium ego vos genui: 1. *Cor.* 4. & ita quos Apostoli genuerunt, christianos nominauerunt. Vnde ait lex. Et habeat natus nomen defuncti. Defuncto nascatur, defuncti nõmine appelletur. Numquid pro vobis Paulus 1. *Cor.* 1. crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis? Non, sed Christi. Et istud fuit ingens Apostolorum munus, ac officium, filios generare Christo.

14 In Psal. 76.

IDEM: Etenim sagittæ tuæ transeunt, vox tonitrui tui in rota, Apostoli quos dudum nubes vocauerat, modo sagittas nominat. Sagittæ enim sunt, quia percutiunt, & nubes quia rigant. Sagittæ pertransierunt, quia non in auribus permanserunt, sed corda transfixerunt. Nubes illæ in rota circumierunt orbẽ terrarũ, circumierunt tonando & coruscando, abyssum commouerunt, præceptis tonuerunt, miraculis coruscauerunt, & sic commota & contremebunda facta est tera, ideſt omnes qui habitant in terra. In mari via tua, & quia in gentibus prædicauerunt, & semitæ tuæ in aquis multis, hoc est in populis multis, quia in omnem terram exiuit sonus Apostolorum.

15 In Psal. 92.

IDEM exponens versiculum illum, Eleuauerunt flumina Domine, eleuauerunt flumina vocem suam, sic habet. Misit Dominus Spiritum Sanctum suum, impleuit Apostolos. Ipse Spiritus magnum flumen, vnde impleta sunt multa flumina, quia fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Ergo facta sunt flumina currentia de ventre Apostolorũ, cum acceperunt Spi- *Psal.* 45. ritum Sanctum, & ipsa flumina accepto Spiritu Sancto, eleuauerunt vocem suam, quando acceperunt eos Iudæi, & præceperunt eis, ne omnino loquerentur, neque docerẽt in nomine Iesu: Petrus autẽ & Ioannes dixerunt ad eos, Obedi- *Act.* 4.

re

re oportet Deo, magis quàm hominibus: non enim possumus quæ audiuimus, & vidimus non loqui. Eleuauerunt ergo flumina voces suas, a vocibus aquarum multarum annunciantes Dominum Iesum cum magna fiducia. Mirabiles elationes maris. Cum enim eleuassent voces suas discipuli illi, crediderunt multi, & acceperunt multi Spiritum Sanctum, & cœperunt multa flumina clamare de paucis. Quia cum cœpisset Christus tantis vocibus prædicari, cœpit irasci mare, creuerunt persecutiones, quia quando irascitur mare, eleuantur fluctus. fremat mare quantum vult, mirabiles minæ, sed mirabilis in excelsis Dominus. Potestates enim & reges crediderunt, & subiugati sunt Christo, & in ipso pacem habuerunt Apostoli. *Psal. 92.*

16 IDEM exponens versum illum, Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius, ait. Igne Spiritus Sancti inflammati Apostoli cœperunt ire per mũdum, & incẽdere in circuitu inimicos eius, Dei, scilicet. Sunt qui salubriter arserunt, & cũ infideles essent, fideles facti sunt. Apparuerunt fulgura eius orbi terræ, magna exultatio apparuerunt fulgura orbi terræ, inflammati sunt inimici, incensi sunt. Arsit quidquid contradicebat. Sed quomodo apparuerunt fulgura? vnde fulgura? De nubibus. Quæ sunt nubes Dei? Prædicatores veritatis. Vides autem nubem in cælo nebulosam, obscuram, & habet intus, nescio quid latens. Si coruscet de nube, emicat splendor, ex eo ipso quod contemnebas, inde exiliuit quod expauescas. Misit ergo Dominus Iesus Apostolos suos velut nubes, videbantur homines, & contemnebantur, quomodo videntur nubes, & contemnuntur, antequam de eis exiliat, quod mireris. Erant enim illi primum homines carnem portantes infirmi, deinde idiotæ, indocti, ignobiles, sed erat in illis quod fulgurare. Accedebat Petrus homo piscator, & orabat, & surgebat mortuus. Forma humana nubes erat, splendor miraculi coruscatio erat. Sic in verbis, sic in factis cum miranda dicunt, & miracula faciunt. Et sic vidit, & commota est terra, montes fluxerunt sicut cera a facie Domini, id est omnis altitudo extollens se aduersus Deum contremuit & succubuit, annunciauerunt cæli iustitiam Dei, id est Apostoli, quia in illis tamquam in cælis sedet Deus. *In Psal. 96. to. 8.*

17 IDEM exponens versiculum illum. Sicut sagittæ in manu potentis, ita filij excussorum, sic habet. Vnde facta est hereditas ista fratres, de qua dictum est, Ecce hereditas Domini filij, merces fructus ventris? excussi sunt quidam de manu Domini, tamquam sagittæ, & ierunt longe, & totam terram impleuerunt, vnde pullulãt sancti. De arcu excutiuntur sagittæ, & quanto fortior excusserit, tanto longius vadit sagitta. Quid autem fortius excutiente Domino? De arcu suo mandat Apostolos suos, nõ potuit esse residuum vbi non veniret sagitta, a tam forti excussa, peruenit vsque ad fines terræ, ideo non vltra, quia nihil est vltra generis humani. Nam tantas vires ille habet, vt etiam si vltra esset, quò pertenderet sagitta, excuteret illuc sagittam. Dicuntur autem Apostoli filij excussorũ, id est filij Prophetarum, & ipsi in manu potenti positi, tamquam sagittæ peruenerunt vsque in fines terræ. Si potens ille potenter excussit, si potenter excussit, vsque in fines terræ peruenerunt Apostoli. *In Psalmũ 126. eo. to.*

18 IDEM exponens versiculum illum. Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbã, barbam Aaron, sic ait. Caput nostrum Christus est, barba autem significat fortes, strenuos, impigros, alacres; ideo quando tales describimus, barbatus homo est, dicimus. Ergo illud primum vnguentũ descendit in Apostolos, descendit in illos qui primos impetus sæculi sustinuerunt. Nam & illi qui primum in vnum habitare cœperũt, persecutionem passi sunt: sed quia descenderat vnguentum in barbam, passi sunt, non victi. Præcedente enim exemplo Christi quis vinceret barbam, & inde descendit vnguẽtum in oram vestimẽti, id est in Ecclesiam, quæ est vestis sacerdotalis, de qua dixit Paulus, vt exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam. *In Psalmũ 132. eo. to. Psal. 132. Ephes. 5.*

19 IDEM exponens locum Apocalypsis. Mulier amicta sole & luna sub pedibus eius &c. Mulierem hãc dicit esse Ecclesiam, in cuius capite erat corona stellarum duodecim, quæ duodecim stellæ, duodecim Apostoli intelligi possunt. *Homil. 9. in Apocal. to. 9. Apoc. 12.*

CHRYSOSTOMVS sic habet. Deus per vndecim piscatores illitteratos & idiotas, omnem sibi orbem cõciliauit. Et illitterati isti, & idiotæ, & piscatores, philosophorum obturauerunt ora, & transcurrerunt orbem quasi alati, seminãtes veritatis sermonem, & spinas auellentes, & pristinas affectiones reuellẽtes, Christiq. leges vbique plantantes. Et neque quòd pauci essent, neque quòd priuati & illitterati, neque quòd austera & insolita docerent, neque quòd veteri consuetudine humanum genus præuentum esset, obstaculo eis esse potuit, sed præuia gratia sustulit; hæc omnia, per ipsa obstacula maiorem accipientes alacritatem. Enimuero interdum flagellati, decedebant gaudentes. Interdum autem in carcerem coniecti, quia ab angelo educti fuerunt, iterum eadem continuauerunt, piscati multitudines ad pietatem. Et iterum detenti non solum non segniores indefacti sunt, sed & maiorem libertatem præ se tulerunt in medio insanientis populi, & dentibus frementis stantes ac dicentes. Obedire oportet Deo magis quàm hominibus. *Homil. 3. in 1. epist. ad Corinthios to. 1. Act. 5.*

IDEM exponens illa verba. Ecce ego mitto vos, sicut oues in medio luporum, sic ait. Tu vero de ipsis Apostolis mecum admirare, qui cũ audierũt nihil solliciti sitis, & crediderũt, & obsecuti sunt, & nihil ex terribilibus, horrorem potuit illis inferre. Ego certe propter hoc stupeo, quòd nulla ambiguitate detenti fuerunt, nullam liberationem a suis malis quæsierunt, præsertim cum non per duos vel tres annos, sed per totam vitam hoc impendere sibi perciperent. Incredibile profecto est hominem in stagnis exercitatum, circa pelles & publicanorum officia exercitatum, audere os aperire, cum reges, satellitesq. cum euaginatis assistant ensibus. Neque enim excusationem aliquam audire patiebãtur, sed dogmatis nouitate perculsi, sine communem orbis pestiferum hostem, ad cruciatum, atque tormentum rapiebant. Hi enim orbem terrarum perturbant, hi sunt dicebant, & hic adsunt. *Homil. 3. in Matth. cap. 10. to. 2. Luc. 12. Act. 16.*

22 IDEM sic habet. Cælum factum est terra. Quid enim tales stellæ sicut Apostoli? Stellæ in cælo, Apostoli super cælos. Stellæ de igne insensibili, Apostoli de igne intelligibili. Stellæ in nocte lucent, in die obscurantur. Apostoli in die & in nocte suis radijs, hoc est virtutibus effulgent. Stellæ orto sole obscurantur, Apostoli sole iustitiæ splendente sua charitate lucescunt. Stellæ in resurrectione cadent sicut folia, Apostoli in resurrectione rapiẽtur in aera nubibus, & ideo stellis maiores Apostoli. Etenim vinitores erãt & piscatores, & turres, & columnæ, & medici, & duces, & doctores, & portus, & gubernatores, & pastores, & athletæ, & pugnatores, & coronas gestantes. Columnæ quidem, quia virtute sua Ecclesiæ robur sunt. Fundamentum, quia in confessione ipsorum fundata est Ecclesia. Portus, quia tempestates impias represserunt. Gubernatores, quoniam orbem terrarum viam rectã docuerunt. Pastores, quoniam lupos abegerunt, & oues conseruauerunt. Aratores, quoniam spinas eradicauerunt. Vinitores, quoniam labruscas eradicauerunt, & semina pietatis plantauerunt. Medici, quoniam vulnera nostra curauerunt. *In Psalmũ de Pentecostes to. 3.*

23 IDEM vt excellentiam colligat Apostolorum, sic ait. Plato nouam quandam rempublicam constituere conatus, nulla diuinorum institutione mutata, in Sicilia vitæ periculũ subijt, & id non assecutus, ipsam amisit libertatem. Et nisi barbarus quidam tyranno clementior fuisset, nihil prohibuerat philosophum in alienis terris perpetuo seruiturum. Atque non idem est, & regnum nouum instituere, & nouam religionem. Hoc enim maxime humanos animos mouet atque perturbat. Quod dicatur non esse deos qui venerabantur, sed eos quidem dæmones; Crucifixum autem Deum esse, quantã iram excitet, quantum bellum moueat, non ignoratis? Etenim Protagoras apud eos, cum auderet dicere se deos ignorare, non vniuersum orbem prædicationibus peragrauit, sed in vna ciuitate vltimum subijt periculum. Et Diagoras Melesius, & Theodorus Atheos appellatus, quãuis & amicos, & vim dicendi haberent, & in philosophia in omnium essent admiratione. Et magnus Socrates, qui omnes apud eos in philosophia superauit, propter hoc venenum hausit, quoniam in disputationibus, de his parũ quidam alienasse animos creditus est. Quòd si sola innouationis suspicio tantum philosophis viris, & sapientibus, & his qui multa habebant auxilia, periculum attulit, & non solum non assecuti sunt quæ voluerũt, sed & vitam, & patriam amiserunt, quid non admiraris, quid non obstupescis, cum piscatorem in terrarum orbẽ, tam mirabilia operatum, & vota sua consecutum, & Barbaros, & Græcos superantem intuearis? Sed hi, inquies, non induxerunt deos nouos sicut illi. Rem igitur mihi maxima dignam admiratione narras, quoniam duplex innouatio est, vt & qui ferebantur dij tollerentur, & Crucifixus adnunciaretur. Et cum hæc omnia sic se haberent, ea dissoluerunt Apostoli, & breui vniuersum orbem, tamquam alites quidam percurrerunt, non pericula, non mortes, non rei difficultatem, non humilitatem luam, non aduersariorum multitudinem, non potẽtiam, facultatem, non contra se certantium sapientiam reputarunt. Non exercitum habebant, sed ipsis se hostibus conferentes, superiores euadebant, & clarissimam consecuti sunt victoriam, quæ implorata est per Prophetam dicentem, Tu dominaberis in medio inimicorum tuorum. Et quod maxime stupendum fuit, qui illos ceperãt, qui in carcerem intruserant, non modo eos non superarunt, sed & flagellantes & persequentes, ab his quos flagellis, & persecutionibus agebant, victi tandem succubuerunt. *Homil. 4. in 1. epist. ad Corinthios to. 4. Psal. 109.*

24

25 IDEM sic habet. Si non duodecim tantum fuissent Apostoli, neque adeo abiecti, & tales homines, sed alter orbis terrarum huic æqualis, pro ipsis stetisset, & parem habuissent in præsidium suum multitudinem, vel etiam longe maiorem, sic quoque difficillime obtinere potuissent, illis enim consuetudo opitulabatur, his autem nouitas contraria erat. Nihil enim adeo animos perturbat, etiam si de vtilitate agatur, quàm innouare aliquid, & a consuetudine alienum facere, & maxime cum de cultu, & Dei gloria agitur. Tunc enim philosophi, rhetores, patres, aui, proaui, & ijs antiquiores, terra, mare, mõtes, saltus, omnes barbarorum nationes, viri, iuuenes, senes, domini, serui, agricolæ, opifices, ciuitatum, & villarum incolæ, omnes denique errore inueterati erant. Et verisimile est, eos sic dixisse. Quid hoc rei est? Numquid vniuersus orbes terrarũ decipitur? Sophistæ, rhethores, philosophi, historici, qui sunt, qui fuerũt, imperatores, consules, reges, Pythagorici, Platonici? His ne omnibus duodecim piscatores, & tentoriorum opifices, & publicani sapiẽtiores sunt? Vnde fertur Plato quamuis certo eorum intelligeret errorem, qui Deos colerẽt; solemnitatibus tamen & alijs deorum cærimonijs condescendisse, vtputa qui consuetudini repugnare non posset. Propterea quidam Scriptorum, secundam naturam consuetudinem appellarunt. Ceterum & in Apostolis, & aliud erat, ijs vehementius impedimẽtum, quod non simpliciter a consuetudine in consuetudinẽ trahebant, sed ab ea cui multa esset licentia, in eã cui multum impendebat periculum. Credentẽ enim quàm primũ oportebat patria exulare, expelli, vltimas perpeti calamitates, ab omnibus odio haberi. Accedit ad hæc & aliud, non minorem faciens mutationis difficultatem; siquidem cum cõsuetudine & periculis, ipsa quoque præcepta grauia erant. A luxuria enim ad continentiam, ab ebrietate ad ieiunium, a risu ad lachry- *Homil. 7. in 1. ad Corinthios.*

26

lachrymas, a cupiditate ad inopiam, a vitæ amore ad mortes, a licentia ad pericula vocabãtur. In quibus omnibus exacta expetebatur diligentia. Turpitudo, inquit, & ſtultiloquium, & ſcurrilitas non veniat in os veſtrum. Et hæc illis prædicabantur, qui nihil aliud norant, quàm vino & epulis ventrem diſtendere. Quiſnam qui huiuſmodi vitam viueret, audiẽs, Qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus, & Non veni pacem mittere, ſed gladium, & ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum, & filiam aduerſus matrem ſuam, non ſane torpeſceret? Verumtamen in his non ſolum non torpuerunt, ſed neque recuſarunt huiuſmodi audientes, ſed huiuſmodi mandata exequi feſtinarunt. Præterea prædicationibus ſuis profitebantur, Crucifixum adorandum, Deum illũ habẽdum, qui ex muliere Iudæa eſſet genitus. Sed promiſſionibus eos allexerunt, dixerit quiſpiã?
27 minime. Siquidem omnia in hac vita difficilia, vtilia autem poſt reſurrectionem promittũtur. Et tamen nemo credentium dixit, difficilia in hac vita minaris, vtilitatem autem poſt hanc vitam polliceris? Vnde conſtat reſurrectionem futuram? Quis ſepultus reſurrexit? Quis eorum dixit vllum præmium poſt huius vitæ migrationem futurum? Sed cum nihil huiuſmodi noſſent, pro Crucifixo tamen vitam poſuerunt. hoc maximæ fuit potentiæ. Grãdis eſt dignitas & virtus Apoſtolorum.

28 IDEM ſic habet. Quia non deſunt qui hanc epiſtolam ſuperfluo adiectam putent, quandoquidem pro re adeo parua pro vno ſeruo ſit ſcripta, diſcant innumeris ſe criminibus dignos. Nõ enim tã paruas epiſtolas, & pro rebus adeo neceſſarijs oportuit ſcribi, ſed vtinam non defuiſſet qui nobis Apoſtolorum hiſtoriã diligentiſſime traderet, non tantum quid ſcripſerint, quidve locuti ſint, ſed vt ſeſe per omnem vitam habuerint, quid & quando comederint, quando ſederint, quo ierint, quid diebus ſingulis geſſerint, & in quibus partibus vixerint, quã introierint domũ, quo nauigauerint, vbi applicuerint, adeo illorum omnia eximia vtilitate referta ſunt. Si enim cum loca tantum cernimus, vbi ſederunt, ſeu vincti ſunt, loca inquam inanima, illuc ſæpe dirigimus animũ & expergiſcimur, & promptiores euadimus, multo id profecto magis fieret, ſi verba illorum & reliqua geſta audire contigiſſet. Certe de amico perlibenter quis interrogat, vbinam degit, quid facit, quo procedit, non longe dignius de communibus orbis magiſtris id fieri decuit?

29 ORIGENES: Bello imminente dixit Moyſes ad Ioſue, Elige tibi ipſi viros & exi, & conflige cum Amalec craſtino. Moyſes vocat Ieſum, lex Chriſtum, vt eligat ſibi ipſi viros potentes de populo. Ieſus ſolum eſt, qui poteſt viros potentes eligere, qui dixit. Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos, ipſe enim eſt electorum dux, ipſe potentium princeps.

30 IDEM ſic ait. In regni cælorum beata hereditate, erunt aliqui qui non veniẽt ad ſortem, neque cum ceteris quamuis ſint ſancti numerabuntur, ſed erit egregia quædam, & eximia eorum hereditas, ſicut fuit Caleb ex tribu Iuda, & Ieſu ipſius filij Naue. Sicut enim cum poſt prælium, victoribus prouinciæ partiuntur ſpolia, egregij quique & eximij bellatores, nõ cum ceteris militibus in diuiſione ſpoliorum ducuntur ad ſortem, ſed optima quæque & præcipua eis virtutum merito decernuntur; ceteri vero vtuntur ſorte ſolo iure victoriæ, ita mihi videtur & Dominus meus Ieſus Chriſtus facturus. Quoſdam enim quos ſcit abundantius, quàm ceteros laboraſſe, & quorum geſta magnifica, virtuteſq. ſublimes ipſe cognoſcit, illis præcipuos quoſque & eximios, atque (vt ita audeam dicere) ſimiles ſibi honores decernit, atque glorias. An nõ tibi videtur ſimile aliquid ſuæ beatitudinis chariſsimis ſuis conferre diſcipulis, cum dicat, Pater volo, vt vbi ego ſum, & illi ſint mecum? Et cum iterum dicit. Quia ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Et iterum: Sicut tu in me Pater, & ego in te, ita & iſti in nobis vnum ſunt. Hæc omnia non ſorte decernũtur, ſed dilectionis prærogatiua donantur ab eo, qui corda & mentes hominum videt ſolus.

31 IDEM ſic habet. Hiericho tubis ſubruitur ſacerdotum; ſtatim enim vt tubarum clangor increpuit, murorum deiectus eſt ambitus. Dixeramus quòd Hiericho formam ſæculi præſentis obtineat, cuius robur & munimenta ſacerdotalibus tubis videmus eſſe deſtructa. Firmitas namque & munimenta, quibus velut muris mundus iſte nitebatur, idolorum cultus erat, diuinationum fallacia arte dæmonum miniſtrata, quibus omnibus velut muris validiſsimis ambiebatur hic mundus. Veniens vero Dominus noſter Ieſus Chriſtus, mittit ſacerdotes Apoſtolos ſuos portantes tubas ductiles, prædicationis magnificam, cæleſtemq. doctrinam, quibus muros Hiericho, & omnes idololatriæ machinas, & philoſophorum dogmata, vſque ad fundamenta deiecit.

32 GREGORIVS exponens locum ex cap. 40. Iob. Vbi loquens de Leuiathan, ait. Aut alligabis eum ancillis tuis, ſic habet. In ſeruis etſi deſpecta eſt conditio virilitas viget, in ancillis autem cum conditione pariter ſexus iacet. Bene ergo Dominus Leuiathan iſtum non ſeruis, ſed ancillis ſuis; ligare ſe aſſerit, quia ad noſtram redemptionem veniens, & ſuos contra mundi ſuperbiam prædicatores mittens, relictis ſapientibus inſipientes, relictis fortibus debiles, relictis diuitibus pauperes elegit. Ancillis ergo ſuis Leuiathan huius fortitudinem Dominus ligauit, quia atteſtante Paulo, Infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia. Vnde bene per Salomonem dicitur. Sapientia ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem, immolauit victimas, miſcuit vinum, propoſuit menſam, miſit ancillas ſuas, vt vocarent ad arcem, & mœnia ciuitatis. Sapientia domum ſibi condidit, cũ vnigenitus Dei filius in ſemetipſo intta vterum Virginis humanum ſibi corpus creauit. Vel domus ſapientiæ Eccleſia eſt, quæ

quæ ſeptem ſibi colũnas excidit, quia ab amore præſentis ſæculi diſiunctas, ad portandam eiuſdẽ Eccleſiæ fabricã mentes prædicantiũ Apoſtolorum erexit. Immolauit victimas, quia vitas eorũ mactari in perſecutione permiſit. Ancillas etiã ſuas miſit, quia prædicatores infirmos, abiectoſq. habere ſtuduit, qui fideles populos ad ſpiritalis patriæ ædificia ſuperna colligerẽt.

33 In ſerm. 3. Apoſtolorũ Petri & Pauli. Eccls. 44. BERNARDVS loquitur. Merito fratres Apoſtolis ſanctis attribuit eccleſia, quòd in Sapientiæ libris legitur, Hi ſunt viri miſericordiæ quorũ iuſtitiæ obliuionẽ non acceperunt, cum ſemine eorũ permanent bona. Sunt enim hi pleneviri miſericordiæ, ſiue quia miſericordiã cõſecuti, ſiue quia miſericordia pleni, ceu quia miſericorditer a Deo nobis donati ſunt. Scimus enim quòd viri iſti, nec ſibi vixere, nec ſibi mortui ſunt, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt, magis autẽ nobis omnibus propter illũ. Pro nobis facit eorũ vita, eorum doctrina, eorũ mors. Cum ſemine eorũ permanẽt bona. Manent enim vſq; hodie in nobis Apoſtolorum veſtigia, & eorum religio, quia ex Deo eſt, nõ poteſt diſſolui. Cum ſemine eorum permanent bona, quia per Euangelium ipſi nos genuerunt, non ſibi, ſed Chriſto.

Auaritia frequens malum, ac ingens, aliorumq. plurium cauſa. Cap. XXIIII.

1 In caput 3. Danielis. to. 4. IERONYMVS aduertit, explicans hæc verba, Nabuchodonoſor Rex fecit ſtatuam auream, Quàm velox ſit obliuio veritatis, vt qui dudũ ſeruum Dei, quaſi Deum adorauerat, nunc ſtatuã fieri iubeat, vt ipſe adoretur in ſtatua. Quòd autem aurea ſit, & infiniti ponderis. Illud in cauſa eſt, vt ſtuporẽ videntibus creet, & res inanimata adoretur, vt Deus, dum vnuſquiſque ſuam conſecrat auaritiam.

Lib. 1. in Habacuch, to. 5. IDEM in expoſitione capitis ſecundi circa illa verba. Væ ci, qui multiplicat non ſua, vſquequo aggrauat contra ſe denſum lutũ? &c. Sic ait. De diuitibus auaris, quidã putant Prophetam dixiſſe. Væ qui multiplicant ſibi, quæ non ſunt ſua, qui poſſeſſionũ terminos dilatant, & ea quæ non ſunt hominis, hominis arbitrantes congregant ſibi, a quibus ſubito relinquuntur. Quod autem nõ ſit hominis, hoc eſt animalis rationalis terrena poſſeſſio, Dominus demõſtrat, dicens. Si in alieno nõ fuiſtis fideles, quod veſtrum eſt, quis dabit vobis? Væ qui cõgregat auaritiã malam domui ſuæ, vt ſit in excelſo nidus eius, & liberari ſe putat de manu mali, cogitaſti confuſionem domui tuæ, concidiſti populos multos, & peccauit anima tua. Quia lapis de pariete clamabit, & lignum quod inter iuncturas ædificiorum eſt, reſpondebit. Ad auarũ eſt iſte ſermo, qui ſibi coaceruet mala, & diuitiarum multitudinem nõ intelligat cauſam eſſe ruinæ ſuæ domus, ſimulq. ſuperbiæ arguitur, quòd ad auium ſimilitudinem in excelſo poſuerit nidum ſuum, & arbitratus ſit erui ſe de manu mali, ideſt, numquã venire in hoſtiũ poteſtatem. Quod ſuperbiæ conſiliũm, & arrogans cogitatio finem habuit ignominiam: interfeciſti populos multos, & in alijs occidendis contra animam tuam deſæuiſti, & in tanta crudelitate bacchatus es, vt ſi dici poteſt, lapides ciuitatis, & ligna parietum quos ſubuertiſti, tuam ferociam clamitent.

2 In cap. 30. Prouerb. to mo 9. IDEM ſic explicat locum ſapientis. Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ dicentes, Affer, affer, Vbi ſanguiſugam vocat diabolum, qui ſiti peccandi, ac peccata ſuadendi inceſſanter accenditur. Huic duæ ſunt filiæ: quia duæ ſpecialiter, humani generis illecebræ hunc antiqui hoſtis imitantur ardorem, luxuria videlicet, & philargyria, quæ amor pecuniarũ eſt. Nam & luxuria, quo liberius frena laxantur, eo noxius delectatur. Et ſicut quidam ait poetarum, creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.

3 Lib. de ſalutaribus documentis to mo 4. AVGVSTINVS ſic habet. Cupidus vir animam ſuam venalem habet, ſi inuenerit tempus, vt concupiſcat alicuius aurũ & argentum. Plurimæ animæ in mortis periculũ inciderunt propter cupiditatẽ, & multi Domino iubente ob hoc lapidati ſunt. Saul enim a Deo alienus effectus eſt propter cupiditatem & auaritiã, & ad extremum de culmine regali expulſus, ab inimicis ſuis peremptus eſt. Dominus noſter de cordibus Phariſæorum voluit pecuniarum amorem excludere; ſed quia erant cupidiſsimi ſalutaria Domini verba deridebant. Nam & illum diuitem quẽ Dominus ad regna cælorum prouocauit, amor pecuniarũ eum intrare non permiſit. Sed & Iudæ pectus auaritiæ flamma exarſit, vt Dominum cunctorum bonorum largitorẽ, in manus traderet impiorum. Auarus enim vir, inferno eſt ſimilis. Infernus enim quantoſcunque deuorauerit, nũquam dicit, ſatis eſt: ſic etſi omnes theſauri confluxerint in auarum, numquam ſatiabitur. *Marc. 10.* *Matt. 26.*

4 In Pſal. 51. to. 8. IDEM in illa verba. Ecce homo qui non poſuit Deum adiutorem ſuum, ſed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum. Prouerbium (inquit) auarorum eſt, quantum habebis, tantus eris, & tanto plus poteris. Is eſt qui non poſuit Deum adiutorem ſuum. Auarus autẽ etiam eſt homo pauper, qui caret facultate, & ardet cupiditate. Quando enim Dominus dixit facilius poſſe camelum tranſire per foramen acus quàm diuitem intrare in regnum cælorum: diſcipuli apud ſemetipſos dicẽtes, Et quis poterit ſaluus fieri? attenderunt non facultates, ſed cupiditates. Viderunt enim ipſos pauperes, & ſi non habentes pecuniam habentes auaritiam. Vnde Dominus in diuite non condemnat pecuniam, ſed auaritiam. In multis enim diuitibus eſt pecunia, & non eſt auaritia, & in multis pauperibus eſt auaritia, & non pecunia. Pſalmus iſte de Doech Idumæo dicitur, qui nunciauit Sauli, quòd Dauid veniſſet ad Achimelech ſacerdotem. Et Doech interpretatur motus, & Idumæus interpretatur terrenus. In quo non culpat Scriptura, quòd dies fuerit, ſed *Matt. 19.* *1. Reg. 21*

quòd sperauerit in multitudine diuitiarũ suarum. Ideo amouetur de tabernaculo suo, & radix eius de terra viuentium, & prævaluit in vanitate sua. Quid enim vanius eo, qui putat plus valere nummum, quàm Deum.

5 In Psal. 62. IDEM explicans illa verba, Introibunt in inferiora terræ, sic ait. Inferiora terræ sunt terrenæ cupiditates: omnis qui contra salutẽ suam cupit terrena, sub terra est; quia terrã sibi præposuit, terram super se posuit, & se subter fecit.

6 Serm. 25. de verbis Domini to. 10. 1. Tim. 6. IDEM vbi exponit Euangelium quod narrat Lucas cap. 16. de diuite & Lazaro, Nihil intulimus in hunc mundum, ait Paulus, sed nec aufferre quid possumus. Quòd si aliquid tollere-mus, nõne viuos homines voraremus? Quæ est ista auiditas concupiscentiæ? Cũ ipsæ belluæ habeant modum? Tunc enim rapiunt, quando esuriunt, parcũt vero prædæ, cum senserint satietatẽ, inexplebilis est sola diuitũ auaritia: Semper rapit, & nũquam satiatur, nec Deum timet, nec hominem reueretur, non patri parcit, non matrem agnoscit, nec fratri obtemperat, nec amico fidem seruat. Quæ est ista rogo animarum insania, amittere vitam, appetere mortem, acquirere aurum, & perdere cælum?

7 Serm. 50. de sanctis. Rom. 8. IDEM auarorum nomine explicat illa verba Pauli. Quis nos separabit a charitate Christi &c. Ab studio conquirendi diuitias ab illarũ amore? An persecutio ipsa, & ipsa nõ frãgit: Auarus rapit, & timet pœnã, æstuat in rapinã. Multi famem patiuntur, dũ acquirũt & faciunt lucra, quibus præcipimus ieiunare, & excusant se stomacho, vacet illis tota die solidos numerare, & ieiuni dormiũt. Quid dicã de nuditate? Quotidie negotiatores de naufragio nudi euadunt, & iterũ nauigant ad periculũ. Vnde quotidie periclitantur homines, nisi propter diuitias cõquirendas? Nec gladius prohibet. Auarus dicit in corde suo, qui forte non audet lingua sua, Quis nos separabit a cupiditate auri? tribulatio, an angustia, an persecutio? Possunt & auari dicere auro, Propter te occidimur tota die.

8 Serm. 48. ad Fratres in eremo. 1. Tim. 6. IDEM sic ait. O homo auaritia plenus, an ignoras quòd tria sunt insatiabilia, & quartum nunquã dicit, Sufficit? Et quid est quod nũquam dicit, Sufficit, nisi animus hominis, qui numquã dicit, Satis est? O homo nõ ignoras quòd omniũ malorũ radix auaritia est, & seruitus idolatriæ, mater vsuræ, genitrix simoniæ, fomes culpæ, pœnæ via, nutrix gehennæ? O auaritia abyssus insatiabilis, semper famescis, semper doles, semper tristaris in cunctis. O pestis interminabilis, o famelica rabies! Nã omnia suis terminis claudun tur, sola auaritia nullo clauditur fine. Omnia in homine senescũt vitia, sola auaritia iuuenescit. O rabies omni fine carens! Terra suis limitibus terminatur, aqua suis finibus limitatur, aer suo fine concluditur, cælum suis terminis arctatur, sola auaritia terminum nescit. O auare, qui si terræ & cæli Dominus fueris, nunquã quieueris, donec te Deo adæquaueris, vel fueris superior altissimo. O pestis dæmone sævior! nam dæmon similis altissimo esse voluit, sed auarus super Deum si posset, ascendere vellet.

Isaia 14.

CHRYSOSTOMVS de re hac tertio quoque sermone disserit elegãtissime, & rationibus efficacissimus ostẽdit huius pestis mala, ita vt sanctorũ nemo, sanctius & frequentius de re hac disserat, ex his colligã selectiora, & quæ vtiliora fuerint ad conciones. Et in primis exponit illa verba Matthæi. Occurrerunt ei duo habentes dæmonia de monumẽtis exeuntes sæui nimis, ita vt nemo posset transire per viam illam, vbi sic ait. Auarus est dæmoniacus in sepulchris habitãs. Quid enim ipsum poterit ligare? Certe non timor, non quotidianæ minæ, non exhortationes, non cõsilia; omnia hæc enim vincula spernit suppliciũ putans esse maximũ, non viuere in supplicio. Quid enim miserius auaro? Nam dæmoniacus verbo Christi, abactis dæmonijs liberatus est, pecuniæ autẽ seruus Christo nõ auscultat. Nã & si gehennæ terror incutitur, ac inferni pœnæ imminere dicũtur, non credit tamen. Quis mẽtis cõpos cum huiusmodi homi nibus conuersabitur? Nã mea quidem sententia cum mille dæmoniacis habitandũ potius esset, quàm cũ vno, qui hoc morbo laboraret. Quãdo enim simul omnes dæmoniaci tãtum facinoris cõmittent, quantum Iudas solum cõmisit? Qui ad extremã iniquitatẽ turpi pecuniarum ardore deuectus est, pariterq. omnes, qui auaritiam illius imitantur, quasi feræ bestiæ a catenis solutæ, cunctos homines nullo resistente perturbant ac lacerant, & vincula quidẽ etiam his vndique cõiecta sunt, iudicij timor, legũ terror, multorũ odia, ceteraq. huiusmodi, sed his ruptis omnia perturbant. Quòd si quis hos nexus, omnino ab eis auferret, tunc videres, peiore hos dæmone ac fortiore, quàm dæmoniacos vexari. Fingite videre tætrũ quendã hominẽ, qui ab oculis ignẽ emittat, cui ex vtroque humero dracones loco manuum dependeant, cuius os cauernæ instar magnitudine sit, in quo pro dẽtibus acuti enses stent, ex lingua venenosus fons scaturiat, vẽter omni fornace sit ardentior, cuncta quæ immittuntur subito cõsumens, pedes alati ventis quoque ipsis velociores, facies canis ac lupi, nec hominis vocem emittat, sed insuaue quiddã atque terribile mugiat, is ad hæc omnia faces ardẽtes in manibus teneat. Mira hæc forsan vobis viden tur, sed nõdum digne ipsum descripsimus, sequi enim debent horũ instrumentorũ effectus. Itaq; imaginemur eum, obuiã factos iugulare, carnes eorũ deuorare. Sed quid facio? Nam & hoc descripto, multo truculẽtior est auarus in omnes, vt mors insiliens, omnes vt infernus deglutiẽs, communis hominũ hostis, quippe qui vellet res omnium sibi arrogare, nec finẽ hic facit. Verum cum vndique cupiditate cuncta collegerit, ipsius etiam terræ substantiam in aurum commutari vellet, fontes ac fluuios argento optat defluere. Et si fingamus omnia illi impunè licere, tunc videbis ipsum arrepto ense nulli parcere, non amico, nõ cognato, non ipsis parẽtibus &c.

9 Hom. 29. in Matt. to. 2. Matt. 8.

Luc. 6.

10 Matt. 26.

11 Hom. 40. in cap. 12. Matthæi. Exo. 1.

IDEM adducens duram Iudæorum seruitutẽ in Ægypto, sic loquitur. Nullum est inter auri sollicitos collectores, & cæni, atque laterum operarios discrimen. Nam vt tunc Pharao, atrocipitatus Achan in exitium deduxerat totã plebem parentum. Itaque Iesus Naue, qui potuit solẽ sistere, ne procederet, auaritiam hominum non potuit sistere, ne serperet. Ad vocem eius sol stetit, auaritia non stetit. Sole stante cõfecit Iesus trophæum, auaritia autẽ procedẽte pene amisit victoriã. Quid fortissimũ omnium Samson, nõne Dalilæ mulieris auaritia decepit &c. Influxit pecunia in gremium mulieris, & a viro discessit gratia, &c. *Infra*: Auarus habet quod custodiat magis, quã possideat: illud enim possidemus, quo vtimur. Quod autem vltra vsum est, non vtique habet possessionis fructum, sed custodiæ periculum &c.

Iud. 16.

IDEM ait. Cæca est auaritia, sed diuersis fraudũ oculata ingenijs. Erubescit auarus vsuræ nomen, & lucrũ nõ erubescit vsuræ. Semper alieno vtitur, alieno se pascit dãno, & illi præda egestas alterius est, illi lætitia fletus alienus. Ecce senex pater captũ deflet filium, & tu iam super eum velut seruulũ gloriaris. Innocens rusticus perditũ ingemiscit iuuẽcum, & tu eo rus tuum excolere disponis, & fructus te putas posse capere ex gemitibus alienis. Ecce religiosa vidua tota supellectile despoliatam domum suã dolet, & tu eadẽ supellectile domum tuã ornatã esse lætaris. Dic mihi o Christiane, non cõpungeris, non constringeris, cum vides in hospitio tuo lachrymas alienas? Dicit sacra Scriptura, A bestia captũ ne tetigeritis. Pollutũ enim & contaminatũ est, quidquid fera cruẽta cõtigerit. Dic mihi tu o Christiane, cur prædam relictã a prædonibus præsũpsisti? Cur quod hostilis superauit bestia, tu sæuior bestia deuorasti? Aiunt pleriq. lupos leonum subsequi solere vestigia, & non longe ab eorum venatibus aberrare, scilicet vt rabiẽ suam rapina satient aliena, & quod leonum saturitati remanet, id luporum rapacitate cõsumatur. Sic & isti auaritiæ lupi prædonum vestigia subsecuti sunt, vt quod illorum rapacitati superauit, horũ cederet feritati. Sed forsitan emisse te dicis. Respice contractus originem, vẽditionis auctorem, pretij quantitatem; & intelliges prædæ magis, non venditionis emptorem &c.

27 Serm. 59. de auaritia, & de Anania to. 5. Exo. 22.

IDEM de consuetudinibus pisciũ loquens inter alia ponit vnã consuetudinẽ piscium, videlicet perscripta sibi domicilia habent, quæ sui generis nullus excedat: nõ incurset alienus. Quis Geometra his diuisit habitacula nullis rũpenda temporibus? Non muris vrbiũ, portisq. perscriptam, non ædificijs domorum, nõ agrorum finibus limitatam: sed mensuram eius suæ habitationis norunt, quòd oporteat, vt tantum satis sit vnicuique, quantum ad vsum abundet, non quantum auiditas vindicet. Lex quidem naturæ est, tantum quærere, quantum sufficit ad victum, & alimentorum more sortem censere patrimonij. Hoc genus piscium in illo sinu maris alitur, illud in alio, non reperies confusa genera piscium. Sed quod hic abundat, alibi deest, non est libera vagandi potestas, nec tamẽ intercluſa mõtibus copia, aut fluuijs interlabentibus trãsitus impeditur &c. At nobis longe alia sententia est mutare exilio domos, inco

28 Lib. Hexameron cap. 10. to. 1.

ni collectorum attendit, sed seipsum cupiditate amplioris possessionis consumit. Quantum augescunt diuitiæ, tantum aufert vitæ, sollicitudo: mille in eo sunt curæ. Canis latrat, & dines furem esse putat. Muris strepitus auditur, & diuitis cor salit. Omnia suspecta habet, filios adolescentes velut insidiatores aspicit; quia ætas ipsorum successionem vrget. Auarorum etiam alius morbus est, victus sui rationem indigitis locat, & partim ipsum publice, & partim defossum habet, diuitias occultat, venturum damnum auertere se putans. Sed an quidem ventura sit aliquando necessitas, incertum est. Veniet tamen tempus, in quo pœnitentia ducetur, quòd diuitias non dispensauit. Stultitia ergo ingens est neglecta ea re, quæ infallibiliter erit, rei incertæ adhærere tam anxie diuitias conseruando.

23 In expositione super initiũ Isaiæ Prophetæ. 1. Reg. 17 1. Tim. 6.

IDEM (licet tractatum hunc Erasmus non credat Basilij) ostendit auaritiam & pecuniarũ nimium amorem esse ingentium malorum causam. Auaritia (inquit) a regno expulit Saul, dum illa ductus pepercit Amalec contra voluntatem Domini. Ingẽtia etiam regis Achab mala, in quæ deuenit, ex auaritia ortum habuere, qua vineam Naboth, & concupiuit, & abstulit. Ideoque Paulus hanc vocauit omnium malorum radicem.

24 Hom. 35. in Matt. to. 3. Matt. 26.

ORIGENES ait. Iudæ Iscariotis imitatores in Christi Domini venditione, sunt omnes auari, qui propter res temporales, eijciunt ab anima sua Saluatorem; qui eum contẽnunt propter auaritiam, aut lucrum pecuniarum. Tales enim dicunt dæmonibus ipsis. Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? in tam grande facinus corruunt auari.

25 In serm. 3. super Psal. Qui habitat. Psal. 90.

BERNARDVS exponit versum, Quoniam ipse liberabit me de laqueo venantium, & a verbo aspero, & sic ait. Dic nobis Beate Paule quis sit laqueus iste diaboli, a quo se fidelis anima liberatam congratulatur. Qui volũt, inquit, diuites fieri in hoc sæculo, incidunt in tentationes, & in laqueum diaboli. Ergone laqueus diaboli diuitiæ sunt huius sæculi. Heu quã paucos inuenimus, qui ab hoc laqueo liberati exultẽt, quàm multos qui dolent, quòd parũ sibi videntur irretiti, & adhuc quãtũ possunt ipsi se inuoluere, & intricare laborant. Vos, qui reliquistis omnia, & secuti estis eũ, qui nõ habet vbi caput suũ reclinet, confitemini illi, & totis medullis cordis ei gratias agite, dicentes, Quoniã ipse liberauit me de laqueo venantiũ, & vt noueritis, quàm magnũ sit beneficium hoc, audite quod sequitur, Et a verbo aspero. O homo vel magis bestia, laqueum non timebas, time vel malleum. A verbo (inquit) aspero. Quod est hoc verbum, nisi illud insatiabilis gehennæ, nisi illud, Tollatur impius, ne videat gloriam Dei.

Matt. 19. Luc. 9. Psal. 90.

26 Lib. 2. officiorũ c. 26. to. 4. Num. 22.

AMBROSIVS agens de malo auaritiæ ait. Vetus & antiqua auaritia est, quæ cũ ipsis diuinæ legis cœpit oraculis, immo propter ipsam reprimendã lex Dei data est. Propter auaritiã Balac putauit Balaam præmijs posse tentari, vt malediceret populũ &c. Propter auaritiã præ-

larum fastidio teneri, aduenarum captare gratiã; transferre terminos perpetuos, quos posuerunt patres nostri, agrum agro iungere domum ad domũ. Deficit terra hominibus, sternũtur & maria. Scinditur terra, vsurpantur iura fluuiorum. Iste (inquit) sinus maris est meus, ille alterius. Diuidũt elementa sibi potẽtes. His ostreæ in fluctibus nutriuntur. his in viuario piscis includitur. Luxuriæ nec mare sufficit, nisi apothecas habeant ostrearum: itaque ætates earũ numerant, & piscium receptacula instruunt, ne cõtuitu diuitijs mare nõ possit implere. Nã vicini nomẽ, quibus audiũt auribus? Quibus oculis intuentur possessiones eorum? Quemadmodum dies nocteſq. excogitant, vt aliquid proximi auferant? Numquid soli habitabitis super terram? *Esa. 5.* Clamat Propheta. Cognoscit hæc Dominus, & vindictæ reseruat &c.

29 IDEM explicans illud. Anima mea habes multa bona, sic ait. Nescit auarus bona nisi ea, quæ quæstuosa sunt nominare. Sed acquiesco ei, vt bona dicantur, quæ sunt pecuniaria. Cur ergo de bonis facitis mala, cum de malis bona facere debeatis: Sicut scriptum est. Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis. Ei ergo, qui vti sciat, multa bona, sicut ei qui vti nesciat recte, *Psal. 111.* mala. Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in æternũ. Quid hoc melius bono, si pauperibus largiris, in quo tibi debitorem Deum quadam pietatis fœneratione constituas? Scriptum est enim. Seminate vobis ad iustitiam, *Oseæ 10.* esto spiritalis agricola, sere quod tibi prosit, si terra tibi reddit fructus vberiores, quàm accepit: quanto magis misericordiæ remuneratio reddet multipliciora quæ dederis. cap. 8. ait, Nõ requiras quid vnusquisque mereatur, misericordia non de meritis iudicare consueuit, sed necessitatibus subuenire, iuuare pauperem, nõ *Psal. 40.* examinare iustitiam. Scriptum est enim. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem. Quis est qui intelligit? Qui cõpatitur ei, qui aduertit sortem esse naturæ. Nec differas dicendo, cras dabo: periculosa est enim de alterius salute dilatio. in cap. 9. per Iezabel quæ suasit marito, vt per iniustitiam possideret vineam, intelligit auaritiam &c.

30 IDEM ait. Pauperiorem se iudicat omnis abundans: quia sibi deesse arbitratur, quidquid *Lib. de Nabuthe c. 12. eod. to.* ab alijs possidetur. Toto mundo eget, cuius non capit mundus cupiditates. Eius autem qui fidelis est, totus mũdus diuitiarũ est. Gurges quidã insatiabilis: dies est, rapidior est, cũ illata demergit, & putei modo cum exũdat, cœno inquinatur, terrã rodit nihil sibi profuturã. Vel hoc exemplo vos admoneri conuenit. Puteus enim, si nihil haurias, inerti otio, & degeneri situ facile corrumpitur; exercitatus autem nitescit ad speciẽ, dulcescit ad potum. Ita & aceruus diuitiarum cumulo arenosus, speciosus vsu, otio autem inutilis habetur. Eleemosyna seminatur in terra, germinat in cælo, plantatur in pauperes, apud Deũ pullulat. Ne dixeris inquit, redi, cras dabo, qui non patitur te dicere, cras dabo: quomodo patietur dicere non dabo?

IDEM ponderat illud Psalmi. Nihil inuenerũt omnes viri diuitiarũ in manibus suis &c. Bene viros diuitiarum appellauit, non diuitias virorũ, vt ostenderet eos nõ possessores diuitiarum esse, sed a suis diuitijs possideri. Possessio enim possessoris debet esse, non possessor possessionis. Quicunque igitur patrimonio suo tamquam possessione non vtitur: is suarum seruulus est, non dominus facultatum. Quia aliena custodit vt famulus, nõ tamquam dominus suis vtitur. In huiusmodi igitur affectu dicimus, quod vir diuitiarum sit, non diuitiæ viri. Huiusmodi igitur viri somnum suum dormiunt, *Psal. 75.* non Christi. Vnde non habent Christi quietem, neque surgunt Christi resurrectione &c.

31 *In eod. lib. cap. 15. eodem.*

IDEM super illud. Hoc autem scitote, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus &c. ait. Vt auaritiam rem periculosam esse doceret, idolatriã hanc nuncupat, qua nullum peccatum maius est. Videamus ergo, cur auaritia idolatria dicatur. Idolatria Dei honorificentiam vsurpat, & vendicat creaturæ: cum in nomine diuinitatis, quod soli conditori competit, participem illi asserit eius futuram. Auaritia autem idcirco huic exæquata est: quia similiter ea quæ Dei sunt sibi vsurpat, & recondit auarus, vt quæ vsibus omnium concessit communiter, auaritia denegat: quando idcirco hæc congregat apud se, ne alij vtantur: quæ res facit, vt care venundentur, ne pauperes viuant. Si enim minime reconderentur, abundantia omnium rerum faceret vilitatem. Denique apud veteres, quia auaritia non erat, nec caritas. Recte ergo idolatriæ comparata est, quia multos lædit. Creatori simi liter inimica. Vult enim Deus ac iubet de his, quæ creauit subueniri pauperibus, auaritia contradicit &c.

32 *Super epist. ad Ephesios tom. 3. Ephes. 5.*

IDEM super illud. Mortificate ergo membra vestra, quæ sunt super terram &c. & auaritiam, quæ est idolorum seruitus &c. ait. Auaritiam idolatriæ comparauit, vt nihil illa scelestius demonstraret, vt malitia nõ dispar esse creditur, licet diuersum sit nomen. Vnde Apostolus ait. Radix omnium malorum est auaritia. Omnium enim capax est delictorum, vt auiditatis suæ, quod impossibile est impleat desiderium, semper bibens, & semper sitiens. Non immerito ergo sub vno nomine vtrumque malum ostendit. Pene enim vno explentur opere: quia sicut idolatria vni Deo auferre nititur gloriam, ne quod eius peculiare est, solus habeat nomen diuinitatis sibi soli condignum: ita & auaritia in Dei se res extendit, vt si potest fieri vnus & solus creaturam eius sibi vsurpet, quam Deus omnibus fecit. Vnde dicit Deus per Prophetam. Meum est aurum, & meum est argen- *Agg. 2.* tũ, vtraque igitur Deo est inimica: ambæ enim Deo abnegant quæ eius sunt &c.

33 *Super epist. ad Colloss. eod. to. Coloss. 3. 1. Tim. 6.*

IDEM super illud. Tu autem homo Dei hæc fuge. Sequere autem iustitiam, pietatem, fidem &c. ait. Quoniam auaritia res iniqua est, hominem Dei, vt ab hac dissentiat, iustitiam sequi iubet, atque pietatẽ & alia, quæ memorat:

34 *Super epist. 1. ad Tim. eod. to. 1. Tim. 6.*

non

atrocissimus ille tyrannus, flagellis ad colligendas paleas compellebat Hebræos; sic etiam nunc diabolus ad officium laterum flagellis cupiditatum multos incendit. Quid enim aliud aurum est, quàm cænum, & argẽtum, quid aliud quàm palea? Sicut ergo palea ignem, sic pecuniæ cupiditas auaritiæ flammam incendit, & quasi cænum inquinat possidẽtes. A qua, vt nos liberaret, venit verus Moyses Christus Dominus in Ægyptum huius sæculi.

12 *Hom. 81. in Matth.* IDEM differens de Iudæ auaritia, sic habet. Tantus tamq. incredibilis est auaritiæ furor, vt hæc Iudã & proditorẽ nequissimũ, & sacrilegũ nefandissimum faciat. Audiatis hæc omnes auari, qui grauissimo Iudæ morbo laboratis, vt tæterrimã hanc ægritudinem fugiatis. Nam si qui vna cum Christo viuebat, qui doctrinã Christi audiuit, si qui signa fecit, in profundissimũ malorũ barathrũ ex hac ægritudine præcipitatus est; multo facilius vos, qui sæcularibus rebus affixi estis, hic morbus aggredietur, nisi iugiter atque perpetuo vigiletis. Quotidie ille cum eo erat, qui non habebat vbi caput suũ reclinaret; & quotidie, & verbis, & operibus instituebatur, vt non argentũ, non aurum, nõ duas tunicas habere vellet; & tamen deprimere se non potuit. Quomodo igitur tu speras absque magna cura & studio, contagionem huius morbi effugere? Terribilis, terribilis certe hæc bellua est. Hæc hominibus, in quibus est, præter naturã viuere *4. Reg. 5.* persuadet. Nam amicos, fratres, cognatos &c. immo & seipsos quoque ignorant. Giezi vna cum viro sancto viuebat, & nequam hoc morbo effectus est. Pessima namq. omnium hæc passio est, ex qua bella, pugnæ & homicidia, aliaq. quã plura mala oriuntur. Auarus terrarũ pestis est, verbium pernicies, singulorũ calamitas, omnia 13 rapit, pauciora putãs ceteris omnibus habere. Nã cum cupiditati eorum, quæ nondũ possedit, ea quæ habet, confert, nihil prorsus habere opi- *Eccli. 10.* natur. Propterea quidã ait, nihil esse auaro iniquius. Est enim communis omnium hominum hostis. Auarus non parum dolet; quia terra pro spicis, aurum non producit; quia fontes nõ manant auro, quia montes loco lapidum, aurũ non habeant. Auarus fertilitatem tẽporum molestefert, & cõmuni felicitate cõtrahitur, omnemq. fastidit causam, vnde argentum colligere nonpotest. E regione vero cuncta suffert, vnde duos solũmodo capere obolos possit. Omnes homines tam pauperes, quàm diuites odio prosequitur, pauperes ne quid ab eo petãt; diuites, quia quæ illorũ sunt, non possidet: vniuersos enim simpliciter, quæ sua esse deberent occupare putat, ac ideo quasi ab omnibus læsus, omnibus infensus est. Hic quod plenũ sit nescit, saturitatẽ ignorat, omniũ denique ita miserrimus est, quemadmodũ expers auaritiæ, & oppositæ virtuti deditus omnium est beatissimus. Nulla enim vtilitas est pecuniæ, si animus paupertate deprimitur, nec vllum onus paupertatis, si animus diues existit.

14 *Hom. 64. in Ioan. to. 3.* IDEM loquens de auaritia Iudæ, sic habet. Grauis morbus est auaritia, qui & oculos cæcat, & aures obstruit, & fera sæuiores reddit: non conscientiã, non amicitiã, non consuetudinem, non propriæ animæ salutem cognoscere sinit: sed semel ab omnibus discedens, in seruitutem sibi, quos cepit, more sæuissimi tyranni vendicat. Et quod in hac aspera seruitute grauissimũ est, quod etiã gratias sibi habendas persuadet, & quanto ei magis seruiunt, magis lætantur. Et ita maxime incurabilis morbus, ita fera insuperabilis efficitur. Hic Giezi pro discipulo, & *4. Reg. 5.* Propheta, lepra perfudit; hic Ananiã, & Saphi- *Act. 5.* ram perdidit: hic Iudæorũ principes corrupit, *Isai. 1.* cum dona acciperẽt, & furibus cõmunicarent: hic innumera bella indixit, vias sanguine, fleti- *Coloss. 3.* bus & lamentis ciuitates implet. Ideo idolatriã eum appellauit Paulus: non tamen tam formidabilis est idolatria. Sed cur ita appellauit? Habent nonnulli pecunias, & his vti non audent, sed intactas ad alios trãsmittunt, tunc & tãquã dona Deo dicata, tangere minime audẽt. Quod si quandoque coguntur, tamq. ad nefas aliquod timide veniunt. Præterea tamquam quis idolũ lapideũ, aurũ, & clausfris, & vectibus cohibent, pro tẽplo arcam præparantes, & argẽteis vasis recondentes: nonne ita aurũ adoras, vt ille idolum? ille & oculos, & animam traderet, potius quàm idolum. Non aliter affecti sunt auri amatores. Sed non adoro aurum, inquies? Neque idolum dicet, sed inhabitantem dæmonem. Ita & tu licet non aurum, eius tamen aspectu, & cupiditate animæ insidentem dæmonem adoras. Dæmone enim grauior est pecuniarum cupiditas, qua multi magis persuasi sunt, quàm illi ab idolis, quibus non omnia parent; huic vero omnia & quodcunque faciendũ suggerit, obsequuntur. Quid dicit auaritia? Esto omnibus inimicus, obliuiscere naturam, contẽne Deum, sacrificium mihi teipsum offer, dicto citius parent. Et idolis quidem boues sacrificant, auaritia offer mihi animã inquit, & persuadet. Vide quas habeat aras, quæ libamina accipiat. Regnum *1. Cor. 6.* cælorum auari non possidebunt. Neque has minas formidãt, quamuis hæc cupiditas infirmissima sit, quippe quæ nõ insita, non naturalis est: fuisset enim nobis a principio, sed aurum iam erat, neque quisquam aurum amabat.

16 *Homil. 75.* IDEM sic habet. Dicetis mihi, Quotidie de cupiditate disputas. Vtinam & singulis noctibus liceret, vtinam in foro prosequi, & ad mensam. Vtinã mulieres, amici, filij, serui, agricolæ, vicini, & ipsum pauimentum, & parietes semper hac voce clamare possent, vt vel saltem hoc pacto acquiescerem us. Vniuersum enim orbem hic morbus, & omnium animos comprehendit. Magna pecuniarum vis. A Christo redempti sumus, & auro seruimus? Alterius asserimus dominatum, cuius præcepto dicto citius paremus; & eius gratia genus, amicitiam, leges, omnia denique ignoramus. Nemo cælum contemplatur, nemo de futuro cogitat. Sed veniet tempus, cum hi sermones nihil proficient: *Psal. 6.* In inferno inquit quis confitebitur tibi?

17 *Homil. 7. in 2. epist. ad Timot.* IDEM loquens de auaritia, sic ait. Est quippe pestis huius inexplebilis appetitus, neque a

morborum concupiſcentia diſsimilis eſt: talia enim ſunt ægrotorũ deſideria. Denique is qui febris caloribus vritur, impleri nũquam poteſt, ſed ſemper in deſiderijs eſt, ebrius item numquam mero ſatiatur, ſed ſiti ſemper anhelat: ita qui pecuniarum inſano tenetur ſtudio, deſiderium ſuum exatiare nulla opum poterit copia. Vltra ea quæ adnotauimus, diſſerit de auaritia Chryſoſt. hom. 3. in Gen. to. 2. hom. 4. in Matt. & hom. 14. & 59. & 84. to. 3. hom. 7. in Ioan. & 49. & 86. to. 4. hom. 11. in epiſt. 1. ad Cor. & 18. homil. 20. ad Hebr. & to. 5. hom. 63. ad Populum.

18 GREGORIVS Magnus exponens locũ B. Iob. Fugiet arma ferrea, & irruet in arcum æreum, ſic ait. Auaritia aliquando per elationẽ ſurrepit; aliquãdo vero per timorem. Sunt nãq. nonnulli, qui dum potiores videri appetunt, ad alienarum rerum ambitum ſuccenduntur. Et ſunt nonnulli, qui dum ſibi ſubſidiorum neceſſaria deeſſe timent, mentem ad auaritiã relaxãt, & aliena ambiunt, cũ ſua ſibi ſufficere non poſſe ſuſpicantur. Omnis vero neceſsitas non incongrue ferrum vocatur; quia vitã inopis mæroris vulnere cruciat, ſicut de Ioſeph dicitur in Pſalmo, cum venditus à fratribus amaram duceret vitã, Ferrũ pertranſijt animam eius. Arma ergo ferrea ſunt neceſsitates vitæ præſentis. Auarus ergo vt fugiat arma ferrea neceſsitatũ huius vitæ, incidit in arcũ æreum, multa per auariam rapiens. Arcus autem æreus eſt ſententia æterna, qua percutitur, qui aliena accipit.

Lib. 15. Moral. cap. 14. Iob 20. Pſal. 104.

19 IDEM ſic ait. Illi, qui in hac vita diuitias habent, & cum ipſis prauas duraſq. conſuetudines, & deſideria male viuendi, ſunt de quibus B. Iob loquitur, cum dicit. Viſcera eius plena ſunt adipe, & medullis oſſa illius irrigãtur. Oſſa diuitis mala eius vita, medullæ vero in oſsibus deſideria ſunt in peccando durandi, quæ medullæ quaſi oſſa irrigant, cum praua deſideria perueꝛſas conſuetudines ſuas in voluptatum delectatione conſeruant. At ſunt nonnulli, qui in hac vita diuitias non habent, ſed habere concupiſcunt, & de his ſubditur: Alius vero moritur in amaritudine animæ abſque vllis opibus. Et de vtriſque ſubditur. Et tamen ſimul in puluere dormient, & vermes operient eos. In puluere dormire, eſt in terrenis deſiderijs oculos claudere mentis. Vermes vero, qui de carne naſcuntur, ſimul eos operiũt, quia ſiue diuitis, ſiue pauperis ſuperbientis animum curæ carnales premunt. In rebus terrenis pari anxietate turbantur; quia quòd diues iam cum metu habet, iſte cum anxietate appetit, & quia habere nõ valet, dolet. Simulq. eos vermes operiunt: quia vel iſtũ vt cõcupita habeat, vel illũ ne habita amittat, carnales cogitationes premunt. Ecce, auaritia & in diuitibus, & in pauperibus inuenitur, vtrorumque animũ crucians ac corrodens.

Lib. 15. Moral. cap. 34. circa c. 20. & 21. Iob. Iob 21. Ibidem. Ibidem.

20 BASILIVS ſic habet. Diuitiæ infra terram detruduntur, & in arcanis aſſeruantur. Diuitis incertum eſt, quod futurum eſt, ne forte inexpectatæ neceſsitates nos corripiãt, immo incertũ magis an ad defoſsi auri vsũ peruẽturus ſis. Ingens inſania, cum quidem in metallis eſt aurum, terram perſcrutari; cum autem in conſpicuo eſt, rurſus ipſum in terrã occultare. Deinde cõtingit, vt defodiens diuitias, ſimul defodias etiam cor ipſum. Vbi enim theſaurus tuus, inquit, ibi etiam cor tuum, ſic ait. Auarus pauper eſt; pauper enim eſt, qui multis indiget, multorum autẽ indignos vos facit inſatiabilis auaritia & cupiditas. Decem talentis, alia decem addere ſtudes, vbi viginti facta fuerint, alia viginti quæris, & ſemper id, quod additur, accendit concupiſcentiam. Quemadmodum enim ebrioſis, occaſionem bibendi præbet vini copioſior acceſſio: ſic recẽs ditati vbi multa acquiſierũt, plura cupiunt, eo quòd ſemper accendũt morbum. Non enim lætificant ipſos præſentia, quæ tanta ſunt, quantũ contriſtant, quæ deſunt, & quæ ſibi deficere putant, vt animi ipſorũ ſemper curis conſumantur. Quæcumque videt oculus, ea cupit auarus, non exatiatur oculus videndo, & non expletur auarus accipiendo. Orcus (infernus) non dixit, ſufficit, neque auarus, vmquã dixit ſatis eſt. Væ vobis, qui cõiungitis domũ ad domũ, & agrũ ad agrũ cõnectitis, vt de vicino aliquid auferatis. Nõne cupiditas Achab, Naboth occidit. Auarus ignis violentiam imitatur, omnia corripit, omnia depaſcitur: & quemadmodum flumina ex paruo primo principio progredientia, deinde incrementis paulatim contingentibus, intolerabile accipientia augmentũ, per violentiam impetuoſæ lationis, quicquid obſtiterit ſecum trahunt; ſic etiam hi ad magnam potentiam progreſſi. Nihil diuitiarum violentiã ſuſtinet, omnia tyrannidi ſuccumbunt, omnia ipſius potentiam formidant. Ditiſsimus es. Quid igitur poſtea? nonne tres in vniuerſum cubiti ad ſepulturã te expectant? Nonne paucorũ lapidum onus, ad infelicis corporis cuſtodiam ſufficiet? Quid inanes ſtipulas manibus colligis? atque vtinam inanes, & non æterno igni materiam. Non fies aliquando ſobrius ab hac ebrietate? Aurum animarum laqueus, mortis hamus, peccati ineſcatio. Diuitiæ belli cauſa, ob quas cõflantur arma, ob quas acuuntur enſes, propter has cognati ignorãt naturam, fratres mutuo ſe torue intuentur, ac cædes ſpirant. Propter opes ſolitudines alunt homicidas, mare piratas, ciuitas ſycophantas, & calumniatores. Quis eſt mendacij pater? Quis confictæ accuſationis opifex? Quis periurij parens? nonne diuitiæ? nonne opum ſtudium? Quid facitis o homines? Quis vobis veſtra inſidias cõtra vos conuertit? In adiumẽtũ vitæ, nõ viaticũ malorum pecuniæ datæ ſunt, ad redimendam animam, nõ ad perdendi occaſionem.

Matt. 6. Eſa. 5. 21

22 IDEM vbi exponit aliquos ſacræ Scripturæ locos, diſſerẽs cõtra auaritiã, ſic ait. Et terra quidẽ, hic permanet, quæ tibi per auaritiã accreuit, non exiſtẽs amplius tua, ſed ſucceſſorũ, peccatũ autẽ te ſequetur, velut vmbra animam comitãs. Nuſquam quieſcit auaritiæ morbus, ſed ſimilis eſt naturæ ignis, qui poſtquam incendium attigit, omnem materiam depaſcere feſtinat. Et nemo ipſum ſiſtere poteſt, priuſquam materia deficiat. Sic eſt auarus non fruitioni col-

Hom. 1. & varijs to. 1.

ptura ſignatur. Ipſa quippe arcus eſt Eccleſiæ, ipſa arcus eſt Domini, de qua ad corda hominum, ſicut ferientes ſagittæ, ſic terrentes ſententiæ veniunt. Vnde rectè quoque per Pſalmiſtam dicitur. Arcum ſuum tetendit, & paruit illum, & in ipſo parauit vaſa mortis, ſagittas ſuas ardentibus effecit. Arcum namque ſuum Dominus tetendit, quia cũctis peccatoribus per ſacram Scripturam minas exhibuit. In quo arcu vaſa mortis præparat, quia ſecundum eloquij ſui ſententiam, eos qui nunc corrigi negligunt, reprobos damnat. In quo etiam ſagittas ſuas ardẽtibus effecit: quia in eos quos per terrorem corrigit, accenſas verborum ſententias emittit. De hoc prædicatorum arcu per Iſaiam dicitur. Cum ſagittis, & arcu egrediuntur illuc, quia nimirum ſancti Apoſtoli ad feriendam gentilis vitæ duritiem, cũ diſtrictis verborum ſpiculis venerunt. Quid igitur hoc in loco arcus nomine, niſi ſacrum eloquium debet intelligi? In chorda etenim teſtamentum nouum, in cornu vero teſtamentum vetus accipitur. In arcu autẽ dum chorda trahitur, cornu curuatur; ſic in hoc eodem ſacro eloquio, dum teſtamentum nouum legitur duritia teſtamenti veteris emollitur. Dicit ergo ſanctus Iob. Et arcus meus in manu mea inſtaurabitur. Eſt enim arcus in manu, Scriptura ſacra in operatione. In manu etenim arcum tenet, qui diuina eloquia, quæ intellectu cognoſcit, operatione perficit. Inſtauratur ergo arcus in manu, dum quicquid in ſacro eloquio cognoſcitur viuendo completur. Hinc Salomon, dum fortes ſpiritalis pugnæ deſcriberet bellatores, ait, Omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi.

Pſal. 70. 9 Cant. 4.

10 IDEM exponens illa verba. Sternet ſibi aurum, quaſi lutum, ſic ait. Aurum in ſacro eloquio aliquando diuinitatis claritatem, aliquando ſplendorẽ ſupernæ ciuitatis, aliquando charitatem, aliquando nitorem gloriæ ſæcularis, aliquando pulchritudinẽ ſanctitatis ſignificat. Auri etenim nomine ipſa intima diuinitatis claritas deſignatur. Sicut in Canticis ſponſi ſpecies deſcribitur. Caput eius aurum optimum. Quia vero caput Chriſti Deus, nihil vero eſt in metallis auro fulgentius, ſponſi caput aurum dicitur, quia eius humanitas ex diuinitatis ſuæ nobis claritate principatur. Rurſum auri nomine ſplendor ſupernæ ciuitatis accipitur, ſicut Ioannes ſe vidiſſe teſtatur dicens. Ipſa ciuitas aurum mundum ſimile vitro mundo.

Lib. 34. moralium cap. 13. Cant. 5. Apoc. 21.

Aurum namque ex quo illa ciuitas conſtat ſimile vitro dicitur, vt per aurum clara, & per vitrũ perſpicua deſignetur. Rurſum auri nomine charitas intimatur, ſicut Angelum, quem ſibi loqui idem Ioannes aſpexit, ad mammillas zona aurea cinctum vidit, quia nimirũ ſupernorum ciuium pectora, dum pœnali iam nequaquam timori ſubiecta ſunt, atque a ſe viciſſim nulla ſciſſione ſoluũtur, ex ſola ſe charitate cõſtringunt. Zonam vero auream circa mammillas habere eſt cunctos mutabilium cogitationũ motus per ſolius iam amoris vincula reſtringere. Rurſum auri nomine nitor gloriæ temporalis exprimitur, ſicut per Prophetam dicitur. Calix aureus Babylon. Quid enim Babylonis nomine, niſi huius mundi gloria deſignatur? Quæ calix aureus dicitur, quia dum pulchra eſſe tẽporalia oſtentat, ſtultas mentes in ſua concupiſcentia inebriat, vt ſpecioſa temporalia appetant, & inuiſibilia pulchra contemnant. Hoc aureo calice prima ſpõte ſua Eua inebriata eſt, de qua Hiſtoria veritatis dicit, quia cum vetitum lignum concupiſceret, vidit quòd eſſet pulchrum viſu, aſpectuque delectabile, & comedit. Aureus ergo calix Babylon eſt, quia dũ viſum exterioris pulchritudinis oſtendit, ſenſũ internæ rectitudinis ſubtrahit. Rurſum auri nomine ſplendor ſanctitatis accipitur. Sicut Iudaicum populum a ſplendore iuſtitiæ, ad nequitiæ tenebras commutatum Hieremias deplorat dicens, Quomodo obſcuratum eſt aurũ, mutatus eſt color optimus. Sicut enim ſuperius diximus, aurum obſcuratur cum conſequẽtibus iniquitatum tenebris iuſtitiæ pulchritudo deſeritur, color optimus mutatur, cũ ſplendor innocentiæ in fœditatem vertitur culpæ, & luti hoc loco. Iob aurũ claritas ſanctitatis accipitur, lutum vero vel terrenarum rerum auaritiam, vel prauarum contagia doctrinarum, vel ſordes carnalium voluptatũ, nihil obſtat intelligi. Quia enim multos Leuiathan iſte, qui intra ſanctam Eccleſiam fulgore iuſtitiæ reſplẽdere videbantur, tunc vel terrenarum rerum concupiſcentia, vel errantis doctrinæ cõtagio, vel carnalibus ſibi voluptatibus ſubijcit, aurum ſibi proculdubio, quaſi lutum ſternit. Toties igitur nunc aurum diabolus, quaſi lutum ſubijcit, quoties caſtitatem fidelium per carnis vitia ſternit. Toties aurum velut lutum calcat, quoties ſenſum continentium per immũda deſideria diſſipat.

Apoc. 1. 11 Gen. 3. Tren. 4.

Finis Libri Primi.

EPITO-

EPITOME SANCTORVM, PER LOCOS COMMVNES AD CONCIONES CONFICIENDAS,

LIBER SECVNDVS.

AVCTORE D. F. IOANNE LOPEZ
Episcopo Cotronensi Ord. Prædic.

Beatitudinis ingentia sunt bona, & vnde illa colligant Sancti. Cap. I.

1 Homil. 23. circa ca. 28. Numerorũ. tom. 1.

ORIGENES exponens mystice varios Iudæorum, & legis festos dies, sic ait. In futuro si considerare vis quomodo agantur dies festi, erige paulum si potes sensus tuos a terra, & obliuiscere pauliſper hæc quæ habentur in facie, describe vero tibi, quomodo cælum, & terra transeat, & transit omnis hic habitus mundi; cælum vero nouum, & terra noua fundetur. Amoue de conspectibus tuis, etiam Solis huius lucem, & da illi mundo, qui venturus est Solis septuplum lumen. Immo potius secundum Scripturæ auctoritatem ipsum da Dominum lucem. Pone adstantes Angelos gloriæ, pone Virtutes, Potestates, atque omne nomen clarissimarum cælestiumq. virtutum. Inter hos omnes considera, & conijce quomodo agi possint dies festi Domini. Quæ ibi festiuitas, quæ gaudia, quæ lætitiæ magnitudo. Nam huius mundi festiuitates animæ, & si magnæ sint, magna tamẽ ex parte sunt, non ex integro. Sicut enim dixit Apostolus, quia ex parte scimus, & ex parte prophetamus, ita consequens est, vt ex parte diem festum geramus. Vnde Paulus de neomenijs agens dixit. Nemo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi. Attende quomodo non dixit in festo, sed in parte diei festi. Ex parte enim, & non ex integro, diem festum in hoc mundo positi celebramus. Interpellamur enim etiamsi nolumus ab onere carnis, pulsamur a concupiscentijs eius, curisque & sollicitudinibus terebramur. Ex parte ergo in hoc mundo Sancti agunt diem festum, quia & ex parte sciunt, & ex parte prophetant. Cum autẽ venerint quæ perfecta sunt, destruẽtur ista, quæ ex parte sunt. Neque enim quod perfectum est, mundus iste capere potest, vbi (vt diximus) necessitas corporis nunc cibum, nunc potum, nunc somnum suggerit, nunc vitæ præsentis sollicitudinem mouet, quæ omnia interrumpunt sine dubio cõtinuationem festiuitatis Dei. Cum autem venerit illud, quod dictum est, de ijs, qui restituuntur in sancta, neque esurient, neque sitient, neque dormitabunt, neque laborabunt, sed erunt peruigiles, sicut Angelorum vita peruigil dicitur. Cum in illum ordinem restitui merebuntur, tunc erit vera, & incorrupta festiuitas, cuius festiuitatis princeps, & sponsus, & Dominus erit ipse IESVS.

Apoc. 21.

1. Cor. 13.

Coloss. 2.

Ibid.

2 BASILIVS exponens locum in Genesi, Factum

non enim poterit hanc euitare, nisi his adhæserit, quæ auaritiæ aduersa sunt. Quomodo autem fieri potest, vt auarus fidelis sit, qui operibus negat, quod verbis fateri videtur? Vnde autem amator fraternitatis, cuius manus sunt aridæ? Quomodo vero patiens qui semper ad aliena se tendit. Aut quatenus quietem animi possit hare, qui die noctuq. auiditate cupiditatis incenditur? &c.

Aurum, aurora, aqua, & arcus, varia significant in sacris litteris, & quæ sint illa. Cap. XXV.

1 Lib. 2. contra Cresconium Grãmaticũ cap. 13. & 14. to. 7.

AVGVSTINVS explicans illa verba. Si quis sitit, veniat ad me, & bibat, sic ait. Non aquam visibilem commendat Dominus, quæ baptismatis Sacramẽto, quam boni, & mali habere possunt, quãuis sine illa boni salui fieri non possunt. Præterea aquæ nomine inuisibile Dei donum sanctum Spiritum commendabat dicens. Si quis sitit, veniat, & bibat, sicut euidenter Euangelista testatur adiungens. Hoc autem dicebat de Spiritu, quem accepturi erãt credentes in eum. Huius fluminis, & fontis largo impetu lætificat Dominus ciuitatem suam, de qua Propheta prædixit. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Ad hunc enim fontẽ nullus extraneus, quia nullus nisi vita æterna dignus accedit. Hic est proprius Ecclesiæ Christi, cui ante prophetatum est. Fons aquæ tuæ sit tibi proprius, & nemo alienus communicet tibi. De isto enim fonte dicitur in Cantico Cãticorum. Hortus conclusus, fons signatus, puteus aquæ viuæ.

Ioan. 7.

Psal. 45.

Prou. 5.

2 Lib. de vnitate Ecclesiæ cõtra Petiliani Donatistæ epistolam cap. 19. to. 10.

IDEM exponens illa verba. Ab aqua aliena abstine te, & de fonte alieno ne biberis ait. Aqua aliena doctrina est maligni spiritus, qua decipiuntur alienati a Deo per ignorantiam, quæ est in illis propter cæcitatem cordis eorũ. Si enim aqua in bono intelligitur, & Spiritus sanctus, cur nõ aqua, & in malo intelligatur, & spiritus malignus? Non enim semper, vbi aquã nominat Scriptura visibile baptisma intelligit, sed etiam spiritum intelligit, sanctum cuius donum diffunditur in cordibus nostris. Ipsa enim latitudo cordis, quam charitas facit, vnde illã diffusam dicit, ad Corinthios ita loquitur. Os nostrum patet ad vos o Corinthij, cor nostrum dilatatum est. Platearum nomine significata est. Quod ergo aperte audimus, Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sint, hoc figurate audimus ab aqua aliena abstinete, & de fonte alieno ne bibatis, & quod aperte audiuimus, Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritũ sanctũ, qui datus est nobis, hoc figurate audimus, Fons aquæ tuæ sit tibi proprius, & nemo alienus communicet tibi, multa enim munera Dei possunt habere, & alieni. Charitas donum est proprium sanctorum, vnde nemo communicat alienus, hi fontes solum discurrunt in plateis sanctorum.

2. Cor. 6.

1. Ioan. 4.

Rom. 5.

3 Serm. 1. in Natali Domini.

BERNARDVS sic habet. Fons nobis Christus est, vnde lauemur. Vnde aqua significat Christum, quoniam sicut aqua lauat, ita de ipso scriptum est. Qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris. Verumtamen non iste solus aquarum est vsus, nec tantum sordes abluunt, sed & sitim extinguunt. Beatus ait Sapiens, qui in iustitia morabitur (& post pauca) aquæ sapiẽtiæ salutaris potabit illum. Tertius aquarum vsus est irrigatio, quam maxime necessariam habent nouellæ plantationes alioquin, aut minus proficient, aut ex toto peribunt præ siccitate. Quærat ergo deuotionis aquas quisquis seminauerit bonorum operum semina, vt irrigatus fonte gratiæ bonæ cõuersationis hortus nõ arescat, sed in perpetua viriditate proficiat. Orat enim pro huiusmodi Propheta. Et holocaustum tuum, inquiens, pinguefiat. Sic & in laudibus Aaron legis, quoniam sacrificiũ eius quotidianus ignis absumpsit. In quibus omnibus nihil aliud intelligendum videtur, nisi vt bona opera feruore deuotionis, & dulcedine spiritualis gratiæ condiantur. Putasne inueniri poterit quartus fons, vt paradisum recupere mus quattuor fontium irrigatione amœnissimum? Nam si terrenam paradisum denuo nobis reddendam non speramus, quomodo regnũ cælorum sperabimus? Nunc autem, & paradisum habemus multo meliorem, & longe delectabiliorẽ, quàm primi parentes habuerunt, & paradisus noster Christus Dominus est, in quo tres quidem fontes iam inuenimus, nunc autẽ & quartum quæramus. Habemus de fonte misericordiæ ad diluendas culpas, aquas remissionis, habemus de fonte sapientiæ ad potandum sitim nostram aquas discretionis, habemus de fonte gratiæ ad irrigandas plantas bonorum operum aquas deuotionis. Quæramus ad decoquendos cibos aquas feruentes, aquas æmulationis. Hæ nimirum condiunt, & decoquunt affectiones nostras, ebulliunt de fonte charitatis. Vnde ait Propheta. Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. Et vide ne forte de fontibus istis prædixerit Isaias. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. Nam vt promissionem hanc vitæ præsentis esse noueris, nõ futuræ, sequitur. Dicetis in illa die, Confitemini Domino, & inuocate nomen eius. Innocatio quippe præsentis temporis est. Porro quattuor fontes istos, adhuc in carne viuentibus nobis in semetipso Christus exhibet, quintũ qui est fons vitæ post hoc sæculum repromittens. Ad quæ sitiebat Propheta cum diceret. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum. Fortassis propter hos fontes quattuor in locis vulneratus est Christus adhuc viuens in cruce, propter quintum, cum iam tradidisset spiritum, transforatus est in latere. Viuebat adhuc, quando foderunt ei manus, & pedes, vt nobis adhuc viuẽtibus quattuor fontes ex seipso proferret. Quintum pertulit

Psal. 38. cap. 12.

Psal. 41.

4

tulit vulnus, cum iam expirasset, vt in se nihilominus quintum fontem post obitum aperiret.

5 GREGORIVS Magnus exponens verba illa. Aquas appendit in mesura, ait. Aquæ in scriptura sacra aliquando Spiritum sanctum, aliquando scientiam sacram, aliquando scientiam prauam, aliquando tribulationē, aliquando defluentes populos, aliquando mentes designare solent. Per aquam quippe sancti Spiritus infusio designatur, sicut in Euangelio dicitur, Qui credit in me, flumina de vētre eius fluent aquæ viuæ. Rursum per aquam sacra scientia designatur, sicut dicitur. Aqua sapientiæ salutaris potabit eos. Per aquam quoque praua scientia appellari solet, sicut apud Salomonem. Mulier quæ typū hæreseos tenet, callidis suasionibus blanditur dicens. Aquæ furtiuæ dulciores sunt. Aquarum etiam nomine nonnumquam solent tribulationes intelligi, sicut per Psalmistam dicitur. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. Per aquā populi designantur, sicut per Ioannem dicitur. Aquæ vero sunt populi. Per aquam quoque non solum fluxus decurrentium populorum, sed etiam bonorum mentes fidei prædicamenta sequentium designantur, sicut Propheta ait. Beati qui seminatis super omnes aquas, & per Psalmistam dicitur. Vox Domini super aquas. Hoc autem in loco, quid aquarum nomine, nisi electorum corda signantur, quæ per intellectū sapientiæ auditum iam supernæ vocis acceperunt.

Lib. 19. moralium c. 4. to. 2.
Ioan. 7.
Eccli. 15.
Prou. 9.
Psal. 68.
Apoc. 17.
Esai. 32.
Psal. 28.

6 IDEM exponens illa verba. Si subito apparuerit aurora arbitrantur vmbram mortis, sic habet. Aurora mens iusti est, quæ peccati sui tenebras deserens, ad lucem iam erumpit æternitatis, sicut de sancta quoque Ecclesia dicitur. Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens? Quo igitur iustus quisque iustitiæ luce irradians in præsenti vita honoribus sublimatur, eo ante peruersorum oculos tenebræ mortis fiunt, quia qui peruersa se egisse meminerunt, corrigi pertimescunt.

Lib. 16. moralium cap. 25.
Cant. 6.

7 IDEM sic habet, exponens locum illum. Numquid post ortum tuum præcepisti diluculo, & ostendisti auroræ locum suum. Quia diluculum, vel aurora a tenebris in lucem vertitur non immerito diluculi, vel auroræ nomine omnis electorum Ecclesia designatur. Ipsa nāque, dum ab infidelitatis nocte ad lucem fidei ducitur, velut auroræ more in diem post tenebras splēdore supernæ claritatis aperitur. Vnde, & bene in canticis dicitur. Quæ est ista, quæ progreditur, quasi aurora consurgens? Sancta namque Ecclesia cælestis vitæ præmia appetēs aurora vocata est, quia dum peccatorum tenebras deserit, iustitiæ luce fulgescit, habemus tamen subtilius aliquid, quod considerata qualitate auroræ pensemus. Aurora namque noctē præterisse nunciat, nec tamen diei claritatem illa ostentat, sed dum illam pellit, & hanc suscipit, lucem tenebris permixtam tenet. Quid itaque in hac vita omnes, qui veritatem sequimur, nisi aurora sumus? Quia, & quædam iam quæ lucis sunt agimus, & tamen in quibusdam, adhuc tenebrarum reliquijs non caremus. Per Prophetam quippe Deus dicit. Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Rursumque scriptum est, In multis offendimus omnes. Paulus quoque ait. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. Vbi ergo lex peccati, cum lege mentis contendit, profecto adhuc aurora est, quia lux, quæ iā emicuit, necdum prætereuntes funditus tenebras pressit. Adhuc aurora est, quia dū lex carnis legem mentis, & lex mentis legem carnis percutit, inter se vicissim lux, & vmbra confligit. Vnde rursum Paulus, cum diceret, Nox præcessit, nequaquam subdidit, dies venit, sed dies appropinquauit. Qui enim post discessum noctis iam non venisse, sed appropinquasse diem designat, esse se proculdubio ante solem ostendens adhuc in aurora demonstrat. Tunc autem plene sancta electorum Ecclesia dies erit, cum ei admixta peccati vmbra iam non erit. Tunc plene dies erit, quando interni luminis perfecto feruore claruerit. Et subditur, Et ostendisti auroræ locum suum, cui enim locus suus ostenditur profecto ex alio ad aliud vocatur. Quid est enim locus auroræ, nisi perfecta claritas visionis æternæ? Ad quem cum ducta venerit, iam de transactæ noctis tenebris nihil habebit. Nunc autem adhuc tentationum molestias sustinet, quia per intentionem cordis ad aliud festinat Ecclesia, ad locum suum tendit aurora. Sed cum quotidie contendit perfici, & in lucē quotidie augeri, locum suum iam conspicit, & plene sibi claresce re solem quærit.

Psal. 142. Iacob. 3. Rom. 7.
Rom. 13.

8 IDEM explicans illa verba. Arcus meus in manu mea instaurabitur, sic habet. Arcus nomine in sacro eloquio aliquando malorum insidiæ, aliquando dies iudicij, aliquando ipsamet sacra eloquia designantur. Per arcum quidem insidiæ figurantur, sicut per Psalmistam dicitur. Intenderunt arcum suum, rem amaram. Per arcū quoque dies extremi iudicij designatur, sicut per eundem rursum Psalmistam dicitur. Ostendisti populo tuo dura, potasti nos vino compunctionis, dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant a facie arcus. In arcu enim quāto longe trahitur chorda, tanto de eo districtior exit sagitta. Sic nimirum, sic extremi iudicij dies, quanto longe differtur, vt veniat, tanto cum venerit, de illo districtior sententia procedit. Idcirco autem diuersis nunc clad ibus percutimur, vt his correcti paratiores, tunc inueniri valeamus. Vnde illic præmissum est. Ostendisti populo tuo dura, flagella, scilicet sæculi, quæ secuturum grauis iudicij diem præcurrunt. Potasti nos vino compunctionis, vt terrena gaudia in lachrymas verterētur, dedisti metuentibus te significationem, vt fugiāt a facie arcus, ac si diceret. Hoc tempus misericordiæ est, illud tempus iudicij erit. Per ista ergo huius temporis flagella significas, quomodo tunc percussurus es, quando non parcens iudicas, qui sic districte modo percutis, quando parcis. Aliquando etiam per arcum sacra Scriptura

Lib. 19. moralium cap. 16.
Psal. 63.
Psal. 59.

Factū est vespere & mane dies vnus, sic habet. Cuius gratia non dixit primā, sed vnam? Quia dies hæc quæ dominica erat beatitudinem significabat vespera carentem, & successionem non habentem, & indesinentem. Quo igitur ad futuram vitam cogitationem nostram abduceret, vnam nominauit eam, quæ est sæculi imago primitiæ dierum, coætanea lucis, sancta dominica.

4 IDEM explicans versum illum, Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, sic ait. Nunc iustus bibit aquam viuentem, & postea copiosius bibet, vbi in ciuium ciuitatis Dei numerū fuerit relatus. Nunc per speculum in ænigmate viuit, tunc autem simul inundans flumen suscipiet, quod totam ciuitatem Dei per lætitiā illuere potest. Ciuitas congregatio firma, quæ secundum leges gubernatur esse dicitur. In cælis autem congregatio est firma propter vitæ Sanctorum immutabilitatem, & quæ secūdum legem gubernatur. Illius itaque reipublicæ cōstitutionem, & omnem ordinationem perdisce re, nullius humanæ naturæ est, illa enim sunt, quæ oculus non vidit, neque aures audiunt, nec in cor hominis descenderunt, quæ præparauit Deus his qui diligunt ipsum. De illa dicit Dauid. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Illi ciuitati per Isaiam promittit Deus. Ponam te exultationem æternam, lætitiam generationū generationibus, & non erit contritio, nec miseria in confinijs tuis, sed vocabuntur salutare muri tui. Artifex vero, ac opifex ipsius est Deus. Deus in medio eius, & non commouebitur, adiuuabit eam Deus mane diluculo, & quandoquidem Deus in medio ciuitatis est, largitur ipsi vt inconcussa sit, auxilium ipsi exhibens in primis lucis exortibus. In medio vero ciuitatis est Deus, æquales vndiquaque radios emittens. Sic enim iustitia Dei conseruatur, qui eādem mensuram bonitatis omnibus distribuit. Adiuuat eam Deus mane diluculo matutinum tempus ipsi inducens, dissolutis ignorantiæ, ac malitiæ tenebris, cum facti fuerint homines filij lucis, & nox ab ipsis discesserit, tunc digni auxilio Dei sunt.

Hom. 12. super Psalmū 45.
1. Cor. 13.
1. Cor. 2.
Psal. 86.
Esai. 60.
Psal. 45.

3 IDEM exponens versiculum illum. Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi, quia eripuit animam de morte, oculos meos a lachrymis, pedes meos a lapsu, sic habet. Comparatione rerum in hac vita, futuram requiem describit, hic enim inquit. Circundederunt me dolores mortis, illic vero. Eripuit animam meam de morte. Hic oculi mei lachrymas ex tribulatione profundunt, illic non amplius lachrymæ pupillis tenebras offundunt eorum, qui inspectione pulchritudinis maiestatis Dei lætantur. Abstulit enim Deus lachrymas ab omni facie. Hic magnum est lapsus periculum. Quapropter etiam Paulus dixit. Qui sibi videtur stare, videat ne cadat. Illic firmi sunt gressus, vita impermutabilis, non amplius periculum ad peccatum delabendi. Illic est regio reuera viuorum, qui ipsi sibiipsis semper similes existunt. Viuorum illa est regio, in qua non est nox, nō somnus, mortis imitatio, in qua non inest potus, non inest cibus debilitatis nostræ fulcimēta, non inest morbus, non dolores, non medicina, non mercaturæ, non artes, non pecuniæ, sed regio viuorum, non morientium per peccatum, sed veram vitam viuentium in Christo IESV.

Hom. 16. in Psalmum 114. to. 1.
Apoc. 21.
1. Cor. 12.

6 CHRYSOSTOMVS explicans illa verba. Nam si eis IESVS requiem præstitisset, numquam de alia loqueretur posthac die, ait. Re vera illa est requies, vbi fugit dolor, tristitia, gemitus, & vbi neque sollicitudines, neque labores, neque agones, neque timor obstupescere faciens, & commouens animā, sed solus Dei timor voluptate plenus. Non est illic, In sudore vultus tui comedes panem tuum, neque spinæ, neque tribuli. Non est illic in tristitijs generabis filios, neque ad virum tuum conuersio tua, & ipse tui dominabitur, sed omnia pax, gaudium, iucunditas, voluptas, bonitas, mansuetudo. Non est illic inuidia, neque zelus, neque morbus, neque mors corporis, neque illa quæ est animæ. Mon ibi tenebræ, neque nox, semper lux, semper diei claritas. Non est ibi fatigari, non fastidium accipere, semper in desiderio bonorum perseuerabimus. Vultis vt dem vobis similitudinem quandam illius status? Suspiciamus in cælum, quando nulla se interponit nubes, & clara est omnis eius corona, deinde ad pulchritudinem aspectus eius aliquantulum temporis perduremus, & intelligamus, quoniā & solum habemus, non quidem tale, quale nunc est, sed tanto melius effectum, quanto luteis testis aurum est melius. Et post illud, item superius tectum, deinde Angelos, Archangelos innumerabiles populos, incorporearum virtutū, deinde ipsa Dei regna, thronum paternum. De inde aliam similitudinem inquiramus. Si contingat eum, qui modo imperat, omnem mundū obtinere, deinde neque bellorum, neque curarum habere vllam molestiam, sed in honore esse tantum, & deliciari, & multa quidem habere tributa vndique, & aurum illi affluere. Qualē illum putatis animum habere, si omnia bella totius terræ quiescere videat? Talis neque ad similitudinem illius regni perueniet. Est & alia similitudo. Si quis vinctus, & multa mala passus, repente ad regale solium rapiatur, sed neque sic integre pertingere potui ad illius regni similitudinem. Hic quippe quæcumque perceperit bona, in prima quidem die viget in eo amor, & gaudium, & in secunda die, & in tertia, tempore vero procedente permanet quidem in voluptate, non tamen tanta, minuetur quippe semper ex consuetudine, qualecumque bonū istud sit. Illic autem non solum non decrescit, sed augmentum accipit. Intellige nāque quantum sit animam illuc pergentem, nequaquam finem illorum bonorum expectare, neque mutationem, sed vitam finem non habentem, & vitam omni periculo liberam, omni mærore, & cura alienam, plenam gaudijs, & mille bonis. Quid erit cum videris Sanctorum tabernacula æterna in cælo confixa? Cum vnumquemque

Hom. 6. in cap. 4. Paul epist. ad Hebræos to. 4.
Heb. 4.
Gen. 3.
Ibid.
7 Ibid.
Ibid.
8

que eorum ſuper radios ſolis videris refulgentem, cuius candorem, & coruſcationes oculus humanus non poteſt inſpicere, & hoc quidem quantum ad homines attinet. Quid autem iã dicam multam militiam Angelorum, Archangelorum, &c.

9 Epiſtola 5. quæ eſt ad Theodorũ lapſum to. 5.

IDEM ſic habet. Concipe animo ſtatum vitæ illius, quantum homini concipere datur, ex ijs enim, quæ audimus, ceu per ænigmata cõiecturam quantulamcumque faciemus. Abiuit, inquit, dolor & triſtitia, & gemitus. Quid igitur ea vita beatius erit? Non eſt cur illic pauperiem metuas, & morbum. Nemo videbit cõtumelioſum, nec inique oppreſſum, nemo irascentem, exaſperatum, aut inuidentem, nemo ardentẽ abſurda concupiſcentia. Omnis enim affectuum turba, quæ hic ſedata eſt perimetur, omnia erunt pax, lætitia, gaudium, omnia ſerenitas, & trãquillitas, omnia dies, ſplẽdor, & lux, lux nõ quæ nũc eſt, ſed alia quæ hãc tantũ excedit fulgore, quantũ ea lumen lychni, nec enim occulitur ibi, aut nocte, aut congreſſu nubium, nec vrit, neque inflammat corpora, nam nox non obumbrat, nec aderit veſpera, nec frigora, nec æſtus, nec alia huius generis immutatio. Non eſt illic ſenium, nec ſenectæ mala, quæque obnoxia ſunt corruptioni e medio tollentur. Omnia occupabit vbique incorruptibilis gloria, & quod omnium longe eſt maximum, continua fruentur conuerſatione cum Chriſto. Contemplare cælum, animaduerte permutatum fore habitum totius creaturæ, nihil enim huiuſmodi, vt nunc eſt, manebit, ſed multo pulchrius
10 erit, & quantum plumbo aurum vibrans aëra, tantum hac rerum præſentium ſpecie, futurus ille decor illuſtrior erit, vt Paulus ait. Quoniã
Rom. 8. & ipſa creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis. Etenim nunc ceu corruptionis particeps multa patitur, quæ ferre corpus contingit, tunc vero hæc vniuerſa reijciet, nobiſque exhibebit elegantem, & incorruptibilem habitudinem. Iucundus nimirum concentus erit in hoc, quòd omnes Sancti perpetuo inter ſe conſentient. Nullus illic calumniator timendus, nullæ dæmonum inſidiæ, nullæ minæ. Et quemadmodum puellus regius, primum alitur cibo non admodum ſplendido, terretur minis pædagogi, ne per indulgentiam lapſus paterna ſe indignum reddat hereditate: mox regiam nactus maieſtatem, omnia hæc mutat, præſidet cum magna libertate, veſtitus purpura, diademateque ornatus, & ſtipatus numeroſo ſatellitio, abiectis ab anima rebus humilibus, ac ſubamaris, in quorum tunc locum omnia magnifica, omnia iucunda ſucceſſerunt, ſic tunc eueniet omnibus Sanctis. Contemplemur Dominum in
11 monte transformatum, & ſplendentem quam-
Matth. 17. quam, nec ſiquidem vniuerſum nobis futuri ſæculi ſplendorem exhibuit, quia fuit, quod tunc apparuit, attemperatio quædam pro captu noſtro, neutiquã accurata rei demonſtratio, quod a verbis Euangeliſtæ manifeſtum fuit, cum ait. Splenduit ſicut Sol. Ceterum incorruptibiliũ corporum gloria, non tantam lucem demittit, quantam illud corruptibile corpus? neque talẽ cuiuſmodi oculi mortales capere ſufficiunt. Ad hanc quidem viſionem oculi requirũtur incorruptibiles, & immortales. Verum in monte tunc aperuit tantum lucis, quãtum ferre citra læſionem oculi potuerunt. Euola nunc in cælos animo, in illud intende theatrum, conuentus eſt illic eorum, quæ exuperant, omnẽ pretium, auri, lapidum pretioſorum, radiorum ſolis, & omnis viſibilis formæ. De rege ipſo nihil ſatis idoneum dici poteſt, adeo ſermonem, & mentem excedit eius pulchritudo, formoſitas, ſplendor, gloria, maieſtas, magnificentia. Si Petrus qui vidit obſcuram quandam imaginem futurorum, omnia continuo reiecit ab animo, propter voluptatem indictã animæ a tali aſpectu, quid dicemus quando rerũ veritas aderit, quando regijs cubiculis adapertis contueri licebit ipſum regem non per ænigmata, ſed facie ad faciem, non amplius per fidem, ſed per ſpeciem.

12 Lib. 1. contra Pelagianos to. 2.

HIERONYMVS exponens verba illa, quòd erit Deus omnia in omnibus, ſic ait. Cum mortale hoc indutum fuerit immortalitate, & corruptiuum hoc incorruptione veſtitum, & abſorpta mors fuerit in Chriſti victoria, tunc Deus erit omnia in omnibus, vt non ſit tantum in Salomone ſapientia, in Dauid animi manſuetudo, in Elia, & Phinees zelus, in Abrahã fides, in Petro perfecta dilectio, in electionis vaſe ſtudium prædicandi, ſed totus in cunctis, & omni virtutum choro, ſanctorum numerus glorietur, & ſit Deus omnia in omnibus.

13 Epiſtola ad Dardanum to. 3.

IDEM oſtendens Dauidem in Pſalmis terram promiſſionis vocare beatitudinem, ſic habet. Paradiſus terra viuentium eſt, terra diuitiarum, & bonorum Dei. De hac terra dicit Malac. 3. Malachias. Beatos vos dicent omnes, dicit Dominus, quoniam eritis vos in terra voluptuaria. Eſaias quoque in hæc verba conſentit dicens. Et erit vir abſcondens ſermones ſuos, & apparebit in terra Sion, ſicut fluuius glorioſus in terra ſitienti. Quæ eſt terra Sion, in qua apparebit fluuius glorioſus? Illa de qua Danid in Pſalmo canit dicens. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. Et iterum, Diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob. Nunquid iſtas portas diligit Deus, quas videmus in cineres, & fauillas eſſe conuerſas? Ego arbitror & illud quod in Pſal. 64. legitur. Viſitaſti terram, & inebriaſti eam, multiplicaſti locupletare eam, fluuius Dei repletus eſt aquis, paraſti cibum illorum, quoniã ſic eſt præparatio eius, ſulcos (vel vt nos legimus riuos) eius inebria, multiplica genimina illius, in ſtillicidijs eius lætabitur germinans. Illa enim terra quotidie viſitatur a Deo, & inebriatur, cunctiſque plena Pſal. 45. eſt diuitijs. De hac fluuius egreditur Dei, de quo ſcriptum eſt. Fluminis impetus lætificat ciuitatem, qui & in deſcriptione templi Ezechiel myſtico ſermone narratur. In cuius ripis Apoc. 22. arbores ſunt ex vtraque parte per ſingulos mẽſes nouis frugibus abundantes. De hac terra in Prou. 28. Prouerbijs vir ſcripſit ſapiẽtiſſimus. Qui operatur

ratur terram ſuam implebitur panibus, quæ ſua dicitur, quia iuris ſui eſt, de qua numquam eijci poteſt.

14 Lib. 3. in Zachar. ca. 14. to. 5.

IDEM explicans caput 14. Zachariæ. Et erit dies vna, quæ nota eſt Domino, non dies, neque nox, & in tempore veſperi erit lux. Sic ait. In beatitudine vna dies erit, atque perpetua, nequaquam ſibi luce, & tenebris die, & nocte ſuccedentibus, ſed ipſe Dominus erit
Eſa. 60. lux omnium, de quo Eſaias plenius, Non erit, inquit, tibi ſol in lucem diei, neque ortus lunæ illuminabit te per noctem, ſed erit tibi Dominus lux æterna, & Deus tuus gloria tua. Qui, & in alio loco clamat ad Hieruſalem. Surge illuminare Hieruſalem, quia venit lux tua, & gloria Domini ſuper te orta eſt, quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos, ſuper te autem orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur, & ambulabunt gentes in lumine tuo. Et in tempore veſperi, hoc eſt tenebrarum, & triſtitiæ omnium peccatorum, Sanctis lux erit, & vna æterna dies. In illa die non ſibi ſuccedent lux, & tenebræ, ſed erit
Apoc. 22 lumen perpetuum, iuxta illud quod in Apocalypſi legimus. Et ciuitas non habet neceſſariam lucem ſolis, quoniam Dominus Deus omnipotens lumen eius erit.

15 Lib. 1. Commen. in Prouerb. to. 8.

IDEM exponens caput 3. Prouerbiorum in illa verba: Honora Dominum de tua ſubſtantia, &c. & implebuntur horrea tua ſaturitate, & vino torcularia redundabunt, ſic habet. Si theſauros in cælo poſſunt habere iuſti, quia veras ſibi diuitias inueniunt, poſſunt vti-
Pſal. 16. que, & horrea & torcularia, quia non eſurient, neque ſitient amplius. Et implebuntur horrea tua ſaturitate, quia ſatiabor, dum manifeſtabitur gloria tua. Redundabunt torcularia vino, quia interna ſuauitas æternorum cor-
Lucæ 22. da cunctorum fidelium in laude ſui conditoris accendit, vt edatis, & bibatis ſuper menſam meam in regno meo.

16 Lib. 3. de libero arbitrio to. 1.

AVGVSTINVS ſic ait. Tanta eſt iucunditas lucis æternæ, vt etiam, ſi non liceret amplius in ea manere, quàm vnius diei mora, propter hoc ſolum innumerabiles anni huius vitæ pleni delicijs, & circumfluentia temporalium bonorum, recte, meritoque contemne-
Pſal. 83. rentur. Non enim falſo, aut paruo affectu dictum eſt. Quoniam melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper millia, quamquam, & alio ſenſu poſſit intelligi, vt millia dierum in temporis mutabilitate intelligantur, vnius autem diei nomine incommutabilitas æternitatis vocetur.

17 In epiſtola 205. quæ eſt de laudibus Hieronymi

IDEM ad Cyrillum Hieroſolymitanum narrat viſionem, quæ illi facta eſt in die obitus Hieronymi in hæc verba. Eadem die, & hora, qua obijt Hieronymus, eram Hippone in cellula mea quieſcens auide cogitans, qualis ineſſet animabus beatorum gloriæ, & lætitiarum quantitas, cupiens inde ex hac materia breuem componere tractatum, precibus compulſus noſtri Seueri quõdam venerabilis Martini Turonenſis Epiſcopi diſcipuli, charta, calamo, pugillarique in manibus ſuſceptis, vt breuem ſcriberem epiſtolam ſanctiſſimo Hieronymo deſtinandam, vt quicquid ex hoc ſentiret reſponderet, cumque iam ſcribens ſalutationis exordium Hieronymo prænotarem, ineffabile ſubito lumen, noſtris inuiſum temporibus, noſtriſque minime linguis declarandum, cum ineffabili inauditaque odorum omnium fragrantia cellulam, in qua ſtabam intrauit. Quo a me viſo, ſtupore, admirationeque commotus, animi, & membrorum virtutes repente amiſi. Neſciebam enim tunc, quòd 18
dextera mirabilis Dei exaltaſſet ſeruum ſuum. Itaque quia talem oculi mei numquam perſpexerant lucem, olfactus meus odorem non ſenſerat; tam nouis, tam inauditis miris obſtupeſcebam. Inter hæc de luce hæc dicens verba vox emicuit. Auguſtine Auguſtine quid quæris? Putaſne breui immittere vaſculo mare totum? Breui includere pugillo terrarum orbem? Cælum firmare, ne vſitatos exerceat motus? Quæ oculus nullius hominum videre potuit, tuus videbit? Quæ auris nulla per ſonum hauſit, audiet tua? Quæ cor humanum nullatenus intellexit, nec etiam cogitauit, exiſtimas te poſſe intelligere? Infinitæ rei quis erit finis? Immenſa qua menſura metieris? Potius totum mare in arctiſſimo clauderetur vaſculo, potius terrarum orbem paruulus teneret pugillus, potius cælum a motu continuo deſiſteret, quàm gaudiorum, & gloriæ, quibus beatorum animæ ſine fine potiuntur, minorem intelligeres particulam, niſi vti ego experientia docereris. Impoſſibilia facere ne coneris. Hic non quæras, quæ non alibi, niſi quo tam feliciter properas inueniri poſſunt, hic ſatage talia exercere opera, vt ea quæ hic aliqualiter intelligere cupis, in æternum habeas.

19 Lib. de ſpiritu, & anima to. 3.

IDEM loquens de beatitudine inquit. Contemplemur quæ ſit ipſa ſocietas beatorum ſpirituum, quæ maieſtas viſionis Dei, & quomodo Deus æternæ viſionis ſuæ dulcedine ſanctos ſuos reficiet. Nemo enim in hac vita digne penſare poteſt, quanta ſit illa felicitas, Deum facie ad faciem videre, quanta ſuauitas illud melos angelicum audire, quanta iucunditas omnium Sanctorum ſocietatem habere. Tantum enim vnuſquiſque gaudebit de beatitudine alterius, quantum de ſuo gaudio ineffabili, & quot ſocios habebit, tot gaudia habebit. In illa gloria, nihil delectabilius ad contemplandum inuenio, quàm intimi amoris affectum, quo vnuſquiſque tantum amabit alterum, quantum ſeipſum, & Deum pluſquam ſe, & Deus plus illos, quam illi ſemetipſos, & hoc gaudio perpetuo. Quicquid expedit, & quicquid delectat ibi eſt. Omnes videlicet diuitiæ, & delitiæ, omnis requies, & omne ſolatium. Quid enim ibi deeſſe poteſt, vbi Deus eſt, cui nihil deeſt? Quotquot ibi ſunt, dij ſunt. Omnes cognoſcunt Deum ſine errore, vident ſine fi-

ne, laudant sine fatigatione, amant sine fastidio. Semper vident, & semper videre desiderant, tam desiderabilis est ad videndum. Semper amant, & semper amare desiderant, tam dulcis est ad amandum. In hac delectatione requiescunt pleni Deo, adhærentes semper beatitudini sunt beati, contẽplantes semper æternitatem sunt æterni, iuncti vero lumini facti
20 sunt lux. O beata visio, videre Regem Angelorum in decore suo, videre Sanctum Sanctorum, per quem omnes sunt sancti! Gaudete & exultate iusti, quia videtis, quem amastis, habetis, quem desideraſtis diu, tenetis, quem amittere numquam timetis. Ipse est salus, vita, pax, & omnia bona. Quanta pax ibi est, vbi nulli vestrum quicquam repugnat, vel ab alio, vel a seipso, sed ipse Dominus regit vos,
Lucæ 22. & nihil vobis deerit. Ipse disposuit vobis regnum, vt edatis, & bibatis super mensam suam
Psal. 33. in regno suo. Gustate ergo, & videte, quoniam suauis est Dominus, suauis est ad gustandum. Tantæ suauitatis magnitudinem vos qui experti estis, nobis qui numquam tale quid gustauimus, intimare non potestis. Tamquam si quis mellis dulcedinem, ei qui numquam dulce gustauerit, verbis indicare velit. Excita nunc anima mea, & erige totum intellectum, & cogita quantum potes, quale, & quantum sit Dei bonum. Si enim singula bona delectabilia sunt, cogita intente, quàm delectabile sit illud bonum, quod continet iucunditatem omnium bonorum, & non qualem in rebus creatis sumus experti, sed tanto differentem, quanto differt creator a creatura. Si enim bona est vita creata, quàm bona
21 est vita creatrix, si ita iucunda est salus facta, quàm iucunda est salus, quæ fecit omnem salutem. Si amabilis est sapientia in cognitione rerum creatarum, quàm amabilis est sapientia, quæ omnia creauit ex nihilo. Denique si multæ, & magnæ delectationes sunt in rebus delectabilibus, qualis & quanta delectatio est in illo, qui fecit ipsa delectabilia. O qui hoc bono fruetur, quid erit, & quid illi non erit, certe quicquid volet, erit, & quicquid nolet non erit! In cælo est quicquid amatis, quicquid desideratis. Si delectat pulchri-
Matt. 13. tudo, Fulgebunt iusti, sicut sol, si velocitas,
1.Cor.15. aut fortitudo, aut libertas corporis, cui nihil obsistere possit, erunt similes Angelis Dei, quia seminatur corpus animale, & surget corpus spirituale, potestate vtique non natura. Si delectat longa, & salubris vita, ibi est sana æternitas, & æterna sanitas, quia in perpetuum viuent, & salus iustorum a Domino. Si
Psal.16. satietas, satiabuntur, cum apparuerit gloria
Psal.35. Domini, si ebrietas inebriabuntur ab vbertate domus Dei. Si melodia, ibi Angeli sine fine
22 concinunt sine fine Deo. Si quælibet munda voluptas, torrente voluptatis deitatis suæ potabit eos Dominus. Si sapientia, omnes e-
Ioan. 6. runt docibiles Dei. Si concordia, cibus illis erit vna voluntas Dei. Si potestas, introibunt in potentias Domini, & omnipotentes erunt suæ voluntatis, vt Deus suæ. Nam sicut poterit Deus, quod volet per seipsum, ita poterunt illi, quod volent per illum. Si honor, & diuitiæ, Deus seruos suos bonos, & fideles super multa constituet, heredes quidem Dei, coheredes autem Christi. Si vera secu- *Matt. 25.*
ritas, certe ita erunt certi, nusquam istud bo- *Rom. 8.*
num sibi defuturum, sicut certi erunt, nec se sua sponte illud amissuros, nec dilectorem Deum, illud dilectoribus suis inuitis ablaturum. Præterea in illa perfecta charitate, innumerabilium beatorum Angelorum, & hominum, vbi nullus minus diliget alium, quàm seipsum, erit gaudium innumerabile. Si ergo cor hominis de tanto suo bono vix capiet gaudium suum, quomodo capax erit tot, & tantorum gaudiorum in illa perfecta felicitate? Vbi sicut vnusquisque plus amabit sine comparatione Deum, quàm seipsum, & omnes alios secum, ita magis gaudebit absque æstimatione de Dei felicitate, quàm de sua, & omnium aliorum secum. Sic Deum diligent toto corde, tota mente, tota anima, vt totum cor non sufficiat dilectioni, & sic gaudebunt toto corde, vt totum cor non sufficiat plenitudini gaudij, tantum est gaudium. In illa æterna beatitudine, & perfecta, Deo tripliciter fruemur, videntes eum in omnibus creaturis, & habentes eum in nobis ipsis, & quod his omnibus ineffabiliter iucundius erit, atque beatius, ipsam quoque cognoscentes in *1.Ioan.3.*
semetipsa trinitatem, & contemplantes. In 23
hoc enim est vita æterna, & perfecta, vt videamus Deum, sicuti est in seipso. Pax Dei est in illa beatitudine, quæ exuperat omnem sensum, & intellectum, & quanto magis omnem sermonem nostrum. Quod ergo nulli donatum est experiri, nullus conetur effari. Mensuram, *Luca 6.*
ait Dominus, bonam dabit in sinus vestros, confertam in interiore homine, coagitatam in exteriore, superefluentem in Deo ipso, ibi cumulus felicitatis est, ibi supereminens gloria, ibi superefluens beatitudo. Loquens de dotibus corporum glorioſorum in beatitudine ait: Habebit terra nostra immortalitatem, ne timeat denuo se in puluerem redigendam resurgens enim corpus nostrum iam non moritur, habet etiam impassibilitatem, ne miserijs subdatur, tanta etiam erit in eo agilitas, vt possint beati, si velint absque vlla mora, & difficultate ipsam quoque cogitationum nostrarum sequi ad omnia velocitatem. Deest adhuc pulchritudo hanc perfectissimam habituris, Saluatorem enim expectamus, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum *Phil. 3.*
corpori claritatis suæ exhibens, quod promisit, quoniam fulgebunt iusti, sicut sol in regno *Matt. 13.*
Patris eorum, & sic replebitur maiestate Do- *Psal.71.*
mini omnis terra nostra. Deus erit finis desideriorum nostrorum, quem sine fine videbimus, sine fastidio amabimus, sine fatigatione laudabimus.

IDEM

24 IDEM eleganti discursu explicat, quæ ad
Lib.22.de ciuitate Dei cap.24.to.5 hominum vitam delitias, & necessitatem in hac mortali vita Deus condidit, & subinfert. Hæc omnia miserorum sunt, damnatorumque solatia, non præmia beatorum. Quæ igitur illa sunt, si tot, ac talia, ac tanta sunt ista? Quid dabit eis, quos prædestinauit ad vitam, qui hæc dedit etiam eis, quos prædestinauit ad mortem? Quæ bona in illa vita faciet eos sumere, pro quibus in hac miseria vnigenitum filium suum voluit vsque ad mortem mala tanta perferre? Cum hæc promissio complebitur,
Rom. 8. Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non cum illo omnia nobis promissa donabit, quid erimus? Quæ bona in illo regno accipiemus, quandoquidem Christo moriente pro nobis, tale iam pignus accepimus? Ibi Dei sapientia de ipso suo fonte potabitur cum summa felicitate.

25 IDEM sic exorditur. Quanta erit illa fe-
cap.30. licitas, vbi nullum erit malum, nullum late-
1.Cor.15. bit bonum, vacabitur Dei laudibus, qui erit
Psal. 83. omnia in omnibus? Beati qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te. Omnia membra, & viscera incorruptibilis corporis proficient in laudibus Dei. Vera ibi gloria erit, vbi laudantis, nec errore quisquam, nec adulatione laudabitur. Verus honor, qui nulli negabitur digno, nulli defertur indigno, sed nec ad eum ambiet vllus indignus, vbi nullus permittetur esse nisi dignus. Præmium virtutis erit ipse, qui virtutem dedit, & qui seipsum, quo melius, & maius nihil
Hier. 32. possit esse, promisit. Quid est enim aliud, quod per Prophetam dixit. Ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi plebs, ego ero quæcumque ab omnibus honeste desiderantur, & vita, & salus, & victus, & copia, & gloria, & honor, &
1.Cor.15. pax, & omnia bona. Sic enim, & illud recte intelligitur. Erit Deus omnia in omnibus. Ipse finis erit desideriorum nostrorum. Atque id etiam beata ciuitas illa magnum in se bonum videbit, quòd nulli superiori vllus inferior inuidebit. Sicut in corpore non vult oculus esse, qui est digitus, cum membrum vtrum-
26 que contineat totius carnis pacata compago. Sic itaque habebit donum alius alio minus, vt hoc quoque donum habeat, ne velit amplius. Nec ideo liberum arbitrium non habebunt, quia peccata eos delectare non poterunt. Nam primum liberum arbitrium, quod homini in creatione datum est, quando rectus conditus est, potuit non peccare, sed potuit peccare, hoc autem nouissimum eo potentius erit, quo peccare non poterit: sicut prima immortalitas, quam Adam amisit, fuit posse non mori, nouissima erit non posse mori. Quantum attinet ad scientiam rationalem erit anima memor præteritorum malorum suorum, quantum autem ad experientis sensum prorsus immemor: carebunt enim præteritis malis, ita vt penitus deleantur de sensibus eorum. Ibi perficietur. Vacate, & videte quoniam ego *Psal.45.*
sum Deus, ibi vacantes in Sabbato requiei videbimus, quoniam suauis est Deus, quoniam ipse est Deus. quo pleni erimus, quando ipse erit omnia in omnibus. In beatitudine Sabbatum est illud, de quo dictum est. Et sabba-
Ezec. 20. ta mea dedi eis in signum inter me, & inter eos, vt scirent, quia ego Dominus, qui sanctifico eos. Hoc perfecte sciemus, quando perfecte vacabimus, & perfecte videbimus, quoniam ipse est Deus.

27 IDEM explicat versum illum, Inebriabun-
In exposi-tione Psalmi 35.to.8. tur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos, &c. & ait. Quæsiuit verbum, vnde loqueretur, de rebus humanis, & quia vidit homines ingurgitantes se in ebrietate, accipere autem vinum immoderate, & mentem perdere, vidit quid diceret, quia cum accepta fuerit illa ineffabilis lætitia, perit quodammodo humana mens, & fit diuina, & inebriatur ab vbertate domus Dei. Vnde in alio Psalmo dicitur. Calix tuus inebrians, quàm *Psal. 22.*
præclarus est, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Torrens dicitur aqua veniens cum impetu, impetus erit misericordia Dei ad irrigandos, & inebriandos eos, qui modo ponunt spem sub vmbra alarum eius. Modo ergo qui sitit habeat spem, inebriatus habebit rem. Et vnde currit tantus torrens voluptatis eius? Quoniam apud te est fons vitæ, inquit, Et in lumine tuo videbimus lumen. Hic aliud est fons, aliud lumen, ibi non ita, sed fons est Deus quia satiat sitientes, lumen quia illuminat cæcos.

28 IDEM de ciuitate Dei differens, vt ex-
In expositione Psalmi 86.cod. to. plicet bona quæ sunt in ea concludit. Tamquã iucundatorum habitatio omnium in te (nos legimus sicut lætantium, &c.) Habitatio nostra iucunditas sola, ibi peribunt lachrymæ, & gemitus, ibi habitatio iucundatorum, non gemitus desiderantium, sed lætitia perfruentium. Ibi totum negotium nostrum non erit, nisi laudare Deum, & frui Deo. Beati qui habitant *Psal.83.*
in domo tua Domine. Tamquam iucundatorum omnium habitatio in te. Quid est tamquam? Quare tamquam? Quia talis ibi erit iucunditas, qualem hic non nouimus. Video hic multas iucunditates. Multi gaudent in sæculo, alij hinc, alij inde, & non est, quod illi gaudio comparent, sed tamquam iucunditas erit. Nam si dicam iucunditas, incipit homini occurrere talis iucunditas, qualem solent habere in poculis, in prandijs, in auaritia, in honoribus sæculi, sed non est gaudere impijs dicit Dominus. Est enim iucunditas quædam, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec *1.Cor.2.*
in cor hominis ascendit. Ad aliud gaudium nos paremus, quia & hic, tamquam, simile inuenimus, & non est hoc, nec putemus talibus nos ibi perfrui, qualibus hic gaudemus.

29 IDEM: Dubitat quomodo post diem iudicij
In expositione Psalmi 135. Confitemini &c. misericordia Dei dicatur æterna, cũ in cælo nõ sint beati indigẽtes misericordia, vbi nulla est

miseria,& ait. Recte in æternũ futuram misericordiã eius dicimus, non quia in æternũ miseri erũt,& ideoin æternũ eius misericordia indigebunt, sed quia ipsa beatitudo quã misericorditer miseris præstat,vt esse miseri desinant,& esse beati incipiant, non habebit finẽ,ideo in æternũ misericordia eius. Quod enim iusti erimus ex iniquis, sani ex infirmis, viui ex mortuis, immortales ex mortalibus, & beati ex miseris, misericordia eius est, hoc autem, quod ita erimus in æternum erit, ideo misericordia est in æternum, quia benefactum, quod vobis misericorditer præstat, in æternum est.

30 Tract. 3. in Ioannem to. 9. *Psal.26.* IDEM sic habet: Vnam petij a Domino hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ,vt contempler delectationem Domini. Noli timere, ne fastidio deficias. Talis erit illa delectatio pulchritudinis, vt semper tibi præsens sit,& numquam satieris,immo vt semper satieris,& num quam satieris. Si enim dixero, quia non satiaberis fames erit, si dixero quia satiaberis fastidium timeo, ibi nec fastidium erit, nec fames, quid dicam nescio, sed Deus habet,quod exhibeat non inuenientibus quomodo dicat, & credentibus quòd accipiant.

31 In libro Soliloquiorũ animæ ad Deum eod. to. IDEM vt explicet bona, quæ in beatitudine Deus confert amicis, hac vtitur ratione efficaci. Corpori nostro corruptibili, & ignobili, vt videret,dedisti cæli claritatem, vt spiraret, largitus es aeris puritatem, vt audiret, sonorum varietates, vt odoraret, odorum suauitates, vt gustaret, saporum qualitates. Adiuuamenta suis necessitatibus dedisti iumenta, volucres quoque cæli, & pisces maris, & fructus terræ ad reficiendum impendisti. Medicinas de terra propter singulas quasque suas corruptelas creasti, singula solatia, singulis malis obuiantia præparasti, quoniam es misericors, & nouisti figmentum nostrum figulus noster. Si ergo pro hoc corpore corruptibili, tam magna, & innumera beneficia præstas a cælo, & aere, a terra, & mari, a luce, & tenebris, a calore, & vmbra, rore, & imbre, ventis, & pluuia, volucribus, & piscibus, bestijs, & arboribus, & multiplicitate herbarum, & germinum terræ, vt alleues fastidium nostrum,qualia quæso, & quàm magna, & innumerabilia erunt illa bona, quæ præparasti diligentibus te, in illa cælesti patria, vbi te videbimus facie ad faciem? Si tanta facis nobis in carcere, quid agès in palatio? Cum enim 1.Cor.13. sint hæc omnia valde bona, & delectabilia,quæ 32 bonis, & malis pariter communia tradidisti, qualia futura sunt illa, quæ solis bonis recondidisti? Si tam innumerabilia dantur inimicis, quàm magna,dulcia, & delectabilia erunt, quæ solis tuis es largitus amicis? Si tanta solatia in hac die lachrymarum, quanta conferes in die nuptiarum? Si tanta delectabilia continet *Esa. 64.* carcer, quanta quæso continet patria? Oculus non vidit Deus absque te, quæ præparasti diligentibus te, magnus enim tu es Domine Deus, & immensus; nec est finis magnitudinis tuæ, nec est numerus sapientiæ tuæ, nec est mensura benignitatis tuæ, nec est finis, nec numerus, nec mensura retributionis tuæ, sed sicut magnus es tu, ita magna sunt dona tua.

33 Lib. 3. de Symbolo ad Cathecumenos cod. to. IDEM sic ait: Facilius dicere possumus in illa vita æterna, quid ibi non sit, quàm quid ibi sit. Non est ibi mors, non est ibi luctus, non est ibi lassitudo, non est infirmitas, non est fames, nulla sitis, nullus æstus, nulla corruptio, nulla indigentia, nulla mæstitia. Ecce diximus quid ibi non sit. Quid autem ibi sit vultis nosse? Hoc nec oculus vidit, nec in cor hominis ascendit. Si in cor hominis non ascendit, cor hominis illuc ascendat.

34 Serm. 155. de tempore to. 10. 3. Reg. 1. IDEM exponens verba quæ regina Saba dixit Salomoni, applicat beatitudini. Cum enim vidisset omnem sapientiam Salomonis, & domum quam ædificauerat, & cibos mensæ eius, & holocausta quæ offerebat in domo Domini, non habebat vltra spiritum, dixitque ad regem. Verus est sermo, quem audieram in terra mea, super sermonibus tuis, & super sapientia tua, & non credebam narrantibus, donec ipsa veni, & vidi oculis meis, & probaui, quòd media pars nunciata mihi non fuisset, maiora sunt sapientia, & opera tua, quàm rumor, quem audiui. Sic cum omnis anima sancta cælestem Hierusalem ingressa fuerit, multo plura, & magnificentiora perspiciet, quàm ei sunt in hac terra per sacra eloquia,per Prophetas, atque Apostolos nunciata. Tunc beata, & illustris anima, inter stupendas remuneratoris sui constituta diuitias ineffabilibus reginæ huius verbis vti poterit dicens,Verus est sermo quem audiui in terra mea, maiora sunt opera tua, quàm rumor quem audiui. Quia id quod parat Deus diligentibus se fide non comprehenditur, spe non tangitur, charitate non capitur, desideria, & vota transgreditur.

35 Lib. 4. moralium c. 41. GREGORIVS Magnus docens, qua ratione Sancti in cælo,& sint beati,& memoriam habeant præteritorum delictorum ait: Sicut sæpe nunc tristium læti reminiscimur, ita tunc transactæ nequitiæ, sine læsione nostræ beatitudinis recordabimur. Plerũque enim incolumitatis tempore, ad memoriam dolores præteritos sine dolore reducimus, & quo ægros nos recolimus, eo nos incolumes plus amamus. Erit ergo, & in illa beatitudine culpæ memoria, non quæ mentem polluat, sed quæ nos arctius lætitiæ adstringat, vt dum doloris sui animus sine dolore reminiscitur, & debitorem se medico verius intelligat, & eo magis acceptam salutem diligat, quo molestiæ meminit, quam euasit. In æternum ergo laudes misericordiæ largitori nostro referimus, & nequaquam miseria conscientiæ grauamur, & de hoc dicit Iob, Et seruus liber a Domino suo.

IDEM

36 Hom. 1. in Ezechielẽ to. 2. IDEM sic habet: Deum in hac vita sancti tantum diligere non possunt,quantum debent, quia adhuc non valent videre, quem diligunt, & mensura amoris minor est, vbi adhuc mensura minor est cognitionis. De hoc amore,qui hic incipitur, vt ex visione Domini in æterna *Isa. 31.* patria perficiatur,recte Isaias loquitur, Viuit Dominus cuius ignis est in Sion, & caminus eius in Hierusalem. Plus est autem caminum esse, quàm ignem, quia esse ignis, & paruus potest, in camino autem vastior flamma succenditur. Ex amore ergo Domini in Sion ignis, in Hierusalem caminus, quia hic amoris eius flammis aliquatenus ardemus, vbi de illo aliquid contemplamur, sed ibi plene ardebimus, vbi illum plene videbimus, quem amamus.

37 Serm. 5. in vigilia Natalis Domini. *Isaia 60.* BERNARDVS sic ait: Habet hodie anima fructum suum in sanctificationem, crastina die finem habitura vitam æternam. Tunc videbit maiestatem Dei, & videbit, & affluet, & mirabitur, & dilatabitur cor ipsius. Quousque dilatabitur? Vsque ad videndam maiestatem Dei in se. Nolite arbitrari fratres,quòd illam promissionem verbis vobis explicare possimus. Sanctificamini hodie, & estote pa- *Lucæ 6.* rati, crastina die videbitis, & gaudebitis, & gaudium vestrum implebitur. Quid enim maiestas illa non impleat? etiam superimplebit, & supereffluet, vt supra modum in sublimitate excedat, non modo merita, sed etiam vota. Ibi in Deo bonum est honestum, vtile, & delectabile. Summa vtilitas, summum bonum,summa gloria, summa voluptas, estque Deus omnia in omnibus, omne iucundum, omne vtile, omne honestum.

38 Serm. 2. in festo omniũ Sanctorum. *Psal.114.* IDEM de gloria Sanctorum inchoans sermonem, sic ait. Legimus in Propheta. Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Do- *Psal.123.* minus benefecit tibi, quia eripuit animam meam de morte, oculos meos a lachrymis,pedes meos a lapsu. Et in alio Psalmo. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. Verba perfectæ securitatis, & felicitatis immensæ, vox gratiarum actionis, & lætitiæ, quæ his qui domos habitant luteas conuenire non potest,q.d. Dum in corpore mortis Domino militares, nulla requies erat,tum pro labore certaminis,tum pro periculo exitus adhuc incerti. Hinc excitabat tumultus tentatio num, inde succumbendi metus grauius sollicitabat.In cælesti patria lætantur Sancti pro diebus, quibus humiliati sunt, annis quibus vide- 39 runt mala, cum mira iucunditate considerant pericula, quæ euaserunt, labores quos pertulerunt, certamina quæ vicerunt. Quanta est felicitas eorum, quàm immensa lætitia,qui nimirum triplici gaudio de recordatione transactæ virtutis, de exhibitione præsentis quietis, de certa expectatione futuræ consummationis in iudicio exultant? Dominus benefecit mihi. Audi quàm bene, quia eripuit animam meam de morte, &c. ideſt a peccato omni, & a peccati pœna, & a timore, & periculo recidendi penitus liberauit. Hoc est suauissimum animæ stratum, quod nullis iam lauet, aut riget *Apoc.21.* lachrymis, quando absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eius. Hoc cubile in quo, iam non compungitur, nec conuertitur in æru *Gen. 3.* mna sua, dum configitur spina. Exijt enim de terra illa, quæ spinas, & tribulos ei germinabat. Hoc plane stratum animæ, quod minime *Psal. 40.* iam versatur in infirmitate eius, quoniam vniuersa quæ infirmitatis erant pariter transierunt. Hæc est animæ suauissima, & saluberrima requies, conscientia munda, quieta, secura. Considerat etiam, & multa cum admiratione recogitat, a quibus laqueis, quantisue periculis diuino meruerint auxilio liberari, & exultantes in Domino dicunt. Nisi quia Do- *Psal.123.* minus erat in nobis, cum exurgerent homines in nos,forte viuos deglutissent nos, &c. Torrentem pertransiuit anima nostra, forsitan per transisset anima nostra aquam intolerabilem. Et addunt,Benedictus Dominus,qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.

40 In serm. S. Martini. IDEM loquens de cælesti patria ait. Nonne pie, & fideliter intuentibus nobis vehementissimum quoddam incẽtiuum amoris, & prouocatio flagrantissimi desiderij est visio ipsa tam lucidissimæ regionis? Non sunt stellæ cæli similes glebis terræ, inter splendorem solis, & caliginem soli huius non parua distantia est. Hic nonnulla sunt pulchra, sed mixta non pulchris, vt aurum in luto, gemma in sterquilinio, lilium inter spinas. Tota pulchra es patria mea, & macula non est in te, tota pulchra es, absque eo quod intrinsecus latet. Quid illud? Nempe illi beati spiritus Angelici, & animæ Sanctorum, quæ iam ingredi meruerunt in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei. Non sine causa cælum hoc dicitur, plane eximium nescio quid celatur in eo, quod hic non gustatur.

41 Serm. 4. in Psalmũ qui habitat. IDEM explicans illa verba, Scapulis suis obumbrabit tibi, &c. Hac ratione conuincere vno verbo vult Sanctorum felicitatem in cælo. Si expectatio iustorum lætitia,& tanta lætitia, vt omne quod desideratur in sæculo,non valeat ei comparari, ipsum quod expectatur quid erit? Oculus non vidit, Deus absque te, quæ *Esai.64.* præparasti diligentibus te.

42 In serm. 8. IDEM exponens verba illa. Oculis tuis considerabis, & retributionem peccatorum videbis, quattuor rationibus demonstrat Sanctorum gaudium in cælo. Primo ob tutam euasionem, secundo ob omnimodam securitatem, tertio quoque ob comparationem, quarto ob ipsius iustitiæ perfectam æmulationem. In cælo enim sic iusti gaudent cum gaudentibus, vt flere cum flentibus non possint, quia cum introiero in potentias Domini, memorabor iustitiæ tuæ solius. Ibi enim nulla animi colluctatio, nulla poterit subintrare miseria, aut molestia, vbi impleri oportet, quod scri- *Psal.140.* ptum est. Absorpti sunt iuncti petræ iudices eorum, absorpti plane in affectum iustitiæ, & petræ soliditatem, cui iuncti sunt imitan-

1.Cor.6. 43 tes. Qui enim adhæret Deo vnus spiritus est cum eo.

In libro de diligendo Deo. IDEM de statu Sanctorum in cælo differẽs inquit. Quomodo stilla aquæ modica, multo infusa vino deficere a se tota videtur, dum & sapore vini induit, & colorem, & quomodo ferrũ ignitum, & candens igni simillimum sit pristina propriaque forma exutum, & quomodo solis luce perfusus aer in eandem transformatur luminis claritatem, adeo vt non tam illuminatus, quàm ipsum lumen esse videatur: sic omnem tunc in sanctis humanam affectionem quodam ineffabili modo necesse erit a semetipsa liquescere, atque in Dei penitus transfundi voluntatem. Alioquin quomodo omnia in omnibus erit Deus, si in homine de homine quicquã supererit? Manebit quidem substantia, sed in
Psal. 41. alia forma, alia gloria, aliaque potentia. Quando hoc erit? Quis ista possidebit? Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?

Beatitudinis desiderium grande & efficax in solis iustis est, in quorum bonum illud differt Deus. Cap. II.

1 Hom.1.expositionis primæ in Cantica to. 2. Cant. 1. ORIGENES ait, Vt flagrantissimum desideriũ ostenderet sponsa videndi sponsum in beatitudine dixit. Indica mihi, vbi pascas, vbi cubes in meridie. Non quæro alia tempora, quando vespere quando diluculo, quando in Solis pascis occubitu. Illud tempus inquiro, quando in florente die, quando plena luce in maiestatis tuæ splendore versaris. Nisi enim tu mihi anuntiaueris, incipio errabunda iactari.

2 In libro cui titulus est de regulis fusius disputatis to. 2. BASILIVS in responsione secundæ interrogationis, sic ait. Bonarum & pulchrarum rerum naturaliter cupidi sumus. Quid igitur diuina pulchritudine magis admirandum est. Quæ notio magnificentia Dei gratior? Quale animæ desiderium ita acre, & intolerabile est, velut, quod a Deo animæ ab omni vitio purgatæ accedit, & ei quæ ex vero affectu dicit, Sauciata sum ego dilectione? Ineffabiles penitus sunt, & inenarrabiles diuinæ pulchritudinis fulgores. Non declarat oratio, non suscipit auris, etiamsi luciferi splendores dixeris, & solis lumen, & lunæ claritatem, omnia vilia sunt ad cõparationem gloriæ. Quàm profunda nox tristis, atque illunis a clarissima meridie, amplius deficiens a veræ lucis collatione. Hæc pulchritudo carneis quidem oculis conspici non potest, verum a sola anima, ac mente comprehenditur, quæ si forte aliquem Sanctorum circumfulsit, & intolerabilem desiderij stimulum
Psal.119. in ipsis reliquit, mærentes illi ad præsentem vitam dixerunt. Heu mihi, quia cohabitatio mea
Psal.41. 3 elongata est, quando veniam, & videbo faciem
Phil. 1. Dei. Et discedere, & esse cũ Christo multo magis præstat, &, Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuũ, & Nunc dimittis seruum tuum Domine, velut carcere hac vita grauati, ita ægre contineri impetus eorum potuit, quorum animas diuinũ desiderium attigit, qui sane ob insatiabilitatem speculationis diuinæ pulchritudinis, preces ad omnem æternam vitam fuderunt, vt coextenderetur speculatio iucunditatis Domini. Sic quidem igitur naturaliter cupidi sunt rerum pulchrarum homines, proprie autem pulchrum, & dilectum est bonum, bonus autem est Deus, bonum autem omnia appetunt Deum ergo omnia appetunt, nisi ex peruersitate homo ab hac rectitudine sit alienus. *Ibid.* *Lucæ 2.*

In proemio citati libri. IDEM ostendit, quod efficax desiderium beatitudinis in solis iustis, qui recte viuunt inuenitur. Et ait. At nos regnum cælorum concupiscere nos dicimus, verum eorum per quæ ipsum assequi licet, nullam curam habemus. Sed nullum laborem pro mãdato Domini subeuntes, æquales honores, ac præmia cum his, qui vsque ad mortem peccato restiterunt, invanitate mentis nostræ nobis compromittimus. Quis in tempore sementis domi desidens, aut dormiens instante messe sinum manipulis implebit? Quis vindemiabit vineam, non a se plantatam? Illorum sunt fructus, quorum & labores, præmia & coronæ eorum, qui vicerũt sunt. Quis coronat eum, qui neque exuit se contra aduersarium? Quando non vincere oportet solum, sed etiam legitime decertare.

4 Homil.3. in Genesim tom. 1. CHRYSOSTOMVS, Occasione Abrahæ, cui Deus dixerat, Semini tuo dabo terram hanc, & alias promissiones semel, atque iterũ fecit, quas Deus distulit annis multis, vt constat Geneseos 16. cap. vbi dicit, quòd rogatus a Sara vxore sua dormiuit cum Agar post annos decem, quàm habitare cœperat in terra Chanaan ostendit, quomodo in bonum Patriarchæ Deus distulit promissiones. Nam quia plurimum ei curæ sunt famuli sui, non ita simpliciter in eos conferre beneficia, sed simul etiam claros facere, fidemque ipsorum omnibus manifestare vult. Si enim statim, vt promisit se daturum terram hanc semini eius, aperuisset vuluam Saræ, & successores dedisset pueros, nõ tam clara apud ombes fuisset virtus iusti. Et vt scias, quòd Deus non solum benefacere vult & dona sua dare, sed solitus sit sua beneficia accepturos, facere clariores. Vide quomodo hoc, & in Chananæa faciat, & idcirco cessat, *Matt. 15.* & differt, vt non solum petitionem illius exaudiat, sed & vt illam ipsam in toto orbe nobilem faciat.

5 Hom. 6. in Genesim eod. to. IDEM exponens verba cap. 47. quæ dixerat Iacob Pharaoni, Dies peregrinationis vitæ meæ centum triginta annorum sunt praui, & mali dicit. Vide quomodo omnes iusti in hac vita ita affecti sunt. Audies enim & Dauid post hæc dicentem. Aduena ego sum apud te & peregrinus, sicut omnes patres mei. Et Paulus *Psal. 38.* dicebat de iustis illis, quòd confitentes erant, *Heb. 11.* quia peregrini & hospites sunt super terram. Qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere, qui meliorem appetunt patriam, id est cælestem. Sancti ergo confitentes se peregrinos, ostendunt ipsis inesse ingens beatitudinis desiderium, qua fruentur in cælesti patria.

6 Homil.in Psal.33.eo. to. IDEM in expositione illorum verborum. Quis est homo qui vult vitam, & cupit videre dies bonos, sic ait. Sermo diuinus qui discutiẽs corda vniuersorum, clamabat bonis, malisque. Quis est homo qui vult vitam? Iste offerens tantum munus, tantam lætitiam exoptatam toti generi humano, quasi omnes vna voce exilistis ad interrogationem hominis Dei dicẽtes. Ego. Sed qui vult viuere, audiat præceptum. Ergo cum interrogaret iste ore prophetico cuncta corda, & conueniret omnes aures, & pulsaret omnium conscientias dicens. Quis est homo qui vult vitam? & respõdentibus non in lingua, sed in conscientia, voluntateq. desiderij, Ego, subsecutus adiunxit. Et cupit videre dies bonos? Ad quæ talis interrogatio. Nam quid dixit: Quis est homo qui vult vitam, & cupit videre dies bonos? Vtrumque desiderabile promissum ostẽdit, sed audi sequentia, si vis videre vitam, si vis inuenire dies bonos, cohibe linguã tuam a malo. Eia fratres mei hic modo respondere volo. Quanti modo dicunt nolo, qui dicebant volo. Qui veterauerunt in detractionibus, qui mordent & comedunt humanas carnes, detrahendo &c. quomodo dicunt, volo, perseuerantes in malo? Ex quibus constat solos iustos beatitudinem appetere efficaciter, non malos, etsi id falso sibi persuadeant.

7 In prologo super Ioannem to. 3. IDEM ait. Neminem noui qui in præsentia, ad cælum euolare nollet, re tamen ipsa volũtatem oportet confirmare. Si quidem mercator ditescere cupit, non tamen eius animus soli acquiescit cupiditati, sed nauem parat, nautas cogit, hortatur gubernatorem & alia, quæ nauigationi opus sunt, diligenter disponit. Aurum præterea mutuatur, maria traijcit, & innumeris periculis, quibus se mari credentes iactari consueuerunt, se exponens, peregrinas appellit terras. Itidem & nos oporteat voluntatem rei applicare, nauigamus namque a terra in cælũ. Quare tota mente intendamus ad eam gubernationem quæ nos superne erigat, & nautas rationi obsequentes, & nauem nobis firmam comparemus, quæ leuis, & expedita ad superna euadat.

8 Homil. 24. super epist. ad Hebr. to mo 4. IDEM sic habet. Loquens de iustis veteris testamenti, qui peregrini vocantur a Paulo, & hospites in terra. Prima virtus est, & tota virtus peregrinum esse mundi huius, & hospitem, & nihil commune habere cum rebus huius sæculi, nos vero sicut huius mundi ciues viuentes, ita cuncta in hac vita negociamur, & quod erant iusti mundo, hoc est peregrini & mortui, hoc sumus nos cælo, quod autẽ erant illi cælo, hoc est viuentes & ciues, hoc sumus nos mũdo, quia proposito nobis cælesti fructu, & gaudio, nos terrenis inhiamus, & a terrenis nolumus abscindi. Peregrini dicebantur sancti in hoc mundo. Nihil enim conspiciebant in eo eorum quæ volebant, sed omnia peregrina & aliena.

Quomodo inquis peregini erãt? Non erat diligentia eorum circa ea quæ huius mundi sunt, & hoc non verbis solum, sed etiam rebus ipsis, & operibus demonstrabant. Quomodo? Dixit *Gen. 12.* Deus Abrahæ. Egredere de terra tua, & veni 9 ad alienam terram, & non est retentus amore propriorum, sed sicut peregrinus egressurus de aliena terra, sic sine aliqua compassione illam patriam dereliquit, sola ea quæ ad supernam pertinent ciuitatem gerebat. Quid autem Iacob, nonne panem tantum quærebat, & vestimentum, quæ pertinent ad peregrinos, qui in paupertatem deueniunt multam? Hæc autem inquit, dicebant patriam quærentes. O quanta differentia! Illi quidem parturiebant per singulos dies, liberari volẽtes de hac vita, & ad suam patriam remeare, nos autem e contra facimus? Illi patres festinabant, Paulus autem & congemiscebat. Nos ipsi inquit, ingemiscimus gra- *1.Cor.5.* uati, si tales fuerimus, cælestem desiderantes patriam non erubescet Deus vocari Deus noster, subinfert Paulus, quia ipse dixit Deus Abrahã, *Matt. 22.* Deus Isaac, & Deus Iacob, qui nõ est Deus mor- *Exo. 3.* tuorum, sed viuentium.

10 Epist 27. ad Eustochiũ virgine epitaphiũ Paulæ eius narrãs laudes. to. 1. HIERONYMVS sic ait. Cinerem sicut panem manducabat, & potionem suam cum fletu miscebat, dicens: Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, vt in æternum pane angelorum vesceretur. Læta cantabat sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Sentiebat prudẽtissima feminarum adesse mortẽ, & nihilominus quasi ad suos pergeret, alienosq. desereret, illos versiculos susurrabat. Domine dilexi decorem do- *Psal. 25.* mus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ, & Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutũ, *Psal. 83.* concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini, & elegi abiecta esse in domo Domini, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorũ. Post hæc obmutuit & clausis oculis, quasi iam mortalia despiceret vsque ad expirationem animæ eosdem repetebat versiculos, vt quod dicebat, vix audire possemus.

11 In expositione Psal. 41. to. 8. IDEM explicans illa verba. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ait. Mos est cerui, vt inuentum serpentem naribus hauriat, & post hæc exardescẽs extinguat sitim. Ergo homo Ecclesiæ quamdiu in actu venenoso degebat, desiderat venire ad Christum, in quo est fons luminis. Sed & si quis hodie nostrum extinctis vitijs ignescat in desiderium diuinæ contemplationis, potest & ipse dicere. Quia desiderat anima mea ad te Deus. Hoc est relicto sæculo, ad te desidero transire. Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum, quando veniã & apparebo ante faciem Dei mei. Ac si diceret, quando erit tempus, vt illa gloria qua efficiuntur Sancti conformes gloriæ tuæ, ego in claritate cum illis appaream? Vel quando veniam, ideſt, quando erit illud tempus, quo Ecclesia vult dissolui a corpore, & esse cum Christo? Et parebo ante faciem Dei mei, ideſt ante conspectum diuinitatis, & tunc videbimus eum

sicuti

ſicuti eſt. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dū dicitur mihi quotidie, Vbi eſt Deus tuus. Fletus ac gemitus erant mihi, & lamentatio ob deſiderium tui.

12 In expoſitione 2. capitis Pauli ad Epheſios. IDEM explicans iſta verba, cum eſſemus mortui peccato, viuificauit nos in Chriſto, & conreſuſcitauit, & conſedere fecit in cæleſtibus in Chriſto Ieſu, ſic habet. Quæritur quomodo Deus qui nos ſaluos fecit, & ſuſcitauit, ſimul fecerit ſedere cum Chriſto. Sed dicendum, iam ſanctos ſedere & regnare cum Chriſto, quia habent conuerſationem & ſpem in cæleſtibus fixam. Quia vbi theſaurus noſter eſt, ibi eſt & cor noſtrum, ibiq. firmi & ſtabiles ſedemus cū Chriſto, vt ſic oſtēderet Deus in ſæculis ſuperuenientibus, abundantes diuitias gratiæ ſuæ in bonitate ſuper nos &c.

Matt. 6. Epheſ. 2.

13 Lib. de ſpiritu & anima to. 3. AVGVSTINVS ſic habet: Vos igitur qui meruiſtis conſortes fieri ſupernorum ciuiū, & perfrui æternæ claritatis gloria, orate pro me ad Dominum, vt educat me de iſto carcere, in quo teneor captiuus & ligatus, ad Deum enim ſolū ſuſpenſa eſt anima mea, a quo formata eſt. *Infra.* Sæpe beatitudinis bona ingentia meditor, illuc aſcendere nitor, ſuſpiro, frendo, precibus, votis ibi tendo, atque modo miro quæ ſint ibi, quantaq. gyro. Mens hæret Chriſto, cor delectatur in iſto, iam tanto dulcius, quanto ſæpius, auiditate quidem multa, ſed ſatietate nulla, nulla tam rara eſt hora, & tam breuis mora. O ſi vmquam in pace in idipſum dormiā, & requieſcam, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Si vmquam videre potero illum tam deſiderabilem, in quem deſiderant angeli proſpicere, vt poſſim dicere. Ecce quæ concupiui video, quē optaui iam teneo, quando veniam & apparebo ante faciem Domini ad vidēdum eum in bonitate electorum ſuorum, ad lætandum in lætitia gentis ſuæ, vt laudetur cum hereditate ſua: quando videbo ciuitatem illam, de qua dictum eſt. Plateæ tuæ Hieruſalem ſternentur auro mundo, & in te cantabitur canticum lætitiæ, & per omnes vicos tuos ab vniuerſis dicetur Halleluia. O ciuitas ſancta, ciuitas ſpecioſa, de longinquo te ſaluto, ad te clamo, te requiro. Deſidero enim videre te, & requieſcere in te, ſed non ſinor carne retentus. O ciuitas deſiderabilis! Muri tui lapis vnus, cuſtos tuus ipſe Deus, ciues tui ſemper læti, ſemper enim gratulantur in viſione Dei. Non eſt in te corruptela, nec ſenectus, non eſt in te heri, nec heſternum, ſed eſt idem hodiernum. Glorioſa dicta ſūt de te ciuitas Dei, Sicut enim lætantium omnium habitatio eſt in te, vbi iam deſiderium omne tranſit in gaudium.

Pſal. 4. Pſal. 41. Tob. 13. Pſal. 86.

14 In expoſitione Pſal. 41. Quēadmodum deſiderat cervus &c. to. 8. IDEM ſic habet: Sitiuit anima mea ad Deum viuum. Quid ſitiuit? Quando veniam & apparebo ante faciem Domini. Hoc eſt quod ſitio, venire & apparere. Sitio in peregrinatione, ſitio in curſu, ſatiabor in aduentu. Sed quando veniam? Et quod citius eſt Deo, tardum eſt deſiderio. Quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Ex illo deſiderio eſt, & hoc quod clamabat alibi. Vnam petij a Domino hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini per omnes dies vitæ meæ? Quare hoc? Vt contempler, inquit, delectationem Domini. Quando veniam & apparebo ante faciem Domini? Interim dum meditor, dum curro, dum in via ſum, antequam appaream fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, cum dicitur mihi per ſingulos dies, Vbi eſt Deus tuus. Non amaritudo, ſed panes ſuaues erant mihi ipſæ lachrymæ, ſitienti mihi illum fontē, quem quia bibere nondum poteram, auidius meas lachrymas manducabam. Non enim dixit, Factæ ſunt mihi lachrymæ meæ potus, ne ipſas deſideraſſe videretur, ſicut fontes aquarum, ſed ſeruata illa ſiti, qua rapior, qua inardeſco ad fontes aquarum, panes mihi factæ ſunt lachrymæ meæ dum differor, & vtique manducando lachrymas ſuas ſine dubio plus ſitit ad fontes. Die quippe ac nocte facti ſunt mihi lachrymæ meæ panes. Cibum iſtum qui panis dicitur die comedunt homines & nocte dormiunt, panis autem lachrymarum die ac nocte comeditur, ſiue totum tempus accipias diem & noctem, ſiue diem intelligas pro huius ſæculi aduerſitate. Siue, inquit, in proſperis rebus huius ſæculi, ſine in aduerſis, ego deſiderij mei lachrymas fundo, ego deſiderij mei auiditatem non deſero. Et cum in mūdo bene eſt, mihi male eſt, antequam apparebo ante faciem Dei. Quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me? Et quaſi reſponderet illi anima eius in ſilentio, quare conturbo te, niſi quia nondum ſum ibi, vbi eſt dulce illud, quo ſic rapta ſum quaſi per tranſitum? Numquid iam bibo de fonte illo, nihil metuens, iam nullum ſcandalū pertimeſco, iam de cupiditatibus omnibus tamquam edomitis, victiſq. ſecura ſum? Non vis vt conturbem te poſita in ſæculo, & peregrina adhuc a domo Dei mei? Spera in Deo, etenim primitias ſpiritus habētes intra nos ipſos gemimus adoptionem filiorum Dei, expectantes redemptionem corporis noſtri. Hoc nondum eſt, nondum ſumus in domo Domini, ſed confitebor Domino meo in ſpe, & dico illi. Salus vultus mei Deus meus, ſpe enim ſalui facti ſumus &c.

Pſal. 41. Rom. 8. Ibidem.

16 In expoſitione Pſal. 83. Quām dilecta &c. eod. to. IDEM: Quām amabilia (inquit Auguſtinus) ſunt tabernacula tua Domine virtutum. Erat in torcularibus, ſed deſiderabat regius vates alia tabernacula, vbi nulla preſſura eſt. In his illuc ſuſpirabat: Concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini. Parum eſt, concupiſcit & deficit. Sed quo defecit? In atria Domini. Hic deſideratur, ibi capitur, hic ſuſpiratur, ibi gaudetur, hic gemitur, ibi exultatur, hic oratur, ibi laudatur. Concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini; non enim habet quod deſiderat. Sed numquid ſine gaudio eſt? Spe gaudentes, ait Paulus. Ibi iam re gaudebit, modo adhuc ſpe. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuū, de ſpe videndi Deū. Altaria tua Domine virtutum rex meus & Deus meus. Hic nidus eſt, & hic peregrinatio, hic ſuſpiriū, & hic tritura & preſſura. Quid eſt autem quod deſiderat? quid concupiſcit? quo tendit deſiderium

Rom. 11. Pſal. 83. Ibidem.

rium noſtrum? quo nos rapit? Hic poſitus illa meditatur, ſuſpirans in ſuperna promiſſa, quaſi quid ibi acturus iam præmeditatur gaudia futura.

17 In expoſit. Pſalmi 86. Fūdamenta eius &c. eo. tomo. IDEM ſic ait: Ciuitas quædam in iſto Pſalmo cantata eſt & commendata, cuius ciues ſumus chriſtiani, & vnde peregrinamur quamdiu mortales ſumus. Rex ipſius ciuitatis ſe fecit viam, vt ad ciuitatem perueniremus. Ambulantes ergo in Chriſto, & adhuc peregrinantes, & ſuſpirantes deſiderio cuiuſdam ineffabilis quietis, quæ habitat in illa ciuitate, ambulantes ſic cantemus, vt deſideremus. Nam qui deſiderat, & ſi lingua taceat, corde cantat. Videte quomodo erant amatores huius ciuitatis ardētes, illi ipſi per quos hæc dicta ſunt, quanto affectu iſta cantata ſunt! Affectum iſtum generauit in eis amor ciuitatis. Hoc ergo ſpiritu feruentes dixerunt, Fundamenta eius in montibus ſanctis. Nihil de illa adhuc dixerat Pſalmus, hic incipit, & ait. Fundamenta eius. Cuius fundamenta? Repletus ergo Spiritu ſancto ciuis iſte, & multa de amore & deſiderio ciuitatis huius voluens ſecum, tamquam plura intus apud ſe meditatus erupit in hoc: Fundamenta eius in montibus ſanctis. Quaſi iam de illa dixerit aliquid, quomodo de illa nihil dixerat, qui nūquam de illa corde tacuerat? Multa de illa in ſilentio parturiens, & clamans ad Dominum, erupit etiam in aures hominum, Fundamenta eius in montibus ſanctis, illius ſcilicet ciuitatis Sion cæleſtis, cuius portas diligit Dominus ſuper omnia tabernacula Iacob.

18 In concione 20. ſuper Pſal. 118. IDEM exponens illa verba, Defecit in ſalutare tuum anima mea, ſic ait: Bonus eſt iſte defectus, indicat enim deſiderium boni, nondū quidem adepti, ſed auidiſſime concupiti. Sed quis hoc dicit, niſi genus electorum, regale ſacerdotium, gens ſancta? Ab origine generis humani vſque ad huius ſæculi finem deſiderant ſancti Chriſtum, teſte Simeone, qui cum eum infantem accepiſſet in manus dixit. Nunc dimittis ſeruum tuum Domine &c. Acceperat enim reſponſum a Spiritu ſancto non viſurum ſe mortem, niſi videret Dominum. Quale autē deſiderium fuit in iſto ſene, tale fuiſſe credendum eſt in omnibus ſuperiorum tēporum Sanctis. Nec tunc ergo quieuit hoc deſiderium ſanctorum, nec nunc quieſcit in Eccleſia vſque ad terminum ſæculi, donec veniat deſideratus cunctis gentibus. Hoc itaque deſiderium, de quo nunc agimus, de dilectione conſurgit manifeſtationis eius. Prima enim tempora Eccleſiæ ante Virginis partum, Sanctos habuerunt qui deſiderarent incarnationis eius aduentum, iſta vero tempora, ex quo aſcendit in cælū, Sanctos habent qui deſiderent eius manifeſtationem ad viuos & mortuos iudicandos. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum dicentes, Quando conſolaberis me. Ecce rurſus in oculis, ſed vtique inferioribus laudabilis & felix ille defectus, nō veniens ex infirmitate animi, ſed ex fortitudine deſiderij in promiſſum Dei. Quomodo autem tales oculi dicunt, Quando conſolaberis me, niſi cum tali intentione & expectatione oratur, & gemitur? Lingua enim loqui, non oculi ſolēt, ſed oculorum quodammodo vox eſt deſiderium mentis. Verum in eo quod ait, Quando conſolaberis me, tamquam moras ſe perpeti oſtendit. Vnde & etiam illud, Sed tu domine vſquequo? Quod aut ideo fit vt dulcior veniat dilata iucūditas, aut iſte ſenſus eſt deſiderantium, cum ſpatium temporis, etiam quod ſubuenienti breue eſt, longum eſt amanti.

Luc. 2.

19 Tract. 4. ſuper primā canonicam Ioannis to. 9. IDEM ſic ait: Tota vita chriſtiani boni, ſanctum deſiderium eſt. Quod autem deſideras nondum vides, ſed deſiderando capax efficeris, vt cum venerit quod videas, implearis. Sicut enim ſi velles implere aliquem ſinum, & noſti quàm magnum eſt, quod dabitur, extendis ſinū vel ſacci, vel vtris, vel alterius rei, & extendendo facis capaciorem, ſic Deus, differendo extendit deſiderium, deſiderando extendit animum, extendendo facit capaciorē. Deſideremus ergo fratres, quia implendi ſumus. Videte Paulum extendentē ſinū, vt poſſit capere quod vēturum eſt, ait: Non quod iam acceperim, aut iam perfectus ſim fratres, ego me non arbitror comprehendiſſe. Quid ergo agis in hac vita ſi nondum apprehendiſti? Vnum autem quæ retro oblitus, in ea quæ ante ſunt extentus, ſecundum intentionem ſequor ad palmam ſupernæ vocationis. extentum ſe dixit, & ſecundum intentionem ſequi ſe dixit, minorem ſe ſentiebat ad capiendū, quod oculus non vidit, nec in cor hominis aſcēdit. Hæc eſt vita noſtra, vt deſiderando exerceamur.

Philip. 3. 2. Cor. 2.

20 In lib. Soliloquiorum eod. to. IDEM ſic habet. Gratias tibi ago lumen meum, ecce video, ſed per ſpeculū in ænigmate, ſed quando facie ad faciem? Quando veniet dies lætitiæ & exultationis, in qua ingrediar in locum tabernaculi admirabilis vſque ad domū Dei, vt videam videntem me facie ad faciem, & ſatietur deſiderium meum? Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontem acquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus, Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam, & apparebo ante faciem tuam? O fons vitæ, vena aquarum viuentium, quando veniam ad aquas dulcedinis tuæ, de terra deſerta, inuia, & inaquoſa, vt videam virtutem tuam, & gloriam tuam, & ſatiem ex aquis miſericordiæ tuæ ſitim meam? Sitio Domine, fons vitæ ſatia me, ſitio Domine, ſitio te Deum viuum. O quando veniam & apparebo Domine, ante faciem tuam? Putasne videbo diem illam, diem quam fecit Dominus, vt exultemus & lætemur in ea? O dies præclara & pulchra, in qua audiam vocem exultationis, in qua audiam, Intra in gaudium Domini tui. O gaudium ſuper gaudium, gaudium vincens omne gaudium, extra quod non eſt gaudium, quando intrabo in te, vt videā Dominum meum, qui habitat in te? Ibo & videbo viſionem hanc magnam. Quid eſt quod me detinet? Heu me quia incolatus meus prolongatus eſt. Heu me quamdiu dicetur mihi, Vbi eſt Deus tuus? Quamdiu dicetur mihi, expecta, reexpecta? Et nunc quæ eſt expectatio mea? Non-

Pſal. 119. Iſa. 28.

ne

Philip. 3. ne Domine Deus meus? Saluatorem expectamus Dominum nostrũ, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Veni Domine, & noli tardare. Expectamus Dominum quãdo reuertatur a nuptijs, vt inducat nos ad suas nuptias. Veni, & educ vinctos de carcere, vt lætemur corã te corde perfecto. Veni Saluator noster, veni desideratus cunctis gentibus, ostende faciem tuam, & salui erimus. Quamdiu miser iactabor in fluctibus mortalitatis meæ clamans ad te Domine, & non exaudis? Audi clamantem Domine de hoc mari magno, & deduc me ad portum felicitatis æternæ. Infelices quorum est vita in exilio, via in periculo, adhuc in pelagi fluctibus versamur, suspirantes ad te portum maris. O patria nostra, patria secura, a longe te videmus, ab hoc mari te salutamus, ab hac valle ad te suspiramus, & nitimur cum lachrymis, si quomodo ad te perueniamus. Et tu Domine Deus meus non me permittas amplius ex vno distrahi in multa, sed collige me de exterioribus ad me, de me

Luc. 12.

Psal. 26. ad te, vt dicat tibi semper cor meũ, Exquisiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram.

Psal. 104. Lætetur cor quærentium Dominum, sed multo magis cor inuenientium. Quæram ergo semper ardenter & indesinenter faciem tuam, si quando tandem aperiatur mihi ostium, & por-

22

Matt. 25. ta iustitiæ, vt intrem in gaudium Domini mei. En ad ostium tuum summe pater familias mendicus pulso, iube a periri pulsanti. Pulsant enim ad ostium tuum pater misericordiarum desideria rugientium præcordiorum meorum, & clamores lachrymarum oculorum meorum. Ante te est omne desiderium meũ, & gemitus meus a te non est absconditus. Pater misericordiarum audi eiulatum pupilli tui, & porrige manum tuam optimam adiutricem, vt retrahat me de profundis aquarũ, & de lacu miseriæ, & de luto fecis, vt euadam ad te Dominum Deum meum, vt videam diuitias regni tui, & intuear faciem tuam semper.

23

Lib. 8. Moral. cap. 15. to. 1. GREGORIVS Magnus exponens verba illa Iob cap. 7. Desperaui nequaquam vltra iam viuam, sic ait. Sunt nonnulli iustorum, qui sic cælestia appetũt, quòd habere de exterioribus consolationem nolunt, qui internis gaudijs dum mente appropiant vitã, in se funditus corporeæ delectationis necant. Horum vocem

Psal. 83. Psalmista expresserat, cum dicebat. Cõcupiscit & deficit anima mea in atria Domini. Concupiscunt enim, sed non deficiũt, qui iam quidem cælestia appetunt, sed adhuc tamen a terrenorum delectationibus non lassantur. Concupiscit vero, & in atrio Dei deficit, qui cum æterna desiderat, in amore temporalium non perdurat. Horum igitur numero sanctus vir, diuisa a terrenis desiderijs mente, se inserit, qui ait. Desperaui nequaquam vltra iam viuam. Iusti quippe desperare, est præsentis vitæ bona æternitatis electione deserere, & in rebus temporalibus fiduciam non habere. Ex quo vides insolis iustis desiderium beatitudinis esse efficax, propter quod bona temporalia paruifaciunt.

24

Lib. 9. Moral. cap. 15. IDEM exponens illa verba quæ dixit Iob cap. 9. Si flagellat, occidat semel, & non de pœnis innocentium rideat, sic habet. Cunctis liquet, quod omne desiderium pœna est, cum differtur, Salomone attestante, qui ait. Spes quæ

Prou. 13. differtur, affligit animam. Pœnæ innocentium sunt desideria iustorum. Quousque ergo electorum suorũ vota Dominus non compatiẽs distulit, quid aliud quàm quòd innocẽtum pœnas risit? Itaque vir sanctus votorum suorum dilationem grauiter tolerans, dicat. Si flagellat, occidat semel &c. Vel certe si risum Dei eius lætitiam appellat, de innocentum pœnis ridere Dominus dicitur, quia quo a nobis ardentius quæritur, eo de nobis suauius lætatur. Quasi quoddam quippe ei ex pœna gaudium facimus, cum per sancta desideria pro eius nos amore castiga

Psal. 117. mus. Hinc Psalmista ait. Constituite diem solemnem in confrequentationibus (vel condensis, vt vulgata habet lectio) vsque ad cornu altaris. Solemnem namq. Domino diem in confrequentationibus constituit, qui se assidue in eius desiderio affligit. Qui nimirum solemnitatis dies vsque ad altaris cornu tẽdi præcipitur, quia tamdiu necesse est, vt quisque se afficiat, quousque ad superni sacrificij altitudinẽ, ideſt ad æterna gaudia perueniat. Iustus igitur vir, quia impleri desiderium suum appetit non differri, humiliter dicit, non de pœnis innocẽtum rideat, ac si diceret vota nostra libenter accipiens vltra non differat, sed ostendendo exhibeat eum, qui nos in sua expectatione castigat. In quibus verbis vides ingens iustorum desiderium circa beatitudinem, & quàm Deo sit gratum, & plausibile, vtpote quod risum ei generat & lætitiam.

25

Lib. 18. Moral. cap. 19. IDEM exponens illa verba cap. 28. Lapidem quoque caliginis, & vmbram mortis diuidit torrens a populo peregrinante. vbi per hæc duo nomina, lapidem caliginis, & populum peregrinantem iustos intelligit, ac peccatores. iustos vocans populum peregrinantẽ & viros sanctos, ait. Quis in hoc mundo peregrinatur, nisi qui ad sortem electorum currens, habere se patriam nouit in cælestibus, & tanto magis se illic sperat inuenire propria, quanto hic cuncta quæ prætereunt esse a se putat aliena. Peregrinus itaque est populus, omnium numerus electorũ, qui hanc vitam, quoddam sibi exilium deputantes, ad supernam patriam tota cordis intentione suspirant. De quibus Paulus dicit, Confitentes, quia peregrini sunt, & hospites super terrã.

Heb. 11. Qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere. Huius peregrinationis ærumnam satagebat euadere, cum dicebat. Desiderium

Phil. 1. habeo dissolui, & esse cum Christo. Et rursus. Mihi viuere Christus est, & mori lucrum. Huius petegrinationis pondus graue sentiebat

Psal. 119. Psalmista, cũ diceret. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est, habitaui cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea. Ab hac eripi quantotius anhelabat cum supernis

Psal. 41. desiderijs flagrans diceret. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam, & apparebo

parebo ante faciem Dei? Sed hoc desideriũ nesciũt, qui cor in terrenis voluptatibus defigũt.

26

In expositione tertij Psalmi, qui cõmuniter dicitur Pœnitentialis to. 2. IDEM exponens illa verba. Domine ante te omne desiderium meum, & gemitus meus a te non est absconditus, sic habet. Tale est desiderium meum, vt dignum sit in conspectu tuo. Quia enim requiẽ, pro qua semper est orandũ, desidero, esse coram te desiderium meum confido.

Psal. 37. Sancti viri quia mundi gloriam contemnentes, supernæ claritatis lumine illustrari solummodo cupiunt, diuinæ maiestatis cõspectui semper assistunt. Et quia quàm dulcis est Dominus interius sentiunt, numquam ab eo per prauæ voluntatis studium recedunt. Qui autem Deum desiderat, ad ipsum cordis voce clamare non cessat. Et nota. Omne desiderium meum. Non diuisum, sed integrum. Et gemitus meus a te non est absconditus. Omne desiderium in pœnam conuertitur, si non cito euenerit quod optatur. Desiderium enim non sustinet, quia sicut scriptum est, cupiditati ipsa celeritas tarda est, & cupienti animo nihil satis festinatur. Cum ergo dixisset ante te omne desiderium meũ, statim adiecit gemitum dicens, Et gemitus meus a te non est absconditus. Quasi dicat. Quia desiderium quod de te concipio per iudicium approbas, ideo dolorem quem inde sustineo, non ignoras.

27

In festo sancti Martini. BERNARDVS sic inquit. Propterea Deus rectum fecit hominem etiam corpore ipso, & os homini sublime dedit, cum prona vtique spectent animantia cetera terram, vt attollens ad sidera vultus illico suspiret, vbi tam beatam & perennem conspicit mansionem. Nonne enim pie & fideliter intuentibus nobis, vehementissimum quoddam incentiuum amoris, & prouocatio flagrantissimi desiderij, est visio ipsa tam lucidissimæ regionis? Videmus patriam, sed a longe salutamus, odoramus illas delicias, non gustamus.

28

Serm. 21. in Cant. IDEM exponens illa verba Canticorũ 1. Trahe me post te, ait. Beatus cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit in val-

Psal. 83. le lachrymarum, peruenturus quandoque ad te in montibus gaudiorum. Quàm pauci post te o Domine Iesu ire volunt, cum tamen ad te

Psal. 15. peruenire nemo sit qui nolit, hoc scientibus cunctis, quia delectationes in dextera tua vsque in finem. Et propterea volunt omnes te frui, at non ita & imitari, conregnare cupiunt, sed

Num. 23. non compati. Ex his erat ille qui dicebat. Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia. Optabat sibi extrema iustorum, sed non ita & principia. Mortem spiritualium optant sibi etiam carnales,

Psal. 115. quorum tamen vitam abhorrent, scientes pretiosam mortem esse sanctorum, quoniam cum

Psal. 126. dederit dilectis suis somnum, ecce hereditas Domini, & quia beati mortui qui in Domino

Apoc. 14. moriuntur. Non curãt quærere, quẽ tamen desiderãt inuenire, cupiẽtes cõsequi, sed non sequi. Vbi vides quòd in iustis qui coniũgũt bona opera desiderijs, beatitudinis desiderium illud dicitur efficax, non autem in reprobis qui beatitudinem vellent quidem, si absque labore & sudore posset consequi.

29

Serm. 33 in Cant. Psal. 26. IDEM explicans illa verba: Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie, ait. Hanc mansionem optabat, qui dicebat, Vnam petij a Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Et iterum: Domine dilexi decorem

Psal. 25. domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Indica mihi vbi pascas, & vbi cubes. Cubatio enim magnæ securitatis est indicium. Merito ergo sponsa illò suspirat, merito inhiat loco pascuæ simul & pacis, sed quietis, sed securitatis, sed exultationis, sed admirationis, sed stuporis. Nam & me miserum heu, longe agentem, & de longe salutantem! En ipsa eius recordatio ad lachrymas prouocat, iuxta affectionem & vocem dicentium. Super flumina Babylonis

Psal. 136 illic sedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. Quis non illic vehementer cupiat pasci? Nihil ibi formidatur, nihil fastiditur, nihil deficit.

In sermone IDEM exponens illa verba. Vox turturis audita est in terra nostra, sic ait. Vbi regni cælorum promissio facta est, tunc intellexerunt homines se non habere hic ciuitatem manentem, sed futuram inquirere tota auiditate cœperũt, & tunc primum manifeste sonuit in terra vox turturis. Nam dum sancta quæque iam 30 anima Christi præsentiam suspiraret, regni dilationem moleste ferret, desideratam patriam gemitibus & suspirijs a longe salutaret; nonne tibi videtur voce fungi gemebundæ ac castissimæ turturis, quæcunque anima in terris ita fecisset? Quidni moueat mihi crebras lachrymas & gemitus quotidianos Christi absentia. Domine ante te omne desiderium meum, & gemitus

Psal. 37. meus a te non est absconditus. Laboraui in gemitu meo tu scis. Non solum autem mihi, sed & omnibus qui diligunt aduẽtum tuum, gemitus isti cõperti sunt. Ablato enim sponso filios spõsi lugere necesse est. Nam & ipsa creatura ingemi

Matt. 9. scit & parturit vsque adhuc, nõ solum autẽ illa, sed & nos primitias spiritus habentes intra nos

Rom. 8. ipsos gemimus adoptionẽ filiorũ Dei, expectantes redẽptionem corporis nostri. Nec vacui gemitus, quibus e cælo tam misericorditer respondetur propter miseriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus.

Beatitudinis assidua meditatio, & desiderium ad multa vtile est, si tamen propinqua, & in tanuis consideretur. Cap. III.

Homil. 1. in Psalm. 1. to. 1. BASILIVS sic habet. Beatus vir qui non abijt in consilio impiorum &c. Architecti ædificiorum magnitudines in altum ducentes, correspondentia altitudini fundamenta subijciunt, & nauium structores onerariam nauem ingentibus 1

bus oneribus vehendis destinatam constructuens, conuenientem mercium vehendarum oneri carinam supponunt. Et in animalium generatione cor primum a natura quasi fundamentum iactum, conuenientem futuro animali constitutionem a natura accipit. Quod igitur fundamētum est in domo, & in naui carina, & in corpore animalis cor, eam vim videtur mihi habere breue hoc verbum, & proœmium ad totam Psalmorum structuram. Quandoquidem enim multa & laboriosa, & infinitis sudoribus ac laboribus referta, in sermonis progressu admonituros est eos, qui in pietatis cultu decertant, anteuertens felicem finem ostendit, quo ob spem bonorum repositorum vitæ molestias citra molestiam perferamus. Sic etiam viatoribus asperum iter euntibus, hospitium commodum expectatum laborem leuat; & cupiditas mercium facit, vt mercatores mare transire audeant; & spes fertilitatis agricolarum labores suffuratur & subleuat. Quapropter magnus ille doctor spiritus veritatis, sapienter & artificiose mercedē proposuit, quo oculis vltra labores qui in manibus sunt transmissis, mente ad repositorum bonorum fruitionem festinemus. Quapropter regius Vates vt beatitudinis cōsideratione difficilia nos non terrerent, dixit, Beatus vir qui non abijt in consilio impiorum &c.

2 In hom. 24. quæ est ad adolescentes. quomodo ex gentium doctrinis proficiant to. 1.

IDEM refert ex Theognide Sophista factū, quod mouit Herculem in adolescentia, vt virtutis iter laboriosum aggrederetur, quod contigit in hunc modum. Cum valde iuuenis esset Hercules, deliberaretq. vtram viam pergeret, hanc ne quæ per labores ad virtutem ducit, aut alteram illam facillimam, accessisse ad illum duas mulierculas, easq. fuisse virtutem ac vitiū, & statim quidem ipsas etiam tacentes, ab ipso habitu diuersita tem manifestasse, fuisse autem alteram nempe vitium ad pulchritudinē exornatam, & præ delicijs diffluxisse, & omnem voluptatis gregem ex sese appensum duxisse. Hæc ipsa igitur ostentasse & adhuc plura his promisisse. & Herculem ad se ipsam trahere conatam esse. Alteram vero macram ac squallidam fuisse, & intentos oculos habuisse, ac talia quædam contradixisse. Nihil enim remissum ac dissolutum promisisse, neque quicquam iucundum, sed sudores infinitos ac labores & pericula per totam terram ac mare subeūda, præmium autem horum esse, deum fieri, velut ille, inquit, atque hanc ipsam etiam morientem Herculem insecutum esse. Qua ratione cōuictus virtutis iter asperum arripuit ex cognitione præmij consequendi, vt hinc colligas beatitudinis cognitionem veram ad virtutem sequendam multum vtilitatis habere.

3 Hom. 28. in Epistola ad Hebr. to. 4. Rom. 8. 2. Cor. 4.

CHRYSOSTOMVS: Ex cōsideratione beatitudinis Paulus ad laborum tolerantiā adamantinus efficiebatur, cum diceret. Non sunt cōdignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Et iterum. Quod in præsenti momentaneum est & leue tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternum gloriæ pōdus operatur in nobis. Vmbræ sunt ista, & somnium qualiacumque sunt. Quid sunt decem millia anni ad sæcula infinita, quæ cogitas? Nonne quantum est stillicidium minimum abysso comparatum? An forte illis bonis hæc bona comparanda putantur? Sed illic immēsitas est bonorum quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Sed hæc etiam per infinita sæcula protenduntur. Pro his itaque millies concidi quis non eligat, occidi, comburi, & mille mortibus subijci, & quicquid dici potest sæuissimum tolerare? Si enim in ignis combustione esset viuendum, nonne tolerandum erat, vt possemus adipisci illa quæ nobis promissa sunt bona? 1. Cor. 2.

4 In homil. de pœnitentia to. 5.

IDEM sic ait: Laboriosa lex & multum oneris habet, sed multam habet coronam: Laboriosa namque magnas habēt retributiones. Tu vero nequaquam laborem attende, sed retributionem considera. Sic & in vitæ rebus fit. Sic & gubernator, si fluctus viderit solum, nusquam e portu scapha egredietur, sed ipsam præ fluctibus vtilitatem, commodumq. metitur, atque demum credit se fluctuanti pelago, sic & miles si cædes vulneraq. viderit, non iam induit thoracem, si vero triumphos præ vulneribus, victoriasque, imperatum quasi concurrit ad prælium. Quæ enim natura grauia, sic leuia fiunt, cum non iam labores cogitamus, sed ipsos laborum fructus consideramus. Discere vis quomodo natura grauia leuia fiant, Paulum audi dicentem. Nam & ipsum momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modū, excelsum, & æternū gloriæ pondus operatur in nobis. Ostendit brauium, & desudantem solatus est. Iucunde ac sæpius legis decurro brauium, vtinam & per dies singulos idipsum decurrissem, immo non ad vos, sed ad eos qui peccatis sunt obnoxij, magis autem & ad vos, nam vos firmiores essetis, & qui morbo laborant ad sanitatem citius redirent. 2. Cor. 4.

5 In hom. ad Popul. eod. to.

IDEM: Momento (inquit) laboremus, vt perenniter coronemur. Nonne videtis quod & in sæcularibus, hominum plures ita faciunt, & pro lōga quiete breuem capiunt laborē: quamquam illis contrariū euenit. Hic enim laborum quidē & lucri par est portio; frequenter autem & in contrariū, labor est infinitus, & fructus exiguus, & plerūque nec exiguus quidem. In regno autem e contra, modicus quidem labor, multa vero voluptas & immēsa. Cōsidera namq. agricola per totū laborat annum, & in ipso fine, frequēter a spe decidit, & multorum fructu laborū. Nauis gubernator, rursus & miles ad ætatē vsque nouissimam in prælijs & laboribus, & frequēter vterque remanet, ille quidē diuitiarum oneribus amissis, hic autem victoria cum ipsa vita. Quā igitur habebimus quæso excusationē, in sæcularibus quidē laboriosa præponentes, vt paululū requiescamus, vel neque paululum (est enim spes incerta) in spiritualibus autem contra facientes, & ineffabilem attrahentes vindictam per exiguum torporem? Quotquot duxeris labores, & quotquot supplicia pertuleris, hæc omnia nihil erunt ad futura bona.

HIE-

6 Epist. 22. ad Eustoch. de custodia virginitatis to. 1.

HIERONYMVS vt sacram virginem hortaretur ad ingentia subeunda certamina, sic ait: Respice quanta Iacob pro Rachel pacta vxore sustinuit. Et seruiuit (inquit Scriptura) pro Rachel septem annis, & cum in die æstu vrgeretur, & in nocte gelu, vt ipse fatetur, pauci videbantur dies isti. Ghristi nos semper quæramus amplexus, & facile videbitur omne difficile. Non sunt enim condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Egredere quæso paulisper de carcere, & præsentis laboris ante oculos tuos tibi pinge mercedem, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Qualis erit illa dies cum tibi Maria mater Domini choris occurret comitata virgineis? Cum post rubrum mare, submerso cum suo exercitu Pharaone, tympanum tenēns concinet respondete, Cātemus Domino: glorioſe enim magnificatus est, equum, & ascensorē deiecit in mare. Tunc & ipse sponsus occurret, & dicet. Surge, veni proxima mea, sponsa mea, columba mea, quia ecce hiems transiuit, & pluuia abijt sibi. Tunc Angeli mirabuntur & dicent: Quæ est ista proficiens quasi diluculum, speciosa vt luna, electa vt sol? Tunc centum quadraginta quattuor millia in conspectu throni, & seniorum tenebunt citharas, & cantabunt canticum nouum. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati &c. Hi sunt qui sequuntur agnū, quocūque ierit. Quotiescumque te vana sæculi delectaueritambitio, quoties in mundo aliquid videris gloriosum, ad paradisum mente transgredere, esse incipe quod futura es, & audies a sponso tuo, Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum, & corpore pariter ac mente munita clamabis. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. Beatitudinis enim consideratio frequens, animam reddit insuperabilē.

Rom. 8. 2. Cor. 2. 7 Exo. 15. Cant. 2. Cap. 6. Apoc. 14. Cant. 8.

8 In epist. 1. quæ est ad Demetriadem to. 9.

IDEM sic habet. Respice quod promissum est. Omne opus leue solet fieri cū eius pretium cogitatur, & spes præmij solatium est laboris. Sic durus agricola inaratum diu campum, & pinguiores ocio glebas violēto vomere scidisse se gaudet, & mirum in modum ipsa operis difficultate lætus spem segetis de labore metitur. Sic negociator auidus maria contemnit, spectare ausus fluctuum spumas, rabiemq. ventorum, dum in omni labore ac periculo lucrum cogitat, & lassitudinem simul obliuiscitur, & timorem. Considera quæso magnitudinem præmij tui, si tamen cōsiderari potest quicquid immensum est, post abscessum animæ, post carnis interitum, post fauillas & cinerē, in meliorem statum virgo reparanda es. Mandatum terræ corpus, in cælum eleuandum est, & mortale tuum immortalitatis honore mutandū est. Post hæc Angelorum es donanda consortio, regnum acceptura cælorū, ac in perpetuū mansura cum Christo. Quid tāto remuneratore dignū facies? Aut quem laborem durum putabis, cuius tanta sunt præmia? Quid enim dignum vel facere, vel pati possumus in breui hoc tēpore vitæ nostræ, cum id immortalitate sit compensandum? Hæc tu tecum diligenter reuoluens, & breuitatem vitæ huius æternitatis contemplatione despiciens, ad illum tantum diem totam para te, in quo mundi gloria finienda est. Et tunc quando plangent se tribus & populi, & videbunt filiū hominis veniētem in nube, cum potestate magna & maiestate, cum dixerint, montibus cadite super nos &c. tunc tu consummationem sæculi, quasi certum præmij tui tempus expectās exultationē de cælo capies, non timorē. Tunc enim sanctorum mixta choris & sanctis comitata virginibus sponso obuiam subuolabis & dices. Inueni quem quæsiuit anima mea. Hæc sit igitur cura tua semper, hoc studium, hæc iugiter virginis in corde voluantur; in his totius diei vertetur labor, in his nocturnus somnus reponatur, in hoc anima rursus euigilet. Matt. 24. Luc. 23.

9 In epist. Valerij ad Rufinum eod. to.

IDEM sic ait: Vt lectionem scripturarum, quam ingentes comitātur difficultates ei persuaderet. Audiuit Iason quòd per mare adhuc intactū, & per tauros, & sulphureos ignes, & per toxicati serpentis vigilias, sibi viandum esset ad vellus aureum, & sano consilio, licet nō suaui vsus, abijt, & redijt, & optabilem thesaurum retulit. Sic absynthium veritatis in fructum perducit perseuerātiæ vtilitas, sic dura principia, dulci fine munerantur. Sic arctus callis ad ampla palatia perducit, sic angustus trames ad terram ducit viuentium.

10 Lib. 3. in cap. 31. Prouerbiorum to. 8. Matt. 3. Isa. 1. Matt. 3. Phil. 3. Phil. 4.

IDEM exponens illa verba, Manum suam misit ad fortia, digiti eius apprehenderunt fusum, ait: Fortia dicit perfecta in Christi charitate opera, quibus se gaudens Ecclesia certa supernæ retributionis expectatione subdit. Nam populus synagogæ, cui dictū est, si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis, tanto infirmior erit in opere iustitię, quāto minus operi petuæ remunerationis erectus. At Ecclesia quæ audit, Pœnitētiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum; merito pro huius rei perceptione, dura quæque longanimiter suffert. Ideo gustauit & vidit, quia bona est negociatio vitæ immarcescibilis; quā relictis illecebris temporalibus æternam mercemur in cælis. Quicumque veraciter cum Apostolo potest dicere, Nostra cōuersatio in cælis est, vnde etiā Saluatorē expectamus Dominum nostrum. Digiti dextri huius apprehenderunt fusum, quia discretione sedula pro æternis bonis laborare didicit. Et bene dicitur apprehenderunt, vt vinacius cōmendetur, quanto studio, quanta festinatione, in huius vitæ incerto, pro certis apud Dominū præmijs agere debeamus.

11 In exposit. cap. 19. lib. Iob eo. to.

IDEM explicans illa verba: Credo quòd redēptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, ait: Hoc clypeo Ecclesia quæ resurrectionem mortuorū verisime credit futuram, se munit & protegit, Quem visurus sum ego ipse &c. Ego ipse Iob, qui in stercore iaceo, & totus vulnerum sanie computresco, ego iam corruptus atque vulneribus dissolutus in hac carne mortali, glorificatus videbo Deum, reposita est hæc spes mea in sinu meo.

12 AVGVSTINVS narrat Cleombroti factum, quem ferunt lecto Platonis libro, vbi de immortalitate animæ disputauit, se præcipitem dedisse de muro, atque ita ex hac vita migrasse ad eam, quam credidit esse meliorem. Factum hoc stultum reprobat Augustinus. ex illo tamen discere debes omnia contemnenda ex verorum bonorum, quæ sunt in beatitudine consideratione, si quidem iste vitam ex sola naturali consideratione alterius vitæ melioris contempsit.

Lib. 1. de Ciuit. Dei c. 22. to. 5.

13 IDEM exponens illa verba. Adiutor meus & liberator meus es, quia multi dicunt, longum est vt veniat Christus, quid sibi vult hoc votum, ne tardaueris? Ne tardius mihi videatur quòd venturus es: quia cum tibi tardum erit, deflecteris ab eo, & eris similis eis, qui in eremo fatigati sunt, & festinauerunt a Deo petere delicias, quas illis in patria reseruabat, & cum non darentur deliciæ in itinere, quibus forte corrumperentur, murmurauerunt aduersus Deum, & redierunt corde in Ægyptum, vnde corpore erant separati, corde redierunt.

In exposit. Psal. 69. to. 8.

Exo. 16.

14 IDEM sic habet: Desiderium iustorum differtur vt crescat, crescit vt capiat. Non enim parum aliquid daturus est Deus desideranti, aut parum exercendus es ad capacitatem tanti boni. Ad capiendum Deum exercere, quod semper habiturus es, diu desidera. Reprobati sunt in populo Israel, qui festinauerunt assidue. Affectus iste reprehenditur in scriptura festinantium. Qui sunt enim qui festinant? Qui conuersi ad Deum cum hic non inuenerint requiem, quam quærebant, & gaudia quæ promittebantur, tamquam in itinere deficientes, & longum sibi quiddam, donec hoc sæculum, vel hæc vita finiatur restare arbitrantes, respiciunt retro, & decidunt a proposito, nec attendunt cum quanto terrore dictum est. Mementote vxoris Loth. Vt quid enim in statuam salis versa est, si non homines cõdit, vt sapiant? Respexit enim retro vnde liberata erat a Sodomis, & ibi remansit vnde respexit, ipsa in loco mansura, & transeuntes alios conditura. Liberati ergo a Sodomis præteritæ vitæ, non respiciamus retro; nam hoc festinare est, non attendere quod promisit Deus quia longe est, & attendere ad id quod proximum est, vnde iam liberatus es. Canis reuersus ad vomitum suum, vt ait Petrus. Si canis hoc faciens, horret oculis tuis, tu quid eris oculis Dei? Nemo tetro respiciat, nemo auertatur ab eo quod ante est, currat donec perueniat.

Exponens Psal. 88. eo. to.

Luc. 17.

Gen. 19.

1. Pet. 2.

15 IDEM explicans illa verba: Lætifica animam serui tui, quoniam ad te Domine animam meam leuaui, inquit. Iucunda animam meam, quia ad te Domine eam leuaui. In terra enim erat, & in terra amaritudinem sentiebat, ne in amaritudine contabesceret, ne omnem tuæ gratiæ suauitatem amitteret, leuaui ad te. Iucunda eam apud te, solus enim tu es iucunditas, amaritudine plenus est mundus. Certe recta admonet verba sua, vt sursum corda habeant. Ibi enim non putrescit cor, si leuetur ad cælum & Deum. Frumentum enim si haberes in inferioribus, ne putresceret, leuares ad superiora, frumento tuo quæris mutare locum, & cor permittis in terra putrescere? Dulcoratur cor in cælo cogitans de Deo, quoniam suauis est & mitis.

Ix exposit. Psal. 85.

16 GREGORIVS exponens illa verba Iob cap. 3. Qui ædificant sibi solitudines, inquit. Solitudines ædificare est, a secreto cordis terrenorum desideriorum tumultus expellere, & vna intentione æternæ patriæ, in amorem intimæ quietis anhelare. An non cunctos a se cogitationum tumultus expulerat, qui dicebat. Vnam petij a Domino hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. A frequentia quippe terrenorum desideriorum fugerat, & ad magnam solitudinem semetipsum contulerat, vbi eo tutius nihil extraneum conspiceret, quo incompetens nihil amaret. A tumultu rerum temporalium magnum quendam, secessum petierat quietam mẽtem, in qua tanto purius Deum cerneret, quanto hunc cum se solo solum inueniret.

Lib. 4. Moral. cap. 18. to. 2.

Psal. 26.

17 IDEM explicans illa verba Iob cap. 7. Et sicut mercenarius præstolatur finem operis sui ait: Mercenarius cum facienda opera conspicit, mentem protinus ex longinquitate & pondere laboris addicit, cum vero lacescentem animum ad considerantis operis præmium reuocat, vigorem mox animi ad exercitium laboris reformat, & quod graue perpendit ex opere, leue existimat ex remuneratione. Sic electi quique dum mundi huius aduersa patiuntur, tunc esse grauia quibus exercẽtur pensant, sed cum mentis oculum ad æternæ patriæ considerationem tendunt, ex comparatione præmij, quàm sit leue quod patiuntur, inueniunt. Vnde Paulus quàm sit graue quod patitur, indicat. Qui in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter se fuisse testatur. Qui a Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepit, qui ter virgis cæsus, semel lapidatus est, ter naufragium passus, nocte & die in profundo maris fuit, qui pericula fluminum, latronum ex genere, ex gentibus, in solitudine, in ciuitate pertulit. Qui in labore, & ærumna, in ieiunijs multis, in fame & siti, in frigore & nuditate laborauit, qui vltra vires grauatum se asserit, dicens. Supra modum grauati sumus supra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere. Sed quomodo remunerationis linteo sudores tanti laboris tergat, ipse enunciat, dicens. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Finem itaque operis quasi mercenarius præstolatur, qui dum profectum remunerationis considerat, vile æstimat, quod pene deficiens laborat.

Lib. 8. Moral. cap. 5. eo. to.

2. Cor. 11.

2. Cor. 1.

Rom. 8.

18 IDEM explicans illa verba: Memento, quia ventus est vita mea, ait. Hi vitam carnis quasi permanentem diligunt, qui quanta sit vitæ sequentis æternitas, non attendunt, hi exilium

Eodem lib. cap. 8. *Iob 7.*

exilium patriam, tenebras lumen, cursum stationem putant. Sancti autem viri qui ad æterna cor eleuant, quàm breue sit quod fine claditur pensant, & eorum sensibus vilescit, quod præterit, quo intellectu radiante relucet, quod acceptum numquam recedit. Cumque infinitatem perennitatis aspiciunt, nequaquam iam pro magno desiderant, quicquid finis angustat, & tanto altius finienda despicit, quanto verius infinita cognoscit, ad quæ tendit.

19 IDEM sic habet: Si iusti semel in cognitione, & appetitione supernæ patriæ, forti stabilitate animus figitur, minus rerum temporalium perturbatione vexatur. A cunctis quippe externis motibus eandem intentionem suam, quasi quemdam secretissimum secessum, petit, ibique incommutabiliter inhærens, & mutabilia cuncta transcendens, ipsa iam tranquillitate quietis suæ, in mundo extra mundum est. Excedit profecto ima omnia intentione summorum, nec tempestatem rerum temporalium intus sustinet, quam intuetur foris, quia terrena omnia quæ concupita opprimere mentem poterant, despecta subteriacent. Vnde bene per Prophetam dicitur. Statue tibi speculam, vt dum quisque speculatur summa, supereminеat infimis. Hinc etiam Habacuc dicit, Super custodiam meam stabo. Stat quippe super custodiam suam, qui terrenis desidерijs non succumbit, sed supereminet, vt dum semper stantem appetit æternitatem, infra se sit omne quod transit.

Lib. 22. moralium cap. 10.

Hier. 31.

Habac. 2.

20 IDEM exponens illa verba Iob cap. 37. Super hoc expauit cor meum, & motum est de loco suo, inquit. In admirationis excessu se transtulit, & quia nouæ spei spiritu mens afflata est, semetipsam qualis in vetusta cogitatione fuerat, reliquit. Bene autem dicitur, & motum est de loco suo. Locus quippe humani cordis est delectatio vitæ præsentis. Sed cum diuina aspiratione tangitur locus nostri cordis fit amor æternitatis. Consideratione igitur æternæ patriæ, de loco suo animus mouetur, quia derelictis infimis, in supernis cogitationibus ponitur. Postquam enim quæ essent æterna cognouit, postquam supernæ lucis radios raptim contemplando contigit, admiratione summorum, sese ab infimis suscitatus eleuauit, vt nulla iam ei, nisi quæ æterna sunt, libeant, & despectis transeuntibus sola quæ permanent, requirat. Et cum repente per excessum se ad summa suspendit, cogitationis infimæ locum mutauit.

Lib. 27. moralium cap. 9.

21 IDEM vbi explicat exordium cap. secundi Ezech. inquit. Prius dixerat Propheta, Hæc visio similitudinis gloriæ Domini, & mox subiunxit, & vidi, & cecidi in faciem meam. Vbi notandus est ordo locutionis, & operis, quia prius similitudo gloriæ Domini apparet, vt deijciat: postmodum alloquitur, vt eleuet. Nisi enim aliquid de æternitate in mente videremus, numquam in facie nostra pœnitendo caderemus. Sed iam iacentes vox Domini consolatur nos, & facit vt in opere surgamus. Ideo subditur, Fili hominis sta super pedes tuos, & loquar tecum.

Rupert. 9. in Ezech. to. 2.

22 IDEM vbi explicat. Et abij amarus in indignatione spiritus mei, dicit. Mentem quam Spiritus Sanctus replet, in amaritudinem temporalium delectatione æternorum commouet. Dulce enim est esse in rebus humanis, sed ei qui adhuc de cælestibus gaudia nulla gustauit. At si quis iam cordis ore gustauit, quæ sit illa dulcedo cælestium præmiorum, qui illi hymnidici Angelorum chori, quæ incomprehensibilis visio Trinitatis, huic quanto illud dulce fit, quod intus videt, tanto in amaritudinem vertitur, omne quod foris sustinet. Supernis inhiat, terrena iam omnia per mentis despectum calcat. Et quamdiu illud quod desiderat adhuc per speciem non habet, flere dulce habet, seseq. continuis lamentis affligere, & in huius vitæ exilio, nihil ei plus aliud quàm sua amaritudo placet. Dedignatur itaque subiacere temporalibus, & ardenter suspirat æternis, vnde recte per Salomonem dicitur, eo quòd in multa sapientia, multa sit indignatio, Et qui apponit scientiam, apponit dolorem. Cælestia etenim cognoscentes, terrenis animum subdere dedignamur, & fit in multa sapientia multa indignatio, quia quanto plus proficimus in cognitione, tanto nobis indignamur amplius de peruerso opere. Atque cum scientia dolor crescit, quia quanto magis æterna cognoscimus, tanto magis esse nos in huius exilij miseria dolemus. Vel sicut in translatione alia dicitur, qui addit scientiam addit laborem. Quo enim scire incipimus, quæ sunt cælestia gaudia, eo magis vt errorum nostrorum laqueos possimus euadere, flendo laboramus. In multa ergo sapientia multa est indignatio, quia si æterna iam sapimus, concupiscere temporalia dedignamur. Si æterna iam sapimus nosmetipsos despicimus egisse hoc, quod nos potuit ab æternitatis amore separare.

Hom. 10. sup. Ezech.

Eccls. 1.

23

24 BERNARDVS sic habet loquens de felici statu sanctorum: In beatitudine erit præstante Domino triplex sermonis vtilitas, quatenus agnita (vel ex parte aliqua) felici retributione sanctorum abundantior, deinceps sollicitudine ipsorum inhærere vestigijs, ac feruentiori desiderio, ad eorum suspirare consortia, propensiori quoque deuotione eorumdem nos commendare patrocinijs studeamus; consideratione beatitudinis excitetur negligentia nostra.

In serm. 2. omniu Sanctorum.

25 IDEM exponens versiculum illum. In manibus portabunt te &c. ait: Vultis scire quas intelligam duas manus? Duplicem itaque demonstrationem, dum videlicet hinc quidem tribulationis breuitas, inde æternitas retributionis ostenditur, aut magis pingitur vel imprimitur cordi, vt intimo affectu sentiat, quoniam momentaneum hoc & leue tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. His manibus portatur homo ab angelis.

Serm. 12. in Psal. Qui habitat.

26 In sermone cuius titulus est, de nimia quadam tristicia præsentis vitæ.

IDEM sic ait. Perge ergo murmurare, & dicere, longum est, graue est, non possum tam immania, & tam diuturna portare. Apostolus momentaneum & leue perhibet esse quod tolerat; & certe necdum à Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepisti, necdum nocte, & die in profundo maris fuisti, necdum plus omnibus laborasti, postremo necdum vsque ad sanguinem restitisti. Vide ergo quàm non sunt condignæ ad gloriam passiones. Quod tribulationis est, momentantum est & leue, quod gloriæ æternum est, & pondus etiam supra modum in sublimitate. Quid in incertum tibi dies & annos numeras? Transit hora, transit & pœna, non sic gloria, non sic remuneratio, non sic merces ipsa laboris. Nescit vicissitudinem, nescit finem. Manet tota simul, & manet in
Psal. 126 æternum. Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hereditas Domini. Sufficit enim nunc cuique diei malitia sua, nec laborem suum poterit reseruare sequenti, sed omnium merces laborum, in vna illa die reddetur, cui altera non succedit. *2. Tim.* 4. Reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, nõ in illis die-
Psal. 83. bus. Melior est enim dies vna in atrijs tuis su-
27 per millia. Guttatim pœna bibitur, si quando sumitur per minutias transit, nam in remuneratione torrens est voluptatis & fluminis impetus, torrens inundans lætitiæ, flumen gloriæ, & flumen pacis. Flumen plane est, sed quod affluat, non quod fluat, aut effluat. Flumen vocatur non quod transeat, sed quod abundet. Æternum, inquit, gloriæ pondus, non gloriosa vestis, aut domus, sed ipsa gloria promittitur. Nam in veritate iustorum expectatio, non aliquod lætum, sed ipsa lætitia est. Nobis non fauum mellis, sed purissimum & liquidissimum mel reposuit Deus, ipsam plane lætitiam, vitã, pacẽ, voluptatem, amænitatem, fecunditatem, felicitatem, thesaurizauit nobis Dominus. Et hæc omnia vnum, vt sit participatio Hierusalẽ in idipsum. Habentes ergo talem promissionem, non deficiamus, aut fatigemur âliquando, nec graue causemur onus Christi, & ad omne quod videmur portare pondus diei, æternum gloriæ pondus cogitemus.

Beatitudinis essentia in quo sita sit, quibus medijs acquirenda, & quo pretio emenda sit.
Cap. IIII.

1 Hom. 1. expositionis secundæ in Cant. to. 2.

ORIGENES docet quo pacto Deus viris sanctis se in hac vita communicet imperfecte, perfecta autem beatitudo sit in alio sæculo ineffabilis, & ait: Requiro si solum nomen eius, quia vnguentum factum est exinanitum, tantum operis egerit, & ita suscitauerit adolescentulas, vt caperent vnguentorum eius odorem, habentes eum apud se, & statim currerent post eum, si hæc omnia solo nomine eius effecta sunt, quid putas faciet ipsa eius substãtia? Quid ex illa adolescentulæ istæ virtutis, quid vigoris excipient, quando ad ipsam eius incomprehensibilem, atque ineffabilem substantiam peruenerint? Tunc non ambulabunt, neque current, sed vinculis quibusdam charitatis eius astrictæ adhærebunt ei, ne vltra mobilitatis alicuius vllus in eis resideat locus, sed sint cum eo vnus spiritus, & in eis impleatur quod scriptum est. Sicut tu pater in me, & ego in te vnum sumus, *Trem. 17.* ita & isti in nobis vnum sint. Solo odoratu sponsi, sponsa ad tantam euasit virtutis magnitudinem, quid erit cum auditum eius, visum, gustum, & tactum occupauerit Verbum Dei? Ita vt oculus videat gloriam eius gloriam quasi 2 vnigeniti a patre, cum aliud vltra iam videre *1. Ioan. 1.* nolet, neque auditus aliud quàm verbum vitæ & salutis audire, sed & cuius manus palpauerit de verbo vitæ, nihil fragile, caducumque palpabit, neque gustus cum gustauerit bonum verbum Dei, aliud quid post hoc gustare patietur. Præ dulcedine namque ipsius & suauitate, omnis ei sapor reliquus asper videbitur, & amarus. Et ideo hoc solo vescetur. Omnem namque suauitatem quamcumque cupierit, in hoc inueniet. Deliciabitur tunc non in vno solo edendi, gustandique sensu, sed & auditu deliciabitur & visu, & tactu; & odoratu, deliciabitur is qui ad summam perfectionis, & beatitudinis venerit. Ille capiet voluptatem Domini, perductus ad locum qui pro huiusmodi ciborum copijs, & varietatibus deliciarum nominatur locus. Propter quod & in Eden positus dicitur, quod delicias indicat. Ibi enim dicetur ad eum, Deliciare in Domino, & subintulit sponsa. Introduxit me rex in cubiculum eius, vt ibi videret cunctas opes regias, in quo vtique merito iucundatur, vtpote quæ secreta iam regis & arcana prospexerit. In cubiculum intrat, in quo sunt thesauri sapientiæ, & scientiæ eius abscõditi. Non autem mihi va- 3 cuum videtur, quòd cum potuisset dicere, in- *Cant. 1. & 2.* troduxit me sponsus meus, aut fraternus meus, aut aliquid huiusmodi, vt ei moris est, nunc quia cubiculum dictura erat, regis dixerit cubiculum, & non aliud nomen proposuerit, vt ostenderetur per hoc nomen prædiues cubiculum, vtpote regium & multis, atque immensis opibus repletum. Prope hoc omnino *2. Cor. 12.* mihi videtur fuisse, & ille qui dixit raptum se esse vsque ad tertium cælum, & audisse verba ineffabilia, quæ non licet homini loqui. Introducitur in cubiculum regis, & efficitur regina, & ipsa est, de qua dicitur. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato. Ecce *Psal. 44.* duplicem statum, & felicitatem animæ, alteram in hac vita imperfectam quidem, alteram in futuro sæculo perfectam, quando introducit nos rex & sponsus in cælestia illa, & opulentissima cellaria diuinæ visionis.

BASILIVS sic habet. Non laudo Aristote 4

Epist. 118. quæ est Gregorij Nazianzeni ad Eudoxiũ oratorem to. 1. lis sordes, qui felicitatẽ nobis definiens, aliquatenus recte processit, animæ actionẽ secundum virtutem hanc esse pronuncians, & addens in vita perfecta, & hoc valde clare propter naturæ nostræ fragilitatem, & mutationis facilitatem. Illud vero valde humiliter ac sordide dixit, cum addidit externas facultates. Velut si quis pauper exístat, aut morbosus, aut æger, aut exul, per hoc felicitas ipsi impediatur. Laudo autem Stoicorum grauitatem, ac animi magnitudinem, qui nullum impedimentum esse aiunt res externas ad felicitatem, sed esse virtuosum beatum, etiam si Phalaradis taurum ardentem habeat.

5 Homil. 1. in epist. ad Roman. to. 4. CHRYSOSTOMVS ostendit in virtute, & non in externis bonis consistere præsentis vitæ felicitatem, cum ait: Ceteræ quidem dignitates temporaneæ sunt, atque vna cum hac vita depereunt, quæ & pecunijs sunt venales, quas haudquaquam quis dignitates dixerit, sed dignitatum nomina dumtaxat, in vestiũ ornatu, & satellitum adulatione potestatem obtinentia. Hoc autem tamquam a Deo datum, donum sanctificationis, ne morte quidẽ intercidit, sed hac in vita splendescentes vbi effecit, ad futuram vsque nobiscum peregrinatur. Qui enim sanctificationem accurate custodit, splendidior multo est & felicior eo, qui diademate indutus, ac purpura coronatus est, per hanc vitam magna tum tranquillitate, tum pace exundans, nullum tumultus, turbationisq. argumentum habens, sed voluptate perpetua perfruens. Animi enim tranquillitatem & lætitiam, non principatus magnitudo, non pecuniarum copia, non potentiæ tumor, non corporis fortitudo, non mensæ sumptus, non vestium ornatus, non aliud quicquam rerum humanarum adferre consueuit, præterquam recte factum solum spirituale, ac conscientia bona, quam certe qui purã habet, licet pannosus sit, & cum fame luctetur, tamen tranquillior beatiorq. est ijs, qui inter delicias magnopere degunt. Quemadmodũ & qui sibi mali conscius est, & omniũ bona possideat, omniũ est miserrimus. Quapropter Paulus, in assidua fame ac nuditate victitans, tum autẽ & quotidie flagris cæsus, gaudebat & deliciabatur supra eos omnes, qui tunc regnabant. Igitur si voluptate frui volumus, ante omnia alia fugiamus vitium, virtutemq. sectemur, aliter enim nobis non licet voluptatum participes fieri. Fructus enim spiritus est gaudium, pax &c.

6 In cap. 2. Michææ to. 3. Cant. 5. HIERONYMVS exponens illa verba Prophetæ: Stillabo tibi in vinum & in ebrietatem, & erit super quẽ stillatur populus iste, sic habet. Hæc est ebrietas, de qua dicitur. Bibite amici, & inebriamini charissimi. Hæc autem omnis lætitia & ebrietas ad comparationem sapientiæ Dei, quæ vt fluuius cælestem irrigat Hierusalem, stilla est & gutta permodica, vbi vides iustorum felicitatem in hac vita stillæ, in futura vero fluuio comparari. Est enim in virtute modo beatitudo imperfecta, quamdiu sumus in hoc tabernaculo, in alio vero sæculo Deum videntes, erunt homines perfecte beati.

7 Exponens cap 31. Prouerbiorum to. 7. IDEM explicans illa verba. Surrexerunt filij eius, & beatissimam prædicauerunt. Omnes (inquit) electi in nouissimo carnis immortalitate donati matrem suam, quæ eos ex aqua, & Spiritu sancto genuit beatissimam prædicant, quæ nunc quasi misera ab infidelibus contemnitur. Et reuera si in hac vita tantum sperantes sumus, miserabiliores sumus *1. Cor. 15.* omnibus hominibus. Quia vero pro vita alia in præsenti militamus, merito cum apparuerit quod erimus, matrem nostram, quæ ex omnibus iustis collecta, vna Christi columba, sponsa, & amica vocatur, beatissimam prædicabimus. Potest etiam & hoc in hoc tempore conuenienter accipi, cum quilibet fidelium transcensis sæculi ærumnis, ad cælestia regna perducitur. Qui enim hic per humiliationem sedent, surgent, cum ad gloriam peruenerint. Iuxta quod Psalmista ait. Vanum est vobis an- *Psal. 126.* te lucem surgere, surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris, quod est aperte dicere. Quid in præsenti quæritis gaudere, quod in futuro electis reseruatur. Non enim potestis in hac vita, idest ante lucem supernæ retributionis, gloriam veræ felicitatis habere, quin potius postquam hic humiliati fueritis ad tempus, illic vos in perpetuum veraciter exaltandos sperate, vos quibus amarum est omne, quod sæculi amoribus iucundum videtur & dulce. Surgunt ergo filij ecclesiæ, & beatam eam prædicant, cum cælestibus bonis sublimitati, quanta sit illius patriæ beatitas, cuius participes esse meruerunt, aspiciunt. Et hanc debita laudatione, in diuina visione concelebrant. Ibi impletur in cælo, Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera eius. Vbi vides beatitudinem perfectam in cælo reperiri, non autem in terra.

8 Lib. 10. confession. cap. 22. to. 1. AVGVSTINVS sic habet. Absit Domine, absit a corde serui tui, vt quocunque gaudio gaudeam beatum me putem. Est enim gaudium, quod non datur impijs, sed eis qui te gratis colunt, quorum gaudium tu ipse es. Et ipsa est beata vita gaudere ad te, de te, propter te, ipsa est, & non est altera. Qui autem aliam putant esse, aliud sectantur gaudium, neque ipsum verum, ab aliqua tamen imagine gaudij, voluntas eorum non auertitur. & cap. 23. Qui non de te gaudere volunt, quæ sola vita beata est, non vtique vitam beatam volunt. Beata quippe vita est gaudium de vetitate. Hoc est enim gaudium de te, qui veritas es. & cap. 23. Sero te amaui pulchritudo tam antiqua, & tam noua, sero te amaui. Ecce intus eras & ego foris, & ibi te quærebam, & in ista formosa quæ feci sti deformis irruebam, mecum eras, & tecum non eram. Ea me tenebant longe a te, quæ si in te non essent, non essent. Vocasti & clamasti, & rupisti surditatem meam, coruscasti, splenduisti, & fugasti cæcitatem meam, flagrasti & duxi spi-

ritum, & anhelo tibi, gustaui & esurio, & sitio, tetigisti me, & exarsi in pacem tuam. In cap. 28. Cum inhæsero tibi ex omni me, nusquam erit mihi labor & dolor, & viua erit vita mea tota plena te. Nunc autem quoniam quem tu imples, subleuas eum, quoniam tui plenus non sum, oneri mihi sum. Contendunt lætitiæ meæ flendæ, cum lætandis mæroribus, & ex qua parte stet victoria, nescio.

9 IDEM sic ait: Quicquid mortale & cadu-
Lib. de vita beata eod. to. cum est, non potest a nobis quando volumus, & quamdiu volumus, haberi. Non ergo in rebus esse potest beatitudo. Nemo enim beatus esse potest, qui quod vult non habet, sed miser. Dicet quis, Sunt multi fortunati, qui eas ipsas res fragiles, casibusq. subiectas, tamen iucundas pro hac vita cumulate, largeq. possideant, nec quicquam illis eorum quæ volunt, desit. Cui dico. Qui timet, videturne tibi beatus esse? Non ergo quod amat quisque, si amittere potest, potest ne non timere? Amitti autem possunt illa fortuita, non igitur hæc qui amat & possidet, potest illo modo beatus esse. Præterea etiam si securus sit, ea se omnia non esse amissurum; tamen talibus satiari non poterit. Ergo & eo miser quo semper est indignus. Nullo ergo modo dubitamus, si quis beatus esse statuit, id eum sibi comparare debere, quod semper manet, nec vlla sæuiente fortuna eripi potest; cum ergo Deus æternus & semper manens sit, meum qui habet, beatus est.

10 IDEM habet hæc verba: Beatus quantus
Lib. 1. de moribus Ecclesiæ Catholicæ to. 4. existimo, nec ille dici potest, qui non habet quod amat qualecunque sit, neque qui habet quod amat, si noxium sit, neque qui non amat quod habet, etiam si optimum sit. Nam & qui appetit quod adipisci non potest, cruciatur, & qui adeptus est quod appetendum non est, fallitur, & qui non appetit quod adipiscendum esset, ægrotat. Nihil autem istorum animo contingit sine miseria. Quartum restat vt video, vbi beata vita inueniri queat, cum id quod est hominis optimum, & amatur, & habetur. Quid enim est aliud, quod dicimus frui, nisi præsto habere quod diligis? Neque quisquam beatus est, qui non fruitur eo quod est hominis optimum, nec quisquam qui fruitur eo non est beatus.

11 IDEM sic ait: Mirum est cum capessendæ
Lib. 13. de Trinit. to. 3. atque retinendæ beatitudinis voluntas vna sit omnium, vnde tanta existat de ipsa beatitudine varietas, non quòd aliquis eam nolit, sed quòd non omnes eam norint. Si enim omnes eam nossent, non ab alijs putaretur esse in virtute animi, alijs in corporis voluptate, alijs in vtroque & alijs alibi atque alibi. Vt enim eos quæque res maxime delectauit, ita in ea constituerunt vitam beatam. Tullius in Hortensio ait. Multi dicunt esse beatos illos qui viuunt, vt ipsi velint, vt quosque delectat, & mox ipse subiunxit. Falsum id quidem, velle enim quod non decet, idipsum miserrimum est. Nec tam miserum est, non adipisci quod velis, quàm adipisci velle quod non oporteat. Præclarissime omnino atque verissime. Quis enim ita sit mente cæcus, vt eum qui nequiter viuit ac turpiter, & nullo prohibente, nullo vlciscente, nullo reprehendere audente, insuper & laudantibus pluribus, quoniam laudatur pec *Psal. 9.* cator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur, implet omnes suas facinorosissimas voluntates: ideo beatum dicat, quia viuit vt vult, cum profecto & sic miser esset, minus tamen esset, si nihil eorum quæ perperam voluisset, habere potuisset. Mala enim voluntate vel sola quisque miser efficitur, sed miserior potestate, qua desiderių malæ voluntatis impletur. Beatus igitur non est, nisi qui habet omne quod vult, & 12
nihil mali vult. Prauitas autē generis humani, hæc est, vt cum homines non lateat, nec illū beatum esse, qui quod vult non habet, nec illum qui quod male vult habet, sed illū qui & habet quæcūque vult bona, & nulla vult mala. Ex his duobus, quibus beata vita perficitur, quando vtrūque non datur, id eligatur potius, vnde magis a beata vita receditur. Longius quippe ab illa est, quicunque adipiscitur male concupita, quàm qui non adipiscitur concupita; cum potius eligi debuerit voluntas bona, etiam non adepta quæ appetit. Propinquat enim beato, qui bene vult quæcunque vult, & quæ adeptus cum fuerit, beatus erit. Cum autem ex hac vita ab eo qui in his miserijs fidelis, & bonus est, ventum fuerit ad beatam; tunc erit vere quod nunc esse nullo modo potest, vt sic homo viuat, quomodo vult. Non enim volet male viuere in illa felicitate, aut volet aliquid quod deerit, aut deerit quod voluerit. Quicquid amabitur aderit, nec desiderabitur quod non aderit, omne quod ibi erit, bonum erit, & summus Deus summum bonum erit: atque fruendum amantibus præsto erit, & quod est omnino beatissimum, ita semper fore certum erit. Ostendit vitam esse beatam non posse in hac vita, sed in futura, vbi solum immortalitas est. Beati autem dicuntur in spe, qui sunt in transitorijs malis, per quæ ad bona non transitura perueniunt. Nam multi per transitoria mala, ad bona permansura fortiter tetenderunt.

IDEM explicat locū 1. Reg. 7. vbi dicitur, 13
Lib. 17. de Ciuit. Dei cap. 7. to. 5. quòd cum Propheta Samuel antequam vnxisset Regem Saul, quando exclamauit ad Dominum pro Israel, & exaudiuit eum; & cum offerret holocaustum simul accedentibus alienigenis ad pugnam contra populum Dei, tonuit Dominus super eos, & confusi sunt atque superati, tunc assumpsit lapidem vnum, & statuit illum inter Maspha nouam, & veterem, & vocauit nomen eius Abenezer, quod est lapis adiutorij, & dixit, Vsque huc adiuuit nos Dominus. Maspha interpretatur intentio, lapis ille adiutorij medietas est saluatoris, per quem transeuntētione, qua expectabatur in carnali regno beatitudo falsa carnalis, ad intentionem qua per nouum testamentum expectatur in regno cælorū beatitudo verissima spiritalis, qua quoniam nihil est melius, hucusque adiuuat Deus.

IDEM

14 IDEM vt probet, quod in hoc capite dis-
Lib. 19. de ciuitate Dei cap. 1. & 4. putandum, & refellendum susceperat, scilicet beatitudinem in huius vitæ infelicitate esse nō posse ait. De finibus bonorum, & malorum multa, & multipliciter inter se Philosophi disputarunt, vt inuenirent quid efficiat hominem beatum. Illud enim est finis boni nostri, propter quod appetenda sunt cetera, ipsum autem propter seipsum. Finem ergo boni nunc dicimus, non quo consummatur, vt non sit, sed quo perueniatur, vt plenum sit. Finis itaque est summum bonum. De quo inueniendo in hac vita laborauerunt, qui studium sapientiæ in huius sæculi vanitate professi sunt. Vnde alij in animo, alij in corpore, alij in vtroque finem bonorum posuerunt. Omissis Philosophorū deliramentis, Christianus respondebit æternam vitam esse summum bonum, propter quā
Abac. 2. adipiscendam recte viuendū est. Proptet quod scriptum est, Iustus ex fide viuit. Quoniam neque bonū nostrum iam videmus, vnde oporteat, vt credendo quæramus. Illi autem qui finem bonorum posuerunt in hac vita, siue in corpore, siue in animo, siue in voluptate, siue in virtute, siue in quiete, hinc beati esse, & a
1. Cor. 3. seipsis beati fieri mira vanitate voluerunt. Do-
15 minus nouit cogitationes sapientum, quoniam tuæ sunt. Quis enim sufficit quantouis eloquentiæ flumine vitæ huius miserias explicare? Quam lamentatus est Cicero in consolatione de morte filiæ, sicut potuit. Quis enim dolor contrarius voluptati, quæ inquietudo contraria quieti in corpus cadere sapientis non potest? Membrorum amputatio, vel debilitas hominis expugnat incolumitatem, deformitas pulchritudinem, imbecillitas sanitatem, vires
Gal. 5. lassitudo, Nobilitatem torpor, aut tarditas. Et quid horum est, quod nequeat in carne sapientis venire. Bellum & concupiscentia carnis contra spiritum certissima est, & nota. Absit ergo, vt quamdiu in hoc bello intestino sumus, iam nos beatitudinem adeptos esse credamus. In hac vita, in hoc opere laboramus potius, quàm requiescimus. Quamdiu ergo nobis infirmitas est hæc, hæc pestis, hic languor, quo modo iam beatos, illa finali beatitudine dicere audebimus? Irridet Stoicorum deliramenta, qui ex vna parte vitam hanc sapientum dicebant beatam, & ex altera asserentes præsentia
16 non esse illis mala aiebant, quòd si tanta fuerint, vt ea sapiēs, vel non possit, vel non debeat sustinere, cogi eum mortem sibi inferre, atque ex hac vita migrare. O vitam beatam, quæ vt finiatur mortis quærit auxilium! Si beata est, manendum est in ea, si vero propter ista mala fugitur ab ea, quomodo est beata? In hoc ergo delirant, vt dicant hanc vitam, & beatam esse, & fugiendam. In hac autem vita salui, & beati
Rom. 8. dicūtur homines iusti in spe, sicut dicit Paulus: Spe salui facti sumus. Spes autem quæ videtur non est spes, Quod enim quis videt, quid sperat? Si autem, quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. Sicut ergo spe salui, ita spe beati sumus, & sicut salutem ita beatitudinem, nō iam tenemus præsentem, sed expectamus futuram, & hoc per patientiam, quia in malis sumus, quæ patienter tolerare debemus, donec ad illa veniamus bona, vbi omnia erunt, quibus ineffabiliter delectemur, nihil erit autem, quod iam tolerare debeamus, sed finalis salus, & beatitudo.

IDEM sic habet. Quod columba emissa 17
Lib. 12. contra Faustū Manichæū to. 6. non inuenta requie reuersa est, ostēdit per nouum testamentum requiem sanctis, in hoc mundo non esse promissam. Post quadraginta enim dies emissa est. Qui numerus vitam, quæ in hoc *Gen. 8.* mundo agitur, significat. Denique post septem dies dimissa reuertitur, post alios septem non reuertitur. In quo significatur finis sæculi, in quo est Sanctorum requies, non adhuc in sacramento spei, quo in hoc tempore consociatur Ecclesia Christo, sed iam in illa perfectione salutis æternæ, vt in illa perspicua contemplatione incommutabilis veritatis nullis mysterijs corporalibus egeamus.

IDEM sic ait: Fratres velut ante oculos 18
Tract. de Epicureis, & Stoicis to. 8. nostros Epicurei, & Stoici cum Apostolo contulerunt, & collatione sua nos quid reijcere, & quid deberemus eligere docuerunt. Epicurei in voluptate carnis beatitudinem collocarunt dicentes, Comedamus, & bibamus, cras enim moriemur. Existimantes enim animam *1. Cor. 15.* esse mortalem aiebant. Nihil erit post mortē, *Sap. 2.* vmbræ enim transitus est vita nostra. Dixerūt enim apud se cogitantes non recte, coronemus nos rosis antequam marcescant, nullum pratū sit, quod non pertranseat luxuria nostra, vbique relinquamus signa lætitiæ, quoniam hæc est pars nostra, & hæc est sors nostra. Nemo dicat comedamus, & bibamus, cras enim moriemur. Si vultis dicere, Cras enim moriemur non prohibeo, sed aliud ante dicite. Ieiunemus, & oremus, & donemus, & beatitudo in alio sæculo expectanda est. Beatus populus, cuius non vo- *Psal. 43.*
luptas carnis, cuius non virtus propria, sed beatus populus, cuius est Dominus Deus ipsius. Hæc est patria beatitudinis, quam omnes volunt, sed non omnes recte quærunt.

IDEM explicans illa verba, Beata gens, cu- 19
In Psal. 32. contione 2. to. 8. ius est Dominus Deus eius, sic inquit. Cum sit malitiæ indiuiduus comes miseria, peruersi non solum mali esse volunt, & miseri nolunt, quod fieri non potest, sed ideo volunt mali esse, ne miseri sint. Considerate hoc paululum in omnibus hominibus, qui male faciūt, beati sem per esse volunt. Furtum facit, quæris quare? Propter famem, propter necessitatem. Ergo ne miser sit malus est, & ideo miserior est, quia malus est. Depellendæ ergo miseriæ causa, & acquirendæ beatitudinis, faciunt omnes homines, quicquid mali faciunt, vel boni. Et non contingit omnibus, quod omnes esse volunt. Omnes enim beati esse volunt, non autē erunt, nisi illi, qui iuste esse voluerint. Beatus esse vis ex pecunia, ex prædijs, fundis, domibus, mancipijs, pompa sæculi, honore volatico, & perituro, habendo aliquid volunt beati esse. Quære ergo quid habes, vt beatus sis. Cum enim

beatus

beatus fueris, melior vtique eris, quàm cũ miser es. Fieri autem non potest, vt res deterior faciat te meliorem. Homo es, deterius te est, quicquid cupis, quo beatus esse desideras. Aurum, argẽtum, quælibet corpora, quibus inhias acquirendis, possidendis, fruendis, inferiora sunt. Tu melior es, tu fortior es, & vtique vis melior esse, quàm es, cum beatus esse vis, quia miser es. Vis esse melior te, & ea, quæ ad hæc perquiris, deteriora sunt te. Quære ergo quod melius est, vt efficiaris melior te. Melius autem animo tuo est Deus tuus, quia cum fuerit perfecta, & incorruptibilis natura æquabitur Angelis. Beata gens cuius est Dominus Deus eius, hoc ama, hoc posside, & beatus eris.

20 In expositione Psalmi 72. eod. to.

IDEM exponẽs illa verba, Quid mihi est in cælo, & a te quid volui super terram, ait: Cupit cogitare ciuitatem ipsam cælestem, & arguere se, quia pecus fuit, & terrena desiderauit. Comparauit voluntati suæ terrenæ præmiũ cæleste, quod accepturus est, vidit quid ibi sibi seruare tur, & cogitans, & æstuãs in cogitatione cuiusdam rei ineffabilis, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit; nõ 1. Cor. 2. dixit illud, aut illud mihi est in cælo, sed quid mihi est in cælo. Quod est illud, quod habeo in cælo? quantum est? quale est? quid est? Et cũ non transijt quod habeo in cælo a te, quid volui super terram? Seruas mihi tu. Sed dicam, vt possum. Seruas, inquit, tu mihi in cælo diuitias immortales, te ipsum, & ego volui a te, quod habent, & impij in terra, quod habẽt, & mali, quod habent, & facinorosi, pecuniam, aurum, & argẽtum, gemmas, familias, quod habent scelerati multi. Hæc pro magno desideraui a Deo meo super terram, cum seruet se mihi in cælo Deus meus. Quid enim mihi est in cælo? Ostendere habet ipsum quid? Et a te quid volui super terram? Defecit cor meum, & caro mea, Deus cordis mei. Hoc ergo mihi est in cælo seruatũ. Deus cordis mei, & pars mea Deus meus. Quid est fratres? Inueniamus diuitias nostras, eligat sibi partes genus humanum, videamus homines cupiditatum diuersitate dilaniari, eligant alij militiam, alij negociationem, alij agricultu ram, istas partes sibi faciant de rebus humanis. Clamet populus Dei, pars mea Deus meus, nõ ad tempus, sed in sæcula. Aurum etsi semper habeo, quid habeo? Deum si semper haberem, quàm magnum bonum haberem.

21 In expositione Psalmi 127. eo. to.

IDEM explicãs illa verba, Labores manuũ tuarum manducabis, ostendit iustorum beatitudinem hic inchoari, perfici autem in cælo, & ait: Quasi peruerse videtur dicere non intelligentibus. Debuit enim dicere fructum laborum tuorum manducabis. Multi enim manducant fructum laborum suorum. Manducant in vinea, ipsum laborem non mãducant, sed quod de ipsorum labore nascitur, hoc manducant. Quid sibi vult labores fructuum tuorum manducabis? Modo labores habemus postea fructus erit, sed quia & ipsi labores non sunt sine gaudio propter spẽ, modo nos ipsi labores nostri iucundant, & lætos nos faciunt de spe. Si ergo labor noster potuit manducari, & potuit iucundare, manducatus fructus ipsius laboris qua lis erit? Manducabant labores suos, qui euntes ibant, & flebant, quanto iucundius manducabunt fructus laborum, qui venientes venient cũ exultatione portantes manipulos suos? Et vt noueritis, quia manducatur labor iste, in superiori Psalmo audistis dictum superbis. Surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris. Iste est labor fructuum panis doloris. Nisi enim manducaretur, non diceretur panis, & nisi haberet aliquam suauitatem panis iste, nemo illum manducaret cum tanta suauitate. Plorat in gemitu, qui orat. Dulciores sunt lachrymæ orantium, quàm gaudia theatrorum. Veniet Deus tuus, de quo dicitur, quòd absterget lachrymas ab oculis Sanctorum, & ipse pro pane lachrymarum succedet, & te in æternum saginabit, quia erit nobiscum Verbum Dei, quo pascuntur Angeli, interim modo labores fructuum, postea fructus laboris, labores fructuum tuorum manducabis, beatus es, & bene tibi erit. Beatus es, de præsenti est, bene tibi erit, de futuro est. Cum manducas labores fructuũ tuorum, beatus es, cum perueneris ad fructum laborum tuorũ, bene tibi erit. Si spes tam dulcis est, quanto res dulcior erit?

Psal. 125. 22 Apoc. 21.

23 Hom. 8. in Apocalyp. to. 5.

IDEM vt ostendat requiem Sanctorum in hac vita incipere, adducit locum Ioannis. Cum aperuisset sigillum septimum factum est silentium in cælo, ideſt in Ecclesia, media hora. In semihora ostendit initium quietis æternæ, quæ in cælo perficitur, hic autem inchoatur.

24 In Solitudine quis eod. to. Psal. 75.

IDEM sic ait: Nemo potest in vtroque sæculo consolari, nec potest quis hic, & in futuro gaudere, sed vnum necesse est, vt perdat, qui alterum voluerit possidere. Hæc vbi considero Domine renuit in hac vita consolari anima mea, vt digna habeatur tuis consolationibus æternis. Quia iustum est, vt amittat te, quicũque in aliquo alio magis eligit consolari, quàm in te. Peto vt omnia mihi amarescant, vt solus dulcis appareas animæ meæ, qui es dulcedo inæstimabilis, per quã cuncta amara dulcorantur. Tua enim dulcedo Stephano lapides torrentis dulcorauit. Tua dulcedo craticulã beato Laurentio dulcem fecit. Pro tua dulcedine ibant Apostoli gaudentes a conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt, &c. Ibat Andreas ad crucem securus, & gaudens, quoniam ad tuã dulcedinem properabat. Hæc enim tua dulcedo ipsorum Apostolorum principes sic repleuit, vt pro ipsa crucis patibulum vnus eligeret, alter quoque caput ferienti gladio supponere non timeret. Pro hac emenda Bartholomæus propriam pellem dedit. Pro hac quoque gustãda veneni poculum intrepidus Ioannes potauit. Hanc vero gustauit Petrus omnium exteriorũ oblitus, & clamauit quasi ebrius dicens. Domine bonum est nos hic esse, &c. Hic moremur, te contemplemur, quia nullo alio indigemus. Sufficit nobis Domine videre te, sufficit tanta dulcedine satiari. Vnam ille stillam dulcedinis gustauit, & omnem aliam fastidiuit.

Act. 7. Actus 5.

25 Matt. 7.

Quid

Quid putas dixisset, si magnam illam multitudinem dulcedinis diuinitatis tuæ gustasset, quã abscondisti timentibus te? Hanc tuam dulcedinem ineffabilem, & illa gustauerat Virgo, de qua legimus, quod lætissima, & glorianter ibat Psal. 30. ad carcerem, quasi ad epulas inuitata. Hinc vt reor, & ipse gustauerat, qui dicebat. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te, quique monebat, Gu Psal. 33. state, & videte, quoniam suauis est Dominus. Hæc est enim illa beatitudo Domine Deus noster, quam expectamus daturum te nobis, pro qua mortificamur tota die, vt in tua vita tibi viuamus.

26 Serm. 64. de verbis Domini in Ioannem to. 10.

IDEM sic habet: Pone hic hominem viuentem saluum, nullas pœnas patiẽtem, si ei donaret quisquam, vt semper sic esset, & hoc bonum non desineret, quantum gauderet, extolleretur, quomodo se non caperet lætitia sine pœna, sine cruciatu, sine fine vitæ? Si hoc solum nobis promitteret Deus, quod dixi modo quanti erat emendum, si venale esset, quantum dãdum erat vt emeretur? Sufficeret quicquid haberes etiã si mundum totum possideres? Si ergo labore tanto, tanto conatu, tantis impendijs, tanta vigilantia, tanta cura agitur, vt aliquantum plus viuatur, quomodo agendum est, vt semper viua tur? Etsi prudentes dicuntur, qui omnibus modis agunt, vt differant mortem, & viuant paucos dies, ne perdant paucos dies, quã stulti sunt qui sic viuunt, vt perdant diem æternum? Venalis est vita æterna, eme si vis, nec multũ exæstues de re magna propter pretij magnitudinẽ, tantum valet, quantum habes, ad aliquid ergo magnum, & pretiosum comparandum, compara res aurum, & argentum, &c. & hoc eme si vis. Noli quærere quid habeas, sed qualis sit, res ista tantum valet, quantum es tu, te da, & habebis illam. Quid exæstuas? Quid turbaris? Nũquid quæsiturus es te, aut empturus es te? Ecce tu qui es, qualis es, da te illi rei, & habebis illã, sed malus sum, inquies, & forte me non accipit, dãdo te illi bonus eris, vt huic fidei promissio nique te des hoc est bonum esse. Cum autem bonus fueris, pretium ipsius rei eris, & habebis non hoc quod dixi solum, salutem, incolumitatem, vitam, & sine fine vitam, nõ ibi erit lassari dormire, esurire, sitire, crescere, senescere, &c.

27 Lib 4. moralium ca. 18. to. 1.

GREGORIVS Magnus explicans illa verba Iob cap. 3. Non computentur in diebus anni, &c. ait. Illuminationis nostræ annus tũc perficitur, quando apparente æterno iudice sanctæ Ecclesiæ, peregrinationis suæ vita completur. Tunc laboris sui remunerationem recipit, cum expleto hoc belli tempore, ad patriã redit. Vnde bene per Prophetam dicitur. Benedices coronæ anni benignitatis tuæ. Quasi enim corona anni benedicitur, cum finito labo ris tempore virtutum remuneratio confertur.

Psal. 64.

28 Serm. 38. in Cantica.

BERNARDVS explicans illa verba. Si ignoras te o pulcherrima inter mulieres, &c. sic habet: Spiritualis anima, etsi inde iam pulchra, quòd non secundum carnem ambulet, sed secundum spiritum, ex eo tamen, quòd adhuc in corpore viuit, citra perfectum adhuc pulchritudinis proficit, ac proinde non pulchra omnimodo, sed pulchra inter mulieres, ideſt in ter animas terrenas, & quæ non sunt sicut ipsa spirituales, non autem inter Angelicas beatitu dines, sicut patrum aliquis olim, inuentus, & Gen. 6. dictus est iustus in generatione sua, ideſt præ omnibus sui temporis, suæque generationis, & Thamar iustificata perhibetur ex Iuda, ideſt Gen. 38. præ Iuda, & in Euangelio publicamus descendisse de templo iustificatus refertur, sed iustificatus a Pharisæo. Et quomodo magnus ille Io- Lucæ 18. annes magnifice quondam commendatus est, quòd videlicet superiorem nõ haberet, sed hoc Matt. 11. inter natos mulierum, non autem inter choros beatorum, ita & sponsa modo dicitur pulchra, sed interim adhuc inter mulieres. Desinat ergo donec inter mulieres versatur, inquirere, quæ apud sublimes illas sunt potestates, solis ipsis perspicua tamquam cælestibus cælestia ad videndum. Mirabilis inquit, facta est visio ista ex te o sponsa, quam tibi postulas demonstrari, nec modo præuales intueri meridianam, & mi 29 ram, quam inhabito claritatem. Dixisti enim Cant. 1. indica mihi, vbi pascas, vbi cubes in meridie, sed enim induci in nubes, penetrare in plenitudinem luminis, irrumpere claritatis abyssos, & 1. Tim. 6. lucem habitare inaccessibilem, nec temporis est huius, nec corporis. Hoc tibi in nouissimis reseruatur, cum te mihi exhibuero gloriosam non habẽtem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi. An nescis, quia quamdiu viuis in Ephes. 5. hoc corpore peregrinaris a lumine? Quomodo ergo quæ necdum tota pulchra es, idoneam te existimas vniuersitatem pulchritudinis intueri? Quomodo denique quæris me in mea claritate videre, quæ adhuc ignoras te? Nam si te plenius nosses, scires vtique corpore, quod corrumpitur aggrauatam, nullatenus posse attollere oculos, & figere in illum fulgorem, in quem prospicere Angeli concupiscunt. Erit cum apparuero, quod tota pulchra eris, sicut ego pulcher sum totus, & simillima mihi videbis me, sicuti sum. Tunc audies tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Nunc ergo etsi ex parte iam similis, ex parte tamen dissimilis contenta esto ex parte cognoscere.

30 Lib. 2. officiorum c. 2. to. 4.

AMBROSIVS ponit varias Philosophorum opiniones de beatitudine, & dicit, quòd licet Aristoteles, & ceteri Peripatetici in virtute vitam beatam esse dixerint, compleri tamen eius beatitudinem etiam corporis voluptatibus, & externis bonis asseruerunt. Ipse tamẽ colligit ex sacra Scriptura, quòd vita beata in cognitione consistit diuinitatis, & fructu bonæ operationis. Hæc est vita æterna, vt co- Ioan. 17. gnoscant te solum verum Deum, & quem mi- Matt. 19. sisti Iesum Christum, & de operibus ipse dixit. Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, &c. propter nomen meũ centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Et Dauid vtrumque etiam expressit. Beatus homo quem tu erudieris Domine, & de le- Psal. 93. ge tua docueris eum. Habes, & alibi. Beatus Psal. 111.

vir,

vir, qui timet Dominum in mandatis eius cupiet nimis,&c. In cap.3. incipit probare,quòd
31 exteriora bona nihil conducant ad beatitudinem, neque adiuuent, immo quòd laboris iuuent, sic ait. Nihil bonum scriptura, nisi quod honestum asserit,virtutemque in omni rerum statu beatam iudicat. Quæ neque augetur bonis corporis, vel externis, neque minuitur aduersis, nihilque beatum, nisi quod a peccato alienum sit. Scriptum est enim. Beatus vir qui
Psal.5. Psal.118. non abijt in consilio impiorum, & alibi. Beati immaculati in via. Innocentia igitur, & scientia beatum faciunt. Restat ergo, vt spreto patrocinio voluptatis, aut doloris metu in ipsis doloribus vitam beatam eminere demõstrem. quod facile doceri potest,cum legerimus, Beati
Matt.5. estis, cum vobis maledicent, & persequentur, & dicent omne malum aduersum vos,mẽtientes propter iustitiam. Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælo. Sic enim persecuti sunt Prophetas ante vos, & alibi. Qui vult venire post me abneget se,
32 &c. In cap. 4. prosequitur probationem,quòd beatitudo in doloribus consistat. Quod probat exemplo patrum sic. Est ergo beatitudo, & in doloribus, quos plena suauitatis virtus comprimit,& coercet,ipsa sibi domesticis opibus abundans, vel ad conscientiam, vèl ad gratiam. Neque enim parum beatus Moyses cum Ægyptiorum vallatus populis, & mari clausus per fluctus sibi & populo patrum pedestrem viam pijs meritis inuenisset. Quid Aaron? quando se beatiorem credidit,quàm tunc quãdo medius stetit inter viuos, & mortuos, & obiectu sui statuit mortem, ne ad viuorũ transiret agmina a cadaueribus mortuorum? Quid de puero Daniel loquar, qui tam sapiens erat, vt inter leones fame exasperatos, nulla bestialis sæuitiæ formidine frangeretur, ita alienus a metu, vt possit epulari; neque vereretur, ne ad pastum exemplo sui bestias prouocaret? Est ergo, & in dolore virtus, quæ sibi bonæ suauitatem exibeat conscientiæ. Et ideo indicio est, quòd non minuat dolor virtutis voluptatem: Sicut ergo nulla virtuti decessio beatitudinis per dolorem, ita etiam nulla accessio per voluptatem corporis, aut commodorum gratia,
33 de quibus pulchre ait Apostolus. Quæ mihi
Phil. 3. lucra fuerunt. Hæc dixi propter Christum detrimenta esse. Nullum ergo adminiculum præstant diuitiæ ad vitam beatam. Quod Dominus in Euangelio demonstrauit dicens. Beati
Luc.6. pauperes,quoniam vestrum est regnum Dei. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam. Beati qui nunc fletis, &c. Itaque paupertatem, dolorem, quæ putantur mala, non solum impedimento non esse ad vitam beatam, sed etiam adiumento euidentissime pronunciatum est.
34 In cap. 5. probat ea,quæ bona videntur non solum non esse adiumento ad vitam beatam, sed obstaculo esse, & sic ait: Sed illa, quæ videntur bona diuitias,satietatem, lætitiam,expertem esse doloris detrimento esse ad fructum beatitudinis Dominico declaratum iudicio liquet, cum dicitur. Væ vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram. Væ vobis qui saturati estis, quia esurietis, & illis qui rident, quia lugebunt. Sic ergo non solum adminiculo non sunt ad vitam beatam corporis, aut externa bona, sed etiam dispendio sunt. Sic ait: Sunt qui in hoc corpore tam infirmo impossibilem vitam beatam putent, in quo necesse est angi dolere, deplorare. Quasi vero ego in corporis exultatione dicam vitam beatam consistere, & non in altitudine sapientiæ, suauitate conscientiæ,virtutis sublimitate. Non enim in passione esse,sed victorem esse passionis,beatum est, nec frangi temporalis motu doloris, &c. Quis neget beatum Isaac, qui non videbat in senectute, & beatitudines suis benedictionibus conferebat? An non beatus Iacob,qui profugus patria,domo, mercenarius,pastor exiliũ sustinuit, filiæ pudicitiam ingemuit esse temeratam, & famẽ pertulit? Misera est seruitus, sed non miser Ioseph. Immo plane beatus,cum dominæ libidines in seruitute positus coerceret. Quid de sancto Dauid loquar, qui trium filiorum deplorauit obitum Amon,& Absalon, atque infantuli ex ea quæ fuit Vriæ nati, & quod his durius incestum filiæ Thamar? Quid laboriosius sancto Iob, vel in domus incendio, vel filiorum decem interitu,vel doloribus corporis? Numquid minus beatus, quàm si illa non pertulisset, in quibus magis probatus est, &c.

IDEM ostendit beatitudinem humanam non consistere in bonis externis,diuitijs, filijs, libertate, sanitate, &c. sed in virtute. Quia defectus externorum non tollit perfectionem, ergo nec beatitudinem probat, ex Hieremiæ, Ananiæ, Azariæ, & Danielis captiuorum exemplo, Eliæ pauperis, & Elisei subditi vide. & in fine capitis ait. Tamquam ille qui citharа canere solitus, si etiam diffipatam resolutis neruis, & confractam viderit, & vsum eius interruptum, abijciat eam, atque eius numeros non requirat, sed voce ipse se mulceat: ita & infirmus, aut debilis pauper, aut seruus, &c. citharam corporis, vel diuitiarum, vel libertatis, &c. vitiosam iacere patietur. Corde se oblectabit bonæ conscientiæ recordatione, mulcebit diuinis oraculis, & scriptis propheticis alleuiabit,suaue illud, & iucundum animo tenens, mente complectens, cui nihil triste possit accidere, cum semper ei diuinæ præsentiæ aspiret gratia, & ipse sibi adsit summa animi tranquilitate perfusus, &c.

35 Lib.1.de Iacob, & vita beata ca.1.

Bellum

Bellum grande sustinent iusti a dæmone, carne, & mundo, in quo in hoc sæculo non est perfecta victoria. Cap. V.

1 Hom.7.Numeros to.1. Num.13. ORIGENES explicans illa verba, quæ dixerunt exploratores terræ promissionis,Terra quidẽ bona,& admirabilis,habitant autem in ea filij gigantum,in conspectu quorum populi Dei, quasi locustæ videntur, sic ait. Qui sunt isti hostes, qui sunt in terra Sanctorum, & quomodo eijciendi sunt,vt illis eiectis Sancti succedant in locum eorum. Et quid putamus, quòd nullus aduersarius sit in locis, quæ tibi promittuntur quem tu debeas pugnãdo euincere, vt liber ad ea,quæ tibi promittuntur loca euolare possis? Et quomodo dicit Dominus a diebus Ioannis Baptistæ,quia regnum cælorum vim patitur, & vim inferentes rapiunt illud. Nisi enim essent quibus vis fieret,numquam essent,qui inde depelli,& extrudi deberent,numquam diceretur per vim diripiendum esse regnum cælorum. Et nisi essent, cum quibus certamen nobis esset,ac prælium numquam diceret Apostolus. Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanginem,sed aduersus principatus, & potestates,
2 aduersus mundi huius rectores tenebrarum
Esa. 34. harũ, aduersus spiritualia nequitiæ in cælestibus. De quibus etiam illud Dei dictum diuinitus per Prophetam intelligendum videtur, vbi ait. Inebriatus est gladius meus in cælo. Necesse est ergo spiritales nequitias, quæ in cælestibus esse dicuntur,qui sunt viri Chananæi vinci abs te, vt expeditus ad cælestia regna trãsire possis, vt tu pro illis habites ibi. Scito tamen gigantes eos esse. Gigas dicitur omnis qui aduersus Deum resistit. Quicumque ergo aduersatur Deo, & contrarius est veritati (quod illi principaliter faciunt) merito gigas appellatur. Tibi ergo præstatur,vt deuictis gigantibus intres in regnum, quod illi perdiderunt,& impleatur,quod scriptum est. Quis accipiet a gi-
Marc.3. gante spolia? Vnde Dominus dicebat in Euangelio. Nemo potest introire in domum fortis, & diripere vasa eius, nisi prius alligauerit fortem? Nec vinci solum,sed & alligari illũ oportet,nisi enim alligetur, nequaquam tutum esse poterit iter nostrum. Nunc ergo quantum ad comparationem humanæ, & dæmoniacæ naturæ,nos locustæ sumus, & illi gigantes.

3 Hom. 15.in librum Io. sue eod. to. IDEM sic habet. Deus dicitur incitare propemodum aduersarias virtutes exire aduersus nos in prælium, vt & nos victoriam capiamus,& illi interitum consequantur. Vnde mihi videtur esse infinitus quidem numerus contrariarum virtutum pro eo quòd per singulos pene homines, sunt spiritus aliqui diuersa in his peccatorum genera molientes v. g. est aliquis fornicationis spiritus, est iræ spiritus, alius est auaritiæ spiritus, alius vero superbiæ. Et si eueniat esse aliquem hominem, qui ijs omnibus malis,aut etiã pluribus agitetur, omnes hos,vel etiam plures habere in se inimicos putandus est,spiritus. Vnde & per singulos plures esse credendi sunt, quia non singula singuli homines habent vitia, vel peccata committũt, sed plura ab vnoquoque videntur admitti. Et iterum non est putandum, quòd vnus fornicationis spiritus seducat eum, qui v. g. in Britannijs fornicatur, & illum qui in India, & in alijs locis,neque vnum esse iræ spiritum, qui diuersis in locis diuersos homines agitet, sed puto magis principem quidem fornicationis spiritũ vnum esse,innumeros vero esse,qui in hoc ei officio pareant, & per singulos quosque homines 4
diuersi spiritus sub eo principe militantes, ad huiusce modi eos peccata sollicitant. Similiter & iracundiæ,& auaritiæ,& superbiæ,& ceterorum malorum, & ideo non vnus principatus dicitur in contrarijs virtutibus ab Apostolo, sed plures,aduersus quos pugnam sibi esse,& nobis omnibus scribit. Tamen reor omnium principem velut eminẽtiorem quendam in nequitia, & in scelere celsiorem, qui totum mundum, quem isti ad peccata singuli quique per peccatorum species pro parte sollicitant, solum velut omnium principum dux, & totius nefandæ militiæ magister exagitet, cuius figuram cum Iabin discuteremus pro paruo intelligentiæ nostræ captu in superioribus patefecimus.

IDEM explicans illa verba: Non potue- 5
runt filij Iudæ eijcere Iebuseum de Hierusalem Hom.21.in cap.15. Iosue eod.to.
vsque in hodiernum diem sic habet. Simile autem aliquid scriptũ est,& de Ephrem, ait enim scriptura. Et non disperdidit Ephrem Chananæum, qui habitat in Gazer, & habitauit Cha- Iudic.1.
nanæus in Ephrem vsque in hodiernum diem. Ephren interpretatur fructificatio. Qui ergo fructificat, & crescit in fide, non potest exterminare Chananæum semen pessimum, semen maledictum, semen semper mobile, semen incertum.hoc enim interpretatur Chananæus. Et certum est, quia cum eo qui fructificat, & crescit semper habitat Chananæus,numquã enim tentationum motus cessant ab eo, sed tu si vere fructificas in Deo, & vides talem aliquem inquietum, scito quia Chananæus est, si non potes eum eijcere de Ecclesia illud obserua, quod Apostolus commendat dicens. Subtrahite vos 1.Thess.3.
ab omni fratre inquiete ambulante. De Hierusalem frequenter diximus, quòd visio pacis interpretatur. Si ergo in corde nostro Hierusalem ædificata,hoc est si visio pacis in corde nostro fundata est,& Christum semper,qui est pax nostra intuemur,& seruamus in corde, si quidẽ ita fixi,& stabiles sumus in hac visione pacis,vt numquam prorsus vlla cogitatio mala, vel alicuius peccati consilium ascendat in cor nostrũ, si hoc ita fieri possit,poterimus dicere, quia in Hierusalem sumus, & nullus alius habitat nobiscum,nisi soli illi, qui sancti sunt. Nunc vero cum etiam ad grandem profectum veniamus, & summis nosmetipsos studijs excolamus, tamen non puto cuiquam tantum in corde puri-

tatis

tatis euenire, vt numquam aduersæ cogitationis contagione maculetur. Certum est enim Iebuseos habitare cum filijs Iuda in Hierusalé, curandum tamen est, vt iste licet non eijciatur, subijciatur tamen.

6 IDEM explicans illa verba, Obseruabit pec-
Hom. 2. in Psalmũ 36. tom. 2. cator iustum, & fremet super eum dẽtibus suis, sic ait: Sicut naturaliter contraria sunt lux, & tenebræ, ita contrarij sunt sibi peccator, & iustus. Etsi videris aliquando odio haberi iustũ, non dubites dicere de eo, qui odit iustum, quoniam peccator est. Obseruabit ergo peccator iustum, & obseruans eum fremet super eũ dentibus suis. Quod dicit, Fremet super eum dentibus suis, nescio si de carnalibus dentibus accipiendum sit, licet possibile id sit fieri a peccatore aduersus iustum, cum comminatur ei, cum furit aduersus eum, cum silet voce, & clamat furore, cum iusto molitur insidias, & omne malum cogitat aduersus eum. Sed cum hæc facit, Dominus irridebit eum, quoniam prospicit, quòd veniat dies eius, dies ille, cum quæritur peccator, & non erit. Gladium euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum suum, vt decipiant pauperem, & inopem. Statuamus duos milites armatos, vnum militem Dei, alterum militem diaboli, & siquidem miles Dei habet loricam iustitiæ, sine dubio miles diaboli habet loricã iniustitiæ, & si miles Dei in galea salutis coruscat, e contrario peccator qui est miles diaboli, galea perditionis indutus

7 est. Etsi parati sunt pedes militis Christi ad Euangelij cursum, & prædicationem, e contrario peccatoris pedes velociter currunt ad effundendum sanguinem, & calceamenta eius, hoc est præparatio, concinnãtur ad malum. Habet ergo miles Dei scutum quoddam fidei, habet & miles diaboli infidelitatis scutum. Ita ergo, est gladius Spiritus sancti in his, qui militant Deo, est autem, & gladius maligni, in his qui militant peccato. Quem gladiũ nunc euaginare dicuntur peccatores, cum iam impudẽter, & absque vllo verecundiæ. velamento iniquitates suas perpetrant, neque erubescunt, ac reuerentur, neque tamquam in vagina nequitiam suam contegunt, sed superbo, & elato spiritu velut gladium quemdam denudant, similiter illud, quod sequitur peragunt, idest intenderunt arcum suum. Sermo autem peccatoris sagitta est habens venenum, & sagittans, ac vulnerans eum, qui non est armis Dei munitus. Tendunt arcum suum, vt deijciant inopem, & pauperem, sciunt peccatores, quia non possunt deijcere diuitem, propterea nec insidias ei tendunt, sed omnes eorum insidiæ aduersus pau-
Psal. 9. perem diriguntur, sicut & alibi dicitur, quia insidiatur sicut leo in cubiculo suo, insidiatur vt rapiat pauperẽ, & quia redemptio viri diuitiæ eius sunt, pauper autem sufferre non valet minas, ideo diuites efficiamur in spiritualibus

8 bonis.

In libro cui titulus est constitutiones monasticæ to. 2. BASILIVS sic habet. Quemadmodum bona res est equus, & quãto natura vegetior, ac calidior fuerit, tanto melior, opus autem habet gubernatore, & moderatore, nempe rationis expers existens. Vbi vero ascenderit ipsum auriga, impetus iumenti conuenienter gubernauerit, & sibiipsi ad vtilitatem vtitur, & propositum scopum assequitur, sed & ipse seruatur, & iumentum ad vsum optimum conspicitur, vbi vero auriga male rexerit pullum, sæpe & ipse pullus a publica via præuaricatur, & ad inuia dilabitur, aliquando vero etiam ipsum sessorem simul defert, & vtriusque periculum fit aurigæ negligentia. Sic etiam de anima, & corpore intellige. Corpus enim naturales impetus accepit, non absurdos, sed omnino ad aliquid bonos, ac vtiles, & rationis hoc expers est, quo anima ob rationis prærogatiuam colatur. Si enim ipsa impetus corporis decenter gubernarit, & ipsum conseruat, & ipsa extra pericula permanet. Si vero præfecturæ negligens fuerit, & somno victa per socordiam, corporis gubernationem dimiserit, tum ipsum velut ratione destitutum a recta via aberrat, & animam æqualibus erroribus inuoluit, non ex propria malitia, sed propter illius negligentiã. Si quidem enim essent affectus corporis tales, vt ab anima domari non possent, merito sane culpam haberet corpus. Cum vero multis subditi facti sint, qui ipsis dominari studuerunt, innoxium quidem est corpus apud eos, qui ipsum velut malitiei principem criminari conantur. Represſione autem digna est anima ob negligentiam, cui dominium corporis alligatum est, quæ neque ipsa ex natura malum in seipsa habet, sed ob defectum boni in hoc consistit.

HIERONYMVS Heliodorũ ad spiritualem bellum inuitat, & vitam solitariam, & ait. Quid Epist. 1. quæ est ad Heliodorum tom. 1. facies in paterna domo delicate miles? Vbi valum, vbi fossa, vbi hiems acta sub pellibus? Ecce de cælo tuba canit, ecce cũ nubibus debellaturus orbem imperator armatus egreditur? Eccé bis acutus gladius ex regis ore procedens obuia quæque metit, & tu mihi de cubiculo ad aciem, tu de vmbra egrederis ad solem? Corpus assuetum tunicis, loricæ onus non fert, caput opertum linteo galeam recusat, mollẽ otio manum durus exasperat capulus. Audi edictũ regis tui, Qui non est mecum cõtra me est. Recordare tirocinij tui diem, quo Christo in baptismate consepultus in sacramenti verba iurasti pro nomine eius, non te patri parciturum esse, non matri. Ecce aduersarius in pectore tuo Christum conatur occidere, ecce donatiuũ quod militaturus acceperas hostilia castra suspirãt. Licet paruulus ex collo pẽdeat nepos, licet sparso crine, & scissis vestibus vbera, quibus te nutrierat mater ostendat, licet in limine pater iaceat, per calcatũ perge patrẽ, siccis oculis ad vexillum crucis euola, solum pietatis genus est in hac re esse crudelem. Veniet, veniet

10 postea dies, quo victor reuertaris in patriam, quo Hierosolymã cælestem vir fortis coronatus incedas. Gladium tenet hostis, vt me peritus incedas. Gladium tenet hostis, vt me pepter patrem militiam Christi deseram, cui sepulturam, Christi causa non debeo? Erras frater

ter erras, si putas vmquam Christũ persecutionẽ non pati, tunc maxime oppugnaris, si te oppugnari nescis. Aduersarius noster tãquam leo
1. Pet. 5. rugiens aliquẽ deuorare quærens circuit, & tu pacẽ putas? Sedet in insidijs, cum diuitibus, vt
Psal. 9. in occultis interficiat innocentẽ, oculi eius in pauperẽ respiciunt, insidiatur in occulto, sicut leo in spelunca sua, insidiatur vt rapiat pauperem, & tu frondosæ arboris tectus vmbraculo molles somnos futurus præda carpis? Inde persequitur luxuria', inde auaritia conatur irrumpere, inde venter meus vult mihi Deus esse pro Christo, cõpellit libido, vt habitantẽ in me Spiritum sanctum fugem, vt templum eius violẽ, persequitur me inquam hostis, cui nomina mille, mille nocendi artes, & ego infelix victorem

11 me reputabo, dum capior?

Epist. 22. ad Eustochiũ, de custodia virginitatis eod. to. IDEM sic habet. Onusta incedis auro, latro tibi vitãdus est. Stadiũ est hæc vita mortalibus, hic contẽdimus, vt alibi coronemur. Nemo in-
Ephes. 6. ter serpentes, & scorpiones securus ingreditur. Et inebriatus est, inquit, Dominus gladius meus in cælo, & tu pacẽ arbitraris in terra, quę tribulos germinat, ac spinas, quã serpens come dit? Nõ est nobis colluctatio aduersus carnẽ, & sanguinẽ, sed aduersus principes, & potestates huius mundi, & harũ tenebrarũ, aduersus spiritualia nequitiæ in cęlestibus. Magnis inimicorũ circũdamur agminibus, hostiũ plena sunt omnia, caro fragilis, & cinis futura post modicũ pugnat sola cum pluribus, cum autẽ venerit princeps mũndi huius, & inuenerit in ea nihil, tunc
Psal. 90. secura audies per Prophetam, Non timebis a timore nocturno, a sagitta volante perdiem, &c. cadent a latere tuo mille, & decem millia a dextris tuis, ad te autẽ non appropinquabit. Quòd si horũ te multitudo turbauerit, & ad sin
4. Reg. 6. gula incitamẽta vitiorũ cœperis æstuare, & dixerit tibi cogitatio tua, Quid faciemus? Respõdebit tibi Eliseus. Noli timere, quia plures nobiscũ sunt, quã cum illis, & orabit, & dicet. Do-

12 mine aperi oculos puellę tuæ, vt videat. Et aper
Psal. 123 tis oculis videbis igneũ currũ, qui te ad exemplum Eliæ in astra sustollat, & tunc læta cantabis. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiũ, laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Quamdiu fragili hoc corpore de tinemur, quamdiu habemus thesaurũ istũ in vasis fictilibus, & cõcupiscit spiritus aduersus car
1. Pet. 5. nem, & caro aduersus spiritũ: nulla est certa victoria. Aduersarius noster diabolus aliquẽ de-
Psal. 103. uorare quærens circuit. Posuisti ait Dauid tenebras, & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiæ siluę, catuli leonũ rugientes, vt rapiãt, & quærant a Deo escã sibi. Non quærit diabo-
Luc. 22. lus homines infideles, non eos qui foris sunt, &
Habac. 1. quorũ carnes rex Assyriorũ in olla succẽdit, de
Iob 40. Ecclesia Christi rapere festinat: escæ eius secũ-
Matt. 10. dũ Habacuc electæ sunt, Iob subuertere cupit,
Esa. 14. & deuorato Iuda ad cribrandos Apostolos exetere petit potestatẽ. Non venit Saluator pacẽ mittere super terrã, sed gladiũ. Cecidit lucifer, qui mane oriebatur, & ille qui in paradiso deliciarũ nutritus est meruit audire, Si exaltatus fueris, vt aquila inde detraham te, dicit Dominus. Dixerat enim in corde suo super sidera cæli ponam sedem meã, & ero similis altissimo. Vnde 13
quotidie ád eos, qui per scalã Iacob somniante descendunt, loquitur Deus. Ego dixi dij estis, & Psal. 81.
filij excelsi omnes, vos autẽ sicut homines moriemini, & tãquã vnus de principibus cadetis. Cecidit enim primus diabolus, & cũ stet Deus in synagoga deorũ, in medio autẽ deos discernat; Apostolus eis, qui dij esse desinunt scribit. Vbi enim in vobis sunt dissensiones, & æmula- 1. Cor. 3.
tiones, nonne homines estis? Si Apostolus vas electionis ob carnis aculeos, & incentiua vitio- 2. Cor. 9.
rum reprimit corpus suũ, & seruituti subijcit, ne alijs prædicans ipse reprobus inueniatur, & Rom. 7.
tamen videt aliã legẽ in mẽbris suis repugnantem legi mentis suæ, & captiuũ se in legẽ duci peccati. Si post nuditatẽ, ieiunia, fames, carcerem, flagella, supplicia in semetipsum reuersus exclamat, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius, tu te putas securam esse debere? Caue quæso, ne quando de te dicat Amos 5.
Deus. Virgo Israel cecidit, & non est, qui suscitet eam. Quoties ego ipse in eremo constitutus, & in illa vasta solitudine, quæ exusta solis ardoribus horridum monachis præstabat habitaculum, putabam me Romanis interesse delicijs. Sedebam solus, quia amaritudine repletus eram, horrebant sacco membra deformia, & squalida cutis situ æthiopicæ carnis obduxerat, quotidie lachrymæ, quotidie gemitus, et si quando repugnantem somnus imminens op- 14
pressisset nuda humo vix ossa hærentia collidebam. De cibis vero, & potu taceo, cum etiam languentes aqua frigida vtantur, & coctum aliquid accepisse luxuria sit. Ille igitur ego, qui ob gehennæ metũ tali me carcere ipse damnaueram, scorpionum tantum socius, & ferarum, sæpe choris intereram puellarum. Pallebant ora ieiunijs, & mens desiderijs æstuabat, in frigido corpore, & ante hominem suum iam carne præmortua sola libidinum incendia bulliebant. Itaque omni auxilio destitutus ad IESVM iacebam pedes, rigabam lachrymis, crine tergebam, & repugnantem carnem hebdomadarum inedia subingabam. Memini me clamantem diem crebro iunxisse cum nocte, nec prius a pectoris cessasse verberibus, quàm rediret Domino increpante tranquillitas. Ipsam quoque cellulam meam, quasi cogitationum mearum consciam pertimescebam, & mihimet iratus, & rigidus solus deserta penetrabam. Ibi meæ orationis locus, ibi illud miserrimæ carnis ergastulum, & vt ipse mihi testis est Dominus, post multas lachrymas, post cælo inhærentes oculos nonnũquam videbar mihi interesse agminibus Angelorum, & lætus cantabam post te in odorem vnguẽtorum tuorum curremus. Si autem hoc sustinent illi, qui exeso corpore solis cogitationibus oppugnantur, quid patitur puella, quæ delicijs fruitur? Nempe illud Apostoli. Viuens mortua est.

IDEM sic habet. Quod si vocatæ ad Dominum, in imagine Leuitarũ spiritualibus gladijs 15
Epistola ad filias Gerũ tij to. 9.

corporeos occidistis affectus, quē patrem desideratis? Vnus est enim pater noster qui in cælis
Matt. 23. est, ac proinde Dominus hereditas vestra, in Christo enim possidēdū est, quod cum Christo est possidendū, ne reuertamini ad mortuū, qui sequimini viuentem. Mortui, inquit, sepeliant
Matt. 8. mortuos suos. At si iam pridē dixistis, Pater nō nouimus te, vt testamentū Domini seruaretis, quid adhuc repudiati patris quæritis testamentum? Hic est ille gladius, qui a Domino per terras patrē a filijs separaturus immissus est, hoc est vere circūcidere naturā, quod Iudæi forma non veritate custodiunt, & circūcidere cultro petrino, petra autem erat Christus. Is vtique qui dixit, Si quis amauerit patrē, aut matrē su-
Matt. 10. per me, non est me dignus. Hoc vos gladio vtētes illos imitamini Leuitas ab interiori homine per exterioris vestri castra currētes obuios affectus pro Domini amore iugulate, iuxta legislatoris imperiū transeuntes primū virtutū exercitū, cum reditu videlicet, vt præterita trā seuntes, nec sæculi mirabilibus inhærentes, vbi primum ad eos, qui nos misit in mundū cum fe morali gladio redeamus resistētes nobis, remo
16 ranteſq. nos propinquū, proximum, fratrēq. ne per hos elōgetur nostra peregrinatio, perimamus, & hæc a porta faciamus ad portā, ideſt, ne cum in porta oculi fratrē fuero persecutus, portā fortassis auris obsideat, & per aliā portā præ termissus occurrat. Hæ siquidē sunt portæ animæ nostræ, per quas ad illā sæculi blandimenta descēdunt, & per quas sensus carnis introeunt, per quas nisi late strage facta viam virtutibus quadam impietate fecerimus, numquā ad regē veræ pietatis peruenire poterimus, quod vbi pro vestra deuotione fueritis viriliter execu-
Exo. 32. tæ, statim vobis ab ipso Moyse talis facti laudatore dicetur, Implestis hodie manus Domino, hoc est mundum, qui conditione carnis, & substantiæ proximus est, occidentes, actus vestros, qui manus sunt, implestis Domino, cum nulli præterquam Domino imperanti seruire annuistis.

17 IDEM explicans illa verba, Pro eo, quòd fe
Lib. 8. in c. 25. Ezechielis to. 4. cit Idumæa vltionē, vt se vindicaret de filijs Iuda, peccauitq. delinquens, & vindictam expetiuit de eis, idcirco hæc dicit Dominus Deus, Extendā manū meā super Idumæā, &c. Expositio habet: Idumæa terrena appellatur, & carnea, quæ consurgit cōtra spiritum, vt non faciamus ea, quæ spiritus sunt, & animā in meditullio positam ad se retrahere festinet, vultque vltiones reddere, quibus prius subdita fuerat filijs Iuda, & recordatur doloris antiqui, quòd nō propriæ fuerit potestatis, & ideo vindictā expetiuit de eis, qui recedentes a carne spiritū sequebātur. Propterea ipse Dominus, filiorū Iuda vltor exi
18 stens extendit manū super idumæā, & aufert de ea hominē, & iumentū, quicquid vel rationis videtur habere, vel simplicis fidei, vt eā redigat in solitudinē. Et de Theman, quæ interpretatur deficiēs, & de Dedan, quæ & ipsa cognationē sonat, omnes gladio interficit, quē posuit in manu populi sui Israel, vt subuertatur Edō, & irā Domini sentiat, ac furorē, & intelligat vindictā eius ad hoc profecisse, vt seruiat domui Iudæ. Hoc est illud, de quo, & Apostolus disputat scribens, Iacob dilexi, Esau autē odio habui, diligit autē Iacob, quia carneū, atque terrenū supplantat, & superat, & benedictiones illius meretur
Rom. 8. accipere. Est tamen sciendū, quòd Iacob primā accepit benedictionē, Esau secundā, & quod ad extremum dicitur de eo, Seruus eris fratris tui hoc significat, quòd postquā caro spiritui subiecta fuerit illique coniuncta, caro esse desistet, & idumæa transeat in Iudæam.

19 IDEM exponens illa verba: Ab ea quæ dor
Lib. 2. in Micheam cap. 7. to. 5. mit in sinu tuo, custodi claustra oris tui, sic ait. Per hanc quæ dormit in sinu aliam, non possumus intelligere, nisi carnē, vt non facile credamus carnis blāditijs, ne animi duritia, viriliſq. constantia illius edomita mollescat illecebris.

20 IDEM explicans illa verba: Numquid præ
In cap. 39 Iob to. 7. bebis equo fortitudinē, sic ait. Hūc equum aduersariā potestatē arbitror posse intelligi, qui sit pallidus, vt in Apocalypsi scribitur, quem sequitur mors, & infernus, & qui in Zacharia Propheta dicitur rubens mortibus, videlicet hominū, & cruore respersus, proinde dum permittitur, præberi a Deo dicitur fortitudo, & circumdari collo eius hinnitus, vt per patientiā, & bonitatem Dei thesaurizet sibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, & idcirco in collo eius significatur hinnitus superbiæ, quo tumeat contra Deū, & blasphemiā loquatur. Nūquid suscitabis eum quasi locustas? More locustarum aduersarius noster dicitur suscitari, quā do de locis suis ad vastandas regiones præire dicitur. Gloria narium eius terror, vel ut alij dixerunt, gloria pectoris eius audacia, vt inimicus in fugam vertat aduersarium suum, militē, scilicet Christi ipso etiam anhelitu terret, hic est odor mortis, spiritus furibūdus anhelans in
21 hominis necem. Terrā vngula fodit, siue vt alij dixerunt fodiens in campo luxuriat, ideſt carnales homines, & terrena sapientes conculcat, & cum eos contriuerit, & subdiderit sibi, facit eos ea contritione contritos, qualis est contritio, & infelicitas in vijs hominū impiorum, in huiusmodi ergo latitudine vitiorum, velut in campo luxurians fodit ad subtrahenda hominibus fundamenta virtutum, vt in ruinā subducta soliditate procumbant, exultat audaciter, gaudet superbus præsumptionis audacia, quousque pernicione contra omnes pugnet. In occursum pergit armatis, quando, scilicet arcem mētis expugnare moliens, aduersus murū virtutum arietes obijcit vitiorū, cōtemnit pauorem, nec cedit, quia si ad contumaciam, & voluntatem illius iniquissimam, ac procaciter im pudentissimam attendamus, intrepidus non terretur, non erubescit, etiam si gladio ferri Dei territus fuerit, & fugatus. Reuertitur iterum, nec confutatus abscedit, feruens, & frē mens. Feruens est vitijs diabolus, inimicus Sanctorum, & omniū criminū igne conflagrans, ac in hominē furore inuidiæ fremēs, vt iā sorbeat illecebris peccatorē, & deuoratū in corpus per

22 ditæ cōgregationis suæ trāsferat, quo corpore
Psal. 123. Propheta dixit, se forte absorbendū, nisi Dominus esset in eo, ita inquiens. Nisi Dominus esset
Gen. 3. in nobis, forte viuos absorbuissent nos, hic ergo cōtrarius noster, est cui Dominus dixit, Terrā manducabis omnibus diebus vitæ tuæ, & idcir-
Iob 39. co ipse, & socij eius, vt inimici Domini terram lingent, cum audierit buccinā dicit vah, procul odoratur bellū. Buccinā prædicatores, scilicet cohortātes, vt cōtra aduersarium suū stent fortes in prælio stupenti animo dicit vah, ideſt, quid audio? hac quisquā præsumit audacia, vt cōtra me saltē cogitet bella cōstituere. Subtilis & vigilātissimus inimicus, & nimium callidus, qui sollicitudinē perdēdi omnē terrā habet, cū senserit initia aliqua, siue signa in homine, quo modo ei eiusq. vitijs resistendū sit, velut sagitta aduersante sibi præuenire contēdit, ne sumpta cōtra diabolū sanctitatis arma defendāt, ne veneratione digni fiāt, cū rex æternus aduenerit, vlulatus vero siue sonitus, vt alij dixerunt, exercitus veri Imperatoris ille est, quando se inuicē vno spiritu cohortantes cōspiratis in vnū timoris Domini viribus alloquuntur, vt donec transeat iniquitas, sint perseuerantes in prælio.

23 AVGVSTINVS sic habet. Quisquis ita-
Libro de Agone Christiano to. 3. que timet illū ignē, qui paratus est diabolo, & Angelis eius, det operā triūphare de illo in semetipso, eos enim, qui foris nos oppugnāt, intus vincimus vincendo concupiscentias, per quas nobis dominantur, & quos inuenerint sui similes, secū ad pœnas trahūt. Sic & Apostolus
Ephes. 5. dicit, quòd in semetipso pugnat aduersus potestates exteriores, ait enim. Non est nobis collu-ctatio aduersus carnē, & sanguinē, sed aduersus principatus, & potestates huius mūdi, rectores harū tenebrarū, & aduersus spiritalia nequitiæ in cælestibus. Quāuis iste locus possit aliter intelligi, vt non ipsos præuaricatores Angelos in
Phil. 3. 24 cælestibus esse dixerit, sed nos potius, de quibus alio loco dicit, conuersatio nostra in cælis est, vt & nos in cælestibus cōstituti, ideſt in spiritualibus præceptis Dei, & ambulantes dimicemus aduersus spiritalia nequitię, quę nos inde cōnātur extrahere. Magis ergo illud quæren dū est, quomodo aduersus eos, quos nō videmꝰ, pugnare possimus, & vincere, ne putēt stulti ad uersus aerem debere nos certare, docet itaque Apostolus ipse dicēs. Non sic pugno, quasi aerē
1. Cor. 9. cędēs, sed castigo corpus meū, & in seruitutem redigo, ne forte alijs prædicans ipse reprobus inueniar. Imitemur ergo, & nos illum, & castigemus corpus nostrū, si mundū volumus vincere, quia per illicitas delectationes suas, & pompas, & pernicioſam curiositatē, nobis dominari potest hic mundus, ideſt ea quæ in hoc mūdo pernicioſa delectatione colligant amatores rerum temporaliū, & diabolo, atque Angelis eius seruire cogunt, quibus omnibus si renūciamus, redigimus in seruitutem corpus nostrum.

25 IDEM sic ait: Caro nostra in malitia semper
Lib. de salutaribus documentis to. 4. vult potens esse, in abstinentia autē, ideſt in ieiunio, & in vigilijs, & orationibus, ac bonis operibus infirmā esse se fingit. Caro nostra est, quæ nos demergit in foueā dicēte Apostolo, Mortificate mēbra vestra, quæ sunt super terrā, forni
Coloſ. 3. cationē, immūditiā, &c. & iterū curā carnis ne feceritis in cōcupiscentijs vestris, itaq. morti-
Rom. 13. ficemus carnē nostrā, ne nobis adducat diabolū cum cōcupiscentijs malis. Caro autē data est nobis, quasi animę bellū, quęsi mortificetur adducit vitā, si mutuatur præparat se contra animā ad bellū. Laudo autē illū, qui carnis suæ potest habere potestatē, dum infirmitatem carnis nostræ timemus, salutē animæ nostræ negligimus. O anima nostra misera quid dicis? quam caro sic fortiter grauat, dicēte Salomone. Ca-
Sap. 9. 26 ro quæ corrūpitur, aggrauat animā. Væ væ miseræ animæ, quā caro persequitur, caro nostra
Rom. 8. quotidie contra animā pugnat, & nos quotidie cōtra carnē pugnare debemus, sicut Apostolus præcipit, si secūdū carnē vixeritis, moriemini. Si autē spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Caro cōcupiscit omne malū, caro hortatur maleficia, caro prouocat irā, caro prouocat homicidiū, caro prouocat adulteriū, & rixā, caro inserit ebrietatē, caro portat omnē concupiscentiā malā huius sæculi, & omnia mala caro desiderat. O caro bestia crudelis, quid habes? Quid grauas animā? quæ nihil desideraſſet, nisi Deo seruire, si tibi inimicę nō se iunxisset. Tu autē caro misera, non solū teipsam occidis, sed & animā necas. Non sufficit tibi perditio tua, sed adhuc, & animā vis in inferno demergere. Væ tibi anima, quæ carnē accepisti contrariā, quæ nec ipsa intrat, nec te permittit intrare in regnū cælorum. O caro mala quid quæris, quid desideras, non vis laborē sustinere? non vis inquieta cōquiescere, suffocas animā, vt vice versa tu sis domina, & illa ancilla. Rogo quare grauas animā, quæ molesta non est tibi. Nū tu effugies pœnā, dū ipsa patitur gehennā? neq. enim sine te potest iudicari in die iudicij. Quare non
27 consentis spiritui, & animæ nostræ sicut Euangeliū te hortatur dicēs, Esto cōsentiēs aduersario tuo, cum es cū ipso in via, hoc est, in hoc sæculo, ne forte tradat te iudici, hoc est, Christo, & iudex tradat te ministris, ideſt angelis malis, & ministri mittāt te in carcerē, hoc est, in gehēnam, & nō exies inde, donec reddas nouissimū quadrantē, ideſt, vsq. ad minimū peccatū. Quid es tu? quid nobis præstas? nisi detrimentū animæ nostræ. Qui te nutrit, ad malū faciendū te nutrit. Quid plura? sicut tinea lanā deuorat, & sicut ignis lignum, & stipulā consumit, ita caro rebellis, & delicata animā consumit, & concremat. Caro cū qua inhabito semper ducere me vult ad peccatū, mecūvult coronari, sed nō mecum decertare, nullū peiorē patior hostē quàm corpus meum, in quo habito, est enim quasi leo subuersor in domo mea, vndique me pestifero morsu dilacerando consumens, ideo longa trahēs suspiria clamitādo dicā. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius.

28 IDEM exponens locū Pauli ad Romanos.
Lib. 1. contra duas Epistolas Pelagianorum ad Bonifacium to. 7. Condelector legi Dei secundum interiorem hominem, &c. ostendit non esse perfectam victoriam iustis in hac vita, sicut dixit, Velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio, quia hoc est perficere bonum, vt nec concupiscat ho-

mo,imperfectum est autem bonũ, quando concupiscit etiam si concupiscentiæ non consentit ad malum, sic captiuantem autem dixit legem motione,non consensũ. Igitur mente seruio legi Dei, carne autẽ legi peccati, carne legi peccati concupiscendo, mente legi Dei non consentiendo concupiscentiæ.

29 Lib.3. contra Iulianũ Pelagianũ cod. to.

IDEM exponẽs verba illa Apostoli ad Galatas. Spiritu ambulate, & desideria carnis nõ perficietis,sic habet: Non ait,ne feceritis,quia eas non habere non poterant, sed ne perfeceritis,ideſt, ne opera eorum consensu voluntatis impleatis. Caro enim inquit, concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, hæc enim inuicem aduersantur, vt non ea, quæ vultis faciatis,& ad Romanos, Non enim quod volo, facio bonum, sed quod nolo malum, hoc ago, deinde ad Galatas addit, Quòd si spiritu ducimini, non adhuc estis sub lege. Vide si non hoc ad Romanos. Iam non ego operor illud, & condelector legi Dei secundum interiorem hominem,& non regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obediendum desiderijs eius, si enim non obediatur concupiscentijs, quas necesse est esse in carne peccati,atque in corpore mortis huius non perficietur, quod perfici vetat Apostolus dicens. Concupiscentias carnis ne perfeceritis. Ipsa quippe sunt opera,de quibus totũ mire sequitur, & dicit, manifesta sunt autem opera carnis,quæ sunt fornicationes,immunditiæ, luxuriæ, &c. Si ergo non consentiatur concupiscentijs carnis, quamuis agantur motibus,non tamen perficiẽtur operibus.Proinde cum caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, non ea quæ nolumus, faciamus, nec carnis perficiuntur concupiscentiæ,quamuis fiant, nec nostra perficiuntur bona opera, quamuis fiant. Sicut enim tũc perficitur carnis concupiscentia, cum consentit ei spiritus ad operanda, vt non concupiscat aduersus illam,sed cum illa: sic & bona opera nostra tunc perficientur,quando ita spiritui caro consenserit, vt aduersus eum etiam ipsa non concupiscat, hoc enim volumus, cũ perfectionem iustitiæ concupiscimus,hoc,intendere cõcupiscentijs carnis non perficiendis, & bonum perficere non inuenio,hoc intẽtione non intermissa velle debemus. Sed quia id perficere in ista corruptibili carne non possumus: ideo dixit ad Roman. Velle adiacet mihi,perficere autem bonum non inuenio,non ait facere,sed perficere bonum, quia facere bonum est post concupiscentias non ire, perficere autẽ bonum est non concupiscere.Quod ergo est ad Gala. Concupiscentias carnis ne perfeceritis,hoc e contrario est ad Rom. Perficere autem bonum non inuenio,quia nec illæ perficiũtur in malo, quando eis non accedit nostræ voluntatis assensus, nec nostra voluntas perficitur in bono,quandiu illarũ cui non cõsentimus permanet motus. Ipse autẽ conflictus,in quo etiam baptizati velut in agone decertant,cũ caro concupiscit aduersus spiritũ,& spiritus aduersus carnẽ,vbi & spiritus facit bonũ opus, non cõsentiendo concupiscentiæ malæ,sed non perficit,quia ipsa mala desideria nõ absumit,& caro facit malũ desideriũ,sed nec ipsa perficit, quia nõ sibi cõsentiẽte spiritu,& ipsa ad opera damnãda nõ peruenit.

Rom. 7.

Rom. 6. & 7.

Gal. 5.

30

31 Lib.6. ad eundem. c.8. & 11. *Psal.102.*

IDEM exponens illa verba. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes languores tuos, sic ait. Propitius sit Deus iniquitatibus Sanctorũ remissione omniũ peccatorũ.& subiecit, Qui sanat omnes languores tuos,ea mala volens intelligi, cũ quibus donec sanẽtur, vel quantũ possunt in hac vita magis, magisq. minuãtur, non quiescũt intestina bella Sanctorũ. Nec enim nullus est lãguor,quo caro concupiscit aduersus spiritũ etiã manẽte virtute castitatis inuicta,si nullus lãguor est, non ergo aduersus eum spiritus cõcupiscat,ad hoc enim concupiscit, vt si non potest non certandi, sed saltẽ non consentiendi obtineat sanitatem. Non est cõtrariũ,vt qui dicit, Viuo ego,iam nõ ego,viuit in me Christus,dicat etiam suo, quod nõ habitat in me hoc est in carne mea bonũ. In quãtũ quippe in illo viuit Christus intantũ expugnat,& superat,quod non habet bonũ in eius carne,sed malũ, neq. enim recte concupisceret cuiusquã spiritus aduersus carnẽ,nisi habitaret in illo spiritus Christi. Absit ergo, vt dicamus Apostolũ, sic ista dixisse quasi, qui se vellet intelligi renitentẽ,in scorto aliqua manu pestiferæ voluptatis abduci, cũ dicat non ego operor illud,ostendens concupiscentias carnis solo impulsu libidinis superari,sine cõsensione peccati.

Gal. 5.

Rom. 7.

32 In Psal. 61. to.8.

IDEM explicans illa verba. Dũ confringuntur ossa mea,si habet.Ossa fortes sunt,& aliquãdo ipsi fortes tẽtationibus cedũt. Hæc cũ quisque considerat ex corpore Christi,ex voce corporis Christi,nonne clamat.Vt quid me repulisti,& vt quid tristis incedo,dũ affligit me inimicus, dum confringuntur ossa mea? Non carnes meas tãtũ,sed etiã ossa mea, vt in quibus putabatur esse aliqua fortitudo videas cedere in tẽtationibus,vt ceteri infirmi desperent,quando fortes viderint succũbere.Quanta ista pericula fratres mei? exprobrauerũt mihi,qui tribulant me(iterũ illa vox,Dũ dicitur mihi,per singulos dies, vbi est Deus tuus) & maxime ista dicunt in tentationibus Ecclesiæ,vbi est Deus tuus? & dicit sanctus,non vis,vt conturbem te hic posita in tantis malis, suspirans ad bona, sitiens, & laborans,non vis, vt conturbem te.

33 In Psal. 70. eod. to. *Eph. 6.*

IDEM explicans illa verba. Et factus est in pace locus eius ait. Adhuc habes aduersus te bellũ,indicitur tibi bellũ non solũ aduersus sugestiones diaboli,aduersus principẽ potestatis aeris huius,qui operatur in filijs diffidentiæ aduersus diabolũ, & Angelos eius spiritualia nequitiæ,non solũ ergo aduersus istos tibi bellum indicitur, sed aduersus teipsum. Quomodo aduersus teipsum?aduersus tuã consuetudinẽ malam,aduersus vetustatẽ vitæ tuæ malæ,quæ trahit te ad solitã,& refrenat a noua, indicitur enim tibi quædã noua vita, & tu vetus es, nouitatis gaudio suspenderis,vetustatis onere prægrauaris, incipit tibi esse bellum aduersum te,sed ex qua parte tibi displices,iungeris Deo, & ex qua parte iam iungeris Deo, idoneus eris ad vincendum te, quia ille tecum est, qui omnia

omnia superat, attende quod dicit Apostolus. Mente seruio legi Dei,carne autem legi peccati. Vnde mente? quia displicet tibi vita tua mala. Vnde carne? quia non desunt suggestiones,& delectationes malæ,sed ex eo, quòd mente iungeris Deo,vincis quod in te non vult sequi. Præcessisti enim ex parte,& ex parte tardaris. Trahe teipsum ad illum, qui te sursum tollit, pondere quodam vetustatis grauaris,clama,& dic.

Rom. 7.

34 Infelix ego homo,quis me liberabit de corpore mortis huius, ab eo, a quo grauor. Corpus enim,quod corrũpitur aggrauat animã. Quare autem permittitur,vt diu contra te litiges? donec absorbeantur omnes cupiditates malæ, vt intelligas in te pœnam tuã, in te ex te ipso est flagellum tuum,sit rixa tua tecum. Sic vindicatur in rebellem aduersus Deum, vt ipse sibi sit bellum,qui pacẽ noluit habere cum Deo. Sed tene mẽbra tua aduersus concupiscentias tuas malas,surrexit ira, tene tu manum. coniunctus Deo. Potuit surgere,sed nõ inuenit arma. Apud iram tuam, impetus est, apud te arma sunt, sit impetus inermis,& discit iam non surgere, qui frustra surrexit. Hoc autem dico charissimi, ne forte quia diximus,carne autem legi peccati,putetis consentiẽdum esse desiderijs vestris carnalibus,et si non possunt,nisi esse modo desiderio carnalia,nõ est illis consentiendum. Propterea non dixit Apostolus, Non sit peccatũ in vestro mortali corpore,nouit enim, quod quãdiu mortale est,est sibi peccatum,sed quid ait? Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore,quid est non regnet (ipse exposuit)ad obediendum,inquit, desiderijs eius. Sunt desideria, existunt desideria,non tu obaudis desiderijs tuis, nõ sequeris ipsa desideria,non illis cõsentis,est tibi peccatum,sed amisit regnũ,quando iam in te non regnat peccatum, postea inimica destruetur mors, viuificatisque corporibus vestris erit pax vera, ibi confregit potentias arcuum,scutum, gladium,& bellum in illa perfecta pace, & æterna.

Rom. 6,7.

1.Cor.15.

35 In Psal.98. eod.to.

IDEM explicans illa verba: Introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum, sic habet. Compedes sunt infirmitas,& corruptibilitas corporis,quæ aggrauãt animam, per eius enim fragilitatem, velut quorundam dolorum molestiarumque materiam ad impietatem poterat compellere persecutor. Ab his compedibus concupiscebat dissolui Apostolus,& esse cũ Christo. Dum ergo corruptibile hoc induat incorruptionem, & mortale hoc immortalitatẽ, velut compedibus caro infirma promptum impedit spiritum, has ergo cõpedes non sentiunt, nisi qui in seipsis ingemiscunt grauati, habitaculum,quod de cælo est superindui cupientes, pro his Propheta gemitibus ingemit, vt intret in conspectu Dei gemitus compeditorum.

Phil. 1.

2.Cor.15.

2.Cor.5.

36 Serm. 3. de verbis Apostoli to. 10.

IDEM exponens illa verba: Ter Dominũ rogaui, vt discederet a me stimulus carnis, & dictum est mihi, Sufficit tibi gratia mea, & ait. Hæc erant vtique verba certantis, & in certamine periclitantis,& diuinum auxilium postulantis; triumphantis autem verba,quæ erunt?

2.Cor.12.

Vbi est mors contentio tua, vbi est mors aculeus tuus? Aculeus autem mortis est peccatũ. Sic ista dicebat Apostolus, quasi ipse iã ibi esset. Denique post hæc verba, quæ sunt de futura perceptione, non de præsenti conflictatione quandoquidem dicit, tunc fiet, non modo fit. Quid tũc fiet? Vt nullus sit aculeus mortis,nũquam possit inueniri peccatum. *Et antea dixerat*: Quæ enim vultis? vt omnino nullæ sint cõcupiscentiæ malarum delectationum,quis sanctus hæc non velit? Sed non efficit, quamdiu hic viuitur,caro enim concupiscit aduersus spiritum,&c. Vt non quæcumque vultis faciatis, vt nullæ sint in vobis prorsus rerum illicitarũ concupiscentiæ non poscitis. Quid ergo restat? Spiritu ambulate,& quia non potestis efficere, vt concupiscentias carnis consumatis,eas ne perficiatis. Cõsumere quidem illas, atque finire, & penitus extirpare omnino velle debetis, sed quamdiu sunt in vobis,& alia lex in mẽbris vestris repugnans legi mentis vestræ,concupiscentias carnis,ne perfeceritis. Quid enim vultis,vt omnino non sint concupiscentiæ carnis? non vos permittunt implere,quod vultis, nolite eas permittere implere quod volunt. Quid vultis? vt omnino non sint. Sed sicut caro concupiscit aduersus spiritum, concupiscat spiritus aduersus carnem,vt non illa, quæ vultis, faciatis, ideſt, vt non sint in vobis ipsæ concupiscentiæ carnis,nec ipsæ faciant quod volunt,vt opus earum perficiatis,si non tibi in totum cedit, noli & tu cedere, prius æquetur pugna, vt aliquando sit victoria.

1.Cor.15.

37 Lib.50. homiliarũ ho. 25. eod.to.

IDEM sic habet,explicans illud. Quod pugnante populo contra Amalec manus Moysi erant eleuatæ,ait: Aliquando in tentationibus deficis,sed nõ succũbis. deponebat ille paululũ manus, non omnino ruebat, sed dicebat motus est pes meus, ecce misericordia tua Domine adiuuabat me,debellare potuit Amalec,sed superare nõ potuit,noli timere,aggredere viam, aliquando ille deponebat manus, aliquãdo erigebat,tamen victus est Amalec.

38 Serm.45.de tempore. *Gal. 5.*

IDEM sic ait.Si spiritu ducimini,non estis sub lege, sed sub gratia. Quid est duci spiritu? Spiritui Dei consentire iubenti, non carni concupiscenti. Tamen cõcupiscit,& resistit,& vult aliquid,& non vis tu,perseuera,vt nolis tu, desiderium tuum tamẽ tale esse debet ad Deum, vt non sit ipsa concupiscentia, cui resistas. Videte quid dixerim, desiderium inquam tuum, tale esse debet ad Deum,vt omnino non sit ipsa concupiscentia,cui resistere oporteat. Resistis enim,& non consentiẽdo vincis, sed melius est hostem nõ habere,quàm vincere,hostis iste aliquando non erit,sed modo est,& quia concupiscentia adest,vel illud impleatur, quod sancta Scriptura intendit. Post concupiscentias tuas nõ eas,melius est eas nõ habere, sed quia sunt, noli post eas ire, nolũt post te ire, noli post eas ire. Si velint post te ire, non erunt,quia contra mentem tuã non rebellabunt,rebellant rebella, pugnant pugna, expugnant expugna, hoc solum videte ne vincant.

Eccli. 18.

39 GREGORIVS explicans illa verba, quæ
Lib.3. mor. cap.11.to.2 habentur Iob cap. 7. Numquid mare ego sum, aut cetus, quia circundedisti me carcere, ait: Carcere homo circundatur, quia plerumque, & virtutum profectibus ad alta exurgere nititur, & tamen carnis suæ corruptione præpeditur, qua bene exui Psalmista deprecatur dicēs. *Psal.141.* Educ de carcere animam meam, ad confitendum nomini tuo. Quid vero appellatione maris, nisi corda carnalium tumidis cogitationibus fluctuosa? quid autem ceti nomine, nisi antiquus hostis exprimitur, qui dum mentes sæcularium possidendo penetrat, quasi in eorum lubrica cogitatione natat?

40 IDEM exponens illa verba Iob 11. Si sub-
Lib.10, c.8. uerterit omnia, vel in vnum coarctauerit, quis contradicet ei? sic habet: Sæpe contingit, vt ad summa iam mentem spiritus eleuet, sed tamen hanc importunis caro tētationibus impugnet. Cumque ad contemplanda cælestia animus ducitur, obiectis actionis illicitæ imaginibus reuerberatur, nam carnis repente hunc stimulus sauciat, quem extra carnem contemplatio sancta rapiebat. Cælum ergo simul, infernusque coarctatur, cum vnam eandemque mentem, & subleuatio contemplationis illuminat, & importunitas tentationis obscurat, vt & videat intendendo quod appetat, & succumbendo in cogitatione toleret, quod erubescat. De cælo quippe lux oritur, infernus autem tenebris possidetur. In vnum ergo cælum infernusque redigitur, cum mens quæ iam lucem patriæ supernæ considerat, etiam de carnis bello tenebras occultæ tentationis portat. Certe iam Paulus tertij cæli culmen ascenderat, iam paradisi secreta cognouerat, & tamen *Rom. 7.* adhuc bella tolerans gemebat dicens. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati. Quid ergo in huius tanti prædicatoris pectore, nisi cælum, Deus, infernumq. coarctabat, qui & visionis intimæ iam lumen acceperat, & tamen adhuc tenebras de carne tolerabat, iam cælestis patriæ lux irradiauerat, sed adhuc tentationum obscuritas animū confundebat. Cum cælo ergo infernum pertulit, quia & illuminatum securitas erexit, & tentatum gemitus strauit.

41 IDEM sic habet: Quid est hoc, quòd de eis-
Lib.3. in 6. cap. 1. Regum to. 1. dem vaccis dicitur, quòd ingrediebantur pergentes, & mugientes, sed pergere dicuntur, quia sancti viri bona incessanter faciunt, mugiunt, quia carnalia desideria in semetipsis extinguere sine magna quotidie tribulatione nō possunt, mugire namque ad laborem edomandæ carnis pertinet, pergere autem ad perseuerantiam bonæ voluntatis. Nam dum contra naturā caro carnales motus comprimere cogitat, velut mugit dum graditur quia propria desideria adimplere prohibetur. bene quippe duo hæc in Sanctorum perfectione describuntur pergere, & mugire, quia etsi eis ad supernā patriam festinantibus magna est instantia desiderij, est nihilominus inuincibilis patientia laboris, nam de his per Ezechielem dicitur. Non reuertebantur cum incederent. Vaccarū quoque mugitum, & causam exprimit Paulus dicens. Inuenio aliam legem contradicentem legi mentis meæ, &c. Mugiunt ergo vaccæ, sed pergunt, quia sancti viri, etsi magna sunt tentamenta, quæ perferunt, viam tamen supernæ patriæ non relinquunt. Pergunt item, sed mugiunt, quia etsi magnis desiderijs ad supernā properant; profectum tamen superni itineris, non de quiete pacis obtinent, sed ex triumpho tentationis.

42 BERNARDVS sic habet. Itaque & in-
In serm. de fragmentis septem misericordiarum. Luc. 1. continentia a peccato, quæ est panis quintus, tria nihilominus inuenio, vnde merito clamare possim, quia fecit mihi magna qui potēs est. Primus continentiæ nostræ hostis caro est aduersus spiritum concupiscens. Quàm domesticus hostis, quàm pernicioſa lucta, quàm intestinum bellum? Hostem hunc crudelissimum, nec fugere possumus, o anima mea! nec fugare, circumferre illum necesse est, quoniam alligatus est nobis, nam quod periculosius est, & miserabilius, hostem nostrū ipsi cogimur sustentare, perimere eum non licet, vide ergo, quàm sollicite te custodire necesse sit ab ea, quæ dormit in sinu tuo. Verumtamen non est hic solus aduersarius mihi, alium adhuc habeo, qui circumcinxit, & obsedit me, vndique, & est præsens sæculum nequam. Concluſit inimicus *Hier. 5.* vias meas, & per quinque portas, quinq. videlicet corporis sensus iaculis suis vulnerat me, & mors intrat per fenestras meas, sufficere nimis poterant isti duo, sed heu me. Ecce video ventum validum veniētem ab Aquilone, a quo panditur omne malum, & nunc quid supereſt aliud? Domine salua nos, perimus, ecce enim *Hier. 1.* malleus vniuersæ terræ, ecce serpens callidior *Gen. 3.* cunctis animantibus, ecce inimicus ille, quem nec videre possum, quanto magis cauere, neque enim est colluctatio seruare volentibus continentiam, aduersus carnem, & sanguinem tantū, *Ephes. 6.* sed aduersus principes, & potestates, & contra *Psal. 17.* spiritalia nequitiæ in cælestibus, & quis est, qui *Psal. 119.* iacula eorum ignea possit extinguere. Parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittēt in obscuro rectos corde, sed & narrauerunt, vt abscō derent laqueos, dixerūt, Quis videbit eos. Nūc quidē aperte, & violenter, nunc occulte, & fraudulenter semper autem malitioſe, & crudeliter impugnant, & persequuntur nos, & ad hæc toleranda, ne dicam superanda, quis idoneus?

44 IDEM sic ait. Cum igitur tres sint stanti
Serm. 87. de Cantic. imminentes stratores, horum diabolus liuore malitiæ, mundus vento vanitatis, homo semetipsum pondere suæ corruptionis impellit. Impellit diabolus, sed non euertit, si quidem tuum illi negaueris assensum. Deniq. habes. Resistite *Iac. 4.* diabolo, & fugiet a vobis, iste est, qui stantes in paradiso impulit inuidus, & euertit, sed consentientes non resistentes iste est, qui seipsum de cælo superbus nullo impellēte præcipitauit, vt scias multo magis hominē suo ipsius casui imminere, quē propriæ substātiæ pondus grauat.

Est

Est & mundus impulsor, quia in maligno positus est, impellit omnes, sed solū euertit amicos suos, ideſt consentaneos sibi. Nolo esse amicus mundi, ne cadam, nam qui vult esse huius mundi amicus, inimicus Dei constituitur, quo vtiq. nullus grauior casus. Ex quibus satis claret, quàm sit homo præcipuus impulsor sui, qui suo sine alieno impulsu cadere potest, alieno absq. suo cadere non potest, hic molestior, qui interius solus deijcere sufficit, cū sine ipso alij possint facere nihil. Non sine causa sapiens expugnatori prætulit vrbium virum, qui animo dominatur suo.

Bellum non modicum patiuntur, qui conuertuntur ad Dominum, sed non deijciuntur, nec succumbunt. Cap. VI.

1 Homil. 2. super cap. 1. Exodi to. 1. ORIGENES explicans illa verba, dixit Rex Ægypti obstetricibus Hebræis, Si masculus fuerit, interficite eum; si femina, reseruate, sic ait: Si rarum quemque videas vnum ex mille ad Dominum conuerti, oculos sursum erigere, æterna quærere, contemplari non quæ videntur temporalia, sed quæ non videntur, odisse delicias, amare cōtinentiam, excolere virtutes, istum quasi masculum, quasi virum necari cupit Pharao, persequitur, insectatur, mille aduersus eum machinis pugnat, odit tales, viuere eos in Ægypto non sinit. Inde ergo est, quòd in hoc mundo serui Dei despectui habentur. Inde contumelijs expositi sunt, inde replentur opprobrijs, inde odia in eos & persecutiones agitantur, quia odit eos Pharao, odit huiusmodi mares, qui feminas amat. Præcepit Pharao omni populo dicens, Quicquid masculini sexus natum fuerit, in flumen proijcite, quicquid feminini, reseruate. Videte quid princeps huius mundi præcipit suis, vt vndis & fluctibus huius sæculi absorbeāt infantes filios Ecclesiæ. *Matt. 4.* Vide statim vt natus, immo vt renatus fueris, quid tibi imminet. Hoc illud est, quod in Euangelio legis, quia Iesus statim vt descendit de baptismo ductus est a spiritu, vt tentaretur a diabolo: hoc est quod per Prophetam dicitur, quo- *Psal. 68.* niam intrauerunt aquæ vsque ad animam meā, infixus sum in limo profundi, & non est substantia, & nunc igitur insidiantur Ægyptij, si forte Hebræis nascatur aliquis masculus, vt statim persequantur, & interficiant.

2 Homil. 3. in Exodum. IDEM explicans illa verba Exodi 5. Ait, ad eos rex Ægypti, Quare Moyses & Aaron sollicitatis populum ab operibus suis, sic habet: Donec secum est populus, & lutum operatur ac laterem, donec in paleis occupatus est, non putat eum esse peruersum, sed recto itinere incedere; si vero dicat, volo ire viam trium dierum, & seruire Domino, peruertere populum, dicat per Moysen & Aaron. Hoc dicebatur antiquis, sed & hodie si Moyses & Aaron, ideſt propheticus & sacerdotalis sermo animam sollicitat ad seruitium Dei, inuitetq. eam exire de sæculo, renūciare omnibus quæ possidet, operā dare diuinæ legi, sequi verbum Dei; continuo audies dici ab his, qui Pharaoni vnanimes & amici sunt. Videte quomodo seducuntur homines & peruertuntur; quales adolescentes! ne laborēt, nec militent, nec agant aliquid quod eis prosit, relictis rebus necessarijs, & vtilibus iner tiam sectantur & ocium. Quid est seruire Domino? Laborare nolunt, & inertis ocij occasiones requirunt. Hæc erant tunc verba Pharaonis, hæc & nunc amici eius, & familiares loquūtur. Non solum verbis res agitur, sequuntur & verbera, flagellari iubet scribas Hebræorum paleas nō dari, opus exigi. Hæc pertulerunt patres, ad quorum figuram sæpe etiam populus Dei qui est in Ecclesia patitur. Inuenies enim si consideres eos qui se ex integro principi huius mundi tradiderunt, prosperis successibus agere omnia, eis (vt ipsi putant) feliciter euenire, seruis autem Dei sæpe, nec hæc quidem humani victus humilia, & parua succedere. Istas enim puto videri paleas, quæ a Pharaone ministrantur. Fit ergo sæpe vt eum timentes vili hoc etiā & paleis simili indigeant cibo. Sæpe etiam persecutiones sustinent tyrannorum, perferunt cruciatus, & sæua tormenta; ita vt fatigati nōnulli dicant ad Pharaonem, Vt quid tu affligis populum tuum. Superati namq. verberibus, nonnulli a fide decidunt, & cōfitentur se esse populum Pharaonis. Nō enim omnes qui ex Israel, hi sunt *Rom. 9.* Israelitæ. Isti ergo qui dubij sunt, & in tribulationibus fatigantur, etiam contra Moysen & Aaron loquuntur, & dicunt, Ex qua die intrastis *Exo. 5.* vos ad Pharaonem, execrabilem feciſtis odorē nostrum coram eo. Certum est, quòd antequam sermo Dei audiatur, antequam prædicatio diuina nascatur, non est tribulatio, non est tentatio, quia nisi buccinet tuba, non committitur bellum, vbi vero signum belli tuba prædicationis ostenderit, ibi, sequitur afflictio, ibi omnis tribulationis pugna consurgit. Ex quo ergo cœpit loqui Moyses ad Pharaonē affligitur populus Dei. Ex quo in animam tuam sermo Dei perlatus est, necessario certamen intra te virtutibus aduersum vitia susciatur. Prius vero quàm veniret sermo, qui argueret, vitia intra te in pace durabant. Sed vbi sermo Dei facere cœpit vniuscuiusque discrimen, tūc perturbatio magna consurgit, & sine fœdere nascitur bellum. Cum iniustitia enim quando potest conuenire iustitia? impudicitia cum sobrietate? cum veritate mendacium? Et ideo non magnopere perturbemur, si videtur odor noster execrabilis esse Pharaoni: execrationi namque & vitijs ducitur virtus, quin potius vt in posterioribus dicit, quia stetit Moyses ante Pharaonem, stemus etiam nos contra Pharaonem, & non flectamur, sed stemus succincti lumbos nostros in veritate. Sic enim nos hortatur Apostolus dicens. State ergo & nolite iterum iugo *Ephes. 6.* seruitutis inhærere: iterum dicit, In quo sta- *Rom. 5.*

mus

mus & gloriamur in spe gloriæ Dei. Stamus autem confidenter, si Dominum deprecemur, vt statuat pedes nostros super petram, ne nobis
Psal.72. eueniat quod idem Propheta dicit: Mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei. Stemus ergo ante Pharaonem, ideſt obsistamus ei in certamine, sicut & Petrus dicit: Cui resistite fortes in fide. Sed & Paulus dicit:
Rom.16. State in fide, & viriliter agite: si enim fortiter steterimus, consequetur illud quod orabat Paulus pro discipulis dicens: Quia Deus conteret Satanam sub pedibus vestris velociter. Quanto enim nos constantius steterimus, tanto infirmior & inualidior erit Pharao, si autem nos vel infirmi cœperimus esse, ille aduersum nos validior & constantior fiet, & vere illud impletur
Exo.17. in nobis, in quo Moyses dedit figuram. Cum enim ipse eleuaret manus vincebatur Amalec; si vero velut lassas deijceret, & brachia infirma deponeret, inualescebat Amalec.

6 IDEM sic habet: Scito tu qui baptizaris in
Homil.5.in Exod. Christo, in aqua, in Spiritu Sancto, scias insectari quidem post te Ægyptios, & velle te reuocare ad seruitium suum, rectores scilicet huius mundi, & spiritales nequitias, quibus ante deseruisti, quæ conantur te insequi, sed tu descendis in aquam, & euadis incolumis, atque ablutis sordibus peccatorum homo nouus ascendis paratus ad cantandum canticum nouum, Ægyptij vero post te insequentes demergentur in abyssum, etiamsi videntur rogare Iesum, ne interim mittat eos in abyssum. Si verbo doctrinæ profeceris contra Ægyptios, velut fluctus maris insurgas, & non solum impugnes eos, sed & superes, & extinguas. Extinguit namq. Ægyptium qui non agit opera tenebrarum, extinguit Ægyptium qui non carnaliter, sed spiritualiter viuit, extinguit Ægyptium qui cogitationes sordidas depellit ex corde, vel omnino non
Ephes.6. recipit, sicut & Apostolus dicit. Assumentes scutum fidei, in quo possimus omnia iacula maligni ignita extinguere: hoc enim modo possumus etiam hodie Ægyptios videre mortuos, & iacentes ad littus, submergi quadrigas eius, & equos: possumus etiam ipsum Pharaonem videre demergi, si tanta fide viuamus, vt Deus conterat Satanam sub pedibus nostris velociter.

7 IDEM sic ait. Nos sumus qui transire vo-
Hom.12.super Numeros. lumus per hunc mundum, vt peruenire possimus ad terram sanctam, & mittimus verbis pacificis ad Seon, promittentes non nos habitaturos in terra eius, nec moraturos cum eo, sed transituros tantummodo & incessuros via regali, nec declinaturos vsquam, neque in agrum, neque in vineam, sed nec de lacu eius aquam bibituros. Videamus ergo quando nos ista promisimus? quando hæc verba diabolo denunciauimus? cum primum baptizati sumus, diximus non vsuros pompis diaboli, nec operibus eius, nec vllis omnino seruitijs eius ac voluptatibus parituros, & hoc est quod ijs legis sermonibus adumbratur, quia non declinet Israel, neque in agrum eius, neque in vineam eius, sed neque aquam de lacu eius pollicetur se esse potaturū, Bibit enim de fontibus Israel, de fontibus Saluatoris, non bibit aquam de lacu Seon, nec relinquens fontem aquæ viuæ, congregat sibi lacus confractos, sed & via regali incessurum se profitetur. Quæ est via regalis? Illa sine dubio,
quæ dicit, Ego sum via, & merito regalis; ipse *Ioan. 14* est enim, de quo Propheta ait. Deus iudicium *Psal.71.* tuum regi da. Via ergo regali incedendum est, nec declinandum vsquam, nec in agrum eius, nec in vineam eius, ideſt, neque ad sensus diabolicos declinare vltra mēs fidelium debet. Quomodo ergo volumus fines Amorrhæorum cum pace transire? Amorrhæi infidelium qui sunt in hoc mundo pars accipi potest. Sed isti interpretantur, vel in amaritudinem adducentes, vel loquentes; & quomodo in amaritudinem adducant Deum infideles expositione non indiget. *Infra*: Volumus ergo nos pacifice transire per mundum, sed hoc ipsum magis incitat principem mundi. Quod dicimus nos nolle permanere cum ipso, nec morari, nec aliquid eius velle contingere; inde magis exacerbatur & irascitur, & commouet nobis persecutiones, pericula suscitat, cruciatus intentat; & ideo dicit, Congregauit Seon omnem suum populum, & exijt confligere aduersus Israel. Quis est omnis populus Seon, quem concitat contra Israel. Principes & Iudices mundi, cunctiq. nequitiæ ministri, qui impugnant semper, & persequuntur populum Dei. Sed quid facit Israel? venit inquit in Isaar, quod interpretatur mandati adimpletio. Si ergo veniamus & nos ad locum istum, ideſt ad expletionem mandatorum, etiāsi cum omni exercitu veniat aduersum nos Seon iste superbus diabolus, & consligat aduersum nos, si omnes suos contra nos dæmones concitet, superamus eum si Dei mandata cōplemus, tunc enim conterit Deus Satanam sub pedibus nostris velociter.

8

9 IDEM explicans illa verba, Astitit etiam
Lib.1.super Iob to.1. Satan, ait: Cum venirent angeli gratias agere & confiteri pro sancto Iob, venit & diabolus malignitate, atque inflatione repletus aduersus memoratum Iob. Venientibus videlicet Angelis, venit & diabolus, vt staret ante Dominum Angeli venerunt, vt gratias agerent & laudarent; diabolus vero venit, vt accusaret atque culparet. Venit diabolus non præsentia, sed cogitatione, consilio, & desiderio.

10 IDEM explicans illa verba: Filij matris
Hom.2.ex posit. 2. Cant. edit. to. 2. meæ pugnauerunt contra me, vbi ipse legit in me, sic ait: Referamus hæc ad vnamquamque animam quæ conuersa ad Deum, & ad fidem veniēs, patitur sine dubio cogitationum pugnas, & obluctationes dæmonū, reuocare eam nitentium ad prioris vitæ illecebras, sed ne hoc fiat, neve rursum dæmonibus in eam tantum liceat, prospexit Diuina prouidentia, vt paruulis quibusque & his qui pro semetipsis aduersus astutias diaboli, & dæmonum pugnas dimicare non possunt, vtpote infantes, adhuc in Christo dare Angelos propugnatores, de quibus dicitur Anli matris meæ pugnauerunt in me.

IDEM

11 IDEM sic habet. Aquila grandis magna-
Hom.11.super cap.17. Ezec. to.1. rum alarum longo membrorum ductu, plena plumis, & varietate venit ad Libanum, & tulit medullam cedri, suauitatem frōdium eius auulsit, & transportauit eam in terram Chanaan. Aquila ista diabolus est, qui venit ad istum Libanum, hoc est ad Ecclesiam, vbi hostiæ Dei, vbi incēsum orationum eius celebratur, & rapuit. Absit autem a temporibus nostris, vt de summis Cedri, ideſt de principibus & regio semine in Chanaan transferat, oremus ne fiat quod sæpe factum est. Assumpti enim sunt quidam, & in Babylonem translati, qui in Ecclesia Principes fuerunt, & propter peccatum suum de Libani summitate sublati. Super his dicendum est, quia aquila magna magnarū vnguium, plumis extensa acceperit de cacuminibus Cedri, & deraserit eos de Libano, hoc est de Hierusalem, & plantauerit in terra Chanaan.

12 BASILIVS exponens illa verba: Nec de-
Hom.7.in Psal.29.to. 1. lectasti inimicos meos super me, sic habet: Nō autem tribulationes quæ probationis gratia sanctis immittuntur lætitiam inuisibilibus hostibus nostris pariunt, sed cum tribulati desperauerimus, & cogitationes nostræ ad angustias redactæ fuerint, ad afflictionum multitudinem animum desponden tes, tunc plaudunt & exultant velut in Iob contigit. Perdiderat possessiones, priuatus erat liberis, caro sanie, & vermibus scaturiebat, hæc nondum lætitiam aduersario pariebant. Si vero his ærumnis emollitus aliquod maledicum verbum iuxta vxoris consilium protulisset, tunc sane lætificati fuissent inimici super eo, & super Paulo esuriente, & sitiente, nudo, colaphis cæso, laboribus fatigato, nusquam stabilem locum habente non lætabatur inimicus, immo vice versa conterebatur, dum sic videret ipsum certamina sufferentem, vt etiam contemptim diceret, Quis separabit nos a dilectione Christi?

13 IDEM sic ait: Multos inuenimus in Ale-
Lib.1.de 79. ad Eulathium Episcopum Cæs. xandria, multos etiam per reliquam Ægyptum, & alios in Palæstina cauaq. Syria, & Mesopotamia. Quorum quidem admirati sumus circa victum abstinentiam, admirati item sumus tolerantiam in laboribus. Cōsternauit me etiam in orationibus ipsorum intentio, & quomodo somnum superabant, & a nulla naturali necessitate inflectebantur, altam semper & nulli seruituti obnoxiam animæ constantiam conseruantes, in fame & siti, in frigore, & nuditate, non corporis curæ intenti, neque sustinentes, vt aliquā ipsi curam impenderent, sed velut in aliena carne degentes opere commostrarunt, quid sit cohabitare rebus in hac vita, & quid cōuersationem habere in cælo. Illa admiratus, & beata prædicata virorum vita, quòd opere ostendunt mortificationem Iesu in corpore se circumferre, optabam etiam ipse illorum virorum imitator esse. Hac itaque gratia cum vidissem aliquos in patria vitam illorum imitari, aggressus auxilium quoddam me inuenisse putabam ad meam salutem. *Et infra*: Et cum multi me abducerent ab ipsorum consuetudine non sustinebam, cum viderem ipsos voluptuariæ vitæ præferre tolerantem malorum, & propter vitæ diuersitatem ipsis inuidebam, vnde nec dogmatum ipsorum calumnias admittebam, etiam si multi affirmarent ipsos non rectas de Deo habere opiniones, sed præsentis sectæ auctoris discipulos esse, & illius dogmata clam conseminare, quæ quoniam ipse numquam præsens audieram, calumniatores ducebam eos qui talia diuulgabant. Vbi vides quòd quia diabolus hos calumniari non poterat, aliter eos de fide arguebat.

14 CHRYSOSTOMVS loquens de Ozia,
In hom. 3. super cap.6. Isaiæ to.1. qui post vitam tam perfectam supplantatus est, ait: In tempore virtutis perfectæ, tunc diabolus spirat vehementius; & quemadmodum piratæ qui mare nauigijs infestant, non tunc vbi conspexerint naues de portu exeuntes inuadūt, quid enim hinc fructus caperent, si scapham inanem demergerent? sed vbi redierit onusta plenaq. sarcinis, tunc demum omnes expediunt artes: ita sceleratus ille dæmon simul atque viderit aliquos multa collegisse videlicet ieiunia, preces, eleemosynam, castitatem, reliquasque virtutes omnes, vbi videt nauigium nostrum esse plenum pretiosis pietatis lapidibus, tunc irrumpit, vndique thesaurum persodiens, vt ipsis portus ostijs scapham demergat, iamq. nudos nos ad eum portum eijciat.

15 HIERONYMVS explicans illa verba
Lib.2. aduersus Pelagianos to.2 Psalmi: Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, vt sagittent in obscuro rectos corde, sic habet: Nolunt dæmones peccatores vulnerare, sed rectos corde.

16 IDEM sic ait: Ab eo tempore quo primum
In epist. 1. quæ est ad Demetriadem Virginem to.9. per virginitatis professionē Domino es consecrata, aduersarij in te creuit odiū, & qui aliena lucra pro suis damnis habet, se amisisse ducit, quicquid te possessuram dolet. Grādi tibi opus est vigilantia, grandiq. cura, & tanto sollicitius cauendus est inimicus, quanto apud Deum ditior esse cœpisti. Vacuus viator & nudus non timet latronis insidias securus a nocturnis furibus dormit, pauper etiam si clausira non muniat; diuiti vero opes suæ latronis semper imaginātur occursum, & iugi sollicitudine noctium somnum adimunt. Vnde tuæ quoque diuitiæ, cælestis thesaurus ista cautione indigent, atque custodia. Quanto ditior es, tanto debes esse vigilantior; qui enim plus possidet, plus debet timere ne perdat. Inuidere non cessat auctor inuidiæ, & qui semel a Deo ipse proiectus est, tanto maiori liuore torquetur, quanto aliquem apud eum viderit clariorem. Qui inuidit Euæ paradisum, quanto magis inuidet tibi regnum cælorum? cūcta mihi crede, ille nunc circumit, vt B. Petrus ait, deuorandi te cupidus.

17 IDEM explicans illa verba: In cælū ascen-
Lib. 6. in cap. 14. Isa. to. 5. dam supra sidera Dei exaltabo solium meum, sic ait: Semper istiusmodi Lucifer quærit ascendere super eos, qui habent imaginem cælestis, & qui fulgent in Ecclesia, sicut astra Dei, & sedere in monte testamenti, ideſt in Ecclesia, quæ in sublimibus collocata est, & de lateribus quō-

dam

dam aquilonis habitatores possidet: qui intantum oblitus sui est, vt velit super nubes ascendere, quibus mandauit Dominus ne pluant super Israel imbrem, & ad quas peruenit veritas
Cap. 1. Domini, cui loquitur & Abdias: Si exaltatus fueris vt aquila, & inter sidera cæli posueris nidum tuum, inde te detraham, dicit Dominus.

18 IDEM explicans illa verba: Habens fiduciam in pulchritudine tua fornicata es in nomi
Libro 4. in Ezech. cod. to. ne tuo, sic habet: Grande discrimen non in Dei clementia, sed in suo decore confidere. Quanto quis sublimior fuerit debet timere ne corruat, & fornicetur in nomine suo. Aduersariæ siquidem potestates solitos contemnunt cibos, & peregina alimenta desiderant, vnde de dia-
Habac. 1. bolo dicitur. Escæ eius electæ. Non vult quemlibet decipere, Saul regem, qui electus a Domino est, & Apostolum Iudam supplãtare festinat.
Prou. 27. Vnde gloriandum nõ est in crastinum, cum nescias quid ventura pariat dies, & in alio loco,
Gal. 6. Fratres, si præuentus fuerit homo in aliquo peccato, vos qui spiritales estis, perficite huiusmodi in spiritu mansuetudinis, considerans te ipsum ne forte & tu tenteris.

Libro 5. in Ezech. IDEM exponens locum ex cap. 17. Ezech. Aquila grandis magnarum alarum venit ad Libanum, & tulit medullam Cedri, sic habet. Dæmon nunc sub persona aquilæ describitur, quod nequaquam velit de libano, qui intepretatur cãdor, & refertur ad thymiama, paruula, atque humilia virgulta perstringere, sed summitates
Habac. 1. Cedrorum, & de principibus, ac stirpe regia, iuxta illud, Escæ eius electæ.

19 AVGVSTINVS explicans illa verba,
In Psal. 7. to. 8. Ne quando rapiat vt leo animam meam, sic ait: Cum dixisset prius, Saluum me fac ex omnibus persequentibus me, & libera me. Singularem postea intulit, dicens: Ne quando rapiat, vt leo animam meam. Non enim ait, Ne quando rapiant, sciens quis restiterit inimicus, tam perfectæ animæ vehementer aduersus.

20 IDEM loquens de duobus cæcis sedenti-
Serm. 18. de verbis Domini in Mathæũ to. 8. bus secus viam, & clamantibus, ait: Incipit mundum cõtemnere, qui spernit sæculi voluptates,
Gal. 6. & clamat ad Christum. Qui dicit, nõ lingua, sed vita, Mihi mundus crucifixus est: & ego mũdo, qui dispergit & dat pauperibus, vt iustitia eius maneat in fæculum fæculi, clamat ad Christũ. quando incipit pro nihilo habere quæ homines amant, contemnit iniurias. Cum ista facere cœperit omnes sui cognati, affines, amici insania commouentur. Qui diligunt sæculum contradicunt. Quid insanis? Nimius es. Numquid alij non sunt Christiani? Ista stultitia est, ista demẽtia est, & cetera talia turba clamat. Ne cæci clament, turba clamantes corripiebat, sed eorum clamores non vincebat. *Et infra*: Bonos Christianos vere studiosos volentes facere præcepta Dei quæ in Euangelio scripta sunt, Christiani mali & tepidi prohibent. Clament, illi non deficiant, neque ducãtur quasi auctoritate turbarum. Non dicant quomodo isti viuunt tam multi, sic viuamus. Quare vis viuere secundum increpationem turbæ prohibentis, & non secũdum vestigia Domini transeuntis? Cum quis- 21
que Christianus cœperit bene viuere, feruere bonis operibus, mundumq. contemnere, in ipsa nouitate operum suorum patitur reprehensores, & contradictotes frigidos Christianos; si autem perseuerauerit, & eos superauerit perdurando, ijdem ipsi iam obsequentur, qui ante increpabant. Tamdiu enim corripiunt, & perturbant, & vetant quamdiu sibi cedi posse præsumunt, si autem victi fuerint perseuerantia profi cientium, conuertunt se & dicere incipiunt. Magnus homo, sanctus homo, felix cui Deus concessit. Honorant, gratulantur, benedicunt, laudant, quomodo illa turba, quæ cum Domino erat, ipsa prohibebat ne cæci clamarẽt, sed post quam illi ita clamauerunt; vt mererentur audiri, & impetrare misericordiam Domini, ipsa turba rursum dicit, vocat vos Iesus. Iam & hortatores fiunt, qui paulo ante corripiebant, vt tacerent.

IDEM sic habet: Fratres charissimi per 22
totum annum Christianorum populus multis Serm. 96. de tempore eo. to. vitiorum fluctibus calliditate diaboli infectatur, qui appropinquante paschali solemnitate maiore impetu contra fideles quosque se præparare consueuit, & grauioribus stimulis corda nostra impugnare, vel inquietare contendit. Sicut enim in diebus istis, ad similitudinem diaboli & angelorum eius Pharao, & Ægyptiorum populus persequebatur filios Israel, & luto eos ac lateribus affligentes ad amaritudinem perducebant: ita & hoc tempore imminente paschali solemnitate, quia veros Israelitas qui baptizandi sunt, dolet diabolus de suo exercitu, vel possessione discedere, grauiores consueuit tribulationes immittere, maiora scandala concitare. Sed nos si Moysen sequimur, ideſt, si legem libenter audimus retrospicere, vel desiderare Ægyptum nolumus, Pharaone submerso per Sacramentum baptismi velut per trãsitum maris rubri de eius potestate, vel seruitio liberemur. Certissimum est, fratres, quia quomodo tunc Ægyptij filios Israel multis tribulationibus ad amaritudinem perducebant; ita sicut 23
iam diximus, in hoc tempore diabolus, & angeli eius fideles Christianos, & bonis operibus deditos impugnare non cessant. Hoc tamen scitote fratres quia diabolus non persequitur, nisi bonos; malos enim persequi diabolus non consueuit, amici enim sunt sui, & semper volũtates illius faciunt, & in tantum eos non persequitur, vt etiã per illos alios persequatur: malos enim homines diabolus quasi malleos, vel flagella habere consueuit. Denique non persequitur bonos, nisi per malos. Habet Deus ministros suos, habet & diabolus adiutores suos, Deus enim per homines bonos, tãquam per ministros suos agit omne quod bonum est, diabolus vero per homines malos, tamquam per satellites suos exercet omne quod malum est, diabolus per malorum auaritiã vestitos expoliat, Deus per homines bonos vestit nudos. Diabolus per impios & superbos etiam & eos qui pacem habere videntur, ad lites instigat, Deus per pios & humiles

humiles, discordes quoque pacificat. Denique considerate fratres, & corporalibus etiam oculis videbitis, quomodo populus diaboli persequitur populum Christi, dum adulteri persequuntur castos, insectantur sobrios ebriosi, humilibus insidiantur superbi, benignos inuidi, largos cupidi, & eos qui mansuetudine, vel patientiam retinent affligere non desinunt iracũdi. Vnusquisque, cuius opera, & volũtates exercet in isto sæculo, cum illo erit & in futuro.

24 IDEM sic ait: Bibit de petra populus, &
Serm. 93. de tempore statim bellum inijt contra Amalec. Videte fratres, quia posteaquam quisque de petra bibe-
rit, ideſt sacramenta Christi susceperit, necesse est illi ad pugnam procedere. Tamdiu enim aliquis diabolum contra se pugnantẽ non sentiet, quamdiu opera eius exercere voluerit. Qui vero illum reliquerit, & de petra bibẽs Christum sequi elegerit, necesse est, vt illum patiatur insestum, cui iusto iudicio voluit præponere Christum, quisque ergo Christo coniungitur non ad
2. Tim. 3. delicias, non ad voluptates, sed ad prælium præ
Act. 14. paretur, quia omnes qui pie volunt viuere in Christo persecutionem patiuntur. Et iterum: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.

25 GREGORIVS exponens illa verba Iob
Lib. 4. Moral. cap. 21. to. 2. cap. 3. Qui parati sunt susc itare Leuiathan, ait: Omnes qui ea quæ mundi sunt mente calcant, & ea quæ Dei sunt plena intentione desiderãt, Leuiathan contra se suscitant, quia eius malitiam instigatione suæ conuersationis inflammant: nam qui eius volũtati subiecti sunt quasi quieto ab illo iure possidentur, & superbus eorum rex, quasi quadam securitate perfruitur, dum eorum cordibus inconcussa potestate dominatur, sed cum vniuscuiusque spiritus ad cõditoris sui desiderium recalescit, cũ torporem negligẽtiæ deserit, & frigus insensibilitatis pristinæ igne sancti amoris accendit, cum libertatis ingenitæ meminit, & teneri ab hoste seruus erubescit, quia item hostis se considerat despici, quia vias Dei videt apprehendi, dolet cõtra se captum reniti, & mox zelo accenditur, mox ad certamen mouetur, mox ad tẽtationes innumeras contra rebellantem mentem se excitat, atque in omni arte lacerationis instigat, vt tentationum iacula intorquendo confodiat cor,
26 quod dudum quieto iure possidebat, quasi dormiebat quippe, dũ sopitus in prauo corde quiescret, sed excitatur in prouocatione certaminis, cum ius amiserit peruersæ dominationis: huic ergo nocti maledicant, qui parati sunt suscitare Leuiathan, ideſt hi se contra peccatum fortiter in iudicio districtionis erigant, qui in suis tentationibus excitare antiquum aduersarium non formidant. Scriptum namque est, Filii
Eccli. 2. accedens ad seruitutem Dei sta in iustitia, & in timore, & præpara animam tuam ad tentationem.

27 IDEM explicans illa verba Iob cap. 38.
Lib. 29. moralium cap. 12. Per quã viam spargitur lux? sic habet. Cum lux spargitur, mox ab occulto aduersario cõtra fulgentem mentem tentamenta succrescunt. recto subiũgitur, Diuidunt æstus super terram; hostis enim callidus quos iustitiæ luce enitescere conspicit eorum mentes illicitis desiderijs inflammare contendit, vt plerunque plus se vrgeri tẽtationibus sentiat, quàm tunc, cum lucis internæ radios non videbat. Vnde & Israelitæ post- *Exo. 5.*
quam vocati sunt, contra Moysen & Aaron decrescente labore conqueruntur dicentes. Videat Dominus & iudicet, quoniam fætere fecistis odorem nostrum coram Pharaone, & seruis eius, & præbuistis ei gladium, vt interficeret nos. Volentibus quippe ex Ægypto discedere Pharao paleas subtraxerat; & tamen eiusdem mensuræ opera requirebat. Quasi ergo contra legem mens submurmurat, post cuius cognitionem tentationum stimulos acriores portat, & cũ sibi labores crescere conspicit, in eo quod aduersario displicet, quasi fætere se in oculis Pharaonis dolet. Post lucem ergo æstus sequitur, quia post illuminationem diuini muneris tentationis certamen augetur.

IDEM explicans illa verba Iob cap. 40. 28
Behemot fœnum quasi bos comedet, sic habet: Lib. 32. moralium cap. 10.
Si prophetarũ sollicite verba discutimus, hæc & illa vno spiritu prolata reperimus. Isaias namque cum cerneret vitam peccantium ab antiquo & insatiabili hoste deuorari, ait: Leo *Isa. 11.*
sicut bos comedet paleas. Quid autem fœni palearumq. nomine, nisi carnalium vita signatur? de qua per Prophetam dicitur: Omnis caro fœ- *Isa. 40.*
num. Qui ergo hic Behemot, illic leo, qui hic fœnum, illic paleæ nominantur. Sed perscrutari mens nititur, cur in vtroque loco in comestione fœni vel paleæ non equo, sed boui comparetur? Quod tamẽ citius agnoscimus, si in vtrisque animalibus quæ sit nutrimentorum distantia perpendamus. Equi namque fœnum quamlibet sordidum comedunt, aquam vero non nisi mundam bibunt, boues autem aquam quamlibet sordidam bibunt, sed fœno non nisi mundo vescuntur. Quid est ergo quod boui qui mundo pabulo pascitur, Behemot iste comparatur, nisi hoc quod de isto antiquo hoste per Prophetam alium dicitur: Esca eius electa? Neque *Habac.*
enim eos se gaudet rapere, quos prauis ac sordidis actionibus implicatos in imis secum re- 29
spicit voluntarie iacere. Fœnum ergo comedere sicut bos appetit, quia suggestionis suæ dente conterere mũdam vitam spiritualium quærit. Sed quærendum video quomodo Behemot iste fœnum sicut bos comedens, vitam spiritualium consumere dicitur: Cum, sicut supra dictũ est, fœni nomine vita carnaliũ designatur; esca quoque eius electa iam nõ erit, si fœnum comedens carnales rapit, sed ad hæc citius occurrit, quia nonnullorũ hominum & apud Deum & humanos oculos, aliud ostendit vita, & ante diuina iudicia aliud intendit conscientia. Hi itaque apud humana iudicia electi sunt, sed apud subtile Domini examen, fœnum.

IDEM explicans illa verba Iob cap. 40. Ab- 30
sorbebit fluuium & non mirabitur, & habet fi- Lib. 33. Moral. cap. 6.
duciam, quòd Iordanis influat in os eius, sic habet: Quid hoc loco fluuij nomine, nisi humani

gene-

generis decursio designatur, quæ velut a fontis sui origine nascendo surgit, sed quasi ad ima defluens, moriendo pertransit. Qui autem signantur appellatione Iordanis, nisi qui iam imbuti sunt sacramento baptismatis? Quia igitur Behemot iste a mũdi origine exortum vix paucis electis euadentibus humanum genus in ima defluens vsque ad redemptoris tempora quasi quemdam in se fluuium traxit, bene nunc dicit, Absorbebit fluuium & non mirabitur. Quia vero post mediatoris aduentum, quosdam qui recte viuere negligũt, etiam fideles rapit, recte subiungitur. Et habet fiduciam quòd influat Iordanis in os eius; ac si aperte diceretur, ante redemptorem mundi mũdum non miratus absorbuit, sed quod est grauius etiam post redemptoris aduentum, quosdam qui baptismatis Sacramento signati sunt, deglutire se posse confidit. Sed minime mirum fuit quòd Behemot iste
31 ante lauacri vndam, ante præsentiam corporeã redemptoris humani generis fluuiũ hiatu profundæ persuasionis absorbuit. Sed hoc valde mirum & terribile est, quia multos aperto ore etiam post cognitionem redẽptoris susceperit; & post sacramenta cælestia ad profundum inferni rapit. Nec enim pro magno diabolus habuit, quòd infideles tulit, sed toto nunc annisu in illorum mortem se erigit, quos contra se regenerati tabescit. Habemus adhuc quod hac in re subtilius perpendamus. Hi enim quos per Iordanem diximus exprimi, possunt per fluuium designari; qui enim fidem iam veritatis agnouerunt, sed viuere fideliter negligunt recte fluuius dici possunt, quia scilicet deorsum fluunt, Iordanis vero Hebræo vocabulo descensio eorũ dicitur. Et sunt nonnulli qui viam veritatis appetentes semetipsos abijciunt, atque a vitæ veritatis elatione descendunt, cumq. æterna cupiunt valde se ab hoc mundo alienos reddunt; dum non solum aliena non appetunt, sed etiam
Psal.41. sua derelinquunt. De quibus Psalmista ait: Memor ero tui de terra Iordanis & Hermonij. Iordanis namque descensio, Hermonium autem
32 anathema, idest alienatio interpretatur. De terra ergo Iordanis, & Hermonij, Dei reminiscitur; qui in eo quòd semetipsum deijcit, atque a se alienus existit ad cõditoris sui memoriam reuocatur, sed antiquus hostis hoc pro magno non habet, quod sub iure suæ tyrannidis terre-
Habac. 1. na quærentes tenet. Propheta quippe attestante cognouimus, quia esca eius electa; nec enim mirum deputat, si eos absorbeat, quos superbia erigit, auaritia tabefacit, malitia angustat &c. Absorbebit ergo fluuium, & nõ mirabitur, quia pro magno non existimat, cum eos deuorat, qui per vitæ suæ studia deorsum currunt: sed illos magnopere rapere nititur, quos despectis terrenis studijs iungi iam cælestibus cõtemplatur. Et habebit fiduciam quòd Iordanis influat in os eius: quia illos insidiando rapere appetit, quos pro amore supernæ patriæ a præsentis vitæ gloria semetipsos deijcere agnoscit. Nonnulli quippe mundum deserunt, honore transeuntium vana derelinquunt, atque in tanta studiorum arce proficiunt, vt signorum iam virtutes operentur, sed quia semetipsos circumspiciẽdo tegere negligunt, telo inanis gloriæ percussi peius de alto ruunt. Hinc est enim quòd æternus Iudex qui occulta cordis examinat, eiusdem ruinæ casum prænuncians, dicit per Prophetam. Vocabit Dominus iudicium ad *Amos 7.* ignem, & deuorabit abyssum multam, & comedet partem domus Domini. Iudicium quippe ad ignem vocatur, cum iustitiæ sententia ad pœnam iam æternæ concremationis ostenditur, & multam abyssum deuorat, quia iniquas & incõprehensibiles mentes hominum concremat, quæ nũc se hominibus etiam sub signorum miraculis occultant. Pars autem domus Domini comeditur, quia illos quoque gehenna deuorat, qui nunc quasi in sanctis actibus de electorum numero se esse gloriantur. Qui ergo hic Iordanis, ipsi illic pars domus Domini vocantur.

33 IDEM vbi explicat verba illa: Sume tibi laterem, & describes in eo Hierusalem. Quasi *Hom.11. Ezech.* iam Hierusalem in latere descripta est, cum terrena mens cœperit quæ sint illa internæ pacis gaudia vera cognoscere, & ad conspiciendam gloriam patriæ cælestis anhelare. Quasi interna visio pacis describitur, quando mens quæ prius terrena sapuerat per amorem, iam ad contemplandam gloriam regni cælestis eleuatur. Sed mox vt animus amare cælestia cœperit, mox vt ad visionem pacis intimæ tota se intentione collegerit, antiquus ille aduersarius inuidet, & insidiari amplius incipit, & acriores quàm consueuerat tentationes admouet, ita vt plerumque sic resistentem animam tentet, sicut ante numquam tentauerat, quando possidebat. *Eccli. 2.* Vnde scriptum est: Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & præpara animã tuam ad tentationem. Vnde & dæmoniacus, qui a Domino sanatur, ab exeunte dæmone discerpitur, sicut scriptum est: Et clamans & mul- *Marc.9.* tum discerpẽs exijt ab eo. Quid est enim quòd obsessum hominem antiquus hostis, quem possessum non discerpserat, deserens discerpsit, nisi
34 quòd plerũque dum de corde expellitur, acriores in eo tentationes generat, quàm prius exci tauerat, quando hoc quietus possidebat? Vnde Israelitæ quoque ad Moysen & Aaron dicunt, *Exod.5.* Videat Dominus & iudicet, quoniam fætere fecistis odorem nostrum coram Pharaone, & præbuistis ei gladium, vt occideret nos. In Moyse enim & Aaron lex, & Prophetæ figurati sunt; & sæpe apud se infirmus animus quasi cõtra sacra eloquia murmurat, quia postquã verba cælestia audire, & sequi cœperit, regis Ægyptij aduersitas, idest maligni spiritus tentatio excrescit. Et ideo recte subditur. Et ordinabis aduersus eam obsidionem, & ædificabis munitiones, & comportabis aggerem. In qua enim iam pacis visio describitur, ei necesse est, vt tentationum bella nuncientur, nam vt valeat ad illa pacis gaudia æterna pertingere, hanc hic proculdubio oportet tribulationum certamina multa sustinere.

35 BERNARDVS explicans illa verba: *Serm. 7. in Psalm. Qui habitat.* Cadẽt a latere tuo mille & decem millia a dextris tuis &c. sic habet: Non sine certi ratione mysterij a sinistris multos, sed multo plures a dextris casuros esse prædixisse videtur, nisi quis forte tam hebes fuerit, vt in eo quod dicitur, Mille & decem millia certam exprimi putet numeri taxationem, & non magis superabũdantem comparationem. Nos enim non sic diuinas Scripturas accipimus, sed nec Ecclesia Dei. Cadent ergo a sinistris quidem mille, a dextris autem decem millia, quòd videlicet abundantiori malignitate, & velut copiosiore manu dextris insistere partibus, dextrum latus appetere consueuissent. Quod quidem si magnum quidem illud Ecclesiæ corpus considerare libet, facile satis aduertimus longe acrius impugnari spirituales viros ipsius Ecclesiæ, quàm carnales. Quos nimirum duo eius latera dextrum, sinistrũq. puto, non inconuenienter accipimus. Agit hoc sane superba semper inui-
Habac. 1. Iob 40. diosa malitia, perfectiores quosque vehementius pulsans, iuxta illud, Esca eius electa. Et iterum: Arsorbebit fluuium, & non mirabitur, & habet fiduciam quòd influat Iordanis in os eius. Agit, inquam, & si non sine certa diuini dispensatione consilij, qui facit cum tentatione prouentum, & perfectioribus non modo gloriosiores, sed numerosiores parat ex hoste triumphos.

36 IDEM: Intrat filius prodigus domum pa-
In serm. de filio prodi. go qui ascribitur Bernardo. tris, & statim ecce ventus turbinis ab aquilone, & ignis inuoluens concussit totam domum, sapientiæ castra turbauit. Egressus est enim Pha-
Exod. 1. rao cum curribus & equitibus persequens fu-
Psal. 82. gientem Israel, cogitauerunt etiam simul vnanimiter aduersus eum, testamentum disposuerunt tabernacula Idumæorum, & Ismaelitæ; Moab & Agareni &c. Etenim Assur venit cum illis. Assur ille magnus exterminator diabolus. Quid multa? Obsessa est ciuitas, iam surgunt tentationum machinæ, vrget vndique inimicus ille, in insidijs draco, in aperto leo, cogit socios, ignes inijcit, perfodit muros, bella suscitat, insidias submittit.

37 IDEM explicans illa verba: Capite nobis
Serm. 63. in Cant. vulpes parulas quæ demoliuntur vineas, sic habet: Bona vinea iustus est, cui virtus vitis, cui actio palmes, cui vinum testimonium conscientiæ, cui lingua torcular expressionis, denique
2. Cor. 1. 1. Cor. 3. gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ. Vides apud Sapientem vacare nihil, sermo, cogitatio, conuersatio, & si quid aliud est ex eo, quidni totum, Dei agricultura, Dei ædificatio est, & vinea Domini Sabaoth. Quid denique illi de se perire possit, quando & folium eius nõ
Eccls. 5. defluet. Ceterum tali vineæ numquam infestationes, numquam insidiæ deerunt, nempe vbi multæ opes, multi sunt, & qui comedunt eas. Sapiens erit sollicitus seruare vineam suã, non minus quàm excolere, nec sinet eam vorari a vulpibus.

Bella quæ gerunt homines in militia Christi, quibus armis administrare debeant, & in ea qualiter viuendum sit. Cap. VII.

1 ORIGENES exponens illa verba: Profectiq. omnis multitudo filiorum Israel de deserto Sin per mansiones suas, iuxta sermonem Domini, castrametati sunt in Raphidim, sic habet: Si semper vigil es, semperq. armatus
Hom. 11. in cap. 17. Exodi to. 1. fis, & scias te in castris Domini militare; obserua illud mandatum, quia nemo militãs Deo,
2. Tim. 2. implicat se negocijs sæcularibus, vt ei placeat, cui se probauit, quia si ita milites vt a rebus sæcularibus liber sis, & in castris Domini agas semper excubias, & de te dicetur, quia per verbum Domini, exeas de deserto Sin, & venias in Raphidim. Sin enim tentatio interpretatur, Raphidim vero sanitas iudicii, qui bene exijt de tentatione, & quẽ tentatio probabilem reddit, iste veniet ad sanitatem iudicij; in die enim iudicij sanus erit, & sanitas cum eo erit, qui in tentatione non fuerit vulneratus.

2 IDEM sic habet: Iudæi contra Chananæos
Hom. 7. in Numeros. armis visibilibus pugnabant; nos vero inuisibilibus, illi vincebant corporalibus prælijs, nos autem spirituali certamine superamus. Audi Paulum qui huius militiæ magister est, quid ip-
Eph. 6. se de se scribat. Non est nobis, inquit, colluctatio aduersus carnem & sanguinem &c. Propterea hanc pugnam spiritalem atque inuisibilem pugnaturis spiritalia arma & inuisibilia tela componit & dicit. Induite vos loricam charitatis & galeam salutis, & assumite scutum fidei, in quo possitis omnia tela maligni ignita extinguere, sed & gladium spiritus assumite, quod est *Ibidem.* verbum Dei. Cum ergo talibus te armaueris telis sequens Iesum ducẽ, non verearis gigãtes illos. Videbis enim quomodo eos subijciat tibi Dominus Iesus, & sicut patres calcauerunt ceruices gentium, ita & tu calcabis super ceruices dæmonũ. Ipse enim ait: ijs qui eũ fideliter sequũtur: Dedi vobis potestatẽ calcandi super serpen-
Luc. 10. tes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici. Vult enim Iesus semper res mirabiles facere, vult de locustis vincere gigantes, & de ijs quæ in terris sunt cælestes superare nequitias: & fortasse hoc est quod dicebat in Euangelijs, quia qui credit in eũ, nõ solũ faciet illa quæ ipse
Ioan. 14. fecit, sed maiora, inquit, horũ faciet. Vere enim
3 maius mihi videtur, quòd homo in carne positus fragilis & caducus, fide Christi, & verbo eius armatus superet gigantes, dæmonum legiones, quãuis ipse sit qui vincit in nobis, plus tamen esse dicit, quod per nos vincit, quàm quod per se vincit: tãtũ est vt nos armis istis sẽper simus armati, & cõuersatio nostra sẽper in cælo sit. omnis motus noster, omnis actus, omnis cogitatio, omnis sermo cælestis sit; quãto enim nos illuc ar dẽtius ascẽdimus, tanto illi præcipitãtius ruẽt,

& quanto nos magis augemur, tanto illi inferiores fiunt, vûta nostra si sancta sit, si secundũ Deũ sit, illis cõferet mortẽ, si segnis & luxuriosa sit, potentes eos aduersus nos & gigantes faciet, quantoq; nos virtutibus crescimus, tãto illi inferiores efficiuntur & fragiles; sicut econtrario si nos infirmemur, & terrena requiramus, illi fortiores fiunt, & quanto nos dilatamur in terris, tanto illis spatia in cælestibus largiora concedimus.

4 IDEM sic ait: Cum vero transierimus Iordanẽ, & obtinere potuerimus, quæ obtinere debemus, rursum nobis diligẽtiæ & cautelæ cura succedit, ne forte negligẽtius incedẽtes, improuiso aliquo lapsu effundãtur gressus nostri, sicut *Psal.72.* & Propheta dicit: Paulominus effusi sũt gressus mei. Nec remissior nobis sollicitudo in conseruãdis quàm in conquirendis debet esse virtutibus. Aut non hæc tibi designari videntur, in eo quod dicitur, quia quadraginta millia virorum accincti vel expediti transierũt ad pugnã in cõspectu Domini ad expugnandũ Hiericho ciuitatem? Requiramus qui isti sunt, quos Scriptura dicit, accinctos vel expeditos? Paulũ audiamus *Epheſ.6.* dicentẽ: Estote ergo accincti lumbos vestros in veritate. Vides ergo quia Paulus accinctos nouit eos qui præcincti sunt cingulo veritatis. Igitur etiã nostrum esse cingulum veritatis debet; si tamen seruauerimus militiæ huius, & cinguli 5 Sacramẽtũ. Si enim veritas est cingulũ nostrũ, quo ad Christi militiã cingimur, a militia Christi balteo veritatis exsoluimur; ergo si in veritate sumus, sumus cincti, si in falsitate discincti. Sed nos imitemur potius istos quadraginta millia virorum accinctorũ procedentium ad bellũ in conspectu Domini. *Infra:* Vis iterum discere, quæ nos pugnæ post baptismum, quæ bella suscipiũt? Noli a me, sed ab ipso disce Apostolo Paulo ipse te docet, dicens: Non enim nobis est pugna aduersus carnem & sanguinẽ, sed aduersus principatus, & aduersus potestates, aduersus huius mundi rectores tenebrarum harum, aduersus spiritalia nequitiæ in cælestibus. Age quid cessas? Exeamus ad bellum vt oppugnetur a nobis ciuitas prima, huius mundi malitia & peccati & superbię mænia destruãtur. Circũspicis forte quo tibi itinere progrediendũ sit, qui cãpus certaminis expetendus. Nouum tibi videbitur, 6 quod dicturus sum, sed tamen verum est. Præter temetipsum extrinsecus nihil requiras, intra te est prœliũ quod gesturus es, intrinsecus est mala ædificatio quæ subruenda est, hostis tuus de tuo corde procedit. Nõ mea vox ista, sed Chri- *Matt. 15.* sti est dicẽtis: De corde procedũt cogitationes malæ, adulteria, homicidia &c. Vide quantus & qualis exercitus hostiũ de tuo corde procedit aduersum te, isti nobis prima strage prosternendi sunt, horum si subruere mænia, ipsosq. ad internecionem cædere poterimus, ita vt nõ relinquamus ex eis qui renunciet, vel respiret, tunc nobis per Iesum dabitur illa requies, vt vnusquisque sub vite sua, & sub ficu sua requiescat, cum non sit iam qui exterreat filios Israel.

7 IDEM sic ait: Iudæi ita percusserunt habi- Hom.8.circa c.8.Ios. tatores Hai, vt nec vnum relinquerent viuum, in quibus verbis hoc nobis indicatur, quòd ex ijs quorũ chaos est habitaculũ, & qui regnarũt in abysso dæmonibus, nullũ penitus relinquere debemus, sed omnes interimere. Interimimus autẽ dæmones, non ipsam eorũ substantiã perimentes, sed quia opus eorũ ac studiũ hoc est, vt peccare homines faciant. Et hæc est illorũ vita, si nos peccemus, sine dubio interitus eorum est, si non peccemus. Interficiunt ergo habitatores Hai sancti quique & non dimittunt ex eis vllũ, hi sine dubio qui cum omni diligentia seruant cor suũ, ne de eo cogitationes malæ procedant, *Prou.4.* sed & qui obseruant os suũ, vt omnis sermo malus non procedat ex eo. Hoc est non relinquere vllũ qui effugiat, cum eos nec sermo effugit malus. Si vero hos omnes nostros extinxerimus: tunc vero diem festum celebrabimus Deo, & deuictis aduersarijs læta solemnitate gaudebimus. Tale aliquid de se dicit sanctus Propheta *Psal.100.* in Psalmis, cũ ait: In matutino interficiebã omnes peccatores terræ, vt disperderem de ciuitate Domini omnes qui operantur iniquitatem. 8 Ciuitas Domini anima nostra est, quæ ædificatur a Domino de lapidibus viuis, id est ex virtutibus varijs & diuersis, de ipsa quoque ciuitate sanctus quisque & diligẽtius eijcit peccatores, id est cogitationes pessimas, & cupiditates prauas interficit in matutino. Iustus enim dicit: In matutinis meditabor in te, quia fuisti adiutor meus. Cũ ergo legis in scripturis sanctis iustorũ pugnas, cædes ac strages interẽptorũ, & quia sancti nulli penitus hostiũ parcũt; quinimmo & si pepercerint, reputari eis in peccatũ, sicut reputatũ est Sauli, quòd viuum reseruauerat Agag regẽ Amalec, hoc modo quo supra expositum, intellige bella iustorũ. Quia hæc bella aduersus peccatũ gerunt. Et ideo dictum est de eis, quia non reliquerunt ex eis, nec vnum qui saluus fieret, nec effugeret. Fortasis non mihi credes, quòd aduersus peccatũ nobis iniungitur pugna *Heb.12.* Paulo crede dicenti. Nõdũ vsque ad sanguinem restitistis aduersus peccatũ. Vides tibi aduersus peccatũ pugnam proponi, & vsque ad sanguinis profusionẽ istud tibi prœliũ cõsummandũ. Aut non euidenter hæc indicat Scriptura diuina, & in ijs in quibus moris est ei dicere: Sanctificate bellum & expugnabitis pugnam Domini? Quid enim aliud est sanctificare bellum, nisi interemptis omnibus animæ nostræ hostibus, qui sunt vitia, & mortificatis membris quæ sunt super terrã, atque omnibus malis cupiditatibus amputatis, effici sanctũ corpore, & spiritu, & fortiter facientẽ venire ad conspectum Dei viuẽtis, & pro palma victoriæ virtutis merito coronari.

9 IDEM dicit Dominus Gedeoni: Multus Homil.9.in lib.Iudicũ. est populus tecũ, propterea loquere in auribus populi, Qui timidus est & formidolosus corde reuertatur. Timidus (ait) potest videri ille qui primo aspectu trepidat ad congressum, non tamen toto corde terretur, sed reparari & animari denuo potest, formidolosus vero qui iam quasi inolescẽte vitio etiam antequã videat mala, sola cogitatione terretur, gelidã per mẽbra formidinẽ voluẽs, ita vt nõ tã in cõspectu malorũ, quã in ipso auditu & expectatione soluatur; & ideo

ideo addit formidolosus corde. In corde enim iam hoc & in interioribus animæ defixũ vitium manet, & ergo dicimus, quia tunc tantummodo Gedeon dicebat ad populũ: Si quis est timidus & formidolosus corde discedat ex populis, bella deserat, certamina virorum fortiũ derelinquat. Nam & hodie princeps militiæ nostræ clamat ad milites suos vt veniant; hoc enim est, quod *Luc.9.* quidẽ alijs verbis, eodẽ tamen sensu in Euange- *Luc.14.* lio dicit. Qui non tollit crucẽ suam, & sequitur 10 me, non est me dignus, & qui non oderit patrẽ *Ibidem.* suũ, & matrẽ, & fratres suos, & sorores, insuper & animã suam, non est me dignus. Et iterũ: Qui non renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Nõne in his verbis enidẽter timidos, & formidolosos e castris suis Christus separat & secernit? Omnis igitur qui militiã Christi sequi vultis, qui in castris ipsius esse desideratis, procul a vobis timorẽ mentis, procul cordis expellite formidinem, vt cũ confidentia dicat miles Christi. Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meũ. Et cõfidenter dicat, Dominus illuminatio mea, & salus mea quẽ timebo, Dominus protector vitæ meæ a quo trepidabo? Sed ne nos deterreat talis ista malitia, nihil in se difficile, nihil arduum, aut impossibile continet. Vis scire quàm facile sit implere hæc in fide militantibus? Solent in istis castris sæpe etiam mulieres vincere, quia non corporis robore, sed fidei virtute pugnatur, nõ corporis, sed animi fortitudine, quia nõ iaculis ferreis, sed orationum telis victoria quæritur. Et fides est quæ in certamine tolerantiam præbet. Vnde Apostolus ad huiuscemodi bella ar- *Epheſ.6.* mis cõuenientibus instruit milites Dei dicens: 11 State ergo induti loricã iustitiæ & succincti lũbos vestros in veritate, sed & galeã salutis accipite, & gladiũ spiritus. Super omnia autẽ scutũ fidei assumite, in quo possitis iacula maligni extinguere, sed & calceati pedes in præparatione Euangelij pacis, & hoc modo armatos tollere vexillum crucis Christi, & sequi eũ. Licet tamẽ etiã hoc in militia Christi, vt si forte aliquandò inferiorem te viribus senseris in persecutionibus, & nõ æquũ tibi aduersus crudelitatẽ tyrãni per fragilitatẽ corporis videris esse certamen, dare locũ iræ, & fugere de loco ad locũ, nec tibi in hoc ascribitur militare cõmissum. Si quis ergo timidus & formidolosus est discedat a castris, reuertatur domum, ne exemplũ timoris ac formidinis ceteris præbeat. Vis autem videre *Apoc.21.* quanti criminis sit timidus, & formidolosus? In gnis mittendi sunt, ibi ante omnes timidos, & formidolosos ponit, cũ quibus & fornicatores, *Iudi.7.* & infideles deputat. Addit adhuc sermo diuinus, & dicit ad Gedeonẽ. Depone eos ad aquã, & ibi eos probabo tibi. Et dixit Dominus: Omnẽ quicũque lambet aquã in lingua, sicut lãbit canis, statues eũ seorsum, & omnẽ qui curuauerit genua sua vt bibat, trãsferes eum. Hi qui descendũt ad aquam, id est ad baptismi gratiã veniunt, non debent procedere in terram, nec flectere genua sua, & cedere tẽtationibus vẽturis, 13 sed stare firmiter & constanter, sicut & Prophe-

tã dicebat: Demissas manus & dissoluta genua *Heb.12.* erigite, & gressum rectũ facite semitis vestris. Si remissior fueris, si flecti facile potueris, quomodo pugnabis, quomodo stabis aduersus astutias zabuli. Propterea & Paulus clamat: State *2.Thess.3.* ergo & nolite iterum iugo seruitutis hærere. Et iterum dicit: State in Domino. Et tertio dicit: Quoniã tunc viuimus, si vos statis in Domino. Ille probatus miles, & electus est, qui postquam ad aquas baptismi venit, flecti ad necessitates terrenas, & corporeas nescit, qui vitijs non indulget, nec ob peccati sitim sternitur pronus. Sed & quod dicit eos, manu vel lingua aquam lambere significat, quòd & manu & lingua operari debent milites Christi, hoc est opere, & verbo, quia qui docet & facit, magnus est in regno cælorum. Trecẽti ergo soli venerunt ad pugnã, hydrias portantes, & lampades, & buccinas corneas, in manibus suis. Et sic veniũt ad pugnam, *Luc.12.* quia electi milites Dei cũ lampadibus pugnãt. Sic enim Christus eos armauerat, dicens: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes. Et *Matt.5.* iterũ: Sic fulgeat lux vestra corã hominibus, vt videãt opera vestra bona &c. talibus ergo lãpadibus accensis pugnare decet milites Christi, luce operũ refulgentes, & splẽdore gestorũ. Quę sũt autẽ buccinæ corneæ, in quibus tuba canũt? *Psal. 97.* Qui de cælestibus loquitur, qui de spiritualibus disserit, qui mysteria regni cælorum reuelat.

IDEM explicans illa verba: Arcus fortium 13 superatus est, sic habet: Iacula maligni quæ dicũ- Hom. vnica in lib. regnorũ eod. to. tur ignita per arcũ potentium emittuntur, potentes autẽ virtutes dicũtur aduersæ, de quibus dicitur: Quia ecce peccatores intenderũt arcũ, *1. Reg.2.* & in ipso parauerunt vasa mortis. Et iterum: Sa- *Psal.10.* gittas suas ardẽtibus effecit, sed & nũc dicitur: quia arcus potẽtium infirmatus est. Si enim tu imbutus sis armis Dei, si scuto fidei sis munitus, & galea salutis obtectus, & lorica charitatis, & *Eph.6.* gladio spiritus accinctus, arcus contra te potentium pro munimentis talibus infirmabitur. Si enim iaculatus fuerit aduersum te vnũ aliquod iaculum ignitũ, id exceptũ fidei scuto continuo restinguitur. Iecit & aliud iaculum, repulsum id quoque a thorace iustitię est, iecit & tertiũ, & id gladio spiritus detruncatũ est. Mittit fortasis & quartũ, quod similiter per galeã salutis abiectum est. Cumq. per omnia homo Dei petitus inuulnerabilis manserit, tunc arcu potentium nequaquam tot directis spiculis infirmabitur.

IDEM explicans illa verba: Quomodo con- 14 fractus est, & cõtritus malleus vniuersæ terræ, Homil 3.in Hiere.to 2. sic ait: Malleus dicitur diabolus nõ partis alicuius terræ, sed vniuersæ, pro eo quòd in omni terra, malitia eius dispersa sit, & vbique malleus iste malum operatur. Est autẽ etiam hoc dicendum zabulũ vniuersæ terræ malleũ esse, non cæli, neque enim tenuiori substãtiæ conuenit malleus, sed crassiori. Si portas imaginem terreni, malleus te, quia terrenus es, percutit. Si peccas & terra es, & in terrã ibis, experieris malleum vniuersæ terræ in te operantẽ. Iuxta istũ intellectũ, istud quoque animaduertendũ est, vniuersæ terræ malleum, quia aduersum cuncta terrena potentiam suam exerceat zabulum esse, posse

autem etiam minorem malleum intelligi, quia non vniuersæ terræ sit malleus, sed illius, vt ita dicam, & illius partis terræ. Et si quidem cum vna aliqua contraria fortitudo mihi repugnat, & colluctatur mecũ, non valens cum vniuersis simul hominibus congredi, vt zabulus: tunc est quidem malleus in me, sed non vniuersæ terræ malleus, verum vt ita dicam meæ tantũ malleus terræ. Confractus & contritus est malleus vniuersæ terræ a Christo Domino. Primo confractus, & contritus est, deinde in tentatione sua
15 malleum non contriuit, sed tantum confregit; cum vero recessit ab eo vsque ad tẽpus, & tẽpore instante postea venit, tunc contritus est, & nõ solum confractus. Per vnũquemque autẽ nostrũ confringitur quidem, quando introducimur in Ecclesiã, & proficimus ad fidem, conteritur autẽ & cõminuitur quando ad profectũ venimus. Quòdsi dubites conteri zabulum ad profectum
Rom. 16. veniẽtibus nobis, audi apostolum benedicentẽ iustũ atque dicentem, Deus autẽ conterat Satanam sub pedibus vestris velociter. Illo autẽ confracto & cõminuto Babylon fit in exterminiũ, nec prius confusionis ciuitas dissipatur, quàm malleus vniuersæ terræ confringatur & cõteratur. Vnde & mirabiliter & præclaro ordine Propheta vsus est, dicens: Quomodo confractus est & contritus malleus vniuersæ terræ, quomodo facta est in exterminium Babylon. Quod primo factum est, primũ enarrauit, quod secundo, consequenter exposuit. Quando itaque fit extermi nium Babylon? Quando exterminantur omnes confusiones de anima mea, nec vlterius me cõfundit mors filij, aut interitus vxoris, cum non est qui me irritet, & prouocet ad tristitiam, ad iram, ad concupiscentiam, ad voluptatem, quoniam maneo inconfusus, assumẽs rationem quæ me confirmet & roboret, tũc mihi accidit quod dictum est, Facta est in exterminium Babylon, ideſt, vniuersa confusio.

16 CHRYSOSTOMVS vno verbo ait: Nõ
Hom. 65. in Matth. to. 2 enim sic oleum corpus hominis roborat, vt animã misericordia stabilit, adeoq. cõfirmat, vt superari a diabolo nequeat. Lubricum enim eleemosynæ oleum corpus hominis cõstituit, ita vt manus diaboli facile propter lubricitatẽ effugiat, hoc ergo oleo crebro ad bellandum nos perungamus.

17 IDEM explicans illa verba: Ne exhibeatis
Hom. 11. in epist. ad Romanos to. 4 membra vestra, arma iniquitatis peccato, sed arma iustitiæ, sic habet: Tam miles pro patria decertãs, quàm sicarius contra domesticos armatus eisdẽ armis muniuntur, neque armatura crimẽ id sustinebit, sed ij potius qui illã in malum conuertunt vsum, quod & in ipsa carne dicere possumus. Etenim si alienã pulchritudinẽ curiosius perscrutatus fueris, hic arma iniquitatis effectus est oculus, non a propria efficientia; oculi enim est videre, sed a iubentis cogitationis malitia, qui si illũ continueris & refrenaueris, iustitiæ arma effectus est. Eadẽ ratione & in lingua, & in manibus, & in reliquis alijs. Et membra vestra arma iustitiæ. Igitur non malum est per se corpus, siquidem fieri etiã potest, vt arma iustitiæ effici illud queat. Armorum autẽ verbo vsus ostendit, & bellũ quoque graue imminere, qua de causa & armatura nobis forti opus est; generoso itẽ animo, quique belli eiusdẽ naturã probe calleat, tum vero ante omnia duce. Ac dux quidẽ præsto est ad ferendas suppetias semper paratus, idẽ inexpugnabilis manẽs, fortibus ab eo armis nõbis apparatis. Superest autem vt ea voluntate præditi simus quæ decenter & ex vsu arma pertractet, sic vt ducis dicto parẽs, arma pro patria sumat.

18 IDEM sic habet: Nemo requiem quærat,
Hom. 8. in 2. epist. ad Timoth. nemo amplectatur quietem, nefas est pugilem Dei vacare delicijs, nõ licet epulari luctantem. Luctamen quidem sunt præsentia omnia, certamen, bellum, pressura, angustia, stadiũ. Aliud est quietis tempus, hoc ærumnis deputatum est, atque sudoribus. Nullus vbi ad certamen se exuit, vnctusq. est, requiem quærit. Si enim inquiris requiem, quid te exuisti? Cur iactasti manum? qua enim ratione hic requiem speres cũ libidinibus induxeris bellum, atque aduersus naturam pugnare perrexeris?

19 IDEM explicans illa verba: Induamus ar
Serm. 14. in epist. ad Romanos. ma lucis, ait: Ad aciem nos dies & ad pugnã vocat, pugnã vero audiens, & arma, non est quòd timeas. In sensibili quidem armatura durum est & exosum armari, hic vero iucũdum, & dignũ, quod expetatur etiam. Lucis quippe sunt arma vnde & radijs solaribus illustriorẽ te faciũt multum emittentia fulgorẽ, atque in toto etiã optime munitũ constituunt. Arma siquidẽ sunt, deinde & splẽdidũ faciunt. Sunt enim arma lucis. Quid igitur? Non est necesse vt prælieris, neque vt fatigeris, aut laboris molestiã subeas, neq. enim bellũ hoc, sed chorea & panegyris. Talis est videlicet armorũ istorum natura, talis ducis huius potestas, & quẽadmodũ e thalamo suo gloriosus progreditur, ita & is qui armis istis munitus est. Simul enim & sponsus est & miles. Quando vero de virtute sermo fit, non iam opera, sed arma commemorat, ostendens virtute eũ, qui illam habeat in omni securitate, omniq. splendore munitum & clarum constitui.

20 IDEM sic ait: Si concupiscentia quædam
Serm. 12. ad Ephes. mala nos adoriatur, illã nec admittere, sed extinguere oportet. Si vero istud possibile nõ fuerit, vel luctãdo semper illã cohibeamus. Quòd si luctando hinc excesserimus, vicimus. Non enim hic res se habet quẽadmodũ apud athletas. Nã illic quidẽ nisi deieceris, nõ viceris; hic vero viceris, si deiectus nõ fueris. Rite deieceris aduersarium, si deiectus non fueris. Illic ambo certantes vincere studeant, & si alter deiectus fuerit, alter coronatur. hic vero nõ ita, sed diabolus huc laborat, vt vos inferiores reddat, & vincat; quãdo igitur illi hoc quod studet abstulero, vici. Qui congreditur cum hoste obscurum finem habet & incertum, & ne ipse vincatur, & capiatur, qui vero illũ cõculcat manifestã habet victoriã. Cõculcabimus diaboli potentiã, si peccata conculcauerimus; omnia dico tẽporalia fastũ, concupiscẽtiam, superbiã, omnes animi passiones, ne hinc ad futuram vitam profecti potestatem, quã Deus nobis tribuit, perdidisse inueniamur. Huic semper inimicus esto sẽper acerbus, semper immitis, ita abiectus erit ille, ita contẽptibilis, ita facilis captu, si nos sæuierimus aduersus eum, ipse non erit nobis sæuus. Si nos mansueti fuerimus, tunc ipse sæuus erit.

21 IDEM explicans illa verba. State ergo suc
Serm. 24. ad Ephes. cincti lumbos vestros in veritate, induite vos loricam iustitiæ &c. sic ait. Quemadmodum thorax vulnera nõ admittit, ita & iustitia quam hic Paulus catholicam, & virtute præditam vitam vocat; talem nemo vmquam deijcere poterit, sed vulnerare quidem conantur plurimi, vulnerabit tamen nemo, nec ipse quidem diabolus, ac si dicat quisquam, munitis pectoribus vestris per facta iusta. Bellum cum diabolo, aliud bellum, quod cum Deo erat, dissoluit. Si diabolum impugnauerimus, pacem habebimus cum Deo. Sumentes scutum fidei. Merito fidem scutum nominauit. Quemadmodum enim scutum ante totum corpus instar parietis proponitur, ita sane & fides, nam illi cedũt omnia. Quo posſitis, inquit, omnia iacula ignea scelesti extinguere. Nihil enim poterit huic scuto resistere. Et galeam salutis vestræ accipite. nam circumquaque illos communiuit. Et gladium spiritus, qui est Verbum Dei. aut spiritum certe dicit, aut spiritualem gladium: per illum namque scindũtur omnia, per illum omnia
22 amputantur, etiam caput draconis per illum abscindimus. Talis sit fides, vt totum hominem contegat & obumbret. Non igitur sit modica, vt pedes nudos, aut aliam quamuis partem corporis relinquat, sed sit commensuratum corpori scutum. Multæ sunt ratiocinationes animam incendentes, multæ hæsitationes, multæ desperationes, sed omnia vera fides reficit. Multa immittit diabolus inflammans animã nostram, vt quando dicũt, An est resurrectio, an est fides? Et intelliges, inquit, tela diaboli in fide. Irruit concupiscentia, obijce fidem futurorum bonorum, & neque apparebit amplius, sed peribunt omnia iacula, siue ratiocinationes. Igitur si nos impugnauerint, fidem obijciamus, siue absurda desideria, fide vtamur, siue labores & ærumnæ, in fidem innitamur, & cõquiescamus. Omnium armorum certe tutela est fides. Istam nisi habuerimus, & illa continuo lædentur. Super omnia, inquit, sumpto fidei scuto, hoc est, omnia ista opus habent fide. Propterea subiunxit, & galeam salutaris accipite, ideſt quo periculum liceat effugere. Quemadmodum enim galea, caput vndique diligenter obtegens, non permittit mali quicquam pati, sed seruat, ita & fides, & pro scuto est, & pro galea salutari. Si enim tela illius ignea extinxerimus, mox & salubres cogitationes recipiemus, quæ mentem nostrã quicquam mali pati non sinent. Nam si contrariæ illæ cogitationes extinctæ fuerint, cõfestim generabuntur aliæ, quæ non tales sunt, sed quæ nos & saluant, & bene sperantes faciunt. Et quemadmodum galea capiti, ita illa menti nostræ imponentur. Et non solam hanc, sed & gladium spiritus accipiemus, vt non solum deinceps immissa iacula propulsemus, sed & diabolum ipsum percutiamus.

IDEM sic habet: Multa nobis munitione opus est, quia multæ sunt vndique insidiæ, sicut ipse Salomon dicebat: Agnosce quòd in medio laqueorum transitus, & super propugnaculis vrbium ambules, ait: Agnosce & non aspice. Quia obumbratus est laqueus, quandoquidem non aperte mors apparet, neque manifesta clades, sed vndique obtecta adiacet, multa tibi opus est agnitione, & diligenti scrutatione. Sicut enim pueri terra laqueos, sic diabolus vitæ voluptatibus peccata circumtexit. Sed agnosce perscrutans diligenter, etsi lucrum occurrerit, ne lucrum aspicias solum, sed aspicias diligenter, ne forte mors & peccatum intra lucrum sit absconditum, & si videris, refuge. Et ne celeriter & inconsiderate occurramus; si enim vnus tantum & duo laquei forent, facilis esset custodia, nunc autem ipsorum multitudinem ostendere volens Salomon, quomodo dicit, audias. Agnosce quòd in medio laqueorum dixit. Vtrimque nobis voragines, vtrimque doli. Quare tot laquei? Ne deorsum volemus, sed superiora quæramus. Etenim volatilia, donec altum aerem secant, non facile capiuntur, ita vt donec ad superiora respexeris, nec laqueo, nec vllis alijs facile capieris insidijs. Venator est diabolus, fias igitur ipsius thalamis sublimior. Propterea alæ sunt auiculis, vt effugiãt laqueos, propterea ratiocinationes hominibus, vt peccata fugiant. 23 Hom. 15. ad Populũ to. 5.

IDEM sic ait: Certamen est vita præsens, 24
est igitur opus pugnare, bellum est, & pugna. Homil. 62. ad Populũ.
In bello remissionem quærit nemo, nemo delicias, nemo pecuniarum curam gerit, nemo de vxore sollicitus est, sed vnum dumtaxat intuetur quomodo superet inimicos, hoc & nos curemus. Si vicerimus & cum victoria redierimus, nobis Deus omnia conferet. Qui mille vulnera miles excepit, nonne cum magna reuertetur lætitia libertatis habens claritatem, & glorię materiã, vulnera? Et tu, si potes, erũpe in
Gal. 6. vocẽ illã, Ego stigmata Domini Iesu in corpore meo porto, & magnus ac illustris fieri poteris.

HIERONYMVS consulẽs religionem, 25
ait: Monachus sciens imbecillitatem suam, & Lib. contra Vigilãtium tomo 2.
vas fragile quod portat, timet offendere, ne impingat, corruatque, atque frangatur, & intãtum castigator sui est, vt etiam quæ tuta sunt, pertimescat. Respondebis hoc non est pugnare, sed fugere. Sta in acie, aduersarijs armatus obsiste, vt postquam viceris, coroneris. Fateor imbecillitatẽ meam, nolo spe pugnare victoriæ, ne perdam aliquando victoriã. Si fugero, gladiũ deuitaui, si stetero, aut vincendũ mihi est, aut cadendũ. Quid autẽ est certa dimittere, & incerta sectari? Aut scuto, aut pedibus mors vitanda est. Tu qui pugnas & superari potes, & vincere. Ego cũ fugero, non vincar in eo quod fugio; sed ideo fugio, ne vincar. Nulla securitas est vicino serpente dormire, potest fieri, vt non mordeat: tamen potest fieri, vt aliquando me mordeat. Et idcirco vrbium frequentias declinamus, ne facere compellamur, quæ nos non tam natura cogit facere quàm voluntas.

26 In epist. 1. quæ est ad Demetriadem virginem to. 9. *Cant.* 4.

IDEM sic habet: Omnia membra decoren tur operibus sanctitatis, totaq. virginalis animi pulchritudo, gemmati monilis instar vario virtutum fulgore resplendeat, tunc cõcupiscet rex decorẽ tuum, & dicet, Tota formosa es amica mea, & macula non est in te. Et hæc ornamenta quæ dixi, etiam erunt munimenta maxima, & quæ ipsa te ornare Deo, & contra diabolum ornare possint, qui per leue interdum quodcũque vitium ad animam ingreditur, & si virtutũ propugnacula non resistant, nostro nos repellit loco, & continuo de hoste fit dominus. Propter quod Scriptura nos adhortatur, & dicit: Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris. *Et infra*: Rimatur nunc ille omnia & singula quæque pertentans, quærit vulneri locum, cuius tu insidias sollicita debes præuidere, vt quæ cum Paulo nõ ignores astutias eius, qui cum terribiles diaboli potesta tes, principatusque describat, nos nihilominus hortatur ad pugnam, hostiumq. vim pandit, vt

27 augeat sollicitudinem militum. Non enim vult nos esse timidos, sed paratos, denique non fugã

Ephes. 6. suadet, sed arma suggerit. Propterea inquit. Accipite arma Dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare, ac statim spiritualia instrumenta pugnæ huius tradidit, & dixit. State succincti lumbos vestros in veritate, & induti loricam iustitiæ, & calceati pedes in præparationem euangelij pacis, in omnibus assumẽtes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, & galeam salutis assumite, & gladium spiritus quod est Verbum Dei. Et quoniam de hoc bello, licet etiam feminis triumphare, suscipe hæc arma Pauli, & tanti hortatione ducis certam præsume victo-

Psal. 90. riam. Hæc enim si tu omnia instrumenta possideas, secura procedes ad prælium spirituale, nec pauebis diabolum cum toto exercitu suo. Cadent enim a latere tuo mille, & decem millia a dextris tuis, ad te autem nõ appropinquabit. Beatus quoque Iacobus ille Christi miles emeritus, nõ minore nobis auctoritate de hoc bello victoriam pollicetur. Subditi, inquit, estote Deo, resistite autem diabolo, & fugiet a vobis. Ostendit quomodo resistere debeamus diabolo, si vtique simus subditi Deo, eiusq. faciendo voluntatem, vt diuinam etiam mereamur gratiam: & facilius nequam spiritui auxilio sancti Spiritus resistamus, neque vero aperta contra nos pugnat acie, nec publica nobiscũ fronte cõgreditur, sed dolo vincit, ac fraude, nostraque contra nos vtitur voluntate.

28 In cap. 6. Amos to. 5.

IDEM explicans illa verba ex Amos: Qui dormitis in lectis eburneis, sic habet: Qui athleta est Domini, & exercetur ad luctam, & præparat se contra aduersarias potestates, dormit in nuda humo imitans Iacob, & ponit sibi lapidem ad caput, quem reprobauerunt ædificantes, & factus est in caput anguli. Qui vero delicijs vacant, atque luxuriæ, & omnia causa ventris faciunt, dormiunt in lectis eburneis mortui animalis, & immundis hærent ossibus, & quia pulchra videntur vitia, & præsenti nitore delectãt, requiescunt in eorum lectulis, & sopore grauissimo deprimuntur. Isti non comedunt solidum cibum, & athleticum, de quo roborantur vires luctantium, sed mollem, & tenerum, quales sunt vituli saginati, & tenelli, & adhuc lacte nutriti, & hædi de gregibus qui sunt sinistrarum partium.

29 In cap. 5. Amos.

IDEM explicans illa verba: Numquid non vt filij Æthiopum vos estis mihi, hæc habet: Corpora vmbris, otioq. marcentia tentationes & æstus sæculi ferre non possunt, quæ autem ad luctam, & ad certamina præparantur sole siccata superant mundi iniurias, & benedictionem Sancti Spiritus consequũtur, dicentis ad iustũ, *Psal.* 120. Per diem sol non vret te, neque luna per noctẽ.

30 In Psal. 3. to. 8.

AVGVSTINVS explicans illa verba: Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me, sic habet: Potest etiam vnusquisque nostrũ dicere, cum vitiorum & cupiditatum multitudo resistentem mentem ducit in lege peccati: Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me, multi insurgunt aduersum me. Et quoniam plerumque coaceruationem surrepit desperatio sanitatis, tamquam ipsis vitijs insultantibus animæ, vel etiam diabolo & angelis eius per noxias suggestiones, vt desperemus, operantibus verissime dicitur. Multi dicunt animæ meæ, non est salus illi in Deo eius. Tu autem Domine susceptor meus es, hæc enim spes est, quòd naturam humanam in Christum suscipere dignatus est.

31 In Psal. 14.

IDEM explicans illa verba: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, vel peregrinabitur, vt ipse legit, sic ait. Quamquam aliquando ponatur habitaculum pro habitatione sempiterna; tamen cum proprie accipitur, belli res est, vnde & contubernales milites dicuntur, tamquam simul habentes tabernacula, hic sensus adiuuatur ex eo quod dictum est, quæ peregrinabitur. Ad tempus enim cum diabolo dimicamus, & tunc opus est tabernaculo, quo nos refugiamus, quod significat maxime fidem temporalis dispensationis, quæ pro nobis acta est temporaliter per incarnationem Domini.

32 In Psal. 45.

IDEM explicans illa verba: Auferens bella vsque ad fines terræ, ait: Hoc in quibusdã cõpletum est, in tritico cõpletum est. Quid ergo hoc est, Auferẽs bella vsque ad fines terræ? Bella dicit quibus bellatur aduersus Deum. Quis enim bellat aduersus Deũ? Impietas. Et quid potest facere Deo impietas? Nihil. Quid facit fictile vas elisum ad petram, quãuis vehementer elida tur, tanto maiore malo suo venit, quanto maiori impetu venerit. Hæc bella crebra erant, & magna, & vasa fictilia conterebantur, præsumentes de se homines, de virtute sua multum

Cap. 15. præualendo. Cuius rei scutum Iob dixit de quodã impio, Cucurrit aduersus Deũ in crassa ceruice scuti sui. Quid est in crassa ceruice scuti sui. Nimirum præsumendo de protectione sua. Nũquidnam isti tales erant, qui dicebãt: Deus noster refugiũ, & virtus adiutor in tribulationi bus, quæ inuenerũt nos nimis? Aut in alio Psalmo: Non enim in arcu meo sperabo, & brachiũ *Psal.* 43. meum

33 meum non saluabit me? Quando quisque cognoscit, quia in seipso nihil est, & adiutorium de se nullum habet, arma in illo confracta sunt, bella sedata sunt. Talia ergo bella deleuit vox illa altissimi de nubibus Sanctis, qua terra commota est, & inclinata sunt regna, abstulit hæc bella vsque ad fines terræ, arcum conteret, & cõfringet arma, & scuta comburet igni. Arcus, arma, scuta, ignis. Arcus est insidiæ, arma publica oppugnatio, scuta vana præsumptio suæ protectionis, ignis quo ista comburũtur, est, de quo

Lucæ 12. Dominus ait. Ignem veni mittere in terram.

Psal. 18. De quo igne dicit Psalmus. Et non est qui se abscondat a calore eius. Feruente igne isto nulla in nobis impietatis arma remanebunt. Necesse est, vt omnia confringantur, conterantur, comburantur, remaneas inermis, non habens vllum adiutorium tuum. Et quanto magis infirmus es nulla tua arma habens, tanto magis te suscipit, de quo dictum est. Susceptor noster Deus Iacob. Valebas enim quasi per te, con-

turbaris in te, perde arma, quibus præsumebas,

2. Cor. 12. audi Dominum dicentem, Sufficit tibi gratia mea. Dic, & tu, Quando infirmor, tunc potens sum. Apostoli vox est. Omnia arma sua perdiderat, tamquam fortitudinis suæ, qui dicebat.

34 Ego autem non gloriabor, nisi in infirmitatibus meis, velut si diceret, non curro aduersus

1. Tim. 1. Deum in crassa ceruice scuti mei, qui prius fui blasphemus, & persecutor, & iniuriosus. Auferens bella vsque ad fines terræ. Quando autem nos Dominus suscepit, numquid inermes dimittit? Armat nos, sed alijs armis Euangelicis, veritatis, continentiæ, salutis, spei, fidei, charitatis. Hæc arma habebimus, sed non a nobis. Arma autẽ quę a nobis habuimus, arserunt. Si

Psal. 45. tamen igne illo Spiritus sancti accensi simus, de quo dicitur, & scuta comburet igni. Quid postea in te esse cupiebas? Infirmũ te fecit Deus, vt

35 In Psal. 48. Gen. 3. forte te faceret de se, quia infirmabaris de te. IDEM explicans illa verba. Iniquitas calcanei mei circumdabit me, sic habet: Ergo vitet iniquitatem calcanei sui homo. In calcaneo quisque labitur, intendat charitas vestra a Deo quid dictum est serpenti, ipsa tuum obseruabit caput, & tu eius obseruabis calcaneum. Diabolus calcaneum tuum obseruat, quando labetu obserua caput illius. Caput illius est initiũ malæ suggestionis illius. Quando incipit male suggerere, tunc repelle, antequam surgat delectatio, & sequatur consensio, & tunc vitabis caput eius, & non apprehendet ille calcaneum tuum. Dixit autem hoc Deus Euæ, quia per carnem labitur homo, Eua nobis interior caro nostra est.

36 In Ps. 119. IDEM explicans illa verba: Sagittæ potentis acutæ, &c. sic ait: Quæ est lingua dolosa? Subdola habens imaginem consulendi, & perni ciem nocendi. Ipsi sunt, qui dicunt, & tu hoc facturus es, quod nemo fecit? Et tu solus eris Christianus, & si dicant, non poteris hoc forte implere, multũ est, quod aggrederis. Alii prohibendo deterrent, alii laudando plus premũt. Monere videtur serpẽs est, dolosa lingua est, venenum habet. Roga contra illam, si uis ascendere, & dic Deo tuo, Domine erue animam meam a labiis iniustitiæ, & a lingua dolosa. Et dicit tibi Dominus tuus. Quid dabitur tibi, aut quid apponetur ad linguã dolosam? idest, quod habeas aduersus linguam dolosam, quod apponas linguæ dolosæ, quo tẽ munies? Respondet sagittæ potentis acutæ, &c. Sagittæ potentis acutæ verba Dei sunt, ecce iaciuntur, & transfigũt corda, sed cum trãsfixa sunt corda sagittis verbi Dei, amor excitatur, non interitus cõparatur. Nouit Dominus sagittare ad amorẽ, sagittat cor amantis, vt adiuuet amantem, sagittat, vt faciat amantem, sagittæ autem sunt cum agimus verbis. Carbones autem vastatores exempla sunt Sanctorum, vt pote incipit tibi Deus dicere, Tu non potes? ille potuit? numquid tu delicatior es illo Senatore. Numquid tu infirmior es feminis? Feminæ potuerunt, viri non possunt? Delicati diuites potuerunt, pauperes non possunt? Sed ego inquis multum peccaui, & numerantur etiam, qui multum peccauerunt, & eo amplius amauerunt, quo plura illis dimissa sunt peccata. Cum ergo fuerint ista numerata, & nominatim dicti fuerint homines qui potuerunt, ille accepta sagitta in corde accedentibus etiam carbonibus desolatoriis, desolatur in illo cogitatio terrena. Erant in illo multa, quæ male fronduerant, multæ carnales cogitationes sæculares, multi amores, ipsi vrũtur carbonibus vastatoriis, vt fiat purus locus desolatus, in cuius loci puritate faciat Deus ædificium suum, quia facta erat ibidem ruina diaboli, & ædificatur ibi Christus. 37

38 Ser. 13. de verbis Apostoli to. 10.

IDEM. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis, ait: Hoc est opus vestrum in hac vita, actiones carnis spiritu mortificare, quotidie affligere, minuere, frenare, interimere. Quàm multos enim proficientes, non iam delectant, quæ antea delectabant. Quando ergo delectabat, & non ei consentiebatur, mortificabatur, quia iam non delectat, mortificatum est. Calca mortuum, transi ad viuum, calca iacentem, confli ge cum resistente. Mortua est enim vna delectatio, sed viuit altera, & illam dum nõ consentis mortificas, cum cœperit omnino nõ delectare, mortificasti. Hæc est actio nostra, hæc est militia nostra. In hoc agone cum confligimus, Deum habemus spectatorem, in hoc agone cum laboramus, Deum poscimus adiutorẽ. Si enim nos ipse non adiuuat, non dico vincere, sed nec pugnare poterimus.

39 Serm. 3. in dedicatione Ecclesiæ

BERNARDVS sic habet. Ad congrediendum cum diabolo oportet, & arma præparare, sed arma spiritualia potẽtia Deo non modo ad resistendum, sed ad impugnandum quoque, & expugnandum viriliter inimicum. Induite, vos armaturam Dei ait Apostolus. Quid enim putamus fratres? Grauis equidem nobis

Ephes. 6. est inimici tentatio, sed longe grauior illi oratio nostra. Lædit nos iniquitas eius, atque versutia, sed multo amplius nostra eum simplicitas, & misericordia torquet, humilitatem nostram

stram non sustinet, vritur charitate nostra, man
suetudine, & obedientia cruciatur. Iam vero
nec fame quidem vrgeri possumus, vt hostibus
castrum tradere compellamur, quoniã gratias
ago Deo, non venit super nos terribilis illa cõ-
minatio Domini per Prophetam famis videli-
cet, & sitis, non panis, & aquæ, sed audiendi ver
Amos 8. bum Dei. Itaque non nobis alimenta desunt,
qui sermones frequenter, & frequentius sacras
lectiones audimus, & interdum quoque spiri-
tualis deuotionis gustamus delicias. Habemus
40 panem verbi Dei, panẽ lachrymarum, qui con-
firmat cor hominis, panem obedientiæ, de quo
Ioan. 8. dicit Dominus. Meus cibus est, vt faciam vo-
luntatem Patris mei. Habemus super omnia
de cælo panem viuum corpus Domini Saluato-
ris, in cuius vtique fortitudine cibi omnis ad-
uersæ partis deijcitur fortitudo. Sic ergo mu-
nita est Dominici castri fortitudo, vt nihil iam
timere oporteat, si tamen fideliter, & viriliter
agere voluerimus, vt videlicet nec proditores,
nec pauidi, nec desides inueniamus. Nã prodi-
tores quidẽ fiunt, quicumq. in hoc Domini ca-
strũ inimicos eius introducere moliuntur: qua
les sunt vtiq. detractores Deo odibiles, qui dis-
cordias seminant, nutriunt scandala inter fra-
Psal. 75. tres. Sicut enim in pace factus est locus Domi
ni, sic in discordia locum diabolo fieri manife-
stum est. Proditor est, qui vitia quælibet in hãc
domum conatur introducere, & templum Dei
speluncam facere dæmoniorum. Secundo loco
etiam illud cauendum, ne quis forte pusillani-
mitate deiectus fugiat a munitione, ibi trepi-
dans timore, vbi non est timor, vbi vero summũ
periculũ, insana temeritate securus sit. Hostili-
41 bus enim manibus, hostilibus & gladijs se expo
nit, quicumque est ille, qui fugit, ac si ignoret,
quoniam hostes illi omnino carent misericor-
dia, crudeles quidẽ in alienos, sed multo crude-
liores in suos, quippe crudelissimi in seipsos,
Iam vero tertium periculũ breuiter dico. Quid
prodest, si nec prodere castrum, nec relinquere
velis, sed segnis, & desidiosus in eo permaneas. Toto proinde animo, tota virtute, dile-
ctissimi, commissum nobis castrum Domini, &
regis nostri, manu tenere laboremus, solliciti
cõtra omnes inimici versutias, & aduersus om-
nia eius machinamenta parati, sicut scriptum
est. Resistite diabolo, & fugiet a vobis. At quo
niam scimus, a quo dictum sit, Nisi Dominus cu
stodierit ciuitatem, frustra vigilat, qui custodit
eam, humiliemur sub potenti manu altissimi.

42 AMBROSIVS super illud: Ideo accipi-
Super Epistolam ad Ephesios 10.5. te armaturam Dei, vt possitis resistere malo,
&c. ait. Quoniam cõtra atrocissimos hostes, &
omni tergiuersatione callidos bellũ gerimus,
idcirco omni cautela, & sollicitudine vigilare
debemus, vt quacũque tẽtauerint munitos nos,
& præparatos inueniãt. Necesse est enim, vt &
Deus adiuuet, quos viderit in precibus vigila-
re, & de armis eius expectare victoriam. In hu-
iusmodi autem bello sobria mente opus est, &
Eph. 6. pura conscientia, quia non contra carnalia ne-
quitiæ, sed aduersus spiritualia dimicatur. con-
tra terrigenos enim hostes corpus sagina robo
ratur, & poculis mens incitatur, vt repugnandi
sumat audaciam. Aduersus spiritualia enim ne-
quitiæ spiritualiter repugnandum est, & sobrie
tatis, & abstinentiæ arma sumenda sunt, vt in-
fusi sancto Spiritu immundos, & erraticos spi-
ritus deuincamus, &c.

In bello quod patimur a dæmone, multa nos debent consolari. Cap. VIII.

ORIGENES explicans illa verba, quæ de populo Israel dixit Balaã, Cuius fortitudo similis est Rinocerotis, sic habet: Vnicornis dicitur esse animal eo habitu formatum, quẽ nominis ipsius designat indiciũ, quod animal frequenter ponitur in scripturis, & in illis frequẽter Christus intelligitur. Erit ergo Israe
li spirituali gloria, sicut est gloria vnicornis ma
xime, cum transformauerit corpus humilitatis
nostræ conforme corpori claritatis suæ, in qui-
bus verbis fortitudo iustorum ad pugnam cum
diabolo intelligitur. Ecce populus, vt leo cõsur
get. In quibus verbis mihi videtur confidentiã
populi describere credẽtis in Christo, & liber-
tatẽ, quam habet in fide, & exultationem, quã
gerit in spe. Leoni comparatur, & catulo leo-
nis. Quia sicut leo nullum animal, & nullam
bestiam timet, sed sunt eis cuncta subiecta, ita
& perfecto Christiano, qui tollit crucem suã,
& sequitur Christum, qui potest dicere mihi
mundus crucifixus est, cũcta subiecta sunt, cun-
cta calcantur. Imitatur eum, qui leo de tribu Iu
da dicitur, cui cuncta subdita sunt. In his autẽ
verbis, cum consurget, dicat, & non surrexit,
vides quòd non de carnali Israel, sed de hoc, qui
futurus erat, ista dicuntur, de illo Israel, qui na-
scetur, quem fecit Dominus.

1 Hom. 16. in lib. Numero rum to. 1.

IDEM sic habet. Puto sane, quia sancti qui-
que repugnantes aduersus spiritus incentores
peccatorum, & vincentes eos, atque eorum
vnumquemque superantes imminuant exercitum dæmonum, & velut quamplurimos eorum
interimant, v.g. vt is qui caste, pudiceq. viuendo fornicationis spiritum superauerit, non vl-
tra fas sit illum spiritum, qui ab illo sancto vi-
ctus est, impugnare iterum alium hominẽ, sed
sicut illi spiritus, qui rogabant IESVM, ne in
abyssum mitterentur, quod nunc interim Do-
minus pro præsenti dispensatione concessit, ita
consequens videtur, quòd singuli quiquam ne-
quam spiritus, cum vincuntur a sanctis, vel in
abyssum, vel in exteriores tenebras, vel quo,
quisque ille locus eis dignus est, abducatur a iu
sto iudice Christo agonis huius vitæ mortaliũ
præside. Et inde est, quòd plurimo dæmonum
numero iam victo ad crudelitatem gentes ve-
nire relaxentur. Qui vtique nullatenus sinerentur, si integræ eorum, sicut prius fuerant subsi-
sterent

Psal. 100. sterent legiones. Vnde scriptum est. In matu-
tino interficiebam omnes peccatores terræ, vt
disperdam de ciuitate Domini omnes, qui ope
rantur iniquitatem. Ita in manu iustorum gla-
dij ancipites esse dicuntur, sine dubio, qui con-
trarias potestates perimant. Puto autem, quòd
vehementior ad hæc probandi, quæ diximus,
Apostoli Pauli illa proferri possit assertio, cum
Rom. 16. dicit, Deus autem pacis cõteret Sathanam sub
pedibus vestris velociter. Si enim contritus
est, & a Deo contritus, operari vltra non potest.
Beatus ergo est, qui indesinenter spiritalem
macheram tenens, non aufert eam a ceruicibus
Hier. 48. horum hostium. Sicut & Hieremias Propheta
dicit. Maledictus homo, qui facit opera Dei
negligenter, & aufert machæram suam, vel gla
dium, vt vulgata habet lectio, a sanguine ini-
micorum suorum. Interficiuntur autem in vo-
bis contrariæ virtutes, si earũ opera nõ agatis.

3 In librum Iob tract. 2. to. 2. IDEM explicans verba illa, quæ dixit Do-
minus diabolo de Iob. Tu autem commouisti
me aduersum eum frustra, dicit: Tu petisti rem
eius perdere sine causa. Cuius rem? Iusti, ac
pij, atque credentis Iob, desiderasti rem eius
perdere sine causa pro tuo, inquit, zelo atque
inuidia, pro tua maligna suspicione, callidissi-
me diabole, petisti rẽ eius perdere sine causa,
nihil peragens, vel perficiens, nisi solam iniqui
tatem tuam, atque malitiam. Porro si sine cau-
sa petijt, quare petiuit? Diabolus, inquit, sine
causa petiuit, nihil enim peregit, atque perfe-
cit, cum rem eius perderet, nisi suam deiectio-
nem, & humiliationem ostendit. Iob vero hæc
res non sine causa prouenit, sed ad ingentem
gloriam, & laudem, atque honorem huius rei
perditio prouenit coram Deo, & Angelis eius,
& apud Deum gloriæ augmẽtatio ei prouenit,
& super terram duplex pro remuneratione re-
ceptio, atque retributio. Sic itaque diabolo
quidem sine causa facta est huius rei perditio,
Iob vero non est facta sine causa, sed pro æter-
næ beatitudinis remuneratione, & in cælis co-
ram Angelis, & in terra in conspectu omnium
gentium.

4 Homil. 2. super Psalmũ 38. IDEM explicans illa verba, Opprobrium
insipienti dedisti me: Donec caueamus pecca
ta, necesse est nos exprobrari ab insipiente, &
accusatore nostro diabolo, et si inueniãtur pec-
cata nostra non esse deleta, sed scripta in nobis
stilo diaboli, per hæc ipsa quæ gessimus expro-
brabit nos inimicus. Sicut enim bona quæque
scripta dicuntur non atramẽto, sed spiritu Dei
viui, ita mala quæque scribuntur atramento, &
calamo diaboli. Propter quod Dominus dele-
uit chirographum peccatorum nostrorũ, quod
erat aduersum nos diabolo adstipulante con-
Isa. 44. scriptum, sicut & ante prædixerat per Prophe-
tam dicentem. Ecce deleo sicut nuben iniqui-
tates tuas, & sicut nebulam peccata tua, & vl-
tra non ero memor. Vt ergo non exprobremur
ab insipiente, conuertamus nos ab omnibus ini
quitatibus nostris, ne deprehendens in nobis
maculas peccatorum, ideſt suæ voluntatis insi-
gnia, exprobet, & dicat. Ecce hic Christianus
dicebatur, & signo Christi signabatur in frõte,
meas autem voluntates gerebat in corde. Ecce
iste, qui mihi, & operibus meis renunciauit in
baptismo, meis rursus operibus se inseruit,
meisque legibus paruit. Liberari ergo ab om- 5
nibus iniquitatibus studeamus, ne in die iudi-
cij huiusce modi opprobrijs insidiantis diaboli
succũbamus. Obmutui, & non aperui os meũ,
quia tu feci sti. Iam, & hoc superius posuimus,
cum tractaremus illum versiculum, qui ait, Dũ
consisteret peccator aduersum me, obmutui, &
humiliatus sum, & silui a bonis. Bonũ est enim
eo tempore, cum aduersum nos, vel derogatio-
num, vel conuitiorũ, vel probrorum tela iaciũ-
tur, nos huius versiculi meminisse, qui ait, Ob-
mutui, & non aperui os meum, quia tu es, qui
feci sti. Hoc sane requirendum videtur, quid
est, quod dixit, Tu es qui feci sti, nec tamen ad-
iunxit, quid fecerit, sed ordo ipse nos docet,
quoniam quidem velut agonem quemdam in-
ter nos, & consistẽtem aduersum nos peccato-
rem describit, & quia hoc indicet fecisse Deũ,
ideſt, quòd exercitij nostri causa, & profectus
Deus fecerit ista certamina, ideo ergo me-
mor ero, quia tu feci sti agones istos, & tu no-
bis hæc exercitia patientiæ præparasti. Cum
enim ad iracundiam prouocaret, cum cõuitijs
lacerasset, ne patientiæ lineas excederem, &
verbum aliquod, quod tibi non placeat proferrem de labijs meis, obmutui, & non aperui os
meum. Si vero amplius aliquid secundum Pau
li statuta voluero prosligare, non solum obmu-
tescam, & non aperiam os meum, sed & cum
maledicor benedicam, & blasphematus depre-
cabor.

IDEM explicans illa verba, Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas, sic
ait: Si hæc de anima, quæ se verbo Dei coniun-
xit, aduertas, vulpes cõtrariæ potestates intel-
ligi debent per cogitationes prauas exterminantes in anima virtutum florem, & fructum
fidei perimentes. Prouisio igitur verbi Dei, qui
est Dominus virtutum, mandat Angelis suis,
qui ad ministerium missi sunt propter eos, qui
hereditatem capiunt salutis, vt capiant ex vna-
quaque anima huiusmodi cogitationes a dæmo
nibus immissas, vt abiectis eis possint florem
virtutis afferre. Capiunt autem cogitationes
malas in eo, cum suggerunt menti, non esse eas
a Deo, sed esse a maligno spiritu, & dant animæ
discretionem spirituum, vt intelligat, quæ sit
cogitatio secundum Deum, & quæ sit ex diabo-
lo. Sunt istæ cogitationes, quæ a dæmonibus in-
iiciuntur in cordibus hominum; sed quia non
deest diuina prouidentia, ne forte per huiusmo
di importunitatẽ, turbaretur libertas arbitrij
& non esset iusta causa iudicij: idcirco benignis
Angelis, & amicis potestatibus hominum cura
mandatur, vt cum deceptores quasi vulpes in-
cusare cœperint hominem, dextris eũ auxilijs
subleuent. Et ideo dicitur, Capite nobis vulpes
pusillas. Competenter autem cum adhuc pu-
sillæ sunt, capi eas mandat. Dum enim cogita-
tio mala in initijs est, facile potest eijci a corde,

Hom. 4. ex positionis 2. in Cantica. Psal. 90.

Heb. 1.

nam

7 nam si frequẽter iteretur,& diu permaneat,adducit animam sine dubio ad consensum, & post consensum intra cor suum confirmatum, certũ est,quia ad peccati tendat effectum. Cum ergo pusilla est,& in initijs capi debet,& abijci, ne si adulta fuerit, & inueterata iam non possit expelli. Denique & Iudas initium mali habuit in amore pecuniæ,& hæc fuit illi vulpes pusilla, sed ab hac,cum videret Dominus Iudæ animã, quasi florentem vineam lædi,capere eam volẽs & abijcere,ex eo commisit ei pecuniæ loculos, vt possides quod amabat,a cupiditate cessaret. Sed vt Sancti quique doctores, & magistri Ecclesiæ,sicut acceperunt potestatem calcandi super serpentes,& scorpiones,ita accipiunt pote-
Lucæ 10. statem capiendi vulpes. Sic enim data est potestas eis super omnem virtutem inimici. Potest,& locus iste aliter accipi,Capite nobis vulpes, & post distinctionem dici pusillas extermi-
8 nantes vineas, vt pusillas non tam ad vulpes, quàm ad vineas referamus, vt videantur pusillæ quidem vineæ exterminari posse,idest paruę quæque animæ,& initia habentes,non firmæ,& robustæ lædi posse a contrarijs potestatibus, si-
Matt. 18. cut in Euangelio dicitur, si quis scandalizauerit vnum de pusillis istis,in quo ostenditur,quia
Psal. 118 scandalizari non potest grandis,& perfecta,sed pusilla,& rudis anima. Sicut in Psalmo dicitur, Pax multa diligentibus nomen tuum,& non est illis scandalum. Simili ergo exemplo potest videri, quòd pusilla quæque vinea incipiens, videlicet anima possit a vulpibus,idest, malignis cogitationibus,vel prauis doctoribus lædi, perfecta vero,& valida non possit. Sed si capiantur a bonis doctoribus vulpes istæ, & abijciantur ex anima,tunc proficiet in virtutibus, & florebit in fide.

9 IDEM explicans illa verba. Quomodo
Hom.3. in Hierem. confractus est, & contritus malleus vniuersæ terræ, sic habet: Quis est iste malleus volens quantum in se est impedire lapides ædificationis templi,diabolus sine dubio. Ego autem pro nunciabo confidens esse aliquem, qui non magnopere curet de malleo vniuersæ terræ,& quoniam exemplum ad sanctum Spiritũ est de sensibili malleo,quæro materiam malleo fortiorẽ, quæ nihil ab eo percussa patiatur, quam quidẽ quærẽs reperi in eo quod est scriptũ, Ecce vir
Amos 7. stans super muros adamãtinos,& in manu eius adamas. Refert autem de adamante historia, quia fortior sit omni cædenti se malleo,incontritus,inconuincibilis permanens,licet suprastet malleus zabulus,& suppositus sit draco,qui est quasi incus indomabilis,nihil tamen in manu Dei, & in conspectu eius consistens adamas perpetitur.Duo itaque contraria sunt adamanti isti,malleus,& incus improducibilis.Iam tritum est vulgi sermone prouerbium, vt de his, qui anxietatibus,& ingentibus malis premuntur,dicant,inter malleum sunt, & incudem, tu
10 autem hoc refers ad zabulum,& draconem,qui istiusmodi semper in scripturis pro varietate causarum nominibus insigniũtur,& dicis, quia sanctus, qui quasi murus adamantinus, vel in manu Domini adamas est,non curet, neque de malleo, neque de incude: sed quanto plus cæsus fuerit,tanto plus eius virtutẽ splendescere sciat. Aiunt eos, qui mercimonia lapidũ exercent,cum voluerint probare adamantem ignorantes vtrum sit adamas, an non sit, quamdiu malleum,& incudem non inuenerint, tũc haud persuaderi esse verissimum adamãtem. Si indomitus lapis, si inter incudem, & malleum perseuerat se percutiente desuper malleo,& incude supposita,durior lapidum natura iudicatur. Talis vir est,ante tentationes ab his,qui proba re lapides nesciunt,ignoratur, certissime antẽ nouit adamantinorum lapidum naturam solus Deus plurimis ignoratam, ego ipse adhuc nescio vtrum veniente malleo,& percutiente me confringar,& conterar cõuictus, quia non sum adamas, an certe verus adamas ostendar,si ingruentibus persecutionibus,periculis,tentationibus tam contritus fuero ad ictus mallei, quã probatus.

11 IDEM explicans illa verba ad Rom.8. Di-
Lib.7.in epist.ad Roman.cap.7. ligentibus Deum omnia cooperantur in bonũ, sic ait: In tantum omnia cooperantur, & collaborant his,qui diligunt Deum,vt & ipse spiritus adiuuet, nec dedignetur diuina natura dux esse itineris ad bonum. Si Deus pro nobis,quis contra nos,quia si sic Deus pro nobis est,vt hęc nobis cuncta concesserit, ideſt, quòd spiritus Dei habitet in nobis,quòd spiritu Dei agamur, quòd spiritum deuotionis accepimus, quòd simus filij Dei,& heredes, & coheredes Christi, Rom. 8. quòd primitias spiritus accepimus, quòd ipse interpellet pro nobis gemitibus inenarrabilibus,& quòd vniuersa creatura nobis congemiscit,& condolet, quòd nobis diligentibus Deũ omnia cooperentur in bonum,quòd secundum propositum vocati sumus,& præcogniti,& prædestinati, & iustificati. Si hæc ergo nobis cuncta dedit,quis esse aduersum nos poterit? Non 1. Pet. 5. quo omnino neminem nobis dicat esse aduer- Psal. 26. sarium. Quomodo enim stabit illud, quod dicit. Dominus illuminatio mea, & Saluator meus, quem timebo, Dominus protector vitæ meæ, a quo trepidabo? Non ergo nullum dicit esse,quẽ metuat, & qui aduersetur ei, sed quãuis inquit,approprient super me,vt edant carnes meas,qui tribulant me inimici mei;tamen Domino defendente vitam meam, infirmati Ibid. sunt, & ceciderunt. Quis accusabit aduersus electos Dei?videtur mihi, quod dicit de diabolo dicere.nullus enim ita electus,& ita magnus quem ille non audeat accusare, nisi ille solus, qui peccatum non fecit,qui dicebat hæc,Nunc venit princeps huius mundi, & in me nihil invenit. Sed quamuis ille exerat nequitiam proositi sui Deo iustificante, & delente sicut nubem iniquitatem electorum suorum,& sicut caliginem peccata eorum, & a prioribus delictis eos dealbante,vt niuem,& sicut lanam candidũ faciente,quid proficiet accusator? Sed & cum
Rom. 8. Christus pro eis mortuus sit, immo potius a mortuis resurrexerit,& stet a dextris Patris,& interpellet pro his, quis eos poterit cõdẽnare? In superioribus sanctus Spiritus interpellat pro nobis, inquit, gemitibus inenarrabilibus, hic Christus Iesvs, qui mortuus est,& resurrexit ipse interpellat pro nobis. Deus qui proprium filium tradidit pro nobis ipse iustificat electos, qui erit vltra qui audeat condemnare? Sed diligentius intuere,quomodo Apostolus in sermonibus suis ab insita sibi cautela discedat, non dixit,quis accusabit aduersum vocatos,sed aduersum electos, nisi enim fueris electus, nisi in omnibus te exhibueris probabilem Deo, ha-
13 bebis accusatorem. Si enim causa tua mala est, si te crimen tuum astringit, quid tibi proderit aduocatus, etiam si Iesvs sit, qui interpellat? Iesvs enim veritas est,non potest ergo pro te veritas fallere. In quo tibi opitulabitur aduocatus? Ne accusatoris calumnijs inuoluaris,ne tibi præterita peccata, quæ tibi per baptismũ deleta sunt, imputentur. Si vero post hæc iterũ delinquas, nec vllis hæc pœnitentiæ lachrymis deleas, accusatori tuo criminandi te materiam dabis, & quamuis Iesvs interpellet pro nobis,non potest tamen dicere Iesvs tenebras lucem esse, neque amarum dulce. Si ergo vis
Psal.111. Eccli.7. vincere, quod iudicaris, fac quod de iusto scriptum est. Dispone sermones tuos in iudicio, præpara opera tua ad exitum,memento nouissimorum tuorum, & non peccabis. Concludit ergo,cum Christus Iesvs mortuus sit pro nobis,& sedeat ad dexteram Patris,& interpellet pro nobis,dæmonum accusationes eis nocere
14 non poterunt.
Hom.10.in Pfal, 37. BASILIVS explicans illa verba: Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, sic ait. Magnus ille athleta Iob, cum varias tentationes
Iob 6. sustinuisset,nõ ignorabat, vnde ipsi hæ venirẽt, quapropter dicebat. Sagittæ enim Domini in corpore meo sunt,quarum indignatio exhaurit sanguinem meum. Dauid autem non similiter vt Iob corpore percussus, sed in ipsa anima letale vulnus habens, non similiter vt Iob dicit.
Iob 19. Sagittę Domini in corpore meo sunt,sed,Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam. Iob vero meminit
Iob 2. manus Domini dicens. Manus Domini est,quæ tetigit me, & diabolus ad Dominum dicens. Mitte manum tuã,& tange omnia, quæ habet, & rursus mitte manum tuam, & contige carnem eius,& ossa. Verum alia quædam erat manus,& aliæ sagittæ,quæ carnem ipsius cõtingebãt,& carnales existebãt. hic vero quandoquidem secundũ animam ipsam ægrotabat Dauid, alias sagittas sibi infixas esse significat,& aliam manum se contigisse, & mihi videntur sagittæ, de quibus hic dicit spirituales esse, immo magis ipsos Dei sermones sic apellare videtur pũgentes,& vulnerantes animam ipsius, cruciantesque, ac castigantes ipsam conscientiam, quandoquidem tantus vir existens,& tanta bona a Deo adeptus ad turpe factum seipsum immiserat. Fortassis autem etiam ipsum diabo- 15
lum,& maligni illius ignitas sagittas, affectus, & amores inducentes,quę ad concupiscentiam vxoris Vriæ ipsum incenderunt,significat. De quibus etiam Apostolus dicit. Sumite armaturam Dei, vt possitis omnia tela inimici ignita extinguere. Quandoquidem immunitus repertus non restitit ad inimici tela ignita; merito sauciatus est animam concupiscentiæ clauo. Quemadmodum autem Iob diaboli sagittas vlcera ipsius corpori incussa, quoniã permissione Dei facta erant, Domini sagittas nominauit, cum ait. Sagittæ Domini in corpore meo sunt, quarum indignatio exhaurit sanguinem meũ: sic verisimile est etiam Dauidẽ hic sagittas Domini dixisse, quoniam permissione Dei aduersarius ipsum impugnabat, vt discceret non dicere,Non commouebor in æternum. Quandoquidem enim per gratiam Dei potens factus aliquando magnopere seipsum iactauit, vt superbe gloriaretur,& diceret, Ego autem dixi in abundantia mea, non commouebor in æternũ: Psal. 29.
ea gratia merito traditus est tentatori, qui animam ipsius attingens maiori damno,ipsum quàm Iob affecit.Sermones vero qui de iusto iudicio ipsius commonefaciunt, & doctrina iræ peccatoribus impendentis, acutiores sunt saggittis conscientiam vulnerantes,& sauciantes.
& sic sane dixeris Dauidem sacris his, ac diui- 16
nis sagittis compunctum, merito deprecatum esse redargutionem per furorem, & castigationem per iram Dei,Ne enim,inquit, in furore tuo,& in indignatione tua arguas me Domine, neque in ira tua corripias me. Cur? Quoniã sagittæ tuæ infixæ sunt mihi. Nam sagittæ a te Psal.37.
venientes assumpta ira, & indignatione tua satis me puniunt, & sufficienter me castigant. Quapropter supplicat,ne aliam iram,atque indignationem experiatur, quia sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, vel iuxta Symmachi versionem, attigerunt me,& confirmasti super me manum tuam. Manum autem Domini, quæ ipsum attigit intellige, & eam quæ in Iob declarata est. Hæc autem Domini manus omnem domum Dauidis ex fundamento concussit, primogenitum ex liberis ipsius Amnonem amore sororis insanum faciens, & Absalonem inflammãs per iram cõtra fratrem,vt interficeret Amnonem, & postea contra ipsum parentem insurgeret. Sed & reliqua omnia per historias nobis declarata,manus sunt, quæ hic indicata est. Manus tua tetigit me per alternas calamitates. Sup- Iob. 19.
plico igitur,inquit, vt ne alia indignatione arguar,neque peiore ira castiger.

17 HIERONYMVS explicans illa verba:
In cap. 9. Isaiæ. to.4. Iugum oneris eius superasti,sic habet: Tu Domine,& Saluator iugum oneris eius,hoc est diaboli,qui prius exultabat in mundo, qui cunctis gentibus imperabat, qui grauissimo seruitutis iugo colla omnium deprimebat, & virgam quæ percutiebat vniuersos, & peccata sibi quasi quoddam tributum reddere compellebat, detraxisti de humeris eorum,& tibi liberator seruire

uire feciſti abſque vllo exercitu, & abſque effuſione ſanguinis in abſcondita manu, ſicut quondam ſub Gedeone populo Iſraeli de Madianitis victoriam præbuiſti. Quomodo enim veſtis
Iud. 7. quæ humano ſanguine cruentata eſt, lauari non poteſt, ſed infecta ſanguine igne comburitur, vt maculæ cum veſtimento fœdi cruoris intereãt, ſic diaboli violenta prædatio, & tumultus, ac turbæ, quibus humanum ſibi ſubiecerat genus, gehennæ ignibus deputatæ ſunt.

18 IDEM explicans illa verba: Non nocebũt,
Lib. 4. ſuper caput 11. Iſaiæ to. 4. & non occident in vniuerſo monte ſancto meo, &c. ſic habet: Nocere, & occidere nequaquam poterunt venenata prius animalia, eos qui habitauerint in monte ſancto Dei, ideſt in Eccleſia. De quo & in Euangelio dicitur. Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita, quia repleta eſt terra ſcientia Domini. Hoc eſt illud, quod ſupra dicebatur obſcurius, Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit, & iuxta conſuetudinem ſuam prophetalia in fine verba panduntur. Sicut aquæ inquit maris operientes, quomodo aquæ maris operiunt profunda maris hoc eſt terram, quæ operta eſt fluctibus, ſic ſcientia Domini omnis terra complebitur.
Matt. 5.

19 IDEM explicans illa verba: Conſumptus
In cap. 16. Iſaiæ. eſt miſer, &c. ſic ait. Poſt aduentum Agni, qui de petra deſerti ortus eſt Dominator vniuerſæ terræ, & venit ad montem filiæ Sion, finita eſt omnis potentia diaboli, quæ pulueri comparatur, & conſumptus eſt miſer, qui multos fecit miſeros, & defecit, qui conculcabat omnem terram, eos videlicet, qui terreni erant. Illo autẽ conſumpto, & redacto ad nihil, & penitus deficiente, præparabitur ſolium, & regnum ſempiternum primum in miſericordia. Omnes enim ſub peccato ſumus, & indigemus gratia Dei, & ſedebit in tabernaculo Dauid, quod corruerat, & ſuſcitatum eſt, qui poſt miſericordiã iudicet.

20 IDEM explicans illa verba: Et viſitabit
In cap. 27. Iſaiæ. Dominus in die illo in gladio ſuo duro, & grandi, & forti ſuper Leuiathan ſerpentem vectem, &c. ſic habet: Tradunt Hebræi diabolum, quod eſt Græcum nomen, & ſignificat criminatorẽ, Hebraice appellari aduerſarium. Vocatur etiã in Hebraico ſermone cetus magnus, de quo quòd a Chriſto ſit capiendus myſtico in Iob ſermone narratur, qui magnum cetum capturus eſt, nam & ibi pro ceto Leuiathan ponitur, & iterum, Adduces autem draconẽ in hamo, circũdabis capiſtrum naribus eius, ſtatimque hoc eſt principium plaſmatis Domini, quod factum
Pſal. 103. eſt, vt illudatur ab Angelis eius. Et in Pſalm. Hoc mare magnum, & ſpatioſum, ibi reptilia, quorum non eſt numerus, &c. Draco iſte, quem formaſti ad illudendum ei. De hoc in Apocalypſi ſcribit Ioannes. Facta eſt pugna in cælo,
Apoc. 21. Michael, & Angeli eius bellabant cum dracone & draco pugnabat, & Angeli eius, & non præualuerunt, nec locus inuentus eſt eis in cælo, & miſſus eſt draco magnus, coluber antiquus, qui vocatur diabolus, & ſatanas qui errare facit orbem terrarũ vniuerſum, miſſuſque eſt in terram accuſator fratrum noſtrorum, qui accuſabat eos coram Deo noſtro. Illudque notandum, quòd & in Pſalmo, & Iob propterea factus dicatur draco, vt illuderetur ei ab Angelis, vnde & 21
Apoſtoli accipiunt poteſtatem, vt calcent ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici. Quid igitur ab eo loco, vbi ſcriptum eſt: Ecce Dominus diſſipabit terram, & nudabit eam, vſque ad præſens capitulũ contra orbem in conſummatione mundi iudicium prædicatum eſt. Et propterea aduerſus diabolum extrema ſententia eſt, vt inducatur ſuper eum gladius ſanctus, & magnus, & fortis. Tunc fugiet, qui numquam fugere conſueuerat. Iſtũ Leuiathan vectem, ſeu concludentem puto appellari, quod multos ſuo carcere clauſerit, & propriæ ſubiecerit poteſtati, nihilque in ſe rectum habeat. Et idcirco dicitur tortuoſus, quẽ Dominus interficiet ſpiritu oris ſui, habitatorem quondam maris ſalſorum, & amarorum fluctuum.

22 IDEM explicans illa verba: Numquid tolletur a forti præda, &c. ſic habet: Dominus noſter, & Saluator, qui prius locutus fuerat per
In cap. 49. Iſaiæ. Iſaiam, ipſe in Euangelio eundem ſenſum repetit. Quomodo poteſt aliquis intrare in domũ
Mar. 3. fortis, & vaſa eius diripere, niſi primum ligauerit fortem, & tunc domum eius diripiet. Fortis, & gigas diabolus eſt, qui omnes gentes ſuo ſubiugarat imperio audens dicere Saluatori:
1. Ioan. 5. Hæc omnia mihi tradita ſunt, & dabo tibi ea, ſi procidens adoraueris me. Mundus enim in maligno poſitus eſt, quem nullus iuſtorum vin-
Amos 3. cere poterat, nec iuxta Amos prædam de ore leonis auferre. Propoſita igitur quæſtione, quòd nullus poſſit fortem, & gigantem vincere, nec ſaluare, quod ab eo raptum erat: Reſpõdit Dominus ſuo aduentu omnia perpetranda. Quòd ſcilicet captę prius gentes a gigante tollantur, & omnis illius ſupellex vniuerſaq. familia Apoſtolis diuidatur, impleto illo, quod ſcriptum eſt. Rex virtutũ dilecti dilecti, & ſpeciei
Pſal. 67. domus diuidere ſpolia. Vnde manifeſtius interpretatus eſt Symmachus, ſed & captiuitas fortis auferetur, & rapina horribilis ſalua erit, fortem, atque horribilem diabolum volens intelligi, qui Domini virtute ſuperatus eſt.

23 IDEM explicans illa verba: Incuruare, vt
In cap. 51. Iſaiæ. tranſeamus, ſic ait. Iſtæ ſunt aduerſariæ poteſtates, quæ dixerunt animæ illius, incuruare, vt tranſeamus. In quo pariter adnotandum eſt, quòd nõ eam incuruauerint, nec vim fecerint, vt prius erecta, inclinaretur in terrã, ſed proprio arbitrio dereliquerint, illa autem voluntate ſua poſuerit ceruices, vel dorſum, ſiue totum corpus ſuum, non intus, ſed foris, his qui eam conculcauerint.

IDEM explicat locum cap. 30. Et erit in die illa, ait Dominus exercituum. Conterã iugum eius de collo tuo, & vincula illius diſrumpam, & non dominabuntur eis amplius alieni, ſed ſeruient Domino Deo ſuo, & Dauid regi ſuo, quem ſuſcitabo eis, ait. Iſte eſt Dauid, cuius
24 Lib. 6. in Hierem. *Luc. 1.*
& Euangelium meminit daturum ſe nobis, vt ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati ſeruiamus illi, quodque ait, Conteram iugum eius de collo tuo, & vincula illius diſrũpã: non dubium quin ſub typo Nabuchodonoſor de diabolo ſentiendum ſit.

25 IDEM ſic habet. In Iona, & in hoc Prophe
In c. 1. Nahum to. 5. ta Niniuẽ mundum iſtum interpretati ſumus, & iuxta Ioannem totus mundus in maligno po
1. Ioan. 5. ſitus eſt. Poſtquam mundus pertranſierit habitaculum beſtiarum, & in quo paſcebantur leones, tunc admirantes, exultanteſque dicemus, Vbi eſt habitaculum leonum, ad quod iuit leo diabolus, & catulus leonis antichriſtus, & omnes doctrinæ peruerſæ, ſermo contrarius? Ante aduentum Chriſti non fuit, qui exterreret, ſed poſtquam Dominus noſter venit in mundũ, & Niniuẽ ingreſſus eſt, vidit quaſi fulgur ſatanam de cælo cadentem, & cecidit de cælo lucifer, qui mane oriebatur. Venit enim verus Sam
Lucæ 10. Iſaia 14. Iud 14. ſon ad Allophylos, & dum pergit in Thamnas, quod interpretatur conſummatio eius, vt paucis perculam de gentibus duceret Dalilam, interfecit leonem, cui venerat conſummatio, & il-
1. Reg. 17 lo mortuo comedit mella dulcedinis. Sed & verus Dauid ſeruans oues patris ſui, apprehendit leonem, & interfecit eum, & Banaias, qui interpretatur ædificator Dominus deſcendit
26 in lacum ſæculi iſtius, qui calentes aquas refrigerare conſueuit, & interfecit leonem, & in viſione Eſaiæ, quæ aduerſum quadrupedes cernitur, primum de anguſtia harum dicitur beſtiarum, In tribulatione, & anguſtia leo, & catulus leonis. Iſte leo antequam interficeretur a Chriſto, plurimos cepit in prædam catulorum ſuorum, & necauit leunculis ſuis, ſatellitibus ſuis, videlicet dæmonijs. Vide peccatorum conuenticula, & captos multos a leone non quæres, conſidera mortuos, qui reliquere vitam, & eccleſias eorum non vocabis ouile paſtoris, ſed leonis ſpeluncas, quas imple-
Pſal. 103. uit cadaueribus, & ſanguine mortuorum. Poſtquam fuiſti ait Dauid tenebras, & facta eſt nox, in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſaltus, catuli leonum rapere, & quærere a Deo eſcam ſibi. Difficile leo inuenitur in die, ſed ſemper in noctibus circuit, vt de Eccleſia Chriſti rapiat, vt eſcis iuxta Habacuc ſatietur electis. Hieremias de peccatoribus loquitur, Percuſſit eos leo de ſilua, & lupus vſque ad domos diſperdidit eos, & pardus vigilauit ſuper ciuitates eorum. Omnes qui egredientur, ex eis capientur. In quo animaduerte, quòd nemo capiatur,
1. Reg. 17 niſi qui a ciuitatibus Dei fuerit egreſſus. In quarto etiam regnorum libro habitantes in ciuitatibus Samariæ, & neſcientes iudicium Dei terræ, interficiebantur a leonibus, donec dicerunt colere Deum, & a leonibus liberati ſunt, ob hanc cauſam reor, & quodcumque a beſtijs captum eſt in Dei ſacrificijs non offerri, & a Propheta dici, Immundum, & captum a beſtia, non eſt ingreſſum in os meum. Interfectus eſt ergo leo, & a comedente exiuit eſca, & e forti egreſſum eſt dulce.

IDEM ſic habet: Ecce Behemot, quẽ feci te- 27
cum fœnũ, vt bos comedet, ecce hoc ipſum no- In c. 40. Iob
ueris, fortem diabolum, & potentiſſimum ini- to. 7.
micum tuum, quem ob immaniſſimum trucis animi furorem Behemot nomine feralis beſtiæ nuncupaui, apud te velut bouem, animal, videlicet manſuetum, fœnum comedere faciam, non carnes vt leonem. Quia carnes, quãdo comeduntur, non fit ſine viuentis interitu, circa te vero, non ita eſt, cui iuſſione imperij mei hoc modo præcepi dicens. Ecce in manu tua eſt, verum animam eius ſerua. Fœnum, vt bos comedent beſtiæ iſtæ, ideſt, hoc potentia dexteræ meæ factum eſt, vt ſubſtantiam tuam, & facultates quæ obpretioſæ mentis tuæ diuitias fœno comparantur, in poteſtatem acciperet deuorandas. Et ideo vilia quæque, & 28
temporalia tibi abſtulit, quæ fœni nomine ſignificata ſunt, non quæ magna, & grandia, ideſt animæ ornamenta, quibus te expoliatum, blaſphemiæ ruina comprimeret, quali peccato totus homo a diabolo deuoratur. Sub vm- *Iob 40.*
bra dormit, in ſecreto calami. In ſacris litteris aliquando vmbra dicuntur peccata, quòd tamquam vmbra corpori, ita morti vicina ſint. In peccatis ergo diabolus habitat, & requieſcit, in ſecreto calami, ideſt, in ſecretis, & abſconditis Dei, quæ Deus non requirit, & velut ſe indigna non viſitat. De quibus abſconditis *Pſal. 16.*
Propheta ait ad Deum. De abſconditis tuis adimpletus eſt venter eorum. Peccata ergo tamquam tenebræ abſconduntur a lumine veritatis, ſiue vt iam diximus in loco remoto cordis diabolus habitat, quòd cor vacuum timore Dei patet vanitati, & luxui, atque omnium illecebris vitiorum. Ecce abſorbebit fluuium, & non mirabitur. Multis in locis ſcripturarum fluminis nomine genus humanum ſignificatur, de quo, & ipſa poteſtas aduerſarij ait: Meus eſt fluuius. Huic ergo fluuio, humano, ſcilicet generi in ima more fluminis defluenti deſideria cupiditatum, delectationes, & amorem 29
mundi, ita inſinuat, vt eum abſorbere poſſit, & velut infernus deglutire. Sic namque humanum genus præceps in ſupradicta vitia defluit, vt poſſit ab inimico facile deuorari. An extrahere poteris Leuiathan hamo? In primo aduentu Chriſti factum eſt, per gratiam redemptionis eius, vt de ſocietate diaboli, & dominatione eruerentur. Numquid pones circulũ in naribus eius, aut armilla perforabis maxillam eius? Circuli, & armillæ nominibus intelliguntur ſermones diuinæ potentiæ, quibus ſuperbus humiliatus eſt a Deo, atque attritus. Numquid illudes ei quaſi aui, aut ligabis eum ancillis tuis? In tantum, ait Dominus, humiliabitur draconis iſtius fortitudo, & omnino pro nihilo erit, vt illudendus habeatur, & illudendus ſanctis angelis deputetur. Quòd autem quaſi auis illudi perhibetur, quaſi res parua, & minima ad potentiam Dei habeatur auis, nonne voluit demonſtrare, quòdque alligandus ancillis dicitur, illud eſt, quod ipſe Dominus in Euangelio ad diſcipulos ſuos

Lucæ 10. ait: Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutē inimici, & nihil vobis nocebit. Sic itaque alligatur, atque illuditur a sanctis animabus Dei, quæ sunt ancillæ Christi, dum ab eis ipsi, & eius socijs imperatur cuique per vniuersum mundum quotidie, captiua aufertur captiuitas, quomodo & in Apocalypsi per mille annos alligatur, dicitur quod a parte ad totum intelligitur secundum Apostolum, qui ait. Filioli nouissima hora est ex tempore aduentus Domini in carne nostra. Itaque alligatus est, ne seducat Christi gratia, & redemptione saluādos. Alij dixerunt, alligabis eum, sicut passerem infantulo, quod est vt ab infantulo teneatur præcepto imperij mei, & velut ligatus in potestatē tradatur. Hic est ille infans, de quo Isaias ait: Infans ab vbere in foramine aspidum manum mittet, qui infans Propheta, quamuis sit centum annorum puer per Christi gratiam morietur, idest sanctus, & innocens de hoc sæculo ad Deum emigrabit. Hunc ergo infantem accipere debemus vnumquemque Sanctorum, qui de fonte, idest, de vtero matris Ecclesiæ tamquam infans Deo renatus est, & præcepta Domini velut lacteos cibos de eius vberibus sugit. Concident eum amici diuident illum negociatores. Amici, & negociatores isti, sancti intelligendi sunt, quibus Christus ait: Vos amici mei estis. Itemque simile est regnum cælorum homini negociatori, &c. Qui regnum Dei velut pretiosissimam margaritam in venalibus proposuerunt mundo, vt vnusquisque creditorum vendat, quæcumque habuerit, delectationes, scilicet vitæ præsentis his mercimonijs commutet, & emat eam. Ideo a supradictis amicis, & negociatoribus corpus huius draconis conciditur, atque diuiditur, dum per eosdem ad fidem Christi perditorum eius multitudo quamplurima separatur. Nam multi de potentibus eius, & in malitia fortibus ab eius consortio, veluti membra illius secernuntur. Sicut & Habacuc Propheta ait: Ad Dominum præcidisti in stupore mentis capita potentium, & de quibus rursum ait ad Dominum. Misisti in capita inimicorum tuorum mortem, mortem vtique vitiorum, vt iam non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est. Hæc capita inimicorum Dei, idest, populorum impiorum principes ipsi sunt huius spiritualis draconis reges, & nobiles, qui secundum translationem nominum, alligandi a prædictis amicis, & negociatoribus esse dicuntur, sicut Dauid Propheta ait: Ad alligandos reges eorum in manicis, & nobiles eorum in vinculis ferreis. Hi membra sunt illius draconis, & dracones, de quibus dicitur. Tu confregisti capita draconum in aquis.

1. Ioan. 2.

Ioan. 15.

Matt. 13.

Psal. 148

Psal. 73.

32 Lib. 2. in epist. ad Ephesios to. 6 *2. Cor. 6.* IDEM explicans illa verba: Nolite locum dare diabolo, sic ait. Diabolus Græcum verbum est, quod latine dicitur criminator. Lingua vero Hebrea satan appellatur, idest, aduersarius, & ab Apostolo Belial, hoc est absque iugo, quod de collo suo Dei abiecerit seruitutem. Ait ergo. Nolite locum dare diabolo, qui tamquam leo rugiens quærit aditum, per quem possit irrumpere. Quomodo enim Pater, & Filius stant ad ostium, & pulsant, vt introeant, & cenent cum eo, qui se receperit: ita, & aduersarius semper in nos est paratus irrumpere, & cum locum dederimus ingreditur, solet autem antequam veniat quædam iacula præmittere, & præcursorem aduentus sui facere cogitationem. Hanc si nos in corde nostro susceptam nutrierimus intrinsecus: & crescere fecerimus, cum in nobis prolem suam auctam viderit, & ipse audebit intrare. Denique in Iudæ cor primam iecit sagittam, vt traderet Saluatorem, quam si exceptam ille miserabilis non fouisset, numquam post intinctum panem introisset in eum satanas. Simul autē, & hoc diligenter attendite, quòd non inuenerit diabolus locum introeundi in Iudam, cuius pectus iam antea percusserat, nisi in conuiuio Saluatoris, quia tunc, vel maxime in potestatem ei damur, quando nec humanitate, nec clementia, nec mansuetudine eius vincimur, quem odimus indigne. Huic quod nunc præcipit, Neque locum detis diabolo, illud de Ecclesiastico comparatur, Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dederis ei. Ille superbus, & temerarius vult ascendere, sed etiam si te oppressum putauerit, & se extulerit, tu ne dederis locum, potestas quippe diabolo non in temeritate illius, atque iactantia, sed in tua est voluntate.

1. Pet. 5.

33

Eccli. 10

34 Lib. 2. quæstionum ad Simplicianum. cap. 2. *2. Reg. 16.* AVGVSTINVS sic ait: Malus appellatur spiritus Domini, tamquam creatura, & in eius posita potestate, sed magis arbitror, malignum spiritum, de quo ait Scriptura, quòd Saul vexabat, ideo dictum spiritum Domini, quòd occulto Domini iudicio Saulem vexabat. Vtitur enim Deus ministris etiam spiritibus malis ad vindictam malorum, vel ad bonorum probationem. Alio modo ad illam rem, alio ad istam. Quamuis enim inde sit quisquam malignus spiritus, quia mala voluntate nocere appetit, tamen nocendi potestatem non accipit, nisi ab illo, sub quo sunt omnia, certis, & iustis meritorum gradibus ordinata. Quia sicut non est mala voluntas a Deo, sic non est potestas nisi a Deo. Quamquam enim sit in cuiusque potestate quid velit, non tamen est in eius potestate, vt possit, vel facere cuiquam, vel a quoquam pati. Nam & Filius Dei dicenti, quòd potestatem haberet occidendi eum, vel dimittendi, non haberes, inquit, in me potestatem, nisi data tibi esset desuper. Diabolus etiā volens nocere Iob, nocēdi quidē voluntate diabolus erat, sed tamen a Domino potestatem petebat dicens: Mitte manum, & tange carnē eius, quamuis hoc esset, si permitteretur ipse facturus, ipsam etiam permissionem petebat hoc modo, & manum Domini appellabat permissam a Domino manum suam, idest ipsam potestatem, quam volebat accipere, cui congruit illud

Ioan. 19.

Iob 2.

Luc. 22.

illud in Euangelio, quod Dominus discipulis suis ait: Hac nocte postulauit satanas vexare vos, sicut triticum. Dictus est ergo spiritus Dei malus, hoc est minister Dei ad faciendum malum in Saul.

35 Lib. 20. de ciuit. Dei c. 7. & 3. to. 5. IDEM explicat locum Apocalypsis 20. Et vidi Angelum descendentem de cælo, & habentem clauem abyssi, & catenam in manu sua, & tenuit, inquit, draconem illum serpentem antiquum, qui cognominatus est diabolus, & sathanas, & alligauit eū mille annis, hoc est eius potestatem ab eis seducendis, ac possidendis, qui fuerant liberandi, cohibuit, atque frenauit. Mille autem anni possunt intelligi, quia in vltimis annis mille ista res agitur, cuius nunc spatia posteriora voluūtur, vt huius milliarij tamquam diei nouissimā partē, quæ remanebit vsque ad terminū sæculi, mille annos appellauerit. Aut certe mille annos pro annis omnibus huius sæculi posuit, & misit illum in abyssum. Quo nomine significata est multitudo innumerabilis impiorū, quorum in malignitate aduersus Ecclesiam Dei, multum profunda sunt corda, non quia ibi diabolus ante nō erat, sed ideo dicitur illuc missus, quia exclusus a credētibus plus cœpit impios possidere. Et clausit, inquit, & signauit super eum, vt iam non seduceret gētes, donec finiantur mille anni. Clausit super eū dictum est, Interdixit ei, ne possit exire, idest vetitum transgredi. Signauit autē quod addidit, significasse mihi videtur, quòd occultū esse voluit, qui pertineant ad partē diaboli, & qui non

36 In cap. 8. prosequens expositionem huius loci ait: Post hæc oportet eum solui breui tempore. Si alligari est non posse seduci, neque permitti, quid erit solui, nisi posse seduci, siue permitti? Quod absit, vt fiat, sed alligatio diaboli est, non permitti exercere totam tentationem, quam potest, vel vi, vel dolo, ad seducendos homines in partem suam, cogendo violenter, fraudulenterue fallendo. Quòd si permitteretur in tam longo tempore, & tāta infirmitate multorum plurimos tales, quales Deus id perpeti nō vult, & fideles deijceret, & ne crederent, impediret, quod ne faceret alligatus est. Tunc autē

Dan. 12. soluetur, quando, & breue tempus erit, nam tribus annis, & sex mensibus legitur totis suis suorumque viribus sæuiturus, & tales erunt, cum quibus ei belligerandum est, vt vinci tāto eius impetu, insidijsque non possint. Si autem nunquam solueretur, minus appareret, eius malignа potentia, minus sanctę ciuitatis fidelissima patientia probaretur, minus denique perspiceretur, quàm magno eius malo, tam bene fuerit vsus omnipotens Deus, qui eum nec omnino abstulit a tentatione Sanctorum, quamuis ab eorum interioribus hominibus, vbi in Deum creditur, foras missum, vt forinsecus eius oppugnatione proficerent. Et soluetur in fine, vt quā fortem aduersarium Dei ciuitas superauerit, cum ingenti gloria sui redemptoris, adiutoris, liberatoris aspiciat. In eorum sane, qui tunc futuri sunt, Sanctorum, atque fidelium comparatione quid sumus? Quandoquidem ad illos probandos, tantus soluetur inimicus, cum quo nos ligato tantis periculis dimicamus. Hæc autem alligatio diaboli facta est, & fiet vsque ad terminum sæculi, & tunc soluetur. Vt sicut prædictum est, probentur electi.

37 In Psal. 9. to. 8. IDEM explicans illa verba. In conuertendo inimicum meum retrorsum sic inquit. Huius ergo inimicus, quando retro conuersus est? An quando ei dictum est, redi retro satanas? tunc enim qui tentando se præponere cupiebat, retro factus est, non decipiendo tentatum, & in eum nihil valendo. Retro enim sunt terreni homines, cælestis autem homo prior factus est, quamuis post venerit. Conuersus est inimicus retro, postquam non valuit hominem cælestem decipere tentatum, & se ad terrenos conuertit, vbi dominari potest. Quapropter nullus hominum eum præcedit, & retro eum esse facit, nisi qui deponens imaginem terreni hominis portauerit imaginem cælestis. Et diabolus retrorsum conuersus est in persecutione iustorum, multo vtilius persecutor est, quàm si dux, & princeps præiret. Psallendum igitur est nomini Domini altissimi, in conuertendo inimicum meum retrorsum, quoniam malle debemus eum persequentem fugere, quàm ducentē sequi. Habemus enim, quo fugiamus, & abscondamur in occultis filij, quia Dominus factus est refugium nobis.

1. Cor. 15

38 Serm. 197. de tempore to. 10. IDEM sic ait: Stabāt filij Israel in valle Terebinthi, & pugnare cōtra Philistinos nō audebāt. Et quare non audebant? Quia Dauid, qui typū Christi habebat, nondum venerat. Verum est fratres. Quis enim contra Diabolum pugnare poterit, antequam Christus genus humanū de potestate diaboli liberaret? Dauid interpretatur manu fortis. Quid eo fortius, qui vniversū mundū vicit armatus non ferro, sed ligno? Ante aduentum Christi solutus erat diabolus. Ve-*Mar. 3.* niens Christus fecit de eo, quod in Euāgelio dictum est. Nemo potest intrare in domū fortis, & vasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem. Venit ergo Christus, & alligauit diabolū. Sed dicet aliquis. Si alligatus est, quare adhuc tantum prævalet? Verum est fratres, quia multum prævalet, sed tepidis, & negligentibus, & Deum in veritate non timentibus dominatur, alligatus est enim, tamquam innexus canis catenis, & neminem potest mordere, nisi illum, qui se ei mortifera securitate coniunxerit. Iam 39 videte, quàm stultus sit ille, quem canis in catena positus mordet. Tu te illi per voluptates, & cupiditates sæculi noli coniungere, & ille ad te non præsumit accedere. Latrare potest, sollicitare potest, mordere omnino non potest, nisi volentem. Non enim cogendo, sed suadendo nocet, nec extorquet a nobis consensum, sed petit. Quod autem arma Goliæ Dauid posuit in tabernaculo suo, arma diaboli nos fuimus. Sic enim dicit Apostolus, Sicut *1. Reg. 17.* enim exhibuistis membra vestra arma iniquitatis peccato, ita nūc exhibete membra vestra *Rom. 6.* arma iustitiæ Deo. Et iterum, Nolite exhibere membra vestra arma iniquitatis peccato. Ar-

ma enim inimici nostri misit Christus in tabernaculo suo, quando nos, qui domus diaboli fueramus per ipsius gratiã templum Dei fieri meruimus, nam & vicissim nos in Christo, & in nobis Christus habitare cognoscitur.

40 BERNARDVS sic habet. Surge miles Christi, surge excutere de puluere, reuertere ad prælium vnde fugisti, fortius post fugam prę liaturus, gloriosius triumphaturus, habet quidé Christus multos milites, qui fortissime ceperunt, steterunt, vicerunt, paucos autem, qui de fuga conuersi rursus se periculo ingesserint, quod declinauerant, rursus fugarẽt hostes, quos fugiebant. Quia omne rarum pretiosum, gaudeo de illis te posse esse, qui quanto rariores, tanto apparebunt gloriosiores: alias autem si multum timidus es, cur vel times, vbi nõ est timor, non autem times, vbi magis est timendũ. An quia fugisti ex acie, putas te manus hostium euasisse? libentius te insequitur aduersarius fugientem, quàm sustineat repugnantem, & audacius insistit a tergo, quàm resistat in faciem. Securus nunc proiectis armis capis matutinos somnos, & ignoras quòd exarmatus, & tu timidior, & hostibus minus timendus sis? Armatorum multitudo circumuallauerunt domum, & tu dormis? Iam ascendunt aggerem, iam dissipant sepem, iam irruunt per porticum. Tutius ne est ergo tibi, vt te inueniant solum, quàm cũ alijs, nudum in lectulo, quàm armatum in campo? Expergiscere, sume arma, & fuge ad com-

41 militones tuos, quos fugiens deseruerás, vt qui te ab eis disiunxerat, ipse te denuo timor iungat. Quid armorum refugis pondus, & asperitatem delicate miles? Aduersarius instans, & circumuolantia spicula facient clypeum non esse oneri, loricam non sentiri, vel galeam? Et quidem solent fortissimi milites audita buccina ante congressum trepidare, at vbi ad prœliũ ventum fuerit, spes victoriæ, & timor ne vincantur, reddit intrepidos. Quid vero tu trepidas, quem fratrum vnanimitas armatorum circũmuniet, cui assistunt Angeli a latere, quem dux belli Christus præibit suos animãs ad victoriã, & dicens, Confidite, ego vici mundum. Si Chri

Ioan. 16. *Rom. 8.* stus pro nobis, quis contra nos? Securus potes pugnare, vbi securus es de victoria. O vere tuta pro Christo, & cũ Christo pugna, in qua nec vulneratus, nec prostratus, nec conculcatus, nec miles si fieri possit occisus fraudaberis a victoria, tantum ne fugias, sola causa, qua perdere possis victoriam, fuga est, fugiendo potes illam amittere, moriendo non potes, & beatus si pugnando moriaris, quia mortuus mox coronaberis.

42 IDEM sic habet. Quamuis homo sit iustus,
Serm. 67. ex varijs. numquam tamẽ necesse est, vt sit in hac vita securus, sed semper humilis caueat, semper Deus vires diaboli restringit, ne tantum noceat, quã tum nocere cupit, vnde in canticis Canticorũ
Cant. 4. Spiritus sanctus diabolum increpat dicens. Surge Aquilo, & veni Auster, perfla hortũ meum, & fluant aromata illius. Per Aquilonem, qui in frigore constringit, & torpẽtes facit, quid aliud nisi immundus spiritus designatur, qui dum tẽtat, & possidet omnes reprobos a bono opere torpere facit. Per Austrum vero, scilicet calidum ventum Spiritus sanctus designatur, qui dum mentes electorum tangit ab omni torpore relaxat. Ergo surgat Aquilo, & discedat ab vnaquaque fideli anima, discedat, ne amplius tenuet, quàm oportet, Veniatque Auster, & perflet hortum sponsi, & fluent aromata illius.

In epistola 2. quæ est ad Robertũ

Bella nostra Deus pugnat, si velimus, propter hoc tamen, nec otio torpere, nec superbire de victoria debemus. Cap. IX.

1 ORIGENES explicãs illa verba, quæ dixit cap. 46. Gen. Dominus ad Iacob: Descende in Ægyptũ, quia in gentem magnam faciam te ibi, ego descendã tecum illuc, ait: Prospice quomodo eum, velut ad quosdam agones proficiscentẽ corroborans, & cohortãs mittat ad Aegyptũ, ait enim: Noli timere descendere in Aegyptum, hoc est dicere, cõgressurus aduersus principatus, & potestates, & aduersus mundi huius (qui figuraliter Aegyptus appellatur) rectores tenebrarũ harum, noli timere, noli trepidare. Quòd si & causam scire vis, quia timere non debeas. Audi promissionẽ meam. Descendam tecũ in Aegytum. Non ergo timet descendere in Aegyptũ, non timet agones huius mundi, & obsistentium dæmonum subire certamina, cũ quo in agones descenderit Deus. Denique audi Apostolũ Paulum dicẽtem, Plus omnibus laborani, non ego, sed gratia Dei mecum. Sed cum Hierosolymis aduersus eum cõmota fuisset seditio, & agonẽ clarissimum pro verbo, & prædicatione Domini desudaret, astitit ei Dominus, & dixit eadem quæ nunc dicuntur ad Israel, Noli, inquit, timere Paule, quia sicut testificatus es de me Hierosolymis, ita & te oportet Romæ testimonium dare.

Homil. 16. in Genesim to. 1.

1. Cor. 15. Actuũ 23.

2 IDEM exponens versum ex Cantico Moysis cap. 15. Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est, ait: Moris Sanctorum est, vbi aduersarius vincitur, tamquam qui sciant non sua virtute, sed Dei gratia victoriam factam hymnum Deo gratulationis offerre. Accipiunt tamen hymnum canentes, etiam tympanum in manibus suis, sicut de Maria sorore Moysi, & Aaron refertur. & tu ergo si mare rubrum transieris, si Aegyptios mari submergi videris, & extingui Pharaonem, ac in abyssi prosundum præcipitari potes, hymnum canere Deo, potes vocem gratulationis emittere, & dicere, Cantemus Domino, gloriose enim honorificatus est, equm, & ascensorem proiecit in mare.

Homil. 6. in Exodum.

IDEM

3 IDEM sic habet. Hic ergo, vbi primũ dis-
Hom. 1. in Lib. Iosue. co nomen Iesu, ibi continuo mysterij video sa-
Exo. 17. cramentum, ducit enim exercitum Iesus, & factum est, cum extolleret manus Moyses inualescebat Israel; cum autem deijceret manus suas inualescebat Amalec. Tunc ergo inualescit Iesus magis, & tunc vincit, quando Moyses erigit manus suas, victus autem est populus ille ab Amalec, quoniã iam non erigebat manus suas, sed erant demissæ deorsum. Illi sunt enim, quibus dicitur. Si crederetis Moysi, crederetis vti-
Iosue 10. que, & mihi, sed cessantibus operibus demissæ sunt manus, & vincuntur, & reliqua. Iesus Naue fuit, de quo solo legitur, quòd dixerit, Sol cõtra Gabaon ne mouearis, & propterea addit Scriptura, & dicit. Quia numquam sic audiuit Deus hominem. Iesus ergo meus solem stare
Eph. 4. fecit, non tunc solum, sed magis modo in aduentu suo, denique dum nos bellum gerimus aduersus inimicos nostros, & colluctamur aduersus

4 principatus, & potestates, & rectores tenebrarum harũ, aduersus spiritualia nequitiæ in cælestibus, Sol nobis iustitiæ indesinenter assistit,
Matt. 28. nec deserit vnquam, nec festinat occumbere, quia ipse dixit. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, non solum autem duplicato die nobiscũ est, sed omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi, donec & nos obtineamus aduersarios nostros. Sed illud videamus, quid est,
Deut. 11. *Iosue 1.* quod repromisit Iesus militibus suis. Omnis, in quit, locus quem calcauerit pes vester, vester erit. In quibus verbis, quid nobis repromittitur videamus. Sunt quædam aduersariarum po testatum gẽtes diabolicæ aduersus quas nobis certamẽ geritur, & agones in hac vita desudantur. Quantascumque ergo ex ijs gentes pedibus nostris subdiderimus, quantoscumque in certamine vicerimus, ipsorum regiones, ipsorum prouincias, & regna Iesu nobis distribuente capiemus. Fuerunt enim illi aliquando An-
Isaia 14. geli, fuerunt in regno Dei magnifici. An non legimus, quod Esaias dicit de vno ex ipsis. Quomodo cecidit lucifer, qui mane oriebatur? Lucifer iste sine dubio sedem habet in cælis, postea vero quam factus est angelus refuga, eum vincere potuero, & subijcere pedibus meis, si meruero, vt Dominus meus Iesus conterat sathanam sub pedibus meis, consequenter locum luciferi accipere merebor in cælis. Sic ergo in telligimus promitti nobis a Iesu Domino nostro, quòd omnis locus, quem subdiderimus vestigijs pedum nostrorum noster erit, si non pu-
Matt. 28. temus, quia in hanc hereditatem per otium, & negligentiam oscitantes, & dormitantes intrare possimus. Ira suæ gentis angelum habet,

6 hanc nisi viceris in temetipso, & abscideris a te motus iracundiæ, ac furoris, locum quem aliquando habuit ille angelus capere in hereditate non poteris, pro eo, quòd desidia tua nequam eum de terra repromissionis expuleris. Similiter & superbiæ, & auaritiæ, & libidinis sunt aliqui incentores angeli, & instinctores horum malorum, quorum nisi vitia in temetipso viceris, & de tua terra exterminaueris nullo modo plenitudinẽ repromissæ hereditatis accipies. Sub Moyse non est dictum hoc, quod sub Iesu dicitur, quia cessauit terra a proelijs. Certum est, quod & terra nostra hæc, in qua agones habemus, & certamina sustinemus, solius Domini Iesu virtute cessare poterit a proelijs. Intra nos etenim sunt omnes gentes istæ vitiorũ, quæ animam indesinenter oppugnant, intra nos Iebusæi sunt, Chananæi, Pherezæi. Qualiter ergo nobis laborandum est, qualiter vigilandũ, vt omnibus istis de nobis vitiorum gẽtibus effugatis, tandem terra nostra cesset a bellis.

7 IDEM sic habet. Bella quæ per Iesum ge-
Hom. 12. in lib. Iosue. runtur, & regum atque hostium strages, cælestium vmbra, & typus dicenda sunt, eorum dũtaxat bellorum, quæ Dominus noster Iesu cum suo exercitu, ideſt credentium populis, & ducibus, cõtra diabolũ, & eius angelos proeliatur, ipse est enim, qui in Paulo, & in Ephesijs prœliatur aduersus principatus, & potestates. Venit in istam terram Iesus cum exercitu Domini, & Israeliticis ducibus, expugnat omnes, interimit, obtinet, & ob victorię meritũ accipit eorũ regna, quos vicit. Tibi per Euangelia promittuntur regna cælorum, sed hæc regna non sunt vacua, habent habitatores suos peccatores, & nequam spiritus, angelos refugas. Ibi habitant illi aduersus quos te Apostolica personans tuba Paulus cohortatur ad proelium dicens. Non est nobis pugna aduersus carnem, & sanguinẽ, ideſt, non sic pugnabimus, sicut pugnauerunt antiqui, nec in terris nobis aduersus homines *Eph. 6.* habenda sunt proelia, sed contra spiritalia nequitiæ in cælestibus. Audisti qui sunt illi, qui

8 tibi bello, e cælestibus expellendi sunt, vt tu possis loca illa regni cælorum hereditatis forte susscipere. Hos hostes Iesu duce inter fecit po-
Lucæ 10. pulus Domini, qui eius mandata seruant, quibus ipse præbuit facultatem calcandi super serpentes, & scorpiones, & super omnem potestatem inimici. Oremus ergo, vt nostri pedes tales sint tam speciosi, tam validi, qui possint calcare ceruices inimicorum, & caput serpentis, vt calceamẽtum nostrum mordere nõ possint. Qui enim pugnat sub Iesu duce aduersus contrarias potestates, debet etiam illud promereri, quod de prioribus bellatoribus scribitur, & reuersus est, inquit, vniuersus populus ad Iesum incolumis, & non mutiuit quisquam de filijs Israel in lingua sua. Vides ergo, quia qui sub
Ibid. Iesu militat, incolumis debet redire de proelio non in corde pollui, nõ in cogitatione maculari, non per cupiditatẽ, non per iram dæmoniacis vulneribus locum dare. Quod autem addidit, quia nullus mutiuit in lingua sua, hoc ostendit, quòd de victoria nemo se iactet, nemo suæ virtuti, quia superauit, ascribat, scientes quia
1. Cor. 15. Iesus est, qui victoriam tribuit, ipsi in lingua sua non mutiunt. Quod bene intelligens Paulus dicit. Non ego, sed gratia Dei mecum, & illud Euangelij huc tendit, Cũ feceritis, quæ præ-
Lucæ 17. cepta sunt vobis, dicite, quia serui inutiles sumus.

9 IDEM sic habet. Populus Israel, cum in-
Hom. 6. super c. 5. Iudicum. ciperet exire de Aegypto, & transire mare rubrum

rubrum, nihil ipsius proprio labore, sed totum
Exo. 14. per principes, ideſt per Angelos agebatur. Denique sic dicit Moyses ad populũ, Vos tacebitis, & Dominus pugnabit pro vobis. Aperte enim Angelus vastator pro eis pugnasse describitur, qui Aegyptiorũ primogenita interemit. Verum non semper expectandum est, vt Angeli pro nobis pugnẽt, sed in initijs nostris a principibus Angelis adiuuamur. Ceterum processu temporis oportet, etiam nos ipsos exire armatos ad prælia. Ante enim quàm bella discamus, a principibus Angelis subleuamur, antequam panis cælestis consequamur annonam, & carnibusagni immaculati satiemur, donec paruuli sumus, & lacte alimur, & initiorum Christi sermonem tenemus, tãquam paruuli sub procuratoribus agimus. Vbi vero iam militiæ cæleſtis sacramenta gustauimus, & pane vitæ refecti sumus, ingenti voce Paulus clamat ad nos dicens. Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Non nos vltra patitur latitare, inuitat nos ad certami-
Epheſ. 6. num campos: Induite vos, inquit, loricam charitatis, &c. Itaque in incipiendo principes iuuant. Cum adiutus fueris, & a principibus eruditus iam sponte, & volũtate tua, quæ a principibus didicisti gere. Recte depositis rudimentis nostræ committimur voluntati, vt vel laus meriti sit, quæ nostra virtute quæsita est, vel culpa iure sit nostra, quæ per nostram venit ignauiam, & hos appellat hic Debora reges dicens: Audite reges, & auribus percipite principes.

10 IDEM exponens illa verba: En ipse stat
Hom. 3. expositionis sẽdæ in Cãtica to. 2. post parietem nostrum respiciẽs per feneſtras, &c. ipse legit, Prospiciens per retia, & ait: Laqueĩ tentationum, decipulæ insidiarum diaboli retia appellantur. Et quoniam hæc retia vbique tetenderat inimicus, atque in ipsis pene omnes inuoluerat, oportebat esse aliquem, qui fortior, & eminentior fieret his, & contereret ea, vt sequentibus se viam posset aperire, idcirco ergo, & Saluator priusquam in coniugium, & societatem veniret Ecclesiæ tentatur a diabolo, vt vincens retia tẽtationum per ipsa prospiceret, & per ipsa vocaret eam ad se docens sine dubio, & ostendens ei, quod non per otium, & delicias, sed per multas tribulationes & tentationes veniendum ipsi esset ad Christũ. Venit ad ista retia, sed inuolui in eis solus ipse non potuit, quinimmo diruptis eis, & contritis dat Ecclesiæ suæ fiduciam, vt audeat iam cassare laqueos, & transire per retia, & cum omni
Pſal. 123 alacritate dicere. Anima nostra erepta est de laqueo venantium, laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Quis autem contriuit laqueos, nisi solus ille, qui eis teneri non potuit?

11 IDEM explicans illa verba: Surge propera amica mea, &c. In cauerna maceriæ Origenes transtulit, iuxta promurale, & inquit. Promurale est, de quo in Isaia scriptum legimus.
Hom. 4. expositionis secundæ in Cantica. Isa. 26. Vrbs fortitudinis nostræ Sion Saluator ponetur in ea murus, & antemurale, murus ante murum, vel circa murum. Promurale est, & significat validiora munimenta. Per quod ostenditur, quòd euocans sermo Dei animam, & educens eam a corporalibus negocijs, & corporis sensibus docere eam de futuri sæculi mysterijs cupit, & inde ei munimenta conquirere, vt spe futurorum munita in nullo possit, vel illecebris vinci, vel tribulationibus fatigari. Ad hãc sponsam dicit Christus: Veni tu columba, & veni in operimento petræ docens eã, vt operta veniat, ne quid patiatur ab incursantibus eam tentationibus, sed sub vmbra petræ incedat obiecta dicens. Spiritus vultus nostri Christus Dominus, cui diximus in vmbra eius viuemus in gentibus.

12 IDEM explicans verba illa: Fidelis Deus,
Lib. 3. Periarchon c. 1. to. 4. qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere, ait: Nec tamen quoniam diximus iusto iudicio vnumquemque pro virtutis suæ quantitate tentari, idcirco putandum est, quia omni genere debeat vincere, qui tentatur. Sicut ille quidem, qui in agone contendit, quamuis æqua moderatione comparatus sit aduersario, non tamen omni genere vincere potest. Verum nisi æqualis fuerit certaminum virtus, non erit iusta palma vincentis, nec iuste culpabitur victus, propterea quod permittit quidem nos tentari, non tamen supra id, quod possumus. Nec tamen scriptum est, quia faciet in tentatione etiam exitum, vt sustinere possimus, vt vero hoc quo posse nobis ipse dedit, vel
13 strenue, vel segniter impleamus in nobis est. Dubium enim non est, quòd in omni tentatione adest nobis tolerandi virtus, si tamen nos competenter vtamur virtute concessa. Non enim idem est habere vincendi virtutem, & vincere, sicut ipse Apostolus cautissimo sermone signauit dicens. Quia dabit Deus exitum, vt sustinere possitis, non vt sustineatis; multi enim sustinent, sed in tentatione vincuntur, a Deo autem datur, non vt sustineamus, alioquin nullũ iam videretur esse certamen, sed vt sustinere possimus. Ea autem virtute, quæ nobis data est, vt vincere possimus secundum liberi arbitrij facultatem, aut industriæ, vtimur, & vincimus, aut segniter, & superamur. Si enim totũ nobis hoc detur, vt omni genere superemus, & nullo modo vincamur, quæ iam supereſt causa certandi, ei qui vinci non potest? Aut quod palmæ meritum, vbi repugnandi adimitur, vincendique facultas. Si vero æque quidem omnibus nobis vincendi possibilitas præbeatur, in nostra autem positum sit potestate, quomodo hac possibilitate vti debeamus, ideſt, vel industrie, vel segniter, iusta erit, vel victi culpa, vel palma victoris.

14 BASILIVS explicans illa verba: Inimici
Hom. 12. in Psalmũ 5. to. 1. autem mei viuunt, &c. sic habet. Omnium inimicorum suorum meminit, qui ad peccatum ipsum pertraxerunt, supplicatque, atque inuocat Dominum, vt ne ab ipso discedat. Videbat enim etiam, nunc inimicos circa ipsum stãtes, sibique imminentes, & neque priore contra ipsum audacia contentos. Quapropter sollicitus ne iterum in eosdem incidat valde vigilanter dicit.

dicit. Inimici autẽ mei viuunt; non enim mortui sunt, neque semel quod voluerunt operati
Eccli. 11. abierunt; quare scriptum est, ne beatum prædicaueris virum ante finem suum, viuunt, sed & confirmati sunt, plures existẽtes super me. Multiplicati enim sunt qui oderunt, & qui retribuerunt mihi mala pro bonis, qui sane nondum nũc quiescunt detrahere mihi, quoniam bonum & salutarem viam persequor. Ea gratia supplico, ac rogo, ne derelinquas me Domine. Solum enim me ad tot resistere non fuerit possibile. Tu igitur Deus meus ne discesseris a me. Verum adsis mihi adiutor, & custos salutis meæ.

15 IDEM explicans illa verba: Dominus vir-
Hom. 12. in Pſal. 45. tutum nobiscum protector noster Deus Iacob, sic ait: Vidit incarnatum Deum, vidit ex sancta Virgine genitum Emmanuel, quod si interpreteris significat nobiscum Deus: & propterea prophetice exclamat, Dominus virtutum nobiscum, ostendens, quòd hic est qui sanctis Prophetis ac Patriarchis manifestatus fuit. Protector noster, inquit, non alius Deus, sed Deus Ia-
Rom. 8. cob: quasi insultans inimico & exhilaratus mire præsentia diuini auxilij exclamat. Dominus virtutum nobiscum. Si enim Deus nobiscum quis contra nos. Et addit: Deus Iacob, quasi dicat, qui Iacob victoriam dedit, & paulo post nomen illi dedit vocans Israel, hic demum est sus-
Pſal. 45. ceptor noster, & patronus ipse pro nobis pugnat, arcum conteret, & confringet arma, & scuta comburet igni. Vides pacificationem Domini virtutum, quod habens secum inuisibiles potentias Angelorum, vides fortitudinem simul, & benignitatem summi Imperatoris virtutum; qui sane Dominus existens potẽtiarum & omnes habẽs turmas angelicorum militum, nusquam aliquem hostem sauciat, nullum prosternit, nullum attingit. Sed arcus conterit & arma, & scuta comburit igni; & arcus quidem conterit, vt non amplius ignita tela per ipsos emittãtur; arma vero confringit quo minus pugnamus, vt non amplius vulnera suscipere possint propinqui, dum insidiæ ipsis struuntur, & scuta comburet igni, denudans aduersarios munimentis, omnia in beneficentiam inimicorum faciens.

16 CHRYSOSTOMVS sic habet: Neque
Hom. 16. in Matth. to. 2 enim solum hac fiducia futurorum, sed alio etiã modo facilem Deus facit esse virtutem; videlicet cooperando nobis, nosq. semper in bonis actibus adiuuando. At vbi enim volueris exiguum quid deuotionis afferre, reliqua omnia celeriter subsequentur. Propterea enim vult, & te aliquid laborare, vt tua quoque possit esse victoria, & vt plurimum rex aliquis vult quidẽ filium suum in acie versari, in hostem iacula torquere, exercitui esse conspicuum, vt illum profecto habeat consortem triumphi; totum vero ipse bellum gubernat ac peragit. Ita Deus etiam in hoc prœlio facit, quod aduersus diabolum gerimus; vnum enim illud a te solum requirit, vt aduersus hostẽ veras inimicitias pro honore regis, & tuæ salutis suscipias. Itaque si ei istud obtuleris, omne iam bellum ipse cõficiet. Etsi vel iracundiæ passione, vel pecuniæ cupiditate flammaris, vel ab alijs vitijs quasi immanissimis hostibus obsideris, aderit profecto velociter, si modo te expeditum, sibiq. viderit præparatũ, & facilia tibi esse cuncta præstabit, teq. totius flammæ faciet esse victorem; sicut etiam pueros illos in Babylonia fornace tutatus est. Qui certe nihil ei aliud prorsus obtulerant præter voluntatem, vt ergo nos quoque superantes hic omnem fornacem illicitæ voluntatis, ibi gehennæ fugiamus incendia: hæc quotidie & cogitemus, & curemus, agamus, voluntate & orationum frequentia beneuolentiam nobis reconciliantes Dei.

17 HIERONYMVS ait: Ad draconem ser-
Lib. 10. in c. 29. Ezec. to. 4. mo est qui dixerat, Mea sunt flumina, & ego feci ea quod inducat super eũ ipse Dominus gladium, de quo in Isaia scriptum est. Inebriatus est gladius meus in cælo, nunc descendet in terram, vt perdat ex ea hominem, & iumentum quicquid vel rationis videtur habere, vel simplicitatis & perdat non absolute sed draconi, vt draconi pereant, & viuant Deo, & fiat Ægypti terra perditio secundum superiorem sensum. Quod pereat draconi, & post perditionem redigatur in solitudinem, pessimum hospitem habere desistens, & tunc cognoscent homines, & iumenta, & terra disperdita, quòd ipse sit Dominus, in illo sensu, quo in Psalmo scriptum est: Cum interficeret illos, tunc quærebant eũ. Dei quidem misericordia est, vt mũdi huius pereat abundantia, & Ægypti fluenta siccentur; immo terra eorum sit in solitudines, & sententia Domini dissipetur a turre Syene, quæ interpretatur gyrus, vt nihil in se recti habeat, vsque in terram Æthiopum qui humiles appellantur, vt sci licet omnis superbia, quæ se contra Dei scientiam erexerat, destruatur, & humilietur in salutem suam, nec pes hominis, hoc est rationale quippiam transeat per Ægyptum, neque pes iumenti gradiatur in ea, vt simplices quosque nõ teneat, quos dimissis hominibus Pharao in Ægypto tenere cupiebat Moyse contradicente, & volente; iumenta quoque de Ægypti captiuitate liberari.

18 IDEM explicans illa verba: Quomodo si
In cap. 3. Amos to. 5. eruat pastor de ore leonis, duo crura, aut extremum auriculæ, sic eruentur filij Israel, qui habitant in Samaria, sic ait: De grege Domini sæpe oues leonum feritas laniat; de quorum faucibus vix duo crura, aut extremum aufertur auricula, in crure via ostendetur doctrinarum, in aure sacramenta dictorum, vnde & Apostoli absque
Matt. 10. Luc. 8. calceamentis, & vlla mortui animalis pellicula nudis pedibus iubebantur incedere, & ad credẽtes dicitur, qui habet aures audiẽdi audiat, & per Prophetã, Ponite sermones vestros in auribus cordis vestri. Hoc iter dæmones impedire festinant, & intexere retibus, vt in via qui Christus est, corruamus. Sed si venerit Samson, qui interpretatur sol, leonẽ interficit, descendensq. in inferni lacum, qui aquas refrigerat tempore niuis tempestatis, & hiemis suffocat leonem, vt securo pede, & tutis auribus, Dominum sequi,

qui,& verba eius audire valeamus.

19 In Abdiam Prophetã. IDEM explicans illa verba: Auditum audiuimus a Domino,& legatum ad gentes misit: Surgite cõsurgamus aduersus eum in prœlium, sic ait: Legatus ad gentes missus est homo Christus Iesus. Pro legatione autem septuaginta interpretes munitionem interpretati sunt, possumus dicere quòd ipse legatus noster sit,& ipse munitio. Legatus qui ad gẽtes est missus hęc loquitur: Surge qui dormis, & eleuare a mortuis, & illuminabit te Christus. Ac ne forte grauis vobis,& insolita pugna videatur: me in-
Iosue 5. quit,habetis primum in acie.Ego ero dux prœliorum, qui & Iesu filio Naue gladium tenens
Exo.17. apparui & Amalec Moysę pugnante superaui, & Hieremias in visione contra Idumæã,non multum ab his discrepat. Auditu,inquit,audiui a Domino,& legatus ad gentes missus sum, congregamini & venite contra eam, & consurgamus in prœlium.

20 In Psal.34. tom.8. IDEM explicans illa verba: Iudica Domine nocentes me &c. ait: Tu fac vindictam pro me, quia, Si Deus pro nobis quis contra nos.
Rom.8. Apprehende arma & scutum. In armis cælestia adiutoria, in scuto diuinam protectionem designat, quam secundum infirmitatem carnis sibi postulat ministrari. Sed & nos spiritualibus defendit armis, ac munit secundum Apostolũ.
Ephes.6. Induite vos arma Dei. Arma Domini protectio diuinitatis. Quid fortius? Quid pulchrius quã Christum armatum stare pro suis Sanctis, sicut
Act.7. Sanctus Stephanus vidit quando dixit: Ecce video cælos apertos,& filium hominis stantem a dextris Dei. Stare pugnantis vel aduersantis est. Tu non potes mutare tua arma, Dominus accedẽs de armis,facit scutum, & nos debemus arma accipere, vt possimus resistere in die malo,& in omnibus perfecti stare.

21 Lib.de continẽtia to.4 AVGVSTINVS sic habet: Aduersus diabolicarum suggestionum insidias vigilare debemus, ne de nostris viribus præsumamus:
Hier. 17. maledictus enim omnis qui spem suam ponit in homine. Et quis est iste, nisi ipse homo? Non potest ergo veraciter dicere non se spem ponere in homine,qui eam ponit in se. Siue autem ne vincamur acriter consligentes, siue aliquoties,vel etiam inopinata facilitate vincentes,ei qui nobis dat continentiam, demus gloriam. Meminerimus quemdam iustum dixisse. In
Psal.29. abundantia mea non mouebor in æternum, demõstratumq. illi esse quàm temere hoc dixerit, tamquam suis viribus tribuẽs, quod ei desuper præstabatur: hoc autem ipso confitente didicimus, mox enim adiunxit: Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem,auertisti autẽ faciem tuam a me,& factus sum conturba-
1.Cor.1. tus. Siue ergo hic vbi cum vitijs nostris domandis,minuendisq. consligimus, siue vbi omni hoste carebimus, id nobiscum salubriter agitur, vt qui gloriatur,in Domino glorietur.

22 In Psal.34. to.8. *Psal.5.* IDEM explicans illa verba: Apprehende arma & scutum,& exurge in adiutorium mihi, ait: Magnum spectaculum est videre Deum armatum pro te. Et quod eius scutum, quæ arma? ait alio loco homo iste, Domine vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. Arma autem eius quibus non solum nos muniat,sed etiã percutiat inimicos, si bene profecerimus, & nos erimus. Sicut enim nos vt armemur ab illo habemus, ipse armatur de nobis, sed ipse sic de his armatur quos fecit,nos ab his armamur, quæ de ipso accepimus.Dicit hæc quodam loco arma nostra Apostolus, scutum fidei,& galeam *Ephes.6.* salutis,& gladium spiritus quod est verbũ Dei. Armauit nos armis insuperabilibus,& splendidis, & inuisibilibus, quibus & hostes inuisibiles expugnamus. Armamur earum rerũ fide, quas non videmus, & sternimus hostes, quos non videmus. Verumtamen charissimi arma hæc non sunt sicut corporalia. Scutum enim non est ga- 23
lea,nec gladius scutum. At Paulus fidem & loricam dixit, & scutum. Scutum est, quia tela inimicorum excipit,& repellit; lorica est, quia interiora tua transfigi non sinit. Hæc arma nostra sunt Dei, quod legimus quodam in lo- *Psal.16.*
co. Eripe ab impijs animam meam, frameam tuam ab inimicis manus tuæ. Ergo frameam Dei dixit animam suam. Apprehendis enim animam meã, & debellas inimicos meos,quod superius dixit,animam meam,hoc sequenti versu frameam tuam,idest gladium tuum. Et quid est anima nostra quamuis splendida, quamuis acuta? Quid est ipsa anima nostra, aut quid potest nisi Deus illam teneat & pugnet de illa? Nam quælibet optime facta framea, si non habeat bellatorem iacet. Cum in manu eius est anima, vtatur ea quemadmodum vult, & sic exurgat apprehendens arma & scutum in adiutorium mihi, eripiens inopem de manu fortiorum eius. Quis eruens nisi qui manu fortis est,ille Dauid,Eruet inopem de manu fortioris eius? Fortior enim fuerat diabolus ad tenendũ te,quia ipse vicit cui consensisti. Sed quid fecit manu fortis? Potestate sua sacratissima alligauit diabolum effundendo frameam, ad concludendum eum, vt eruat inopem & egenum, cui non erat adiutor. Quis enim adiutor tibi, nisi *Psal. vi.*
Dominus,cui dicis: Domine adiutor meus? Si de tuis viribus præsumere volueris,indè cades, vnde præsumpseris, si de alterius, dominari vult,non subuenire. Ille ergo vnus quærendus est,qui & redemit,& liberos fecit.

24 In Psal.61. IDEM super illa verba: Me suscepit dextera tua,ait: Omnibus modis instat diabolus, quemadmodum deijciat, & in persecutionibus viuimus,& habemus perpetuos inimicos. Sed
Matth. 28. non timeamus. Sic sunt diabolus & angeli eius, quasi milui. Sub illius gallinæ alis simus,& non nos potest contingere: gallina enim, quæ nos protegit,fortis est,infirma est propter nos; sed fortis est in se Dominus noster Iesus,ergo dicit hoc Ecclesia, Agglutinata est anima mea post te,me suscepit dextera tua: ipsi vero in vanum quęsierunt animã meã.Quid fecerunt mihi,qui quæsierunt animam meam perdere? Quid facturi? non enim rapturi erant gluten, quo adhæsit anima mea post te. Quis enim nos sepa- *Rom. 8.*
rabit a charitate Christi? tribulatio, an angustia,

stia,an persecutio,an fames, an nuditas, an gladius? &c. Dextera tua suscepit me, ergo propter illud gluten,& propter potentissimam dexteram tuam, in vanum quæsierunt animam meam, quotquot persecuti sunt,vel persequi cupiunt Ecclesiam, potest de his hoc intelligi, & de anima.

25 In Psalm. 113. IDEM explicans illa verba: Benedictus Dominus qui non dedit nos in captionem (vel vt Augustlegit venationem) dentibus eorum, sic habet: Venantes erant persequentes, & posuerunt escam in muscipula. Quam escam? Dulcedinem vitæ huius, propter quam homo mittat caput in nequitiam, & muscipula comprimatur: non illi in quibus erat Dominus. illi qui dicunt,Nisi quia Dominus erat in nobis,nõ capti sunt in muscipula. Sit in te Dominus, & nec tu capieris. Clama: Benedictus Dominus qui non dedit nos in captionem dentibus eorũ. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium; quia in ipsa anima Dominus erat; 26
ideo sicut passer eruta est anima de muscipula venantium? Quare sicut passer? Quia incauta ceciderat sicut passer, & poterat dicere, Postea ignoscet mihi Deus. O passer instabilis fige potius fidei pedes in petra,noli ire ad muscipulã, capieris,consumeris,obtineris. Sit in te Dominus, & a maioribus minis eruet te de muscipula venantium. Muscipula contrita est,& nos eruti sumus; clament ergo quia eruti sunt, volent ad Deum, triumphent in Deo quia eruti sunt, quoniam Dominus erat in eis,ne a muscipula caperentur. Quare muscipula contrita est, & nos eruti sumus? Vis scire,quare? Adiutorium nostrum in nomine Domini. Nam si adiutoriũ hoc non esset, non quidem æterna maneret muscipula:sed cũ captus esset,contereretur passer: nam vita ista transitura est;sed ne putes te viribus tuis hoc posse, attende cuius est opis, esto pius vt eruaris: nam si superbieris in muscipulam cadis, & dic, Adiutorium nostrum in nomine Domini.

27 Serm. 43. de verbis Domini in Matth. 10. Gal. 5. IDEM quod ait: Caro concupiscit aduersus spiritum,& spiritus aduersus carnem. Noli putare spiritui hominis tantumdem datum,spiritus Dei est qui pugnat in te aduersus te, aduersus illud quod est in te contra te: noluisti enim stare ad Dominũ,cecidisti fractus es,quomodo vas quando de hominis manu cadit interram, & quia fractus es,aduersus es tibi,& es contra te,nihil sit in te contra te,& integer stabis, nam vt noueritis ad Spiritum Sanctum hoc officium pertinere,alio loco dicit Apostolus.Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: *Rom.8.*
si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. In his verbis iam extollebat se homo quasi spiritu suo facta carnis posset mortificare. Expone nobis Apostole quo spiritu? habet enim & homo spiritum ad naturam propriam pertinentem, quo homo est. Quo spiritu facta carnis mortificanda sunt? diuino: ideo enim subdit continuo, Quotquot autem Spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei. Agis, si agaris,& benè agis si a bono agaris: si autem Spiritu Dei aguntur, pugnent quia magnum habent adiutorem.

28 Serm.1.in Psalm. Qui habitat. BERNARDVS explicãs illa verba: Qui habitat in adiutorio altissimi,ait. Quid ei nocere poterit eorum, quæ sub cælo sunt, quem Deus cæli protegere, & conseruare voluerit? Porro sub cælo sunt quæcũque nocere possunt, sub cælo sunt aereæ potestates,sub cælo præsens sæculum nequam,& caro aduersus spiritum cõcupiscens. Optime igitur dictum est, in protectione Dei cæli commorabitur, vt nihil eorum quæ sub cælo sunt,timere possit, quisquis protectionem eius habere meruerit; siue ita dictum sit,vt aduersum sequentem oratio dependeat. Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur. Dicet Domino susceptor meus es tu:& sit quod dicitur,In protectione Dei cæli commorabitur,expositio præcedentis partis, Qui habitat in adiutorio altissimi, aut magis addere videatur, vt non solum adiutorium ad operandum bonum, sed protectionem quoque ad liberandum a malo doceat esse quærendam, & dicit in protectione non in præsentia. Angelus in præsentia eius exultat, ego vtinam possim in eius protectione morari, in qua sim securus.

29 In ser.4. in Psalm. Qui habitat. IDEM explicans illa verba: Scapulis suis obumbrabit tibi,sic ait:Sub his scapulis abscondimur,sub his in occursu accipitrum, & miluorum protegimur,quæ sunt aereę potestates,sub his vmbraculũ salubre refrigerat nos, & repellit nimium solis feruorem, sub his quoque alimur,& fouemur;ait enim Propheta in alio Psalmo. Quoniam abscondit me in tabernaculo suo *Psal.26.*
in die malorũ, idest dum adhuc dies mali sunt. *Et infra*: De protectione quoque idem ait Pro-
pheta iste: Obumbrasti super caput meum in *Psal.139.*
die belli. Sicut enim videns venientem accipitrem mater expandit alas suas, vt pulli subeãt, & habeant tutum refugium,sic nobis parata,& quodammodo dilatato sinu extensa est summa illa,& ineffabilis pietas Domini: Scapulis suis obumbrabit tibi. In his duabus scapulis geminam Dei promissionem intellige, vitæ scilicet quæ nunc est, pariter & futuræ.

30 Sermone 5. IDEM explicans illa verba: Scuto circumdabit te veritas eius, sic habet: Quia vndique circũdatus es tentationibus, Scuto circumdabit te veritas eius. Et quemadmodum vndique bella, ita vndique sint & præsidia, in quo omnino illud manifestum est,spirituale scutum esse oportere,quod circumdare potest: veritas autem circumdat,quia verax qui promittit, & sic exhibet vt promittit. Non incongrue sane scuto cõparatur gratia diuinæ protectionis, quod in superiori parte amplum & latũ est, vt caput humerosq. custodiat; in inferiori vero strictius, vt minus oneret, sic omnino militibus suis Christus ad inferiora tuenda,idest carnem,magnam (vt ita dixerim) strictitatem, atque penuriam rerum temporalium donat, nec vult eos illarum multitudine prægrauari: sed vt victum *1.Tim.6.*
& vestitum habentes, his contenti simus: in superioribus vero ampliorem latitudinem, &

abun-

abundantiam gratiæ ſpiritualis.

31 IDEM explicans illa verba: Clamabit ad me,& ego exaudiam eum,ait: Cum ipſo ſum in tribulatione, in die crucis noſtræ, dum implebitur quod ipſe ait: In mundo quidem preſſuram habebitis, & quod Apoſtolus ait: Omnes qui pie volunt viuere in Chriſto, perſecutionem patientur; nam liberatio plena eſſe non poterit ante diem ſepulturæ, quòd maneat graue iugũ ſuper filios Adam a die exitus de ventre matris eorum vſque in diem ſepulturæ. In hac ergo die eripiam eum, inquit, quando nihil iam vltra, quod vel corpori,vel animæ faciat, mundus habebit. Vnde ſcimus quòd nobiſcum ſit in tribulatione? ex eo vtique quòd in ipſa tribulatione nos ſumus. Quis enim ſuſtineret ſine eo? Omne gaudium exiſtimemus cum in tribulationes varias inciderimus, non modo quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei; ſed quoniam iuxta eſt Dominus his qui tribulato ſunt corde. Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Ita ergo nobiſcum eſt omnibus diebus vſque ad cõſummationem ſæculi, donec occurramus in nubibus obuiam Chriſto in aera, neceſſe eſt vt abſcondatur, vt præcedat tribulatio ereptionem, ereptio glorificationem. Vox liberati, Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi: Quia eripuit animam meam de morte, &c. pedes meos a lapſu. Felix qui te interim adiutorem habet, Adiutor in opportunitatibus, in tribulatione. At quàm felicior quem iam eripuiſti, qui iam exemptus de laqueo venantium, qui iam raptus eſt, ne malitia mutet intellectum illius, aut ne fictio decipiat animam eius. Longe tamen feliciſſimus erit, quem aſſumpſeris ad te ipſum. Et nunc filioli clamemus in cælum, & miſerebitur noſtri Deus noſter, clamemus in cælo, quia ſub cælo omnia labor & dolor, vanitas & afflictio ſpiritus. Denique proni ſenſus hominis in malum, nõ eſt in carne mea bonum, cor meũ dereliquit me, & mũdus totus poſitus eſt in maligno. Quàm nequiter aduerſus animã ſæcularia deſideria militare noſcuntur, ſunt & mundi huius principes, aereæ poteſtates, ſpirituales nequitiæ. Hæc ergo ſub ſole omnia, hæc omnia ſub cælo. Ad quod horum confugium facis? In quod horũ ſperas ſolatij aliquid, aut auxilij? Si quæras intra te, aruit cor tuum, & obliuioni data te reperis tamquam mortuum a corde. Si infra te, corpus quod corrumpitur, aggrauat animã. Si circa te, etiam terrena habitatio deprimit ſenſum multa cogitantem. Quære ergo ſupra te ſurſum, clamor ſurſum ſit, deſideria, & omnis expectatio tua de ſurſum ſit, clama in cælum vt exaudiaris, & qui in cælis eſt pater, mittat tibi auxilium de ſancto, & de Sion tueatur te, mittat interim auxilium de tribulatione.

In ſer. 16. in Pſalm. Qui habitat.
Ioan. 16.
2. Tim. 3.
Iac. 1.
Act. 14.
Pſal. 33.
Pſal. 22.
Pſal. 114.
Pſal. 45.
1. Mach. 4.
Gen. 6. & 8.
Rom. 7.
Pſal. 39.
1. Ioan. 5.
Sap. 9.
Pſal. 30.
Pſal. 19.

34 IDEM ſic ait: Audito rege filij periculo conuerſus ad conſortem regni ſui charitatem, o inquit quem mittam, at illa ecce ego mitte me, tunc rex inquit. Prævalens prævalebis, & liberabis eũ, egredere & fac ita. Egreſſam illico a facie Domini tota comitatur militia cæleſtis, venienſq. & deſcendens in caſtra a virtute præſentiæ ſuæ illico omnia exhilarauit, commota compoſuit, & inimici ciuitatem obſidentes. Quænam eſt (inquiunt) exultatio in caſtris? non fuit tanta exultatio heri, & nudius tertius. Væ nobis, Venit Deus in caſtra, væ nobis fugiamus Iſraelem, Deus enim pugnat pro eis.

In ſer. de filio prodigo qui aſcribitur Bernardo.
1. Reg. 4.
Exo. 14.

Beneficia Dei contemnere, & his abuti malum eſt, multorumq. aliorum cauſa. Cap. X.

1 ORIGENES explicãs locum Oſeæ 2. Et hæc neſciuit, quia ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum, & argentum multiplicaui ei, & aurum quæ fecerũt Baal, vel locũ Ioelis 3. Argentum enim meum & aurum tuliſtis, & deſiderabilia mea & pulcherrima intuliſtis in delubra veſtra, ſic habet: Per hæc oſtendit Dominus quòd dedit eis ſenſum & rationem, qua Deum & ſentire poſſent, & colere. Vos autem & ſenſum, & rationem, quę in vobis eſt ad colenda dæmonia tranſtuliſtis.

Homil. 2. in expoſit. 2. in Cant. to. 2.

2 IDEM ſic ait: Præcipit Deus medicis, vt accipiant reſinam ſuper Babylonem; ſi quomodo ſanetur, fecerunt quod imperatum, reperunt reſinam ad correptionem eius, audientes poſſe fieri, vt Babylon reciperet ſanitatem; & quia quod putauerunt non effecerunt, Babylon quippe in priſtina malitia perſeuerans, noluit ſe curare. Satisfaciunt boni medici, & dicunt: Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata, relinquamus eam. Vide autem homo ne quando Angelis præcipiat Deus, vt ad languorem animæ tuæ medicaminum emplaſtra cõficiant, ſi quomodo poſſis ab ægrotatione ſanari: & reſpondeant Angeli, Curauimus Babylonem iſtã, oſtẽdentes a paſſionibus confuſam animam tuam, & non eſt ſanata. Non ſcientiam artis ſuæ, neque reſinæ vim criminantur, ſed te qui præceptis eorum obſequi noluiſti, dicentes: Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata, relinquamus eam. Steterunt medici ſub magno medico Angeli Dei volẽtes curare imbecillitates noſtras, volentes animam liberare de vitiis; ſed nos ipſi repellimus eos, dum conſilijs eorũ non acquieſcimus. Vident ſe operam perdere, cum loquũtur inuicem, & dicunt: Relinquamus eam, & abeamus vnuſquiſque in terram ſuam, hoc eſt: Credita nobis a Deo eſt medicina, vt animam curemus humanam, adhibuimus adiutorium, medicinam impoſuimus, multum cõtumax eſt, non vult obſeruare quod dicimus, ſtudiũ noſtrũ nõ ſequitur effectus, relinquamus eam, & abeamus vnuſquiſque in terrã noſtrã, ideſt domeſticum locum & proprium. Caue homo, ne quando relinquat te medicus, ſiue Angelus Dei, ſiue quicumque hominum, cui credita eſt cura ſermonum

Homil. 2. in Hieremi.

monum ad ſalutis medicinam deferendam; ſi enim te dereliquerint, & dixerint: Abeamus vnuſquiſque in terrã ſuam; quia appropinquauit in cælum iudicium eius, manifeſtũ eſt, quia abſceſſio eorum condemnatio tua ſit, vt irreme diabilis, nolentiſq. curari. Cum autem te deſeruerunt, quid tibi aliud euenturum eſt, niſi quod ſolet his accidere, qui a medicis deſperantur, vtentes voluntate morbi ſui, vt ad peiora demergantur? Sic & his ſimiliter in conſuetudine huius vitæ a prudentibus medicis. Accedit

4 aliquis eorum ad languentem, quantum ars patitur, & induſtria medicamina non ceſſant, ſed ſi aut ægritudo tanta ſit, vt repugnet curationi, aut ipſe inualidus per impatientiã doloris contra faciat, quàm iubetur, relinquit medicus, deſperat de illo, & recedit, ne inter manus ſuas ſpirãs, cauſam interitus eius ad ſe retorqueat. Sic & nos ne in ſanctorum Angelorũ manibus, qui ad nos curandos a Domino deſtinati ſunt, moriamur; relinquunt nos deſperãtes animam noſtram, & aiunt. Non eſt malagma imponere, neque oleum, neque alligaturas: quia appropin

Hier. 51. quauit in cælum iudicium eius, & eleuatum eſt vſque ad aſtra. Qui paruum habet peccatum, non vſque ad cælum & ſidera iudicium eius effert: puſillum enim & humile eſt, qui vero creſcit in ſcelere, creſcit & in iudicio, ſimulq. cum vitijs augetur, & pœna; & quia in tantum deliquit, vt iudicium eius vſque ad cæleſtia ſubleue tur, & per impietatem ſuam reſiſtens Deo ad ſuperiora conſcendat, profert Deus iudicium ſuum in humiliationem eius iudicij, quod celatum eſt a peccatore, & proferens iudicium ſuũ, humiliat quidem peccatorem, retribuit autem

5 iuſto digna vita eius.

Hom. 6. in c. 16. Ezec. IDEM ſic habet: Proiecta es in faciem terræ prauitate animæ tuæ in die qua nata es: ſed vide miſericordiam Dei, vide clementiam ſingularem, licet proiecta ſit Hieruſalem in faciẽ campi, non ita eam deſpicit, vt proiecta ſit ſemper, non ita prauitati ſuæ relinquit, vt in totum eius obliuiſcatur, vt non vltra eleuet iacentem.

Ezec. 16. Attende quid ſequitur, & tranſiui per te, proiecta es; ego tamen rurſum veni ad te, viſitatio mea non tibi defuit poſt ruinam, & vidi te conſperſam in ſanguine tuo, quaſi dicat. Vidi te ream homicidiorum, ream ſanguinis, & mortalium peccatorum, & dixi tibi de ſanguine tuo, Vita adimplere, ſurge de ſanguine tuo, & adimplere vita, ſicut ortus agri dedi te, miſertus ſum tui poſtquam proiecta es, vidi te ſanguine, peccatiſq. conſperſam, effeci te ſicut ortus eſt agri & multiplicata es: quia ad te veni & vſitani te proiectam. Cauſa tui factus ſum, vt multiplicareris, multiplicata es & magnificata, dedi te in multitudinem & magnitudinem, ideſt creſcere te feci, & multiplicari: per idem enim per quod creſcimus & multiplicamur. Et

6 intraſti in ciuitates ciuitatũ particeps effecta criminum quæ ſunt in talibus ciuitatibus, mãmæ tuæ erectæ ſunt, poſt tanta crimina rurſum floruiſti, & venit tibi tempus, & tempus diuertentium: dicitur vero, Eras nuda, & confuſione plena, quia qui nõ eſt Ieſum Chriſtum indutus, hic nudus eſt, qui nõ eſt indutus viſcera miſerationis, benignitatis, humilitatis, manſuetudinis, iſte dehoneſtatus eſt. Tu vero eras nuda, & dehoneſtata, & tranſiui per te. Secunda vice venit ad eam, vidit eam peccantem; iterum propter peccata deſcendit; & tamen rurſum reuertitur: iterum viſitat clemens & benignus Deus. Et veni ad te, & vidi te; & ecce tempus tuum tempus diuertentium. Quid eſt hoc quod ait tempus tuum? Tempus ſignificat adoleſcẽtum, in quo iam per ætatem poſſunt fornicari. Et rurſum. Et tempus, inquit, diuertentium. Qui ſunt iſti diuertentes? Dum ſumus paruuli, hi qui diuertere nolunt ad eos, qui nituntur euertere, vt ſunt Chriſtiani peſſimi, dæmonia immunda, angeli diaboli non habent locum, quomodo ad nos poſſint diuertere: cum autẽ fuerimus ætate maiore, & iam peccare poſſumus, quærunt aditum ad nos diuertendi, & hoc tam Angeli Dei, quàm angeli ſatanæ. Impoſsibile autem eſt vt vtrique ad nos diuertant, ſi peccamus, diaboli diuertũt ad nos: ſi ſtamus fixo gradu, diuertunt ad nos angeli Dei. Venit ergo tẽpus tuum, & tempus diuertentium. Et Dominus IESVS rurſus viſitat animam peccatricẽ. 7

Ibidem. Expandi alas meas ſuper te. Beatus cuius alis Deus protegit, & operit confuſionem. Et iurraui tibi in teſtamentum, & intraui in teſtamentum tecum. Poſt tanta ob quæ rurſum reuertitur, rurſum recedit, poſt tam frequẽtem viſitationem nunc primum ingreditur cum ea in teſtamentum. Et facta es mihi, & laui te in aqua, laui te in ſalutem & ablui ſanguinem tuum abs te, & vnxi te oleo, Chriſtos nos vult facere Deus. Et indui te verſicoloria. Quanta eſt benignitas Dei in vnamquamque animarum, non vnius coloris tunicam, ſed multæ varietatis largitur credentibus ſibi. Hanc verſicolorem tunicam, iam tunc in ſignum fecit Iacob induens filium ſuum Ioſeph. Et calceaui te hyacintho, vult calceamenta noſtra eſſe florentia. Et præcinxi te byſſo, iuxta quod dicit Apoſtolus: Stãtes præcincti lumbos veſtros in veritate. Et impoſui tibi armillas circa manus tuas, dans tibi occaſiones bonorum actuum, & catenam circa collum tuum. Si me poſt geſta iuſtitiæ intellectu ornauerit veritatis, tunc mihi ornamentum nuptiale, tunc catena collo decora circumdat, & ornata es auro, ideſt diuinis ſenſibus, & argẽto, ideſt ſermonibus ſacris. Quid poſt hæc facit magnus & hominum amator Deus? Alit eam delicatis cibis, ſimilam, & mel, & oleum mandu caſti, non hordeaceum panem, ſed miſerabilis Hieruſalem, poſt ſimilam, poſt mella, poſt oleũ; rurſum quaſi meretrix increpatur: idcirco caueamus attentius, ne forte nos poſt verba munda ſimilæ, poſt ſermones dulciſſimos prophetarum, poſt oleum, quod lætificat faciem, quo voluimus perungere caput, vt ieiunium noſtrum acceptabile fiat, iterum delinquamus. Et facta es pulchra valde, nimis. Laudat pulchritudinem eius, & directa eſt regnum. Quantus profectus, vt etiam ad regnum dirigatur, & exijt no-

Ephes. 6.

8

men

men tuum in gentibus. Hæc apta sunt ei, qui postquam liber esse cœpit a mundo, in conuersatione proficiens ad beatam vitam, nomen quoque gloriosum in sæculo consecutus est. Sed procul absit id quod sequitur. Ad hoc enim scriptum est, vt incutiat audientibus metum, post pulchritudinem, post nomen magnũ, Hierusalem misera fornicatur; ideo ne glorieris in crastinum, non enim scis quid pariat aduenies dies. Et alibi. Fratres etiamsi præoccupatus fuerit homo in aliquo peccato, vos vt spiritales sustinete istiusmodi in spiritu mansuetudinis, considerans te ipsum ne & tu tenteris. Et exijt nomen tuum in gẽtibus in specie tua, quoniam cõsummatum erat in decore speciei, quam constitui in te, dicit Dominus, & confusa es in decore tuo, magna sapuit & conscientia pulchritudinis suæ erecta est specios a Hierusalem. Et quia non glorificauit Deũ, audi quid dicatur ad eam. Et fornicata es in nomine tuo, & effudisti fornicationem tuam in omni transitu, & sumes de vestimentis tuis, feciſti tibi idola subtilia de his, quibus te ornaui, quibus pulchra facta es, feciſti tibi idola, abutens ijsdem rebus, quibus te volui ornare, beneficijsq. meis.

Gal. 6.

Ezec. 16.

9 IDEM explicans illa verba Pauli: Terra sæpe venientem super se bibens imbrem, & proferens tribulos ac spinas reproba est, & maledicto proxima, cuius consummatio in combustionem. Ex his Pauli sermonibus, ait, euidenter ostenditur quòd vno eodemq. opere Dei, quo imbrem terræ largitur; alia quidem terra diligenter exculta fructus afferat bonos: alia vero quæ negligenter inculta est, spinas & tribulos proferat. Et si quis dicat: Ergo imber fecit fructus bonos, & spinas ac tribulos. Quamuis dure dici videatur, vere tamen dicitur. Neque enim ni imber fuerit, nec spinæ, nec tribuli nascerentur: superueniente vero pluuia vtrũque terra produxit; sed quamuis pluuiæ beneficio, terra germen vtrumque produxerit: nõ tamen imbribus merito diuersitas germinis ascribetur, sed ad illos iure culpa seminis reflectetur, qui cum possent frequenti aratro terram scindere, & rastris grauibus torpentes glebas vertere, & omnes inutiles radices noxij germinis amputare, cunctisq. quibus cultus ille deposcit laboribus ac studijs purgata, excultaq. non alia venturis imbribus præparare. hoc quidem facere neglexerunt. Desidiæ autem aptissimos fructus spinas ac tribulos metent, ita vt bonitas & æquitas imbrium super omnem terram æqualiter veniat, sed vno eodemq. opere pluuiæ, ea quidem terra quæ culta est, cum benedictione vtiles proferat fructus; ea vero quæ cultorũ desidia obduruit spinas ac tribulos germinet. Sic ergo accipiamus quòd ea signa & virtutes quæ a Deo fiebant, imbres quidẽ erant & a Deo desuper ministrati; propositum vero hominum & voluntates terra accipiẽda est culta, vel inculta vnius quidem naturæ; sed non vnius eiusdemq. culturæ. Ex quo fit vt vniuscuiusque propositum, vel induretur virtutibus, & mirabilibus Dei, si incultum & ferum est, & semetipso superbus & spinosus fiat, & miteſcat amplius, ac tota mente se in obedientiam tradat, si purgatum a vitijs fuerit & excultum. Vnde ad idem alia vtamur similitudine, verbi gratia, si quis diceret, quia sol est qui restringit, & qui resoluit, cum contrarium sit, & resolutio, & constrictio: sed non erit falsum dicere quòd sol vno calore ceram soluit, limum vero arefacit: non quòd virtus eius aliter operetur in limo, & aliter in cera: sed quòd limi alia, alia quoque ceræ sit qualitas. Ita ergo vna eademq. operatio Dei, quæ per Moysen in signis gerebatur, Pharaonis quidem duritiam arguebat, quam malitiæ suæ intentione cõceperat: reliquorum vero Ægyptiorum, qui Israelitis admiscebantur, obediẽtiam declarabat, qui etiam cum Hebræis pariter excessisse ex Ægypto referuntur. Figuram vero sermonis eius, qui scriptus est de induratione, etiam ex communi consuetudine exponere puto. Frequenter enim benigniores quique demum ad eos seruos, qui per multam patientiam & mansuetudinem dominorum, insolentiores fiunt dicere solent. Ego te talem feci, ego te perdidi, mea patientia te pessimum fecit. Ego causa huius tam duræ insolentiæ exisso, qui te non statim per singulas culpas punio pro merito delictorũ: ita Deus sicut dicit Paulus, de talibus intelligit, An diuitias bonitatis eius, patiẽtiæ, & longanimitatis contẽnis, ignorans, quia benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit; secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ? Hæc dicit Apostolus ad eum qui in peccatis est. Quod & Pharaoni applicandum est. Et per Prophetam etiam dicitur: Vt quid Domine errare nos feciſti a via tua, & quare indurasti cor nostrum, vti non timeremus nomen tuum? Conuertere propter seruos tuos. Hoc dictum est ab his, qui misericordiam precabantur, quasi dicat, vt quid intantum pepercisti nobis, nec requisisti nos cum peccaremus; sed reliquisti nos, vt per hoc increscret malum, & propagaretur peccandi licentia animaduersione cessante. Sic equus si nõ assidui sessoris patitur calcem, & frenis ora ferratis obteritur indurescit, sic puerilitas si nulla plagæ assiduitate curuetur insolentem iuuenem reddet.

Lib. 3. Periarchon c. 1. to. 4.

Heb. 6.

Rom. 2.

Exo. 7.10 11.13.

Esai. 63.

10 BASILIVS sic habet vno verbo explicat locum Pauli: Qui veritatem Dei in iniustitia detinent, & ait: Cum quis datis a Deo bonis ad proprias voluntates abutitur, is detinet veritatem Dei in iniustitia.

12 *Lib. de regulis breuius disputatis to. 2.*

Rom. 1.

13 HIERONYMVS explicans illa verba: Non permanebit nomen meum in istis hominibus in æternum, quia caro sunt. In Hebræo scriptum est. Non iudicabit spiritus meus homines istos in sempiternũ, quoniam caro sunt, hoc est, quia fragilis est in homine cõditio, non eos ad æternos seruabo cruciatus; sed hic illis restituam quod merentur; ergo non securitatem, vt in codicibus nostris legitur; sed clemẽtiam Dei sonat, dum peccator hic pro suo scelere visitatur. Vnde & iratus Deus loquitur ad quosdam. Non visitabo filias earum dum fuerint

Libros Quæstionum Hebraicarum in Genesim mo 3.

Osee 4.

Psal. 88.

fuerint fornicatæ. Et in alio loco: Visitabo in virga iniquitates eorũ, & in verberibus peccata eorũ, verumtamen misericordiã meam non auferã ab eis. Porro ne videretur in eo esse crudelis, quòd peccãtibus pœnitentiæ locum non dedisset, adiecit. Sed eorũ dies erunt centũ viginti anni, hoc est, habebunt centum viginti annos ad agendã pœnitentiam. Non igitur humana vita (vt multi errant) in centum viginti annos contracta est, sed generationi illi cẽtum viginti anni ad pœnitentiã dati sunt. Si quidẽ inuenimus quòd post diluuiũ Abraham vixerit annos centum septuaginta quinque, & ceteri amplius ducentis & trecentis annis, quia vero pœnitẽtiam agere contempserunt, noluit Deus tempus expectare decretum, sed viginti annorum spatijs amputatis, induxit diluuium anno centesimo agendæ pœnitentiæ destinato.

Gen. 15.

14 IDEM sic habet: Audite cæli & auribus percipe terra. Nunc cælũ & terram ad audiendum prouocat, in cælo supernas significans virtutes, in terra mortalium genus, siue quia quãdo legẽdedit populo per Moysen, vocauit testes cælum & terrã, modo post prænaricationẽ populi eosdem rursum in testimoniũ vocat, vt cuncta elemẽta cognoscant iuste Dominũ in vltionẽ malefactorum suorũ ad iracundiam concitatũ. Filios enutriui & exaltaui. Ab hoc loco narrat Prophe ta quid Dominus sit locutus, quòd populũ Israel quos seruos communi lege condiderat, in filios verterit, dixeritq. Filius primogenitus meus Israel. Quod si superbierit Israel audiens se esse primogenitũ, intelligat primogenitum se dicii; quia secundi filij significentur ex gentibus: non enim appellatur vnigenitus, sed primogenitus, vt monstret alios secuturos: & tamen iuxta mysteria scripturarum non primogeniti accipiunt

Libro 1. in Isaiã cap. 1. to. 5.

Deut. 32.

Exo. 4.

15 hereditatem, sed secundi. Primogenitus fuit Cain; sed Abel munera placuerũt Deo; primogenitus Ismael, sed Isaac accepit hereditatem; primogenitus Esau, sed benedictionẽ patris Iacob præripuit; primogenitus Ruben, sed tamen benedictio seminis Christi transfertur ad Iudã: ita Iudæi erant caput & nos cauda; & illi facti sunt cauda & nos filij Dei. *Infra*: Cognouit bos possessorẽ suũ, asinus præsepe Domini sui. Israel autẽ non me cognouit, & populus nõ intellexit. Et est sensus. Ego eos adoptaui in filios, & feci populũ peculiarem, & partem meã ac funiculũ hereditatis meę, appellauiq. eos primogenitos, illi autẽ ne hoc quidem fecerunt, quod bruta faciunt animalia, vt beneficijs vincerẽtur, & intelligerent nutritium suum. Nec cõparauit eos canibus quod sagaciſſimũ genus animantiũ est, & pro paruo cibo dominorũ tecta defendit, sed stolidioris sensus boui & asino. Væ gẽti peccatrici, populo graui iniquitate, semini &c. abaliena

16 ti sunt retrorsum; quia qui appellabãtur pars & filij Dei abalienati sunt retrorsũ, vt postea dicerẽtur filij alieni mẽtiti sunt mihi. Populo graui iniquitate, loco cuius septuaginta verterunt, populo pleno peccatis: vt ostendat nullã speciem peccatorũ in Israel populo non fuisse. Populus grauis iniquitate dicitur, vt illius recorderis temonij, quòd plumbi iniquitas sedeat super talentũ plumbi, & ex persona peccatoris dicatur in Psalmo: Quoniã iniquitates meæ supergressæ sunt caput meũ, & sicut onus graue grauatæ sunt super me. In quo percutiã vos vltra addentes præuaricationem, quasi dicat: Non inuenio quam plagis vestris possim adhibere medicinã, Omnia mẽbra vestra plena sunt vulnerũ, nullã partem corporis quæ non sit ante percussa reperio; vel certe nullas inuenio plagas, quibus vestram frangam duritiam. Quanto enim tormenta maiora sunt, tanto magis crescit impietas & iniquitas. Quale est illud Hieremiæ. Sine causa percussi filios vestros, disciplinã non recepistis. Vnde iratus loquitur per Oseã: Nõ visitabo super filias vestras cum fuerint fornicatæ, & super nurus vestras cũ adulterauerint. Et per Ezechielem: Zelus meus recedet a te, & non irascar tibi amplius. Omne caput languidũ &c. ideſt vt a principibus, vsque ad extremã plebẽ, a doctoribus, vsque ad imperitũ vulgus, in nullo sit sanitas; sed omnes ad impietatẽ pari ardore consentiant. A planta pedis, vsque ad verticem non est in eo sanitas, ideſt ab imo vsque ad summũ, ab extremis vsque ad primos toto confossi sunt corpore. Vulnus, & liuor, & plaga tumens non est circũligata &c. quasi dicat: Irremediabilia sunt vulnera tua, sicut in Hieremia legimus: Curauimus Babylonem, & non est sanata, derelinquamus ergo eã. Terra vestra deserta, ciuitates vestræ succensæ igni, regionẽ vestrã coram vobis alieni deuorant. Quæ possumus & de peccatoribus accipere, qui de ciuitate pristina corruerunt, postquam contrarijs fuerint traditi potestatibus, quòd omnia eorũ bona veniunt ad desertũ, & prioris iustitiæ Deus nõ recordetur, & ighe diaboli omnia succẽdãtur, & sint pabulũ bestiarũ. Et relinquetur filia Sion sicut vmbraculũ in vinea, & sicut tuguriũ in cucumerario, & sicut ciuitas quæ vastatur. Hæc vinea quamdiu vberrimos attulit fructus, habuit custodẽ Deũ, de quo scribitur: Nõ dormitabit neq; dormiet, qui custodit Israel: postquã vero vindemiauerũt eã omnes transeuntes viã, & vastauit eam aper de silua, iratus consurgens ait: Surgite eamus hinc, & relinquetur domus vestra deserta. Et per Hieremiã: Reliqui domũ meã, dimisi hereditatẽ meã, facta est hereditas mea mihi, quasi leo in silua, dedit super me vocẽ suã: propterea odiui eã. Similitudo vastationis Hierusalẽ deprõpta est ab agricolis, qui quando vinea vuarũ plena est, ponũt custodes, in cucumerario quoq; parunlæ fiũt casulæ, & inde vel homines, vel bestiolas quę insidiari solẽt natis frugibus, abigũt; Cũ autẽ ablata fuerint istiusmodi genimina, remanent arentia fruticũ vmbracula, casulæq. recedente custode, quia non habet vltra quod seruet. Ergo & Deus dereliquit tẽplũ & vrbẽ fecit esse desertã. Quòd autẽ filiã Sion vocat clementissimi parẽtis mõstrat affectum. Nec mirum si Sion appelletur filia, cũ etiã Babylon sæpe filia nuncupetur. Vinea etiã Dei & pomorum Paradisus anima nostra appellari potest, cui si mens præfuerit, habet custodẽ mentis Deũ, sin autẽ vitia nos quasi quædã bestiæ fuerint depręda, relinquitur a custode Deo, & omnia nostra redi

Psal. 79.

Matt. 23.

Hiere. 12

Zach. 5.

Psal. 136.

gentur ad solitudinem. Audite verbũ Domini principes Sodomorũ, percipite auribus legem Dei nostri populus Gomorrhæ, quia iniquitatẽ suã sicut Sodoma prædicauerunt, & ostẽderunt. Væ animæ eorum, quia cogitauerunt consilium pessimũ contra semetipsos dicentes: Alligemus iustum quoniã inutilis est nobis. Quo mihi multitudinẽ victimarum vestrarũ, dicit Dominus, Plenus sum &c. Cũ extenderitis manus vestras, auertam oculos meos a vobis, & cũ multiplicaueritis orationes vestras non exaudiã, quia manus vestræ sanguine plenæ sunt. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij. Ista referri possunt ad animã sancti quondam viri, in qua prius Dei iustitia cõmorata est, si postea peccauerit, & pro hospite Deo homicidę dæmones in ea fuerint cõmorati. Argentum tuũ versum est in scoriam, quia insti & sancti viri in sordes versi sunt peccatorũ. Vinum tuum mixtum
20 est aqua: ideſt lex Dei pura atque sincera mera veritate subnixa violata est traditionibus Phariſæorũ. Heu consolabor de hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Cõsolatio Dei super hostibus est, vt qui non senserunt beneficia, supplicijs corrigãtur. Et erit fortitudo vestra quasi fauilla stupæ, & opus vestrum quasi scintilla, & succendetur, & non erit qui extinguat: ideſt omnis fortitudo & superbia peccatorum, & sceleratorum Israel, qui dereliquerunt Dominum; & idcirco consumpti sunt, redigentur in purgamenta stupæ, quæ leui vorantur incẽdio. Sequitur enim, & opus eius, ideſt fortitudinis vestræ paruula scintilla consumet, & succendente Domino nullus extinguere poterit.

21 IDEM explicans illa verba: Populе meus
In cap. 6. Mich. 10.5. quid feci tibi, & quid molestus fui, respõde mihi &c. sic ait: Quid feci tibi, quod facere non debui? quid molestus fui, vel, vt significãtius in Hebraico scriptum est, quo labore te pressi? An beneficia mea contumeliã interpretaberis, & pepones carnesq. Ægyptias desiderans, dolebis te eductũ de terra Ægypti, ac de domo seruitutis meo auxilio liberatum, quia dedi ductores tibi Moysen amicũ meum, & Aaron sacerdotẽ meũ, & Mariam prophetissam meã? Quòd si hoc tibi paruũ videtur, recordare illius tẽporis, quando Balaac rex Moab Balaam diuinum aduersum te mercede cõduxit, & vide quomodo cõtra voluntatem suã cupiẽs tibi maledicere benedixerit, & hoc feci, vt misericordiæ meæ noscerentur tibi tantũ te amantis, vt cum ego quotidie ore blasphemantiũ maledicar, tibi ab inimico non permiserim maledici. Ab eo tempore, quo fornicati estis in Madian vsque ad tẽpus, quo Saul apud Galgalã est vnctus in regẽ, repetite memoria, quæ mala operati estis, & quãta vobis bona fecerim, & meam in vos misericordiam cognoscetis, hoc iuxta historiã. Nos autẽ qui cupimus
22 reuelata facie gloriam Domini contemplari, audiamus cũ peccauerimus aduersum nos disputantẽ Dominum, & nos beneficiorũ suorũ magnitudine arguẽtẽ. Seruiuimus quippe aliquando Pharaoni, & Ægyptio populo, lutũ, & lateres
Gal. 1. fabricati sumus, & redemit nos, qui dedit se
1. Tit. 2. metipsum redẽptionẽ pro omnibus; vt dicere-
mus qui redẽpti eramus a Domino. Quos redemit de manu inimicorũ, & quos de regionibus congregauit eos. Misit quoque ante faciem nostrã Moysen spiritualẽ legẽ, & Aaron magnũ sacerdotẽ signaculũ sanctitatis in fronte habentẽ, quod Deus pater signauit, & misit Mariã vaticiniũ prophetarũ, & non solũ hæc nobis præstitit, sed de inimicorum quoque nos manibus liberauit. Recordemur enim quid cogitauerit aduersum nos, qui deuorare voluit, & nostram congregationem elingere verus Balaac diabolus: non permisit nos Deus maledictis illius subiacere, sed econtrario benedixit nobis, rei ipsius veritate compulsus.

Psal. 106
Psal. 104

23 IDEM explicans illa verba: Maledicam benedictionibus vestris, sic habet: Qui sanitate
Circa cap. 2. Malach. abutuntur in libidinem, & diuitias vertunt in luxuriam, bonamq. famam sordida cõuersatione deturpant, hi benedictiones Dei mutant in maledictionem.

24 IDEM ciuitas parua & pauci in ea viri &c.
In Ecclesten cap. 9 to. 5. sic habet: Ciuitas parua homo est, qui etiã apud philosophos mundus minor vocatur, & viri pauci in ea, mẽbra de quibus ipse homo cõtexitur. Cum autẽ venerit aduersus eã rex magnus diabolus, & quæsierit locũ per quem possit irrumpere, inuenitur in ea humilis pauper & sapiens Christus, qui pro nobis pauper factus est, & est ipsũ sapientia, & ille vir pauper liberat vrbẽ in sapientia sua. Quoties videmus sedentem leonem in insidijs cum diuitibus, hoc est cum senatoribus, & principibus huius sæculi, & aduersus Ecclesiam molientem, pauperis istius sapientia corruisse? Cumq. pauper hic viceris, & vrbs paci fuerit restituta; vix aliquis eius meminit, vix illius mandata considerat: sed totos se voluptatibus concedentes quærunt diuitias, quæ in necessitate non liberant.

25 IDEM explicans illa verba secũdum diui-
In cap. 1. ad Ephes. to. 6. tias gratiæ eius quæ abũdauit in nobis, ait: Has diuitias gratiarum ille in se non facit vacuas, qui quantum valet humana fragilitas nititur, laborat, atque contendit, & cum Apostolo loquitur: Gratia eius in me non fuit vacua. Qui vero beneficij magnitudinem non recordans ad
1. Cor. 15 deteriora delabitur, in isto diues gratia, & opulenta largitio, paupertate tenuatur.

26 AVGVSTINVS sic habet: Et vidit Pha-
Lib. Quæstionum Exod. 2. to. 4. rao, quoniam facta est refrigeratio, & ingranatũ est cor eius, & non exaudiuit eos, sicut dixerat Dominus. Hic apparet, nõ illas tantũ fuisse causas obdurationis cordis Pharaonis quòd incantatores eius similia faciebant, verum etiam ipsam Dei patientiã, qua parcebat. Patientia Dei secundũ corda hominũ, quibusdam vtilis ad pœnitendum, quibusdam inutilis ad resistendum
Exo. 6. Deo, & in malo perseuerandũ; non tamen per se ipsam inutilis est: sed secundum cor malum, sicut iam diximus. Hoc & Apostolus dicit: Ignoras quia patientia Dei ad pœnitentiam te adducit? secundum autem duritiam cordis tui, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique secundum opera eius. Nam & alibi, cum diceret, Christi bonus odor sumus
Rom. 2. 2. Cor. 2 in

in omni loco, etiam & illud adiunxit, & in ijs qui salui fiunt, & in ijs qui pereunt. Non dixit Christi se bonum odorem esse, ijs qui salui fiunt; malum autem ijs qui pereunt: sed tantum bonum odorẽ se dixit: illi vero tales sunt, vt & bono odore pereant, secũdum sui cordis qualitatem, quæ mundanda est bona volũtate in Dei gratiam, vt incipiant, ei prodesse iudicia & beneficia Dei, quæ malis cordibus nõcent.

27 IDEM explicãs illa verba: Ego sum Domi-
In Psal. 80. to. 2. nus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, dilata os tuũ, & implebo illud, ait: Omnes educti sumus de terra Ægypti, omnes per mare rubrũ transiuimus, inimici nostri persequentes nos, in aqua perierũt. Nõ simus ingrati Deo nostro, nõ obliuiscamur Deũ monentẽ. Qui eduxi te de terra Ægypti. Loquitur Deus: Dilata os tuũ & implebo illud, quoniã apud me est fons vitæ. Hoc quidẽ dicit Dominus: sed quid sequitur? Et non audiuit populus meus vocẽ meam, & Israel non intẽdit mihi. Quis? Cui? Israel, mihi. O ingrata
28 anima per me anima, a me vocata anima, a me in spẽ reducta, a me a peccatis abluta, & Israel nõ attendit mihi. Baptizantur enim & transeũt per mare rubrum, sed in via murmurant, cõtradicunt, ingrati ei, qui liberauit a persequẽtibus hostibus, qui ducit per siccum, per eremũ cũ cibo & potu, cum lumine nocturno, & vmbraculo diurno, & Israel non attẽdit mihi. Et dimisi eos
Rom. 1. secundum affectiones cordis eorum, donaui eos sibi. Dicit & Apostolus tradidit eos Deus in cõcupiscentias cordis eorũ, ibunt in affectionibus suis. Si populus meus audisset me pro nihilo inimicos eorũ humiliasse, inimici Domini mẽtiti sunt ei. Et quanta patiẽtia Domini? Quare non
Rom. 2. prosternũtur? Quare non trucidãtur? Quare nõ cælo flagrante incendũtur? Quia magna patiẽtia Domini. Et erunt impuniti? Absit. Ignoras quia benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Tu autem secũdum duritiã tuam, & impœ-
29 nitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ &c.
In Psalmũ 115. IDEM explicans illa verba: Quid retribuã Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi, sic habet: Non ait pro omnibus, quæ tribuit mihi, sed pro omnibus quæ retribuit mihi. Quæ igitur præcesserãt hominis, vt omnium donorum Dei, nõ attributio, sed retributio vocari possit? Quæ præcesserant hominis, nisi peccata? Retribuit ergo Deus bona pro malis, cui homines re-
Matt. 21. tribuũt mala pro bonis: Hæc enim retribuebãt qui dixerũt: Hic est heres, venite occidamus eũ.

Beneficijs primum, deinde flagellis, & minis curat Deus nos subdere, vnde nec prospera, nec aduersa ab ipso separare nos debent, cum in nostrum sint bonum. Cap. XI.

Hom. 3. in Ios. Iudicũ to. 1. Iudic. 3. ORIGENES sic habet: Vides, quàm larga est diuina clementia, octo annis filij Israel seruierant pro multorum delictis; quadraginta annis per vnius iustitiam in pace perdurant: sed quid dicitur post hæc? Et defunctus est, inquit Gotoniel filius Ceneth, rem video periculosam, defunctus est Gotoniel, quia iam indignus erat populus, qui haberet iudicem talem. Denique in consequentibus dicit: Illo defuncto, adiecerunt filij Israel facere malum in conspectu Domini, & confortauit Dominus Eglon regem Moab aduersus filios Israel. Considera, quia pro eo quòd indigni erant iam habere principem talem; propterea auferetur ab eis bonus iudex, & fecerunt filij Israel malum in conspectu Domini, & excitatur eis hostis pessimus Eglon rex Moab. Vides quia peccata vires hostibus præbent, & quando nos facimus malignum in conspectu Domini, tunc confortantur a Domino inimici nostri, tunc vires contrarijs virtutibus dantur. Valde infirmus est aduersarius noster, nisi nos eum fortem peccando faceremus, & nisi per peccata nostra locum introeundi & dominandi inueniret in nobis. Et seruierunt filij Israel Eglon regi Moab decem & octo annis. Obserua, quia etiam mensuras pœnæ indicat Scriptura diuina, cum ante octo annos, & hic decem & octo dicit. Certum est autem quòd secũdum peccati modum, & cõuersionis nostræ moram etiã castigationis tempora temperantur. Transierunt enim isti decẽ & octo anni seruitutis, & nõ refertur quia clamauerunt ad Dominum, vel conuersi sunt a malitia sua; sed post decẽ & octo annos, iterum dicit: Quia clamauerunt filij Israel ad Dominum, & suscitauit eis saluatorem Aioth.

3 IDEM sic habet: Igitur, vt res indicat,
In hom. 3. exposit. 2. in Cant. etiam per hiemem sponsæ suæ apparet, ideſt tribulationum & tẽtationum tempore, sed & alia est visitatio, in qua visitatur paululum, & iterum deseritur, vt probetur, ac rursus requiritur, vt caput eius sustentetur, & vt tota complectatur; nẽ forte aut in fide titubet, aut corpus eius tentationum põdere prægrauetur: & ideo videtur mihi hiems fuisse illud tempus, cum caput suum læua sponsi contineri poscebat, & dextera eius omne corpus amplecti; nunc autẽ ista visio, quæ de montibus apparet, & collibus graciarũ; puto spiritualium altitudines, potẽtiasq. designat. Sed & per feneſtras, quòd prospicere dicitur, sensibus mihi lumen videtur præbere.

4 IDEM sic habet: Deus ad benefaciendũ prõ-
Homil. 1. super cap. 1. Hieremiæ. ptus est: ad puniendum autẽ eos, qui pœna digni sunt, dissimulat. Cũ possit quippe tacẽs sine contestatione venturi punire eos, quos simul dignos supplicio iudicat; nũquã hoc facit, sed etiã si cõdemnauerit, dicit, quod sibi semper dicere propositũ est, vt liberentur a condẽnatione per pœnitentiã, qui condẽnati fuerant per delictũ. Horum exẽpla cum de scripturis multa possumus accipere, sufficiunt incidentia, Niniuitæ
Ionæ 3. peccatores condẽnati erant a Deo, adhuc enim quadraginta dies & futurum, vt Niniue subuertatur; noluit eos cum silentio Deus punire damnatos, sed dans eis locum pœnitentiæ & conuersionis, misit Prophetam; vt dicente illo, adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur, qui condemnati erant non perirent, sed agentes

pœnitentiã; impetrarent misericordiam Dei, qui in Sodomis, & Gomorrhis iam erant exitio destinati, vt manifestum est ex sermonibus Dei, quos locutus est ad Abraham. Attamen quod erat suum, fecerunt Angeli volentes eos saluari, qui se indignos salute iudicauerũt, hæc dicen-
Gen.19. tes ad Loth. Est tibi hic aliquis gener, aut filij, aut filiæ? Neque vero ignorabant non esse eos secuturos Loth: sed ostenderunt suam pariter, & eius qui eos miserat benignitatem in homines, & amorem. Horum quidẽ simile inuenimus
Hiere.1. in Hieremia scriptum esse. Est enim annotatum tempus prophetiæ eius, quando cœpit prophetare: quisque ergo qui scripturas legit; sciet quia cœpit prophetare in diebus Iosiæ filii Amon regis Iuda vsque ad annũ tertiumdecimũ regni eius; deinde prophetauerit in diebus Ioachim filij Iosiæ regis Iuda, vsque ad consummationẽ vndecimi anni Sedechiæ regis Iuda, & legens didici; quia per tres reges prophetia eius contexta sit, vsque ad captiuitatem Hierusalem, in quinto mense. Quid ergo docemur per
6 hæc? Condemnauerat Deus Hierusalẽ propter peccata, quæ fecerat, & hæc erat extrema sententia, vt captiuitati relinqueretur: verũtamen cum hominum sit amator, nec quemquam velit perire: antequã depopulationis tempus instaret; misit & hũc prophetã, vt per sermones eius, ad pœnitentiam conuerteretur; misit eumdem & sub secundo rege post primum, misit quoque sub tertio. Quid plura? Captiuitas iam imminebat, & adhuc adorabatur Deus tribuẽs (vt ita dicam) & ante vnam diẽ locum pœnitẽtiæ. Vnde scriptum est: Vsque ad captiuitatem Hierusalem, & vsque ad quintum mensem prophetasse Hieremiã. Iam hostium vincula restrinxerant manus; & nihilominus hæc quodammodo dicebat Deus: Ecce captiui facti estis; agite, licet serò pœnitentiam, rogate me, & parcam vobis. Possum eruere de captiuitate qui tradidi. Habemus itaque quidẽ necessaria ex superscriptione ista, quæ cõtinet tempora prophetiæ, quia iuxta suam clementiam exhortatur Deus semper homines ad salutem, vt cessante delicto, etiam captiuitas conquiescat. Hæc autẽ & de nobis possumus intelligere, si peccauerimus, & nos captiui futuri sumus. Etenim tradi peccatorem satanæ, nihil distat ab eo, quòd Iudæi sũt tradici
7 Nabuchodonosor. Vtique vt illos Deus cõcessit aduersario propter frequentes impietates, sic nos propter peccata, quæ fecimus, tradimur spi-
1. Tim.1. rituali Nabuchodonosor. Quos tradidi, ait Paulus, satanæ, vt discant non blasphemare. Putas quantum malum est peccare, vt tradamur satanæ captiuanti animas eorum, qui relinquuntur a Deo? Non sine causa, neque sine iudicio Deus
Heb.6. relinquit, quos deserit: cum enim miserit pluuiam super vineam, & vinea pro vua attulerit spinas; quid faciet, nisi vt mandet nubibus, ne pluant super eam imbrem? Quapropter in proximo est propter delicta nostra, quorum nobis cõscij sumus, & nos captiuari. Futurũ est enim, vt si non egerimus pœnitentiam; tradamur Babylonijs, qui nos sensibiliter excrucient, istis iam adiacẽtibus, sermones prophetarũ, sermones legis, sermones Apostolorũ, sermones etiam Domini hortantur ad pœnitentiam, prouocant ad salutem. Si autem audierimus credimus ei, qui dixit, Et ego pœnitẽtiam agam de omnibus malis, quæ locutus sum facere eis.

8 IDEM explicans illa verba: An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis, sic ait: Diuitias bonitatis Dei, ille agnoscere potest, qui considerat quãta in terris mala homines quotidie gerant, & quomodo pene omnes declinantes, & simul inutiles facti latam & spaciosam perditionis ambulant viam, angusto vitæ itinere neglecto, & his omnibus Deum producentem solem suũ quotidie, & pluuias ministrantem. Si quis consideret quanti in Deum quotidie blasphemant. Iam quid de fraudibus, de vitijs, de scelere, de sacrilegijs dicam? Quibus tamen omnibus in hoc loco illi videtur in scelere præferri, qui alios iudicantes ipsi cõmittunt, quæ in ceteris puniunt. Si quis ergo hanc bonitatem Dei, & sustentationem eius, & patientiam contemnit, ignorat quòd per hæc ad pœnitentiam prouocatur. Sustentatio vero 9 a patientia, hoc videtur differre; quòd qui infirmitate magis quàm proposito delinquũt sustentari dicuntur; qui vero pertinaci mente, velut exultant in delictis suis, ferri patienter dicendi sunt: sed sicut omnia fecit Deus in mensura, & pondere: ita etiam & patientiæ eius certa mensura est, quam mensurã credendum est esse consumptam, vel ab his qui diluuio periere, vel ab his qui in Sodomis cælesti igne vastati sunt. Vnde & de Amorrhæis dicitur: Nondum enim impleta sunt peccata Amorrhæorum vsque nunc. Fert ergo Deus patienter, & expectat vniuscuiusque pœnitentiam, sed non nos dissoluat hoc & tardos ad conuersionem faciat; quia rursus patientiæ eius & sustentationis certa mensura est, secundum duritiam tuam, & cor impœnitẽs thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij.

10 IDEM explicans illa verba ad Roman. 9. Quod si volens Deus ostendere iram, & notam facere potentiam suam sustinet in multa patiẽtia vasa iræ &c. vt notas faceret diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, sic ait: Deus ostendit patientiam, & potentiam dum diu sustinet peccatores, si forte resipiscant & conuertantur. Potentiam, dum aliquando punit, & flagitia non vsquequaque inulta derelinquit. Et rursum in vasis misericordiæ, hoc est, qui semetipsos emundauerunt ab omni sorde peccati, ex qua mundus non est quisquam, etiamsi vnus diei fuerit vita eius super terram; notas fecit diuitias gloriæ suæ; quæ vasa non irrationabili alicui, aut fortuita gratia; sed cum ea supradictis sordibus se expurgauerant, præparauit in gloriam. *Infra*: Quomodo ergo Deus notam faciet iram suam? Per vasa, inquit, iræ apta ad perditionem. Obstupesco ergo intra metipsum, Sancti Spiritus consilium in diuinis voluminibus contuens: nam iram quidem Dei, quæ est a natura eius extranea, notam fieri hominibus dicit, sicut præsens hic Apostoli indicat locus: bonitatem vero eius, & dulcedinẽ, quod naturæ eius est proprium, abscõdi memo-
Psal.30. rat & occultari, sicut Dauid dicit: Quã magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscõdisti timentibus te. Quid ergo causæ dicemus, quòd Deus irã manifestat hominibus, & dulcedinem celat. Scit sine dubio fragile esse hominum genus, & ad lapsum procliue per negligentiam, quibus expediat magis esse sub metu iræ, quàm spe benignitatis Dei, & dulcedinis rela-
Prou. 13. & 23. xari, sicut & Sapientia Dei dicit. Qui parcit baculo, odit filium suum; si enim percusserit eum, virga, non morietur; animam autem eius saluam faciet a morte.

11 BASILIVS explicans illa verba: Diligit misericordiam & iudicium, sic habet: Si per
Homil.8.in Psal.32.to. 1. se existeret iudicium Dei, ita vt nobis præcise
Psal.32. pro dignitate nostra retribueret, ad ea quæ fecimus, qualis erat spes? Quis ex omnibus saluus fieret? Nunc vero diligit misericordiam & iudicium, & misericordia velut in assessoris locum,
Psal.129. sibi ipsi cõstituta, regioq. iudicij throno præposita, sic singulos ad iudiciũ adducit: Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit. Neque misericordia citra iudiciũ, nec iudicium citra misericordiã est. Ante iudiciũ igitur diligit misericordiã, & post misericordiã venit ad iudicium. Hæc autẽ inter se coniugata sunt, misericordia cum iudicio, quo neque misericordia sola securitatem inducat, nec iudicium solum desperationẽ operetur. Vult tui misereri iudex, & suam misericordiã impartiri: verum si
12 repererit te post peccatum humilem, contritũ multum, deprauantẽ praua opera, quæ latenter facta sunt citra pudorem publicantem; ita vt roges fratrem quo collaboret tecũ ad accipiendã sanationem, in totum miserabilem te factum si viderit, largã suã misericordiã tibi suppeditat: si vero cor impœnitens inuenerit, spiritumq. superbum: tunc iudicium super te diligit. Quẽadmodũ enim bonus medicus ac humanus, fomentis prius ac linimentis mollibus tumorẽ sedare conatur; postquã vero viderit extuberascẽtem molẽ nihil remittere, atque induratam reniti, abiecta misericordia ac molli cura, de cetero ferri vsũ eligit. Diligit igitur misericordiã, in pœnitentibus, & diligit iudicium in obstinatis. Tale quid Esaias de eo dicit: Misericordia tua in librã, nam etiã ille misericordiam cum iudi-
Sap.11. Psal.118. Ioan.3. cio producit, eius, qui libra, & numero, ac põde re, iuxta vniuscuiusque dignitatem rependit. Misericordia Domini plena est terra. Nõ enim venit vt iudicet mundũ, sed vt saluet mundum.

13 CHRYSOSTOMVS ait: Considera, quomodo 24. annis probauit virtutem Abrahæ,
Homil.40. in Genesim. Gen.12. Gen.17. quãdo enim exiuit a Charris, & obediuit præcepto Domini, septuaginta quinque annorũ erat; nunc autẽ postquã audiuit. Dabo tibi filium, nonaginta & nouẽ annos excesserat. Hæc audiẽtes dilecti, discamus nũquam in laboribus virtutũ vel dormitare, vel torpescere; sed sciamus quòd Dominus noster benignus est, & pro paruis laboribus magna reddit præmia, etiã in præsenti vita nostræ naturæ infirmitatẽ cõsolans. Quan-

doquidẽ semper aduersis tẽperantur prospera, Vniuersorũ enim Deus nostri curam agens, nõ semper in aduersis nos manere relinquit; vt nõ opprobretur nobis nostra infirmitas: sed celeriter & ipse opitulatur, firmans nostrã alacritatẽ, & mentem excitans, neque nos in prosperitate semper esse relinquit, ne fiamus negligentiores. Humana enim natura, quando multũ prospere ei succedit, suæ obliuiscitur nobilitatis. Idcirco quasi clementissimus pater aliquando nobis indulget, aliquando castigat, vt varijs vijs nostræ animæ salutẽ curet. Quoniã & medicus quando infirmũ curat, neq; semper fame detinet, neque semper larga mẽsa frui sinit, vt nõ voracitas febrim pariẽs augeat morbũ; fames vero infirmiorẽ eũ efficiat, sed coniectans apud se quãtæ sint ægrotantis vires, & diligẽter vtens arte, omnia sua in medium affert. Similiter & misericors Deus, sciens quid cuiuis expediat, aliquando concedit nobis prosperitate frui; aliquando autem exercitationis gratia, tentationibus nos circumdat.

14 IDEM sic ait: Vniuersum orbem terrarum Deus ita gubernat, vt modo hoc, modo illud ad-
Hom.54.in Matth.to.2 hibeat, nec secunda semper cõcedat, nec aduersa incutiat. Et quemadmodũ nox est post diẽ, & dies post noctẽ, & æstas atque hiems vicissim, eodẽ modo nos alias dolor vexat, alias voluptas permulcet; & nunc quidẽ ægrotatione laboramus, modo autẽ fruimur sanitate. Non ergo admiremur quãdo morbis exagitamur; quoniam etiã quando nobis sanitas adest, admirari oportet, nec cõturbemur cum nos dolor exagitat, quoniã etiã quãdo gaudemus cõturbari par esset. Naturali enim cõsequẽtia, & successione hæc omnia fiunt. Cur igitur admiraris, si hæc tibi accidat rerũ vicissitudo; cũ & priscis illis atque sanctissimis viris, nõ aliter accidisse perspicias? Mis vt vitam Abrahę ab adolescentia examinemus, statim iuuentutẽ ingressus audiuit, Exi de
15 terra tua, & de cognatione tua. Perspicis rẽ doloris plenã, illi mandari. Vide nũc prospera succedere. Veni in terrã quam mõstrauero tibi, &
Gen.12. faciã te in gentem magnã. Postquam autem in terram illam peruenit, alia rursum grauiora irrũpunt, fames, trãsmigratio, vxoris rapina, meliora, & inde successerũt, Pharaonis, scilicet vulnus, honor, dimissio, & magnifica munera illa, & in domũ suã regressio; cetera omnia ex prosperis & aduersis cõnectebãtur. Apostolis quoque similia euenerũt. Vnde Paulus dicebat. Qui
2.Cor.1. consolatur nos in hac tribulatione, vt possimus & nos consolari eos, qui in omni pressura sunt. Sed quid hæc ad me dices, qui semper in doloribus sum? Non sis ingratus vt meliora non cognoscas. Non enim in doloribus quisquam semper esse potest; cum ipsa natura id sufferre nequeat. Verum quoniam in gaudio semper esse vellemus; idcirco in doloribus semper esse putamus. Neque hac de causa solum; verum etiã, quia secundarũ rerũ obliuio cito irrepit; aduersarum vero memoria iugis ac stabilis est: idcirco nos in doloribus semper esse contendimus.

16 IDEM sic ait: Qui tentationem permisit, ipse nouit tentationis dissoluendæ tempus, &
Hom. 4. ad Popul. to. 5.

sicut citharædus, neque neruum intendit, vt non abrumpat, neque remittit vltra modum, ne harmoniæ cõcentum lædat, sic & Deus agit, nec in remissione continua, nec in longa tribulatione nostram constituit animam, secundum suam prudentiam vtrumque faciens, non sinit nos continua potiri remissione, ne segniores fiamus; non autem rursum sinit in continua esse tribulatione, ne concidamus, neve desperemus. Ipsi ergo grauium solutionis tempus relinquamus, nos vero tantum in sanctitate viuamus: opus enim nostrum est ad virtutem mutari. Dei vero opus, grauia soluere, etenim ipse magis quàm tu qui tentaris, hoc incendium extinguere vult, sed salutem tuam expectat. Sicut ergo ex remissione tribulatio facta est, sic & ex tribulatione remissionem expectare conuenit; nec enim semper hiems, nec semper æstas, nec semper procella, nec semper tranquillitas, non semper nox, neque semper dies, sic nec semper tribulatio, sed erit & remissio.

17 HIERONYMVS explicans illa verba: Et creauit Dominus super omnem locum montis Sion, nubem per diem, & splendorem ignis flammantis in nocte, ait: Cum venerit Dominus, reddetur populo felicitas pristina, quam aliquando habuere in eremo præcedente Domino eos in die per columnam nubis, & per noctem in columna ignis. Vt nec in prosperis, nec in aduersis aliquando turbentur. Quod & in Psalmo dicitur: Per diem sol non vret te, neque luna per noctem.

Libro 2. in cap. 4. Isaiæ to. 4.

Psal. 120.

18 IDEM sic habet: Consumpto diabolo præparabitur in misericordia solium, & sedebit super illud in veritate, in tabernaculo Dauid, iudicans & quærens iudicium. Præparabitur solium & regnum sempiternũ, primum in misericordia, & post in iudicio, Christus quod solium ponat in his qui misericordia, iustitiaq. saluati sunt. Audiuimus superbiam Moab, superbus est valde. Moris est scripturarum, vt postquam desperationem mentis humanæ læto nuncio subleuauit, rursum negligẽtes & nolentes agere pœnitentiam, comminatione deterreat, ne bonitas Dei induret cor nostrum. Cuius rei vnum tantum ponamus exẽplum. In Psalmo legimus: Suauis Dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius. Et post paululum, Sustentat Dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes elisos. Cumq. præmisisset, Custodit Dominus omnes diligentes se, ne te negligentem faceret auditorem, intulit. Et omnes peccatores disperdet,

In cap. 16. Isaiæ.

Psal. 144

19 IDEM explicans illa verba: Indulsisti Domine, indulsisti genti, numquid glorificatus es? elongasti omnes terminos terræ. Domine in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis, sic habet: Dixerat Dominus, Misereamur impio, Propheta responderat, Et vbi est iustitia tua, præsertim cum tanta mala in sanctos tuos operatus sit, ad quod Dominus: Et non videbit, inquit, gloriam Domini. Rursum Propheta: Exaltetur manus tua ad percutiendum, & non videant gloriam tuam, quam non merentur aspicere. Ad quod Dominus: Videant magis & confundantur. Rursum Propheta: Domine, pacem da nobis, & posside nos qui tui nominis recordamur, impij autem & superbi non viuant, sed contere omnem memoriam eorum, causasq. reddit, cur eos cupiat, interire. Indulsisti genti Domine, indulsisti gen ti, numquid glorificatus es? Et est sensus. Sæpe misertus es gentibus, ideſt humano generi, & exercuisti in eas incredibilem clementiã. Nũquid te cognouerunt, numquid glorificauerunt nomen tuum? Nonne econtrario a te longe recesserunt? Securitas enim negligentiam, negligentia contemptum parit. Domine in angustia requisierunt te; quia indulgens sæpe, contẽptus es, nec glorificatus, sed econtrario omnes a tua scientia recesserunt. Propterea Domine percute eos, vt in angustia te requirant, & in tribulatione murmuris doctrina tua sit eis. Quãdo tantum eis malorũ pondus incũbet, vt nec clamare quidẽ audeant confidenter; sed dolorem suũ silentio deuorent. Iuxta septuaginta, in tribulatione. Propheta Domini recordatur, iuxta illud quod in Psalmo dicitur: De tribulatione inuocaui Dominum, & exaudiuit me in latitudine. Septuaginta habent, In tribulatione parua doctrina tua nobis. Si autẽ parua tribulatio docet, & emendat, & corripit; quanto magis & magna, cum admonemur conditionis nostræ, & Dei potentiæ recordamur.

20

Psal. 117.

IDEM explicans illa verba: Numquid tota die arabit arãs vt serat, proscindet & sarriet humũ suam? &c. sic ait: Nonne agricola prius proscindet terrã, & vomere sulcos reuoluet; vt cum dura prius arua mollierit; tũc spargat gith, siue cyminum. Denique cũ metẽdi tẽpus aduenerit gith & cyminũ quæ infirmiora sunt semina, non rotis plaustrorũ teruntur, sed virga excutiũtur & baculo; triticũ autem rotis ferreis teritur, & omnis eius stipula cõminuitur in paleas. Verũtamen nõ semper vexatur, & teritur rota plaustri. In his omnibus ostẽdit Dominus mirabile consiliũ suum, Deus enim varie genus dispensat humanũ, nunc punit, nunc miseretur, nũc corripit, nunc defendit, ideſt, nunc arat, nunc serit, maturas fruges metit, & demessas in areis terit, orbemq. suum gubernat, vt voluerit. Non in perpetuum triturãs triturabit illũ; neque enim ego in sempiternũ irascar uobis, nec vox amaritudinis meæ conculcabit vos, ostendens futura peccatoribus post tormẽta refrigeria; vnde præcipitur peccatoribus, vt exaltent cõsolationem suã, nõ vanã, vt septuaginta verterũt, sed firmã.

21

Lib. 9. in cap. 28.

IDEM explicans illa verba: Vitam manus tuæ inueniſti; propterea non rogasti me, ait: Quia rebus omnibus abũdasti, & affluxisti delicijs, ideo Dominum neglexisti. Quas diuitias & Salomon habere detrectat, ne obliuiscatur Dei, & ad Sodomam per Ezechielem dicitur: Quia saturata sit panibus; propterea superbiuisse. Nõ solum autem diuitiæ, sed & paupertas probat hominem. Vnde supra scriptum est. Probaui te in camino paupertatis (pro quo sollicita timuisti) quia plenis horreis habes fiduciam in diuitijs, rogare me noluisti; idcirco timuisti

23

Lib. 16. in c. 56. Isaiæ.

Prou. 30.

Ezec. 16.

Osee 6.

Esai. 48.

Esai. 57.

timuisti plurimos: non enim poteras dicere, Dominus auxiliator meus, & ego despiciam inimicos meos. Et iterum, Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Quod & si contra mentis tuæ conscientiam dicere aliquando voluisti, mentita es. Quomodo enim me poteras inuocare, quæ mei non habebas memoriam? Neque cogitasti vsquã præcepta dicentis, Honora Dominum, & confortaberis, & absque illo nullum metuas. Neque cogitasti, quia ego tacens, & quasi non videns, & mei oblita es, ideſt, ego sum, qui semper tacui peccata tua, & scelera quæcumque faciebas; quasi non viderem dissimulatione neglexi; vt si non timore mei, saltem patientia ad me redires, qui non oculis, sed palpebris interrogo filios hominũ: at tu e cõtrario oblita es mei, & audire meruisti, Oblita es legis Dei tui, & ego obliuiscar filiorum tuorum. Et iterum. Ipsi ambulauerunt contra me peruersi, & ego ambulabo contra eos in furore peruerso. Et ego annunciabo iustitiam tuam, & opera tua non proderunt, qui semper tacui, & quasi non viderem tua peccata neglexi, nequaquam vltra reticebo. Sed dicam, quod ante iam dixi. Tacui, numquid semper tacebo? Et annunciabo iustitiam tuam, & opera tua, quod per ironiam legendum est. Vel vt si quis in sceleribus deprehenso dicat. Vide bona opera tua. Propterea quòd si quando tibi tribulationis tempus aduenerit, & cœperis nõ ad idola, quæ coluisti; sed ad cælum manus tendere, & Dei implorare auxilium, audiant te illi, & liberent te de periculo, quos secura coluisti, quod & per Hieremiam ad eãdem loquitur Deus. Vbi sunt Dij tui, quos feceras? Resurgant, & saluam faciant te in tempore malorum tuorum? *Et infra*. Propter peccatum ad modicum, quid contristaui eum, & percussi eum, & indignatus sum, & ambulauit mærens in via cordis sui. Et percussi, inquit, eum ad breue, vt sanarem, & abscondi, subauditur faciem meam, vt magis me desiderarer, & diceret, Ostẽde faciem tuam, & salui erimus; indignatusque sum, quod ille sentiens tristis ingessit dicens. Tota die tristis ingrediebar. Et ambulauit mærens, siue conuersus in via cordis sui; vt non ad faciem hominum; sed in corde ageret pœnitentiam. Propterea videns vias conuersionis eius, sanaui vulnera, quibus eum ante percusseram, & reduxi eum ad me, quem prius eieceram, & reddidi consolationem veram.

Psal. 117.

Psal. 26.

Eccls. 38.

13

Osee 4.

Isa. 57.

24

Psal. 37.

Psal. 79.

15 Libro 3. in c. 6. Oseæ to. 2.

IDEM explicans illa verba: Quid faciam tibi Ephraim, quid faciam tibi Iuda? ait: Parentis in filios perditos monstrat affectum. Iuxta illud quod in Isaia legimus. Quid est, quod vltra debui facere vineæ meæ, & non feci? & in Michea 6. Populе meus quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi, responde mihi; quia eduxi te de terra Aegypti, de domo seruientium liberaui te, & misi ante faciem tuam Moysen, & Aaron, & Mariam. Quid igitur faciam tibi Ephraim, quid faciam tibi Iuda? Misericordia vestra, quasi vobis semper misertus sum, quasi nubes matutina pertransiit, & quasi ros mane consurgens, qui orto sole siccatur. Iam enim captiuitas prope est, iam vos cerno duci in Assyrios, & in Babylonios catenatos. Dolaui vos in Prophetis, & verbis terribilibus comminatus sum, ignes & cauteria protuli, vt qui clementem contemnebatis, timeatis offensum, & occidi negligentes in verbis oris mei; vt ante peccatores verborum terrore punirẽ, quàm captiuitas immineret, & hæc vniuersa feci, vt iudicij, quo te iudicaturus sum, veritas appareret, nullusque dubitaret, vos iuste quę patimini, fuisse perpessos.

26 In cap. 11. Oseæ.

IDEM explicans illa verba: Non faciam furorem iræ meæ, non conuertar, vt disperdam Ephraim: quoniam Deus ego, & non homo, ait: Quantum in me est, quantum ego cupio, si errorem veritate correxerit, si me magis amauerit, quàm mũdum, Deus ego sum, & non homo, lapsis manum porrigam, errantes ad salutem vocabo, & quia sanctus sum, propterea non ingrediar ciuitatem. Post Dominum ambulabo. Addunt septuaginta, & est sensus. Quia conuersus est cor tuum in te, & non secundum peccata nostra feciſti nobis, sed imitaris tuam clementiam, & nostra delicta non punis, & pollicеris te sanctum, & clementem in nostri medio versaturum; idcirco, & ego malorum hominũ non ingrediar ciuitatem, neque ero de numero peccatorum, sed ambulabo post Dominum Deum meum. Hebræi autem ex persona Dei, ita ediſſerunt. Non te derelinquam, non ibo ad aliam gentem, neque ingrediar alteram ciuitatem, post Dominum ambulabunt. Domino prospera pollicente populus conuertitur ad Deũ, & ambulabit post Dominum, quia Dominus rugiet quasi leo, de quo & Amos Propheta commemorat. Dominus de Sion rugiet, & de Hierusalem dabit vocem suam: Rugiet autem, quãdo dicet. Sicut Adama ponam te, ponam te vt Seboim: cumque ille rugierit, tunc formidabunt filij maris, qui sagena Domini cõprehensi sunt, & abstracti de mari huius sæculi; cumque capti fuerint de morte ad vitam, collocabuntur in domibus suis, in quibus electa frumẽta condun tur. Natura leonum esse dicitur, vt cum rugierit omnia animantia contremiscant, & fixo gradu se mouere non possint, tantus pauor est. Itaque & Dominus cum instar leonis rugierit, & intonuerit, ac dederit vocẽ suam, cunctæ aues, & vniuersa volatilia perhorrescent, & ibunt ad nidos, ideſt, ad domos, in quibus Dominus habitabit cum eis.

Osee 11.

Ibid.

27 In c. 1. Proemiorum to. 8.

IDEM explicans illa verba: Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum, sic habet. Frustra laqueus persecutionis tenditur electis, qui pennas habent spei, & charitatis, ceterarumque virtutum, quibus cælestia dum viuunt desiderant; vt ad hæc post mortem mereantur pertingere, habent & oculos mentis, per quos & mala, quæ ab impijs sustinent ocyus transitura, & bona, quæ sustinendo meruerunt æterne mansura præuideant, quibus simul oculis, & reproborum superbiam cito consummandam, & tormenta sequentia semper mansura prospiciunt. *Et infra*. Quia vocaui, & renuistis, &c.

dicens.

Matt. 11. dicens. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos, extendi manum meam,& non fuit,qui aspiceret; primo benefaciendo, & sanando omnes oppressos a diabolo, post modum in cruce patiendo. Despexistis omne consilium meum dicentis,Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum,& increpationes meas neglexistis dicentis. Væ vobis Scribæ, & Pgarisæi hypocritæ, &c. Ego quoq. in interitu vestro ridebo,& subsannabo. Tale est in Psalmo de ijsdem. Qui habitat in cælis irridebit eos,& Dominus subsannabit eos. *Et infra*. Prosperitas stultorum perdet illos,quia sæpe auersus a timore conditoris animus iam de ira eiusdem iusti conditoris patitur; vt in his quæ peccat, nihil sustinere videatur aduersi. Sed vt beatus Iob dicit,ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendẽt. Item auersio paruulorũ tribulatio vitæ præsentis,prosperitas stultorum, lætitia est reproborum. Per hæc enim gemina vitia, cuncti reprobi pereunt cum eos, aut prosperitas huius sæculi eleuat, aut aduersitas deijcit: qui autem me audierit, absque terrore requiescet, quia qui Domino perfecte deseruit, nullis terretur aduersis, immo gaudet in aduersis, & in ipsa morte quasi de ingressu vitæ lætatur, quietũque semper a superuacuis cogitationibus, ac tumultibus tentationum pectus iuuante Spiritus sancti gratia gerit.

Matt. 3. Psal. 2. Prou. 1.

29 IDEM sic habet: Flagellum equo, & chamus asino,& virga in dorso imprudentium; vt scilicet,qui sponte conuerti nolunt, coacti flagellis conuertantur a vitijs, sicut ait Propheta. In chamo, & freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.

Prouerbiorum 26. Psal. 31.

30 IDEM explicans illa verba: Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis,sic ait: Inueniant inimici tui potestatem tuam,vt reuertantur in bonum, inueniat potestas Dei eos,qui in humilitate noluerunt Christum recipere,inueniat illos in vindicta. Dextera tua inueniat omnes,qui te oderũt. Odientes se nimia clemẽtia Dei vult cõuerti; cũ etiã inimicos suos inuenire desiderat. Pones eos,vt clibanũ ignis, in bonã partem,vt comburantur illorum peccata.

In Psal. 20. to. 8.

31 IDEM in expositione capitis quinti in illa verba. Redimentes tempus; quoniam dies mali sunt,ait: O vos Ephesii, quibus de somno sæculi istius exurgentibus, Sol iustitiæ ortus est Christus, caute ambulate, & prudenter, & abiecta insipientia,tenete sapientiam, per quã possitis non cum varietate temporum commutari, sed diuersitatem temporum vobis vnum tempus efficere, & quia sunt plurimæ persecutiones, in principio quippe fidei propemodum quotidie vexabantur Ecclesiæ, vnum tenete cursum,& hoc scitote seruandum,vt non in morem stulti, quasi luna mutemini: sed quod semel cœpistis, firma mente teneatis; ne videlicet, si persecutorem iudicem videritis, & vos cũ iudicis voluntate mutemini; sed quod estis, omni tempore reseruate. Ioseph vnum habebat propositum placere Deo, hoc nulla varietate temporis immutatum est, nec fratrum inuidia,nec conditione seruitutis,nec ætatis illecebris,nec dominæ repromissis,nec squallore carceris,nec postea tumore Aegyptiæ potestatis;sed semper vnus fuit,& varietatem,vt diximus temporum sibi redimens malos dies vertit in bonos. Hoc idem, & de Iob sentiendum est,quòd per varia tentamenta vexatus,nec diuitijs,nec damnis, nec orbitate, nec vulnere, nec postea bonorum omnium restitutione mutatus est. Redemerat enim sibi tempus,& dies malos fecerat bonos.

Lib. 3. in epist. ad Ephesios to. 8

AVGVSTINVS explicans illa verba: Ego non iudico quemquam, sic ait. Non iudicat quemquam Dominus Iesus; quia quamuis de ipso dicatur, quòd venturus sit iudicare viuos,& mortuos; sed intelligitur modo non iudico quemquam, vt alibi dicit. Ego non veni, vt iudicem mundum: sed vt saluum faciam mũdum,non iudicium suum negando,sed differendo. Venit Christus primo saluare,postea iudicare, eos iudicando in pœnam, qui saluari noluerunt eos perducendo ad vitam, qui salutem non respuerunt. Prima ergo dispensatio Domini nostri Iesu Christi medicinalis est, non iudicialis. Nam si primo venisset iudicaturus, nullum inuenisset, cui præmia iustitiæ redderet: quia ergo vidit omnes peccatores, & omnino neminem esse immunẽ a morte peccati, prius erat eius misericordia prærogãda, & post exercendum iudicium. Quia de illo cantauerat Psalmus. Misericordiam,& iudicium cantabo tibi Domine. Non enim iudicium ait,& misericordiam. Nam si primo esset iudicium,nulla esset misericordia; sed primum misericordia, postea iudiciũ. Quæ est primo misericordia? Creator hominis homo esse dignatus est, factus est, quod fecerat,ne periret,quẽ fecerat. Quid huic misericordiæ addi potest? Et tamẽ addidit parum fuit ei hominem fieri,sed voluit etiã ab hominibus reprobari, sed occidi in cruce voluit.

Tract. 36. in Ioannẽ to. 9. Ioan. 3. Psal. 100.

GREGORIVS sic habet: Deus Moysi non semper in igne apparuit, sed in igne aliquando,aliquando in nube. In igne quippe,terror iudicij est: Vnde & de secundo redemptoris aduentu per Psalmistam dicitur. Ignis ante eum præcedet in circuitu eius tempestas valida. In nube autem protectio miserationis exprimitur: quia eiusdem protectionis suæ blandimentum, electis suis promittens Dominus ait, Tunc videbunt filium hominis venientem in nube. In igne itaque, & in nube per deserta gradientibus Dominus apparet: quia mentes contemplantium se in hac exilij peregrinatione, etsi aliquando terret de iustitia panore dejectas; erigit blandimento protectionis. Dominum in igne viderat,qui dicebat: Sanctum, & terribile nomen eius. In igne item eum visum ostendere cupiens,ait: Venite,& videte opera Domini, terribilis in cõsilijs super filios hominum. Sed qui ei in igne apparuit, vt appareret,addidit,quia suauitatem gloriæ,& dulcedinis suæ,ei etiam de nube propinauit. Quã re & exhilaratus,qui territus fuerat dixit. Quã magna

33 In 3. cap. primi libri Regum to. 1. Psal. 96. Matt. 25. Psal. 110. Psal. 64. 34

Psal. 30. Psal. 72. magna multitudo dulcedinis tuæ Domine. Et item additam apparitionem admirãs ait: Quã bonus Israel Deus his,qui recto sunt corde; sed cauendum est maxime,ne indiscreta, & iniusta visio ignis,& nubis, non solum nobis profectionem non ostendat cælestis itineris: sed ad submersionem erroris nos impellat. Et notandum quòd eius prædicatio vera est,cui sic diuinæ iustitiæ terror ostenditur; vt benignitas eius abũdans gratia non celetur, videlicet, vt mentem sic conspecta veritas terreat, vt etiam ostensa benignitas mentem territam in desperationẽ cadere non permittat; vt sic de benignitate præsumat,quatenus ad præuaricationis ausum non proruat.

In sermone de Cantico Ezechiæ regis. Isaia 38. Psal. 129 Lucæ 8. Iob 2.

35 BERNARDVS explicans illa verba: De mane vsque ad vesperam finies me,sic ait: Finies me, idest, consummabis me. Non in solo mane visitationis, aut tantum in vespera tẽtationis; sed in vtroque simul erit perfectio mea. Stultus ego qui tantum sperabam vsque ad mane,cum Dauid dicat. A custodia matutina vsque ad noctẽ,speret Israel in Domino. Et quoniam pusillus in spe, quasi leo sic contriuit omnia ossa mea,robur omne videlicet, de quo adhuc sub tutela gratiæ futurorum improuidus confidebam. Contriuit autem diabolus, qui tamquam leo rugiens circuit quærens, quem deuoret. Tu ergo Domine hac contritione humiliatũ,& probatum, de mane vsque ad vesperam finies me; quoniam factum est vespere, & mane dies vnus. Quamobrem ego vt didici,benedicam Dominum in omni tempore, hoc est mane,& vespere, non sicut ille qui confitebitur tibi,cum benefeceris ei,non sicut illi,qui ad tẽpus credunt,& in tẽpore tentationis recedunt; sed dicam cum Sanctis, si bona suscepimus de manu Domini,mala quare non sustineamus? Et in mane quidem,sicut pullus hirundinis sic clamabo,in vespere autem meditabor, vt columba, quatenus & cum gratiæ matutinum arriserit,in modum hirundinis exultans,& clamitãs; gratias agam pro visitatione, & cum vespera ingruerit,non deerit sacrificium vespertinum; cum instar columbæ gemens lachrymas fundã in tribulatione. Sic enim deseruiet vtrumque tempus Deo; cum & ad vesperũ demorabitur fletus,& ad matutinum lętitia. Placet vtrumque Deo,& peccator compunctus, & iustus deuotus, cui e regione displicet tam ingratus iustus,quàm peccator securus.

Beneficia Dei, quæ maxima sunt, memoriæ sunt mandãda, vt quæ ex ipsorũ obliuione oriũtur mala, vitemus, suntq. cuiusque propria, quæ omnibus sunt concessa. Cap. XII.

1 In lib. cui titulus est de regulis fusius disputatis, in responsione se cũdæ interrogationis.

BASILIVS docens media,quæ adiuuare nos possunt ad diligendum Deum ait: Si genitoribus naturalis amor a genitis contingit, & declarat; hoc tum brutorum habitus,tum hominum circa primam ætatem erga matres affectus, ne videamur rationis magis expertes,quã infantes, neque bestijs feriores,sine amore, & abalienato animo erga eum qui fecit nos affecti, quem etiamsi ex bonitate nõ agnoscerem us ob id solũ,quod ab ipso factisumus diligere excellẽter deberemus,& ex memoria ipsius perpetuo pendere, velut ex matribus infantes. Præstantior est autem, his quæ naturaliter diligũtur benefactorum, & hic affectus non hominũ solũ proprius est; sed omniũ fere animantiũ affectus,coniungi videlicet ad eos,qui aliquid boni dederunt. Cognouit, inquit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui. Absit autem,vt de nobis dicantur, quæ sequuntur nempe. Israel me non cognouit, & populus meus non intellexit: nam de cane, & multis alijs huiusmodi, quid opus est etiam dicere,quantam erga nutritores beneuolentiã ostendunt? Si vero beneuolentiam erga benefactores,& amorẽ naturaliter eligimus, & omnem laborem ad retributionem eorum,quæ nobis obtigerunt, sufferimus; quæ ratio donã Dei pro merito explicare potest? Quorum tanta multitudo est, vt numerum effugiat, tanta autem magnitudo,atque ea ipsa talia, vt etiam vnum sufficiat nos obnoxios in omnem gratiã largitori facere, atque alia quidem omittam, quæ etiamsi per seipsa excedunt magnitudine, & gratia; tamen a maioribus, velut stellæ a solis radijs superata gratiam suam obscuriorem exhibent. Non enim est otium mihi, vt relictis excellentibus ex minoribus benefactoris bonitatẽ metiar. Sileantur itaque solis ortus,& lunæ circuitus,temperies aeris, tẽporum varietates,aqua e nubibus,& alia externa,ipsum mare,vniuersa terra,& quæ ex terra nascũtur,quę in aquis degunt, quæ in aere genera versantur, innumeræ animaliũ differentiæ, omnia ad ministeriũ vitæ nostræ ordinata. Verum illud neque volentibus præterire possibile est, & fieri nequit,vt is qui sana mente præditus est, & rationis compos existit, gratiam, ac beneficium fileat. Dicere autem aliquid pro dignitate magis impossibile existit: quod cum secundum imaginem, ac similitudinem Dei fecerit hominem Deus, & suiipsius cognitione dignatus fuerit,& ratione præter omnia animantia exornarit,& vt in immensis paradisi pulchritudinibus deliciaretur exhibuerit,& vniuersorum in terra principem constituerit, deinde deceptum per serpentem,& collapsum in peccatũ, & per peccatum in mortem,etiam quæ hoc digna essent,non neglexit; sed primum quidem legem in auxilium dedit,Angelos in custodiam,ac curam constituit, Prophetas ad coarguenda vitia misit,& ad virtutis doctrinam appetentias vitij nimis excidit, bonorum promptitudinem promissionibus excitauit, finẽ vtriusque sępenumero in diuersis personis ad aliorum commonefactionem anticipando manifestauit, & post hæc & talia omnia perseuerantes in obedientia non auersatus est: non enim dimissi sumus a bonitate Domini, neque dilectionem ipsius

Isa. 1. 2 Gen. 1. 3 Ibid.

ipsius erga nos excidit stupiditas ad tanta bona, ac præmia, quæ ipsum benefactorem contumelia affecit: sed reuocati sumus ex morte, & viuificati sumus, rursus ab ipso Domino Iesu Christo, in quo etiam modus beneficientiæ maius miraculum habet. In forma enim Dei exi-
Phil.2. 4 stens, non rapinam arbitratus est esse se æqualé
Isa. 53. Deo; sed seipsũ exinaniuit, forma serui assumpta, infirmitates nostras suscepit, & morbos portauit, & pro nobis vulneratus est; vt nos sanaremur, & ex maledictione nos exemit factus pro nobis maledictio, & ignominiosissimam mortem subijt, vt nos ad gloriosam vitam reduceret. Et non contentus fuit solum mortuos existentes viuificare; sed etiam deitatis dignitatem largitus est, & requiem parauit æternã, omnem humanam cogitationem lætitia excedentem; ipse vero adeo bonus est; vt neque retributionem exigat, sed contentus est, si solummodo diligatur, propter ea, quæ dedit. Quæ vniuersa vbi mente recolo (vt meum affectum eloquar) in horrorem quemdam, ac horrendã animi amotionem delabor, ne quando ex inaduertentia mentis, aut occupatione circa res vanas a dilectione Dei elapsus opprobrium fiam
5 Christo. Qui enim nunc decipit nos, & per mundanas inescationes obliuionem benefactoris nobis omni studio inducere conatur in perniciem animarum nostrarum nobis insultans, & in opprobrium nos inuadens; tunc afferet Domino nostrum contemptum, & gloriabitur ob inobediẽtiam, ac defectionem nostram, quòd neque qui condidit nos, neque qui mortuus est pro nobis, habuerit nos ipsum sequentes ob inobedientiam, & negligentiam mandatorum Dei. Hoc opprobrium, quod est contra Dominum, & hæc iactantia inimici gehennæ pœnis mihi grauior videtur, vt hosti Christi materia iactantiæ fiamus, & elationis occasio contra ipsum, qui pro nobis mortuus est, cui etiam ob id abundantius debitores sumus, velut scriptum est.

6 IDEM sic habet. Anima præ tumultibus,
In responsione septimæ interrogationis. & occupationibus, quas communis vita inducere solet a memorabiliore memoria Dei distracta non solum gaudet, & exhilaratur in Deo, damnum patitur, vt ipsa delicietur in Do-
Psal. 76. mino, & verbis ipsius dulcescat, quo dicere possit. Memor fui Dei, & exhilaratus sum; sed etiam ad contemptum, & obliuionem iudiciorum ipsius penitus assuescit, quo nullum maius, aut perniciosius malum pati possit.

7 IDEM sic habet. Respondens huic quæ-
In libro cui titulus est, Regulæ breuiores in responsione 157. interrogationis. stioni, quo affectu quis debeat seruire Deo, affectum bonum esse arbitror, concupiscẽtiam vehementem complacendi Deo, & insatiabilem, ac fixam, & immutabilem. Acquiritur autem hic in contemplatione assidua, ac perpetua mahestatis gloriæ Dei, cogitationibusque pijs, & indesinenti memoria bonorum contingentium
Matt. 22. a Deo, ex quibus innascitur animæ, illud: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex totis viribus, iuxta eum, qui dixit. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum ita desiderat anima mea ad te Deus. Cum tali itaque affectu, seruire oportet Deo; vt impleamus, quod ab Apostolo dictum est. Quis separabit nos a dilectione Christi, tribulatio, an angustia, &c.
Psal. 41.
Rom. 8.

8 CHRYSOSTOMVS ait: Nos hominum beneficia recordantes, vehementius eorũ
Hom. 26. in Matthæum to. 2. amore succendimur, multo magis beneficiorũ Dei memores studiosiores erimus ad ipsius mandata seruanda, idcirco Apostolus dixit. Et grati estote. Optimus quippe beneficiorum custos est ipsa memoria beneficiorum: sunt enim sacra mysteria beneficiorum recordatio plurimorum, nosque faciunt Deo debitas gratias semper exoluere. Si enim Dominum ex virgine esse natum, grande miraculum est, & Euan-
Luc. 2. gelista cum admiratione dicebat, hoc autem totum factum, in quo tandem beneficiorum ponemus loco, illum etiam mortuum esse pro nobis? Nam si illius tantummodo nasci, totum vocatur, iam semetipsum nobis cibum dare, quid vocandum est? *Et infra*. Et nos, tum de magnis, tum de paruis beneficijs memoriam habeamus. Et si enim paruum aliquid fuerit, fit magnum tamen de honore donantis, & nihil exiguum est, quod illo largiente confertur, non solum etiam, quia datur a Deo: sed quia tale est quidquid ille confert, vt dici non mereatur exiguum; vt enim alia præteream, quæ multitudine sua numerum exuperant arenarum, quid nã poterit ei, quæ propter nos facta est, dispensationi præferri? Quod enim erat apud Deum omnibus pretiosius, vnigenitum pro nobis filiũ dedit, & quidem cum adhuc essemus inimici.

9 IDEM sic habet: Dixi quidem sexenties;
Hom. 3. in acta Apostolorum to. 3. dicam tamen, & nunc modum vnum inuenisse mihi videor maximum, & mirabilem, nempe, vt cum eo, quod recogitamus innumerabilia, & maxima beneficia, quæ communiter cum alijs a Deo accepimus, & pro quibus gratias habemus, recogitemus autem id quotidie. Igitur, quod magnam hæc habeant vim, vnusquisque nostrum apud seipsum recogitet, & diligenter scrutetur, num aliquãdo in periculum prolapsus, hostium manus effugerit, & beneficia Dei, quæ conscribi præ multitudine nequeunt, tamquã in libro habeat; vtpote si forte ante lucem egressus in viam periculum euasit, si forte incidens in manus hominis, eos vicit; si forte morbo correptus desperantibus omnibus iterum conualuit. Multum enim, & hoc valet ad con-
10 ciliandum nos Deo. Sane si Mardochæus ille, ita habuit subsidiaria bona opera, quæ ab ipso facta, cum venissent in memoriam regis, vt ad illam gloriæ claritudinem perueniret; multo magis nos si memores fuerimus, & duorũ istorum operum diligens faciamus examen; quid nos quidem peccauerimus in Deum, & quid boni ille nobis fecerit, ita & grati erimus, & omnia effundemus. At nullus hæc recogitat: sed quemadmodum de peccatis loquimur esse nos peccatores, peccata non in specie memorantes, & exquirentes, ita & de beneficijs Dei, quod benefecerit nobis Deus dicentes, non specia-

speciatim illa examinamus. Non dicimus, vbi, & quanta, & in quo tempore; sed ex præsenti magnam faciemus diligentiã. nam si quis etiã vetera repetere potest, omnia diligenter consideret, grandem inuẽturus est thesaurum; hoc etiam nobis vtile est, vt non desperemus: nam cum viderimus, quòd sæpe nobis præsidio fuerit, non desperabimus, nec putabimus nos abij-
11 ci, sed ingens illius pignus accipiemus suam erga nos prouidentiam, ac curam; cogitantes quòd peccantes non punimur, sed etiam præsidio fuimus. *Infra*. Si memores beneficiorum ab hominibus acceptorum multum dolemus, quod non possumus illis aliquid rependere; multo magis hoc in his, quæ a Deo accepimus.
Iob 2. Si igitur volumus non cõtristari, dicamus oro, Si bona suscepimus a Domino, mala nõ sustinebimus? Vide & Iacob quomodo hæc in mente
Gen. 48. habebat, ideo dicebat, Angelus qui eripuit me a natiuitate mea. Et non solum quòd eripuit, sed quomodo, & etiam in quo, cogitemus. Vide igitur, & illum seorsum memorem esse beneficiorum. In baculo meo, inquit, transiui Iordanem. Iudæi etiam eorum, quæ patribus euenerant memores semper erant, repetentes
Gen. 32. subinde ea, quæ in Aegypto facta sunt. Igitur multo magis nos propria, quę nobis acciderũt, quoties in pericula, & angustias incidimus, etsi Deus manum nõ adhibuisset olim perijssemus, hæc cogitantes omnes, & quotidie recensentes nobiscũ gratias perpetuas habeamus Deo.

12 IDEM sic habet: Vniuersus orbis efficitur
Lib. 2. de compunctione cordis to. 5. tamquam mensa vna omnibus hominibus. Sed parua sunt hæc in muneribus Dei. Quid deinde dicam? Quod notam fecit Deus sapientiam suam hominibus, & capaces eos esse voluit huius tam ineffabilis muneris, & hoc fecit, cũ ipsi nondum aliquid apud Deum meriti collegissent. Cumque eis intellectum concesserit diuinorum, homo tamen erga tanti muneris datorem extitit ingratus. Et ne sic quidem eum respuit diuina clementia, sed & hoc ipsum quidem quod videtur pœna præuaricationis imposita remedium fuit, nolentis vltra procedere malum, sed furorem audaciæ reprimẽtis. Hæc & horum similia ex diuinis beneficijs reminiscens iustus, quæque per eum futura promittuntur bona per horas singulas, & momenta considerans, & in corde suo discutiens, ad immen-
Psal. 115. sum bonitatis, & beneficiorum eius pelagus aspiciens dicebat. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? & peccata
13 quidem propria sine intermissione dijudicat, & retractat, iustitiæ vero suæ, in nullo penitus meminit: nõ sicut agimus, qui de peccatis quidem nostris, quæ multa sunt, & grauia, nec quidem mentionem facimus: siquidem vero parũ boni operis agere videmur, hoc sine intermissione & dici volumus, & audiri. *Infra*. Hic est affectus serui fidelis, vt beneficia Domini sui, quæ communiter data sunt omnibus, quasi sibi soli præstita reputet, & quasi ipse sit omnium
Gal. 2. debitor hoc fecit. Et Paulus qui mortem Domini, quæ pro vniuerso impensa est mundo, soli sibi præstitam dicit. Qui tradidit semetipsum pro me. Hoc autem dicebat, non coangustare volens altissima per orbem terrarum diffusa Christi munera; sed quasi qui pro omnibus se solum iudicaret obnoxium. Et re vera, quid interest, si & alijs præstitit, cum quę tibi præstita sunt, ita integra sint, & ita perfecta, quasi nulli alij ex ijs aliquid fuerit præstitum. Ideo denique, & illa boni pastoris parabola, non dicit. 14
Quia venit oues multas quærere, sed vnam, *Luc. 15.*
vna namque est, quia sic omnibus, quasi vni *Psal. 34.*
diuina beneficia conferuntur. Hæc ergo sunt, pro quibus Dauid affligebatur, etenim, qui pecuniam mutuam sumunt, si non habent vnde restituant, sed multo fenore opprimantur, neque cibum capere, neque quietem possunt excruciati sollicitudine, consumptique vigilijs. Quomodo ergo iustus non excrucietur, considerans non se in pecunia, sed in morum actibus esse debitorem? Sed nos non ita agimus, immo vero si visi fuerimus, vel parum aliquid ex multis debitis soluere, iam videmur nobis non tam soluisse debita, quàm opes plurimas, & largos in cælis recondidisse thesauros. Sufficit sanctis & magnis ad compunctionem cordis recordari diuina beneficia, & operum vestrorum gloriam non vobis ipsis assignare, sed Deo.

15 IDEM sic habet: Itaque rogo, ne torpea-
Hom. 72. ad populum. mus, sed quisque nostrum, si fieri potest, per singulos dies intra se computet non tantum communia beneficia, verum, & proprie sibi collata, non promulgata, & omnibus manifesta, sed etiam peculiaria, multosque latentia; sic enim continuam gratiarum actionem Domino poterit exhibere. Hoc maximum est sacrificium, hæc oblatio perfecta, hoc fiduciæ nobis fiet occasio. Et qualiter dicam, qui iugiter hæc in sua mente reuoluit, & propriam quidem discit vtilitatem, ineffabilem vero nimiamque Dei misericordiam diligenter cogitat, & quomodo nõ peccatorum nostrorum merita, sed propriã respiciens bonitatem, nostra disponit, cogitatione contrahitur, conteritur corde, omnem arrogãtiam corripit, modeste se gerere docet, præsentis vitæ gloriam despicere, omnia deridere visibilia, vitam nullo termino finiendam sperare. Qui vero mente sic fuerit affectus, verum offert, & acceptabile Deo sacrificium; gratos enim seruos, non ita pœnæ suppliciaque, sicut beneficia conuertunt.

16 HIERONYMVS sic habet: Domine
In epist. ad Ciprianum in quo exponitur Psalm. 89. to. 2. refugium factus es nobis a generatione in generationem, narraturus tristia, & genus deploraturus humanum a laudibus Dei incipit, vt quicquid postea homini accidit aduersorum, non creatoris duritia, sed eius qui creatus est culpa accidisse videatur. Quod autem dixit, a *Psal. 89.*
generatione in generationem, omnia significat tempora ante legem, in lege. *infra*. Antequam *Ibid.*
montes fierent, aut formaretur terra, & orbis, a sæculo, & vsque in sæculum tu es Deus. Antequã animæ nostræ sublimia dogmata firmarentur, & terra corporis nostri stabiliretur a Deo, Deus nobis semper refugium fuerit, vt bene-

beneficia ipsius sint ratio, qua manuducamur flagella nostrorum causa malorum euenire nobis.

17 IDEM explicans illa verba: Ego Dominus Deus tuus eduxi de terra Aegypti, adhuc sedere te faciam in tabernaculis, sic ait: Tu quidem tanta peccasti, vt lætareris in scelere, & multitudinem peccatorum putares esse diuitias, & diceres, Diues effectus sum, inueni idolũ mihi. omnes labores mei peccata mea inuenire non potuerunt. Ego autem Dominus Deus, qui te eduxi de terra Aegypti, quando seruiebas Pharaoni, & ædificabas de luto, & paleis ciuitates, adhuc tribuo tibi locum pœnitentiæ, & magnitudine promissorum hortor, vt ad me redeas, adhuc enim sedere te faciam in tabernaculis, sicut in diebus festiuitatis. Dié festiuitatis, scenopegiam vocat, septimo mense quintadecima die mensis, quando de Aegypto egressi sunt filij Israel, sicut inquit in eo tempore te de Aegypto liberaui, & habitasti in tabernaculis; ad terram sanctam, & ad locũ templi ire festinans: sic etiam nunc educam te de tribulatione, & angustijs, & imminente captiuitate, si tamen feceris, quæ præcepi: ego enim sum qui per omnes Prophetas, & varia genera visionum assimilatus sum hominibus, & te ad pœnitentiam prouocaui.

Lib. 3. in ca. 12. Oseæ to. 5.

18 IDEM explicans illa verba: Eleuauerunt cor suum, & obliti sunt mei, ait: Obliti sunt Dei qui præceperat eis; vt legis verba religarent inter oculos, & in manibus, atque in fimbrijs palliorũ, ne vnquã obliuiscerentur Dei sui. Et ego ero eis quasi leœna, quasi pardus in via Assyriorum, occurram eis, quasi vrsa raptis catulis, & disrumpam interiora iecoris eorum, & consumam eos, quasi leo, bestia agri scindet eos, illi obliti sunt mei, ego autem ero eis, quasi leæna, & sicut pardus in via Assyriorum, quando ducentur captiui ab Assyrijs, & occurram illis quasi vrsa raptis catulis, siue septuaginta verterunt, indigens cibo. Et disrumpam eorum vniuersa vitalia. Aiunt qui de bestiarum scripsere naturis, inter omnes feras nihil esse vrsa sęuius, cum perdiderit catulos, vel indiguerit cibis. Et non solum leænæ, pardi, & vrsi ferociam comminatur; sed leonis quoque, & omnium bestiarũ, quæ gignuntur in saltibus, & in hæc omnia dicit se esse vertendum, quando ierint ad Assyrios, ne cum ibi dura fuerint perpessi, non potentiæ, & indignationi Domini: sed hostium fortitudini assignent miserias suas, simulque consideremus, quòd qui in Euangelio credentibus loquitur. Venite ad me omnes qui laboratis, &c. & ego reficiam vos, nunc per Prophetam incredulis, & his qui ipsius obliti sunt, panther, pardus, vrsa, & leo efficitur.

In cap. 13. Oseæ.

Matt. 11.

19 IDEM explicans illa verba: Dilexi vos dicit Dominus, & dixistis, in quo dilexisti nos, sic ait: Iudas ad quem solebat fieri verbum Dei, & visio Domini, onus eius, & pondus supplicium granissimum portare compellitur, vt grauiora peccata deponat, & sentiat per tormenta quem non sensit per beneficia, & ne pœna in subs videatur iniusta, subijcit Dominus. Dilexi vos, quem enim diligit Dominus, corripit, castigat autem omnem filium quem recipit, & dicens dilexi, præsens negat, dum præteritum confitetur: illi quidem respondent temeritate, qua peccant obliti beneficiorum eius, in quo dilexisti nos, ad quæ Dominus, vt cetera inquit taceã, & quod nuper de Babylonica captiuitate venistis, incunabula vestra tractabo, antequam nascereminí, immo priusquam Rebecca Esau, & Iacob vtero suo funderet, in Iacob vos dilexi, in Esau Idumæos odio habui.

In cap. 1. Malachiæ.

Heb. 12.

20 IDEM explicans illa verba: Confidit in ea cor viri sui, ait: Hoc ab humana consuetudine tractum est, sicut enim is, qui fortem, fidelem & castam habet coniugẽ, confidit in ea certissime; quia nil contra suam voluntatem agere, nulla adulterina cogitatione possit cõtaminari, cuncta pro suo amore, etiam aduersa libenter tolerat, & quoscumque valet, ad suam amicitiam conuertere desiderat: sic nimirum Dominus in Ecclesia confidit. Nouit enim spiritũ gratiæ, quem dedit, nouit virtutem charitatis, quam eius præcordijs infudit; ideoque non dubitat eam, non solum a suę fidei integritate nequaquam posse corrumpi; sed etiam perseueranter insistere, vt plures ad eiusdem fidei congreget vnitatem. Reddet ei bonum, & non malum omnibus diebus vitæ suæ, reddet quippe anima Christo bonum, cum perceptis ab eo vitæ muneribus recte viuendo respondet, cum ea quæ ipsa scire, vel facere ab illo adiuta potuit, etiam alijs intimare satagit. Bene autem ait, & non malum, quia sunt profecto, qui acceptis a Domino bonis mala rependunt, fidem quam professione seruant prauis operibus blasphemando.

In c. 3. 1. Proverbiorum to. 8.

21 IDEM explicans illa verba: Deus autem qui diues est in misericordia propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo, sic habet: Deus diues est in misericordia, & diues propter charitatem suam qua dilexit hominum genus. Et charitatem non simplicem, sed multam, cum essemus mortui propter delicta nostra viuificauit nos, & non solum viuificauit, parum quippe hoc erat bonitati, & magnitudini eius, sed viuificauit cum Christo Iesu vnam, atque eandem vitã tribuens habere cum Christo; vt ostenderet in sæculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo Iesu, quanta sit beneficij magnitudo, & quàm multiplex gratia, qua nos Dominus de sęculi istius perturbationibus liberatos sedere fecit, & regnare cum Christo. Hinc vel maxime comprobatur, quòd in futuris sæculis non vno, sed omnibus suam cunctis rationabilibus creaturis ostẽsurus est gloriam, suasque diuitias monstraturus, quod nos qui quondam lege tenebamur inferni, & propter vitia, atque peccata, vt operibus carnis ita eramus, & supplicijs destinati, nunc in Christo regnemus, sedeamusque cum eo. Sedeamus autem non in humili quocumque loco, sed super omnem

In cap. 2. ad Ephesios to. 8.

nem principatum, & potestatẽ, & virtutẽ, & dominationem, sedentes super his quæ sedet ille Dominus, qui sedet super omnẽ principatũ, &c.

22 BERNARDVS sic ait: Vides quàm fugienda quædã, quã fit quædam obliuio cupienda. Neque enim totus Manasses Iordanem trãsiit, sed neque totus citra sibi elegit mansionẽ. Est qui oblitus est Domini creatoris sui, & est qui prouidet Deũ in cõspectu suo semper oblitus populũ suum, & domũ patris sui. Et ille quidem cælestia obliuiscitur, hic vero quæ sunt super terrã. Iste præsentia, ille futura; iste quæ videntur, ille quæ non videntur. Postremo iste, quæ sua sunt, ille quæ Iesu Christi. Vterq. Manasses, vterq. obliuiosus, sed alter quidẽ Hierusalem, alter Babylonis oblitus, alter eorũ quæ impediũt, & alter eorũ magis, quæ expediũt, & quæ non expedit obliuiscí. Atque hic penitus imparatus ad videndã in se Domini maiestatẽ.

Ser. 6. in vigilia Nativitatis Domini.

Psal. 44.

2. Cor. 4.

Phil. 2.

23 IDEM sic habet. Onus beneficiorum dulce onus, sed ei qui sentit, & qui experitur. Alioquin si non inuenias, si non aduertas, graue omnino, & periculosum. Oneriferũ animal homo tempore suæ mortalitatis, si adhuc portat peccata sua onus est graue: si iam forte exoneratus est a peccatis, minus est graue. Sed si sanus sapiat, non minus grande onus inueniet hanc ipsam, quam diximus exonerationẽ. Onerat nos cum exonerat Deus, onerat beneficio quẽ exonerat peccato. Vox onerati, Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi, vox onerati, Exi a me Domine, quia homo peccator sum, vox onerati, Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui Deum. Semper, inquit, timui. Sicut ante, sic post acceptam indulgentiam peccatorum. Beatus homo, qui ita semper est pauidus, nec minori angitur sollicitudine, ne forte obruatur beneficijs quàm peccatis. Ad hoc siquidem diuina nobis tam sedula erga nos, & tam profusa beneficia commendantur, vt sollicitemur ad gratiam, immutemur ad dilectionem.

Serm. 15. in Psalm. qui habitat.

Psal. 115.

Luc. 5.

Iob 31.

24 IDEM sic habet: Suadeo vobis amicis meis reflectere interdum pedem a molesta recordatione viarum vestrarum, & euadere in itinera planiora sermonis memoriæ beneficiorũ Dei, vt qui in vobis confundimini, ipsius intuitu respiretis. Volo vos experiri illud, quod sanctus Propheta consulit dicens. Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Et quidẽ necessarius dolor pro peccatis, sed si non sit cõtinuus, sane interpoletur lætiori recordatione diuinæ benignitatis, ne forte præ tristitia indu retur cor, & desperatione plus pereat. Misceamus absynthio mel, vt salubris amaritudo salutem dare tunc possit, cum immixto temperata dulcore bibi poterit. Audi denique Deum dicentem per Prophetam. Ego infrenabo os tuũ laude mea, ne intereas. Hoc est ne interitu facinorum tuorum nimiam incurras tristitiam, atque instar effrenis equi desperatus in præceps ruas, & pereas. Freno te, inquit, inhibebo indulgentiæ meæ, & meis laudibus erigam, respirabisque in bonis meis, qui de tuis confunderis malis, dum me sane benigniorem, quàm te culpabiliorem inuenies. Hoc freno si infrenatus fuisset Cain, non dixisset maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear. Absit, absit. Maior est enim eius pietas, quàm quæuis iniquitas. Ideo Dauid dixit. Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua, vt videlicet, qui infelicitatem in vijs proprijs perpessus fuerat, in via testimoniorum Dei delectaretur, sicut in omnibus diuitijs. Et vos igitur exemplo iusti, si de vobis in humilitate sentitis, sentite, & de Domino in bonitate. Hoc autem facile menti persuadet diuinæ munificentiæ frequens immo continua recordatio, alioquin quomodo implebitur apostolicum illud, In omnibus gratias agentes, si ea pro quibus gratię debẽtur, a corde recesserint. Nolo vos Iudaico notari opprobrio, de quibus dicitur, quòd non fuerint memores benefactorum eius, & mirabilium eius, quæ ostendit eis. Verum quoniam bona, quæ largiri mortalibus non cessat misericors, & miserator Dominus recolere, & recolligere omnia omni homini impossibile est. Quis enim loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius? Id saltem quod præcipuum est, & maximum opus videlicet nostrę redemptionis a memoria redemptorum aliquatenus non recedat.

Gen. 4.

Psal. 118

Ibid.

Sap. 1.

1. Thess. 5.

Psal. 77.

Psal. 105

Beneficijs Dei grati esse debemus, maxime, ipsisq. amore respondere. Cap. XIII.

1 BASILIVS explicans illa verba: Confitemini memoriæ sanctitatis eius ait: Non dixit, Cõfitemini sanctitati eius, sed memoriæ sanctitatis eius, hoc est gratias agite. Confessio enim hic pro gratiarum actione sumitur. Gratias agite igitur, quòd in memoria sanctitatis ipsius estis, qui prius propter demersionem in malitiam, & iniquinationem immunditiarum carnis ad obliuionem venistis sanctitatis conditoris vestri. Pro remissione igitur peccatorum gratias agite Deo.

Hom. 7. in Psalm. 29. to. 1.

2 IDEM sic ait: Qualis debet esse anima, quòd omnino digna facta est in opere Dei deprehendi? Respondeo qualis erat, quæ dicit. Quis sum ego Domine mi, & quæ est domus mea, quòd dilexisti me, implens illud, quod scriptum est. Gratias agentes Patri, qui idoneos fecit nos in partem sortis Sanctorum in lumine, qui liberauit nos de potestate tenebrarum, & transtulit ad regnum filij dilectionis ipsius.

Lib. de regulis breuius disputatis in responsione 167. to. 2.

Coloss. 1.

3 CHRYSOSTOMVS sic habet. Vide quantum honorem Deus homini dedit. Cum primum illum creauit, extra paradisum quidẽ formauit illum, sed mox introduxit, vt re ipsa sensu beneficiorũ frueretur, sciretq. quantus il-

Hom. 13. in Geneſim to. 1.

Gen. 2. li honor esset concessus. Et posuit hominẽ illic quem formauit, verbũ posuit, iterũ sic intelligamus pro eo quod præcepit illi, vt esset illic, vt & ex aspectu, & conuersatione multã perciperet voluptatẽ, prouocareturq. ad gratitudinem, intelligens quantis sit affectus beneficijs, cum nullũ adhuc boni specimen præbuisset. Et oriri fecit Deus præterea ex terra omne lignũ pulchrũ ad videndũ, & bonum ad edendũ, & lignum vitæ in medio horti. Ecce secundã beneficentiæ speciem, & honorẽ, quem in hominem recens formatũ collocauit. Nam postquam illũ in paradiso cõuersari voluit, & præcepit varias arbores ex terra prouenire, quæ simul, & oblectare illũ possent, vtpote, & spectatu iucundæ, & esui accommodatæ, & quia erant tam multæ, & quia concessæ mirificã fruituro contulissent voluptatẽ. Quasi Angelus aliquis vixisset homo super terrã, corpore quidẽ amictus, sed extra corporis necessitates constitutus, & sicut rex purpura vestitus, & diademate ornatus, ita in paradiso impauide versabatur in magna rerum copia.

4 IDEM postquam Abraham tabernaculum
Hom. 34. in Genesim. fixit apud quercũ Mambre, statim ibi altare Domino struxit. Vidisti mentem gratam, quia mox vt tabernaculũ fixit, statim pro facta sibi promissione gratiarum actiones obtulit Domino. In singulis locis, vbi tabernaculũ fixit inuenies hoc præ omnibus ei fuisse curę, vt extructo
1. Thim. 2 altario preces offerret, & Apostoli præceptũ impleret iubẽtis, vt in omni loco oretur, & eleuentur sanctæ manus. Vidisti animã diuino amore succensã, & ad diuina prõptã, perque omnia gratias agentẽ? Nõ enim expectauit, donec promissa cõplerentur, sed & mox pro promissione gratias egit, & faciebat quod in se erat, vt de præuijs dignã, & sinceram gratitudinẽ præ se ferens Dominũ suum prouocaret ad promissiones suas implendas. Illud sane, & nos imitemur, & promissionibus diuinis fidamus, quasi iam ante oculos videremus promissiones impleri. Infra enumeratis multis Dei beneficijs
5 2. Cor. 5. ait. Hæc mẽte recogitãs beatus Paulus, & quasi alatus in vniuerso orbe currens in corpore incorporea facere studens clamabat dicens. Charitas Dei detinet nos. Vide gratitudinem, vide omnis charitatis excellẽtiã. Charitas detinet nos, hoc est compellit, constringit, cogit, iudicantes hoc, quoniã vnus pro omnibus mortuus est, & viuentes posthac non sibiipsis viuãt sed illi, qui pro ipsis mortuus est, & alibi. *Infra.* Quod autẽ nunc viuo in carne, in fide viuo Filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Vide animã ignitam, vide mentẽ alatam.
Gal. 2. Quod autẽ nunc viuo, in fide viuo. Ideſt, non putetis me facere aliquid huius vitæ causa; nam licet carne vestitus sim, necessitatibusque carnis alligatus, in fide tamen viuo quæ in Christum, despiciens omnia præsentia, & spe quæ in illũ est, omnia prætercurrens intentã in cælũ mentẽ habeo. Deniq. vt discas excellentiã amoris
6 sui dicit. Qui me dilexit, & tradidit semetipsũ propter me. Considera quã eminens gratitudo? Quid dicis o beate Paule? Paulo ante dicebas. Rom. 8. Qui proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eũ, & nunc dicis, qui dilexit me, & propriũ vsurpas cõmune beneficiũ? Profecto inquit, nam licet pro omni hominũ genere sacrificiũ oblatum sit, tamẽ propter amorẽ in eũ id quod factũ est omnibus propriũ mihi facio, &c. & Prophetis mos est facere, & dicere Deus Deus meus, quamuis totius orbis sit Dominus, sed peculiare hoc est amori, vt ex cõmunibus ppria faciat. Filij Dei qui dilexit me. Quid dicis? Te solũ dilexit? Omnẽ hominũ naturã dilexit, sed ego ei gratias debeo, quasi me solũ dilexerit. Quid ergo pro te solo crucifixus Ioan. 15. est? An nõ dicit, quãdo exaltatus fuero, trahã ad me omnes? Nõne tu dixisti, quòd pro nobis omnibus tradidit seipsum? Profecto nõ loquor pugnantia, sed meũ amorẽ ita solor. Qualẽ igitur 7 vicissim gratiarũ actionẽ exhibere poterimus tam diuitẽ erga nos charitatẽ declarãti? Etiãsi animam ipsam impendamus pro suis legibus, neq. sic ad charitatis modũ pertingere poterimus, quam erga nostrũ declarauit genus. Ipse enim Deus existens pro hominibus hoc subijt, & Dominus pro seruis, & nõ pro seruis simpliciter, sed pro ingratis, & perpetuis inimicis, & ipse prior in indignis, & toties lapsis tantam contulit beneficientiã. Nos autẽ etiãsi nos faciamus quæcũque facere poterimus, nihil magnũ faciemus, vt ei qui nos tãtis beneficijs præuenit aliquid rependamus. Nostra enim si qua sequũtur, retributio quidẽ sunt, & debitũ, illius autem sunt, & gratia, & beneficia, & largitionis magnitudo. Hæc igitur cogitantes diligamus Christũ, sicut Paulus ipsum dilexit. Ita enim, & omnia quę in hac vita sunt deridebimus, & terram, quasi cęlũ inhabitabimus, neq. felici huius vitæ successũ remissiores erimus, nec aduerso, & tristi consternabimur.

8 HIERONYMVS sic ait explicãs Psalmi
In epitaphio Paulæ, & Eustochium de assumpt. B. Mariæ 10. versiculum, Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo ostendam illi salntare Dei: Sermo diuinus cũ de peccatore ageret in Psalmis, Sacrificiũ, inquit, laudis honorificabit me, protinus addidit. Et illic iter est, quo ostendam 4. illi salutare Dei. Ac si patenter dicat. Illic iter est laudis ad ęternam laudem sine fine mãsurã, iter salutis nostræ in laudibus est Saluatoris.

9 IDEM sic ait: Tradunt Hebræi ideo ægro-
In cap. 29 Isaiæ to. 4. tasse Ezechiã, quoniam post inauditã victoriã Iudæorũ, & Assyrij regis interitũ non cecinerit laudes Domino, quas cecinit Moyses Pharaone submerso, & Debbora interfecto Sisara, & Anna genito Samuele, vnde commonitum esse fragilitatis suæ.

10 IDEM explicans illa verba: Quis enarra-
In c. 38. Iob to. 8. bit rationem cælorum, & concentum cæli quis dormire faciet, sic habet. Multis scripturarũ locis laudare Deũ elemẽta dicũtur, pro eo quòd in illorũ dispositione, ac pulchritudine Deus, vel ab hominibus, vel ab Angelis prædicetur. Ideſt, quis homines in eius laudibus vitã exercentes dormire, ideſt, quiescere faciet? Pro hoc itaq. honore, qui ab Ecclesię cõgregatione persoluitur, quis alius, quam ipse requiẽ dabit, ac refrigeriũ in sempiternum. Dormitio enim in scripturis aliquando requies intelligitur. Et concentum cæli quis dormire faciet? Per hoc sanctos Angelos possumus intelligere, qui pro
Psal. 67. ipsa habitatione cæli cælum dicti sunt per Prophetam hoc modo. Cælum cæli Domino. Huius igitur cæli concentum ait Dominus, quis dormire faciet, ideſt quis erit ille, qui eos a perpetuis laudibus, quibus me benedicunt incessabiliter concinentes, vt cessent, & quasi obdormientes possit inhibere?

11 IDEM explicans illa verba: Circuibo in
In Psal. 26. to. 8. tabernaculo eius, hostiam vociferationis cãtabo, & Psalmum dicam Domino sic ait: Circuibo, ideſt, exercitabor in creaturis Dei considerans orbem in Christo credentem, quia cõsiderat creaturas Dei, cum aliquis cælum, & terrã, vel mare cum suis ornamentis conspexerit, inuenit, quid immolet Deo hoc est laudem. Circuibo hoc est per quattuor mundi partes exempla Sanctorum inquiro, & ibi inuenitur laus Dei. Et immolabo in tabernaculo eius hostiã vociferationis. Quod pro nobis ad tempus humilitatem sustinuit gaudens prædicabo, quia talibus hostijs delectatur, hostiam iubilationis hoc est laudis. iubilus dicitur, qui nec per litteras, nec per syllabas, nec verbis potest comprehendere magnitudinem laudationis Dei. Hostia dicitur, quæ per partes diuiditur, & sanguis circa altare effunditur, & ipsa hostia foris comburitur, sacrificium dicitur vinum, & oleum, & medium animal, & holocaustum totum combustum, & victima antequam occidatur. Cantabo, & Psalmum dicam Domino, cantabo, prædicabo, Psalmum dicam, opere compleam, vel laudes spirituales mente concinam dilatata.

12 AVGVSTINVS explicans illa verba:
In expositione 2. super Psal. 29 to. 8. Numquid confitebitur tibi puluis, aut annunciabit veritatẽ tuam sic ait: Confessio gemina est, aut peccatorum, aut laudis. Quando nobis male est in tribulationibus confiteamur peccata nostra, quando nobis bene est in exultatione iustitiæ, confiteamur laudem Deo, sine confessione tamen non simus. *Infra.* Domine Deus meus in æternũ confitebor tibi, ideſt in æternũ laudabo te. Confitere modo, quod tu fecisti in Deum, & confiteberis quid tibi fecerit Deus. Quid fecisti? Peccata. Quid Deus confitenti tibi iniquitatem tuam? dimittit tibi peccata, vt ei postea laudes ipsius confitens, in æternum non compungaris peccata.

13 IDEM explicans illa verba: Repleatur os
In concione in Psal. 70. meũ laude, vt cantem gloriã tuam tota die magnitudinem tuam, sic ait: Quid est tota die? Sine intermissione in prosperis, quia consolaris, in aduersis, quia corrigeris, antequã essem, quia fecisti, cum essem, quia salutem dedisti, cũ peccassem, quia ignouisti, cum conuersus essem, quia adiuuisti, cũ perseuerasse, quia coronasti. Ita plane repleatur os meũ laude, vt hymno dicam gloriam tuam, tota die magnificentiã tuã.

14 IDEM explicans illa verba: Benedic anima
In Psal. 102 mea Domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius, sic ait: Audiat ipsa anima nostra, cõsideret omnia quibus excitetur, ne pigra sit in benedictione Domini, & videat an iustũ sit, quod ei dicitur, Benedic anima mea Dominũ, & omnia interiora mea nomen sanctũ eius. Interiora sua alloquitur homo, vt benedicãt Dominum, & dicit eis. Omnia interiora mea nomen sanctum eius benedicite. Quæris quæ sunt interiora tua? Ipsa anima tua. Quod ergo ait: Benedic anima mea Dominum, hoc ait, omnia interiora mea, subauditur enim benedicite nomini sancto eius. Clamas voce si est homo, qui te audiat, siles voce, quando non est qui audiat. Interiora tua numquã deest, qui audiat. Itaq. sonabat iamdudũ benedictio de ore nostro, & hęc ipsa verba cãtabamus, Benedic anima mea Dominum, quantũ satis fuit tẽporis cãtauimus, & siluimus. Numquid interiora tua silere debent a benedictione Domini. Alternet pro tempore 15
sonus vocũ, perpetua sit vox interiorum. Cum conuenis in Ecclesiã hymnum dicere, sonet vox tua laudes Dei, dixisti quantũ potuisti, discessisti, sonet anima tua laudes Dei, negotiũ agis, laudet Dominũ anima tua. Cum cibũ capis, vide
1. Cor. 10. quid ait Apostolus. Siue manducatis, siue bibitis omnia in gloriã Dei facite. Audeo dicere, cum dormis, benedicat anima tua Dominũ, nõ te excitet cogitatio flagitij, non te excitet depositio furti. Innocentia tua etiam in dormiente vox est animæ tuæ, benedic anima mea Dominũ, &c. Repetitio ad exhortationẽ valet, vt autẽ benedicat semper Dominũ noli obliuisci omnes retributiones eius. Si obliuisceris, tacebis, non autẽ poterunt ante oculos tuos esse retributiones Domini, nisi ante oculos tuos fuerint peccata tua. Non sit ante oculos tuos delectatio præteriti peccati, sed sit ante oculos tuos damnatio peccati a te, remissio a Deo, hęc enim retribuit Dominus, vt possis dicere. Quid retribuã Domino pro omnibus quæ retribuit mihi. Quid retribuã Domino dixit, omnibus Psal. 115
quæ retribuit. Non ait quæ tribuit mihi, sed quæ retribuit. Retribuisti tu mala pro bonis, & retribuit ipse bona pro malis. Quomodo retribuisti tu homo Deo mala pro bonis? Qui prius 16
fuisti blasphemus, persecutor, & iniuriosus retribuisti blasphemias. Pro quibus bonis? Primo quia es cũ non esses, deinde quia viuis, quia ad imaginẽ, & similitudinẽ tuã te fecit super omnia pecora, & volatilia, tu autẽ pro gratijs agẽdis, pro obsequio, pro cultu religioso, ideſt pro his omnibus bonis, quæ debebas Deo tuo, pro bonis, quæ accepisti, quæ dixi, retribuisti blasphemias. Quid ergo ille? Cõfitere ignosco, retribuo, & ego, sed non quod retribuisti. Tu retribuisti mala pro bonis, & ego retribuo bona pro malis. Cogita ergo anima omnes retributiones Dei, cogita omnia mala facta tua. Quàm multa enim facta tua, tam multæ bonæ retributiones eius. Et quid offeres illi forte senior? Quid munerum? quid sacrificiorũ? Quoniã non obliuisceris omnes retributiones eius. Hoc sacrificio delectatur, Benedic anima mea Dominum, sacrificiũ laudis glorificabit me. Immola

Deo sacrificium laudis,& redde altissimo vota tua.Laudari se vult Deus,& hoc vt tu proficias, non vt ille sublimetur.Nó est omnino,quod illi retribuas,& quod exigit nõ sibi,sed tibi exigit, tibi proderit, tibi seruatur.Non hoc a te amat, quod illũ augeat, sed quod te ad illũ perducat.

17 IDEM explicans illa verba:Laudate nomẽ
In Psal. 34. Domini,laudate serui Dominũ,sic ait:Psalmus iste, vt laudemus nomen Domini suadet, cautumque: quare iustum sit illum laudare, subdit, cum dicit, Laudate serui Dominum. Quid iustius? quid dignius? quid gratius? Etenim si nõ laudauerint serui Dominum, quid facient nisi laudauerint? Sentient seuerum Dominũ. Neq. enim seruus ingratus, si Dominũ suum laudare noluerit,ideo efficit, vt seruus non sit. Laudes, nõ laudes seruus es,sed si laudes propitiaberis, si non laudes offendis. Hortatur nos, vt laudemus Dominũ,nã laudibus nostris, non ille crescit,sed nos. Deus nec melior fit,si laudaueris, nec deterior si vituperaueris, sed tu laudando bonũ,melior eris,vituperando deterior. Vnde quoniam nobis expedit laudare Dominum, misericorditer iubet, vt laudemus eum. Laudate serui Dominum. Si serui semper tantummodo essetis,deberetis laudare Dominum,quanto magis debetis laudare Dominum serui, vt esse mereamini, & filij. Sed quoniam scriptum est
Psal. 32. in alio Psalmo,Rectos decet laudatio, & itẽ alibi scriptum est, Nõ est speciosa laus in ore peccatoris,itemque alibi dicitur,Sacrificiũ laudis
Psal. 49. glorificabit me,& ibi via est, in qua ostendã illi
18 salutare Dei,& consequenter,Peccatori autem dixit Deus, Vt quid tu enarras iustitias meas, ne forte quisquã, quoniã dictũ est laudate serui Dominũ,etiamsi in domo ista magna fuerit malus seruus;putet sibi prodesse laudem Domini. Continuo quales esse debeant serui, qui laudaturi sunt Dominũ,subditur. Qui statis in domo
Psal. 134. Domini,qui statis, non qui ruitis. Illi autẽ stare dicuntur, qui in mandatis eius perseuerant, qui in fide non ficta,& spe firma,& charitate sincera seruiunt Deo.Qui ergo statis,parumne est vobis,vbi laudandus est,qui vos erexit iacẽtes, & fecit in domo sua stare, & ipsum agnoscere, ipsumque laudare? Paruumne hoc beneficium est,quòd stamus in domo Domini?Hic interim in hac peregrinatione, in hac domo, quod etiã peregrinationis tabernaculũ dicitur, quia hic stamus,nũquid parum grati esse debemus?Non ne cogitandũ est, quia hic stamus? Quid facti fuerimus, vbi iacebamns, & quo collecti sumus?Hæc quisquis cogitat,& ingratus non est, omnino despicit se præ amore Domini sui, a quo sibi tanta præstita sunt, & quia non habet, quid ei restat,nisi gratias agere,& non reprehẽdere? Quid dicturus sum,quare laudetis? Quoniã bonus Dominus.Breuiter vno verbo explicata est
19 laus Domini nostri.Bonus Dominus,sed bonus
Gen. 1. non vt sunt bona quæ fecit,nam fecit Deus omnia bona,& bona valde cœlum,terrã,bona fecit, & bona valde. Si hæc omnia bona fecit, qualis est ille,qui fecit? Et tamen cum bona fecerit, multoque sit melior,qui fecit, non inuenis melius,quod de illo dicas, nisi quod bonus est Dominus,si tamẽ intelligas proprie bonum,a quo sunt cetera bona. Omnia enim bona ipse fecit, ipse est bonus quem nemo fecit. Ille bonus est non aliunde participato bono. Ineffabili dulcedine teneor,cum audio bonus Dominus, consideratisque omnibus,& collustratis quæ forinsecus video,quoniã ab ipso sunt omnia etiã, cum mihi hæc placent,ad illum redeo a quo sunt, vt intelligam,quoniã bonus est Dominus.Ista non laudo sine illo, illum autẽ sine istis perfectũ nõ indigũ, incõmutabilẽ,nullius bonum quærentem quo augeatur, nullius malũ timentẽ, quo minuatur inuenio. Et quid amplius. Inuenio in creatura cælũ bonum,solem bonũ;lunam bonã, stellas bonas,&c. dico & hominem bonũ, dico & Angelum bonum,sed tamen omnia ista dico bona cum suis nominibus cælum bonum, &c. Ad Deum autẽ cum me refero,puto melius nihil dicere, quàm bonum. Ipse Dominus Iesus Matt. 19
dixit Homo bonus,ipse item dixit. Nemo bonus,nisi solus Deus, bonum sine addito.

20 IDEM sic habet. Hoc est quod maxime per
Lib. de diligendo Deo. 9. tinet ad arram dispensationis eius, quòd ille, qui se tibi in futuro vidẽdum, & perpetuo possidendũ dabit nunc aliquo modo, vt quàm dulcis sit agnoscas,se ad gustandũ præbet tibi.Multũ igitur Deus tuus diligendus est tibi, cui tãta beneficia contulit. Cũ ergo multa tibi sint collata bona, multũ ei a quo tibi hæc collata sunt, debes gratiosus,& deuotus existere, & gratias agere. Valde mihi diligendus est Deus meus, qui me creauit, & inspirauit in me spiraculum vitæ discernẽs me ab illis,qui vel abortiui proiecti sunt ab vtero, vel intra materna viscera suffocati pœnæ videtur cõcepti,non vitæ.Accepi ergo vt sim,accepi vt homo sim,accepi intellectũ qui interfit inter me,& pecus,accepi corporis formam,accepi in corpore distinctionem sensuũ,oculos ad videndũ, aures ad audiendum &c. Magnũ fuit,& hoc quòd ad eorundẽ sensuũ meorum oblectamẽta singula sensibus singulis conuenientia creauit Deus, multa pulchre lucentia,canore mulcentia,suaue olentia,dulce sapientia,tactu placentia. Ob hoc enim prouidentia Creatoris tam diuersas qualitates rebus induit, vt omnes sensus hominis sua oblectamẽta inueniant.Et quis omnes delicias sen-
21 suum enumerare queat? Quæ tam multiplices sunt in singulis,vt si quis quemlibet per se consideret, quemlibet per se singulariter ditatum putet,tot oblectamenta oculorum,in diuersita te colorum monstramus, tot oblectamenta aurium in diuersitate sonorum audimus, quibus homines ad inuicem suas voluntates communicant, præterita narrant, præsentia indicant, futura nunciant,occulta reuelant,adeo vt si careat his vita humana bestijs comparabilis videatur. Quid autem concentus auium, quid humanæ vocis melos iucundum? quid dulce melos sonorum omnium commemorem? Quia tam multa sunt harmoniæ genera, vt ea necogitatus percurrere, nec sermo facile explicare

care possit, quæ tamen cuncta auditui seruiunt, & in eius delicias creatæ sunt. Eodem modo gustus, & tactus varia habent oblectamenta, quæ ex similitudine priorum satis perpendi possunt. Magnum etiam æstimo beneficium,quòd accepi mentẽ, quæ possit intelligere,capere veritatẽ,iustũ ab iniusto discernere, indagare,Creatorẽ laudare,& inhærere illi.Magnum etiã est beneficium,quòd eo tempore, & inter tales me nasci voluit Deus,per quos ad fidem suã,& sacramẽta peruenirem. Video innumerabilibus hominibus hoc negatũ,quod mihi gratulor esse concessum, cum quibus tamẽ nobis esset vna conditio: illi derelicti sunt per iustitiam, ego vocatus per gratiam. Procedam adhuc etiam intuens munus eius fuisse, quòd educatus fui a parentibus,quòd me flamma nõ læsit,quòd aqua non absorbuit,quòd non vexatus a dæmone,quòd a bestijs nõ percussus,quòd non præcipitio necatus, quòd vsq. ad congruã ætatem in fide eius, & bona voluntate sum nutritus. Cum autẽ in cunctis operibus tuis Domine sis mirabilis, mirabilior tamen crederis esse in visceribus pietatis. Nullum enim spernis,nullum abijcis, neminem perhorrescis, nisi
22 forte, qui te amens exhorruerit. Bona igitur sunt hæc tua Domine,mihi a te misericorditer indulta,quòd me in periculis sepe constitutum clemẽter eripuisti,nec vnquã in peccatis meis me dereliquisti, oblitum tui de te admonuisti, auersum a te reuocasti, venientem ad te benigne suscepisti, pœnitenti indulsisti. Non enim ea sola,quæ commisi peccata, sed etiam quæ te protegente non commisi,totum a te dimissum,
23 deputandum est. Tribus autem modis a peccato me memini conseruatum,scilicet occasionis subtractione,resistendi data virtute,affectionis sanitate. Multa enim in peccata cecidissem, si data esset occasio, sed Dei miseratione non me talis opportunitas apprehendit, in multa quoque cecidissẽ grauiter impulsus violẽtia tẽtationis. Sed virtutem dedisti mihi Domine, vt sub me esset appetitus meus,& ei quã sentiebã, concupiscentiæ minime consentirẽ. Sed a quibusdam peccatis tam longe me fecit tua miseratio Domine, vt penitus abominarer ea, & ne vlla me quidem eorum tentatio molestaret. Magis quidem bonitatis est indicium Domine Deus & hoc, ecce infelix ego te irritaui, ego malum coram te feci, furorem tuũ prouocaui, iram promerui,peccaui, & passus es,deliqui,& adhuc sustines. Si pœniteo parcis, si reuertor me suscipis. Insuper dũ differo præstolaris, reuocas errantem,vincis repugnantem, expectas torpentem,amplecteris redeũtem,doces ignorantem,mulces mærentẽ.A ruina suscitas,post lapsum reparas,petenti largiris,quærenti inueniris,pulsanti aperis: ostendis mihi bene viuendi viam, das gradiendi scientiam. Magnum est etiam & hoc Domine, quòd multa mihi antequã petere possem,vel vellẽ,aut nossem dona contulisti,non solũ ante,sed & postquam senui, & potui te petere,te quærere,te desiderare, tibi inhærere,gratuita bonitate tua,non petenti, non quærenti,non desideranti, immò etiã paruipendenti, vel etiã contemnenti largitus es. Maximũ æstimo beneficiũ, quòd Angelũ pacis ab ortu natiuitatis meæ ad me custodiendũ vsque ad finẽ meũ mihi dedisti. Magnas tibi gra- 24
tias referre debeo,quòd me terra nõ absorbuit non me cælum fulminauit, non me fulgur combussit,non flumina submerserũt, nec alia pœna prout dignus erã me afflixisti. Cũ enim peccãdo a te recederẽ,nõ solum irã tuam promerui, sed & omnẽ creaturã aduersum me excitaui,nã si seruus cuiusq. a domino suo recederet, non solum dominũ ipsum exacerbaret,sed & totam eius familiã iustissime irritaret. Cum ergo te Deũ omniũ creatorem offendi, omnẽ creaturã quantũ expectat ad meritũ meum in ira cõmoui, ità vt merito pro te pugnaret aduersum me totus orbis terrarũ. Posset enim terra dicere, Sap. 5.
mihi,non debeo te sustinere,sed potius te absorbere,quoniã a Creatore meo non timuisti peccando recedere. Posset dicere sol non debeo tibi lucere,sed ad vindictam Domini qui est fons luminis penitus tibi radios meos abscondere. Sic etiã cuncta quæq. creatura ad vleiscendam 25
tantã iniuriam sui Creatoris,nisi impetus cohiberet ipse,qui nõ vult mortẽ peccatoris, sed vt Ezec. 18.
magis conuertatur. Oportet ergo me Domine tanto magis gratiosum,& deuotũ,& ad seruiendum promptiorẽ existere, quanto me de tantis beneficijs obligatiorẽ conspicio.In reddenda rationc,ne dilata vindicta tãto acrius adueniẽdo mala mea puniat, quanto diutius tolerauit, quod punire potuit. Iamdiu igitur expectare cogita o anima mea Dei longanimitatẽ, quam exhibuit electionẽ prædestinationis suæ, quam impleri voluit nimiã charitatẽ suam. Propter Psal. 39.
hoc enim expectãs expectauit Dominus, & intendit mihi. Sed auertit oculos suos a peccatis meis,quasi nolens aduertere,quantũ delinquerem,propter hoc dissimulabat, vt cõmendaret patientiã. Sic ex toto mihi indulsit,& tam liberaliter omnẽ donauit iniuriã, vt iam non damnet vleiscendo,nec confundat improperando, nec minus diligat imputãdo. Post hæc dedit mihi Dominus Deus continentiã,non solum a luxuria, sed a ceteris quoq. vitijs, qui aliquando vix per triduũ continebam,postea Dei auxiliãte gratia per longũ tempus potui continere,ex hoc merito clamare possum,quia fecit mihi ma Luc. 1.
gna qui potens est. Liberauit me a carne pestifero hoste meo, quẽ perimere non possum, sed 26
sustentare,aliũ aduersarium habeo, qui circumcinxit me vndique, hostis iste est præsens sæculum nequam, qui per quinque portas, quinque videlicet sensus corporis, iaculis suis vulnerat me,& mors intrat per fenestras meas. Tertius Mach. 7.
hostis est humani generis inimicus, quem nec possumus videre,quãto minus cauere. Hæc dixi,vt innotesceret cõtinentię difficultas,vt scia mus quæ a Deo donata sunt nobis, ac per hoc amplius diligamus eũ,qui hãc nobis virtutẽ tribuit.Omnino.n. in Domino facimus hãc virtutẽ,& ipse ad nihilũ deducit tribulãtes nos. Post hæc dedit mihi Dominus gratiam promerendi

bona vitæ æternæ, deinde dedit mihi spē eadē obtinendi, pro his meritis Deus meus mihi diligendus est. Quid enim habet aliquis quod nō accepit, aut qui gratis accepit, quare laudatur, quasi velut promeruerit. Tibi ergo laus Deus
27 meus, tibi gloria, tibi gratiarum actio, mihi autem cōfusio faciei meæ, qui tot mala feci, & tot bona recepi. Vide ergo anima mea, quia multum commendat bonitatem Dei, non solum largitas sua, sed & iniquitas nostra. Si enim magnum est nihil promerentibus impendere multa, quale quantumve erit retribuere bona promerentibus mala. Confitemur ergo a nobis mala nostra esse, vt pie ignoscat, confiteamur ab ipso bona nostra esse, vt seruet, & augeat. Hoc igitur incessanter agamus, ne ingrati appareamus, vel de indulta venia, vel de concessa gratia, verus enim amator semper confitetur, & pro acceptis bonis Deo gratus existit. Magna igitur, & multa, immo certe innumerabilia quæ mihi Domine Deus contulisti beneficia, pro quibus mihi diligendus, & semper es laudandus, quicquid enim boni habeo, vel habui, vel habiturus sum a te summo bono, a quo omne quod bonum est procedit. Vnum est, quod me plus hominibus accendit, vrget, monet, & super omnia te mihi amabilem reddit, o bone Iesu, ignominiosissima, & amara mors, quam sustinuisti opus nostræ redemptionis. Hoc solum, vel hoc omnino totam vitam nostram, totum laborem nostrum, totum obsequium nostrum, amorem denique nostrum facile sibi vendicat.

28 IDEM sic ait: Ego Domine gratias tibi
In libro solilo quiorū. agā, ne sim ingratus tibi liberator meus, quoniam liberasti me, quoties me iam absorbuerat ille draco, & tu Domine ab ore eius extraxisti me. Quoties ego peccaui, & ipse paratus fuit deglutire me, sed tu Domine Deus meus defendisti me. Cum contra te inique agebam, cū tua mandata frangebam, stabat ipse paratus, vt me raperet ad infernū, sed tu prohibebas. Ego te offendebam, & tu me defendebas. Ego te non timebam, & tu me custodiebas, a te recede bam, & inimico meo me exhibebā, tu ipsum ne me acciperet deterrebas. Hæc mihi tu Domine Deus meus beneficia conferebas, & ego misere non cognoscebam. Sic enim me multoties a faucibus diaboli liberasti, & ab inferno licet nescientem me multis vicibus reduxisti. Descendi enim vsque ad portas inferni, & ne illuc intrarem, tu me tenuisti. Appropinquabam vsque ad portas mortis, & ne me ipse caperer tu fecisti. Hæc & multa alia mihi tua beneficia exhibuisti, & ego eram cæcus, & non cognoui, donec illuminasti me. Et nunc igitur lux animæ meæ, vita mea, per quam viuo, lumen oculorum meorū, per quod video. En illuminasti me, & cognosco te, & gratias ago tibi licet viles, & exiles, & impares beneficijs tuis, quales habet mea fragilitas, offero quoniā tu es solus Deus meus, Creator meus benignus, qui amas nostras animas, & nihil odisti eorum, quæ fecisti.
Sap. 11. Confiteor beneficia tua magna, quoniam eripuisti me de inferno inferiori semel, & secundo & tertio, & cēties, & millies. Et ego semper ad infernum tendebam, & tu me semper reducebas. Et iuste millies damnasses me, si voluisses, noluisti quia amas animas, & dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam, Domine Deus meus multæ misericordiæ in omnibus vijs tuis. Totus eram in morte, totum me resuscitasti. Tuum igitur sit totum id, quod uiuo, & totus totum me tibi offero, totus spiritus, totū cor, totum corpus, tota vita mea viuat tibi, in totum me liberasti, vt totum me possideres. Totum me refecisti, vt totum me rehaberes. Diligam te igitur Domine virtus mea, diligā te ineffabilis exultatio mea, & viuat iam non mihi, sed tibi tota vita mea, quæ perierat in miseria mea, resuscitata est in misericordia tua, qui
Matth. 22. es Deus misericors. Ideo præcepisti mihi, vt te diligerem ex toto corde, tota anima, tota mente mea, tota fortitudine, & totis viribus meis, omnibus horis, & momētis, quibus fruor bonis misericordiæ tuæ, quoniam semper perirem, nisi quia semper regis me, semper morerer, nisi quia semper me viuificas, & omni momento me tibi obligas, dum omni momēto mihi tua magna beneficia præstas. Sicut ergo nulla est hora, vel punctum in omni vita mea, quo tuo beneficio nō vtar: sic nullum debet esse momentum, quo te non habeam ante oculos in mea memoria, & te non diligam ex omni fortitudine mea. O ignis qui semper ardes, & nūquam extingueris! o amor qui semper ferues, & numquam tepescis! accende me accendar to tus a te, vt totus diligam te, quoniam tu prior dilexisti me.

29 BERNARDVS sic exorditur. Agamus
Serm. 14. in Cantica. gratias Factori nostro, Benefactori nostro, Redemptori nostro, Remuneratori nostro. Secundum corpus te fecit egregiam creaturam, sed secūdum animam magis, vtpote imagine creatoris insignem, rationis participem, capacem beatitudinis sempiternæ. Porro secundum ambo simul præ ceteris creaturis maxime admirandam cohærentem sibi incomprehēsibili artificio, inuestigabili sapientia conditoris. Itaq. tam magnum hoc donum, quàm magna res homo, sed quàm gratuitum putas? Planum est,
Psal. 15. quia nihil ante promeruit, qui penitus nihil fuit. An postea sperabatur gratiam retributurus auctori? Dixi Domino Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Quid ni gratias agam? Si quis oculorum lumen, si quis vsum aurium, si quis manuum, si quis pedem tibi præpeditum aliquomodo reparasse videretur; si quis sopitam, quauis occasione excitasse in te rationem, quis non alius tibi vehementissime succenseret, si quando forte beneficij huius immemorem, aut benefactori deprehendisset ingratum? Enimvero Dominus Deus tuus ipsa etiā tibi instrumenta largitus ex nihilo fecit hęc omnia, nec modo fecit, & cōpegit etiā & formauit, ac suo quoq. illustrauit officio, quomodo non is omni iure sibi gratias exigit ampliores? Nā ne hoc quidē, licet maxime, contentus munere, qui dedit, vt esses, qui ante nō fue-
31 ras,

ras, adiecit etiā vnde subsisteres, qui iam eras, nec minus liberaliter hoc, quàm illud mirabili
Gen. 1. ter est operatus, Faciamus, inquit, hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Quid vero postea? Et præsit piscibus maris, & bestijs terræ, nā & cælestia sese elemēta in vsus creasse tuos ante docuerat, nēpe facta memorantur, vt essent in signa, & tempora, & dies, & annos. Cui putas? Nulli vtique nisi tibi. Ceteræ siquidem omnes creaturæ, aut in nullo egent his omnibus, aut non intelligunt ea. Quàm copiosus in secundo hoc beneficio, quàm liberalissimus fuit. Quanta igitur largitus est ad sustentationem? Quanta ad eruditionem, quanta ad consolationem, quanta ex hoc iam ad correptionē, quanta etiam ad delectationem? Verū hæc duo gratis, & dupliciter gratis fecit sine merito, sine labore suo, nempe dixit, & facta sunt. An idcirco minus deuotus, minus obnoxius, minus gratus es, quòd hæc quidem sicut pro nihilo, ita de nihilo fecit? Peruersi cordis occasiones ingratitudinis inuestigare nemo facit, nisi qui etiam gratis esset ingratus. Ex hoc iam opus tuæ redemptionis attende, non est velamen excusationis, laboratum prorsus in ea. Gratis hoc quoque præstitū est, sed gratis quod ad te pertineri; nam quod ad illum plane non gratis, saluus factus es pro nihilo, non de nihilo tamen. Quid ad hæc dormitat affectio? Immo vero mortua est illa, non dormit, quæ huic beneficio non respondet, quæ se totam non effundit in gratiarum actionem, & vocem laudis.

32 IDEM sic ait: Origo fontium & fluuiorū
Serm. 13. in Cantica. mare est, virtutum & scientiarum Dominus Iesus. Quis enim Dominus virtutum nisi ipse est
1. Reg. 2. rex gloriæ, sed & iuxta Annæ canticum idem ipse Deus scientiarum Dominus est, cōtinentia carnis, cordis industria voluntatis rectitudo ex illo fonte manant? Non solum autem sed & siquis callet ingenio, siquis nitet eloquio, siquis moribus placet, inde est. Thesauri, etiam sapiētiæ & scientiæ ibi omnes abscōditi sunt. Quid? Casta consilia, iusta iudicia, sancta desideria, nonne riuuli fontis illius sunt? Quot si copiæ aquarum secretis, subterraneisq, recursibus inceſſanter æquora petūt, vt inde rursus ad visus, vsusq. nostros iugi & infatigabili erumpant obsequio, cur non etiam spirituales riui, vt arua mentium rigare non desinant proprio fonti, sine fraude, & sine intermissione reddantur? Ad
33 *Eccles.* 1. locum vnde exeunt, reuertantur flumina gratiarum, vt iterum fluant. Remittatur ad suum principium cæleste profluuium, quo vberius terræ refundatur. Qualiter inquis? Qualiter dicit
1. Thess. 5. Apostolus: In omnibus gratias agentes, quicquid sapientiæ, quicquid te virtutis habere cōfidis Dei virtuti, & Dei sapientiæ deputa Chri-
Luc. 18. sto. Sed quis tam insanus, ais? Nemo plane; adeo, vt Pharisæus gratias agat, cuius tamen iustitię non est a Deo laus, neque illa gratiarum actio gratiorem eum fecit. Quare? Quia quic-
Psal. 137. quid in ore deuotum sonuerit cordis non sufficit excusare tumorem apud Deum, qui alta a longe cognoscit. Cernitis ne Pharisæum agentem gratias, labijs quidem honorare Deum, cordis autem sententia se? Sic vsu quodam magis quàm sensu, vel affectu personare in ore multorum gratiarum actionem aduertere est, intātum vt homines quoque sceleratissimi ad quæque flagitia sua soleāt gratias Deo agere, quòd prospere (vt quidem ipsi sapiunt) cesserit sibi in adimpletione peruersarum voluntatum suarū. Non ergo omnis gratiarum actio accepta est Deo, nisi quæ de cordis pudica & mera simplicitate procedit. Pudica sane dixerim propter eos qui Deo gratias agunt de malis suis, mera vero propter eos qui Deum de bonis suis verbo tenus glorificant.

34 IDEM explicans illa verba: Dilectus meus
Serm. 69. in Cant. mihi, & ego illi, sic ait: Da mihi animam nihil amātem præter Deum, & quod propter Deum amandum est, cui viuere Christus non tantum sit, sed & diu iam fuerit, cui studij & otij sit prouidere Deum in conspectu suo semper, cui sollicite ambulare cum Domino Deo suo non dico magna, sed vna voluntas sit. Da inquam talem animam, & ego non nego dignam sponsi curam
2. Cor. 12 maiestatis respectu, dominantis fauore, sollicitudine gubernantis, & si voluerit gloriari, non erit insipiens, tantum vt qui gloriatur, in Domino glorietur. Quòd si homo huic gratiæ re-
1. Cor. 1. sponderit, & vixerit secundum illam dicere poterit, & ego illi.

35 IDEM sic habet: Deus diligendus est suo
In libro de diligendo Deo. merito & nostro commodo, multum quippe meruit de nobis, qui & immeritis dedit seipsum nobis. Quid enim melius ipso poterat dare vel ipse? Ergo diligēdus Deus quoniam ipse
1. Ioan. 4. prior dilexit nos, dignus plane qui redametur, præsertim si aduertatur, quis, quos, quantumq. amauerit. Quis enim, num is cui omnis spiritus
Psal. 15. confitetur Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges? Est vera huius charitas maiestatis quippe non quærētis, quæ sua sunt. Quibus autem tāta puritas exhibetur? Cum adhuc inquit inimici essemus, recōciliati sumus Deo. Dilexit ergo Deus, & gratis, & inimicos, sed
Rom. 5. quantum? Quantum, dicit Ioannes, sic Deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum da-
Ioan. 3. ret. Et Paulus: Qui proprio filio non pepercit,
Rom. 8. sed pro nobis tradidit illum. Ipse namque filius pro se, Maiorem, inquit, charitatem nemo ha-
Ioan. 15. bet quàm vt animam suam ponat, quis pro amicis suis. Sic meruit iustus ab impijs, summus ab infimis, ab infirmis omnipotens. Quòd si infideles hæc latent, Deo tamen in promptu est ingratos confundere super innumeris beneficijs suis, humano nimirum vsui præstitis & sensu manifestis. Nempe quis alius administrat cibum omni
36 vescenti, cernenti lucem, spiranti flatum? Sed stultum est velle modo numerare, quæ innumera esse non longe ante præfatus sum. Meretur ergo amari Deus, & ab infideli, quia etsi nesciat Christum, scit tamen seipsum. Proinde inexcusabilis est omnis etiam infidelis, si non diligit Dominum Deum suum toto corde, clamat nēpe intus ei innata, & nō ignota rationi iustitia, quia ex toto seipsum diligere debeat, cui se totum

tum debere non ignorat. Norunt fideles quàm omnino necessarium habeant Iesum,& hũc crucifixũ,dum admirantes,& amplexantes supereminentem scientiæ charitatem in ipso id, vel tantillum quod sunt in tantæ dilectionis, & dignationis vicem non rependere confundantur. Facile proinde plus diligũt, qui se amplius dilectos intelligũt. Iudęus sane,siue Paganus nequaquam talibus aculeis incitatur amoris, quales Ecclesia experitur,quæ ait: Vulnerata charitate ego sum. Et rursum: Fulcite me floribus,stipate me malis,quia amore langueo. Cernit regem Salomonem in diademate, quo coronauit
37 eum mater sua. Cernit vnicum patris crucem sibi baiulantem;cernit cæsum,& consputũ Dominum maiestatis;cernit hæc,& suam magis ipsius animam gladius amoris transuerberat,& dicit: Fulcite me floribus, & stipate me malis, quia amore langueo. Hæc sunt quippe mala punica quę in hortũ introducta dilecti sponsa carpit ex ligno vitæ, a cælesti pane proprium mutuata saporem,colorem a sanguine Christi. Videt deinde mortem mortuam, & mortis auctorem triumphatum. Aduertit terram quę spinas & tribulos sub antiquo maledicto produxerat ad nouæ benedictionis gratiam innouatam resloruisse,& in his omnibus recordata illius versiculi,& resloruit caro mea,& ex voluntate mea confitebor ei,dicet sponsa. Læua eius sub capite meo,& dextera illius amplexabitur me, in læ
38 ua reputans recordationem illius charitatis, qua nulla maior est, quòd animam suam posuit pro amicis suis: in dextera vero beatam visionem quam promisit amicis suis. Merito in læua admirabilis illa memorata,& semper memoranda dilectio collocatur, quòd donec transeat iniquitas,super eam spõsa recumbat,& requiescat,& nõ incuruetur, & inclinetur in carnalia, & sæcularia desideria, quia corpus quod corrũpitur aggrauat animam. Et sic in odorem vnguẽtorum horum sponsa currit alacriter, amat ardẽter,& parum sibi amare sic amata videtur, etiam cum se tota in amore perstrinxerit. Nec immerito. Quid magnũ enim tanto & tanti repẽsatur amori,si puluis exiguus ad redamandũ totũ se collegerit, quem illa maiestas in amore præueniens tota in opus salutis intenta conspicitur? Vt quid non amaret opus artificem,cum haberet vnde id posset? & cur non quantum omnino posset,cum nihil omnino nisi eius munere posset? Ad hæc quòd de nihilo, quòd gratis, quòd in hac dignitate conditum est,& debitum dilectionis manifestius facit. Quòd si totum me debeo pro me facto,quid addam iam,& pro refecto,& refecto hoc modo? Nec enim tam facile refectus, quàm factus,siquidem,Dixit & facta sunt. At vero qui me totum & semel dicendo fecit,in reficiendo profecto dixit multa,gessit mira,& pertulit dura, nec tantum dura, sed
39 & indigna. Quid ergo retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? In primo opere me mihi dedit,in secundo se,& vbi se dedit, me mihi reddidit, datus ergo & redditus. Me pro me debeo, & bis debeo, quid Deo retribuã pro se? Nam etiam si me millies rependere possem, quid sum ego ad Deum? Diligam te Domine firmamẽtum meum,& refugium meum,& liberator meus. Et meum denique quicquid optabile atque amabile dici potest, Deus meus adiutor meus,diligam te pro dono tuo, & commodo meo; minus quidem iusto,sed plane non minus posse meo, qui etsi quantum debeo nõ possum,imperfectum meum viderunt oculi tui,sed tamen in libro tuo omnes scribentur, qui quod possunt,faciunt, etsi quod debent, non possunt.

40 AMBROSIVS docet nos gratos futuros exemplo canum quibus insitum est natura quadam referre gratiam, & sollicitas excubias pro dominorum salute prætendere. Vnde ad immemores beneficij, & desides, atque ignauos clamat Scriptura: Canes muti nescientes latrare. Disce ergo in ore tuo verbum tenere, ne quasi mutus canis commissam tibi fidei custodiam quodam præuaricationis silentio deseruisse videaris. Talis canis viator,& comes angeli est, quem Raphael non otiose sibi,& Tobiæ filio adiungendum putauit, quando perrexit vt Asmodæum fugaret, firmaret copulam coniugalem. Memoris enim affectus gratia pelletur dęmon, stabilitur coniugium. Mutæ itaque specie bestiæ sanctus Raphael Angelus Tobiæ iuuenis, quem tuendum receperat, ad relationem gratiæ erudiebat affectum. Quis enim non erubescat gratiam bene de se merentibus nõ referre, cum videat etiam bestias refugere crimen ingrati &c. Infra in eod. cap. 4. prosequitur de memoria beneficiorum,& fidelitate canum. Quis (ait) tam tenax potest esse beneficij, & memor gratiæ vt canis, quandoquidem pro domino etiam in latrones insilire nouerũt, & extraneorum accessus prohibere nocturnos,& mori pro dominis, & commori cum dominis sint parati? Sæpe etiam necis illatæ euidentia canis ad
41 redarguendum reos indicia prodiderunt,vt muto eorum testimonio plerumque fit creditum. Antiochiæ ferunt in remotiore parte vrbis cre pusculo necatum virum, qui canem sibi adiunctum haberet. miles quidam prædandi studio minister cędis extiterat,rectus idem tenebroso adhuc diei exordio in alias partes concesserat. Iacebat inhumatum cadauer,frequens spectantium vulgus astabat, canis questu lachrymabili domini deflebat ærumnam. Forte is qui necem intulerat (vt se habet versutia humani ingenij) quo conuersandi in medio auctoritate præsumpta fidem asciscęret innocẽtiæ ad illam circumspectantis populi accessit coronam, & velut miserans appropinquauit ad funus: tunc canis sequestrato paulisper questu doloris arma vltionis assumpsit, atque apprehensum tenuit, & velut epilogo quodam miserabile carmen immurmurans vniuersos conuertit in lachrymas. Fidẽ probatione detulit,quòd solum tenuit ex plurimis, nec dimisit donec perturbatus ille, quòd tam manifestum rei indicem, neque odij, neque inimicitiarum, neque inuidiæ, aut iniuriæ alicuius poterat obsectione vacuare,crimen diutius nequiuit refellere. Itaque quod

quod erat difficilius vltionem persecutus est, quia defensionem præstare non potuit. Quid nos dignum nostro referimus auctori, cuius cibo vescimur,& dissimulamus iniurias &c.

42 IDEM explicans miraculum quinque panum; agens de beneficijs diuinis,& de conuersione aquæ in vinum, ait: Conferant gentiles si placet cum Christi beneficijs deorum suorum, non facta, sed ficta. Ferunt certe eorum fabulæ fuisse regem quendam, qui quidquid tangebat aurum fiebat, sed etiam conuiuia ipsa feralia: nam & ipsa mantilia digitis apprehensa riguerunt,& cibus in ore crepitabat, serens non alimẽta,sed vulnera ac in gutture potus hærebat, nec penetrare facilis,nec redire. Digna beneficia votis,digna tanto munera precatore digna liberalitas conferente. Talia sunt idolorum beneficia, vt cum uidentur prodesse plus noceant. At vero Christi munera parua videntur, & maxima sunt. Denique non vni collata, sed populis, nam & cibus edentium more crescebat,& videbatur esse corporalis alimoniæ, sed sumebatur salutis æternæ &c.

Beneficijs Dei ingratum esse hominem, multa parit inconuenientia, & magna.
Cap. XIV.

1 PRÆTER ea, quæ in capitulo superiori adnotata sunt, habet. HIERONYMVS explicãs illa verba: Hæc requies mea reficere lassum, & noluerunt audire, & erit eis verbum,Manda remanda &c. Prophetis ventura annuncianti-
41 bus, & nisi fecissent quæ præcepta erant tormenta minitantibus solebant dicere subsannatores, Manda remanda, manda remanda, idest præcipe præcipe,impera quę facere debeamus. Cumq. abuterentur Dei patientia ingrati, qui differt iram,vt præbeat misericordiam,solebãt etiam hoc ex persona prophetarum ludẽtes dicere, Expecta paulisper, expecta modicum, venient,quæ futura prædiximus. Hæc autem vniuersa loquebantur in populo, quia Dei sermonibus non credebant, statimq. infert Propheta: Nequaquam vobis Deus his verbis loquetur,vt præcipiat quid facere debeatis, & præstolemini quæ ventura sunt,sed loquetur vobis in furore præsenti, qui prius dixerat ad populum: Luc. 9. Hæc est requies mea, reficite lassum. Multo tempore laboraui, in nullo inueni requiem,vulpes foueas habent,& volucres cæli nidos,Filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet, & hoc est meum refrigerium, vt in vobis aliquando requiescam,qui noluerunt audire, & mea monita contempserunt. Quamobrem hoc quod solebant ludentes dicere prophetis,Manda remanda, manda remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi,modicum ibi,& irridere patientiam meam dum me arbitrantur minitari, quæ numquam facturus sim, sentient rebus expleri,vt vadant in interitum, & cadant retrorsum, numquamque ad priora proficiant, nec possint cum Apostolo dicere præteritorum obliti ad ea quæ priora sunt, extendimur,sed conterantur, & illaqueentur, & a Babylonio, vel Romano capientur exercitu.

2 IDEM: Væ prouocatrix & redempta ciuitas columba non audiuit vocem,& non suscepit In cap. 3. Sophoniæ to. 6. disciplinam in Domino, non est confisa ad Dominum suum non appropinquauit, principes eius in medio eius quasi leones rugientes,iudices eius lupi vespere non relinquebant in mane. Sermo iste contra Hierusalem est. Væ ciuitas quõdam columba semper peccans,& captiuitatibus tradita,& rursum redempta a Domino. Væ ciuitas prouocatrix. Græci loco illius termini prouocatrix legunt Deum amarum faciens, idest tuo vitio dulcem Dominum atque clementem vertẽs in amaritudinem,vt qui misereri vult punire cogatur, noluit audire præceptum Domini, & correpta noluit suscipere disciplinam, nec prementibus malis aliquando confisa in Domino Deo suo, nec ambulauit post tergum eius, nec dicente eo ego Dominus ap- Hiere. 23 propinquans, & non de longe ipsa ei appropinquare voluit. Describuntur quoque principes eius, & iudices, & prophetæ, & sacerdotes, vt in ciuitate populum, & in his quæ dixi nominibus dignitatum principes accipiamus. Principes igitur eius quasi leones semper versabantur in prædis, & ad effundendum sanguinem subiectorum, iudices eius rapaces non dimittentes alijs,quod possint rapere,prophetæ eius insanientes,siue stupentes, loquebãtur quasi ex ore Domini, & omnia contra Dominum prædicabant, sacerdotes in loco sanctuarij commise-
3 re sacrilegium,& cum contra legem facerent, ex lege victimas offerebant. Propterea quia illa egerunt iniuste Dominus iustus non faciet iniquitatem, sed restituit vrbi pessimæ & ingratæ quæ meretur. Mane mane iudicium suum dabit in luce, non abscondetur, idest manifeste & absque aliqua ambiguitate faciet de ea iudicium. Neque erit quod ab eo possit abscondi. Et hoc faciet Dominus, vt correpta ciuitas conuertatur ad melius. Sed iniquus Israel non cognouit confusionem suam, nec intellexit;idcirco sibi illatas plagas, vt ageret pœnitentiam. Vindicaui te, inquit, postea de gentibus, & destruxi imperia eorum,vt qui per plagas me non senseras, saltim per beneficia cognoscęres. Vel certe sic intelligendum. Disperdidi omnes ciuitates tuas o Iuda, & omnes subiectos tibi pagos,& tribus,& diuersa confinia,& tanta hominum vastitas fuit, vt non esset qui habitaret in vrbibus tuis,& postquam hoc feci,misi prophetas meos consurgens diluculo, & ad pœnitentiam prouocans, dixiq. feci quidem tibi hæc o Hierusalem, sed feci vt timeres me, & susciperes disciplinam, & non periret habitaculum tuum, hoc est templum propter omnia scelera quæ gesseras. At econtrario habitatores Hierusalem

rusalem me eos ad pœnitentiam prouocante quasi de industria, & ex contentione diluculo surrexerunt, vt festinatione qua ad me redire debuerant, complerent omnes cogitationes suas, & opere demonstrarent, quod mente conceperant.

4 In cap. 7. Ecclesiastes to. 6. IDEM explicãs illa verba: Considera opera Dei, quòd nemo possit corrigere quem ille despexerit, ait: Si quis velit quærere cur Moysi ita loquatur Deus, Quis fecit mutum, & surdum, videntem, & cæcum: nonne ego Dominus Deus, & dicat cur cęcus, & mutus sic creati sũt; sumendum in hoc loco testimonium de Psalmo, Exo. 4. Psal. 17. in quo ad Dominum dicitur: Cum sancto sanctus eris, cum peruerso peruerteris. Et dicendum est sanctum Dominum esse cum eo qui sanctus est, & peruersum apud eum qui sua voluntate fuerit ante peruersus; iuxta illud quoq; quod Leu. 26. in Leuitico scriptum est: Si ambulauerint ad me peruersi, & ego ambulabo ad eos peruersus in furore meo. Quod quidem & illud poterit exponere. Quare indurauerit Dominus cor Pharaonis. Quomodo enim vna atque eadem solis operatio liquefacit ceram, & siccat lutum, sed pro substantia sua, & liquescit cera, & siccatur lutum, sic vna Dei in Ægypto signorũ operatio molliebat corda credentium, & incredulos indurabat, quia iuxta duritiam suam & impœnitens cor thesaurizabant sibi iram in die Rom. 2. iræ. Et ex his mirabilibus quæ cum viderent fieri non credebant.

5 In Psal. 36. to. 8. IDEM explicans illa verba: Mutuabitur peccator & non soluet, sic habet: Qui non restituit pecuniam Domino cum vsuris, mutuum accipit a Domino, ideſt quinque sensus corporis, vel diuitias, & non agit gratias Deo, iustus autem miserebitur, & retribuet gratias agens Deo.

6 Cõcione 2. In Psal. 36. to. 8. AVGVSTINVS super illa verba: Feneratur peccator (vel mutuabitur, vt editio nostra habet) & non soluet &c. sic ait: Accipit & non reddit. Quid est? Non reddit gratiarum actionem, quid enim a te vult Deus, aut quid exigit Deus, nisi quod tibi promisit? Et quanta accepit peccator, pro quibus non soluit? Accepit vt sit, accepit vt sit homo, multumq. interſit, inter ipsum & pecus, accepit corporis formam, in corpore distinctionẽ sensuum, salutemq. ipsam corporis, sed accepit amplius, mẽtem qua possit intelligere, & iustũ ab iniusto discernere. Hæc omnia accepit peccator, sed non bene viuendo non reddit, quod debet. Ergo feneratur peccator, & non soluit, non reddit ei a quo accepit, non agit gratias; immo vero rependit mala pro bonis, blasphemias, murmur aduersus Deum indignationem. Ergo ille feneratur, & non soluit, iustus autem miseretur, & commodat.

7 In soliloquijs to. 9. IDEM sic ait: Ego filius ancillæ tuæ, qui me commendaui manui tuæ, iam his meis paucis perculis confessionibus confitetur tibi liberator meus toto corde meo, & recolo ad mentem meam omnia bona quæ fecisti mihi a iuuẽtute mea in omni vita mea. Scio enim quòd ingratitudo multum tibi displiceat, quæ est radix totius mali spiritualis, & ventus quidam desiccans & vrens omne bonum, obstruens fontem diuinæ misericordiæ tuæ super hominem, qua & mala mortua iam oriuntur, & viua iam opera moriuntur, & vltra non adipiscuntur, & ego tibi Domine gratias agam, ne sim ingratus tibi liberator meus, quoniam liberasti me.

8 Serm. 2. de septem misericordijs. BERNARDVS sic habet: Deficit spiritus meus, prorsus deficit in tanta beneficiorum consideratione, & licet dignas non sufficiã gratias agere, sed ingratitudinem prorsus odit anima mea. Peremptoria siquidem res est ingratitudo, hostis gratiæ, inimica salutis. Dico ego vobis quoniam pro meo sapere nihil ita displicet Deo, præsertim in filijs gratiæ hominibus conuersis, quemadmodum ingratitudo. Vias enim obstruit gratię, & vbi fuerit illa, iam accessum non inuenit, locum non habet. Hic mihi, fratres, tristitia magna, & dolor continuus est cordi meo, quòd nonnullos tam pronos ad leuitatem, & ad risum, ad scurrilia verba tam faciles video, vt pertimescam valde ne forte plusquam expediat diuinæ misericordiæ sint immemores & ingrati, tam multis beneficijs suis aliquando deserantur a gratia, quàm non vt gratiam venerantur. Nam de eo quid dicam, qui in murmure & impatientia obstinato perdurat animo, aut quem pœnitet adhæsisse Deo, & contra morem, & contra rationem bonum factum pœnitentia comitatur, qui sine dubio miserationibus Dei, non solum non habet gratiam, sed contumeliam reddit? Oportet proinde gratum esse hominem & deuotum, qui percepta gratiæ munera non modo manere sibi desiderat, sed multiplicari. Nemo sane est qui non facile si quærat, inueniat, vnde plurimum sit obnoxius Deo, quoniam non est qui se abscondat a calore Psal. 18. eius. Sed nos maxime quos segregauit sibi, & assumpsit ad seruiendum sibi soli, si iuxta Apostolum non accepimus spiritum huius mundi, Rom. 8. sed spiritum qui ex Deo est, vt sciamus quæ a Deo donata sunt, nobis omnino plurima inueniemus, vnde continuas ei gratias agere debeamus. Quis enim in nobis est qui non confiteri Psal. 35. possit, quoniam misericordia tua magna est super me, quas Bernardus reducit ad septem.

9 In sermone contra peßimum vitium ingratitudinis. IDEM sic exorditur: Magna est super nos, dilectissimi, magna valde misericordia Dei nostri, quos tam ineffabili spiritus sui virtute, tam inæstimabili dono gratiæ suæ eripuit a vana nostra conuersatione huius sæculi. In quo eramus aliquando tamquam sine Deo, aut certe quod execrabilius est etiam contra Deum, non ignorantiam habentes, sed contemptum. Cuius vi- Ezec. 18. tæ aut potius mortis (anima enim quæ peccaue rat, ipsa moriebatur) vtinam frequenter in oculis cordis nostri tætra versetur imago, quanta videlicet cæcitas, quãta peruersitas illa fuerit; vt sedula meditatione pensantes miseriæ pondus, & si non tam perfecta, sicut est, aliquatenus tamen existimare possimus liberatricis misericordiæ quantitatem. Iam vero si quis ex vobis diligenter considerare non negligat, non modo vnde

vnde erutus, sed vbi sit constitutus, non solum quid euaserit, sed & quid acceperit, non tantum vnde reuocatus sit, sed etiam quo vocatus, inueniet sine dubio cumulum huius misericordiæ omnino mẽsuræ prioris excedere quantitatem. Nec enim fecit taliter omni nationi, 10 Psal. 147. vt non solum iudicia, sed & consilia sua manifestaret eis, sed omnino magnificauit facere Psal. 125 nobiscum, non solum in seruos assumens, sed Ioan. 15. eligens in amicos. Neque nos elegimus eum, sed ipse elegit nos, vt eamus, & fructum afferamus. Multos nouimus vsque hodie, qui obliti sui, & peccatorum suorum, Dei quoque, & beneficiorum eius immemores, sic non redimere, sed amittere tempus, vt de moribus, & affectionibus suis vix vltima apud ipsos mentio fiat? Luc. 17. Heu, Heu, non inuenitur, qui redeat, & agat gratias Deo, nisi hic alienigena. Nonne decem mundati sunt, & nouem vbi sunt? Meministis credo verba Saluatoris, hæc esse nouem illorum arguentis ingratitudinem, bene quidem orasse, & postulasse leguntur, qui leuauerunt vocem dicentes, Iesu fili Dauid miserere nobis. Sed defecit eis quarta, quam adiecit Apostolus gratiarum actio, quando nec redierunt, nec egerunt gratias Deo. Multos quoque videmus vsque hodie satis importune petentes quod sibi deesse cognouerint, sed paucos admodum nouimus, qui dignas super acceptis beneficijs gratias agere videantur, nec reprehensibile quod 11 instanter petimus, sed plane petitioni negat effectum, quòd inuenimur ingrati. Et forte hoc etiam clementia esse videtur ingratis negare quod postulant, ne contingat nobis, vt tãto gravius de ingratitudine iudicemur, quanto magis accumulatis beneficijs ingrati probabimur extitisse. Ergo misericordiæ res est in hac parte subtrahere misericordiam, quemadmodum iræ & indignationis misericordiam exhibere eam Esai. 26. sane, de qua per Prophetam loquitur ipse Pater misericordiarum dicens: Misereamur impio, & non discet facere iustitiam. Quàm multos enim videmus & plangimus fratres, qui dũmodo maneat habitus, & tonsura, salua sibi omnia arbitrantur, non cõsiderantes miseri, quemadmodum ingratitudinis vermis interiora corrodens, ob hoc tantum corticem quẽ vident trãsforare dissimulet, ne forte recogitent, & erubescant, ipsaq. verecundia emendentur. Qui si interdum nonnullis consumpta esse interiora vniuersa præsumit, vt nõ vereãtur ad ea quoque quæ foris apparent venenatum ducere caput, nisi forte quos videmus manifeste apostatare a Deo, repente fieri pessimos arbitramur, & non Osee 7. magis paulatim defeciſſe, cum comederint alie 12 ni robur eorum & nescierunt. Vides ergo non omnibus prodesse quòd a lepra sæcularis conuersationis, cuius peccata manifesta sunt, emũdantur, sed nonnullis peius in occulto ingratitudinis vlcus oriri, quòd tanto periculo suis sit, quanto interius. Felix Samaritanus ille qui cognouit se nihil habere quod non accepisset; idcirco seruauit depositum, & cum gratiarum actione ad Dominum est reuersus. Felix qui ad singula dona gratiæ redit ad eum, qui est plenitudo omnium gratiarum, cui dum nos pro acceptis non ingratos exhibemus, locum in nobis facimus gratiæ, vt maiora adhuc accipere mereamur. Omnino enim sola nos a profectu conuersationis impedit ingratitudo nostra, dum quodammodo amissum reputans dator, quod ingratus accepit, cauet sibi de cetero, ne tanto plura amitteret, quanto plura conferret ingrato. Felix proinde qui se alienigenam reputans etiam pro quibusque minimis beneficijs, non minimas refert gratias, gratuitum esse non 13 dubitans, neque dissimulans, quòd alieno impenditur & ignoto, nos autem miseri, & miserabiles cum in initio adhuc alienos nos æstimamus, timorati, satis deuoti, & humiles inuenimur, tam facile postmodum obliuiscimur, quàm gratuitum sit, quicquid accepimus, & præsumentes non bene quasi de familiaritate Dei nequaquam aduertimus, quòd mereamur audire, quoniam inimici Domini domestici eius. Tanto enim nunc facilius offendimus eum, quanto ea grauius quę a nobis committuntur iudicanda nouerimus esse, cum in Psalmo legimus: Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique. Obsecro fratres, & ab hoc nequissimo, & maximo vitio ingratitudinis longe fieri studeamus, & tota deuotione in gratiarũ actione versemur, nec verbo tantum vel lingua, sed opere, & veritate exhibeamus nos gratos, quia gratiarum actionem, magis quàm dictionem a nobis exigit dator gratiarum Dominus Deus noster.

14 Serm. 51. in Cant. IDEM sic habet, explicans illa verba: Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Non (ait) amplexatur, sed amplexabitur me, vt noueris priori gratiæ adeo non ingratam, vt secundam, gratiarum actione præuenerit. Disce inde in referẽdo gratiam non esse tardus, aut segnis, disce ad singula dona gratias agere. Diligenter, inquit, considera quæ tibi apponuntur, vt nulla videlicet Dei dona debita gratiarum actione frustrentur. Non grandia, non mediocria, non pusilla. Denique Ioan. 6. iubemur colligere fragmenta ne pereant, ideſt nec minima beneficia obliuiſci. Numquid non perit, quod donatur ingrato? ingratitudo inimica est animæ, exinanitio meritorum, virtutum dispersio, beneficiorum perditio, ingratitudo ventus vrens, siccans sibi fontem pietatis, rorẽ misericordiæ, fluenta gratiæ; propter hoc denique sponsa mox, vt gratiam de læua sensit, gratias egit, non expectans plenitudinem, quæ in dextera est, nec enim vbi memorata est

læuam iam esse sub capite suo etiam
secuta est a dextera se simi-
liter amplexatam, sed
amplexabitur me,
inquit.

Bona temporalia contemnenda sunt, & unde id conuincant sancti. Cap. XV.

1 Homil. 2. in Matth. 10. 3

ORIGENES loquens de Ananias & Saphira, ait: Puto autem quoniam audiēs Ananias hæc verba reprehensionis Petri, ideo cadēs expirauit, quoniam non sustinuit arguitionē Petri de amore diuitiarum, sed cruciatus in se adeo est punitus, vt etiam expiraret verbis Petri catechizantibus animam eius. Nec Petrum hic æstimare debemus interfecisse Ananiam, sed illum non sustinuisse acritudinem verborum Petri. Conuenienter quis quærere potest, quoniam si perfectus est qui omnes habet virtutes, quomodo sit perfectus qui vendidit omnia sua, & pauperibus dedit? Ponamus enim aliquem hoc ipsum fecisse, quomodo fiet statim & sine ira, & si contigerit eum esse sine ira, quomodo fiet statim sine tristitia, quomodo fiet etiam extra timorē absque omni concupiscentia? &c. Dicendum est iste qui mutauit pro diuitijs paupertatem, vt fiat perfectus credens sermonibus Christi, adiuuabitur statim sicut Apostoli Christi, vt sapiens fiat in Christo, vt magnanimus, vt iustus, vt castus, & absque omni omnimodo passione. Non tamen sic debemus intelligere, vt in ipsa die, vel in ipso tempore quo tradiderit bona sua pauperibus efficiatur omnino perfectus, sed consequenter ex illa quidem die incipiet speculatio Dei adducere eū ad omnes virtutes, vt incipiat ex eo proficere, sicut Isaac propter adiutorium Dei collatum in se, & magis atque magis crescit per singulos dies, donec additus sicut Isaac, magnus efficiatur valde in omni virtute.

2 In lib. 1. Periarchon. *Isai.* 42.

IDEM explicat illa verba: Qui dat spiritum populo qui est super terram, & spiritū his qui calcant eam. Sine dubio (ait) enim omnis qui calcat terram, idest terrena & corporalia, particeps est a Deo eum accipiens.

3 Hom. 13. in Psal. 48. to. 1. *Psal.* 48.

BASILIVS explicans illa verba: Ne timueris cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius, ait: Cum videris iniustum ditescentem, iustū vero egentem ne timeas apud teipsum, ne consterneris animo, tamquam sane nusquam sit prouidentia Dei. Nulla est vtilitas diuiti morienti, cum non possit diuitias secum afferre, qui tātum ex fruitione lucratus est solum, vt anima ipsius in hac vita ab adulatoribus beata prædicata sit, vbi autem moritur non accipiet omnia bona hęc. Vix indumentum capiet quod ipsius velet pudēda, atque hoc tādem si visum fuerit famulis ipsum amicientibus, boni consulet modicam terram nancisci, atque eam datam ipsi propter misericordiam a funeris curatoribus, qui ipsi talia exhibent, ob communis humanæ naturæ reuerentiam non ipsi hæc tribuentes, sed venerantes humanitatem. Ne sis pusillanimis erga præsentia, sed expecta beatam illam & perpetuam vitam. Videbis enim tunc quòd in commodum iusto datur paupertas, & ignominia, & priuatio deliciarum, & ne conturberis nunc propter ea quæ putantur bona, tamquam iniuste sint diuisa. Audias enim quomodo diuiti quidem dicetur. Accepisti bona tua in vita tua. Pauperi vero quod acceperit mala in vita sua. Quapropter consequenter hic quidem consolationem reperit, ille vero dolore excruciatur. Confitebitur tibi cum benefeceris ei de terreno homine, & qui solum huius vitæ diuitias bona esse putat, dicit quòd confitetur Deo cum beneficijs affectus fuerit, verum in calamitatibus omnem blasphemiam immittit, nam relicto paupere, ad Deum iam verba facit accusationem diuitiarum afferens, & diuitem in sola opulentia Deo gratias agere. Verum vbi tristiora aliqua acciderint, non amplius eundem permanere. Tale est etiam illud diaboli in accusationē Iob prolatum, quòd non gratis colit Iob Dominum, sed diuitias pietatis mercedem habet.

4 *Luc.* 16.

Psal. 48.

5 Homilia 6. *Psal.* 61.

IDEM explicans illa verba: Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere, sic habet: Si videris aliquem prædiuitem, ne prædicaueris vitā ipsius, si ex multis locis, & luculentis fontibus affluant pecuniæ, ne amplectaris ipsarum abundantiam. Diuitiæ si affluant. Admirare vocem. Fluxa est diuitiarū natura, torrente citius præterlabitur habētes, alios alio modo apta mutare dominos. Quemadmodū fluuius qui ab alto fertur, appropinquat quidem adstantibus ripæ, simul vero vt contingit statim secedit, sic etiam diuitiarū promptitudo celerrimū ac lubricum habet accessum, alios ex alijs permutare solens. Hodie huius est ager, cras alterius, *Et paulo post*. Intuere domos in vrbe, quot iam nomina ex quo extructæ sunt, transmutauerunt, aliud ab alio possessore nomen ferētes, & aurum semper e manibus habentis diffluens, ad alterum transit, & ab illo ad alium. Magis possibile est, vt aquam manu comprehensam contineas, quàm vt diuitias durabiliter conserues. Quare recte dictum est, Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere, ne animi tui affectus apponas, sed vtilitatem ab ipsis excipe, non vt vnum aliquod bonorum ipsas diligens ac admirans, sed instrumentarium ipsorum ministerium eligens, ac amplectens.

6 Homil. 2. ex variis, cuius titulus est, nos adhærendo esse rebus secularibus.

IDEM sic habet: Si quis aurum ingens in vita collegerit, non propriū ipsorum perpetuo manet, sed aut viuētibus adhuc & vndequaque ipsum coarctātibus aufugit ad potentiores delapsum, aut etiam prope mortē existentes relinquit, & non vult simul cum his qui ipsum acquisierunt peregre proficisci. Sed hi quidem dum ab eo qui violenter animas a misera hac carne separat, ad necessariam viam trahuntur, frequenter se ad pecunias cōuertentes sudores propter ipsas a iuuentute exhaustos deflent. Ipsæ vero pecuniæ ad aliorū manus respiciunt, tantum colligendi laborem & auaritiæ crimen illis infligentes. Neque siquis infinita terræ iugera possideat, & magnifice extructas ædes, & animantium omnis generis greges, & omnem inter homines potētatum adeptus esset, is perpetuo fruitur; verum ab his breui temporis spatio nominatus, alijs rursus facultate, atque opulentia illa cedet exiguam ipse terrā subiēs.

7 Sæpenumero vero etiam ante sepulturā, atque ante hinc discessum, ad alios, & fortassis hostes felicitatem transire cōspiciet. Aut non scimus, quot agri, quot domus, quot gentes, & ciuitates etiam viuentibus adhuc qui ea acquisierant, & possederant aliorū dominorum nomina prioribus exutis induerunt? Et quot olim seruitute pressi ad principatus thronum conscenderunt, domini vero & heri appellati cum subditis stare boni consuluerunt, & suis ipsorum seruis succubuerunt, velut in tesserarum circumactu rebus de repente ipsis transmutatis. At vero ea quæ nobis ad cibum, ac potum excogitata sunt, & omnia quæ vltra necessitatem proteruæ diuitiæ ad obsequium ingrati, & nihil continentis, ventris inuenerunt, quando nam nostra fuerint etiamsi perpetuo ingerantur? Quæ sane paruā quandā gustui tantum in transitu voluptatē exhibentia, statim velut molesta, ac superflua egre ferimus. Diuitiæ & potentatus, & claritudo, & omnis huiusmodi turba quotidie ex nostra dementia augescens, neque simul processit nobiscum ad vitam, neque cū aliquibus simul discessit, sed id quod a iusto olim dictū est in omnibus hominibus stabile est. Nudus egressus sum de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc. Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium, quia nec efferre quid possumus, ait Paulus: Habentes alimenta, & quibus tegamur his contenti simus. Fugiamus igitur quanta maxime celeritate id fieri potest, ne nos ipsi vltronei suffocemus. Si vero quis etiam olim inescatus, aut diuitiarum puluerē apud se accumulauit, & mentem earum curis illigauit, hic adhuc dum temporis occasio est, priusquam ad perfectum interitum perueniat, grauiora onera deponat, & antequam nauis submergatur mercium iacturam faciat, quas non velut decebat, collegit, & operarios maris imitetur. Illi enim etiamsi quid rerum necessariarum in naue vehant, tempestas autem insurrexerit ex pelago ipsis effernescens, & nauem onere pressam obruere minetur, quāta maxime possunt celeritate nauem exonerant, ac merces certatim in mare demergunt, quo nauis superior fluctibus fiat, & solis animabus ac corporibus ex periculo fuga contingat. Verū nobis profecto multo magis quàm illis conuenit, hæc & consultare, & facere. Illi enim quicquid tandem ciecerint, statim perdunt, & paupertatis violētia ipsis de cetero incumbit, nos autem quanto magis praua onera exhorruissemus, tanto ampliores ac meliores animæ diuitias accumulabimus.

8 *1. Tim. 6.*

9 Homil. 24. cuius titulus est ad adolescentes quomodo &c.

IDEM aiebat Homerus, quòd reliquæ possessiones non magis habentium, quam quorumcumque tandē vulgarium, & eas assequentium existunt, vt quæ velut in ludo cubus, & tessera, huc atque illuc transferuntur, sola autē ex possessionibus virtus auferri non potest. Vnde Solon ad diuites mihi dicere videtur. At nos virtutem non ita diuitijs permutabimus. Est etenim possessio firma virtutis, sed opes iam alter & alter habet. Tonsuræ autem, & vestitus extra necessitatem curiosum esse, aut aduersa fortuna vtētium est, aut iniustorum velut Diogenes, ait: Quid enim retulerit (si quis modo mente præditus sit) veste rasa, aut subtili indutum esse, aut detritum pallium gestare, quādiu in hoc nullus defectus est, vt aduersus hiemem, & æstum prosit? Sed & alia eodem modo non magis superflue, quàm necessitas exigit, parare oportet, & corpus non amplius curare, quàm commodo animæ cōmodius est. Ad quid enim amplius vtemur diuitijs, si voluptates per corpus accedentes ignominiosas ducimus. Et quidem non video, nisi iuxta draconum fabulā voluptatem aliquam afferat thesauris defossis incubare; multum autem abfuerit, vt qui liberaliter erga talia se habere eruditus est, humile, aut turpe quid opere aut sermone designet. Quod enim supra necessitatem redundat, siue lydium arenæ aureæ sit ramentum, siue formicarum auriferarum opus, tāto plus ignominiosum ducet, quanto minus indiguerit, ipsam autem necessitatem iuxta naturæ necessaria, & non voluptatibus terminabit. Nam qui necessarios terminos excesserunt, consimiliter velut hi qui in decliue feruntur, nihil stabile habentes ad quod se recipiant, nusquam ab vlteriore delatione interquiescunt, sed quanto plura acquisierint, tanto magis æquali indigent, aut etiam ampliore ad concupiscētiæ expletionem iuxta Solonem, qui ait: Diuitijs nullū statuunt mortalia finem pectora. Verum ad hæc Theoguide vtendum est præceptore dicente: Non ego diuitias moror, aut peto, viuere tantum de paucis detur, nil sit vt inde mali. Ego autem in Diogene admiror omnium simul humanarum rerum contemptum, qui sane etiam rege magno seipsum ditiorem declarauit ex eo quòd paucioribus, quàm ille in vita opus haberet. Nobis autem nisi adsint Pythij, Mysi talenta, & tot ac tot terræ iugera, & pecorum greges plures, quàm numerare possimus, nihil satis erit. Ceterum vt ego arbitror conuenit diuitias absentes non expetere, nec desiderare, etsi adsint non magis propter possessionem ipsarum se iactare, quàm ob scientiam dispensandi ipsas. Nam Socratis illud recte habet, qui cum diues quidam magnopere propter pecunias superbiret, non prius admiraturum dixit, quàm experiretur, etiam quòd his vti nosset. Aut Phidias quidem, & Polycletus, si ob aurum & ebur se magnoperę iactassent, quod alter Eleis Iouem, alter Argiuis Iunonem fecit, ridiculi essent alienis diuitijs gloriantes relicta arte, præ qua etiam aurum ipsum iucundius, ac pretiosius effectum est. Nos autem humanam virtutem non sufficere per seipsam ad ornatum putantes minore pudore digna nos facere arbitramur.

10

11

IDEM sic habet: Qualia facis o admiran-

12

In epist. ad Olympiũ, quę est 169. to. 2.

de, quòd amicam nobis paupertatem, & philosophiæ nutricem finibus expellis, arbitror etiã te expulsionis actione ab ipsa reum posse peragi, si qua contingeret ipsi defensio. Nam huic cohabitare elegi ego, nunc quidem Zenonem laudans, qui naufragio omnibus amissis nihil ingenerosum locutus est, sed euge dixit o fortuna compellis nos ad detritum pallium, nunc vero Cleanthẽ aquam ex puteo ob mercedem haurientem, vnde & ipse vitam degebat, & præceptoribus mercedẽ persoluebat. At vero Diogenem ne cessabit quidem vnquam admirari solis naturæ rebus contentum esse conantem, vt etiam poculum abiecerit, cum a puero doctus esset cauis manibus haustam aquam bibere.

13 Hom. 2. in Genesim to. 1.

CHRYSOSTOMVS explicans illa verba: In principio creauit Deus cælum & terrã, terra autem erat inanis & vacua, ait: Cuius gratia dic quæso cælum clarum, & absolutum creauit, terram autem deformem effecit? neque hoc temere factum, sed vt cum didiceris meliorem creationis partem ab eo formatam, & absolutã, postea neque de alijs dubites. Ad hæc, & alia ratione deformem terram creauit, quia cum hæc sit nutrix, & mater nostra, & ex ea facti sumus, & educamur, ipsaq. nostra patria est, & commune sepulchrum; reditus enim noster ad eam est, & varijs per eam bonis fruimur: ideo vt ne homines ob vsus necessitatem plusquam dignum est eam venerentur, ostendit primum rudem, & absque forma, & inexpolitam, vt ne beneficia terræ, telluris naturæ imputes, sed ei tribuas, qui illam ex nihilo, vt esset, creauit, propter hoc ait, Terra autem erat inuisibilis, & inculta.

14 Homil. 35. in Genesim.

IDEM sic ait: De Abraham intelligitis, quomodo nunc vt contempsit ea quæ daturus erat Sodomorum rex, magna & ineffabilia dona consecutus est. Per hoc non ille solum, sed & iusti omnes Deo fuerunt grati. Misericors enim Dominus, quando nos viderit despicere præsentia, etiam ipsa largius suppeditat reponitq. plurima, quibus olim fruemur. Videre hoc potes in diuitijs, in gloria huius vitæ, & in omnibus alijs temporalibus rebus. Despiciamus ergo præsentes diuitias, vt veras diuitias inuenire valeamus. Neque enim possibile est, vt qui præsentibus est mancipatus, ineffabilium bonorum desiderium accipiat vmquã. Sicut enim lemæ quædam oculos opplẽtes, ita præsentium cupiditas intellectum obscurat, & non permittit videre quid oporteat facere. Contra non est possibile, qui solida, & immobilia illa bona ament, momentanea illa, & quæ antequam appareant, marcescunt, concupiscant? nam saucius amore diuino, & futurorum desiderio tenetur, alijs oculis videt præsentium statum, & videt quòd omnis præsens vita figura est, & deceptio, & a somnijs nihil differt. Ideo B. Paulus dicebat: Præterit figura mundi huius, monstrans, quòd omnia humana in figura tantum sunt, & sicut vmbra & somnium transeunt, nihil solidum, nihil verum habentia. Quomodo igitur non fuerit mens puerilis ad vmbras spectans, & de somnijs superbiens, & alligata ijs quæ paulo post præteribunt. Quare ergo voluntarius impostura fers, & non cogitas quàm sunt mutabilia, & ea præteris, ad illa autem quæ semper durant, semper immobilia, semper stabilia, nullius vicissitudinis capacia, quare desiderium non transfers.

1.Cor. 7.

15 In Homil. 56.

IDEM sic ait, loquens de Abraham: Considerate quanta ei rependatur merces, eo quòd contẽpserit donata sibi a rege. Quid igitur inquit? Post hæc autem verba, Factum est autem verbũ Domini ad Abraham. Quare sic incipit, post hæc autem verba? Num indicat verba, quæ cum Sodomorum rege collocutus est? Post contemptum illum, inquit, postquam ea quæ ab illo data sunt, repulit, post doctrinã illam quam reiectis donis pronũciauit, vt pietate & agnitione conditoris omnium regem incitaret: post hæc verba tunc audiuit. Ne timeas Abraham ego protector tuus, & merces tua magna nimis. Ne timeas Abraham, attende immensam Dei curam. Quare dixit ne timeas.. Quia tantas opes contempserat, non curatis ijs quæ rex dabat. Hoc est ne timueris, quòd despexisti tanta dona, neque anxius sis, qui quasi imminutiores sint tuæ facultates, ne timeas. Et vt animum magis excitet, ego protego te, qui a Chaldæis te euocaui, huc duxi, qui te a periculis Ægypti liberaui, qui semel atque iterum promisi daturum tibi, & semini tuo terram hanc, ego curam gero, merces tua multa valde. Contempsisti regem, & munera eius, ego tibi mercedem dabo non tantam quantam accepturus eras, sed multam, & valde multam.

16 Homil. 4. in Matth. to. 2.

IDEM explicans historiam trium puerorum, qui ab impio rege in fornacem missi sunt, ait: Horum virtutẽ nos quoque debemus imitari; siquidem etiam & nunc aurea imago proposita est pecunia, scilicet in qua tyrannica quædam mammonæ formatur effigies, & ad seruiendum sibi cupidorum corda sollicitat: sed nequaquam nos, aut sonitus tubarum, aut citharæ concentus, aut reliqua diuitiarum incentiua commoueãt, vt imaginem adoremus auaritiæ: sed etiam si ardentem fornacem intrare cogamur, paupertatẽ dico, eam tamen & inter ignes positi diligamus. Tunc enim nos in medio flumarum blanda circumdabit roris aspersio. Ne igitur pauperiei fornacem horrescamus, nam tunc quoque in ignem coniecti per ipsum ostẽsi clariores sunt. Qui vero imaginẽ adorauerunt aureã, subito ignis perierunt voratu, & hi quippe qui ne diuitias adorent, eligunt sentire paupertatem, & hic quidem magna, sed multo maiori in futuro claritate fulgebunt. Qui vero hic imaginem adorantes auream de iniquitate ditantur, tunc profecto extrema supplicia persoluent. De huiusmodi enim fornace Lazarus, non minus quàm illi tres viri, clarus egressus est: at contra ille dives purpuratus, qui in parte adorantium iure numeratur, gehennæ est deputatus incendio.

17 Hom. 24. in Matth.

IDEM sic ait: Non tam lusus est vita nostra, quàm aliquid forte deterius. Non enim tendit

tendit ad risum, sed intolerabilem quoque portabit dolorem eis, qui mores suos non mature, & diligenter instituunt. Quo enim distamus a pueris ludendi gratia casulas ædificãtibus nos, qui ampla prætoria, & clara constituimus? Quæ autem dissimilitudo est inter eorum prandiola ad ludum parata, & nostra hæc splendide ac delicate apparata conuiuia? Nulla plane, nisi quòd ea sæpe nos ad supplicium nostrum faciamus, quæ illi imitantur ad ludum, quòd si necdum perspicimus eorũ, quę agimus vilitatem, non est profecto mirandum; nondum enim venimus ad maturitatem virorum. Quo cum venerimus, intelligemus hæc omnia esse puerilia. Nam & illos cum ad virilem transimus ætatem ridere consueuimus, ob ea certe ipsa, quæ cum pueri essemus etiam studiose credebamus esse facienda. Nam & testas aliquando, & lutum sæpe aggerẽtes non minus gloriabamur, quàm hi qui certatim amplas porticus, & triclinia gaudent superba construere, sed tamen

18

peribant illa, & continuo corruebant. Verum ne stantia quidem vtilia nobis esse potuissent, sicut ne istæ quidem splendidæ domus, quæ certe iam cæli ciuem capere non possunt. Sed neque iste in illis se habitare patietur, qui patriã expectat æternam; verum vt nos pedibus ludicra illa ædificiola plerumque destruimus, ita hæc sapienti ille menti subuertit, & sicut nos paruulos de illa flentes destructione ridemus: sic isti quoque viri nobis de hac subuersione mærentibus, non modo rident, sed etiam flent. Siquidem & eorum viscera compassione plena sunt, & ingentia nobis hinc nascũtur incommoda. Iam igitur in viros transeamus aliquando, quamdiu terræ prorsus affigimur, de lignis, & lapidibus gloriantes, quousque lusibus occupamur? Nam vt pueri cum neglectis litteris ad huiusmodi nugas sua studia conuerterint, durissimis verberibus subiacebunt; sic nos quoque quia in his rebus studium omne consumimus, cum a nobis spiritualiũ exigetur operum disciplina, nisi quæ reddenda erunt, habuerimus parata, horrẽda illa supplicia perferemus. Nec erit omnino vllus qui liberet, etiam si pa-

19

ter, vel frater, vel quilibet alius assistat. Sed hæc quidem quibus nunc dediti sumus, cuncta pariter euanescent, quæ vero ex istis pœna colligitur, perpetua erit; quod quidem accidere consueuit in paruulis, quorũ puerilis illa cõstructio a patre tota subruitur, ipsi etiam verberati post lusus conuertuntur ad lachrymas. Atque vt hæc ita se habere discas, illud ipsum erga quod maximum studium videtur esse ponendũ, idest diuitias in medium proferamus, & constituamus quamlibet e regione virtutem, & tunc præcipue illarum perspicies vilitatem. Duos ergo homines esse ponamus, nec de auaritię opibus sermo sit, sed de honestis adhuc iustisq. diuitijs. Duo ergo talium opũ domini fingantur. Quorum vnus quidẽ ad pecunias congerendas mare nauiget &c. & lucra iuste conquirat. Iste igitur agros coemat, & seruos nullaque ad hæc iniquitate ducatur; alter vero æqualiter locu-

ples vendat agros, domos, vasa argentea, & aurea, atque horum omnium pretium indigentibus largiatur, curet ægrotos, in necessitate positos absoluat, liberet a seruitute, & morte captiuos, de cuius vos tãdem esse parte malletis? Et certe nondum futura diximus, sed interim 20 ista præsentia, cuius inquam similes esse malletis? congregantis aurum an plurimorum pericula submouentis? emẽtis agros an hominibus diuersa calamitatum tẽpestate vexatis, semetipsum portum parantis? Multo auro argentoq. circumdati, an mille laudibus coronati? Nõne enim hic videtur angeli alicuius similis, qui de cælo ad consolationem hominũ, emendationẽq. descenderit? alter vero nec homini conferendus, sed cuipiam paruulo vane cuncta, & inaniter congregãti? Sin autem pronunciatis huiusmodi hominem esse ridiculum, extremæq. vecordiæ, quando etiam inique opes congregat, quid eo potest infelicius iudicari?

21 Hom. 14. in epist ad Roman. to. 4.

IDEM sic habet: Ad præsentia inhiamus, nec diaboli astum intelligimus, qui per paruã magnis nos priuat, qui largitur lutum, vt aurũ rapiat, atque adeo vt cælũ eripiat, qui vmbram obiectat, vt a veritate deturbet, qui in somnijs illudit (hoc enim sunt mundi huius diuitiæ) vt cum dies illuxerit omnium pauperrimos ostendat. Hæc igitur animo versantes, tandẽ aliquando vel sero dolum fugiamus, & ad futura traducamur. Neque enim hac nos ratione tueri possimus, quòd videlicet præsentis vitæ fragilitatẽ ignorauerimus, rebus ipsis in dies singulos tuba clarius clamitantibus præsentium rerum tenuitatem, risum, dedecus, pericula, barathra. Quam igitur defensionẽ vsurpaturi sumus, qui quæ periculosa quidẽ sunt, & turpitudinis plena toto studio persequamur, quæ vero minus periculosa cum sint, nobis tum gloriam, tũ nominis claritatem afferũt, fugitemus. Denique nos 22 ipsos totos pecuniarum tyrannidi dedamus. Harum rerũ seruitus quauis tyrannide pestilẽtior est, atque id certe sciunt, qui vt ea tyrannide liberarentur digni inuenti sunt. Vt ergo vos pulchram hanc libertatẽ edisc atis vincula abrumpite, a laqueo resilite, neue vobis aurũ domi iaceat, sed quod immensis opibus pretiosius misericordia, & benignitas auri loco, ea enim fiduciam erga Deum nobis præstat, illud autem magnam erga nos infamiam infundit, præpotentẽ aduersum nos reddens diabolum. Quid igitur hostẽ contra te armas, viresq. illius auges, dexteram tuam potius cõtra illum armato, vniuersamq. domus pulchritudinẽ in animam introducito, omnem porro opulentiam in cogitationem reponito, ac tibi cælum pro arca, ac domo opes, aurumq. asseruet.

23 Homil. 38. 1 ad Cor.

IDEM sic ait: Neque enim paupertas tristitiam, aut diuitiæ voluptatem gignunt, sed & hoc, & illud opinio nostra parit. Aspice hæc ab infimis exorsus. Qui in stercore cubat misera, & ignominiosa condicione se non liberum esse dolet, quem si liberes, & necessarijs rebus instructũ reddas, rursus dolebit quòd vltra necessitatem nõ supersit aliquid. Adde plus, plura

concupiscet, nec minus idcirco dolebit, etiã si duplũ,& triplum addas. Ægre erit enim quòd iam in republica non sit,mox etiam istud si concedas, miserum se quòd inter primos non sit, putabit, sed & hoc assecutus dolebit, quòd non sit princeps,& si sit,quòd non totius gentis,etsi totius,quòd non multarum; si multarum, quòd non omnium. In immensum denique cupiditas progressa conturbare se numquam intermittit. Vides arbitror e vili mendico si regem facias, etiam cupiditate extirpare non posse,nisi mentem ambitionis studio flagrantem ponas prius. Non sunt igitur nec opes voluptatum causa, nec paupertas tristitiæ,sed animus & oculi mẽtis nostræ non puri, nec vsquam cõsistentes, sed velut reuolantes; & quemadmodum sana corpora si nudo pane victitent pinguia, vegetasunt,tamen morbida etiam sumptuosa mensa, imbecilliora redduntur. Sic euenire in hominum animis solet. Cogitemus ergo opes nihil esse,nihil esse paupertatem, nihil despectum, honorem nihil, temporis puncto, & solis inter se verbis ista differre. Neque enim cum depictos tabella diuites videmus dignos admiratione putamus,vt nec mendicos istic exaratos, & miseros. Sint picti isti, licet viuis illis nostris diuturniores, facilius enim in tabella pictus dies quàm ipsa rerum natura consistat,in centesimum annũ sæpe tabella durat, cum qui tam belle sibi dies placet, vnius anni spatio rebus omnibus exuatur.

24 IDEM: Quàmprimum Apostoli verbum pietatis seminare cœperunt, annumerati sunt eis, statim tria millia, & iterum quinque millia,eratq. ipsorum cor & anima vna.Et quis tantæ concordiæ auctor? Quod illud charitatis vinculum? Opum contemptus. Nullus enim ipsorum dicebat, suum aliquid esse ex his quæ possidebat, sed erant ipsis omnia communia. Omnia etenim bona statim proueniunt, vbi malorum radix (auaritiam dico) sublata fuerit. Igitur cohærebant inter se, nihilq. erat quod diuelere poterat.Iam enim friuola illa verba meum & tuum, quæ tot bella mundo inuexerunt, ex sancta illa Ecclesia erant exterminata, inhabitabaturq. non aliter terra, quàm ab Angelis cælum. Non inuidebãt diuitibus pauperes, neque enim erant diuites, non contemnebantur a diuitibus pauperes, non enim erant pauperes.

25 Verum communia erant omnia, & nemo quod habebat, dicebat proprium. Erat item videre quãdam pietatis speciem non ex sola abiectione opum omnium in vnum cõflatarũ, sed etiam ex abijciendi modo, nam quotquot vel domos, vel agros possidebant, ea vendebant eorumque pretium allatum ante pedes ponebant Apostolorum. Non dicit quòd in manus ipsorum ponebant, sed ad pedes declarando simul fidem,pietatem, & quòd maioris ducebant, quòd ab Apostolis reciperentur, quàm quod darentur dona; hoc enim potissimum est contemnere opes.

26 IDEM: Contemne pecunias, si pecunias habere vis, si ditari cupis, pauper efficere. Hu-

Hom.3.in aliquot loca Pauli ad Corinth. 1.

Act.4.

Hom.11.in epist. 1. ad Timoth.

iusmodi quippe diuina sunt munera, omnemq. transcendunt spem. Non vult Deus proprio studio, sed gratia sua diuitem fieri. Mihi, inquit, ista permitte, tu spiritualium tantum curam habe, vt meam potentiam discas. Seruile pecuniarum iugum fuge, quippe si illas tenere volueris inops eris,si autem eas aspernatus fueris duabus ex partibus dines euades. Tunc tibi omnia vndique affluent ex eo maxime, quòd nihilo eorum indigeas, quibus plurimi egent. Neque enim possidere plurima, sed plurimis non indigere diuitem facit.Itaque quamdiu rex aliquo indiget,nihil meliore in loco quàm pauper est, quippe indigere alijs; ea tandem paupertas est. Itaque neque reges ipsi ea ratione paupertatis nomen effugiunt, quia subditis indigent,at non ita qui se crucifixerit mundo,nihilo enim indiget,sufficiuntq. ei ad victum manus suæ. Mihi enim, inquit Paulus, & his qui mecum sunt,ministrauerunt manus istæ,Ista ille dicebat qui alio in loco, Quasi nihil habentes, & omnia possidentes, Ille inquam ista dicebat,qui Deus ab his qui Lystris morabantur, æstimatus est. Si cupis his quæ in mundo sunt, frui,cælum quære, si vis etiam præsentia consequi, toto illa studio despice. Quærite enim,inquit, cælorum regnum, & hæc omnia adijcientur vobis. Quid parua ista miraris? Quid ad ista quæ abiectissima sunt,inhias? Quãdiu inops eris? Quamdiu pauper esse persistes? In cælum aciem intende,cælestesq. diuitias animo versa, aurum irride, disce cuiusmodi sit illius vsus, quamdiu nobiscum duret. Vsque ad præsentem tantum vitam fragilem, atque mortalem illius vsus extenditur, quantum denique arena; immo vero quantum stilla ab immenso abysso distat,tantum vita præsens ab æternis, atque immortalibus bonis. Non est hæc vera possessio, vsus est, nec ipse quidem satis proprius. Quo enim pacto? Quandoquidem te expirante,velis nolis, alij tua omnia accipiunt, & ipsi rursus alijs tradunt, omnes enim peregrini, atque aduenæ sumus, atque dominus domus forte magis est mercenarius domus. Sæpe enim illo defuncto hic permanet, plusquam dominus fruitur domo? Quòd si iste mercede conducit domum, & prior ille mercede item ædificauit, magnoq. cum labore construxit, verbo tantum ea dominatio est, re autem vera omnes aliarum rerum domini sumus, illa tantum nostra sunt,quæ illuc præmittere caute studemus, quæ autem hic sunt non nostra, sed viuentium sunt, immo viuentes sæpe derelinquunt illa, nostra sunt tantum quæ virtutis animæ propria sunt. Porro ista, exteriora dicuntur etiam apud ipsos externæ sapientiæ auctores, quippe quæ extra nos sunt. Ea igitur iuris nostri faciamus. Euigilemus tandem pecuniarumq. extinguamus appetitu, vt desiderium nostrum omne, ad æterna transferre possimus. Non possunt isti duo amores simul habitare, vnumq. possidere animum.

Act.20.

27 2.Cor.6.

Act.14.

Matth.7.

29 Homil.11

IDEM ait: Tu mihi numerare pergis, qui minimis laboribus multa bona acquisierũt.

Quænam

Quænam ista bona sunt? Pecuniæ scilicet copia, magnificentia domus,soli infinita iugera,mancipiorum greges, argẽti,atque auri pondus immensum. Hæc tu appellare bona non erubescis, neque suffunderis homo cum sis, cui de cælestibus philosophari fas sit? Non inquam erubescis terrenis solum rebus, & cõmodis inhiare mortalibus,cui ad fruendum patet,si volueris cælũ; eaq. appellas bona, quæ indignissima simul, atque vilissima sunt? Nempe enim si bona hæc dicimus,& eos qui ea possident,bonos itidem vocare debemus, nam qui bonum aliquod habet, quomodo non potest ipse non esse bonus? Quid ergo si qui ista possident immodica habendi cupiditate aliena diripiant,num eos dicemus bonos? Si enim bonæ diuitiæ sunt, hæc vero ex cupiditate,iniquisque compendijs oriuntur;quanto ille auctiores sunt,tanto qui eas possidet melior fieri putandus est,atque ea ratione ille erit optimus,qui cupidissimus fuerit, si autem diuitiæ bonæ sunt,quæ ex cupiditate incrementa suscipiunt,eo quisque bonitate præstabit,quo plura possederit, quod quàm sit absurdum,quãque a ratione dissentiat omnibus perspicuum est, nisi forte absque cupiditate opes congeri possent,atque innoxie possideri.Sed id profecto fieri nulla ratione potest, vt pernicioſissima hæc perturbatio innoxia sit. Atque id Christus dicens definit sua sententia. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Quid igitur inquies, si patri heres quisque successerit? Iuste profecto coactus accepit opes, neque enim ex Adam maiores sui traxere diuitias,fieriq. potest,vt & alij plures ætate præcesserint,atque inter plurimos inuentum esse quempiam qui iniuste aliena susceperit. Quid ergo dicemus,inquies,de Abraham,num iniquas ille possedit opes? Quid item de Iob qui innocẽs,qui iustus,& Dei cultor prædicatur? opes illis non in auri,argentiq. talentis, non in præclaris ædibus, sed in pecoribus erant,quæ profecto diuitiæ,& innocuæ,& diuinitus permissæ sunt.

Luc.16.

31 Serm.1.de prouidẽtia &c.

IDEM sic ait: Cur non erubescimus spectantes natiuã corporis nostri effigiem? multo enim aliter figurauit nos Deus,quàm bruta,formam accepimus,quam decebat,& quæ immortali rationali animę ministraret,cur enim Deus brutis omnibus dedit, oculos humum spectantes, tibi autem in arce capitis imposuit, nisi vt intelligeres,nihil illis cum cælo commune,tibi vero a Deo,& a natura datam tibi legem, quasuperna potissimum contempleris? Cur item tibi corpus rectũ fecit,illis vero demissum deorsumq. vergens? An non eadẽ causa est, vt scires nihil tibi cum terra cõmune, neque te præsentibus addictum esse debere? Quo circa ne ita nostram ingenuitatẽ prodamus in bestiarũ ignauiã degenerantes,vt ne & nobis dicatur,Homo cum in honore esset,non intellexit,comparatus est iumentis insipientibus &c. Nam felicitatem diuitijs, delicijs, honoribus, ceterisq. præsentibus bonis metiri non est hominum ad suam nobilitatem spectantium, sed eorum qui asini & equi facti sunt.

Psal.48.

32 Homil. 30. ad Populũ.

IDEM narrat gestum mirabile dicens: Volo quoddam gestum apud antiquos commemorare de pecunia. Erat quidam locus thesaurum habens absconditum, cum hoc nesciret dominus, locum alienauit. Qui emerat cum perfoderet, vt agrum plantaret,& excoleret, repositum inuenit thesaurum, cumq. venisset ad venditorem, vt thesaurum reciperet, cogebat, locum enim se dicebat emisse non thesaurum, vicissim ille respuebat donum dicẽs,Locum vendidi, nec vllum in eum ius habeo. In quæstionem venerunt vnus quidem dare volens, alter vero contendens ne reciperet,& quemdam conuenientes virum disceptabant, & postea dicebant ei,cui debet attribui thesaurus? Ille vero sententiam non protulit,dixit enim se quæstionem soluturum, & se possessorem futurũ, cumq. sponte concessissent,innumera postmodum mala sustinuit, & quod merito illi ab eo discessissent, ipsa re didicit.

33 In epist. 7. quæ est ad Eutropiũ. Eccls.1.

IDEM sic ait: Nox erant omnia temporalia, & somnium,& die exorto numquam comparuerunt, vmbra erant, & pertransijt fumus & dissolutus est, bullæ aquarum fuerunt, & disruptæ sunt, araneæ telæ erant, & discussæ sunt; propterea q. spirituale istud carmen canimus, dicentes: Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Hunc enim versiculum si saperent qui in potentia versantur, in parietibus omnibus, & in vestibus suis scriberent, in foro, in domo, in ianuis, in ingressibus, & ante omnia in conscientijs suis, vt semper eum oculis cernerent, & corde sentirent. Quoniam quidem multæ sunt rerum facies, multæ imagines falsæ, quæ decipiunt incautos. Istud oportet quotidie salutare carmen, & in prandijs, & in cenis,& in omni conuentu vnumquemque proximo suo canere, & a proximo suo libenter audire, quia vanitas vanitatum est, & omnia vanitas. Non tibi semper dicebam, quòd fugaces essent diuitiæ, & stare nesciunt loco. Sed ecce nunc ipse te rerum exitus docet, quia non solum infideles, & fugaces, sed exitiabiles sunt diuitiæ.

34 In epist. 8. quæ est ad Demetriadem Virginem de custodia virg. to.1.

HIERONYMVS sic habet: Superfluum reor te monere contra auaritiam, cum generis tui sit, & habere, & calcare diuitias; & Apostolus doceat auaritiam esse idolorum cultum,Dominusq. respondeat scisciti tãti,Magister bone, quid boni faciens vitam æternam possidebo, Si vis esse perfectus, vade & vende omnia quæ habes, &c. Apostolici fastigij est perfectæque virtutis vendere omnia, & pauperibus distribuere, & sic leuem atque expeditum cum Christo ad cælestia euolare. In Actis Apostolorum, quando Domini nostri adhuc calebat cruor, & feruebat recens in credentibus fides, vendebant omnes possessiones suas, & pretia earum ad Apostolorum deferebant pedes, vt ostenderent pecunias esse calcandas.

Act.4.

35 In epist. 11. quæ est ad Ageruchiã.

IDEM sic habet: Melius est rem familiarem minui,quàm salutem animæ perire,melius est amittere,quod velimus, nolimus,aliquando

periturum est, melius est sponte dimittere, quàm id amittere, pro quo omnia dimittenda sunt. Ne cogitemus de crastino, sufficit diei malitia sua. Iacob fratrē fugiens magnis in patris domo diuitijs derelictis nudus pergit in Mesopotamiā, & vt nobis fortitudinis præberet exēplum, lapide capiti suppositō vidit scalā ad cælum vsque subuectam & Dominum innitentem super eam, per quā ascēdebant angeli, & descendebant. Atque, vt multa prætream, post annos viginti dies in patriam reuertitur. Apostoli toto orbe peregrini nō æs in zona, non virgam in manu, non caligas habuere in pedibus, & tamen dicere poterant. Nihil habentes & omnia possidentes, Et aurum, & argentū non est nobis, quod autem habemus hoc tibi damus in nomine Iesu Christi Nazareni, surge, & ambula. Non enim erant diuitiarum sarcina prægrauati, & ideo stantes cum Elia in foramine petræ, per angustias acus transire poterant, & posteriora Domini contemplari. Nos vero ardemus auaritia, & contra pecunias disputātes auro sinum expandimus, nihilq. nobis satis est, & illud quod de Megarensibus dicitur iure miseris coaptari potest. Ædificant quasi semper victuri, viuunt quasi altera die morituri, & hæc facimus quia Domini verbis non credimus. Dictum est hoc de Megarensibus in eos quòd ædificarent magnifice, & ijdem vitam viuerent voluptuariam, ita fruentes gaudijs vitæ quasi postridie e vita migraturi, auidius enim fruimur his, quibus mox carituri sumus.

Erasmus.

36 In epist. 34. quæ est ad Iulianum. Matt. 19.

IDEM sic habet: Quondā diues adolescens omnia quæ in lege præcepta sunt se implesse iactabat, ad quem Dominus in Euāgelio, vnū, inquit, tibi deest. Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Qui omnia se feciſſe dicebat, in primo certamine diuitias vincere non potest. Vnde & difficile intrāt diuites in regna cælorum, quæ expeditos, & alarū leuitate subnixos habitatores desiderant. Vade, inquit, & vende non partem substantiæ, sed vniuersa quę possides, nihil ex omnibus metu inopiæ reseruans, ne cum Anania damneris, & Saphira, sed fac tibi amicos de iniquo mammona qui te recipiant in æterna tabernacula, vt me sequaris, vt Dominum mundi possessionē habeas, vt possis canere cū Propheta: Pars mea Dominus, & vt verus Leuita nihil de terrena he

37 reditate possideas. Et hoc hortor, si vis perfectus esse, si in sublimi tecto positus pristina vestimenta contemnis, & vt euadas Ægyptiam dominam sæculi pallium derelinquis. Vnde & Elias ad cælorum regna festinans, nō potest ire cum pallio, sed mundi in mundo vestimenta dimittit. Sed hoc ais Apostolicæ dignitatis est, & eius qui velit esse perfectus. Cur autem & tu nolis esse perfectus? Et tu benefacis quòd sanctorum diceris vsibus ministrare, fouere monachos, Ecclesijs offerre quàmplurima, sed hæc rudimenta sunt militiæ tuæ. Contemnis aurum, contemserunt & multi philosophi; e quibus vnus, vt ceteros sileam, multarum possessionum pretiū proiecit in pelagus, abite, dicens, in profundum malæ cupiditates, ego vos mergam, ne ipse mergar a vobis. Philosophus popularis auræ vile mancipium, totam simul sarcinam deposuit, & tu te putas in virtutum culmine constitutum, si partem ex toto offeras?

38 Lib. 2. contra Iouinianum to. 2.

IDEM sic ait: Diogenes palliolo duplici vsus est propter frigus, peram pro cellario habuit, secumq. portabat clauā ob corpusculi fragilitatē, qua iam senex membra sustentare solitus erat. Habitauit autem in portarum vestibulis, & porticibus ciuitatum. Cumq. se contorqueret in dolio, volubilem se habere domū iocabatur, & se cum temporibus immutantem. Frigore enim os dolij vertebat in meridiem, æstate ad Septentrionem, & vt cumq. sol se inclinauerat, Diogenis simul prætorium vertebatur. Quodam vero tempore habens ad potandum cauum ligneum, vidit puerum manu concaua bibere, & elisisse illud fertur ad terram, dicens: Nesciebam quòd natura haberet poculum.

39 In epist. 2. ad Fabiolā to. 3.

IDEM sic ait: Siquid habemus de Ægypto quod princeps mundi suum possit agnoscere tenenti Ægyptiæ cum pallio relinquamus. Sindone opertus adolescens vinctum Dominum sequebatur, incurrisset laqueos, nisi expeditus, & nudus persequentium declinasset impetum.

40 Lib. Quæstionum in Genesim.

IDEM sic ait: Ascendit Abraham ex Ægypto ipse, & vxor eius, & omnia quæ illius erant, & Loth cum eo in desertum, erat autem Abraham diues valde in pecore, & argento, & auro. Pulchre de Ægypto liberatus ascēdisse dicitur, sed occurrit huic sensui, id quod sequitur. Quomodo potuerit exiens de Ægypto esse diues valde. Quod soluitur ista Hebraica veritate, in qua scribitur Abrahā grauis vehementer. Ægypti enim pondere grauabatur, & licet videantur esse diuitiæ pecoris, auri, & argenti, tamen si Ægyptiæ sunt viro sancto graues sunt.

41 In cap. 3. Ionæ, perueniit verbum ad regē Niniue to. 3. 1. Cor. 1.

IDEM sic habet: Vltimo peruenit verbum ad regem Niniue, vt diuitum difficultatem in audiendo Deum intelligas. Vnde Paulus aiebat: Videte vocationem vestram, fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi nobiles, sed stulta mundi elegit Deus &c. *Infra*: Difficile homines potentes, & nobiles, & diuites credunt Deo, obcæcatur enim mens eorum diuitijs, & opibus, atque luxuria, & circumdati vitijs non possunt videre virtutes.

42 In cap. 1. Sophoniæ.

IDEM explicans illa verba: Disperierunt inuoluti argento, sic ait: Qui sibi in diuitijs confidebant, & tantas habebant opes, vt se quasi inuolutos, & septos suis diuitijs æstimarent, vel certe secundum septuaginta qui erecti erāt in superbiam, & pauperes despiciebant, ira veniente vastati sunt. Simulque considera quòd non dixit, Peribunt qui erecti sunt argento, sed iam nunc antequam eis veniat supplicij dies, in eo ipso quòd superbiant, & semper de thesauris suis cogitant, & seruiant eis, perierint, atque corruerint. Quod qui intellexerit puto eum non satis cupere diuitias, in quibus non peribunt, sed perierunt qui inuoluti sunt.

IDEM

43 In c. 13. Prouerbiorum to. 8. Luc. 6.

IDEM explicans illa verba: Est quasi diuites, cum nihil habeat, & est quasi pauper, cū in multis diuitijs sit, sic ait: Diues sibi videbatur ille, qui induebatur purpura, & bysso, & epulabatur quotidie splendide, sed quia Deum non habuit, comperit in fine nihil esse, quod habuit. Vnde dictum est de talibus. Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Pauper econtra videbatur Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, vlceribus plenus, sed in multis erat diuitijs, quia virtutem habuit humilitatis, quia conditorem omnium diuitiarū Deum corde gestabat. Substantia festinata minuetur, quia qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, nec ipsas diuitias, quas vel acquirunt, vel cupiunt perpetuo possident.

Psal 45. 1. Tim. 6.

In Psal. 75. to. 8.

IDEM explicans illa verba: Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis, sic ait: Vere hæc vita somnus est, & diuitiæ. Quando enim videmur eas tenere, statim amittimus. Sicut illud quod scriptum est in Propheta. Sicut cum aliquis dormit sitiens, si inuenerit aquam, bibit, postea cū vigilauerit ipsa sitis manet: ita sunt & diuitiæ in hoc mundo, dum tenemus, amittimus.

44 In libro soliloquiorū. to. 1.

AVGVSTINVS sic ait: Cum triginta tres annos habeā, quattuordecim fere anni sūt, ex quo ista cupere destiti, nec aliud quisquam in his, si quo casu afferrentur præter necessariū victum, liberalemque vsum cogitaui, prorsus vnus mihi Ciceronis liber facillime persuasit, nullo modo appetendas esse diuitias, sed si prouenerint sapientissime, atque cautissime administrandas.

45 Lib. de Agone Christiano to. 5.

IDEM sic habet. Quicumque mali sunt, sic ordinati sunt, quia & vnusquisque sibi, & omnes inuicem sibi nocent, hoc enim appetunt, quod pernicioſe diligitur, & quod eis facile auferri potest, & hoc sibi auferunt inuicem, quando se persequuntur. Et ideo cruciantur, quibus auferuntur temporalia, quia diligunt ea, illi autē qui auferunt gaudent. Sed talis lætitia cæcitas est, & summa miseria. Ipsa enim magis implicat animam, & ad maiora tormenta perducit. Nam gaudet, & piscis quādo hamū non videns escam deuorat, sed cum piscator eum adducere cœperit, viscera eius torquētur primo, deinde ab omni lætitia sua per ipsam escam, de qua lætatus est ad consumptionem trahitur: sic sunt omnes, qui de bonis temporalibus beatos se esse putant, hamum enim acceperunt, & cum illo sibi vagantur. Veniet tēpus, vt sentiāt quanta tormenta cum auiditate deuorauerint, & ideo bonis nihil nocent, quia hoc eis auferunt, quod non diligunt.

46 Lib. 1. de ciuitate Dei cap. 18. to. 5

IDEM sic habet: Quando audebit se extollere de voluntaria paupertate Christianus, vt in huius vitæ peregrinatione expeditior ambulet viam, quæ perducit ad patriam, vbi veræ diuitiæ ipse Deus est: cum audiat, vel legat Luciū Valerium, qui in suo defunctus est consulatu, vsque adeo fuisse pauperem, vt nummis a populo collatis eius sepultura curaretur? audiat, Quintum Cincinnatum cum quattuor iugera possideret, & ea suis manibus coleret ab aratro esse abductum, vt dictator fieret, maior vtique honore, quàm consul, victisque hostibus ingentem gloriam consecutum in eadem paupertate mansisse? Aut quid se magnum feciſſe prædicabit, qui nullo præmio mundi huius fuerit ab æternæ illius patriæ societate seductus, cum Fabriciū didicerit tātis muneribus Pyrrhi regis Epirotarum, promissa etiam quarta parte regni a Romana ciuitate non potuisse diuelli, ibique in sua paupertate, priuatū manere voluisse? Nam illud, quod rempublicam, ideſt, rem popu 47
li, rem patriæ, rem communem, cum haberent opulentissimam, atque ditissimam, sic ipsi in suis domibus pauperes erant, vt quidam eorū qui iam bis consul fuisset ex illo senatu pauperum hominum pelleretur notatione censoria quòd decem pondo argenti in vasis habere cōpertus est. Si ita ijdē ipsi pauperes erant, quorum triumphis publicum ditabatur ærarium, Act. 4.
nonne omnes Christiani, qui excellētiori proposito diuitias suas communes faciunt, secundum id quod scriptum est in actibus Apostolorum, vt distribuatur vnicuique, sicut cuique opus est, & nemo dicat aliquid proprium; intelligunt se ob hoc nulla ventilari oportere iactantia, id faciendo pro obtinenda societate Angelorum, cum pene tale aliquid illi fecerint pro conseruanda gloria Romanorum?

48 In Psal. 39. to. 8.

IDEM explicans illa verba: Non respexit in uanitates, & insanias falsas, vel mendaces, vt Augustinus legit, sic ait: Sit Dominus Deus tuus spes tua, non aliud aliquid a Domino Deo tuo speres, sed ipse Dominus tuus sit spes tua, namque multi de Deo sperant pecuniam, honores caducos, aliud quodlibet a Deo præter ipsum Deum, sed tu ipsum Deum tuum pete; immo vero contēptis alijs perge ad illum obliuiscens alia, memento illius, relinquens retro alia extendere in illum. Ipse ducit rectum. Ergo sit ipse spes tua, qui ducit, & perducit. Quo ducit, & quo perducit terrena auaritia? Fundos quærebas, terram possidere cupiebas, vicinos excludebas, illis exclusis alijs vicinis inhiabas, & tamdiu tenebas auaritiam, donec ad littora peruenires, peruenies ad littora insulas concupiscis, possessā terra cælum forte vis prendere. Relinque omnes amores. Pulchrior est ille, qui fecit cælum, & terram. Et non respexit in vanitates. Vnde enim insaniæ mendaces. Insania mēdax, sanitas verax. Quæ vides bona pu- 49
tas, falleris, sanus non es, nimia febre phreneticus factus es. Verum non est quod amas, laudas aurigam, clamas aurigæ, insanis in auriga. Vanitas est, insania mendax est. Non est ait, nihil melius, nihil delectabilius. Quid facio febrienti? Si est in vobis misericordia, orate pro talibus, quia & ipse medicus plerumque in desperatione conuertitur ad eos, qui circumstant lachrymantes in domo, qui pendent ex ore eius audire sententiam de ægroto periclitante. Stat anceps medicus, non videt bonum, quod promittat,

mittat, timet malum pronunciare, ne terreat, modestam tamen plane iste concipit sententiã, Bonus Deus omnia potest orate pro illo, quem itaque comprehendam istorum insanorũ? quis me audiat? quis eorum nos non miseros dicat? quia cum eis non insanimus, amisisse nos putãt magnas, & varias voluptates, in quibus ipsi insaniunt, nec vident, quia mendaces sunt.

50 IDEM explicans illa verba: Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis, sic ait: Amauerunt præsentia, & dormierunt in ipsis præsentibus, & sic facta sunt illis ipsa præsentia deliciosa. Quomodo qui videt per somnium inuenisse thesauros tamdiu diues, quamdiu non euigilat, somnium illũ diuitem fecit, euigilatio pauperem fecit. Tenuit illum somnus fortasse in terra dormientem, & in duro iacentem pauperẽ, & forte mendicum, in somnis vidit se iacere in lecto eburneo, vel aureo, & in plumis aureis altius extructis. Quãdiu dormit bene dormit, euigilans inuenit se iacere in duro, in quo illum somnus tenuerat. Tales sunt, & isti. Venerunt in hanc vitam, & per cupiditates temporales, quasi obdormierunt hic, & exceperunt illos diuitiæ, & vanæ pompæ volaticæ, & transierunt, non intellexerunt, quãtum inde boni posset fieri, nam si nossent aliam vitam, illic sibi thesaurizarẽt, quod hic erat periturũ. Sicut Zachæus, Maior publicanorum vidit illud bonum, quando suscepit Dominum hospitio. Et ait: Dimidium rerum mearum do pauperibus, & si cui aliquid fraudaui, reddo quadruplum. Non erat iste in vanitate somniantium, sed in fide euigilantium, ideo Dominus, quia medicus intrauerat ad ægrotum, pronunciauit salutem illius, & ait: Hodie salus huic domui facta est, quoniam & hic est filius Abrahæ. Ergo dormierunt somnum suum viri diuitiarum, & nihil inuenerunt in manibus suis. Dormierunt enim in cupiditatibus suis. Delectat illos, transit somnus iste, transit vita ista, & nihil inuenerunt in manibus suis, quia nihil posuerunt in manu Christi.

In Psal. 75.

Luc. 19.

51 IDEM sic ait: Vt retrahat nos a malis operibus interitus eorum, quos præmisistis, considerate diuitum sepulchra, quid eis diuitiæ, & cupiditates sæculi profuerunt. Ecce nihil ex eis, nisi soli cineres remanserunt. Qui si modo loqui possent hæc vobis dicerẽt, Vt quid infelices tantum pro sæculi vanitate discurritis, considerate ossa nostra, & vel sic vobis horreat cupiditas, & miseria vestra.

Lib. de vanitate sæculi. to. 9.

52 GREGORIVS explicans locum Ecclesiastici de stercore boũ lapidatus est piger ait: Is qui Deum sequi noluerit ab amore æternæ vitæ pigrescit, & quoties rerum temporalium damno percutitur, ex his nimirum affligitur, quæ iusti viri velut stercora contemnunt. Qui ergo ex terrenarum rerum percussione atteritur, quid aliud quàm de boum stercore lapidatur? De his ait Iob cap. 30. Si ascenderit vsque ad cælum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur, & qui eum viderant dicent, vbi est.

Lib. 15. moralium c. 3. to. 1.

Eccls. 22.

Iob 20.

IDEM explicans illa verba. Iob cap. 24. Oculi eius in vijs illius, sic ait: Vias suas peccator intuetur, quia sola cogitare, sola cernere nititur, quæ sibi ad commodum temporale suffragẽtur. Hinc etenim Paulus dicit: Omnes quę sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi. Via namque elati superbia, via raptoris auaritia. In vijs ergo suis iniquus quisque oculos deprimit, quia solis vitijs, vt per hæc animo satisfaciant, intendit. Vnde per Salomonem dicitur. Oculi stultorum in finibus terræ, quia hoc solũ tota cordis intentione conspiciunt, per quod ad finẽ terreni desiderij perducantur. Nequaquam vero suæ cõsiderationis obtutum in terra peccatorum figeret, si ad sancta sui Redemptoris itinera mentis oculos leuaret. Vnde per Salomonem rursum dicitur. Oculi sapientis in capite eius, quia scilicet sapiens quisque illum tota intentione considerat, cuius se membrum esse per fidem pensat, has namque humanæ conuersationis vias videre contemserat, qui dicebat. In mandatis tuis exercebor, & considerabo vias tuas, ac si aperte dicat. Quæ mea sunt iam videre refugio, quia per imitationis tuæ viam pergere conuersionis gressibus inardesco. Qui enim præsenti iam mundo cõtradicit, amoris excitatione continua Redemptoris sui vias cordis oculis obijcit, vt mens prospera fugiat, ad aduersa præparetur, nihil quod demulceat, appetat, nihil quod deterrere creditur, pertimescat, præsentis vitæ gaudia, damna mæroris putet, abiectionis detrimenta non timeat, sed per hæc manentis glorię locum quærat. Sed quia oculi eius in vijs illius, sequitur. Eleuati sunt ad modicum, & non subsistent. iniquorum gloria, cum plerumque in annorum multitudinem tenditur ab infirmorum mentibus esse longa, & quasi stabilis æstimatur, sed cum repentinus hanc finis intercipit, breuem proculdubio fuisse redarguit, quoniam determinans innotescit, quia quod præterire potuit, modicum fuit. Eleuantur ergo ad modicum, & minime subsistũt, quia eo ipso quo videri alti appetunt a vera Dei essentia lõge fiunt. Hinc enim per Psalmistam dicitur. Deiecisti eos, dum allenarẽtur. Quia eo intrinsecus corruũt, quo male extrinsecus surgunt. Hanc breuitatem gloriæ temporalis aspiciens iterum dicit. Vidi impium exaltatum super cedros Libani, transiui, & ecce non erat. Hinc iterum ait: Pusillum adhuc, & non erit peccator. Hinc Iacobus dicit. Quæ est enim vita nostra? Vapor est ad modicum parens. Hinc Propheta breuitatem gloriæ carnalis pensans dicit: Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni. Iniquorum quippe potentia floribus fœni comparatur, quia nimirum carnalis gloria, dum nitẽt, cadit, dum apud se extollitur repentino intercepta fine terminatur. Sic namque aurarũ flatu in altum stipula rapitur, sed casu concito ad ima reuocatur, sic ad nubila fumus attollitur, sed repente in nihilum dissipatur, sic abiimis nebula descendendo se erigit, sed exortus hanc solis radius, ac si non fuerit, abstergit, sic in her-

53 Lib. 17. moralium c. 15. Phil. 2.

Pro. 17.

Eccl. 2.

Psal. 118.

54 Iob 24.

Psal. 72.

Psal. 36.

Isa. 40.

55

in herbarum superficie nocturni roris humor aspergitur, sed diurni luminis subito calore siccatur: sic spumosæ aquarum bullæ inchoantibus pluuijs excitatæ ab intimis certatim prodeunt, sed eo celerius diruptæ depereunt, quo inflatæ citius extenduntur, cumque excrescunt vt appareant, crescendo peragunt, ne subsistãt. Vnde etiam subditur. Humiliabuntur sicut omnia, & auferentur omnia profecto terrena. Ac si aperte dicat. Stare nullo modo nequeunt, quia ipsa quoque fugiunt, quibus innituntur, dumque temporalia diligunt, cum his ex temporis volubilitate percurrunt.

56 IDEM explicans illa verba. Iob 30. Abstulit quasi ventus desiderium meum, sic ait: Ventus desiderium tollit, dum res quælibet transitoria æternitatis appetitum destruit, vnde adhuc congrue subinfertur. Et velut nubes pertransiit salus mea. Nubes quippe in alto eminet, sed hanc ad cursum flatus impellit. Sic nimirum, sic sunt temporalia iniquorum bona, velut in alto quidem per honoris celsitudinem degere videntur, sed ad cursum vitæ quotidie quasi quibusdam mortalitatis suæ flatibus impelluntur. Salus ergo vt nubes transit, quia peruersorum gloria, quæ alta est, fixa non est.

Lib. 20. moralium c. 20.

57 IDEM explicans illa verba. Iob 39. Fruſtra laborauit nullo timore cogente, sic ait: Diuina voce præcipitur, Si quis tibi tulerit tunicam, & voluerit tecum iudicio contendere, dimitte illi, & pallium. Et rursum, si quis quod tuum est, tulerit ne repetas. Paulus quoque discipulos suos cupiens exteriora despicere, vt valeant interiora seruare admonet, dicens. Iam quidem omnino delictum est in vobis, quòd iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis, quare non magis fraudem patimini. Et tamen hypocrita assumpto sanctæ conuersationis habitu temporalia quæque defendere etiã iurgijs quærit, & quasi per negligentiam amittere patrimonia terrena formidat. Mox patientia rumpitur, mox dolor cordis in vocibus effrenatur. Quia dum animarum damna æquanimiter tolerat, iacturam vero rerum temporalium repellere etiam cum spiritus commotione festinat, cunctis veraciter indicat teste mentis perturbatione, quid amat. Ibi quippe est grande studium defensionis, vbi & grauior vis amoris. Nam quanto magis terrena diligit, tanto priuari eis vehemẽtius pertimescit. Qua enim mente aliquid in hoc mundo possidemus, non docemur, nisi cum amittimus, sine dolore namque amittitur quicquid sine amore possidetur, quæ vero ardenter diligimus habita, grauiter suspiramus ablata. Quis autem nesciat, quia nostris vsibus res terrenas Dominus condidit, suis autem animas hominũ creauit. Plus ergo Deũ se amare conuincitur, qui neglectis his, quę eius sunt propria tuetur. Perdere namque mali ea quæ Dei sunt, ideſt, animas non timent, & ea quæ sua sunt, amittere videlicet res cum mundo transeuntes, quasi districto iudici posituri rationes timent, ac si placatum inueniãt, cui desideratis rebus, ideſt, rationabilibus perditis, insensibilia conseruant. Possidere aliquid in hoc mundo volumus, & ecce veritas clamat. Nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Perfectus igitur Christianus, quomodo debet res terrenas iurgando defendere, quas nunc præcipitur non possidere? Itaque cum res proprias amittimus, si perfecte Deum sequimur in huius vitæ itinere a magno onere leuigati sumus. Et dum res nostras amittimus iniuste plus dolere debemus, ne rapiẽtes non sua semetipsos perdant, quàm rebus irrationabilibus defendendis inhiare. Qua in re illud est solerter intuendum, ne per necessitatis metum cupiditas surrepat rerum. Dumque pro terrena re pax a corde cum proximo scinditur, liquido apparet, quia plus res, quàm proximus amatur.

1. Cor. 6.

58

59

Luc. 14.

60 IDEM explicans Euangelium Lucæ 13. De muliere quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem, & octo, & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere, sic ait: Omnis peccator terrena cogitans, cælestia non requirens sursum respicere non valet, quia dum desideria inferiora sequitur, a mẽtis suæ rectitudine curuatur, & hoc semper videt, quod sine cessatione cogitat. Dum alius de pecunia, alius de honoribus, alius de prædiorum ambitu cogitat. Hæc cuncta in imo sunt, & quando mens talibus implicatur a statu sui rectitudine flectitur. *Infra*. Bene de hac nostra incuruatione ex typo humani generis per Psalmistam dicitur: Incuruatus, & humiliatus sum vsquequaque. Contemplatus namque, quòd ad supernam lucem intuendam homo conditus fuerat, sed peccatis exigentibus foras missus, mentis suæ tenebras secum portat, superna non appetit, infimis intendit, terrena semper in animo versat, hoc quod de suo genere doluit, in seipso exclamauit dicẽs. Incuruatus, & humiliatus sum vsquequaque. Contemplationem namque cælestiũ perdens, si sola carnis necessaria homo cogitaret, incuruatus, & humiliatus esset, sed tamen vsquequaque non esset. Quem ergo a supernis cogitationibus nõ solum necessitas deijcit, sed etiam voluptas illicita sternit, non solum incuruatus, sed vsquequaque incuruatus est. Hinc alius Propheta de immundis spiritibus dicit: Qui dixerunt animæ tuæ, Incuruare, vt transeamus, quia si ipsa se anima ad ima appetẽda non deijcit, contra hanc dæmonum peruesitas non conualescit, & transire per eam nequeunt, quam contra se rigidam in superna intentione pertimescunt. Nos ergo viam malignis spiritibus in nostris cordibus damus, cum terrena concupiscimus, cum ad temporalia appetenda curuamur. Pudeat ergo terrena concupiscere, & dorsa mentium ascendentibus aduersarijs præbere. Terram semper intuetur, qui curuus est, & quo præmio sit redemptus non meminit qui ima quærit. Hinc etiam per Moysen dicitur, vt qui gibbo premitur, nequaquam ad sacerdotium prouehatur. A sacerdotio ergo repellitur, quia quisquis solis terrenis intentus est,

Hom. 37. in Euangelia to. 2.

Psal. 37.

61

Isa. 51.

Leu. 21.

est, ipse sibi testis est, quod membrum summi sacerdotis non est. Hinc rursum pisces, qui pennulas non habent, ab esu fidelis populi prohibentur. Pisces qui pennulas squamarum habent, dare etiã saltus super aquas solent. Quid ergo pennatis, nisi electæ animæ figurantur? Quæ profecto solæ in cælestis Ecclesiæ corpus transeunt, quæ modo virtutum pennulis sultæ, saltus dare per cæleste desiderium sciunt, vt superna appetant, quamuis in seipsis iterum ex mortali carne relabantur. *Leu. 11.*

62 BERNARDVS sic ait: In sinistra diuitiæ, & gloria, ait sapiens, & in dextera longitur- *Serm. 4. ad uentus.* nitas vitæ. In sinistra, inquit, diuitiæ, & gloria. Filij Adam genus auarum, & ambitiosum audite, quid vobis cum terrenis diuitijs, & gloria temporali, quæ nec veræ, nec vestræ sunt. Aurum, & argentum nonne terra est rubra, & alba, quam solus hominum error facit, aut magis reputat pretiosam. Denique si vestra sunt hęc, tollite ea vobis. Sed homo cum interierit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius. Veræ ergo diuitiæ non opes sunt, sed virtutes quas secum conscientia portat, vt in perpetuũ diues fiat. De gloria quoque dicit Apostolus: Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ. *Prou. 3.*

63 IDEM sic ait: Ego vero agenda domus tuæ sub eo genere, quod nouissimum posui, locanda censuerim. Per alium illa facies. Quòd si mi- *Lib. 4. de cõfideratione ad Eugeniũ 3.* nus fidelem administratorem inueneris, sustine re potius consulo, quàm te immergere labyrin tho huic. Memento Saluatorem Iudã œconomum habuisse. Quid Episcopo turpius, quàm incumbere supellectili, & substantiolæ suæ, scrutari omnia, scisciatari de singulis, morderi suspicionibus, moueri ad quæque perdita, vel neglecta. Ad verecundiam dico, quorumdam eiusmodi scrutantium quotidie omnem substantiã suam, numerantium singula, de minutis, & quadrantibus exigentium rationem. Non ita ille Ægyptius, qui Iosepho omnibus traditis ignorabat quid haberet in domo sua. Erubescat Christianus Christiano suo non credens. Homo sine fide fidem tamen habuit seruo super omnia bona sua constituens eum, & hic erat alienigena. Mira res satis superque! Episcopi ad manum habent, quibus animas credant, & cui suas committant facultatulas non inueniunt, optimi videlicet æstimatores rerum, qui magnam de minimis, paruam, aut nullam de maximis curam gerant, sed vt liquido datur intelligi, quod patientius ferimus Christi iacturam, quàm nostram. Quotidianas expensas, quotidiano recitprocamus scrutinio, at cõtinua Dominici gregis detrimenta nescimus. *Infra.* Transitoria ista, quæ stare tibi nullo pacto queunt, fac vt a te transeant non per te. Riuus qua fluit, cauat terram, sic discursus temporalium conscientiam rodit. Si potest torrens in agros excurrere sine læsione fatorum, & tu te ista sine vulnere mentis posse tractare confidito. *Ioan. 12.* *Gen. 39.*

64 AMBROSIVS exponens illud Psal. 102. *Lib. de bono mortis cap. 5.* Renouabitur, vt aquilæ iuuentus tua, sic ait: Ad animã hoc dictum est: Anima ergo nostra sicuti aquila alta petat, supra nubes volet, renouatis splendescat exuuiis, cælo volatus suos inferat, vbi in laqueos incidere non possit. Auis enim quæ descendit ex alto, vel quæ in altum se extollere non potest, frequenter aut laqueis capitur, aut visco fallitur, aut quibuscumque irretitur insidijs, sic quoque & anima nostra caueat ad hæc mũdana descendere. Laqueus in auro, viscũ est in argẽto, nexus in prædio, clauus in amore. Dum aurum petimus strãgulamur, dum argentum quærimus in visco eius hæremus, dũ prædium inuadimus alligamur, quid in vanũ quærimus lucrum pretiosæ animæ detrimentum? Exiguus tibi est totus mundus pro vnius animę dispendio. Quid enim prodest homini, si hunc mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? *Luc. 9.*

65 IDEM ostendit solum sapientem diuitem. *Lib. 3. epist. epistola 10. quæ est ad Simplicianum to. 5.* Solum ait illum Deus diuitem nouit, qui sit dignus æternitati, qui non opum, sed virtutum fructus recondat. Quis autem ante Deum diues, nisi quietus, & modestus spiritus, qui numquã corrumpitur? Insipiens enim, & quod putat se habere, nequaquam possidet. An putas illum possidere, qui thesauro suo die, ac nocte incubans auara, & misera torquetur sollicitudine? Ille vero eget, & si alijs diues videtur, sibi pauper est, qui non vtitur eo quod habet, qui adhuc alia rapit, alia desiderat. Vbi enim nullus cupiditatis modus, qui fructus diuitiarum? Nemo est, qui quod habet, secum hinc auferre non potest, quod enim hic relinquitur nõ nostrum, sed alienum est. Diues Enoch qui quod habuit secum trãstulit, & omnem illum bonitatis succensum cælestibus intulit receptaculis, &c. Dines Elias, qui virtutum suarum thesauros curru igneo sublimis sedibus æthereis inuexit. Dines Eliseus, quando ad eius vocem cælum claudebatur, & aperiebatur, quando ad eius vocem hydria farinæ, & vas olei nõ deficiebat, nec minuebatur vsu, sed replebatur. Duos finitimos vetus historia describit regẽ Achab, & pauperem Nabutham. Nonne videtur hic magis dines, hic magis rex, qui sibi abũdabat, suas regebat cupiditates, vt nihil alienum cõcupisceret, ille autem egentissimus, cui aurum suum vile, alienus palmes pretiosissimus existimabatur.

66 IDEM ostendit diuitiarũ insufficientiã, & *Lib. de Nabuthe Seneracita c. 4.* sic ait: Quem diuitiæ ab inferis redemerunt? Cuius ægritudinem pecunia mitigauit? Non in abundantia diuitiarum vita est eius, & alibi. Nihil prosunt thesauri iniusti, iustitia autem liberat a morte. Merito ergo clamat Propheta. Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Quid prosunt, si a morte non liberant, si mecũ post mortem esse non possunt. Hic acquirũtur, hic relinquuntur. Ipsum nomen considera. Ditem dicunt gentiles inferni præsulem, arbitrũ mortis Ditem appellant, & Diuitem. Quid nisi mortem diues inferre nouerit, cui regnum de mortuis, cui sedes inferna sint? Quid est enim diues, nisi inexplebilis auri fames, ac sitis? Sic Propheta admonet. Qui diligit argentum non satiabitur argento. Tolerabilior conditio seruulorum, illi enim, hominibus seruiunt, isti peccato, vt Apostolus ait: Qui facit peccatum seruus est peccati. Dulcis somnus serui, si modicum, vel multum edat, at satiato diuitijs, non est qui eum sinat dormire. Excitat eum cupiditas, torquet inuidia, sterilitas prouentuum infecunda perturbat, sollicitat abundantia. Vnde illi diuiti, cuius possessio vberes fructus attulit, qui cogitauit dicens, Quid faciam, quòd nõ habeo, quo congregem fructus meos? Destruã horrea mea, &c. Respondit Deus, Stulte hac nocte animam tuam repetent a te, &c. neque ipse quidem Deus, cum dormire permittit interpellat cogitantem, excitat dormientem. Idipsum prosequitur cap. 7. vbi docet, quæ verba dicturus erat dines ille, & quod imitari debuit Ioseph, &c. *Prou. 10.* *Psal. 61.* *Eccls. 5.* *Rom. 8.* *Luc. 12.*

Bona temporalia contemnunt sancti, quod est Sanctitatis argumentum, & origo. Cap. XVI.

1 *In responsione 8. interrogationis to. 2.* BASILIVS interrogauerat, nũ oportet primum renunciare omnibus, & sic accedere ad cõuersationem secũdum Deum, & ait: Cum Dominus noster Iesus post lõgam, & per plures tractatus fortem demonstrationẽ dicat ad omnes, Si quis ex vobis nõ renũciauerit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus: arbitramur præceptum ad plura pertinere, quorum abalienatio necessaria est. Nam diabolo renunciamus, & affectibus carnis, & amicitijs, & sibiipsi, veteri vitæ, omnibus vero possessionibus velut alienis, quales sane sunt, intendet. In summa cui propter Christum crucifixus est totus mundus, & ipse mundo, quomodo amplius potest seruus esse partium mundi? Cum Dominus dicat, Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, aut matrem, & vxorem, & fratres, & filios, insuper & animam suam non potest meus esse discipulus. Quare perfecta renunciatio est in recte faciendo citra affectionẽ ad ipsam vitam, & in habendo sententiam mortis, vt ne in seipso quis fiduciam habeat: initiũ autem ab alienatione rerum extranearum sumit, velut possessionum, vanæ gloriæ, consuetudinis vitæ, affectu erga inutilia. Quemadmodũ etiam sancti discipuli Domini ostenderunt nobis. Iacobus quidem, & Ioannes relicto patre suo Zebedæo, & ipso nauigio, quod omnem vitę sumptum suppeditabat. Matthæus autẽ ab ipsa publicanorum mensa exurgens, & Dominum sequens, non solum lucella officij publicanorũ relinquens, sed etiam pericula contemnens, quæ imminebant ipsi, ac cognatis eius ex potestate, quòd imperfectas vectigalis rationes relinqueret. Paulo vero vniuersus mundus crucifixus erat, & ipse mundo. Sic qui vehementer cupiditate Christum sequendi tenetur, & nihil *Luc. 14.* *Ibid.*

amplius huius vitæ, conuerti potest, non ad parentum, aut cognatorum amorẽ, vbi præceptis Domini contrarius fuerit. Tunc enim occasionem habet illud, qui non odit patrem, & matrẽ, &c. Si vero quis vult clarius cognoscere firmitatem coniunctam concupiscentiæ eorum, qui sequuntur Dominum, memor sit Apostoli exponentis res suas ad doctrinam nostram, & dicentis. Si quis videtur fiduciam habere in carne, ego magis circumcisus octauo die ex genere Israel, &c. Sed quæ mihi erant lucra, ea arbitratus sum propter Christum detrimenta, quin etiam arbitror omnia detrimentum esse propter excellentiam cognitionis Christi, propter quem omnium damnum feci, & omnia pro ster quilinijs, ac reiectamentis habeo, vt Christum lucrifaciam. Si enim, vt audax quidam, sed tamen verum dicam, si reiectamentis corporis conspuendis, & ad quorum abalienationem maxime festinamus assimilauit eas, quæ a Deo ad tempus datæ sunt legales prærogatiuas, velut impedimenta cognitionis Christi, & iustitiæ in ipso, & cõformationis ad mortem ipsius; quidnam, quis dixerit de his, quæ apud homines recepta sunt? Et quid opus est nostris ratiocinationibus, & Sanctorum exemplis confirmare sermonem? cum liceat ipsa Domini verba apponere, & per ipsa timida animam perterrefacere, qui manifeste dicit. Sic igitur omnis ex vobis, qui non renunciauerit omnibus suis bonis, non potest meus esse discipulus. Et alibi post hoc, Si vis perfectus esse, prius dixit, vade vende possessiones tuas, & da pauperibus, & tunc dixit sequere me. Et parabola mercatoris omnibus bonis manifesta est huc pertinere. Simile enim, inquit, est regnum cælorum homini mercatori quærenti bonas margaritas, qui inuenta vna pretiosa margarita vendidit omnia, quæ habebat, & emit illam. Palam est enim quòd pretiosa margarita ad similitudinẽ cælestis regni assumpta est, quòd impossibile esse dicit, Domini sermo, vt nobis contingat, nisi omnia simul quæ nobis adsũt, & diuitias, & gloriã, & genus, & si quid aliud est ex his, quorum studio plerique tenentur, ad eius commutationẽ amiserimus. Deinde vero impossibile esse, vt mente ad diuersas curas diuisa recte peragere id cuius studiosi sumus, ipse Dominus pronunciauit, dum inquit. Nemo potest duobus dominis seruire. Et rursus. Non potestis Deo seruire, & mammonæ. Vnus igitur thesaurus cælestis nobis eligendus est, vt in ipso cor habeamus, vbi enim est thesaurus tuus, illic & cor tuum erit. Si igitur aliquam reliquerimus vobis ipsis possessionem terrenam, & opulentiam aliquam corruptibilem, mente hic velut in ster quilinio quodã defossa necesse est animã a speculatione Dei alienam esse, & ad concupiscentiam cælestium bonorum, & eorum, quæ nobis in promissionibns reposita sunt immobilem esse. Quorum possessionem nobis contingere impossibile est, si non indistractum, & vehemẽtius desiderium nos ad petitionem ipsorum ducat, & laborem propter ipsa leuiorem reddat. 3 4 *Luc. 14.* *Matt. 19.* *Matt. 13.* *Matt. 7.* 5

dat. Est igitur renunciatio solutio vinculorum temporariæ vitæ, & liberatio ab humanis officijs, magis idoneos efficiens ad auspicandum viam ad Deum, & acquisitionis, ac vsus pretiosorum occasio, impedimento carens eorum videlicet, quæ super aurum sunt, & lapidem pretiosum multum. Est, vt in summa dicam, cordis humani ad conuersationē, quæ in cælo est trāslatio, vt dicere possimus, nostra conuersatio in cælis est, & quod maximum est principiū similitudinis ad Christum, qui propter nos pauper fuit, cum dives esset. Quam si non prius adepti fuerimus, impossibile est nos conuersationem secūdum Euangeliū Christi attingere. Quādo enim aut cordis contritio, aut mentis humilitas, aut iræ, & tristitiæ, & curarum, & in summa pernicioſorum animæ affectuum liberatio in diuitijs, & rerum mūdanarum sollicitudinibus, & in consensu, ac cōsuetudine aliorum recte perfici potest? In vniuersum autem, cui neque de ipsis necessarijs sollicitum esse permittitur, velut alimento, & indumento; huic quæ ratio permittit, vt velut spinis, malis diuitiarū curis detineatur, quæ fructuositatem seminationis ab agricola animis nostris insitæ impediunt? Velut Dominus dixit. Hi sunt, qui in spinis seminati sunt, qui a curis, & diuitijs, & voluptatibus vitæ suffocantur, & non perficiūt fructum. Luc. 8.

6 In respōsione 20. interrogationis.

IDEM sic ait: Paucis autem vel vno est opus. Paucis quidem ad apparatum videlicet, vno vero scopo, vt necessitas expleatur. Ipse vero Dominus, qualem quinque millibus apposuerit cibum non ignoras. Iacob ad Deum ait: Gen. 28. 'Si dederis mihi panem ad edendum, & palliū ad amictum; non si dederis mihi delicias ad sumptuositatem. Quid vero sapientissimus Salomon? Diuitias, & paupertatem, inquit, ne dederis mihi, verum dispone mihi, quibus opus habeo sufficientia, vt ne satiatus mendax fiam & dicam, Quis me videt? Diuitias quidem satietatem esse decernens, paupertatē vero perfectam penuriam rerum ad vitā necessariarū, per sufficientiam vero, nec inopiam, nec superfluitatem rerum ad vitæ vsum requisitarum ostendens. At vero sufficientia alia alij est iuxta corporis habitum, & propositam necessitatem. Huic enim vberiore, ac fortiore alimento opus est propter laborem, illi vero tenuiore, ac leuiore. Et velut vtentes mundo, & non abutentes, abusus autem est sumptus supra necessitatem. Non habemus pecunias. vtinam neque haberemus. Non sunt plena horrea nostra? diarium est nostrum alimentum.

7 In oratione funebri Gregorij Nazianzeni de laudibus Basilij.

IDEM in vltimo totius operis narrat dixisse Basilium præfecto comminati sibi exiliū, & eiectionem ab Episcopatu: Nihil horum quæ dixisti curo, melior sum his qui publicant, ac proscribunt. Ipse me ob spem regni cælestis proscribens, nihil vero possidens ab exilij metu liber sum, vnam omnium cognoscens esse patriam paradisum, omnium autem terram commune aspicimus naturæ exilium. Propria vero carens terra nullo loco circumscribor, Domini enim terra, & plenitudo eius. Incola ego sum in terra, sicut omnes patres mei. Cumque ab Episcopatu pelleretur exilio, dixit socio suo, Libellum hunc accipe, & veni mecū, cum prius præfecto libellos pauculos, & pannosam vestē, qua indutus erat obtulisset, quæ sola ipsius erāt suppellectilia, & exilium inquit, nihil ad me spectat, cum domus, quam inhabito aliena sit. *Et infra.* Loquens de eodem ait: Si paupertatem quæris, peculij, aut rei cura, numquam ei fuit. Si quid forte possedit, pauperibus affatim communicauit, non vt Crates ille Thebanus, qui substantiam dimittens omnem, supra arā ascendit, aitque. Crates Cratem liberauit, hoc est sese a pecuniæ seruitute liberū fecit. Sed hoc ille fecit inani gloria ductus, noster vero Basilius hūc modū seruauit, vt non videri, sed esse iustus vellet. Nec item, vt Cynicus Diogenes, qui in vrbe media dolio se incluserat, & paupertatem quæstuosam habebat, vt occasio foret, vnde omnes ei conferrent, hic autem procul ab omni arte, & quæstu abalienatum animum a rerum omnium possessione abduxit, & vt nautæ vitandi periculi, & leuandæ nauis gratia onera subtrahunt, sic & ipse sponte abiectis omnibus securus hoc vitæ pelagus pertransiit.

9 Homil. 4. in Genesim. to. 1.

CHRYSOSTOMVS sic loquitur de Abraham: In morte Saræ a filijs Chet possessionem sepulchri empto loco accepit. Hoc primū principium possessionis fecit Patriarcha propter Saræ mortem. Monstrans nobis scriptura diuina virtutem patriarchæ per omnia, & quòd sicut peregrinus, & aduena toto tempore egit, atque hoc assignauit, vt discamus, quod tanto superno præsidio fruens, & sic illustris factus, & in tantam multitudinem diffusus proprium sepulchrū non possedit, sicut multi nunc faciunt agros, & villas, infinitamque aliam substantiam possidere studētes, habebat enim sufficientes diuitias mentis, & de alijs non erat anxius.

10 Homil. 54. Gen. 28.

IDEM dicit Scriptura de Iacob, cum pergeret ad Mesopotamiam, quòd profectus est in Charras, & occurrit loco, & dormiuit illic, & accepit de lapidibus loci, & posuit ad caput suū & dormiuit in loco. Vidisti ineffabilem vitæ philosophiam? Vidisti quomodo veteres iter faciebant? Vir domi educatus, tantæque assuetus curæ, simplex enim erat, inquit, & domi habitans, peregrinaturus neque iumentis egebat, neque ministris, neque viaticis, sed Apostolicum morem imitatus iter facit, & cum occumberet sol ibi dormiuit, vbi eum nox comprehendit, & lapide pro puluinari vsus est, & super pauimentū dormiuit. Igitur quoniā spiritū omni vanitate liberum habebat, admirabilem visionem illam meruit. Hoc enim more agit Dominus noster, quando videt animam præsentia nō magnificientem, plurimam sibi illius curā esse declarat. Vide igitur iustum illum super solo cubantem, & visiones videntem, immo visione Domini dignum haberi. Dicit enim obdormiuit, & ecce scala erat firmata super terram, cuius caput pertingebat in cælum, & Angeli Dei ascen-

derunt, & descenderunt super eā, Dominus autem innixus erat illi, & dixit. Ego Deus Abrahā, & Deus Isaac, &c. Terrā in qua dormis tibi dabo, & semini tuo, & erit semē tuum sicut arena maris, & benedicētur in te omnes tribus terræ. *Infra.* Et euigilans iustus orauit Dominum dicens. Si dederit mihi Dominus panē ad manducandum, & vestē ad tegendum, non diuitias, non abundantiā petiuit, sed panē, & vestē, & hanc ad contegendum corpus, illum vero in necessarium alimentum. Considera quomodo nobis Apostolicam charitatem petitione sua significauit. Tanto sapientiæ studio plenus erat iusti animus, nam id quod Christus dicebat, ne possideatis aurum, vel argentum, vel duas tunicas, hoc iste nondum a quoquā edoctus, sed a seipso, & ab insita natura magistra nostra didicit, & optauit a Domino suo præberi panem ad comedendum, & vestem ad tegendum. Si hæc mihi fuerint, inquit, in terra aliena, & reduxerit me Dominus saluum in domum patris mei, erit mihi Dominus in Deum, & lapis iste in signū. Dilecti, ne simpliciter prætereamus, quæ dicta sunt, sed æmulemur omnes hunc iustum, & nos qui in gratia, eum qui ante legē, & nihil tempo rale petamus a Domino. Neque enim expectat donec a nobis admoneatur, sed & non petentibus nobis largitur ea quæ ad vsum pertinent, oriri enim facit solem super malos, & bonos, & pluit super iustos, & iniustos, & credamus ei ad monenti, & dicenti. Quærite regnū Dei, & hæc omnia apponentur vobis. Ne igitur ea quę sunt accessoria, quasi primaria pete, ne inuertamus ordinē, sed quæramus illud, sicut præcepit, vt & hæc, & illa habere liceat, ea enim de causa in orationis nostræ verbis limites, & regulas nobis præscripsit, quatenus petēda sunt temporalia, verba illa iubet nos dicere, quæ omni Philosophia sunt referta. Panē nostrum quotidianum da nobis hodie, Diei alimētum, inquit, id quod iustus ille, tametsi nihil horū audierat precatus est dicens, si dederit mihi Dominus panem ad comedendum, & vestem ad tegendum. Multa alia, quæ habet Chrys. de Abrahā, Iacob, Apostolis, & alijs vide in cap. anteriori. Matt. 10. & 19. 11 12 Matt. 6. 13 Epist. 27. ad Eustochiū epitaphium Paulæ to. 1.

HIERONYMVS sic ait: Cum esset Paula nobilis, genere potens quōdam diuitijs, Græcorum stirps, soboles Scipionum, Pauli heres cuius vocabulum trahit, Marciæ Papyriæ mamæ prætulit Bethleem, & auro tecta fulgentia informis luti vilitate mutauit. Testis est Iesus, ne vnum quidem nūmum ab ea filiæ derelictū, sed vt ante iam dixi derelictum magnum æs alienum. Quid hac virtute mirabilius feminam nobiliſſimæ familiæ magnis quondam opibus, tanta fide omnia elargitam, vt ad ægestatē pene vltimam perueniret? Iactent alij pecunias, & in corbonam Dei æra congesta, funibusque aureis dona pendentia. Nemo plus dedit pauperibus, quàm quæ sibi nihil reseruauit, nunc illa diuitijs fruitur, & bonis, quæ nec oculus vidit, &c. 14

IDEM sic ait: Igitur octogesimo ætatis suæ anno, cum absens esset Hesychius quasi testamenti vice breuem manu propria epistolam scripsit omnes diuitias suas ei derelinquens, Euangelium, scilicet, & tunicam sacceam, cucullam, & palliolum. Epist. 51. de vita Hilarionis.

15 In Psal. 72. to. 8.

IDEM explicans illa verba: Quid mihi est &c. sic habet. Cum emphasi hoc legendum est. Tam grandia mihi in cælis præparasti, & ego parua quærebam? Aliter. Neque in cælo, neque in terra aliud præter te quæsiui. Defecit cor meum Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum, quia vanum est in sæculi confidere bonis.

16 In Psal. 76.

IDEM explicans illa verba: Vox tonitrui tui in rota sic ait: Dicamus hoc de interiori homine rota modico quodam vestigio stat in terra, & non solum stat, sed quasi percurrit, nō stat, sed tangit, & præterit, denique voluitur, ad altiora transcendit: ita, & sanctus vir, quoniam in corpore est necessitatem habet aliqua de terrenis cogitare, & quando venerit ad victum, & vestitum, & cetera huiusmodi, habēs victum, & vestitum his contentus est. Et tangens terram ad altiora festinat, ille qui currit, & ad altiora festinat, in illo est sermo tuus. Legimus & in Prophēta. Sancti lapides voluuntur super terrā. Videte quid dixit. Sancti lapides voluuntur super terram, quoniam enim rotæ sunt, volūtur super terram, & ad altiora festinant, & alibi vbi ducebat spiritus, sequebantur & rotæ. 1. Thess. 6. Zach. 9.

17 Lib. 1. in 1. c. ad Ephesios to. 9.

IDEM explicans illa verba: Benedictus Deus qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cælestibus in Christo ait. Non in terrenis benedictionibus, sed spiritualibus. Sūt quippe terrenę benedictiones habere quempiā liberos, affluere opibus, honore, sanitate. Quæ terrena benedictio vsque ad iumenta descēdit. Dictum est quippe de illis benedixit eis Dominus, & dixit, Crescite, & multiplicamini. Spirituales vero benedictiones in cælestibus sunt, quia terra benedictionem nō capit spiritualē, si quidē & benedictiones illæ, quę in Leuitico Dei præcepta seruātibus promittūtur, verbi gratia plena esse horrea frumentis, benedictos esse in vrbibus, agris, & cetera his similia in Prophetis nō videmus expleta hominibus, qui in melotis & caprinis pellibus errauerunt, in egestate, in angustia, in desertis montibus, in spelunēis. Spiritualiter ergo accipienda sunt omnia, & spiritualia nō in terrenis locis, sed in cælestibus expectāda. Quod vero ait, Benedixit nos in omni benedictione spirituali, quasi iam in præterito factum sit, & non in futuro promissum, idest. Benedixit, & non benedicturus est, quæritur, quomodo adhuc in terra nos positos cælesti benedictione benedixerit. Siue igitur, quod conuersatio nostra in cælis est, & non sumus de mundo isto, sed deposita imagine terrena portamus imaginem supercælestis, & in carne non viuimus, sed in spiritu, & thesaurizamus nobis in cælis, vbi & cor habemus. Vel certe quod omnis benedictio spiritualis in Christo, licet in terra sit, tamen de cælestibus computetur. Gen. 1. Deut. 28.

18 Lib. de fide & operibus to. 4.

AVGVSTINVS explicat locum Pauli, Fundamentū aliud, nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus. Si

quis autē superædificat super fundamētū aurū argentū,lapides pretiosos, ligna,fœnū,stipulā, vniuscuiusq. opus manifestabitur, dies enim Domini declarabit,quia in igne reuelabitur,& vniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. Si cuius opus mānserit,quod superędificauit mercedē accipiet, si cuius autē opus arserit detrimentū patietur,ipse autē saluus erit, sic tamen quasi per ignē. Quod ita explicat,vt illi videantur ędificare supra hoc fundamentū aurū,argētum,lapides pretiosos,qui fidei,quæ in Christo
Matt. 19. est,bona opera adijciunt. Et insuper si faceret quę Dominus addidit dicēs,Si vis perfectus esse,vade,& vende omnia quæ habes,& da pauperibus,& habebis thesaurū in cælo; ædificaret super illud fundamētū aurū,argentū lapides pretiosos. Non enim cogitaret, nisi quæ sunt Dei,
19 quomodo placeret Deo,& hę cogitationes sunt aurū,argentū,lapides pretiosi. Porro si circa diuitias suas quodam carnali teneretur affectu, quāuis ex eis multas eleemosynas faceret, nec ad eas augendas fraudis aliquid moliretur, aut earū minuendarū,vel amittendarū metu in aliquod facinus laberetur,alioquin iā isto modo ab illius fundamēti stabilitate se subtraheret, sed propter carnalē,vt dixi quē in eis habebat affectum talibus bonis sine dolore carere non posset,ædificaret super fundamentū illud,fœnū, ligna,stipulā. Hæc igitur quoniā affectu dilecta carnali,non sine dolore amittuntur, propterea qui sic ea habēt, cū habeāt in fundamēto fidem quæ per dilectionē operatur, neq. huic ista vlla ratione,vel cupiditate præponāt,in earū amissione passi detrimentū, per ignē quemdā doloris perueniūt ad salutē. A quo dolore, atq. detrimēto tanto est quisq. securior, quāto ea vel minus amauerit,vel tāquam non habens habuerit. Qui vero propter illa,vel tenēda,vel adipiscenda homicidiū,adulteriū, & similia quæque commiserit, non propter fundamentum per ignem saluabitur,sed amisso fundamento æterno igne torquebitur.

20 IDEM explicans illa verba: Vidi impium
Cōcione 3. In Psalm. 36. to. 8. superexaltatū, & eleuatū, sicut cedros Libani, trāsiui,& ecce non erat,sic ait:Quare non erat, & non est inuētus locus eius? Quia trāsisti. si autē adhuc carnaliter cogitas, & ista terrena felicitas vera felicitas tibi videtur,nondū transisti,aut æqualis illi es,aut infra es. Profice & trāsi, cū proficiēdo transieris,attendis cū fide,vides nouissima ipsius,& dicis tibi. Ecce non est iste qui sic tumuerat,quomodo si trāsires iuxta fumū, nam & hoc dictū est in isto Psalmo superius. Deficientes velut fumus deficiēt. Erigitur in altū fumus,& in globū tumidū pergit,quāto magis attollitur, tāto amplius intumescit, sed cum transieris attende post tę,post te enim fumus,si est ante te Deus,noli posteriora ex desi-
Gen. 19. derio attēdere,sicut attēdit vxor Loth,& remā sit in via, sed respice ex despectu,& videbis impiū nusquā esse,& quæres locū eius. Quis est locus eius? Quo nūc habet potestatē,habet diuitias,habet quēdā ordinē suū in rebus humanis, & multi ei obsequūtur, vt iubeat, & audiatur. Iste locus non erit,sed trāsiit, vt tu possis dicere,Transiui,& ecce non erat. Quid est transiui? Profeci, peruenī ad spiritualia, intraui in sanctuariū Dei,vt intēderē in nouissima,& ecce nō *Psal. 72.* erat,& quæsiui eū,& non est inuētus locus eius.

21 IDEM explicans illa verba:Sicut nouacula
In Psal. 51. acuta fecisti dolū,ait:Ecce quid faciunt sanctis mali, capillos radūt. Quid est,quod dixi? Si audiāt ciues Hierusalē vocē, quæ modo ex Euan- *Matt. 16.* gelio recitata est, Quid prodest homini,si totū *1. Reg. 11.* mūdū lucretur, seipsum autē perdat,cōtemnūt omnia præsentia bona. Et quid factura est nouacula Doech, homini meditanti in hac terra regnū cælorū,& futuro in regnū cęlorū habēti secum Deū? Quid est factura illa nouacula? Capillos rasura,caluū factura est, nam isti capilli superflua rerū temporaliū significāt. Qui quidem capilli non superflue facti sunt a Deo in corpore hominū, sed ad aliquod ornamentū. Tamen quia sine sensu præcidūtur illis qui adhērēt corde Deo, sic habēt ista terrena tamquā capillos.

22 IDEM explicās titulū illius Psalmi, qui sic
In Psal. 51. habet,In finē in hymnis intellectus ipsi Dauid, cū venerunt Ziphæi,& dixerunt ad Saul, Nōne *1. Reg. 23.* ecce Dauid abscōditus est apud nos, sic habet: Vicus quidam erat Ziph,cuius habitatores Ziphæi dicebātur, in quorū regione se absconderat Dauid,cū eum vellet Saul inuenire, & occidere. Isti cū hoc cognouissent,prodiderūt eum regi persecutori. Si quæramus, quid interpretentur Ziphæi inuenimus florentes. Florentes erant Ziphæi,& Dauid latens. Attēde latentē. Mortui estis,& vita vestra abscondita est cum *Colos. 3.* Christo. Isti ergo latētes florētes erunt, Cum Christus apparuerit vita vestra,tūc & vos cum illo apparebitis. Cum erūt isti florentes, tūc & erunt Ziphæi arescētes. Cui namq. flori illorū *Isa. 40.* cōparetur gloria attendite? Omnis caro fœnū, & omnis honor carnis,vt flos fœni. Quis finis? Fœnum aruit,& flos decidit. Vbi tunc erit Dauid? Vide quid sequitur. Verbū autē Domini manet in æternū. Illa ergo duo genera hominū sunt,quæ & distinguere debetis, & eorū alterū eligere. Qui sunt isti Ziphæi, nisi corpus illud *Psal. 51.* Doech Idumæi, de quo dicitur. Ecce homo, qui non posuit Deū adiutorē suū, sed sperauit in multitudine diuitiarū suarū, & prævaluit in *23* vanitate sua. Isti sunt florētes filij sæculi, qui in *Luc. 16.* generatione sua astutiores sunt filijs lucis. Etenim ipsi vidētur prospicere in posterū, quo nesciunt vtrū veniāt. *infra.* Diuitiæ nostræ ibi sunt vbi est domus nostra æterna in cælis. Proinde pecuniam temporalē illi appellāt diuitias, qui nisi tēporaliter florere non possunt, nec in æternum ex his sibi amicos facere volunt, quia veras diuitias non nouerunt. Has ergo diuitias so las iniquitas putat flores ad tēpus, vt fœnum, hi sunt Ziphæi inimici Dauid florentes in sæculo,qui arescent in iudicio. Hoc, & velis, & tu? Ignoras quid tibi promiserit, qui ad te venit? quid in seipso hic ostenderit? Si flos Ziphæorum appetendus esset, ipse Dominus tuus nonne, & in hoc sæculo floruisset? An vero deerat illi,vt hic posset florere? Sed hic maluit inter Ziphæos latere, & dicere, Regnum meum non *Ioan. 18.* est de hoc mundo. Boni omnes latent hic, quia bonum eorum intus est,absconditum est,vbi fides, vbi charitas, vbi thesaurus illorum? numquid hæc bona apparent in sæculo? Et hæc bona latent,& eorum merces latet, at vero dignitas sæculi nitet ad tempus, herba est hiemalis, vsque ad ætatem viret.

24 IDEM explicās illa verba:Quorū filij sicut
In Psal. 43. nouellæ plātationis in iuuentute sua, &c. sic habet: Ergo nō est ista felicitas habere filios incolumes,filias ornatas,plena cellaria,abundantiā pecorū,nullā ruinā nō dico parietis, sed nec sepis,nullū tumultum, & clamorē in plateis, sed quietē, pacē, abundantiā, copiā rerū in domibus,in ciuitatibus? Ergo non est ista felicitas? Aut debēt iusti ista defugere? Aut non inuenis domum iusti abundātē rebus his omnibus,plenam ista felicitate? Non erat domus Abrahæ abundās auro,& argēto,familia,pecoribus? Nōne Iacob ditatus egressus est de Mesopotamia? Quid dicimus,nō est ista felicitas? Sit licet,sed sinistra. Quid est sinistra? Tēporalis, mortalis, corporalis. Nolo illā diffugias,sed neq. dexterā putes. Non enim isti ideo maligni, ideo vani, quia his abūdabāt,sed quia id quod sinistrū esse debuit in dextera ponebāt. Ideo & dextera eorum dextera iniquitatis, ideo os eorū locutum est vanitatē,quia hoc in dextera posuerūt,quod in sinistra habere debuerūt. Quid enim in dex-
25 tera ponere debuerūt? Deū, æternitatē, annos
Psal. 61. Dei nō deficiētes. Ibi dextera,ibi esse debet desideriū nostrū,sinistra vtamur ad tēpus, dexteram desideremus in æternū. Diuitiæ si affluant ne aponatis cor,si enim diuitijs afluētibus, cor
Cant. 2. posueritis,quod sinistrum est dextrum facietis. Corrigite vos,agnoscite sapientiā amplectētē vos,cui dictū est. Sinistra eius sub capite meo, & dextera eius complectetur me. Sinistra eius sub capite meo nō me deseret,& in tēporalibus necessarijs,& desiderijs, sed tamen ipsa sinistra sub capite erit,non capiti proponetur,vt dexte ra eius cōplectatur me pollicēs vitā ęternā. Ita enim sinistra sub capite, si dextera super caput,
1. Thim. 4. impleturq. quod ad Thimoteū scriptū est. Promissionē habēs vitæ præsentis,& futuræ. Tēpori necessaria quæritis? Quærite primū regnū Dei, ideſt dexterā,& hæc omnia apponentur vobis. Habetis hic diuitias,& gloriā,& in futuro sæculo vitā æternā. Et in sinistra cōtinebo infirmi-
Matt. 19. tatē vestrā,& dextera coronabo perfectionem suā,sine diuitijs in hoc sæculo remanserunt? Et vbi est illa promissio sinistræ, Centuplū accipietis? Multiplicationē promisit,& reuera quid desit homini Dei? Si quis forte infidelis est vnam
26 domum,aut paucas habet,fidelis hominis totus mundus plenus diuitiarū est,vides sinistrā eius plenā sub capite, accipiet in hoc sæculo centu-
Prou. 3. plū,vide dexterā cōplectentē,& in futuro sæculo vitā æternā. Merito & alio loco de ipsa sapiē tia dicitur. In dextera eius anni vitæ,& in sinistra eius diuitiæ,& honor. Non ergo hos vanilo quos arguo,quia filij eorū velut nouellæ cōstabilitatē iuuentute sua,nec quia filiæ eorū ornatæ,vt similitudo tēpli,nec quia cetera abundātia aderat eis. Sed quare arguo? Quia beatū dixerunt populū,cui hæc sunt, beatū dixerūt populū,cui hæc sunt. Quod ad sinistrā erat ad dexterā posuerunt. Quid tu Dauid? quid tu corpus Christi? quid vos mēbra Christi? Quid vos non filij alieni,sed Dei, quoniā vaniloqui filij alieni beatū dixerunt populū,cui hæc sunt. Vos quid dicitis? Beatus populus,cuius Dominus ipsius.

27 IDEM sic ait: Dicā quid fecerit pauperri-
Ser. 21. de verbis Apostoli. to. 10. mus homo nobis apud Mediolanū constitutis, tam pauper, vt proscholus esset grāmatici, sed plane Christianus, inuenit sacculū cum solidis fere ducētis,proposuit pittaciū publice,reddēdum enim sciebat,sed cui redderet, ignorabat. Qui solidos perdidit,veniat ad locū illū,& quærat hominē illū. Ille qui plangens circumquaq. vagabatur, inuēto & lecto pittacio venit ad hominē,& ne forte quæreret alienum,quæsiuit signa,interrogauit sacculi qualitatē, &c. Et cum omnia illi fideliter respondissēt, reddidit quod inuenerat. Ille autē repletus gaudio,& quærēs vicē reppendere tamquam decimas obtulit illi viginti,qui noluit accipere: obtulit vel decem, noluit accipere: saltim rogauit,vel quinque accipere,noluit ille. Stomachabūdus homo proiecit sacculū,nihil perdidi ait,si non vis aliquid a me accipere, nec ego aliquid perdidi. Quale certamē fratres mei, qualis pugna, theatrum mūdus,spectator Deus. Victus tandē ille, quod offerebatur accepit,& cōtinuo totū pauperibus erogauit, vnum solidū in domo sua non dimisit.

28 IDEM, aiebat quidam Domino dic fratri
In ser. 196. de tempore meo,vt diuidat mecū hereditatē. Petebat in terra Domino dimidiā hereditatē in cælo, Dominus offerebat totam. Plus Dominus dabat, quā ille postulabat. Causa breuis,& iusta,dic,vt frater meus diuidat mecū hereditatē. Sed audiamus,& iudicantē,& docentē. Homo ait,homo. Quienim pro magno habes istā hereditatē, quid es nisi homo? Volebat illū facere aliquid plusquā homo est. Quid plus illū volebat facere cui volebat auaritiam tollere? Dico vobis. Ego dixi,dij estis,& filij excelsi omnes,volebat eum inter deos numerare,qui auaritiam non habet.

29 GREGORIVS explicans illa verba Iob
Lib. 4. moralium cap. 32 to. 1. 3. Ibi requieuerunt fessi robore,sic ait: Omnes qui in hoc mundo fortes sunt robore,quasi fortes sunt,non robore defessi. Qui vero in auctoris sui amore roborātur, quo magis in cōcupita Dei fortitudine conualescunt, eo a propria virtute deficiunt, & quo robustius æterna appetunt, eo a temporalibus salubri defectione lassantur. Hinc Psalmista prioris sui robore fessus dicebat. Defecit in salutare tuū anima mea. In *Psal. 118* salutare enim Dei proficiendo defecerat, quia æternitatis lucem desiderans,a carnis iam fiducia fractus anhelabat. Hinc rursum dicit. Con *Psal. 83.* cupiuit,& defecit anima mea in atria Domini. Qui nimirum cum diceret, concupiuit, recte subdidit. Et defecit,quia valde minor est diuinitatis concupiscētia,quā non mox etiam proprius sequitur defectus. Qui enim ad appetenda æternitatis atria accēditur dignus profecto est,vt ab hoc temporalitatis amore lassetur, vt tanto frigescat ab studio sæculi, quanto surgit ardentior in amorē Dei. Quē scilicet,si perfe- 30

cte arripit, mundũ etiã plene derelinquit, & eo funditus tẽporalibus moritur, quo ad supernã vitã altius afflatu æternitatis animatur. An nõ
Cant. 5. robore suo fessã se inuenerat, quę dicebat. Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est? Quia nimirũ mens, dũ occultæ locutionis aspiratione tangitur a statu suæ fortitudinis infirmata, ipso quo absorbetur desiderio liquatur. Inde se apud semetipsam fessam inuenit, vnde vltra se esse conspicit fortitudinẽ, quã cõscendit. Hinc Propheta cum visionẽ Dei conspexisse diceret, adiungit. Elangui, & ægrotaui per
Dan. 8. dies plurimos, quia cum ad virtutẽ Dei mens adstringitur, a fortitudine propria caro lassatur
Gen. 32. 31 Hinc Iacob, qui Angelũ tenuit, vno mox pede claudicauit, quia qui vero amore sublimia respicit, iam in hoc mundo duplicibus incedere desiderijs nescit. Vno enim pede innititur, qui solo Dei amore roboratur. Et necesse est, vt alius marcescat, quia mentis virtute crescente oportet proculdubio, vt carnis fortitudo torpescat. Et quondã vincti pariter sine molestia. Iustos enim quamuis nullus desideriorũ carnalium tumultus possideat, duris tamen vinculis eos in hac vita positos suæ molestia corruptio-
Sap. 9. nis ligat. Scriptũ quippe est, Corpus quod corrumpitur aggrauat animã. Eo itaque ipso, quo adhuc mortales sunt, corruptionis suæ pondere grauãtur, & adstricti molestia vincti sunt, quia in illa adhuc libertate vitæ incorruptibilis nõ exurgũt. Quæ coacta mens erigitur, libẽs iacet, ab infimis vix leuatur, & tamen eleuata protinus labitur, semetipsam laboriose vincendo superna conspicit, sed reuerberata lumen, quod se irradiauerat, refugit.

32 IDEM sic ait: Beatus Iob damna rerũ per-
Lib. 7. moralium c. 15 tulerat, sed sapientẽ Dei stultitiã diligens, stultam mundi sapientiã mentis despectu calcauerat. Igitur contra mundi diuites pauper, cõtra
Iob 6. potentes oppressus, contra sapientes stultus dicitur. Qria respondit, quia nec pauper eorũ sub stantiã, nec oppressus adiutoriũ cõtra robustos, nec stultus doctrinã sapientiæ carnalis quærit. Sanctus etenim vir, quia mente super semetipsum rapitur, & pauper inopia non angustatur.
1. Cor. 4. Hinc Paulus dicit. Aporiamur, sed non destituimur, persecutionẽ patimur, sed nõ derelinquimur, deijcimur, sed nõ perimus. Et alibi. Diuitias desideratæ paupertatis aperiẽs dicit. Sicut
2. Cor. 6. egentes, multos autẽ locupletãtes, tamquã nihil habẽtes, & omnia possidẽtes. Licet inter hęc oculos mẽtis attollere, & electos Dei exterius oppressos, quãtæ intrinsecus arci præsideãt videre, cũcta quippe quæ foris eminent, occultis eorum obtutibus per despectũ iacent. Nam super se interius rapti in alto animũ figũt, & quęque in hac vita sunt, quasi lõge infra labẽtia, atque a se aliena cõspiciũt, atque, vt ita dixerim, dum mẽte extra carnẽ fieri decertãt, pene ipsa quæ tolerãt, ignorãt. In horum profecto oculis quicquid tẽporaliter eminet, altũ non est. Nam velut in magni vertice mõtis siti præsentis vitę gaudia plene despiciunt, seque ipsos per spiritalem celsitudinem transcendentes subiecta sibimet intus vident, quæcumque per carnalem gloriam foris tument.

IDEM explicãs illa verba Iob 7. Elegit suspendiũ anima mea, & mortem ossa mea sic ait: 33 Lib. 8. moralium c. 14 Quid per animã, nisi mentis intentio, quid per ossa nisi carnis fortitudo designatur? Omne autem quod suspẽditur proculdubio ab imis eleuatur. Anima ergo suspendiũ eligit, vt ossa moriãtur, quia dum mẽtis intentio ad alta se subleuat, omnẽ in se fortitudinẽ vitæ exterioris necat. Sancti enim viri certissime sciũt, quia habere in hac vita requiẽ nequaquã possunt, & id circo suspendiũ eligunt, quia nimirũ desideria terrena deserẽtes ad alta animũ tollunt. Suspẽsi autẽ mortẽ suis ossibus inferunt, quia amore supernæ patriæ in virtutũ studijs accincti, hoc quod fortes prius in mũdo fuerant, vinculo humilitatis insequũtur. Intueri libet, quomodo animã suã Paulus suspenderat, qui dicebat. Viuo
Gal. 2. autẽ iam non ego, viuit vero in me Christus. Et
Phil. 3. rursum. Desideriũ habeo dissolui, & esse cũ Christo, & mihi viuere Christus est, & mori lucrum. Qui gesta terrenæ fortitudinis ad memoriã reuocans, quasi quędã in se ossa numerabat dicẽs. Hæbreus ex Hębreis, secũdũ legẽ Pharisæus, 34 secundũ æmulationẽ persequẽs Ecclesiã Dei, sed suspendio animæ, quia hæc in se ossa interfecit,
Phil. 3. protinus asserit, qui subiũgit. Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christũ detrimenta. Quæ adhuc ossa in semetipso insinuat vehemẽtius extincta, cum subdit. Propter quẽ omnia detrimentũ feci, & arbitror, vt stercora. Mortuis vero ossibus, quã exanimis pendeat, ostendit, qui illico subiungit dicens. Vt Christum lucrifaciam.

IDEM explicans illa verba Iob cap. 17. Stu- 35 Lib. 3. moralium pebunt iusti super hoc, & innocẽs contra hypocritã suscitabitur, sic ait: Hoc loco innocẽs, nec dum perfectus iustus accipitur, qui bona adhuc inchoans, & si nocere alijs non nouit, perfecta tamẽ ipse agere nequaquã valet, & quia corda paruulorũ, dum peruersos florere in præsenti vita conspiciunt, inuidiæ facibus succendũtur. Tanto enim quisq. plus inuidet alijs bona præsentia, quãto ea ipse minus cõtempserit. Succenditur vero cõtra hypocritã innocens, dum gloriæ simulatoris inuidet etiã, qui nulli nocere solet. Sin vero hoc in loco innocẽs quisq. in bono perfectus accipitur, cõtra hypocritã innocens suscitatur, quãdo hunc, & florere cõspicit, & tamẽ cum suo eum flore cõtemnit, & tãto eũ despiciendũ ceteris esse denũciat, quanto eum cõspicit illa anxie quærere, quæ cum eo diu nõ valeãt permanere, in quo adhuc sensu subiungitur. Et tenebit iustus viã suam, & mũdis omnibus addet fortitudinem. Considerato quippe 36 hypocrita, iustus viã suam tenet, quia dum illũ ex peruersa voluntate obtinere ea quæ mundi sunt intuetur, ipse ad amorem cælestium robustius stringitur, sciens quia bonis desiderijs præmia æterna non deerunt, dum, & prauis, & duplicibus cordibus bona temporalia non negantur, qua ex re mundis quoque manibus addit fortitudinem, quia conspiciens peruersos obtinere terrenam gloriam, bona opera sua prouehit ad perfectionem. Et tãto altius tem-

pora

poralia despicit, quanto hæc abundare etiam malis cernit. Quam enim sint despicienda considerat, quæ Deus etiam peruersis præstat. Si enim principaliter magna essent nequaquam hæc conditor aduersarijs suis tribueret. Vnde & indiguum sibi esse perpendit, vt illa bona appetat, quæ abundare conspicit, & malis. Sed ad percipienda cælestia mentem suam dirigit, quę sibi cum reprobis communia esse non possunt.

37 IDEM explicans illa verba. Iob cap. 31.
Lib. 22. moralium c. 2. si putaui aurum robur meum, sic ait: Quid ergo nunc supereſt, nisi vt ipsas quoque diuitias, qua mente possideret, innotescat, ait enim. Si putaui aurum robur meum, & obrizo dixi, fiducia mea. Sanctus ergo vir, nec aurum robur, nec sibi esse obrizum, ideſt rudis auri molem fiduciam credit, quia spem, atque delectationẽ suam in solius gratia conditoris figens, neque de quantitate auri, neque de specie peccauit.
Luc. 12. De creatore quippe desperasse fuerat spem in creatura profuisse. In rebus autem dubijs spem fixerat diues ille, qui dicebat. Anima habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe. Sed hunc superna vox increpat dicens: Stulte hac nocte repetunt a te animam tuam, quæ autem parasti, cuius erunt? Eadem enim nocte sublatus est, qui in rerum sibi abundantia multa tempora fuerat præstolatus, vt scilicet, qui in longum sibi subsidia colligenda prospiceret subsequentem diem, vel vnum
38 minime videret. Quasi in aquis enim defluentibus fundamentum ponere est, in rebus labentibus spei fiduciam velle solidare. Stante enim in perpetuum Deo transeunt omnia. Quid ergo ab stante fugere est, nisi transeuntibus rebus inhęrere? Quis namque vnquam decurrentium fluminum tumidis vorticibus raptus manere ipse fixus potuit deorsum vnda defluẽte? Quisquis ergo defluere deuitat, supereſt, vt quod defluit, fugiat, ne per hoc quod amat in hoc cogatur peruenire, quod vitat. Qui enim rebus labentibus inhæret illo videlicet trahitur. Prius itaque curandum est, ne quis temporalia diligat, ac deinde in eisdem temporalibus, quæ nõ ad delectationem sibi, sed ad vsum retinet, fiduciam ponat. Quoniam coniunctus decurrentibus mox statum suũ animus perdit, nam valde
39 demens est, qui in vnda voluitur, & plantam figere conatur. Sed sunt plerique, qui etsi in rebus transeuntibus fiduciam nequaquã ponunt, cum tamen sibimet ad vsus necessarios abunde assunt, mente tacita lætantur. Qua in re dubiũ non est, quia tanto quisq. minus dolet, quod desint temporalia, & qui minus dolet, quod desint tẽporalia, certius expectat, vt desint æterna. Hoc itaque de terrenis rebus gaudium Iob nõ se habuisse testificatus subiungit dicens. Si lætatus sum super multis diuitijs meis, & quia plurima reperit manus mea. Sancti quippe viri in huius peregrinationis ærumna, quoniam eam quam appetunt adhuc creatoris sui speciem contemplari minime sinuntur, omnem præsentis vitæ copiam inopiam deputant, quia videlicet nihil extra Deum quærũt. Et plerumque eis ipsa sua abundantia fit eis vehemẽter onerosa, quia hoc ipsum grauiter tolerant, quod festinantes ad patriam in itinere multa portant. Electi ergo de multa abundantia minime lætantur, quam videlicet pro amore cęlestis patrimonij, aut largiendo dispergunt, aut despiciendo deserunt.

IDEM explicãs illa verba Iob cap. 39. Nũ- 40 Lib. 31. moraliumc. 19 quid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, sic habet: Cunctarum auium visum acies aquilæ superat, ita vt solis radius fixos in se eius oculos nulla lucis suæ coruscatione reuerberans claudat. Ad præceptum ergo Dei eleuatur aquila, dum iussionibus diuinis obtemperãs, in supernis suspenditur fidelium vita, quæ & in arduis nidum ponere dicitur, quia desideria terrena despiciens spe iam de cælestibus nutritur. In arduis nidum ponit, quia habitationem mentis suæ in abiecta, & infima conuersatione non construit. Hinc est quod Balaam prophetante dici- Num. 24. tur. Robustum quidem est habitaculum tuum, sed si in petra posueris nidum tuum. Qui robustum sibi habitaculum construunt, si in Christi sublimitate nutriantur, si ima non appetant, si omne quod præterit cordis volatu trãscendãt. Videamus aquilam nidũ spei sibi in arduis cõstruentem qui ait: Nostra conuersatio in cælis 41 Phil. 3. est, & rursũ. Qui conresuscitauit, & sedere nos Eph. 2. fecit in cælestibus. In arduis habet nidum, quia in supernis figit consilium, non vult mentem in ima deijcere, non vult per abiectionem conuersationis humanæ in infimis habitare. Tunc Paulus fortasse in carcere tenebatur, cum se considere Christo in cælestibus tentaretur. Sed ibi erat, vbi ardentem iam mentem fixerat, non illic, vbi illum necessario pigra adhuc caro retinebat. Hoc namq. esse speciale electorum solet quod sic sciunt præsentis vitæ iter carpere, vt nouerint se iam ad alta peruenisse, quatenus cũcta quæ præterfluunt sub se esse videant, atq. omne quod in hoc mundo eminet amore æternitatis calcent. Hoc est enim, quod sequenti se animæ per Prophetam Dominus dicit: Sustollã Isa. 58. te super altitudines terræ. Altitudines terræ sunt diuitiæ, lucra, rerum abundantia, quæ quisquis per ima adhuc desideria incedit eo ipso alta extimat, quo magna putat, at si semel cor in cælestibus figitur, mox quàm abiecta sint cernitur, quæ alta videbantur. Nam sicut, qui in mõtem cõscendit eo paulisper cetera subteriacẽtia despicit, quo ad altiora gressum amplius tẽdit, itaq. qui in summis intentionem figere nititur, dum annisu ipso nullã præsentis vitæ gloriam esse deprehendit super terræ altitudines eleuatur, & quod prius in imis desiderijs positus super se credidit, post ascendendo proficiẽs sibi subesse cognoscit. Quæ ergo illic Dominus 42 facturum se esse pollicetur dicens: Sustollam te super altitudines terræ; hæc apud 6. Iob solum sese facere posse testatur dicens. Numquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & ponet in arduis nidum suum, ac si diceret, vt ad meum, qui quod exterius præcipio, hoc intrinsecus gratia occultæ largitatis inspiro?

Bona temporalia quæruntur auide, spiritualia remisse, ex quo multa nascuntur damna. Cap. XVII.

1 Hom. 6. in Exodū to. 1

ORIGENES explicans illa verba: Extendisti manum tuā & deuorauit eos terra, sic ait: Impios quidem, & hodie deuorat terra. An non tibi videtur terra deuorare illum, qui semper de terra cogitat? Qui semper terrenos habet actus? qui de terra loquitur? terram desiderat? De terra litigat, & omnem spem suam ponit in terra, qui ad cælum non respicit, qui futura non cogitat, qui iudicium Dei non metuit, nec beata eius promissa desiderat, sed semper de præsentibus cogitat, & terrena suspirat? Talem cum videris dicito, quia deuorauit eum terra.

Exo. 15.

2 Hom. 1. in Hieremiā to. 2.

IDEM explicans illa verba, ex cap. 51. Calix aureus Babylon in manu Domini inebrians omnem terram, sic habet: Quomodo iste calix inebriet omnem terram facile scies, si consideres omnes homines ebrios. Inebriamur ira, inebriamur tristitia, & excedimus amore, concupiscentijs, &c. Quanta pocula temperauerit, quot inebriantes porrexerit calices calix iste, quid necesse est dicere? Calix aureus Babylon inebrians omnem terram. Animaduerte omnē terram plenā esse peccatis, & non quæres quomodo Babylon omnem terram inebriauerit. Sed si forte videris iustum ebrium non esse de calice peccatorum, noli putare scripturam nō esse mentitam, quæ dixerit. Inebrians omnem terram, cum iste non inebrietur a Babylone. Et tamen consistat in terra. Audi quia iustus non terra. Omnem terram inebriat calix iste aureus. Iustus vero, cum sit super terram conuersationem in cælis habet. Et propterea non conuenit iusto dici vlterius, Terra es, & in terram ibis, sed necesse est audenter loqui, dicit iusto Deus adhuc consistenti super terram, Cælum es, & in cælum ibis. Portat enim imaginem cælestis. Igitur vt concludam calix aureus inebriat omnem terram, ideſt, omnes ab eo inebriamur, quandiu terra sumus. De vino eius biberunt omnes gentes, propter hoc commotæ sunt, sicut in his, qui bibunt istum vini liquorē, si super mensuram biberint videmus ebrij corpus motum, vacillantes pedes, caput ac tempora prægrauata, os dissolutum, linguam significantem sermones ebrij, & hærētibus labijs verba præcisa: similiter est videre eos, qui de calice aureo biberint Babylonis, quomodo mo ueantur, quomodo instabiles gressus sint, quomodo debilitata mente, & fluctuante cogitatu nihil firme teneant, sed semper in turbationibus agantur incerti. Propterea, & scriptura diuina in alio loco de huiusmodi ebrijs ita ait. Propterea commoti sunt sicut ebrius. Vnde de Cain dicit Scriptura. Cum egressus esset a facie Dei habitauit in terra Naid contra Eden. Naid in Græca lingua interpretatur commotio, qui enim derelinquit Deum, qui deserit sensum, de eo iugiter cogitanda, iste in terra Naid hodie habitat, ideſt, in turbatione mali cordis, & mentis commotione consistit.

3

Psal. 106

Gen. 4.

4 In epist. quæ est ad Demetriadem Virginem to. 3.

HIERONYMVS sic ait: In omnibus mundi studijs profectu non satientur homines, in virtute tantum cœpisse sufficiet? Feruentissimi in terrenis, frigidissimi in cælestibus sumus, & summā in rebus paruis exhibemus alacritatem, ad maiora torpescimus. Considerare pudet, quantus sit feruor in sæculo, qua cura singula quæque studia hominum quotidie ad perfectiora nitantur, litterarum ardor nulla prorsus ætate extinguitur, immo vt sæcularis auctoris vtar sententia, ipsa magis ætate inflāmatur, diuitiarum amor insatiabilis est, explerī nescit honorū cupido, celerem habituræ res finem sine fine quæruntur. Nos diuinam sapiētiam, cælestes diuitias, immortales honores pigra quadam dissimulatione negligimus, & spirituales diuitias, aut ne attingimus quidē, aut si leuiter degustauerimus, continuo nos putamus esse satiatos, aliter nos diuina sapientia ad suas inuitat epulas. Qui edit me, inquit, adhuc esuriet, & qui me bibit adhuc sitiet, nullus vnquam talibus expletur epulis, nec aliquando patitur de satietate fastidium. Tanto vnusquisque capacior, tanto auidior erit, quanto inde plus hauserit. Dominus in Euangelio, Beati ait, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Vult enim nos esurire hic sēper, ac sitire iustitiā, vt in futuro iustitiæ retributione satiemur. Consideranda vis ipsa verborum est, & ita nobis desideranda est iustitia, vt in fame, vel in siti cibus desideratur, ac potus, &c.

5 Eccles. 24.

Matth. 5.

6 In epist. ad quā inscribit amicū in scientia diuinæ legis.

IDEM sic ait: Si intemperate cibus sumptus leuem corpori febriculam cōcitauit deijcimus animum, affligimur, suspiramus, nulla cura tunc est sęculi, nulla villarum, nemo de patrimonio cogitat, nemo de foro, omnes calumniæ, omnia lucra in periculis corporis cōquiescunt, curritur ad medicos, & pro remedio carnali promittuntur munera, aurum, argentum, interdum etiam mancipia traduntur, & pene totum patrimonium, aut negligitur, aut donatur, vt consulatur vitæ quandoque perituræ. Et pro æterna salute omnis admodum homo negligens est, omnis auarus, illic omnis frugalitas largitoris, animi tenacitate constringitur, vbi promptior voluntas, & copiosior largitas deberet operari, & cum dicat Scriptura, Nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo sunt, nos sic mundana concupiscimus. Sic amamus quasi aliquid nascentes intulerimus in sæculum, aut recedentes de sæculo nobiscum auferre possimus. Nemo ad breuitatem temporis, nemo ad naturæ respicit conditionem, nemo considerat vana esse omnia, quæ aliquo fine clauduntur. De his tantum sollicitudinem habere debemus, & curam, quæ nobiscū transferre possumus. Ambiant terrena gentiles, quibus cælestia non debentur, concupiscant præsentia qui futura non credunt, christianis diuitiæ,

tiæ, & hereditas sit diuinitas Christi.

7 In cap. 5. Isaiæ to. 4.

IDEM explicās illa verba: Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum vsque ad vesperam, vt vino æstuetis, cithara, & lyra, tympanum, & tibia, vinum in conuiuijs vestris, & opus Domini non respicitis, nec opera manuum eius consideratis, sic ait: Infelicissimi sunt qui de mane vsque ad vesperam ebrietate, & diuersis voluptatibus occupati nō intelligunt in se opera Domini, nec considerant cur creati sunt. Propterea ductus est captiuus populus meus, quia non habuit sciētiam. Quod quidem hodie patiuntur, sustinentes non famē panis, neque sitim aquæ, sed famen audiēdi sermonis Dei, quia nec respexerunt opus Domini, nec considerauerunt opera manuum eius. Potest & hoc referri ad eos, qui sæculi delicijs occupati, nec respicientes opera Dei captiui ducuntur in peccatum, & non habent scientiam Dei; & idcirco fame & siti pereunt bonorum operum, atque virtutum, & detrahentur in gehennam, ibique æternis cruciatibus deputati potentiam, & superbiam miseria cernent humilitate mutari. Et nobiles eorum interierunt fame, & multitudo eius siti exaruit. Propterea dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque vllo termino, & descendent fortes eius, & populus eius, & sublimes, gloriosique eius ad eum, & incuruabitur homo, & humiliabitur vir, & oculi sublimium deprimentur.

Amos 8.

8 In cap. 2. Hieremiæ.

IDEM explicans illa verba: Transite ad insulas Cethim, & videte, & in Cedar mittite, & considerate vehementer, si factum est huiusmodi, si mutauit gens deos suos. (Et certe ipsi non sunt dij.) Populus vero meus mutauit gloriam suam in idolum, sic habet: Cethim vrbs est in Cypro, Cedar autē regio Sarracenorum. Vult ergo dicere: Vel ad occidentem pergite, vel in solitudinem mittite, & videte si qua gens hoc fecerit quod vos feciſtis. Possumus hoc & contra eos dicere, qui maiori studio sequuntur vitia, quàm virtutes. Quos monet Apostolus, dicens: Humanum loquor propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut exhibuistis membra vestra seruientia immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruientia iustitiæ in sanctificationem. Obstupescite cæli super hoc, & portæ eius desolamini vehementer, dicit Dominus. Duo mala fecit populus meus me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ cōtinere non valent aquas. Videns cælū Dei præcepta calcata inhorresci, & stuporem dissimulare non potest, sicut septuaginta interpretes verterunt, obstupuit cælum super hoc, & inhorruit extra modum & vehementer. Omnis enim creatura ingemiscit, & condolet super peccatis hominum. Duo autem populus Dei fecit aduersa. Primum vt relinqueret Deum, qui est fons vitæ, fons enim perpetuus est, & vitales habet aquas, cisternæ autem & lacus, vel de torrentibus, vel ex aquis turbidis terra complentur & pluuijs. Cursor leuis explicans vias suas,

Rom. 6.

9

onager assuetus in solitudine, in desiderio animæ suæ attraxit ventum amoris sui, nullus auertet eam, ideſt sicut caprea leuis velox fertur ad pabula, & sicut onager assuetus in solitudine, trahit in desiderio animæ suæ ventum amoris sui: sic & Israel toto impetu ad desiderium libidinis ferebatur, & omni idolorum amore feruebat, nullusq. est qui eam suis possit monitis ab hoc impetu auertere malitia peruerse cupientes. Vbi sunt dij tui quos fecisti tibi, surgāt, & liberent te in die afflictionis tuæ. Impudens postulatio tempore necessitatis & angustiæ ab eo quærere auxilium, quem in pace contempserit. Probet necessitas quid possint, quos securus ante coluisti, ideo præmiserat, & in tempore afflictionis suæ dicent, surge, & libera nos.

10 In cap. 1. lamentatio num Hieremiæ.

IDEM explicans illa verba: Omnis populus eius gemens, & quærens panem, dederunt pretiosa quæq. pro cibo ad refocillandam animam, & ait: Pro pane iucunditas humanæ delectationis accipitur. Vnde & nunc Propheta cum Synagogæ perditos mores defleret, dixit: Omnis populus eius gemens & quærens panē. Praua quippe hominum multitudo affligitur, quia non ad votum præsentis vitæ iucunditate satiatur, sed & pretiosa quæq. pro cibo dat, quia virtutes mentis in appetitu trāsitoriæ delectationis inclinat, & refocillare animam nititur, quia peruersis suis desiderijs satisfacere conatur. Vnde bene mox ex voce illius electæ multitudinis subditur. Vide Domine & considera quoniam facta sum vilis. Vilis quippe plebs Dei efficitur, quando prauorum numero crescente in eis non summa & cælestia, sed abiecta & terrena sectatur.

11 In c. 2. Ionę to. 5.

IDEM explicans illa verba: Qui custodiūt vanitates, frustra misericordiam suam derelinquunt, ait: Deus natura misericors est, & paratus vt saluet clementia, quos non potest saluare iusticia. Nos autem vitio nostro paratam misericordiam, & vltro se offerentem perdimus, & relinquimus. Et non dixit qui faciunt vanitates. Vanitas quippe vanitatum, & omnia vanitas, ne damnare videretur vniuersos, & cuncto generi humano misericordiam denegare, sed qui custodiunt vanitates, siue mendacium, qui transierunt in affectum cordis, qui non solum faciunt, sed ita custodiunt vanitates quasi diligant, & thesaurum inuenisse se putent.

12 In caput 3. Nahum.

IDEM explicans illa verba: Plures feciſti negociationes tuas, quàm stellæ sint cæli, sic habet: Quæ multiplicasti negociationes tuas ex omni genere, quasi cælestia cuperes possidere, per fas & nefas perituras tibi diuitias congregasti, debes multitudinem peccatorum multitudine exæquare virtutum. Bruchus expansus est, & auolauit. Videtur mihi multitudo Niniue absque rectore sine ordine hinc inde commixta, & quacumque impetus tulerit ruens brucho comparari paruo animali, & innumerabili, & qui modicum quidem se videatur eleuare a terra. *Infra*: Dubitare non poteris multitudinem hominum, quæ per latam viā pergens versatur in mundo, bruchum dicere, cum videris

ris eos totos terræ deditos sententiæ leuitate huc, illucq. discurrere, & ad sublimiora volare non posse, & totum populum vitijs inhærẽtem leuitate sua, & per momenta mutatione sententiæ huc, illucq. volitare, tunc bruchus impetu abijt, & auolauit.

13 In c.23. Prouerbiorum to.8. IDEM explicans illa verba: Et eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator amisso clauo, & dices, Verberauerũt me, sed non dolui, traxerunt me, & non sensi; quando euigilabo, & rursum vina reperiam, ait: In medio mari dormit, qui in mundi huius tentationibus positus præuidere motus irruentium vitiorum, quasi imminentes vndarum cumulos negligit, & quasi sopitus gubernator clauum amittit, quando mens ad regẽdam nauem corporis, studium sollicitudinis perdit, & dices: Verberauerunt me, & non dolui. Vox percussi & dormientis exprimitur. Mens quippe a cura sollicitudinis dormiens verberatur. Et non dolet, quæ sicut imminentia mala non prospicit, sic neque quæ perpetrauerat, agnoscit. Trahitur & nequaquam sentit, qui per illecebras vitiorum ducitur; nec tamen ad sui custodiam suscitatur. Qui quidem euigilare optat, vt vina rursum reperiat. Quia quamuis somno stuporis a sui custodia prematur; vigilare tamen ad curas sæculi nititur, vt semper voluptatibus inebrietur. Et cum ad illud dormiat, in quo solerter euigilare debuisset, illud appetit ad quod laudabiliter dormire potuisset.

14 In Psal.89. to.7. IDEM explicans illa verba: Anni nostri sicut aranea meditabuntur, sic ait: Quomodo aranea quasi mittit fila, & huc illucq. discurrit, & texit tota die, & labor quidem grandis, sed effectus nullus est; sic & vita hominum huc, illucq. discurrit, possessiones quærimus, diuitias appetimus, procreamus filios, laboramus, in regna sustollimur, & omnia facimus, & non intelligimus, quia araneæ telam teximus.

15 Lib. de patientia to.4 AVGVSTINVS sic habet: Intueamur charissimi quanta in laboribus, & doloribus homines dura sustineant pro rebus quas vitiose diligunt, & quantum se his feliciores fieri putãt, tanto infelicius concupiscunt. Quanta pro falsis diuitijs, quanta pro vanis honoribus, quanta pro ludicris affectionibus periculosissima, & molestissima patientissime tolerantur. Pecuniæ & gloriæ cupidos videmus, vt ad desiderata perueniant, adeptisq. non careant, soles, imbres, glacies, fluctus, & procellosissimas tempestates, aspera & incerta bellorum, immaniũ plagarum ictus, & vulnera horrenda non ineuitabili necessitate, sed culpabili voluntate perficere. Verum hæc licite quodammodo videntur. Insaniæ namque auaritia, ambitio, luxuria, & variorum oblectamenta ludorum, nisi propter illa facinus aliquod admittatur, siue flagitium quod legibus prohibetur humanis, putantur ad innocentiam pertinere. Immo etiam
16 qui sine fraude cuiusquam, aut pro habenda, vel augenda pecunia, aut pro adipiscendis, vel retinendis honoribus, aut in agone certando, seu venando, seu theatricum aliquid plausibiliter exhibendo, magnos labores, doloresq. pertulerit: parum est, quòd populari vanitate nullis reprehensionibus cohibetur, sed insuper extollitur laudibus, Quoniam laudatur sicut scriptum est, peccator in desiderijs animæ suæ. Vis enim desideriorum facit tolerãtiam laborum, & dolorum, & nemo nisi pro eo quod delectat, sponte suscipit ferre quod cruciat, sed istæ, vt dixi, cupiditates, propter quas explendas, qui eis flagrant, multa dura, & acerba patiẽtissime sustinent, licite existimantur, legibusq. concessę. Quid quod etiam pro apertis sceleribus, non vt ea puniant, sed vt perpetrent, multa homines grauissima perferunt. Nonne de quodam nobilissimo patriæ parricida sæcularium litterarum loquuntur auctores, quòd famem, sitim, frigus, ferre poterat, eratq. eius corpus patiens inediæ, algoris, vigiliæ, supra quàm cuiquã credibile est? Quid de latronibus dicam? Quorum omnes cum insidiãtur viatoribus noctesq. perpetiuntur insomnes, atque vt transeuntes excipiant innocentes, sub qualibet cæli asperitate nocentem animum, corpusq. defigunt? Quidã vero eorum inuicem torqueri perhibentur, ita vt exercitatio contra pœnas nihil distet a pœnis. Non enim tantum fortassis excruciantur a iudice, vt a dolẽtibus veritas inquiratur, quãtum a suis socijs, vt a patientibus non prodantur. In his hominibus nihil iure laudandum, nihil vtiliter imitandum. *Infra*: Verumtamen cum pro libidinibus, vel etiam sceleribus, cum denique pro ista temporali vita, ac salute, multa homines horrenda mirabiliter sufferunt, satis nos admonent quanta sufferenda sint pro vita bona: ita vt etiam postea possit esse æterna, & sine vllo temporis termino, sine vtilitatis vllius detrimento vera felicitate secura. Dominus ait: In vestra patientia possidebitis animas vestras. Non ait villas vestras, laudes vestras. Si ergo tanta suffert anima, vt possideat vnde pereat, quanta debet sufferre ne pereat? Si tanta suffert pro salute carnis suæ inter manus secantium, siue vrentium medicorum, quanta debet sufferre pro vita animæ, cum medici ne corpus moriatur per pœnas corpori consulant, inimici autem pœnas & mortem corporis comminando, vt anima & corpus in gehenna occidatur, impellant.

Psalm.9. *Luc.21.*

Salustius in principio Catilinarię

17

IDEM sic ait: Sonat verbum, sonat sermo contradictor libidinis, at ille amicus libidinis suæ, & inimicus sermoni contradicenti amicæ suæ, infestus est, & odit sermonem Dei. Facta est amica auaritia inimicus Deus. Contradicit enim Deus auaritiæ, & vult nihil possideri ab auaritia. Ego possidear clamat. Quid vis ab auaritia possideri? Dura iubet, leuia iubeo, onus eius graue, sarcina mea leuis est. Noli velle ab auaritia possideri. Iubet auaritia vt mare transeas, & obtemperas, iubet vt te ventis, procellisq. committas. Iubeo ego vt ante ostium tuum ex eo quod habes des pauperi. Piger es ad faciendum ante te opus bonum, & strenuus es ad transeundum mare, quia auaritia imperat seruis, quia Deus iubet, odisti.

In Psalm. 118. to.8.

GRE-

19 Lib.8. moralium c.7. to.2. GREGORIVS explicans illa verba Iob cap.7. Sic & ego habui menses vacuos, & noctes laboriosas enumeraui mihi, sic ait: In hac vita quædam laboriosa sunt, quædam vacua, quædã vero vacua simul & laboriosa. Amore cõditoris præsentis vitæ tribulationibus exerceri, laboriosum quidem est, sed vacuum non est. Amore autem sæculi voluptatibus solui: vacuum quidem est, sed non laboriosum, amore vero eiusdem sæculi aduersa aliqua pati, & vacuum simul est, & laboriosum, quia ex aduersitate mens afficitur, & remunerationis præmio non repletur. In his itaque sancta Ecclesia, qui in ea iam positi adhuc voluptatibus defluunt, & proinde fructu boni operis non ditantur, mẽses vacuos ducit, quia vitæ tempora sine retributionis munere expendit. In his vero qui æternis desiderijs dediti mundi huius aduersa patiuntur, laboriosas noctes enumerat, quia tribulationum tenebras quasi in caligine vitæ præsentis portat. In his autem qui & transeuntem mundum diligunt, & tamen eius contrarietate fatigantur, simul noctes vacuas, & noctes laboriosas tolerat, quia eorum vitam, & retributio subsequens nulla remunerat, & præsens tribulatio angustat.

20 Lib.16. moralium c.5. Iob 22. IDEM explicans illa verba: Et fluuius subuertit fundamentum eorum, sic ait: Iniqui dum corde transire ad æterna negligunt, & cuncta præsentia fugitiua esse non intuentur, mentem in amore præsentis vitæ figunt, & quasi longæ habitationis in ea sibi fundamentum construũt, quia in terrenis rebus per desiderium solidantur. Sic primus in terra Cain ciuitatem construxisse describitur, qui videlicet peregrinus aperte monstratur; quia ipse in terra fundamentum posuit, qui a soliditate æternæ patriæ alienus fuit. Peregrinus quippe a summis, fundamentum in infimis posuit, qui stationem cordis in terrena delectatione collocauit. Vnde in eius stirpe Enoch qui dedicatio interpretatur primus nascitur: in electorum vero progenie Enoch septimus fuisse memoratur, quia videlicet reprobi in hac vita quę ante est, semetipsos ædificando dedicant; electi vero ædificationis suæ dedicationem in fine temporis, ideſt in septimo tempore expectant. Videas namq. plurimos temporalia sola cogitare, honores quærere, ambiendis rebus inhiare, nihil post hanc vitam requirere. Quid itaque isti, nisi in prima se generatione dedicant? Videas electos nihil præsentis gloriæ quærere, libenter inopiam sustinere, mala mundi æquanimiter perpeti, vt posint in fine coronari. Electis ergo Enoch in septima generatione nascitur, quia sui dedicationem gaudij in extremæ retributionis gloria requirunt, & quia quotidiano temporis lapsu ipsa præsentis vitæ mortalitas decurrit, atque reproborum dedicationem eosdem reprobos subtrahendo destruit, recte de iniquis dicitur: Et fluuius subuertit fundamentum eorum, ideſt ipse cursus mutabilitatis statum in eis subruit peruersæ constructionis.

Gen.4.

21

22 IDEM sic ait: Per mane aliquando in sacra Scriptura præsentis vitæ prosperitas designatur, sicut per Salomonem dicitur: Væ terræ cuius rex puer est, & cuius principes mane comedunt. Quia enim mane primum diei tempus est, & vespere extremum, nequaquam reficiendi sumus de huius vitæ prosperitate quæ præuenit, sed de his quæ in fine diei, ideſt in mundi termino sequuntur. Mane ergo comedunt, qui de huius mundi prosperitatibus extolluntur, & dum præsentia vehementer curant, futura non cogitant. De his dicit Iob: Mane primo consurgit homicida, interficit egenum & pauperem, per noctem vero erit quasi fur. Quia in præsentis vitæ gloria, peruersus quisque erigitur, & illorum vitam deprimit, qui dum sequentem gloriam sentiunt, quasi satiari in vespere exquirũt, paruus etenim quisque in hoc mundo dignitatem transitoriæ potestatis arripiens, tanto se acrius ad peragenda mala dilatat, quanto per charitatis viscera nullum amat. Qui si disponente Deo subito gloriam acceptæ potestatis amiserit, locum mutat, sed mentem non mutat, quia ad hoc protinus dilabitur, quod subinfertur, per noctem vero erit quasi fur.

Ecclś.10. Cap.24.

23 Lib.17. in cap.24. Iob cap.3. IDEM explicans illa verba: Pauit sterilem, & viduæ bene non fecit, sic ait: Quæ hoc loco sterilis, nisi caro nominatur? Quæ dum sola præsentia appetit bonas gignere cogitationes nescit. Quæ autem vidua nisi anima nuncupatur? quam quia sibi conditor coniungere voluit ad thalamum vteri virginalis venit. Quæ recte vidua dicitur, quia eius vir pro ea mortem pertulit, & nunc in cælo ab eius oculis occultus, quasi in parte alterius regionis viuit. Iniquus ergo sterilem pascit, & viduæ benefacere negligit, quia carnis desiderijs seruiens curam animæ, vitamq. contemnit. Tota namque intentione omniq. studio cogitat, quomodo sine vllis necessitatibus caro moritura subsistat, & curare animæ vitam despicit, quæ vel in morte, vel in beatitudine proculdubio in perpetuum uiuit. Recte autem cum diceretur, pauit sterilẽ, protinus adiungitur. Et quæ non peperit. Quasdam namq. ex sacra historia feminas nouimus, steriles extitisse, & tamen in tempore extremo periisse. Caro autem non solũ sterilis, sed etiam quæ non parit, dicitur, quia suo sensu bonas cogitationes gignere, nec in ultimis ualet; a uigore enim iam proprio deficit, & tamen adhuc transitoria concupiscere non desistit, iamq. a pristino robore lassata pene ab ipso quem diligit mundo repellitur, & tamen anniſu reprobo obtinere tẽporalia conatur, agere iam peruersa sufficit, sed tamen cogitare, uel quæ non agit nequaquam desistit.

24 In epist.34 BERNARDVS sic ait: Quem ambitiosum uidimus aliquando contentum adeptis dignitatibus ad alias non anhelare? Sicut curiosi cuiusque non satiatur oculus uisu, nec auris impletur auditu. Quid eorum qui auaritiæ seruiunt, aut amatores sunt uoluptatum, seu uanas sectantur hominum laudes? Nonne & ipsorum insatiabilia desideria arguunt nos negligentiæ & tepiditatis? Pudeat certe spiritualium nos

bono-

bonorum minus cupidos inueniri. Erubescat anima conuersa ad Dominum minori affectu sectari iustitiam, quàm iniquitatem antea sectaretur. Est enim causa quoque valde dissimilis. Stipendium quippe peccati mors, fructus autem spiritus vita æterna. Pudeat proinde negligentius nunc in vitam, quàm prius in mortẽ ire, & minori studio salutis acquirere, quàm perditionis augmentum, nam vt omnino simus inexcusabiles in via vitæ, quo citius eo facilius curritur, & leue saluatoris onus, quo crescit amplius, eo portabilius est. Nonne & auiculas leuat, non onerat plumarum numerositas ipsa? Tolle eas, & reliquum corpus pondere suo fertur ad ima. Sic disciplinam Christi, sic suaue iugum, sic onus leue, quo deponimus eo deprimimur ipsi, quia portat potius, quàm portatur. Onerosa alicui videtur silentij disciplina, sed Propheta magis robur quàm onus esse considerans, ait: In silentio & spe erit fortitudo vestra. In silentio, inquit, & in spe, quia bonum est præstolari Dominum in silentio: eneruat quippe animam præsentium consolatio, roborat expectatio futurorum.

Rom. 6.

Thren. 3.

25 AMBROSIVS super illud: Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus &c. Vehementior est, ait, animi quàm corporis febris. Et ideo pro animi voluptate corporis salus plerumque contemnitur, neque a periculis abstinetur. Vnde non alienum videtur repetere, quemadmodum Theotimus cum graui oculorũ incommodo laboraret, & amaret vxorem, interdicta sibi a medico facultate coeundi, cupiditatis impatiens, atque impetu libidinis raptus se moderari nequiuerit; sciens enim prudensq. quòd esset oculos amissurus, priusquam conueniret vxori in ipso estu feruentis cupiditatis, & consuetudinis apparatu, Vale, inquit, amicum lumen, sic febre libido flagrantior est, grauiusq. præcipitat, & inflammat &c.

Lib. 4. super Lucam to. 3.

Luc. 4.

Bona temporalia inter indifferentia sunt ponenda, quia dantur iustis, & iniustis, nec animam satiant. Cap. XVIII.

1 BASILIVS sic habet: Tentationes in rebus sunt secundis. Quarum exemplum est in diuite euangelico, qui alias quidem diuitias habebat, alias vero sperabat, hominem amantissimo Deo propter morum ingratitudinem ipsum ab initio non condemnante, sed semper ad priores diuitias alias adijciente, si quomodo satietatem ipsi inducere posset, & animũ ipsius ad liberalitatem, & mansuetudinem prouocare. Hominis diuitis, inquit, ager fertilis erat, & supputabat secum quid faciam? Destruã horrea mea, & maiora extruam. Cur igitur fertilis fuit ager hominis, nihil boni ex abundantia facturi? vt magis Dei longanimitas appareret, cum bonitas ipsius se etiam vsque ad tales extendat, pluit enim super iustos, & iniustos, & solem suum oriri facit super bonos, & malos. Verum talis bonitas maius supplicium, mala perpetrantibus immittit. Intulit pluuias in terram ab auaris manibus cultam, dedit solem ad fouenda semina, & multiplicandos fructus per fertilitatem: & a Deo quidem talia, terræ aptitudo, aeris temperati status, seminũ vbertas, boum auxilia, & reliqua quibus agricultura abundare solet. Ab homine vero qualia? Morum amarulentia, odium hominum, illiberalitas, hæc benefactori rependebat. Non memor fuit communis naturæ, non putauit oportere superfluũ in egenos distribuere, nullã præcepti habuit rationẽ, ne abstineas bene facere inopi, & eleemosyna, ac fides ne deserant te, & frange esurienti panem tuum, & omnes Prophetæ, omnesq. Doctores vociferantes nõ exaudiebantur; sed horrea quidem propter depositorũ multitudinem angusta disrumpebãtur, parcum vero cor non implebatur. Semper enim noua veteribus apponens, & annuis additamentis opulentiam augens ad inextricabilem consilij inopiam deuenit, vt veteribus quidem cedere ob auaritiam non permitteret, noua autem ob copiam suscipere non posset. Ob id inefficacia ipsius consilia accipientes curæ, quid faciam? Quis non misereatur hominis ita obsessi? Miser est ob fertilitatem, miserabilis ob præsentia bona, miserabilior ob futura quæ expectat. Non enim reditus fert ipsi terra, sed gemitus ipsi producit; nõ enim fructum fertilitatis colligit, sed curas, mærores, & grauem desperationem. Similiter velut pauperes lamentatur. An non & talem vocem edit, cui propter paupertatem angustæ res sunt? Quid faciam? Vnde alimenta? vnde indumenta? Hæc etiam diues loquitur, affligitur dolore in corde, & præ cura corroditur, nam quod alios lætitia afficit, idipsum auarum consumit, non enim gaudet omnibus intus ipsi repletis, sed circumflua opulentia, & promptuaria superexcedens animam ipsius affligit. Ne forte ad externos respiciens boni alicuius occasio egenis fiat. Et mihi sane videtur affectio animæ ipsius guloſorum affectioni similis esse, qui dirumpi potius prę ingluuie velint, quàm ex reliquijs egentibus impertiri. Considera o homo eum qui dedit, memor sis tui ipsius quis es? quid dispensas? a quo accepisti? cur multis prælatus es? boni Dei es minister, villicus conseruorum, ne putes omnia ventri tuo præparata esse, velut de alienis statue de his, quæ in manibus habes, paruo tempore te lætitia afficient; deinde fluxa peribunt. Verum ratio de his reddenda exacte a te exigetur. Tu vero omnia simul foribus, ac vectibus conclusa tenes, & sigillis obstructa habẽs curis inuigilas, & consilium contra teipsum inis stolido consiliario teipso vtens. Quid faciam? Promptuerat dicere, implebo animas esurientium, aperiam horrea, & omnes inopes vocabo, imitabor Ioseph in humanitatis præconio, magnanimam vocem

1 Hom. 6. ex 29 varijs de diuite. *Luc.* 12.

vocem emittam, quicumque egetis panibus venite ad me, singuli dati a Deo beneficij quãtum satis fuerit, velut ex communibus fontibus participes futuri. Ceterum tu talis non es. Vnde, qui sane inuides hominibus fruitionẽ, prauum autem consilium in anima tua congregans sollicitus es, non quomodo distribuas vnicuique ad necessitatem, sed quomodo omnibus susceptis omnes ipsorum vtilitate priues. Astiterunt animam repetentes, & ille de edulijs cum anima sua disputat, hac nocte assumebatur, & in multos annos fruitionem imaginabatur. Permissum est, vt de omnibus consultaret, & sententiam suam manifestam faceret, quo dignam pro voluntate sententiam iudicis accipiat. *Infra*: Quemadmodum qui præ insania mente moti sunt res non vident, sed ex affectione imaginantur, sic anima tibi pecuniæ amore occupata, omnia aurum, omnia argentum videt. Iucundius aspicis aurum, quàm solem, optas omnia ad auri naturam transmutari, & huic rei pro viribus intentus es. Quid enim non propter aurum machinaris? Frumentum tibi aurum fit, vinum in aurum congelatur, lanæ tibi in aurum mutantur, omnis mercatura, omnis versutia aurum tibi affert, ipsum seipsum aurum generat, dum in vsuris multiplicatur, & satietas non est, & finis cupiditatis non reperitur. Equidem pueris gulosis sæpe concedimus, vt ijs quæ cupiunt se expleant, quo per nimiam saturitatem fastidium ipsis inducamus. At vero auarus non sic, sed quanto pluribus impletur, tanto plura cupit. Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Tu autem detines circumfluentes, & exitus circumcirca obturas; deinde dum sic detinentur, & restagnant qualia tibi faciunt? Dirumpunt impedimenta; profecto etiam nunc violenter concluſæ, & redundantes diuitis horrea demoliuntur, ad solum prosternunt promptuaria ipsius, velut hostes quidam irruentes. At maiora ædificabo? Incertum an ne destructa successori tradiderit, quàm illa, iuxta auaram industriam extrui possint. *Infra*: Vtique tibi diuitis accusati exẽplum occurrat, qui iam præsentia custodiens, & de futuris sollicitus, & incertum habens, an cras victurus sit, crastinum peccatum hodie deliquit, nondum venit supplex, & anticipans feritatem ostendit, nondum collegit fructus, & iam auaritiæ iudicium incurrit. Terra sua fertilitate ipsum excipiebat, profundam in aruis segetẽ præmonstrans, multos botros in sarmentis ostentans, turgentem fructibus oleam exhibens, omnesq. ex arborum fructibus delicias promittens; ipse vero inutilis, & infructuosus erat, nondũ habens, & iam egentibus inuidens. Quamquam quot pericula imminent ante fructuum collectionem, nam & grando sæpe confringit, & æstus ex medijs manibus rapit, & pluuia intempestiue e nubibus erumpens, fructus inutiles facit. Non igitur oras ad Dominum, vt beneficium gratiæ ipsius perficiatur, sed anteuertens teipsum, indignum facis ad suscipienda ea quæ tibi sunt commonstrata? Et tu quidem in occulto tecum loqueris, verum verba tua in cælo examinantur. Quapropter inde tibi responsa veniunt. Quæ autem sunt quæ dicit, Anima mea habes multa bona reposita, ede, bibe, lætare. O absurditatem! si stultam haberes animam, quid aliud quàm hoc ipsi annunciare potuisses, adeo bestialis es, adeo bonorum animæ non gnarus, vt carnalibus edulijs ipsam excipias, & quæ secessus locus suscipit ea ad animam demittas? Siquidem virtute prædita est, aut bonis operibus plena, aut Deo assimilata, multa bona habet, & honesta animæ lætitia lætetur. Cum vero terrestria sapias, & Deum habeas ventrem, & totus carneus sis, & affectibus inseruias, audi conuenientem tibi appellationem, quam non homo, sed ipse Dominus tibi dedit. Stulte hac nocte animam tuam a te exigent, quæ vero parata habes cuius erunt? Maior est risus temeritatis, quàm æterni supplicij. *Infra*: Destruam horrea mea, & maiora ædificabo. Si vero etiam hæc impleueris, quid tu excogitabis? Num rursus destrues, & rursus ædificabis? Et quid his stolidius fieri possit? Laborare sine fine, ædificare summo studio: & de industria destruere?

6

7

8

9 HIERONYMVS sic ait: Diuitiæ & sanitas corporis, & rerum omnium abundantia, & his cõtraria paupertas, infirmitas, & inopia, etiam apud Philosophos sæculi, nec inter bona reputantur, nec inter mala, sed appellantur indifferentia. Vnde & Stoici qui nostro dogmati in plerisque cõcordant, nihil appellant bonum, nisi solam virtutem, nihil malum, nisi turpitudinem. Vnde Psalmista: Quis est homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos. Compesce linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum, declina a malo & fac bonum. Vnde constat nihil esse bonum, nisi virtutem, & nihil malum nisi vitium.

Libro 4. in c. 11. Isaiæ to. 4.

Psal. 33.

10 IDEM explicans illa verba: Quare appenditis argentum non in panibus, & laborem vestrum non in saturitate, sic ait: Increpat eos, qui labore continuo pro his sudant cibis, in quibus nulla est saturitas. Audite audientes me, & comedite bonũ, & delectabitur in crassitudine anima vestra. Ne quis auditũ carnis esse dicat non mentis, ad quẽ cohortatur audituros sermo diuinus, non carnis illis bona, sed animæ pollicetur. Si enim, inquit, audieritis me, bona terræ comedetis, & delectabitur in crassitudine anima vestra. Ergo bona quæ animæ repromissa sunt, non diuitiæ, & corporis sanitas, & sæculi dignitates, quæ etiam philosophi appellant indifferentia, ideſt nec bona, nec mala, & pro vtentium qualitate variantur, sed illa credenda sunt, ad quæ nos cohortatur Deus. Declina a malo & fac bonum. Sin autem bona animæ, honestasq. virtutes dicuntur, ergo & mala non paupertas, & infirmitas corporis, & ignobilitas accipienda, sed omnia vitia quæ vere mala sunt. Denique Abraham non ideo bona habuit, quia diues fuit, sed quia diuitijs bene vsus est. Et Lazarus qui postea requieuit in sinu eius, non idcirco mala sustinuit, quia cum egesta-

Lib. 15. in c. 55. Isiæ.

Isai. 1.

11

egestate passus est tormenta morborum, sed malis quæ putabantur in sæcula vera bona est consequutus. Vnde & dives ille purpuratus recepit bona sua in vita sua, quæ illi erant bona qui
Luc.16. ea arbitrabatur bona, & de Lazaro non e cõtrario dicitur, Recepit mala sua in vita sua, sed recepit mala in vita sua, quæ mala non illi qui patiebatur, sed alijs videbantur. Perspicuum est divitias, & egestatem, sanitatem, & lãguorem, voluptatem, atque cruciatus, nec bona esse, nec mala, sed pro sustinentium diuersitate bona, & mala fieri.

12 IDEM explicans illa verba: Surgite, & ite, quia non habetis hic nobis requiem, sic ait:
Lib.1. in c. 2. Micheæ to.5. Iubemur in nullis mũdi rebus putare nobis requiem, sed quasi a mortuis resurgentes ad sublime tẽdere, & ambulare post Dominũ Deum
Psal.62. nostrum, & dicere. Adhæsit anima mea post te. Quod si neglexerimus, & noluerimus audire dicentem, Surge qui dormis, & eleuare, & illu-
Eph.5. minabit te Christus: dormitabimus quidem, sed decipiemur, & non inueniemus requiem, quia vbi Christus non illuminat resurgentem, quæ videtur esse requies, tribulatio est.

13 IDEM explicans illa verba: Substantia di-
In c.18. Prouerbiorum to.8. uitis vrbs fortitudinis eius, & quasi murus validus circumdans eum, sic ait: Non terrena substantia semper defendere potest, immo pleriq;
Cap.5. propter diuitias sunt capti, vel occisi. Vnde & Ecclesiastes ait: Diuitiæ conseruatæ in malum domini sui. Pereunt enim in afflictione pessima. Melius ergo intelligitur substantiã laudare virtutem, quibus quicumque abundat quasi muro inexpugnabili cunctas hostium arcet insidias.

14 IDEM explicans illa verba: Communicet
Lib.3. in c. 6 ad Galat. to.9. autem is qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat in omnibus bonis, sic ait: Bona in præsenti loco iuxta vulgi consuetudinem, moremq. communem victum, & vestitum, & cetera quæ homines inter bona numerant, appellauit. Habentes enim victum & vestitum, his contenti si-
1.Tim.6. mus. Nec mirum si Paulus ea quæ erant corpori necessaria boni appellatione signauit, cum etiam Saluator noster ad eos qui necdũ ad virtutum culmen ascenderant, sed adhuc humilius incedebant, & sibi addi poscebant fidem, dixe-
Matt.7. rit. Si ergo vos cum mali sitis, scitis bona data dare filijs vestris, quanto magis Pater vester cælestis dabit bona petentibus se. Ego puto & Iob, cum ad vxorem quasi vnam de insipiẽtibus mulieribus loqueretur, respectu eius, quę ita putabat de corporalibus diuitijs locutum, si bona accepimus de manu Domini, & rursus de angustijs, & pressuris, & tentatione, quæ victoriam afferant, quare mala non sustineamus, cum vtique mala & bona non in diuitijs, & pressuris, sed in virtutibus ponantur & vitijs, vt iustus loquitur
Psal.33. in Psalmo: Quis est homo qui vult vitam &c. Declina a malo & fac bonum. Proprie malum dicitur, quod vitandum est, bonum quod facere debemus. Dives quoque ille in Euangelio, qui boni & mali scientiam non habebat, recte agro-
Luc.12. rum vbertatem bona arbitrabatur dicens: Anima habes bona posita in annos multos. Et alius qui iacebat in purpura, & delicijs affluebat, audit apud inferos ab Abraham: Recepisti bona *Luc.16.* in vita tua.

15 AVGVSTINVS sic habet: Placuit diuinæ prouidentiæ præparare in posterum bona
Lib.1. de ciuitate Dei cap.8. to.5. iustis, quibus non fruentur iniusti, & mala impijs, quibus non excruciabuntur boni. Ista vero temporalia, bona & mala vtrisque voluit esse communia, vt nec bona cupidius appetãtur, quæ mali quoque habere cernuntur, nec mala turpiter euitentur, quibus & boni plerumque afficiuntur. Interest autem plurimum qualis sit vsus, vel earum rerum quæ prosperæ, vel earum quæ dicuntur aduersæ. Nam his bonis temporalibus, nec bonus extollitur, nec malus frangitur; sciens quòd Dominus solem suum oriri *Matt.5.* facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Malus autem ideo huiuscemodi infelicitate punitur, quia felicitate corrumpitur. Item in rebus secundis si non eas Deus quibusdam petentibus euidentissima largitate concederet, non ad eum ista pertinere diceremus. Itemq. si omnibus eas petentibus daret, nõ nisi propter talia præmia, seruiendum illi esse arbitraremur.

16 IDEM sic habet: Salomon sapientissimus
Lib.20. de ciuitate Dei cap.3. rex Israel librum, qui vocatur Ecclesiastes, sic exorsus est: Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes, vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Quæ *Eccls.1.* homini abundantia in omni labore suo quo laborat sub sole? Et cum ex hac sententia connecteret cetera, commemorans ærumnas, errores q. vitæ huius, & euanescentes interea temporum lapsus, vbi nihil solidum, nihil stabile retinetur, in ea rerum vanitate sub sole, illud etiam deplorat, quòd sapientis oculi sint in capite ipsius, & stultus in tenebris ambulet. Vnus tamen *Eccles.* incursus incurrat omnibus, vtique in hac vita, quæ sub sole agitur, significans videlicet ea mala, quæ bonis & malis videmus esse communia. Dicit etiam illud, quòd & boni patiuntur mala, tamquam mali sint, & mali tamquam boni sint, adipiscuntur bona. Est inquit, vanitas quæ facta est super terrã, quia sunt iusti super quos venit, sicut factũ impiorum, & sunt impij super quos venit, sicut factum iustorum. Dixi quoniam hoc quoque vanitas. In hac vanitate intimanda totum hunc librum vir sapientissimus deputauit, non vtique ob aliud, nisi vt eam vitam desideremus, quæ vanitatem non habet sub hoc sole, sed veritatem sub illo qui fecit hunc solem. In diebus tamen vanitatis huius interest plurimũ, vtrum sit homo expers veræ pietatis, an particeps, non propter vitæ huius, vel bona acquirenda, vel mala vitanda vanescẽdo transeuntia, sed propter futurum iudicium.

17 IDEM explicãs illa verba: Quia zelaui super
In Psalm. to. 8. iniquos &c. ait: Attẽdi peccatores, uidi illos habere pacẽ. Quam pacem? Tẽporalem, fluxam, caducã, ac terrenã, sed tamen talẽ, qualẽ & ego a Deo desiderabam. Vidi illos habere qui non seruiebant Deo, quod ego desiderabam, ut seruirem Deo. Quare autem hoc habeãt peccatores, dicit breuiter: Quia nõ est declinatio mortis

tis eorum, & firmamentum in flagello eorum, in laboribus hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Iam intellexi, inquit, quare illi habent pacem, & florent in terra, quia morti eorum non est declinatio, ideſt, quia certa mors & æterna eis manet, quæ nec declinat ab eis, nec ipsi declinare ab ea volunt. Et est firmamentum in flagello eorum. Non est enim temporale flagellum eorum, sed firmum in sempiternum. Propter hæc ergo mala quæ illis æterna futura sunt, modo quid? In laboribus hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Attẽde taurum deuotum victimæ, per-
18 missum errare libere, & vastare quæ potest vsque ad diem occisionis. Iam bonum est, fratres,
Prou.7. in ipsis Prophetæ verbis audiamus hunc quasi taurum, de quo dixit. Ducit eos tamquam ad victimam præparatos, & parcit eis ad malam libertatem. Ideo dixit. Obtinuit eos superbia, ideſt circũamicti sunt iniquitate, & impietate sua. Non dicit tecti, sed circumamicti, vndique cooperti impietate sua. Merito miseri nec vident, nec videntur interiora eorum. Nam quisquis malorum hominum quasi felicem secundũ tempus interiora conspiceret, quisquis eorum videret truces conscientias, quisquis animas eorũ posset conspicere diuerberari tantis perturbationibus cupiditatum & timorum, videret illos miseros etiam quando felices vocantur, sed quia circumamicti sunt iniquitate, & impietate sua non vident, sed nec videntur. Videamus istos, & cũ felices sunt, fugiamus, nec a Domino Deo nostro talia pro magno petamus, qualia accipere meruerunt, qui illi non seruiũt. Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum. Dives abundãs rebus tantis, quare diripit res alienas? Illius iniquitas ex adipe processit, quia pinguis
19 est, quia deuotus ad victimam.
Serm.205. de tempore to.10. IDEM: Audiant diuites si tamen sunt, au-
1.Tim.6. diant Apostolum. Præcipe diuitibus huius mundi, quia sunt diuites alterius sæculi pauperes. Sunt diuites alterius sæculi, qui dicebant. Tamquam nihil habentes & omnia possidentes, vt sciatur, de quibus loquatur diuitibus addidit, huius sæculi. Audiant ergo Apostolum dicentẽ: Præcipe diuitibus huius mundi non sublime sapere. Primus vermis diuitiarum superbia mala tinea, totum rodit, & ad cinerem vsque perducit. Præcipe ergo non superbe sapere, ne forte dives dormias, & pauper surgas, nec sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo inquit viuo. Fur tibi tollit aurum, quis tollit Deum? Quid habet dives, si Deum non habet? Quid non habet pauper, si Deum habet. Non ergo in diuitijs spera-
re ait, sed in Deo viuo, qui præstat nobis abun-
danter omnia ad fruendũ, cum quibus omnibus & seipsum. Si ergo non debent in diuitijs con-
20 fidere, sed in Deo viuo, de diuitijs quid facturi sunt? Audi, qui diuites sint in operibus bonis. Habes tu, non habet alius, communica vt cõmunicetur tibi, cõmunica hic & cõmunicabis ibi, cõmunica hic panem & accipies ibi panes. Quẽ hic panẽ? quẽ colligis cum sudore ex maledicto primi hominis. Quem ibi panẽ? Qui dixit: Ego sum panis viuus. Dives es hic, sed pauper es ibi, habes aurũ, sed nõdum tenes præsentẽ Christũ. Eroga quod habes vt accipias quod non habes. *Infra*, sic ait: Audite pauperes eundẽ Apostolũ. Est autem quęstus magnus pietas cũ sufficiẽtia. Cõmunem habetis cum diuitibus mundũ, non *Ibid.* cõmunem habetis cum diuitibus domũ, sed cõmune habetis cælum, cõmunem lucẽ, sufficientiam quærite, plus nolite, cetera grauant non subleuãt, onerãt non honorãt. Quæstus magnus pietas cũ sufficientia. In primis pietas Dei cultus, pietas cũ sufficientia, nihil enim intulimus in hunc mundũ, pauperibus loquitur, sed neque auferre aliquid possumus, victum & tegumẽtũ, his contenti simus. Nã qui volunt diuites fieri, qui volunt, nõ qui sunt, nã qui sunt sint, quod ad illos pertinet, audierunt, vt diuites sint in operibus bonis, facile tribuãt, vos qui non estis, audite, Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationes, & laqueos, & desideria multa noxia. Non timetis? Audite quod sequitur, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem.

21 GREGORIVS explicãs illa verba: Im-
Lib.14. moralium c.6. to.1. misit in rete pedem suũ, sic habet: Qui pedes in rete mittit, non cũ voluerit, eijcit, sic qui in pec-
Iob 18. catis se deijcit, non mox vt voluerit, surgit, & qui in maculis retis ambulat, gressus suos ambulando implicat, & cum expedire ad ambulandum nititur, ne ambulet obligatur. Sæpe namq. cõtingit, vt quis huius mundi delectatione persuasus in eo ad honoris gloriam pertingat, vt ad desideriorum suorum effectum perueniat, & peruenisse se ad hoc quod expetijt, lætetur. Sed quia bona mundi non habita in amore sunt, & plerumque habita vilescunt, percipiẽdo discat, quàm sit vile, quod expetiit. Vnde reuocatus ad mentẽ exquirit, qualiter sine culpa fugiat, quod se cũ culpa conspicit adeptum. Sed ipsa eum dignitas quæ implicauit, tenet, & sine culpis aliis fugere non valet, hoc vbi non sine culpis peruenit. Immisit ergo in rete pedes suos, & in ma-
22 culis eius ambulat, quia cum expedire nititur, tunc veraciter cõspicit, quàm duris nexibus teneatur. Neque enim vere obligationem nostrã cognoscimus, nisi cum euadere nitentes, quasi leuare pedes conamur. Vnde & hanc eandẽ obligationem aperte subiungit. Tenebitur planta illius laqueo, quia videlicet stringitur finis in peccato. Et quia hostis generis humani cum vniuscuiusque vitã in culpa obligat, ad eius mortem anxius anhelat, subiungitur. Et exardescet contra eum sitis. Antiquus quippe noster inimicus cum in peccato vitam illaqueat, sitit vt mortem peccatoris bibat. Quod tamen & aliter intelligi potest. Nam cum peruersa mens in peccatum se veniſſe conspicit eo de suo reditu desperat, ipsa iam desperatione acrius ad huius mũdi concupiscentias æstuat. Fit desideriorum feruor in mente, & peccatis præcedentibus irretitus animus ad maiora etiam delicta succenditur. Vnde & subditur. Et exardescet contra
23 eum sitis. In eius quippe animo contra eum sitis exardescit, quia quo agere peruersa consueuit, eo ad ebibenda mala vehementer ac-

cenditur. Impio quippe sitire est huius mundi bona concupiscere. Vnde & redemptor noster ante Pharisæi domum hydropicum curat, & cum contra auaritiam disputat, scriptum est, Luc. 16. Audiebant hæc omnia Pharisæi, qui erant auari, & deridebãt illum. Hydropicus quo amplius bibit, amplius sitit, & omnis auarus ex potu sitim multiplicat, quia cum ea quæ appetit, adeptus fuerit, ad appetenda alia amplius, & amplius anhelat. Qui enim adipiscendo plus appetit, huic sitis ex potu crescit.

24 IDEM explicans illa verba: Decernes rem & veniet tibi, ait: Hoc esse proprium infirmantium indicium solet, vt tanto quempiam existiment iustum, quanto hunc adipisci conspiciunt omne quod appetit. Cum videlicet nouerimus, nonnũquam bona terrena a iustis subtrahi, quæ largo munere tribuuntur iniustis, quia & desperatis ægris medici quicquid poposcerint dare præcipiunt, & eis quos reduci posse ad salutem præuident, quæ appetunt dari contradicunt.

25 IDEM explicans illa verba: Dominus pauperem facit, & ditat, sic ait: Sæculi diuites idcirco de larga facultate gloriantur, quia alto & incomprehensibili iudicio Dei cælestia eius bona abscondita sunt; Dominus itaque facit pauperes, quia dum æterna electis bona insinuat, eo se pauperiores tenent, quo a veris sese diuitijs pulsos vidẽt. Vnde & rex ille qui sæculi possessione latissimus erat, quia ei veras diuitias Dominus Psal. 24. ostẽderat, clamabat ad eũ dicens: Respice in me & miserere mei, quia vnicus & pauper sum ego. Hiere. 3. Hinc Propheta Hieremias electi cuiusque illuminationem in se exprimens, ait: Ego vir vidẽs paupertatem meam. Pauperem itaque Domino facere, est in contemplatione bonorum perennium electorum mentes ad cõtemptum rerum omnium visibiliũ excitare. Et ditat. Quia nimirum dum a Deo bonorum cælestiũ cognitionem percipimus, ab ipso etiã virtutẽ consequimur.

26 BERNARDVS sic ait: Facta est valida fames in terra. Et omnes iam non egere cœpimus, sed ad extremam iam venimus egestatem, denique comparati sumus iumentis insipientibus, & similes facti sumus illis, etiã porcorum siliquas insatiabiliter esurimus. Qui pecuniam diligit, non satiatur, qui luxuriam diligit, non satiatur, qui gloriam quærit, nõ satiatur, denique qui mũdum amat, numquam satiatur. Noui ego homines satiatos hoc mundo, & ad eius omnem memoriam nauseantes, noui satiatos pecunia, & satiatos honoribus, satiatos voluptatibus, & curiositatibus huius mundi, nec mediocriter, sed vsque ad fastidium satiatos. Et facile est cuique nostrum hanc satietatem per Dei gratiam obtinere. Neque enim parit hanc copia, sed cõtemptus. Sic fatui filij Adam porcorum vorando siliquas non esurientes animas, sed esuriem ipsam pascitis animarum? Sed sola nimirũ hoc edulio inedia vestra nutritur, sola fames alitur cibo innaturali. Et dico exempli gratia vnum sumens a multis, quæ humana vanitas concupiscit. Non prius satiabuntur corda hominum auro, quàm auro corpora satientur. Sed si quis mihi forte non credit, experiẽtiæ credat, vel propriæ, vel multorum. Quis in vobis est fratres, qui satiari cupiat, & desiderium suum optet impleri? Incipiat esurire iustitiam, & non poterit non satiari, panes illos desideret, qui in domo patris abundant, & inueniet sese continuo siliquas fastidire porcorum; gustum iustitiæ, vel exiguum studeat experiri, vt eo ipso desideret amplius, & amplius mereatur, sicut scriptũ est. Qui edit me adhuc esuriet &c. Hoc enim cogna Eccli. 24. tum magis spiritui, & naturalius desiderium vehementius occupat cor humanum, ceteraq. viriliter desideria pellit, sic nimirum fortem armatum fortior superat, sic clauus clauo solet extundi. Beati ergo qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Nondum quidem ipsa, qua non satiabitur homo & viuet, sed ceteris vniuersis quæ prius insatiabiliter fuerunt concupita, vt ex hoc sibi voluntas ad seruiẽdum prioribus concupiscentijs corpus vendicare desistens rationi prorsus exponat, magis autem vrgeat ipsa seruire iustitiæ in sanctificationem non minore zelo, quàm prius exhibuisset seruire iniquitati ad iniquitatem.

Bona temporalia, etsi magna ea existiment mali, reuera modica sunt, & vana.

Cap. XIX.

1 ORIGENES sic habet: Omnem censum B. Iob numerat Scripturа in ouibus, bobus, asinis, & camelis, auri vero & argenti, & vestium non meminit, ob hoc procul dubio, quia non habuit. Erat nãque hoc vere, vt priores non tantum in auro, & argento sibi thesaurizarent, quantũ in pecoribus & quadrupedibus. Non enim erant ita auri expetitores, sicut sumus omnes nos. Non intendebant post aurũ & argentum illi tunc tantum, quantum nos intendimus. Nunc omniũ nostrum animus post aurũ detinetur, atque argentum inhiat, & nihil putant homines nũc pro diuitiis, nisi solum aurum & argentũ. Nunc enim sunt adimpleta tempora illa, quæ de longe desi- 2. Tim. 3. gnans Apostolus dicit: In nouissimis diebus aduenient anni periculosi, & erunt homines seipsos diligentes, cupidi, & cetera vniuersa quæ nunc in hominibus videmus adimpleri omnia. Nam quia in fine est iam hic mũdus, & mortuus est, iam properans ad defectum, idcirco mens hominum inhiat his quæ mortua sunt, cum sicut stellæ inutiliter reconduntur, atque thesaurizantur. Olim vero vtpote adhuc incipiente sæculo, & vtpote adhuc viuente mundo hoc viua cupiebant homines pecora quadrupedia, atque agricultura pro victus fructificantia. Sciebant namq. quòd aurum & argentũ recõditum & thesaurizatũ peccatũ confert, pecorum fetus multiplicatus, & fructus terræ augmenti peccatum non conferrent, sed iustitiam, nam habentes nutriunt, & eos qui non habuerint. Tales ergo diuitias habuit, laudabilis ille Iob castas, mundas, non coinquinatas, non contaminatas. De hoc namque dictum est hoc, atque de Eccli. 31. similibus illius. Vsque in æternũ beatus qui inuentus fuerit diues iustus, qui post aurum non abiit, nec sperauit in argenti repositione.

3 IDEM explicans illa verba: Si bona suscepimus de manu Domini, mala quare non sustineamus, sic ait: Hæc omnia mala videntur, & mala dicuntur, atque mala ab hominibus æstimantur, nõ quòd mala sint hæc, sed sunt æterna bona procurãtia, perpetuæ nihilominus gloriæ in regno hereditatem præparãtia. Hoc sciebat Iob, & merito cum gratiarũ actione ea sustinere operã dabat. Hoc scierunt Prophetæ & Apostoli, & Martyres. Propterea amarã vitã in hoc mũdo transegerunt. Humana ergo cõsuetudine bona & mala ea appellat, dicens: Si bona suscepimus de manu Domini, mala quare non sustineamus. Cum, inquit, tibi esset honoris sublimitas, cum gloria lætareris, cũ in delicijs degeres, cum multitudo te ante & retro, vtpote de palatio exeuntem, & identidem illo reuertentẽ cum honore exaltans circũdaret, cum filij ante oculos gaudio te replerent: tunc non dixisti o mulier, dic verbum & morere, tunc mortem omnino, nec nominare, nec audire passa es. Nunc autẽ quia res familiaris interijt, & filij perierunt, quia gloria fugit, & diuitiæ abierunt, quia mala nos inuenerunt, & dolores apprehenderunt, Deum nos blasphemare compellis, & non tibi amaram mortem poscis, sed mihi vt possis post obitum meum in requie viuere, sicut tu speras, nesciens neque credens Dei bonorum promissionibus, quæ de longe videt eius æternitas.

4 IDEM explicans illa verba: Non sedi in concilio ludentium, sic ait: Si quando videbat Propheta non sollicitorum concilium, sed ludẽtium fugiebat illud. Vnde oportet nosse differentias conciliorum solliciti atque ludentis. Si hoc concilium nostrum sollicitum est, si omnia cum ecclesiastica diligẽtia quærit, si sermo cum disciplina, si vita sollicita est, si negotia cum cautela, concilium est non ludentium, sed sollicitorum. Si autem dereliquerit studium religionis, & vacauerit lusibus mundi istius, qui veniunt a prauitate, fit concilium ludentium in quo sedere non vult iustus.

5 IDEM sic ait: Animaduertis diuitem consistẽtem extra petræ foramen, quomodo etiam & ea putet bona esse quæ nulla sunt, dicens: Dicam animæ meæ habes multa bona reposita, fruere arbitratus est bona, nescies, quia vera bona esse non nascuntur in maledicta terra, sed in cælestibus regionibus. Thesaurizauit sibi in terra, quia in terra esse thesauros arbitratus est.

6 BASILIVS explicans illa verba: Verumtamen vani filij hominum, mendaces in stateris, sic ait: Vidit non omnes sequi præceptum ipsius, neque suscipere spem in Deum, sed habere spem in vanitate vitæ; quapropter dicit: Verumtamen vani filij hominum, mendaces filij hominum. Cur vani? Quia mendaces. Vbi maxime mendacium ipsorum deprehenditur. In stateris, inquit iniquitatis. Qualibus dicit stateris? Non enim omnes homines libripẽdæ sunt, non omnes lanarum, aut carnium venditores, non omnes aurum, aut argentum tractant, aut omnino circa has materias studiũ habent, quas stateris ac libris mercatores diuendere solent? Quid igitur est, quod dicit? quod vnicuique nostrum in occulto statera quædam a conditore nostro constructa est, in qua rerũ naturã discernere ac dijudicare potest. Posui ante faciem tuã vitam & mortem, bonum & malum, duas naturas inter se oppositas expende ipsas in proprio iudicio tuo, pondera diligenter quid sit tibi cõducibilius, num temporalem eligere voluptatem, & per ipsam accipere æternã mortem, aut electa in virtutis exercitio afflictione per huius beneficium consequi æternam vitam. Mendaces igitur sunt homines corrupta habentes animæ iudicia, quorum etiã miseretur Propheta, dicens: Væ vobis qui dicitis tenebras lucẽ, & lucem tenebras, qui dicitis amarũ dulce, dulce amarum. Mihi inquit præsentia, quis nouit futura? Male ponderas praua bonis præferens, vana veris potiora ducens, temporaria æternis præponens, prætereuntem voluptatẽ pro indesinente lætitia eligens. Mendaces igitur filij hominũ in stateris iniquitatis. Iniquitatem autem exercent, principaliter quidẽ in seipsos, deinde etiã in proximos, qui & sibijpsis mali sunt in rebus agẽdis consultores, & alijs prauũ exẽplum præbent. Non licebit tibi dicere in die iudicij, non noueram bonum. Proferuntur tibi propriæ tuæ stateræ sufficientẽ boni & mali discretionẽ exhibentes. Nã corporis pondera libræ momẽtis examinamus, quæ vero in vita eligenda sunt libero animæ arbitrio discernimus; quod etiam stateræ nominauit, propterea quod æquale momentum ad vtrãque partẽ capere potest. Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere. Vetat ne speremus in iniquitate, qui collectas ex iniquitate diuitias, sufficientem sibi causam ad robur, & potentiam esse iudicat. Similis est ægroto qui in redundantia morbi bonam habitudinem ponit, ab alienis concupiscentiam remouendam esse monet.

CHRYSOSTOMVS sic habet: Inquiramus si placet quæ sint illa præsentis vitæ præclara, diuitiæ, gloria, potentia, magnum existimari ab hominibus. Sed videbis nihil illis esse incertius. Quid enim infidelius diuitijs, quæ sæpe neque vsque ad vesperã nobis permanẽt, sed sicut ingratus transfuga ab hoc ad illum, & ab illo ad alium subinde transeunt. Quid & gloria est minus fidele? Sæpenumero qui clarus erat, & nobilis repente contemptibilis fit, & ignobilis, & e diuerso quoque sæpe obscuri subito clarescunt. Et sicut videri nequit in rota, quæ continuo versatur, aliqua pars eius, eo quòd crebra circumferentia semper summa fiunt ima, & ima summa: ita & nostrarum rerum impetus, dum continuo vertuntur, summa fecit infima, vt videre licet in diuitijs, potentiis, ac aliis. Numquam enim, in eodẽ statu manent, sed semper instabiles fluminum fluxus imitantur. Quid

igitur his incertius quæ tam crebro transferuntur, & priusquã recte appareant, auolant, priusquã adueniãt, resiliunt? Vnde & Propheta delicijs, & diuitijs talibus differens, & spectans vacantes talibus quasi permaneant, dicit: Reputauerunt quasi stantia, & non quasi fugientia. Nõ dixit quasi prætereũtia, sed quod multo minus quasi fugientia. Nõ enim paulatim recedũt, sed mira celeritate. Relictis igitur incertis apprehende ea quæ conspicua sunt. Conspicua autem sunt non præsentia, sed futura, sicut Abrahã cui promiserat Deus corporalia, & ipse spiritualia quærebat, vt docet Paulus. Venit quidem in Palæstinam, non autem hanc spectauit, sed aliam quæ in cælis desiderauit.

Gen. 12.

Heb. 11.

9 In epist. ad Eutropium to. 5.

IDEM sic exorditur: Semper quidẽ frater, sed nunc præcipue cõpetenter dicetur, Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Vbi nunc est refulgens consulatus ambitio? Vbi resplẽdentes adinuicem siderũ toto orbe lampades? Vbi equorũ certamina? Vbi diuersorũ munerũ pompa? Vbi coronæ & varius totius orbis ornatus? Vbi tubę & theatralis illa populi adulantis acclamatio? Repentini spiritus flatu tamquam folia, cuncta decussa sunt, & arbor nuda derelicta est, & non solum nuda, sed & ab ipsis conuulsa radicibus, tanta enim vi ventus incubuit, vt ipsius arboris absoluerit neruos, Vbi nunc simulati illi amici? Vbi variæ adulationum facies? Vbi conuiuę & prandiorũ, cenarumq. asseclæ? Vbi paropsides? Vbi electa vina, & per totũ diẽ tracta conuiuia? Vbi coquorũ exquisitæ artes? Vbi denique omnis illa potẽtia, & clientum greges ad gratiam cuncta loquentium? Nox erant omnia illa, & somniũ, & die exorto nusquam comparuerunt.

Eccls. 9.

10 In cap. 1. Ecclesiastes to. 5.

HIERONYMVS sic habet: Male quidam opinantur nos ex hoc libro ad voluptatem & luxuriam prouocari, cum econtrario omnia, quæ in mundo cernimus, esse vana doceantur, nec debere ea nos studiose appetere, quæ dum tenentur, intereant. Ideo ait, Vanitas vanitatũ dixit Ecclesiastes, Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Si cuncta quæ fecit Deus, sunt valde bona, quomodo omnia vanitas, & non solum vanitas, verum etiam vanitas vanitatũ? In hoc enim magnitudo vanitatis monstratur. Tale quid & in Psalmo scriptum est: Verumtamen vniuersa vanitas omnis homo viuens. Si viuens homo vanitas est, mortuus erit vanitas vanitatum. Legimus in Exodo glorificatum vultum Moysi intantũ, vt filij Israel in eum aspicere non possent. Quam gloriam Paulus Apostolus ad comparationẽ euangelicæ gloriæ dicit esse non gloriam.

Gen. 1.

Psal. 38.

Exo 34.

2. Cor. 3.

11 Possumus igitur & nos in hunc modũ, cælũ, terram, maria, & omnia quæ in hoc circulo continentur; bona quidẽ per se dicere, sed ad Deum comparata esse pro nihilo. Et quomodo si ignicũlũ lucernæ videns contentus essem eius lumine; & postea orto sole non cernerem quod lucebat, ita aspiciens elementa, & rerum multiplicẽ varietatem, admiror quidem operũ magnitudinẽ, recogitans autẽ omnia pertrãsire, & mundum suo fine senescere compellor dicere, nõ semel, sed bis vanitas vanitatum, omnia vanitas. Vanitati enim creatura subiecta est. Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo, quo laborat sub sole. Ab hominibus incipit Salomon, quòd frustra in mundi istius labore desudẽt, cõgregantes diuitias, erudientes liberos, ambientes honorem, ædificia construentes, & in medio opere subita morte subtracti audiunt. Insipiens hac nocte auferetur anima tua a te, quæ autem parasti cuius erunt? Maxime cum ex omni labore nihil secum ferant, sed nudi in terram redeant, de qua sumpti sunt.

Eccls. 1.

Luc. 12.

12 In Psal. 38 to. 7.

IDEM explicans illa verba: Beatus vir cuius est nomen Domini spes eius, & non respexit in vanitates, & insanias falsas, sic ait: Felix illa anima, quæ habet spem directam in Christo, & non respexit in vanitates, & insanias falsas. Omnia quæ in mundo sunt, iuxta Salomonem vanitas est, insaniæ autẽ falsæ sunt omnia, in quibus homines insaniunt, vt peccent, quæ Apostolus opera carnis esse dicit. Et præmiserat. Eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fæcis, quia adhæseram terrenis desiderijs.

13 Lib. 1. Confessionũ c. 10. 20.

AVGVSTINVS sic ait: Non deerat Domine memoria, vel ingeniũ in pueritia quæ nos habere voluisti pro illa ætate satis, sed delectabat ludere, & vindicabatur in nos ab eis, qui talia vtique agebant. Sed maiorum nugæ negocia vocabantur, puerorũ autem talia cũ sint, puniũtur a maioribus, & nemo miseratur pueros, vel illos, vel vtrosque. Nisi vero approbet quisquã bonus rerũ arbiter vapulasse me, quia ludebam pila puer, & eo ludo impediebar, quo minus celeriter discerẽ litteras, quibus maior deformius luderem. Ideo enim litteris incumbebam, vt in hoc sæculo florerem, ad honorem hominum, & falsas diuitias famulantibus ipsis. Haud aliud faciebat ipse a quo vapulabam.

14 Lib. 5. Quæstionum in Deuteron. to. 4.

IDEM explicans locum Deuteronomij 28. Nõ præteribis ab omnibus verbis, quæ ego mãdo tibi hodie in dextera, aut in sinistra, & ait: Potest hoc quod ait, dextera aut sinistra sic intelligi, vt nec eorũ causa quæ propter felicitatẽ appetuntur, nec eorũ quæ propter infelicitatem fugiuntur ire mãdauerit post deos alienos, id est nec pro his quæ amãtur, nec cõtra ea quæ odio habẽtur, ac dijs alienis auxiliũ esse poscendum. Nam de quibusdã scriptum est in Psalmo: Quorum os locutũ est vanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis, ideo quia his rebus opinantur fieri hominem beatum, quas & boni & mali possunt habere. Et ideo dextera est iniquitatis, quia iniqui sunt qui eam dexteram putant. Non enim est recte vera dextera, sed dextera est eorũ, quorũ os locutum est vanitatem. Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt, cum potius sicut mox adiungit, Beatus populus cuius Dominus Deus ipsius. Hæc est vera dextera æquitatis non iniquitatis. Nõ est ergo eũdũ post deos alienos, neque in dextera vt existimet homo, ex istis se fieri beatum, nec in sinistra vt existimando ipsis aduersãtibus se fieri miserũ, ad hoc eos colat vt auertat. Aut certe si dextera intelligamus æterna, sinistra vero temporalia bona, nec propter illa, nec propter ista eos colendo sancta Scriptura, hoc loco admonuisse credatur.

Psal. 143.

15 In Psal. 51 to. 8.

IDEM explicans illa verba: Domine in cælo

Psal. 32. cælo misericordia tua, sic ait: Et misericordia Domini in terra. Habes scriptũ, Misericordia Domini plena est terra. De qua ergo misericordia loquitur, cum dicit: Domine in cælo misericordia tua. Munera Dei partim tẽporalia sunt, atque terrena, partim æterna & cælestia. Qui propter hoc colit Deum, vt tẽporalia ista, atq; terrena accipiat, quæ omnibus præsto sũt, quasi adhuc vt pecus est, vtitur quidem misericordia Dei, sed non illa quã expectaturus est, quæ non dabitur, nisi solis iustis. Quæ sunt munera, quæ omnibus abundant? Qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos, quis non habet istã misericordiam Dei? primo vt sic discernatur a pecoribus, vt rationale sit animal quod possit Deũ intelligere; deinde frui ista luce, isto aere, pluuia, fructibus, diuersitate tẽporum, solatijs terrenis, salute corporis affectu amicorum, salute domus suę. Omnia ista bona sunt, & Dei munera sunt. Qui ista bona desiderant, & in his bonis felices esse volũt, & ista sola petũt a Deo, hoc quidẽ meliores sunt, quia a Deo petunt, sed adhuc periclitantur, quia aliquando considerant res humanas, & vident ista omnia bona terrena, quæ desiderãt habere, atq; abundare his impios & iniquos, & putant quia perdiderunt mercedẽ colẽdi Deũ, quia id quod mali habent, aut ipsi non habent, cum ipsi colũt Deum, quẽ non colunt illi, aut aliquãdo illi qui colunt nõ habent, & illi habent qui blasphemãt. Ergo in periculis sunt adhuc. Hic autẽ vere intellexit, quã misericordiam deprecetur a Deo. Domine in cælo misericordia tua, id est misericordia quædã, quam donas sanctis tuis cælestis est, non terrena, æterna est, temporalis non est. *Infra*: Homines & iumẽta saluabis Domine, ait: Magna misericordia tua Domine, & hanc das, & hominibus, & iumentis, salus enim hominis a quo? A Deo. Numquid salus iumentorũ a Deo non est? Qui enim fecit hominem ipse, fecit & iumẽta, qui vtrũque fecit, vtrumque saluat. Sed salus iumẽtorũ tẽporalis est. Sunt autẽ qui pro magno hoc petunt a Deo, quod dedit iumentis. Multiplicata est misericordia tua Deus, vt non solum hominibus, sed & iumentis detur, quæ datur hominibus, ista carnalis & tẽporalis. Ergo homines nõ habent aliquid apud Deũ exceptũ, quod iumenta non mereantur, & quo iumenta non perueniant? Habent plane. Et vbi est quod habent? Filij autẽ hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt. Non enim sine causa ibi positum est. Homines & iumenta saluos facies Domine, filij autẽ hominum, quasi his sequestra tis custodit seiunctos filios hominum. Seiunctos a quibus? Non solum a iumẽtis, sed & ab hominibus qui salutem iumentorum quærũt a Deo, & pro magno hoc desiderant. Qui sunt ergo filij hominum? Qui sub tegmine alarum eius sperant. Illi enim homines cum iumentis gaudent in re, filij autem hominum gaudent in spe, illi præsentia bona sectantur cum iumẽtis, isti futura bona sperãt cũ angelis. Quare ergo cũ distinctione illi vocantur homines, & isti vocãtur filij hominum? Nam & quodam loco, sic ait Scriptura: Quid est homo quoniam memor es eius, aut filius hominis quoniã visitas eũ. Quid est homo, quòd memor es eius. Memor es quasi absentis, filium autẽ hominis visitas præsentem. Quid est memor es hominis? Homines & iumenta saluos facies Domine, quia & ipsis malis das salutẽ, & ipsis qui nõ desiderant regnũ cælorum. Tuetur enim illos secundũ modum suũ tamquã pecora sua, & nõ illos deserit, tamen tãquã absentium, eorũ est; at vero quẽ visitat filius hominis est, & dicitur ei, filij autẽ hominum sub tegmine alarũ tuarũ sperabunt. Et si vultis discernere, ista duo genera hominum, duos homines attendite, Adã & Christũ. Quando portamus imaginẽ terreni hominis homines sumus, quãdo portamus imaginẽ cælestis hominis, filij hominis sumus, quia Christus filius hominis dictus est. Etenim Adam homo erat, sed filius hominis nõ erat. Ideo ergo illi pertinẽt ad Adã qui desiderant carnalia bona, & salutem istam temporalem. Hortamur vt filij sint hominum qui sub tegmine alarum eius sperant, & misericordiam illam desiderant, quæ in cælo est, & quæ annumerata est per nubes. Sed si non possunt adhuc, interim vel temporalia bona non desiderent, nisi ab vno Deo. Et sic in veteri testamento seruiant, vt ad nouum perueniant. Nã & populus ille terrena bona desiderabat, regnũ Hierusalẽ, subiectionem inimicorum suorum, abundantiam fructuum, salutem propriam, salutem filiorum suorum, talia desiderabant, & talia accipiebant. Sub lege custodiebantur, desiderabant a Deo bona, quæ dat & iumentis, quia nõdum ad illos venerat filius hominis, vt essent filij hominum.

Psal. 8.

18

20 In Psal. 53.

IDEM explicans illa verba: Non proposuerunt Deum ante conspectum suum, ecce enim Deus adiuuat me, sic habet: Omnes sancti adiuuantur a Deo, sed intus vbi nemo videt. Quomodo enim magna est pœna impiorũ conscientia, sic magnum gaudium piorum ipsa conscientia. Nam gloria nostra hæc est, dixit Apostolus testimonium conscientiæ nostræ. In hac gloriatur iste intus, non in flore Ziphæorum foris, qui modo ait: Ecce Deus adiuuat me. Hodie dedisti lætitiam in corde meo, hodie in corde meo gaudium inuenio, dedisti iucũditatem in cor meũ, non in vineam meam, non in gregem meum, nõ in cuppam meam, non in mensam meam, sed in cor meũ, Ecce enim Deus adiuuat me. Quomodo te adiuuat. Dominus susceptor est animæ meæ, auerte mala inimicis meis. Sic quomodo virent, & sic quomodo florent, igni seruãtur. In virtute tua disperde illos. Puto quia florent modo, quia exoriuntur sicut fœnum. Tu noli esse vir imprudens, & stultus, vt hæc attendendo intereas in sæculum sæculi. Isti florent in felicitate sæculi, pereunt in virtute Dei. Non enim quomodo florent, sic pereunt, florent enim ad tẽpus pereunt in æternum, florent falsis bonis, pereunt veris tormentis. Et in virtute tua disperde illos quos in infirmitate tua toleraſti. Et præmiserat, Non proposuerunt Deum ante conspectum suum. Quomodo ponet ante conspectum suum Deum, ante cuius conspectum

2. Cor. 1.

Psal. 91.

non est, nisi sæculum? Quomodo sit nummus super nummum, quomodo augeãtur greges, quomodo impleantur apothecæ, quomodo dicatur
Luc. 12. animæ habes multa bona, iucundare, epulare, satiare.

21 IDEM explicans illa verba: In flumine
In Psal. 65. pertransibunt pede, sic ait: Flumen est omnis sæculi mortalitas. Vide flumen alia veniunt & transeunt, alia transitura succedunt. Nonne sic sit in aqua fluminis quæ de terra nascitur, & manat? Omnis qui natus est, cedat oportet nascituro, & omnis iste ordo rerum labentium fluuius quidam est. In istum fluuium non se mittat cupida anima, non se mittat, stet. Et quomodo transiet delectationes rerum perituraru? Credat in Christum, & facile pertransibit pede. Transibit illo duce, pede transibit, idest facile transibit. Humilis transeat & ocyus transiet, Ibi cum flumen pertransierimus pede, vita æterna promittitur, ibi iucundabimur in ipso, tunc flumen non erit.

22 IDEM explicans illa verba: Dominus pro-
In Psalm. 120. tectio tua super manum dexteram tuã, sic dicit: Sinistra nostra dicitur quicquid tẽporaliter habemus, dextera nostra quidquid nobis æternũ, & incommutabile Dominus pollicetur. Si autem ille qui dabit æternam vitã ipse, & de istis temporalibus consolatur presentem vitam, ipse fecit dexteram, & sinistrã. Dicit de quibusdam
Psal. 143 Psalmus: Quorum os locutum est vanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis. Inuenit ergo quosdam, & reprehendit qui dexteram veram pro sinistra habebant, & veram sinistram, dexteram sibi fecerunt. Qui sunt isti? exponit consequenter. Omnis homo qui felicitatem nõ putat esse hominis, nisi solum in istis temporalibus facultatibus, & delicijs, & affluentia, & copia mundi huius, iste est stultus, atque peruersus, qui sinistram fecit sibi dexteram. Tales illi
23 erant, de quibus dicit Psalmus, non quia a Deo non acceperant, etiam quæ temporaliter possidebant, sed quia ipsam solam putabant esse beatam vitam, & nihil aliud requirebant. Audite enim quid de illis consequenter dicit: Quorum os locutum est vanitatem, & dextera eorũ dextera iniquitatis. Et sequitur: Quorum filiæ vt nouellæ constabilitæ, filiæ eorum ornatæ, velut templi similitudo, cellaria eorum plena &c. Magnam felicitatem quorũdam descripsit. Posset tamen & istam felicitatem aliquis iustus habere, sicut & habuit Iob, sed iste pro sinistra illam habebat non pro dextra, nam dextram non habebat, nisi apud Deum perpetuam & sempiternam felicitatem. Ideo concessa est percutienda sinistra, & suffecit ei dextra. Sed Iob qui nouerat sinistram sinistram esse, & dexteram non nisi dexteram, quomodo se tenuit ad dexterã? Exultauit in Domino, cõsolatus est damna, quia non est passus damna, de interioribus diuitijs Dei plenum cor habebat. Dominus, inquit, dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita fa-
24 ctum est, sit nomen Domini benedictum. Isti autem de quibus dicit Dauid, Quia os eorum locutum est vanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis, non hinc eos reprehendit, quia his omnibus abundabant, sed quia os eorum locutum est vanitatem. Quia beatum dixerunt populum, cui hæc sunt. Tu quid dicis qui nosti, quid sinistra, & quid est dextra. Sequitur & dicit: Beatus populus cuius est Dominus Deus ipsius. Audi, & hoc confirmatum in Canticis Can
Cant. 2. ticorum. Sinistra eius, dicit sponsa, sub capite meo, & dextera eius amplectetur me. Quid autem quia sursum erat dextra, deorsum sinistra, & sic complectebatur sponsus sponsam supponens sinistram ad consolationẽ imponens dexteram ad protectionem? Sinistra eius sub capite meo. Deus omnia temporalia dat, ideo sinistra eius, & super illam sit caput tuũ, nolens temporalia præponere fidei tuæ, & non erit sinistra super caput tuum, sed omnia temporalia subde fidei tuæ, & dextera eius amplectetur te. Audi in
Cap. 3. Prouerbijs quid sit sinistra, quid dextera, cũ de Sapientia diceret. Longitudo dierum & anni vitæ in dextera eius, in sinistra autem diuitiæ, & gloria. Longitudo dierum æternitas est, nam quicquid finem habet breue est, at vero diuitiæ & gloria, ideſt sufficientia vitæ huius, ea quæ bona existimantur ab hominibus, sinistra est. Nescio quis venit, & vult tibi percutere dexterã, *25*
Matt. 5. præbe sinistram, ideſt, vt illud tollat quod temporale est, & non ea quæ æterna habes, & illud
Matth. nesciat sinistra tua, quod faciat dextera tua, id est quando facis bonum opus propter vitã æternam fac, nam si opus bonum in terra, propterea feceris, vt terrena tibi abundent, scit sinistra tua quid facit dextera tua, miscuisti dexteram sinistræ, noli facere nisi propter vitam æternã, ideo fac & securus facies. Hoc enim mandauit Deus, si propter solas res humanas facis, quod facis sinistra sola operatur, si autẽ propter vitã æternã operatus fueris, dextera sola operatur, si autem habes intẽtionem ad vitam æternam, sed surrepit tibi cupiditas vitæ temporalis, vt attendas etiam ipsam quando facis opus bonum, vt hic tibi aliquid retribuatur, miscet se sinistra operibus dextræ, & hoc vetat Deus.

26 BERNARDVS sic ait: Cibat nos Do-
In sermone 2. Annunciationis B. Mariæ. minus pane vitæ, & intellectus, & potat aqua sapientiæ salutaris. Est enim intellectus rerum spiritualium, & inuisibilium verus animæ panis confirmans cor nostrum, & ad omne opus bonum roborans in omni exercitatione spirituali. Carnalis autem homo qui non percipit ea quæ sunt spiritus Dei, sed stultitia ei videntur, gemat & lugeat, dicens: Aruit cor meum, *Psal. 101* quia oblitus sum comedere panem meum. Ecce enim mera, & perfecta veritas est; non pro- *Luc. 9.* desse homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur. Sed quando id capere potest auarus? Sine causa laborat, quisquis ei id persuadere conatur. Vt quid hoc? Nempe quia stultitia illi videtur. Quid verius quàm iugum Christi esse suaue? Appone homini sæculari, & vide si non magis lapidem, quàm panem reputabit. Et certe huiusmodi intelligentia veritatis internæ vinit anima, & hic est spiritualis cibus.

IDEM

27 IDEM explicans illa verba: Si te ignoras
Serm. 35. in Cantica. egredere ait: Dura, & aspera increpatio, quod dicit egredere, hoc enim verbum serui audire solent a valde irascentibus, & indignantibus dominis cum illos offenderint, exi hinc, egredere a conspectu meo, & a domo ista. Hoc ergo verbo aspero, & amaro, satisque nimium increpatorio vtitur, modo sponsus contra dilectam sub conditione tamen, si seipsam ignorauerit. Nihil quippe validius, efficaciusue ad terrendum potuit in eam intendere, quàm vt egredi minaretur. Quod & tu aduertere potes, si bene attendas, vnde, quo egredi iubeatur. Vnde enim, quo putas? nisi de spiritu ad carnem, de bonis animi ad sæcularia desideria, de interna requie mentis ad mundi strepitum, & inquietudinem curarum exteriorum, in quibus omnibus non est nisi labor, & dolor, atque afflictio spiritus. Quæ enim anima semel a Domino didicit, & accepit intrare ad seipsam, & in intimis suis Dei præsentiam suspirare, & quærere faciem eius semper (Spiri-
28 tus enim est Deus, & qui quærunt eum oportet eos in spiritu ambulare, & non in carne, vt secundum carnem viuant.) Talis inquam anima, nescio an vel ipsam gehennam ad tempus experiri horribilius, pœnaliusve ducat, quàm post spiritualis studij huius gustatam semel sua uitatem exire denuo ad illecebras, vel potius ad molestias carnis, sensuumque inexplebilem repetere curiositatem dicente Ecclesiaste. Oculus non impletur visu, nec auris auditu. Audi enim hominem expertum, quæ loquitur, Bonus es, inquit, Domine sperantibus in te, animæ quærenti te. Ab hoc bono si quis auertere sanctam illam animam conaretur, puto haud se cus accepisset, quàm si se de paradiso, & ab ipso introitu gloriæ conspiceret deturbari. Audi
Psal. 26. & alium similem huic. Tibi dixit cor meum,
Psal. 72. exquisiuit te facies mea, faciem tuam Domine
Psal. 114 requiram. Vnde & dicebat. Mihi adhærere Deo bonum est. Et iterum loquens ad animã suam dicit: Conuertere anima mea in requiẽ tuam, quia Dominus benefecit tibi. Terribilis proinde, & nimis formidolosa comminatio egredere, & pasce hædos tuos, egredere de sanctuario meo corde tuo, vbi secretos, sacrosq. veritatis, ac sapientiæ sensus dulciter haurire solebas, & magis tamquam vna de sæcularibus pascendis, & oblectandis tuæ carnis sensibus intricare. Cui bene congruit, quod sequitur iuxta tabernacula pastorum, non enim supra sicut agni, sed iuxta tabernacula pastorum hædi pascuntur. Pastores si quidem, qui veri pa-
29 stores sunt, licet tabernacula habeant de terra & in terra, corpora sua his diebus, quibus nunc militant, non tamen de terra, sed de cælestibus pascuis greges dominicos pascere consueuerunt. Neque enim suam eis, sed Domini prædicant voluntatem. At hædi, qui sunt corporis sensus, cælestia non requirunt, sed iuxta tabernacula pastorum, in omnibus videlicet bonis sensibilibus huius mundi, quæ est regio corporum, sumunt, vnde sua desideria non tam satient, quàm irritent. Turpis mutatio studiorum, & cui ante studij fuerat peregrinantem, & exulem animam suam cælestibus pascere bonis, nunc hic omissis turpi se mancipet corporis seruituti ad obediendum carni, ad satisfaciendum ventri, ad mendicandum in vniuersa terra, vnde ex ea quæ præterit mundi huius figura suam semper famelicam curiositatem aliquatenus consoletur. Exitus aquarum deducãt oculi mei super huiusmodi animam, quæ cum nutriretur in croceis demum amplexetur stercora. Puto dicerent iumenta, si loqui fas esset. Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis, cum in honore esset, non intellexit comparatus est iumentis.

AMBROSIVS agens de somnio præpo- *30*
Lib. de Iosephpatriarca c. 6. to. 1. siti pincernarum explicato a Ioseph ait: Iste beatus sibi videbatur, cum esset vini præpositus & hunc summum credebat apicem omnis po- *Gen. 40.* tentiæ, quòd regi calicem dabat. Hæc gloria illius, hæc magnificentia in hoc sæculo, hac defraudatus dolebat, huic redditus gratulabatur, Sed hoc, somnium est, & omnis potentia sæculi somnium, non veritas est. Denique per somnium vidit, reddi sibi principatũ suũ ait. Esaias itaque esse huiusmodi homines, qui in hoc sæculo delectantur secundis rebus, sicut qui in somnis manducat, & bibit, &c.

IDEM loquens de somno septem vaccarũ *31*
Cap 7. eod. to. pinguium dicit in illis populum Iudæorum obumbrari, de quibus dictum est. Tauri pingues obsederunt me, &c. Impinguatus est dilectus, *Psal. 21.* & dereliquit Deum factorem suum. Mali etiã *Deut. 32.* in his vaccis signantur, & ideo somnium illud redundantiæ sæcularis perpetuum esse non poterat, sed futurum erat tempus, quo his fames dura succederet, eo quòd septem anni istiusmodi pingues sunt, & sæculari vbertate opimi absorbentur tamen ab illis sæculis, quæ futura sunt, &c.

IDEM super illud ostendit illi omnia re- *32*
Lib. 4. in Lucam to. 3. gna mundi in momento temporis, &c. Bene in momento temporis, & sæcularia, & terrena demonstrantur. Non enim tam conspectus celeritas indicatur, quàm caducæ fragilitas potestatis exprimitur. In momento enim cuncta illa prætereunt, & sæpe honor sæculi abiit antequam venerit. Quid enim sæculi potest esse diuturnum, cum ipsa diuturna non sint sæcula. Docemur hic inanis ambitionis flabra despicere, quòd omnis dignitas sæcularis diabolicæ subiaceat potestati, ad vsum fragilis, & inanis ad fructum. *Infra.* Quòd si Dominus Iesus propria non desiderauit, tu aliena quæris? Si Creator omnium sæculi gloriam subeundæ paupertatis virtute contempsit, cur tu fastidias, quod natus es, appetas quod indebitum est? Cur ea quæ ad vsum tibi diuturna esse non possunt, ad supplicium diuturna deposcas? Caue insidias, caue fraudes, &c.

Bona temporalia sic contemnenda sunt, vt etiam seipsum homo donet Deo, pauci tamen sunt, qui ea contemnant. Cap. XX.

1 Hom. 14. in Numeros to. 1.

RIGENES In expositione cap. 36. vbi nos legimus, si quis virorum votum Domino vouerit, &c. Ipse legit, Homo, homo quicũque vouerit votum Domino, &c. & ait. Quæ est ista repetendi nominis causa, quasi nõ sufficeret dixisse homo, qui vouerit votum Domino? Quid ergo quod ait, homo homo, & quid sibi velit ingeminata hominis appellatio, non mihi silentio prætereundum videtur. Homo interior, & exterior Deo est offerendus. *Et infra.* Scio diuersa vota in scripturis referri. Anna quidem vouit Deo fructum ventris sui, & Samuelem consecrauit in templo. Alij vitulos, aut arietes, aut domos, aut alia huiusmodi ratione carentia vota offerunt Deo, ille vero qui appellatur Nazaræus semetipsũ deouuit Deo. Hoc est enim votum Nazaræi, quod est super omne votum, nam filium offerre, vel filiam, aut pecus, aut prædium, hoc totum extra nos est: semetipsum Deo offerre, & non alieno labore, sed proprio placere, hoc est perfectius, & eminentius omnibus votis. Quod qui facit imitator est Christi. Ille enim dedit homini terram, mare, & omnia quæ in eis sunt ad obsequium, dedit & cælum, solem quoque, & lunam, & stellas hominum ministerio, concessit pluuias, ventos, & omne quidquid in mundo est hominibus largitus est. Sed post hæc semetipsum dedit. Sic enim Deus dilexit mundum, vt Filiũ suum vnigenitum daret pro mundi huius vita. Quid ergo magnum faciet homo, si semetipsum offerat Deo, cui ipse se prior obtulit Deus? Si ergo tollas crucem tuam, & sequaris Christum, si dicas, Viuo autem iam non ego, viuit vero in me Christus, si desideret, & sitiat anima nostra redire, & esse cum Christo, sicut & Apostolus dicebat, & præsentis sæculi non delectetur illecebris, & si omnem legem, quæ de Nazaræis data est, spiritaliter impleat: tunc semetipsum, id-

2

est, animam suam obtulit Deo, qui in castitate viuit, corpus suum vouit Deo secundum eum, qui dixit. Virgo autem cogitat, quomodo sit sancta corpore, & spiritu, nã & hoc ipsum, quod dixit sancta, ad hoc respicit. Sancti enim dicuntur illi, qui se vouerunt Deo. Vnde & aries,

3

verbi gratia, si voueturDeo sanctus appellatur, quem extẽdere ad cõmunes vsus non licet, sed & vitulus, si deuotus fuerit Deo sanctus nihilominus appellatur, nec licet eũ iungi in opus commune. Ex his ergo colligamus, quid est hominem seipsum vouere Deo. Si te vouerisDeo, imitandus tibi est vitulus, quem non licet humanis operibus deseruire, nihil facere, quod ad homines, & ad præsentem pertineat vitam, sed quicquid ad animam pertinet, & ad diuini cultus obseruantiam, hoc & agendum, & cogitandum tibi est.

4 Epist. 26. quæ est ad Pãmachiũ to. 1. Matt. 19.

HIERONYMVS explicans illa verba: Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, sic ait: Non satis est perfecto, & consummato viro opes contemnere, pecuniam dissipare, & proijcere, quòd in momento, & perdi, & inueniri potest. Fecit hoc Crates Thebanus, fecit Antistenes, fecerunt plurimi, quos vitiosissimos legimus. Plus debet discipulus Christi præstare, quàm mundi philosophus, gloriæ animal, & popularis auræ venale mancipium. Tibi non sufficit opes contemnere, nisi Christum sequaris, Christum autem sequitur, qui peccata dimittit, & virtutum comes est. Christum scimus sapientiam, hic thesaurus in agro scripturarum nascitur, hæc gemma multis emitur margaritis. Christus omnia, vt qui omnia propter Christum dimiserit, vnum inueniat pro omnibus, & possit libere proclamare. Pars mea Dominus. *Et infra.* Hæc moneo frater charissime pietate, quate diligo, vt non solum pecuniam, sed & teipsum Christo offeras hostiam viuã, sanctam, placentem Deo, rationabile obsequium tuum. Facile abijcitur, quod hæret extrinsecus, corium pro corio, & cuncta quæ homo possidet dare potest pro anima sua, sed tange, inquit, diabolus, carnes eius, nisi in faciem benedixerit tibi. Zachæus diues erat, Apostoli pauperes, reddidit ille quadruplum, quod rapuerat, diuisitque pauperibus medietatem substantiæ suæ, quæ remanserat, suscepit Christum hospitem, salus facta est domui eius. Et tamen quia paruulus erat, & Apostolicæ proceritati se non poterat extendere, non fuit in duodecim numero Apostolorum. Apostoli quantum ad diuitias nihil, quantum ad voluntatem totum mundum pariter reliquerunt. Si offeramus Christo opes cum anima nostra libenter suscipiet, si autem quæ foris sunt Deo, quæ intus sunt diabolo demus, non est æqua partitio, & dicitur nobis. Nonne si recte offeras, & non recte diuidas, peccasti. Verba sunt, quæ in versione septuaginta interpretum dixit Dominus ad Cain; Vbi nostra editio habet. Nonne si bene egeris, recipies, sin autem male, statim in foribus peccatũ tuum aderit. Quæ dixit Dominus ad Cain, qui cum decimas Deo daret, seipsum non dedit.

Gen. 4.

6 In epist. ad Iulianũ.

IDEM consolans quẽdã in amissione facultatum suarum, sic ait: Contemnis aurum, contempserunt, & multi philosophi, & tu te putas in virtutum culmine constitutum, si partem ex toto offeras? Teipsum vult Dominus hostiã viuam, placentem Deo, Te, inquam, non tua, Et ideo varijs tentationibus commonet, quia, multis plagis, & doloribus eruditur Israel. Paupercula vidua duo æra minuta misit in gazophylacium, & quia totum obtulit, quod habebat, omnes dicitur in oblatione munerum Dei superasse locupletes, quæ non pondere sui, sed offerentium voluntate pensantur. Vt multis erogaueris censum tuum, & quidam tua gaudeant liberalitate, tamen multo plures sunt, quibus

Marc. 12.

quibus nihil dedisti. Neque enim Darij opes, & Crœsi diuitiæ valent pauperes mundi explere. Quod si teipsum Domino dederis, & Apostolica virtute perfectus sequi cœperis Saluatorem, tunc intelliges, vbi fueris, & in exercitu Christi quàm extremum tenueris locum. Nolo ea tantum offeras Domino, quæ potest fur rapere, hostis inuadere, proscriptio tollere, quæ & accedere possunt, & recedere, & instar vndarum, ac fluctuum a succedentibus sibi dominis occupantur, atque vt vno cuncta sermone comprehendam, quæ, velis nolis, in morte dimissurus es. Illud offer, quod tibi nullus hostis possit auferre, nullus eripere tyrannus, quod tecum pergat ad inferos, immo ad regna cælorum, & ad paradisi delicias. Extruis mo-

7

Matt. 19.

nasteria, & multus a te per insulas Dalmatiæ Sanctorum numerus sustentatur, sed melius faceres, si & ipse sanctus inter Sanctos viueres. Sancti estote, quoniam ego sanctus sum, dicit Dominus. Apostoli gloriantur, quòd omnia dimiserint, & secuti sunt Saluatorem, & certe præter retia, & nauem nihil legimus eos dimisisse, & tamen testimonio futuri iudicis coronantur, quia se offerentes totum dimiserant, quod habebant. Hæc loquor, non in suggillationem operum tuorum, vel quòd extenuem eleemosynas tuas, sed quòd te nolim inter sæculares esse monachum, & inter monachos sæcularem, totumque a te expetam, cuius audimentem diuino cultui deditam.

8 Lib. 15. in Esaiã to. 4.

IDEM explicans illa verba: Holocausta eorum, & victimæ eorum placebunt mihi super altare meum, vt ostendat, quod homo seipsum totum donare debet Deo, sic ait: Holocausta sunt, quæ super altare integra concremantur, victimæ, & hostiæ quarum pars offertur altari, pars sacerdotibus traditur. Non est ergo credendum, quòd alienigenarum hostiæ ritu Iudaico requirantur. Sed hoc debemus scire, quod holocausta eunuchi offerant, qui totos se consecrant Deo, victimas autem alienigenæ, qui

Psal. 49.

ad tempus vacant orationi, de quibus loquitur Deus. Hostia laudis glorificauit me. Et in alio loco. Immola Deo sacrificium laudis. De his victimis, & holocaustis per Osee Dominus loquitur. Misericordiam volo, & non sacrificiũ, scientiam Dei magis, quàm holocausta, quæ offeruntur super altare Domini, quod Ioannes in Apocalypsi in cælo se vidisse testatur, sub quo erant animæ martyrum, ex quo vnus de Seraphim carbonem forcipe comprehensum ad Esaiæ detulit labia purganda. Hoc est altare, & hoc tabernaculum, ad cuius similitudinem, omnia in Exodo facta referuntur, in quibus oblatæ sunt victimæ spirituales Deo. Alioquin de corporalibus hostijs, & holocaustis supra idem testatur Deus. Vt quid mihi multitudinem victimarum vestrarum dicit Dominus? Plenus sum, holocausto mata arietum, & adipem agnorum, & sanguinem tanrorum, & hircorũ nolui.

Esa. 6.

9 In c. 4. Za. chariæ to. 5.

IDEM explicans illa verba: Quis enim despexit dies paruos, sic ait: Rarus est, qui dies paruos huius sæculi despiciat, & regiam potestatem putet esse nihili. Quando viderimus sæculi potentes fulgere auro, purpura, gemmisque rutilare, circumdari exercitu, dicamus in nobis. Quis putas despicit dies paruos? Vnde & Iacob vitam hominũ intelligens. Parui sunt, inquit, & pessimi dies vitæ meæ. Qui ergo despexerint dies paruos (hoc autem refert ad regiam potestatem, vt commoneat Zorobabel, & Iesum, & populum ædificantes templum Dei, nequaquam aduersarios timere prohibentes, sed audire Dominum cohortãtem) ex eo quòd despiciunt regale fastigium, lætabuntur, & videbunt auxilium Saluatoris, qui de Zorobabel stirpe promittitur.

Gen. 47.

10 Lib. de Genesi ad literam to. 3.

AVGVSTINVS sic habet: Vsus rerum legitimus est, vt anima in lege Dei maneat, & Deo pleniſſima dilectione subiecta sit, & cetera sibi subiecta sine cupiditate, aut libidine ministret, idest, secundum præceptum Dei.

11 In Psalm. 4. to. 8.

IDEM explicans illa verba: Sacrificate sacrificium iustitiæ, sic ait. Quid enim iustius, quàm vt seipsum quisque punieus mactet Deo, vt extincto, vel infirmato per pœnitentiam vetere homine, sacrificium iustitiæ secundum regenerationem noui hominis offeratur Deo? Cũ se offert ipsa anima iam abluta, & imponit in altare fidei diuino igne, idest, spiritu sancto cõprehẽdendã. Vt iste sit sensus. Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino, idest, recte viuite, & sperate domum Spiritus sancti: vt vos veritas, cui credidistis illustret. Sed tamẽ sperate in Domino, clause adhuc dictũ est. Sperantur autem quę, nisi bona? Sed quia vnusquisque id bonum vult a Deo impetrare, quod diligit, nec facile inueniuntur, qui diligant bona interiora, idest, ad interiorem hominem pertinentia, quę sola diligenda sunt (ceteris autem ad necessitatem vtendum, non ad gaudium perfruendum est) admirabiliter cum dixisset sperate in Domino, subiecit. Multi dicunt, quis ostendit nobis bona? Qui sermo, quæ interro-

12

gatio quotidiana est omnium stultorum, & iniquorum siue pacem, & tranquillitatem vitæ sæcularis desiderantiũ, & propter peruersitatem generis humani non inuenientium; qui etiam cæci accusare audent ordinem rerum, cum inuoluti meritis suis putant tempora esse peiora quàm præterita fuerunt, siue de ipsa futura vita, quæ nobis promittitur dubitantium, vel desperantium, qui sæpe dicunt, Quis nouit si vera sunt, aut quis venit ab inferis, vt ista nunciaret? Magnifice igitur, & breuiter, sed intrinsecus videntibus ostendit quæ bona quærenda sint, respondens illorum interrogationi, qui dicunt, quis ostẽdit nobis bona? Signatum est, inquit, in nobis lumen vultus tui Domine. Hoc lumen est totum hominis, & verum bonũ, quod non oculis, sed mente conspicitur. Signatum autẽ dixit in nobis, tamquã denarius signatur regis imagine. Homo enim factus est ad imaginẽ Dei, quam peccando corrupit. Bonum ergo eius est verum, atque æternum, si renascẽdo signetur. Et ad hoc credo pertinere, quod quidã prudenter intelligũt illud, quòd Dominus viso

Cæsa-

Cæsaris nummo ait: Reddite Cæsari, quod Cæsaris est, & Deo quod Dei est. Tamquam si diceret, Quemadmodum Cæsar a vobis exigit impressionem imaginis suæ, sic & Deus, vt quemadmodum illi redditur nummus, sic Deo anima lumine vultus eius illustrata, atque signata. Dedisti lætitiam in cor meum. Non foris quærenda est lætitia, ab his qui adhuc graues corde diligunt vanitatem, & quærunt mendacium, sed intus vbi signatum est lumen vultus Dei, in interiori enim homine habitat Christus, vt ait Apostolus, ad ipsum enim pertinet videre veritatem, cum ipse dixerit. Ego sum veritas, non eis foris vtique, sed in ipso corde, idest, in illo cubili, vbi orādum est loquebatur. Sed homines temporalia sectantes, qui certe multi sunt, nihil aliud nouerūt dicere, nisi quis ostendit nobis bona, cum vera, & certa bona intra semetipsos videre non possint. Vnde consequenter de his rectissime dicitur, quod adiungit. A fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt. Isti a fructu frumenti sui multiplicati sunt. Talis enim anima temporalium bonorum decessione, & successione, idest, a tempore frumenti, & vini, & olei sui innumerabilibus completa phantasmatibus, sic multiplicata est, vt non possit agere, quod præceptum est. Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum. Ista multiplicitas illi simplicitati vehementer aduersa est, & ideo istis relictis, qui multi sunt, multiplicati scilicet temporalium cupiditate, & dicunt, Quis ostendit nobis bona, quæ non oculis foris, sed intus cordis simplicitate quærenda sunt, vir fidelis exultat, & dicit. In pace in idipsum obdormiā, & somnum capiam. Recte enim speratur a talibus omni modo mentis alienatio a mortalibus rebus, & miseriarum sæculi obliuio, quæ nomine dormitionis decenter, & prophetice significatur, vbi summa pax nullo tumultu interpellari potest. Dicit autem singulariter bene, potest enim referri aduersus illos multos, qui multiplicati a fructu frumenti, vini, & olei sui dicunt, Quis ostendit nobis bona? petit enim hæc multiplicitas, & singularitas tenetur in Sanctis.

13

Eph. 5.
Ioan. 14.

Matt. 6.

14 Sap. 1.

Finis Libri Secundi.

EPITO-

EPITOME SANCTORVM, PER LOCOS COMMVNES AD CONCIONES CONFICIENDAS,

LIBER TERTIVS.

AVCTORE D. F. IOANNE LOPEZ
Episcopo Cotronensi Ord. Prædic.

Caro in propriam vtilitatem mortificetur, & subdatur rationi pro viribus, etsi ex toto id efficere in hac vita non possit homo. Cap. I.

1 Homil. 3. in Genesim to. 1.

ORIGENES explicans illa verba ex c. 17. vbi dixit Deus ad Abraham præcipiens illi circumcisionē, Erit testamētum meū super carnem tuam (vbi nostra editio habet, Erit pactum meum in carne vestra in fœdus æternum) sic habet. Quo modo erit testamentum Christi super carnem meam requiro? Si mortificauero membra mea, quæ sunt super terram testamentū Christi habeo super carnem meam, si semper mortem Christi in corpore meo circumferam testamentum Christi est in corpore meo, quia si compatimur, & conregnabimus. Si cōplantatus fuero similitudini mortis eius, testamentum eius ostendo esse super carnem meam. Quid enim prodest, si in illa tantum carne, quam de Maria suscepit dicam venisse Christū, & non ostendam etiam in hac mea carne, quòd venerit. Ostendo autem ita demum si quemadmodum prius exhibui membra mea seruire iniquitati ad iniquitatem, nunc ei conuertam, & exhibeā seruire iustitiæ ad sanctificationem. Testamentum Dei ostendo esse in carne mea, si potuero dicere secundum Paulum, quia Christo concrucifixus sum, viuo autem iam non ego, viuit vero Christus in me, & si potuero dicere, vt ipse dicebat. Ego autem stigmata Domini mei Iesu Christi in corpore meo porto. Si autem voce tantum confiteamur Dominum Iesum, & non ostendamus testamentum eius esse super carnē nostram, secūdum hæc quæ supra exposuimus, videbimur etiam nos aliquid simile facere Iudæis, qui solo circumcisionis signo Deum se confiteri putant, factis autem negant.

2 Hom. 7. in cap. 21. Genesis

Gal. 5.
Rom. 7.

IDEM explicans, quòd Ismael ludebat, cum Isaac ait: Paulus, sicut tunc is qui secundū carnem erat persequebatur eum, qui secundū spiritum, ita & nunc. Vide, quomodo nos Apostolus doceat, quia in omnibus caro aduersatur spiritui, quia caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, & hæc sibi inuicem aduersantur. Et inuenimus legem in membris nostris repugnantem legi mentis nostræ, & captiuos nos ducentem in lege peccati. Vides quantæ sunt pugnæ carnales aduersus spiritum? Et tu si habes in te fructum spiritus Dei, Isaac esse potes secundum repromissionem,

sionem,& esse filius liberæ,si tamen potes,& tu
2.Cor.10. secundum Paulum dicere. In carne ambulantes non secundum carnem militamus, arma enim militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia Deo ad destructionem cogitationum. Si potes talis esse,vt digne tibi aptetur etiam illa Apostoli sententia, quæ dicit, Vos autem in carne non estis, sed in spiritu. Si tamen spiritus Dei habitat in vobis. Et tu ergo si talis es, non es secundum carnem natus, sed secundum spiritum per repromissionem, & tunc eris heres Dei, coheres autem Christi. Ismael iubebatur expelli,quia ludebat cum Isaac, quid læserat si ludebat? Sed miror Apostolum, qui ludum hunc persecutionem pronunciauit dicēs: Sed sicut tunc is, qui secundum carnem persequebatur eum, qui secundum spiritum, ita & nunc; cum vtique nulla persecutio Ismaelis aduersum Isaac mota referatur, nisi hic solus ludus infantiæ. Sed videamus quid in hoc ludo intellexerit Paulus, & quid indignata sit Sara. Superius loco virtutis posuimus Saram. Si ergo cuius personam gerit Ismael, qui secundum carnem nascitur, spiritui blandiatur, qui est Isaac, & illecebrosis cum eo deceptionibus agat, si delectationibus illiciat, voluptatibus molliat, huiusce modi ludus carnis cum spiritu Saram maxime, quæ est virtus offendit, & huiusce modi blandimenta acerbissimam persecutionem iudicat Paulus. Sed tu auditor horum non solum illam persecutionem putes, quando furore gentilium ad immolandum idolis cogeris, sed si forte te voluptas carnis illiciat, si libidinis tibi alludat illecebra, hæc si virtutis es filius, tamquam persecutionem maximā fuge.

4 Hom. 1. in Leviticum
IDEM in expositione cap. 1. Leuitici, sic ait, loquens de oblatione vituli: Verum si hæc etiam ad moralem locum inclinare velis,habes & tu vitulum quem offerre debeas. Vitulus est & quidem valde superbus caro tua, quam si vis munus Domino offerre, vt eam castam, pudicamque custodias, adduc eam ad ostium tabernaculi, idest, vbi diuinorum librorum suscipere possit auditum. Masculinum sit munus tuū, feminam nesciat, concupiscentiam respuat,fragilitatem refugiat, nihil dissolutum requirat, aut molle, impone etiam manum tuam super hostiam tuam, vt sit accepta Domino,& iugula illam contra Dominum, hoc est impone ei continentiæ frenum, & manum disciplinæ, ne auferas ab ea, sicut imposuit manum carni suæ ille qui dicebat. Macero corpus meum,& seruituti subijcio, ne forte cum alijs prædicauero ipse reprobus efficiar. Et iugula eam,contra Dominum mortificans sine dubio membra tua, quæ sunt super terram. Vult ergo sermo diuinus, vt rationabili sensu carnem tuam in castitate offeras Deo,secundum quod Apostolus dicit hostiam viuam,sanctam,placentem Deo, rationabile obsequium vestrum, & hoc est per sacerdotem, vel filios sacerdotis offerre sanguinem ad altare, cum & corpore, & spiritu quis castus efficitur. Sunt enim, & alij,qui offerunt quidem holocaustum carnem suam,sed non per
Rom. 12.
ministerium sacerdotis,non enim scientes,nec secundum legem, quæ est in ore sacerdotis offerunt, sed sunt quidem casti corpore, anima autem inueniūtur incesti. Hi sunt ex illis quinque viginibus stultis,quæ virgines quidem fuerunt, & castitatem corporis seruauerunt, oleū autē charitatis,& pacis, & reliquarum virtutū in vasis suis cōdere nescierūt, & idcirco exclusæ sunt a thalamo sponsi. Quoniam sola carnis continentia ad altare dominicum non potest peruenire, si a reliquis virtutibus deseratur.

5 Hom. 2. in Leuiticum.
IDEM sic habet: Si in amaritudine fletus tui fueris,luctu,lachrymis,& lamentatione cōfectus, si carnem tuam macerauerit,& ieiunijs ac multa abstinentia aridam feceris,& dixeris, quia sicut in frixorio cōfrixa sunt ossa mea, tūc sacrificium similam a sartagine, vel a craticula obtulisse te noueris, & hoc modo inueneris tu verius, & perfectius secundum Euangelium offerre sacrificia, quæ secundum legem iam offerre non potest Israel.

6 Hom. 3. in Leuiticum.
IDEM sic ait: explicans illa verba cap. 5. anima quæ iurauerit, & protulerit labijs suis, vt vel male quid faceret vel bene, & idipsum in iuramento,& sermone firmauerit,oblitaque postea intellexerit delictum suum, agat pœnitentiam pro peccato. Quomodo si pronunciauero labijs meis, vel iurauero benefacere, & non faciam,peccati reus sim,difficultas non est ostendere,quomodo autem si iurem male facere,& non fecero peccauerim verbo assignare difficile est. Absurdum enim videtur verbi gratia, si per iracundiam dixero me hominem occisurum, & non fecero,ne periurare videar,cogar ad explendum opus, quod temere,& illicite promisi. Quantum in hoc loco intelligendū videtur, male facere aduersari alicui est,& non indulgere ei, vt faciat, quod vult. Et nos ergo cum venimus ad Deum, & vouemus ei nos,incastitate seruire pronunciamus,& iuramus nos castigare carnem nostram, vel male ei facere, atque in seruitutem eam redigere,vt spiritum

7
saluum facere possimus. Sic enim vt ille iurasse se dixit,qui ait: Iuraui & statui seruare omnia præcepta tua.Quia ergo carnis vox est,quæ dicit, non enim,quod volo ego,sed quod odi,illud facio,afflicta sine dubio ab spiritu, & coarctata est. Resistit enim, & repugnat aduersum spiritum, & nisi male ei fiat, vt alligetur, & infirmetur non potest dicere spiritus, Cum infirmor tunc potens sum. Huic ergo carni resistenti,& repugnanti aduersum spiritum,si quis iurauerit, & pronunciauerit male facere,ac affligere, & macerare eam, & non fecerit,peccati reus est, in quo iurauit se cruciare carnem suam,& seruituti subijcere, & non fecerit. Eodem autem iuramento, & spiritu decernit benefacere. In quo enim carni malefacit, & spiritui benefacit. Vis autem scire, quia nec potest vni eorum benefieri, nisi alii malefeceris. Audi Dominum dicentem. Ego occidam, & Deut. 32
viuere faciam. Quid occidit Deus? Carnem vtique. Et quid viuere facit? Spiritum sine dubio. Et rursum in sequentibus dicit. Percutiam

tiam, & ego sanabo. Quid percutit? Carnem. Quid sanat? Spiritum. Prorsus vt illa deficiat, iste proficiat, vt faciat te mortificatum carne viuificatum spiritu, ne forte, & tu mente seruias legi Dei, carne autem,si mortificata non fuerit,legi peccati.

8 Hom. 1. in Psal. 37. to. 2.
IDEM explicans illa verba: Non est sanitas in carne mea, a facie iræ tuæ, sic ait: De eo qui apud Corinthum peccauerat, iudicauit
1.Cor.5. Apostolus tradere huiusmodi hominem Satanæ in interitum carnis suæ. Numquid putandum est, quod iniquum fieri volebat,quem dicebat tradi debere Satanæ in interitum carnis? Quin potius apparet, quoniam pro salute eius tradebat carnem eius in interitum. Denique addit dicens, vt spiritus saluus fiat in die Domini, ostendens non posse saluari spiritum, nisi caro in interitum traderetur. Quis ergo sit interitus carnis, audi, quia quod interierit,sine dubio mortuum est. Viuit autem
2.Cor.4. caro in peccatore, mortua est caro in homine iusto. Propter quod & iusti dicunt semper. Mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. Et iterum. Mandatum accepimus dicens. Mortificate membra vestra quæ sunt super terram, & beatus est
Rom. 8. qui mortuus est peccato, secundum quod dictum est. Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem vita viuit propter iustificationem. Tradi ergo in interitum

9
carnis tale est, vt emoriatur sensus carnalis in nobis, & non viuat carnis cupiditas in ea. Ex eo enim quod moritur sensus carnis, vt non secundum carnem sapiamus, spiritus saluus efficitur. Alioquin dum viuit sensus carnis in nobis, & caro viuit, non possumus de spiritualibus sapere. Hoc ergo modo tradidit Apostolus in interitum carnis eum, qui secundum carnem vixerat, vt sensu carnis emortuo spiritus in die Domini saluaretur. Vtinam in corpore meo, si quando delinquo, & delictum ex sensu carnis venit, superduceretur interitus carnis, vt spiritus saluaretur. Si enim caro infirmatur sine dubio proficiens infirmitas etiā ad mortificationem peruenit carnis, & tunc est, quod recte dicitur. Quoniam non est sanitas in carne mea. Si vero non infirmatur quidem caro, sed redit ad sanitatem suam, idest, vt sapiat quæ sunt carnis, ac desideret malum, tunc sanitas est in carne, quod vtique spiritui non est bonum. Iste ergo qui arguitur, & recusat per furorem Domini argui, ac iracundia eius corripi, iustissimas causas huius excusationis ostendit asserens se, & sagittis verborum Dei esse confixum, & ira turbatum, atque perterritum a sola facie iræ Domini, vt nulla prorsus in carne eius sanitas, idest, nullum peccandi vltra desiderium manserit. Memini me aliquando de illo capitulo Euangelij disputantem, in quo scriptum est, Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma, tale aliquid sensisse, quod antequam Saluator noster veniret ad crucem, & crucifigeret carnem atque emori eam faceret, ante- 10
quam perfecte mortificaretur, prius dixit in- Matt. 26.
firmari carnem suam,& donec infirmabatur quidem caro spiritum promptum esse dicebat, cum vero cruci eam tradit, & perfecta morte consummat, tunc non iam promptum spiritum, sed in manibus Patris positum esse testatur. Hæc autem ille in se describens nostris eruditionibus præbebat exemplum, propter nos enim, & nobis infirmus erat. Ideo consideremus nosmetipsos, si infirma est caro nostra, si non delicijs luxuriaque resoluitur. Hæc ei vitiosa sanitas præsto est. Vide si per abstinentiam quotidianam infirmatur efficitur caro,si per continentiam desideria resecantur, libido comprimitur, vitia conquiescunt. Tunc etiam, si nondum emortua est, tamen non est sanitas in carne mea, sed etiam membra tua interim mortificata sunt super terram. Quid est autem, quod facit sanitatem in carne non esse? Si sentiamus faciem iræ Dei. Dum enim recordamur iram Dei, & ante oculos vultum eius adducimus, ex ipsa institututione eius, quæ propter hoc facies iræ appellata est, conturbata & exterrita caro infirmatur, atque languescit.

IDEM sic habet: Cum dicitur, quia caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus 11 Lib. 1. in epist. ad Romanos to. 3
aduersus carnem, media proculdubio ponitur anima, quæ vel desiderijs spiritus acquiescat, Gal. 5.
vel ad carnis concupiscentias inclinetur. Et siquidem se iunxerit carni vnum cum ea corpus in libidine, & concupiscentijs eius efficitur, si vero se sociauerit spiritui vnus cum ea spiritus erit. Idcirco denique de his quorum se animæ ex integro cum carne iunxerant, dicit Dominus in scripturis. Iam non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quia caro sunt. De his autem quorum anima fuerat spiritui sociata, Apostolus dicit. Vos autem non estis in carne, sed in spiritu. Sunt præterea (sicut in multis scripturæ locis inuenimus) etiam vtriusque partis,vel vtriusq. viæ fautores quidam,& adiutores Angeli,nam carnis cōcupiscentiæ aduersus spiritum fauet diabolus,& angeli eius, & omnes spiritales nequitiæ in cælestibus, cunctique aduersus quos hominibus luctamē est,principatus,& potestates, & mundi huius rectores tenebrarum.E contrario vero spiritui aduersus carnem decertanti, animamque humanam, quæ media est ad se reuocare conanti fauēt Angeli hominum, omnes illi,de quibus ait Dominus,quia Angeli eorum semper vident faciem Patris, fauet & ipse Dominus,qui etiam animam suam posuit pro ouibus suis. Sed vtraque parte fauoris disciplina seruatur. Non enim vi res agitur, neque necessitate in alteram partem anima declinatur. 12
Alioquin nec culpa eius,nec virtus possit ascribi ipsi, sed seruatur ei in omnibus libertas arbitrij,

bitrij, vt in quodcumque voluerit ipsa declinet. Sicut scriptum est. Ecce posui ante faciem
Eccl. 15. tuam vitam, & mortem, & ignem, & aquam. Vita ergo Christus est, & mors nouissimus inimicus, qui est diabolus. Quòd si agnoscens anima Deum Christum, vitam suam amplexata non fuerit, derelinquetur sine dubio, & deseretur ab eis, qui eam fauore suo, vt spiritui iungeretur, animabant, & concedent eam, vel tradent desiderijs cordis sui, quibus carni sociatur, & adhæret. Cuius rei imaginem tali quadam specie manifestiorē reddemus. Ponamus esse aliquod domicilium, in quo cum corpore, & spiritu velut cum duobus consiliarijs habitet anima, pro foribus vero huius domicilij astare pietatem, omnesque cum ea virtutes, ex alia vero parte impietatem, omnesque luxuriarum, ac libidinū formas spectare animæ vultum. Quem ex duobus pro foribus obseruantibus introduci ad se desideret, quem repelli? Nonne si spiritui obtemperans, & meliori vsa consiliario, pietatis, & pudicitię ad se reuocauerit chorum, ille alius spiritus repudiatus discedit. Si vero carnis vsa consiliarijs, impietatis ad se, & libidinis introduxerit turmam omnis illa sanctitatis, & pietatis corona, cui malorum anima consilium præposuit, ista cum indignatione recedet, vt membrum Christi, & templum Spiritus sancti relinquens eam in desiderijs cordis sui permittet, vt ignominia, & cōtumelijs afficiat corpus suū in semetipsa, quæ commutauit veritatem Dei in mendacium, & introducens ad se impietatis principem colit, & seruit creaturæ, potius quā creatori.

13 IDEM in expositione cap. 8. in illa verba:
Lib. 6. in epist. ad Romanos eod. to. Debitores carnis non sumus, vt secundum carnem viuamus, sic ait: Non propterea nos fecit Deus ad imaginem suam, vt carnis seruitio essemus obnoxij, sed potius, vt creatori suo anima deseruiens, ipsa seruitio, ac ministerio carnis vteretur. Sed fortasse dicat aliquis, quomodo carni non sumus debitores, cum & victū, & vestitum prouidere naturæ necessitate cogamur? Sed vt ostendat, non carni aliquid conferre, sed ipsam vitam carni mancipare culpabile haberi, ideo addit. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini. *Rom. 8.* Quid sit autem secundum carnem viuere, sæpe iam dictum est, hoc est, carnis desiderijs indulgere. In hoc ergo negat nos esse debitores, sicut & alibi dicit. Et carnis curam ne feceritis in desiderijs. Non vtique negans carnis curam habendam in necessarijs, sed in concupiscentijs. Ita ergo & hic, si enim inquit, secundum carnem vixeritis, moriemini, & addit. Si autem spiritu actus carnis mortificetis, 14 viuetis. Qui ergo secundum spiritum agens mortificat actus carnis, viuet propter habitantem in se spiritum vitæ. Mortificat autem quis actus carnis hoc modo. Fructus est autem spiritus, charitas, odium carnis est actus; odium ergo per charitatem mortificatur, & extinguitur. Gaudium similiter fructus est spiritus, tristitia vero huius sæculi, quæ mortem operatur carnis est actus. Hæc ergo extinguitur, si sit in nobis gaudium spiritus. Certum est discordiam mortificari per pacem posse, si & patientia spiritus violentiam carnis extinguit, & bonitas malitiam, & mansuetudo ferociam, & continentia intemperantiam, & castitas impudicitiam, talique ordine qui per spiritum actus carnis mortificat, viuet. Intuendum etiam, quòd ista mortificatio actuum carnis per patientiam fiat, & non ad subitum, sed paulatim. Primo langueſcere eos necesse est in ijs, qui incipiunt, tum deinde cum ardentius proficere cœperint, & abundantiore spiritu repleri, actus carnis non solum langueſcere, sed & tabescere incipient. Vbi vero ad perfectum iam venerint, ita vt nulla in eis prorsus, vel in facto, vel in dicto, vel in cogitatu peccatio oriantur indicia, tandem actus carnis mortificasse, & ad integrum morti tradidisse credendi sunt.

15 IDEM explicans versum Psalmi, In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, sic
Lib. 7. contra Celsum to. 4. *Psal. 100* ait: Si quomodo iustus occidat, sit explicandū, & huius robur ad omnia valeat, dicendū quòd qui in matutino, inquit, peccatores terræ omnes interficiebam, vt disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem, terram quidem tropice carnem expressit, cuius sapientia inimicitia est apud Deum, Dei vero ciuitatem suimet animam dixit, in qua templum inerat Dei, cum optime de Deo sentiret, quod vtique obstupescerent vniuersi, qui id demum contemplarentur. Simul igitur, & solis iustitiæ effulgentibus radijs, vt ex ijs validior redditus, & confirmatus omnem carnis sustulerat sapientiam, quæ vtique terræ peccatores præferret, & identidem diceretur. Dispersit iniquitatis omnes operatores, cogitationes, scilicet, & adinuentiones veritati infensas. Sic item & iusti ex hostibus, & vitijs prodeuntem capturam, hoc est quos viuos ceperint, omnes deperdent, vt ne infans quidem, ideſt, recens obortum aliquod malum reliquum fiat.

16 BASILIVS explicans illa verba: Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendo in
Hom. 7. in *Psalmum* 29. to. 1. corruptionem, sic ait: Quid clamaui, & quid te Deum, ac Dominum meum rogaui? Quæ mihi vtilitas, inquit, deliciarum carnis, & plenitudinis sanguinis, cum tradendus sim, statim in communem corporis corruptionem? Verum castigo, & in seruitutem redigo corpus meum, ne propter bonum corporis habitum, & sanguinis feruorem, carnositas occasio ad peccatum fiat. Ne aduleris carni tuæ somnis, & balneis, ac mollibus stratis, semper insonans tibi verbum hoc, Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? Quid ornas, & amplecteris paulo post corrumpendum? Quid pingue facis, ac incarnas te ipsum? An ignoras, quia quanto crassiorem

rem tibi ipsi facis carnem, tanto grauiorem animæ construis carcerem. Numquid confitebitur tibi puluis, aut annūciabit veritatem tuam? Quomodo enim puluerulentus, & carneus homo confitebitur tibi Deo? quomodo etiam veritatem annunciabit, qui neque disciplinis operam dedit, & in tanto carnis onere mentem suam defossam habet? Ob hoc igitur eliquo, ac cōsummo carnē, & non parco sanguini, qui in carnem cogi solet, vt nullum sit mihi ad confessionem, aut veritatis intelligentiam impedimentum.

17 IDEM sic habet: Quid vero quis dixerit
In hom. 4. ex varijs. de eo, quòd voluptates, tactus, ac gustus persequi non oportet, quam quòd hæ cogunt eos, qui circa ipsarum capturam occupati sunt, velut pecora ad ventrem, & ea quæ sub ventre sunt pronos, ac nutantes viuere? In summa totum corpus contemnendum est ei, qui non in voluptatibus ipsis, velut in sterquilinio defodi velit; aut tantum saltem ipsi inhærendum est, quantum, vt inquit, Plato ministerium philosophiæ possidet, ac exhibet consimilia ferme dicens Paulus, qui admonet nullam oportere corporis prouidentiam habere, ad concupiscentiarum occasionem, aut quid differunt hi, qui corporis, vt quam optime habeat curam, gerūt, animam vero ipso vsuram quasi nullius rei negligunt, ab his qui instrumentorum studio tenentur, artis vero per ipsa operantis, negligentes sunt? Quapropter in totum vice versa castigare ipsum, ac continere velut bestiæ impetus conuenit, & tumultus qui ab ipso in anima excitantur, ratione velut flagro compescere, ac sedare, & non toto laxato freno voluptatis mentem negligere, vt velut auriga ab effrenibus equis violēter
18 agitatis distractus ducatur. Et Pythagoræ meminisse, qui vbi didicisset aliquem ex familiaribus, sese, & exercitationibus, & edulijs valde probe saginare, ac carnosum reddere, itaque inquit, non desines grauiorem tibi ipsi carcerē parare? Quare etiam Platonem aiunt corporis detrimentum prospexisse, & morbosum Atticæ locum academiam ipsam de industria occupasse, vt nimis bonam corporis dispositionē, velut vitis superflua excinderet. Ego vero periculosam etiam esse corporis bonam habitudinem ad summū progressum a medicis audiui. Itaque hæc ipsa nimia corporis cura, nec ipsi corpori commoda est, & animæ impedimentum est. Certe illi succumbere obsequique, ac inseruire, manifesta insania est. At vero si hoc negligere studio habuerimus, nullatenus aliud quicquam rerum humanarum admirabimur. Ad quid enim amplius vtemur diuitijs, si voluptates per corpus accedentes ignominiosas
19 ducimus?
In Abdiam to. 5. HIERONYMVS explicans illa verba: In monte autem Sion erit Saluator, & erit sanctus, & possidebit Domus Iacob eos, qui possederunt, & erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph flamma, & domus Esau stipula, & succedēdomus Esau, sic habet: Destructis carnis operibus, & terreno imperio desolato, erit in Ecclesia saluatio eorum, qui a matre non exierint, in ipso morabitur sanctus, de quo in Esaia dicitur. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth, & possidebit domus supplantatoris Iacob eos, qui se hereditate possederant, de persecutoribus faciens Christianos.

20 IDEM explicans illa verba: Propter im-
In c. 2. Michææ. munditiam suam corrumpitur putredine pessima, sic ait: Pro eo quòd nos dicimus consumpti estis, Septuaginta verterūt, Propter immūditiam consumpti estis corruptione. Hoc autē
2. Tim. 3. ad eos dicitur, qui voluptati corporis, & libidini seruientes, non solum animam, sed & corpus quoque suum corrumpunt, voluptatum amatores magis quàm Dei. Poterat quoque dicere propter immunditiam corrupti estis, & sensus etiam absq. corruptione fuisset expletus. Nūc autem quia ait, corrupti estis corruptione, ad distinctionem mihi videtur corruptionis salutaris dixisse. Iuxta quam, & Apostolus loqui-
2. Cor. 4. tur. Etsi is qui foris homo noster est corrumpitur, sed qui intus est renouatur de die in diē. Qui semper mortificationē Iesu portat in corpore suo, & exteriorē corrumpit hominem, & carnem imperio animæ subijcit, iste corrumpidem, sed non corruptione, quia corruptio illius salutaris est.

21 IDEM explicans illa verba: Intra in lutum
In c. 3. Nahum. & calca, subigēs tene laterem, vel vt Septuagin ta habent, Ingredere lutum, & cōculcare in paleis, sic ait: Alius forsitā existimet dici de anima, quæ infixa in luto corporis, & paleis huius mundi vacuis, scilicet, & caducis, totam se versans conculcetur a dæmonibus. Mihi autem videtur hoc ad eam dici. Sustine tentationes, iniurias, quibus tradita es, pœnas quas merito tuo pateris, quia si super vacua huius mundi, & fragilia graderis negotia, scias te pro remedio sustinere, si tamen obtinueris super laterem, & carnem animæ imperio subiugaueris. Vnde sequitur ibi. Comedet te ignis, si non fueris super laterem, & dominationem non habueris in carnem, sed manseris in latere, & amaueris paleas, & in carne iuxta carnem vixeris, non solū ardentia inimici iacula te vorabunt, sed & gladius eius interficiet, & in similitudinem locustarum. Quicquid in te virens videbatur, & naturæ bono sponte germinans auaro dente consumet, & quasi bruchus volatu perdito, ac grauatus pondere suo, ita & tu grauata onere peccatorum detraheris in terram.

22 IDEM explicans illa verba: Congregans
In c. 1. Sophoniæ. congregabo omnia a facie terræ, ait: Septuaginta legunt, Defectione deficiat a facie terræ. Et defectionem in bonam partem possumus accipere, & videbimus quòd defectione deficiunt a facie terræ, qui habentes conuersationem in cælis, & in carne, non secundū carnē sunt militantes, eo quòd sciant illos, qui in carne viuunt Deo placere non posse, quantum in se est isti omnia agunt, ne sint in carne, sed in spiritu, & a terra recedentes aiunt, Consuscitauit, & consedere nos fecit in cælestibus in Christo.

In c.29. Prouerbiorum to.8.

IDEM explicans illa verba: Qui delicate a puericia nutrit seruum suum, postea sentiet illum contumacem, sic ait. Qui delicate a puericia nutrit corpus suum, quod animo debuerat subiugare, is vbi ad annos adolescentiæ peruenerit lasciuiosum hoc, & indomabile sentiet. Hunc versiculum alia translatio pulchre habet. Qui deliciatur a puericia seruus erit, nouissime autem contristabitur.

23 In c.31. Prouerbiorum.

IDEM explicans illa verba: Byssus & purpura indumentum eius, sic ait: Byssus candidi coloris est, de terra oritur virens, sed per exercitationes longas, ac multifarias amisso humore, ac virore natiuo ad decorem cãdidæ vestis perducitur. Bysso induitur Ecclesia, cum castigant corpora sua electi, & seruituti subijciunt, purpura autem cum eamdem continentiam, non ob fauorem vulgi, sed ad acquirendã beatitudinem regni perennis exercent, sed hic virtutum habitus in præsenti quidem nescientibus videtur contemptibilis, sed in futuro, qualis fuerit, manifeste patebit. Vnde pulchre in Apocalypsi sua Ioannes Sanctorum se voces audire refert dicentium. Gaudeamus, & exultemus, quia venerunt nuptiæ agni, vxor eius præparauit se, & datum est ei, vt cooperiat se byssino splendenti, & candido, byssinum enim iustificationes sunt Sanctorum. *Apoc. 19*

24 Lib.3. in c.5. ad Galatas to.6.

IDEM explicans illa verba: Qui Christi sunt carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs, sic ait: Corpora nostra membra sunt Christi, & consequenter caro nostra caro Christi est, quam crucifigimus mortificantes per eam super terram fornicationem, immunditiam, passionem, desiderium malum, & auaritiam, & de nobis nunc in laude ponitur, qui Christi sunt carnem suam crucifixerunt cũ vitijs, & concupiscentijs, & semper mortificationem Iesu circumferimus in corpore nostro, vt & vita eius manifestetur in carne nostra. Nõ modici autem laboris est, sic in præsenti sæculo viuere, vt iam nunc vita Iesu manifestetur in carne nostra. Ita enim & viuificabuntur mortalia corpora nostra per inhabitantem in nobis spiritum, vbi latinus interpres vitia posuit, in Græco passiones leguntur, & quia passio potest, & dolorem, & ceteras necessitates significare corpusculi, caute Apostolus intulit desideria, vt non naturam corporis videretur in spiritualibus uiris negare, sed vitia. Si spiritu viuimus, spiritu, & ambulemus. Quis est, qui viuit spiritu, nisi absconditus homo noster, qui & iuxta carnem interdum solet viuere, sed cum spiritu vixerit, spiritu ambulat, cum in carne voluerit ambulare, vinens mortuus est. Vir perfectus in Christo semper viuit in spiritu, spiritui obedit; numquam viuit in carne, & contra qui se totum carni dederit, & passionibus deputarit, numquam viuit in spiritu. Inter hos medij sunt quos nec spirituales possumus appellare, nec carneos, sed qui inter virtutes, & vitia fluctuantes, nunc ad meliora retrahũtur, & spiritus sunt, nunc carnis lubrico supplantantur, & caro sunt. *2.Cor.4.* *Gal. 5.*

IDEM explicans illa verba: Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, sic ait: Solus potest in cruce Christi gloriari, qui tollit eam, & sequitur Saluatorem, qui crucifixit carnem suam cum vitijs, & concupiscentijs, qui mortuus est mundo, & non contẽplatur ea quæ videntur, sed quæ non videntur, videns mundum crucifixum, & transeuntem figuram eius. Ego stigmata Domini Iesu in corpore meo porto, qui in plagis supra modum, in carceribus frequenter, &c. Hic stigmata Domini Iesu in corpore suo portat, forte & is qui macerat corpus suum, & subijcit seruituti, ne alijs prædicans ipse reprobus inueniatur, portat stigmata Domini Iesu in corpore suo. 25 In cap 6. ad Galatas. *Gal. 6.*

AVGVSTINVS sic ait: Diuidit se ratio in duo, scilicet in sursum, & deorsum, quasi in virum, & mulierem, vt vir sit superior, & regat, mulier inferior, & regatur. Vnde dictum est. Melior est iniquitas viri, quàm benefaciẽs mulier. Melior siquidem est, qui per cæleste desiderium accensus carnem, necessaria etiam ei subtrahendo, affligit, quàm qui per carnalem affectum resolutus per omnia, quæ commoda sunt, ei satisfacere contendit. 26 Lib. de spiritu, & anima to. 3. *Eccli. 42.*

IDEM sic habet. Quòd discipuli Domini cœperunt vellere spicas, & manducare, quod ni si confricantes eas facere non possent, hoc est, Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram, ideſt, quia quisque non transit in corpus Domini, nisi carnalibus expoliatus. Hinc est exuite vos veterem hominem, hinc est, circumcisione non manufacta in expoliatione corporis carnis. 27 Lib. 1. quæstionum in Euangelia, to. 4.

IDEM sic ait. Nunc quandiu concupiscit caro aduersum spiritum, & spiritus aduersus carnem, sat est nobis non consentire malis, quæ sentimus in nobis. Cum enim fit ista consensio, tunc exit ex ore cordis, quod coinquinat hominem, cum vero per continentiam consensio nõ tenetur, malum concupiscentiæ carnalis cõtra quod pugnat concupiscentia spiritualis, nocere non sinitur. Sed aliud est bene pugnare, quod nunc est, quando mortis contentioni resistitur, aliud aduersarium non habere, quod tunc erit, quando mors nouissima inimica destruetur. Nã & ipsa continentia cum frenat, cohibetque libidines, simul, & appetit bonum, ad cuius immortalitatem tẽdimus, & respuit malum, cum quo in hac mortalitate contendimus. Non in cupiditatibus frenandis continentia laboraret, si nihil nos contra quod contenderet, detineret, si nihil nostræ bonæ voluntati ex mala concupiscentia repugnaret. Clamat Apostolus. Scio quia non habitat in me hoc est in carne mea bonum, nam velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Nunc enim fieri bonum potest, vt malæ concupiscentiæ non consentiatur, perficietur autem bonum, quando ipsa mala concupiscentia finietur. Itemque idem doctor gentium clamat. Condelector legi Dei secundum interiorem hominem, video autem aliã legem in membris meis repugnantem legi 28 In libro de continentia *Gal. 5.* *Rom. 7.*

mentis meæ. Hanc pugnam non experiuntur in semetipsis nisi bellatores virtutum, debellatoresque vitiorum. Non expugnat concupiscentiæ malum, nisi continentiæ bonum. Sunt autẽ qui legem Dei omnino nescientes malas concupiscentias nec in hostibus deputant, eisque miserabili cæcitate seruientes, insuper etiam beatos se putant satiãdo eas, potius quã domãdo. *infra.* Milites Christianos Apostolica tuba isto sonitu accendit in prælium. Non regnet peccatũ in vestro mortali corpore ad obediendum desiderijs eius, nec exhibueritis membra vestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete vos Deo tamquam ex mortuis viuentes, & mẽbra vestra arma iustitiæ Deo. Peccatum enim vobis non dominabitur. Et alio loco. Ergo, inquit, fratres debitores sumus non carni, vt secũdum carnem viuamus, si enim secundum carnẽ vixeritis, moriemini, si autem spiritu facta carnis mortificaueritis viuetis, quotquot enim spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei. Id ergo nunc agitur, ne regnet peccatum in nostro mortali corpore. Tunc autem regnare ostenditur, si desiderijs eius obeditur. Est ergo in nobis peccati concupiscentia, quæ non est permittenda regnare, sunt eius desideria, quibus non est obediendum, ne obedientibus regnet. Propter quod membra nostra non sibi vsurpet concupiscentia, sed sibi vendicet continentia, vt sint arma iustitiæ Deo, ne sint iniquitatis arma peccato. Sic enim nobis peccatum nõ dominabitur. Cum hortatur Apostolus, ne secundum carnem viuamus, ne moriamur, sed spiritu facta carnis mortificemus, vt viuamus, tuba vtique canit, bellum in quo versamur ostendit, & vt acriter dimicemus, & hostes nostros mortificemus, ne ab eis mortificemur, accendit. Hostes autem nostri opera sunt carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, cõtentiones, æmulationes, &c. In hoc prælio aduersus carnalem exercitum velut aliam producens aciem spiritualem. Fructus spiritus est, inquit, charitas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia, aduersus huiusmodi non est lex. Verumtamen quòd in eis bonis, quæ commemorauit vltimo loco posuit continentiam, de qua nũc disputare cœpimus, præcipue voluit illam nostris mentibus inhærere. Ipsa quippe in hoc bello valet plurimum, in quo aduersus carnem spiritus concupiscit, quoniam ipsas carnis cõcupiscentias quodammodo crucifigit. Vnde cum hæc dixisset Apostolus continuo subiecit. Qui autẽ Iesu Christi sunt carnem suam crucifixerunt cum passionibus, & cõcupiscentijs. Hæc est actio continentiæ, si operã carnis mortificantur. *Et infra.* Audi Apostolum dicentem. Scio quòd non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum. Hoc vtique ait, quia vitium carnis in re bona non est bonum, quod cũ esse destiterit, caro erit, sed iam vitiata non erit, quam tamen ad nostram pertinere naturam idem doctor ostendit prius dicendo. Scio quòd nõ habitat in me, quod vt exponeret addidit, hoc est in carne mea bonum. Se itaq. dicit esse carnem suam. Non ergo ipsa est inimica nostra, & quando eius vitijs resistitur ipsa amatur, quia ipsa curatur. Nemo enim vnquã carnem suam odio habuit, vt ipse Apostolus dicit, & ipse alio loco ait. Mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati. Quomodo carne legi peccati? Numquid concupiscentiæ consentiendo carnali? Absit. Sed motus desideriorũ illic habendo, quos habere nolebat, & tamen habebat, sed eis non consentiendo mente seruiebat legi Dei, & tenebat membra, ne fierent arma peccati. Sunt ergo in nobis desideria mala concupiscentiæ peccatorũ, quibus non consentiendo non viuimus male, sed hæc habendo nõdum perficimus bonum. Vtrumque ostendit Apostolus, nec bonum hic perfici, vbi malum concupiscitur, nec malum hic perfici, quando tali concupiscentiæ non obeditur. Illud quippe ostendit, vbi ait. Velle adiacet mihi, perficere autem bonum non, hoc vero vbi ait. Spiritu ambulate, & desideria carnis ne perfeceritis. Neque enim ibi dicit, non sibi adiacere facere bonum, sed non perficere, neque hic dicit, concupiscentias carnis ne habueritis, sed ne perfeceritis. Fiunt itaque in nobis concupiscentiæ malæ, quando id quod non licet libet, sed non perficiuntur, cum legi Dei mente seruiente libidines continentur, & bonum fit, cum id, quod male libet vincente bona delectatione non fit, sed boni perfectio non impletur, quamdiu legi peccati carne seruiente, libido illic, & quamuis contineatur, tamen mouetur. Non enim opus esset, vt contineretur, nisi moueretur. Erit ergo perfectio boni, quando erit consumptio mali, illud erit summum, hoc erit nullum. Quod si in ista mortalitate sperandum putamus, fallimur, tunc enim quando mors non erit, sed summum bonũ erit &c. *Et infra.* Si concupiscit spiritus aduersus carnem, etiam in hoc ipso consulit carni, non sicut caro concupiscens aduersus spiritum, nec spiritui consulit talis repugnatio nec sibi. Continentia omnibus prorsus delectationibus concupiscentiæ, quæ aduersantur delectationi sapientiæ, coercendis, atque sanandis inuigilat, officium continentiæ, carnis opera omnia vitia nuncupauit Apostolus, siue quæ ad animam proprie, siue quæ ad carnem pertinent, ipsum; scilicet hominem nomine carnis appellans. Opera quippe hominis sunt, quæ non dicuntur Dei, quoniam homo, qui hæc agit secundum seipsum viuit, non secundum Deum, inquantum hæc agit. Spiritus itaque hominis adhærens spiritui Dei concupiscit aduersus carnem, ideſt aduersus seipsum, sed pro seipso, vt motus illi, siue in carne, siue in animã secundum hominem, non secundum Deum, qui sunt adhuc per acquisitum languorem continentia cohibeantur propter acquirendam salutem, vt homo non secundum hominem viuens, iam possit dicere. Viuo autem iam non ego, viuit vero in me Christus. Vbi enim non ego, ibi felicius ego, vt quando secundum hominem reprobus vllus motus exurgit, *Eph. 5.* *Ibid.* *Rom. 6.* *Rom. 8.* *Gal. 2.*

Rom.7. git, cui non consentit, qui mente legi Dei seruit, dicat etiam illud. Iam non ego operor illud. *Col. 3.* Talibus quippe & illa dicuntur, quæ sicut eorum socij debemus audire, si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Talium mortuorum vox est. Viuo autem iam nõ ego, viuit vero in me Christus. Quorum ergo vita erit abscondita in Deo, admonentur, & exhortantur, vt membra sua mortificent, quæ sunt super terram. Id enim sequitur. Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, &c. Quid vult vt mortificemus opere continentiæ, nisi motus ipsos adhuc in sua quadam interpellatione sine nostræ mentis consensione, sine membrorum corporalium operatione viuentes. Et quomodo isti mortificantur opere continentiæ, nisi cum eis mente non consentitur, neque exhibentur eis arma corporis membra. Et quod est vigilantia maiore continentiæ curandum, ipsa etiam nostra cogitatio quasi eorum quadam suggestione, & quasi susurratione tangatur, tamen ab eis, ne oblectetur, auertitur.

34 IDEM sic ait: Non sicut Platoni visum est corpora oblitionem desiderãt, sed potius quia meminerunt, quid sibi a Deo sit promissum, qui neminem fallit, qui etiam eis de capillorũ suorum integritate securitatem dedit, resurrectionem corporum, in quibus multa dura perpessi sunt, nihil in eis vlterius tale sensuri desiderabiliter expectant. Si enim carnem suam non oderant, quando eam suæ menti infirmitate resistentem spiritali iure coercebant, quanto magis eam diligunt etiam ipsam spiritalem futuram? Sicut enim spiritus carni seruiens non incongrue carnalis, ita caro spiritui seruiens recte appellatur spiritualis, quia spiritui summa, & mirabili obtemperandi facilitate subdetur vsque ad implendam immortalitatis indissolubilis securissimam voluntatem.

Lib. 13. de ciuitate Dei cap. 20. to. 5

35 IDEM sic ait: Inuenio aliam legem in mẽbris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me sub lege peccati, quæ est in mẽbris meis. Ista condelectatio legi Dei secundũ interiorem hominem, de magna nobis venit gratia Dei, in ea quippe interior homo noster renouatur de die in diem, cum in ea proficit perseueranter. Verum illud quod ait: Video autem aliam legem in membris meis repugnãtẽ legi mentis meæ, ista ipsa est, de qua loquimur concupiscentia, lex peccati in carne peccati. Quod autem dixit captiuantem me sub lege peccati, hoc est sub seipsa, quæ est in membris meis. Aut captiuantem dixit, captiuare conantem, ideſt, ad consentiendum, implendumque cogentem, aut potius captiuantem secundum carnẽ, quam nisi teneret carnalis concupiscentia, quam legem peccati vocat, non vtique in ea vllum illicitum desiderium, cui mens obedire non debeat commoueret. Dixit autem captiuantem me, hoc est carnem meam: carnem autem appellauit nunc, vbi est morbidus quidã carnis affectus, non ipsam corporis conformationem, cuius membra non adhibenda sunt arma peccato, ideſt, eidem ipsi concupiscentiæ, quæ carnale nostrum captiuũ tenet. *Infra.* Subiungit autem Apostolus, & dicit. Igitur ego ipse mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati, quod sic intelligendum est. Mente seruio *Ibid.* legi Dei, non consentiendo legi peccati, carne autẽ seruio legi pecati habendo desideria peccati, quibus etsi non consentio, nondum tamen penitus careo.

2. Cor. 4.

IDEM sic ait: Ista est vestra laudabilis, atque dilecta cupido, per quam, vt ait Apostolus, Caro cõcupiscit aduersus spiritum, contra quã spiritus spem habens in Deo, nisi fortiter concupiscat, nec caro, nec spiritus vitam possidebunt æternam. Contra hoc venenum de gratiæ antidoto confidentes omnes sancti, castigantes corpus suum, & in seruitutem redigentes, ne reprobi efficerentur, fortiter pugnauerunt, & pugnant. De hac enim congressione loquebatur Paulus, cum dixit. Ego igitur sic curro, non *1. Cor. 9.* quasi in incertum, sic pugno, non quasi aerem verberans. Et tamquam e contrario responderetur ei, quis est, vel vbi est aduersarius tuus, contra quem pugnas, respondens ait: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: ideſt, in corpore meo est, non in aere, contra quem pugno, libido est, scilicet inimica vitæ meæ, quæ me currentem, & placere Deo volentẽ per momenta aculeis impugnat, & prouocat, quo agonis mei cursum impediens, auctorem suum diabolum faciat esse victorem. Ideo castigo corpus meum, vbi porto hostem meum in me, pugnanti contra me virtute gratiæ confortatus repugno pro me. Sed tunc hostis potentiã destruo, cum castigans corpus meum infirmor in me, cum enim infirmor, tunc fortior sum, & potens. Castigabat autem corpus Paulus, quo malarum concupiscentiarum appetitus, vel stimu- *2. Cor. 12.* los superaret libidinum.

Gen. 4.

IDEM explicans illa verba: Oues, & boues vniuersas insuper & pecora campi, ait: Pecora campi congruentissime accipiuntur homines in carnis voluptate gaudentes, vbi nihil arduũ, nihil laboriosum ascendunt. Campus est enim etiam lata via, quæ ducit ad interitum, & in campo Abel occiditur. Quare metuendum est ne quisq. descendens de montibus iustitiæ Dei, iustitia enim inquit tua velut montes Dei, latitudines, & facilitates voluptatis carnalis eligẽs a diabolo trucidetur.

Rom. 13

IDEM explicans illa verba: Quia factus sum sicut vter in pruina, sic ait: Quia ardentibus spiritualibus desiderijs carnalia desideria sine dubitatione frigescunt, ideo dicitur, quia factus sum sicut vter in pruina. Nimirum enim per vtrem carnem mortis huius, per pruinam cæleste beneficium vult intelligi, quo carnis cõcupiscentiæ velut frigore cohibente torpescũt. Et fit hinc, vt iustificationes Dei de memoria non labantur, dum non cogitatur aliunde. quomodo fit, quòd ait Apostolus. Carnis prouidentiam ne feceritis in concupiscentijs, feruor cupiditatis obtorpuit, vt ferueret memoria charitatis.

39 Concione 25. in Psal. 118.

IDEM explicans illa verba: Confige timore tuo carnes meas, vbi Augustinus legit, Confige clauis a timore tuo carnes meas, & ait: In his verbis quid vult intelligi, nisi quod ait Apostolus: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce *Gal. 6.* Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mũ- *Gal. 2.* dus crucifixus est, & ego mundo? Et iterum. *1. Cor. 1.* In Christo confixus sum cruci, viuo autem iam non ego, viuit vero in me Christus, quia factus est nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio, vt quemadmodum scriptum est, Qui gloriatur, in Domino glorietur. Item dicit: Qui autem sunt Christi carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs, cum hic dictum sit, quòd ipsi crucifixerunt carnem suam, in ipso Psalmo Deus rogatur, vt id faciat, cum dicitur: Confige clauis a timore tuo carnes meas, vt intelligamus cum boni aliquid facimus, Deum operari in nobis velle, & perficere pro bona voluntate sua. Sed quid sibi vult, quòd cum dixisset, Cõfige clauis a timore tuo carnes meas, addidit, a iudicijs enim tuis timui? Quid est confige a timore tuo, timui enim? Si enim iam timuerat, vel timebat, cur adhuc vt a timore suo Deus crucifigeret carnes suas, orabat? An addi sibi volebat timorem, vt tantum timeret quantum sufficeret crucifigendis suis carnibus, ideſt concupiscentijs, affectibusq. carnalibus? Tamquam dicens, perfice in me timorem tuum, timui enim a iudicijs tuis. Sed est hic alius altior sensus. Confige, inquit, clauis a timore tuo carnes meas, a iudicijs enim tuis timui, hoc est a timore tuo casto, qui permanet in sæculum sæculi, carnalia mea desideria cõprimantur, a iudiciis enim tuis timui. Cum mihi lex minaretur pœnam, tali timore casto carnes crucifiguntur, quoniam carnales delectationes spiritualium bonorum delectatione vincuntur, & eadem vsque ad perfectionem crescente victoria perimuntur.

40 In Psalm. 145.

IDEM explicans illa verba: Lauda anima mea Dominum, sic ait: Caro non dicit, lauda anima mea Dominum. Caro bene obediens famula est animæ, illa regitur, hæc regit, ista imperat, illa famulatur. Quis est ergo qui dicit, Lauda anima mea Dominũ? Nihil inuenimus amplius in homine, quàm carnem, & animam, totus homo hoc est, spiritus & caro. An forte ipsa anima sibi dicit, & sibi quodammodo imperat, & se exhortatur, atque excitat. Quibusdã enim perturbationibus ex quadam sui parte fluctuabat, ex quadam vero parte quam vocant mentem rationalem, illam qua cogitat sapientiam, inhærens Domino, iam & suspirans in illum, animaduertit quasdam suas inferiores partes perturbari motibus sæcularibus, & cupiditate quadam terrenorum desideriorum ire in exteriora, relinquere interiorem Deum. Reuocat se ab exterioribus ad interiora, ab inferioribus ad superiora, dicit: Lauda anima mea Dominum. Quid tibi placet in sæculo? Quid est quod vis laudare? Quid est quod vis amare? Quacũque corporibus sensibus conuerteris, occurrit tibi cælum, occurrit tibi terra, quod amas in terra terrenum est, quidquid amas, & in cælo corporeum est, vbique amas, & vbique laudas. Quomodo laudandus est ille qui fecit ista quæ laudas? Iam ergo diu occupata vixisti, & desideriorum diuersitate verberata portas desideriorum plagas sauciata, diuisa per amores multos, vbique inquieta, nusquam secura. Colligere ad te ipsam, quicquid tibi foris placebat, quære quem habeat auctorem. Nihil melius in terra, quàm hoc & illud, verbi gratia, aurum & argentum, animalia, arbores. Totam terram cogita, quid melius in cælo, sole, luna, sideribus? Totum cælum cogita, omnia ista simul bona valde, vndique pulchritudo operis quæ tibi cõmẽdat artificem. Miraris fabricam, ama fabricatorem, non occuperis in eo quod factum est, & recedas ab illo qui fecit, hęc enim quibus occuparis sub te facit, quia sub seipso te fecit, si hærebis superiori calcabis inferiora, si autem recedas a superiori, ista tibi in supplicium conuertuntur. Sic enim factum est, accepit homo corpus tamquam in famulatum, Deum autem Dominum habens corpus seruum habens supra se conditorem, infra se quod sub illo conditum est. In medio quodam loco rationalis anima constituta legem accepit, hærere superiori, regere inferiorem, regere non potest inferiorem, nisi regatur a meliori, traditur ab inferiore. Deseruit ergo meliorẽ, non potest regere quod regebat, quia regi noluit, a quo regebatur. Modo ergo redeat, laudet, cõsilium sibi det ex luce Dei ipsa anima per rationalẽ mentẽ, vnde concepit consilium fixũ in æternitate auctoris sui. Legit ibi quoddam tremendũ, laudandũ, amandum, desiderandum, nondum tenet, nondum capit, coruscationem quadam perstringitur, non est tam valida, vt maneat ibi. Itaque ad sanitatem colligit se quandam, & dicit: Lauda anima mea Dominum.

41

42 IDEM explicans illa verba: In tympano, & psalterio psallãt ei, sic ait: Ipsum mysterium tympani & psalterii non est tacendum. In tympano corium extenditur, in psalterio chordæ extenduntur, in vtroque organo caro crucifigitur. Quàm bene psallebat in tympano & psalterio, qui dicebat: Mihi mundus crucifixus est, & *Gal. 6.* ego mundo. Ipsum psalterium velut tympanum tollere te vult, qui amat canticum nouum, qui te docet quando tibi dicit: Qui vult esse meus *Matt. 16.* discipulus abneget semetipsum, & tollat crucẽ suam, & sequatur me, non dimittat psalterium suum, non tympanum, extẽdatur in ligno, & siccetur a concupiscentia carnis. Nerui quanto plus fuerint extenti, tanto acutius sonant. Vt ergo acute sonaret Pauli Apostoli psalterium *Phil. 3.* dixit: Quæ retro oblitus in ea quæ ante sunt extentus, sequor ad palmam supernæ vocationis, extendit se, ipse tetigit Christus, & sonuit dulcedo veritatis.

In Psalm. 149.

43 IDEM exponit illa verba: Qui in carne sunt Deo placere non possunt, & ait: Qui in carne confidunt, qui concupiscentias suas sequuntur,

Serm. 6. de verbis Apostoli to. 10.

tur,qui in his habitant,qui earum voluptatibus oblectantur,qui in earum delectationibus beatam, felicemq. vitam constituunt, ipsi sunt in carne, Deo placere non possunt, quasi dictum esset,in hac vita cum sint hominesDeo placere non possunt, ergo non placuerũt sancti Patriarchæ, ergo nõ placuerunt sancti Prophetæ? Martyres?&c. Placuerunt,sed in carne non fuerunt, portabant carnem, non portabantur a carne.

Ioan. 5. Iam enim Paralytico dictum erat, Tolle grabatum tuum. Qui enim in carne sunt,quemadmodum dixi non in hoc sæculo viuendo, sed carnis concupiscentijs consentiendo Deo placere non possunt. Denique ipsum audite quæstionem sine vlla dubitatione soluentẽ.Viuens vtique in hoc corpore loquebatur,& tamen adiũxit. Vos autem non estis in carne. Putas est hic aliquis in vobis cui dictum est? ecce populo Dei dixit: Romanis scribebat quidem, sed vniuersæ Christi Ecclesiæ dixit, sed tritico dixit, non paleæ, massæ dixit latenti,non stipulæ apparẽti. Vnusquisque in corde suo cognoscat existimo in no-

44 *Rom. 8.* mine Christi esse in plebe Christi.Quibus dictũ est. Vos autem non estis in carne,sed in spiritu, si tamen Spiritus Dei habitat in vobis, nõ estis in carne, quia non facitis opera carnis consentiendo concupiscentijs carnis,sed estis in spiritu, qui secundum interiorem hominem condelectamini legi Dei, & hoc est, si tamen spiritus Dei habitat in vobis, nam si de spiritu vestro præsumitis, adhuc in carne estis. Si ergo non estis in carne, vt in spiritu Dei sitis, tunc enim in carne non estis, nam si recedat spiritus Dei pondere suo spiritus hominis reuoluitur in carne, redit ad facta carnalia, redit ad concupiscentias sæculares,& erunt illius hominis peiora nouissima,quàm erant priora. Quis me liberabit de corpore mortis huius? Mortem tolle

Ibid. & bonum est corpus, detrahatur mors nouissima, inimica, & erit in æternum caro mea amica.Nemo enim vmquam carnem suam odio habuit, etsi caro concupiscit contra spiritum, &

Eph. 5. spiritus contra carnem, etsi modo rixa est in ista domo, maritus litigans non perniciem, sed

Gal. 5. concordiam quærit vxoris. Absit fratres mei, absit vt spiritus concupiscendo contra carnem oderit carnem, vitia carnis odit, prudentiam carnis odit, contentionem mortis odit, corruptibile hoc induat incorruptionem, seminetur corpus animale,resurgat corpus spiritale,& vide plenam, perfectamq. concordiam.

45 In serm. 77. de tẽpore. IDEM explicans illa verba Psal. 62. In terra deserta, inuia, & inaquosa sic in sancto apparui tibi, ait: Aliter enim in sancto ei apparere non possumus, nisi terra corporis nostri fuerit deserta mundanis delicijs, inuia inimicis concupiscẽtijs, & inaquosa libidinosis concupiscentiis & illecebris. Tunc habitans Saluator hoc desertum corporis nostri,omnes sibi diabolicas factiones exuperat & secretum, ac securum a cogitationibus sæculi esse suum facit habitaculum,vt deinceps nos intra nosmetipsos,velut in solitudine constituti,nonnisi cælũ respiciamus. Et præmiserat in deserto quodammodo videtur habitare qui ieiunus, & castus est, deserto plane quodam ipso corporis Christiani, cum non repletur cibis, non poculis irrigatur, sed arentis iter deserti inquam est corpus nostrum, cum per dies aliqua abstinentia marcescit carnis species, colore neglecto, & contemptu rerum, totius hominis species inculta sordescit. Tunc Christus habitat desertum pectoris nostri,cum terram nostram fame squalidam, ac sitti aridam esse repererit, secundum quod dixit Dauid: Sicut in terra deserta, & inuia, & inaquosa,sic in sancto apparui tibi.

IDEM explicans illa verba:Erudimini qui iudicatis terram, sic ait: Terram iudicare est corpus damnare. Audiamus Apostolum iudicantem terram. Non sic pugno,inquit,tamquã aerem cædens,sed castigo corpus, & in seruitutem redigo,ne forte aliis prædicans ipse reprobus efficiar. Audi ergo terram iudicantem terram,& iudica terram ne sis terra. Si enim terram iudicaueris,cælum eris,& in te factam gloriam Domini enarrabis. Cæli enim enarrant gloriam Dei. Si autem terram non iudicaueris terra eris,si autem terra fueris, ad eum pertinebis,cui dictum est. Terram Comedes. Audiant ergo iudices terræ,corpus castigent,libidines frenent, ament sapientiam, vincant concupiscentiam. 46 Serm. 94. de tempore.

IDEM sic habet: Caro nostra de limo terræ formata est. Numquid iustum est, vt limus terræ imagini Dei præponatur? Caro enim debet seruire,& anima imperare.In omnibus christianis bonis anima dominatur, & caro seruire compellitur. In peccatoribus vero & amatoribus huius mũdi inuerso,immo peruerso ordine caro erigitur,& anima humiliatur, illa deliciis pascitur,& ista fame torquetur. Et cum anima in corpore suo caput esse debeat, quicumque carnem deliciis & voluptatibus nimium erigit, nutrit,fouet,& palpat, animam vero despicit,& contemnit, pedes leuat in alto, & caput imprimit in profundo. Et qualis est in oculis hominum,qui inuersis pedibus ambulare videtur,talis est in oculis angelorum, cui caro propria dominatur. 47 Serm. 50. de fratres in eremo.

GREGORIVS explicans illa verba: Et abominabantur me vestimenta mea, sic ait: Quid vestimẽti nomine, nisi hoc terrenum corpus exprimitur, quo induta anima tegitur? Hinc etenim Salomon ait: Omni tempore sint vestimenta tua candida,idest membra corporis a sordidis actibus munda. Hinc Esaias ait: Vestimẽtum mixtum sanguine erit in combustionem. Sanguine quippe vestimentum miscere, est desiderijs carnalibus corpus inquinare,quibus nimirum se pollui Psalmista formidauerat, cum dicebat: Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ. Hinc voce Angeli ad Ioannem dicitur: Habes pauca nomina in Sardis, quæ non inquinauerunt vestimenta sua. More autem sacri eloquii vestimenta nostra nos abominari referuntur,quia abominabiles reddunt. sicut per Petrum quoque de Iuda dicitur: Hic possedit agrum de mercede iniquitatis. Neque enim 48 Lib. 9. moralium c. 19 to. 1. *Iob 9.* *Eccls. 9.* *Esai. 9.* *Psal. 50.* *Apoc. 3.* *Act. 1.*

enim emptum pretio sanguinis agrum figuli Iudas possidere potuit, qui relatis triginta argenteis traditionis crimen,criminosiori in se protinus morte mulctauit, sed possedit dictum est,possidere fecit,ita hoc loco abominabuntur me vestimenta mea dicitur, abominabilem fa-

49 cient. Quia nimirum dum contra mentem mẽbra superbiunt,dum sancti desiderij studia tentationum suarum tumultibus interrumpunt,in ipso certamine posita anima agnoscit,quantum adhuc a diuinitate despicitur, qui corruptionẽ suam plene appetens transire,sed nõ valens, fædo puluere cogitationis inquinatur.Hanc vestimentorum abominationem sensérat, qui dicebat: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me du-

Rom. 7. centem in lege peccati,quæ est in mẽbris meis. Hæc etiam vestimẽta in quibus perfecte placere non poterat,quandoque melius resumenda deponere, festine cupiebat, dicens: Infelix ego

Iob 9. homo,quis me liberabit de corpore mortis huius? Dicat ergo vir iustus. Si lotus fuero quasi aquis niuis,& fulserint velut mũdissimæ manus meæ,tamen sordibus intinges me, & abominabuntur me vestimenta mea. Quia quantumlibet ad summa ex compunctione contemplationis ascenderit, quantumlibet in opere se per exercitium laboris accinxerit, indignũ tamen adhuc aliquid de corpore mortis sentit, & abominabilem se esse considerat in multis,quæ de-

50 In cap. 10. Iob. lib. 9. Moral. c. 40 pondere corruptionis portat.

IDEM sic habet: Non enim adhuc mortali in carne viuentibus funditus cura carnis abscinditur, sed vt discrete animo seruiat, tẽperatur. Nam quia sollicitos nos esse veritas in crastinũ prohibet,habere vtcumque curam in præsentibus non negat, quam tendi ad tempus quod sequitur, vetat,& nimirum Paulus cum carnis curam fieri in concupiscentia non sinit,proculdubio in necessitate concedit. Discretione ergo magni moderaminis carnis cura frenanda est, vt seruiat, & minime principetur, ne quasi domina animam vincat,sed subacta mentis Domino quasi ancilla famuletur, vt iussa assit, atque

Gen. 7. ad nutum cordis repulsa dissiliat,vt vix a tergo sanctæ cogitationis appareat, & numquam contra faciem recta cogitantis obsistat.Quod bene

51 nobis innuitur,cum Abraham tribus angelis occurrisse memoratur. Ipse quippe venientibus extra ostium occurrit; Sara vero post ostium stetit,quia videlicet vir ac dominus domus spiritualis, noster scilicet intellectus debet claustra carnis excedere, & quasi habitationis infimæ ianuam exigere, cura autem carnis vt femina foris non appareat,& videri iactanter erubescat, vt quasi post tergum viri sit sub discretione spiritus solis necessarijs intẽta. Nequaquam sciat procaciter detegi,sed verecunde moderari. Cui tamen sæpe cum dicitur,vt de se minime præsumat, sed totam se in diuinæ spei fiduciam transferat,despicit & cessante studio adesse sibi vitæ subsidia posse diffidit. Vnde & hæc eadem Sara promissiones Dei audiens ridet, sed ridens corripitur,correpta autem protinus fecundatur. Et quæ in iuuentute vigens, fecundari non potuit annis fracta senilibus vtero marcescente concepit. Quia cum cura carnis sui confidentiam habere desierit,contra spem ex diuina promissione accipit,quod habituram se ex humana ratione dubitauit. Curandum itaque est, ne aut necessitatis metas cura carnis transeat,aut in eo quod moderate exequitur de se præsumat. Sæpe vero animus fallitur,vt quod voluptuose appetit necessarium suspicetur, quatenus omne quodlibet vitę debitam vtilitatem putet.

IDEM explicans illa verba: Et spes illorũ abominatio animæ, sic ait: Bene spes illorum abominatio animæ dicitur, quia ea quæ carnales ambiunt, spiritales quique iudicio rectitudinis auersantur. Nam quod peccatores voluptatem æstimant,hoc iusti proculdubio pœnam putant. Abominatio est igitur animæ spes prauorum,quia nimirum spiritus deficit, vbi caro requiescit. Vt enim caro mollibus, sic animæ duris nutritur. Illã blanda refouent,hanc aspera exercent, illa delectationibus pascitur, hæc amaritudinibus vegetatur. Et sicut carnem dura sauciant, sic spiritum mollia necant, sicut illam laboriosa interimunt, ita hunc delectabilia extinguunt. Spes itaque carnalium abominatio animæ dicitur, quia inde in perpetuum spiritus interit, vnde ad tempus caro suauiter viuit. Lib. 10. moralium c 13 *Iob 11.*

IDEM explicans illa verba: Deficiet omnis caro simul, sic habet: Simul omnis caro deficit,quãdo iam nullis suis motibus seruit, quia præsidens spiritus cuncta eius fluxa restringit, & quodam districtionis suæ gladio, omne quod in illa male viuebat, interficit. Hoc nimirum disciplinæ gladio semetipsum Hieremias interfecerat,cum dicebat: Postquam conuertisti me egi pœnitentiam; & postquam ostendisti mihi, percussi femur meum. Quid enim in femore nisi voluptas carnis accipitur, & quid est quod ait: Postquam ostendisti mihi, percussi femur meum? nisi quòd postquam superna spiritaliter vidit,omne quòd in se inferius carnaliter viuebat, extinxit; vt quanto magis summa patescerent,tanto amplius ima quæ tenuerat,non liberent. Nam quanto incipit quisque superius viuere: tanto & inchoat inferius interire, iuxta affectum namque carnalis operationis omnis caro Pauli simul interierat, cum dicebat: Viuo autem iam non ego &c. 53 Lib. 24. moralium c. 12 *Iob 34.* *Hiere. 31*

IDEM explicans illa verba: Vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur, sic habet: In electis & reprobis diuersi sunt impetus, in electis videlicet impetus spiritus, in reprobis impetus carnis. Impetus quippe carnis ad odium, ad elationem,ad immunditiam,ad rapinam, ad exteriorem gloriam, ad crudelitatem, ad voluptates animam impellit. Impetus vero spiritus ad charitatem,ad humilitatem,ad continentiam, ad interiorem profectum, ad spem sequentis gaudii,ad lachrymas,mentem pertrahit. Vnde necesse est,vt magna semper cura considerare debeamus in omne quod agimus, qui 54 Homil. 5. in Ezechielem to. 2.

nos

nos impetus ducat, vtrum noſtra cogitatio per impetum carnis, an per impetũ ſpiritus impellatur. Amare etenim terrena, temporalia æternis præponere, exteriora bona non ad vſum neceſſarium habere, ſed ad voluptatem concupiſcere, vltionem quærere, de æmuli caſu gaudere, impetus carnis eſt. At contra amare cæleſtia, contemnere tranſitoria, non ad fructum voluptatis trãſitoriæ, ſed ad vſum neceſſitatis quærere, de inimici morte tribulari, impetus ſpiritus eſt. Et quia perfecti quique in iſtis ſe ſemper virtutibus exercent, recte nunc de ſanctis animalibus dicitur: Vbi erat impetus ſpiritus, illuc gradiebantur. Sed ſciendum nobis quòd plerumque impetus carnis ſe ſub velamine ſpiritualis impetus palliat, & quod carnaliter facit, mentitur ſibi ipſi cogitatio, quia hoc ſpiritualiter faciat.

55 In ſermone 6. Aduẽtus. BERNARDVS. Tempus iſtud aduentus, fratres, animabus eſt, non corpori aſſignatum, quòd videlicet longe dignior anima corpore priorem ſibi ſollicitudinem naturali vendicet dignitate, ſed & prior reparanda eſt, quam conſtat corruiſſe priorem. Anima ſiquidem corrupta in culpam fecit, vt corpus quoque corrumperetur in pœnam. Denique ſi Chriſti membra volumus inueniri, ſequendum eſt caput noſtrum, vt prima nobis reparandarum ſit ſollicitudo animarum, pro quibus ipſe iam venit, & quarũ prius mederi ſtuduit corruptioni. Corporis vero curam illi tẽpori magis reſeruemus, quo reformandi corporis gratia, eſt venturus, ſicut meminit Apoſtolus, dicens: Saluatorem expectamus Dominum noſtrum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ. In priore aduentu Ioannes clamat: Ecce qui tollit peccata mundi. Non dicit morbos corporis, non moleſtias carnis, ſed morbos animæ. *Infra*: Concupiſcentiæ malæ, & deſideria reprimi quidem debent, & poſſunt per gratiam Dei, vt non regnent in nobis, nec demus mẽbra noſtra arma iniquitatis peccato, & ſic nulla dãnatio eſt his qui ſunt in Chriſto Ieſu, ſed non eijcitur niſi in morte, quando ſic diſcerpimur, vt anima ſeparetur a corpore. Propterea noli o corpus, noli præripere tempora, potes impedire animæ tuæ ſalutem, tuam ipſius operari non potes. Omnia tẽpus habent. Patere vt nunc anima pro ſe laboret, magis antem etiam collabora ei, quoniam ſi compateris, & conregnabis. Quantum eius impedis reparationem, tantum impedis tuam. Quod nimirum ante reparari nõ poteris, donec ſuam in ea Deus imaginem videat reformatã. Nobilem hoſpitem habes o caro, & tota ſalus tua pendet de eius ſalute, da honorem hoſpiti tanto. Tu quidem habitas in regione tua, anima vero exul apud te eſt hoſpitata. Quæſo te, quis ruſticus ſi forte nobilis, & præpotens quiſpiam apud eum voluerit hoſpitari, nõ libenter in angulo domus ſuæ, aut ſub gradibus ſuis accubabit, cædens hoſpiti ſuo locum, ſicut dignum eſt, potiorem. Et tu ergo fac ſimiliter, iniurias, vel moleſtias tuas ne reputaueris tãtum, vt hoſpes tuus honorifice poſſit apud te demorari.

Phil. 3.

56

Rom. 6.

Eccls. 3.

2. Tim. 2.

Honor tibi eſt, vt pro eo interim te exhibeas inhonorum. Attende quid tibi hoſpitis huius præſentia largiatur. Ipſe enim eſt, qui tribuit oculis viſum, auditum auribus, qui motum mẽbris omnibus ſubminiſtrat. Si quid vitæ, ſi quid ſenſus, & decoris eſt, huius hoſpitis beneficium recognoſce. Denique diſceſſus eius probat, quod præſentia conferebat. Vt quid ergo pro temporali qualibet delectatione contriſtas, & lædis hoſpitem iſtum, quam nec ſentire quidẽ vllo modo poteras, niſi per ipſum? Ad hæc ſi tantum tibi confert exul, & inimicitiarum cauſa a facie Domini ſui eiectus, quantum tibi præſtabit reconciliatus? Noli o corpus impedire reconciliationem illam, quoniam grandis tibi exinde gloria paratur. Patienter immo & libenter teipſum expone ad omnia, nihil diſſimules, quod huic videatur reconciliationi poſſe prodeſſe, dic hoſpiti tuo, quia recordabitur Dominus tui, & reſtituet te in gradum priſtinum, & tu memento mei. Omnino memor erit tui in bonum, ſi bene ſeruieris illi. Et cum peruenerit ad Dominum ſuum ſuggeret ei de te, & loquetur bonum pro bono hoſpite dicens, Cum in vltionem culpæ ſuæ exularet, ſeruus tuus, pauper quidam apud quem hoſpitatus ſum, fecit mecum miſericordiam, & vtinam retribuat pro me Dominus meus. Primo ſiquidem omnia ſua, dehinc etiam ſemetipſum expoſuit vtilitatibus meis, non parcens ſibi propter me in ieiunijs multis, in laboribus frequenter, in vigilijs ſupra modum, in fame, & ſiti, in frigore, & nuditate. Quid igitur? Profecto non mentitur Scriptura quæ dicit. Voluntatem timentium ſe faciet, & deprecationem eorum exaudiet. O ſi forte guſtares dulcedinem hanc, ſi forte gloriam iſtam valeas æſtimare: mira enim dicturus ſum, ſed tamen indubitata fidelibus. Ipſe Dominus virtutum rex gloriæ deſcendet ad reformanda corpora noſtra, & configuranda corpori claritatis ſuæ. Quanta erit illa gloria & exultatio, quando creator vniuerſitatis, qui pro iuſtificandis animabus humilis veneratꝰ, pro te glorificanda, o miſera caro! ſublimis veniet, & manifeſtus, non iam in infirmitate, ſed in maieſtate ſua. Quis cogitabit diem aduentus illius quando deſcendet cũ plenitudine luminis præcurrentibus angelis, & tubæ concentu excitantibus de puluere corpus inops, & rapientibus illud obuiam Chriſto in aera? Quouſque igitur caro miſera, inſipiens, cæca, demens, & prorſus inſana tranſitorias, & caducas quærit conſolationes, immo deſolationes, ſi forte contingat repelli, & indignam iudicari hac gloria, magis autem nihilominus ineffabili in æternum excruciari pœna. Non ſic fratres, ſed caro requieſcat in ſpe, Saluatorem expectans Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui reformabit illam configuratam corpori claritatis ſuæ. Sic enim ait Propheta: Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea: tunc enim implebuntur deſideria noſtra, & plena erit maieſtate Domini omnis terra.

Gen. 4.

57

Pſal. 144

58

Pſal. 62.

59

IDEM ſic ait: Super iumẽtum legitur Dominum

In ſerm. 4. Aſcẽſionis. *Matt. 21.*

minum aſcendiſſe. Cum iam & cognitio ſuppetit, & velle adiacet, quid agis quod perficere bonum non inuenis? Sed aſinini quidam & beſtiales motus legem cõtrariam habent, & captiuare te volunt. Quid facies ſuper concupiſcentijs irrationabilibus, quæ ſunt in membris tuis? Vrget te etiam cum ieiunare conſentis, gulæ illecebra, cum vigilare proponis, ſomnolentia premit. Quid faciemus huic aſino? Quia homo comparatus eſt iumentis inſipientibus. Aſcende Domine ſuper aſinum iſtum, conculca hos beſtiales motus, quia domari debent, ne dominari prævaleant, niſi enim calcati fuerint, conculcabunt nos, niſi premantur oppriment nos. Propterea ſequere anima mea in hac aſcenſione Chriſtum Dominũ, vt ſub te ſit appetitus tuus, & tu domineris illius, nam vt in cælum aſcẽdas, prius neceſſe eſt leuare te ſuper te, calcando carnalia deſideria, quæ in te militant aduerſum te.

Pſal. 48.

Gen. 4.

60 In ſerm. 1. omniũ Sanctorum. *Gen. 3.*

IDEM ſic ait: Quàm multi vſque hodie factum Adam grauiter dijudicant, & tamen inſipienter imitantur. Indignantur aduerſus Adam quòd obedierit voci vxoris ſuæ, pluſquam Dei, & ipſi quotidie Euam ſuam carnem videlicet audiunt, pluſquam Deum. Fratres ſi modo præſentem videremus Adam in eo articulo poſitũ, aſcendentibus cogitationibus in cor eius, coartari inter preces vxoris, & præceptum creatoris, nonne clamaremus aduerſus illum dicẽtes, Caue tibi, miſer vide ne feceris, ſeducta eſt mulier, non acquieſcas ei? Vt quid ergo quoties apprehendit nos tentatio ſimilis, non perſuademus ſimiliter nobiſipſis?

61 In ſermone 10. in Pſal. Qui habitat.

IDEM ſic habet: Sic errant aliqui, & in tãtam obliuionem, & ſpiritualem phreneſim deuenerunt, vt nihil ſe aliud putare quàm ſuum hoc exterius tabernaculum videantur. Qui tãquam mortui a corde omnem inſumunt operã circa carnem, ſic intendentes tabernaculo ſuo, ac ſi numquam putent eſſe caſurum? Verumtamen cadat neceſſe eſt, atque id quidem in breui. An non ſeipſos neſcire videntur, qui ſic decliti ſunt carni & ſanguini, ac ſi omnino nihil aliud, quàm carnem ſolum ſe eſſe reputarent, ſic in vano accipientes animas ſuas, tamquam prorſus ignorent animas ſe habere? Si ſeparaueris pretioſum a vili, ait Dominus, tamquam os meum eris, hoc eſt. Si ſolerter diſcreueris inter exteriorem, interioremq. ſubſtantiam, vt nõ plus tabernaculo tuo timeas a flagello, quàm tibiipſi a malo, quod ſeparat inter te & Deum, vt Deo reguante tamquam corpus ſine anima, ſic ſit anima ſine Deo plane mortua in ſemetipſa, nec ſane dixerim, vt & ipſam odio habeas carnem, dilige eam, tamquam tibi datam in adiutorium, & ad æternæ beatitudinis cõſortium præparatam. Ceterum ſic amet anima carnẽ, vt non ipſa in carnẽ tranſiſſe putetur, dicaturq. ei a Domino, Non permanebit ſpiritus meus in homine, quia caro eſt. Diligat anima carnem ſuam, ſed multo magis ſuam ipſius animam ſeruet. Amet Adam Euam ſuam, ſed non ſic amet, vt voci eius plus obediat, quàm diuinæ. Denique nec ipſi quidem expedit ſic amari, vt videlicet cui interim caues a flagello paternæ correptionis, theſaurizes iram æternæ damnationis. Genimina viperarum, ait Ioannes, quis demonſtrauit vos fugere a ventura ira? Facite fructus dignos pœnitentiæ, ac ſi euidentius loqueretur. Apprehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus, ſuſtinete virgam corripientem, ne ſentiatis malleum conterentem. Quomodo dicunt nobis carnales homines, crudelis eſt vita veſtra, non parcitis carni veſtræ? Eſto, nõ parcimus ſemini. In quo ei magis parcere poteramus? An non melius eſt illi renouari, & multiplicari in agro, quàm in horreo putrefieri. Heu computruerunt iumenta in ſtercore ſuo, ſic vos parcitis carni veſtræ? Simus nos crudeles interim non parcendo, at vos plane parcendo crudeliores. Siquidem etiam nunc caro noſtra requieſcit in ſpe, videritis voſipſi quid ignominiæ interim veſtra ſuſtineat, quid miſeriæ eam maneat in futuro.

Matt. 3.

Ioel 2.

Charitatis excellentia, & ordo ſeruandus in illa. Cap. II.

PRÆTER multa quæ habentur de dilectione Dei, & proximi, lib. 1. cap. 6. 8. 9. 10. & 11.

CHRYSOSTOMVS explicans illa verba: Adhuc excellentiorem vobis viam demõſtro, ſic ait: Fontem vobis donorum oſtendo, non donum, ſed fontem donorum dixit, quo magis quod dicturus eſt, tollat. Non enim vnũ duove, aut tria vobis dona, ſed viam vnam ad omnia, iſta perducentem monſtro, nec viam ſolum, ſed excellentem, nec vlli mortalium inacceſſam. Neque enim quemadmodum dona his quidem hæc, illis vero alia, nullis autem omnia ſunt cõceſſa, ſic & hoc, ſed res eſt in vniuerſos patens. Vnde omnes etiam ad id vocat. Sectemini, inquit, dona potiora, & viam vobis excellentem oſtendo, charitatem dicens, quia de eius laudibus orationem facturus primũ cetera huius comparatione demolitur, vt quæ citra hãc, ſint plane nihil. Valde quidem ſapienter, ſi enim de charitate ſtatim diſſeruiſſet, & viam ſe oſtendere dicens, eam charitatem eſſe ſubiunxiſſet, ceterarum cõparatione ſuppreſſa, riſu excipi potuiſſet ab his qui hiantes rei vim nondum habebant perſpectam. Eam igitur non ſtatim patefacit, ſed auditore promiſsione excitato excellentiorem viam oſtẽſurum ſe dicit, monſtratq. hac non exiſtente nihil cetera futura, ſummam nobis dilectionis mutuę neceſsitatẽ imponens, quando ex charitate neglecta genus omne malorum erumpit, vnde non immerito magna charitas videatur. Siquidem dona cetera ipſos non ſolum inter ſe non coniungunt, ſed diſsipãt etiam, charitas autem per illa diſſectos, virtute ſua

1 Hom. 12. in 1. epiſt. ad Corint. to. 4. *1. Cor. 13.*

2

sua reducat, & corpus suum faciat. Istuc vero non dicit, sed quòd dona quidem hæc sunt, donorum autem potiundorum omnium sublimis illa via sit charitas. Itaque si non amoris gratia diligere fratrem vis, saltē ob meliorem notam, & largius donum amplectere charitatem, & vide vnde orditur. Si linguis, inquit, hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeā, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Vides, donum linguarum prosternit. Non solum nullus sum, inquit, sed æs sonans, sensu scilicet, vitaq. carens, vocem quidem reddens, sed inanem, nec vllam ad rem vtilem. Immo si linguis angelorum vtar, ideſt, ea loquar, qua vtūtur inter seipsi, nullus tamen fuero, inquit, sine charitate, sed grauis, insuper & molestus. Si habeam prophetiā, & nouerim mysteria omnia. Et ne de industria obturbare velle videatur matrē, fontemq. ceterorum omniū, vnumquodque seorsum recensendo, eam ipsam cum superiectione producit. Si habeam, inquit, omnem fidem, nec sufficit, sed quod velut maximū Christus ipse prædicarat, id apposuit quoque adeo, vt montes transferam, charitas vero non sit, nihil sum ego, & si in alimoniam omnes meas insumpsero facultates, si corpus tradam vt comburar, charitatem autem non habeam, nihil profecero. Si insumpsero, inquit, 3
omnia mea, & tradam corpus meum, vt comburar. Non dicit si moriar, sed etiam mortem omnium tæterrimam commemorat, vide hyperbolem. Diuiti dixit Christus Dominus. Si vis perfectus esse, vende facultates, & da pauperibus; *Ioan. 15.*
item de charitate erga proximum sic. Charitatem maiorem nemo habet, quàm vt animā suā pro amicis ponat. Vnde apparet etiā Christi testimonio omniū hoc maximū esse, Paulus vero: Etiā si pro ipso Deo animā fundamus, nec fundamus solum, sed dissecemur (hoc enim significat tradi, vt comburaris) haud magnum erit ex ea re lucrum, si negligamus fratrem. Quòd dona igitur præter charitatem nihil possunt, nihil mirum, sed vitam ipsam sine hac nihil posse, hoc est, quod omnem persuasionem excedere, & ingentem hæsitationem afferre videtur: præsertim postquam Christus vtrique rei magnopere videretur adstipulatus, paupertatis spontaneæ dico, & martyrij tormentis. *Et infra*: Atque vt intelligatis quanta res charitas sit, eam orationi subijciamus, quando oculis cernere præsentem vix vsquam hodie licet. Reputa igitur si in hominum animis charitas regnet, quanta nobis sit allatura bona, non legibus, non forensi strepitu, non pœnis, non supplicijs, non re vlla huiusmodi fuerit opus, nam si mutua charitate omnes se cōplecterentur, quis sit iniuriæ locus? Pugnæ, bella, cædes, seditiones, rapinæ, fraudes, & 4
mala protinus omnia, nomen etiam ipsum malorum eliminaretur. Quod quidem nulla tibi vtique signa efficere possint, sed magis adeo nisi quis prospiciat diligenter, tumidos, socordesq. reddunt. Atque hæc vis est charitatis mirandæ, quòd bona quidem cetera omnia vitij quiddam admixtum habent, vt qui nihil sibi reliquum pro Christo fecit, est vbi hoc turgeat tamen, linguarum peritus arrogantia laboret, qui videri humilis vult, est sæpe cum ob hoc ipsum intus multo altissimum sapit; charitas vero id genus omnibus malis caret. Aduersus dilectum se erigit nemo. Pacti memineris volo, si vigeat charitas non apud vnum, alterumve, sed æque apud omnes, tūc cernere virtutem eius possis, etsi istuc adeo lubet vnum principio, qui miracula edat, vnum qui vere diligat, proponamus. Is igitur terram sic habitabit, quasi in ipso cælo versetur, tranquillitate vbique fruens, odio, rixa, maleuolentia, arrogantia, vanitate, cupiditate praua, omni illicito amore, omni denique 5
morbo animum repurgatissimum gerens. Vt enim sibiipsi volens, nemo obest, sic ille proximo nemini. Talis cum sit nonne inter angelos consistit etiam in terra agens? Est igitur qui charitate flagrat, huiusmodi, ille vero miracula edens, scientiam coniunctam habens, charitate citra mortuos sexcentos suscitet, licet nihil efficiet tamen omnibus formidabilis existēs, nec se mortalium vlli adiungi, compariq. ferens. Itaque Christus certissimum amoris erga se signum esse, si quis proximum diligit, monet. Si me enim amas, inquit, o Petre his plus, meas mihi oues pasce. Vides qui hinc etiam ostendat *Ioan. 21.*
martyrio maius quiddam esse charitatem? Si quis enim filium habet dilectum, & pro quo mori nō vereatur, & patrem quidem ipsum aliquis vehementer amat, filiū vero prorsus ne audiat, quid putas patrem huius amorem curaturum? Auersaturum credo & amorem sui ob despectū filij, ne tanti quidem facturum. Hæc vis necessitatis est humanæ, qualem diuinæ arbitremur? Omnibus parentibus filios suos Deus tenerius amat. Hinc illum primum, summumq. præceptum est, Diligas Dominum Deum tuū, & pro- *Leu. 19.*
ximum tuum sicut teipsum. Est & hic eadem *Matt. 22.*
propemodum amplificatione vsus de Deo, Ex toto corde, inquit, de proximo, Sicut teipsum. Quod illo quidem nihilo est minus. Equidem si sincere charitas obseruaretur, non seruus, non liber, non magistratus, non subditus, non dives, non pauper, non magnus, nō paruus, sed ne diabolus quidem ipse cognitus vmquam fuisset; 6
nec ille solum, sed si quis alius, alijve sexcenti tales sint, nihil charitate vigente potuissent. Ignem facilius stupa ferat, quàm charitatis flāmam Satan. Est ea muro firmior, adamante solidior, & si quid aliud commemorare indomitum possis, omnia ui sua charitas uincit. Contra hanc non opes, non paupertas quicquam potest, immo ne sit paupertas quidem, aut opum excellentia, si qua charitatis scintilla optaret; bona quidem rerum illarum decerperemus, hinc quidem copiam, istinc uero securitatem, nec habendi sollicitudinem, nec paupertatis metum ullum perferremus. Quid autem fructus commemoro charitatis? Rem ipsam quanta sit, quæ secum gaudia ferat, quam in gratiam (quod maxime quidem expetendum est) animū constituat, uide? Coniunctas molestias ceteræ uirtutes habent, ut sobrietas modestiam, uigi-

lantia

lantia, inuidiam, cupiditatem, despectum, charitas autem cum lucro voluptatem ingentem habet, laborem nullum, velut quædam frugi apicula, bona vndique collecta in amantis animam comportans. Transfert naturas rerum charitas, & bona omnia manu sua tenens nobis adest, matre quauis benignior, regina quauis instructior, quæ laboriosa sunt, leuia facit, facilem virtutem, acerbissimam 7
malitiam esse docens. Vide enim, dare, molestare res est alioqui, hæc iucundam facit, accipere contra iucundum, hæc malum esse, cauendumque docet. Obloqui ceteris dulce fere est omnibus, illa amarum, honeste vero aliorum meminisse iucundum esse facit. Certe enim amice, de amico charoque nobis, loqui iucundissimum esse scimus. Habet dulce quiddam ira, permixtum efficit charitas, vt non habeat, neruosque huius omnes incidit. Nam vt maxime qui charus est amantem se perturbet iræ vestigium nullum, lachrymæ tantum, tantum hortationes, preces tantum apparebunt, tantum abest, vt irritetur. Si peccet autem ibi dolentem, tangentemque cernas, quamquam etiam luctus ipse voluptatem feret. Charitatis enim tristitia, & fletus, quolibet risu, quolibet solatio sunt amœniores. Nec enim quemquam sic risus delectat, vt pro charis lachrymæ effusæ. Dubitas? Lachrymas igitur amantum siste, velut intolerabile quiddam dolebunt; & quemadmodum qui pecuniam amant, sumptus oderunt, esurire malunt, quàm aceruum minuere, ita quisquis diligit vere, quiduis ferat, potius quàm vt offendi videat amantem. Cur Iosephum igitur amans 8
Ægyptia calumniatur, inquis. Nempe quia impure amauit, caste vero Ioseph, & eo modo quo iussit Paulus, charitas igitur quanta fuerit viri eius ex verbis, & factis ipsius consideremus. Quid ergo mulier de stupro me interpellato? Mœcham reddito, virum offende, domum omnem euerte, teipsam familiaritate diuina fraudato, quod non modo non alium, sed seipsam quidem amantis erat; illa vero cum sincere amaret ab his omnibus facile sibi temperauit. Quod amarit porro lo- 6
seph interpellantem se heram ex ipsa repres- *Gen. 39.*
sione coniectare licet. Non repulit enim solum, sed castigatione eiusmodi est vsus, quæ sola flammam extinguere debuisset. An ego cum herus meus, inquit, summa fide prædi- tum erga se putet, & ob hoc nihil ipse rerum suarum, ne animaduertat quidem, facinus tale committam? Coniugem statim admonet, sic illam repelli posse sperans, nec vir inquit tuus, sed meus herus, quod magis retinendæ feminæ accommodatum erat, monendæque. Cuius viri vxor, quemnam deperiret heram, scilicet seruum, nam si ille herus est, tu heralus charitatem bonorum matrem appellat, & pudeat submitti seruo. Non ab re igitur Pau- miraculis, ac donis omnibus præponit. Quem- 9
admodum enim vestes, licet aureæ sint, calciamenta aurea, aliud tamen quoddam indumentum requirimus, vt regem agnoscamus, purpuram autem, & diadema, vbi primum intuemur, iam regiæ maiestatis signum nullum aliud expectamus. Ita sane cui charitatis diadema incumbit, iam nihil obstat quominus Christi discipulus vere existimari possit, non nobis solum, sed & impijs. In hoc enim, inquit, intelligent omnes vos meos discipulos esse, si inuicem diligatis. Itaque signum omnium signo- *Ioan. 13.*
rum maximum est, siquidem ab hoc noscitur assecla Christi. Nam etsi sexcenta quidem miracula edant, dum dissident inter se, ridiculi ceteris erunt, sicut si nullum signum edant, diligant autem sese vere suspiciendi, inuictique omnibus mortalibus permanebunt. Nam & Paulum eam ob rem miramur, magis adeo, quàm ob mortuos suscitatos. Stupenda vox est, Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis *2. Cor. 11.*
offenditur, & ego non vror? Sexcenta mihi narra miracula, nihil huic æquiparandum adduces. Et vbi se Apostolis confert, non signorum plus editum, sed plus laboratum, & famæ pro discipulorum salute plus periclitatum dicit. Præstat enim mori potius, inquit, quàm vt gloriationem hanc meam arguere, merito quisquam velut inanem possit. Non quòd glorietur ille quidem, sed ne opprobrare ipsis videatur; non gloriatur enim de factis suis, sed de imbecillitate, contumelijs item, de eo quòd condoleat oppressis.

IDEM explicans illa verba: Charitas pa- 10
tiens est, &c. Charitas patiens est, ideſt pa- *Hom. 33. in expositione eiusdem loci.*
tientiam charitas parit, benigna est, neque enim quo flammam ira succensi animi patientia nostra promoueamus, sed vt extinguamus, & mitigemus ferre lenius ipsos oportet. Neque enim ferendo solum generose, sed & hortando, consolando, sanabimus iræ vulnus. Non inuidet. Accidit enim patientem, eundem & inuidum esse, & hanc virtutem illo vitio corrumpi: charitas etiam hoc cauit. Non est procax, ideſt proterua; prudentem namque reddit, & grauem, constantemque, & proteruitas illicitis amoribus vitium peculiare charitatem prorsus ignorat. Nam si intus ira nulla sit procacitatem omnem tollit, & contumeliam, erit necesse. Velut diligens enim agricola, intus charitas sedens, id genus pœnarum prouenire prorsus non sinit. Non inflatur, non est fastidiosa. Quid ergo non inflari dico, quæ tantum hinc abest, vt extrema etiam propter dilectum passa, nec indecorum quidem istuc sibi putet, rursusque non inquit, fastidiosa quidem est, at æquo animo, quod turpe sibi ducit, perfert, sed quòd nullus ignominiæ sensus ad eam pertingat. Maio- 11
res natu videmus sapientia præcellentes viros, cum liberis suis sæpe balbutire, & id cum faciant, nec reprehendit quisquam, nec ipsos rei illius pudet, sed digna laude adeo

videtur, vt quamquam improbi sint, qui instruuntur; perdurent tamen ipsi hortando, turpia castigando. Horum illos nihil pudet, non est enim fastidiosa charitas, sed alis aureis omnium quos complectitur, vitia tegit.

1.Reg.19 Sic Dauidem amabat Ionathas, quamquam grauiter a patre increparetur, non propter hoc destituit amicum, immo contra facit, belleque sibi potente amoris ut placet, quamquam quem negligebat, rexerat, & regis filius ipse; is vero cui adhærebat fugitiuus, verum nihil illum huius amicitiæ pudebat. Non est enim fastidiosa charitas, atque hæc quidem vis huius est admiranda, quòd probris, & indigne tractata, non modo non lugere sinit, sed ea re gaudentem etiam facit. Hinc ille ipse quoque tot, tamque grauibus conuitijs, velut corona quadam insignitus abit, suauissimeque complectitur amicum, probrum, dedecus quid sit, ignorat charitas. Idcirco his de rebus gloriatur, quas propter, conspectum hominum alij fugiendum putant. Amare nescire turpe est, aut periculum, & quiduis pro charo sustinere. *Infra*: Amicus est, cui vna proposita vtilitas est, & salus amici. Hanc qui non curat etiam si sexcenties se prædicet amicum,

Gen.27. hoste quolibet est magis infensus. Sic Rebecca quondam e filio pendens, & furtum commisit, & non est verita, ne deprehenderetur, neque timuit, quamquam periculum erat non paruum, sed & filio dum rem diligentius pensiculatur, hæsitanti, Me maledictio hæc inuadat, inquit. Vides etiam in femina Apostolicam mentem. Quemadmodum enim Paulus pro Iudæis fieri anathema optabat, ita

Rom.9. hæc, vt benedictione filius potiretur, maledictionem ferebat ipsa, & bonis filio cedens mala subire sola parat, & festinat; interim tamen & gaudet periculo tanto imminente, moraque negocij indignatur, verita ne benedictionem præripiens Esau consilium cogitatum ludificaret. Iacob nonne cognato seruiuit annis bis septem, an non præter seruitutem rideri etiam dignus fuit, qui ita sibi pateretur imponi? Numquid igitur commotus est risu, num turpe putauit, quòd homo liber, & educatus ingenue, seruilia negocia obiret, atque id quidem apud cognatos? Vel maxime enim mordere solet, si quis apud notos indigna patiatur? Minime vero hunc quidem. Quæ causa? Charitas, quæ tempus quoque cum longum esset, reddidit breue. Erant illi,

Gen.29. inquit, instar paucorum dierum, tantum aberat, aut vt dolore, aut verecundia ob eam

13 seruitutem afficeretur. Recte Paulus igitur, Non fastidiosa est, inquit, charitas, non quærit quæ sua sunt, non exasperatur, idest, quia non quærit quæ sua sunt, omnes homines amicos esse putat, & tamen se suscipit indigna, vbi indigna committentem reuocare potest, vt si prodesse ignominia sua dilecto possit, ignominiam non putet. Hæc enim vera est amicitia, non amplius amantem, amatumque duos, ac diuersos esse, sed vnum quendam hominem, quod vtique non aliunde, quàm charitatis vi fieri potest. Ne quæras igitur tuum, vt inuenias tuum. Qui sua quærit, non inueniet sua. Sic Paulus, quæ sua sunt, nemo quærat, inquit, quæ proximi vnusquisque quæramus. Constat enim vtilitas priuata vtilitate proximi, & hæc item illa. Quemadmodum igitur thesaurum suum, domo proximi defossum, si quis quærere, & eruere recuset, numquam ne inspiciat quidem; sic qui quærere commodum suum in vtilitate proximi nolet, coronam rebus his propositam numquam assequetur. Sic Dominus ipse mortuus est, vt nos essemus coniunctiores. Et sicut puerulum quispiam somniculosum suscitans, vt fratrem sequatur, si sponte nolit, quidpiam quod amare, & concupiscere maxime puer solet fratri in manus dat, quo vel recuperandi studio, eum qui habet, consequatur; ita in his quoque quod vtile singulis est proximo dedit, 14
vt concurramus, & vt ne scindamur. Quod mihi enim conducit est positum in te, quod tibi, in me est positum. imbui sana doctrina te conducit tibi, atqui id mihi commissum est, vt consequare, vt ad me recurrere habeas necesse, mihi contra te meliorem reddi perutile est. Dabitur enim merces ingens, atqui res ea in te est sita. Impellere itaque te cogor, quo melior euadas, & mea commoda abs te percipere. Ita Paulus: Spes mea, corona mea, & gaudium meum vos estis. Itaque Pauli gaudium discipuli fuerunt, huius gaudium penes illos erat. Flebat itaque, quoties videret perituros, illorum contra omnis vtilitas in Paulo erat sita. Sic pro solatio, inquit, Israelis catenam hanc fero. Et rursum: Hæc propter electos patior inquit, vt vita potiantur æterna. Idipsum deuincere aliquem nobis volentes, nos quoque faciamus, neminem suiipsius dominum esse sinamus, sed charitatis catena iniecta, hunc quidem illi; illum vero huic deuinctum teneamus. Milites pro nobis arma sumunt, nos pro illis laboramus, nisi pro agricola decertet miles, qui victum præbeat non erit, & ille ipse, qui præbet, nisi militem alat pro se pugnantem non habet, charitatem per
omnia expansam, omnia moderantem vides. 15
Subdit: Charitas non irritatur, non cogitat malum, rursus non dominantem vitiis modo, sed nec consistere quidem in vniuersum vitia ferentem charitatem vides. Nec malum non solum non committit, sed etiam non cogitat, nec suspicatur quicquam mali contra dilectum, tantum abest, vt faciat. Aut quo tandem pacto irritaretur, quæ nec cogitationi quidem malignæ locum esse sinit? Non gaudet super iniquitate. De iniustitia non gaudet, hoc est oppressis non insultat. Nec hoc solum, sed quod amplius est, congratulatur veritati. Congaudet, inquit, successibus aliorum,

rum, ideſt, cum gaudentibus gaudet, cum flentibus flet. Hinc non inuidet, hinc non inflatur, alienos enim successus suos putat. Vides quàm parum absit, quin angelos charitas suos alumnos reddat? Nam qui ira, qui inuidia vacat, & omni prorsus sæuiori affectu liber est, hominis deinceps naturam excessisse, & in angelicam mentis tranquillitatem translatus esse videri potest. Tamen his non est contentus, sed validiora in extremam partem locauit. Omnia suffert, inquit, duce scilicet patientia,
duce benignitate, sint molesta licet, sint gra- 16
uia, sint contumeliæ, sint verba, sit mors, sit quoduiscumque æstimare hoc a beato Dauide licet. Quid acerbius enim videre sit, quàm filium insurgentem, imperium affectantem, pa-
2.Reg.15 terni sanguinis sitientem? Atqui istuc pertulit. Tamen beatus ille, & nec verbum effudit contra parricidam, ceteraque omnia militibus permittens de vnius filij salute mandauit;
2.Reg.18 firmum scilicet charitatis fundamentum fuit. Itaque facile omnia ferebat. Omnia sperat, bona inquit, & frugi omnia, non reijcit enim charitas dilectum, sit malus licet, adest corrigens, prospiciens, studium impendens. *Infra*: Charitas numquam excidit, coronidem vides, & quod in ista virtute sit maxime præcellens. Quid enim est non excidit? Non dissoluitur, non frangitur ferendo: amat enim omnia, & amans odisse numquam potest, 1.Thess.2.
Rom. 10. quicquid accidat tandem, hoc enim illius est maximum bonum, ita Paulus studium meũ,
Ezec. 11. & deprecatio mea fit pro illis (qui me scilicet persequuntur) in salutem. Sic & Ezechiel 17
Exo.32. mactari Iudæos videns: Heu, inquit, adeo-
Psal.13. ne perdes reliquos Israel. Et Moyses. Siquidem dimittis illis, peccatum dimitte. Quid igitur Dauid: Qui te Domine oderunt, odiui & ego, & propter inimicos tuos obtabui. *Infra*: Magnus est doctor charitas satis idoneus, qui & tollat errores, & mores formet, & ad Philosophiam manu ducat, & e lapidibus homines reddat; etsi nosse vim huius lubet, age, virum mihi da timidum, vmbras timescentem, iracundum, asperum, & feram, magis quàm hominem, lasciuum, impudicum. Hunc igitur charitatis manibus formandum trade, & in hoc mihi gymnasium induc, timidum hunc mox comperies reddi magnanimum, & fortem, nec iam quicquam amplius detrectantem, & quod est mirum, hæc ita natura, & ingenio cuiusque manente fiunt, in
Exo.2. ipsa meticulosa anima suam vim charitas ostendit. *Infra*: Charitas hominem reddit insuperabilem. Sic Moyses vnicum Ægyptium territus fugit, & finibus excessit; & tamen ille ipse fugitiuus, & vnius viri minas sustine-
18 re non valens, melle charitatis semel rectegustato nemine cogente mori pro suis festinabat. Si enim dimittis, inquit, peccatum, his dimitte; sin minus me quoque de libro, in quo scripsisti, expungas. Quod porro ex confidente placidum, ex impudico temperatum, charitas reddat, nullis exemplis est opus, res omnibus patet. Fera licet sit immanior, simul ac amare quis cœpit, oue mansuetior euadit. Saule quid erat agreste, furio- 1.Reg.19
sumve magis, & tamen cum hostem filia liberasset, ne vocem ille quidem acerbiorem emisit. Et quem propter, sacerdotes ille mactarat crudeliter, filiam cum eundem suis ex ædibus dimisisset, nec verbo quidem interpellauit tanta fraude commissa. Sine dubio, quòd validiore freno charitatis, scilicet detineretur.

IDEM sic habet: Adeo violenta, & vt 19
ita dicam, tyrannica res est amor spiritua- Hom.1.in epist.ad Philippenses.
lis, vt nulli cedat occasioni, sed continenter inhæreat amantis animo, neque committat, vt vlla afflictio, aut vllus dolor superet animum. Quemadmodum enim in fornace Babylonica, cum tam ingens flamma ferretur in altum; tamen beatis illis pueris ros erat, sic amicitia diligentis, ac Deo placentis animum occupans, omne abigit incendium, & in rorem admirabilem vertit.

IDEM loquens de Paulo, qui in vinculis 20
sollicitus erat de discipulorum salute neglectis vinculis, carcerisque squalore, ait: Ani- Homil. 2. cuius titulus est de profectu euangelii.
ma quando diuino amore, & desiderio vere corripitur ad nihil huius vitæ se conuertit, sed sicut mente moti contemnunt ignem, & ferrum, & feras, & pelagus, & omnia: ita pij furore quodam maxime spirituali, ac honestissimo insaniunt deridentes omnia, quæ vident: Et propterea Pauli discipuli videntes magistrum vinctum, exultabant magis, & gaudebant.

HIERONYMVS sic ait: Attendite, 21
quòd sine præcepto charitatis non ingredi- In regula monachauũ ad Paulam & Eustoch.
tur quisquam ad Deum videndum, propter hoc to.9.
Apostolus Paulus non gloriatur in linguis angelorum, & hominum, non in cognitione mysteriorum Dei, non in spiritu prophetiæ, non in asperitatibus carnis, non etiam in eleemosynarum operibus; quamquam ad omnia pietas valeat, dummodo charitas non desit. Hæc itaque sola reddit hominem Deo viuentem, hęc religiosos, hæc monachos facit, sine hac monasteria sunt tartara, habitatores sunt dæmones; cum hac vero sunt paradisus in terris, & in eis degentes sunt angeli. Vnde, mihi dilectæ filiæ, licet longa vos macerent ieiunia, abiecta vestis, & nigra deformet, longa officiorum, & operum texatur series, si intus desit charitas ad infimum religionis gradum nondum peruentum est. Propterea hinc incipiendum est iter ad Apostolicæ perfectionis apicem; si vero relatiua est charitas, & ad vnum, non potest dilectio fraterna dici. Idcirco necesse est, vt plures sint, qui mutuo se ex charitate diligant, vt dicatur iuxta Prophetam: Bonum & iucundum esse Psal.132.
habitare fratres in vnum, quod satis approbat

Prou. 18. Eccls. 4. bat sapientia, dicens: Frater, qui iuuatur a fratre quasi ciuitas firma. Et iterum: Si fuerint duo simul, fouebunt se mutuo, sed si vnus gradiatur, & cadat, Væ soli, quoniam subleuantem non habet. Si fratres & sorores simul in vnum non habitent, non iam bonum, sed malum est. Nihil bonum diuisum, omne enim secundum Philosophos in tãtum habet bonitatis in quantum vnitatis, propterea in exordio mundi vidit Deus, quòd cuncta quæ fecerat, simul

Gen. 1. erant valde bona. Idcirco charissimæ in Apostolica vita vobis de sæculo adunatis per corpora sit cor vnum, & anima vna in Domino, velut de Apostolis, & de apostolicis viris in eorum actibus legitur. Multitudinis enim credentium erat cor vnum, & anima vna in Domino. Et vere infelices sunt, quibus non inest vna, sed diuersa voluntas.

22 Libro 1. in cap. 1. ad Ephes. to. 6. IDEM explicans illa verba: Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem &c. ait: Duplicem sensum habere possunt, hæc verba primus est, elegit nos in ipso ante constitutionem mundi, vt essemus sancti & immaculati coram ipso in charitate, ita quòd charitas ipsa radix sit sanctitatis, & bonitatis, quam Deus in hominibus ponit, quasi dicat, ipsa charitas est, quæ reddit homines sanctos, & immaculatos.

23 Epist. 29. to mo 2. AVGVSTINVS sic habet: Charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, magna virtus est, quia ipsa est, & finis præcepti: merito dicta est fortis, sicut mors, siue

1. *Tim.* 1. *Cant.* 8. quia nemo eam vincit, sicut mortem, siue quia in hac vita vsque ad mortem, est mensura charitatis, sicut Dominus ait: Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat, quis pro amicis suis, siue potius, quia sicut mors animam auellit à sensibus carnis, sic charitas à concupiscentijs carnalibus.

24 In epist. 69 ad Paulinũ. IDEM de charitate explicat locum Canticorum: Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro omnes gemellis fetibus, & sterilis non est in eis, & ait: In

Cant. 4. hoc gemino fetu geminum opus dilectionis agnoscitur Dei, scilicet & proximi, in quibus duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ.

25 Lib. de spiritu & anima. IDEM sic ait: Manete in dilectione mea dixit Christus Dominus. Per dilectionem namque sibi rationalem creaturam copulauit, vt

Ioan. 15. cum semper haberet, & in ipso semper maneret, de eo & in eo delectans, gaudens, & exultans per dilectionem creatori suo, & sibi inuicem rationalis creatura copulata est, formam namque dilectionis vinculum est, quod ligat vtrosque in idipsum. Per amorem Dei omnes ei adhæremus, per amorem proximi omnes adinuicem vnum sumus, vt bonum commune omnium fiat singulorum, & quod quisque in se non habet, in altero possideat. Charitas est via Dei ad homines, & via hominũ ad Deũ. Per charitatem enim venit Deus ad homines, venit in homines, factus est homo. Per charitatem homines diligunt Deum, eligunt Deum, ad Deum currunt, ad Deum perueniunt. Sic etiam familiaris est Deo charitas, vt ipse mansionem habere nolit, vbi charitas non fuerit. Si ergo charitatẽ habemus Deum habemus, quia Deus charitas est. *1. Ioan. 4.*

26 Lib. de vera tate Ecclesiæ contra epist. Petiliani to. 7. *Psal. 62. 1. Cor. 13.* IDEM sic ait: Per arcam bituminatam ex vtraque parte loquens inquit, per bitumen, quia violentum gluten, & res feruentissima est, significatam puto charitatem. Vnde dicitur in Psalmo: Agglutinata est anima mea post te. In quo flagrantissimam significat charitatem. Quæ quoniam præceptum est, vt sit nobis inuicem, & in omnes; ideo & intus, & foris arca Bituminata est, aut certe quia scriptum est, Charitas omnia tolerat, vis ipsa tolerantiæ tenax vnitatis per bitumen significata est, quo intus, & foris arca illita est, quia intus & foris mali tolerandi sunt, ne pacis compago soluatur.

27 Lib. de Natura & gratia. *Matt. 12. 1. Ioan. 5.* IDEM sic ait: Omnia fiunt facilia charitati, cui Christi sarcina leuis est, aut ea vna est sarcina ipsa, quæ leuis est. Secundum hoc dictum est, & præcepta eius grauia non sunt. Vt cui grauia sunt, consideret, non potuisse diuinitus dici, grauia non sunt, nisi quia potest esse cordis affectus, cui grauia non sunt, & petat quo destituitur, vt impleat quod iubetur. Conuersus quisque sicut in Deuteronomio dicitur, ad Dominum Deum suum ex toto corde suo, & ex tota anima sua, mandatum Dei non habebit graue. Quomodo est enim graue cum sit dilectionis mandatum? Aut enim quisquè non diligit, & ideo graue est, aut diligit, & graue esse non potest. Diligit autem si quod illic admonetur, Israel conuersus fuerit ad Dominum Deum suum ex toto corde suo, & ex tota anima sua. Mandatum, inquit, nouum do *Ioan. 13.* vobis, vt inuicem diligatis, & qui diligit proximum legem impleuit, & plenitudo legis charitas. Secundum hoc & illud dictum est, Si *Rom. 13.* ambularent semitas bonas, inuenissent vtique semitas iustitiæ læues. Quomodo ergo dicitur, Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras, nisi quia vtrumquè verum est. *Psal. 16.* Duræ sunt timori, læues amori. Charitas ergo inchoata, inchoata iustitia est, charitas prouecta, prouecta iustitia est, charitas magna, magna iustitia est, charitas perfecta, perfecta iustitia est. Sed charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, quæ tunc maxima est in hac vita, quando pro illa ipsa contemnitur vita. *1. Tim. 1.*

28 In Psal. to. 8. *Ioan. 19.* IDEM explicans illa verba: Et super vestem meam miserunt sortem, sic habet: In Euangelio dicitur, erat ei tunica desuper texta. Ergo de cælo, ergo a Patre, ergo a Spiritu Sancto. Quæ est ista tunica, nisi charitas, quam nemo potest diuidere? Quæ est ista tunica nisi vnitas? in ipsam sors mittitur, nemo illam diuidit. Sacramentum sibi hæretici diuidere

diuidere potuerunt, charitatem non diuiserunt. Et quia diuidere non potuerunt, recesserunt, illa autem manet integra. Sorte obuenit quibusdam. Qui habet hanc securus est. Nemo illam mouet de Ecclesia Catholica, & si foris illam incipiat habere intromittitur, quomodo ramus oliuæ a columba.

Gen. 8.

29 In Psal. 47. IDEM explicans illa verba: Ponite corda vestra in virtute eius, sic habet: Ponite corda, non vt habeatis formam pietatis, virtutemque eius abnegetis, sed in virtute eius ponite corda vestra. Quæ est virtus ciuitatis huius? Qui intelligere vult virtutem huius ciuitatis, intelligat vim charitatis, ipsa est virtus, quam nemo vincit, huius ignem nulli fluctus sæculi, nulla flumina tentationis extinguunt. De hac dictum

Cant. 8. est. Valida est sicut mors dilectio. Quomodo enim mors, quando venit, resisti non potest ei quibuslibet artibus, quibuslibet medicamentis occurras. Violentiam mortis vitare non potes, quia mortalis natus es. Sic contra violentiam charitatis, mundus nihil potest. E contrario enim similitudo data est de morte. Quomodo enim mors ad auferendum violentissima est, sic charitas violentissima est ad saluandum. Per charitatem enim multi mortui sunt sæculo, vt viuerent Deo, hac charitate accensi mar-

1. Cor. 13. tyres, non simulati, non vanagloria ventilati, non tales, de quibus dictum est. Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest, sed tales

30 quos vere Christi, & veritatis charitas perduceret ad passionem. Quid eis fecerunt tentationes sæuientium? Maiorem violentiam habuerunt oculis flentium suorum, quàm persecutiones insectantium, quàm multos enim tenebant filij, ne paterentur, quàm multorum genibus prouoluebantur vxores, ne viduæ relinquerentur, quàm multos parentes filij prohibebant mori, sicut nouimus, & legimus in passione beatæ Perpetuæ. Facta sunt ista, sed lachrymæ quantælibet, & quantolibet impetu fluerent, quomodo ardorẽ charitatis extinguerent?

Psal. 121. Hæc est virtus Sion, cui & alibi dicitur. Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. Annunciate in turribus eius, ponite corda vestra in uirtute eius, & distribuite domos eius. Distribuite, & nolite confundere. Domus est & formam pietatis habens, & pietatem non habens, est autem domus, & formam, & pietatem habens; tunc autem distribuitis, & non confunditis quando corda uestra in uirtute eius ponitis, ideſt cum facti fueritis per charitatem spiritales, tunc temere non iudicabitis, tunc uidebitis nihil obesse bonis malos, quamdiu sumus in hac area, distribuite domos eius.

31 In Psal. 65. IDEM explicans illa verba: Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum, sic ait: Quid est medullata, intus teneam charitatem tuam, non erit in superficie, in medullis meis erit, quòd diligo te. Nihil enim interius medullis nostris, interiora ossa sunt carne, medullæ interiores sunt ipsis ossibus. Quisquis ergo in superficie colit Deum, magis placere uult hominibus, aliud autem intus sentiens non offert holocaustum medullatum, cuius autem medullam inspicit ipsum totum accipit.

32 In Psal. 67. *Cant. 2.* IDEM explicans illa verba: Pennæ columbæ deargentatæ, sic ait: Pallorem huius columbæ, de qua dicitur: Vna est columba mea, non aliud puto melius posse intelligi, quàm charitatem. Alæ autem, duo sunt præcepta charitatis, in quibus tota lex pendet & prophetæ. Quid ipsa sarcina leuis, nisi ipsa charitas quæ in his duobus præceptis impletur? Quod enim difficile est in præcepto leue est amanti, quia dat Spiritum Sanctum, per quẽ diffunditur charitas in cordibus nostris, ut amando liberaliter *Rom. 5.* faciamus, quod timendo qui facit, seruiliter facit.

33 In Psal. 98. IDEM explicans illa verba: Qui sedes super Cherubim, sic habet: Cherubim sedes Dei est, cælestis quædam sedes sublimis, sed si uis, ut sedeat in te Deus, si bonus eris, sedes Dei eris. Sic enim scriptum est: Sedes sapientiæ animæ *Sap. 7.* iusti. Cherubim autem plenitudo scientiæ dicitur. Ergo quia Deus superat omnem scientiam, super plenitudinem scientiæ sedere dicitur. Sit ergo in te plenitudo scientiæ, & eris tu sedes Dei. Sed forte dicturus es, & quando in me erit plenitudo scientiæ? Et quis potest intantum culmen peruenire, ut sit in illo plenitudo scientiæ? Putas hoc uelle Deum, ut sit in nobis ista plenitudo scientiæ, ut nouerimus omnia, quot sunt stellæ? &c. Ille nouit omnia, quia capilli nostri numerati sunt Deo. Sed alia *Matt. 10.* est plenitudo scientiæ, quam uoluit hominem nosse. Ad legem Dei pertinet scientia, quam te uoluit habere. Et quis potest, forte dicas mihi, perfecte nosse legem, ut habeat in se plenitudinem scientiæ legis, & possit esse sedes Dei? Noli turbari, breuiter tibi dicitur: Si uis habere plenitudinem scientiæ, & esse sedes Dei, ait Apostolus: Plenitudo legis est charitas, si est *Rom. 13.* tibi charitas, est tibi plenitudo legis, iam in te habitat Deus, sedes Dei factus es. Irascantur populi. Quid facient irascentes populi ei, qui factus es sedes Dei, qui contra te sæuiant attendis, qui in te sedeat, non attendis. Cælum factus es, & terram times?

34 In Psalm. 121. IDEM explicans illa verba: Fiat pax in uirtute tua, sic ait: O Hierusalem quæ ædificaris, ut ciuitas, cuius participatio tua in idipsum, fiat pax in virtute tua, fiat pax in dilectione tua, quia virtus tua dilectio tua. Audi Cãtica Canticorũ. Valida est sicut mors dilectio. Magnũ verbũ, fratres, magnificentius exprimi non potuit fortitudo charitatis, quàm vt diceret, Valida est sicut mors dilectio. Quis enim resistit morti? Fratres, resistitur ignibus, vndis, ferro, resistitur potestatibus, resistitur, & regibus, venit una mors, quis ei resistit? Nihil est illa fortius, propterea uiribus eius charitas cõparata est, ut dictũ est, valida est, vt mors dilectio, & quia ipsa charitas occidit quod fuimus, vt simus quod nõ

eramus, facit in nobis quandam mortẽ dilectio
Gal. 6. ipſa, qua mortemortuus erat, qui dicebat: Mundus mihi crucifixus eſt, & ego mundo. Ipſa mor
te mortui erant, quibus dicebat. Mortui enim
Coloſſ. 3. eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Valida eſt ſicut mors dilectio. Si ergo valida eſt, fortis eſt, & magnæ virtutis, & ipſa eſt virtus, & per ipſam redduntur infirmi a firmis, terra a cælo, populi a ſedibus, ideo fiat pax in virtute tua, fiat in dilectione tua, & per iſtam virtutem, per iſtam dilectionem, per iſtam pacem fiat abundantia in turribus tuis, ideſt in excelſis tuis.

35 IDEM explicans illa verba: Qui ſtatis in
In Pſalm. 133. domo Domini, in atriis domus Dei noſtri, ſic habet: Atria ampliora ſpatia domus intelligun tur, qui ſtat in atrijs non anguſtatur, non premitur, quodammodo delectatur, in latitudine manes, & potes diligere inimicum tuum, quia non ea diligis vbi ab inimico anguſtias pateris, ſta in charitate, & ſtas in atrijs. In charitate latitudo eſt, in odio anguſtia. Audi Apoſtolum.
Rom. 2. Ira, & indignatio, tribulatio, & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum. De
Rom. 5. latitudine autem charitatis quid dicit? Quoniã charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum, qui datus eſt nobis. Vbi audis diffuſionem, intellige latitudinem, vbi audis latitudinẽ, intellige atria Domini, & habebis veram benedictionem Domini, quando non maledicis inimicis.

36 IDEM ſic ait: Quinque lapides tulit Da-
In Pſalm. 143. uid contra Gigantem, vnum miſit, quia vnitas vincit; plenitudo enim legis eſt charitas. Et ali
1.*Reg.* 17 bi: Supportantes inuicem in dilectione, ſtuden
Rom. 13. tes ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis.
Eph. 4.

37 IDEM explicans illa verba: Mandatum
Tract. 65. in Ioann. to. 9. nouum do vobis, vt diligatis inuicem, ait: Nonne iam erat hoc mandatum in antiqua Dei lege, vbi ſcriptum eſt: Diliges proximum tuum,
Exo. 20. tamquam teipſum? Cur ergo nouum appellatur a Domino, quod tam vetus eſſe cõuincitur? An ideo eſt mãdatum nouum, quia exuto vetere induit nos hominem nouum? Innouat quippe audientem, vel potius obedientem, non omnis, ſed iſta dilectio, quam Dominus mandat, & vt a carnali dilectione diſtingueret, addidit, Sicut dilexi vos. Nam diligunt inuicem mariti, & vxores, parentes, & filij, & quæcumque alia inter ſe homines neceſſitudo humana deuinxerit, vt taceamus de dilectione damnabili, qua ſe diligunt inuicem, adulteri, & adulteræ, & quoſcumque alios non humana neceſſitudo, ſed humanæ vitæ noxia turpitudo coniungit. Mandatum ergo nouum dedit nobis Chriſtus, vt diligamus inuicem, ſicut ipſe dilexit nos. Dilectio iſta nos innouat, vt ſimus homines noui, heredes teſtamenti noui, cantatores cantici noui. Hæc dilectio, fratres, antiquos, etiã tunc iuſtos, tunc Patriarchas, & Prophetas; ſicut poſtea beatos Apoſtolos innouauit, ipſa & nunc innouat gentes, & ex vniuerſo genere humano facit, & colligit populum nouum, corpus nouę nuptæ, ſilii Dei vnigeniti ſponſæ, de qua dicitur in Canticis: Quæ eſt iſta quæ aſcendit dealbata; utiq. dealbata, quia innouata. Vnde niſi mandato nouo? Propter quod pro inuicem ſollicita ſunt
1.*Cor.* 12. membra in ea, & ſi patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra, etſi glorificatur vnum membrum, congaudent omnia membra.

38 IDEM ſic habet: Mundus iſte omnibus fi-
Tract. 7. in 1. Canoni cã Ioannis. delibus quærentibus patriam, ſic eſt quomodo fuit eremus populo Iſrael, ſed ſi non vultis in iſta eremo ſiti mori, bibite charitatem. Fons eſt quem voluit Dominus hic ponere, ne deficiamus in ea, & abundantius eum bibemus, cum
1.*Ioan.* 4. ad patriam venerimus. *Infra*: Dilectiſſimi diligamus inuicem. Quare? Quia hoc monet, & dilectio ex Deo eſt, multum commendauit dilectionem, quia dixit: Dilectio ex Deo eſt. Plus dicturus eſt, ſubdit, Deus dilectio eſt. Quid amplius dici potuit, fratres, ſi nihil de laude dilectionis diceretur per omnes iſtas paginas huius epiſtolæ, nec per omnes alias paginas ſcripturarum, ſed hoc vnum audierimus de voce
Ibid. ſpiritus Dei, quia Deus dilectio eſt; iam videte quia facere contra dilectionem, facere contra Deum eſt. Nemo dicat in hominẽ pecco, quòd non diligo fratrem meum, intendite quomodo non peccas in Deum, quando in dilectionem peccas? Deus dilectio eſt.

39 IDEM explicans illa verba: Alter alterius
Serm. 2. de verbis Apoſtoli to. 10. onera portare, & ſic adimplebitis legem Chriſti, ſic ait: Quia lex vetus timorem habebat, nõ potuit apertius ſignificari noui teſtamenti do-
Gal. 6. num eſſe charitatem, quàm hoc loco, vbi Apoſtolus ait: Inuicem onera veſtra portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti. Hanc enim legem Chriſtus dicere intelligitur, qua ipſe Dominus præcepit, vt nos inuicem diligamus. Tantum in ea ſententia præcepti pondus conſtituens, vt diceret, In hoc cognoſcent, quoniam diſcipuli mei eſtis, ſi vos inuicem diligatis. Huius autem dilectionis officium eſt, inuicem onera veſtra portate, ſed hoc officium nõ eſt ſempiternum, perducet ſane ad beatitudinem ſempiternam; in qua nulla erunt onera noſtra, quæ inuicem portare iubeamur. Nunc vero cum in hac uita ſumus, onera noſtra portemus. Sicut enim de ceruis ſcriptum eſt, quòd cum fretum ad inſulam tranſeunt, ſic ſe ordinant, ut onera capitum ſuorum quæ geſtant in cornibus ſuperinuicem portent, ita ut poſterior ſuper anteriorem ceruice proiecta caput collocet, & quia neceſſe eſt unum eſſe, qui ceteros præcedens non ante ſe habeat, cui caput inclinet; uicibus dicuntur id
40 agere, vt laſſatus ſui capitis onere ille qui præcedit poſt omnes redeat, & ei ſuccedat, cuius ſerebat caput cum ipſe præiret, ita inuicem onera ſua portantes fretum tranſeunt. Iſtam ceruorum naturam forte intenderit Salomon, cum
Prou. 1. ait: Ceruus amicitiæ, & pullus gratiarum colloquatur tecum: nihil enim ſic probat amicum, ſicut oneris amici portatio. Iram fratris tunc portabis cum tu aduerſus eum non iraſceris, ut rurſum eo tempore quo te ira præoccupauerit

ille te lenitate, & tranquillitate ſupportet. *Et infra*. Et nulla res officioſum iſtum laborem ad portanda onera aliorum facit libenter impendi, ſicut cum cogitamus, quanta pro nobis
Phil. 2. pertulerit Dominus. Hinc enim admonens ait Apoſtolus: Hoc ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu, qui cum informa Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiẽs &c. Superius enim dixerat, non quæ ſua ſunt vnuſquiſque intendentes, ſed ea quæ aliorum. Huic ſententiæ contexuit, quod dictum eſt. Nã ita ſequitur. Hoc ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu, ad hoc dumtaxat, vt ſicut ille in hoc quod Verbum caro factum eſt, non attendit ſua, ſed noſtra, ita & nos libẽter ad eius imitationem inuicem onera noſtra portemus.

41 IDEM ſic ait: Duo illi exploratores, qui
Serm. 100. de tempore Num. 3. adduxerunt vuam miræ magnitudinis ad filios Iſrael, duo ſunt præcepta, quibus diligitur Deus & proximus, & ſicut illi duo pendentem vuam attulerunt, ita & de iſtis duobus, ideſt, dilectione Dei, & proximi, dicitur in his duobus præceptis tota lex pendet & Prophetæ.

42 GREGORIVS explicans illa verba. Iob
Lib. 3. moralium. c. 4. to. 1. 11. atque vtinam Deus loqueretur tecum, & vt oſtenderet tibi, quòd multiplex ſit lex eius, ſic ait: Hoc loco Dei lex, charitas dicitur per quã
Ioan. 15. ſemper in mente leguntur præcepta vitæ. De
Rom. 13. hac lege dicitur. Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem, de hac Paulus ait: Plenitudo legis eſt dilectio. Lex Chriſti, quid cõgruentius intelligi, quàm charitas poteſt, quam tunc vere perficimus, cum fraterna onera ex amore toleramus? Sed hæc eadem lex multiplex dicitur, quia ſtudioſa ſollicitudine charitas ad cuncta virtutum facta dilatatur. Quæ a duobus quidem præceptis incipit, ſed ſe ad innumera extendit, huius namque legis initium dilectio Dei eſt, & proximi. Deus diligendus eſt ex toto corde, vt, ſcilicet, qui perfecte Deo placere deſiderat, ſibi de ſe nihil relinquat. Cum autem proximus diligi iubetur, duo in hac re includũtur, vt malum quod pati non vult quiſque non faciens ceſſet a nocendi opere, & rurſum bonum, quod ſibi fieri appetit impendens, erga
43 vtilitatem ſe proximi exerceat ex benignitate. Nam cum cauet alteri facere, quod nequaquam vult ab altero ipſe tolerare ſollicita ſe intentione circumſpicit, ne ſuperbia eleuet, & vſque ad deſpectum proximi animum deijciẽs exaltet, ne ambitio cogitationem dilaniet, cũque hanc ad appetenda aliena dilatat, anguſtet, ne cor luxuria polluat, & ſubiectum deſiderijs per illicita corrumpat, ne ira exaſperet, & vſque ad proferendam contumeliam inflammet, ne inuidia mordeat, & alienis felicitatibus æmula ſua ſe face conſumat, ne immoderate linguam loquacitas pertrahat, eamque vſque ad laſciuiam obtrectationis extendat, ne odium malitia excitet, & os vſque ad iaculum maledictionis irritet. Rurſum cum cogitat, vt ea alteri faciat, quæ ipſe ſibi fieri ab altero vult, pẽſat nimirum, vt malis bona, & bonis meliora reſpondeat, vt erga procaces manſuetudinem exhibeat, vt malitiæ peſte languentibus gratiã benignitatis impendat, vt diſcordes pace vniat & concordes ad concupiſcentiam veræ pacis accingat, vt indigentibus neceſſaria tribuat, vt errantibus viam rectitudinis oſtendat, vt afflictos verbo, & compaſſione mulceat, vt accenſos in huius mundi deſiderijs increpatione reſtinguat. *Infra*. Bene ergo lex Dei multiplex dicitur, quia nimirum cum vna eademque ſit charitas, ſi mentem plene ceperit hanc ad innumera opera multiformiter accendit. Quam 44
explicat Paulus dicens: Charitas patiens eſt, *1.Cor. 13.* &c. Patiens eſt, quia illata mala æquanimiter tolerat, benigna quia pro malis bona largiter miniſtrat. Non æmulatur, quia per hoc quod in præſenti mundo nil appetit, inuidere terrenis ſucceſſibus neſcit. Non inflatur, quia cum præmiũ internæ retributionis anxia deſiderat, de bonis exterioribus non exaltatur. Non agit perperã, quia quo ſe in Dei, & proximi amorẽ dilatat, quicquid a rectitudine diſcrepat, ignorat. Non eſt ambitioſa, quia quo ardenter intus ad ſua ſatagit, foris nullatenus aliena concupiſcit. Non quærit quæ ſua ſunt, quia cuncta quæ hic tranſitorie poſſidet, velut aliena negligit, cum nihil ſibi eſſe proprium, niſi quod ſecũ permaneat, agnoſcit. Non irritatur, quia & iniurijs laceſſita, ad nullos ſe vltionis ſuæ motus excitat, cũ pro magnis laboribus maiora poſt præmia expectat. Non cogitat malum, quia in amore munditiæ mentem ſolidans, dum omne odium radicitus eruit, verſari in animo ſola dilectione erga omnes inhiat, nec de perditione aduerſantium exultat, congaudet autem veritati, quia vt ſe ceteros diligens, per hoc, quod rectum in alijs conſpicit, quaſi de augmento proprij profectus hilareſcit.

IDEM explicans illa verba Canticorum 45
6. Terribilis eſt vt caſtrorum acies ordinata, Hom. 8. in Ezechielẽ to. 2. ſic ait: Non a magno intellectu vacat iſta comparatio, ſcimus enim, quia caſtrorum acies, tũc hoſtibus terribilis oſtenditur, quando ita fuerit conſtipata, atque denſata, vt in nullo loco interrupta videatur, nam ſi ita diſponitur, vt locus vacuus, per quem hoſtis poſſit ingredi dimittatur, profecto iam ſuis hoſtibus terribilis non eſt. Et nos ergo, cum contra malignos ſpiritus ſpiritalis certaminis aciem ponimus ſummopere neceſſe eſt, vt per charitatem ſemper vniti, atque conſtricti nũquam interrupti per diſcordiam inueniamur, quia ſi quælibet bona in nobis opera fuerint, ſi charitas deſit per malum diſcordiæ, locus aperitur in acie, vnde ad feriendos nos hoſtis valeat intrare. Antiquus vero inimicus caſtitatem in nobis, ſi ſine charitate fuerit, nõ timet, quia ipſe nec carne premitur. Abſtinentiam non timet, quia ipſe cibo non vtitur, quia neceſſitate corporis non vrgetur. Diſtributionem terrenarum rerum non timet, ſi eidem operi charitas deſit, quia diuitiarum ſubſidijs, nec ipſe eget. Valde autem in nobis charitatem veram, ideſt, amorem humilem, quem nobis viciſſim impendimus timet,

met, & nimis concordiæ noſtræ inuidet, quia hanc nos tenemus in terra, quam ipſe tenere nolens amiſit in cælo. Bene ergo dicitur, terribilis vt caſtrorum acies ordinata, quia electorum multitudinem eo maligni ſpiritus pertimeſcunt, quo eos per charitatis concordiam munitos contra ſe, & conglobatos aſpiciunt.

46 Lib. 6. in 1. Regum c. 3

IDEM ſic ait: Quid eſt, quòd Dauid ruffus aſſeritur, niſi quia in rubra ſæpe materia charitatis feruor deſignatur? Vnde, & in veſte Pontificis coecus ponitur bis tinctus, vt duplici veſtiatur charitate. Ruffus ergo dicitur per ardorem charitatis, quia dum ardentia præcepta charitatis exhibet, quaſi per ardorem rubet.

47 Serm. 9. de vnitate charitatis to. 5.

AMBROSIVS ſic ait: Maior eſt fraternitas Chriſti, quàm ſanguinis. Sanguinis enim fraternitas ſimilitudinem tantummodo corporis refert. Chriſti autem fraternitas vnanimitatem cordis, animique demonſtrat. Erat autem credentium cor vnum, atque anima vna. Sanguinis fraternitas interdũ ſibi inimica eſt, Chriſti autẽ fraternitas ſine intermiſſione pacifica eſt. Illa inter ſe communia cum æmulatione diuidit, hæc etiam propria cum gratulatione communicat, illa in conſortio deſpicit quoque germanum, hæc aſſumit frequenter alienum, &c.

48 Super epiſt. ad Rom. to. 3. Rom. 8.

IDEM ſuper illud: Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti, &c. tribulatio? ait, Sed non facit, quia dilectionem firmi Chriſtiani nulla vincunt tormenta. Amantis enim plus incitatur charitas, ſi eum cuius ſenſit beneficia prohibeatur amare. Dum enim putat ſe immerita eius ſeminare, memorat beneficia. An anguſtia, an perſecutio, &c. Sed in his omnibus ſuperamus propter eum qui dilexit nos, &c. Manifeſtum eſt ergo hæc omnia, quæ numerat exitia, tribulationes, preſſuras, & mortem, non poſſe conferri, vel comparari charitati Chriſti, quam ſeminauit in nobis. Multo enim maiora beneficia eius habemus, quàm hæc ſunt omnia, quæ videntur aduerſa. Si enim morimur pro illo, quod grauius videtur, in his, & ille mortuus eſt pro nobis, ſed ille vt prodeſſet nobis, noſtra autem mors non illi proficit, ſed nobis, temporalem enim vitam perdemus, vt nobis rependatur æterna. Et quid mirum, ſi ſerui moriamur pro bono Domino, quando Dominus mortuus eſt pro ſeruis malis. Vincunt ergo beneficia, & exhortantur animum ad perſeuerandum propter eum, qui dilexit nos. Confido enim quòd neque mors, neque vita, neq. Angeli, &c. Quid enim, ſi mors illata fuerit, nonne lucrum eſt maximum, occaſionem inuenire, qua citius eatur in regnum promiſſum? Neque ſi ſe Angelus nobis oſtendat ad ſeducendum nos, ſubornatus fallacijs patris ſui diaboli prævalere debebit aduerſus nos, cum ſciamus Chriſto, vt magni conſilij angelo nihil præponendum, neque ſi virtus ab aliquo facta fuerit, ſicut dicitur facta a Simone mago, qui dicitur in aere ſurſum, vt populum Chriſti ſcandalizaret, volaſſe; fidem noſtram debet minuere ſcientium Saluatorem nube famulante ſuſceptum aſcendiſſe ſuper omnes cælos, &c.

49 Super 1. ad Corinthios eod. to.

IDEM ſuper illud: Scientia inflat, ait: Tũc ſcientia magna eſt, & ſibi vtilis, ſi charitate humilietur, vt amplius creſcat. Temperatur enim a dilectione, vt non ſatis mera ſit, & inebriet ſcientem, vt ſe extollat, ſicut enim vinum non temperatum admixtione aquæ mẽtem alienat, ita & ſcientia ſuperbum facit, niſi fuerit temperata. Omnia enim ſola inſuauia ſunt, & nociua, quia nec panis ſolus bene editur, neque reliqui cibi ſine admixtione grati ſunt, immo & nociui. Ideo charitas ędificat, ipſa vero charitas vno licet vocabulo appelletur, multis tamẽ cõſiſtit, ſine patientia enim eſſe non poteſt, neque ſine humilitate, neque ſine cordis ſimplicitate.

Caſtitatis tuendæ gratia, multa ferenda ſunt, & quia victoria eſt rara, varijs, & exquiſitis modis expugnandum, vt fornicationis tentationes vincantur. Cap. III.

1 Hom. 13. in per. c. 12. Numerorũ

ORIGENES ſic ait: Poſtquã obtinuerunt filij Iſrael ciuitates Amorrhæorũ aſcenderũt etiam viam, quæ ducit in Baſan, vbi erat Og Rex baſan ſed adhuc nec legatos mittere dignantur, neque petere ab eo, vt per terrã eius tranſeant, ſed continuo confligũt cum eo, & ſuperant tam ipſum, quàm populum ipſius. Baſan interpretatur turpido. Merito ergo nec legati mittuntur ad iſtam gẽtem, nec tranſitus per terram eius poſcitur. Nullus enim nobis tranſitus debet eſſe, nullus acceſſus ad turpitudinem, ſed ab initio ſtatim expugnanda, & omnimode cauenda eſt. Og autem, qui rex dicitur eſſe Baſam intercluſio interpretatur, poteſt hic figuram tenere omnium carnalium rerum, quarum amore, & deſiderio detenta anima excluditur a Deo. Aduerſus Og ergo ita præcipitur bellum gerendum, vt non relinquatis, inquit, ex eo viuentem. Nullum enim a filijs Iſrael oportet relinqui in regno turpitudinis viuentem, ſed & decet Iſraeliticam virtutem excidere, & reſecare turpia, & pia quæque in anima reædificare, atque honeſta, & religioſa plantare. De regno Seon non eſt ſcriptum, vt nullus viuus relinquatur, nec de regno Moab, forte enim ex illis opus habemus aliquibus, & nonnullis eorum pro vitæ huius agonibus, & exercitijs indigemus. Alioquin debuiſſemus de hoc mũdo exiſſe. De Baſan tamen hoc eſt de turpitudine nullo penitus indigemus, nihil ex ea relinquamus, excidenda omnia, cuncta ſubuertenda ſunt opera turpitudinis, in nullo enim poteſt honeſtum eſſe, quod turpe eſt.

2 Hom. 8. in c. 8. Iudic.

IDEM ſic ait: Hoc mihi conſiderandum in Ieſu fugiẽte a facie exercitus Hai. Quid putas, Ieſus fugiens deſignauit? Videamus ne forte ſit aliquid, quod fugiendo vincamus. Et eſt aliqua perfecta virtus in fuga. Paulus nos Apoſtolus docet dicens: Fugite fornicationem. Iſta fuga eſt, quæ habet ſalutẽ, iſta fuga virtutis eſt, beatitudinem confert.

1. Cor. 6.

3 In hom. 14. ad adoleſcẽtes to. 1.

BASILIVS Magnus quomodo ex gentilium doctrinis proficiant, ſic ait: Prætereundum non eſt Alexandri factum. Qui vbi filias Darij captiuas haberet, quarum admirabilis plane pulchritudo fuiſſe prædicatur, ne aſpicere quidem dignatus eſt, turpe eſſe iudicans eum qui viros viciſſet a mulieribus ſuperari. Hoc enim idem cum illo tendit, quòd qui aſpexerit mulierem ad voluptatem etiam ſi non opere adulterium perficiat, tamen quòd concupiſcentiam in animum aſſumpſit, culpa non vacat.

4 Lib. conſtitutionum monaſticarum c. 4. to. 2.

IDEM ſic ait: Oportet non ſolum cogitationes turpes moderari, ſed etiam a rerum conuerſatione, quãtum eius fieri poteſt diſcedere, maxime earum, quæ accendentes nos, & ad effectuum recordationem ducẽtes rationem turbant, ac confundunt, & bella ac anxietates animæ inducunt. Nam bellum quidem inuitis nobis accidit, ſufferre fortaſſis neceſſariũ fuerit; verum vltroneum ſibiipſis accerſere abſurdiſſimum exiſtit. In priore enim etiamſi quis ſuperetur, forte veniam aſſequetur, abſit autem hoc a Chriſti athletis. In hoc vero ſi quis capiatur ſupra hoc, quòd id maxime ridiculum eſt, etiam venia nulla patet. Oportet igitur etiam mulierum conuerſationes, & congreſſus quàm maxime fugere, niſi aliqua ineuitabilis neceſſitas ad congreſſum cogat, quæ ſi etiam contingat, velut ab igne cauere conuenit, ita vt celeres, ac repentinos diſceſſus faciamus. Conſidera quid de hoc ſapientia inquit. Deligauit quis

Prou. 6. 5

ignem in ſinu, & veſtimenta nõ comburet? Aut ambulabit quis ſuper prunas ignis, & pedes nõ comburet? Si vero quis dicit ſe ex conuictu mulieris amplius non lædi, hic aut non particeps eſt maſculæ naturæ, & eſt res quædam maxime admiranda, in confinio vtriuſque naturæ conſiſtens. Quales eunuchos ex natiuitate dicunt, ſi ſane etiam illis demus, quòd ſint ab affectibus, & motibus erga feminam puri. Aut ſi particeps eſt vitijs immerſus non ſentit, ebrios aut phrenitide correptos imitans, qui cum grauiſſima perpetiuntur, extra afflictionem ſe eſſe putant. Concedamus autem rationi id, quod extra rationem eſt, eſſe aliquem, qui non ſtimuletur a maſculo affectu, at multis ſcandalo erit. Deinde etiã aliud videre cõtingit, quod etiãſi vir non ſuſcipiat corruptionem in cogitationibus, at non iam etiam de muliere nobiſcum contendet, quòd ipſa quoque corporis affectuũ expers ſit, ſed ſæpe illa debili ratione prędita, & affectum facile repentem habens patitur, & ſauciatur illa. Et ſtimulata nimirum ſpirituali diſlectione mulier cula ſæpe ad pietatis exercitatorem accedens, per oculos peccato impleri in cipit, & laſciuo aſpectu, proximi ſpeciem depa ſcitur, & internam virginem, quam maxime ſponſus amat impuris cogitationibus corrumpit. Cauere igitur conuenit (ſi quidem id fieri poſſit) ex toto ſin minus frequentes ſaltem, & longas mulierum cõuerſationes, ac congreſſus cauere.

6 Lib. de vera virginitate ad Letoium Meliteſem Epiſcopum

IDEM ſic habet: Oportet virginem præ corpore maxime animam cuſtodire, non vt aliqua quidem vigilia hanc cuſtodiat, aliqua vero ſimpliciter dimittat, ſed vt omni vigilia, ac cuſtodia cor ſuum conſeruet, quo neque per vocẽ huius affluens ſermo auditorem ſermonis ad voluptatem inficiat, neque rurſus extrinſecus per auditũ ſermo ab aliquo illapſus cor ipſius ad concupiſcentiam exæſtuare faciat. Sic enim & in viſu facere conuenit, ita vt neque molliter inſpiciat, vt ne voluptatis ſimulacra per hunc videntibus contra ſeipſam immittat, neque extrinſecus illabentẽ aſpectũ ſe contingere permittat, vt ne velut ignito quopiam ſpiculo per hunc in cor icta ad voluptatis figuras exardens incendatur. Eris enim, inquit, velut ceruus ſpiculo percuſſus in hepar, ſed forinſecus quidem illabentem aſpectum ſuo aſpectu ab anima ipſa auertere oportet, ſuum vero aſpectam temperantiæ ſignum videntibus exhibere. Sufficiens eſt enim etiam ſuperfluus palpebrarum motus ad voluptatem ſtimulare, præ qua voluptate animam commouet. Cum enim pulchro oculis ipſius conſpecto viſum affectuoſe infixerit, & conſpectæ formæ figuras in ſeipſa anima præ voluptate emollita, velut in cera impreſſerit, diſcedit quidem etiam per ſeipſum aliquando id, quod figuras fecit, forma vero eius, quod cõſpectum eſt menti impreſſa ſemper inſidens, animam ad ſuorum ipſius operum imaginem ſtimulat. Si vero contigerit figuras latenter corporali parte imprimi eas per frequentem virtutis memoriam ex ſeipſa delere, ita vt eas quidem, quæ a corporali forma inſcriptæ ſunt, velut in cera, per tranſlationem mentis ad diuina oblitteret, eas vero quę a ſanctis rebus accedũt ſpeculationibus circa ipſas elaboratis inſcribat. Quòd ſi in mente velut in ſigillo impreſſas figuras permanere ſinat, neceſſe eſt circa fruitiones rei affectuoſe conuerſari, & tali nihil prodeſt corpus a verſutijs incorruptũ cuſtodire, animam vero ad immiſſas per viſum corporalis amoris voluptates ſemper corrumpi. Neceſſe eſt enim dum is quem amat inſeparabiliter, ipſi in mente miſcetur, etiã corpus ad animæ affectus conformari, & dum ad mentis motus hoc quo afficitur, vna cum domina corrupta corrumpi, & dum illa reuera, ac in ſomnis amatoria ſomnia habet, etiam ipſum cum illa ſomniare. Cum autem hic affectus animam occupauit ſuperflua de cetero eſt a cibis continentia, cum non equus equitem ad ſuas exultationes ferat, ſed ipſe eques eo, qui in ipſo eſt affectu equum male ſtimulet. Quemadmodum enim in quibuſdam præ ſenecta corpore reſolutis, mens ex præoccupante proteruitate ægrotans, præter vires ad voluptatis imaginationẽ corpus concitat, ſic in his, qui affectam erga amorem animam habent, etiam reſolutum exercitio corpus ad proprias concupiſcentias anima irritat, non de corporis vigore ad animam affectu

affectu transeunte, sed de anima ad ea, quæ corporis propria sunt male se commouente. Si igitur visus tanti ignis fomes est, audiamus eũ, quia clamat, Oculi tui recta videãt, & palpebræ tuæ iusta annuant, & ne corripiaris vnà cum palpebris tuis, neque capiaris oculis tuis. Si vero iuxta superiorem naturæ rationem tactus quippiam est visus, & oculorum appulsus quẽadmodũ vbi lippientes diutius intuemur morbi participes efficimur, & vbi alijs rebus, quæ naturaliter oculis cõmodæ sunt, oculos immittimus, latenter vtilitatem percipimus, sic sane voluptatis occursui oculos adhibentes voluptatis morbo mentem implemus. Sicut sane vbi eosdem veris bonis admouemus, per oculos in animam vtilitatem suscipimus. Et quemadmodum ignem attingentes ignis signacula suscipimus, & impossibile est, vt qui ignem contigit, puram ab vstoria ipsius efficacia manum ostẽdat, sed oriũtur bullæ, aut exortæ in manu amara vlcera conspiciuntur: sic impossibile est, vt qui amatorium ignem attigit, purum ab huius signaculis tactum ostendat. Si enim quis caudam solum serpentis attigit, & cum tanto spatio intermedij corporis caput ab illa distet, tamen ad contactum in cauda fientem statim cõuertitur, & si vbi pedis nostri digitus offendit, capilli in capite statim recti eriguntur, nimirũ etiam vitiosus tactus etiamsi in manu solum fiat, a capite tamen vsque ad extremos vngues totum corpus ad voluptatis consensum, statim vbi fit attingentis signum, contrahit. Et sicut lapidis iactus in aquam in cisterna fiens, non adiacentem aquæ partem, in quam cecidit lapis solum innundare facit, sed alijs super alios circulis excitatis vsque ad extrema, quandoq. inundans hos producit, sic amatorius aspectus, aut sermo voluptatis mulcimentis effeminatus in virginis animam, velut in puram aquam vehemẽter illapsus, alias super alias velut in profundo excitans cogitationes, totam ipsam ad ferientis imaginationem percussam inundare facit. Quapropter maxime oportet virginem, & oculorum, & vocis blanditias corruptoriæ voluptatis medicamentum existentes a proprijs sensibus, quàm longissime abigere, ita vt aures quidem intus temperanti ratiocinatione obtu ret, oculos vero auertere secundum naturam sciat, nam si semel per oculos, & aures accessum ad animam arripuerint, de cetero etiam reliquas per manus accedentes blanditias mercenarias assumentes progressu temporis, penitus quæ sua sunt operabuntur. Si sensus non custodiat etiam, si foris esse videatur corpore, nondum per operationem peccati, corrupto tamen intus est potentia voluptas corrumpẽs mentem. Concludendus est igitur primus per sensus accessus carnis militi, ita vt sensus vndiquaque velut fores, aut fenestras cordis vectibus obstruat, vt neque per vnam saltem ex his callidiore consensu facto secum mortem sociũ suum habitare faciat. Mors enim, inquit, ascẽdit per fenestras vestras. Fenestræ enim re vera sunt animę ipsi sensus, per quas aut velut prudens, ac temperans quædam mulier anima ipsa externam sensibilium lucem ad operis ad se pertinentis considerationem leuiter ipsas aperiens aspicit, aut petulans, ac proterua circa curiosam externarum rerum inspectionem, velut lasciuia aliqua meretrix prospicit ad ea, quæ delectant, collum male conuertens, & ad iucunda per has illabens. E fenestris enim domus suæ prospectans quemcumque viderit extultis filijs adolescentis mentis inopem prætereuntem ea dicit, quibus iam seipsam totam ad proteruitatem propter male institutos, ac contumaces sensus parauit. At vero casta intus in medio cordis, & cogitationum, & sensuũ thronum collocans, si quid vtile est ab omni vitio purum fluens id admittit. Si vero quod inutile est, & a virtute alienum idipsum extra fenestras prudentiæ manibus ipsas obturans sapienter excludit. Et illud omne ex quo omnis species per sensus nascitur custodiẽdum est incorruptum, quo eas, quæ ab oculis, & voce, & reliquis ad voluptatem motibus eminus, emittuntur scintillæ, contrarijs temperantiæ flatibus extinguens, etiam simul rogum ex ipsis accensum prudenter extinguat. *infra*. Tribus Leui seorsum, & vxores eorum seorsum, vt vitanda intelligas feminarum consortia. Nam femina masculi corpus cõtingens, & vice uersa, etiã si animæ ipsorum per cogitationes non processerint ad complexum, tamen inter se mutuo latenter irritantur. Et sicut stupa, vbi stupam contingit, & splendidus ignis purum ignem, nõ fumum edit, at stupa vbi ignem olfecit, statim accenditur, & non opus est multa opera, neque aliquo extrinsecus sufflante, vt ignis e stupa eluceat, sed solum admota statim habet apparentes flammas: sic femina masculi corpus contingẽs, non opus habet multo labore, neque amore, ad coitus mixturam inspirante, sed cum naturalem habeant inter se amorem, simul vt contingit statim habet latenter incensam voluptatis scintilla. Qua propter, inquit, Ligabit quis ignem in sinu, vestimẽta autem non comburet? aut ambulabit quis super prunas ignis, & pedes non comburet? Sic non sine damno discedet omnis qui attingit mulierem. Quòd si seipsum tradidit Dominus pro sponsa, vt ipsam sanctificaret, vt adducat eam non habẽtem maculam, aut rugam, sed vt sit sancta corpore, & spiritu; & ob id sollicita esse virgo debet, quomodo Domino placeat, vt sit sancta corpore, & spiritu, profecto non aliqua quidem vitare, aliqua vero indifferenter audere debet, sed omnes in totum maculas, & rugas ipsi inducentes impetus procul repellere, vt sancta sit corpore, nullum ob hoc inquinamentum ad animam ferens, & spiritu, nulla cogitatione hunc turbãs. Non enim solum a corpore ad animam transeunt affectus, sed etiam ab anima sumpto initio, & non potentibus aliquando inseruire corporibus iuxta imaginationem, velut per corpora peragantur, in mente perficiuntur. *In fine libri*: Græcorum sapientes, tum voluptatis multiplicitatem, tum pugnam aduersus hanc per

Prou. 4. 11 9 10 *Hier. 9.* *Prou. 7.* *Zach. 11.* *Eph. 5.* *1. Cor. 7.* 13 *Prou. 6.*

per fabulosum figmentum nobis insinuãtes hydram, generalem in corpore voluptatem, reptile quoddam multiforme in palude delitescens, naturæ rationem sequentes confinxerunt, atq. huius quidem caput simpliciter abscissum triplicia pro vno producere tradiderunt, verum si cauterio abscissum esset, in totum sapienter tolli, ac occidi ostenderunt. Nam cum vniuersalis voluptas in carnis materiali natura, velut ingens quoddam reptile in palude semper delitescat, & per vnumquemque sensum, velut vnum quoddam peculiare caput ex profundo per visum, & gustum, & reliquas multiformes voluptates exerat, si per fruitionem, & satietatem, inquiunt, iucũditatis in ipsa vnumquodq. caput rẽsecare voluerimus, non magis id quod apparuit resecabimus, quàm plura pro vno per hunc sectionis modum germinare faciemus; si vero per continentiam velut cauteriũ id, quod cõparuit exciderimus, ipsum in totum sapienter tollemus, ita vt nullũ amplius germen producere possit. Qui enim non dando, quod iucundũ est, per continentiã, velut ignem concupiscentiam castigat, vt ne ea quæ concupiscit, consequatur, inefficacem, & excissam ipsam penitus ostendit, & superfluus, inquiunt, immo iniustus est ille sermo, qui in vniuersum pronũciat, quod paratum est ad potestatem, tardum est ad cupiditatem. Tarda enim est, verbi gratia, voluptas in gustu ad illud, cuius fruendi potestatem habet, verum potestatem habere, & in temperanter quibus vult semper frui edocta proterua in potestatem ad omne, quod concupiscit multiformiter fertur. Quapropter non sic inquiunt, vnumquodque voluptatis caput secare conuenit, sed vt ne, quod iucundum est, per tolerantiam exhibeamus. Porro diuina doctrina vitulum pro sacerdotio apud Moysem mactans, per membra, quæ in totum exuruntur exercitationis modum naturaliter ostendit. Iecoris quidem partem inferiorem, & non totũ iecur, & ventris, qui ipsum tegit adipem, & non ipsum ventrem, de renibus vero non solum adipem, sed etiam ipsos vna cum adipe renes, in totum exuri præcipiens, quòd cum iecur organum concupiscentiæ sit, vnde etiam de eo, qui ad concupiscentiam vulneratus est, dictum est. Eris sicut ceruus iaculo ictus in iecur. Infimã iecoris partem peculiarem ad peccatum, cupiditatem in qua etiam fel reperitur totam exurere conueniat, reliquam vero puram a felle, & praua concupiscentia, ad bonorum cupiditatẽ secundum naturam seruare: ventris autem superfluo vnde ad brutam temeritatem pinguescimus detracto, id quod necessarium est solum custodire; in renibus autem non adipem solum, sed etiam ipsos renes sacrificare, de necessitate ad vitam, & de sedulitate ad concupiscentiam, & de puritate ad temperantiam, insinuatione facta. Plura vide per totum librum eleganter.

CHRYSOSTOMVS sic ait. Consideremus Ioseph speciosum adolescentem in ipso ætatis flore, tantam castitatis constantiam præ se ferentem, & sic ad imitationem iusti huius auditores prouocare studeamus. Quis enim non admiraretur beatum illũ, qui in seruitute existens, & in ipso flore ætatis, quando maxime fornax concupiscentiarum accenditur, cum viderit dominam suam se inuadentem, & insaniẽtem in se, tantam ostendit fortitudinem, & ita ad castitatis agonem se exercuit, vt ab intemperata illa muliere, nudus quidem vestibus pro fugeret, castitatis autem indumẽtum seruaret? Licebatque videre rem nouam, & admirabilem agnum in lupi, immo leænæ vngues incidisse, & saluari potuisse, & sicut columba aquilæ damnum effugit, ita & iustus ab illius manibus effugit. Non sic tam admirabile mihi videtur esse tres pueros illos in medio Babylonicæ fornacis ignem vicisse, illæsis eorũ corporibus, quàm mirabile & rarũ est, quòd iustus iste, qui in fornacem hanc, Babylonica multo grauiorem incontinentiam, inquam Aegyptiæ incidit, & intactus permansit, puroque castitatis indumẽto seruato exijt. Et ne mireris dilecte, quia enim, quod suum erat attulit, habuit supernam gratiam comitem, quæ incendium illud restingueret, & in media fornace rorem spiritus daret.

Gen. 39.

17 *In serm. de continentia in Ioseph.*

IDEM sic ait: Laudemus continentiam Ioseph. Ille erat diligens, & perpetuus continentiæ custos, cum posset reginæ ipsi imperare, & in delitijs, atque luxu diuitẽ, & voluptuarium agere: verum voluptatibus timorẽ Christi, vt frenum quoddam iniecit, diuitias autem, & delicias, ac promissiones dominę derisit, miseriam in carcere dulciorem censens præclaris domicilijs. Tametsi his qui excellenter formosi sunt difficile est imperare voluptati, hic autẽ tantum specimen exhibuit continentiæ, vt pulchritudine animæ pulchritudinẽ corporis occultaret. Nos autem decet admirari non solũ adolescentis continentiam, sed & pericula, quæ pro illa sustinuit, qui morte grauius, ac terribilius iudicauit seruire voluptatibus, in tantorũ, talium impiorum corona, videns dominam intemperantem iacere, cælestium thesaurorum proditor non est factus, sed spiritus templum indepredabile custodiuit, malens mori, quàm seruire voluptatibus. Non andierat Paulum dicentem, nostra corpora membra Christi esse, & priusquam audiret vocem diuinam, non minor apparuit his, qui cælestibus promissionibus honorati sunt. Quantum vos conuenit, cũ timore, & tremore viuere in continentia, vt ne appareatis indigni honore, & ne mẽbra Christi fiant membra scorti? Hoc verbum potest omnem animam continentia munire, hoc verbum ardentes concupiscentias facile restinguit, neque imber in ignem cadens, ita facile flammã deprimit, vt malas concupiscentias marcescere facit sermo ille in animam admissus. Eosdẽ sermones nobis loqui, & magnus Iob potest, qui non solum diligens continentiæ fuit exercitator, sed & legem oculis suis posuit, ne in virginis viderent faciem, ne forte mentem illius irradians raperet pulchritudo. Quamuis quis non admiraretur, & obstupesceret videns virũ

1. Cor. 6. 18

hunc,

Exo. 29. & Leuit. 6. 1. 15 *Hom. 41. in Genesim 50. 1.* 16

hunc, cum diabolo quidem viriliter certare, & omnes maligni machinas vincere? Virginis autem faciem fugere, & a formosæ puellæ aspectu oculos subducere? Diabolū quidē videns accedētē nō fugit, sed māsit, sicut leo viribus fidēs, virgine autem visa non stetit, neque moratus in contuenda pulchritudine, sed statim secessit. Censebat nimirum in prælio contra dæmones virili, & audaci animo opus, in continentiæ autem præparatione victoriam concedi, non ex virginum consuetudine, sed secessu.

19 Epist. 2. ad Nepotianū. to. 1.

HIERONYMVS sic habet: Hospitiolum tuum, aut raro, aut nūquam mulierum pedes terant, omnes puellas, & virgines Christi, aut æqualiter ignora, aut æqualiter dilige. Ne sub eodem tecto mansites, nec de præterita castitate confidas. Nec sanctior Dauid, nec Salomone potes esse sapientior. Memento semper quòd paradisi colonum de possessione sua mulier eiecerit. Aegrotanti tibi quilibet sanctus frater assistat, aut germana, vel mater, quòd si hæ defuerint, multas anus nutrit Ecclesia. Periculose tibi ministrat, cuius vultum frequēter attendis. Si propter officium clericatus, aut vidua a te visitatur, aut virgo, numquam domū solus introeas. Tales habeto socios, quorum contubernio non infameris. Solus cum sola, secreto, & absque arbitro, vel teste non sedeas. Si familiarius est aliquid loquendum, habet nutricem, maiorem domus virginem, viduam, vel maritatam, non est tam inhumana, vt nullum præter te habeat, cui se audeat credere. Caueto omnes suspiciones, & quicquid probabiliter fingi potest, ne fingatur ante denita. Crebra munuscula, & sudariola, & fasciolas, & vestes ori applicitas, ac degustatos cibos, blandasque, & dulces litterulas sanctus amor nō habet. Mel meum, lumen meum, meum desiderium. Omnes delicias, & lepores, & risu dignas vrbanitates, & ceteras ineptias amatorum in comœdijs erubescimus, in sæculi hominibus detestamur, quanto magis in monachis, & clericis.

20 In epist. 4. quæ est ad Rusticum Monachum

IDEM sic habet: Matrem ita vide, ne per illam alias videre cogaris, quarum vultus cordi tuo hæreant, & tacitum viuat sub pectore vulnus. Ancillas quæ illi in obsequio sunt, tibi scias esse in insidijs. Quia quanto vilior earum condicio, tanto facilior est ruina. Et Ioannes Baptista sanctam matrem habuit, Pontificisque filius erat, & tamē nec matris affectu, nec patris opibus vincebatur, vt in domo parentum, cum periculo viueret castitatis. Filij prophetarum, quos monachos in veteri testamēto legimus, ædificabant sibi casulas prope fluēta Iordanis, & turbis vrbium derelictis polenta, & herbis agrestibus victitabant. Quamdiu in patria tua es, habeto cellulam pro paradiso, varia scripturarum poma decerpe, his vtere delicijs, harum fruere complexu. Si scandalizat te oculus, pes, manus, proijce ea. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Quis gloriabitur castum se habere cor? Astra non sunt munda in conspectu Domini, quanto minus homines, quorum vita tentatio est? Inebriatus est, inquit, gladius meus in cælo, multo magis in terra, quæ tribulos germinat. Vas electionis, in cuius ore Christus resonabat, macerat corpus suum, & subijcit seruituti, & tamen cernit naturalem carnis ardorem, suæ repugnare sententiæ, vt quod nō vult, hoc agere compellatur, & quasi vim patiens vociferatur, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius, & tute arbitraris absque lapsu, & vulnere posse transire, nisi omni custodia seruaueris cor tuum? Ama scientiam scripturarum, & carnis vitia non amabis. Nec vacet mens tua varijs perturbationibus, quæ si pectori insederint, dominabuntur tui, & te deducent ad delictum maximum.

Matt. 2. *Prou.* 20. 21

22 In epist. 13. quæ est ad Agerūchiā

IDEM loquens de castitate ait: Regina Carthaginis Dido magis ardere voluit, quàm Hiarbæ regi nubere, & Hasdrubalis vxor, quæ apprehensis vtraque manu liberis, in subiectū se præcipitauit incendium, ne pudicitiæ damna sentiret, & Lucretia, quæ amissa gloria castitatis, noluit pollutæ conscientiæ superuiuere. Ac ne multa longo sermone contexam, vnum tantum, quod in patria tua gestum est repetā, vt scias pudicitiam etiam barbaris, ac feris, & sanguinarijs gentibus esse venerabilem. Gens Teuthonum ex ultimis Oceani, atque Germaniæ profecta littoribus, omnem Galliam inundauit, Marioque pugnante superata est. Quarum trecentę matronæ, cum alijs se viris captiuitatis condicione tradendas esse didicissent, primum consulem deprecatæ sunt, ut templo Cereris, ac Veneris in seruitium traderentur. Quod cum non impetrarent, submouente eas lictore, paruulis cæsis liberis, mane mortuæ sūt repertæ, suffocatis laqueo faucibus, & mutuis complexibus se tenentes. Quod igitur barbaræ castitati non potuit inferre captiuitas, hoc matrona nobilis faciet?

23 In epist. 27. cuius titulus est de viduitāte seruāda & cōtinentia.

IDEM sic ait: Quid tibi necesse est in eauersari domo, in qua necesse habes quotidie, aut perire, aut uincere? Quis unquam mortalium iuxta uiperā securos somnos capit? Quæ etsi non percutiat, certe sollicitat. Securius est perire non posse, quàm iuxta periculū non periisse. In altero tranquillitas est, in altero gubernatio. Ibi gaudemus, hic euadimus. *Infra.* Audio te suburbana rura, uillarū amœnitates, cū affinibus, atque cognatis, atque istiusmodi generis hominibus circumire, nec dubito quin uel consobrina, uel soror sit, in quarum solatiū noui genēris ducaris assecla. Absit quippe, ut quamuis proximi sint, & cognati, uirorum te suspicer captare consortia. Si sola ieris utique inter seruos adolescentes, inter maritatas feminas, inter lasciuas puellas, comatosque iuuenes gradieris. Dabit tibi barbatulus quilibet manum, sustētabit lassam, & pressis digitis, aut tentabitur, aut tentabit.

24 In epist. 30. de vita Paulli eremitæ.

IDEM narrans persecutionem Ecclesiæ, quæ sub Decio, & Valeriano facta est, sic ait: Iuuenē quēdā ętate florentē in amœnissimos hortos tyrannus præcepit abduci, ibique inter lilia candentia, & rubentes rosas, cum leni iuxta murmu-

murmure aquarum serperet riuus, & molli sibilo arboris folia ventus perstringeret, super extructum plumis lectum resupinari, & ne se inde posset excutere blandis serico nexibus irretitum relinqui. Quo cum recedentibus cunctis, meretrix speciosa venisset, cœpit delicatis stringere colla cōplexibus. Et quod dictu quoque scelus est, manibus attrectare virilia, vt corpore in libidinem concitato, se victrix impudica superiaceret. Quid ageret miles christi, & quo se uerteret nesciebat, quam tormenta non vicerant, superabat voluptas. Tandem cælitus inspiratus præcisam morsu linguam in osculantis se, faciem expuit, ac sic libidinis sensum succedens doloris magnitudo superauit.

25 Lib. 1. ad uersus Iouinianū to. 2.

IDEM sic habet: Vt doceat castitatem magni habitam a feminis gentilibus, referunt fabulæ Atalantam Calidoniam virginem semper in venatibus, semper in siluis, non tumentes vteros feminarum, fastidiaque conceptuū, sed expeditam, & castam amasse virtutem. Quid referam Sibyllas Erytream, atque Cumanam, & octo reliquas, quarum insigne, virginitas, & virginitatis præmium diuinatio. Sacerdos Vestæ Minutia propter suspicionem strupri viua defossa est, iniusta (vt reor pœna) nisi grande crimen putaretur læsa virginitas. Certe Romanus populus, quanto honore virgines semper habuerit hinc apparet, quòd consules, & Imperatores, & in curribus triumphantes, qui de superatis gentibus trophæa referebant, & omnis dignitatis gradus eisdem via cedere solitus sit. Claudia virgo vestalis, cum in suspicionem venisset stupri, & simulacrum matris Ideæ, in vado Tyberis hæreret ad comprobandam pudicitiam suam, refertur cingulo duxisse nauem, quam multa millia hominum trahere nequiuerant. Nec mirum hoc de hominibus, cum Mineruam quoque, & Dianam virgines deas finxérit error Gentilium, & inter duodecim signa cæli, quibus mundum volui putant, virginem collocarint. Triginta Athenienſium Tyranni cum Phidonem in conuiuio necassent, filias eius virgines ad se venire iusse runt, & scortorum more nudari, ac super pauimenta patris sanguine cruentata, impudicis gestibus ludere. Quæ paulisper dissimulato dolōris habitu, cum temulentos conuiuas cernerent, quasi ad requisita naturæ egredientes, inuicem se complexæ præcipitauerunt in puteum, vt virginitatem morte seruarent. Demonionis Areopagitarum principis virgo filia, audito sponsi Leosthenis interitu, qui bellum Lamiacum concitarat se interfecit, asserens quamquam intacta esset corpore; tamen si alterum accipere cogeretur, quasi secundū acciperet, cū priori mente nupsisset. Spartiatæ, & Messenij diu inter se habuerunt amicitias, in tantum, vt ob quædam sacra etiam virgines, ad se mutuo mitterent, quodā igitur tempore, cū quinquaginta virgines ad se mutuo mitterent, ipsas virgines Lacædemoniorū. Messenij violare tentassent, de tanto numero ad stuprū nulla consensit, sed omnes libentissime pro pudicitia occubuerunt. Aristoclides Horcometi tyrannus adamauit virginem Stymphalidem, quæ cum patre occiso ad templum Dianæ confugisset, & simulachrum eius teneret, nec vi posset auelli, in eodem loco confossa est, ob cuius necem tanto omnis Arcadia dolore commota est, vt bellum publice sumeret, & necem virginis vlciscereturQuo ore laudandæ sunt Scedasi filiæ in Leuctris Beotiæ, quas traditum est absente patre duos iuuenes prætereuntes iure hospitij susceptisse, qui multum indulgentes vino vim per noctem intulere virginibus, quæ amissæ pudicitiæ nolentes superviuere mutuis conciderunt vulneribus. Iustum est, & Locridas virgines non tacere, quæ cum Ilium mitterentur ex more per annos circiter mille nulla obscæni rumoris, & pollutæ virginitatis vllam fabulam dedit. Quis valeat silentio præterire septem Milesias virgines, quæ Gallorum impetu cuncta vastante, ne quid indecens ab hostibus sustinerent turpitudinem morte fugerunt, exemplum sui cunctis virginibus relinquentes honestis mortibus magis pudicitiam curæ esse quam vitam. Nichanor victis Thebis, atque subuersis vnius virginis captiuæ amore superatus est, cuius coniugium expetens, & voluntarios amplexus quos scilicet captiua optare debuerat, sensit pudicis mentibus plus virginitatem esse, quā regnum, & interfectam propria manu flens, & lugens amator tenuit. Narrant scriptores Græci, & aliam Thebanam virginem, quam hostis Macedo corrumperat dissimulasse paulisper dolorem, & violatorem virginitatis suæ iugulasse postea dormientem: seque interfeciſſe gladio, vt nec viuere voluerit post perditam castitatem, nec ante mori, quàm sui vltrix existeret. Sed & Timæus scribit Pythagoræ virginem filiam choro virginū præfuisse & castitatis eas instituisse doctrinis.

26

27

28 In epist. Valerij ad Rufinum to. 9.

IDEM sic habet: Valentinus Imperator octogenarius adhuc virgo, cum audiret diem mortis suæ triumphorū præconia recoli (quibus frequentissimus erat) ait, vna se tantum gloriari victoria, & requisitus qua respondit. Quod inimicorum nequissimum deuici carnē meam. Amice hic inglorius migrasset a sæculo, nisi ei fortiter restitisset, cum qua tu assensum familiaritatis pepigisti. Lais Corinthia prærogatiua pulchritudinis insignis, tantummodo regum, & principum dignabatur amplexus, conata est tamen Demostheni philosopho participare, vt notæ castitatis eius miraculo soluto videretur specie sua lapides mouisse, vt Amphyon cythara, atrractumque blanditijs tractauit suauiter; cumque iam Demosthenes emolliretur ad thalamum, petiuit ab eo Lais centum talenta pro consensu, at ille suspiciens in cælum ait: Non emo tanti pœnitere.

29 In regula monacharū ad Paulam, & Eustochiū

IDEM sic ait: Non nimium sit stricta familiaritas, non suspecta colloquia, etsi spiritualis pater, quamuis Episcopus sanctus sit, tamen homo est, debile animal, tam cito perditur,

ditur, nisi fortiter custodiatur, quod carum habetur, & vtile. In sancto commercio diabolus minime quicquam inueniat, ne vnde regimen, vnde ducatus, inde sentiatur interitus? Omnes æqualiter pertractentur, nulla carnalis sed spiritualis dilectio interueniat, nec stricta sit nimium, principiũ enim spiritualis operis, si non sit matura prouisio, solet subsequi quoddam carnale. Vere non taceam, vt in pluribus solet contingere condicionis muliebris infelicem miseriam, sub feruore spiritus, sub charitate nimium stricta, nisi custodia grauitatis ori ponatur, vt nemo delinquat in lingua, si vtatur loquendi, vbique copia, statim libido actu turpissimum; dictu infelicissimum, de spiritu & charitate nascitur. Propterea, charissimæ, hoc
30 hortor, hoc mando vobis, vt quæ Christo despõsatæ estis coniugio, cui nomen castitatis vestræ fidem vouistis, cui nullum præter ipsum amatorem cognoscere sub iureiurando estis pollicitæ, viri cuiuscumque, etiam si eum sanctitas exornet, etiam si baptistæ æquaretur meritis, quæratis effugere faciem, nec liceat secum dilectione ferueti astringi per diẽ. Credatis experto, nihil est periculosius viro, quàm mulier, & mulieri quam vir vterque palea, vterque ignis, dicam audacter, Dei templa, Spiritus sancti vasa, & Deo dicata ædificia, nisi diligenti seruen-
Prou. 4. tur custodia, prostibula fiunt, & aufertur tam nobile depositum, tam pretiosus thesaurus, irrecupetabile decus castitatis, si tenui cuiusuis dilectionis ineptæ rimula cõtinuus insidiator diabolus intuitum valeat infigere. Ideo omni custodia cor seruetur, supra muros Hierusalem
Esai. 62. ponantur custodes, tota die, & nocte non dormiant, ne fur introeat, ne spolia auferat, quæ penitus recuperari non possunt.

31 IDEM sic ait: Impudici pedes cuiusuis nusquam monasterij limina terant, inordinati animi nuncia voce immunditiæ, aures vestræ num
In cap. 20. quam sordescant. Vox omnis mulieris ignita
Psal. 119. sagitta diaboli est, & e cõtrario, propterea cõgemens Psalmista exorat animam suam liberari a labijs iniquis, & a lingua dolosa. Nam subdens postmodum, quare sic affectanter liberari postulet, Sagittæ, inquit, potẽtis acutæ cum carbonibus desolatorijs. Labia viri venena præbent mulieri, si nõ sit astuta fallacijs linguę dolosæ, quàm potens diabolus miserum vulnerat cor sagittis tentationum cum ardore libidinis.
Hiere. 9. Hæ fenestræ sunt mortis, quæ nisi claudantur, statim mors dira subintrat. Vir cuiusque condicionis existat, aut numquã appareat, aut visus visum terreat vestrum, velut horridum mõstrum. Proptea volo, carissimæ, vt si cum viro ex necessitate loqui oporteat, velum in fenesterula tractũ, alterutram faciem tegat, ne liceat videri, quod concupiſci non licet. Excusationem nullam sibi arripiat sanctitas. Sanctus Dauid in uidendo capitur. Dina vt videret egressa, visa corrumpitur. Sacræ scripturæ clamant
32 pene syllabæ singulæ, pene instruimur corporis proprij singulis motibus, quòd victoria non speratur in hoc certamine, nisi ex fuga. Nemo ex
Gen. 34. fortitudine audeat resistere viribus, quoniam nisi fugiat cito succumbet. In communi etenim vita, nec verbum sit proprium, secreta verbula non carent suspicione, ideoque præcipio, vt nulla soror alicui exteriorum sine plurium sanctarũ sororum, & Abbatissæ, seu alterius præpositæ domus potissime præsentia loqui audeat, his dumtaxat exceptis, quæ sacerdoti in confessione dicuntur. Solent profecto talia verba semina multa mala proferre. Inter vos de viro nequaquam, si fieri potest, habeatur mẽtio, vltra quam creditur exultat diabolus, vt in corde virgineo virorum memoria vigeat. Nullum venenum nociuius feminæ, quàm affectio erga virum quacumque de causa procedat. Sanctior mulier, vltra quàm dici liceat, si viro adhæreat, quamtumcumque spiritualis instinctu naturali inclinatur, tandem ad nefas, si in viro
33 virtus deficiat. Etiam argumenta sunt diaboli, & mortis æternæ indicia; filiationes, & maternitates, quibus vocabulis sub velamine spiritus inter se vtũtur mares, & feminæ. Munuscula omnia, & suspectas litterulas hęc cũcta luxuriæ nuncia vobis interdico sub anathemate, & æternæ mortis pœna. Adhibeatur summa diligentia, vt extra cœnobij limites littera qualiscumque non exeat, nisi Abbatissæ, & sororũ accesserint vota, & si opus est, & grauitas ita rei exigat, adsit episcopalis licentia, aut sacerdotis consilium, grauissimæ pœnæ subiaceat, quæcumque huius reperta fuerit rea.

34 IDEM explicans illa verba: Accinge sicut
In c. 38. Ioh. to. 8. vir lumbos tuos, sic ait: Omnis qui cum Deo est locuturus lũbos prius castitate iubetur accingere, populus etiam legem auditurus, & pascha celebraturus in eremo lumbos mentis iubetur accingere, ne fluctuantes sinus carnaliũ cogitationum gressum sanctæ conuersationis impediant.

35 IDEM sic ait: In præcepto mulierum ve-
In cap. 2. ad Titum. to. 8. tularum de adolescentibus feminis mandata subiecit, vt non tam ipse doceret adolescentulas, quàm quod a vetulis docerẽtur exponeret. *Et infra.* Timendum est ne forte nos infirmitate charitatis aliquando superemur. Nonnumquam enim euenit, vt primum a nobis in virginem, siue in quamlibet feminam, sit sancta dilectio, & cum mollita mẽs fuerit in affectus, paulatim sanitas charitatis languore pallescat, & infirmari incipiat, & ad extremam mortem amantem ferat. Vnde & Apostolus caute, & prudenter Timotheo præcipit, vt exhortetur adolescentulas in omni castitate; omnis autem castitas in carne, & spiritu, & anima est, ne scandalizetur oculus, ne in pulchritudine vultus feminæ hærentes pendeamus, ne blanda nos audire verba delectet, ne ad simulatos sermones mens prius dura marcescat. Caueant ergo tã iuuenes, quàm senes, quàm adolescentulæ, quàm vetulæ, & omni custodia seruent cor suũ, ne per sanitatem dilectionis morbus charitatis introeat, & per amorem sanctum, fiat non sancta dilectio, quæ illos pertrahat ad gehennam.

AVGV-

36 AVGVSTINVS refert de Ioanne quo-
In lib. de cura pro mortuis agenda to. 4. dam monacho, qui cuidam mulieri religiosissimæ impatienter eum videre cupienti, atque, vt hoc impetraret per maritum suum vehementer instanti, cum ille nollet, quoniam id numquam permiserat feminis, vade inquit, dic vxori tuæ, videbit me nocte proxima, sed in somnis. Et factum est, monuitque illam, quicquid fidelem coniugatam moneri oportebat.

37 IDEM sic ait: Contemnenda est cupiditas,
Lib. de honestate mulierum to. 9 quæ quidem velut ignis, quanto amplius accipit, tanto amplius requirit. Quod autem libidinem fugiendam esse diximus, Apostolo doctore euidenter didicimus, quia cum omnibus
1. Cor. 6. vitijs resistendum esse prædixerat, contra libidinem non dixit resistite, sed ait: Fugite fornicationẽ, ac si diceret, reliquis vitijs Deo adiuuante debemus in præsenti resistere, libidinem vero fugiendo superare. Sic & in scripturis alibi legimus. Noli attendere in faciem virginis,
Eccl. 9. Gen. 39. ne scandalizet te vultus eius. Nam & beatus Ioseph, vt impudicam dominam posset euadere, pallium, quo apprehẽsus erat, reliquit, & fugit. Contra libidinis impetum apprehende fugam, si vis obtinere victoriam, nec sit tibi verecundum fugere, si castitatis palmam desideras obtinere. Videte fratres, quomodo ab omnibus Christianis indigna, & inhonesta familiaritas fugienda sit, quia sine vlla dubitatione, qui familiaritatem mulierũ non vult fugere, cito dabitur in ruinam. Sed forte negligens quisque, & minus de animæ suæ salute sollicitus respondet, & dicit, Ecce ego familiaritatẽ habeo mulierum extranearum, & tamen arma castitatis
38 custodio: Infelix est, & nimium periculosa præsumptio, multi enim putant se vincere, cum victi sint. Sed adhuc addet aliquis, & dicet. Ego inter extraneas mulieres habito, & continentiam seruo, & volo habere, quod vincam. Quid est volo habere quod vincam, nisi volo habere, quo peream? Sed ego inquit, libidinis impetum tamquam aduersarium meum retinere volo. Vide ergo ne contra te incipiat captiuitas ipsa prævalere, & vnde putabas obtinere triumphum, inde æternum incurras opprobrium. Inter omnia enim Christianorum certamina, sola dura sunt prœlia castitatis, vbi quotidiana pugna, & rara victoria. Grauem namque castitas sortita est inimicũ, cui quotidie resistitur, & semper timetur, & ideo sicut dictũ
Ibid. 2. Reg. 11 est, nemo se falsa securitate decipiat, sed audiat Apostolum dicentem. Fugite fornicationem. Dauid enim ille sanctissimus in mille passionibus pressus vidit mulierem nudam, & adamauit eam, & statim homicidiũ simul fecit, & adulterium. Et qui cum mulieribus habitantes, putant se castitatis obtinere triumphum, ignorant se apud Deum dupliciter reos existere, dum seipsos in periculum mittunt, & alijs exẽplum peruersæ familiaritatis ostendunt. Quanti enim per illarum inhonestam familiaritatẽ, castitatis decorem perdiderunt? Illorum animæ qui pereunt ab illis in die iudicij requirendæ sunt, qui illis exemplum perditionis ostendunt. Et ideo fratres contra mortifera blandimẽta, & contra adiutores diaboli, qui familiaritatem suspectã habere non metuunt, nec erubescunt, ne nos suo exemplo decipiant, Dei adiutorium imploremus, vt de laqueo venantiũ nos liberare dignetur; scientes quòd in his bonis, & castis quotidiana non desunt martyria. 39
De tali re admonet sapiens dicens. Numquid *Prou. 6.* alligabit aliquis ignem in sinu suo, vt vestimenta eius non ardeant? aut quis ambulabit super prunas, & plantæ eius non comburentur? *Infra.* Heu miser homo nescis, quòd vnius horæ puncto vulnus accipitur, sed vix longo tempore ad sanitatem pristinam reuocatur? De infelici libidine vnde locuti sumus credendum est, quòd *Hier. 50.* dicat propheta. Confractus est malleus vniuersæ terræ; quia post aduentum Domini per vniuersa monasteria, clericorumque cõuentus, vel etiam laicos castitatem seruantes, quasi confractus malleus ille videatur, licet adhuc multo plures sint, qui ab illo malleo quotidie confringuntur, quàm illi qui de ruina collisionis illius liberantur. Pro qua re non solum ab extraneis mulieribus, sed etiam a vicinis, & domesticis, & ancillis nostris refrenanda est, & secreta familiaritas, & oculorum incauta fragilitas, ne il-
Hier. 9. lud eueniat nobis, quod Dominus per prophetam terribiliter clamat dicens. Mors intrauit ad animas nostras per fenestras nostras. Per quas? Per visum oculorum, & auditum auriũ. Quomodo si aliquis carbones apprehenderit, si
40 cito eos proiecerit, nihil ei nocebunt, si vero diutius tenere voluerit, sine vulnere abire non poterit; ita ille qui ad concupiscendum oculorum defixerit intuitum, & libidinis malum in corde suscipiẽs morari in corde suo libere permiserit, excutere a se sine animi plaga non poterit, ideo iugiter clamemus cum propheta. Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos.

41 IDEM sic ait: Mementote quod fecit femi-
Serm. 45. ad fratres in eremo to. 10 na Romana Tarpeia. Quid enim fecit? nam luxuria magna regnabat in ea, tamen ipsa pagana caste viuere volebat, quid enim fecit? oculos sibi erui voluit, & præcepit, & delicijs cunctis depositis, panem tantum cum aqua sumere voluit ad mensuram. Nos ergo fratres scire debemus, quòd castitas cum abundantia, & fertilitate stare non potest, sed si mihi non creditis Go-
Exo. 32. morrhẽsibus credite, abundabant enim valde cunctis bonis, & postquam comederant, & bibe rant, surrexerunt ludere.

42 BERNARDVS. O soror venerabilis,
Serm. 23. ad sororem. quam multos scio per visum esse deceptos, & in laqueũ diaboli missos, tamen ex his quos audi-
Gen. 34. ui, aliquos tibi dicam. Quia Dina egressa est, vt videret mulieres regionis, & adamauit eam Si-
2. Reg. 11 chem, atq. rapuit, & virginitatẽ illius turpiter corrupit, & sic misera puella, quia incaute vidit, quod videre non debuit, honestatẽ suã perdidit. Dauid etiã quadã die stans in solario domus suæ vidit mulierẽ, & adamauit eã, pro cuius amore commisit adulteriũ, & homicidiũ, & sic deceptus factus est suæ legis reus, & quia vi-

dit incaute, quod non debuit videre, contraxit
Iudic. 14. maculam omni tempore vitæ suæ. Fortissimus Samson descendit in regionem Philistinorum, & vidit ibi mulierem, atque adamauit, & in gremio illius dormiuit, illa vero tradidit eum in manibus inimicorum eius, qui statim oculos eius eruerunt, etiam sic miser, quia vidit, quod videre non debuit, oculos perdidit, & in periculum corporis incidit. Moneo ergo te soror, vt facias pactũ cum oculis tuis, ne incaute videas, quod videre nõ debes, caue ne mors intret per fenestram oculorum tuorum ad animam tuã. Si te caro tua adhuc impugnat, & luxuria tentat, si memoria fornicationis te cruciat, memoriam mortis tuæ tibi obijce, finem vitæ tuæ ante oculos adhibe, propone tibi futura tormẽta, futurũ iudicium quotidie cogita, reduc ad memoriã horribiles pœnas inferni, ardor gehẽnæ extinguat in te ardorem luxuriæ, recordatio æterni iudicij excludat ardorem corporis tui, flamma inferni inextinguibilis repellat a te memoriam fornicationis, maior ardor minorem ardorem superet; sicut clauus clauum expellit, ita sæpe ardor gehennæ mittit foras ardorem luxuriæ,

43 IDEM postquam in anteriori concione eã
Serm. 58. ad sororẽ. reuocauerat a consortio feminarum sæculariũ, ait: Soror si tanto studio fugis feminas, quanto magis debes fugere viros? Etsi tanta cura confabulationes feminarum declinabis, quanto magis deceptiones virorum declinare debes? Moneo te, vt uir quamuis sit sanctus, nullam tamen tecum habeat societatem, quamuis sit religiosus, nullam tecum habeat assiduitatem. Quare? ne visitandi familiaritate vtriusque pereat castitas, ne videndi frequentatione, vtriusque anihiletur honestas, ne videndi iugitate vtriusque religiositas infametur, ne vidẽdi vsu vtriusque persona dehonestetur. Decidat a charitate Dei, qui occasionem dederit peccandi, decidet etiã a charitate proximi, qui occasionem præbuerit malefaciendi; quia etsi male non facit opere, tamen opinionem pessimam nutrit. Sæpe familiaritas vincit, quos vitium superare non potuit. Sæpe occasio peccandi voluntatẽ fecit, & facit, & quos voluptas superare non potuit, assiduitas superat. Dispar sexus in vnũ collocatus illuc prouocat instinctum carnis quo nascitur. Etiam naturalis flãma carnis accenditur, si illicita attingit. Quis
44 colligabit ignem in sinu suo, & non comburetur? ignis & stupa in vnum posita flammas nutriunt, quamquam sint contraria, si in vnũ fuerint positi, licet malum non faciunt, tamen per assiduitatem malam famam nutriunt. Quid ergo in vnum facit ignis, & stupa? Cur serpens collocatur in sinu? Quare ignis collocatur in vestimento? Quare femina quæ castitatem promisit Deo, societatem habet cum viro? Femina quæ propter Deum sæculum cõtempsit, quare viri familiaritatem diligit? Quare amat præsentiam virorum, quæ cum Christo desiderat intrare cælestem thalamum? Quare femina Deo deuota, quærit audire deceptoria virorum verba? Quare quæ in sæculo maritum habere noluit, in monasterio posita facies hominum videre concupiscit? Igitur circa serpentem posita non eris longo tempore secura, circa ignem sedens, etsi ferrea sis aliquãdo dissolueris, circa periculum constituta non eris diu illæsa, vel secura.

45 AMBROSIVS sic ait: Si quis incidit amoris incendium transiliat, & non alliget adul-
Lib. de penitentia c. 13. to. 4. terinam cupiditatem vinculis cogitationum, nullos sibi nodos assiduæ nexu meditationis astringat, non intendat sæpius in formam mulieris meretricis, neque adolescentula ad vultum iuuenis oculos leuet, & si fortuito aspexit, & capta est, qutão magis capietur si curiosa aspexerit? Ideo velamine obnubit caput suum mulier, vt in publico tuta verecundia sit, non facile vultus eius in adolescentis oculos occurrat, nuptiali velamine tecta sit, ne vel fortuitis occursibus pateat ad vulnus, vel alienum, vel suum. Sed vtrumque suum vulnus est. Quòd si tegmine caput velat, ne temere, aut videatur, aut videat, dum enim caput velatur, vultus absconditur, quanto magis velare se debet pudoris tegmine, vt etiam in publico habeat suum ipsa secretum? *Et infra*. Non misceamus sermonem aliquem cum feminis, vnde exęstuet ignis, adulterinus enim sermo iuuenculæ nodus adolescentium est, verba adolescentium vincula sunt amoris. Vidit hunc ignem Ioseph quando eum adulterij cupida mulier allocuta est, voluit eum capere sermone, misit laqueos labiorum suorum, sed pudicum virum ligare non potuit, &c. In cap. 14. Hortatur late, vt resecentur fomenta luxuriæ, & inter alia sic dicit. Pascitur libido conuiuijs, nutritur delicijs: vino accenditur, ebrietate flammatur, grauiora his sunt fomenta verborum, &c.

Cæcitas mentis quas habeat causas, & quæ inferat homini nocumenta, & mala. Cap. IV.

1 Homil. 1. in c. 1. Geneseos to. 1. ORIGENES sic habet: Sicut Sol, & Luna illuminant corpora nostra, ita & a Christo, & Ecclesia illuminantur mentes nostræ, ita tamẽ illuminamur, si non simus mentibus cæci. Nam sicut Sol, & Luna corporalibus oculis cæcos quamuis illustrent, illi tamen recipere lumen non possunt; ita & Christus mentibus nostris lucem suam præstat, sed ita demum nos illuminabit, si nequaquam cæcitas mentis nos impediat. Quod etiam si accidat, primo oportet eos, qui cæci sunt sequi Christum, dicentes, & clamantes. Miserere nobis fili Dauid, vt etiã visum ab ipso recipientes possint deinceps, & lucis eius splendore radiari. Verum non æqualiter omnes qui vident illuminantur a Christo, sed singuli secundum eam mensuram illuminãtur, qua vim luminis recipere valent. Et sicut non

non æqualiter oculi corporis nostri illuminantur a sole, sed quanto quis in loca altiora conscenderint, & ortus eius editioris speculi intuitione fuerit contemplatus, tanto amplius, & splendoris eius vim percipiet; ita etiam mens nostra, quanto altius, & excelsius appropinquauerit Christo, & se viciniorem splendori lucis eius obiecerit, tanto magnificentius, & clarius, eius lumine radiabitur: sicut & ipse ait per Prophetam. Appropinquate mihi, & appropinquabo vobis, dicit Dominus. Et iterum dicit. Deus approximãs ego sum, & nõ Deus de lõge.

2 IDEM explicans illa verba: Noctem illã
Lib. 3. in c. 3. Iob to. 2. tenebrosus turbo possideat, sic ait: Vere nisi primum obscurauerit diabolus corda hominũ, nisi primum insuscauerit animas eorum, nisi prius obliuionem dederit timoris Dei, atque terribilium iudiciorum eius, non vtique valebit vnquam peccatorũ semen seminare in cordibus eorum; postquam vero obscurauerit animam, & a Deo auerterit, tunc, scilicet ad omnia mala, ad impudicitiã, ad infidelitatem, atque ad omnia carnis desideria, tamquam eos, qui in tenebris sunt facile conuertit. Istis ergo talibus efficitur dies illa, hoc est, dies natiuitatis, dies tenebrarum, & non solum dies natiuitatis tenebræ illis efficiuntur, sed insuper ad huc dies mortis æternarum tenebrarũ introitus efficitur illis; dies enim tenebrosus circundabit hos tales: hæc namque vniuersa significans dicit. Dies illa sit in tenebris. Dies impiorum, impudicorum, eorum qui nec in die natiuitatis pietatem custodiunt, nec in die mortis pœnitentiam ostendunt. Istis ergo talibus dies ille sit in tenebris, quia in tota vita sua tãquam in tenebris ambulant, qui palpant, vt cæci parietem, iustis autem lux est semper in die natiuitatis; sicut Hieremiæ, & omnibus Sanctis, & in die mortis; sicut Lazaro qui deportatus est ab Angelis in sinu Abrahæ.

3 IDEM explicans illa verba: Cor meum
Cõtione 1. in Psal. 37. conturbatum est in me, &c. ait: Tu vide Domine cor meum, quia conturbatum est pro peccatis meis, & cõsequenter exoro, ne in furore arguas, neque in ira corripiat, quia si mea me fortitudo deseruit, sine dubio fui aliquando fortis, & conuersatio mea fuit bona, postea vero cecidi, quia deseruit me fortitudo mea, & lumen oculorum meorum non est mecum. Hæc vox illius videtur esse, qui post illuminationem, post traditionem doctrinæ, post agnitionem veritatis, in tenebris decidit. Ne ergo & nos eadem patiamur, sed potius vt lumen nostrum sit semper in nobis, & opera lucis agentes habeamus fiduciam tamquam filij lucis in Christo Iesu.

4 IDEM sic habet: Est & aliud, quod prophe
Hom. 6. in Isaiam. Isai. 6. tatur de populo Iudæorum, & de omnibus nobis, si peccauerimus. Et oculos suos clauserũt, ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant. Eorũ qui non vident quidam cæci sunt, & propter cæcitatẽ non vident, quidam in tenebris sunt, & propterea non vident, alij autem non vident, quia claudunt oculos, & scit has differentias, quæ principales cor dis nostri sunt scriptura diuina, dicit enim Saluator: His qui sunt in vinculis, Exite, & his qui in tenebris, vt eis reueletur, & sedentibus in regione, & vmbra mortis lux orta est eis. Isti non viderunt, ideo quia fuerunt in tenebris, donec oriretur eis lux, cæci, aspicite, & ideo isti nõ viderunt, ante quia naturaliter cæci erant, qui vero extra ista sunt, quiq. ad comparationẽ cæcorũ, & eorum qui in tenebris sunt, multo peiores sunt. Hi sunt, qui ideo non vident, quia oculos sponte clauserant, hoc autem ita esse, vt asserimus Saluator mihi testimonio erit dicẽs:
Ioann. 9. Si cæci essetis, non haberetis peccatũ, nunc autem dicitis, quia videmus, peccatum vestrũ manet. Et bene ait, dicitis, quia videmus, vere enim dicit, quia videant, & habeant possibilitatem videndi, sed claudentes oculos non vident, etsi aliquando videris ingeniosam ad intelligẽdum animam, & velocem, & alacrem, non meditantẽ eloquia Dei, cognosce, quia non propter cæcitatem non vident, non ob id quia in tenebris, sed quia claudit oculos.

5 BASILIVS explicans illa verba: Cor
Hom. 10 in Psalm. 37. to. 1. meum conturbatum est in me, &c. sic ait: Miser factus sum, & curuatus sum, & contristatus sum ingrediebar, & humiliatus sum, & rugiebã a gemitu cordis mei. Ad omnia hæc deueni, quandoquidem tempore aliquo cor meum cõturbatum est, & dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipsum nõ est mecũ, nam iuxta peccati tempus non paruam conturbationem sustinuit mens ipsius confusa, & obtenebrata per eum, qui peccatum operatur, vt etiam ad insipientiam delaberetur. Quapropter etiam superins dixit. Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ. Turbatum igitur est cor ipsius, quando in insipientia fuit, & a virtute prudentiæ excidit, opera vero insipientiæ fecit. Tunc autem dereliquit etiam ipsum virtus ipsius, non enim dicere amplius poterat, Omnia possum in eo, qui me potentem facit, Christo. Victus ab affectu, ac viribus destitutus, nam in virtuose agentibus spiritus promptus est, caro autem infirma; in victis vero caro attollitur, corroboraturque, & præualet, infirma autem est, & debilitatur anima. Tunc igitur, inquit, quando peccaui, cor meum cõturbatum est, & dereliquit me virtus mea; & aliud quiddam graue circa me accidit, nam lumen oculorum meorum illuminans animæ visum, & ipsum non erat mecum, reliqueratque me, ac feceſserat, nam in malificam animam non ingredietur sapientia, nec habitabit in corpore peccato obærato, sanctus enim spiritus fugiet dolum, & discedet a cogitationibus imprudentium, vel quæ sunt sine intellectu, vt nostra lectio habet. Secedens itaque ab ipso Spiritus sanctus desolatũ ipsum reliquit, post cordis ipsius conturbationem, tunc enim & lumẽ oculorum ipsius desolatum ipsum reliquit.

6 HIERONYMVS explicans illa verba:
In c. 3. Lamentationum Hieremiæ to. 4. Confregit ad numerũ dentes meos, sic ait: Dentes interiores sensus accipi solent, qui singula

quæ cogitant quasi mandunt, & comminuunt, atque ad ventrem memoriæ trãsmittunt, quos Propheta ad numerum fractos dicit, quia iuxta mensuram vniuscuiusque peccati intelligentiæ cæcitas generatur in sensibus, & secũdum quod quisq. egit exterius in eo obstupescit, quod interius atque in inuisibilibus intelligere potuit. *Hier. 31.* Vnde recte scriptum est. Omnis homo qui comederit vuam acerbam obstupescent dentes eius. Quid namque vua acerba nisi peccatum est? vua quippe acerba est fructus ante tempus, quisquis enim præsentis vitæ delectationibus satiari desiderat, quasi fructus ante tempus comedere festinat, qui igitur vuam acerbam comedit, dentes eius obstupescunt: quia qui præsentis mũdi delectatione pascitur, interni eius sensus ligantur, vt iam spiritualia mandere, id-est, intelligere nequeat, quia vnde in exterioribus delectari sunt, inde in intimis obstupescũt, & dum peccato anima pascitur, panem iustitiæ edere non valet; quoniam ligati dentes ex peccati consuetudine iustum, quod intus sapit edere nequaquam possunt.

7 In c.2. Proverbiorum to.8. IDEM explicans illa verba: Qui relinquũt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas, sic ait: Pulchre itineri recto vias tenebrosas opposuit, quia nimirum iter rectæ actionis in luce peragitur, atque ad lucis supernę gaudia ducit. At sicut Deus ait: Omnis qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur eius opera, & talis finem exterioribus sortietur in tenebris. Qui lætãtur, cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Ideo malefacientes exultant, quia per vias tenebrosas ambulant, & nesciunt, quo eunt, si enim, qui ad pœnam tendunt, aspicerent, gressum vtique cohiberent, noxiamque lætitiam salubri fletu castigarent.

8 In c.38. Iob IDEM explicans illa verba: In similitudinẽ lapidis aquæ durantur, & super facies abyssi constringitur, sic ait: De his mihi dicere videtur, qui nimio oblivionis Dei frigore obriguerunt, & instar lapidum solidi, & nimirum duri effecti sunt, qui super faciem abyssi constringũtur. In abyssо profundissimam obscuritatem mentis puto intelligendam, quæ ita obtusione infidelitatis nimiæ operiatur, & constringatur quodam gelu impietatis, vt saxo similis fiat, ita vt tali mente non sit ad Deum vllus aditus respirandi, secundum illud, quod Apostolus de *Rom. 11.* Iudæis dicit: Dedit illis Deus spiritum compunctionis, oculos, vt non videant, & aures, vt non audiant vsque in hodiernum diem.

9 Lib. de natura & gratia contra Pelagianos to.7 AVGVSTINVS sic habet: Philosophi de quibus dicit Apostolus: Quia cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorũ, vtique ista obscuratio vindicta, & pœna iam fuit, & tamen per hanc pœnam, ideſt, cordis cæcitatẽ, quæ fit deserente luce sapientiæ in plura, & grauia peccata prolapsi sunt, dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Grauis hæc pœna est. Et ex hac pœna vide, quo ierunt, & mutauerũt, inquit gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium. Ista fecerunt ex peccati pœna, qua obscuratum est insipiens cor eorum.

10 Concionis 2. in Psal. 48. to.8. IDEM explicans illa verba: Vsque in æternum non videbit lumen ait: Quia & hic cum esset in tenebris, erat gaudens falsis bonis, & nõ amãs bona vera, & ideo hinc ad tartarum ibit. A tenebris somniorum excipiunt eum tenebræ tormentorum, ergo vsque in æternum non videbit lumen. Quare hoc? quia cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insensatis.

11 In Psal. 57. IDEM explicans illa verba: Supercecidit ignis, & non viderunt solem, sic ait: Paulus ait de Romanis, obscuratum est insipiẽs cor eorũ, dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Parua ista pœna est, obscuratio cordis, obcæcatio mentis? Si quis furtum faciens, statim oculum perdidisset, omnes dicerent Deum præsentem vindicasse. Oculum cordis amisit, & ei peperciſſe putatur Deus? Sicut cera liquefacta auferentur, supercecidit ignis, & non viderunt solem. Videte quomodo dicit, quamdam pœnam obscurationis, ignis supercecidit, ignis fumosus, ignis concupiscentiæ. Quem solem, nisi illum, de quo dicturi sunt reprobi, Sol non est ortus nobis, trãsierũt omnia illa tamquã vmbra, ergo errauimus a via veritatis, & iustitiæ lumẽ non illuxit nobis, & sol non ortus est nobis? Quare nisi quia supercecidit ignis, & non viderunt solem? vicit illos concupiscentia carnis. *Sap. 5.*

12 In Psal. 68. IDEM explicans illa verba: Obscurentur oculi eorum, ne videant, & dorsum eorum semper incurua, ait: Hoc consequens est, nam quorum oculi fuerint obscurati, ne videant, sequitur, vt dorsum illorum incuruetur. Vnde hoc? quia cum cessauerunt superna cognoscere necesse est, vt de inferioribus cogitent. Qui bene audiunt, sursũ cor habẽt, curuũ dorsum non habent. Erecta quippe statura est, & expectat spẽ repositam sibi in cælo. At vero qui futuræ vitæ spem non intelligunt iam excæcati de inferioribus cogitant.

13 In Psalm. 147. IDEM explicans illa verba: Nebulam sicut cinerem spargit, sic habet. Cum vocatur quisque ad intelligendum Deum, & dicitur illi, Cape veritatem, incipit velle capere veritatẽ, non sufficit, videt se quandam caliginem pati, quam antea non videbat; ad hoc ergo est illa nebula, vt noueris nescire te, & noueris quid scire oporteat, & videas te inualidum ad illud sciendum, quod oporteat scire. Nam si ista, nebula iam te præsumpseris scire, audies ab Apostolo, Qui se putat aliquid scire, nondũ scit, quemadmodum oporteat eum scire. Ergo nondum cõprehendisti, adhuc nebulam pateris, sed non te deseruit, qui accẽdit tibi lucernam carnis suæ: non erres in nebula, fide sequere, sed quia conaris videre, & non potes, pœniteat te peccatorum, quia nebula sicut cinis sparsa est. Quid iam te pœniteat? contumacem te fuisse aduersus Deum. Secutum te fuisse vias tuas malas. Peruenisti in istam difficultatem illius beatæ visionis, & erit tibi salubris nebula, quam sicut cinerem spargit Deus. Tu ipse es adhuc nebula, sed velut cinis, adhuc enim pœnitentes volutantur in cinere, tamquam similes se contestantes, dicentes Deo suo. Cinis sum. Dicit enim quædam Scriptura: Despexi meipsum, distabui, & æstimaui me terram, & cinerem. Hæc est humilitas pœnitentis. *Gal. 6.* *Iob 24.*

14 In soliloquijs to.9. IDEM sic ait: Sero te cognoui lumen verum, sero te cognoui. Erat autem nubes magna, & tenebrosa ante oculos vanitatis meæ, ita vt videre non possem Solem iustitiæ, & lumen veritatis. Inuoluebatur in tenebris filius tenebrarum, tenebras meas amabam, quia lumen non cognoscebam. Cæcus eram, & cæcitatem amabam, & ad tenebras per tenebras ambulabam. Quis inde me eduxit, vbi eram homo cæcus sedens in tenebris, & vmbra mortis? Quis accepit manum meam, vt inde me educeret? Quis est ille illuminator meus? non enim quærebam eum, & ipse quæsiuit me. Non vocabam eum, & ipse vocabat me. Quis est ille? Tu es Domine Deus meus, misericors, & miserator, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis. Non te quærebam, tu me quæsisti, non te inuocabam, tu me vocasti; vocasti enim me nomine tuo. Intonasti desuper voce grandi in interiorem aurem cordis mei, Fiat lux, & facta est lux, & discessit nubes magna, & liquefacta est nubes tenebrosa, quæ operuerat oculos meos, & vidi lucem tuam, & cognoui vocem tuam, & dixi: Vere Domine tu es Deus meus qui eduxisti me de tenebris, & vmbra mortis, & vocasti me in admirabile lumen tuum, & ecce video. Gratia tibi illuminator meus. Et conuersus sum, & vidi tenebras in quibus fueram, & abyssum tenebrosam in qua iacueram, & cõtremui, & expaui, & dixi: Væ, væ tenebris meis, in quibus iacui. Væ, væ cæcitati illi, in qua videre non poteram lumen cæli. Væ, væ præteritæ ignorantiæ meæ, quando non cognoscebam te Domine. Gratias tibi ago illuminator, & liberator meus quoniam illuminasti me, & cognoui te. Sero cognoui te veritas antiqua, sero te cognoui veritas æterna, tu eras in lumine, & ego in tenebris, non est lux extra te. Ego filius ancillæ tuæ gratias ago, quoniam dignatus es per tuam misericordiam illuminare me, lumen verum, lumen sanctum, lumen delectabile, lumen admirabile, lumen superlaudabile, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mũdum, & etiam oculos angelorum. Ecce video gratias ago, ecce video lumen cæli, interlucet oculis mentis meæ, radius desuper a facie luminis tui, & lætificat omnia ossa mea. O si perficeretur in me. Auge quæso luminis auctor, quod interlucet in me. Dilatetur obsecro, dilatetur ex te. Quid est hoc quod sentio? Quis est ignis, qui calefacit cor meum? Quæ est lux quæ irradiat cor meum? O ignis qui semper ardes, & numquam extingueris, accende me. O lux, quæ semper luces, & numquam offuscaris, illumina me. O vtinam arderem ex te. Ignis sancte quàm dulciter ardes, quàm secrete luces, quàm desideranter aduris. Væ his qui non ardent ex te. Væ illis qui non illuminantur ex te. O lumen veridicum illuminans omnem mundum, cuius lux implet mundum. Væ cæcis oculis, qui te non vident. Sol illuminans cælum & terram. Væ caligantibus oculis, qui te videre non possunt. Væ auertentibus oculis, vt videant veritatem. Væ non auertentibus, vt non videant vanitatẽ. Nequeunt enim oculi assueti tenebris summæ veritatis radios intueri, nec sciunt de lumine aliquid æstimare, quorum est in tenebris habitatio. Tenebras vident, tenebras diligunt, tenebras approbant, de tenebris euntes in tenebras, nesciunt vbi corruant. Miseri qui nesciunt quid amittant, & miseriores vtique qui sciunt, quid amittunt. O lux beatissima, quæ non nisi a purgatissimis oculis videri potes, Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt! Sana *Matt. 5.* oculos meos, vt sanis oculis te contẽpler, quem non nisi sani oculi intuentur, aufer quæso squamas caliginis antiquæ radio tuæ illuminationis splendor inaccessibilis, vt te videre valeam, irreuerberatis obtutibus, & in lumine tuo uideã lumen. Gratias tibi ago lux mea, ecce video. Dilatetur obsecro visus meus Domine ex te, reuela oculos meos, vt considerem mirabilia de lege tua, qui es mirabilis in sanctis tuis. Gratias tibi ago lumen meum, ecce uideo, sed per *1.Cor.13.* speculum in ænigmate. Sed quando facie ad faciẽ? Quãdo ueniet dies lætitiæ, & exultationis, in qua egrediar in locum tabernãculi admirabilis usque ad domum Dei, ut uideam uidentem me, facie ad faciem, & satietur desiderium meum.

17 Lib. 7. moralium to.1. GREGORIVS explicans illa verba: Inuolutæ sunt semitæ gressuum eius, sic ait: Sciendum est quòd aliquãdo prius oculus intellectus obtunditur, & postmodum captus animus per exteriora desideria vagatur, ut cæca mens, quo ducitur, nesciat, & carnis suæ illecebris sese libenter subdat. Aliquando uero prius desideria carnis ebulliunt, & post longum usum illiciti operis oculũ cordis claudunt. Nam sæpe mens recta cernit; nec tamen audenter contra peruersa se erigit, & renitens uincitur, dum hoc ipsum quod agit dijudicans, carnis suæ delectatione superatur. Quia enim plerumque prius oculus contemplationis amittitur, & post per carnis desideria huius mundi laboribus animus subiugatur, testatur Samson ab Allophylis captus, qui postquam oculos perdidit, ad molam deputatus est, qua nimirum maligni spiritus postquam in tentationem stimulis intus aciem contemplationis effodiunt, foras in circuitum laborum mittunt. Rursum quia sæpe & recta 18 operatio exterius perditur, tamẽ adhuc rationis lumen in corde retinetur, Propheta Hiere- *Hiere. 29* mias insinuat, qui dum Sedechiæ captiuitatem narrat, ordinem captiuitatis interne denunciat, dicens: Occidit Rex Babylonis filios Sedechiæ in Reblata, in oculis eius, & omnes nobiles Iuda occidit Rex Babylonis, oculos quoque Sedechiæ eruit. Rex Babylonis est antiquus hostis, possessor intimæ confusionis, qui prius filios

ante intuentis oculos trucidat, quia sæpe sic bona opera interficit, vt hæc se amittere ipse qui captus est, dolēs cernat. Nam bona plerumque gignit animus, & tamen carnis suæ delectationibus victus, bona quæ genuit amans perdit, & quæ patitur damna considerat: nec tamen virtutis brachium contra Regem Babylonis leuat. Sed dum videns nequitiæ perpetratione percutitur, ad hoc quandoque peccati vsu perducitur, vt ipso quoque rationis lumine priuetur, vnde Babylonis rex extinctis prius filijs Sedechiæ oculos eruit, quia malignus Spiritus, subductis prius bonis operibus, post & intelligētiæ lumen tollit, quod recte Sedechias in Reblatha patitur. Reblatha quippe, multa hæc, interpretatur, ei enim quādoque & lumen rationis claditur, qui prauo vsu ex iniquitatis suæ multitudine grauatur. Quoquo autem modo culpa prodeat, vel quibuslibet occasionibus erumpat, reproborum tamen semitæ semper inuolutæ sunt, vt prauis concupiscentijs dediti, aut bona nulla appetant, aut appetentes infirmo desiderio, ad hæc nequaquam mentis liberos gressus tendant; recta enim aut non incipiunt, aut in ipso facti itinere ad hæc minime pertingunt. Vnde fit plerumque, vt ad morem suum lassati redeant, seseq. ab intentione animi in carnis voluptatibus sternant, sola quæ transeunt, cogitent, nulla quæ secum permaneant, curent.

19 IDEM explicans illa verba: Ipsi fuerunt rebelles lumini, sic ait: Plerumque peruersi cognoscunt recta, quæ sequi debeant; & tamen sequi despiciunt, quæ cognoscunt. Lumini ergo rebelles sunt, quia sua desideria sequendo bonū despiciunt, quod nouerunt. Quia ergo non per ignorantiam, sed per superbiam delinquunt, elationis suæ scutum iaculis veritatis obijciunt, ne salubriter in corde feriantur. Ex qua re agitur vt quia nolunt facere quæ cognoscunt, nec cognoscant iam bona quæ faciant, sed sua eos cæcitas a veritatis lumine funditus excludat. Vnde & aperte subditur: Nescierunt vias eius, nec reuersi sunt per semitas illius. Qui enim prius sciendo rebelles sunt, postmodum cæcantur, vt nesciant: sicut de quibusdam dicitur, quia cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt. De quibus paulo post additur: Tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea quæ non conueniunt. Quia enim glorificare noluerunt quem cognouerant, reprobo sensui traditi ad hoc relicti sunt, vt nescirent iam pensare mala quæ faciebant. Bene autem subditur, nescierūt vias eius, nec reuersi sunt per semitas illius. Angustior quippe est semita, quàm via, qui autem bona manifestiora agere contemnunt, nequaquam ad subtiliora intelligenda perueniunt.

Lib. 16. moralium c. 24 Iob 24.

20 IDEM explicans illa verba Thren. 3. Ego vir videns paupertatem meā in virga indignationis eius, sic habet: Virga indignationis Dei est percussio districtionis, quam indignationē tunc homo pertulit cum ex Paradiso pulsus veras interni gaudij diuitias amisit. Sed quia electi quique incessanter cōspiciunt, quod in præsentis vitæ penuriam ab illa potestatis ingenitæ facultate ceciderunt, bene dicitur. Ego vir videns paupertatem meam. Quisquis enim hæc adhuc visibilia appetit peregrinationis suæ malum non intelligit, & hoc ipsum quod patitur videre nescit. Hanc paupertatē Dauid intuens, ait: Infirmata est in paupertate virtus mea. Sed hanc paupertatē reprobi considerare nesciunt, quia dum sequuntur ea quæ conspiciunt, cogitare inuisibilia negligunt, quæ perdiderunt, quibus sæpe euenit, vt per elationis dementiam subleuati, dum nequaquam ruinæ suæ damna considerant; esse se etiam a bonis actionibus inopes non cognoscant. Vnde voce angelica prædicatori Laodiceæ dicitur: Dicis quòd dines sū, & locupletatus, & nullius egeo, & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Quasi diuitem se asserit, qui per arrogantiam sanctitatis extollitur, sed pauper, cæcusque, & nudus, arguitur. Pauper vtique, quia virtutum diuitias non habet, cæcus, quia nec paupertatē quam patitur videt; nudus, quia primam stolam perdidit; sed peius, quia nec se perdidisse cognoscit. De diabolo autem recte dicitur, quòd faciem eius præcedet egestas, ac si aperte diceretur, quia cum insidians tentat, priusquam videatur expoliat. Hinc est quod de Ephraim per Prophetam dicitur: Comederunt alieni robur eius, & ipse ignorauit. Quia in tentatione malignorum spirituum, & robur animæ perdidit, & hoc ipsum, quia perdiderit, non intellexit.

Psal. 30.

Apoc. 3.

Osee 7.

21 IDEM sic ait: Si cum Naas pacem facimus carnem nostram impinguantes, per excrescentem concupiscentiam cordis cæcitate percutimur, quare & idem Naas dicit: In hoc feriam vobiscum fœdus, vt eruam omnium vestrū oculos dextros. Dexter oculus noster est intuitus æternæ claritatis, sinister vero oculus est concupiscentia carnalis. Dexter ergo oculus eruitur, quando mens ea cæcitate percutitur, vt vltra ad videnda cælestia non aperiatur; eruitur quidem oculus quando a mente reproba, sic lumen euellitur, vt radix ei nulla remaneat, de qua rediuiuum lumen erumpat. Naas ergo dextros oculos fœderatorum suorū eruit, quando gula, sic deuictis abstinentibus prævalet, vt carnalia sola cōcupiscant, & ultra quæ solebant amare non attendant, & quia quisquis in hac vita proijcitur, in futura coram angelis, & electis hominibus condemnatur, subiungitur. Ponamq. vos opprobrium in vniuerso Israel.

Lib. 5. decā capitu 1. Regum 11.

Tunc quippe reprobi opprobrium in
hac vita ponuntur, quia dum
ipsi obcæcato corde mala
audacter perpetrant,
viri pro eorum
culpis erubescunt.

Christi Domini incarnatio ingentia homini contulit bona, ab eius amore procedentia.
Cap. V.

1 ORIGENES explicans illa verba: Vespere comedetis carnes, & mane saturabimini panibus, sic ait: Hoccine est in quo agnosci Deum ponitis, quòd carnes in vespera sine panibus comedantur? & maiestatē Dei dicitis apparere, si rursus panis sine carnibus comedatur? Sed vobis ista seruate. Nos quibus in fine sæculi, & ad vesperā mūdi Verbū caro factū est, in illa carne agnosci dicimus Deum, quam suscepit ex Virgine; istas enim Verbi Dei carnes, neque mane aliquis, neque meridie manducauit, sed ad vesperam. Aduentus enim Domini in carne ad vesperā factus est, sicut & Ioannes dicit: Pueri nouissima hora est. Sed & mane, inquit, replebimini panibus. Vobis in quo positus est? Panis verbum Dei est, ipse est enim panis viuus, qui de cælo descendit, & vitam dat mundo. Sed quomodo dicit, Mane dari hunc panem, cum aduentum eius factum dixerimus ad vesperam? Hoc modo intelligendum puto. Quòd ad vesperam quidem vergentis mundi Dominus venerit, sed aduētu suo quoniam ipse est Sol iustitiæ nouum credentibus reparauerit diem. Quia ergo nouum mundo scientiæ lumen accendit suum, quodammodo mane effecit, & suum mane tamquam iustitiæ Sol produxit, & in hoc mane replentur panibus, qui eius præcepta suscipiunt. Nec mireris quia Verbum Dei, & caro dicitur, & panis, & lac dicitur & olera dicitur & pro mensura credentium, vel possibilitate sumentium diuersa nominatur.

1 Hom. 7. in Exod. to. 2. Exo. 16.

2 IDEM explicans illa verba: Comedetis vetera, & vetera nouis superuenientibus proijcietis, sic ait: Antequam veniret homo de cælo, & nasceretur homo cœlestis, eramus omnes terreni, & portabamus imaginem terreni, sed vbi venit homo nouus, qui secundum Deum creatus est, eijciamus a conspectu eius vetera, deponentes veterem hominem, & induētes nouum, qui secundum interiorem hominem renouatur de die in diem. Et ponam tabernaculum meum in vobis. Si hæc habemus in nobis quæ supradicta sunt, si abiecto vetere homine renouatum est cor nostrū, venit ad nos Deus, & habitat in nobis, qui dixit: Et ponam tabernaculum meū in vobis, & non abominabitur vos anima mea.

2 Hom. 16. in cap. 26. Leuitici.

3 Non nos abominabitur anima Dei, si obseruemus ea, quæ scripta sunt. Verumtamen vellem requirere, quid est anima Dei. Numquidnam putamus, quòd Deus habeat animam sicut homo? absurdum est hoc sentire de Deo, ego autem audeo & dico, quia anima Dei Christus est, & hoc modo dicitur, quia nō vos abominabitur anima mea, idest filius meus, sed ambulabo inter vos, quia si quis meruerit puri esse cordis, ita vt Dei capax sit, in eo se dicit ambulare Deus; & vos eritis mihi populus, & ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de terra Ægypti, cum essetis serui, & contriui iugum vinculi vestri. Vere eduxit nos Deus de terra seruitutis. Serui enim eramus peccati, & contriuit vinculum iugi nostri, iugi quod imposuerat super cervices nostras ille, qui nos in captiuitatem duxerat, & peccatorum vinculis colligarat. Contriuit ergo peccati vinculum, & iugum nostræ castæ captiuitatis excussit Dominus Iesus, & suum nobis suaue iugum fidei, & charitatis, & spei, ac totius sanctitatis imposuit.

4 IDEM sic habet: Hortatur Moyses Pontificem magnum, vt offerat incensum in castris, & exoret pro populo; iam enim, inquit, vastari populus cœpit. In spiritu videbat Moyses quæ gerebantur, vidit ignem vastare peccatores, & propter hoc hortatur Pontificem assumere thuribulum, seu batillum, ignem de altari imponere, atque incenso superiecto exire, & stare inter medium mortuorum, & viuorū, ne vltra procedat vastatio. Noster Pontifex Iesus Christus assumpto batillo carnis humanæ, & superposito igne altaris, anima sine dubio illa magnifica, cum qua natus est in carne, adiecto etiam incenso, qui est spiritus immaculatus medius inter viuos & mortuos, stetit & mortem non fecit vltra grassari, sed sicut Apostolus dicit: Destruxit eum qui habebat mortis imperium, idest diabolum, vt qui credit in eum iam non moriatur, sed viuat in æternum. Hoc fuit ergo mysterium, quod postea futurum iam tūc ille qui populum vastabat, expauit. Agnoscebat enim figuram batilli, & ignis, & incensi, & qualis offerenda esset Deo hostia ab eo, qui medius mortuorum, viuorumq. constiterat, præuidebat, & illos quidē tunc imago præfigurata saluauit, ad nos autem salutis veritas ipsa peruenit. Neque enim indumenta Pontificis purpura, ac lana, byssoque contexta erubuissent Angelus ille vastator, sed ista quæ futura erant indumenta magni Pontificis intellexit, & iis cessit; quibus vtique vniuersa creatura inferior erat.

4 Hom. 8. super Numeros.

5 IDEM explicans illa verba: Prædabitur omnes filios Seth, sic ait: Seth filius est Adam, ex quo omne humanum in hoc mundo ducitur genus, nam de Cain qui nati fuerant, diluuio perierunt; filij ergo sunt Seth omnes homines, qui in hoc mundo sunt, & cum eos in prædam accipi dicit, hoc est, quòd victis aduersarijs dæmonibus eos, qui sub ipsorum dominatione tenebantur Christus, quasi prædam victoriæ suæ ducit, & spolia salutis reportat. Vtinam & me captiuum habeat semper Christus Iesus, & me ducat in prædam suam, & ego tenear eius vincu lis alligatus, ut & ego dici merear: vinctus Iesu Christi, sicut Paulus de semetipso gloriatur. Et erit Edom hereditas eius, Esau inimicus eius. Edom idem est, qui Esau, hic secundum historiam quidem inimicus est Israel, sed in aduentu, inquit, Christi etiā ipse hereditas eius erit, hoc est, recipietur ad fidem, nec excludetur ab hereditate Christi. Si uero spiritualiter aduertamur,

5 Homil. 18. circa c. 24. Numerorū.

tamus, Edom caro intelligitur quæ aduersatur spiritu, & est inimica, in aduentu autem Christi, cum subiecta fuerit spiritui per resurrectionis spem, etiam ipsa ad hereditatem veniet.

6 IDEM sic ait: Iob testa saniem radebat, quia typus erat illius, qui in nouissimo tempore descendens de cælis Deus vnigenitus terreni corporis testa ex virgine se induens, totius mundi saniem, immũditiam quoque, ac putredinem rasit, atque mundauit, omnium peccata supportando; postmodum pro impietatibus eorum in mortem deductus est, cuius liuore omnes sanati, atque mundati sunt, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.

Tract. 2. in Iob to. 2.

7 IDEM explicans illa verba: Osculetur me osculo oris sui, ait: Quousque sponsus meus mittit oscula per Moysen, & Prophetas? iam ipsius cupio ora contingere, ipse veniat, ipse descendat. Orat igitur sponsi Patrem, & dicit ad eum. Osculetur me osculis oris sui. Et quia talis est, vt compleatur super eam propheticum illud, in quo dicitur: Adhuc te loquente dicam, ecce adsum, sponsam sponsi Pater exaudit, Mittit Filium suum, videns illa illum, cuius deprecabatur aduentum, orare destitit, & ad eum cominus loquitur, Meliora vbera tua super vinum, & odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. Sponsus igitur Christus missus a Patre, venit vnctus ad sponsam, & dicit ad eum: Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Si me tetigerit sponsus, & ego boni odoris ero, & ego liniar vnguentis, & ad me vsque eius vnguenta peruenient, vt possim cum Apostolo dicere: Christi bonus odor sumus in omni loco. Nos autem cum hæc audiuimus adhuc peccatis fætemus; de quibus Propheta pœnitens loquitur: Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ a facie insipiẽtiæ meę. Venit sponsus delibutus vnguentis, nec aliter ad sponsam poterat venire, nec decebat aliter Patrẽ Filium ad nuptias destinare; varijs enim eum vnxit vnguentis, fecit illum Christum, venit diuersis odoribus spirans, & audit, quia bona vbera tua super vinum.

Hom. 1. exposit. 1. in Cantica.
Cap. 1.
Cap. 2.
Psal. 44.
2. Cor. 2.
Psal. 37.

8 IDEM explicans illa verba: Similis est dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum, sic ait: Ceruus amicitiarum quis alius videbitur, nisi ille, qui peremit serpentem illum, qui seduxerat Euam, & eloquij sui flatibus, peccati in ea venena diffundens, omnem posteritatis sobolẽ contagio præuaricationis infuderat, & venerat soluere inimicitias in carne sua, quas inter Deũ & hominem noxius mediator effecerat? Non autem ceruo, sed hinnulo ceruorum comparatur, quia cum in forma Dei esset, Filius datus est nobis, & puer natus est nobis, cuius potestas super humerum eius. Ideo ergo hinnulo ceruorum, quia paruulus puer natus est. Capreæ etiam comparatur, quia hoc animal nomen a videndo clarius sortitum est, talis est Christus. Caprea habet in natura sua, vt nõ solum videat ipsa, & prospiciat acerrime, sed & alijs visum præbeat, asserunt namque ij, quibus medicinæ peritia est, inesse huic animali intra viscera humorem quendam, qui caliginem depellat oculorum, & obtusiores quosque visus exacuat, merito ergo capreæ Christus comparatur, quia videre Patrem illos facit, quorum visus ipse curauerit.

Hom. 3. exposit. 2. in Cantica.

9 IDEM explicans illa verba: Gladius Domini deuorabit ab extremo terræ vsque ad extremum eius, non est pax vniuersæ carni, ait: Christus hæc loquitur, nam ante aduentũ eius, multa quidem peccata fuerũt in populo Israel, sed Dominus veniẽs prohibuit talia, vt penitus relinquerentur, & in longam traderẽtur captiuitatem, & dicitur exterminio exterminata est omnis terra, quia cum post aduẽtum Iesu Christi mortificata fuerint mẽbra nostra super terram, cum iam non operetur terra opera sua, non fiant apud Iustum, ea quibus antea caro fouebatur, tunc exterminabitur terra, quia tunc dixit Christus, quid putatis, quia veni pacem mittere super terram, non veni pacem mittere, sed gladium. Vere antequam ille descenderet, non erat gladius super terram, neque caro concupiscebat aduersus spiritum, nec spiritus aduersus carnem, quando autem venit, & edocti sumus quæ carnis, quæue sint spiritus, & doctrina eius quasi gladius immissus diuisit carnem, ideſt terram a spiritu, & exterminauit eã, quia mortificationem Iesu Christi circumferimus in corpore nostro, & non uiuimus ultra iuxta carnem; uiuit autem spiritus, & seminamus non in carne, sed in spiritu, vt non metamus corruptionem de carne, sed de spiritu uitam æternam.

Homil. 9. in c. 12. & 13. Hieremiæ.
Matt. 10.

10 IDEM sic ait: Regnauit mors ab Adam usque ad Moysen, non super omnes, sed in eos, qui peccauerunt, in similitudinem præuaricationis Adæ. Per legem purificatio peccatorum cœpit aperiri, & ex parte aliqua tyrannidi eius obsisti, per hostias, per expiationes uãrias, sacrificia & præcepta; sed quoniã tanta eius erat dominatio, quæ uires legis excederet, mittuntur in auxilium legis Prophetæ, sed & ipsi præuidentes supra uires suas esse tyranni potentiã, aduentum, præsentiamque ipsius Regis exorãt clamantes ad Deum. Emitte lucem tuam, & ue ritatem tuam. Et iterum: Inclina cælos tuos, & descende. Et rursum: Exurge Domine & fer opem nobis. Affuit ergo Iesus filius Dei, & in quo lex infirmabatur per carnem Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, de peccato damnauit peccatũ in carne, & mundum quidem reconciliauit Deo; exuit autem principatus, & potestates Tyranni, triumphans eas in seipso. *Infra*: Vbi abundauit delictum superabundauit, & gratia. Vbi multo maiora ostendit esse, quæ per gratiam Christi ad mediũ collata sunt, quàm quæ ex præuaricatione Adæ accidisse uidentur aduersa, quia abundatiam uicit Christus, & superbundantiam posuit. Super abundauit autem gratia Christi in eo, ut non solum a præteritis peccatis absolueret hominem, uerum etiam communiret a futuris. Si quidem duo quædam regna ostendit in homine

Lib. 5. in 5. ad Rom. to. 3.
Psal. 42.
Psal. 143.
Psal. 43.
Rom. 8.
2. Cor. 5.
Colos. 2.
Rom. 5.

vnum,

vnum, quo peccatum in morte regnauit, aliud quo gratia super iustitiam regnet in vita. Gratia ergo est, quæ de regno suo, ideſt de manibus nostris peccatum expulit, cum quo necessario etiam mors pariter excluſa est, vt ita demum regnum sibi in nobis gratia per iustitiam vendicaret, & vbi mors fuerat, æterna vita consisteret.

11 IDEM sic ait: De Christo intelligitur, dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatẽ; propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ consortibus tuis. Vngi namque oleo lætitiæ anima Christi, non aliud intelligitur quàm Spiritu Sancto repleri, quod autem præ participibus dixit, indicat, quia non gratia spiritus, sicut Prophetis ei data est, sed ipsius Verbi Dei in ea substantialis inerat plenitudo. *Infra*: Hæc Christi anima ita cogit diligere iustitiam, vt pro immensitate dilectionis ei inconuertibiliter inhæreret, ita vt propositi firmitas, & affectus immensitas, & dilectionis inextinguibilis calor, omnem possibilitatem abstulerit peccandi. Hæc ergo anima, quæ quasi ferrum in igne, sic semper in Verbo, semper in sapientia, semper in Deo posita est, inconuertibilitatem ex Verbi Dei vnitate indesinenter ignita possedit. Ad omnes denique sanctos calor aliquis Verbi Dei putandus est peruenisse, in hac autem anima ipse ignis diuinus substantialiter requieuisse credendus est, ex quo ad ceteros calor aliquis venerit. Anima Christi vasculum vnguenti ipsius fuit, ex cuius fragrantia participãtes digni quique in odorem vnguentorum eius cucurrisse dicuntur. Arbitror sane etiam Hieremiam Prophetam de Christo dixisse. Spiritus vultus nostri Christus Dominus, cui diximus, quòd in vmbra eius viuemus in gẽtibus. Pro eo quòd sicut vmbra corporis nostri inseparabilis est a corpore, & indeclinabiliter motus ac gestus corporis suscipit & gerit, sic anima Christi inseparabiliter hærebat diuinitati, & pro motu eius, ac voluntate cuncta perpetrasse dicitur. In qua vmbra nos viuemus in gentibus, in huius namque assumptionis Sacramento gentes viuunt, quæ mutantes eam per fidem veniunt ad salutem.

In libro 3. Peri archõ. Psal. 44.
Thren. 4.

12 BASILIVS explicans illa verba: Accinge gladio tuo super femur tuum potẽtissime, sic ait: Puto hoc referri ad viuum Dei Verbum, vt carne coniungatur, quod est efficax, & magis penetrans, quàm omnis gladius anceps, & pertingens vsque ad animæ, & spiritus dissectionẽ, iuncturarũq. ac medullæ, & discernens cogitationem. Sicut igitur vita est, & via, & panis, & vitis, & vera lux, & alijs infinitis nominibus Dominus noster Iesus Christus nominatur, sic etiã gladius dicitur, quia diuidens & secans affectuosam animæ partem, & mortificans concupiscentiæ motus. Deinde quia coniungi vult Deus Verbum carnis imbecillitati, bene additum est, Potentissime. Propterea quod maximæ potentiæ demonstrationem habet, posse Deum in humana natura esse; non enim tanta est cæli ac terræ constitutio, & maris, & aeris, & maximorum elementorum

Homil. 11. in Psal. 44. to. 1.

generatio; & si quid super mundanum intelligi potest, quanta est circa incarnationem dispensatio, & ad humilitatem, ac infirmitatem humanæ naturæ demissio. Specie tua, & pulchritudine tua, intende prospere, procede, & regna. Hoc est, exorsus curam hominum per carnem intentam ac durantem, & numquam deficiente cũram habe; hoc enim viam, & cursum exhibebit prædicationi, & omnes regno tuo subijciet. Imperatiuum autem pro optatiuo iuxta morem Scripturæ hic accipitur. Sicut alibi: Fiat voluntas tua, pro vtinam fieret, & adueniat regnum tuum, pro vtinam adueniret. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam, &c. Oportet hoc sic intelligere, quoniam mẽdacio peruersæ sunt res humanæ, quo semines veritatem. Regna inter homines, quia peccato regũtur; tu enim es veritas, & propter mansuetudinem, vt tuo exemplo omnes ad mansuetudinem æqualitatemq. ac bonitatem perducantur. 13

14 CHRYSOSTOMVS explicãs illa verba: Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut guttæ distillantes super terram &c. sic ait: Guttæ distillantes super terram virtutes sunt, quibus Dominus noster Iesus Christus dignatus est terram veniens implere. Et in diebus orta est iustitia, vt scilicet Dominus carne induta & hominem oculis humanis demonstraret, & diuinitatem occultaret, quanta iustitia vt traderet se pro omnibus hominibus, & pro Ecclesia vbique diffusa. Orta est iustitia pietati coniuncta iustitiæ corona, quam dicit Paulus, repositam his qui diligunt aduentum eius. Et abundantia pacis, donec auferatur luna. Quantam enim abundantiã pacis nunc videmus, vt caro, quæ concupiscit aduersus spiritũ subiugetur, & subiugati sint affectus carnales spiritui, sit abundantia pacis, donec tollatur luna. Habemus aliam pacem abũdantem in nobis, charitatem, quam hereditariam donauit nobis, dicens: Pacem meam do vobis. Hæc est abundantia pacis. Sed quamdiu? donec tollatur luna, ideſt, finiatur omnis prædicatio Ecclesiæ, Ecclesia enim luna dicitur, quæ crescit in sanctis, decrescit in peccatoribus.

Homil. super Psal. 71. to. 1.
Gal. 5.

15 IDEM explicans illa verba ex cap. 2. Semẽ Abrahæ apprehendit, sic ait: Cur non dixit hominis naturam susceptit: sed apprehendit? profecto ex metaphora insequentium eos, qui auertuntur & omnia faciunt, vt fugientes occupent, & vt apprehendere valeant, resilientes. Fugientem quippe ante ipsum naturam humanam, & longe fugientem (eramus autem longe) insecutus apprehendit, ostendit quoniam misericordia sola, & gratia, & cura, quã de nobis habuit, hoc fecit. Sicut etiam cum dicit: Nonne omnes sunt administratorij spiritus in ministeriũ missi propter eos qui hereditaturi erant salutem? Quantum festinauerit circa naturam humanam ostendit, & quoniã multa cura est Deo de illa, sic etiam hinc multo amplius est, quod ponit ex comparatione, non enim angelorum quempiam apprehendit. Et re uera magnum, & admirabile, & stupore plenum est, carnem nostram sursum sedere, & adorari ab Angelis, &

Homil. 5. in epistola ad Hebræos.

Archan-

Archangelis, & Cherubim, & Seraphim. Hoc
sæpius ego in mente versans excessum patior,
& maiora de genere humano imaginor, maiora
quippe uideo, & clara exordia multum Deo fe-
16 stinante pro natura nostra. Qui debuit per om-
nia fratribus assimilari, quasi dicens: Qui tam
magnus est, qui est splendor gloriæ, qui est cha-
racter substantiæ, qui sæcula fecit, qui sedet in
dextera Patris iste uoluit, & studuit frater no-
ster in omnibus fieri, & propter hoc Angelos re
liquit, & ad nos descendit, & nos apprehendit,
& decem millia operatus est bona, mortem sol-
Heb. 2. uit, diabolum ex tyrannide exclusit, nos de ser-
uitute eduxit, & liberauit, sacerdos fidelis in
his quæ sunt ad Deum fieri uoluit, propter hoc
carnem assumpsit nostram, propter misericor-
diam solam, ut misereatur nostri; non est enim
alia causa dispensationis, quàm hæc sola. Vidit
quippe humi iacentes, pereuntes, a morte ty-
rannidem patientes, & misertus est, ut propi-
tiaretur, inquit, peccatis populi, vt misericors
fieret, & fidelis sacerdos. Quid est fidelis? Ve-
rus, potens. Sacerdotis enim fidelis est, posse
Ibid. eos quorum est sacerdos liberare a peccatis. Vt
ergo offerat sacrificium, quod possit nos mun-
dare, propter hoc factus est homo, & intulit in
his quæ sunt ad Deum, hoc est, earum rerũ gra-
tia quæ pertinent ad Deum. Expugnati enim
eramus, inquit, Deo culpabiles, inhonorati, ne-
mo erat qui offerret pro nobis sacrificium, vi-
dit nos in his constitutos, & misertus est, non
cõstituens nobis sacerdotem, sed ipse factus est
sacerdos. Et quomodo fidelis? Et intulit, Ad pro
pitiandum peccatis populi, in quo enim passus
est, inquit, ipse expertus potest & nos qui ten-
tamur iuuare.

17 IDEM explicans illa verba ex cap. 9. Pro-
Homil. 16. ad Hebr. pterea Testamenti noui mediator est, ait: Me-
diator Filius Dei factus est Patris, & noster. No-
lebat nobis dimittere Pater hereditatem, sed
irascebatur nobis, & indignabatur tamquam
abalienatis, mediator autem factus est noster,
& Patris, & persuasit illi. Et quid igitur, quo-
modo mediator factus est? sermones detulit,
& attulit nobis voluntatem Patris ad nos trans-
portans.

18 HIERONYMVS cum exponitur Psal-
Epistola ad Principiam to. 3. mus 44. sic ait: Titulus huius Psalmi est, in fi-
nem pro his qui commutabuntur filiorum Cho
re, intelligentiæ canticum pro dilecto, canticũ
canitur charissimo, atque dilecto, quia propter
illum veniet sanctis promissa mutatio, quæ qui-
dem & in hac vita intelligi potest, quando exui-
mus veterem hominem, & induimur nouũ, qui
renouatur in cognitione secundum imaginem
creatoris, & gloriam Domini contemplantes
in eandem imaginem transformamur, quasi a
gloria in gloriam, nec est tempus vllum, quo nõ
mutetur spiritus præteritorum obliuiscens, &
in futurum se extẽdens, cum interior noster ho-
Coloss. 3. mo renouetur de die in diem, & immutabilis
Deus, qui loquitur per Prophetam, Ego Deus
& non mutor, propter nos mutauerit faciem
suam, formamq. serui acceperit, & de Iudæa
trasmigrans ad Philisthijm, qui interpretantur
poculo corruentes (inebriati enim fuerant ca-
lice aureo Babylonis) primum derisus sit pro-
pter stultitiã crucis; deinde susceptus propter
gloriam triumphorum. Charissimus autem il-
le est, de quo Isaias canit: Cantabo canticum *Isaiæ 5.*
dilecti vineæ. Et Euangelium: Hic est Filius *Matth. 17.*
meus dilectus in quo mihi bene complacui. Cui
non vnus Propheta, sed omnis chorus filiorum
Chore laudes canit. Et vt sciamus textum Psal-
mi titulo conuenire, mutationẽ de alio ad aliud
dicit, vt filia, cui præcipitur, vt antiqui parentis
obliuiscatur, regis se amplexibus paret.

IDEM vbi exponitur cap. 6. Isaiæ, sic ait: 19
Plena est vniuersa terra gloria eius, hoc adhuc a *In epist. ad Damasum.*
Seraphim dicitur de aduentu Domini Saluato-
ris, quomodo in omnem terram prædicatio il-
lius porrigatur, & Apostolorum sonus mundi
limites penetret. Et eleuatum est superlimi-
nare a voce, qua clamabant. Legimus in vete-
ri testamento, quòd semper Dominus Moysi, &
Aaron ad ostium tabernaculi sit locutus, quasi
ante Euangelium, necdum eos in Sancta Sãcto-
rum introduxerit, sicut Dei Ecclesia postea in-
ducta est, dicens: Introduxit me rex in cubi-
culum suum. Quando ergo Dominus noster de- *Cant. 2.*
scendit ad terras, superliminare illud, quasi
quoddam obstaculum intrare cupiẽtibus subla-
tum est, & vniuersus hic mundus fumo impletus
est, ideſt gloria Dei, vbi autẽ in Latino, Eleua-
tum legimus, in Græco sublatum ponitur, Do-
mus fumo impleta est, Deus ignis est, hic cum
in Sina monte descendisset ad Moysen ad aduen *Exo. 20.*
tum eius videbantur lampades discurrentes, &
plenus omuis mons fumo: ex igne ergo quoniã
totam substantiam capere non possumus; leuior
quidam in vniuersum mundum, & rarior fumi
natura dispergitur, quam nos capientes dica-
mus; ex parte cognoscimus, & ex parte prophe *1. Cor. 13.*
tamus, & nunc videmus per speculum in ænig-
mate.

IDEM sic ait: Pedes Dei stabilimentum, 20
& virtus eius est, eo quòd vbique præsens est, & *Epist. cuius titulus est de his quæ Deo in Scripturis attribuuntur.*
vniuersa ei subiecta sunt, ipso dicente per Isaiã:
Cælum mihi sedes est, terra autem scabellum
pedum meorum. Aliter pedes Filij Dei incar-
natio intelligitur, quæ diuinitati subiecta est, *to. 9.*
tamquam capiti pedes; sicut enim per caput *Isai. 66.*
diuinitas, sic per pedes humanitas eius expri-
mitur, de qua in Exodo scriptum est. Viderunt *Exo. 24.*
Dominum, hoc est, Moyses, Aaron, & Nadab, &
Abiu, & septuaginta de Senioribus populi, sub
pedibus eius quasi lapis sapphirus, & quasi cæ-
lum cum serenum est. Sicut autem per lapidem
Sapphirum cælestes naturas, vel sanctos Ange-
los, ita per cælum serenum sanctam Ecclesiam
electorum ex hominibus assumptam figurali-
ter demonstrare voluit; super quas duas crea-
turas homo assumptus Filius Dei in perpetuum *Psal. 8.*
regnat. De quo in Psalmo dicitur: Omnia subie
cisti sub pedibus eius.

IDEM: Erit in nouissimis diebus præpara- 21
tus mons domus Domini in vertice montium, *In caput 2. Isaiæ tex.*
& in nouissimis diebus erit hora nouissima, de
qua

1. Ioan. 2. qua loquitur Ioannes: Filioli nouissima hora
est, in qua absciſſus lapis de monte sine mani-
Dan. 2. bus creuit in montem magnum, & repleuit om
nem terram, a quo princeps Tyri in Ezechiele
dicitur vulneratus. Hic mons in domo Domi-
Psal. 26. ni est, quam Propheta suspirans dicit: Vnam
petiui a Domino, hanc requiram, vt inhabitem
in domo Domini omnes dies vitæ meæ. Et fluẽt
Psal. 2. ad eum omnes gentes. Omnes enim gentes ser
uiunt ei, cui dictum est: Postula a me, & dabo
tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem
Soph. 3. tuam terminos terræ, vt seruiant ei iuxta So-
phoniam sub iugo vno, de quibus idem Prophe-
ta testatur. Ex finibus fluuiorum Æthiopiæ af-
ferent tibi hostias. Et in septuagesimoprimo
Psalmo legimus: In cospectu eius procident Æ-
Phil. 2. thiopes. In nomine enim Iesu omne genu fle-
ctetur. Et dicent: Venite ascendamus ad mon-
tem Domini &c. Gentes & populi nequaquam
propria salute contenti se mutuo hortabuntur,
& dicent: Venite ascendamus ad montem Do-
mini, & ad domum Dei Iacob. Tunc docebit
22 nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius.
Isai. 2. Prius discendæ sunt viæ Domini, & postea am-
bulandum in semitis eius. *Infra*: Conflabunt
gladios suos in vomeres, & lanceas suas in fal-
ces, ideſt omne bellandi studium vertetur ad pa
cem, & pro discordia erit in toto orbe concor-
dia, gladij mutabuntur in vomeres, & lanceæ in
falces, vt omisso furore bellandi agriculturæ ser
uiant, & vberrimas falcibus messes secent.
Quod quidẽ spiritualiter intelligi potest, quan-
do omnis duritia cordis nostri Christi vomere
frangitur, & eradicantur spinæ vitiorum, vt se-
men Sermonis Dei crescat in fruges, vt postea
Psal. 125. labores manuum nostrarum mãducemus. *Infra*:
Quiescite ergo ab homine, cuius spiritus in na-
ribus eius, quia excelsus reputatus est ipse, mo-
neo vos, vt quiescatis ab homine, qui ita spirat,
ac viuit, vt nos homines, quia in nihili compu-
tandus est, qui secundum carnem homo est, &
habet animam; & ita spirat, & naribus halitum
trahit, vt nos homines spiramus, ac viuimus, sed
secundum Diuinam Maiestatem excelsus est, &
reputatur, & creditur.

23 IDEM explicans illa verba: Apprehendẽt
In caput 4. Isaiæ. septem mulieres virum vnũ, ait: In aduentu Do
mini Saluatoris septẽ mulieres, ideſt septẽ dona
Spiritus Sancti, apprehẽdent Iesum, quẽ multo
tẽpore desiderauerant, quia nullũ alium potue-
rant inuenire, in quo æterna statione requiesce-
rent. Vnde & Ioannes Baptista refert in Euange
Ioan. 1. lio. Et qui misit me, ipse mihi dixit, super quem
Cap. 3. & 4. videris Spiritũ Sanctũ descendentẽ, & manentẽ
in eo, ipse est. In Zacharia quoque legimus. Su-
per lapidẽ vnum septem oculos, & in vno aureo
cãdelabro septẽ lucernas, & septẽ suffusoria, ac
duas oliuas, ex vtraque parte lãpadis firma ra-
dice fundata. Quod autẽ gratia Sancti Spiritus
cũcta possideat, expositione nõ indiget. Sed quia
in hominibus semper patiebatur opprobrium,
nullo viuente, vt Spiritus Sancti dona poscebãt,
propterea Iesu nomen sibi cupiunt inuocari, vt
quod in lege imperfectũ erat, in Euangelio com
pleretur. *Infra*: Et creabit Dominus super omnẽ *Esa. 4.*
locũ montis Sion, & vbi inuocatus est, nubẽ per
diẽ, & fumũ, & splendorem ignis flammantis in *2. Cor. 3.*
nocte. In Christo enim noua creatura est, de qua
alibi legimus: Vetera transierũt, ecce facta sunt
omnia noua. Septuaginta verterũt, & veniet, &
erit omnis locus montis Sion &c. Quis autẽ ve-
niet, nisi ille de quo scriptum est: Veniet ex Sion
qui liberet, & de quo alius Propheta commemo
rat, adhuc paululum modicũ, qui venturus est,
veniet, cũ ille venerit, reddetur populo felicitas
pristina, quã aliquando habuere in eremo præ-
cedente Domino eos per diem in columna nu-
bis, & per noctem in columna ignis, vt nec in
prosperis, nec aduersis turbentur. Quod & in
Psalmo dicitur: Per diem Sol non vret te, neque *Psal. 120.*
Luna per noctem.

IDEM explicans illa verba: Sume tibi librũ 24
grandẽ &c. sic ait: Partus scribitur virginalis, & *In caput 8. Isaiæ.*
dixit Dominus ad Prophetam, Vt nequaquam
in populos proferat nouæ natiuitatis arcana,
sed scribat humano stilo, vt puer natus veloci-
ter spolia detrahat, & cito prædetur, hoc est, ne
vltra patiatur regnare diabolum, nec mittat
Angelos, nec Prophetas, sed ad saluandas crea-
turas suas ipse descendat. Facit ergo Propheta
quod iussum est. *Infra*: Præcipiturq. Isaiæ, vt ip- *Cap. 8.*
sum puerum, qui prius vocabatur Emmanuel,
nunc appellet, Accelera, spolia detrahe, festina
prædari, quia captiuam duxit captiuitatem, de-
dit dona hominibus, & antequam humanum
corpus assumeret, & iuxta infantiã Patrem vo-
caret Deum, & matrem Mariam, auferetur Da-
masci fortitudo, & spolia Samariæ per Regem
Assyriorum, vt necdum natus populum suum
domum Dauid sola inuocatione saluaret.

IDEM explicans de Christo Domino, & 25
vocabitur nomen eius admirabilis, cõsiliarius, *In caput 9. Isaiæ.*
Deus, fortis, Pater futuri sæculi, Princeps pa-
cis, ait: Hac nominum maiestate perterritos se-
ptuaginta reor non esse ausos de puero dicere,
quòd aperte Deus appellandus sit &c. sed pro
his sex nominibus posuisse, quod in Hebraico
non habetur magni consilij angelum. Multipli-
cabitur eius imperium, & pacis non erit finis.
Nec dubitare poterit de multiplici Saluatoris
imperio, & pace eius quæ non habeat finem, qui
in Psalmis legerit: Postula a me, & dabo tibi gen *Psal. 2.*
tes hereditatem tuam. Et rursum: Et multitu- *Psal. 51.*
do pacis donec auferatur luna, ideſt vsque ad
consummationem sæculi. Zelus Domini exer-
cituum fecit hoc, æmulatio, quia ipsi ad æmula-
tionem eum prouocauerunt in his qui non erãt
dij, & ille eos prouocauit ad æmulandum in gen
te, quæ non erat gens.

26 IDEM explicans illa verba: Ecce Domi-
In cap. 19. Isaiæ. nus ascẽdet super nubem leuem, & ingredietur
Ægyptum, sic ait: Ascẽdit Dominus super nubẽ
leuem, corpus sanctæ Virginis Mariæ, quod nul
lo humani seminis pondere prægrauatum est,
vel certe corpus suum, quod de Spiritu Sancto
conceptum est. Et ingressus est in Ægyptum
huius mundi, statimque omnia Ægypti simu-
lacra commota sunt, ita vt vniuersa fraus ido-

latriæ, quæ deceptum possidebat orbem se fractam esse sentirent. Et pugnauit vir contra fratrem suum, amicus contra amicum suum, & cõcurrere faciã Ægyptios aduersus Ægyptios, quia non venit pacem mittere in terram, sed gladium, & inimici hominis domestici eius.

27 Lib. 11. in c.40. Isaiæ. IDEM explicans illa verba: Sicut pastor gregem suum pascet, in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuauit, fœtas ipse portabit, sic ait: Iste qui postea in maiestate venturus est, prius incarnãdo formam pastoris accipit, in brachio suo congregabit agnos, non tauros, & arietes, & hircos, quibus per Ezechielem comminatur, quòd lacte vescantur, & operiantur lanis, & infirmum cõterant gregẽ, sed agnos adhuc tenellos, & rudis in Christo infantiæ, qui nuper in baptismo sunt renati, de quibus & ad *Ioan. 21.* Petrum dicitur. Pasce agnos meos. Et in eodem Ezechiele scriptum est: Suscitabo super eos pastorem vnum, & pascet eos, seruum meum Dauid, & erit pastor eorum, & ego Dominus ero eis in Deum, & Dauid in medio eorũ princeps, ego Dominus locutus sum. Et ponam cum Dauid testamentum pacis. In quo considerandum quòd post multa tempora, Dauid gulosis pastoribus reprobatis Dominum nostrum, qui est de stirpe Dauid suscitaturum esse se dicat, qui congreget agnos, & foueat in sinu suo, & fœtus ouiũ siue fœtas oues ipse in humero suo portet; sicut *Luc. 15.* in Euangelio legimus, quòd ouem erroneam, & a grege solito remanentem in suis ad caulas humeris reportarit. Possumus & oues fœtas Apostolos, & Apostolicos viros omnes dicere, qui salutem parturiunt plurimarum, & dicunt cum *Gal. 4.* Apostolo: Filioli mei quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis.

28 In cap. 42. Esai. to. 4. *Matt. 9.* IDEM explicans illa verba: Calamũ quassatum, siue confractum non conteret, ait: Cunctis placabilis erit, & veniam dabit peccatoribus, dicẽs: Confide fili remittũtur tibi peccata tua. Et linũ fumigãs, siue vt ceteri transtulerũt, obscurum atque tenebrosum, nõ extinguet: Qui vicini erant extinctioni Domini clementia seruabũtur. Splendebit & non cõteretur, significat quòd resurgens ex mortuis cunctos illuminaueric, nec morte cõtritus sit, donec poneret super terram iudicium, qui loquebatur in Euangelio. *Ioan. 9.* In iudiciũ ego veni in mundũ istum, vt nõ videntes videant, & videntes cæci fiant. Pro quo nos interpretati sumus, Nõ erit tristis, neque turbulentus; sed æqualitatẽ vultus omni tẽpore conseruabit; quod falso de Socrate Philosophi gloriantur, numquã eũ plus solito nec tristẽ fuisse, nec lætum. Pro quo Aquila, & Theodotio interpretati sunt: Nõ obscurabit, & nõ curret, donec ponat in terra iudiciũ. Et est sensus: Nullũ vultus tristitia deterrebit, nec festinabit ad pœnã, qui iudicij veritatem vltimo tẽpori reseruauit.

29 In c.3. Prouerbiorum to.8. IDEM explicans illa verba: Viæ eius viæ pulchræ, & omnes semitæ eius pacificæ, sic ait: Actiones Christi, & doctrinæ eius in assumpta humanitate, quæ in Euangelijs continentur pulchræ sunt, quia diuinæ, ac puri hominis modum longe transgressæ, & omnia iussa eius ad pacem ducunt æternam. Omnia quæ in carne gessit ad reconciliandos Deo mortales, ad pacificãdum cum Angelis genus humanum, ad demonstrãda suis seruandæ ad inuicem pacis, & dilectionis exempla pertinent. Lignum vitæ est his, qui apprehenderint eam, & qui tenuerint eam Beatus. Sicut in medio Paradisi lignũ vitæ erat, ita *Gen. 3.* per Sapientiã Dei videlicet Christum viuificatur Ecclesia, cuius & nunc sacramentis carnis, ac sanguinis pignus vitæ accipit, & in futuro præsenti beatificatur aspectu. Dominus sapientia fundauit terram, stabiliuit cælos prudentia. Deus Pater fundauit terram sapientia, cum per Filium Sanctam Ecclesiam in fidei soliditate locauit, stabiliuit cælos prudentia, cum per eundem sublimia prædicatorum corda illustrauit. Sapientia illius eruperunt abyssi, cum largiente Christi gratia profunda sacramentorum cælestium fidelibus innotescunt.

30 In cap. 38. Iob to. 8. IDEM explicans illa verba: Numquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grãdinis aspexisti, sic ait: Potuit Dominus de aduẽtu suo in carne hoc dixisse, quo vt ignis æternus, & ignis cæli, per quem omnes creaturæ rationabiles concalescunt dignatus est ad terrã descẽdere, qui velut ad niueam regionem, & frigidam mundi huius, atque instar grandinis nimio infidelitatis frigore duratam, exclamauit, & dixit: *Luc. 12.* Ignem veni mittere in terrã. Proinde huiusce modi humanorum cordium thesauros obliuione, videlicet Dei sui frigidissimos ingressum se profitetur, vt expulso perfidiæ frigore dilectione eius flagrarent, & dicerent: Concaluit cor *Psal. 38.* meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. Sic itaque ingressus Christus mundũ, ac visitans eum, aspicit corda mortalium. Hæc igitur Deus facere præparauit in tẽpus hostis, & in idem pugnæ & belli, in tempore vtique pro nobis moriens, hostem grauem, ac molestissimum inimicum diabolum in inferis triumphauit, & fidei suæ aduersarios expugnauit.

31 In Psalm. 71. to. 7. Inuit. 6. IDEM explicans illa verba de Christo Domino: Descẽdit sicut pluuia in vellus, inquit. Sicut in vellus Gedeonis pluuia descendẽs cum terra arida defecit, ita & hic illapsus est in vterũ virginalem per infusionẽ Spiritus Sancti. Et sicut stillicidia stillantia super terram. Arida enim erat terra humani corporis cũ aduenit, nec vllũ fructum exhibere poterat sanctitatis, sed ipse eam prædicationis suæ stillicidijs fecundatam, fructibus repleuit æternis. Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis. Quod impletum est tempore Augusti Cæsaris, cũ Dominus de thalamo virginali processit. Nam ita his diebus omnia bella quieuerũt, vt etiã illud impleretur, quod alius Propheta cecinit, dicens: Con- *Isaiæ 2.* uertent gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. Dies autẽ eius sunt, cũ cõcipitur, cum nascitur, cum nutritur, dies eius sunt cũ opera Patris operatur. Reges Tharsis & Insulę munera offerent &c. Omne enim hoc mundiale imperiũ, honores, & ordines ad Dominum Iesum accedent, eiq. colla submittent, bonorumq. morum dona deferent, quod ex magorum muneribus intelligimus inchoatum, ipsi enim gentium, & regum typum tenuisse monstrantur.

32 Libro 3. in epistola ad Ephes. to. 8. IDEM explicans illa verba: Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia, ait: Primus homo Adam, cum dixit, *Gen. 2.* propter hanc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ; hoc de Christo, & Ecclesia prophetauit, quod reliquerit Dominus noster, atque Saluator Patrem suum Deum, & matrem suam cælestem Hierusalem, & venerit ad terras propter suum corpus Ecclesiam, & de suo eam latere fabricatus sit, & propter illam Verbum caro factum sit.

33 Lib. 13. de Trinit. to. 3. AVGVSTINVS ostendit, disputans de mysterio incarnationis, sanandæ nostræ miseriæ conuenientiorem modum alium non fuisse, & ait: Quid enim tam necessarium fuit ad eripiendam spem nostram, mentesq. mortalium condicione ipsius mortalitatis abiectas ab immortalitatis desperatione liberandas, quàm vt demonstraretur nobis, quanti nos penderet Deus, quantumq. diligeret? Quid vero huius rei tanto isto indicio manifestius, atque præclarius, quàm vt Dei Filius immutabiliter bonus in se, manens quod erat & a nobis, & pro nobis accipiens, quod non erat, præter animæ suæ naturæ detrimentum nostrum dignatus inire consortium, prius sine vllo malo, suo merito, mala nostra perferret, ac si iam credentibus, quantum nos diligat Deus, & quod desperabamus iam sperantibus dona in nos sua sine vllis meritis nostris, immo præcedentibus, & malis meritis nostris indebita largitate conferret. Quia *Rom. 5.* & ea quæ dicũtur merita nostra dona sunt eius. Commendat autem, inquit Apostolus, Deus charitatem suam in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus Christus pro nobis mortuus est; multo magis iustificati nunc in 34 sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum. Adhuc addit, & dicit: Si enim cum inimici essemus, reconciliati salui erimus in vita ipsius. *Infra*: Sunt & alia multa, quæ in Christi incarnatione, quæ superbis displicet salubriter intuenda, atque cogitanda sunt, quorum est vnum, quòd demonstratum est homini, quẽ locum haberet in rebus, quas condidit Deus, quandoquidem sic Deo coniungi potuit humana natura, vt ex duabus substantijs fieret vna persona. Ac per hoc iam ex tribus, scilicet Deo, anima, & carne, vt superbi illi maligni spiritus, qui se ad decipiendum, quasi ad adiuuandum medios interponunt, non ideo se audeant hominis præponere, quia non habeant carnem, & maxime, quia in eadem carne mori dignatus est Filius Dei, ne illi tamquam Deos se coli persuadeant, quia videntur esse immortales. Deinde vt gratia Dei in nobis sine vllis præcedentibus meritis in homine Christo commendaretur, quia nec ipse tanta vnitate Deo vero coniunctus, vna cum illo persona, mox vt homo, 35 etiam Deus Filius Dei viueret vllis est præcedentibus meritis assecutus, sed ex quo homo esse cœpit, ex illo est & Deus. Etiam illud est, vt superbia hominis, quæ maxime impedimento est, ne inhæreatur Deo per tantam Dei humilitatem redargui posset, atque sanari, discatque homo, quàm longe recesserit a Deo, & quid illi valeat ad medicinalem dolorem, quando per talem mediatorem reddit, qui hominibus, & Deus diuinitate subuenit, & homo infirmitate conuenit. Quod autem maius obedientiæ nobis præberetur exemplum, qui per inobedientiam pericramus, quàm Deus Filius obediens Deo Patri vsque ad mortem crucis? quod premium tantæ obedientiæ vbi ostenderetur melius quàm in carne tanti mediatoris, quæ ad vitam resurrexerit æternam? pertinebat etiam ad iustitiam, bonitatemq. creatoris, vt per eandem rationalem creaturam superaretur diabolus, quam se superasse gaudebat, & de ipso genere venientem, quod genus origine vitiata per vnum tenebat vniuersum.

36 Libro 83. quæstionũ to. 4. IDEM explicãs illa verba Ioan. 1. Verbum caro factum est, ait: Volens Euangelista commendare pro nobis dilectionẽ humilitatis Dei, qui sese humiliauerit, & quousque humiliauerit exprimens, Verbum, carnemque nominauit prætermittens animæ naturam, quæ Verbo inferior est, carne vero præstantior. Magis autem commendat humilitatem, quia dixit: Verbum caro factum est, quàm si diceretur, Verbum homo factum est.

37 Lib. de catechizãdis rudibus. IDEM sic ait: Sicut Iacob dum nasceretur, manũ prius emisit ex vtero, quàm etiam pedẽ prænascentis fratris tenebat, deinde vtique secutum est caput, tum demũ necessario mẽbra cetera, sed tamen caput nõ tantum, & membra *Gen. 25.* quæ secuta sunt, sed etiã ipsam manum quæ in nascẽdo præcessit dignitate, ac potestate præcedit, & quamuis non tempore apparendi, tamen naturæ ordine prius est, ita & Dominus Iesus Christus, etsi antequam appareret in carne, & quodammodo ex vtero secreti sui ad hominum oculos mediator Dei, & hominum homo procederet, qui est super omnes Deus benedictus in sæcula, præmisit in sãctis Patriarchis, & Prophetis quandam partem corporis sui, qua velut manu se nasciturum esse prænuncians, etiam populum præcedentem superbæ vinculis legis, tam- 38 quam digitis quinque supplãtauit, quod & per quinque temporum articulos prænunciari venturus, prophetariq. non destitit, & huic rei cõsonans, per quẽ lex data est libros quinque cõscripsit, & superbi carnaliter sentientes, & suam iu- *Rom. 10.* stitiam volentes constituere, non aperta manu Christi repleti sunt benedictione, sed conclusa, atque constricta retenti sunt. Itaque illis obliga- *Psal. 16.* ti sunt pedes, & ceciderũt, nos vero surreximus, & erecti sumus. Quamuis ergo vt dixi, Præmiserit Dominus Christus quandam partem corporis sui in sanctis, qui eum nascendi tempore præierunt; tamen ipse est caput corporis Ecclesiæ, illique omnes eidem corpori, cuius ille caput est cohæserunt credendo in eum, quem prænunciabant. Quæ autem maior causa est aduentus Domini, nisi vt ostenderet Deus dilectionem suam in nobis commendans, eam vehementer, quia cum adhuc inimici esse-

Rom. 5. mus, Christus pro nobis mortuus est? Hoc autem ideo quia finis præcepti, & plenitudo legis charitas est, vt & nos inuicem diligamus, &
Rom. 13. quemadmodum ille pro nobis animã suam posuit, sic & nos pro fratribus animam ponamus,
1. Ioan. 3. & ipsum Deum, quoniam prior dilexit nos, & fi
1. Ioan. 4. lio suo vnico non pepercit, sed pro nobis omni-
Rom. 8. bus tradidit eum, si amare pigebat, saltim redamare nõ pigeat, & nimis durus est animus, qui dilectionem si nolebat impendere, nolit repen-
39 dere. Quòd si in ipsis flagitiosis, & sordidis amò ribus videmus, nihil aliud eos agere, qui amari vicissim volunt, nisi vt documentis, quibus valent, aperiant, & ostẽdant quantũ ament, eamq. imaginem iustitiæ prætendere affectant, vt vicẽ sibi reddi quodammodo flagitẽt ab eis animis, quos illecebrare moliuntur, ipsiq. ardentius æstuant, cum iam moueri eodem igne etiam illas mentes, quas appetunt, sentiunt. Si ergo & animus qui torpebat, cum se amari senserit, excitatur, & qui iam feruebat cum se redamari didicerit, magis accenditur; manifestum est nullam esse maiorem causam, qua vel inchoetur, vel augeatur amor, quàm cum amari se cognoscit, qui nondum amat, aut redamari se vel posse sperat, vel iam probat qui prior amat. Et si hoc in turpibus amoribus, quanto plus in amicitia? Quid enim aliud cauemus in offensione amicitiæ, nisi ne amicus arbitretur, quòd eum vel non diligamus, vel minus diligamus, quàm ipse nos diligit? Quod si crediderit frigidior erit in eo amore, quo inuicem homines mutua familiaritate perfruuntur. Et si non ita est infirmus, vt non illum hæc offensio faciat ab omni dilectione frigescere, in ea se tenet, qua non vt fruatur, sed
40 vt consulat, diligit. Operæpretium est autem animaduertere, quomodo quamquã & superiores velint se ab inferioribus diligi, & quãto magis id senserint, tanto magis eos diligãt; tamen quanto amore exardescat inferior, cum a superiori se diligi senserit, ibi enim gratior amor est, vbi non æstuat indigentiæ siccitate, sed vbertate beneficentiæ profluit: ille namque amor ex miseria est, iste ex misericordia. Iam vero si etiã se posse amari a superiori desperabat, inferior ineffabiliter commouebitur in amorem, si vltro ille fuerit dignatus ostendere, quantum diligat eum, qui nequaquam sibi tantum bonum promittere auderet. Quid autem superius Deo iudicante, & quid desperatius homine peccante? qui se tanto magis tuendum & subiugandum superbis potestatibus addixerat, quæ beatificare non possunt, quanto magis desperauerat suã curam regi ab ea potestate, quæ non malitia sublimis esse vult, sed bonitate sublimis est? Si ergo maxime propterea Christus aduenit, vt cognosceret homo quantum eum diligat Deus, & ideo cognosceret, vt in eius dilectionem, a quo prior dilectus est, inardesceret, quanto eum amore diligere debeat homo, fari non potest.

41 In concione ad Cathecumen. to. 6. IDEM sic ait: Christus processit ex vtero virginali, tamquam sponsus de thalamo suo. In quo vtero spiritales nuptiæ celebratæ, Deus coniunctus est carni, & caro adhæsit Deo, vt esset vnus Christus. Hic ergo procedens velut sponsus de thalamo suo, ad cuius nuptias commota vniuersa exultare visa est creatura, namq. Angelorum chorus ex his nuptijs pacem designat hominibus bonæ voluntatis, his nuptijs cæli nouam Stellam, nouum, atque splendidum lumen, illo ipso sponso operante producunt, vt lumen verum sedentibus in vmbra mortis nunciarent natum, & velut in lingua sua laudarent hunc sponsum procedentem, quem sciebant ad hoc suscepisse hominem mortalem, vt faceret immortalem. *Infra*: Christus est, de quo dicitur: Hic est Deus noster, & nõ æstimabitur alius *Bar. 3.* absque illo, qui inuenit omnem viam scientiæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo, post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. De hoc dicit Daniel: Cum *Dan. 9.* venerit sanctus sanctorum, cessabit vnctio. Ipse *Dan. 2.* est & lapis ille abscissus de monte sine manibus concidentium, id est natus de Virgine sine manibus complectentium, qui tantum creuit, vt mons magnus fieret, & impleret vniuersam faciem terræ. De quo monte dicit Propheta: *Isai. 11.* Venite ascendamus ad montem Domini. Et de *Psal. 67.* quo Dauid dicit, mons Dei, mons vberrimus, vt quid suspicamini montes incaseatos, montem in quo placuit Deo habitare in eo.

42 Lib. contra Fulgentium Donatist. to. 7. IDEM applicat incarnationi Christi Eliseigestum, qui mittens sal in aquam, eius sterilitatem sanauit, sic ait: Gratias Deo Patri, qui quod futurum ostendit in nobis fidelis impleuit, qui *4. Reg. 2.* nobis non Angelos solum, non Prophetas, sed proprium Filium destinauit, qui aquarum sterilitatem, id est gentium infecunditatem discussa morte sanauit, accepit vas fictile, hoc est corpus fragilitatis humanæ, sal misit, id est Sapientia Diuina repleuit, aquam suo descensu sanauit, id est gentes suo aduentu redemit, & Ecclesiam ex gentibus congregauit, & in fœtus vberes longe, lateq. diffudit.

43 In Psal. 11. to. 8. IDEM explicans illa verba: Ponam in salutari propter miseriam inopum, & gemitũ pauperum nunc exurgam, dicit Dominus, sic ait: Hoc ex persona Dei Patris accipiendum est, qui propter inopes, & pauperes, id est inopia & paupertate bonorum spiritualium egentes, Filium suum dignatus est mittere. Inde enim incipit sermo eius apud Matthæum: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Ponam in salutari. Non dixit quid ponat, *Luc. 2.* sed in salutari in Christo accipiendum est secundum illud, quoniam viderunt oculi mei salutare tuũ, & ideo intelligitur in illo posuisse, quod ad miseriam inopum auferendam, & consolandum gemitum pauperum pertinet.

44 In Psal. 118. IDEM sic ait: Christi Domini sublimitas hęc est, quòd infirmatus est vsque ad mortẽ, & assũpsit infirmitatis carnẽ, vt pullos Hierusalẽ colligeret sub alas suas tamquã gallina infirmata cum paruulis, non enim in aliqua aue, hoc aliquando conspeximus, aues quas cernimus pullos habent, & alunt; infirmari autem cum paruulis non aspeximus. Gallina quomodo hoc habet? certe notam rem dico, quomodo raucescit vox, quomodo fit hispidum totum corpus, dimittuntur alæ, laxantur plumæ, & vides circa pullos nescio quid ægrotum, & ea est materna charitas, quæ inuenitur infirmitas. Quare ergo Dominus, nisi propter hoc gallina esse vo-
Matt. 23. luit in sancta Scriptura dicens, Quoties volui congregare filios tuos tamquam gallina pullos suos sub alas, & noluisti? congregauit autem omnes gentes tamquam gallina pullos suos, qui infirmatus est propter nos accipiens carnem a nobis, crucifixus, contemptus &c. ergo hoc materna infirmitatis est, non amissæ maiestatis.

45 Concione 1. in Psal. 70. IDEM sic ait: Eliseus primum ad mortuum resuscitandum baculum suum misit per
4. Reg. 4. seruum; mortuus enim erat filius viduæ, nunciatum est ei, seruo suo dedit baculum suum: Vade, inquit, pone super mortuum, posuit baculum, nõ surrexit mortuus; si enim data esset lex
Gal. 3. quæ posset viuificare, vere ex lege esset iustitia, non viuificauit lex per seruum missa; & tamen ipse Propheta postea secutus viuificauit, namq. cum ille infans non surrexisset, venit Eliseus iam figuram portãs Domini, qui seruum suum cum baculo, tamquam cum lege præmiserat, venit ad iacentem mortuum, posuit membra super illum, ille infans erat, ille iuuenis erat, contraxit & breuiauit quodammodo iuuentutis suæ magnitudinem, paruulus factus, vt mortuo congrueret; mortuus ergo surrexit cum se viuum mortuo coaptauit, & fecit Dominus, quod non fecit baculus.

46 In Psalm. 119. 1. Cor. 3. IDEM sic ait: Christus talem se fecit nascendo, vt possent de illo homines loqui, quia de homine homo facile loquitur, de Deo homo quando loquitur sic quomodo Deus est? Vnde dixit Paulus: Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Ergo spiritualibus in excelsis loquitur, carnalibus autem vt loquatur, descendit; nam vt sciatis, quia cum descendit de illo, qui descendit loquitur, ecce Ioannes manentem in se loquitur, In principio erat verbum, &c. cape si potes, cibus est. Sed dicturus es mihi ille cibus est, sed ego infans sum, lactandus sum, vt idoneus fieri possim ad manducandũ cibum, ergo quia tu lacte nutriendus es, ille autem cibus est, ipse cibus per carnẽ tibi traiectus est ad fauces. Quomodo enim cibum mater comedit, vt per carnem traijciat ad infantem lactentem lac factum, sic cibus Angelorum Dominus, Verbum caro factum est, & factus est lac, & dicit Apostolus, Lac vobis potum dedi, non escam; nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis, ergo dando lac descendit ad paruulos.

47 In Psalm. 147. IDEM explicans illa verba: Qui emittit eloquium suum terræ, velociter currit sermo eius, sic ait: Ecce in terra laboramus fessi, langui di, pigri, frigidi, quando leuaremur ad adipem frumenti, & satietatem, nisi mitteret Verbum suum terræ qua grauabamur, terræ qua impediebamur a reditu? misit Verbum suũ, & venit ad terras Verbum eius. Quomodo eius? aut quod est Verbum eius? vsque in velocitatem currit Verbum eius. Non dixit, velox est Verbum eius, currit Verbum eius vsque in velocitatem, intendamus fratres, non potuit eligere melius Verbũ, calidus calore calescit, frigidus frigore frigescit, velox velocitate velox fit. Quid calidius ipso calore quo calet, quicquid fit calidum? Quid velocius ipsa velocitate, qua velox fit, quicquid velociter currit? Possunt dici multa velocia alia magis, & alia minus, & quæ res est magis particeps velocitatis est magis velox, ipsa itaque velocitate quid velocius? ergo quousque currit? vsque in velocitatem. Quantum vis, auge quod velox est Verbum, & dic, velocius est quàm aues, quàm venti, quàm angeli, numquid aliquid horum? attamen quanta ipsa velocitas vsque in ipsam velocitatem. *Infra*: Velocitas feruens est, & omnia feruentiora velociora, illa autem sapientia incarnata currit vsque in velocitatem, ergo feruentissima *Psal. 18.* est, nec est qui se abscondat a calore eius.

48 Homil. 2. in Apocalyp. to. 9. IDEM explicans illa verba: Et iris erat in circuitu sedis similis visioni smaragdinæ, sic ait: Iris lingua Græca arcus vocatur, qui in die pluuiæ apparere videtur. Et quid per hanc, nisi reconciliatio mundi designatur, quæ per incarnati Verbi dispensationem facta cognoscitur? Hoc certe si solerter inspicitur effectus ipsius iridis indicare videtur. Arcus itaque tũc apparet cum radijs Solis imbrifera fuerit nubes illustrata. Sole igitur nubem illustrante arcus apparuit, quia videlicet cum Patris Verbũ quod candor est lucis æternæ, ac Sol iustitiæ humanã susciendo illustrauit naturam, ipsa humanitatis eius susceptio, quæ profecto nubes a Prophe ta vocatur, reconciliatio facta est mundi. Bene autem imbrifera, quia nimirum prædicationum eloquijs plena.

49 Lib. 2. de visitatione infirmorum. 4. Reg. 20. IDEM sic ait: Ad Christi humanitatem homo fidelis oculum suum intellectualem reflectat. In illa delectetur, ex illa quoque satietur. Ad ipsam faciem suam conuertat, sicut de Ezechia dictum est. Conuertit Ezechias faciem suam cum lachrymis ad parietem. Paries, Christi humanitas est, vnde Salomon: En ipse stat *Gant. 2.* post parietem nostrum. Diuinitas enim ipsius sub nostra carne latitabat, nam in terris visus *Bar. 3.* est, & cum hominibus conuersatus est. Ad hunc reuera parietem Ezechias sub mortis articulo, quem ei Propheta per spiritum prædixerat, faciẽ conuertit; & ita cõualuit, ac valetudinis expectatione tandẽ securus Iacob ita tripudiat. *Gen. 32.* Vidi Dominum, facie diuinitatis, in qua erat Deus, ad faciem humanitatis, quam erat assumpturus, & sic salua facta est anima mea. Huius incarnationis desiderio flagrabant, omnes sancti quippe, quibus erat manifestum, non aliter posse saluari genus humanum, nisi per Filium *Act. 4.* Dei incarnatum, non enim est in aliquo alio salus, nec est aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo oporteat hominem saluũ fieri. Ad
50 hunc igitur parietem nostrum, mediatorem nostrum conuerte faciem tuam, familiarius quod tuum est aggredere securius, scit compati tuis infirmitatibus, qui factus est tuæ infirmitatis

participando consocius, prærogatiuam nostræ carnis in cælos enexit superius, quia exaltatus est super cælos homo Deus, participatus est nostræ humanitatis, vt nos participaremus suæ diuinitatis. Aude igitur de homine tuo Deo facere quoddam participiũ, quia prior fecit Deus de homine tuo puro sibi participium. Ex diuinitate processit saluatio, & ex humanitate redemptio, vtrumque tamen ex vtroque. Tutius & iucundius loquor ad meum Iesum, quàm ad aliquem sanctorum Spirituum Dei, plus debet mihi Christus, quàm alicui cælestium spiritũ, quod tu es, fieri dignatus est Deus, non factus est, quod est Angelus (etsi sit magni consilij Angelus) te exaltauit super Angelos, nollem habere locum Angeli, si possem habere locum debitum homini, ad curiam Dei tui præcessit Deus tuus, homo tuus, tunica tua, tunica polymita, quam sibi decentissime coaptauit, indutus illa, assiduus interpellat pro nobis, gloria, & honore coronatus, & super opera manuum Dei constitutus. Quem igitur habes mediatorem, & intercessorem, constitue tibi propitium adiutorem, & si Deus pro te, quis contra te?

Psal. 8.

Rom. 8.

51 IDEM explicans illa verba: Omnis caro fœnum, ait: Verbum Domini etiam fœno dat honorem, & honorem non transitorium; dat enim & carni immortalitatem. Cum dictum esset omnis caro fœnum, & omnis gloria eius, vt flos fœni, fœnum aruit, flos decidit: quasi quæramus. Quæ fœno spes? quæ flori fœni stabilitas? Verbum, inquit, Domini manet in æternum, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Verbum enim Domini dicit tibi, Noli respuere promissum meum, quia non respui fœnum tuum, hoc ergo quod nobis præstitit Verbum Domini, vt ad ipsum nos teneremus, ne cum flore fœni transiremus. Hoc ergo quod nobis præstit, vt Verbum caro factum fieret, sucipiens carnem, non mutatum in carnem, manens & assumens, manens quod erat, assumens quod non erat.

Serm. 42. de verbis Domini in Ioannẽ to. 10.

Isai. 40.

Ioan. 1.

52 IDEM explicans illa verba 3. Reg. 18. Dixit puer ad Eliam, video nubeculam paruulam quasi vestigium hominis ascendentem de mari, & subito contenebrati sunt cæli, & facta est pluuia magna, ait: Nubecula parua carnem Christi figurabat, quæ in mari mundi istius nascitura erat. Sicut ergo orante Elia post tres annos, & sex menses pluuia de cælo descendit; ita & in aduentu Saluatoris tribus annis, & sex mẽsibus, quibus prædicare dignatus est, pluuia Verbi Dei totum mundum feliciter irrigauit.

Serm. 201. de tẽpore.

53 GREGORIVS explicans illa verba Iob cap. 26. & obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus, sic habet: Coluber tortuosus diabolus est, quem Isaias vocat Leuiathan serpentem, vectem, tortuosum. Cauernæ vero huius colubri corda fuerant iniquorum, quæ quia ad prauitatem propriam traxit, quasi in eorum habitatione requieuit. Sed obstetricante manu Domini tortuosus coluber de proprijs cauernis expulsus est: sicut incarnata veritas dicit, nunc princeps huius mundi eijcietur foras.

Lib. 17. moralium cap. 20.

Ille enim eum de carnalibus hominum cordibus expulit, qui propter homines ad incarnationem venit, dumq. corda infidelium tenuit, quasi manum ad latibula serpentis misit. Vnde recte per Prophetam dicitur: Delectabitur infans ab vbere super foramine aspidis, & in cauerna Reguli, qui ablactatus fuerit manũ suam mittet. Non nocebunt, & nõ occident amplius in vniuerso monte sancto meo. Quem namque infantem ab vbere, vel eum qui ablactatus fuerit, nisi Deum appellat? Quid vero foramine aspidis, & cauernis reguli, nisi corda signauit iniquorum? Quia antiquus hostis dum totum in se eorum consensum contulit, quasi in foramine proprio coluber tortuosus sinus astutiæ colligendo glomerauit. Quem & aspidis nomine vocat occulte sæuientem, & reguli aperte ferientem. Manum ergo suam Dominus in foramine reguli, atque aspidis misit, quando iniquorum corda diuina potestate tenuit, & captiuum diabolum traxit, vt in monte sancto eius electis fidelibus non noceret. Hinc namque in Canticis Canticorum sponso venienti dicitur: Coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonũ. Quid aliud leonum nomine, quàm dæmonia designantur, qui ira contra nos atrocissimæ crudelitatis insæuiunt? & quia peccatores ad fidẽ vocati sunt, quorum quondam corda leonũ cubilia fuerunt, dum vicisse mortem Dominus eorum confessione creditur, quasi de leonum cubilibus coronatur. Leo ergo de cubilibus suis pellitur, quia obstetricante manu Domini tortuosus coluber in cauernis, quas tenuerat, habitare prohibetur, nam victus a fidelium cordibus exijt, qui super hæc sceptro perfidiæ regnauit.

Ioan. 12.

Isai. 11.

54

Cant. 4.

55 IDEM sic ait Ezechiel Electri speciem in medio ignis vidit. Electrum ex auri, argentiq. metallo miscetur, in qua permixtione argẽtum quidem clarius redditur, sed tamen fulgor auri temperatur. Quid ergo in electro, nisi mediator Dei & hominum demonstratur? Qui dum semetipsum nobis ex diuina, atque humana natura cõposuit, & humanam per deitatem clariorem reddidit, & diuinam per humanitatem nostris aspectibus temperauit, quia enim virtute diuinitatis eius tot miraculis humanitas fulsit ex auro creuit argentum, & quot per carnem Deus cognosci potuit, & tot aduersa toleranit, quasi ex argẽto tẽperatum, quod bene & in medio ignis ostẽditur, quia incarnationis eius mysterium subsequẽtis iudicij flamma comitatur, Pater enim omne iudiciũ dedit Filio. *Infra*: Per succensum rubũ Moysen alloquens, quid aliud ostenditur, nisi quòd ex illo populo exiret, qui in igne deitatis carnis nostræ dolores, quasi rubi spinas susciperet, & inconsumptam humanitatis nostræ substantiam etiam in ipsa diuinitatis flamma seruaret?

Lib. 18. Moralium c. 2. to. 2.

Exo. 3.

56 IDEM sic ait: In lege scriptum est: Facies & candelabrũ ductile de auro mundissimo, hastile eius, & calamos, & scyphos ex ipso procedentes. Quis in cãdelabro, nisi Redemptor humani generis designatur, qui in natura humanitatis, infulsit

Hom. 6. in Ezech. to. 1.

Exo. 25.

infulsit lumen diuinitatis, ut mundi candelabrum fieret, quatenus in eius lumine omnis peccator, in quibus iaceret tenebris videret? Qui pro eo quòd naturam nostram sine culpa susceptit, candelabrum tabernaculi ex auro purissimo fieri iubetur. Ductile autem feriendo producitur, quia & redemptor noster, qui ex conceptione perfectus Deus, & homo extitit, passiones dolorum pertulit, & sic ad resurrectionis gloriam peruenit. In membris autem suis, quæ nos sumus quotidie percussionibus proficit, quia dum nos tundimur, & efficimur, vt eius corpus esse mereamur, ipse proficit, de eius enim corpore scriptum, ex quo totum corpus per nexus, & coniunctiones subministratũ & constructum crescit in augmentum Dei. *Infra*. In tabernaculo propitiatorium fieri iubetur, super quo duo Cherubim ex auro mundissimo ponuntur. Quid per propitiatorium, nisi Redemptor humani generis designatur? De quo per Paulum dicit, Quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius.

Col. 5.

Rom. 3.

57 BERNARDVS sic ait: Ratio propter quam non Pater, non Spiritus sanctus carnem accepit, hæc est, Lucifer enim ille, qui manè oriebatur pro eo, quòd altissimi similitudinem vsurpare tentauit, & rapinam arbitratus est se æqualem Deo (quod utique Filij est) præcipitatus illico corruit, quoniam zelauit pro Filio Pater, & opere dixisse videtur, Mihi vindictam, & ego retribuã, continuo videbam Satanam tamquam fulgur cadẽtem de cælo. Quid tu igitur superbis terra, & cinis? Si superbientibus Angelis Deus non pepercit, quanto magis tibi? corruens de cælo, & protinus inuidẽs homini, quam conceperat in semetipso, in eo peperit iniquitatem, suadens vt lignum vetitum gustans fieret sicut Deus sciens bonum, & malu, iste quòd filij Dei serpentis consilio subripere tentat, nec dissimulat iniuriam Filij Pater, sed continuo, & in ipsum hominem vindictam retribuit, & aggrauat super nos manum suam, omnes enim in Adam peccauimus, & sententiam damnationis accepimus. Quid agat Filius videns pro se zelare Patrem, & nulli penitus parcere creaturæ? etiam, inquit, occasione mei Pater creaturas suas amittit, altitudinem meam primus Angelus affectauit, & populum qui sibi crederet, habuit, sed cõtinuo Patris zelus grauiter vindicauit in illum, percutiens eum pariter cum omnibus suis plaga incurabili, castigatione crudeli, scientiam quoq. quę mea est, furripere homo voluit, & ne illi qui dem misertus est, nec pepercit, duas fecerat solum creaturas capaces beatitudinis, Angelum, & hominem, sed ecce propter me Angelos perdidit multos, homines vniuersos, ergo vt sciant quia & ego diligo Patrẽ, per me recipiat, quos quodammodo propter me amisisse videtur. Si propter me tempestas hæc orta est ait Ionas: Tollite me, & mittite in mare. Sed quare ipse venit ad nos, cum potius nos ire deberemus ad illum? nostra enim erat necessitas. Ita est fratres, sed duplex in nobis erat impedimentum,

In Serm. 1. aduentus.

Esaiæ 14.

Phil. 2.

Rom. 12.

Luc. 10.

58

nam, & caligabant oculi nostri, ille vero lucem habitat inaccessibilem, & iacentes Paralytici in grabato diuinam illam non poteramus attingere celsitudinẽ, propterea benignissimus Saluator, & medicus animarum descendit ab altitudine sua, & claritatem suam infirmis oculis temperauit, induit se laterna quadam, illo vtique glorioso, & purissimo corpore, quod susceptit; hæc est enim illa leuissima, plana, & præfulgida nubes, supra quam ascensurum eum Propheta prædixerat, vt descenderet in Aegyptũ. Venit, aduesperascebat enim iam dies, quando venit, recesserat paulo minus Sol iustitiæ, ita vt exiguus nimis splendor eius, aut calor esset in terris, nam & lux diuinæ notitiæ parua admodum erat, & abundante iniquitate feruor refrigerat charitatis. Iam non apparebat Angelus, non loquebatur Propheta, cessabant velut desperatione victi, præ nimia vtique duritia hominum, at ego, ait, Filius, tunc dixi, ecce venio. Sic sic dum medium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu iter peragerer, omnipotẽs sermo tuus Domine a regalibus sedibus venit, quod & Apostolus innuens aiebat: Quando venit plenitudo temporis misit Deus Filiũ suum. Nimirum plenitudo, & abundantia temporalium obliuionem, & inopiam fecerat æternorum. Opportune ergo tunc aduenit æternitas, quando magis temporalitas præualebat.

Esaiæ 19.

Gal. 4.

59 IDEM sic ait: In aduentu Domini, quem celebramus, si personam venientis intueor, nõ capio excellentiam maiestatis, si attendo, ad quos venerit, dignationis magnitudinem expauesco, stupent certe Angeli, de nouo videntes infra se quem supra semper adorant, manifeste iam, & ascendentes, & descendentes ad Filium hominis. Si considero propter quod venerit, amplector quoad possum inæstimabilem latitudinem charitatis. Si modum cogito, exaltationem agnosco humanæ conditionis, venit siquidem vniuersitatis Creator, & Dominus, venit ad homines, venit propter homines, venit homo.

Serm 3. ad uentus.

60 IDEM sic habet: Christus Dominus non modo ad nos, sed propter nos venit, verum nostræ quidem indigentiæ quantitatem manifestius ipsa dignationis eius indicat magnitudo, nec modo periculum ægritudinis ex ipso pretio medicaminis innotescit, sed & valetudinum numerus ex multitudine remediorum. Vt quid enim diuisiones gratiarum sunt, si non videtur necessitatum vlla diuersitas, occurrunt autem mihi tres communes indigentię principales. Nemo enim reperitur in nobis, qui non & consilij, & auxilij, & præsidij indignus videatur. Nam & faciles sumus ad seducendum, & debiles ad operandum, & fragiles ad resistendum. Si discernere volumus inter bonum, & malum, decipimur, si tentamus facere bonum, deficimus, si conamur resistere malo, deijcimur & superamur, necessarius proinde Saluatoris aduentus, necessaria ne præoccupatis hominibus præsentia Christi, atque vtinam sic veniat, vt copiosissima dignatione sua illuminet cæcitatem

Ser. 7. aduẽtus.

tatem noſtram,& nobiſcum manens adiuuet in firmitatem noſtram, & pro nobis ſtans fragilitatem noſtram protegat,& propugnet.Si enim ille in nobis,quis iam decipiat nos ? Si ille nobiſcum,quid de cetero non poſſumus in eo,qui confortat nos? Si ille pro nobis, quis contra nos? Fidelis conſiliarius,qui nec falli,nec fallere queat, fortis auxiliarius qui non laſſeſcat, patronus efficax, qui & ipſum Satanam ſub pedibus noſtris velociter conterat,& omnia eius machinamenta confringat. Ipſe eſt Dei ſapiẽtia, cui ſemper in promptu ſit inſtruere ignorãtes. Ipſe Dei uirtus, cui facile ſit, & deficientes reficere, & eripere periclitantes.

61 In ſer. 3. in vigilia Natiuitatis.

IDEM ſic habet: Hodie ſcietis quia veniet Dominus, & mane videbitis gloriam eius; vos qui in puluere eſtis,expergiſcimini,& laudate, quia venit medicus ad ægrotos,Redemptor ad venditos, ad errantes via,ad mortuos vita.Venit quippe qui proijciat in profundum maris omnes iniquitates noſtras, qui ſanet omnes infirmitates noſtras, qui nos proprijs humeris, ad propriæ dignitatis reportet originem.

62 In ſer. 1. Purificationis. *Pſal. 47. Pſal.35.*

ITEM ſic habet: Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui. Longe eſt hæc gratiarum actio a voce illa gementis,Domine in cælo miſericordia tua, & veritas tua uſque ad nubes. Quid enim ? videtur ne tibi in me Deo fuiſſe miſericordia, cũ apud ſolos cæligenas ſpiritus haberetur ? at vbi ſane minor actus eſt Chriſtus paulo minus ab Angelis, factusque eſt Dei,et hominũ mediator, ac velut lapis angularis pacificauit per ſanguinẽ ſuum, quæ in cælis ſunt, & quæ ſuper terram. Ex hoc plane iam ſuſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui. Eramus enim & nos natura filij iræ,ſed conſecuti ſumus miſericordiam.Cuius iræ filij ? & quam miſericordiam conſecuti ? Nempe filij ignorantiæ,ignauiæ, captiuitatis, & conſecuti ſumus ſapientiam, virtutem, redemptionem. Ignorantia mulieris ſeductæ excæcauerat nos,mollities viri abſtracti, & illecti a propria concupiſcentia eneruauerat nos,malitia diaboli expoſitos iuſte a Deo captiuauerat nos.Sic ergo naſcimur vniuerſi, primum quidem viæ ciuitatis habitaculi prorſus ignari, deinde imbecilles & ignaui,vt & ſi nota nobis eſſet via uitæ propria, tamen præpediremur, & detineremur inertia, poſtremo captiui ſub peſſimo, crudeliſſimoque tyranno, vt licet prudentes eſſemus atque robuſti, ipſa tamẽ miſeriæ ſeruitutis opprimeremur condicione. Numquid non miſericordia, & miſeratione opus habet tanta miſeria ? aut certe ſi iam ſalui ſumus ab hac triplici ira per Chriſtum, qui factus eſt nobis ſapientia a Deo Patre,& iuſtitia,& ſanctificatio, & redemptio, quanta nobis vigilantia opus eſt,ne forte(quod abſit) inueniantur noſtra nouiſſima peiora prioribus, ſi denuo contingat iram incendere, vtpote qui non natura iam, ſed propria voluntate filij iræ ſumus ?

63

64 In ſer. 1. Annũciationis

IDEM ſic ait: Vt inhabitet gloria in terra noſtra,miſericordia,& veritas obuiauerũt ſibi, iuſtitia, & pax oſculatæ ſunt, quando Deus factus eſt homo. Gloria Patris filius ſapiens,vnde cum Chriſtus ſit ſapiẽtia, ipſa gloria eſt Patris, quia ergo multifarie,multiſque modis de eo prædictũ fuerat in Prophetis,quòd in terris videndus eſſet,& inter homines cõuerſaturus, quonammodo id factum ſit Pſalmiſta explicat his verbis, vt verbum caro fieret, & habitaret in nobis, Miſericordia, & veritas obuiauerunt ſibi;iuſtitia, & pax oſculatæ ſunt. Videre mihi videor dilectiſſimi quattuor virtutibus his amictum primum hominem in creatione, & vt Propheta meminit veſtimento ſalutis indutum,eſt enim in his quattuor illa ſalutis integritas,nec ſine his omnibus poteſt cõſtare ſalus. Acceperat ergo homo miſericordiam cuſtodem,vt ipſa præueniret, ipſa & ſe queretur eum, ipſaque protegeret,& conſeruaret vbique, vides qualẽ nutritium contulit paruulo ſuo Deus, ſed erat illi neceſſarius etiam eruditor tamquam ingenuæ,& rationabili creaturæ,vt non ſicut iumentum aliquod cuſtodiretur, ſed tamquam paruulus educaretur, cui ſane magiſterio nemo poterat aptior inueniri, quàm veritas ipſa, quæ eũ in agnitionem ſummæ perduceret aliquando veritatis,interim vero ne ſapiens inueniretur, vt malum faceret, eſſetque peccatũ ei tamquã ſcienti bonum, & minime facienti, iuſtitiam quoque qua regeretur accepit,adhuc autem,& pacem qua foueretur, & delectaretur, addidit manus benigniſsima Creatoris, pacem vtique duplicem, vt nec intus pugnæ, nec foris timores,ideſt,nec caro concupiſceret aduerſus ſpiritũ,nec eſſet ei creatura vlla formidini. Quid huic deerat, quem miſericordia cuſtodiebat, docebat veritas, regebat iuſtitia, pax fouebat? Sed heu homo iſte ad multam perniciem,& inſipientiam ſibi deſcendit de Hieruſalem in Hiericho,ſed incidit in latrones,a quibus ante omnia legitur deſpoliatus. Nec vero poterat reueſtiri, niſi Chriſtus amitteret ſua. Inter has autem virtutes grauis quædam videtur orta contentio,ſi quidem ueritas, & iuſtitia miſerũ affligebant, pax, & miſericordia zeli huius expertes iudicabant magis eſſe parcendum. Vnde & factum,vt perſeuerantibus illis in vltione & præuaricatorem hinc inde cædentibus, illæ ſecederent in cor Patris redeuntes ad Dominum,qui illas dedit ſolus,ſi quidem ipſe cogitabat cogitationes pacis, cum afflictionis omnia plena viderentur. Siquidem non ceſſabat pax, non ei miſericordia dabat ſilentium, ſed pro quodam ſuſurrio paterna pulſantes viſcera loquebãtur, Numquid in æternũ proijciet Deus, aut non apponet, vt complacitior ſit adhuc? Numquid obliuiſcetur miſereri Deus, aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas? Et quamuis diu multumque viſus ſit diſſimulare Pater miſerationum,vt interim ſatisfaceret zelo iuſtitiæ, & veritatis, non tamen infructuoſa fuit ſupplicantium importunitas, ſed exaudita eſt in tempore opportuno. Sed forte interpellantibus tale feratur dediſſe reſponſum. Vſque quo preces veſtræ? debitor ſum, & ſororibus veſtris,

65

66

veſtris,quas accinctas videtis ad faciẽdam vindictam in nationibus, iuſtitiæ, & veritati. Vocentur, & veniant, & ſuper hoc verbo pariter conferamus, feſtinant ergo legati cæleſtes, & vt viderunt miſeriam hominum, & crudelem plagam, vt Propheta loquitur, Angeli pacis amare flebant. Quis enim fidelius quærerent,aut rogarent,quæ ad pacem ſunt, quàm Angeli pacis? ſane ex deliberatione communi aſcendit veritas ad conſtitutam diem, ſed aſcendit vſq. ad nubes, necdum plane lucida, ſed ſubobſcura adhuc zelo indignationis,factumque eſt, vt legimus in Propheta,Domine in cælo miſericordia tua, & veritas tua vſque ad nubes, medius autem Pater luminum reſidebat, & vtraq. pro parte ſua vtilius, quòd habebat, loquebatur. Summa tamen controuerſiæ totius hæc fuiſſe videtur,eget miſeratione creatura rationalis, ait miſericordia, quoniam miſera facta eſt, & miſerabilis valde;venit tempus miſerẽdi eius, quia iam præterijt tempus. E contra veritas, oportet,inquit, impleri ſermonẽ, quem locutus es Domine,totus moriatur Adam neceſſe eſt,cum omnibus,qui in eo erant, qua die vetitum pomum in præuaricatione guſtauit. Vt quid ergo ait miſericordia,vt quid me genuiſti pater citius perituram? Similiter autem econtrario, & illa loquebatur, Quis enim neſciat, quòd ſi prædictam præuaricator mortis ſententiam euaſerit, perijt, nec permanebit iam in æternum veritas tua Domine? Ecce vero vnus de Cherubim, ideſt magni conſilij Angelus ad Regem Salomonis ſuggerit eſſe mittendas, & in eius conſpectu miſericordia, & veritas obuiauerunt ſibi,iuſtitia,& veritas ait: Fateor zelum bonum miſericordia habet, ſed vtinam ſecundum ſcientiam; at miſericordia,inquit, veritati,tu neutri parcis, ſed tanta indignatione ſæuis in præuaricatorem, vt inuoluas pariter, & ſororem. Grandis controuerſia, fratres, ſic erat dilectiſſimi,ſic erat, nonvidebatur,quomodo ſimul poſſent erga hominem miſericordia, & veritas conſeruari. Dixit iudex, fiat mors bona, & habet vtraque quod petit. Obſtupuere omnes in verbo ſapientiæ, & forma compoſitionis pariter,atque iudicij. Siquidem manifeſtum fuit nullam eis querimoniæ occaſionem relinqui. Quod fiet, ſi ex charitate moriatur quis,vtiq. qui nihil debeat morti. Neque enim detinere poterit mors innoxium, ſed forabitur maxilla Leuiathã, & deſtruetur paries medius, ſolueturque chaos magnum, quod inter mortem, vitamque firmatum eſt. Bonus viſus eſt ſermo, vtpote fidelis, & omni acceptione dignus. Sed vbi poterat ille innocens inueniri, qui mori velit non ex debito,ſed ex beneplacito ſuo? circuit veritas orbem terræ, & nemo mundus a ſordẽ,nec infans, cuius eſt vnius diei vita ſuper terram. Sed & miſericordia cælum omne perluſtrat,& in Angelis quoque ne dixerim prauitatem, minorem tamen inuenit charitatem. Redeunt ad conſtitutam diem veritas, & miſericordia, anxie plurimum non inuẽto,quod deſiderabant. Tunc vero ſeorſum pax conſolans eas ait. Qui conſilium dedit, ferat auxiliũ,intellexit Rex,quid loqueretur, & ait: Pœnitet me feciſſe hominem,pœna, inquit, me tenet, mihi incumbit ſuſtinere pœnam, pœninentiam agere pro homine,quem creaui. Tunc ergo dixit, ecce venio. Et accerſito Gabriele, vade,inquit,dic filiæ Sion, ecce rex tuus venit. Feſtinauit ille,& ait: adorna thalamum tuum Sion,& ſuſcipe regem. Porro venturum regem miſericordia, & veritas præceſſerunt faciem ſuam. Iuſtitia thronum præparat,ſecundum illud,Iuſtitia,& iudicium præparatio ſedis tuæ, pax cum Rege venit, vt Propheta fidelis inueniretur,qui dixit, pax erit in terra noſtra, cum venerit. Sed & tunc iuſtitia, & pax oſculatæ ſunt,quæ non modice videbantur hactenus diſſidere.

Matt. 21. Eſaiæ 62. Zacha.9. Pſal. 88.

68 Serm. 2. in Cantica.

IDEM explicans illa verba: Oſculetur me oſculo oris ſui, ſic ait: Ardorem deſiderij patrum ſuſpirantium Chriſti in carne præſentia frequentiſſime cogitans compungor,& confundor in memetipſo,& nunc vix contineo lachrymas, ita pudet teporis, torporiſque miſerabilium temporum horum. Cui namque noſtrum tantum ingerat gaudium gratiæ huius exhibitio,quantum veteribus ſanctis accenderat deſiderium promiſſio. Senſerat nimirum in ſpiritu,quiſquis tunc ſpiritualis eſſe poterat, quanta foret gratia diffuſa in labijs illis,propterea loquens in deſiderio animæ aiebat, Oſculetur me oſculo oris ſui. Nimirũ omnibus modis cupiens tantæ ſuauitatis participio non fraudari, dicebat enim perfectus quiſque,quo mihi ora hæc ſeminiverbia prophetarum ? ipſe potius ſpecioſus præ filijs hominũ oſculetur me oſculo oris ſui,Non audio iam Moyſem,impeditioris ſiquidem linguæ factus eſt mihi, Iſaiæ labia immunda ſunt, Hieremias neſcit loqui, quia puer eſt,& prophetæ omnes elingues ſunt,ipſe ipſe quem loquũtur,ipſe loquatur,ipſe me oſculetur oſculo oris ſui. Non in eis iam, aut per eos loquatur mihi, quoniam tenebroſa aqua in nubibus aeris,ſed ipſe me oſculetur oſculo oris ſui,cuius gratioſa præſentia,& admirandæ fluẽta doctrinæ fiant in me fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Quem vnxit Pater oleo lætitiæ præ conſortibus ſuis, numquid non ex ipſo vberior mihi infunditur gratia,ſi tamen dignetur me oſculari oſculo oris ſui ? cuius vtique ſermo vnus,& efficax oſculum mihi eſt, nõ quidem conuinctio labiorum, quæ interdum pacẽ mentitur animarum, ſed plane infuſio gaudiorum, reuelatio ſecretorum,mira quædam commixtio ſuperni luminis, & illuminatæ mentis adhęrens quippe Deo vnus ſpiritus eſt. *Et infra.* Prædicabant Prophetæ Chriſtum in carne venturum,& cum ipſo pacem, vnde quidam eorũ, & pax erit,inquit, in terra noſtra cum venerit, immo per ipſum Dei gratiam homines recupe raturos cum omni fiducia,ſicut diuinitus acceperant,prędicabant. Ceterum illis prænunciãtibus pacem,moram autem faciente auctore pacis nutabat populi fides, dum non erat qui redimeret, neque qui ſaluum faceret, itaque cauſa-

Pſal. 44. Exo.4. Eſa. 6. Hier. 1. 69 Pſal. 17.

70

causabantur homines moras, quòd ille totiens nunciatus, necdum veniret princeps pacis, & suspectas habentes promissiones, signum promissæ reconciliationis, quod est osculum, flagitabant, ac si nuncijs pacis vnus quilibet responderet de populo, iam olim prædicitis pacem, & non venit, promittitis bona, & adhuc turbatio,
Hier. 8. ecce hoc ipsum multifarie, multisque modis, & Angeli patribus, & patres nostri annunciaue runt nobis dicentes, Pax pax, & non est pax. Si mihi vult esse persuasum Deus, quòd de suæ beneplacito voluntatis tam crebra iam legatione spondet, nec exhibet, osculetur me osculo oris sui, sicque in signo pacis faciat de pace securũ, nam verbis iam quomodo credam? opus magis est opere verba firmare. Probet veridicos
Ioan. 1. nuncios suos Deus, & sequatur eos ipse, vt sæpius promiserunt. Quia sine ipso possunt face-
4. *Reg.* 4. re nihil. Misit puerum, tulit baculum, & necdũ est vox, neque vita, non surgo, non suscitor, non excutior de puluere, non respiro in spem, si nõ Propheta ipse descendat, & osculetur me osculo oris sui.

71 In serm. 2. Natiuitatis ex varijs. *Gen.* 2. IDEM sic ait: Eluuius, ait Scriptura, egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandam vniuersam superficiem terræ, qui inde diuiditur in quattuor capita. Fluuius iste est Dominus meus Iesus, qui de duobus locis voluptatis egreditur ex vtero Patris, & ex vtero Virginis. Vnde Propheta. Dominus Deus noster fluuius gloriosus exiliens in terram sitientem. *Infra.* Ad irrigandam vniuersam superficiem terræ, idest, ad terrenam miseriam expiandam, quam nobis in hereditatem primus ille peccator reliquerat. Qui diuisus est in quattuor capita, quia vt ait Paulus, Factus est nobis sapientia, iustitia, sanctificatio, & redemptio. Ad nos quip-
1. *Cor.* 11. pe veniens, qui eramus in carcere primo omnium tenebras ignorantiæ nostræ depulit luce sapientiæ suæ, demum per iustitiam, quæ ex fide est, soluit funes peccatorum nostrorum sanctificans nos in suo corpore, redimens in corporis passione, Dominus enim soluit cõpeditos, Dominus illuminat cæcos, sanctificat tabernaculum, de manu redimit inimici; diuiditur, &
Psal. 145. in patientiam, qua peccatores sustinet, in misericordiam, qua peccatores fouet, in largitatẽ, qua proficientes exaltat, in fortitudinem, qua proficientes conseruat.

72 Lib. 3. officiorum cap. 14. to. 4. *Exo.* 7. AMBROSIVS agens de prodigijs factis per Moysem, ait: Proiecit virgam, & serpens factus est, qui deuorauit serpentes Aegyptios. Significans quòd Verbum caro fieret, quæ serpentis diri venena vacuaret per remissionem, & indulgentiam peccatoris. Virga est enim Verbum directum, regale, plenum potestatis, insigne imperij, virga serpens facta est, quoniã qui erat Filius Dei ex Deo Patre natus Filius hominis factus est, natus ex Virgine, qui quasi serpens exaltatus in cruce medicinam vulneribus infudit humanis. Vnde, & ipse Domi-
Ioan. 3. nus ait: Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis. Denique & alterum signum ad Dominũ Iesum pertinet, quod fecit Moyses. Manum suã misit in sinum, & protulit eam, & facta est manus eius sicut nix. Iterum misit, & protulit eam, & erat sicut carnis humanæ species, significans Domini Iesu primum fulgorem diuinitatis, postea susceptionẽ carnis, in qua fide credere omnes gentes, populosque oporteret. Merito manum misit, quæ dextera Dei Christus est, in cuius diuinitatem, & incarnationem, si quis nõ crediderit, quasi reprobus flagellatur: sicut ille Rex, qui quoniam signis non credidit euidentibus, postea flagellatus orabat, vt veniam mereretur, &c. *Exo.* 4.

73 In libro de institutione virginis c. 5. to. 4. IDEM: lignum missum in aquas amaras ad incarnationem applicat sic. Soror Aaron Maria dicta fuit, sed illa Maria amaritudo maris vocabatur, venit ergo Dominus in amaritudinem fragilitatis humanæ, vt condicionis amaritudo dulcesceret Verbi cælestis suauitate, & gratia temperata. Hoc significauit fons Mara per lignum dulcoratus, eo quòd populus nationum amarus ante peccatis, vel nostra caro temperamento passionis dominicæ in usus alteros mutaretur. *Exo.* 15.

74 Lib. de fide ad Gratianum Augustum cap. 5. to. eod. IDEM explicat illud, Post me veniet vir, cuius non sum dignus calceamẽta portare, &c. De incarnationis mysterio, sic ait: Lege enim proximo defuncti, vel fratri copula deferebatur eius vxoris, vt semen fratris, vel proximi resuscitaret, vnde quod Ruth, licet ipsa alienigena, tamen quia maritũ habuerat ex Iudæis, qui reliquerat superstitem proximum, eamque colligentem manipulos suæ messis, quibus alebat, & socrum Booz vidit, & amauit, non aliter eã accepit vxorem, nisi calciamentum eius ante soluisset, cui vxor debebatur ex lege. Historia simplex, sed alta mysteria, aliud enim gerebatur, aliud figurabatur, designabatur autem futurus ex Iudæis, ex quibus Christus secundũ carnem, qui proximi sui, hoc est, populi mortui semen doctrinæ cælestis semine resuscitaret, cui calciamentũ nuptiale Ecclesiæ copulandæ præscripta legis spiritalia deferebant. Non Moyses sponsus, illi enim dicitur, Solue calciamentum pedum tuorum, vt Domino suo cedat. Nõ
Iosue 5. Iesus Naue filius spõsus, nã & ipsi dicitur. Solue calciamentum pedum tuorum, ne ex simi-
75 litudine nominis Ecclesiæ sponsus crederetur; non alius sponsus, sed solus Christus, & sponsus, *Ioan.* 3. de quo dixit Ioannes. Qui habet sponsam, sponsus est. Illis igitur calciamentum soluitur, huic solui non potest, sicut dixit Ioannes, non sum dignus soluere corrigiam calciamenti eius. Solus ergo Christus est sponsus, cui illa veniens ex gentibus sponsa ante inops, atque ieiuna, sed iam Christi messe diues nubat, quæ manipulos fecundæ segetis, verbique reliquias gremio legat mentis interno, vt exhaustam illam viduam morte filij, atque inopem defuncti populi matrem nouis pascat alimẽtis non relinquens de-
Ioan. 1. stitutam viduam, & nouos quærens. Solus ergo Christus est sponsus, qui neque synagogę ipsi manipulos suæ messis inuidebat (vtinam se non ipsa excluderet) habuit quos per se colligeret,

geret, sed quia sponsus eius est mortuus, quasi filio egena defuncto per Ecclesiam manipulos, quibus viueret, colligebat, quos venientes in
Psal. 125. exultatione portabunt, sicut scriptum est. Venientes autem venient in exultatione tollẽtes manipulos suos, &c.

76 Lib. 1. de Spiritu sancto c. 7. to. 4. IDEM explicans illud Cant. 1. Vnguentũ effusum nomen tuum, sic ait: Sicut inclusum in vase aliquo vnguentum cohibet odorem suum, qui odor quamdiu vasis illius angustijs coercetur, & si ad plures non potest peruenire, tamen vim suam seruat, cũ vero de vase illo, quo claudebatur vnguentum fuerit effussum, longe lateque diffunditur; ita, & Christi nomen ante eius aduentum in Israel populo, quasi in vase aliquo Iudæorum mentibus claudebatur, notus enim
Psal. 75. in Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius, hoc vtique nomen, quod vasa Iudæorum angustijs suis coercitum continebant, magnum quidem, & tunc nomen cum infirmorum, atque paucorum hæreret angustijs, sed magnitudinẽ sui nondum per corda gentium, & in fines totius orbis effuderat; postea vero quam per omnem mundum suo illuxit aduentu, per omnem vtique creaturam diuinum suum illud nomen extendit, non repletum accessione aliqua, sed replens vacua, vt esset admirable nomen eius in vniuersa terra, &c.

77 In ser. 3. de Psalm. 21. to. 2. IDEM explicans illud, ego autem sum vermis, & non homo ait: Cur totius Dominus creaturæ vermiculo se voluit comparari? Possumus hoc humilitati primitus assignare, quæ sanctorum virtus est maxima; sicut Moyses ante Deum, animal se irrationale profitetur, Dauid pulicem se sæpe commemorat, sed magis illud accipiendum puto: quoniam vermis nulla extrinsecus admixtione alieni corporis, sed de sola, & pura terra procreatur, ideo illum cõparatum Domino; quoniam & ipse Saluator de sola, & pura Maria generatur. Legimus etiam
Exo. 16. De mãna vermiculos procreatos (digna plane, & iusta comparatio) siquidem de mãna vermiculus gignitur, & Dominus Christus de virgine procreatur; quin potius ipsam Mariam mãna dixerim, quia est subtilis, & splẽdida, suauis, & virgo, quæ velut cælitus veniens cunctis Ecclesiarum populis cibum dulciorem melle defluxit, quem qui edere, aut manducare neglexerit, vitam in semetipso habere non poterit, sed potius ipse cibus in iudicium conuertetur. Manna enim filijs Israel contra diuina præcepta tractantibus vermes effectus est, idest
Isai. 66. contumaciæ vltores, & iudices, nam quod idem sit vermiis, & iudex propheta testatur dicens: Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur vsque in hodiernum diẽ, &c.

78 Lib. 1. Exameron c. 1. to. 4. IDEM dicit: Mundum factum esse in principio veris mense videlicet Martij. Exo. 12. dicitur, Mensis hic initium mensium erit vobis, primus erit in mensibus anni. In hoc ergo principio mẽsium cælum, & terram fecit Deus, quod inde mũdi capi oportebat exordium, vbi erat opportuna omnibus verna temperies, vnde & annus mundi imaginem nascentis expressit, vt post hibernas glacies, atque hiemales caligines serenior solito verni temporis splendor eluceat: dedit ergo formam futuris annorum curriculis mũdi primus exortus, vt ea lege annorum vices surgerent, atque initio cuiusque anni produceret terra noua seminũ germina, quo primũ Dominus dixerat, Germinet terra herbam virentem, & lignum fructiferum faciẽs fructum, &c.

79 In apologia Dauid c. 7. to. 1. IDEM laudans Dauid, quòd noluit bibere aquã adductam ex cisterna Bethlehem allegorice exponens ait: Sitiebat Dauid non aquam de lacu, qui est in Bethlehem, sed oriũdũ ex virgine Christum in spiritu præuidebat, volebat ergo bibere non aquã fluminis, sed potum gratiæ spiritualis, hoc est, non aquarum sitiebat elementum, sed sanguinem Christi, illum sitiebat fontem æternum, non qui periculis quæreretur alienis, sed pericula aliena depelleret. *2. Reg.* 23

80 Serm. 16. super Psalm. 118. to. 2. IDEM explicans illud, Tẽpus faciendi Domine, sic ait: Dominici aduentus tempus iam esse commemorat, vt quia legis facta est præuaricatio, veniat finis legis, & consummatio eius, & plenitudo Dominus Iesus, qui deleat vniuersa delicta, & absoluat omnes, & liberet peccatores, vt si ingraueſcente ægritudine alicuius incommodi curras ad medicum, vt citius veniat, ne postea subuenire non possit. Medicus enim tunc amplius desideratur, cum grauis incubuerit ægritudo languenti. Ergo cum videat in spiritu propheta præuaricatores, populi luxuriam, delicias, dolos, fraudes, auaritiam, temulentiam, quasi pro nobis interueniat, currit ad Christum, quem solum tantis sciebat subuenire posse peccatis. Vrget, vt veniat, neque patitur fieri moras, Tempus, inquit faciendi Domine, hoc est, vt pro nobis crucem ascendas, mortem subeas, totus in periculum vltimum mundus vrgetur, veni, vt tollas peccata mundi, veniat vita morientibus, veniat resurrectio iã sepultis, factum tuum subueniat, quoniam nec tua præcepta prodesse potuerunt. Tempus faciendi Domine, non iubendi, quia non legatus, neque nuncius, sed Dominus saluaturus erat populum suum, &c. *Psal.* 118.

81 Super epist. ad Romanos c. 1. to. 3. IDEM circa illud, quod ante promiserat per Prophetas suos, sic ait: Vt manifestius salutarem esse aduentum Christi significaret etiã personas, per quas promissionem signauerit, demonstrauit, vt quàm vera, & magnifica sit promissio, ex his videretur, nemo enim rem vilem magnis præcursoribus nunciat, &c.

Christi Domini incarnatio, sicut & mors, alijs est in bonum, alijs in malum, & quare. Cap. VI.

1 Hom. 2. expositionis 1 in Cantica to. 2. ORIGENES explicans illa verba: Similis est dilectus meus capreæ hinnuloque ceruorum super montes Bether, sic ait: Ceruus serpentum inimicus, ac debellator, ita vt spiritu narium eos extra-

extrahat de cauernis, & superata pernicie veneni eorum pabulo delectetur. Saluator noster seruus est, quia interficit ipse serpentes, contrarias potestates iugulat, ideo dicam ei. Tu contriuisti capita draconum super aquam, similis est dilectus meus capreæ, super montes domus Dei, Bethel quippe interpretatur domus Dei. Non omnes montes domus Dei sunt, sed qui montes Ecclesiæ sunt. Inueniũtur quippe & alij montes erecti, & consurgentes aduersus scientiam Dei, montes Aegyptiorum. Esto mons Ecclesiasticus, mõs domus Dei, & veniet ad te sponsus similis capreæ. *Psal. 73.*

2 IDEM explicans, Vnguentum effusum, vel exinanitum, vt ipse legit, nomen tuum, ideo adolescentulæ dilexerunt te nimis, sic ait: Hæc verba in persona sponsi de Christo Domino intelliguntur, quòd in aduentu eius impletum est, vt nomen eius ita per orbem terræ, & per vniuersum mundum diffunderetur, vt fieret odor suauitatis in omni loco, sicut & Apostolus dixit: Quia Christi bonus odor sumus in omni loco, alijs quidem odor ex morte in mortem, alijs autem odor de vita in vitam. Si enim omnibus fuisset odor vitæ in vitam, dixisset vtiq. & hic, Omnes dilexerunt te, & traxerunt te, sed nunc ait, vbi nomen tuum est factum exinanitum, dilexerunt te. Non illæ vetulæ, ac veterem hominem indutæ animæ, neque rugas habentes, neq. maculas, sed adolescentulæ, in augmento scilicet ætatis, & pulchritudinis positæ animæ, quæ semper innouantur, & de die in diem renouantur, nouum se hominem induentes, qui secundũ Deum creatus est. Propter istas ergo adolescẽtulas, & in augmentis vitæ, & profectibus positas, exinaniuit se ille, qui erat in forma Dei, vt fieret vnguentum exinanitum nomen eius, vt non iam innaccessam lucem tantummodo habitaret, & in forma Dei permaneret, sed verbum caro fieret, quo possent istæ adolescentulæ & in augmentis profectuum positæ animæ, non solum diligere, sed & trahere eum ad se. Trahit enim vnaquæque anima, & assumit ad se verbum Dei pro capacitatis suæ mensura. Cum autem traxerint ad se animæ verbum Dei, & sensibus suis, atque intellectibus inseruerint, & dulcedinis eius, & odoris senserint suauitatem, vbi vnguentorum eius fragrantiam cœperint inuenire dumtaxat aduẽtus eius, & redemptionis, ac passionis causas, charitatemque agnouerint, qua pro salute omnium vsque ad mortem crucis immortalis accessit, & in his omnibus velut diuini cuiusdam, & ineffabilis vnguenti odoribus inuitatæ adolescentulæ, idest, animæ plenæ vigoris, atque alacritatis effectæ currũt post ipsum, atque ad odorem suauitatis eius nõ leto gradu, nec tardis passibus, sed rapido cursu, & tota properatione festinant: sicut & ille qui dicebat. Sic curro, vt comprehendam. *Infra*. Hæc autem paulo latiori excessu prosecuti sumus, ostendere volentes odoratũ sponsæ, adolescentularum, quo odoratæ sunt odorem vnguentorum sponsi, non corporis sensus, sed diuini odoris illius, & interioris, qui appellatur homo. *Hom. 1. exposit. 2. in Cantica.* *2. Cor. 2.* *1. Cor. 9.* 3 4

minis dici. Hic ergo odorationis sensus, in quo sanus est, & integer, odore Christi accepto ex vita adducit ad vitam. Si vero non sit sanus hoc odore susceptо de morte in mortem deijcit, secundum illum, qui dicebat, quoniam Christi bonus odor sumus, alijs quidem de vita in vitam, alijs autem odor de morte in mortẽ. Denique, & ij quibus intellectus herbarum est, pigmentorumque peritia, ferunt quædam esse pigmenta, quorum si odorem ceperunt nonulla animalia continuo intereunt, alia vero eodẽ odore recreantur, vitamque recipiunt, & nunc ergo in his ipsis expositionibus, & sermonibus quos habemus in manibus, videtur alijs esse vita ex vita, alijs vero mors ex morte. *Et infra*. Potest adhuc, & hoc modo accipi, quod ait: Vnguentum exinanitum nomẽ, propterea adolescentulæ dilexerunt te. Vnigenitus Dei filius cum in forma Dei esset exinaniuit semetipsum & formam serui accepit, illi ergo qui dicunt, quia de plenitudine eius nos omnes accepimus ipsi sunt adolescentulæ, quæ de ea plenitudine ex qua se ille exinaniuit, & factum est vnguentum exinanitum, nomen eius percipientes dicunt. Post te in odorem vnguentorum tuorum curremus; nisi enim exinanisset vnguentum, hoc est, plenitudinem diuini spiritus, & humiliasset se vsque ad formam serui, capere eum nullus in illa diuinitatis plenitudine potuisset, nisi sola fortassis sponsa, pro eo quod uidetur indicare, quia vnguentum istud exinanitum nõ sibi, sed adolescentulis dilectionis dederit causam, sic enim dicit. Vnguentum exinanitum nomen tuum, propterea adolescentulæ dilexerunt te. Ac si diceret. Adolescentulæ quidem proterea dilexerunt te, quia exinanisti te de forma Dei, & factum est vnguentum exinanitum nomen tuum, ego autem dico quod non pro exinanito vnguento, sed pro ipsa vnguentorum plenitudine dilexi te, id enim indicat in eo loco, vbi dicit, odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. Nunc autem quasi laboris sui consecuta sponsa palmam, pro eo quod cucurrerit cum currentibus, introductam se dicit ab sponso rege in cubiculum eius, vt ibi videret cunctas opes regias. *Gant. 2.* 5 6

IDEM explicans illa verba: Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, sic habet: Virga est primogenitus omnis creaturæ, qui iuxta carnem natus est. Exijt virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendit. Quis est flos, & quæ est radix? ambo enim in unum idipsum subiacent. Differentia autem est negotiorum. Nam si peccator es, non est tibi flos, neq. videbis florem, qui est ex radice Iesse, venit enim, & de te virga quomodo Apostolus virgæ, & floris loquitur. De virga quidem dicit. Quid vultis in virga neniam ad vos? de flore vero. An in charitate Dei, & spiritu mansuetudinis. Ex ijs ergo de radice Iesse virga sapientiæ ei qui sapplicijs plectitur, virga ei qui indiget increpatione, virga ei qui necesse habet, vt arguatur, flos vero ei qui iam eruditus est, & non indiget illa correptione, vel *Hom. 3. in Isaiam.*

vel certe non indiget pœnis, sed valẽti iam florere incipere, & ad perfectum fructum exire. 7 *Hom. 2. in Hieremiã.*

IDEM explicans illa verba: Ex cap. 51. Subito cecidit Babylon, & contrita est, sic ait: Si veneris ad aduentum Domini mei Iesu Christi, & videris eius magnum opus, quomodo subuertit omnia gentium de Idolis dogmata, vt credentes de erroris eximeret iugo, intelliges quia in tempore passionis eius Babylon extemplo corruit, & contrita est. Vnusquisque nostrum consideret seipsum, & animaduertat Babylonem in suo tempore corruisse, si autem & in alicuius corde non cecidit ciuitas confusionis, huic Christus, necdum aduenit, veniente quippe, & Babylon ruere consueuit, propterea petite, vt veniat Iesus in corda vestra, & conterat Babylonem, & faciat ruere omnem malitiam eius, & reædificet pro his, quæ subuersa sunt, pro Babylone, quæ fuerat ante constructa in ipso principali cordis vestri Hierusalem ciuitatem sanctam Dei.

8 HIERONYMVS sic habet: Christus Dominus iuxta Danielem, lapis est excisus de monte sine manibus, qui creuit in montem magnum, & impleuit omnem terram. Iste iuxta Ezechielem vulnerauit principem Tyri, & ad istum in Esaia & Michæa populi confluunt dicentes, Venite ascendamus ad montem Domini, & domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius. Ecce quomodo idem Christus mons vulnerat principem Tyri, & docet electos vias suas. *In epist. ad Fabiolam to. 3. Dan. 2. Esaiæ 2. Ezech. 28*

9 IDEM sic ait: Sublatum est, inquit Propheta; superliminare, & domus impleta est fumo, quod signum est templi Iudaici destruendi, & incendendæ vniuersæ Hierusalem, quam videmus nunc destructam. Nonnulli vero in superioribus consentientes in extrema parte dissentiunt. Nam superliminare sublatum illo tempore prædicant, quando velum templi scissum est, & vniuersa domus Israel erroris nube confusa, quando Iosephus refert sacerdotes ex adytis templi cælestium audisse vocem, Transeamus ex his sedibus. *In epist. ad Damasum in qua exponitur Isaiæ c. 6. eod. to. Isai. 6.*

10 IDEM sic habet: Vsque ad quadragesimũ secundum annum post passionem Domini datum est Iudæis tempus pœnitentiæ, post quos perseuerantibus illis, in malitia egressi sunt duo vrsi de syluis gentium Romanarum Vespasianus, & Titus, & blasphemantes pueros, ascendente vero Eliseo in domum Dei, hoc enim interpretatur Bethel, voce consona illudentes interfecerunt, atque lacerauerunt, & ex eo tempore Hierusalem non appellatur ciuitas sancta, sed sanctitatem, ac pristinum nomen amittens spiritualiter vocatur Sodoma, & Aegyptus, vt ædificetur pro ea ciuitas noua, quam fluminis impetus lætificat, & de cuius medio egreditur fons, qui totius orbis amaritudinem mitigauit, vt miserabilis Israel ruinas templi nudatis plangat lacertis, & in Christo turba credentiũ noua quotidie videat Ecclesiæ tecta cõsurgere, & dicat Siõ, Angustus mihi locus est, impleaturq. illud, quod in Isaia *In epist. ad Fabiolam.* *Esa. 11.*

scriptum est, & erit sepulchrum eius inclytum.

11 IDEM sic habet: Cunctæ minæ, quæ in hoc capite narrantur, referuntur ad dominicã passionẽ; post interfectionem quippe Christi omnes gratiæ, & donationes sublatæ sunt a Iudæis secundum quod in Euangelio scriptum est. Lex & Prophetæ vsq. ad Ioannem. Et est ordo, quoniam noluistis cessare ab homine, cuius spiritus in naribus eius, qui excelsus reputatus est, sed e contrario fudistis sanguinem iusti, & cogitastis consilium pessimum dicentes, alligemus iustũ, quia inutilis est nobis, ideo fructum adinuẽtionum vestrarum comedetis. Nihil apud Iudæos post passionem Domini forte, nihil validũ est, neq. aliquis potest apud eos dicere, Omnia possum in eo, qui me confortat, Christo Iesu. *Libro 2. in c. 3. Isaiæ to. 4.* *Matt. 11.* *Esaiæ 2.* *Sap. 2.* *Phil. 4.*

12 IDEM explicans illa verba: Ecce dominator Dominus exercituum confringet laguncula in terrore, & excelsi statura succidentur, & sublimes humiliabuntur, & subuertentur condensa saltus ferro, & libanus cũ excelsis cadet, sic ait: Iste locus de Christo intelligendus est. Dixerat enim supra nomen pueri nascituri de Virgine, quod appellaretur Emmanuel, & post vocaretur, Accelera, spolia detrahe, festina prædari, & ipse esset lapis offensionis, & petra scandali domibus Israel. Cuius principatus esset in humero eius, & vocaretur sex nominibus, Admirabilis, & Consiliarius, & Deus, & Fortis, & Pater futuri sæculi, & Princeps pacis, & quod multiplicaretur eius imperium, & pacis non esset terminus. Nunc per translationem fractæ lagunculæ passio illius demonstratur, quia idcirco caro eius morti tradita sit, vt Iudæorum sublimitas destruatur, & excelsi quondam in terram corruant, & Libanus cum suis cedris succidatur, de quo & in Zacharia legimus. Aperi libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas, vlula abies, quia cecidit cedrus, quoniam magnifici vastati sunt. *In cap. 10. Isaiæ.* *Zach. 11.*

13 IDEM explicans illa verba: Non secundũ visionẽ oculorũ iudicabit, sic habet: Nos hunc locum ad Christi aduentum referimus. Et septuaginta transtulerunt. Non secundum gloriã iudicabit, neq. iuxta sermonem arguet, sed iudicabit humili iudicio, & arguet humiles terræ, nullius enim personam accipit in iudicio, sed Scribis, & Pharisæis, & principibus loquitur, Væ vobis hypocritæ, & auferetur a vobis Regnum Dei, & dabitur gẽti facienti fructus eius, nec secundum sermonem, & auditum auriũ corripiet, illis enim dicentibus magister scimus, quia verax es, nec enim vides in faciem hominum, sciens malitiam eorum respondebat. Quid me tentatis hypocritæ? & cetera his similia. Iudicabat autem in iustitia pauperes spiritu, quorum est regnum Dei, & arguebat in æquitate mansuetos, & humiles terræ dicens ad Apostolos, Adhuc, & vos insipientes estis? Vel certe pro humilibus atque mansuetis alios arguebat, qui eos opprimere conabantur. Percussit quoque omnia terrena opera virga. Et spiritu labiorum suorum interficiet impium, de quo in Psalmo legimus, increpa- *In cap. 11. Isaiæ.* *Matt. 23.* *Psal. 9.*

2.*Thess.*2. crepasti gentes, & perijt impius, nomina eorum delesti in seculum, & in sæculum sæculi: & Paulus scribit, quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. Percussio autem impio accinctus est Dominus iustitia, & veritate & fide, ipse enim factus est nobis a Deo sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio.

1.*Cor.*1.

14 In cap. 21. Esaiæ. IDEM explicans illa verba: Custos quid de nocte, custos quid de nocte, sic ait: Potest iste locus, & Ecclesiæ nomine dici, quòd Dominus de Seir hoc est de terrenis locis ad se vociferetur, seque prouocet ad salutem, & dicat ad ipsum Dominum! O custos, quid de nocte consurgens versaris in tenebris? Quid absque peccato in carne es peccatrice? qua causa voluisti humanum corpus assumere? respondit custos hoc est samaritanus, qui in Euãgelio vulneratum suis humeris ad stabulum

*Luc.*9. reportauit, Venit mane, & nox, & est sensus, gentium multitudini ortus est Sol iustitiæ, & Iudæis venerunt tenebræ, iuxta quod dicitur a Domino, in iudicium mundi istius ego veni,

Ioan. 9. vt qui non vident uideant, & videntes cæci fiant. Et ipse custos qui dixerat, venit mane, & nox, loquitur ad gentium multitudinem, si

Hier. 3. me quæritis studiosius quærite, Conuertimini ad me filij conuertentes, & ego sanabo contritiones vestras, & venite ad me.

15 In cap. 4. Ionæ Prophetæ to. 5. IDEM sic ait: Paratus vermis in crastinum ascensione diluculi, de quo vicessimus primus psalmus incribitur, pro assumptione matutina, & quia absque vllo semine de terra oritur, & dicit, ego sum vermis, & non

Psal. 21. homo percussit vmbraculum, quod desertum auxilio Dei omnem virorem perdidit, & talis fuit Christus Iudæis.

16 In Psalm. 76. to. 7. IDEM explicans illa verba: Hæc mutatio dexteræ excelsi, sic ait: Nisi dextera eius hoc est Filius eius mutatus fuerit, & hominis corpus acceperit, nos misericordiam ac

Psal. 76. cipere non possumus. *Infra*. Deus in sancto via tua, quicumque sanctus non est in eo, via

Ioan. 14. Dei non est. Via Dei quæ est? Ego sum via, & veritas, hoc Saluator dicit. Via ergo Dei Filius est, via autem Dei non est, nisi in sancto. Volumus, vt Christus habitet in nobis? simus sancti. Dei enim via in sancto est.

17 In caput 1. ad Ephesios to. 6. IDEM explicans illa verba: In quo, scilicet Christo, habemus redemptionem per sanguinem ipsius remissionem peccatorum secundum diuitias gratiæ eius, quæ abundauit in nobis, sic ait: Ille redimitur, qui captiuus est, & in hostium veniens potestatem, liber esse desiuit, ita & nos quidam dicunt, & in hoc mundo esse captiuos, & sub principibus

*Gen.*4. & potestatibus iugo seruitutis teneri, nec ante vinctas catenis explicare manus, & oculos sursum attollere, nisi Redemptor aduenerit. Sed quis iste aiunt, tantus, & talis, qui possit pretio suo totum orbem redimere? Iesus Christus Filius Dei proprium sanguinem dedit, & nos de seruitute eripiens libertate

*Eph.*2. donauit. Secundum diuitias gratiæ eius, quæ abundauit in nobis. Qui intelligit hoc, quod dictum est, Gratia estis saluati, & non ex operibus, iste potest scire, quòd secundum diuitias suas Dei gratia abundaret in nobis, maxime in Ecclesia de gentibus congregata, quæ aliena fuit a testamento, & promissionibus Israel, cuius delicto nos salutem consecuti sumus. An non est magnitudo gratiarum in Paulo, & in ceteris sanctis, de quibus dicitur. Nescitis quoniam Angelos iudicabimus. Has diuitias gratiarum ille in se non facit vacuas, qui quantum valet humana fragilitas nititur, & laborat, & cum Apostolo loquitur, Gratia eius in me non fuit vacua. Qui vero beneficij magnitudinẽ non recordãs, ad deteriora delabitur, in isto dies gratia Dei, & opulenta largitio paupertate tenuatur.

1.*Cor.*6.

1.*Cor.*15.

18 Lib.7. confessionum cap.9. to.1. AVGVSTINVS sic habet: Volens ostendere mihi, quòd superbis resistas, humilibus autem des gratiam, Domine procurasti mihi quosdam Platoni corum libros ex Græca lingua in latinam versos, & ibi legi, licet non his verbis, quòd in principio erat Verbũ, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quod factum est in ipso vita erat. Et quia quamuis hominis anima testimonium perhibeat de lumine, non est tamen ipsa lumen, sed Verbum Dei Deus, est lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Sed quia Verbum caro factum est, ibi non legi, quòd semetipsum exinaniuit formam serui accipiẽs, ibi non reperi, non habent illi libri. Abscondisti enim hæc a sapientibus, & reuelasti ea paruulis. Vt venirent ad eum laborantes, & onerati, & reficeret eos, quoniam mitis est, & humilis corde, & dirigit mansuetos in iudicio, & docet mansuetos vias suas, videns humilitatem nostram, & laborem nostrum, & dimittens omnia peccata nostra. Placuit enim tibi Domine auferre opprobrium diminutionis a Iacob, vt maior seruiret minori, & vocasti gentes in hereditatem tuam.

*Matt.*11.

*Psal.*24

19 Libro. confessionũ 8. IDEM sic ait: Baptizati sumus, & fugit a nobis sollicitudo vitæ præteritæ, nec satiabar illis diebus dulcedine mirabili considerare altitudinem consilij tui super salutem generis humani. Quantum fleui in hymnis, & canticis tuis. Voces illæ influebant auribus meis, & eliquabatur veritas tua in cor meum, & ex ea æstuabat inde affectus pietatis, & currebant lachrymæ, & bene mihi erat, cum eis.

20 In libro de quo refert aliquos ait ticulos fallo impios. to.7. IDEM: Imposuerãt enim Augustino, quòd Dominus Iesus non pro omnibus hominibus esset passus, a quo se purgans ait: Contra vulnus originalis peccati verum, & potens, & singulare remedium est mors Domini nostri Iesu, qui solus absque peccato pro peccatoribus, ac debitoribus mortuus est. Quòd ergo ad magnitudinem, & potentiam pretij, & quod ad vnam pertinet causam generis humani, sanguis Christi redemptio est totius mundi, sed qui hoc sæculo sine fide Christi pertranseunt, redemptionis alieni sunt. Cum itaque per vnam omnium natu-

naturam, omnium causam a Domino nostro in veritate susceptam, redempti omnes recte dicantur, non tamen omnes captiuitate sunt eruti, redẽptionis proprietas, haud dubium penes illos est, de quibus princeps huius mundi missus est foras, & iam non vasa diaboli, sed membra sunt Christi, cuius mors non impensa est humano generi, vt ad redemptionem eius etiam, qui regenerandi non erant, pertinerent, sed ita quod per vnicum exemplũ gestum est pro vniuersis, per singulare sacramẽtum celebraretur in singulis. Poculum quippe immortalitatis, quod confectum est de infirmitate nostra, & virtute diuina, habet quidẽ in se, vt omnibus prosit, sed si non bibitur, non proficit.

21 Serm. 204. de tempore to. 10. 4.Reg.2. Luc.23. IDEM narrans Elisei factum in morte puerorum, ait: In hoc facto etiam passio Domini Saluatoris præfigurata fuisse euidenter ostenditur, nam quomodo pueri illi indisciplinati clamauerũt beato Eliseo, Ascende calue, ascende calue, ita & insensati populi Iudæorum Eliseo Christo tempore passionis voce sacrilega clamauerunt, Crucifige, crucifige. Et hoc attendite, quia sicut sub Eliseo quadraginta duo pueri lacerati sunt, ita post quadraginta duos annos passionis dominicæ venerunt duo vrsi Vespasianus, & Titus. Et hoc considerate fratres, quia in solemnitate paschali facta est obsidio Iudæorum, vt iusto Dei iudicio ex omnibus prouincijs congregati Iudæi, in ipsis diebus pœnam sibi debitam sustinerent, in quibus verum Eliseum, Dominum, & Saluatorem nostrum in cruce suspenderant, illo enim, ideſt, quadragesimo secundo anno a die passionis Domini nostri, quasi diuina manu acti Iudæi Hierosolymis, sicut solebant ad celebrandum pascha conuenerant. In historijs legimus, quòd

22 tricies centena millia hominum ex Iudæis Hierosolymis fuerint congregata. Ex quibus ferro, & fame vndecies centena milia leguntur esse consumpta. Et centum millia iuuenum Romam perducti sunt in triumpho. Duobus enim annis obsessa est ciuitas illa, & tanta multitudo mortuorum de ciuitate proiecta est, vt muris ipsa cadauera coæquarentur. Istam ergo vastationem significabant, illi duo vrsi, qui

*Psal.*79. quadraginta duos pueros laceraſſe dicuntur, & impletum est quod dixerat Psalmus, Exterminauit eam aper de silua, & singularis ferus depastus est eam, soli autem sancti, qui custodierunt pretium sanguinis Christi, acceperunt consortium regni sui.

23 Ser. 4. in vigilia nata. Dñi Domini 2. *Paral.* 20. BERNARDVS sic ait: O Iuda, & Hierusalem nolite timere, cras egrediemini, & Dominus erit vobiscum, veros alloquimur Iudæos non littera, sed spiritu, semen Abraham, cuius multiplicatio sicut promissa legitur, sic videtur impleta. Nec enim filij carnis, sed filij promissionis deputantur in semine. Sed ne illi Hierusalem dicimus quæ occidit Prophetas. Vnde enim illam consolemur, super quam Dominus fleuit, quæ data est in subuersionem? illi dicimus, quæ de cælo noua descendit. Nolite timere o Iuda, & Hierusalem, nolite timere veri confessores, qui non solum ore, sed toti pariter, & omni parte Domino confitemini induti confessionem, sicut vestimentum, immo quorum omnia interiora Domino confitentur, & omnia ossa dicunt, Domine quis similis tibi. Non sicut ij, qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Vera confessio est, si omnia opera nostra, fratres, opera eius sint, & confiteantur ei, confiteantur autem ei confessione peccatorum, & confessione laudis diuinæ, tunc enim vere Iudæi eritis, si omnis vita vestra confiteatur vos peccatores, & dignos multo maioribus pœnis, Deum vero summe bonum, qui pro his leuibus, & transitorijs pœnis æterna condonat supplicia quæ meruistis. Estote etiam Hierusalem vera, vt nihil iam timeatis; est enim Hierusalem visio pacis, cuius fines Dominus posuit pacem, vt omnia quæ facitis huius pacis, quæ exuperat omnem sensum, desiderio faciatis, in omnibus hoc intendatis, vt reconciliati pacem habeatis ad Deum, his dicimus; nolite timere, hos consolamur ortu Christi, non eos qui viam pacis non cognouerunt, nam si illis dicitur, cras egrediemini, comminatio, non consolatio erit ista. Soli enim dissolui desiderant, & egredi concupiscunt, qui pacem vident, &c.

24

25 Sermone 5. in vigilia natiuitatis Domini. IDEM sic habet: Sanctificamini hodie, & estote parate, die enim crastina videbitis maiestatem Dei in vobis. Celebraturi dominicæ natiuitatis ineffabile sacramẽtum iure monemur, fratres, in omni sanctificatione prepararari, adest enim sanctus sanctorum, adest, qui dixit:

*Leu.*20. *Matt.*7. Sancti estote, quia ego Sanctus sum Dominus Deus vester, alioquin quomodo dabitur sanctũ canibus, & margaritæ porcis, nisi prius illi ab iniquitate, isti ab illicita voluptate purgati de cetero tota sollicitudine fugiant. Illi quidem vomitum, isti volutabrum luti. Susceptu-

rus olim diuina mandata carnalis Israel sanctificabatur in iustitijs carnis, in baptismatibus varijs, in muneribus, & hostijs, quæ non poterant iuxta conscientiam saluum facere seruientem. Verum hæc quidem omnia transiere nimirum vsque ad tẽpus correptionis imposita, quod vtique iam aduenit. Opportune igitur ex hoc iã perfecta nobis indicitur sãctificatio, interna mãdatur ablutio. Ad hoc viuimus fratres ad hoc nati, ad hoc vocati sumus, ad hoc nobis dies hodiernus illuxit. Erat aliquãdo nox, quãdo nemo poterat hæc operari, erat nox in vniuerso orbe ante veri luminis ortum, ante Christi natiuitatẽ. Erat nox etiam singulis quibusque nostrum ante suam cuiusque conuersionẽ. An non profundissima nox, & densissimæ tenebræ erant super vniuersam faciẽ terræ, cũ olim patres nostri factitios colerent deos, & insano penitus sacrilegio ligna, & lapides adorarent? An nõ etiã cuique nostrũ caliginosa nox erat, cum tãquam sine Deo in hoc seculo viueremus, cũ ambularemus post concupiscentias nostras?

Infra. Sãctificemur ergo hodie,& parati simus. Parati quidem hodie,nocturnum excutiendo sporem. Porro sanctificati nihilominus tamquã in die,ab ebrietate nocturna cupidinis noxiæ frenando furorem.

26 Ser.6.in vigilia nata lis Domini

IDEM sic ait: Redeamus vsque Bethlehẽ, & videamus hoc verbum, quod factum est. Domus panis est,bonum est nos illic esse,vbi enim fuerit verbum Domini,non deest vtique panis, qui confirmet cor,dicente Propheta:Confirma me in verbis tuis. Viuit in Christo, viuit in eo Christus, ibi oritur, ibi apparet, nec omnino amat cor titubans, aut vacillans, sed stabile, & confirmatum.Si quis murmurat,hæsitat,si quis cogitat, reuolui in lutum, redire ad vomitum, mutare propositũ suum,non est Bethlehem,iste non est domus panis.Sola enim fames,& fames valida in Aegyptum eum descendere, porcos pascere,siliquas esurire compellit,vtpote procul agentem a domo panis,a domo Patris.Non ergo in huiusmodi corde nascitur Christus,cui deest fidei fortitudo,vtique panis vitæ scriptura teste, quoniam iustus ex fide viuit. Spiritus Christi non requiescit, nisi super humilem, & mansuetum, & trementem ad sermones suos. *Infra.* Si qua autem anima eo vsque profecerit, *Matt. 12.* vt sit fecunda virgo, sit Stella maris, sit plena gratia, & superuenientem habens in se Spiritũ sanctum,puto quod non modo in ea, sed ex ea quoque non dedignabitur nasci. Huic dicit Dominus: Ecce mater mea, & fratres mei. *Gal. 4.* Vnus ex istis clamat, Filioli mei quos iterum parturio.

27 Ser. 5.nata lis Domini. *Esa. 40.*

IDEM explicans illa verba: Consolamini, consolamini populc meus,ait: Vtique populũ humilem,quem saluum faciet,nã oculos superborum humiliabit. Vis nosse populum eius? Tibi derelictus est pauper,ait homo secũdum cor Dei. Sed & ipse in Euangelio. Væ vobis,diuites, *Psal. 9.* qui hic habetis cõsolationem vestram. Vti- *Luc.6.* nam nos fratres in eo populo inueniri nos semper optemus,non cui dicit væ,sed quem consolatur Dominus Deus suus. Quid enim consoletur eos,qui suam habent consolationem? non consolatur Christi infantia garrulos, non consolantur Christi lachrymæ cachinnãtes,nõ consolantur panni eius ambulantes in stolis, non consolantur stabulum,præsepe,& fœnum amantes primas cathedras in synagogis,sed æquanimiter vniuersam hanc consolationem expectãtibus,in silentio Dominum lugentibus,pannosis pauperibus cedere videbuntur. Angeli quoque non alios consolantur, vigilantibus enim pastoribus euangelizatur gaudium nouæ lucis, & eis natus dicitur esse Saluator pauperibus, atque laborãtibus,non vobis diuitibus, qui hic habetis consolationem vestram,& væ diuinum. Inter ipsas vigilias noctis dies sanctificatus illuxit,& nox sicut dies illuminata est.

28 Ser.4. resurrectionis.

IDEM sic ait: Omnia quæ de Saluatore legimus medicamina sunt animarum nostrarum. Videamus, ne quando forte de nobis dicatur, Curauimus Babylonem,& nõ est sanata. Cogitet vnusquisque quantum operentur in eo tam salutaria medicamenta. *Hier. 51.* Sunt enim quibus nondum natus est Christus. Quomodo enim operatur eius humilitas, qui cum in forma Dei *Phil. 2.* esset,non rapinam arbitratus est,esse se æqualẽ Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens? quæ illius humiliatis vestigia in ijs, qui adhuc toto desiderio terrenis diuitijs,& honoribus inhiant? an non modo exhilaratur conscientia vestra fratres mei,quod dicere potestis,paruulus natus est nobis? sunt quibus nõdum est passus Christus, qui labores fugiunt,& *Esaiæ 9.* mortem metuunt, vsque adhuc. Quasi vero ille, & labores sustinendo, & mortem moriendo non vicerit.

29 In tractatu de passione Dominj.

IDEM sic ait loquens de sanguine Christi:Emam absque argento, & absque vlla commutatione vinum, & lac, quæ nobis Patris sapiẽtia miscuit in cruce Filij sui. Properate mecum,qui diligitis Dominum, emite non corruptibilibus auro,vel argẽto, sed mutatione morũ,& conuersationis vestræ uinũ,& lac,sanguinem illum dico purissimum,inebriantem perfectos,vt vinum,& lac,parullos nutrientem. Si perfectus, si fortis es, vinũ est tibi sanguis iste, si adhuc infirmus es,& cui opus sit lacte, lac est tibi ad nutriendum te.

Christi Domini natiuitas, & quòd in illa varia sint considerauda. Cap. VII.

1 Homil. 13. in Gen. 24. Nicomedien. to. 1.

ORIGENES sic habet: Postquam dixit Balaã, quòd orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, & percutiet duces Moab, vastabitque omnes filios Seth,eritque Idumæa possessio eius, de Iacob erit, qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis, addit. Heu quis victurus est,quando ista faciet Deus? quasi dicat,cum aduenerit Christus, & idolorum cultum destruxerit, atque omnium dæmonum subiecerit potestatem, quis erit ille tam beatus,tam felix,qui hæc videat?

2 Hom. 8. ex varijs eius. to.

BASILIVS sic habet: Quando Magi motibus cælestibus studebant,non frustra inter cæ lestes obseruationes prodigium sunt contemplati, stellam videlicet nouam,ac minime consuetam, in dominico natali effulgentem. Cuius sane ortum nemo in astrologiæ rationem, computationemque trahat. Qui enim ex astris iam existentibus genesim inspiciunt,aliquam talem cæli figuram causam alicuius euentus esse affirmant. Hic uero nulla stella ex his,quæ iam sunt,dominicam natiuitatem significauit, nec enim ista ex aliarum numero fuit. Nã quæ ab initio orbis creatæ sunt,omnino immobiles existunt, aut certe continuo mouentur, quæ & stat, & mouetur vtrumque habere videtur. In illis quæ sunt,aliæ obfirmatę nũquã mouentur, aliæ

aliæ vero errantes numquam consistunt. Hæc vero de qua loquimur vtrumque habuisse palã est, & motum, & quietem. Mota in primis est ex oriente in Bethlehẽ, constitit autem supra vbi erat puer, idcirco ex oriente Magi excita- *Matt. 2.* ti stellam sunt ducem secuti, & Iudæorum Re- *Num. 24.* gem reperientes donis honorauerunt. Nimirum vaticinium Balaam sequi sunt visi,qui de Christo talia visus est dicere, Accumbens dormiuit,vt leo, & quasi pullus leonis quis suscitabit eũ? qui benedixerit tibi erit benedictus,& 3 qui maledixerit, in maledictione reputabitur. Per leonem enim eius imperium sermo demõstrat, per accubitum vero supplicium, per benedictionis virtutem eius diuinitatem; igitur vaticinium hoc sequentes, vt Regi aurum vt morituro, myrrham, vt Deo thus obtulerunt. *Et infra.* Apparuit nobis non Dei forma Dominus Iesus,ne quod erat debile perterreret,sed in forma serui,vt quod erat seruile liberaret. Quis itaq. tam animo ignauus,quis ita ingratus,vt non hodie lætetur, non exultet, non præsentia solemnia omni animi alacritate suscipiat? festum hoc ingens, ac nouæ creationis,vbi cælestia archangelos mittunt,ac choros angelorum constituunt dicẽtium,Gloria in ex- *Luc.2.* celsis Deo, & in terra pax, in hominibus bona uoluntas. Astra e cælo mouentur, Magi ex gentibus properant, terra in spelunca lucem recipit,nemo sit non lætus,nemo ingratus,nos quoque cum his lætitiam voce, gestuque exprimamus,nostrum hoc est festum, theophaniam appellamus, in quo mundi salutarem celebramus diem Domini natalem,hodiernum pijs mentibus concelebremus. Hodie nãque Adami maledictio soluta, non est quid amplius dicamus terra es,& in terram reuerteris, sed cælesti cõ- *Gen.4.* iunctus in cælum assumeris, nõ est vt iam dicatur in doloribns paries filios, Beata enim quæ Emmanuel peperit,& vbera quę lac prębuerũt, natus est nobis Filius, & datus est nobis, cuius imperium super humerum eius.

4 Hom. 7. in Matt. to. 2.

CHRYSOSTOMVS sic ait: Loquens de aduentu Magorum. Quid opus erat hoc fidere,cum iam vicus ille fuisset repertus? absq. dubio,vt videretur & puer,nec enim erat præterea quicquam, quod illum posset ostendere, cum nec esset ipsa domus conspicua,nec mater quasi clara quædam celebraretur, ac nobilis. Opus igitur fuit stella,quę super ipsum tugurij culmen insisteret, propter quod & ab Hierosolymis proficiscentibus rursus apparuit, nec prius a cursu suo destitit,quàm ad ipsum præsepium peruenirent, duoque simul mirabilia iunguntur, fuit enim vtrumque mirandum, vt & Magi adorarent puerum, & eos ad adorandum stella perduceret,quæ certe talia sunt, vt etiam lapideas mentes ad lumen Dei omnino attrahere queant. Deinde postquam supra pueri caput institit, iterum se sidus abscondit,quod ipsum maius erat, quàm vt a stella fieri crederetur,nunc videlicet apparere,nunc occuli,seque rursus ostendi. Hinc proculdubio Magi quoq. incrementa fidei susceperunt,propterea etiam gratulati sunt,quoniam quæsitum desideratũq. repererãt, quoniam effecti fuerant nuncij veritatis, & quia non frustra tam longe viæ spatia confecerant, tam ardenti quippe erga Christũ cupiditate flagrabant. Imitemur igitur nos deuotionem Magorum,veroque amore virtutum barbaram consuetudinem subiugemus, longo itinere curramus, vt Christum videre mereamur. Nam & illi nisi procul regionem propriã reliquissent,nequaquam vtique videre Christũ potuissent. Recedamus igitur a terrenis negotijs,atque curis, etenim Magi illi, cum adhuc morarentur in Perside,stellam videre tantũmodo, quia vero a Perside recesserũt,Solem ipsum inspexere iustitiæ. Surgamus ergo & nos & licet omnes resistant,nos tamen alacres,& prompti ad pueri accurramus domum, & quicumq. nos voluerit impedire,nequaquã tamen accensi desiderij extinguamus ardorem, sic enim omnia aduersa calcabimus.Quoniam& illi nisi vidissent puerum,nec periculum,quod intentaba tur a Rege vitassent. Prius enim quàm puerum cernerent, vndique illis opponebantur timores, conturbationes, atque discrimina, postquam vero adorarunt, securitas, & tranquillitas subsecuta est.

5 In hom. 2. imperfecti. *Gen.28.*

IDEM sic ait de adoratione Magorum differens: Cum fugeret Iacob ante fratrem suũ Esau & venisset ad vesperum,vidit somnium tale,scala posita erat,cuius caput pertingebat vsque ad cælum,& Angeli ascendebant,& descendebant super eam, Dominus autẽ recumbebat super eam,surgens autem Iacob suggerente spiritu prophetauit dicẽs, Quàm formidolosus locus est hic,non est aliud hic, nisi domus Dei, & porta cæli,& ideo vocatum est nomẽ loci illius Bethel,quod est interpretatum domus Dei.Nato itaque in Bethlehem Domino visionis illius prophetia completa est, domus enim Dei est corpus Christi ipso dicente: Soluite templum hoc. Porta autẽ cæli ipse est Christus, per quẽ *Ioan. 2.* introitur in regna cælorum dicente Propheta, *Psal. 117.* hæc porta Domini iusti intrabunt per eam. *Et* *Isaiæ 8.* *infra.* Quàm bene de Magis prophetauerat Isaias dicens, priusquam cognoscat puer patrem, & matrem accipiet virtutem Damasci,in conspectu Regis Assyriorum. Magi dicti sunt virtus Damasci,quia virtus vniuscuiusque prouinciæ sunt sapientes ipsius, Rex autẽm Assyriorũ est diabolus princeps dæmonum. Ergo Christus priusquam secundum corpus inciperet cognoscere patrem,aut matrem,virtutem diaboli subiugauit, qualis futurus erat in posterum, cum ad perfectum veniret demõstrabat in puero,quia adhuc in cunabulo constitutus diabolũ expoliauit a suis,scilicet ab istis Magis. *Infra.* Vidimus stellam eius in oriente, & venimus adorare eum. Numquid non sciebant, quia in Hierusalem regnabat Herodes? Numquid non intelligebant iustitiam legis, quia quicumque Rege viuente, alterum Regem pronunciat, & adorat,quasi minister tyrãni punitur in sangui ne? Sed dum considerabant Regem futurum, non timebant Regem præsentem.Numquid nõ

habebãt præ oculis suis periculum mortis, qui talem rem vsurpabant? Sed non curabant de morte; adhuc non viderant Christum, & iam parati erant mori pro Christo. O beati Magi, qui ante conspectum crudelissimi Regis antequam Christum cognoscerent, Christi facti sunt confessores. *Infra.* Intrantes domum viderunt puerum, & matrem eius. Videamus quid tale glorioſum videntes in puero gauisi sunt, qui regẽ quærentes tanti itineris susceperunt laborem? numquid viderunt palatium marmoribus splẽdidum? numquid matrem eius diademate coronatam? aut in lecto aureo recumbentem? numquid puerum auro, & purpura inuolutum? nũquid aulam regiam diuersis populis personantem? sed quid? pandochium tenebrosum, & sordidum, & magis animalibus, quàm hominibus aptum, in quo nemo contentus erat secedere, nisi itineris necessitate coactus. Matrem eius vix tunicam vnam habentem, non ad ornamentum corporis, sed ad tegumentũ nuditatis proficientem, quam habere poterat vxor carpentarij, & hæc in peregre cõstituta, puerum pannis sordidissimis inuolutum, & in sordidiore quoq. præsepio positum, quia locus ille sic erat angustus, vt nec ponendi infantem spatium inuenirent. Si ergo Regem terrenum quærentes, sic inuenissent magis confundendi erant, quàm gauisuri, quia tanti itineris laborem sine causa suscepissent, nunc autem quia cælestem Regem quærebant, etsi nihil regale videbant in eo, tamen solius stellæ testimonio contenti gaudebant. Oculi eorum contemptibilem puerũ aspicere non poterant, quia spiritus in corde eorum terribilem eum monstrabat. Adorauerunt eum. Putas adorassent infantem, nisi aliquid diuinum credidissent in eo? ergo non pueritiæ detulerunt honorem, nihil intelligenti, sed diuinitati eius omnia cognoscenti. Apertis thesauris suis obtulerũt ei munera, &c. Adimpletam Isaiæ Prophetiam significantes, dicentis, omnes de Saba venient aurum deferentes, & lapidem pretiosum, salutare Domini euangelizantes.

Isai. 60.

8 Hom. 1. ex variis in Mattæum. *Psal. 67.*

IDEM de Magis loquens Dauid ait: Venient legati ex Aegypto, Aethiopia præueniet manus eius. Nam quia mundum istum sæpe scriptura diuina Aegyptum nuncupat, recte Magos illos intelligimus Aegypti legatos, qui quasi totius mundi legati electi in muneribus, quæ obtulerunt, credulitatem omnium gentiũ, ac fidei initia dedicauerunt. Post oblata itaque munera admonentur Magi, ne redeant ad Herodem regem, &c. Exemplum nobis præferentes, vt cognito semel adoratoque Christo Rege viam prioris itineris, ideſt, erroris veteris relinquentes, & per aliam viam, in qua nobis dux Christus est, incedentes, ad regionem nostram, ideſt paradisum, de quo Adam pulsus est, redeamus.

9 Hom. 2. ex variis in Lucam. *Esaiæ 1.*

IDEM de natiuitate Domini loquens ait: Reclinauit Christum mater in diuersorij præsepio. Quare in præsepio? vt compleretur vaticinium Esaiæ Prophetæ, Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepium Domini sui. *Psal. 31.* Scriptum est, & in alio loco. Homines, & iumenta saluabis Domine. Propterea in stercore nascitur, vt eos qui sunt, de stercore subleuet, leuans de stercore inopem. *Psal. 112.* In stercore nascitur, vbi & Iob sedebat, & post ea coronatus est. Alibi nullus locus vacabat ad natiuitatem Saluatoris, nisi præsepe, ad quod iumenta, & asini ligabantur. O si mihi liceret videre illud præsepe, in quo Dominus iacuit! Et pastores erant in regione eadem vigilantes. Non inueniunt Christum, nisi vigilantes. Vnde dicit sponsa. Ego dormio, & cor meum vigilat. Digni erant, *Cant. 5.* vt veniret ad illos Angelus, qui sic vigilabant. Et venerunt festinantes. Ardor enim animi, & desiderium vincebat. Pedes non poterant tantum currere, quantum mens cupiebat aspicere, & venerunt festinantes, quia tanto ardore currebant, propterea inueniunt, quẽ quærebãt.

10 In epist. ad Principiam vbi exponit Psal. 44.

HIERONYMVS explicans illa verba: Myrrha, & gutta, & cassia a vestimentis tuis, sic ait: Mortificasti membra tua super terram, & quotidie Christo offers myrrham. Christi bonus odor es, & propterea stactem, ideſt, stillam, vel guttam exhibes Domino. Narrant & ij, *Psal. 44.* qui aromatum nouere virtutes, stactem florem esse myrrhæ, sponsus loquitur ad spõsam, Myrrha, & aloe cum omnibus vnguentis primis, & illa respondet, Manus meę stillauerũt myrrhã, digiti mei pleni sunt myrrha, proijce, & tu mor *Cant. 4.* tis opera, Christo in baptismate consepulta, & *Cant. 5.* huic mundo mortua esto, & nihil aliud quàm de cælestibus cogitans loquere ad spõsum tuũ, manus meæ stillauerunt myrrham. Offerunt & Magi myrram, & in præsenti loco initium vestimentorum Christi est suscipere mortem illius, & in sua carne monstrare, hæc indumenta parata sponso tuo.

11 Epist. de recta circumcisione to. 9.

IDEM sic ait: Magi adorato Domino thesauris suis, ideſt secretis mentium patefactis, animorum motus mactauere pro munere, eosque morbos, per quos aliquid aut cupimus, aut metuimus, aut dolemus, velut ante pietatis arã & misericordiæ altare foderunt, vt vel in auro auaritia, vel in thure idolatria, vel in myrrha fieret Domino subiecta mortalitas, a quo eius vtique captiua, erat ducenda captiuitas. Sub his ergo Magorum, & nominibus, & oblationibus omnimode ille diuinorum operum interpellator exuitur, quoniam Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Quis enim iam aut aurum audeat possidere, si Domini est? aut Idolis thura concremare, si Domini sit? aut mortuum, nisi mortuus sepelire, si myrrha iam viui est? Magi egressi veteris vitæ reliquere vestigia, nouum iter ingressi vacui sarcinis, non vacui benedictione cantauerũt, Reuertere ani- *Psal. 114.* ma mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi.

12 In c. 3. Habac. to. 9.

IDEM explicans illa verba: Deus ab Austro veniet, & sanctus de monte Pharan ait: Audiui ego Hebræum istum locum, ita differere, quòd Bethlehem sita sit ad Austrũ, in qua natus est Dominus, atque Saluator, & ipsum esse, de quo nunc dicatur Dominus ab Austro veniet, hoc est nascetur in Bethleem, & inde cõsurget, & quia ipse, qui natus est in Bethleem legem quondam dedit in monte Sinai, ipse est sanctus, qui venit de monte Pharan, Pharan quippe vicinus est locus monti Sina.

13 Lib. 1. in c. 4. Zachariæ

IDEM explicans illa verba: Quid sunt duæ spicæ oliuarum, quæ iuxta duo rostra aurea, &c. Et dixit, isti sunt duo filij olei, qui assistũt Dominatori vniuersæ terræ, sic habet: Ramus, siue spicæ oliuarum, incarnationẽ intelligimus Saluatoris, & similitudinem columbæ Spiritus sancti, quia totas oliuas uidere nequeamus, sed partem quandam, & ut ita dicam ramusculos incarnationis Christi, & ostensionis Spiritus sancti nobis esse monstratos.

14 In cap. 38. Lib. to. 8.

IDEM explicans illa uerba: Quis demisit lapidem angularem eius, cum me laudarent simul astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei, sic ait: Hic lapis angularis Christus est, qui a Deo patre positus est in fundamento terræ dominicæ. Ipse est enim non solum fundamentalis, sed & angularis, in quo duo populi, *Psal. 117.* Iudæorum videlicet, & gentium continentur. De quo & Psalmista ait: Lapis quem reproba- *Eph. 2.* uerunt ædificantes hic factus est in caput anguli. Et Apostolus ait: In summo angulari lapide pretioso, qui est secundus homo de cælo cælestis, Laudauerunt, inquit, me simul astra matutina, & iniubilarunt omnes Filij Dei. Astra, & filij Dei Angeli intelliguntur, qui in natiuitate Saluatoris exultauerunt, sicut ait Angelus ad *Luc. 2.* pastores, Ecce enãgelizo vobis gaudiũ magnũ, quia natus est Saluator &c. Et subito facta est cum angelo multitudo &c. Astra etiam matutina dici possunt omnes filij Ecclesiæ, qui per baptismum renascũtur Christo Domino, propter vigiliam matutinam, in qua Dominus resurrexit, astra matutina dicuntur, vel pro incipiente in eis gratiæ nouo lumine.

15 In caput 1. Marci to. 6. Luc. 1.

IDEM sic ait: Exilijt Rebecca de camelo viso Isaac, cum humiliat se nunc Ecclesia viso vero Isaac Iesu Christo. In cuius natiuitate risum fecit Dominus Saræ; sicut ad Mariam dicitur, quæ est princeps cum Deo, Benedicta tu inter mulieres.

16 In Psal. 98. to. 8.

AVGVSTINVS sic ait: Legimus, quia apud Danielem lapis sit præcisus de monte sine manibus, & confregit omnia Regna terræ, & creuit lapis ipse, & factus est mons magnus, ita vt impleret vniuersam faciem terræ, in ipso adoremus si exaudiri volumus. Quid est mons, vnde præcisus est lapis sine manibus? Regnum Iudæorũ, lapis iste Christus est, qui cõfregit omnia regna terræ, ideſt omnia regna Idolorum, & dæmoniorum fracta sunt. Præcisus est lapis de mõte sine manibus, quia natus de gente Iudæorum sine opere hominum, quia de Virgine natus est, vbi opus humanum non fuit.

IDEM sic ait: Dominus & Saluator noster caput est corporis sui, mediator Dei, & hominum, natus ex Virgine, tamquam in solitudine, sicut in Apocalypsi audiuimus. Per solitudinem quippe arbitror, quòd solus ita natus est. Hunc enim illa mulier peperit recturum populum in virga ferrea, hæc autem mulier antiqua est ciuitas Dei, de quæ in Psalmo dicitur: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Et illa mulier Sole cooperiebatur, Sole ipso iustitiæ quem non cognoscunt impij. Et quidem Sol iustitiæ, qui non oritur impijs, ceterum istum Solem facit oriri super bonos & malos; ergo & amicta erat Sole, & gestabat visceribus masculum parituram. Ipse idem erat cõdens Sion, & nascens in Sion, & illa mulier ciuitas Dei eius luce protegebatur, cuius carne grauidabatur. Merito & Lunam sub pedibus habebat, quia mortalitatem crescentis, & decrescentis carnis, virtute calcabat.

17 In Psalm. 142. *Apoc. 12*

IDEM sic ait: Duplex principaliter causa est, ob quã Dei Filius factus est filius hominis, vna est, vt secundum hominem omnia patiendo pro nobis, a peccatorum nos vinculis liberaret; sic enim Esaias prædixerat, hic peccata nostra portauit, & pro nobis dolet, & rursus: Ipse autẽ vulneratus est propter iniquitates nostras, & infirmatus est propter peccata nostra. Altera vero causa est, vt nos non solum doctrinæ auxilio & gratiæ, sed etiam exemplo suo ad studium sanctitatis accenderet, vt nos non modo præcipientem Dominum, sed etiam exemplo suo ad virtutis fastigia prouocantem maiore alacritate sequeremur, & iustissimum Dominum, ac pium Patrem, secundum sententiam Beati Petri, filij imitatione coleremus, sic enim ait: Christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius, qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius,

18 Sermone 8. de tempore qui est quartus natiuitatis to. 10. *Esaiæ 53.* 1. *Pet. 2.*

IDEM sic ait: Per interdictæ arboris gustum primi hominis incauta fragilitas tentauit appetre ambitione damnabili Domini sui diuinitatem, persuadente diabolo, & dicente, si de ligno hoc gustaueritis, aperientur oculi vestri, & eritis sicut Dij. Ideoque discamus pij Patris admirabilem bonitatem, homo sollicitante inimico Deus esse voluit per superbiam, & Deus homo factus est per misericordiam. Innouatur in nobis quodammodo per Christi diuinitatem species illius antiqui, & incipientis sæculi, quando primus Adam de limi materia figuratur, ecce etiam nunc secundus Adam, quasi de intacta ac rudi terra virginis de carne formatur; ecce inquam iterum cessantibus naturæ legibus nouus homo in nouam vitam solo Deo operante perficitur. Promittitur ergo filius Virgini per visitationem Spiritus Sancti, qui non mirum si sine corruptione nascitur, qui de sanctificatione suscipitur: non enim decebat, vt qui nobis afferebat salutem soli matri præriperet dignitatem. Dignũ plane erat, vt regali onustanda partu prius cælestis Regis sanctificaretur ingressu. Diuina itaque operante potentia credentis viscera fecundantur, & in ligno mortali

19 Sermone 9. qui est quintus natiuitatis. *Gen. 3.*

vitæ

vitæ arbor inseritur,& portans in se omnia vir-
20 tus ab infirmitate portatur, & qui terra, mari, cæloq. non capitur intra vnius corpusculi membra suscipitur,de creatura sua creator omnium procreatur, & de riuulo suo fons magnus exoritur,radix omnium de virgulto suo nascitur,& vitis vera palmitis sui fructus efficitur. Adest ecce exoptatissimus dies gratia geminata resplendens; candore quidem consueti luminis illustratus,sed præcipue radiantis veri fulgore coruscus. O dies dierum omnium noua, lucrum lucis, & dispendium cæcitatis, in quo æternus Sol de summa altitudine claritatis paternæ descendens vuluæ Virginalis aditum reseruauit, & totius mundi caliginem fulgida coruscatione repressit. Ducite fideles Christi festiuissima gaudia, res nobis hodie perfecta est noua, quæ olim fuerat repromissa,vt sine Virginis detrimento pudoris, filium lactarent vbera genitricis. Hæc illa est nouitas vaticinio Hieremiæ
Hier. 31. nunciata, faciet inquit nouum Dominus super terram,femina circumdabit virum. O femina
21 super feminas benedicta, quæ & virum non cognouit,& virum in vtero circumdedit,quæ concubitu carnali non tangitur; & tamen carnea prole de spiritali semine gratulatur. Circumdat Maria virum angelo fidem dando, quia Eua perdidit virum serpenti consentiendo. *Infra*: Occultata in membris infantis potentia maiestatis, Deus pendet ad vbera genitricis,pannorum vilium squalore contegitur,durissimi suffert præsepis angustias, & totum misericors humiliter patitur,dummodo mũdus qui perierat, liberaretur. O beata infantia, per quam nostri generis vita est reparata! O gratissimi, delectabilesq. vagitus, per quos stridores dentium, æternosq. ploratus euasimus! O felices panni, quibus peccatorum sordes extersimus! O præsepe splendidum, in quo non solum iacuit fœnũ animalium, sed cibus inuentus est Angelorum. Lacta Maria creatorem tuum, lacta panem cæli, pretium mundi.

22 In serm. 12. de tempore qui est 8.na tiuitatis. IDEM sic ait: Venit Dominus carne carnis vitia mundaturus; venit medicina in terrã, vnde curaret interiores oculos nostros, quos exterior nostra excæcauerat terra, vt eis sanatis qui fuimus antea tenebræ lux efficiamur in Domino. Ad hoc sponsus processit de thalamo suo, exultauit vt gigas ad currendam viam,speciosus vt sponsus, fortis vt gigas, amabilis & terribilis, seuerus & serenus, pulcher bonis, asper malis, manens in sinu Patris,impleuit vterum Matris.

23 Serm. 9. na tiuitatis. *Psal.* 77. *Isai.* 45. IDEM sic ait: Dominus noster Iesus Christus, qui in æternum est cunctorum creator, hodie de Matre nascẽdo factus est nobis Saluator. Factus est Deus homo, vt homo fieret Deus, vt panem Angelorum manducaret homo, Dominus Angelorum factus est hodie homo. Hodie impleta est Prophetia illa,quæ dicit,Rorate cæli desuper,& nubes pluant iustum.Factus est qui fecerat,vt inueniretur qui perierat, sic enim in Psalmis homo confitetur, priusquã humiliarer, ego peccaui. Peccauit homo & factus est reus, natus est homo Deus, vt liberaretur reus, qui natus est primo sine Matre in cælis,hodie natus est sine Patre in terris. O miracula! O prodigia! O mysteria!Fratres,naturæ iura mutantur in homine, Deus nascitur, Virgo sine viro grauidatur. Viri nesciam sermo Dei maritat. Simul facta est Mater, & Virgo, Mater facta, sed incorrupta. O mira & inexquisita compago! O noua & inaudita commixtio, Deus qui erat, qui est,fit, creator,creatura! Qui immensus est capitur,diuites cõstituens pauper efficitur, incorporeus carne vestitur, videtur inuisibilis, palpatur impalpabilis, comprehenditur incom
24 prehensibilis. Quem cælum & terra benedicit *Heb.* 13. in præsepio angusto collocatur. Numeratur in sæculo,qui est ante ęcula,Christus Iesus heri,& hodie ipse,& in sæcula, heri dixit propter mortalitatem,hodie propter æternitatem. Merito hodie locuti sunt cæli,gratulati sunt Angeli, pastores iucundati, Magi inuitati, Reges turbati, Martyres coronati, dæmones effugati, Mariæ igitur dicamus, Lacta Mater Christum, & Dominum nostrum, & cibum; lacta panem de cælo venientem, & in præsepi positum velut piorum cibaria iumentorum; illic enim cognouit bos possessorẽ suum, & asinus præsepe Domini sui: circumcisio scilicet & præputium cohærendo lapidi angulari, quorum primitiæ fuerunt pastores,& Magi. Lacta eum qui talem fecit te,vt ipse fieret in te, qui tibi & munus fecunditatis attulit conceptus,& domum virginitatis non abstulit natus.

25 Serm. 31. de tempore qui est Epiph. Domini. IDEM loquens de Magorum adoratione, ait: Non quærunt & deferunt hunc tam magnũ honorem Regi Iudæorum, qualis esse illic solebat, sed tamen natum esse didicerant, in quo adorando se salutem, qua secundum Deum est, consecuturos minime dubitarent. Neque enim ætas erat saltem, cui adulatio humana seruiret, non sub poplite sella regalis, non de membris purpura,non de capite diadema fulgebat,non pompa famulantium, non terror exercitus,non gloriosorum fama præliorum, hos ad eum vros ex remotis terris,cum tanto voto supplicationis attraxerat. Iacebat in præsepi puer ortu recens,exiguus corpore,contemptibilis paupertate, sed magnum aliquid latebat in paruo, quod illi homines cælo narrante didicerant. Regina quædam Austri venerat a finibus terræ audire sapientiam Salomonis, nec illa Regni
3. Reg. 10. eius sublimitate, sed mentis luce commota est. Verumtamen erat in Salomone doctrina, quæ verbis eius longissime, & latissime diffamatis ad discendum potuit studiosos animos excitare; proinde illa non latentem Deum, sed loquentem hominem, non adorare venerat,sed audire. Hic autem qui donauerat illam sapientiam Salomoni, & erat virtus, ac sapientia Dei infirmitate carnis indutus, adhuc per pusillam ætatem tacebat in terris, & iam per amplissimam maiestatem clarebat in cælis.

26 Hom. 2. per missus est. BERNARDVS sic habet: Quid illud Gedeonis vellus significat, quod vtique de carne tonsum,sed sine vulnere carnis in area ponitur, & nunc

Iudic. 6. & nunc quidem lana, nunc vero area rore perfunditur, nisi carnem assumptam de carne Virginis,& absque detrimẽto virginitatis? cui vtique distillantibus cælis tota se infudit plenitudo diuinitatis, adeo vt ex hac plenitudine omnes acceperimus, qui vere sine illa non aliud, quàm terra arida sumus. Huic quoque Gedeoni eo facto propheticum dictum pulchre satis
Psal. 71. conuenire videtur,vbi legitur: Descendit sicut pluuia in vellus; nam per hoc quod sequitur,Et stillicidia stillantia super terram, idem datur intelligi, quod per inuentam rore madidam aream. Pluuia quippe voluntaria,quam segregauit Deus hereditati suæ placide prius, & absque strepitu operationis humanæ suo se quietissimo illapsu virgineum demisit in vterum; postmodum vero vbique terrarũ diffusa est per ora prædicatorum, non iam sicut pluuia in vellus,sed sicut stillicidia stillantia super terram, cum quodam vtique strepitu verborum, & sonitu miraculorum. Audiamus Hieremiam di-
Hier. 31. centem, Nouum faciet Dominus super terram, femina circumdabit virum. Quæ est hæc femina? quis vero iste vir? aut si vir quomodo a femina circumdatus? Quomodo potest simul & vir esse,& in vtero matris? Si dixisset,femina circumdabit infantem, nec nouum dixisset,nec mirum; nunc autem quia dixit,Circumdabit virum,quærimus quæ sit hæc nouitas. Verto me ad partum virginalem, si forte inter plurima noua, & mira quæ ibi sunt, etiam hanc,quam de Propheta protuli,reperiam nouitatẽ. Ibi agnoscitur lux nõ lucens, Verbũ infans,aqua sitiens, panis esuriens, videas si attendas potentiam regi, sapientiam instrui, virtutem sustentari, Deum denique lactentem, sed angelos reficientem,vagiẽtem, sed miseros cõsolantem,videas, si attendas,tristari lætitiam,pauere fiduciam, salutem pati, vitam mori, fortitudinem infirmari. Sed quod non minus mirandum est, ipsa ibi cernitur tristitia lætificans, pauor confortans, passio saluans, mors viuificans,infirmitas roborans. Cui iam illud quoque non occurrat, quod quærebam? numquid non facile tibi est inter hæc feminam agnoscere virum circũdantem, cum Mariam videas virum approbatum a Deo Iesum suo vtero circumplectentem?virum
Luc. 24. autem dixerim fuisse Iesum, non solum cum diceretur, Vir Propheta potẽs in opere & sermone, sed etiam cum tenera adhuc infantis membra Dei Mater blãdo vel foueret in gremio, vel gestaret in vtero. Vir igitur tunc erat Iesus, sed sapientia,non ætate, animi vigore,non viribus corporis, maturitate sensuum, non corpulentia membrorum. Nec enim minus habuit sapientiæ,vel potius non minus fuit sapientia Iesus conceptus, quàm natus; paruus quàm magnus, siue ergo latens in vtero,siue vagiens in præsepio, siue iam grandiusculus interrogans doctores in templo,siue iam perfectæ ætatis docens in populo, æque profecto plenus fuit Spi-
Esai. 11. ritu Sancto. A principio perfectus, plenus fuit spiritu sapientiæ & intellectus, spiritu consilij & fortitudinis, spiritu scientiæ & pietatis, & spiritu timoris Domini.

IDEM sic ait: Magnificetur a nobis paruu- 28
lus magnus Dominus, quos vt faceret magnos factus est paruulus, Paruulus, ait, datus est nobis,& filius natus est nobis. Nobis inquam non sibi,qui vtique ante temporalia multo nobilius natus ex Patre nasci tẽporaliter non indigebat ex Matre. Non Angelis quoque qui cum magnum haberent, paruulum non requirebant. Nobis ergo natus, nobis est datus, quia nobis necessarius. Iam de nobis nato & dato faciamus,ad quod natus est & datus. Vtamur nostro in nostram vtilitatem, de Saluatore salutẽ operemur,ecce paruulus in medio statuitur.O paruulus desideratus! O vere paruulus! sed malitia non sapientia, studeamus effici, sicut paruulus iste, discamus ab ipso, quia mitis est, & humilis corde, ne magnus Deus sine causa factus sit homo paruus,ne gratis mortuus,ne in vacuũ crucifixus,cõmunicemur passionibus, & ipsum offeramus propitiationẽ pro peccatis nostris, quoniam ad hoc ipse natus est nobis.

Homil. 3. super missus est. *Isai.* 9.

IDEM sic dicit: Iesus Christus Filius Dei 29
nascitur in Bethlehem Iudæ. Sonuit vox lætitiæ in terra nostra,vox exultationis & salutis in tabernaculis peccatorum, auditum est verbum bonum, verbum consolatorium, iubilate montes laudem, & omnia ligna siluarum plaudite manibus ante faciem Domini,quia venit,obstupescе & lauda vniuersitas creaturæ, sed tu magis o homo! Iesus Christus Filius Dei nascitur in Bethlehem Iudæ. Quis tam lapidei cordis cuius anima non liquefacta sit in hoc verbo. Quid annunciari dulcius poterat? quid delectabilius cõmendari? Quid simile aliquando mundus accepit? O breue verbum de Verbo abbreuiato, sed cælesti suauitate refertũ. Laborat affectio, mellifuæ dulcedinis copiam latius effundere gestiens,nec inueniens uerba. Tanta siquidem est gratia sermonis huius, ut continuo incipiat minus sapere, si uel unum iota mutauero. O natiuitas illibata sanctitate,honorabilis mundo, inuestigabilis etiam Angelis, utpote quæ nec primam similem uisa est, nec habere sequentem! O partus non reserans, sed consecrans uirginalis uteri templum! O natiuitas supra naturam,sed pro natura! Vos qui in puluere estis, expergiscimini & laudate, ecce Dominus uenit cum salute,cum unguentis. Neque enim sine salute Iesus,neque sine unctione Christus. Siquidem ipse salus,ipse unctio, ipse gloria, sicut scriptum est: Gloria patris filius Sa- *Prou.* 10.
piens. Felix anima quæ gũstato salutis fructu trahitur, & currit in odorem unguentorum, ut uideat gloriã eius quasi Vnigeniti a Patre. Respirate perditi, uenit Iesus saluum facere quod perierat, morbidi conualescite, uenit Christus qui contritos corde sanat unctione misericordiæ suæ, exultate quicumque estis grandia con- 30
cupiscentes, descendit ad nos Filius Dei,ut Regni sui faciat coheredes. Sana me Domine & sanabor;sic enim benedicent omnia interiora mea nomen sanctum eius, cum propitiatus fueris omnibus iniquitatibus meis, sanaueris omnes

Serm. 1. in vigilia Natalis Domini.

nes infirmitates meas, repleueris in bonis desiderium meum. Iesus est qui nascitur, quia ipse saluum faciet populum suum a peccatis eorum, Christus nominari voluit, quia computrescere faciet iugum a facie olei, Filius Dei, factus est homo, vt homines faceret filios Dei. Voluntati autem eius quis resistit? Iesus qui iustificat. Quis est qui condemnet? Christus qui sanat. Quis est qui vulneret? Filius Dei qui exaltat. Quis est qui humiliet? Nascitur Iesus, gaudeat quisquis ille est, quem perpetuæ damnationis reum adiudicabat conscientia peccatorum, excedit quippe pietas Iesu omnium crimi num quantitatem. Nascitur Christus, lætetur quicumque vitijs expugnabatur antiquis; siquidem ante faciem vnctionis Christi nullus omnino stare poterit morbus animæ, quãtumlibet inueteratus. Nascitur Filius Dei, exultet qui magna solet desiderare, quia magnus remunerator aduenit. Fratres, hic est heres, deuote susc ipiamus eum, & hereditas nostra erit. Qui enim proprium Filium dedit, quomodo nõ omnia simul nobis donabit? Iuda te laudabunt fratres tui, manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum &c. Hæc in Christo videmus impleta, ipse est Leo de tribu Iuda, de quo additur: Catulus leonis Iuda, ad prædam fili mi ascendisti. Magnus prædator Christus, qui antequam sciat vocare Patrem, aut Matrem Samariæ spolia diripit. *Infra*: Adorna thalamum tuum Sion, sed humilitate, sed paupertate; in his enim pannis complacet sibi, & Maria testimonium perhiben te his sericis delectatur inuolui, abominationes Ægyptiorum immola Deo tuo.

Gen. 49.

Esaiæ 8.

31 Sermone 6. in vigilia Natalis Domini. IDEM sic ait: Iesus Christus Filius Dei in Bethlehem Iudæ nascitur. Anima mea liquefacta est in sermone isto, sed & spiritus meus in præcordijs meis æstuat, iucunditatem hanc & exultationem solito vobis desiderio eructare festinans. Iesus interpretatur Saluator, quid tam necessarium perditis? quid tam optabile miseris? quid tam vtile desperatis? alioquin vnde salus? vnde vel tenuis aliqua spes salutis in lege peccati, in corpore mortis, in malitia hac diei, & loco afflictionis, nisi noua nobis & insperata nasceretur? ne timeas, Christus est suauis plane, & multæ misericordiæ, vnctus oleo lætitiæ præ participibus suis, eis nimirum qui licet nõ ipsam plenitudinem; de plenitudine tamẽ eius accipiunt participium vnctionis. Ne vero suauem audiens, inefficacem forte autumes Saluatorem, additur etiam Filius Dei, cui subest cum voluerit posse. Exultemus igitur fratres in hac natiuitate, & multipliciter gratulemur in ea, quam & salutis vtilitas, & vnctionis suauitas, & Filij Dei maiestas tam eleganter illustrat, vt nihil desit ex omnibus quæ desiderantur, nec commodum, nec iucundum, nec honestum. Exultemus eructantes suaue uerbum, Iesus Christus Filius Dei nascitur in Bethlehẽ Iudæ. Nec mihi quis ad ista respondeat, indeuotus, ingratus, irreligiosus, non est hoc nouum, olim factum est,

32 olim natus est Christus. *Infra*: Semper nouum est, quod semper innouat mentes hominum, nec vmquam vetus quod fructificare nõ cessat, quod in perpetuum non marcescit. Hic nouus homo, qui nullius vmquam vetustatis capax etiã eos, quorum inueterauerunt omnia ossa, in veram vitæ transferat nouitatem. Inde est quòd hodie in tam iucundissima annunciatione, non tam natus esse, quàm nasci dicitur: Iesus Christus Filius Dei nascitur in Bethlehem Iudæ. Die igitur crastina videbimus maiestatem Dei, sed sane in nobis non in seipso, vtique maiestatem in humilitate, virtutem in infirmitate, in homine Deum. Nascitur in Bethlehem, quia etsi minima est in Iudæa; nec id quidem incongruum ei, qui cum diues esset, propter nos factus est pauper; & cum esset magnus Dominus & laudabilis nimis, paruulus natus est nobis. Vnde etiam stabulum elegit & præsepe, vtique domum luteam, & diuersorium iumentorum, vt hunc esse scias, qui de stercore erigit pauperem, & saluos facit homines & iumenta.

Psal. 112.

Psal. 37.

33 Sermone 1. natiuitatis. *Hiere. 13.* *Psal. 92.* IDEM sic habet: Verbum abbreuiatum fecit Dominus super terram. Vultis nosse quàm longum, quàm breue fecit? cælum (inquit hoc Verbum) ego impleo, nunc caro factum in angusto locatum præsepio est. A sæculo, ait Propheta, & in sæculum tu es Deus, & ecce factus est infans diei vnius. Ad quid hoc fratres, aut quæ necessitas fuit, vt sic exinaniret se, & abbreuiaret Dominus maiestatis, nisi vt vos similiter faciatis? iam clamat exemplo, quod postmodũ prædicaturus est verbo, discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Obsecro proinde, fratres, non patiamini sine causa, tam pretiosum exemplar vobis exhibitum esse, sed conformamini illi, & renouamini spiritu mentis vestræ. Quid enim magis indignum, quid detestandum amplius, quid grauius puniendum, quàm vt videns Deum cæli paruulum factum, vltra apponat homo se magnificare super terram? Intolerabilis impudentiæ est, vt vbi sese exinaniuit maiestas, vermiculus inflet ur, & intumescat. Hoc igitur est, propter quod exinaniuit se formã serui accipiens, qui in forma Dei Patri æqualis erat, sed exinaniuit maiestate, non bonitate; apparuit enim benignitas & humanitas Saluatoris nostri Dei. Apparuerat ante potentia in rerum creatione, apparebat sapientia in earum gubernatione, sed benignitas misericordiæ nunc maxime apparuit in humanitate. Innotuerat Iudæis potestas in signis, atque portentis, vnde & in ea lege sæpius inuenies, ego Dominus, ego Deus. Philosophis quoque abundantius in sensu suo maiestas innotuit, quoniam quod notum est Dei, manifestum est in illis. Potestas subiectionem, maiestas exigit admirationem; neutra tamen imitationem, appareat Domine bonitas cui possit homo, qui ad imaginem tuam creatus est conformari. Quousque angustata est misericordia tua in sola Angelorum parte, reliquam occupat iudicium cum toto pariter humano genere? Domine in cælo misericordia tua, & veritas tua vsque ad nubes terram vniuersam cõdemnans. Dilatet misericordia terminos suos, extendat funes, expandat sinus, attingat a fine

Phil. 2.

Ad Tit. 3.

34

Rom. 1.

vsque

vsque ad finem fortiter disponens omnia suauiter. Restrictus est Domine iudicio sinus tuus, solue cingulum tuum, & veni miserationibus affluens, superefluens charitate. Quid tu times o homo, quid trepidas ante faciẽ Domini, quia venit? Venit non iudicare, sed saluare terram. Olim tibi persuasum est ab infideli quodam seruo, vt furtim tolleres, & imponeres regiũ diadema capiti tuo, deprehensus in furto, quidni timeres? quidni fugeres a facie eius? nunc in exilio positus, In sudore vultus tui vesceris pane tuo, & ecce vox audita est in terra, quia dominator aduenit. Quo ibis a spiritu eius, & quo a facie eius fugies? noli fugere, noli timere: non venit cum armis, non puniendum, sed saluandum requirit. Et ne forte dicas etiam nunc vocem tuam audiui, & abscondi me, ecce infans est, & sine voce. Nam vagientis vox magis miseranda est, quàm timenda, aut si cui forte terribilis, sed non tibi paruulus factus est, tenera membra mater alligat pannis, & adhuc trepidas timore? vel in hoc scies, quia non venit perdere te, sed saluare. Iam aduersus hostes tuos dimicat, iam superborum, & sublimium colla, tamquam virtus & sapientia calcat. Duo sunt tibi hostes peccatum, & mors, vtrumque debellaturus aduenit, & ab vtroque saluabit te, noli timere.

Gen. 3.

35

Psal. 138.

36 Sermone 3. IDEM sic ait: Hieme natus est, nocte natus est Christus, numquid credimus casu factum, vt in tanta aeris inclementia, & in tenebris nascetur, cuius est hiems, & æstas, dies & nox? non eligunt paruuli ceteri quando nascantur; quippe quibus adhuc vix incipientibus viuere, nullus subest rationis vsus. Christus Deus erat. Nascitur ergo Dei Filius, & eligit quod molestius est tempus; præsertim paruulo, & pauperis Matris Filio, quæ vix pannos haberet ad inuoluendum, præsepe ad reclinandum, & cum esset tanta necessitas, nullam audio pellium fieri mentionem. Primus Adam pelliceis vestitur tunicis, pannis secundus obuoluitur, non est tale iudiciũ mundi, aut iste fallitur, aut mundus errat, sed diuinam falli impossibile est sapientiam, merito proinde & carnis prudentia mors, siquidem & ipsa inimica est Deo, & sæculi quoque prudentia stultitia nominatur. Quid enim? Christus vtique qui non fallitur, elegit quod carni molestius est; id ergo melius, id vtilius, id potius eligendum, & quisquis aliud doceat, vel suadet, ab eo tamquam a seductore cauendum. Iam vero etiam nocte voluit nasci. Adhuc autem & in stabulo nascitur Christus, & in præsepio reclinatur, qui dicit, Meus est orbis terræ, & plenitudo eius. Quid ergo stabulum elegit plane, vt reprobet gloriam mundi, damnet sæculi vanitatem. Ipsa infantilia membra non silent. In omnibus mundi iudicium arguitur, subuertitur, confutatur. Quis enim hominum si daretur optio, non magis eligeret robustum corpus, & ætatem intelligibilem, quàm infantilem? O sapientia, quæ de occultis traheris! O vere incarnata & velata sapientia; & tamen fratres, ipse est promissus, olim per Esaiam, paruulus sciens reprobare malum, & eligere bonũ; malum ergo voluptas corporis, bonum vero afflictio est. Siquidem hanc eligit, & illam reprobat puer sapiens, Verbum infans. Carnalis homo non capit ea, quæ sunt Spiritus Dei, sed iam capiat & carnalis, quia Verbum factum est caro. Fuge voluptatem, quia posita est mors secus introitum delectationis, age pœnitentiam, quia per hanc appropinquat Regnum Dei. Hoc tibi prædicat stabulum istud, hoc præsepe clamat, hoc membra infantilia manifeste loquuntur. Hoc lachrymæ & vagitus euangelizant. Plorat quippe Christus, sed non quare ceteri solent, in alijs sensus, in Christo prævalet affectus, illi ex passione, Christus ex compassione, & filiorum Adæ peccata deplorat, & certe pro quibus nunc lachrymas fundit, fundet & sanguinẽ. O duritia cordis mei! vtinam sicut Verbum caro factum est, ita & cor meum carneum fiat. Si quidem & hoc pollicitus es per Propheram: Auferam a vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum. Fratres, lachrymæ Christi mihi, & dolorem pariunt, & pudorem; ludebam ego foris in platea, & in secreto regalis cubiculi super me ferebatur iudicium mortis. Audiuit hoc vnigenitus eius, exijt posito diademate, sacco vestitus, aspersus cinere caput, nudus pedes, flens & eiulans quòd morte damnatus esset seruulus eius. Intueor illum subito procedentem, stupeo nouitatem, causam percunctor, & audio. Quid facturus sum? adhucne ludam, & deludã lachrymas eius? plane si insanus sum, & mentis impos nõ sequar eũ, nec simul cũ lugẽte lugebo, ecce vnde pudor. Dolor & timor vnde? vtique quia ex consideratione remedij, periculi mei æstimo quantitatem. Nesciebam, sanus mihi videbar, & ecce mittitur Virginis Filius, Filius Dei altissimi, & iubetur occidi, vt vulneribus meis pretioso sanguinis illius balsamo medeatur. Agnosce o homo quàm grauia sunt vulnera, pro quibus necesse est Dominum Christum vulnerari. Si non essent hæc ad mortem sempiternam, numquam pro illorum remedio Filius Dei nasceretur. Compatitur Filius Dei & plorat, homo patitur & ridebit? sed sicut grauem agnosco morbum, cui tanta apponitur medicina, & sic & ex hoc ipso nõ incurabilem esse coniector; accedit quoque ad consolationem ipsa, quæ pastoribus vigilantibus exhibita est visitatio, & allocutio Angelorum. Væ vobis diuites, qui habetis consolationem vestram, ut iam nõ mereamini habere cælestem; quàm multi enim nobiles secundum carnem, quàm multi potentes & sapientes huius sæculi, hora illa in stratis mollibus quiescebant, & nemo eorum dignus habitus est nouam uidere lucem, scire magnum illud gaudium, Angelos audire cantantes: Gloria in excelsis Deo. Agnoscant homines, quia qui in labore hominum non sunt visitari ab Angelis non merentur, agnoscant quàm placeat supernis ciuibus labor. Putatis, fratres, parum mihi molestum esse, si hoc ipsum uerbum quod nunc loquor ad uos, uacuum & sine aliqua utilitate deperire in cordibus uestris nossem? Et

Isai. 7.

Ezec. 11.

38

39

Luc. 6.

quis

quis sum ego? aut quis est hic sermo meus? Si hunc tantillũ vocis laborẽ inutilem esse doleret homo pusillus, immo & nihili, quàm iuste indignabitur Dominus maiestatis, si tantam eius operam nostra aut duritia, aut negligentia contingat euacuari?

40 IDEM sic habet: In his potissimum vigilijs
Sermone 4. sine dubio credendũ est cælestes illos principes
præuenire coniunctos psallentibus in medio iuuẽcularũ tympanistriarũ. Saluator, cuius est aurũ pariter & argentũ, sacram in corpore suo dedicat paupertatẽ. Cur paupertas ipsa tã sollicite enarratur ab Angelo? neque enim sine certi
Luc. 2. ratione mysterij pannis Saluator obuoluitur, & ponitur in præsepio, quando id manifeste in signũ nobis commẽdatur ab Angelo, hoc inquit, vobis signũ, inuenietis infantem pannis inuolutũ. In signum positi sunt panni tui Domine Iesu, sed in signum cui a multis vsque hodie contradicitur. Multi quidem vocati, sed nõ multi electi,
Zach. 3. & ideo nec signati. Agnosco Iesum magnum sacerdotem sordidis opertũ vestibus, dum altercaretur cum diabolo; vbi vero exaltatum est caput nostrũ super inimicos nostros, ex hoc plane mutauit vestẽ, decorem induit, amictus lumine, sicut vestimento, exemplũ dedit nobis, vt & nos eadem faciamus. Vtilior siquidem in conflictu lorica ferrea, quàm stola linea, licet oneri sit illa, hæc honori erit, cum & membra sequentur caput, vt corpus dicat, cõcidisti saccum meum, & circumdedisti me lætitia.

41 IDEM sic ait: Apparuit benignitas, & hu-
In serm. 1. Epiphaniæ. manitas Saluatoris nostri Dei, priusquam appa-
Ad Tit. 3 reret humanitas, latebat benignitas; siquidem & prius erat. Nam & misericordia Domini ab æterno est. Sed vnde tãta agnosci poterat? promittebatur, sed non sentiebatur, vnde a multis nec credebatur. Multifarie namq. multisq. mo-
Hier. 29. dis loquebatur Dominus in Prophetis, ego inquiens cogito cogitationes pacis, & non afflictionis, sed quid respõdebat homo affiictionem sentiens pacem nescies? Quousque dicitis pax,
Ezec. 13. pax, & non est pax? propter hoc Angeli pacis a-
Isai. 53. mare flebãt, dicentes: Domine quis credidit auditui nostro? sed nunc credẽt homines, vel visui suo, quia in Sole posuit tabernaculum suũ. Ecce pax nõ promissa, sed missa. Eccè quasi saccũ plenũ misericordia sua, & Deus Pater misit in terram. Saccum, inquam, in passione concidendũ, vt effundatur quod in eo latet. pretiũ nostrum, saccum vtique, & si paruum, sed plenum; paruulus siquidem datus est nobis, sed in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis. Postquam enim venit plenitudo temporis, venit & plenitudo diuinitatis, venit in carne, vt & sic carnalibus exhiberetur, apparente humanitate benignitas agnosceretur, vbi enim Dei innotescit humanitas, iam benignitas latere non potest. In quo enim commẽdare magis poterat benignitatem suam, quàm suscipiendo carnem meam? Quid tãtopere declararet eius misericordiam, quàm quòd ipsam susceptt miseriam? Quid tam pietate plenum, quàm quòd Verbum Dei propter
42 nos fœnum? Quanto minorem se fecit in humanitate, tanto maiorem exhibuit in bonitate, &
Ad Tit. quanto pro me vilior, tanto mihi charior est. Apparuit benignitas & humanitas Saluatoris nostri Dei. Bene dulce nomen nullus ex ipsis tacuit, quia hoc mihi maxime necessarium fuit. Alioquin quid agerem audiens Dominũ venientem? nũquid non fugerem sicut Adam qui a facie eius fugit, sed non effugit? nõne desperarem audiens, quia venit ille cuius legem præuaricatus sum? cuius patientia abusus sum? cuius beneficio tam ingratus inuentus sum? Quæ vero maior consolatio poterat esse, quàm in dulci vocabulo, in nomine consolatorio? propterea & ipse dicit, quia nõ venit Filius vt iudicet mundũ, *Ioan. 12.* sed vt saluetur mundus per ipsum. Iam confidenter accedo, iã supplico fiducialiter. Quid enim timeam, quãdo Saluator venit in domũ meam? Ei soli peccaui, donatum erit quicquid indulserit, ille Deus est qui iustificat, quis est qui condemnet? Propterea gaudere nos oportet, quòd in nostra venerit, nunc enim facilis ad indulgentiam erit. Denique paruulus est, leuiter placari potest. Quis enim nesciat, quia puer facile 43
donat? Ecce si non fuerit pro minimo, possumus reconciliari pro minimo. O vere reconciliatio facilis, sed perutilis, parua satisfactio, sed non paruipẽdenda. Etenim quàm facilis modo, tam difficilis erit postea, & sicut modo nemo est, qui reconciliari non possit, ita post paululum nemo qui possit. *Infra*: Quid facitis o Magi, quid facitis? lactentem puerum adoratis in tugurio vili, in vilibus pannis? ergone Deus est iste? Deus certe in templo sancto suo, Deus in cælo sedes eius, & vos eũ quæritis in vili stabulo? In Matris gremio? quid facitis, quòd & aurũ offertis? ergo Rex est ipse? & vbi aula regia? vbi thronus? vbi curiæ regalis frequentia? numquid aula est stabulum, thronus præsepiũ, curiæ frequentia Ioseph & Maria? Quomodo ita insipientes facti sunt viri sapientes, vt adorent paruulũ despicabilẽ, tam sua ætate, quàm paupertate suorum? insipientes facti sunt, vt fierent sapientes. Et prædocuit eos spiritus, quod postea prædicauit Apostolus, qui vult sapiẽs esse stultus fiat, vt *1. Cor. 3.* sit sapiens. Quia enim per sapientiam mundus, in sapientia sua Deum cognoscere non poterat, placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Nonne timendum erat, fratres, ne scandalizarentur viri isti, & illusos se crederent cum tanta indigna viderent? A Regia ciuitate vbi Regem quærendum coniectabantur, ad Bethlehem uillam paruam diriguntur, ingrediuntur stabulum, inueniunt inuolutum pannis infantulum. Non illis sordet stabulum, non pannis offenduntur. Non scandalizantur lactentis infantia, procidunt, uenerantur ut Regem, adorant ut Deum, quoniam qui per stellam eos foris admonuit, ipse in occulto cordis edocuit.

44 IDEM sic inquit: Adorant Magi, & offe-
Sermone 2. Epiphaniæ. runt munera adhuc fugenti matris ubera. Sed ubi est o Magi, ubi est purpura regis huius? nũquid uiles panni isti, quibus est inuolutus? Si *Cant. 5.* Rex est, diadema eius, ubi est? Sed uos eum uere uidetis

videtis in diademate, quo coronauit eũ mater sua, in sacco mortalitatis de quo resurgens ait:
Cant. 3. Quia consciditi saccũ meum, & circumdedisti me lætitia. Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonẽ in diademate quo coronauit eũ mater sua. Egredimini incolæ ciuitatis supernæ, ecce Rex vester, sed in corona nostra, in diademate, quo coronauit eum mater sua. Sed his delicijs vsque modo caruistis, habetis sublimitatem eius, sed humilitatẽ eius non vidistis. Sed vobis etiã dicimus, filiæ Sion animæ sæculares, debiles, delicatæ. Filiæ, non filij in quibus nihil est fortitudinis, nihil est virilis animi, egredimini de sensu carnis ad intellectũ mẽtis, de seruitute carnalis concupiscentiæ ad libertatem spiritalis intelligentiæ, egredimini de terra vestra & de domo patris vestri, & videte Regẽ Salomonẽ, alioquin non erit tutũ videre eum Ecclesiastẽ, idẽ enim qui Salomon, ideſt pacificus in exilio est, Ecclesiastes, ideſt cõcionator, erit in iudicio Idida, ideſt dilectus Domini in regno. In exilio mãsuetus & amabilis, in iudicio iustus & terribilis, in Regno gloriosus & admirabilis. Egredimini igitur & videte Regẽ Salomonem.
45 Nam vbique Rex est, licet enim regnũ eius, nõ sit de hoc mũdo, tamen Rex est etiã in hoc mundo. Hic ergo rector est morũ, in iudicio discretor meritorum, in regno distributor premiorũ. Egredimini ergo & videte Regem Salomonẽ, in diademate & corona paupertatis & miseriæ. Siquidẽ coronatus est corona miseriæ. Suscipite coronã paruuli propter vos Regis vestri, & vna cũ Magis humilitatẽ eius adorate, quorũ fi
In lib. Sententiarum. *Gen. 48. Heb. 4.* dei deuotio hodie vobis proponitur in exẽplo.
IDEM sic ait: Pars tua sumus Domine, quã tulisti de manu Amorrhęi in gladio & arcu tuo, gladius tuus sermo viuus & efficax, arcus tuus incarnatio tua, ibi enim velut curuato sapientiæ ligno, & pio quodã modo flexa diuinitate, neruus carnis vehemẽter extensus & humanitas ineffabiliter aucta cognoscitur. Pars ergo tua sumus, & populus acquisitionis tuæ, quem acquisisti verbo prædicationis, & mysterio incarnationis. *Infra*: Obtulerunt Magi Domino aurum, thus, & myrrhã. Hæc fortassis pro loco & tẽpore necessaria videbantur, audi pretium ob paupertatem, myrrhæ vnguentum ob infantilis corporis teneritudinem, thuris odoramẽtũ ob sordidã stabuli mãsionẽ. Nos vero offeramus ei myrrhæ vnctionẽ in cõmunionẽ socialis vitæ, thuris speciem in suaueolentiam bonæ famæ, auri splendorẽ in cõscientiæ puritatem.
46 IDEM explicans illa verba: Sicut pelles
Serm. 28. in Cantica. Salomonis, inquit: Pelles Salomonis dicuntur illæ, quas Rex Salomon in vsus tabernaculi habebat, quãdo in tentorijs habitabat, quas vtiq; obscuras sine dubio, & tætras esse necesse fuit, tãquam quæ quotidiano forent exposita Soli, & frequentiũ iniurijs pluuiarũ, nec id frustra, sed vt is qui intus repositus erat ornatus, nitidior seruaretur. Nigrescit Christus zelo, multos cãdidos facit vnius denigratio, nõ cũ tingitur culpa, sed cũ afficitur cura. Expedit vt vnus denigretur pro omnibus similitudine carnis pecca

ti, & non tota gens nigredine cõdemnetur peccati, splendor & figura substantiæ Dei obnubiletur in forma serui pro vita serui; candor vitæ æternæ nigrescat in carne pro carne purgãda; speciosus forma præ filijs hominũ, pro filijs hominũ illuminandis obscuretur, in passione turpetur, vt sic speciosam acquirat sponsam sine macula & ruga. Agnosco pellẽ Salomonis, immo ipsum in pelle foris nigra Salomonẽ amplector. Habet & Salomon nigredinẽ, sed in pelle, foris & in cute niger, non intus, alioquin omnis gloria eius filiæ regis ab intus. Intus diuinitatis candor, decor virtutũ, splendor gloriæ, innocẽtiæ puritas sed tegit hæc despicabilior infirmitatis color, & quasi abscõditus vultus eius & despectus, dũ tentatur per omnia pro similitudine absq; peccato. Agnosco denigratæ formã naturæ, agnosco tunicas illas pelliceas protoplastorũ peccantiũ habitũ. Denique semetipsũ denigrauit formã serui accipiẽs in similitudinẽ hominũ factus, agnosco sub pelle hædi (qui peccatum significat) & manũ quæ peccatũ non fe- 47
cit, & collũ per quod mali cogitatio non transi- *Isa. 53.*
uit, ideoq; nõ est inuentus dolus in ore eius. Noui quòd sis læuis natura, mitis & humilis corde, *Psal. 44.*
blãdus aspectu, suauis spiritu, & quidem vnctus oleo lætitiæ præ participibus tuis. Vnde ergo nũc instar Esau pilosus, & hispidus? Vnde ij pili? Mei sũt, nã pilosę manus similitudinẽ proximi exprimũt peccatoris, meos agnosco hos pilos, & in pelle mea videbo Deũ Saluatorẽ meũ. Nõ *Iob 19.*
tamen Rebecca sic illũ induit, sed Maria, tanto dignioręm qui benedictionẽ acciperet, quãto sanctior quæ peperit. Et bene in meo habitu, quia mihi benedictio vendicatur, mihi postulatur hereditas. Siquidẽ audierat: Postula a me, & dabo tibi gẽtes hereditatẽ tuam. Quomodo dabis *Psal. 2.*
ei, si sua est, & quomodo suã mones, vt postulet? Mihi proinde postulat, qui meam ad hoc induit formã, vt suscipiat causam, quoniam disciplina pacis nostræ super eũ, & in eo posuit Dominus iniquitates omniũ nostrum, vnde debuit fratri- *Esaiæ 53.*
bus per omnia assimilari, vt ait Apostolus, vt *Heb. 2.*
misericors fieret; propterea vox quidẽ vox Iacob, manus autẽ manus sunt Esau, suũ est quod *Gen. 27.*
auditur ex eo, quod in eo videtur nostrũ, quod loquitur spiritus & vita est, quod apparet mortale & mors, aliud cernitur, & aliud creditur, nigrum sensus renunciat, fides formosum probat; niger est, sed oculis insipientium, nam fidelium mentibus formosus valde.

IDEM explicans illa verba: En ipse stat post 48
parietem nostrum respiciens per fenestras &c. Serm. 56. in
sic ait: Appropinquauit Deus parieti cũ adhæ- Cantica.
sit carni, caro paries est, & appropriatio sponsi verbi incarnatio. Porro cancellos & fenestras per quas prospicere perhibetur, sensus carnis, & humanos dicit affectus, per quos experimentum cepit omnium humanarum necessitatum. Denique languores nostros ipse tulit, & *Esaiæ 53.*
dolores nostros ipse portauit. Humanis ergo affectionibus sensibusq. corporeis pro foramibus vsus est, atque fenestris, vt miserias hominũ homo factus experimento sciret, & miseri-

cors fieret, tẽtatus per omnia pro similitudine
Heb. 4. absque peccato, vt misericors fieret. Vides ne-
factũ esse quod erat, & quod non erat didicisse,
& sibi apud nos quæsisse fenestras, per quas ca-
lamitates nostras diligentius exploraret? tot
autem in nostro ruinoso, & pleno rimarum pa-
riete inuenit foramina, quot nostræ infirmita-
tis & corruptionis in suo corpore sensit experi
menta. Sic itaque sponsus post parietem stans,
& per fenestras & cancellos respiciens erat, &
bene stans, quia solus reuera in carne stetit, qui
carnis peccatum non sensit. Possumus & hoc fi-
deliter sapere, quia stetit per diuinitatis po-
tentiam, qui per carnis infirmitatem occubuit
dicẽte ipso, Spiritus promptus est, caro autem
Matt. 26. infirma. Stabat post parietẽ, dum quod iacebat
in illo manifestum erat in carne, & quod stabat
in ipso quasi post carnẽ latebat, sane vnus atq;
idem, homo manifestus, & Deus absconditus.

49 AMBROSIVS explicat illud puer natus
Lib. 2. de fi de ad Gratianum c. 4. to. 4. est nobis, & Filius datus est nobis, sic: Etsi ex Pa
tre natus, non tamen nobis natus, sed datus est,
quia non filius propter nos, sed nos propter fi-
Esaiæ 9. liũ, neque enim nobis natus est qui & ante nos
natus est, & totius est conditor creaturæ, neque
nunc primum nascitur, qui erat semper, & erat
in principio, sed illud quod non erat nobis na-
scitur, hoc est puer ex Virgine, corpus ex Ma-
ria. Hoc enim post nos, illud ante nos &c. Qui
erat Filius Dei, hic ex Virgine Maria puer na-
tus est nobis & datus est nobis. Qui datus sit au
di Prophetã dicentẽ: Et salutare tuũ da nobis.
Quod enim supra nos est datur, quod de cælo est
Rom. 5. datur, sicut alibi legimus: De Spiritu Sancto
quòd charitas Dei diffusa est in cordibus no-
stris per Spiritũ sanctum, qui datus est nobis, Fi
lius datus est nobis, non Iudæis, nõ Manichæis
&c. Ille quidẽ omnibus natus est, sed perfidia
hæreticorũ fecit, vt nõ omnibus nasceretur; nã
& lumen diei oriri iubetur super bonos & ma-
los, sed oriri non videntibus non videtur &c.

50 IDEM postquã late ostendit Patris & Filij,
Libro 2. de Spiritu sancto cap. 12. circa finem to. 4. & Spiritus sancti vnitatem esse imperij potesta
tis, cõstitutionis, & largitatis, sic ait: Quidã in-
terrogatus, quid amicus esset, alter inquit ego,
si ergo homo amicũ ita diffiniuit, vt alterum se
esse diceret per vnitatem, videlicet amoris, &
gratiæ, quanto magis in Patre, & Filio, & Spiri-
tu sancto vnitatem maiestatis æstimare debe-
mus, cum per eandem operationem ac diuini-
tatem unitas exprimatur? &c.

51 IDEM exponens illud: Ego ex ore altissi-
Lib. de fide contra Arrianos c. 2. to. 4. mi prodiui, sic ait: Non ergo aliunde quam de
Patre, quia semper cum Patre, & ideo sapientia
Dei appellatur, vt nũquam Pater sine sapientia,
hoc est sine Filio suo fuisse credatur. Hæc est il-
la sapientia ineffabilis, quæ initio viarum Dei
apud Salomonẽ vel cõdita, vel genita, vel crea-
ta describitur, quã tamen sic cõditam dicit, vt
semper eã cũ Deo fuisse ostẽdat, nõ enim Deus
ita sapientiã suã condidit quasi aliquando sine
sapientia fuerit, sed cũ initio viarũ suarũ dicat,
initiũ motus operis alicuius ostẽdit, vt hoc ini-
tiũ habeat sapientia Dei, quod de Deo proces-
sit ad creãda omnia tã cælesti, quàm terrestria,
non quo cœperit esse in Deo. Creata est ergo
sapiẽtia immo genita nõ sibi, quæ semper erat,
sed his quæ ab ea fieri oportebat, & quia quãta
& qualis esset sciri nõ poterat, vt de effectu ope
rũ suorũ virtus eius, & potẽtia nosceretur &c.

52 IDEM in processu epistolæ exponit illud:
Lib. Epistolarũ in epist. to. 28. quæ est ad Horonciacum to. 3. Et tu Bethlehẽ domus Ephrata non es minima
Matt. 2. &c. Bethlehẽ domus panis est, Ephrata domus
Mich. 4. furorẽ videntis, in Bethlehem natus est de Ma-
ria Christus, eadẽ autẽ Bethlehẽ quæ Ephrata,
in domo igitur furoris generatus est Christus;
& ideo iã non domus furoris, sed domus panis,
quia panẽ recepit eum qui descẽdit de cælo. In
Ephrata Herodes dum Christum requirit peri
Hier. 31. mi statuit infantulos, vnde Hiere. 35. Vox in ra
ma audita est &c. Sed iam nemo timeat, quia
requies illa quam quærebat Dauid audita est
in Ephrata, inuẽta est in cãpis siluę, tunc adhuc
silua erat nationũ congregatio, sed postquã in
Christũ credidit fructuosa facta est, quia bene-
dicti ventris fructũ recepit, mortua est ibi Ra-
chel parturiẽs, quia iam tunc quasi Patriarchæ
vxor furorẽ Herodis videbat, qui nec minuscu-
læ ętati pepercit; simul quia in Ephrata peperit
Beniamin specie superiorẽ, mysterio posterio-
rem; populum scilicet qui antequam generare-
tur nõ minimos dolores matri præstitit, cuius
filios persequebatur, & illic mortua & sepulta
est, vt nos commortui & consepulti cum Chri-
sto in Ecclesia resurgamus &c.

53 IDEM circa illud: Factũ est autem cum essent
Lib. 2. in Lucam to. 1. ibi impleti sunt dies Mariæ, ut pareret. Altiori
consilio Christi infantia est descripta, ille par-
uulus, ille infantulus fuit, vt tu vir posses esse
perfectus, ille inuolutus in pannis, vt tu mortis
laqueis absolutus sis, ille in præsẽpibus, vt tu in
altaribus, ille in terris vt tu in cælis, ille locũ in
diuersorio non habebat, vl tu plures haberes in
2. Cor. 8. cælestibus mansiones, qui cum dives esset pro
nobis egenus factus est, vt illius inopia nos dita
remur. Ne illius infantiæ vagientis abluunt fle-
tus, mea lachrymæ illæ, delicta lauerunt; plus
igitur Domine Iesu iniurijs tuis debeo, quod
redemptus sum, quàm operibus quod creatus
sũ, nõ prodesset nasci, nisi redimi profuisset &c.

54 IDEM exponens illud Ioan. 3. Illũ oportet
Serm. 12. Natali Domini to. 1. crescere, me autẽ minui, sic ait: Ecce in natiui-
tate Christi dies crescit, & Ioannis natiuitate
decrescit, illo Oriente lux proficit, hoc nascẽte
minuitur, ipsa enim quodammodo tempora fa
mulantia partibus suis. Profectũ facit dies cum
mũdi Saluator oritur, defectũ patitur cum vlti-
mus Propheta generatur. Scriptũ est enim: Lex *Luc. 16.*
& Prophetæ vsq; ad Ioannẽ, atque ideo necesse
erat, vt obscuraretur legis obseruatio, vbi euo-
catio, vbi Euangelii gratia refulgebat, & cessa-
ret prophetia veteris testamenti, cũ noui testa-
menti gratia succedebat. Non mirũ si in natiui
tate Domini proficit dies, quam splẽdidissima
lux veritatis illuminat, sicut ait Euangelista, E- *Ioan. 1.*
rat lux vera quæ illuminat omnem hominẽ &c.
Ecce enim cum nascitur Christus, exultant An-
geli, pastores peruigilant, Magi aduenium,
Stella

Stella præcedit, & cuncta quæ sunt in cælis, terri-
sq. pulcherrima ipsi Domino deferuntur &c.
Cum autem Ioannes concipitur, Zacharias ob-
mutescit, solennis cõceditur sacerdos, Elizabet
mater absconditur significans post ortum suum
legis silentium amissionem sacerdotii, latebras
synagogæ. Crescit ergo Dominus, Ioannes mi-
nuitur, non ideo minuitur quòd meritis aliquid
derogetur, sed quoniam Saluatoris quotidie ac-
Ioan. 5. cumulatur, gloria illius minor fieri videtur. Lu-
cerna denique vocatur Ioannes dicente Domi-
no: Ille erat lucerna ardens. Lucernæ igitur ob-
scuratur lumen, cum radius Solis effulget &c.
Quis enim sapiens lucernam requirat in sole?

Christi gesta in memoria habenda sunt, ac imitanda, quibus sicut & verbis mundo prædicans magnà contulit bona. Cap. VIII.

1 Homil. 9. in Leuiticũ to. 1. ORIGENES sic ait: Decima die
septimi mensis est solemnitas re-
propitiationis, in hac sola die Põ-
tifex induitur omnibus pontifica
libus indumentis, tunc induitur
manifestationẽ & veritatem, tunc
ingreditur ad illa inaccessibilia, quo semel in
anno accedi tantummodo licet, ideſt in sancta
sanctorum. Semel enim in anno Pontifex popu-
lum derelinquens ingreditur ad illum locum,
vbi est propitiatorium, & super propitiato-
rium Cherubim, vbi est & arca testamenti, & al-
tare incensi, quo nulli introire fas est, nisi Pon-
tifici soli. Si ergo considerem verum Pontifi-
cem meum, Dominum Iesum Christum, quomo
do in carne quidem positus per totum annum
erat cum populo, annum illũ, de quo ipse dicit,
euangelizare pauperibus misit me, vt prædica-
rem annum Domini acceptum, & diem remis-
sionis. Aduerte quomodo semel in anno isto in
die repropitiationis intrat in sancta sanctorum,
hoc est, cum impleta dispensatione penetrat cæ
los, & intrat ad Patrem, vt eum propitium hu-
mano generi faciat.

2 Libro constitutionũ monasticarum cap. 2. to. 2. BASILIVS sic ait: Omnis actio, omnis
item sermo Saluatoris nostri Iesu Christi exco-
lendæ pietatis, virtutisq. obeundæ regula est:
propter hoc enim etiam humanam naturam su-
scepit, vt in se velut in tabula quadam veram no
bis pietatem, ac virtutẽ depingeret, eamq. om-
nibus nobis maribus simul ac femininis ante o-
culos statutam vnicuique pro viribus imitandã
ceu archetypum proponeret. Neque enim alia
de causa ille corpus nostrum gerit, nisi vt quoad
fieri possit nos ad imitanda vitæ ipsius studia
conformemus. Quapropter tu quandocum-
que vel factum ipsius audieris memorari, vel di-
ctum, ea nolito negligenter, & tamquam aliud
agens audire, quin stude potius vt mente tecum
ipse cogitando, rimandoque ad eorum profun-
dum peruenias, eorumque, quæ tibi operte tra-
duntur, particeps fieri contende.

3 Epist. 14. quæ est ad Celantiam to. 1. HIERONYMVS sic habet: Si exempla
viuorum deficiant Apostolorum, forma vniuer-
sis proposita est, clamat Paulus, Imitatores mei,
estote sicut & ego Christi, certe quod est am-
plius, omnibus ipsius Domini reluceat exem-
plum, qui in Euangelio ait: Venite ad me om- *Matt. 11.*
nes qui laboratis &c. Discite a me, quia mitis
sum & humilis corde. Hunc imitari tutissimum
est, atque eius vestigia sequi, qui dixit, Ego sum
via, veritas, & vita; numquam enim errat, qui
sequitur veritatem, vnde & Apostolus Ioannes
ait: Qui dicit se in Christo manere, debet sicut *Ioan. 14.*
ille ambulauit, & ipse ambulare. Et Beatus Pe- *1. Ioan. 1.*
trus ait: Christus pro nobis passus est, vobis re-
linquens exemplum, vt sequamini vestigia eius.

4 In cap. 26. Esaiæ to. 4. IDEM explicans illa verba: In semita iudi-
ciorum tuorum Domine sustinuimus te, sic ait:
Adhuc Propheta de Christo loquitur, de quo su-
pra dixerat, conculcabit eam pes pauperis. Hu-
ius ergo iusti semita recta est, in vna igitur Chri
sti semita omnes iustitiæ reperiũtur; & propter
rea eam suo calcauit, & triuit pede, vt quicum-
que per eam voluerit ambulare cursu ambulet
inoffenso, in hac semita iudiciorum Domini.
Sustinuerunt eũ sancti & sperauerunt in eo, quia
spes non cõfundit, & nomen illius, & memoria-
le habuerunt in desiderio animæ dicentes, Con-
cupiuit anima mea desiderare iudicia tua in om
ni tempore, & iterum desiderat anima mea, &
deficit in salutari tuo, qui autem nomen Domi- *Psal. 118.*
ni habet in desiderio aliud non desiderat.

5 In caput 9. Danielis. IDEM explicans illa verba: Confirmabit
pactum multis hebdomada vna, & in dimidio
hebdomadæ deficiet hostia, & sacrificium ait, de
Christo Domino intelligenda esse, quia Herode
regnante apud Iudæam & Augusto apud Roma-
manos, Christus natus sit, qui tribus annis, & sex
mensibus iuxta Euangelistam Ioannem Euange
lium prædicauit, & confirmauit veri Dei cul-
tum multis haud dubium, quin Apostolis, & cre
dentibus.

6 Lib. de salutaribus documẽtis to. 4. AVGVSTINVS sic ait: Si in Christo es-
se volumus, sicut sanctus Apostolus Ioannes di-
cit: Quomodo ille ambulauit, ita nos spirituali-
ter ambulemus. Quid est ambulare sicut Chri-
stus ambulauit? nisi contemnere vanitatem &
felicitatem huius sæculi, & non timere aduersa
pro nomine illius pati? speremus quæ promisit,
& sequamur, quo ipse præcessit, non nos vllo mo
do ab amore Christi separet huius sæculi mise-
rabilis dulcedo. *1. Ioan. 2.*

7 In libro expositionis epist. ad Galatas. IDEM explicans illa verba: Filioli mei,
quos iterum parturio, donec formetur Christus
in vobis, sic ait: Formatur Christus in credente
per fidem in interiori homine vocato in liber-
tatem gratiæ, miti & humili corde non se iactan
te de operum meritis, quæ nulla sunt. Forma-
tur autem Christus in eo qui formam accepit
Christi, formã autẽ accipit Christi, qui adhæret
Christo dilectione spiritali; ex hoc enim fit, vt
huius imitatione sit, quod ille, quantum gradu
suo finitur: qui enim dicit se in Christo manere, *Gal. 14.*
ait Ioannes, debet quomodo & ille ambulauit, *1. Ioan. 2.*
& ipse ambulare.

8 IDEM sic ait: Quid est Christum sequi, nisi imitari? quia Christus pro nobis passus est, relinquens nobis exemplum, sicut ait Apostolus Petrus, vt sequamur vestigia eius. Hunc in eo quisque sequitur, in quo imitatur, non inquantū Filius Dei est vnus, per quē facta sunt omnia, sed inquantum filius hominis quæ oportebat in se præbuit imitanda, & multa in illo ad imitandum omnibus proponuntur. Sequantur agnum omnes fideles, licet non quocumque ille ierit; tamen quousque ipsi potuerint: Beati pauperes spiritu imitamini eum, qui propter vos pauper factus est, cum dives esset: Beati mites imitamini eum, qui fleuit super Hierusalem: Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, imitamini eum qui dixit, Meus cibus est vt faciam voluntatem eius qui misit me. Beati misericordes, imitamini eū qui vulnerato a latronibus, & in via iacenti semiuiuo, desperatoq. subuenit. Beati mundo corde, imitamini eum qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Beati pacifici, imitamini eum qui pro suis persecutoribus dixit, Pater ignosce illis. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, imitamini eum qui pro vobis passus est, relinquens vobis exemplum. Hæc qui imitantur, in his agnum sequuntur.

Lib. de sancta virginitate to. 6. 1. Pet. 2. Apoc. 14. Matt. 5. 2. Cor. 8. Matt. 5. Matt. 11. Matt. 5. Luc. 19. Matt. 5. Ioan. 4. Matt. 5. Luc. 10.

9 IDEM explicans illa verba: Vox Domini super aquas &c. sic ait: Vox Domini super aquas, vox Christi super populos. Deus maiestatis intonuit, Deus maiestatis de nube terribiliter pœnitentiam prædicauit. Dominus super aquas multas, ipse Dominus Iesus postquam vocem emisit super populos, & perterruit eos, conuertit in se, & habitauit in eis. Vox Domini in virtute, vox Domini iam in ipsis potentes faciens eos. Vox Domini in magnificentia, vox Domini magna faciens in eis. Vox Domini cōterens cedros, vox Domini contritione cordis humilians superbos. Conuertet Dominus cedros Libani, conteret per pœnitentiam Dominus elatos nitore terrenæ nobilitatis, cū ad eos confundendos ignobilia huius mundi elegerit, in quibus ostendat diuinitatem suam. Et comminuet eas tamquam vitulum Libani, & amputata superba celsitudine illorum deponit eos ad imitationem humilitatis suæ, qui tamquam uitulus per ipsam huius sæculi diuinitatem ad uictimam ductus est.

In Psalm. 28. to. 8.

10 IDEM explicās illa verba: Dominus regnauit, decorē indutus est, indutus est Dominus fortitudinem &c. sic ait: Duas res induit Christus Dominus decorem & fortitudinem, ut fundaret terram, ad quam fundandam uenerat Dominus. Sequitur enim, Etenim firmauit orbē terræ, qui non commouebitur. Nostis, fratres, quia Dominus noster cū uenisset in carne his quibus prædicabat Euāgeliū, alijs placebat, alijs displicebat, alij dicebant bonus est, alius non, sed seducit turbas. Ad eos ergo quibus placebat decorē induit, ad eos quibus displicebat, fortitudinem induit. Imitare ergo & tu Dominū tuum, ut possis esse uestis ipsius. Adesto cum decore ad eos quibus placent bona opera tua, esto fortis aduersus detractores. De ipso decore, & fortitudine dicit Paulus, Per arma iustitiæ a dextris, & a sinistris, per gloriam & ignobilitatē, in gloria decorus, in ignobilitate fortis, cum omnia possidet decorus est, cum nihil habet, fortis est.

In Psalm. 92. Ioan. 7. 2. Cor. 6.

11 BERNARDVS sic ait: Sint, si dormire volumus, inter medios cleros, ideſt duos aduentus pennæ nostræ deargentatæ, vt illam scilicet virtutū formam teneamus, quam verbo & exemplo cōmēdauit Christus præsens in carne. In argento siquidē non incongrue intelligitur humanitas eius, sicut in auro diuinitas. Omnis itaque virtus nostra tam longe est a vera virtute, quàm longe est ab ea forma, & omnis penna nostra ad nihil valet, si non fuerit deargētata. Magna quædam pēna est paupertatis, qua tam cito volatur in Regnum cælorum: videmus autem pauperes aliquos, qui si veram haberent paupertatem, nō adeo pusillanimes inuenirētur & tristes, utpote Reges & Reges cæli, sed hi sunt qui pauperes esse volunt; eo tamen pacto, vt nihil eis desit, & sic diligūt paupertatē, vt nullā inopiam patiantur. Sunt & alij mites, sed quamdiu nihil dicitur, vel agitur, nisi pro eorū arbitrio, patebit autē quàm longe sint a vera mansuetudine, si lenis oriatur occasio. Hæc mānsuetudo quomodo hereditabit, quæ ante hereditatem deficit? Alios quoque lugentes video, sed si de corde procederēt illæ lachrymæ, nō tā facile soluerentur in risum, nunc autē cum abundantius otiosa verba, & scurrilia profluant, quàm prius lachrymæ, lachrymas huiusmodi de his esse non arbitror, quibus cōsolatio diuina promittitur, quandoquidē post illas tā facile consolatio vilis admittitur. Alij tam vehementer cōtra aliorū delicta zelātur, vt videre possent, esurire & sitire iustitiā, si esset apud eos de suis quoque peccatis idē iudicium, sed nunc pondus & pondus vtrūque abominatio est apud Deū, nam contra alios impudenter æstuāt, seipsos tā insipienter, quàm inutiliter palpant. Sunt alij misericordes de his quæ ad ipsos non pertinent, qui scandalizantur si non datur omnibus abundāter; sic tamen ut ipsi ne in modico quidē grauētur, qui si misericordes essent, de suo facere deberent misericordiam. Sunt & alij qui si viderint quempiā, vel leuiter scandalizatū valde solliciti sunt, quomodo eū in pacē reducere possint, & viderentur pacifici, nisi quòd eorū cōmotio, si forte quicquā contra factum, dictumve uitio debitur tardius uniuersis poterit difficiliusque sedari, qui nimirū si uere pacem diligerēt, haud dubium quin eam quærerent sibiipsis. Deargentemus ergo pennas nostras in Cnristi conuersatione, sicut & martyres sancti lauerunt stolas suas in eius passione. Imitemur quoad possimus eum, qui sic dilexit paupertatem, ut quamuis in eius manu essent fines terræ; tamen nō habuit ubi caput reclinaret, ita ut discipulos adhærentes ei legamus fame compulsos spicas marinibus confricasse, cum per sata transirent. Quique tamquā ouis ad occisionē ductus est, & sicut agnus corā tondente se obmutuit, & nō aperuit os suum, quem & super Lazarum, & super ciuitatē fleuisse, & in orationibus pernoctasse legimus.

Sermone 4. aduentus. Psal. 67. Matt. 5. Prou. 20

mus, risisse vero & iocasse nusquā, qui sic esurit iustitiā, vt cum propria non haberet tantam pro peccatis nostris exegit a seipso satisfactionem; vnde in cruce nihil aliud quàm iustitiam sitiebat, qui orauit pro crucifixoribus suis, qui peccatum non fecit, & impositā sibi ab alijs patienter audiuit, qui pro reconciliandis sibi peccatoribus tanta sustinuit.

12 IDEM sic ait: Eliseus noster Naamā leprosum septies in Iordane mergi præcepit (qui interpretatur descēsus) in descensu Domini nostri Iesu Christi, ideſt in humilitate conuersationis eius, quā exhibuit ante passionē mundamur, & purgamur a lepra, qua diuites esse volumus in hoc sæculo, mundamur si mergimur in Iordane, ideſt in Christi descensu. Inuenimus enim quoniam ille cum esset dives propter nos pauper factus est, descendit ab inenarrabilibus cæli diuitijs, & veniens in mundū, nec istas qualescūque diuitias habere voluit, sed in tanta paupertate venit, vt natus continuo poneretur in præsepio, quia ei non erat locus in diuersorio. Denique quis nesciat, quia filius hominis nō habebat vbi caput suum reclinaret. Qui bene mergitur hic, quando quæret diuitias huius mūdi? & vere magna abusio, & magna nimis, vt dives esse velit vermiculus vilis, propter quē Dominus maiestatis voluit pauper fieri. Porro in lepra alia, omnem sæculi huius pomposam intellige vanitatē, ab illo nihilominus mundaueris, vbi inuenies Christum Domini vilibus pannis inuolutum, factum opprobrium hominum, & abiectionē plebis. A lepra corporis mūdamur in ipso Iordane, si bene cogitantes dominicā passionē erubescimus sequi corporis voluptatem. Alia lepra est oris, quando si aduersi quicquā contigerit murmuramus, & impatientiæ verbū, tamquā lepræ sanies effluit, sed ab hac mundamur si illū attendimus, qui tamquā ouis ad occisionē ductus est, & non aperuit os suum, qui cum malediceretur non remaledicebat, cū pateretur nō comminabatur. In prosperis quoque lepra est contra eū, qui dixit, non qui seipsum commendat ille probatus est, commendamus nos ipsos, non in multa patientia, sed arrogantia, & inquinat nos altera lepra verbo iactantiæ. Vt ergo mundemur ab illa, imitemur eum, qui non quærebat gloriā suam. Vnde & dæmonia quæ clamabant, quia ipse esset Dei Filius præcipiebat obmutescere, & illuminatos cæcos dicere prohibebat. In cortice duplex est lepra, propria voluntas, & propriū consiliū, lepra vtraque nimis pessima, eoq. pernicioſior quo magis interior, voluntatem dico propriam, quæ non est communis cum Deo, & hominibus, sed nostra tantū, quando quod volumus nō ad honorē Dei, non ad vtilitatē fratrū, sed propter nosmetipsos facimus, nō intendentes placere Deo, & prodesse fratribus, sed satisfacere proprijs motibus animorū. Huic contraria est charitas, quæ Deus est. *Infra*: Hęc propria voluntas est immūdissima lepra animi, propter quā in Iordane mergi oporteat, & imitari eum, qui non venit facere voluntatem suam, vnde in passione, non mea, inquit, sed tua voluntas fiat: lepra vero proprij consilij eo perniciosior est, quo magis occulta, & quanto plus abundat, tanto sibi quisque sanior esse videtur. Hæc illorum est, qui zelū Dei habent, sed nō secundū sciētiā, sequētes errorem suum & obstinati in eo, ita vt nullis velint consilijs acquiescere. Ij sunt vnitatis diuisores, inimici pacis, charitatis expertes, vanitate tumentes, placentes sibi, & magni in oculis suis, ignorantes Dei iustitiam & suam volentes constituere. Sed vbi poterit hæc lepra mundari, nisi in Iordane? ibi mergere quicūque huiusmodi es, & attende quid fecerit magni cōsilij Angelus, quomodo consilium suum postposuerit cōsilio, vel magis volūtati mulieris vnius (beatam Virginē loquor) & fabri pauperis (ipse est Ioseph) innētus enim in medio doctorum descendit in Nazareth, & erat subditus illis.

Ser. 3. resurrectionis. 4. Reg. 5.

13

14 IDEM explicans illa verba: Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea cōmorabitur, sic ait: Tu si sapis imitaberis sponsi prudentiam, atque hunc myrrhæ tam charū fasciculum principali tui pectoris, nec ad horam patieris auelli; amara illa omnia quæ pro te pertulit semper in memoria retinens, & assidua meditatione reuoluēs, quo possis dicere, & tu, Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur. Et ego, fratres, ab ineunte mea conuersione pro aceruo meritorū quæ mihi deesse sciebam, hunc mihi fasciculum colligare, & inter vbera mea collocare curaui, collectum ex omnibus anxietatibus, & amaritudinibus Domini mei. Primum uidelicet infantilium illarum necessitatum, deinde laborum quos pertulit in prædicando, fatigationum in discurrendo, vigiliarum in orando, tentationum in ieiunando, lachrymarum in compatiendo, insidiarum in colloquendo; postremo periculorū in falsis fratribus, colaphorū, cōuitiorum, sputorū, subsannationū, exprobrationum, clauorū, horumq. similium, quæ in salutem nostri generis silua euāgelica copiosissime noscitur protulisse. Memoriā abundantiæ suauitatis horum eructabo, quoadusque uixero, in æternum non obliuiscar miserationes istas, quia in ipsis uiuificatus sum. Has olim sanctus Dauid cum lachrymis requirebat, veniant mihi (inquiens) miserationes tuæ, & viuam. Has alius quidam sanctorum cū gemitu memorabat dicens: Misericordiæ Domini multæ. Mihi hic salutaris fasciculus seruatus est, nemo tollet eū a me, inter vbera mea cōmorabitur. Hæc meditari dixi sapiētiā, in his iustitiæ mihi perfectionē cōstitui, in his plenitudinē scientiæ, in his diuitias salutis, in his copias meritorū, in his mihi interdum potus salutaris, amaritudinis; ex his rursum suauis unctio consolationis, hæc me erigunt in aduersis, in prosperis reprimūt, & inter tristia, lætaq. uitæ præsentis, uia regia incedenti tutū præbent utrobique ducatum. Hæc mihi conciliant mundi iudicem. Propterea hæc mihi in ore frequenter, sicut uos scitis, hæc in corde semper, sicut Deus scit, hæc stilo meo admodum familiaria, sicut apparet. Hæc mea sublimior interim philosophia scire Iesum, & hunc crucifixum, non requiro sicut sponsa ubi

Serm. 43. in Cantica. Cap. 1. Psal. 144. 15 Psal. 118. Thren. 3.

cuber in meridie, quem lætus amplector mea inter vbera commorantem, non requiro vbi pascat in meridie, quem intueor Saluatorem in cruce.

16 Serm. 45. in Cantica. IDEM explicans illa uerba: Oculi tui columbarum, sic ait: Iam me intuere in spiritu, quia spiritus ante faciem tuam Christus Dominus, & habes vnde id possis, quia oculi tui columbarum, ante non habebas, & ideo reprimenda fuisti, sed nunc copiam habeto videndi, quia oculi tui columbarum, ideſt spirituales. Non sane copiam quam petebas; nec enim modo adhuc ad illam potes, sed quæ tamen interim sufficere possit, sane ducenda es de claritate in claritatem, & propterea vide vt potes modo, & cum plus poteris, plus videbis. Non puto, fratres, mediocrem hanc, neque communem esse omnibus visionē, etsi sit inferior illa qua videndus est in futuro. Denique ex his quæ sequuntur aduerte, sequitur enim: Ecce tu pulcher es dilecte mi, ecce tu pulcher. Vides quàm in excelso stat & in sublime mentis verticem extulit, quæ vniuersitatis Dominū quadam sibi proprietate vendicet in dilectum. Dilecte mi, inquit, vt proprium designaret. Magna visio prorsus, de qua ista in id fiduciæ & auctoritatis excreuit, vt omnium Dominum, Dominū nesciat, sed dilectum. Existimo enim nequaquam hac vice eius sensibus importatas imagines carnis, aut crucis, aut alias quascumque corporearum similitudines infirmitatum, in his namque iuxta Prophetam, Nō erat ei species, neque decor. Hæc autem eum intuita decorum, pulchrumq. pronunciat, in visione meliori illum sibi apparuisse significans. Ore enim ad os, sicut quondam cum Moyse loquitur, cum sponsa & palam Deum videt. Et præmiserat, Oculi tui columbarum, ideſt iam non ambulas in magnis, & mitabilibus super te, sed instar simplicissimæ columbæ contenta es simplicioribus, nidificans in foraminibus petræ, meis vulneribus immorās, & libenter ea quæ sunt de me, dumtaxat incarnato, & passo oculo intuens columbino. Quàm pulcher es dilecte mi, quàm pulcher es, bis eum vocat pulchrum. Quàm pulcher es Angelis tuis Domine Iesu in forma Dei, in die æternitatis tuæ, in splendoribus sanctorum ante luciferum genitus, quàm mihi decorus es Domine mi in ipsa tui huius positione decoris; etenim vbi te exinaniſti, vbi naturalibus radijs lumen indeficiens exuisti, ibi pietas magis emicuit, ibi charitas plus effulsit, ibi amplius gratia radiauit, quàm clara mihi oriris stella ex Iacob, quā lucidus flos de radice Iesse egrederis, quàm iucundum lumen in tenebris visitasti me oriens ex alto.

Cant. 7. *Num. 24.* *Isa. 11.*

17 Serm. 48. in Cantica. *Cant. 2.* IDEM explicans illa verba: Sub vmbra illius quem desideram sedi, ait: Merito eius desiderauerat vmbram, de quo & refrigerium esset, & refectionem pariter acceptura. Nam cetera quidem siluarum ligna, etsi vmbram solatij habent, sed non vitæ refectionem, non fructus perpetuos salutis; vnus est enim vitæ auctor, vnus mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, qui dicit sponsæ suæ, Salus tua ego sum. Propterea ergo Christi potissimum desiderauerat vmbram, quòd solus sit, qui non solum ab æstu refrigerat vitiorum, sed & replet delectatione virtutum. Sub vmbra, illius quem desideraueram, sedi. Vmbra eius caro eius, Propheta ait: Spiritus ante faciem nostram Christus Dominus, in vmbra eius viuimus inter gentes, in vmbra sumus quando in gentibus viuimus in luce cum Angelis; & ideo iustus in vmbra, quia ex fide viuit. Sedi inquit, sedere enim quiescere est, plus est enim sedere in vmbra, & quiescere, quàm viuere, vnde Propheta, quod est commune multorum assumens sibi, in vmbra eius viuimus inquit, sponsa vero habens prærogatiuam, etiam quòd sub ea singulariter sederit, gloriatur; singulariter enim dixit sedi, vt cognoscas prærogatiuam, ibi enim hæc deuota & amans, suauiter requieſcit.

Thren. 4.

18 Serm. 61. in Cantica. *Psal. 83.* IDEM explicans illa verba: Columba mea in foraminibus petræ, sic habet: Foramina petræ vulnera sunt Christi, recte namque petra Christus, in his passer inuenit sibi domū, & turtur nidum, vbi reponat pullos suos, in his se columba tutatur, & circumuolitantem intrepida intuetur accipitrem, & ideo ait, Columba mea in foraminibus petræ. Vox columbæ, in petra exaltauit me, & statuit supra petrā pedes meos, vir sapiens ædificat domum suam supra petrā, quòd ibi nec ventorum formidet iniurias, nec inundationū. Quid non boni in petra? in petra exaltatus, in petra securus, in petra firmiter sto, securus ab hoste, fortis a casu, & hoc quoniam exaltatus a terra; anceps est enim & caducum terrenum omne, conuersatio nostra in cælis sit, & nec cadere, nec deijci formidamus, in cælis petra, in illa firmitas atque securitas est. Petra refugium herinacijs, & reuera vbi tuta, firmaq. infirmis securitas, & requies, nisi in vulneribus Saluatoris? tanto illic securior habito, quanto ille potentior est ad saluandum. Fremit mūdus, fremit corpus, diabolus insidiatur, nō cado. fundatus enim sum supra firmam petram. Peccaui peccatum grande, turbatur conscientia, sed non perturbabitur, quoniam uulnerum Domini recordabor. Si ad mentem venerit tam potens, tamque efficax medicamentum, nulla iam possum morbi malignitate terreri, ego fidenter quod ex me mihi deest, vsurpo mihi ex visceribus Domini, quoniam misericordia affluunt, nec desunt foramina per quæ effluant, foderunt manus eius & pedes, latusque lancea foderauerunt, & per has rimas licet mihi sugere mel de petra, oleumque de saxo durissimo, ideſt gustare & videre quoniam suauis est Dominus. Cogitabat cogitationes pacis, & ego nesciebam. Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? At clauis resecrans, clauus penetrans, factus est mihi, ut uideam uoluptatem Domini. Quidni uideam per foramen? clamat clauus, clamat uulnus, quòd uere Deus sit in Christo mundum reconcilians sibi. Ferrum pertransijt animam eius, & appropinquauit cor illius, ut non iam non sciat

Psal. 83. *Psal. 31.* *Psal. 80.* *Deut. 32.* *Psal. 39.* *Hier. 19.*

sciat compati infirmitatibus meis, patet arcanum cordis per foramina corporis, patet magnum illud pietatis sacramentum, patēt viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto. Quidni viscera per vulnera pateant? in quo enim clarius, quàm in vulneribus tuis eluxisset, quòd tu Domine suauis, & mitis, & multæ misericordiæ? maiorē enim miserationē nemo habet, quàm vt animam suā ponat quis pro damnatis, meum proinde meritum miseratio Domini, non plane sum meriti inops, quamdiu ille miserationum non fuerit. Quòd si misericordiæ Domini multæ, multus & ego in meritis sum. Quid enim si multorum sim mihi conscius delictorum? nempe vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia, etsi misericordiæ Domini ab æterno, & vsque in æternum, ego quoque misericordias Domini in æternū cantabo. Numquid iustitias meas? Domine memorabor iustitiæ tuę solius, ipsa est enim, & mea. Nempe factus es tu mihi iustitia a Deo, numquid mihi verendum, ne non vna ambobus sufficiat? non est pallium breue quod secundum Prophetam non possit operire duos. Iustitia tua iustitia in æternum. Quid longius æternitate? & te pariter, & me operiet largiter larga, & iustitia, & in me quidem operit multitudinem peccatorum, in te autem Domine, quid nisi pietatis thesauros, diuitias bonitatis? Hæ in foraminibus petræ repositæ mihi. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ in illis, opertæ quidem, sed in his qui pereunt, nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum, etiam & apertis foraminibus introduxit in sancta. Quāta in his multitudo dulcedinis, plenitudo gratię, perfectioque virtutum! Ibo mihi ad illa sic referta cellaria, atque ad admonitionem Prophetæ, relinquam ciuitates, & habitabo in petra, ero quasi columba nidificans in summo ore foraminis, vt cum Moyse positus in foramine petræ transeunte Domino merear, saltem posteriora eius prospicere.

Rom. 5. *Psal. 7.* *Esaiæ 28.* *Psal. 118* *Psal. 30.* *1. Cor. 2.* *Hiere. 48.* *Exo. 33.*

20 Serm. 70. in Cantica. *Sap. 7.* IDEM explicans illa verba: Dilectus qui pascitur inter lilia, sic ait: Bonū lilium veritas, cādore conspicuū, odore præcipuū. Deniq. candor est lucis æternæ splēdor, & figura substātiæ Dei, lilium plane, quod ad nouam benedictionē terra nostra produxit. Donec sub maledicto fuit terra spinas, & tribulos germinauit, at nūc veritas de terra orta est Domino benedicente. Speciosus omnino flos campi, & lilium conuallium, agnosce lilium ex candore, qui mox in ipso exortu floris, pastoribus de nocte emicuit, dicente Euangelio, quia claritas Dei circumfulsit illos. *Infra*. Ipse se lilium appellauit, quòd totus verſetur in lilijs, omnia quæ ipsius sunt lilia sunt, conceptio, ortus, cōuersatio, eloquia, miracula, sacramenta, passio, mors, resurrectio, ascensio. Quid horum non candidum, & non suauissime redolens? Tanta denique in conceptione refulsit superni luminis claritas de superuenientis abundantia spiritus, vt ne ipsa quidem virgo sancta sustinuisset, si non sibi obumbratum foret a virtute altissimi. Porro ortū candidauit incorrupta virginitas matris, conuersationem innocentia vitæ, eloquia, veritas, miracula, puritas cordis, sacramenta pietatis arcanum, passionem patiendi voluntas, mortē libertas non moriendi, resurrectionem martyrum fortitudo, ascensionem exhibitio promissionum. Quàm bonus fidei odor in his singulis, nostra quidem, qui candorem non vidimus tēpora, & viscera replens! Pars mea in his, odor vitæ, qui procedit ex ipsis. Is infusus naribus meis apto quodam fidei instrumento, & quidē copiosius pro multitudine liliorum, sane & exilium leuat, & patriæ desiderium assidue innouat in visceribus meis.

21 Libro cui titulus est formula honestæ vitæ. IDEM sic ait: Sit tibi Iesus semper in corde, & uumquam imago crucifixi ab animo tuo recedat. Hæc tibi sit cibus, & potus, dulcedo, & consolatio tua, mel tuum, & desiderium tuū, lectio tua, & meditatio tua, oratio, & contemplatio tua, vita, & mors, & resurrectio tua, semper cogita illum, nunc positum in præsepio, & pannis inuolutum, modo in templo Patri a parentibus præsentatum, nunc fugientem in Aegyptum, ibi diu in extrema paupertate, & indigentia commorantem, & inde maximo cum labore redeuntem, modo in templo audientem doctores, & interrogantem, qui docet hominē scientiam, & postea parentibus subditum, cui iure omnis creatura subditur, deinde esurientem in deserto, & sitientem, qui est panis vitæ, & fons sapientiæ, qui pascitur inter lilia, & implet omne animal benedictione, modo fatigatū ex itinere sedere sic supra fontem cum muliercula loquentem totius mundi statum regentē, postea factum in agonia prolixius orantem, ab Angelo consolationem recipientem, ipse qui est Angelorum, & homiuum consolatio. Ad columnam, totius orbis sustentamentum ligatū, & flagellatum, ipsum, qui est Angelorum splendor, sputis illitum, palmis in facie percussum, spinea corona coronatum, opprobrijs saturatum, & pro te in cruce pendentem, ac morientem, sic nimirum erit fasciculus myrrhæ dilectus tuus, sic inter vbera tua commorabitur, sic de omnibus anxietatibus Domini Dei tui colliga, & quasi fasciculum, vt amarum poculum lachrymarum tibi conficias.

Psal. 144.

22 Ser. 53. de inouatione fidelium. AMBROSIVS explicat illud Matt. 18. Nisi conuersi fueritis, & efficiamini, sicut puer iste, sic ait: Non dicit sicut pueri isti, sed sicut puer iste, vnum proponit, quem non arbitror esse de plebe, sed de cælo, ipse est enim de cælo, puer, de quo dicit Esaias cap. 9. Puer natus est nobis, & Filius datus est nobis, ipse plane puer est, qui sicut innocens, cum malediceretur, non maledicebat, cum percuteretur, non repercussit, quin potius in ipsa passione pro suis orauit inimicis, ita simplicitatem, quam infantibus natura tribuit, Dominus misericordiæ bonitate cumulabat, iste ergo puer est, qui imitandus paruulus proponitur, & sequendus, nam ipse dixit, Tolle crucem tuam, & sequere me, &c.

Matt. 18. *Esaiæ 9.* *1. Pet. 2.* *Matt. 17.*

23 Lib. de Salomone c. 4 to. 2. IDEM explicat quartum, quod Salomon dixit ignorare, scilicet viam viri in adole-

scen-

Prou. 30. scentia, sic ait: Vir iste clausus est, Actuum 2. Iesum Nazarenum virum a Deo electum, &c.
2. Cor. 11. Despondi enim vos vni viro, &c. Hic est vir, cuius viæ cognosci a iuuētute non possunt, quis enim æstimare animo possit, aut capere quanta ille opere exercuerit, cum secundum hominem moraretur in terris? dum claudis gressum, cæcis lumina amissa reddit, aut imponit incognita, dum eloquium præstat mutis, & surdis insinuat auditum, dum largum insanguine fluxum siccat in Martha, dum dæmones pellit in Maria, &c. & alia multa, quæ si omnia scripta essent, mundus ea capere non posset. Hæ ergo viæ sunt in iuuentute, quas non tam deprehendere Propheta, quàm enarrare se non posse testatus est, &c.

Christus varie comparatur in sacris litteris, & cum iustis antiquis, quos incomparabiliter excedit. Cap. IX.

1 Hom. 2. ex positionis 2. in Canti ca to. 2.

ORIGENES explicans illa verba: Botrus cypri dilectus meus mihi, sic habet: Primū quidem nardus mea odorem mihi sponsi mei reddit, secundo vero fasciculus myrrhæ effectus est frater meus Christus demorans inter media vbera mea. Tertio botrus cypri, ex vineis Engaddi superans omne quod est in odoribus, & floribus suauitatis, quo scilicet audientes hæc adolescentulæ magis, ac magis ad amorem sponsi concitentur, idcirco autem singulatim, & per ordinē primo nardum suam, deinde myrrham, seu guttam, post hæc etiam botrum cypri, vt per eos gradus, quosdam profectus doceat charitatis. *Infra*. Quod si cyprus suū generis arbor accipienda est, cuius fructus etiam flos, non tantum odoris suauitatem, quātum & vim calefaciendi, ac fouēdi dicitur possidere, illa sine dubio accipitur sponsi virtus, qua incalescunt animæ erga fidem eius, & charitatē, quæ contingebat eos, qui dicebant, Nōne cor nostrum erat ardens intra nos, cum aperiret nobis scripturas. Obseruandum tamen est, quòd verba sponsæ ita referuntur, vt & nardus, & myrrha, & botrus cypri ipsi soli sint, vtpote qui in hos iam profectus ascenderint, sola enim perfecta anima est, quæ ita habet purum, & purgatum odoramentum sui sensus, vt possit nardi, & guttæ, & cypri ex verbo Dei procedentis fragrantiam capere, & gratiam diuini odoris haurire.

2 Hom. 1. in Esaiam.

IDEM explicans cap. 6. Isaiæ, vbi Seraphim mundauit labia Isaiæ, ait: Vnus ex Seraphim Dominus meus Iesus Christus est, qui ad auferenda peccata nostra a Patre missus est, dicit, Ecce abstuli iniquitates tuas, & peccata tua circummundaui.

3 Hom. 3. in Esaiam.

IDEM sic habet: Vnus est homo Iesus, qui exiuit iuxta carnem de radice Iesse, factus ex semine Dauid secundum carnem, exijt de radice Iesse virga, primogenitus omnis creaturæ, si peccator es, non est tibi Christus flos de radice Iesse, veniet enim ad te virga, virga ei, qui indiget correptione, flos ei qui iam eruditus est, & non indiget dura increpatione. Et requiescet super eum spiritus Domini, Spiritus enim sapientiæ non requieuit in Iesu Naue, spiritus sapientiæ non requieuit in singulis Prophetarum in Esaia, Hieremia, nō quòd, ad nullum eorum venerit, sed quòd in nullo requieuerit, venit super Isaiam, sed ait: Immunda labia ego habeo. Venit spiritus sapientiæ post illam forcipem, & ignē, sed non requieuit, ministro quidem eo vsus est, non autem requieuit. Tribulatur ad quemcumque venerit hominem, peccat enim omnis homo, nec est iustus super terram, qui faciat bonum, & nō peccet, nemo mūdus a sordibus, neque si vna dies sit vita eius; igitur super nullum requiescit. Ante paululū lectum est, Non permanebit spiritus meus in hominibus istis in æternum, non ait, non erit, sed non permanebit, vnum vidit Ioannes solū, in quo permansit, & signum hoc erat, super quē videritis spiritum descendentem, & manentem in eo, iste est Filius Dei. *Esaiæ 6.* *Gen. 6.* *Ioan. 1.*

4 Hom. 3. in c. 5. Hieremiæ. Matth. 9.

IDEM sic habet: Christus Dominus diuersis nominibus nominatur secundum varios effectus, medicus est iuxta quod scriptum est, non necesse habent sani medicum, sed male habentes. Alio intellectu pastor, secundum quod irrationalibus præest. Alio intellectu Rex secundum quod rationabilibus principatur, alio intellectu uitis vera, secundum quòd inserti in ea homines vberrimos afferunt fructus, & exculti a Patre agricola pinguedinem vitis ueræ ex vnius radicis consortio assumunt. Iuxta alium intellectum sapiētia, iuxta alium veritas, iuxta alium iustitia.

5 Hom. 13. sup. per cap. 28. Ezechielis. Isai. 66.

IDEM sic habet: Iesus Christus fluuius est, de quo scriptum est, fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, iste est qui ait per Esaiam, Ecce ego declino in vos quasi fluuius pacis.

6 Lib. 2. Periarchon c. 6. to. 4.

IDEM sic ait: Quis vniuersam Verbi Dei naturam inuestigare potuit, nisi solus Deus apud quem erat Verbum? pro certo habere debemus, quòd hoc Verbū, hāc sapientiā, hanc veritatem, nullus alius, nisi Pater nouit, de quo scriptum est, ne ipsum quidem mundum capere arbitror libros, qui scriberētur, de gloria, scilicet, & maiestate Filij Dei. Impossibile namque est litteris committere ea quæ ad Saluatoris gloriam pertinent.

7 Hom. 11. sup. per Psalm. 44. to. 1. Psal. 44.

BASILIVS explicans illa verba: Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lętitię præ cōsortibus tuis, sic habet: Caro Domini vero christimate vncta est, nimirū super eā aduenīente Spiritu sancto, quod quidem exultationis oleum vocatur. Vnctus est autem præ participibus suis, hoc est supra omnes homines Christi participes existentes, quoniam illis quidem particularis quædam tributa est spiritus communicatio, super vero Filium Dei sanctus spiritus vbi descendit, sicut ait Ioannes, māsit super ipsum. *Ioan. 1.*

Rursusque in humanitatem a Deo assumptam respiciens ait: Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. Pro eo quod est. Reliqui quidē homines labore, & exercitatione, & attentione sæpe numero assequuntur amorem honesti, ac probitatis, & malitiæ totius detestationē, tibi autem naturalis est ad boni prosecutionē proprietas, & ad iniquitatis fugam perquā familiaris alienatio.

8 In libro de Spiritu sancto ad sanctum Amphilochium episcopum Iconii. Exo. 22.

IDEM sic ait: Aries figura fuit Christi immolati a cælesti Abraham patre suo. Moyses typus erat Christi, tūc enim is qui medius intercedit inter Deum, & homines per Moysem præsignabatur in ministerio legis. Moyses inter Deū, & populum intercessit, data est enim lex dispositā per angelos in manu Moysi iuxta prouocationem populi dicentis, Loquere tu nobis, & non loquatur nobis Deus. Itaque fides quæ erat in Moysem ad Dominum refertur, qui sequester est inter Deum, & homines, qui dixit, si crederetis Moysi, crederetis vtique, & mihi.

Ioan. 5.

9 Hom. 4. imperfecto. 2. Luc. 2.

CHRYSOSTOMVS explicans illa verba: Abraham genuit Isaac, sic ait: Isaac risus interpretatur, qui fuit per omnia mysteriū Christi, sicut enim ille Isaac desperantibus iam parentibus in vltima senectute donatus est lætitia suis, vt cognoscatur, quia non erat filius naturæ, sed gratiæ: sic, & noster Isaac in nouissimo fine productus est gaudium cunctis, sicut dicit angelus ad pastores. Ecce euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni plebi, vnde ait Apostolus, Postquam venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum natum ex muliere, sed iste per virginem, ille de anu, ambo extra spem naturæ, ille postquam mater eius parere posse cessauerat, iste postquam mater eius parere posse inciperet. Sicut illum mater nesciuit quando ducebatur ad immolandū, sed postquam reuersus est cognouit, quia erat oblatus: sic istum synagoga non cognouit esse Filium Dei, cum duceretur ad mortē, sed postquam resurrexit a mortuis, tunc cognouerunt eum Iudæi, sicut ille ligna portauit, vbi fuerat incendendus, sic & iste lignum portauit, vbi fuerat crucifigendus, sicut ille non restitit Abrahæ, sed dixit, Pater mi, liga mihi manus, & pedes, ne quādo insurgam in impugnationem, sic & iste non cōrradixit Patri, sed paratus respōdit, Non sicut ego volo, sed sicut tu Pater. *Infra*. Iacob genuit Iudam, & fratres eius, & noster Iacob Christus genuit duodecim Apostolos in spiritu, non in carne, verbo non sanguine, nam sicut ille cum suis duodecim descendit in Aegyptum, vt multiplicaretur, sic & Christus cum suis duodecim Apostolis descendit in mundum, & multiplicatus est per totum mundum. Et sicut ille descendit, vt medullam Aegypti manducaret, sic & Christus cum suis Apostolis intrauit in istum mundum, vt medullam huius mundi manducaret, id est acquireret sibi, medulla enim huius mundi sunt homines sancti. *Et infra*. Iudas interpretatur confessor, quoniā Christi erat imago, qui confessor Patris erat futurus dicens, Confiteor tibi Pater Domine cæli, & terræ. Quia sicut Iudas meretrici coniunctus est, & dedit illi virgā, & annulū, sic & Christus Ecclesiæ meretrici ex gentibus se coniunxit, & dedit illi pro mercede virgam crucis, & anulum Spiritus sancti per baptismum quasi signaculum fidei præcedentis. *Et infra*. Dauid imago Christi fuit. Dauid enim interpretatur sufficiens manu, vel dilectus, sicut & Christus fuit, & in bello fortis, & Patri dilectus, & in actibus suis, & in misericordia, & in mansuetudine sua prophetatio fuit Christi. *Infra*. Salomon interpretatur pacificus, quoniam omnibus in circuitu gentibus, & pacificatis, & tributa reddentibus pacificum habuit regnum, ita vt templum Deo ædificaret vtens etiam ministerio gentium, quoniam in figura fuit nostri pacifici Christi, qui confugientibus ad se per fidem gentibus vniuersis, & bonorum operum tributa spiritualia soluentibus pacificum habuit regnū ita vt ex viuis lapidibus, non solum Iudæis, sed etiam gentibus viuum templum Deo ædificaret viuenti.

Gal. 4.

Gen. 22.

10 Matth. 26.

11 Hom. 4. ex variis in Matthæum. Matt. c. 2.

IDEM explicans, de Christo Domino illa verba, Quoniā Nazarēus vocabitur, ait: Dictus est Samson Nazaræus vir potens in spiritu roboris, in virtute, sed in typo, cuius gesta si consideremus, in eo quoque exempla Domini præfigurata cognoscimus. Ille septem crines habuit, huic septiformis spiritus est, illi omnis virtus in capite fuit, huic omnis virtus in Deo est, quia caput Christi Deus est, in illo virtus obscura, in hoc celata diuinitas. Samson iter faciens leonem manibus enecauit, & Dominus ac Saluator noster per susceptī corporis sacramentum leonē diabolū extensis in cruce manibus interemit. Samson de ore leonis fauū mellis abstraxit Dominus de faucibus diaboli plebem suā, quę sibi per viam facta est dulcis, eripuit. Samson populum Israel debellatis hostibus, Dominus extinctis demonijs populum suum de morte perpetua liberauit. Sāson obseratis portis clauditur in ciuitate, Dominus obsignato clauditur monumento, Samson fractis seris subtractisque portis securus euadit, Deus ruptis inferni sedis obicibus, aperto sepulchro, recepto corpore liber egreditur. Postremo Samson moriens inimicos suos concussis ædificijs ruina comprimit, Dominus cū mori dignatus est, nō vna domo, sed omni mundo concusso diabolum cum suis Angelis vniuersis extinxit.

1. Cor. 11.

Iudic. 14.

12 Epist. ad Sunniam, & Fretelam. to. 3.

HIERONYMVS explicat de Christo illa verba Psal. 137. Quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum, & ait: In Græco reperisse vos dicitis super omnes, nō super omne, sed in septuaginta legitur, sicut & nos in latino vertimus, ceterum apud Hebræos ita esse cognoscite, quoniam magnificasti super omne nomen verbum tuum. Iuxta editionem autem latinam hic sensus est, quoniā magnificasti super omne nomen, hoc est, quod in cælo, & in terra dici potest, sanctum Filiū tuū, super omne sanctum exaltatur Christus Dominus.

IDEM

13 Epist. de vera circumcisione to.9.

IDEM sic ait: Christus est liber intus, & foris scriptus, hic secretus, & publicus, hic apertus, & opertus, hic paginis superioribus videndus, interioribus non videndus, quia incomprehensibilis. Intus siquidem scriptus est, cum Propheta dicat, Generationem eius quis enarrabit? Foris scriptus est, cum euangelista ait: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid. Intus scribitur, cum Deus dicit: Eructauit cor meum verbum bonum, foris scribitur cum Esaias vaticinatur, Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Intus scribitur, cum per Ioannem dicitur, In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, foris scribitur per Matthæum, Christi autem generatio sic erat. Cum esset desponsata mater Iesu. Intus scribitur, inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto, foris scribitur, cum Apostoli interrogati, quis esse Dominus diceretur, alij Eliam, alij Hieremiam responderũt. intus scribitur, cum Petrus exclamat, Tu es Christus Filius Dei viui, foris scribitur, cũ amici morte lachrymatur, intus scribitur, cum ipsum quem flebat, exsuscitat, foris scribitur cum esurijt, intus cum quinque panibus multa millia hominum satiauit. Foris scribitur, cum affigitur cruci, intus scribitur, cũ paradisum Latroni promittit in cruce, foris scribitur, cum spiritum moriens secundum rationem humanæ carnis emittit, intus cum in passione Sol fugit, dies absconditur, terra cõcutitur, foris scribitur, cum sepelitur, intus cum tertia die sepulchri liminibus remotis erumpit in lucem. Foris scribitur, cum Apostolis clauorum, & lanceæ vulneribus ostensis escam etiam postulat, intus scribitur, cum clausis ostijs, qui intrare visus non est, apparet. Sed miro modo, cum interior scriptura libri magis obscura sit, amplius hominum mentes turbat exterior, & videntes illa, quæ per hominem videri non possunt, ista quæ possunt per hominem videri noua ratione non cernunt.

Esaiæ 53. *Matt. 1.* *Isai. 11.* *Ioan. 1.* *Matt. 1.*

24 In cap. 11. Isaiæ to.4.

IDEM explicans capitis vndecimi Isaiæ verba, Egredietur virga de radice Iesse ait: Virgam, & florem de radice Iesse ipsum Dominum Iudæi interpretantur, quòd scilicet in virga regnantis potentia, in flore pulchritudo monstretur. Nos autem virgam de radice Iesse sanctã Mariam virginem intelligamus, & florem Dominum Saluatorem, qui dicit in Cantico canticorum, ego flos campi, & lilium conuallium.

15 Lib. 12. super cap. 40. Ezechielis; *Isai. 2.* *Mich. 4.*

IDEM explicans illa verba: Manus Domini misit me super montem excelsum nimis, super quem erat quasi ædificium ciuitatis vergentis ad Austrum, sic habet: Mons iste Christus est, de quo Isaias, & Micheas vaticinantur, Venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, qui mons excelsus est nimis ad comparationem montium ceterorum, de quibus Prodheta testatur dicens. Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Et in alio loco. Montes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi sui. De quo & Isaiæ dicitur. In montem excelsum ascende tu qui euangelizas Sion. Super hunc montem ostenditur ædificium ciuitatis vergẽtis ad Austrum, vbi plenum lumen est, & Sol iustitiæ in summo cæli vertice positus, vnde & in Cãtico dicitur Canticorũ, Exurge Aquilo, & veni Auster, & perfla hortum meum, & fluent aromata illius. Fugatur enim de horto Domini Aquilo ventus durissimus, ne refrigeretur dilectionis calor, floresque marcescant. *Infra*. Et introduxit me illuc, & ecce vir, cuius erat species æris. Hic Christus Dominus est, de quo scriptũ est, Ecce vir oriens nomen eius. Habebat autem speciem quasi æris, hæc enim materia cunctis metallis vocalior est, & tinnitu longe resonat, vnde & in Daniele in imagine, quæ erat ex auro, argento, ære, ferroque compacta Regnum Alexãdri, atque Græcorum in æris similitudine demonstratur, vt Græcæ linguæ eloquentia signaretur. Stabat autem in porta, quia per ipsum ad Patrem ingredimur, & sine ipso ciuitatem Dei intrare non possumus, vt dignos suscipiat, indignos abijciat.

Pſal. 120 *Pſal. 124.* *Esa. 40.* *Cant. 4.* *Fulg. 11.* *Zach. 6.*

16 In cap. 6. Oseæ.

IDEM explicans illa verba: Quasi diluculum præparatus est egressus eius, & veniet quasi imber nobis temporaneus, & serotinus terræ, sic ait: Christus ipse qui cœpit, sanabit nos, percutiet, & curabit nos, & viuificabit nos post duos dies, & die tertio suscitabit nos, ipse & nõ alius, quasi mane, & aurora paratus est nobis, de quo, & 21. Psalmi titulus est pro assumptione matutina, licet in Hebræo scriptum sit pro ceruo matutino, eo quod interfecta morte, & tortuoso, antiquoque serpente cupiat ad montana cõscendere, & ipse tenebris dissipatis oritur nobis Sol iustitiæ, vt nostram illuminet cæcitatem. Et pulchre præparatus est, egressus eius &c. De quo iuxta tropologiam in Psal. 18. legimus, & ipse tamquam sponsus procedit de thalamo suo, qui non solum mane vocatur, & aurora, & diluculum, sed venit nobis quasi imber tẽporaneus, & serotinus terræ. Nos Christum recipimus temporaneum, quando fidei nobis iacta sunt fundamenta, & suscipiemus eum inbrem serotinum, quãdo maturis segetibus fruges capiemus æternas, & in dominica horrea recondemur. Hæc est pluuia, de qua Dominus pollicetur dicens, Dabo vobis pluuiam temporaneam, & serotinam, datur pluuia temporanea cum ex parte cognoscimus, datur serotina, quando venerit quod perfectum est.

Deut. 11.

17 In caput 7. Amos.

IDEM explicans illa verba: Ecce Dominus stabat super murum litum, & in manu eius trulla cæmentaria, ait. Septuaginta sic verterunt. Ecce uir stabat super murum adamantinum, & in manu eius adamas. Adamas lapis est quem latine indomitum possumus appellare, eo quod nulli cedat materiæ, nec ferro quidem, nam si ponatur super incudem, & grauiictu feriatur mallei, ante incus, & malleus vulnus accipiunt, quàm adamas conteratur, cumque ignis omnia domet, vniuersa metalla consumat, reddit adamantem duriorem, vt ne paruulum quidẽ in eo angulum vis nimij ardoris obtundat. Vidi, & in auro adamantem magnitudine

tudine milij, cumque vicinum consumeretur aurum longo vsu ac nimia vetustate, solus adamas non atteritur, & nulla lima imminui potest, sed e contrario limam terit, & quicquid attigerit lineis sulcat. Hic lapis paruus est, & indecorus, ferrugineum habens colorem, & splendorem habens crystalli. Dicitur quoque in electri similitudinem, venena deprehendere & maleficis resistere artibus. Talis est Dominus, & Saluator, qui cum in forma Dei esset, semetipsum exinaniuit formã serui accipiens in similitudinem hominum factus, &c. De quo & Esaias scribit. Non est ei species, neque decor, &c. Hic stat super murum adamantinum, id est super Sanctos, & Apostolos suos, quibus donauit, vt & ipsi adamantes vocarentur, & a nullo superati dicerent, Quis nos separabit a charitate Christi.

Phil. 2. *Rom. 8.*

18 Lib. 3. de Trinit. to. 3. Gen. 28. Exo. 7. Num. 21.

AVGVSTINVS sic ait: Vnctio lapidis Iacob Christum in carne significat, in qua vnctus est oleo exultationis præ participibus suis, & virga Moysi conuersa in serpentem ipsum Christum factum obedientem vsque ad mortẽ crucis, vnde ait: Sicut exaltauit Moyses serpentem in deserto, sic oportet exaltari Filium hominis, sicut intuentes illum serpentem exaltatum in eremo serpentũ morsibus non peribãt. Vetus homo noster crucifixus est cum illo, vt euacuetur corpus peccati. Ergo virga in serpentem, Christus in morte, & serpens rursus in virgam, Christus in resurrectionem totius cũ corpore suo, quod est Ecclesia, quod in fine temporis erit, quem serpentis cauda significat, quã Moyses tenuit, vt rediret in virgam.

19 Lib. contra mendacium to. 4.

IDEM sic habet: Iacob hædinis pellibus membra contexit, hocque fecit, vt putaretur esse, quod non erat, quod factum ad illud, propter quod significandum re vera factum est referri debet, per hædinas enim pelles peccata, per eum vero, qui eis se operuit ille significatus est, qui nõ sua, sed aliena peccata portabat.

20 Lib. 4. quæstionum in Numeros.

IDEM vitula ruffa ait, carnem Christi significat: Sexus femineus est propter infirmitatem carnis. Rufa est propter ipsam cruentam passionẽ, quod sine vitio dicitur esse, erat quippe illa caro in similitudinẽ carnis peccati, sed non ipsa caro peccati. Quæ enim caro in hac vita sine peccato, nisi illa sola, quæ non habet in se vitium? & non est superpositum super eam iugum, non enim subiugata est iniquitati, cui subiugatos inueniens liberauit, & eorum vincula dirupit, ita vt dicatur, dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Et eijciẽt eã extra castra, sic & eiectus est Dominus passurus extrà ciuitatem. Quod autem ait in locũ mundum, ita significatum est, quia non habuit causam malam. Et accipiet Eleazar sanguinẽ eius, & asperget contra faciem tabernaculi testimonij in sanguine eius septies. Hæc testificatio est, Christum secundum scripturas fudisse sanguinem in remissionem peccatorum, & ideo septies, quia ipse numerus ad mundationẽ pertinet spiritalem. *Infra*. Quod de petra aqua educta est Paulus exposuit, quid esset cum ait,

Pſal. 115. *Num. 20.* *1. Cor. 10.*

Bibebant autem de spiritali consequenti eos petra, petra autem erat Christus. Significata est ergo de Christo profluens gratia spiritalis, qua interior sitis irrigaretur. Sed quod virga petra percutitur, crux Christi figuratur, ligno enim accedente ad petram gratia manauit.

21 Lib. 7. quæstionum in lib. Iudicũ.

IDEM Iephte inquit Christum Dominum figurauit. Iephte enim aperiens interpretatur, Dominus autem Iesus discipulis aperuit sensum, vt intelligerent scripturas. Hunc Iephte fratres eius reprobauerunt, & de paterna domo expulerunt obijcientes ei, quòd esset filius fornicariæ. Hoc etiam egerunt aduersus Dominum principes Sacerdotum Scribæ, & Pharisæi, qui de legis obseruatione gloriari videbantur, tãquam ille solueret legem, & ideo velut non esset legitimus filius, Non est hic homo a Deo, qui sabbatum non custodit. Nos ex fornicatione nati nõ sumus. Et fugit Iephte & habitauit in terra Thob. Fugit quoniam se quantus esset, abscondit, fugit, quoniam eos sæuientes latuit. Si enim cognouissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent. Fugit quoniam morientis infirmitatem viderũt, virtutem autem resurgentis non viderunt. Habitauit autem in terra bona, vel optima, hoc enim interpretatur Thob. Vbi mihi videtur intelligenda eius a mortuis resurrectio. Nam quæ terra magis optima, quàm terrenum corpus excellentia immortalitatis, & incorruptionis indutũ? Quod autem dicitur, quod postquã esse cœpit in terra Thob, colligebantur ad eum viri latrones, qui ambulabant cũ ipso. Hoc est, quod collecti sunt ad Christũ scelerati homines propter remissionem peccatorũ, qui cum illo ambulabant, quia secundum eius præcepta viuebant. *Infra*. Quòd vero contra filios Ammon dux quærebatur Iephte, quibus victis liberarẽtur, qui eo duce aduersus illos bellare cupiebãt quoniam interpretatur Ammon filius populi mei, vel populi mæroris, profecto illi significantur dæmones, qui æternam miseriam eis, quos decipiunt, aquirunt. Et illi qui abiecerunt Iephte conuersi sunt ad eum, & quæsierunt eum, per quem liberarentur, quia Iudæi multi conuersi sunt ad Dominum, postquã crucifixerunt eũ, & conuertentur multo plures in fine sæculi.

Luc. 24. *Ioan. 9.* *Ioan. 8.* *1. Cor. 2.*

22 In lib. 83. quæstionũ.

IDEM sic ait: Moyses, & Aaron Dominum nostrum præfigurabant, ambas enim dignitates non figurate, sed proprie ille solus impleuit. Nam, & Rex noster est Iesus Christus, qui nobis pugnandi, & vincendi demonstrauit exemplum. In carne mortaliter peccata nostra suscipiens, tentationibus inimici, nec illecebrosis, neque terribilibus cedens. Postremo exuens se carne Principatus, & Potestates expolians fiducialiter, & triumphans eas in semetipso. Itaque ipso duce ab oneribus, & laboribus huius peregrinationis nostræ tãquã ab Aegypto liberamur, & persequẽtia nos peccata sacramento baptismatis nobis euadentibus obruuntur, & quamdiu in spe sumus eius promissionis, quam nondum videmus, tanquã per deserta ducimur, consolante nos in sanctis

Col. 2.

scri-

scripturis verbo Dei, sicut illos manna de cælo & eodem ipso duce in Hierusalem cœlestem tãquam in terram promissionis introduci nos posse præsumimus,& in æternum ibi regnante ipso, & custodiente seruari, ita Iesus ostenditur Rex noster. Ipse est etiam sacerdos noster in æternum, qui seipsum obtulit holocaustum pro peccatis nostris, & eius sacrificij similitudinem celebrandam in suæ passionis memoriã commendauit. Ergo quoniam Rex noster peccata nostra suscepit, vt nobis pugnandi, & vincendi demonstraret exemplum, eorumdẽ peccatorum susceptionem, regiamque personam Matthæus Euangelista significans generationẽ eius quæ est secundum carnem ab Abraham suscipiens, qui pater est populi fidelis, & successionem prolis deorsum versus enumerans peruenit ad Dauid, in quo regni stabilimentum manifestissimum apparet, atque inde per Salomonem stirpem regiam prosecutus vsque ad generationem Domini perducit.

23 In lib. quæstionum ex vtroque testamento. IDEM sic habet: Christus quia de Deo Deus est, & sapientia dicitur Dei, & virtus, & Verbum. Verbum, quia per ipsum nobis loquitur Deus, sapientia, quia per ipsum nos docet, virtus autem quia per ipsum Deus cuncta operatur.

24 Lib. 12. contra Faustũ Manichæũ to. 6. *Gen.* 49. IDEM sic inquit: Moribundus Iacob benedixit Iudę dicens. Iuda te laudabũt fratres tui, manus tuæ super dorsa inimicorum tuorum, adorabunt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda. Ad prædam fili mi ascendisti, recumbens dormisti vt leo, & vt catulus leonis, quis suscitabit eum? lauit in vino stolam suam, &c. Quæ omnia de Christo Domino sunt intelligenda, cuius manus sunt super dorsa inimicorum eius, si non deprimuntur, atque curuantur ad terram, crescentibus populis Christianis, quicumq. illi adhuc aduersantur. Si non adorauerunt filij Iacob in reliquijs, quæ per electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Si non ipse catulus est leonis, qui nascendo paruulus factus est, propter hoc additũ de germinatione filius meus (vel vt nos legimus ad prædam fili mi ascendisti.) Causa reddita est, quare catulus, in *Prou.* 30. *Ioan.* 19. cuius laude alibi scriptũ est, catulus leonis fortior iumentis hoc est etiam, paruulus fortior maioribus, si non ascendit in cruce, recumbens cum inclinato capite reddidit spiritũ, dormiuit vt leo, quia in ipsa morte non est victus, sed vicit, & vt catulus leonis, inde enim mortuus, vnde & natus. *Infra*. Ipse alligauit ad vineam pullum suum, ideſt populũ suum, in cilicio prædicans, & clamans, agite pœnitentiam, appropinquauit enim regnum cælorum. Lauit in *Matt.* 4. vino stolam suam, ipsa est enim gloriosa Ecclesia, quam sibi exhibet, non habẽtem maculam, aut rugam, cui dicitur etiam per Isaiã, Si fue- *Isai.* 1. rint peccata vestra, vt coccinum tamquam niuem dealbabo, vnde nisi de dimissis peccatis? *Matt.* 26. in quo ergo vino, nisi illo, de quo dicitur, quod pro multis effundetur in remissionem pecca- *Num.* 13. torum? Ipse est enim botrus ille, qui pependit in ligno.

IDEM sic ait: Christus vt aqua effusus est, quia aqua quando effunditur, aut abluit, aut rigat, effusus est Christus, sicut aqua, quia abluti sunt sordentes, rigatæ sunt mentes. 25 In Psalm. 21. to. 8.

IDEM explicans illa verba: Virga directionis virga Regni tui, ait: Christus Dominus directionis virga est, quæ dirigit homines. Curui erant, sibi regnare cupiebãt, se amabãt, facta sua mala diligebant, non voluntatẽ suam Deo subdebant, sed voluntatem Dei ad suas cõcupiscentias flectere volebant. Vis illi hærere? Corrigere, erit virga ipsius, qui te regit virga directionis. Inde & Rex a regendo dicitur, non autem regit, qui non corrigit. Ad hoc est Rex noster rectorum Rex, quomodo & sacerdos a sanctificando nos, ita Rex a regendo nos. Accede ad istam virgam, sit tibi Rex Christus, regat te virga ista, ne frangat te, virga enim ferrea est illa inflexibilis. Alios regit, alios conterit, *Psal.* 2. regit spirituales, conterit carnales, reges eos in virga ferrea, & tamquam vas figuli confringes eos. 26 In Psal. 44.

IDEM explicans illa verba: Turris fortitudinis a facie inimici, sic ait: Christus est mihi turris fortitudinis, quo cum fugero, non solum vitabo tela inimici, sed etiam in illum, quæ voluero securus ipse iaculabor, ipse Christus nobis factus est turris a facie inimici. Caues ne feriaris a diabolo, fuge ad istam turrim, nũquam te ad illam diaboli iacula secutura sunt, ibi stabis munitus, & fixus. Intra in turrim cogitans quicquid pateris, quia prius passus est Christus, & cogita quo fine passus est, vt moreretur, & resurgeret. Talem & tu finem spera, qualis in illo præcessit, & intrasti in turrim non consentiendo inimico. Et in turri ista, non sufficit tibi, quod ad te hostis tela non perueniãt. Non cesset manus tua, sic esto in ista turri, vt non vaces ibi. Opera bona tua gladij sunt interficientes inimicum. 27 In Psal. 60.

IDEM explicans illa verba: Mons coagulatus, mons pinguis, sic ait: Christus Dominus dicitur, mõs incaseatus, & pinguis, de quo alius Propheta dicit, Erit in nouissimis temporibus manifestus mons Domini, paratus in cacumine montium, ipse est mons incaseatus propter *Esaiæ* 2. paruulos, gratia tamquam lacte nutriendos, mons vber ad roborandos, atque ditandos donorum excellentia, nam & ipsum lac, vnde fit caseus miro modo significat gratiam, manat quippe ex abundantia viscerum maternorum, & misericordia delectabili paruulis gratis infunditur. 28 In Psal. 67.

IDEM explicans illa verba, Et filiæ Sion exultent in regno suo, sic ait: Filius Dei qui fecit nos, factus est inter nos, & Rex noster regit nos, quia Creator noster fecit nos, ipse est tamen, per quem facti sumus, qui est per quem nos regimus, & ideo Christiani, quia ille Christus, Christus a chrismate dictus est, ideſt ab vnctione, Reges autem vngebantur, & sacerdotes, ille vero vnctus est, & Rex, & Sacerdos. Rex pugnauit pro nobis, Sacerdos obtulit se pro nobis. Quando pugnauit pro nobis, quasi victus est, 29 In Psalm. 149.

est, iure autem vere vicit, crucifixus est enim, & de cruce sua in qua erat fixus, diabolum occidit, & inde Rex noster. Vnde autem sacerdos? quia se pro nobis obtulit. Date sacerdoti quod offerat, det homo se ipsum mundam victimam quam ipse Dominus de virgine accepit.

30 Tract. 119. in Ioannẽ. to. 9. IDEM sic habet: Hyssopum cui imposuerunt spongiam aceto plenam, quoniam herba est humilis, & pectus purgat, ipsius Christi humilitatem congruenter accipimus, quam circundederunt, & se circumuenisse putauerunt, vnde est illud in psalmo. Asperges me Domine *Psal.* 50. hyssopo, & mundabor. Christi namquam humilitate mũdamur, quia nisi humiliasset semet ipsum factus obediens vsque ad mortem crucis, non vtique sanguis eius in peccatorum remissionem hoc est in nostram mundationem fuisset effusus.

31 Hom. 1. in Apocalyp. IDEM explicans illa verba: Ad mamillas Zona aurea erat præcinctus ait: Hic Christus Dominus est, duas mamillas duo testamẽta intellige, quæ de pectore Domini saluatoris tanquã de perenni fonte accipiunt vnde Christianum populum nutriant ad vitam æternã. Zona vero aurea chorus est, siue multitudo Sanctorum. Sicut enim de cingulo pectus stringitur, ita multitudo Sanctorum Christo adhæret, & velut duas mamillas duo testamenta complectitur, vt ex ipsis velut de sanctis vberibus nutriantur.

32 Hom. 3. in Apocalyp. IDEM explicans illa verba: In medio throni quatuor animalia plena oculis, ait Iohannes Euangelista cum de istis animalibus intro aspexisset, in Christo impletum esse quadriforme mysterium intellexit, cum audisset hominem nascentem, vitulum patientem, leonem regnantem, tunc vidit, & aquilam ad cælestia remeantem.

Homil. 5. in Apocalyp. IDEM explicans illa verba: Ecce equus albus, & qui sedebat super eum habebat arcum, & data est corona. Equus albus Ecclesia est, sessor Christus, iste equus Domini, cum arcu bel- *Zach.* 10. lico per Zachariam hoc modo ante promissus est. Visitabit Dominus gregem suum domum Israel, & disposuit eum, sicut equum speciosum in bello, & ex eo arcus in ira, & ex eo exijt omnis insequens. Equum enim album intelligimus Prophetas, & Apostolos, equitem autem coronatum habentem arcum cognoscimus Christum, quia postquam Dominus ascendit in cælum, & aperuit vniuersa, misit Spiritũ sanctum, cuius verbo prædicatores tamquam sagittæ ad cor hominum pertingerẽt, & vincerent incredulitatem. Coronæ super caput promissa per Spiritum sanctum intelligenda sunt.

33 Serm. 81. de tempore to. 10. IDEM sic ait: Ioseph typum gessit Domini Saluatoris, diligebat Iacob filium suum, quia Deus Pater diligit vnicum suum, sicut ipse dixit, Hic est Filius meus dilectus. *Matt.* 3. Iacob misit filium suum, vt de fratribus suis *Gen.* 37. sollicitudinem gereret, & Deus Pater misit vnigenitum suum, vt genus humanum peccatis languidum visitaret. Ioseph dum fratres suos quæreret, errabat in eremo, & Christus genus humanum requirebat, quod errabat in mundo, quodammodo & ipse errabat, quia errantes requirebat. Ioseph enim fratres suos quærebat in Sichimis, Sichima interpretatur humerus, semper enim peccatores dorsum magis quàm faciem ponũt in faciem iusti, humeri enim retro sunt. Sicut enim fratres Ioseph inuidia percussi fraternæ dilectioni dorsum, magis quàm facies offerebant: ita & infelices Iudæi, veniente ad eos salutis auctore, inuidere potius quàm diligere maluerunt. Inuenit Ioseph fratres suos in Dothaim, hoc est in defectione, vere in grandi defectione erant, qui de occidendo Christo cogitabant. Videntes ergo Ioseph fratres sui, de morte illius tractauerunt, sicut videntes Iudæi verum Ioseph Dominum *Matt.* 26. Christum, vt eum crucifigerent, vno omnes cõsilio statuerunt. Vide alia si vis, hæc sunt potiora.

34 Serm. 86. *Exo.* 1. IDEM sic ait: Moysem typum Christi prætulisse cognoscimus. Moyses a Iudæa muliere nascitur, & a Pharaonis filia adoptatur. Filia enim Pharaonis Ecclesiam figurauit, quæ exierat de domo patris sui, & veniebat, vt lauaretur ad aquam, Pharao in diaboli typum accipitur. Filia eius, sicut dixi, Ecclesia intelligitur. Quòd autem pater eius diabolus antea *Ioan.* 8. fuerit Dominus in Euangelio Iudæos increpãs ait: Vos ex patre diabolo estis, patrem ergo diabolum habuimus nequitias illius imitando, exierat ergo filia Pharaonis de domo patris *Psal.* 44. sui, quæ quamuis impium habuerit patrem, attamen ei dicitur per Prophetam, Audi filia, & vide, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, ille qui dicit, Audi filia pater est, & ille qui admonetur obliuiscendus, pater nihilominus nominatur, ac sic Deus pater admonet, vt diabolum patrem derelinquat. Hæc Ecclesia ad aquam baptismi festinauit, vt lauaretur a peccatis, quæ in domo patris sui contraxerat. Denique statim viscera misericordiæ accipere meruit, & collegit Moysem a parentibus suis proiectum in flumine. Moyses ergo a matre sua proijcitur, & a Pharaonis filia inuenitur, atque colligitur, & Christus Dominus a synagoga, de qua natus est, repudiatur, & ab Ecclesia inuenitur, atque suscipitur. Postquam autem creuit Moyses, abijt in regionem longinquam, & accepit Æthiopissam vxorem. *Exo.* 2. Æthiopissa illa ex gentibus erat, quam Moyses duxit vxorem, quia & Christus ex gentibus sociaturus sibi erat Ecclesiam. Moyses dereliquit populum suum, in longinquis regionibus, & Æthiopissæ coniungitur, & Christus derelicto populo Iudæorum de extremis regionibus Ecclesiæ sociatur, illi vtique quæ dicit in Psalmis, A finibus terræ ad te clamaui, & in Canticis ait Ecclesia, Nigra sum, sed formosa, nigra per naturam, formosa per gratiam.

BERNARDVS sic habet: Nullum in- 35 conueniens est, diuersis rebus, diuersis ex causis Christum figurari, in virga quidem potentiam, in flore vero fragrãtiam, in fructu autem saporis dulcedinem, in frondibus quoque sedu-

Iam eius intelligi protectionem, qua videlicet paruulos ad se confugientes, sub vmbra alarum suarum protegere non desinit, siue ab æstu carnalium desideriorũ, siue a facie impiorum, qui eos afflixerunt. Bona, & desiderabilis vmbra sub alis Iesu, vbi tutum est fugientibus refugiũ, gratum fessis refrigerium. Vnde in Aaron ea virga, quæ non solum floruit, sed fronduit, & fructum emisit, non solum flore, vel fructu, sed ipsis etiam frondibus intellige Christum significari.

36 IDEM explicans illa verba: Ego flos campi, sic inquit: In horto, & campo semel producti flores non marcescunt. Differunt tamen quòd hortus quidẽ, vt floreat hominum manu, & arte excolitur, campus vero ex semetipso naturaliter producit flores, & absque omni humanæ diligentiæ adiutorio. Putasne iam tibi videris aduertere, quisnam ille sit campus, nec sulcatus vomere, nec defossus sarculo, nec fimo impinguatus, nec manu hominis seminatus, venustatus tamen nihilominus nobili illo flore, super quem constat requieuisse spiritum Domini? Ecce, inquit, odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Necdum speciem suam ille flos agri induerat, & iam dabat odorem suum. Christus flos est campi, qui & absque humana industria prodijt, & semel prodeunti nulla est deinceps dominata corruptio, vt sermo impleatur quem dixit, non dabis sanctum tuum videre corruptionem. *Infra*. Christus lilium est conuallium, ideſt, humilium corona, non montium.

Serm. 47. in Cantica. Gen. 27. Psal. 15.

37 IDEM explicans illa verba: Sicut malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus inter filios, sic habet: Merito sicut malus, qui instar fructiferæ arboris, & vmbram refrigerij habet, & fert fructum optimum. An non vere fructiferũ lignum Christus, cuius flores fructus honoris, & honestatis? denique lignum vitæ est apprehendentibus eam, non comparabuntur huic omnia ligna siluarum, quia sint arbores pulchræ, & magnæ quæ opem ferre videantur orando, ministrando, docendo, exemplis iuuando, solus tamen Dei sapientia Christus, lignum est vitæ fidelibus.

Serm. 48.

38 IDEM explicans illa verba: Similis est dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum, sic ait: Comparat sponsum Christum capreæ hinnuloque ceruorum, apte quidem; quòd hoc genus animantium cursu velox, & saltu agilis sit. Sponsus describitur saliens, & transiliens similis capreæ factus, caprea etiam non modo velocitate cursus, sed & acumine visus eminet, quòd vtique proprie illam respicit narrationis partem, qua sponsus non solum saliens, sed & transiliens apparere refertur, quia nisi acuto & perspicaci intuitu, non posset omnino præsertim inter currendum discernere, in quos salire, & quos transilire deberet, alioquin poterat sufficere ad designandam festinantis velocitatem, de solo hinnulo comparatio, is quippe rapidiori se ferre noscitur cursu. Nunc vero, quoniam sponsus iste, etsi ardenter amans cursim ruere in dilectæ videatur amplexus, nihilominus gressus, vel saltus suos prudenti consideratione dirigere nouit cautus, vbi oporteat figere pedem, oportuit profecto cum hinnulo de caprea etiam similitudinem dari, quatenus, & per illum salientis desiderium, & per hanc eligentis exprimeretur iudiciũ; Christus nempe iustus, & misericors, Saluator, & iudex, & quia amat, vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, & quia iudicat nouit, qui sunt eius, & ipse scit, quos elegit a principio, in his ergo duobus animantibus misericordia, & iudicium sponsi commendata a Spiritu sancto, nobis interim sentiamus, vt misericordiam, & iudicium cantemus Domino.

1. Tim. 2. Ioan. 13.

39 IDEM sic habet: Iesum Christum super cor tuum, quasi signaculum pone, cum enim Christus cordis ostium custodit, & est cordis ostiarius, vt per illum ingrediantur, & egrediantur omnes familiæ cordis consequenter adsunt millia millium Angelorum ad fores exteriorum sensuum excubãtium, nec audit alienigena irrumpere terribiles illas acies, propter ostiarij reuerentiam, & Angelorum custodiam.

Lib. mediationum.

40 IDEM sic habet: Dominus Iesus apud Mathæum magis se gallinæ, quàm alteri animali voluit comparare. Quia vt a sanctis patribus tenetur, ideo factum est, vt exprimatur incomparabilis affectus charitatis. Nullum enim animal circa pullos suos tanta compassione mouetur, sicut gallina, fit enim toto corpore hispida, voce rauca, toto feruens animo, & omnibus membris infirma, & vsque ad supremum defectum perueniens. Si ergo intantum pullis suis gallina animal irrationale compatitur, quanto putas optimum Iesum humano generi fuisse compassum, ad quantam putas eum debilitatem, & infirmitatem peruenisse? Vere enim languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. *Infra*. Doleo super te frater mi Ionatha, explicat de Christo Domino, & ait: Doleo super te Domine mi Rex admirabilis valde super amore mulierum, cuius sagitta numquam abijt retrorsum. Sagittæ enim tuæ, ideſt, doctrinæ tuæ acutæ, quia viuus est sermo tuus, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vsque ad diuisionem animæ, ac spiritus. Nec declinat clypeus tuus in bello. Scuto enim bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. Hasta orationum tuarum non est auersa, quid etiam pro trãsgressoribus orasti, vt non perirent, quanto magis pro amatis? Tu leone fortior, etenim tu Leo de tribu Iuda superasti illum leonem, qui circuit quærens, quem deuoret, tu Aquila velocior, exultasti enim, vt gigas ad currendam viam, ad implendum mysterium incarnationis, donec sicut Aquila prouocans pullos suos, expandisti alas brachiorum tuorum in cruce, & super nos volitans assumpsisti nos, & portasti in humeris tuis, in fortitudine tua ad habitaculum sanctum tuum.

1. Reg. 1.

AM-

41 AMBROSIVS loquens, quomodo Laban scrutatus est Iacob, & nihil suorum reperit, ait: Laban hoc est dealbatus, quia & Satanas transfigurat se in Angelum lucis. Et cœpit ab eo sua requirere, respondit Iacob. Cognosce si quid est tuorum apud me, quære si quid agnoscis vitiorum tuorum, & criminum, nihil mecum abstuli fraudum tuarum, &c. Quàm beatus vir, in quo inimicus nihil inuenit, quod suum posset dicere, impossibile videbatur istud, quidẽ in homine, sed typũ gerebat eius, qui dixit in Euangelio, Venit huius mundi princeps, & in me inuenit nihil, ipse autem est, qui præfigurabatur in Iacob Dominus Iesus sponsus duorũ coniugiorũ, hoc est, legis, & gratiæ, qui virginem Rachel ante dilexit, &c. Sed quoniam alia tamquam lex subintrauit, & oculis infirmior obrepsit tamquam synagoga, quæ mentis cæcitate Christum videre non potuit, superabũdauit gratia sanctæ Rachel, quæ supra primum illud est expetita coniugium. Beata Rachel quæ abscondit cultus erroresque gentilium, quæ simulachra eorum plena esse immunditiæ declarauit, &c. Nemo credat paternę pietatis læsam esse reuerentiam, quod stante patre sedit, quoniam scriptum est, qui plus diligit patrem, aut matrem quàm me, non est me dignus, vbi causa agebatur religionis, fides debuit habere sedem iudicij, & quasi rea stare perfidia, &c.

Lib. 2. de Iacob, & vita beata ca. 5. to. 1. Gen. 31. Ioan. 14. Matt. 10.

42 IDEM ostendit Ioseph figuram fuisse Christi Domini, quod somnia sua ostenderunt, vidit enim somnium, quòd manipuli fratrum adorabant manipulum suum, in quo vtique Domini Iesu futura resurrectio reuelata est, quẽ, & Hierosolymis cum vidissent vndecim adorauere discipuli, & omnes sancti cum resurrexerint, adorabunt, fructus bonorum operum proferentes, sicut scriptum est, venientes autem venient cum exultatione portãtes manipulos suos, &c. Vidit, & aliud somnium, quod Sol, & Luna, & vndecim stellæ adorarent eum, &c. Quis est ille quem parentes, & fratres adorauerunt super terram, nisi Christus Iesus, quando eum Maria, & Ioseph, cum discipulis adorauerunt, de quo dictum est, Laudate eum Sol, & Luna, laudate eum omnes stellæ, & lumen, &c. Obiurgatio autem patris, quid significat, nisi duritiam populi Israel, ex quibus Christus secundum carnem, quem Deum esse non credunt, nec volunt adorare, quasi Dominum, quia ex se natum esse cognoscunt, &c.

Lib. de Iosepha Patriarcha ca. 2. to. 1. Gen. 37. Psal. 121. Psal. 148.

43 IDEM ostendit etiam, quod Ioseph fuerit Christi figura, sic ait: Considera nunc illum verum Hebræum, illum non somnij, sed veritatis, & præclaræ visionis interpretem, qui de diuinitatis illa plenitudine, ac libertate cælestis gratiæ, in hunc corporeum carcerem venerat, quẽ non potuit sæculi huius illecebra mutare, non vlla corruptela mundanæ voluptatis euertere, qui tentatus non decidit, appetitus non appetiuit, postremo adulterina quadam synagogæ manu veste corporis apprehensus carnem exuit, liber mortis ascendit. Calumniata est meretrix, vbi eum tenere non potuit, quem carcer non terruit, non in forma tenuerunt, quin etiam quo veluti puniendus descenderat, inde alios liberauit, vbi ipsi stringebantur mortis vinculis, ibi laxauit ipse vincula mortuorum, &c.

In lib. de Ioseph cap. 6. eod. to.

IDEM declarat, quid sit, quod Salomon ignorat viam Aquilæ in cælo, &c. sic ait: Aquila Christus est, qui vnam diligit Ecclesiam, vt Aquila nidum suum, quàm ab æstu persecutionis alarũ suarum defendit vmbraculo, sic quoque extra Ecclesiam proijcit, in quibus fidei lumen infirmum est, qui igneam Euangeliorũ lucem vijs sæcularibus inquinati ferre non possunt, & vt aquila serpentes deuorat, & eorum venena calore coquit interno, ita & Christus Dominus percusso dracone, ideſt diabolo lacerato, dum humanum sibi corpus assumit peccatum illud, quod hominem tenebat obnoxium, tamquam pernicioſum virus extinxit, vt Apostolus ait: & de peccato damnauit peccatum in carne sua, &c. Hoc est ergo, quod ait vestigia aquilæ volantis, quia & si post passionem suam, & resurrectionem præsentibus Apostolis Dominus ascendit in cælum, tamen cuius hominis tam altus sensus, & tantus est, vt explicare possit, quomodo illa tanta maiestas de cælo, aut venire dignata fuerit, aut redire? cuni hoc solum nobis scire liceat, quod aut venit, aut redijt, ideſt ergo, quod ait: Vestigia aquilæ volantis, ideſt, Christi Domini aduentientis ad terram, ac redeuntis ad cælos vestigia comprehendi, enarrarique non posse. In cap. 3. explicat secundum impossibile viam colubri super petram. Hanc petram, ait, Dominum nostrum esse ambigere non debemus. Bibebant autem de spiritali sequenti petra, petra autem erat Christus. In petra exaltasti me. & alibi, Beatus qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petram, ideſt, iungit Christo. & alibi. Lactauit eos melle ex petra, ideſt, quòd dulcem daturus his esset Euangelij suauitatem, &c.

44 Lib. de Salomone ca. 2. to. 2. Prou. 30. Rom. 8. 1. Cor. 10. 45 Psal. 60. Psal. 136. Deut. 32.

IDEM repetit figuram maris rubri, quam posuit libro præcedenti de mysterijs initiandis, & ait: Moyses virgam tenebat, ducebat populum Hebræorum in nocte in columna lucis, in die in columna nubis. Lux quid est nisi veritas, quæ apertum, & plenum lumen effudit? columna lucis quid est, nisi Christus Dominus, qui tenebras infidelitatis depulit, lucem veritatis, & gratiæ spiritualis affectibus infudit humanis? at vero columna nubis est Spiritus sanctus, in mari erat populus, & præibat columna lucis, deinde sequebatur columna nubis quasi vmbratio Spiritus sancti. Vides quòd per Spiritum sanctum, & per aquam typum baptismatis demonstrauerit? in diluuio quoque fuit, iam tunc figura baptismatis, &c.

Lib. 1. de Sacramentis c. 6. to. 4.

46 IDEM super illud gressus meos, dirige secundum eloquium tuum, &c. passo exponens illud Cant. 7. quam pulchri gressus tui in calceamentis, &c. ait: Non est dubium gressus hic Ecclesiæ, vel animi profectus significari, sicut &

Octonario 17. super Psalm. 118. eod. to.

Esa. 52. Quàm speciosi pedes sunt euangelizantium pacem, &c. & ad Moysem dictum est, Exo. 3. Solue calciamentum pedum tuorum, quo videtur admonitus, ne corporalibus vinculis teneretur astrictus, ergo speciosam significat incanticis animæ pulchritudinem, quæ carne tãquam calciamento vtitur, & in ipso impedimẽtum non patitur, sed incessus decore præcellit; calciat se ergo carnis anima Ecclesiastica gratia, vt cursum vitæ huius, & transitum cum decore præcurreat, quod fit, si calciamentum suum non inquinet luto corporali, neque invitiorum mergat voragine, si castiget carnem suam, ne moretur ad cursum, & a ruine pinguis pondere prægrauetur, bonum calciamentum animæ pudicitia est, &c. Vtamur ergo corpore tamquam calciamẽto ad inferioris operа virtutis, ad ministerium, non ad præcipitium, ad obsequium, non ad delectationem, ad obedientiam, non ad dissensionem, & in via sapientiæ vestigium collocemus, ne gressus nostros vis torrentis aliqua cõcludat, ideo in Moysem dictum est, Solue calciamentum, dictum est, & ad Iesum Naue. De Christo autem dictum non est, sed magis scriptum est dicente Baptista, Post me veniet vir, cuius non sum dignus calciamẽta portare, quia illi bene admonentur, vt soluant calciamentũ suũ, qui sine peccato esse non poterant, hic autem non solum calciamentum non soluit, sed etiam calciamenta aliorum absoluit, quia non solum corpus suum a peccatis immune seruauit, sed etiam omniũ dedit indulgentiam peccatorum. Ergo Ecclesia ad imitationem Christi speciosa est in calceamentis omni ablutadelicto.

Ioan. 1.

47 In Psal. 118. octonario 18. to. 2.

IDEM super illud, Adolescentulus sum ego, ait: Dauid iuuenis atque despectus oues pascebat, vili ablegatus obsequio, non est oblatus sacerdoti quasi indignus, qui vngeretur in Regẽ, progressus ad bellum contra Goliam poposcit a Rege, vt congrediendi sibi permitteret facultatem, neque habilis ad tantum certamen habitus est a Rege, nisi ipse fecisset fidem, quòd leonem in adolescentia peremisset. Strauit Allophylum, potitusque victoria in decem millibus iuuencularũ psallentium testimonio triumphauit, gerebat enim typum eius, qui quasi despectus venturus esset in terras, & sine legato, sine adiutore, sine nuncio, totum populũ mundi huius crucis suę prælio liberaret, cui applauderẽt animæ sanctorũ per baptismatis sacramẽta renouatæ, quòd verum illum Goliam reuelatum nobis, ac proditum verbi sui gladio trucidasset. Iacet igitur verus Golias humilitate Filij Dei stratus, amisit caput, quod in multas artes vertebat, & fraudes. Psallunt securæ iam animæ, quæ ante peccatorum suorum tormenta deflebant, dicunt tympanis, hoc est corporibus suis peccato mortuis resultantes, Saul triumphauit in millibus, Dauid in decem millibus. Rex ille durus indignatur, & irascitur diabolus, eo quòd canerent iuuenculæ, quia duritiæ filius paucos decepit, Christus totum mundũ redemit, dicit ergo Christus natus ex Virgine, Iuuenis sum ego, & despectus, iustificationes tuas non sum oblitus, &c.

1. Reg. 17

48 In Psal. 118 octonario 20. to. 2.

IDEM loquitur de dignitate capitis, Sublato, ait, capite corpus sine nomine est, non agnoscitur, neque vlla supereſt vsura viuendi, propterea qui in aliquo damnantur crimine capite abdicantur, tamquam ij, qui proposito humanæ moderationis exciderint, formam quoq; humanæ conditionis iubentur exuere, reciso enim capite reliqui corporis truncus bestiarũ corpori comparatur, & sepelitur sine decore suo corpus, &c. Fertur coluber, cum vrgetur periculo, caput semper abscondere, & in orbem se colligẽs obiecta reliqua parte corporis, hoc solum tueri; quod læsa ferantur membra cetera saluo capitis vigore reparari. Hoc & tu moraliter caput serua, hoc seruato, & mystice. Mysticum caput Christus est, quia omnia in ipso constãt, & ipse est caput corporis Ecclesiæ, hoc caput, qui amiserit viuendi vsum habere non poterit, hoc solo distamus a bestijs ad imaginem Dei, & similitudinem virtutum vigore formati. Fides ab irrationabilium nos pecudum comparatione secernit. Hoc caput humani seruate serpentes, etiam si omnia membra cædantur, totum vratur corpus incendijs, mergatur profundo, euiseretur a bestijs, hoc tamen capite custodito, vita integra, salus trita est, nemo enim potest perire, cui non sublatus est Christus; vnde Dominus per Esaiam dicit cap. 9. Auferam a Iudæa caput, & caudam, initium, & finem, hoc caput Iudæa, quod tenebat, amisit, quæ Iesum Dominum non recepit, &c.

49 Lib. 4. in Luc. to. 3. *Matt. 4.*

IDEM in illud, Tunc ductus est Iesus in desertum a spiritu, vt tentaretur, &c. sic ait: Conuenit recordari, quemadmodum de paradiso in desertum Adam primus eiectus sit, vt aduertas quemadmodũ de deserto ad paradisum Adam secũdus reuerterit. Vides enim, quemadmodũ suis nodis præiudicia resoluantur, & suis diuina beneficia vestigijs reformentur. Ex terra virgine Adã, Christus ex Virgine, ille ad imaginem Dei factus, hic imago Dei, ille omnibus irrationabilibus animalibus, hic omnibus animantibus antelatus. Per mulierem stultitia, per Virginem sapientia, mors per arborem, vita per crucem. Ille spiritalium nudus arboreis se texit exuuijs, hic sæcularium nudus corporis non desiderauit exuuias, in deserto Adam. In deserto Christus, sciebat enim vbi posset inuenire damnatum, quem ad paradisum resoluto errore reuocaret. Sed quoniam sæcularibus indutus exuuijs redire nõ poterat, nec paradisi incola potest esse, nisi nudus a culpa, exuit veterẽ hominem, nouũ induit, & quia solui non queũt diuina decreta, placuit Deo, vt persona, magis quàm sententia mutaretur. Sed qui in paradiso sine duce iter amisit acceptum, quomodo de deserto sine duce iter repetere posset amissum, vbi tentationes plurimæ, nisus ad virtutem difficilis, lapsus facilis ad errorẽ? quem igitur apponeret ducem contra tot illecebras sæculi, contra tot versutias diaboli, &c. Angelum apponeret? & ipse lapsus est. Alius dux requirendus fuit, quem sequeremur omnes, & supra omnes esset Christus, &c. Illius igitur de deserto, vt ad paradisum redire possimus vestigia prosequamur, iuxta quod scriptum est, post Dominum Deum tuum ambulabis, & ipsi adhærebis, &c. nunc in deserto Christus quid agit? Hominem instruit, informat, & ecce nunc vngit oleo spirituali, &c.

50 Lib. 7. in Luc. to. 3. *Matt. 13.*

IDEM circa illud simile est regnum cælorum grano sinapis, sic ait: Granum sinapis res est vilis, & simplex, si teri cœperit, vim suam fundit: etiam fides primo simplex videtur, sed si terat aduersis gratiam suæ virtutis effundit, vt alios quoque qui vel audiunt, vel legunt odore sui compleat. Granum sinapis martyres nostri sunt, habebant odorem fidei, sed latebant, venit persecutio, arma posuerunt, colla flexerunt, contriti gladio per totos terminos mundi gratiam sui sparsernnt martyrij, ipse etiam Dominus granum est sinapis, erat integer ab iniuria, sed eum velut granum sinapis, qui non attigerat populus, nesciebat. Teri maluit, vt diceremus Christi bonus odor sumus, comprimi maluit, vnde & Petrus dixit, Comprimunt te turbæ, seminari maluit, velut gra-

Cant. 2.

num, quod acceptum homo misit in hortum suum, in horto enim Christus, & captus, & sepultus est, in horto creuit, vbi etiam resurrexit, & factus est arbor, sicut scriptum est, Sicut arbor mali inter ligna siluæ, ita frater meus in medio filiorum. Est autem, & granum tritici, quia confirmat cor hominis, & grannm sinapis, quia cor hominis accendit, & licet ad omnia vtrumque conueniat, videtur autem granum tritici, cum de eius resurrectione tractatur, panis enim Dei est, qui de cælo descendit eo quòd verbum Dei, & resurrectionis exemplum mentem alat, spem acuat, firmet affectum, granum autem sinapis, eo quòd amarior, & acrior sermo sit de Domini passione, amarior ad flendum, acrior ad commouendũ, &c. Nec solum semen est Christus, sed etiam minimum omnibus seminibus, quia non venit in regno, non in diuitijs, non in istius mundi sapientia, subito autem velut arbor sublimem, suæ verticem potestatis effudit, vt dicamus, Sub vmbra eius concupiui, & sedi. Granum est, cum dicitur, nonne hic est filius Ioseph fabri, sed inter hæc verba creuit, subito dicentibus Iudæis. Vnde huic est sapientia? non ergo despicias hoc granum sinapis, &c.

Ibid.

51 Super epist. ad Colos. tod. to. *Colos. 2.*

IDEM in illud, in quo sunt omnes thesauri, ait: Digne omnes thesauri sapientiæ in eo dicuntur absconditi, omnis enim scientiæ ratio totius creaturæ supernæ, & terrenæ in eo vt sit oportet, qui omnium eorum caput est, siue Angelorum, siue Solis, siue Lunæ, siue Stellarum, aut ceterarum rerum omnis scientiæ peritia in auctore illorum est, vt qui hunc cognoscit, nihil vltra requirat, neque sapientiã, neque virtutem, quia agnouit eum, in quo perfecta virtus, perfectaq. sapientia est; quidquid enim alibi se putauerit inuenire, plene in hoc abunde inueniet. Nam quid sapientius Salomone? quid prudentius Daniele, quibus idcirco Deus præ ceteris sapientiam dedit, vt notum facerent in fidelibus totius se sapientiæ esse auctorem. Denique Nabuchodonosor dicit Danieli admirans super sapientiam eius. Vere Deus vester ipse est Deus viuus, & aperiens mysteria. Quod quidem omnem incredulum latet, in Christo omnem esse sapientiam, & scientiam, quia non legunt in Euangelijs astrologiam, non in Apostolo geometriam, non in Propheta arithmeticam, nec musicam, hæc idcirco despecta sunt a nostris, quia ad salutem non pertinent, sed magis mittunt in errorem, & auocant a Deo, vt dum his studeat ratiocinationum disputationibus, curam animæ suæ non habeant. Quæ enim tam vera sapientia est, nisi cognouisse, quod prosit, & despexisse quod obsit? Obest enim quia impedit animam, ne curam sui agat, non immerito ergo, qui Christum agnouit, inuenit thesaurum sapientiæ, & scientiæ, agnouit enim, quod ei sit vtile, &c.

Dan. 2.

Christus Dominus morte quam vehementer optabat, miranda homini contulit bona. Cap. X.

1 Homil. 17. in c. 49. Geneſis to. 1.

ORIGENES sic ait: Verba illa Geneſis Simeon, & Leui vasa iniquitatis bellantia, in consilium eorum non veniat anima mea, sic intelligi posse arbitror, quòd Simeon, & Leui Scribarum, & Pharisæorum Iudaici populi possint ferre personam, de quibus dictum est, quia concilium fecerunt Scribæ, & Pharisæi, vt Iesum tenerent. De quo consilio dicit sanctus, qui mente Deum videbat, in consilio eorum nõ intret anima mea; falsis testibus adhibitis condemnabant Iesum, nõ tibi videtur dicere, Mundus ego sum a sanguine iusti huius, a sententia quam decernitis aduersus innocentem. Quia in ira sua occiderunt homines, & in cupiditate sua subneruauerunt taurum. Requiro quos homines occiderunt, cum certum sit ante passionem Domini neminem credẽtium esse punitũ. Sed illos homines occiderũt, quos persuaserũt clamare, Sanguis illius super nos, & super filios nostros, & in cupiditate sua subneruauerũt taurum. Taurum Filiũ Dei appellare intelligimus in scripturarum figuris, nimirum in Euangelio vbi scriptum est ex persona filij Senioris dicentis ad Patrem, quòd occiderit filio prodigo vitulum saginatum: istum ergo taurum, siue vitulum Scribæ, & Pharisæi subneruasse dicuntur, quorum maledictus furor, quia temerarius est, & ira illorũ, quia dura est. Diuidã illos in Iacob, & dispergam illos in Israel. Diuisio hęc talis est qualis quæ dicitur in Euãgelio, quia cũ venerit Dominus serui illius diuidet eũ, partẽq. illius cũ infidelibus ponet. *Infra.* Catulus leonis Iuda recubans dormisti, vt leo, &c. Christus catulus leonis dicitur, nam physiologus de catulo leonis hæc scribit, quod cum fuerit natus tribus

2

diebus,& tribus noctibus dormiat, tum deinde patris gemitu, vel rugitu tãquam tremefactus cubilis locus suscitet catulum dormiẽtem, iste catulus de Virgine natus est. Dormisse autem dicitur,quando mortuus est in passione,dormiuit autem vt leo, quia mors Christi oppressio, & triumphus dæmonum fuit, omnem namque prædam,quã leo ille contrarius inuaserat prostrato homine,& deiecto, hic Leo interripuit, destruxit omnia destruens eũ,qui habebat mortis imperium. *Infra*. Lauabit in vino stolam suam,nam stolaChristi quę lauatur in vino,merito eius intelligitur Ecclesia, quam ipse mundauit sanguine suo non habẽtem maculam, aut rugam, non enim inquit Apostolus, argento, vel auro redempti estis, sed pretioso sanguine vnigeniti a Deo, in huius enim sanguinis vino a Christo lauatur Ecclesia.

3 Hom. 6. in Exodum. IDEM explicans illa verba: Cantemus Domino,gloriose enim honorificatus est, ait: Aliud est glorificari, aliud gloriose glorificari, nam Dominus meus Iesus cum carnem ex virgine Maria pro salute nostra suscepit, glorificatus est quidem,quia venit quærere, quod perierat, non tamen gloriose, dicitur enim de ipso,quia vidimus eum, & non habebat speciem, neque decorem, & vultus eius despectus super filios hominum. Glorificatus est,& cum ad crucem venit,& pertulit mortem,vis scire, quia *Ioan. 17.* glorificatus est,ipse dicebat, Pater venit hora, clarifica Filium tuum, vt Filius tuus clarificet te. Erat ergo ei gloria etiam ipsa passio crucis, verum gloria hæc non erat glorioſa, sed humilis. Denique dicitur de eo. Humiliauit se vsque ad mortem. De quo etiam Propheta prædixerat,morte turpissima condemnemus eum. *Sap. 2. Esaiæ 53. Luc. 24.* Sed & Isaias dicit de eo. In humilitate iudiciũ eius sublatum est. In his ergo glorificatus est Dominus, verũ quia hæc oportebat pati Christum,& sic introire in gloriam suam, cum venerit in gloria Patris Iudicare terram, tunc gloriose glorificatur. *Infra*. Dolores obtinuerunt habitatores Philistijm, tunc conturbati sunt *Exo. 15.* principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor,obriguerunt,vel tabuerunt omnes habitatores Chanaan. Tremunt dæmones cum videt regna sua,quæ in inferno sunt penetrata ab eo, qui descẽdit in inferiora terræ,vt eriperet eos, qui possidebantur a morte. Hinc eos comprehendit timor,& tremor,quia senserunt magnitudinem brachij eius. Hinc etiam tabuerunt omnes habitantes Chanaan, cum videant alligari fortem,& vasa eius diuidi, veniat ergo super eos tremor magnitudinis brachij tui. Quid timent dæmones? quid tremunt? sine dubio crucem Christi,in qua triumphati sunt, in qua exuti sunt Principatus eorum,& Potestates. Timor ergo, & tremor cadent super eos,cum viderint magnitudinem brachij illius, quod Dominus expandit in cruce, sicut dicit, tota die expandi manus meas ad populum non credentem,sed contradicentem mihi.

4 Hom. 11. in Exodum. IDEM sic ait: Ostendit populo petram Moyses,quæ est Christus,& adducit eum ad ipsam,vt inde bibat, & reficiat sitim suã, sed hæc petra,nisi fuerit percussa aquas non dabit, percussa vero fontes producit, percussus enim Christus,& in crucẽ actus noui testamenti fontes produxit. Necesse ergo erat illum percuti, nisi enim ille esset percussus,& exisset de latere eius aqua,&sanguis omnes nos sitim verbi Dei pateremur. Hoc est, quod & Apostolus interpretatus est,quia omnes biberunt eundem spi- *1. Cor. 10.* ritalem potum, bibebant autem de spiritali sequente petra,petra vero erat Christus.

5 Homil. 3. in Iosue. IDEM sic habet: Rahab meretrix signum coccineum posit in domo sua,per quod saluari de excidio debet ciuitatis. Aliud nullum fuit *Iosue 2.* signum,quod acciperet, nisi coccineu m, quod sanguinis formam gerebat, sciebat enim quia nulli esset salus,nisi in sanguine Christi. Omnes qui inuenti fuerunt in domo hac saluabantur. Si quis saluari vult,veniat in hanc domum, huius quæ quondam meretrix fuit,qui vult saluari,in illa enim sanguis Christi in signum redemptionis est. Nam apud illos,qui dixerunt,sanguis eius super nos,& super filios nostros, sanguis Christi in condemnationem est, positus enim fuerat Iesus in ruinam, & resurrectionem multorum,& ideo contradicentibus signo crucis efficitur sanguis eius ad pœnam, credentibus ad salutem,hic sanguis est signum, quia hic est purificatio, quæ per sanguinem constat. *Matt. 27.*

6 Hom. 35. in Matthæum. to. 3. IDEM loquens de passione Domini, ait: Induerunt eũ chlamydem coccineam,quæ mysterium erat coccinei signi, quod scriptum est in Iesu Naue,quod ad salutem suam habuit illa Rahab. Et in Genesi, quod factum est in vno filiorũ Thamar ad manum nascentis, vt coccus alligaretur, in signo futuræ passionis Christi. Ergo & nunc susciens Dominus coccineam chlamydem, in se sanguinem mũdi susceptit. Et in spinea illa corona susceptit spinas peccatorũ nostrorum intextas in capite suo. Et de chlamyde scriptum est, quoniam denuo expoliauerunt eum chlamydem coccineam, de corona autem spinea,nihil tale Euangelistę scripserũt, propterea quod & nos quærere voluerunt exitum rei de corona spinea semel imposita,& nũquam detracta. Ego igitur arbitror, quoniam spinea illa corona ibi consumpta est a capite Iesu,vt iam non sint spinæ nostræ antiquæ,postquam semel eas a nobis abstulit Iesus super venerabile caput suum. Si autem & de calamo, quem posuerunt in dextera eius aliquid dicere conuenit,huiusmodi dicimus rationem. Calamus ergo ille mysteriũ fuit sceptri vani, & fragilis,super quem incũbebamus omnes,sceptrũ maligni. Confidebamus enim in virga arundinea Aegypti,vel Babylonis, vel cuiuscumque Regni contrarij cõtra Regnum Dei, & accepit calamum illum,& virgam fragilis Regni de manibus nostris,vt triumphet eum, & conterat in ligno crucis,&pro calamo illo priori super quẽ recumbebamus dedit nobis sceptrum Regni cælestis, & virgam, de qua scriptum est, virga *Heb. 1.* æquitatis virga regni tui. Vel virgam quæ corripiat eos,qui opus habent correptione,de qua dicit Apostolus. Quid vultis in virga veniam *1. Cor. 4.* ad vos? dedit nobis,& baculum,vt celebremus

7

Pascha

Pascha,secundum quod scriptum est,Baculi vestri in manibus vestris sint, vt celebremus Pascha, deponentes virgam calami eam quam habebamus, priusquam celebraremus Domini Pascha. Percutiunt autem cum hoc fragili, & vano calamo caput Iesu venerabile, quoniam & semper regnum illud contrarium conuitiat, & verberat Deum Patrem caput Domini Saluatoris. Et in his omnibus vnigenita virtus nocita non est,sicut nec passa est aliquid,facta pro nobis maledictum, cum naturaliter benedictio esset,sed cum benedictio esset,consumpsit, & dissipauit omnem maledictionem humanam. *Infra*: Locus Caluariæ dicitur,nõ qualemcumque dispensationem habere,vt illic qui pro hominibus moriturus fuerat, moreretur. Venit enim ad me traditio quædã talis, quia corpus 8 Adæ primi hominis ibi sepultum est,vbi crucifixus est Christus,vt sicut in Adam omnes moriuntur,sic in Christo omnes viuificentur,vt in illo qui dicitur Caluariæ locus, ideſt locus capitis,caput humani generis resurrectionem in- *Luc. 12.* ueniat cum populo vniuerso, per resurrectionem Domini Saluatoris, qui ibi passus est. In *Gen. 1.* sexta hora, hoc est meridie dixit Dominus, Faciamus hominem ad imaginem nostram, & fecit eum tunc, propter quod conueniebat pro salute eiusdem hominis morientem in ipsa hora sexta suspendi, & a sexta hora propter hoc tenebras fuisse factas super vniuersam terram vsque ad nonam. Et sicut Moyse manus extendente in cælum factæ sunt tenebræ super Ægyptios seruos Dei tenentes in seruitute, imago *Exo. 10.* futurarum tenebrarum quæ comprehensuræ fuerant Ægyptios, similiter & Christo sexta hora manus extendente in cruce ad cælum, su- *Ioan. 19.* per populum qui clamauerat, Tolle de terra hunc & crucifige eũ, factæ sunt tenebræ,& omni lumine sunt priuati, & imago fuit tenebrarũ illa futurarum,quæ comprehensuræ fuerãt gentem Iudæam,quia ausi sunt,lumini vero manus suas inferre, vnde ex tunc omnis illa gens tene- *Psal. 68.* bris est expleta,sicut dicit Propheta: Obscurentur oculi eorum ne videant. Tempore Moysi tenebræ erant super Ægyptios,lumen autem erat omnibus filijs Israel,sub Christo etiam tenebræ factæ sunt super omnem terram Iudææ, lumen autem fuit super omnem reliquam terram,quòd vbique illuminat omnem Ecclesiam Dei in Christo.

9 Homil. 15. in Psal. 61. BASILIVS explicans illa verba: Verum tamen pretium cogitauerunt repellere cucurri in siti,sic ait: Pretium hominis sanguis Christi est. Pretio, inquit, empti estis, Nolite fieri serui hominum. Hoc itaque pretium cogitauerunt inutile nobis reddere, qui semel liberatos in seruitutem, rursus nos admoliuntur retrahere maligniſſimi milites diaboli. Cucurri in siti peruicacem & intentam vim dæmonum nos ex insidijs appetentium dicit, impressionem suo excursu aduersus nos faciẽtium quòd nostram cupientissime sitiant deperditionem.

10 Ho. 22. ex variis to. 1. quæ est de humilitate. IDEM sic habet: Laqueo quem diabolus Domino struxit, ipse captus est, in eo crucifixus est, quem se crucifixurum, & mortuus in eo, quem morte se extincturum putauerat. Si vero princeps iste mundi primus,maximus, & inuisibilis, mundanæ sapientiæ sophista suis ipsius commẽtis capitur, & in extremam reuoluitur insipientiam, multo magis illius discipuli, & æmulatores, etiam si innumera commentẽtur vbi se sapientes esse dicunt,stulti facti sunt. Pharao interitum callide struit Israeli,sed obseruauit inde irritam fore suam astutiam, vnde nihil huius expectabat. Quod videlicet infans propter ipsius mandatum morti expositus,occulte in aula sua regia nutritus,& ipsius,& totius gẽtis Ægyptiacæ vires demoliturus,& Israelem saluti restituturus esset. Abimelech vero homicida ille spurius Gedeonis filius, qui septuagin ta germanis,illius filijs occisis, & astutum hoc ad regni confirmationẽ adinuicem tum ratus, quos cædis huius habuerat administros conterit quidem,sed & ipse vicissim ab illis conteri- *Iudic. 9.* tur, & tandem per mulieris manum ac lapidis iactum perit. Et Iudæi omnes consilium cõtra *2. Reg. 11* Dominum sibiipsis exitiosum commenti sunt, dicentes,Si permiserimus eum ad istum modũ, omnes credent in illum, & venient Romani,ac tollent nostrum locum, & gentem. Hoc cõsilio *Ioan. 11.* necem Christi aggressi quasi gentem ac locum suum seruaturi,suo ipsorum consilio vtrumque perdiderunt extorres facti,& ab institutis suis, & cultu abalienati.

11 Homil. 13. in Ioan. to. 3. *Exo. 12.* CHRYSOSTOMVS explicãs illa verba: Veritas per Iesum Christũ facta est,sic ait: Figuras legis veteris Christus Dominus suo cõ summauit aduentu. Vultis vt ab ipsa passione incipiamus? quid dicit figura? Tollite agnum per familias,& sacrificate,& facite,vt instituit. Christus autẽ factus est sacrificium & oblationem seipsum Patri offerens. Item in mõte Sina *Exo. 17.* vt Amalechitæ in pugna profligarẽtur, manus Moysi ab Aaron,& vtrinque sublimes tenebantur,Christus vero aduenies suas extendit in cruce. Animaduertis quomodo nobis figura ostendit, & veritas facta est. Quanto ergo maiori honore accepti sumus,tanto maiorem debemus virtutem.

12 Hom. 26. in Ioannem. IDEM explicans illa verba ex cap. 3. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto,sic ait: Vt intelligamus quomodo possunt in crucifixũ credentes salui fieri veterem in medium adducit historiam. Nam si ad ærei serpentis simulacrum aspicientes Iudæi morte liberabantur, quanto maiori qui in crucifixum credũt beneficio fruentur? Vide vt figura veritati consentiat, illic mortem fugerunt Iudæi, sed temporalem, hic sempiternam fideles, illic ictus serpentum suspensus serpens sanauit,hic incorporei serpentis plagas Iesus crucifixus curauit, illic corporeis oculis suspicientes corporis salutem, hic incorporeis omnium peccatorum remissionem consecuti sunt. Illic æs suspensum erat in serpẽtis effigie, hic dominicum corpus spiritu formatum. Serpens illic mordebat, & serpẽs sanabat, hic mors veneno sæuiebat, quæ liberabat,nullo itaque perdidit mors peccatũ,

tamquam

tam quam ſerpentis venenum habuit, Domini mors id omne, vt æreus ſerpēs, venenum abſtu-
Coloſſ. 2. lit. Hoc eſt quod ſignificauit Paulus, expolians Principatus, & Poteſtates traduxit cōfidenter palam triumphans illos in ſeipſo. Quemadmodum enim cum fortis athleta hoſtem alte erectum proſternit clariorem facit victoriam, ita Chriſtus toto orbe ſpectante hoſtiles conatus euertit, & qui in ſolitudine formidabant, eos ab omnibus feris in cruce ſuſpēſus tutatus eſt.

13 IDEM ſic ait: Hic ſanguis facit, vt ima-
Homil. 45. in Ioannē. go in nobis regia floreat, hic ſanguis pulchritudinem, atque nobilitatem animę, quam ſemper irrigat, & nutrit, langueſcere non ſinit, irrigat animam, eamque vi quadam magna imbuit, hic ſanguis dæmones procul pellit, Angelos, & Angelorum Dominum ad nos allicit. Dæmones enim cum dominicum ſanguinem in nobis vident, in fugam vertuntur, Angeli vero procurrunt. Hic ſanguis effuſus vniuerſum abluit orbem terrarum. Hic ſanguis abdita, & ſancta ſanctorum purgat. Quòd ſi eius figura tantam habuit vim in templo Hebræorum, in medio Aegypto liminibus aſperſus, longe magis veritas? Hic ſanguis aureum altare ſignificauit. Sine hoc princeps ſacerdotum in penetralia ingredi non audebat. Hic ſanguis ſacerdotes faciebat, hic ſanguis in figura peccata purgabat, in qua ſi tantam habuit vim, ſi vmbram ita mors horruit, quantopere quæſo ipſam formi-
Exo. 12. dabit veritatem? Hic noſtrarum animarum ſalus eſt, hoc lauatur anima, hoc ornatur, hoc incenditur, hic igne clariorem noſtram mentem reddit, & auro ſplendidiorem. Huius ſanguinis effuſio cælum peruium fecit. Ex paradiſo fons ſcaturijt, a quo ſenſibiles fluuij emanarēt. Iuxta hunc fontem, non ſalices ſteriles germinant, ſed quercus cælum ipſum attingentes, quæ fructus tempeſtiuos, & ſolidos ſemper producunt. Si quis æſtuat ad hunc fontem ſe conferat, & recreabitur, mundat ſqualorem, & ſordes, æſtus mitigat, quos ignitæ ſagittæ imprimunt. Multi huius fontis riui, quos paracletus diffundit.

14 IDEM ſic habet: Exiuit Chriſtus in eum,
Hom. 84. in Ioannem. qui dicitur Caluariæ locus, vbi quidam dicunt, Adam & mortuum, & ſepultum eſſe, & Ieſum, vbi mors dominata eſt, ibidem trophæum erexiſſe, hoc eſt, crucem quam tulit contra mortis tyrannidem. Et quemadmodum victores, ita Ieſus victoriæ ſigna humeris tulit.

15 IDEM ſic ait: Actum eſt, vt auctor ſæculi,
Hom. 6. de quinta feria paſſionis. ſæculo teſte moreretur, & a mundo mundi Dominus ante per pœnam, quàm per gloriam noſceretur. Pax cæli traditur doli oſculo, tenetur tenens omnia, alligatur omnium nexus, ducitur attrahens vniuerſa, a falſo veritas accuſatur, ſiſtitur, cui aſſiſtunt omnia. Flagellatur remiſſio, condemnatur venia, illuditur maieſtas, irridetur virtus. Perfunditur largitor imbriū ſputis, clauis ferri cæli ſtrator affigitur. Mellis dator cibatur felle, propinator fontium, potatur aceto. *Et infra*. Rex quando glorioſior? Quando indutus purpura, diademate decorus, aſperſus auro, ſolio ſublimis, ad pompam tamē non parat ire, ſed hæc in ſecreto fiunt, an quando in campum iens vultu, & honore vltimus, periculis primus, onuſtus ferro, grauis armis, pro patria, pro ciuibus, pro liberis, pro vita omnium premit hoſtem, diſcrimina deſpicit, contemnit vulnera, & ipſamque mortem, ſuorum ſuſcipit ad ſalutem, vt maiorem contemptu mortis, quàm de ipſo hoſte victoriam referat ac triumphum? & quare diſplicet ſi Chriſtus de ſinu Patris, de deitatis ſecreto ad noſtram ſeruitutem venit, vt nos ſuæ redderet libertati, noſtram mortem ſuſcepit, vt nos eius morte viueremus? quandoquidem per deſpectum 16
mortis, mortales in Deos retulit, nos cæleſtibus æſtimans, & quomodo Deus Chriſtum ad iniuriam vocat tantam, ſic homines tantam tollit & extollit ad gloriam. *Infra*: Præſtet quiuis beneficia, largiatur dona, ſit benefactor, in proſperis diligat obſequentes, numquid illi poterit comparari qui in ſe ſuorum ſuſcepit neceſſitates? qui ſe periculis anteponit ſuorum? qui ſe pro ſuis dat pœnis? corpus obiectat morti, vt illos neci ſubtrahat, illos reſeruet ad vitam? aduerſis probatur amor, affectio penſatur periculis, pœnis examinatur dilectio, morte perfecta charitas innuitur. Hinc eſt quòd Chriſtus intrat carnis iniuriam, ſubit contumelias paſſionum, pœnarum genera percurrit, mortem ſuſcepit peramaram, quia damnari voluit, qui quod fecerat, ſic amauit.

17 IDEM ſic ait: Dicunt Iudæi, Sanguis eius
Hom. 3. de cruce & latrone. ſuper nos, & ſuper filios noſtros, illis ad condemnationem, nobis ad iuſtificationem. Sanguis Chriſti illis ad mortem, nobis ad vitam. Non eſt ſanguis Chriſti deterior Babylonio igne, ille ſcit ſanctorum in camino honorare corpora, & Chaldæos comburere, quanto magis ſanguis ille pretioſiſſimus ſcit perdere incredulos, & ſaluare fideles? decuit enim ſplendorem crucis obcæcare infideles, & illuminare credentes.

18 HIERONYMVS ait: O mors quæ fra-
Epiſt. 3. quæ eſt ad Heliodorum, quē conſolatur in morte Nepotiani to. 1. tres diuidis, & amore ſociatos crudelis ac dura diſſocias, adduxit vrentem ventum Dominus de deſerto aſcendentem qui ſiccauit venas tuas, & deſolauit fontem tuum, deuoraſti quidem Ionam, ſed & in vtero tuo viuus fuit, portaſti quaſi mortuum, vt tempeſtas mundi conquieſceret, & Niniue noſtra illius præconio ſalHier. 11.
uaretur. Ille, ille te vicit, ille te iugulauit fugitiuus Propheta, qui reliquit domum ſuam, dimiſit hereditatem ſuam, dedit dilectam animā ſuam in manibus quærentiū eum, qui per Oſeæ
Oſeæ 13. quōdam tibi rigidus minabatur, ero mors tua, o mors, ero morſus tuus inferne. Illius morte tu mortua, illius morte nos viuimus, deuoraſti, & deuorata es, dumq. aſſumpti corporis ſollicitaris illecebra, & auidis faucibus prædam putas interiora tua adunco dente cōfoſſa ſunt. Gratias tibi Chriſte Saluator tua agimus creatura, quòd tam potētem aduerſarium noſtrum dum occideris occidiſti. Quid ante miſerius homine, qui æternæ mortis terrore proſtratus viuendi ſenſum, ad hoc tantum acceperat vt periret.

Rom. 5. periret. Regnauit enim mors ab Adam vſque ad Moyſen etiam ſuper eos, qui non peccauerunt in ſimilitudinem prævaricationis Adæ. Si Abraham, Iſaac, & Iacob in inferno, quis in cælorum Regno? Si amici tui ſub pœna offendentis Adam, & qui non peccauerant alienis peccatis tenebantur obnoxij, quid de his credendum eſt, qui dixerunt in corde ſuo, Non eſt Deus? flammea illa romphæa cuſtos paradiſi, & præſidentiæ foribus Cherubim, Chriſti reſtincta & reſerata ſunt ſanguine.

19 IDEM docet, quòd in hac vrbe Hieruſa-
In epiſt. 17. quæ eſt ad Marcelli. Ioan. 19. lem, immo in hoc Caluariæ loco, & habitaſſe dicitur, & mortuus eſſe Adam, vnde & locus in quo crucifixus eſt Dominus noſter Caluaria appellatur, ſcilicet quòd ibi ſit antiqui hominis Caluaria condita, vt ſecundus Adam, & ſanguis Chriſti de cruce ſtillans primi Adam & iacentis protoplaſti peccata dilueret, & tunc ſermo ille Apoſtoli compleretur, Excitare, qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Chriſtus.

20 IDEM ſic habet: Cum diſcipuli ingreſſi
In epiſt. ad Algaſiam qu. 3. eſſent vicum Samariæ, vt præpararent Chriſto, non ſuſceperunt illum, quia facies eius erat vadens in Hieruſalem. Voluntas Domini fuit non ſuſcipi a Samaritanis, quia feſtinabat ire Hieruſalem, ibique pati, & ſanguinem fundere
Matt. 15. ne occupatus ſuſceptione Samaritica, & doctrina gentis illius paſſionis differret diē, ad quam venerat ſuſtinendam. Vnde dicit, & in alio loco, Non veni niſi ad oues perditas domus Iſrael.

21 IDEM ſic ait: Dormire Dei eſt cum vni-
In epiſt. de Filio quæque Deo in ſcripturis attribuū to. 9. Cap. 31. genitus Dei Patris in aſſumpta carne pro nobis mori dignatus eſt, cuius mors recte dulcis fuiſſe prædicatur, ipſo dicente per Hieremiam Propheram: Ideo quaſi a ſomno excitatus ſum, & vidi, & ſomnus meus dulcis eſt mihi.

22 IDEM ſic ait: Mors a Chriſto mortem
In epiſt. cuius titulus eſt Symbolum Kalſidonenſi to. 9. ſpoliatura ſuſcipitur, nam ſacramentum ſuſceptæ carnis hanc habet cauſam, vt diuina filij Dei virtus, velut hamus quidam habitu humanæ carnis obtectus, & ſicut Paulus dixit: Habitu inuentus vt homo, principem mundi inuitare poſſet ad agonem, cui ipſe carnem ſuam velut eſcam tradens hamo eum diuinitatis intrinſecus teneret inſertū ex profuſione immaculati ſanguinis. Solus enim qui peccati maculam neſcit omnium peccata deleuit, eorum dumtaxat qui ſanguine eius poſtes fidei ſuæ ſignaſſēt. Sicut ergo hamum eſca contectum ſi piſcis rapiat, non modo eſcam ab hamo non remouet, ſed & ipſe de profundo eſca alijs futurus educitur, ita & is qui habebat mortis imperium, rapuit quidem in morte corpus Ieſu, nō ſentiens in eo hamum diuinitatis incluſum, ſed vbi deuorauit, hæſit ipſe continuo, & diruptis inferni
Ezech. 32. clauſtris, velut de profundo extractus, trahitur vt eſca ceteris fiat. Quod ita futurum ſub hac eadem figura Ezechiel ſignauerat dicēs, Et extraham te in hamo meo, & extendam te ſuper terram, campi implebuntur de te, & conſtituā ſuper te omnes volucres cæli, & ſaturabo ex te omnes beſtias terræ. Sed & Propheta Dauid
Pſal. 73. dicit: Dedit eum in eſcam populis Æthiopū.
Iob 40. Et Iob de eodem myſterio ſimiliter proteſtatur, ait enim ex perſona Domini loquentis ad ſe. An extrahere poteris Leuiathan hamo? aut pones capiſtrū circa nares eius? non ergo dam no aliquo, aut iniuria diuinitatis Chriſtus in carne patitur, ſed vt per infirmitatem carnis operaretur ſalutem diuina natura in mortem deſcendit; non vt lege mortalium detineretur a morte, ſed vt per ſeſe reſurrecturus ianuas mortis aperiret. Velut ſi quis Rex pergat ad carcerem, & ingreſſus aperiat ianuas, reſoluat catenas, vincula, feras, & clauſtra comminuat, & eos qui ſedent in tenebris, & vmbra mortis luci, ac vitæ reſtituat, dicitur quidem Rex fuiſſe in carcere, non tamen ea cōdicione, qua fuerant ceteri, qui tenebantur in carcere, ſed illi quidem vt pœnas ſoluerent, hic vero ut abſolueret pœnas. *Infra*, ait: Impoſita Domi-
Matt. 27. no ſcribitur corona ſpinea, audi hoc in Canticis ſuper iniquitatem Hieruſalem mirantis de
Cant. 3. iniuria Filij Dei Patris vocem dicentis, Egredimini & videte filiæ Sion coronam, qua coronauit eum mater ſua. Sed & de ſpinis ita alius Propheta commemorat. Expectaui vt faceret
Eſaiæ 5. vuas, fecit autem ſpinas & non iuſtitiam, ſed clamorem. Verumtamen vt myſterij ſecreta cognoſcas, oportebat eum qui peccata mundi veniebat auferre, etiam terræ maledicta purgare, quæ peccante protoplaſto ſententiam prævaricationis acceperat dicente Domino, Maledicta terra in operibus tuis, ſpinas, & tribulos producet tibi. Propterea ergo ſpinis co-
Gen. 3. ronatur Ieſus, vt prima illa cōdemnationis ſententia ſolueretur. Ad crucem ducitur & in ligno totius mundi vita ſuſpenditur. Audi Hieremiam dicentem de hoc. Venite & mittamus
Hier. 11. lignum in panem eius, & conteramus eum de terra viuentium. Et iterum Moyſes deflens eos dicit. Et erit vita ſuſpenſa ante oculos
Deut. 28. tuos, & timebis per diem & noctem, & non credes vitæ tuæ.

24 IDEM ſic habet: Chriſtus qui peccatum
In Epiſt. ad Oceanū de ferendis opprobrijs. non fecit innocens, & immaculatus, pro nobis ſacrilegis, & peccatoribus, & æterno ſupplicio mancipatis, tamquam atrociſſimus reus ab iniquis iudicio ſiſtitur, flagellis cæditur, ſputis irridetur, & ille pro ſalute noſtra dorſum verberibus, ſputaminibus faciem, maxillas palmis non cōfundimur parare, & nos pro eo leue etiā confunditur audire conuitium? Gaudeamus potius & lætemur, ſi pro tam magnis eius, & pro noſtra ſalute paſſionibus, vel parua ſuſtineamus. Coronatus eſt ſpinis, vt nos qui ante ſpinei, & infructuoſi extiteramus, fructum bonæ arboris apportaremus. Felle & aceto potatus eſt, vt in nobis iam, nec fellis amaritudo, nec aceti eſſet aſperitas.

25 IDEM ait: Iſaias Dominum vocat non
Lib. 14. in c. 53. Iſaiæ to. 5. habentem ſpeciem, neque decorem, in Pſalmo autem 44. dicitur: Specie tua & pulchritudine tua intende, proſpere procede & regna. Quia Chriſtus deſpectus erat, & ignobilis, quando pende-

pendebat in cruce, & factus pro nobis maledictum peccata nostra portabat, & loquebatur Patri, Deus, Deus meus quare me dereliquisti; inclytus autem erat & decorus aspectu quando ad passionem eius terra contremuit, saxa dirupta sunt, & fugiente Sole æternam noctem elementa timuerunt. De quo & sponsa in Cantico Canticorum, Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus, candidus plenitudine ac puritate virtutum, rubicundus in passione, de qua postea lecturi sumus, Quis est iste qui venit de Edom, fuluida vestimenta eius ex Bosor, electus de millibus in resurrectione, vt qui erat primogenitus omnis creaturæ, primogenitus fieret ex mortuis. *Infra*: Disciplina pacis nostræ super eum, quia quod nos pro nostris debebamus sceleribus sustinere, ille pro nobis passus est, pacificans per sanguinem crucis suæ, siue quæ in terra, siue quæ in cælis sunt. Ipse est enim pax nostra, qui fecit vtraque vnũ, & medium parietem maceriæ, soluens inimicitiam in carne sua, & liuore eius sanati sumus. Ex quo perspicuum est, quòd sicut corpus flagellatum atque laceratũ signa iniuriæ in liuore portabat; ita & animam vere doluisse pro nobis, ne ex parte veritas, & ex parte mendacium credatur in Christo. *Infra*: Sicut agnus coram tondente se obmutescet. Hic agnus est, in cuius typo immolabatur agnus, cuius cruor linitus in postibus exterminatorem fugabat Ægypti, qui non solum sanguine suo nos redemit, sed & lanis operuit, vt algentes infidelitate, sua veste calefaceret.

Esaiæ 63. *Esaiæ 52.* *Coloss. 2.* *Esaiæ 52.* *Ibid.* *Exo. 12.*

26 IDEM explicans illa verba: Propter peccatum, ad modicum quid contristaui eum, & percussi eum, & auerti faciem meam ab eo, & contristatus est, & ambulauit tristis in vijs suis, ait: Quidam hunc locum specialiter super Saluatorem intelligunt, quòd propter peccata mundi ad modicum cõtristatus sit dicens, Tristis est anima mea vsque ad mortem, & percussit eum Pater qui loquitur per Zachariam, Percutiam pastorem & oues dispergentur, qui & ipse de se dixerat in Psalmo: Quoniam quem tu percussisti persecuti sunt, & auertit Deus faciem suam ab eo, vt formã serui paulisper acciperet, & ambularet tristis & lugens, peccata populi deplorans, & plangens Hierusalem, & quia viderit Pater vias eius: propterea sanauerit eum qui fuit inter mortuos liber, & caro eius non vidit corruptionem, vt qui percussus est in cruce, sanaretur in resurrectione. Et consolatus sum, inquit, eum, dans pro vna gente Iudæorum vniuersum mundum, & lugentes eius, subauditur consolatus sum. Nec dubium quin Apostolos significet, & compleuit fructum labiorum suorum qui dixerat ei, Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, pacem super pacem, mundum reconcilians Deo, vt vtrumque populum vocaret ad se, & sanaretur a Patre.

Libro 16. in cap. 57. Esaiæ. *Matt. 26.* *Zach. 13.* *Psal. 68.* *Psal. 2.*

27 IDEM sic ait: Non ignoramus flantes ventos, quibus in Euangelio vt quiescerent Dominus imperauit, & periclitantem nauiculam, in qua dormiebat Ionas, & intumescens mare quod increpatur, tace, & obmutesce, referri ad Dominum Saluatorem, vel ad ipsum Apostolos suscitantem, qui eum deferentes in passione quodammodo in fluctus præcipitabant. Iste Ionas dicit: Scio quia propter me tempestas grandis est super vos, quia me vident venti vobiscum ire in Tharsis, hoc est, ad cõtemplationem lætitiæ nauigare, vt vos mecum perducã ad gaudium, vt vbi ego sum & Pater, & vos sitis; idcirco sæuiunt, idcirco mũdus qui in maligno positus est, fremuit; ideo elementa turbantur, me cupit deuorare mors, vt vos pariter occidat, & non intelligit, quia velut in hamo escam capit, vt mea morte moriatur. Tollite me, & mittite in mare. Non est enim nostrum mortem arripere, sed illatam ab alijs libenter accipere.

In capit. Ionæ to. 5. *Ioan. 4*

28 IDEM explicans illa verba: Ego autem in voce laudis immolabo tibi, quæcumque voui reddam pro salute Domino, sic habet: Cernimus quid in sua passione Saluator pro nostra salute promiserit, non faciamus mendacem Iesum, mundi simus ab vniuersis peccatorum sordibus, vt nos Deo Patri offerat victimas, quas vouerat.

In capit. Ionæ.

29 IDEM sic ait: Christus Iesus erat indutus vestibus sordidis, qui cum non fecisset peccatum pro nobis peccatum factus est, & ipse infirmitates nostras portat, & pro nobis dolet, & nos reputauimus eum esse in dolore, & in plaga, & in angustia, ipse vero vulneratus est propter iniquitates nostras, & infirmatus est propter peccata nostra. Et in Apostolo legimus. Christus redemit nos de maledicto legis factus pro nobis maledictũ. Hic 21. Psalmo loquitur: Longe a salute mea verba delictorum meorum. Et in 68. Psalmo: Deus tu scis insipientiam meam, & delicta mea a te non sunt abscõdita, quæ vniuersa appellantur sordida vestimenta, & auferentur ab eo cum nostra peccata deleuerit, vt quia ille sordidis indutus est vestibus, nos resurgentes in eo audiamus, post baptisma candida sint semper vestimẽta tua; credentiũq. omnis Ecclesia audiat per Esaiam: Lauamini mundi estote. Et de ipsa prophetatur in Canticis. Quæ est ista quæ ascendit dealbata. *Et infra*: Ecce ego adducã seruũ meũ orientem, qui alio nomine vocatur lapis, quẽ dedi ante faciẽ Iesu. Super lapidẽ vnũ septem oculi sunt. Hic locus de Christo intelligitur, de quo scriptum est, Ecce vir oriens nomen eius, & in Malachia. Orietur vobis timẽtibus nomen meum Sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius. Qui oriens ipse dicitur & lapis angularis, quia populum vtrumque coniungat. Super hunc lapidem septem oculi sunt, de quibus loquitur Esaias, Et requiescet super eum Spiritus Domini, Spiritus sapientiæ & intellectus &c. Qui dicitur lapis propter fortitudinem & robur, quo omnia Regna contriuerit; quem etiam in Daniele de monte sine manibus præcisum legimus: Ecce ego cælabo sculpturam eius. Alij legunt, sculpam aperturam eius, & est sensus; istum lapidem clauis

Gal. 3. *Esai. 3* *Zach. 3.* *Malach. 4* *Esai. 11* *Dan. 2*

30

crucis,

crucis, & lancea militis faciam vulnerari, & in illius passione auferã iniquitatem terræ in die vna, de qua scriptũ est, Hæc est dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea. In illa die passionis Christi vocabit vir qui perfectus est in Christo, & eum Apostolus ad dominicæ beneuolẽtiæ culmen ascendere fecit, proximũ suũ subter vineã quæ appellatur Sorech, & de qua dicitur in Euãgelio, Ego sum vitis, & cuius fructus lætificat cor hominis, & subter ficũ, Spiritus sancti poma dulcissima, vt ęterna pace requiescant, & compressa seditione mundi, & cruore bellorum sciant se esse sub Rege, cuius mystice in Salomone nomen est pacis.

Psal. 117.

31 IDEM explicans illa verba: Et appenderunt meredem meam triginta argenteos, ait: Postquam a Iudæis crucifixus est Dominus, & triginta appretiatus argenteis, & pretiũ sanguinis eius in sepulturam profecit gentiũ, quæ peregrinæ erant a lege & mandatis Dei. Nos enim omnes qui peregrini & aduenæ legis fuimus redempti pretiosissimo eius sanguine, in domo figuli, creatorisq. omnium sepelimur, & requiescimus.

Libro 3. in cap. 11. Zachariæ.

32 IDEM explicans illa verba: De torrente in via bibit, sic habet: Iste qui audit, Tu es sacerdos in æternum secũdum ordinem Melchisedech, bibit de torrente in via, qui confringit in die iræ suæ Reges, implebit ruinas, conquassabit capita in terra multorum. Iste de torrente in via bibit. Via sæculum istud dicitur, per quam ambulauit, denique scriptum est in Euãgelio, Esto consentiens aduersario tuo, dum es in via, hoc est, dum ambulas in isto sæculo. Ergo sacerdos secundum ordinem Melchisedech, quoniam venit in via sæculi, & ambulauit in via nostra, bibit & ipse de torrente qui erat in sæculo. Torrens non habet aquas quæ semper perfluunt, sed habet aquas de tempestatibus, de pluuijs, de turbine, de procellis, torrens nũquam est in montibus, sed semper in vallibus, in præcipitibus locis alienas aquas concipit & parturit, & tumens vadit. De torrente in via bibit. Torrens numquam habet mundã aquam, sed semper turbidam, hoc dicitur quoniam sæculi istius aquæ semper turbidæ sunt, semper plenæ tempestate. Vultis scire quomodo de torrente turbido biberit? & ipse dicit, Tristis est anima mea vsque ad mortem, & dicitur in Euangelio: Et cœpit contristari & turbari. Bibit etiam Dominus noster de torrẽte huius sæculi aquas turbidas, aquas tristes, quæ non habent lætitiam. Tulit calicem & impleuit de torrente mundi, & quoniam turbidæ erãt aquę dicit, Pater si possibile est, transeat calix iste a me. Bibit ergo de torrente mundi istius, sed non bibit quasi in domo sua, sed in via ad alia ire festinans. Propterea bibit de torrente, quia in via erat. De torrente bibit. Si Dominus bibit de torrente huius mundi, quanto magis sancti? vides quàm humilis sit locus torrentis, quàm confragosus? Cedron lingua Hebraica interpretatur tenebræ. Videtis igitur quoniam torrentes huius sæculi in tenebris sunt.

In Psalm. 109. to. 7. *Matt. 5.* *Marc. 26.* *Luc. 18.*

33

Dominus ergo cum traditur, non traditur in monte Olueti, non in templo, sed in torrente, & torrẽte tenebrarum, hoc est, Cedron, & quia bibit Dominus de torrente, & gustauit mortẽ; propterea exaltauit eum Pater, & dedit ei nomen, quod est super omne nomen. Propterea exaltauit caput. Et quid dicitur? quia cum exaltatus fuero omnia traham ad me. Ille est exaltatus, & nos exaltauit, istius caput exaltatum est, ceterum draconis capita cõquassauit, & confracta sunt in mari, exaltauit caput nostrum inquam, qui curui non poteramus respicere ad cælum, sed ad terram.

34 IDEM sic ait: Opprobria eius nostrum abstulere opprobrium, vincula eius nos liberos fecerunt, corona spinea capitis eius, diadema Regni adepti sumus, vulneribus eius sumus sanati. Sepultura eius resurgimus, descensione eius ad inferos nos ascendimus ad cælos, hic inuenitur mel in ore leonis mortui. Hæc omnia præuidens Propheta, ait: Quid retribuã Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?

In cap. 14. Marci to. 9. *Isaiæ 53.*

35 IDEM sic habet: Vincientes Iesum duxerunt & tradiderunt Pilato. Hic adest Samson vinctus a Dalila. *Infra*: Concitauerunt vt peterent Barabam & crucifigerent Iesum. Hic duo hirci adsunt vnus emissarius cum peccato populi in deserto inferni absolutus dimittitur, alter pro peccatis absolutorum, vt agnus occiditur, & adducunt illum vt crucifigerent eum. Hic educitur Abel in agrum a fratre, vt perimatur. Hic adest Isaac cum lignis, & Abraham cum ariete inter vepres hærente. Hic adest Ioseph cum fasce cremio somniato, & tunica talari sanguine lita, hic adest Moyses cum virga, serpente suspenso in ligno, hic adest botrus in ligno portatus, hic adest Eliseus cum ligno ad quærendam securim quæ in ima demersa est, & natauit ad lignum, ideſt genus humanum, quod a ligno vetito in infernum cecidit per lignum crucis Christi, & per baptismum aquæ ad paradisum natauit. Hic adest Ionas de ligno sortis in mare, in ventreq. ceti triduo missus. *Infra*: Duxerunt illum in Golgota. Tradunt Iudæi, quòd in hoc montis loco decollatus est aries pro Isaac, vt ibi decolletur, ideſt Christus a carne sua, carnali videlicet Iudæa separetur. Et crucifixerunt eum. Hic figitur salus in ligno, ligno primo infixa est mors, lignum primum lignum scientiæ boni & mali est, & secundum lignum boni tantum nobis & vitæ lignum est. Extensio manus primæ ad lignum mortem apprehendit, extensio autem secundæ vitam quæ perierat, inuenit. Ligno hoc vehimur per mare vndosum ad terram viuentium.

In cap. 15. Marci. *Iudic. 15.* *Gen. 4.*

36 IDEM explicans illa verba: Christus nos redemit de maledicto legis, ait: Redemit nos Christus, nõ emit, quia qui emit alienum emit, qui autem redimit, id emit proprie quod suum fuit, & suum esse desinit; redemit autem nos de maledicto legis, quod peccantibus cõstitutum est, quos ipse increpat per Prophetam dicens: Ecce peccatis vestris venditi estis. Et Paulus: Ego autem carnalis sum venundatus sub peccato.

Libro 2. in c. 3. ad Gal. *Esa. 50.* *Rom. 7.*

cato. Et sicut de maledicto legis Christus nos liberauit factus pro nobis maledictum; ita de maledicto Euangelij quod statutum est super eos, qui eius præcepta non fecerint, eruit nos factus ipse pro nobis maledictum. *Infra*: Intuendum est quòd non quicumque in ligno pepẽderit maledictus sit apud Deum, sed qui peccauerit, & propter scelus morti fuerit adiudicatus, sublatusq. in crucem; non ideo maledictus, quia crucifixus est, sed quia in talem inciderit reatum, vt meruerit crucifigi. Certe si crucem, *Esth.7.* quã Aman parauerat Mardochęo, non ipse pro suo merito conscendisset, puto Mardochęus in eam non vt maledictus, sed vt vir sanctus ascenderet. *Infra*: Christus stultitia factus est, vt nos sapientia fieremus, ille se de plenitudine & forma Dei euacuauit, formam serui accipiens, vt in nobis habitaret plenitudo diuinitatis, & domini fieremus e seruis. Ille pependit in ligno, vt peccatum quod cõmiseramus in ligno scientiæ boni & mali, ligno deleret appensus. Crux eius amaras aquas vertit in dulcem saporem. Ad postremum factus est ille maledictum, factus, inquam, non natus, vt benedictiones quæ promissæ fuerant Abrahæ, ipso auctore, & præuio transferrentur ad gentes.

37 IDEM explicans illa verba: In quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius, remissionẽ peccatorũ, ait: Ille redimitur qui captus est, & in hostiũ veniens potestatẽ liber esse desiuit, ita & nos in hoc mũdo quòd sub principibus & potestatibus iugo seruitutis tenebamur captiui, nec ante vinctas catenis explicare posse manus, & oculos sursum attollere, nisi redemptor aduenerit. Iesus Christus Filius Dei proprium sanguinem dedit, & nos de seruitute eripiens libertate donauit, qui cruore suo non vrbem vnam, sed totum purgauit orbem. Consequenter autem post redemptionem sanguinis Christi, remissionem accepisse scribimur peccatorum, quia nisi redempti fuerimus, frustra nobis peccata donantur. Nec ante veniam accipere possumus delictorum, & serui esse cessamus, nisi pretiũ pro nobis cruentus quondam victor acceperit.

38 AVGVSTINVS sic habet: Iustificamur in Christi sanguine, cum per remissionem peccatorum eruimur a diaboli potestate. Hoc ad id pertinet, quòd a Christo iustitia diabolus vincitur, non potentia. Ex infirmitate quippe quam suscepit in carne mortali, non eximmortali potentia crucifixus est Dominus. De qua tamen infirmitate ait Apostolus, quod infirmũ est Dei, fortius est hominibus. Non est itaque difficile videre diabolum victum, quando, qui ab illo occisus est, resurrexit. Illud est maius, & ad intelligendum profundius, videre diabolum victum quando sibi vicisse videbatur, idest quãdo Christus occisus est. Tunc enim sanguis ille, quoniam illius erat qui nullum habuit omnino peccatum, ad remissionem nostrorum fusus est peccatorum, vt quia eos diabolus merito tenebat, quos peccati reos conditione mortis obstrinxit, hos per eum merito dimitteret, quem nullius peccati reum immerito pœna mortis affecit. Hac iustitia victus, & hoc vinculo vinctus est fortis, vt vasa eius eriperentur, quæ apud eum cum ipso & angelis eius fuerant vasa iræ, & in vasa misericordiæ verterentur. 39 Vnde exhortans Apostolus credẽtes, & ad gratiarum actionem Deo Patri, quia eruit nos, in- *Coloss.1.* quit, de potestate tenebrarum, & transtulit in Regnum filij dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem in remissionem peccatorum. In hac redemptione tamquam pretium pro nobis datus est sanguis Christi, quo accepto diabolus non ditatus est, sed ligatus vt nos ab eius nexibus solueremur. *Infra*: Tantum valuit sanguis Christi, vt neminem Christo indutum in æterna morte debita detinere debuerit, qui Christum morte indebita, vel ad tempus occidit. Commendat ergo charitatem suam *Rom. 5.* Deus in nobis, quoniam cum inimici essemus Christus pro nobis mortuus est, multo magis iustificati nunc in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum. Iustificati plane, eo quòd a peccatis omnibus liberati, liberati autẽ a peccatis omnibus, quoniam pro nobis est Dei Filius, qui nullũ habebat, occisus. Salui ergo erimus ab ira per ipsum, ab ira vtique Dei, quæ nihil est aliud quàm iusta vindicta: merito ergo dicit Paulus: Si ergo cum inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortem Filij eius, per quam facta est illa remissio peccatorum, multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius. In vita salui qui per vitam reconciliamur. Quis enim dubitat daturũ amicis vitam suam, pro quibus inimicis dedit mortẽ suam? 40

IDEM dicit: Quòd ab angelo illo desiderat Iacob benedici, cui luctando præualuit, magna est de Christo prophetia, nam mysterio nõ vacat quòd iste ab illo benedici voluit, quem luctãdo superauit, quoniam omnis homo a maiori vult benedici. Præualuit enim Iacob Christo, vel potius præualere visus est, per eos Israelitas a quibus crucifixus est Christus; ab eo tamen benedicitur in eis Israelitis qui crediderunt in Christum, ex quibus erat qui dicebat; nam & ego Israelita sum de semine Abrahæ. *Rom. 11.* Vnus ergo atque idem Iacob & claudus, & benedictus, claudus in latitudine femoris tamquã in multitudine generis, de quibus dictũ est, Et *Psal.87.* claudicauerũt a semitis suis, benedictus autem in eis, de quibus dictũ est, Reliquiæ per electionem gratiæ saluæ factæ sunt. 41

IDEM sic ait: Quid causæ fuit, vt illo tempore crucifigi permitteret Dominus, quo octauo calendas Aprilis pascha acturi erant Iudæi, omnia proprijs locis & temporibus egit Saluator, natus est Saluator octauo calendas Ianuarias, ad diminutionẽ humani generis augmentandã in Deũ, quãdo ex magna diminutione lux quæ dies est crementũ incipit accipere, vt tẽpus natiuitatis eius ratione congruat doctrinæ diuinæ, quæ ex vmbra mortis homines cœpit multiplicare ad vitam, vt enim omnia se voluit passione sua mũdum redimere & reformare,

mare, quando eum & creauerat, idest in æquinoctio, vnde mundi initium cœpit, & dies super noctes increscere, ideoque passione Saluatoris a morte liberati, & ad lucem a tenebris perducti sumus. Nulla itaque vituperatio auctoris poterit videri, quando lapsam creaturã tunc reformauit, quando & fecerat. Eadem enim dievoluit esse renouationis gaudium, quo fuerat & dedicationis.

42 IDEM sic habet: Omnes qui Christiano vocabulo gloriantur, & perdite viuunt, non absurde possunt videri in filio Noe Cham figurari, passionem quippe Christi quæ illius hominis nuditate significata est, & annunciant profitendo, & male agendo exhonorant.

43 IDEM de vinea ait, quam plantauit Noe inebriatus, & nudatus in domo sua: Cui non appareat Christus passus in gẽte sua? tũc enim nudata est mortalitas carnis eius, Iudæis scandalum, gentibus stultitia, ipsis autem vocatis Iudæis, & gentibus tamquã Sem, & Iaphet Dei *1.Cor.1.* virtus & Dei sapientia, quia quod infirmum est Dei sapientius est quàm homines; proinde in duobus filijs maximo & minimo duo populi figurati, vnam vestem a tergo portantes sacramentum, scilicet iam præteritæ dominicæ passionis, nuditatem Patris, nec intuentur, quia in Christi necem non consentiunt; & tamen honorant velamento tamquam scientes vnde sint nati; medius autem filius, idest populus Iudæorũ, vidit nuditatem Patris, quia cõsensit in necem Christi, & nunciauit foras fratribus: per eum quippe manifestatum est, & quodammodo publicatum, quod erat in prophetia secretũ. Ideoque sit seruus fratrum suorum. *Infra*: Quis alius in Isaac lignum sibi portabat ad victimam, nisi qui crucem sibi ad passionem ipse portabat? Quis alius aries immolandus, in vepre cornibus adhærebat? Nisi qui crucis patibulo pro nobis offerendus affigebatur? Quis alius in Angelo cum Iacob luctatus eum sibi præualentem quasi fortiorẽ infirmior, victusq. victorem partim benedicit, partim latitudinem femoris eius, claudam reddit, nisi qui præualere aduersus se passus populum Israel, quosdam qui credi 44 derunt, benedixit in eis? Latitudo autem femoris Iacob in multitudine carnalis populi claudicauit. *Infra*: Ipse mihi in Ioseph innuit, qui persequentibus, & vendentibus fratribus in Ægypto post labores honoratur; didicimus enim labores Christi in orbe gentium, quem significabat Ægyptus per varias passiones martyrum, & nunc videmus honorem Christi in eodem orbe terrarum erogatione frumenti sui sibi omnia subiugantis. Ipse mihi innuit in virga Moysi, quæ in terra serpens effecta, eius mortem figurauit a serpente venientem, sed quòd apprehensa cauda eius, rursus virga redditur significat, posterius peractis iam omnibus in fine actionis, ad id quod fuerat resurgendo reuertitur, vbi per vitæ reparationẽ morte consumpta, nihil serpentis apparet; nos quoque corpus eius in eadem mortalitate per lubrica temporum voluimur, sed fine nouissimo velut cauda sæculi per manum, idest per potestatem iudicij, ne vltra prolabatur apprehensa reparabimur, & nouissima inimica morte destructa resurgentes in dextera Dei, virga Regni erimus.

IDEM sic ait: Si recolas, vel relegas, inuenies in libris veteris testamenti peccata appellari sacrificia pro peccatis; similitudo etiã carnis peccati, in qua venit ad nos dicta est, & ipsa peccatum. Misit, inquit, Deus filium suum in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, hoc est, de similitudine carnis peccati, quæ ipsius erat, damnauit peccatum in carne peccati, quæ nostra est; propter hoc etiam de illo dicitur, Quòd enim mortuus est peccato, mortuus est semel, *Rom. 6.* quod autem viuit, viuit Deo. Peccato mortuus est semel, quia in similitudine carnis peccati mortuus est, significat eos, qui in morte ipsius baptizantur, mori peccato, vt viuant Deo. Sic etiam per crucem factus est pro no- *Gal. 3.* bis maledictum: pendens quippe in ligno mortem, quæ de maledicto Dei venerat, suspendit in ligno, atque ita simul crucifixus est cruci vetus homo noster, vt non mendaciter dictum intelligatur in lege, Maledictus omnis qui pendet in ligno. Quid est maledictus, nisi terra es, & in terram ibis? Et quid omnis, nisi quia & ipse Christus, qui cum esset vita, mortuus est vera morte non ficta. 45 Lib. 1. contra Maximinum Arrianum.

IDEM sic ait: De Christo intelligitur Deus Deorum Dominus locutus est, cuius vox est, Dormiui conturbatus. Et vnde conturbatus? Sequitur. Filij hominum, dentes eorum arma & sagittæ, & machæra acuta lingua eorum. Quorum nisi eorum qui clamauerunt, Crucifige, crucifige? vt quid hoc totum? *Psal. 56.* cui bono? cui lucro? audi quid sequatur? Exaltare super cælos Deus super omnem terram gloria tua. Ecce habes Christum in passione dormisse, & resurrectione super cælos ascendisse. Et vnde gloria eius super omnem terram, nisi quia Ecclesia eius per omnem terram? 46 Lib. de vnitate Ecclesiæ contra epist. Petiliani. *Psal. 49.* *Luc. 23.*

IDEM sic habet: Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus, quoniam multis sacrificiorum sanguinibus, cum primum in tabernaculum, vel in templum congregarentur, conuincebantur potius, peccatores, quàm mundabantur. Non ergo iam inquit, de sanguinibus congregabo conuenticula eorum; vnus enim sanguis pro multis datus est, quo veraciter mundarentur. Denique sequitur. Nec memor ero nominum illorum per labia mea, tamquam innouatorum. Nam nomina eorum erant prius filij carnis, filij sæculi, filij iræ, filij diaboli, immundi, peccatores, impij: postea vero filij Dei, homini nouo, nomen nouum, canticum nouum, cantanti nouum per testamentum nouum. 47 Lib. 1. de peccatorũ meritis, & remissione contra Pelagianos. *Psal. 15.*

IDEM ait: Per singulare sacrificium Chri-

Lib. 3, contra duas epistolas Pelagianorũ ad Bonifacium.

sti in cruce, obsecramus pro Christo reconciliamini Deo, eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos simus iustitia Dei in ipso. Nam quod superius commemorauí, de peccato damnauit peccatum, quia non dictum est de peccato suo, potest quispiam sic intelligere, vt dicat, eum de peccato Iudęorum damnasse peccatum, quia de peccato eorum, qui eum crucifixerũt, factum est, vt sanguinem suum in remissionem funderet peccatorũ. Hoc verbo vbi dicitur Deus ipsum Christũ, qui non nouerat peccatum fecisse peccatum, non mihi conuenientius videtur intelligi, quàm Christum factum sacrificium pro peccatis, & ob hoc appellatum esse peccatum.

2. Cor. 5. Rom. 8.

48 In Psal. 68. to. 8. Matt. 13. Isaiæ 53.

IDEM sic ait: Psalmus iste, Saluum me fac Deus quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam &c. de passione Domini intelligendus est, *Infra*: Granum sinapis Christus est, de quo scriptum est, Vidimus eum & non erat ei aspectus, neque decor. Ipse est qui clamat, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam, quia potuerunt turbæ, quas aquarum nomine significauit eo vsque prævalere, vt occiderent Christum, prævaluerunt ad contemnendum, ad tenendum, ad ligandum, ad insultãdum, ad colaphizandum, ad cõspuendum vsque ad mortem. Ergo introierunt aquæ vsque ad animam meam. Hanc quippe vitam dixit animam suam, quousque illi accedere sæuiẽdo potuerunt. Sed numquid hoc possent, nisi ab ipso permitterentur? Vnde ergo aliquid tamquam inuitus patiatur, sic clamat, nisi quia caput membra sua præfigurat. Passus est quippe ille quia voluit, martyres vero etiam si noluerunt. *Infra*. Quoniam propter te sustinui exprobrationem, operuit confusio faciem meam. Nihil magnum est quod dicitur sustinui, sed quod dicitur, propter te sustinui; si enim sustines, quia peccasti propter te, sustines nõ propter Deum, ille qui omnino nihil rapuerat, qui verissime dixerat, Ecce vęnit princeps mundi huius, & in me nihil inuenit, dictus est peccator, Belzebub, insanus, tu dedignaris audire pro meritis tuis, quod Dominus audiuit pro nullis meritis suis? ille venit vt tibi præberet exemplum, quasi gratis hoc fecerit, si tu non proficis.

Ioan. 14.

49 In Psalm. 77.

IDEM explicans illa verba: Interrupit petram in eremo, & adaquauit eos velut in abyssо multa, & eduxit aquã de petra, sic ait: Christus petra est qui clamabat, Si quis sitit veniat ad me, & bibat. Ad quem velut virga lignum passionis accesit, vt emanaret credentibus gratia, & tamen illi tamquam generatio praua, & amaricans apposuerunt adhuc peccare ei, ideſt non credere, iustis autem fluxit diuina gratia quam acceperunt credentes in eum.

Ioan. 7.

50 In Psal. 87.

IDEM explicans illa verba: Repleta est malis anima mea, sic ait: Audemusne dicere animam Christi repletam malis, cum illa passionis afflictio in carne valuerit quicquid valuit? Vnde & ipse suos ad tolerantiam passionis accẽdens; Nolite, inquit, timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, an occidi anima a persecutoribus non potest? malis autem repleri potest? repleta est anima illa doloribus, quibus anima sue carni in eius passione compatitur; cur itaque non dicamus non hominis peccatis, sed tamen humanis malis repletam fuisse animam Christi? De quo alius Propheta dicit, quòd pro nobis doluerit, & Euangelista, quòd in in horto cœpit contristari, & mæstus esse, & dixit, Tristis est anima mea vsque ad mortem. Quòd ergo hic ait, Tristis est anima mea, hoc & in Psalmo dicitur, Repleta est malis anima mea, & quod sequitur vsque ad mortem, hoc dictum est, & vita mea inferno appropinquauit. Hos autem humanæ infirmitatis affectus, sicut ipsam carnem infirmitatis humanæ, & mortem carnis Dominus Iesus non condicionis necessitate, sed miserationis voluntate susceptit, vt transfiguraret in se corpus suum, quod est Ecclesia, cui caput esse dignatus est, hoc est membra sua, in sanctis & fidelibus suis, vt si cui eorum inter humanas tẽtationes contristari & dolere contingeret; non ideo se ab eius gratia putaret alienum, & non esse ista peccata, sed humanæ infirmitatis indicia tamquam voci præmissæ cõcinens chorus, ita corpus eius ex ipso suo capite addisceret. In hoc quippe corpore præcipuum membrorũ Paulum legimus confitentem talibus malis repletam esse animam suam cum dicit, Tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo pro fratribus meis; pro quibus si contristatum dicamus, & Dominum cum eius passio approprinquaret, in qua illi se immanissimo scelere fuerant obligaturi, non incongrue nos dicere existimo. Posuerunt me in lacu inferiori. Lacus autem infimus profundissima est miseria, qua non est profundior, vnde alibi dicitur: Eduxisti me de lacu miseriæ, in tenebrosis, & in vmbra mortis. Posuerunt vtique, ideſt existimantes quando quod faciebant, nesciebant, & ignorabant eum, quem nemo principum huius sæculi cognouit; vmbra enim mortis nescio vtrum mors corporis intelligenda sit, In me confirmatus est furor tuus, vel ira tua. Quid est in me confirmata est ira tua, nisi quemadmodum illi putauerunt, qui Dominum gloriæ non cognouerunt. Apud eos enim sic erat, quòd ira Dei non solum commota, sed etiam confirmata fuerit super eum, quem vsque ad mortem, & mortem quam execrabilius præ ceteris habebant, ideſt vsque ad mortem crucis perducere potuerunt. Vnde dicit Apostolus: Christus nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictum. Scriptum est enim, Maledictus homo qui pendet in ligno. Omnes fluctus tuos induxisti super me. Non ait, transierunt, sed induxisti, vt omnia quæ impendebant, eueniſſe significaret; impendebant autem quamdiu prophetia, futura imminebant omnia, quę de illius passione prædicta sunt.

Matth. 10. Esaiæ 53. Matth. 26. Psal. 87. Psal. 54. 1. Cor. 2. Psal. 87. Gal. 3. Deut. 21.

IDEM

52 In Psalm. 117.

IDEM explicans illa verba: Circumderunt me sicut apes fauum, sic habet: Dominum Iesum caput Ecclesiæ recte accipimus, circumdatum a persecutoribus suis. Circũdant apes fauum. Quid enim ab ignorantibus gestũ sit mystica subtilitate Spiritus Sanctus loquitur. Mel quippe apes operãtur in fauis, nescientes autem persecutores Domini fecerunt eum nobis in passione dulciorem, vt gustemus, & videamus quàm suauis est Dominus, qui mortuus est propter delicta nostra, & surrexit propter iustificationem nostram.

53 Tract. 119. in Ioannẽ. to. 9. 1. Tim. 5.

IDEM sic ait: Lignum illud vbi erant fixa membra morientis, etiam cathedra fuit magistri docentis. Ex hac sana doctrina didicerat Apostolus Paulus quod docebat quando dicebat. Si quis autem suis & maxime domesticis non prouidet, fidem negauit. Quid autem tam cuique domesticum, quàm parentes filijs, aut parentibus filij? Huius itaque saluberrimi præcepti ipse magister sanctorum de seipso constituebat exemplum, quando non vt famulæ Deus quam creauerat & regebat, sed vt matri homo de qua creatus fuerat, & quam relinquebat, alterum pro se quodammodo filium prouidebat.

54 Tract. 120. Ioan. 19. Gen. 6.

IDEM: Vnus militum lancea latus eius aperuit. Non dixit Euangelista latus percussit, aut vulneranit, sed aperuit, vt illic quodammodo vitæ ostium panderetur, vnde sacramenta Ecclesiæ manauerunt, sine quibus ad vitam non intratur. Hoc prænunciabat quòd Noe in latere arcæ ostium facere iussus est, qua intrarent animalia, quæ non erant diluuio peritura, quibus præfigurabatur Ecclesia. Propter hoc prima mulier facta est de latere viri dormientis, & appellata est vita, materq. viuorum; magnũ quippe significauit bonum, ante magnum prævaricationis malum. In habitu iacentis & dormientis hic secundus Adam inclinato capite in cruce dormiuit, & vnde ei formaretur conIux quod de latere dormientis effluxit. O mors vnde mortui reuiuiscunt. Quid isto sanguine mundius? Quid vulnere isto salubrius?

Gen. 2.

55 Lib. de dili gendo Deo.

IDEM sic ait: Vnum est quod me plus omnibus accendit, vrget, mouet, & promouet ad te diligendum; super omnia, inquam, amabilem te mihi reddit o bone Iesu ignominiosissima, & amara mors, quam sustinuisti, opus nostræ redemptionis. Hoc solum vel hoc omnino, totam vitam nostram, totum laborem nostrum, totum obsequium nostrum, amorem denique nostrũ, facile sibi vendicat. Totum hoc est quod deuotionem nostrã, & excitat melius, & quærit suabius, & auget amplius. Multum quippe in hoc opere laborat auctor mundi, nec in omni fabrica mundi tantam fatigationem sustinuit, de mundo enim & his quæ in mundo sunt, Dixit, & facta sunt; at vero pro reparatione generis humani magnos, & multos, & diuturnos labores sustinuit, & dolores. Ecce quomodo nos dilexit, qui nulla sui necessitate, sed sola charitate tam dura & indigna sustinuit. Merito ergo dixerim hoc vnum omnibus alijs præstare beneficijs; quippe cum magnum sit aliquem sua gratis alicui conferre; multo maius certe est semetipsum impendere, & cum magnæ charitatis sit animam pro amicis ponere; multo maioris charitatis indicium est pro inimicis ponere, quod Filius Dei pro nobis fecit; nam cum inimici essemus Deo, reconciliati sumus per mortem filij eius, vix autem pro iusto quis moritur.

Rom. 5.

56 In libro de cultura agri dominici.

IDEM sic ait: Vendidit discipulus sanguinem magistri, & emit agrum figuli. Putamus vacare hanc actionem in illa vẽditione, vel emptione, vel in ipsa Christi mystica passione? cõparauit Iudas agrum figuli, & vocatus est ager ille ager sanguinis. Clamat hic terra quali vel quo pretio fuerit comparata; immo pretium ipsum clamat, sanguis ipse clamat. Abel ille iustus ab impio fratre occisus clamat, namque dilectissimi, cum hæc similitudo passionis Christi & nequitia Iudæ ac Iudæorũ in illis duobus primis monstraretur fratribus Cain & Abel, posteaquam a maiore fratre minor occisus est, ab inuido innocens, a scelerato pius, interrogat Deus Cain quasi nescius, & dicit ei. Vbi est Abel frater tuus? quæ vox non est ignorantis, sed peccatum ante oculos scelerati ponentis, vt inexcusabilis sit omnis homo, qui & admonitus pœnitere non vult in malo. Vbi est Abel frater tuus? & dicit, nescio. Numquid ego custos sum fratris mei? Interrogentur & nunc Iudas & Iudæi, immo in Iuda omnes Iudæi? Interroget Dominus Iudam, & dicat ei: Vbi est, Iuda, Christus frater tuus? An forte dicturus es o male frater, quòd Christus tuus non fuit frater? Conuincat te prius ipse Dominus quòd tuus fuerit frater, ipse enim dixit Patri. Narrabo nomen tuum fratribus tuis. Ecce conuictus es Iuda quòd Christus fuerit frater tuus. Dic, Numquid sum custos fratris mei, vt respondeatur tibi vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra? Vide terra quomodo accipias hunc sanguinem, quia qui eum bene accipit, accipit benedictionem, qui vero eum male accipit, iudicium sibi acquirit. Ager es ideo talis tibi cultura impenditur: propterea crucis ligno exararis, propterea cælesti pluuiæ præpararis, vt cum fecunda effecta fueris, non gratuleris de tuis meritis quæ nulla sunt, sed reddens bonos fructus Christi prædices gratiam. Christi cruce exararis, quando eius signo in fronte signaris, eius sanguine rigaris quando in morte ipsius baptizaris, quotquot enim in Christo baptizati sumus, in morte ipsius baptizati sumus, ait Apostolus.

Rom. 4. Psal. 21. Rom. 6.

57 Serm. 22. de verbis Apostoli to mo 10.

IDEM sic ait: Factus est deformis Christus, qui speciosus erat, nõ habens speciẽ, neque decorem, sed vultus eius abiectus & deformis, homo in plaga positus & sciens ferre infirmitates, deformitas Christi te format. Ille enim si deformis esse noluisset, tu formam quam per didisti, non recepisses. Pendebat ergo in cruce deformis, sed deformitas illius pulchritudo nostra erat. In hac vita deformem Christum eamus. Quid est deformem Christum,

Esaiæ 53.

absit mihi gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus
Gal. 6. est, & ego mundo. Ista est deformitas Christi, numquam dixi me aliquid scire, nisi Christum & hunc crucifixum.

58 IDEM sic ait: De Domino & Saluatore nostro ante multa tempora prophetatum est;
In hom. 36. ex quinquaginta varijs Ascendet super virgultum & sicut radix de terra sitienti. Vt radix quia non est ei aspectus, neque decor. Passus est, humiliatus est, consputus est, non habebat speciem, homo apparebat cum Deus esset. Sed quomodo radix non est pulchra, sed intus habet vim pulchritudinis suæ. Attendis arborem pulchram, amœnam, folijs virentem, fructibus opulentam laudas. Delectat aliquid de fructu capere, sub vmbra eius sedere & requiescere ab æstu. Laudas totam illam pulchritudinem. Si radix ostendatur tibi, nulla ibi pulchritudo est. Noli contemnere quod abiectũ est, inde processit quod miraris, vt radix sit in terra sitienti. Attendite modo, creuit Ecclesia, crediderunt gentes, victi sunt terræ principes sub nomine Iesu, vt essent victores in orbe terrarum. Positum est collum eorum sub iugo Christi, qui persequebãtur ante Christianos. Creuit illud granum sinapis, factum est maius super omnia olera, veniunt volatilia cæli, superbi sæculi, & requiescunt sub ramis eius. Vnde hæc tanta pulchritudo? nescio de qua pullulauit radice, & ista pulchritudo in
59 magna gloria est. Quæramus radicem. Consputus est, humiliatus est, flagellatus est, vulneratus est, crucifixus est, contemptus est. Ecce hic species non est, sed in Ecclesia gloria radicis pollet. Radix de terra sitienti, non est species illi, neque decor, & vidimus illum, & non habebat speciem, neque decorem, nonne hic est fabri filius? nonne bene dicimus nos, quia dæmonium habes? in nomine ipsius dæmonia fugiebant, & illi objicitur quia dæmonium habes. Sed quare hoc? Vidimus eum & non habebat speciem, neque decorem. Quæ est spe-
Phil. 2. cies illius? qui cum in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Et vbi visus est non habere speciem, neque decorem? Vultus eius absconditus, homo in plaga, quia sciat ferre infirmitates ipsorum, a quibus patiebatur. Medicus ferebat infirmitates phreneticorum, & cum crucifigeretur, orabat: Pater ignosce illis. Attendite, sponsus quanto magis deformis nobis commendatur, tanto charior, tanto dulcior factus sponsæ: propter quod & auertit se ne illum intelligerent isti qui eum
Esaiæ 53. crucifigebant. Hic infirmitates nostras portat, & pro nobis in doloribus est, vulneratus est propter peccata nostra, attritus propter scelera nostra, eruditio, vel disciplina (vt nostra lectio habet) pacis nostræ super eum, liuore eius sanati sumus.

60 IDEM sic ait: Isaac typum habuit Domi-
In serm. 71. de tempore Gen. 22. ni Saluatoris, in cuius immolatione aries inter spinas cornibus tenebatur. Nam & Christus quasi cornibus inter spinas hærebat quando ad crucis cornua clauorum confixione pendebat. Quod vero Isaac ligna detulit, & in hoc Christũ Esai. 9.
Dominũ figurauit, qui ad locũ passionis crucẽ suã ipse portauit. De quo mysterio multo ante per Prophetã dictum erat. Et erit principatus eius super humerum eius. Tunc enim Christus principatũ super humerũ habuit, quando crucẽ 39
suã admirabili humilitate portauit. Non incongrue crux Christi significat principatum, nam per ipsam & diabolus vincitur, & totus mũdus ad Christi notitiã & gratiam reuocatur. Vnde Paulus cũ de passione Domini loqueretur, ait: Philip. 2.
Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortẽ, mortem autem crucis, propter quod & Dominus exaltauit illum &c. *Infra*; Abraham mortalem filium non moriturũ obtulit Deo, & Deus immortalẽ filiũ pro hominibus tradidit morti. Itẽ in Beato Isaac diuinitas, in ariete autẽ humanitas Christi significata est, & quia in passione non diuinitas crucifixa creditur, ideo non Isaac, sed aries immolatur. Dei enim Filius vnicus offertur, & Virginis primogenitus immolatur. Audite aliud sacramentũ fratres. Hieronymus presbyter scripsit ab antiquis, & senioribus Iudæis se certissime cognouisse, quòd ibi immolatus sit Isaac, vbi postea Christus crucifixus est, etiã hoc antiquorum relatione refertur quòd & Adã primus homo in ipso loco vbi fixa est crux fuerit aliquãdo sepultus, & ideo Caluariæ locũ dictũ esse, quia caput humani generis, ibi dicitur esse sepultũ. Et vere fratres non incongrue creditur, quia ibi erectus sit medicus, vbi iacebat ægrotus. Et dignũ erat, vt vbi occiderat humana superbia, ibi se inclinaret diuina misericordia. Et sanguis ille pretiosus etiam corporaliter pluuerẽ antiqui peccatoris, dũ dignatur stillando cõtingere redemisse credatur. 61 Serm. 44. de tempore

IDEM sic ait: Quid est fratres charissimi, quòd donec vixit Ioseph non referuntur creuisse filij Israel; illo autem mortuo creuerunt, & Exo. 1.
multiplicati sunt nimis? hæc fratres in illo Ioseph figurata sunt, in nostro autem Ioseph Christo Domino in veritate completa sunt. Prius enim quàm crucifigeretur, pauci in eũ crediderunt: postquã vero mortuus est & resurrexit, in vniuerso mũdo multiplicati sunt, & creuerunt Ioan. 12.
populi Christiani, sic enim ipse ait, Nisi granũ frumenti mortuũ fuerit, ipsum solũ manet, si autem mortuũ fuerit multum fructum affert. Postea enim quam passione pretiosum granũ mortuum est, de vno illo grano per vniuersum mũdum messis Ecclesiæ pullulauit. Nõ enim sicut Psal. 95.
antea tantum in Iudæa notus est Deus, nec solũ Psal. 112.
in Israel nomen eius colitur, sed a Solis ortu vsque ad occasum nomen illius collaudatur. 62 Serm. 190. de tempore

IDEM sic habet: Gedeon cũ audisset quòd Iudic. 6.
per eum Dominus plebem suam a multitudine hostiũ liberaret, obtulit in sacrificio hædum caprarũ, cuius carnẽ secundum præcepta Angeli, & azyma supra petrã posuit, & in eam bis perfudit, quæ simul virgæ cacumine quam gerebat Angelus Dei contigit, & de petra ignis erupit, atque ita sacrificiũ quod offerebatur absumptũ est. Per quod indiciũ declaratum videtur quòd petra illa typũ habuerit corporis Christi, quia scriptum

1. Cor. 10. scriptum est: Petra autem erat Christus. Quod vtique non ad diuinitatem eius, sed ad carnem relatum est, quæ sitientium corda populorum perenni riuo sui sanguinis inundauit. Iam tunc igitur in mysterio declaratum est, quia Dominus Iesus in carne sua totius mũdi peccata crucifixus aboleret, nec solum delicta factorũ, sed etiam cupiditates animorum. Caro enim hædi ad culpam facti refertur, ius ad illecebras cupiditatũ, quòd igitur extendit angelus virgam, & tetigit petrã, de qua exiuit ignis, ostendit quòd caro Domini repleta Spiritu diuino peccata omnia humanæ cõdicionis curaret. *Infra*: Denique elegit trecentos viros ad præliũ, vt ostẽderet nõ in numero multitudinis, sed in sacramento crucis mũdum ab incursu grauiũ hostiũ liberandum, trecenti enim in Græca, T, Tau similitudinem crucis ostendunt. *Infra*: Hędus ille qui oblatus est, humanum genus peccatis obnoxium designauit. Quòd angelus virga sua tetigit petrã, & exijt ignis, & consumpsit hædum illum, crux tetigit Christum, & de petra quæ erat Christus, ignis exijt charitatis, qui humani generis peccata consumpsit.

63 IDEM explicans illa verba Psal. 29. Con-
Serm. vlt. de tempore scidisti saccum meũ, ait: Saccus Christi erat similitudo carnis peccati. Nõ tibi vilescat, quod ait saccum meũ; ibi enim erat inclusum pretiũ tuũ. In passione cõscisus est. Et dicit patri: Cõ-
Rom. 8. scidisti saccum meum, quia proprio filio nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Conscidit saccũ lancea persecutor, & fudit pretium nostrum redemptor, conscidisti saccum meum, & circumdedisti me lætitia, vt non compungar, ideſt iam non ferat contra me lanceam persecutor, quia Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur.

64 GREGORIVS explicans verba illa:
Libro 29. Moral. c. 7. n. 2. Nũquid apertæ sunt tibi portæ mortis, & ostia tenebrosa vidisti Iob 38. ait: Portæ mortis sunt potestates aduersæ, quas descendens Dominus aperuit, quia earum fortitudinem moriendo superauit. Tenebrosa ostia tunc Dominus vidit, cũ claustra inferni penetrans crudeles spiritus perculit, & mortis præpositos moriendo damnauit. Quia vero post mortem eius creuit Ecclesia, atque in cunctis est gentibus dilatata, apte subiungitur. Numquid considerasti latitudinem terræ? dum enim Dominus angustias mortis petijt fidem suam in gẽtibus dilatauit, atque ad innumera corda credentium sanctam Ecclesiam extendit, cui per Prophetã dicitur:
Isaiæ 54. Dilata locum tentorij, & pelles tabernaculorũ tuorum extende, ne parcas. Longos fac funiculos tuos, & clauos tuos consolida, ad dexteram enim, & ad læuam penetrabis, & semen tuũ gentes hereditabit. Quæ latitudo terrę profecto nõ fieret, nisi & ipse prius, & vitam quam nouimus moriendo despiceret, & vitam quam non nouimus resurgendo monstraret. In morte quippe sua nostræ oculos mentis aperuit, & quæ esset
65 vita quæ sequeretur, ostendit. Vnde in Euange-
Luc. 24. lio hunc ordinem tenens discipulis, dicit. Sic oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis, & prædicari in nomine eius pœnitentiam in remissionem peccatorum in omnes gentes. Pauci enim ex Israelitica plebe ipso prædicante crediderunt; innumeri vero gentium populi, viam vitę moriente illo secuti sunt. Quod bene Samson in semetipso figuraliter expressit, Iudic. 16.
qui paucos quidem dum viueret, interemit; destructo autem tẽplo hostes innumeros, cum moreretur, occidit. Quia nimirum Dominus ab elatione superbiæ, paucos cum viueret, plures vero cum tẽplum corporis sui solueretur, extinxit, atque electos ex gentibus quos viuendo sustinuit, simul omnes moriendo prostrauit. Recte itaque postquam inferna penetrasse se docuit, considerandam mox terræ latitudinem subiunxit, ac si flagellato homini diceret, perpende quid pertuli, & pẽsa quod emi, nec queraris ipse de verbere, dum nescis quæ te præmia maneant in tribulatione.

IDEM explicans illa verba ex cap. 39. pul- .66
li eius lambunt sanguinem, ait: Pulli lambunt Lib 31. Moral. cap. 21.
sanguinem, ac si aperte diceretur; ipsa quidem diuinitatis contemplatione pascitur, sed quia auditores eius diuinitatis percipere arcana nequaquam possunt, cognito crucifixi Domini cruore satiantur. Sanguinem namque lambere est passionis dominicæ infirma venerari. Hinc est quòd Paulus qui ad tertij cæli secreta 1. Cor. 2.
volauerat discipulis dicebat; non enim iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Christum Iesum & hunc crucifixum. Ac si aperte hæc aquila diceret. Ego quidem escam meam, diuinitatis eius potentiam de longe prospicio, sed vobis adhuc paruulis incarnationis eius tantummodo lambendum sanguinem trado.

67 IDEM sic ait: Quid est quòd Adam dor- Homil. 6.
miente Eua producitur, nisi quòd moriente in Ezech. to. 2.
Christo Ecclesia formatur? quid est quod Isaac ad immolandũ ducitur, & portatur, aræ superimponitur & viuit, nisi quòd redemptor noster Gen. 2. Gen. 22.
ad passionem ductus, lignum sibi crucis ipse portauit, & sic in sacrificio pro nobis ex humanitate est mortuus; vt tamen immortalis maneret ex diuinitate? Quid est quòd homicida Iosue 20.
post mortem Summi Pontificis, absolutus ad terram propriam redit, nisi quòd humanum genus quod peccando sibimetipsis mortem intulit, post mortem veri Sacerdotis, Redemptoris scilicet nostri peccatorum suorum vinculis soluitur, & in paradisi possessione reparatur? Quid est quòd in tabernaculo propitia- Exo. 25.
torium fieri iubetur, super quod duo Cherubim, vnum a summitate vna, & alterum a summitate alia ex auro mundissimo ponuntur, expandentes alas, & operientes oraculum? Quid est quòd se mutuo respiciunt vultibus versis in propitiatorium, nisi quòd vtraque testamenta, ita sibi in mediatorem Dei & hominum concordant, vt quod vnum designat, hoc alterum exhibeat? Quid enim per propitiatorium, nisi redemptor humani generis designatur? de quo per Paulum dicitur: Quem Rom. 3.
proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius. Rota ergo in medio rotæ Ezec. 1.

est, quia ineſt teſtamento veteri teſtamentum nouum, & quod teſtamentum vetus promiſit, hoc nouum exhibuit, & quod illud occulte annunciat, hoc iſtud exhibitum aperte clamat.

68 In Pſal. 5. Pœnitentialem. IDEM explicans illa verba: Vigilaui, & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto, ait: Vigilauit quia a morte reſurrexit, qui enim dormiuit in morte, vigilauit in reſurrectione.

Gen. 49. Hinc Iacob in benedictione ait: Catulus leonis Iuda, ad prædam fili mi aſcendiſti, requieſcens accubuiſti vt leo, & quaſi leæna, quis ſuſcitabit eum? Iſte eſt catulus leonis, de quo in Apoca-

Apoc. 5. lypſi ad Ioannem dicitur: Vicit Leo de tribu Iuda, qui ad prædam aſcendit, quia fortem armatum fortior ſuperueniens expugnauit, arma eius abſtulit, quia iure illo quod in hominibus habere videbatur eum priuauit, ſpolia abſtulit, quia vaſa iræ fecit vaſa miſericordiæ. Hinc ergo Leo requieſcens accubuit, quia mortẽ ſponte ſubijt. Ferunt philoſophi, quòd Pelicanus filios ſuos ſtatim vt nati ſunt, interficit, poſtea vero per triduum multo dolore ſe afficit, eiſq. quodammodo naturæ affectum oſtendit; poſtea vero mater ſeipſam vulnerat, eoſq. ſanguine ſuo reſuſcitat. Quis vero pater noſter, & mater niſi mediator Dei & hominum Chriſtus Ieſus? Qui occidit in nobis omnem iniquitatem, vt meliorem inueniamus reſurrectionẽ, ſicut ipſe

Deut. 32. Oſeæ 6. ait: Ego occidam & ego viuere faciam. De eo per Prophetam ſcriptum eſt: Viuificabit nos poſt duos dies, clamat adhuc in ſolitudine caput noſtrum, cum eos vocat qui nondum agnouerunt veritatem.

69 Serm. 3. de quinque diebus proceſſionis, refectionis &c. *Luc. 22.* BERNARDVS ſic ait: Factus Dominus in agonia orabat, vbi quidem non ſolis oculis, ſed quaſi mẽbris omnibus fleuiſſe videtur, vt totum corpus eius quod eſt Eccleſia totius lachrymis corporis purgaretur. In paſſione autem ſicut totum hominem ſaluum fecit, ſic de toto ſe fecit hoſtiam ſalutarem, corpus expo nens tantis ſupplicijs & iniurijs, animum vero geminæ cuiuſdam humaniſſimæ compaſſionis affectui: hinc quidẽ ſuper mærore inconſolabili ſanctarum feminarũ, inde ſuper deſperatione, & diſperſione diſcipulorum, in his quattuor crux dominica fuit, & hæc omnia propter nos paſſus eſt, qui tãta charitate cõpaſſus eſt nobis.

70 In ſermone feriæ 4. hebdomadæ pœnoſe. IDEM ſic dicit: Vniuerſi Chriſtiani ſacra hac ſeptimana, aut præ ſolito, aut præter ſolitũ pietatem colunt, modeſtiam exhibent, humilitatem ſectantur, induunt grauitatem, vt Chriſto patienti quodammodo compati videantur. Quis enim tam irreligioſus qui non compungatur? quis tam inſolens vt non humilietur? quis tam iracundus vt nõ indulgeat? quis tam delicioſus vt non abſtineat? quis tam flagitioſus vt non contineat? quis tam malitioſus vt non pœniteat his diebus? Merito quidẽ. Namque adeſt paſsio Domini vſque hodie terram mouens, petras ſcindens, aperiens monumenta, prope eſt etiam reſurrectio eius. Nihil in mundo poterat melius fieri, quàm quod factum eſt a Domino his diebus, nihil mundo poterat melius vel vtilius commendari, quàm vt ritu perpetuo celebret, & ſingulis annis memoriale eius in deſiderio animæ, & memoriam abundãtiæ ſuauitatis ſuæ eructet. Mirabilis paſsio tua Domine Ieſu, quæ paſsiones omnium noſtrum propulſauit, propitiata eſt omnibus iniquitatibus noſtris, & nulli vmquam peſti noſtræ inuenitur inefficax. Quid enim tam ad mortem, quod non tua morte ſaluetur? In hac igitur paſsione fratres tria ſpecialiter conuenit intueri, opus, modũ, cauſam, nam in opere quidẽ patiẽtia, in modo humilitas, in cauſa charitas commendatur. Patientia autẽ ſingularis, quòd videlicet cum ſupra dorſum eius fabricarent pec catores, cum ſic extenderetur in ligno vt dinumerarentur omnia oſſa eius, cum fortiſsimum illud propugnaculum quod cuſtodit Iſrael, vndique foraretur, cõfoderentur manus & pedes, ſicut agnus ad occiſionem ductus ſit, & tamquã ouis coram tondente non aperuit os ſuum, non aduerſus Patrem murmurans a quo miſſus fuerat, nõ aduerſus humanum genus, pro quo quæ non rapuit, exoluebat; non denique neque contra populum ipſum peculiarem ſibi, a quo pro tantis beneficijs, tanta mala recipiebat. Plectuntur aliqui pro peccatis ſuis, & humiliter ſu 71
ſtinent, hoc ipſum tamen eis ad patientiam reputatur. Flagellantur alij non tam purgandi, quàm probandi, coronandiq. & maior in eis patientia comprobatur, quomodo non maxima cenſeatur in Chriſto, qui in funiculo hereditatis ſuæ ab his, quibus ſpecialiter aduenerat Saluator, crudeliſsima morte mulctabatur, ſicut fur, nullum omnino peccatum, ſed nec in quo creſcere poſſet, habens? nimirum in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, non vmbratice in quo Deus eſt mundũ reconciliãs ſibi. Faciat opus ſuũ, alienũ eſt opus ab eo, Eſaias loquitur, quia & opus ſuũ fuit, quod dedit ei Pater vt faceret, & alienũ ab eo vt talis talia ſuſtineret. Ita ergo habes in opere patiẽtiã. Modum autẽ ipſum ſi diligenter attendas, inue nies mitem & humilẽ corde; nempe in humilitate iudicium eius ſublatum eſt, cũ nec ad tantas blaſphemias, nec ad falſiſsima crimina reſponderet: Vidimus, inquit eum, & non erat ei aſpectus, non ſpecioſum forma præ filijs hominum, ſed opprobriũ hominũ, & tãquam lepro- *Eſaiæ 53.*
ſum nouiſsimũ virorũ, plane virum dolorum, a Deo percuſſum, & humiliatum, ita vt nulla eſſet ei ſpecies, neque decor. O nouiſsimum & altiſ- 72
ſimum! O humilem & ſublimem! Opprobriũ hominum & gloriam angelorũ. Nemo illo ſubli mior, nemo humilior. Deniq; ſputis illitus eſt, opprobrijs ſaturatus eſt, morte turpiſsima con demnatus eſt, cũ ſceleratis deputatus eſt, nihil ne merebitur, vel iſta humilitas, quæ hunc habet modũ, immo quę tã eſt vltra modũ? Sicut & patientia ſingularis, ſic & humilitas admirabilis, vtrãque tamẽ cauſa ipſa cõmendat, nimirũ charitas eſt, propter nimiam quidẽ charitatem ſuã, qua dilexit nos Deus, vt ſeruũ redimeret, nec Pater Filio, nec Filius ſibi pepercit. Vere ni mia quia & mẽſuram excedit, & modum ſuperat,

rat, Maiorem inquit, charitatem nemo habet, quàm vt animam ſuam ponat, quis pro amicis *Ioan. 15.* ſuis. Tu maiorem habuiſti Domine ponens eã pro inimicis. Cum enim adhuc inimici eſſemus per mortem tuam, & tibi reconciliati ſumus, & Patri. Quæ enim alia videbitur eſſe, aut fuiſſe huic ſimilis charitati? Vix pro iuſto, quis moritur, tu pro impijs paſſus es moriens propter delicta noſtra, qui veniſti iuſtificare gratis peccatores, ſeruos facere fratres, captiuos coheredes, exules Reges. Vincant miſeri- 73
cordiæ tuæ antiquæ Domine, vincat ſapientia malitiam, magna enim illorum iniquitas, ſed numquid non maior pietas tua Domine? mul- *Hier. 18.*
tum per omnem modum. Numquid redditur pro bono malum, ait, quia foderunt foueam ani mæ meæ? plane foderunt impatientiæ foueam, occaſiones indignationis plurimas, & permaxi mas miniſtrantes, ſed quia horũ fouea ad abyſſum manſuetudinis tuæ? retribuentes mala pro bonis foueam foderunt, ſed charitas non irritatur, non præcipitatur, numquam excidit, non in foueam ruit, & pro retributis malis cu- *Eccl. 10.*
mulat bona. Abſit vt muſcæ morituræ exterminent ſuauitatem vnguenti, quod de tuo corpore fluit, quia apud ſinum tuum miſericordia, & copioſa apud eum redemptio. Muſcæ moriturę miſeriæ ſunt, muſcæ morituræ blaſphemiæ ſunt, muſcæ morituræ inſultationes ſunt, quas tibi reddidit generatio praua, & exaſperans. Tu autem quid? in ipſa eleuatione manũ tuarum, cum iam ſacrificium matutinum in ho locauſtum veſpertinum tranſiret, in ipſa inquã virtute incenſi, quod cælos aſcendebat, terram operiebat, inferos reſpergebat, exaudiẽdus pro reuerentia tua clamas. Pater ignoſce illis! O quam multus es ad ignoſcendum! O quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine! O quã longe cogitationes tuæ a cogitationibus noſtris! O quam firma eſt etiam ſuper impios miſericordia tua! Mira res, ille clamat Ignoſce, *P. 74*
Iudæi Crucifige, molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula. O charitas patiẽs, ſed & compatiens. Charitas patiens eſt, ſuffi cit, charitas benigna eſt, cumulus eſt, noli vinci a malo, charitas abundans, ſed vince in bono malum. Superabundans eſt, nõ enim ſola patiẽtia, ſed & benignitas Dei Iudæos ad pœniten- *Tre. 1.*
tiam adduxit, quia benigna charitas etiã quos tolerat, amat, & amat tam ardenter, patiẽs charitas diſſimulat, expectat, ſuſtinet delinquentẽ, ſed benigna trahit, adducit, conuerti facit ab errore viæ ſuæ, denique cooperit multitudinẽ peccatorum. O Iudæi lapides eſtis, ſed lapidẽ percutitis molliorem, de quo reſonat tinnitus pietatis, & ebullit oleum charitatis. Quomodo potabis Domine deſiderantes te torrente voluptatis tuæ, qui ſic perfundis crucifigentes te oleo miſericordiæ tuæ. Filius erat, & factus eſt tamquam ſeruus. Non ſolum formam ſerui accepit, vt ſubeſſet, ſed etiam mali ſerui, vt vicem pularet, & ſerui peccati, vt pœnam ſolueret, cũ culpam non haberet. In ſimilitudinem, inquit, hominum, non hominis, quia primus homo nec in carne peccati, nec in ſimilitudine carnis peccati creatus eſt. Chriſtus enim in vniuerſali homine miſeria preſſus, & profundius ſe immerſit, ne ſubtilis ille diaboli oculus, magnum hoc pietatis deprehenderet ſacramentum. Quia habitu vt homo inuẽtus eſt, ideo crucifixus eſt. Ad hoc etiam illi ſingulari peccato ignorantiã copulauit, vt ſub aliqua iuſtitiæ vmbra ignorantibus poſſet ignoſci. Duo autem nobis in hereditatem reliquerat ille vetuſtus Adam laborẽ videlicet & dolorem, laborem in actione, dolorem in paſſione. Chriſtus Dominus laborem, 75
& dolorem conſiderauit, vt traderet eos in manus ſuas, immo ſe magis in manus eorum infixus in limo profundi, & intrauerunt aquæ iſtæ vſque ad animam eius. Vide, ad Patrẽ inquit, *Pſal. 68.*
humilitatem meam, & laborem meũ, quia pau- *Pſal. 86.*
per ego ſum, & in laboribus a iuuentute mea. Laborauit ſuſtinens, manus eius in laboribus ſeruierunt. De dolore dixit. O vos omnes qui tranſitis per viam, attendite, & videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Vere languores noſtros *Eſaiæ 53.*
ipſe tulit, & infirmitates noſtras ipſe portauit, vir dolorum, pauper & dolens. Proinde memor ero, quamdiu fuero laborum illorum, quos pertulit in prædicando, fatigationum in diſcurrendo, tentationum in ieiunando, vigiliarum in orando, lachrymarum in compatiendo. Recordabor etiam dolorum eius, cõuitiorum, ſputorum, clauorum, horumque ſimilium, quæ per eum, & ſuper eum abundantius tranſierunt. Facit ergo mihi fortitudo, facit ſimilitudo, ſed ſi acceſſerit etiam imitatio, vt ſequar veſtigia eius, alioquin etiam exquiretur a me ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terram, nec immunis ero ab illo tam ſingulari ſcelere Iudæorum, quòd videlicet tãtæ charitati ingratus fuerim, quòd ſpiritui gratiæ contumeliam fecerim, quòd ſanguinem teſtamenti pollutum duxerim, quòd conculcauerim filium Dei.

76 In hom. 3. de duobus diſcipulis euntibus in Emmaus in fine operũ. IDEM ſic ait: Opus alienum vocat Iſaias opus redemptionis, ſi conſideres, quomodo tradiderunt Chriſtum ſummi Sacerdotes, & crucifixerunt eum. Subſannauerunt ſuper te ſubſannatione, dentibus ſuis ſuper te frenduerunt, aduerſum te lætati ſunt, & conuenerunt. Crux Chriſti eſt ſtatera corporis ipſius, quam deſiderabat, qui dicebat, vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas quam patior in ſtatera. Crux facta eſt ſtatera corporis Chriſti, quod eſt Eccleſia. Cum *Iob 6.*
enim ipſe crucifigeretur appenſa ſunt, cum ipſo peccata quæ commiſimus, calamitas quam incurrimus, ipſe erat innocens, impollutus, ſegregatus a peccatoribus, & excelſior cælis conuerſatio eius, non enim inuentus eſt dolor in ore eius, & quoniam talis, ac tantus tam indi- *Eſai. 53.*
gna dignatus eſt in cruce pati, præponderare cœpit calamitas, & crimina leuigari. Cum adhuc tamen in cruce erectus ſtaret, vacillare videbatur ſtatera, nec plene cognoſcebatur, qua cadere deberet, cum inclinato capite emiſit ſpiritum, cum calamitas præponderando caderet quaſi arena maris hæc grauior apparuit. Gen-

tes

tes quasi momentum stateræ reputatæ sunt, nã in stateræ ceciderũt, quia partes aduersæ damnationis nostræ chirographum amiserunt.

77 IDEM sic ait: Ad hoc perforatum est latus tuum domine vt nobis patescat introitus, ad hoc vulneratum est cor tuum vt in illo, & in te ab exterioribus perturbationibus absoluti habitare possimus. Nihilominus, & propterea vulneratũ est, vt per vulnus visibile vulnus inuisibile amoris videamus, quomodo hic ardor melius ostendi potest, nisi quòd non solum corpus, verum etiam ipsum cor lancea vulnerari permisit? carnale ergo vulnus vulnus spirituale ostendit, & hoc fortasse innuit illud canticorum. Vulnerasti cor meum. Vbi bis positum est vulnerasti, vtriusque enim vulneris ipsa soror, & sponsa causa est, ac si sponsus aperte diceret, quia Zelo amoris tui vulnerasti me, lancea quoque militis vulneratus sum. Quis enim cor suum lancea vulnerari permitteret, nisi prius amoris illius vulnus percepisset, dicit soror & sponsa. Quare sponsa, & non vxor? paucis dico. Solent sponsæ nondum alligatæ coniugali vinculo amari ardentius quàm postea, tempore enim procedente amor ipse componitur, sponsus ergo noster, vt magnitudinem insinuet sui amoris, qui tempore non decrescit, amicam suam sponsam appellat, eo quòd illius amor semper nouus sit. Sed quia sponsæ etiam carnaliter diliguntur, vt in amore sponsi nostri nihil carnale sapias, ipsam sponsam suã sororẽ appellat. Dicit ergo, quia summe te diligo tamquam sponsam, caste, vt sororem, vulneratum est cor meum propter te. Quis illud cor tam vulneratum non diligat? quis tam amãtẽ non redamet? quis tam castum non amplectatur? diligit profecto vulneratum quæ nimio illius amore vulnerata proclamat. Vulnerata charitate ego sum, nunciate dilecto, quia amore langueo. *Infra* cap. 4. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, myrrha amaritudinem passionis significat, fasciculus vero coadunationem multarum passionum ostendit, fit ergo sponsus sponsæ suæ fasciculus myrrhæ, quando ipsum multiplicibus affectum iniurijs ad mentem reducit. Quæ sunt autem duo vbera sponsæ inter quæ illum commoraturum affirmat? duo vbera spõsæ prosperitas, & aduersitas sunt, ijs tamquam vberibus nutritur, dum aduersitate fouetur, ne in prosperis eleuetur. Ponit autem dilectum suum inter hæc vbera, dum illius, & in aduersis, & in prosperis recordatur. Ex quo euenit, vt ille qui modo fuerat fasciculus myrrhæ, ideſt qui mentem sponsæ passionum suarũ amaritudinibus amaricauerat, subito sit botrus cypri continens in se vinum iucunditatis, & lætitiæ. Exeamus igitur nos extra castra iuxta

78 monita Pauli, cum sponso nostro bono Iesu, ideſt extra concupiscentias præsentis sæculi, improperium crucis, & vinculorum asperitatem, cum illo portantes, quia non decet membrum delicatum esse sub capite crucifixo. Vinciamur vinculis passionis Iesu, vt etiam vinculis charitatis cum illo vinciri possimus. In cap. 8.

Tract. de passione Domini ca. 3.

Incipit explicare septem verba, quæ Christus protulit in cruce, quorum primum est, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Facit *Luc. 23.* bonus doctor quod iusserat, orat non solum pro persequentibus, & calumniantibus, sed etiam pro occidentibus se. Reconde in thesauro cordis tui hoc verbum, vt quotiescumque sæuiunt inimici, memoriam abundantiæ suauitatis Iesu valeas eructare, hoc clypeum contra inimicorũ insultus opponens. Pater inquit. Patris nomen posuit. Solent pueri aliquid affectuosius orare volentes, nomen paternum nominare, vt naturalem dilectionem ipsis ad memoriã reducãt, per quam facilius petitionis suæ consequantur effectum: sic & redemptor noster, quamuis sciret se a Patre semper audiri, tamen nobis com- 80 mendans, cum quanto affectu sit pro inimicis orandum, nomen posuit charitatis tãquã si diceret, per dilectionem paternam, qua vnum sumus, supplico tibi, vt exaudias me pro his occisoribus meis ignoscendo, agnosce filij tui amicitiam, vt inimicis ignoscas. Secundum Domini verbum est, quod Iesus dixit Latroni. Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso. Quàm subito ex hoste latro factus est ami- *Ibid.* cus, ex alieno familiaris, de extraneo proximus, de latrone confessor! O quanta latronis fiducia! Omnis mali, nullius boni conscius sibi, transgressor legis, vitæ simul, & substantiæ raptor alienæ, positus in ianuis mortis, spem vitæ futuræ, quã toties demeruerat, eam requirere non formidat. Sed intueri oportet qualis fuerit homo iste, ne si causam spei nesciamus, in præsumptionis vitium incidamus. Omnes discipuli, & electi de mundo a Domino in tantarum pressurarum molestia, in tãtis opprobrijs, percusso pastore velut erraticæ oues sunt dispersi signorum immemores diuinorum, & nũc latro inter tot opprobria, & miserias, immo & inter tot tormenta crucis, & mortis, prius non cognitum confitetur, & ab eo fiducialiter petit auxilium, qui auxilio videbatur indigere. Iste quem viuentem negauerat, confitetur morientem. Orat vero in fide, & spe & charitate dicens. Domine memento mei, dum veneris in Regnum tuum. Credit profecto in eum, quem Dominum, & Regem appellat, quis autem petit hoc, quod non sperat? amat vero eum, cui coniungi desiderat. Quid tali oratori illi bo- 81 nus Pater negaret, qui eum incitauerat, vt rogaret præsertim, cum in sede sponsali, in die nuptiarum sederet? sedes sponsalis crux erat, in qua verus sponsus sponsam suam Ecclesiam sibi copulauit ipsam sibi proprij sacrati sanguinis effusione subarrhans. Hodie mecum eris in paradiso. Mecum eris, non dico eris in paradiso, quomodocumque, aut cum Angelis eris, sed mecum eris in paradiso deliciarum, satiabe ris eo, quẽ desideras, videbis in maiestate, quẽ confiteris in infirmitate. Nec differo quod promitto, quia hodie mecum eris in Paradiso. Tertium verbum est, mulier ecce filius tuus, *Ioan. 19.* ecce mater tua. O quàm Munificus factus es bone Iesu Rex, & sponse in nuptijs tuis! Quàm

large

large quæ habuisti omnia tradidisti. Ecce ipsis crucifixoribus tuis orationis affectum, latroni paradisum, matri filium, filio matrem, mortuis vitam, manibus Patris animam tuam, toti mundo signa potentiæ tuæ contulisti. Pro redimendo seruo non ex parte, sed totum sanguinem ex multis, & largis foraminibus effudisti, proditori tuo reatus sui pœnam, terræ corpus non corrumpendum, sed ad tempus tradidisti.

83 In tribus verbis quæ dixi tres charitatis species mihi cõmendari videntur, vna quæ habetur ad amicos etiam reconciliari volentes, & hæc est admiranda dilectio, diligere enim inimicos magis diuinum est quàm humanum. Secunda quæ habetur ad eos, qui aliquando fuerunt inimici, sed petita reconciliatione in gratiam sunt recepti. Tertia quæ habetur erga eos qui nunquam fuerunt inimici. Prima charitatis species nobis commendatur in primo verbo, ubi Dominus orat pro inimicis, secunda vbi Latroni petenti paradisum promittit, ter- *Matt. 15.* tia vbi amicos præcipuos committit. Quartũ verbum est, Eli Eli Lamazabacthani. Caue ne propter clamorem putes ad impatientiam dilapsum Dominum Iesum. Cum enim in summa crucis esset amaritudine nihil exiuit de eius cordi nisi dulcedo. Si patienter sustinuit Iob miserias suas, quanto patientius putes sustinuisse crucem suam, pro qua sustinenda venerat? verba ista, Vt quid dereliquisti, pro se, & Ecclesia accipienda sunt, volens enim charitatem quam habet ad ecclesiam suam commendare, se in omnibus membris suis passurum ostẽdit, quia nunc in capite sustinuit passionem, hoc est in proprio corpore; clamat autem se derelictum quia multa membrorum suorum ad tantam tribulationem erant vẽtura, vt a Deo de- 83 relicta penitus viderentur, quorum personã *Psal. 70.* gestabat ille, qui dicebat, Qui custodiebant animam meam consilium fecerunt in vnum dicentes, Deus dereliquit eum persequimini, & comprehendite quia non est qui liberet eum. Quòd & ipsi Domino improperatum est in tormento *Luc. 23.* crucis. Si Filius Dei es, saluum te fac. Potest, & ita accipi quòd Dominus præuidens aliquos immo plurimos in corpore suo qui perpeccata ab vnitate Ecclesiæ erant recessuri, illorũ personam in se transfigurando clamat, vt quid dereliquisti? ac si diceret, quare aliquis eorum abijt retrorsum, vt pereat ab vnitate corporis mei, qui tanto cruciatu mihi sunt uniti? Adhæsit in terra venter meus, per ventrem quæ est infirmior pars hominis signantur illi, qui carentes patientia, & firmitate perseverantiæ, & propter hoc in acerbitate tormentorũ deficientes adhæserunt in terrã, ideſt terrenis consilijs, & actionibus consenserunt. Quintum *Ioan. 19.* verbum fuit Sitio. In quo immensitatem nobis ardentissimæ charitatis voluit commendare, quia ab homine sitiente multo ardentius desideratur potus, quàm cibus ab esuriente. In se ergo ostendens Dominus Iesus desiderium illius rei, quæ ardentissime concupiscitur per illam figurari ardorem suæ charitatis ostendit, desiderium ardentissimum salutis nostræ ipsũ credimus sitiuisse. Quia cum instaret hora passionis procedens ad orationem, & procidens dixit, Pater mi si possibile est transfer hunc ca- *Matt. 26.* licem a me, & hoc non tantum semel, sed secundo, & tertio fecit. Per calicem quem bibitu- 84 rus erat, proculdubio passionem significans, nunc vero eodẽ calice iam ebibito dixit, Sitio. Quid est hoc bone Iesu antequem gustes petis calicem omnino auferri, & postquam bibisti sitis. Mirabilis potator es tu. Numquid vino iucunditatis, & non potius vino compunctionis, & summæ amaritudinis repletus fuit calix tuus? immo vero cõpunctionis amarissimæ plenus es, qui non sitim, sed potius potanti fastidium generare deberet. Sed vt existimo ante passionem calicem tui Patris a te transferri orasti, non vt passionem declinares, sed ne putaret quis te verum hominem amaritudinem non sensisse propter charitatis vnionem. Vnde ter petendo, vt calix transiret acerbitatem passionis tuæ indicasti, sed post dicens sitio, dilectionis erga nos tuæ magnitudinẽ commendasti, quasi diceres, quamuis passio mea tam acerba fuerit, vt quantum ad humanitatis sensum illam declinare potuerim, tamen tua o- homo me charitate vincente, & ipsa tormenta crucis superante, adhuc plura, & maiora, si necesse fuerit sitio subire tormenta, nihil enim est quod detrectem pro te pati, pro cuius pretio animam meam pono. Sextum verbum fuit, 85 Cõsummatum est. In quibus verbis virtus perseuerantiæ commendatur, docens vt nos in omnibus aduersitatibus nostris virtutem perseuerantiæ conseruemus, vt ad finem omnium passionum nostrarum ipso Iesu duce venientes cũ ipso possimus dicere, Cõsummatũ est, hoc est tuo adiutorio bonũ certamen certaui, cursum consummaui. Quia nimirum virtus boni operis perseuerantia est. Huic soli redditur corona iustitiæ. Quid enim prodest esse bonum, sapientem, potentem, si non perseueraueris vsque in finem? bonus erat Saul, sed cecidit, & reprobus factus est. Quis sapientior Salomone? sed deficiens a præceptis Domini, & coniunctus mulieribus gentilibus fabricauit dijs, immo dæmonibus illarum templa. De quantis legimus in vitis patrum viris potentibus, in vigilijs, ieiunijs, & laboribus supra modum humanũ, qui ceciderunt, quia non perseuerauerunt vsque ad finẽ. Lauda nauigantis felicitatẽ, sed cum venerit ad portum. Vltimum verbũ *Luc. 13.* est in manus tuas commendo spiritum meum. In quibus verbis docere voluit nos qui terrasumus, vt spiritum nostrum disceremus Patris æterni manibus commendare, ne ab huius mundi principe cum a corpore egressus fuerit comprehendatur, qui in nobis heu non pauca, quæ ad ipsũ pertineãt, inueniet. Si orauerimus pro inimicis, si pœnitentibus qui in nos peccauerunt ex toto corde remiserimus, si proximis nostris mutuam rependerimus charitatem, 56 si in omnibus tribulationibus nostris sperauerimus in eo, qui propter nos homo factus est

si ar-,

si ardenti desiderio proximorum salutem desideraverimus, & postremo si in bonis operibus perseverauerimus vsque in finem, poterimus dicere æterno Patri cum Domino Iesu. In manus tuas Domine commendo spiritum meum. Semper orantes dum viuimus, vt in his verbis, quibus ipse spiritum emisit, præstare dignetur, nos etiam spiritum nostrum emittere, & suis efficaciter manibus commendare. *Infra.* Si nec adhuc commoueris, o cor durum, & impatiens, durius es silice, qui in deserto a Moyse bis percussus virga misit aquas largissimas, præsertim cum malleus crucis Domini validior sit ad feriendum, quàm virga Moysi, & tres claui ferrei tibi incussi efficaciores esse debent, ad aquam lachrymarum eliciendam, quàm percussio virgæ Moysi geminata. Si vero adhuc permanes inconcussus, eo quòd in adamãtis duritiem sis conuersus, qui solo hædi sanguine potest molliri, affero tibi hædi pariter, & agni incontaminati optimi Iesu sanguinem copiosum calore incomparabilis charitatis feruentem, qui sua fortitudine illum adamantinum pariter omnino comminuit, & dissoluit. Certum est humano sanguini præ ceteris tantam naturaliter inesse dulcedinem, vt cum a bestia qualibet semel gustatus fuerit, illum de cetero semper gustare desideret, ita vt alijs animalibus postpositis sanguini insidietur humano, & in mortem corruant pro illo acquirendo. Quantum in se credis habere dulcedinis sanguinem filij hominis Iesu Christi? ecce sitiunt bestiæ sanguinem hominis, & non sitiam ego sanguinem Filij Dei? Bestiæ quantum plus gustauerint, tanto plus sitiunt sanguinem humanum, & ego fastidiam sanguinem Dei, & hominis Iesu? bestię corruũt in mortem suam dulcedine sanguinis humani attractæ, ego non festinabo ad vitam meam, & sanguinem rubicundi Iesu, & candidi?

87 AMBROSIVS adducit historiã Samsonis leonem occidentis, sic ait: Vtinam tam cautus ad seruandam gratiam, quàm fortis ad superandam bestiam, & fortasse hoc non solum virtutis miraculum, sed etiam sapientię mysteriũ, prophetiæ oraculum fuit. Neque enim otiosum videtur, quòd cum tenderet ad mysterium nuptiarum leo rugiẽs occurrit ei, quem manibus ille discerpsit, in cuius corpore connubio potiturus optato congregationem apum reperit, & mel sustulit de ore eius, quod patri tribuit edendum, & matri. Habebat gentium populus mella, qui credidit, qui populus feritatis erat ante, nunc Christi est. Neque ipsa quæstio vacat sacramentis, quam proposuit sodalibus suis dicens. De comedente exiuit cibus, & de potente exiuit dulcedo. Denique eo vsque mystica, vt tribus diebus eius reuelatio quæreretur, quę non potuit, nisi per fidem Ecclesiæ die septima completo legis tempore post passionem Domini reuelari, sic enim habes, quia & Apostoli, ideo non intelligebant, quia Iesus nondum fuerat glorificatus. Quid inquit dulcius melle, quid fortius leone? ad quæ ille respondit. Si non domuisetis vitulam meam, nõ inuenissetis quæstionem meam. O diuinum mysterium, o euidens sacramẽtum! euasimus interemptorẽ, potentem vicimus, ibi nunc cibus vitæ est, vbi erant ante miseriæ, fames, mortes, in salutem pericula, in suauitatem amaritudo cõuertitur, gratia ex offensione processit, potentia ex infirmitate, vita de morte. Sunt tamen qui e cõtrario putant fundari non potuisse coniugium, nisi occiso leone de tribu Iudæ, & ideo in corpore eius hoc est Ecclesia apes repertas, quæ condũt mella sapientiæ, quia post Domini passionem magis Apostoli crediderunt. Hunc igitur leonem Samson quasi Iudæus occidit, & in eo mel in figura redimendæ hereditatis inuenit, vt reliquiæ saluæ fierent secundum electionem gratiæ, &c. *& statim ait:* Rursus hic alia oboriuntur mysteria, quòd vxor eius aufertur, & ideo vulpes incendunt manipulos alienigenarum, eos enim qui aduersus diuina sacramenta contendant decipere sua consueuit astutia, vnde iterum cum dicit in Canticis Canticorũ, prehẽdite nobis vulpes pusillas exterminantes vineas, vt vineæ nostræ floreant, bene pusillas vulpes dixit, quia maiores vineas exterminare non poterant, licet fortibus, & diabolus sit pusillus, &c.

88

Libro 2. de Spiritu sancto in prologo to. 4.

Iud. 16.

89 IDEM explicat illud, Exiet virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Radix Iesse patriarchæ familia Iudæorum, virga Maria, flos Mariæ Christus, qui bonum odorem fidei toto sparsurus orbe virginali ex vtero germinauit, sicut ipse dixit, Ego flos campi, & lilium conuallium, flos odorem suum succisus reseruat, & contritus accumulat, nec auulsus amittit: ita & Dominus Iesus in illo patibulo crucis, nec contritus emarcuit, nec auulsus euanuit, sed illa lanceæ punctione succisus sacro speciosior fusi coloris cruore vernauit, mori ipse nescius, & mortuis æternæ vitæ munus exhalans, in hoc igitur Spiritus sanctus virgæ regalis flore requieuit, &c.

Lib. de Spiritu sancto c. 5. eod. to. Cant. 2.

90 IDEM explicat illud. Aggæi 2. adhuc modicum, & ego mouebo cęlum, & terram, &c. ait: Mouerat ante hæc, cum de Ægyptò liberaret populum suum, quando in cælo columna erat ignis, terra inter fluctus, murus in mari, via in aquis, in deserto messis quotidiana frugum cælestium multiplicabatur, petra soluebatur in fontes aquarum; sed mouit, & postea in passione Domini Iesu, quando cælum tenebris obductum Sol refugit, petræ sciissæ, tumuli aperti, mortui resuscitati, draco victus in fluctibus suis vidit piscatores hominum, non solum nauigantes in mari, sed etiam ambulantes sine periculo, desertum quoque motum, quando infructuosus nationum populus in messem cœpit deuotionis, & fidei flauescere, & eo vsque deserti, & gentium commotio facta est, & vt Apostolorũ quos direxit ad gentes vocandas tanta esset, & tam vehemens prædicatio, vt in omnem terrã exiret sonus eorum, & plures fierent filij desertæ, quàm eius, quæ habebat virum, &c.

Lib. 3. epist. 12. to. 5.

91 IDEM sic ait: Mirum videtur, quod Dominus apud Pilatum accusaretur, & taceat, tacetur-

Serm. 40. de accusato Domino apud Pilatum, & de Sussanna to. 5.

Ioan. 19. citurnitas enim interdum pro consensu habetur, bene tamen tacet, qui defensione non indiget. Ambiat defendi, qui metuit superari, Christus autem cum condemnatur superat, cum iudicatur vincit, sicut ait Propheta, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris, vincet enim cum iudicatur Christus, quia sic innocens approbatur, vnde ait Pilatus: Innocens ego sum a sanguine iusti huius. Taceat lingua necesse est vbi æquitas sibi adest, nolo sic defendi iustitiam, sicut solet iniquitas excusari, &c. Sed quid de Christo loquar? Susanna mulier tacuit, & inimicos vicit, & tacente lingua in sancta femina pro ea castitas loquebatur, castitas enim Susannæ affuit in iudicio, quæ eam defendit, & in paradiso castitas Susannæ presbyteros, & impudicos conuicit, in paradiso, & in iudicio falsos accusatores obtinuit, pudicitiæ autem causam, nisi vir pudicus Daniel puer iunior, necdum pubescentis ætatis audire nõ debuit. Cognito ergo Daniel Susannæ negotio ait: Mundus ego sum a sanguine huius. Hac ergo voce Daniel vtitur circa Susannam, qua circa Dominum vsus est Pilatus, ait enim. Mundus ego sum a sanguine huius iusti. Sed Daniel melius, quàm Pilatus, ille enim pudicũ sanguinem non condemnat, sed liberat, hic autem iustum sanguinem, & confitetur, & tradit. Quid enim profuit testimonium perhibuisse innocentiæ, & velut reum addixisse nequitiæ? ipse enim iniquitatis suæ testis est, qui ore absoluit, & corde condemnat, lauerit licet manus suas Pilatus tamen sua facta non diluit, Daniel ergo melius quàm Pilatus, ille peccantis populi reuocauit errorem, hic autem furentis synagogæ sacrilegium confirmauit.

Dan. 3.

92 IDEM sic ait: Iudas Iscarioth propria sententia condemnatus est, dignum enim se morte iudicauit, quòd Christum vitam omniũ tradidisset, restituit pecuniam Pharisæis, sed nec Pharisæi eam accipiunt, videte quanta vis dominicæ sit pecuniæ, quam inde Iudas reijcit, hinc Pharisæi in loculos non recludunt, iusti enim sanguinis pretium pertimescit iniquitas possidere, consilium tamen ineunt Pharisæi, vt ex ea ager figuli comparetur in quo peregrinorum corpora collocentur, quod quidem prouidentia factum puto, vt pretium Saluatoris nõ peccatoribus sumptum præberet, sed peregrinis requiẽ subministraret, vt iam exinde Christus, & viuos sanguinis sui passione redimat, & mortuos pretiosa passione suscipiat, &c.

Serm. 51. de Iuda Iscarioth to. 5. Matth. 27.

93 IDEM consequenter ad ea quæ dixerat Sermone 48. sic ait: Ego dico non minorem Ioseph affectum fuisse, quàm Mariæ, siquidem illa vtero Dominum hic corde concepit, illa Saluatori membrorum suorũ secretum præstitit, hic secretum sui corporis non negauit, illa Dominum pannis inuoluit, cum natus est, hic linteis, cum recessit, illa perunxit beatum corpus oleo, hic aromatibus honorauit, conueniunt ergo sibi obsequia, conuenit & affectus, vnde necesse est, & meritum conuenire, nisi quòd Angelus Mariam ad obsequium admonuit, Ioseph autẽ sola iusticia persuasit Ioseph igitur in suo sepulchro posuit Dominũ. Videamus quare Saluator in aliena sepultura ponatur, ideo in aliena sepultura ponitur, quia pro aliena moriebatur salute. Mors enim non illi illata est, sed nobis delata, vt quid ergo ei propria sepultura, qui in se mortem propriam non habebat? Vt quid illi tumulus in terris, cuius sedes manebat in cælis? vt quid illi sepultura, qui tridui tantum temporis spatio nõ tam in sepulchro mortuus iacuit, quàm velut in lectulo dormiens cõquieuit? Sepulchrum autem mortis est habitaculũ necessarium, necessarium ergo non erat mortis habitaculum Christo, qui vita est, neque opus habebat semper viuens domicilio defunctorũ, vnde & illa Maria, quæ Dominum inter ceteros defunctos in sepulchro quærebat arguitur, & dicitur illi. Quid quæris viuentẽ cum mortuis? ideſt, quid quæris apud inferos, quem redijsse iam constat ad superos, &c.

Matt. 27.

94 IDEM applicat historiam Ioseph ad passionem Domini. Ecce somniator venit, venite occidamus eum, & videamus quid prosint illi somnia sua, hoc scriptum est, de Ioseph, completũ est de Christo, quando Iudæi in eius passione dicebant, si Rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credimus ei, confidit in Deum liberet eum nunc, si vult, &c. Quòd Ioseph venditus est, patet idipsum de Christo, quòd autem dixerunt tradamus Ioseph Ismaelitis, manus autem nostræ non sint iniectæ super eum, Iudæi in Domini passione dixerunt, Nobis non licet interficere quemquam. Quod exutus est tunica, ideſt carnem quam assumpsit, exutus est decoram diuersitatem virtutũ, ergo tunica eius, ideſt caro, non diuinitas cruentata est, & indumentum ei carnis non immortalitatem vitæ auferre potuerunt. Hanc tunicam Iudaicæ bestiæ cruentauerunt illæ, de quibus dicit, Lucæ 10. Ecce ego mitto vos, sicut agnos inter lupos. Quod autem lacus siccus erat, quid mirum, si Iudæorum lacus aquam non habebat, qui dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & fecerunt sibi lacus contritos? vnde de se Dominus ait: Posuerunt me in lacu inferiori. Illud quoque quòd hædi sanguine respersserunt tunicam eius videtur significare, quoniam falsis testimonijs appetentes in inuidiam deduxere peccati omnium peccata donãtem. Nobis agnus est, illis hædus, nobis abstulit peccata, illis delicta cumulauit, ideoque ait: Implete mensuram patrum vestrorum. Merito Iacob posteritatis deplorans dispendia, quasi pater filium flebat amissum, quasi propheta flebat interitum Iudæorum, denique scidit etiam vestimentum suum, quòd in passione Domini factum legimus a principe sacerdotum, in quo esset non priuata persona, sed publicum munus officij, & velum templi scissum est, & profanata mysteria, vt esse nudatus populus salutaribus indumentis, diuisum regnum talibus manifestaret insignibus destruendum, quia omne regnum in se diuisum destruetur. Et vere diuisum, quando hoc, quod erat Christi cœpit esse etiam diaboli, &c.

Lib. de Ioseph Patriarcha c 3. to. 1 Ibid.

Matt. 25.

IDEM

95 IDEM explicat benedictionem Ruben, & applicat populo Iudæorum, ipse enim dictus
Lib. de benedictionibus Patriarcharum, c. 1 tom. 1. est primogenitus Israel, & duræ ceruicis, & ascēdit cubile patris, & thorū polluit sanctum,
Genes. 49. hoc est carnem Domini Iesu conditoris nostri patibulo affixit crucis, in qua velut in quodam cubili, & patrio thoro sancti eius salutari refectione requiescunt, &c.

96 IDEM super illud Hereditate acquisiui te-
Sermone 14 in psal. 118 tom. 5. stimonia tua in æternū, &c. sic ait: Passio Christi imago fuit regni cælestis, nemo audiuit in
Luc. 23. plateis vocem eius, quia illo silentio passionis suæ clamorem omnem in posterum impiæ vocis abolebat, nolebat fleri, quia dicebat ad filias Hierusalem. Filiæ Hierusalē nolite me flere, sed vos ipsas flete. Ablaturus enim omnes lachrymas suæ beneficio crucis, in passione propria futurę instar beatitudinis exibebat, vt nemo fleret, nisi qui Christi beneficia non teneret, &c.

97 IDEM super illud, Pater si possibile est,
Lib. 10. in Lucā, to. 3. tranſeat a me calix iste, ait: Ego nusquam magis pietatem Domini admiror, maiestatemque
Matt. 26. quàm cum susceptam ad tempus video, in illo infirmitatem, minus enim contulerat mihi, nisi meum suscepisset affectum, ergo pro me doluit qui pro se nihil habuit, quod doleret, & sequestrata delectatione diuinitatis æternæ, tædio meæ infirmitatis afficitur, suscepit enim tristitiam meam mihi suam lætitiam largitur, & vestigijs nostris descēdit vsque ad mortis ærumnam, vt nos suis vestigijs reuocaret ad vitam, confidenter ergo tristitiam nomino, quia crucem prædico, neque enim speciem incarnationis suscepit, sed veritatem, debuit ergo, & dolorē susc ipere, vt vinceret, & tristitiam nō excludere. Neque enim habent fortitudinis laudem, qui stuporem magis vulnerum tulerint, quàm dolorē, & nos voluit erudire, vt quia in Ioseph didiceramus carcerem metuere, mortem vincere discēremus in Christo, & quod est amplius, quemadmodum futuræ mortis mæstitiam vin-
98 ceremus. Sed quid mirum, si moriturus pro omnibus tędiat, qui Lazarum resuscitaturus illachrymat? & fortasse ideo tristis est, quia post Adæ lapsum tali transitu nobis erat ex hoc sæculo recedendū, vt mori esset necessariū. Deus enim mortem non fecit, neque lætatur in perditione viuorum, & ideo fastidit quod ipse nō fecit, &c. Tristis est anima mea. Tristis autem est non ipse, sed anima, non est tristis sapientia, non diuina substantia, sed anima, suscepit enim animam meam, susceipit corpus meum, non me fefellit vt alius esset, & aliud videretur, tristis videbatur, & tristis erat, nō pro sua passione sed pro nostra dispersione, tristis erat quia nos paruulos relinquebat. Neque illud distat a vero, si tristis erat pro persecutoribus suis, quos sciebat immanis sacrilegij pœnas daturos & ideo dixit, transfer calicem hunc ame, non quia Deus Dei filius mortem timebat, sed quia
Luc. 23. malos pro se perire nolebat. Denique ait. Pater ne statuas illis hoc peccatum. Ne exitialis esset populo passio sua, quæ esset omnibus salutaris, &c.

Circa illud. Iuda osculo filium hominis tradis, &c. ait. Magna diuinæ significatio potestatis. Ostendisti Domine quem proderet, dum occulta manifestas, ostendisti quem traderet, dum dicis filium hominis, quia caro nō diuinitas comprehenditur, illud tamen plus cōfutat ingratum quòd eum tradiderit, qui cum esset Dei filius propter nos tamen filius hominis esse voluisset, quasi dicat, propter te susceipi ingrate quod tradis. In hypocrisi ergo interrogationem pronunciandum puto, quasi amantis affectu corripiat proditorem. Iuda osculo filium hominis tradis? Hoc est, amoris pignore vulnus infligis, & charitatis officio sanguinem fundis & pacis instrumento mortem irrogas? seruus Dominum, discipulus prodis magistrum? electus auctorem? Hoc est illud. Vtiliora vulnera amici quàm voluntaria oscula inimici. Tunc manus iniecerunt in eum. O amentes, o perfidi, non sic comprehenditur sapientia, nec sic tenetur iustitia, &c.
99 Luc. 22. Prou. 2 Luc. 22.

100 IDEM: Petrus eruditus in lege, promptus affectu, qui sciret Phineæ reputatum ad iustitiam, quòd sacrilegos peremisset, percussit principis seruum, sed Dominus vulnera cruenta deterſit, mysteria diuina subiecit, vt seruus principis mundi, hoc est, non naturæ condicione, sed culpæ, sęcularium famulus potestatum auris suæ vulnus exciperet, quia non audisset verba sapientiæ. Aut si Petrus volens percussit aurem, docuit quòd aurem habere in specie non deberent, quam in mysterio non haberent, sed bonus Dominus & ipsi refundit auditum, secundum prophetica dicta demonstrans, & ipsos si conuertantur posse sanari, qui in passione Domini vulnerati sunt, eo quòd omne peccatū fidei mysterijs abluatur. Aut fortasse, ideo aurem tulit, ne amplius delinquerent audientes, qui audita seruare non possunt, sic & aliquando confudit Deus linguas extruentium turrem ne se audirent & opus suæ impietatis augerēt, &c. Illi iusto mortem inferebant, persecutorum vulnera iste sanabat.

101 IDEM Super illud, Petrus autem sequebatur eum a longe agens de negatione Petri ait:
Luc. 23 Vbi tamen negat Petrus? non in monte, non in templo, non in sua domo, sed in prætorio Iudæorum, in domo principis sacerdotum, ibi negat, vbi veritas non est, ibi negat vbi Christus ligatus est, quomodo enim non erraret, quem intromisit ostiaria & interrogarit ostiaria, & ostiaria Iudæorum. Male Eua induxit Adam, male Petrum introduxit femina, sed ille in paradiso labitur, vbi non venialis culpa, hic in prætorio Iudæorum vbi difficilis innocentia, illi interdictus lapsus, huic prædictus error, &c.

102 IDEM Super illud, Et indutum illum veste alba remisit &c. ait. Non otiosum quòd veste alba induitur ab Herode immaculatæ tribuens indicia passionis, quòd Agnus Dei sine macula cum gloria mundi peccata susciperet, in typo etiam Herodis atque Pilati, qui amici ex inimicis per Iesum Christum facti sunt plebis

bis Israel, & populi gētilis figura seruatur, quod per Domini passionem vtriusq. sit futura concordia, ita tamen, vt prius populus nationum capiat Dei verbum, & ad populum Iudæorum fidei suæ deuotionem transmittat, vt illi quoq. gloria maiestatis suæ corpus vestiant Christi,
Matt. 27. quem ante despexerant, &c. Chlamydē autem coccineam induitur a militibus, & purpureā tunicam, in altera designās martyrum palmas, in altera regiæ potestatis insignia, quod caro eius fusum toto orbe terrarum sanguinem esset susceptura pro nobis & passio Regnū paritura de nobis, corona quoq. de spinis capiti eius annexa, quid aliud quā diuini operis munus ostendit, quod de peccatoribus mūdi tanquam sæculi pœnis, triūphalis Deo gloria quæreretur? detestabili itaq. mētis affectu, honorātū tamē Iudæi exitū produnt, nam & compungentes corde nant, & illūdentes adorant, etsi corde non crednunt quem perimunt confitentur. Illis licet defuit boni operis affectus, Deo tamen suus nō defuit honor, qui salutatur vt Rex, coronatur vt victor, quasi Deus, & Dominus adoratur, arūdo quoq. vel secundū Matthæū cōprehenditur manu eius, vt humana fragilitas, iā non sicut arundo moueatur a vento, sed operibus Christi cor-
103 roborata fundetur, &c. Loquens de crucis Chri
Ioan. 19. sti portatione, & vestimentorum regalium depositione ait, Bonus ordo nostri profectus, vt prius crucis suæ trophæū ipse erigeret deinde martyribus traderet erigendum. Nō Iudæus est qui crucē portat, sed alienigena atq. peregrinus, nec præcedit, sed sequitur, iuxta quod scriptū est, Tolle crucē tuā, & sequere me, non enim suam, sed nostrā crucem Christus ascendit, nec mors illa diuinitatis, sed quasi hominis fuit. Pulchre autē ascēsurus crucē regalia vestimēta deposuit, vt scias quasi hominē passū esse nō quasi Deū Regē, etsi vtrūq. Christus, quasi hominem Deū Regē, etsi vtrūq. Christus, quasi hominem tamen non quasi Deū crucifixū. Nunc quoniam trophæum, iam vidimus currū suū triumphator ascendat, non arborū truncis aut quadriiugis plaustris manubias de mortali hoste quæsitas, sed patibulo triumphali captiua de sæculo spolia suspendant, non hic reuinctis post tergū bra-
104 chijs gētes, neq. excisarū vrbiū magines oppido
rūq. captorū sim ulacra cernimus, aut submissa captiuorū Regū colla miramur (qualis humanorū solet esse species triūphorū) nec victoriæ terminos regionis fine distinctos, sed ouātes populos nationū quæsitos non ad suppliciū, sed ad præmiū, Reges liberis affectibus adorantes, voluntarijs vrbes studijs deditas & in melius reformatas imagines oppidorū, quas nō fucus expresserit, sed deuotio colorauerit, fidei arma victoriarumque iura toto orbe currentia captiuum principem mundi, & spiritualia nequitiæ, quæ sunt in cælestibus obediētia imperio vocis humanæ, subditas dominationes variarūq. virtutū species, non sericis, sed moribus emicātes. Fulget castitas, fides splendet, & induta mortis exuuijs deuotio fortitudinis iam resurgit, vnius Dei triūphus fecit omnes prope iam homines triūphatores crux Domini. Refert igitur cō siderare qualis ascēdat, nudū video, talis ergo ascendat, qui sæculū vincere parat, vt sæculi adiumenta non quærat. Victus est Adam qui vestimenta quæsiuit, vicit ille qui tegumenta deposuit, & talis ascendit quales nos auctore Deo natura formauit, talis in paradiso homo primus habitauerat, talis ad paradisum homo secūdus intrauit, & vt non sibi soli, sed omnibus vinceret manus extendet quo oia traheret ad se, &c.

105 Agens de titulo crucis ait. Merito supra cru
Ioan. 19. cem titulus, quia non humani corporis, sed diuinæ potestatis, & Regnū, quod habet Christus. Merito supra crucem titulus, quia licet in cruce erat Dominus Iesus, supra crucē tamen Regis maiestate radiabat. Ipse autē crucis locus, vel in medio, vt conspicuus omnibus, vel supra Adæ, vt hebræi disputant, sepulturam. Cōgruebat quippe, vt ibi vitæ nostræ primitiæ locarentur, vbi fuerant mortis exordia, &c. Supra illud, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso, ait. Pulcherrimū affectandę conuersionis exem Luc. 23. plum, quod tam cito latroni venia relaxatur, & vberior est gratia, quam precatio, semper enim plus Dominus tribuit quā rogatur, ille enim rogabat, vt memor sui esset Dominus, cum venisset in regnum suum, Dominus autem ait, Amen amē dico tibi, hodie mecū eris in paradiso, &c.

106 IDEM Super illud, Stabant autem mulieres hæc videntes, &c. Stabat, & mater cum
Ioan. 19. studio pietatis, quæ sua pericula posthaberet, sed & Dominus suspensus in cruce, qui sua pericula contemneret pio matrem commendabat affectu, quòd non otiose Ioannes pluribus prosecutus est, & solus me docet, quod alij non docuerunt, quemadmodum in cruce positus appellauerit matrem putans pluris, quod victor suppliciorum, atque pœnarum victor diaboli pietatis officia diuidebat, quàm quod regnum cæleste donabat. Nam si religiosum est, quod latroni venia donatur a Domino, multo religiosius, quòd mater honoratur a filio, nec præposterum iudicetur, quòd prius latronis absolutionem, quàm matris appellationem scripsit, qui enim venerat saluos facere peccatores, nō absurdū si prius suis scriptis susceptū munus in redimēda salute peccatoris impleuit, &c. Fugientibus autem Apostolis ante crucem Maria stabat & pijs spectabat oculis filij vulnera, quia expectabat non pignoris mortem, sed mundi salutē, aut fortasse, quia cognouerat per filij mortem mundi redemptionē, aula regalis putabat se, & sua morte publico muneri aliquid adiutoram, sed Iesus non egebat adiutore ad omnium redemptionem, quia dixit, factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber, &c.

Hic denique probat Beatus Ambrosius Ma- Psal. 97.
riæ virginitatem, per hoc, quod commendatur Ioanni viuente Ioseph, & sic ait: Quo loco vberrimum testimonium Mariæ virginitatis adhibetur, neque enim abrogaretur vxor marito, sed quæ pro mysterio coniugium prætexuit, completis mysterijs iam coniugio non egebat, &c.

IDEM Super illud ad Galatas 3. Christus nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictum ait, &c. Sicut in lege hostia pro

peccatis oblata peccatum nuncupabatur propterea pro maledictis oblatus factus est maledictum, nam & a Iudæis factus maledictum dum quasi peccator occiditur, ideo non dixit factus pro nobis maledictus, sed maledictum. Is enim, qui propter peccatum proprium morti offerebatur, maledictus fiebat, in sua enim causa moriebatur, & si propius aspicis videbis Christum maledictum eorum factum, a quibus occisus est, crux enim Saluatoris peccatum & maledictum est Iudæorum, &c. Super illud ad Gal. 3. mediator, hoc est, arbiter non est vnius, sed duorũ, cum enim duo populi inuicem aduersum se dimicarent semper dissidentes, & inimici diuersitate doctrinę, Saluator horũ arbiter venit amputãs vtriusq. populi, per quod discordabant, vt possent esse pacifici, abstulit ergo gentibus numerum Deorum, & famulatum elementorũ, quod scandalum erat Hebræis, abstulit a Iudæis opera legis, idest, neomenias, circumcisionem, & curam sabbati, & discretiones escarum & cetera quæ abominabantur gẽtiles, & sic facti sunt pacifici, qui prius erant inimici, &c. Hunc eundẽ sensum ad Ephesios prosequitur dicens: Ipse enim est pax nostra qui fecit vtraq. vnũ, & medium parietem macerię soluẽs inimicitiam in carne sua legem mandatorum in decretis euacuans, vt duos conderet in se vno nouo homine faciens pacem, &c. Si vno nouo homine fecit pacem ambobus, vtiq. abstulit, per quod dissidebant, & hoc eis statuit data lege sua, per quod essent pacifici, &c.

Ephes. 2.

Christi Domini crux laudatur, cui cum ipso configi debent homines. Cap. XI.

1 Hom. 5. in Exod. to. 1. *Exod. 17.*

ORIGENES Præter multa quæ habentur capite anteriori, sic ait. Vere illud impletur in nobis, in Moyse dedit figurã, cũ enim ipse eleuaret manus, vincebatur Amalech, si vero velut lassas deijceret, & brachia infirma deponeret, inualescebat Amalech, ita ergo etiã nos in virtute crucis Christi extollamus brachia, & eleuemus in oratione sanctas manus in omni loco sine ira, & disceptatione, vt Domini mereamur auxilium.

2 Hom. 4. in Exodum. *Exod. 4.*

IDEM sic habet: Puto quòd Moyses ad Ægyptum veniens, & deferens virgam, qua castigat, & verberat Ægyptum decẽ plagis, Moyses hic lex Dei sit, quæ data est huic mundo, vt eum decem plagis, idest decem mandatis corripiat, & emendet, virga autem per quam geruntur hęc omnia, per quę Ægyptus subijcitur, & Pharao superatur crux Christi sit, per quam mundus hic vincitur, & princeps huius mundi cum principatibus, & potestatibus triumphatur. Quòd autem virga proiecta fit draco vel serpens, & deuorat Ægyptiorum magorum serpentes, qui id similiter fecerãt, crux enim Christi cuius prædicatio stultitia videbatur, quam Moyses, idest lex continet, sicut Dominus dixit, De me enim ille scripsit, hæc inquam crux de qua Moyses scripsit, postquam in terra proiecta est, hoc est posteaquam ad fidem hominum venit, conuersa est in sapientiam, & tantam sapientiam quæ omnẽ Ægyptiorũ, idest huius mundi sapientiam deuoraret. Vide ergo quomodo stultam fecit Deus sapientiam huius mũdi, posteaquam manifestauit Christum, qui crucifixus est, Dei virtutem esse, & Dei sapientiã, serpens enim pro sapientia, vel prudentia ponitur in sacris litteris.

3 Hom. 6. in Exodum. *Exod. 15.*

IDEM: Transito mari rubro accepit Maria tympanũ, & cecinit Domino dicens: Cãtemus Domino, &c. Tu si mare rubrum transieris, si Ægyptios mari submergi videris, & extingui Pharaonẽ, potes hymnũ cantare Deo, vocẽ gratulationis emittere, & dicere: Cãtemus Domino, &c. Melius autem, & dignius hæc dices, si habueris tympanum in manu tua, idest si carnem tuam crucifixeris cum vitijs, & concupiscentijs, & si mortificaueris membra tua quæ sunt super terram. *Infra.* Sicut Christo Domino exaltato in cruce dolores obtinuerunt habitatores Philisthijm, tunc conturbati sunt principes Edom, & c. Timore Christi exterrefacti, sic non aliter timebũt te dæmones, nec aliter tremor tuus veniet super eos, nisi videant in te crucem Christi, nisi & tu potueris dicere, Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini mei Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. *Gal. 6.*

4 Hom. 9. in numeros. *Num. 17.*

IDEM sic ait: Omnis princeps tribuum habuit virgã suam, sed vnus solus est, sicut scriptura refert, Pontifex Aaron cuius virga germinauit. Verus pontifex Christus est, ipse solus est cuius virga crucis, non solum germinauit, sed & floruit, & omnes hos credentium populorum attulit fructus.

5 Hom. 8. in Iosue.

IDEM explicans locum vbi Iosue Regem Hai suspendit in ligno, Origenes sic legit, Quod Hai Rex ligno gemino dicitur esse suspẽsus, ait, hoc in loco mysteriũ tegitur plurimis latens. In superioribus diximus Regem Hai diabolo posse conferri, hic quomodo in dupli ci ligno suspensus sit, operepretium est noscere. Domini nostri Iesu Christi crux gemina fuit, hoc est gemina ratione, & duplici constat. Quia visibiliter quidem filius Dei in carne crucifixus est, inuisibiliter vero in ea cruce diabolus cũ principatibus suis, & potestatibus affixus est cruci. Nõ tibi hoc videbitur verũ, si tibi horũ tẽ produxero Apostolũ Paulũ? quod erat contrariũ nobis tulit illud de medio affigens cruci *Coloss. 2.* suæ, exuens principatus, & potestates traduxit, libere triũphans eas in ligno crucis, licet in alijs exẽplaribus habeatur in lignõ. Ergo duplex ratio dominicę crucis vna illa qua dicit Petrus, quòd Christus crucifixus nobis reliquit exẽplũ, & hæc secũda, qua crux illa trophęũ diaboli fuit, in quo, & crucifixus est, & triũphatus. Ideoq. & Paulus dicebat. Mihi autẽ absit gloriari, nisi in *Gal. 6.* cruce Domini mei Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mũdo. Vides, quia & hic Paulus duplicẽ crucis prodidit rationẽ? Duo enim sibi contraria dicit esse crucifixa, se sanctum, & peccatorem, mundum ad illã formã sine

6 Hom. 8. in Hieremiã. to. 2. *Ephes. 9.*

sine dubio quã diximus Christi, & diaboli. Nos enim mundo crucifigimur tunc, cum veniens princeps huius mũdi in nobis nõ inuenit quicquã, & nobis mundus crucifigitur cum peccati concupiscentias non recipimus. Sed dices, si diabolus, & exercitus eius interemptus est, & crucifixus, quomodo videmus adhuc, & diabolum, & contrarias potestates in tantum valere aduersum seruos Dei, vt etiam Apostolus Petrus, cum ingenti cautela præmoneat, & dicat, obseruandum esse, quia aduersarius noster diabolus sicut leo rugiens circuit quærens quẽ transuoret? intelligendum est, quòd diabolus victus est quidem, & crucifixus, sed ijs qui cũ Christo ctucifixi sunt, omnibus autem credentibus, & vniuersis pariter populis tunc erit crucifixus cum complebitur illud, quod dicit Apostolus, quòd sicut in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes viuificabuntur.

7 Hom. 8. in Hieremiã. to. 2. *Exod. 17.*

IDEM exponens illa verba: Mittamus lignum in panem eius sic inquit. Ego admirabile quiddam inferam, lignum missum in panem eius, panem fecit meliorem. Exemplum accipe de lege Moysi: Sicut lignum quod missum est in amaram aquam fecit dulcẽ, sic lignum crucis Christi missum in doctrinam eius fecit panem illius dulciorem. Ante enim, quam mitteretur lignum in panem eius, quando tantummodo panis erat, & non erat lignum, in vniuersam terram non exierat sonus eius; postquam vero accepit fortitudinem per lignum, tunc in vniuersum orbem passionis eius disseminatus est sermo, in cuius figura, & aqua in veteri testamento ad tactum ligni dulcis effecta est, quia cum venit lignum Iesu Christi, & sermo saluatoris mei descendit in legem, tunc dulcoratur & fit suauissimi saporis, intellecta pariter, & lecta lex Moysi.

8 Hom. 8. de Epiphania. tom. 3.

IDEM sic habet: Crux Christi nostra victoria est, illius patibulum noster triumphus, gaudentes leuemus hoc signum in humeris nostris, victoriarum vexilla portemus, immortale lucrum, portemus in frontibus nostris, cum dæmones viderint contremiscant, qui aurata capitolia non timent, crucem timent. Qui contemnũt sceptra regalia, & purpuras Cæsarum, & dapes, christiani sordes, & ieiunia pertimescunt. Denique in Ezechiele propheta: Cum omnes qui missus fuerat Angelus occidisset, & interfectio cœpisset a sanctis, illi tantummodo sospites reseruantur quos T. Tau literæ, idest, crucis pictura signauerat. Exultemus itaq. fratres charissimi, & ad crucis similitudinem sanctas in cælum leuemus manus. Cum sic nos dæmones armatos viderint opprimentur.

Exod. 17.

Quando Moyses erectas habebat manus, vincebatur Amalech, si paululum illæ conciderent, inualescebat. Antennæ nauium, bellorum cornua sub figura nostræ crucis volitant. Aues quoque ipsæ, quando in sublimiora ob uoluuntur, & pendent per aera extensis alis imitantur crucem. Sed & trophæa ipsa, & victoriæ triumphorum ornatæ cruces sunt, quas nõ solum frontibus, sed & in animabus quoque nostris habere debemus, vt cum sit fuerimus armati calcemus super Aspidem, & Basiliscum.

9 Lib. 6. in epistola ad Romanos. *Coloss. 3.*

IDEM sic habet: Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, ait Paulus, Nisi esset in nostra potestate, vt non regnaret in nobis peccatum, præceptum vtique non dedisset. Quomodo ergo possibile est, vt peccatum in carne nostra non regnet? Si faciamus illud, quod, & Apostolus idem dicit: Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram, etsi semper mortem Christi in corpore nostro circumferamus. Certum namque, est, quòd vbi mors Christi circumfertur, non potest regnare peccatum. Est enim tanta vis crucis Christi, vt si ante oculos ponatur, & in mente fideliter retineatur, ita vt in ipsam mortem Christi intentis oculis mentis aspiciatur, nulla concupiscentia, nulla libido, nullus furor, nulla superare possit inuidia, sed continuo ad eius præsentiam totus ille, quem supra enumerauimus, peccati, & carnis fugatur exercitus, ipsum vero peccatum, nec subsistit.

10 Lib. 7. 2. *Tim.* 2.

IDEM explicans illa verba: Si tamen compatimur, vt & conglorificemur, ait: Compatitur qui dicit Christo confixus sum cruci, viuo autem iam non ego, viuit vero in me Christus. Et iterum dicit. Si commortui sumus, & conuiuemus, si toleramus, & conregnabimus, vel etiam qui dicere potest, quia quod deerat passionum Christi repleo in corpore meo. Sicut autem Christum, quia humiliauerat se factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, superexaltauit Deus, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, ita & eos qui Christo compatiuntur, & passionum eius imitantur exemplum Deus cum illo exaltat in gloria, hæc namque via est quam cohere dibus suis Christus aperuit, vt exaltentur.

11 Hom. 12. in psalm. 45. tom. 1.

BASILIVS explicans illa verba: Conturbati sunt omnes in fortitudine eius, sic ait: Principes sæculi huius ac patres, montes dicuntur conturbati in Christi fortitudine quam ipse in agone quo decertauit per crucem, contra eum qui potestatem mortis habebat, ostendit, & velut generosus quispiam athletes exutus vestibus, principatus, ac potestates vicit, ostentuiq. illos habuit confidenter, atque in ligno de illis triumphauit.

12 Hom. 2. de Baptismo. *Rom. 6.* 1.

IDEM sic habet: Quemadmodum qui crucifigitur mortis subiectus condemnationi, ab illis disiungitur, cum quibus aliquando vitæ commercium habuit, sublimior iam illis, qui in terra adhuc repunt factus: ita & qui cum Christo crucifigitur ab omnibus in vniuersum, qui secundum hoc sæculum viuunt abalienatus est, sublata iam mente, ad cælestem conuersationem exaltatus, vt queat vere, & cum fiducia, quę in Christo est dicere, Nostra cõuersatio in cælis est. Et iterũ subdit Apostolus. Qui enim mortuus est iustificatus est a peccato, hoc est, absolutus est, liberatus est ab omni peccato, repurgatus est non solum, quòd operibus, ac verbis, sed quod & ipsis cogitationum affectibus sit commissum. Et alio in loco diffiniuit scribens.

Gal.5. Qui vero Christi sunt carnem suam crucifixerunt cum concupiscentijs, & affectionibus. Crucifigimur, qui in aqua baptizamur, qui baptismus est similitudo, crucis, mortis, sepulturæ, ac resurrectionis mortuorũ, sicut scriptum

Colos. 3. est, & iterum: Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram.

13 CHRISOSTOMVS sic ait: Audiant
Hom. 55. in Matth. to. 2. quicumque passionis Christi crucem verecundantur, nam si Apostolorum princeps, ante-
Matt. 16. quam crucis mysterium disceret, satanas vocatus est, quia dixit: Absit a te Domine non erit tibi hoc, quam veniam impetrabunt, qui vbiq. iam prædicatam crucem Christi negare audent? *Infra*. Nemo igitur pudeat horum salutis nostræ, symbolorum atque signorum, sed veluti coronam sic læto animo crucem Christi circumferamus, omnia enim, quæ ad salutẽ nostram conducunt peripsam consummãtur, nam cum regeneramur crux Domini adest, cum sacratissimo alimur cibo, cum in ordine consecrandi statuimur, vbique ac semper id victoriæ insigne nobis assistit. Quapropter, & in penetralibus, & in parietibus, & in fenestris, & in fronte, quoq. & mente, magno studio crucem inferamus, id enim salutis uostræ, id communis libertatis, id mansuetudinis, atque humilitatis Domini signum est. Quando igitur cruce te signas vniuersam tecum crucis causam verte, & iræ, ac reliquarum passionum incendia extingue. Quando te cruce signas magna tuam frontem arma fiducia, libertate animũ munias, nec enim latet vos, quænam sint, quibus libertati
14 donati sumus. Paulus enim cum ad capessendã
1. Cor. 6. veram hanc libertatem nos hortaretur ad crucis memoriam reduxit dicens: Pretio empti estis, non fitis serui hominum, pretium autem hic crucem appellauit, quam non simpliciter digito in corpore, sed magna profecto fide in anima formare oportet, nam si hoc modo eam impresseris nullus sceleslorum dæmonum, cum hastam videat, qua letale vulnus suscepit, congredi tecum audebit. Nam si cum solummodo loca, in quibus capite damnati pœnas persoluunt videmus, ingenti horrore cõcutimur, quid passurum putas diabolum, si mucronem tenere te viderit, quo vires eius Christus dissoluit, & quo caput Draconis magno ictu rotauit? Noli ergo tanto tuo bono verecundari, ne quando in maiestate sua veniat Christus de te verecundetur, tunc enim signum hoc super radios Solis coruscans ante Christum videbis; præcedet enim profecto crux magnam vocem aspectu emittens, & ad vniuersos homines pro Domino respondens, atque ostendens nihil ex parte Domini defuisse. Hoc signum, & priscis, & nostris temporibus clausas ianuas reserauit. Hoc venenorum vires extinxit, hoc feroces bestias repressit, hoc lętales serpentum morsus curauit. Etenim si portas inferni perfregit, si cælorum ostia recluslt, si Paradisi renouauit ingressum, si diaboli neruos recidit, quid mirum est, si
15 pestifera venena, atroces bestias, aliaq. huiusmodi superauit? hoc igitur in mente tua cæla-

to, & animarum amplectere salutem. Hæc crux terrarum orbem conuertit atque sanauit, hæc terrorem abegit, veritatem reduxit, terram in cælum restituit, ex hominibus angelos effecit. Hæc crux non terribiles, sed despicabiles hominibus dæmones effecit. Hac cruce mors in somnum redacta est. Hac omnia quæ nobis aduersabantur humi deiecta conculcantur. Si ergo gentilium quispiam tibi dixerit, Crucifixum ne adores, noli dubitare clara voce, & alta facie dicere, & adoro, & adorandi nunquam faciam finem, & si ridebit, largas tu effunde lachrymas de insania eius? Agas immortales Domino gratias, cuius beneficio hæc suscepimus, quæ nullus, absque diuina gratia dicere potest. Nos clara, & magna voce dicamus, & eximia fiducia exclamemus, gloria nostra, caput & origo beatitudinis, libertas, & corona crux est. Vellem cum Paulo posse *Gal. 6.* dicere, Per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo, sed cum multis ac varijs detinear passionibus, nequeo id sane dicere, quare vos moneo, & multo antequam vos me ipsum, crucifigamur mundo, nihil commune habeamus cum terra, sed tota mens nostra amore superioris patriæ, gloria beatitudinis ardeat, cælestis enim milites Regis sumus, ac arma spiritualia induti, cur igitur abiectarum personarum, immo vermium vitam eligimus, cum ibi oporteat esse militem vbi, & imperator est.

IDEM sic ait: Sola Christi crux est, quæ 16
dissoluit tenebras, & Regnum dæmonum dissi- Hom. 3. de cruce, & latrone to. 3.
pauit, & omnes terrores malignantium abstulit. Decuit splendorem crucis obcæcare infideles, & illuminare credentes. Crux sanctitatem prouidit. Crux nobis Sol iustitiæ facta est, vt illuminati misericordia eius glorificemus Patrem, & filium.

IDEM sic habet: Hodie noster Dominus 17
pependit in cruce & nos festiuitatem eius ni- Hom. 2. de cruce, & latrone.
mia lætitia celebremus, vt discamus crucem totius spiritualis gratulationis esse substantiã. Etenim ante ipsum vocabulum crucis, pœna fuit, sed nunc ad gloriam nuncupatur, antea condemnationis ferebat horrorem, nunc salutis indicium est, crux enim nobis totius beatitudinis causa est. Hæc nos a cæcitate liberauit erroris, hæc e tenebris reddidit luci, hæc debellatos quieti sociauit. Hæc alienatos Deo coniunxit, hæc longe constitutos Deo proximos præsentauit, hæc peregrinantes ciues ostendit, hæc discordiæ amputatio est, hæc pacis firmamentum, hæc bonorum omnium abunda largitio, istius causa nullis angustijs deserti erramus, quia iam nobis campi monstrati sunt veritatis; nec aulis regalibus habitare prohibemur, quia aditus iam videtur inuentus; nec ardentes sagittas diaboli formidamus, quia fontes inuenimus, quibus earum flamma facile possit extingui, ideo viduitate caruimus, quia sponsus expectatus aduenit. Hac de causa hodie gratulamur, 18
quia crucis beneficia memoramur. Sic, &

Paulus

1. Cor. 5. Paulus præcepit propter crucem festinitatem celebrari, Pascha nostrum immolatus est Christus. Diem itaque festum celebremus non in fermento veteri, nec in fermento malitiæ, & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis & veritatis, & sic adiunxit causam, quia Pascha nostrum pro nobis immolatus est Christus, vides crucis intuitu perceptam lætitiam? In cruce enim immolatus est Christus, & vbi immolatio amputatio peccatorum, reconciliatio Domini, vbi reconciliatio Domini, ibi festiuitas, & omnis gratulatio. Pascha nostrum immolatus est Christus, & immolatus est in excelsa cruce. Nouum altare constitutum est, & quia sacrificium nouum atque omnibus inopinatum. Nam ipse & sacrificium fuerat, & sacerdos. Sacrificium secundum carnem, sacerdos secundum spiritum sanctitatis.

19 IDEM sic habet. Si nosse desideras virHom. 4. de cruce, & Latrone. tutem crucis, & quanta possum ad eius laudem dicere, audi, crux spes Christianorum, resurrectio mortuorum, cæcorum dux, desperatorum via, claudorum baculus, consolatio pauperum, refrenatio diuitum, destructio superborum, male viuentium pœna, aduersus dæmones triumphus, deuictio diaboli, adolescentum pædagogus, sustentatio inopum, spes desperatorum, nauigantium gubernator, periclitantium portus, obsessorum murus, pater orphanorum, defensor viduarum, iustorum consiliarius, tribulatorum requies, paruulorum custos, virorum caput, senum finis, lumen in tenebris sedentium, Regum magnificentia, scutum perpetuum, insensatorum sapientia, libertas seruorum, imperatorum philosophia, lex impiorum, martyrum gloriatio, monachorum abstinentia, virginum castitas, gaudium sacerdotum, Ecclesiæ fundamentum, templorum destructio, idolorum repulsio, scandalum Iudæorum, perditio impiorum, inualidorum virtus, ægrotantium medicus, esurientium panis, sitientium fons, nudorum protectio.

20 IDEM sic ait, de Cristi cruce loquens:
Hom. 2. in epistola 2. ad Timotheum to. 4 Quid est quæso quòd illius clementia commendare excellentius possit? Nempe enim neque cælum, neque mare, neque terra, neque rerum omnium creatio, neque aliud omnino aliquid, ita vt crux illa venerabilis, diuinæ bonitatis magnitudinem prædicat. Quocirca Paulus quoque in ipsa gloriatur, dicens:
Gal. 6. Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Sed enim animales quique & qui Deo nihil amplius quàm hominibus tribuunt, decidunt & erubescunt, idcirco iamdudum admonet discipulum, ac per illum omnes, noli, inquiens, erubescere quòd crucifixum prædicas, hoc enim testimonium est, mors scilicet Christi. Nam ista quidem si per se cogitentur, mors, carceres, vincula, confusione, ac opprobrio digna sunt, ceterum si quis apposita causa discussoque mysterio singula decenter edoceat, plenissima gloriæ diuinæque honestatis causa cognoscet. Mors enim illa pereuntem seruauit orbem. Mors illa cælestibus terrena coniunxit, mors illa diaboli profugauit tyrannidem, hominesque Angelos ac Dei filios fecit. Mors illa mortalitatis nostræ naturam ad solium cæleste ac regale prouexit, vincula ista soluerũt plurimos, & ad fidei gratiã conuerterunt. Noli igitur, inquit, erubescere testimonium Domini nostri, neque me vinctum eius. Si crucem non erubuit Dominus meus, ego hęc vincula erubescere debeo? & cõgrue sane cum illum hortaretur non erubescere, primum illum crucis admonuit, ac si diceret, si crucem, si vincula non erubuit Dominus, ac magister noster, quanto minus nos vincula non debemus erubescere? qui enim quæ ille sustinuit erubescit, ipsum quoque erubescit qui crucifixus est.

IDEM sic habet, vt probet Christũ Deum 21
ex mysterio crucis. Hoc mortis genus diade- In hom. cui titulus est demõstratio q. Christus sit Deus contra gentiles to. 5.
mate quouis gloriosius est. Nam Reges positis diadematis crucem suscipiunt mortis symbolum. In purpuris crux, in diadematis crux, in precibus crux, in armis crux, in mensa sacra crux, & in toto orbe crux, & super solem fulget crux, & erit requies eius honor, licet in rebus humanis diuersum contingere solet. Nam cum hi qui hic in magna gloria, rebusque florentibus agunt moriuntur, pereunt cum eis simul alia omnia, nam leges eorum irritantur, statuæ obscurantur, memoria extinguitur, & licet pridem mouerint arma, concitarint seditiones populorum & vrbium; reuocauerint, simul tamen cõciderunt hæc omnia quamuis glorioſa prius fuerint. At secus in cruce euenit. Ante crucem in luctu res erant, Iudas prodidit, Petrus negauit, reliqui profugerunt, Iesus solus inter inimicos comprehensus est, multi qui crediderant retrorsum abierunt. Ceterum vbi occisus est, & *Ioan. 18.* mortuus, non solum res eius non interciderũt, sed multo clariores illustrioresque & sublimiores sunt redditæ. Nam post crucem orbis ad fidem accessit, & infiniti martyrum populi occisi malentes mori quàm dicere, quod princeps Apostolorum formidans vnius ostiariæ minas. In omni regione, omni ciuitate, & solitudine, & parte orbis quæ habitationi accõmoda, & quæ non accõmoda, prædicamus Crucifixum, & reges, & principes, & milites, & præsides, & serui, & liberi, & idiotæ, & sapientes, & insipientes, & barbari, & reliqua hominum genera, ac terræ omnes, quas Sol spectat, ad hoc nomen currerent, vt adorent, vt discas quid sit, Et requies eius honor. Et locus quidem quo corpus hoc *Esaiæ 11.* positũ breuis erat, & valde angustus, augustior tamen & venerabilior mille regum palatijs, immo etiam regibus ipsis.

HIERONYMVS sic habet: Lamina au- 22
rea rutilat in fronte sacerdotis, & quod olim Epistola 2. ad Fabiolã tom. 3.
in lamina monstrabatur, nunc in signo ostenditur crucis. Auro legis sanguis Euangelij pretiosior est. Tunc signum, iuxta Ezechielis vocem, gementibus figebatur in fronte, nunc portantes crucem dicimus: Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.

23 In epistola ad Algasiã.

IDEM sic ait: Idcirco Dominus crucifixus est, vt & nos qui credimus in eum, & peccato mortui sumus, crucifigamur cum ipso, dicamusque quod Apostolus Paulus docuit, Cum Christo crucifixus sum, & mihi autem absit gloriari nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Qui cũ Christo crucifixus est expoliat principatus & potestates, & triũphat eas in ligno, vnde & in Euangelio secundum Matthæum in typum eorum qui in Domino crediturí erãt, & se cum illo crucifixuri Simon Cyrenæus portat crucem eius, quam iuxta alios Euangelistas prior ipse portauit.

Gal. 6. *Coloss.* 2. *Marc.* 15.

24 Epistola de celebratione paschæ, tom. 9. *Luc.* 29. *Coloss.* 3. *Rom.* 8. *2. Cor.* 1.

IDEM sic inquit: Attende quòd in hac vita dicitur homini: Tolle crucem tuam & sequere me. Cruciatur autem caro cum mortificantur membra nostra quæ sunt super terram, fornicatio, immunditia, luxuria, auaritia, &c. de quibus idem dicit. Si secundum carnem vixeritis moriemini, si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis, hic etiam de seipso dicit, Mundus mihi crucifixus est, & ego mundo, & in alio loco, scientes, inquit, quia vetus homo noster simul crucifixus est cruce cum illo, vt euacuetur corpus peccati; vt vltra non seruiamus peccato. Quandiu ergo, id agunt opera nostra, vt euacuetur corpus peccati, quandiu exterior homo corrumpitur, vt interior renouetur de die in diem, tempus est crucis. Hæc sunt etiam bona opera quidem, tamen adhuc laboriosa, quorum merces est requies. Sed ideo dicitur spe gaudentes, vt cogitantes requiem futuram cum hilaritate in laboribus operemur. Hanc hilaritatem significat crucis latitudo in transuerso ligno vbi figuntur manus. Per manus enim opera intelligimus, per latitudinem hilaritatem operantis, quia tristitia facit angustias, per altitudinem vero cui caput adiungitur expectationem retributionis de sublimi iustitia Dei, qui reddit vnicuiq. secundum opera sua, in his quidem qui secundum tolerantiam boni operis, gloriam, & honorem, & incorruptionem. Itaque etiam longitudo qua totum corpus extenditur ipsam tolerantiam significat, vnde longanimes dicuntur qui tolerant. Profundum autem, quod terræ infixum est secretum sacramenti præfigurat. Recordaris enim ni fallor, quæ verba Apostolica in ista designatione crucis expediam vbi ait, in charitate radicati, & fundati, vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis quę sit longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum. Hæc quæ nũc agimus tamquã clauis præceptorum in Dei timore confixi, sicut scriptũ est: Confige clauis a timore tuo carnes meas, in necessarijs deputantur non in eis quę per se ipsa appetenda, & concupiscenda sunt.

Ephes. 3.

25 In epistola 38. ad Letũ tom. 2.

AVGVSTINVS sic dicit. Cum te præsens animaduerterem domesticis curis a diuino studio retardari, ferri te potius ac duci a cruce tua, non eam te ferre, ac ducere sentiebam. Crucem enim nostram Dominus quam portari a nobis iubet, vt eum expeditissimi sequamur, quid aliud quàm mortalitate carnis huius significat? ipsa enim nos cruciat, donec absorbeatur mors in victoria. Crux ergo hæc ipsa crucifigenda est, & trãsfigenda clauis timoris Dei, ne solutis, & liberis membris reluctantem portare non possis. Sequi enim Dominum nisi eam portans omnino non vales, nam quomodo eum sequeris, si non es eius? qui autem Iesu Christi sunt, ait Apostolus, carnem suam crucifixerunt cum passionibus, & desiderijs. *Gal.* 5.

26 In epistola 112. quę est ad Paulinã. *Ephes.* 3.

IDEM sic inquit explicans locum Pauli, vt possitis comprehendere, cũ omnibus sanctis quę sit longitudo, & latitudo, sublimitas, & profundum. Ego hæc verba Apostoli Pauli sic intelligere soleo, in latitudine bona opera charitatis, in longitudine perseuerantiam in bonis vsq. ad finẽ, in altitudine spem cęlestiũ præmiorum, in profundo inscrutabilia indicia Dei, vnde ista gratia in homnes venit, & hunc intellectum coaptarẽ etiam sacramento crucis, vt in latitudine accipiatur trãsuersum lignũ quo extenduntur manus propter operum significationem, in longitudine ab ipso vsq. in terrã, vbi totum corpus crucifixũ stare videtur, quod significat persistere hoc est longanimiter permanere, in altitudine ab ipso trãsuerso ligno sursum versus quod caput eminet propter expectationem supernorum, ne illa bona opera atq. in eis perseuerantia propter beneficia Dei terrena atq. temporalia facienda credantur, sed potius propter illud quod desuper sempiternum sperat fides, quę per dilectionem operatur. In profundo autem pars illa ligni quæ in terræ abdito defixa latet sed inde consurgit omne illud quod eminet sicut ex occulta Dei voluntate, vocatur homo ad participationem tantæ gratiæ, alius sic, alius autem sic. Hæc eadem late etiam explicat. *Infra.* epistola 119. ad Ianuarium.

27 Lib. de Catechizandis rudibus tomo 4.

IDEM sic ait: In arca liberati sunt qui diluuio non perierunt, in quo prænunciabatur diluuij sacramento, quòd per lignum iusti liberati sunt futura ecclesia, quam Rex eius & Deus Christus mysterio suæ crucis ab huius sæculi submersione suspendit.

28 In expositione epistolæ ad Galatas. *Deut.* 21. *Rom.* 8.

IDEM explicans illa verba: Maledictus omnis qui pendet in ligno, ait. Quid pependit in ligno nisi peccatum veteris hominis, quod Dominus pro nobis in ipsa carnis mortalitate suscepit? Vnde, nec erubuit, nec timuit Apostolus dicere peccatum eum fuisse pro nobis, at Deus, vt de peccato condemnaret peccatum, non enim, vt vetus homo noster simul crucifigeretur sicut Apostolus alibi dicit, in illa morte Domini peccati nostri figura penderet, vt euacuaretur corpus peccati, vt vltra non seruiamus peccato. In eius peccati, & mortis figura etiam Moyses in Eremo super lignum exaltauit Serpentem, persuasione quippe serpentis homo in damnationem mortis cecidit, itaque serpens ad significationem ipsius mortis conuenienter in ligno exaltatus est, in illa enim figura mors Domini pendebat in ligno. Quis autem abhorreret, si diceret: Maledictus serpens qui pendet in ligno? Et tamen mortem carnis Domini præfigurans serpens pendebat in ligno.

29 *Ioan.* 3.

Cui sacramento ipse Dominus attestatus est, dicens: Sicut exaltauit Moyses serpentem in eremo, ita exaltari oportet filium hominis. Non enim & hoc in contumeliam Domini Moysem fecisse aliquis dixerit; cum tantam in ea cruce salutem hominum esse cognosceret, vt non ob aliud ad eius iudicium serpentem illum erigere iuberetur, nisi vt eum intuentes qui morsi a serpentibus morituri erant, continuo sanarentur. Nec propter aliud ille serpens æneus factus erat, nisi vt permansuræ passionis Domini fidem significaret. Etiam vulgo quippe dicuntur ænea, quorum numerus manet. Si enim obliti essent homines, & oblitteratum esset de memoria temporis, quod Christus pro hominibus mortuus est, vere morerentur; nunc autem tamquam ænea permanet crucis fides, vt cum alij moriantur, alij nascãtur, ipsam intuendo sanentur. Non igitur mirum, si de maledicto vicit maledictum, qui vicit de morte mortem, & de peccato peccatum, & de serpente serpentem; maledicta autem mors, maledictum peccatum, maledictus serpens, & hæc omnia in cruce triumphata sunt. Maledictus igitur omnis qui pendet in ligno.

30 Cõcione 1. in exposit. Psal. 33. to. 8. 1. *Reg.* 21 1. *Cor.* 1.

IDEM sic habet: Scriptum est de Dauid existẽte apud Philisthæos, quòd cum se stultum simularet saliuæ decurrebant super barbã eius. Cum legeretur Apostolus: Audistis saliuas super barbam decurrentes, ait enim, Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam quærunt: nos autem prædicamus Christum crucifixum. Tunc enim prædicabat Iudæis quidẽ scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsis vero vocatis Iudæis, & Græcis Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam, quia quod stultum est Dei sapientius est hominibus, & quod infirmum est Dei, fortius est quàm homines. Nõ tamquam saliuæ offendant. Sed attende quia super barbã decurrunt. Quomodo enim saliuis infirmitas, sic barba virtus ostenditur. Texit ergo virtutem suã, corpore infirmitatis suæ, & quod forinsecus infirmabatur, tamquam in saliua apparebat, intus autem diuina virtus, tamquam barba tegebatur.

31 Cõcione 2. in Psal. 36.

IDEM explicans illa verba: Confirmat autem Iustos Dominus, ait: Vide quid propter te pertulit Christus, qui quare perferret, non habebat. Quantacumque patiaris, non peruenies ad illas insultationes, ad illa flagella, ad illam ignominiosam vestem, ad illam spineam coronam, ad illam postremo crucem non peruenies, quia iam & de pœna generis humani sublata est. Cum enim sub antiquis scelerati crucifigerentur, modo nullus crucifigitur. Honorata est, & finita est. Finita est in pœna, manet in gloria. A locis suppliciorum fecit transitum ad frontes imperatorum. Qui tantum honorem dedit pœnis suis, quid seruat fidelibus suis?

In Psal. 51. IDEM explicans illa verba: Dilexisti omnia verba præcipitationis, vel submersionis, vt Augustinus legit, inquit: Eripe te si potes a submersione. Naufragium fugis & plumbum amplecteris. Si non vis mergi, tabulam apprehende, ligno portare, crux te perducat.

32 Tractatu 2. in Ioannẽ. to. 9.

IDEM sic habet: Sic contingit homini in hac vita, tamquam si videat quisque de longinquo patriam, & mare interiaceat, videat quo eat, sed non habet qua eat. Sic ad illam stabilitatem nostram quæ est in cælo, volumus peruenire, sed interiacet mare huius sæculi quasi imus, vt ergo esset & qua iremus, venit inde ad quem ire volebamus. Et quid fecit? instituit lignum quo mare transeamus. Nemo enim potest transire mare huius sæculi, nisi cruce Christi portatus. Hanc crucem aliquando complectitur, & infirmus oculus, & quia non videt longe quo eat, non ab illa recedat, & ipsa illũ perducet. Accessit Dominus & hoc pro nobis factus est, vbi portentur infirmi, & mare huius sæculi transeant, & perueniant ad patriam, vbi iam naui non opus erit, quia nullum mare transibitur. Melius est ergo non videre mente id quod est, & tamen a Christi cruce non recedere, quàm videre illud mente, & crucem Christi contemnere. Bonum est super hoc & optimum, vt & videatur quo eundum sit, & teneatur quo portetur, qui pergit. *Infra*: Loquens de Philosophis qui cum Deũ cognouissent, non sicut Deũ glorificauerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, ait: Noluerunt tenere humilitatem Christi, in qua naui securi peruenirent ad id quod longe videre potuerunt, & forduit eis crux Christi. Mare transeundum est, & lignum contemnis? O sapientia superba irridens crucifixum Christum! ipse est quem longe vidisti, In principio erat Verbum, & Verbũ erat apud Deum. Sed quare crucifixus est? quia lignum tibi humilitatis eius necessarium erat. Superbia enim tumueras, & longe ab illa patria proiectus eras, & fluctibus huius sæculi interrupta est via, & qua transeatur ad patriam nõ est, nisi ligno porteris, quia tu in mari ambulare non potes, sicut Dominus ambulauit, naui portare, ligno portare.

Rom. 1. *Ioan.* 1. *Matt.* 14.

33 Tract. 53. in Ioannẽ.

IDEM explicans illa verba ex cap. 12. Verumtamen & ex principibus multi crediderũt in eum, sed propter Pharisæos non confitebantur, dilexerunt enim gloriam hominum, magis quàm gloriam Dei, inquit: Videte quomodo notauerit Euangelista, & improbauerit quosdam, quos tamen in eum credidisse dixit, qui in hoc ingressu fidei si proficerent, amorẽ quoque humanæ gloriæ proficiendo superarent, quam superauerat Apostolus dicens: Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini mei Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Ad hoc enim & ipse Dominus crucem suam, vbi eum dementia superbæ impietatis irrisit, in illorum qui in illum crederent frontibus fixit, vbi est quodammodo sedes verecundiæ, vt de nomine eius fides non erubescat, & magis Dei gloriam, quàm hominum diligat.

Gal. 6.

IDEM

34 IDEM loquens de cæleſti Hieruſalem, in
Hom. 18. in Apocalyp. qua erat lignum vitæ faciens fructus duodecim per ſingulos menſes reddens fructum ſuum, inquit. Hoc de cruce Domini dixit. Nullum eſt lignum quod omni tempore fructificet, niſi crux quam geſtant fideles, qui rigantur aqua Eccleſiaſtici fluminis, & reddunt fructum perpetuum omni tempore.

35 IDEM ſic ait: O Chriſte ſancte, qui vt la-
Lib. de Cataclyſmo. pſa reparares in cruce pependiſti, ipſa eſt illa virga regni tui crux, ipſa inquam qua virtus in infirmitate perficitur, ipſa illa virga crux ipſa, illa virga quæ floruit de radice Ieſſe, ipſa illa virga, quam portabat Moyſes, quæ conuerſa in ſerpentem, glutijt magorum ſerpentes. Doctrina Chriſti diffuſa per omnes gentes. *Infra*: Virga crux & de iſta virga quàm magna & mira fecit Deus architectus, & arborem fecit crucis, vbi ipſe angularis pependit lapis, & ſcalas cæli per quas hominem lapſum ad Patrem leuauit. Quale miraculũ fratres huius architecti vt virga ſua faceret ſcalas, & tales quarum caput in cælum poneret, & per eas ipſe & aſcenderet, & deſcenderet, & propter confirmationem ipſe ſuper eas incumberet. Aſcende ſecurus qui deſideras cælum, non te terreat earum anguſtia, nec longitudo, nec altitudo, nihil timeas, non nutant gradus eius, quos ille architectus ſic confirmauit, vt in eius ligno manus ſuas clauis affigi voluerit. Vides has ſcalas huius architecti diſcipulum Paulum, & demonſtrantem, & gradus quaſi numerantem, & aſcendentem, & quàm plurimos inuitantem. Flecto inquit, genua ad Patrem Domini mei Ieſu Chriſti, vt det vobis comprehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit altitudo, & latitudo, longitudo, & profundum. Quattuor gradus poſuit crucis. Non ergo laborioſæ ſunt hæ ſcalæ. Quattuor gradus habent, & perducunt ad cælum. In altitudine crucis caput poſitum eſt crucifixi, ſurſum cor habeat Chriſtianus ad Dominum, quod interrogatus quotidie reſpondet, & aſcendit vnum gradum. In latitudine crucis manus affixæ ſunt crucifixi. Perſeuerent manus chriſtiani in operibus bonis, & ſecundum gradum aſcendit. In longitudine crucis corpus pependit crucifixi, caſtiget quis corpus ſuum obſeruationibus, ieiunijs illud ſuſpendat, vt ſeruituti animæ ſubijciat, & tertium gradum aſcendit. In profundo crucis occultum eſt quod non vides, ſed inde exurgit hoc totum quod vides, adſit fides chriſtiana quod non poteſt comprehendere, credat corde, ſpes eum nutriat, & tunc quartum gradum aſcendit, per hos gradus aſcenderunt ſancti &c.

37 IDEM ſic ait: Si ſtatura vt Zachæus puſil-
Serm. 8. de verbis Apoſtoli to. 10. lus es, aſcende lignum, vbi pro te pependit Ieſus & videbis Ieſum. Et quale genus ligni aſcẽdit Zachæus? Sycomorum. In regionibus noſtris, aut omnino nuſquam, aut raro forte alicubi naſcitur, in illis autem partibus multum eſt huius generis ligni. Et poma ſycomora dicuntur pomo quidem fici ſimilia, ſed tamen diſtãt aliquid, quantum tamen indicant interpretatione nominis ſycomora ficus fatuæ latine interpretantur. Iam vide Zachæum meum, vide illum obſecro te volentem in turba videre Ieſum, & non valentem; humilis enim erat, turba ſuperba erat & ipſa turba ad videndum bene Dominum, ſicut ſolet turba ſeipſam impediebat. Aſcendit a turba, & vidit Ieſum non impediente turba. Turba enim dicit humilibus humilitatis viam gradientibus, iniurias ſuas Deo dimittentibus, vindictam de inimicis non requirentibus, turba inſultat & dicit, Indefenſe qui te non potes vindicare, turba impedit ne videatur Ieſus qui pendens, ait: Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. Hunc ergo volens videre Zachæus, in quo figurabatur perſona humilium, non attendit turbam impedientem, ſed attendit Sycomorum quaſi fatui pomi lignum; nos enim, inquit Apoſtolus, prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidẽ ſcandalum, attende ſycomorum, gentibus autem ſtultitiam. Denique de cruce Chriſti nobis inſultant ſapientes huius mundi, & dicunt; quale cor habetis qui Deum colitis crucifixum? quale cor habemus? non vtique veſtrum, ſapientia huius mundi ſtultitia eſt apud Deum, non ergo veſtrum cor habemus. Sed dicitis cor noſtrum ſtultum, dicite quod vultis, nos aſcendamus ſycomorum, & videamus Ieſum; ideo enim vos Ieſum videre non poteſtis, quia ſycomorum aſcẽdere erubeſcitis, apprehendat Zachæus ſycomorum, aſcendat humilis crucem, parum eſt aſcendat, ne de cruce Chriſti erubeſcat, in fronte illam figat, vbi ſedes pudoris eſt, ibi omnino, ibi in quo membro erubeſcitur, ibi figatur vnde non erubeſcitur. Puta, quia tu irrides ſycomorum, & ipſa me fecit videre Ieſum. Sed tu irrides ſycomorum quia homo es, ſtultum autem Dei ſapientius eſt, quàm hominum.

Luc. 19.

1. Cor. 1.

Rom. 8.

38 IDEM ait: Dixit Dominus ad Moyſen,
Serm. 86. de tẽpore. *Exo. 4.* Quid eſt quod in manu geſtas? & ille ait: Virga. Proijce inquit eam in terra, quam cum proiciſſet, verſa eſt in ſerpentẽ, ita vt fugeret Moyſes. Virga illa crucis myſterium præferebat, ſicut enim per virgam Ægyptus decem plagis percutitur, ita & per crucem totus mundus humiliatur & vincitur, & ſicut Pharao, & populus eius per virgæ ſacramẽtum affligitur, vt ad ſeruiendum Deo dimittat populum Iudæorum: ita & diabolus & angeli eius per crucis myſterium fatigantur, & premuntur, vt a Dei ſeruitio reuocare nõ poſſint populum chriſtianum. Quod autem virga proiecta in terram verſa eſt in ſerpentem, quia crux quæ infidelibus ſtultitia eſſe creditur, ſicut dicit Apoſtolus, poſtea quam in terram miſſa eſt, ideſt ad paſſionem Domini præparata, verſa eſt in ſerpentem, hoc eſt, in ſapientiam, & in tantam ſapientiam, quæ omnem mundi iſtius ſapientiam deuoraret, denique omnes ſerpentes magorum deglutiuit.

1. Cor. 1.

39 IDEM ſic habet: Quicumque ſerpentis,
Serm. 101. de tẽpore. *Gal. 6.* ideſt diaboli & angelorum eius veneno percuſſi ſunt, ad Chriſtum, qui in ſimilitudine illius ænei in ligno ſuſpenſus eſt, fideliter aſpiciant, vt cum Paulo dicere poſſint, Mihi abſit gloriari, niſi

niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti &c. Et quia de Beatæ Crucis myſterio dulce eſt, & ſalubre diutius loqui, breuiter eius ſignificationes auribus veſtris intimemus. Quid dulcius, quid ſuauius vel cogitari, vel dici poteſt, quàm ſanctæ Crucis myſterium, per quam non ſolum ab inferis reuocari, ſed etiam in cælos eleuari meruimus? quia vbi caput noſtrum aſcendiſſe credimus, membra illius ſecutura eſſe confidimus. Ligni crucis etiam vmbra, vel figura, in veteri quoque teſtamento plurimum valuerũt. Nullum Moyſes ſignum ſine ligni ſacramento peregit, vt enim ſigna & prodigia in Ægypto
Exo. 4. faceret, virgam accepit a Domino, & ad ſigna quæque diuinitus audiebat, & dicebatur ei. Eleua virgam tuam, non vtique Deus virgæ auxilio indigebat, ſed erigebatur, vt ſcire poſſimus, quantum eſſet illud futuri ligni myſteriũ, cuius fuerat vmbra figuratum virgæ illius ſacramentum. Forte ſi Rubrum mare diuidendum eſt,
Exo. 14. iubetur Moyſes eleuare virgam, & mare cognoſcens venturi ligni figuram mox iter
40 populo pandit inſuetum. Si ad aquã amaram
Exo. 15. venitur in Mara, niſi lignum in ſe ſuſceperit, non dulceſcit, quæ res erat indicio amaritudinem gẽtium per lignum crucis in vſum dulce-
Exo. 17. dinis quandoque eſſe vertendam. Si autem non habet aquam populus vnde bibat, petra ligno percutitur, & dat per gratiam, quod non habuerat per naturam. Si Amalech ſæuus hoſtis occurrit, Ieſus filius Naue virgam tenere manu iubetur, & Moyſes brachia ſua in modum crucis extẽdere, ac ſi per figuram crucis vincitur
4. Reg. 6. inſuperabilis inimicus. Sed nec Eliſeus ligni huius myſtici virtutem penitus ignorauit, qui ſecurim de manubrio in gurgitem lapſam miſſo in flumine ligno de profundo euocauit, ſignificans vtique dura corda, & ferreas hominum ceruices de profundo emerſas errore, ligno crucis eſſe in poſterum ſubiugandas. O crux cuius
Pſal. 1. tantus ac talis decerpitur fructus! Hic fructus ligni huius vere plantatus eſt ſecus decurſus aquarum, dedit hoc lignum fructum in tempore ſuo. Dabit & cum apparuerit de cælis ille qui viſus eſt ſuper terram, cum præcedente ipſo crucis ſigno iam fulgido venerit de ſupernis, tunc reſurgent corpora ſepultorum, tunc exultabunt ſancti in gloria, qui nunc de ſui Regis ac Domini cruce non confunduntur, ſed potius gloriantur.

41 IDEM ſic dicit: Vidua illa ad quam miſ-
In ſer. 201. de tẽpore. ſus eſt Elias eccleſiam figurauit, quæ egreſſa eſt vt ligna colligeret, & dicitur: En colligo duo ligna, & faciam mihi cibum, & filio meo, & manducabimus, & moriemur. Nõ dixit colligo tria vel quattuor, nec vnum tantummodo lignum, ſed duo ligna colligere voluit; ideo duo ligna colligebat, quia in typo Eliæ Chriſtum accipiebat, duo ligna volebat colligere, quia crucis myſterium deſiderabat agnoſcere; crux enim Domini duobus lignis aptata eſt, ideo duo ligna colligebat vidua illa, quia in lignum qui in duobus lignis pependit, creditura erat Eccleſia. Dixit ergo vidua illa: Colligo duo ligna, vt faciam cibum mihi, & filio meo, & manducabimus, & moriemur. Nemo in Chriſtum crucifixũ credere merebitur, niſi huic ſæculo moriatur. Nam quicumque corpus Chriſti digne manducare voluerit, neceſſe eſt, vt moriatur præteritis, & viuat futuris.

42 IDEM ſic ait: Duo ſunt crucis genera,
In ſer. 20. de Sanctis, qui primus eſt nativit. B. Io. Bapt. vnum corporale, aliud ſpirituale. Vnum a potu atque epulis temperare, appetitum gulæ a delectationibus coercere, ab his, quæ per tactũ, & guſtum, viſumq. decipiunt ſenſum viriliter reuocare, ac violenter abſtrahere. Alterum crucis genus eſt pretioſius atque ſublimius, motus animi regere, & perturbationes illius, modeſtiæ tranquillitate placare, iræ, ac ſuperbiæ impetus quaſi feram beſtiam refrenare, litigare quotidie contra vitia ſua, increpare ſe quadam cenſura auſteritatis, & rixam quodammodo cũ homine interiore conſerere. Pretioſa enim in conſpectu Domini, & glorioſa crux, cogitationes malas in poteſtatem redigere, voluntates proprias abnegare, easq. regentis imperio ſubiugare.

43 BERNARDVS ſic inquit: Sequere Do-
Sermone 4. aſcẽſionis. minum aſcendentem crucem, exaltatum a terra, vt non ſolum ſuper te, ſed & ſuper omnem quoque mũdum mentis faſtigio colloceris, vniuerſa quæ in terra ſunt, deorſum aſpiciens, & deſpiciens, ſicut ſcriptum eſt: Cernent terram
Eſaiæ 33. de longe, Nulla te mundi oblectamenta inclinent, nullæ aduerſitates deijciant, abſit tibi gloriari, niſi in cruce Domini tui Ieſu Chriſti, per quem tibi mundus crucifixus eſt, vt quæ mundus appetit crucem reputes, & tu crucifixus mundo, illis, quæ mundus crucem reputat, toto inhæreas amore.

44 IDEM ſic habet: Triplicem conſiderare
Serm. 1. in feſto Beati Andreæ. poſſumus in virtute gradum, incipiẽtium, proficientium, & perfectorum. Qui initiatur a timore crucem ſuſtinet patienter, qui proficit in ſpe, portat libenter: qui vero conſummatur in charitate, amplectitur iam ardenter. Solus iſte eſt, qui dicere poteſt. Quia amator tuus ſemper fui, & deſideraui amplecti te. Longe eſt vox iſta ab eo, qui ſuſtinet quidem, ſed optaret omnino ſi poſſet, non veniſſe in hanc horam. *Infra*: Is qui timore coercetur & patiens eſt, & qui ratione ſpei ducitur, & benevolus eſt; niſi etiam fuerit feruens ſpiritu facile labi poteſt. Porro quæ per ſpiritum diffunditur charitas, & patiens, & benigna eſt, & quod eſt amplius, numquam excidit. Fortis enim eſt, vt
1. Cor. 13. mors, non patientia, aut ſpes, ſed dilectio. Non timor aut ratio, ſed ſpiritus fortitudinis eſt. Dicit patientia ſic oportet fieri, quia timore vrgetur, dicit voluntas bona, ſic expedit, & ſic agendum eſt, quia ſpei attrahitur ratione. Charitas vero, quæ inflammatur a ſpiritu, neque ſic oportet, dicit, neque ſic expedit: ſed ſic volo, inquit, ſic cupio vehementer. Videtis quanta ſublimitas, quanta ſecuritas, quantaq. ſuauitas charitatis?

45 IDEM explicans illa verba: Nigra ſum,
Homil. 25. in Cantica. ſed formoſa, ait: Libenter gloriabor in infirmitatibus

2.Cor.12. tatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi. Optanda infirmitas, quæ Christi virtute compensatur. Quis dabit mihi non solum infirmari, sed & deficere penitus in memetipso, vt Domini virtute stabiliar? nam virtus in infirmitate perficitur. Quod cum ita sit, pulchre sponsa conuertit sibi ad gloriam, quod ei pro opprobrio ab æmulis intorquetur, non modo formosam, sed & nigram esse se glorians. Non enim erubescit nigredinem, quam nouit præcessisse, & in sponso, cui simulari quantæ etiam gloriæ est? Nil sibi glorioſius proinde putat, quàm Christi portare opprobrium. Vnde vox illa prorsus exultationis & salutis, Absit mihi gloriari nisi in cruce Domini mei Iesu Christi. Grata ignominia crucis ei, qui crucifixo ingratus non est, nigredo est, sed forma & similitudo Do-
Isaiæ 53. mini. Vade ad sanctum Esaiam, & describet tibi qualem in spiritu illum viderit virum doloris, & scientem infirmitatem, cui non erat species, neque decor. Et addidit, Nos putauimus eum tamquam leprosum, & percussum a Deo, & humiliatum. Ecce vnde niger, iunge & illud
Psal.44. sancti Dauid. Speciosus forma præ filijs hominum, & habes totum in sponso, quod sponsa de se hoc in loco testata est.

46 AMBROSIVS sic ait: Bene Dominus æreo
Libro 3. de Spiritu sancto cap. 9. to. 4. serpēte suspenso iussit curari vulnera sauciorū; imago enim crucis æreus serpens est, quoniam
Num.21. & si in carne sua suspensus est Christus; tamen & ipse crucifixus est mūdo, & ipsi crucifixus est mundus; mihi enim mundus crucifixus est, & ego mundo, crucifixus est ergo in suis mundus illecebris; & ideo non verus, sed æreus suspensus est serpens, quia in veritate quidem corporis, sed sine veritate peccati susceptt Dominus speciem peccatoris, vt per lubricum infirmitatis humanæ simulando serpentem depositis carnis exuuijs vere destrueret serpentis astutiam &c.

47 IDEM facit mentionem de Constantino
In oratione de vita & virtutibus Theodosij post medium orationis tomo 3. Imperatore, & Helena matre, & dicit ipsum primum ex Imperatoribus fuisse Christianum, sic ait: Nunc Rex Theodosius quando Constantino adhæret (in cælo) cui licet baptismatis gratia in vltimis constituto omnia peccata dimiserit, tamē quòd primus Imperatorum credidit, & post se hereditatem fidei principibus dereliquit magni meriti locum reperit, cuius tempo-
Zach.14. ribus impletum est illud propheticum, in illo die erit quod super frenum equi est sanctum Domino omnipotenti &c. Statim loquens de sancta Helena matre ipsius, ait: Beatus Constantinus tali parente, quæ imperāti filio diuini muneris quæsiuit auxiliū magna femina, quæ multo amplius inuenit, quod Imperatori cōferret, quàm quod ab Imperatore acciperet, anxia mater pro filio festinauit Hierosolymam, & scrutata est locū dominicæ passionis. Stabulariam hanc primo fuisse aserunt, sic cognitam Constantio seniori, qui postea Regnum adeptus est. Bona stabularia quæ tam diligenter præsepe Domini quæsiuit, bona stabularia quæ stabularium non ignorauit illum, qui vulnera curauit a latronibus vulnerati. Bona stabularia quæ maluit existimari stercora, vt Christum lucrifaceret, ideo illum Christus de stercore leuauit ad Regnum, quia suscitat de terra inopem, & de Psal.112 stercore erigit pauperem. Venit ergo Helena 48 reuisere loca sancta, infudit ei spiritus vt lignū crucis requireret, accessit ad Golgothā, & ait: Ecce locus pugnæ, vbi est victoria? quæro vel vexillum salutis, & non inuenio, ego, inquit, in Regnis, & crux Domini in puluere? Ille adhuc latet, & latet palma vitæ æternæ, quomodo me redemptam arbitror, si redemptio ipsa nō cernitur? Video quid egeris diabole, vt gladius quo peremptus es, obstrueretur, sed Isaac obstructos ab alienigenis puteos eruderauit, nec latere aquam passus est; tollatur igitur ruina, vt vita appareat, promatur gladius quo veri Goliæ caput est amputatum, aperiatur humus, vt salus fulgeat. Quid egisti diabole, vt absconderes lignum, nisi vt iterum vincereris? vicit te Maria quæ genuit triumphatorem, quæ sine imminutione virginitatis, edidit eum qui crucifixus vinceret te, vinceris & hodie vt mulier tuas insidias deprehendat, illa quasi sancta Dominum gestauit, ego crucem eius inuestigabo, illa generatum decuit; ego resuscitatum, illa fecit vt Deus inter homines videretur, ego ad remedium peccatorum diuinum eleuabo vexillum &c. Aperuit itaque humum, tria patibula confusa reperit, sed non potuit oblitterari Christi triumphus, incerto hæret vt mulier, redit ad Euangelij lectionem, inuenit quia in medio patibulo, prælatus titulus erat, Iesus Nazarenus Rex Iudeorū. Hinc collecta est series ve 49
ritatis, titulo crux patuit salutis, hoc est quod Pilatus respondit, quod scripsi, scripsi, ideſt, ea Ioan. 19. scripsi quæ ætas futura cognosceret, non vobis scripsi, sed posteritati, habet Helena quæ legat, vnde crucem Domini recognoscat. Quæsiuit clauos, quibus crucifixus est Dominus, & inuenit. De vno clauo frenos fieri præcepit; de altero diadema intexuit, vnum ad decorem, alterum ad deuotionem vertit, visitata est Maria, vt Euam liberaret, visitata est Helena, vt imperatores redimeret. Misit itaque filio suo Constātino diadema gemmis insignitum, quas pretiosior ferro innexas crucis redemptionis diuinæ gemma cōnecteret. Misit & frenum, vtroque vsus est Constantinus, & fidem transmisit ad posteros Reges. Principium itaque credentium Imperatorum sanctum est, quod super frenum ex illo fides, vt persecutio cessaret, deuotio succederet. Sapienter Helena egit, quæ crucem in capite Regū leuauit, & locauit vt crux Christi in Regibus adoretur, non insolētia ista, sed pietas est cum defertur sacræ redemptioni, bonus itaque clauus Romani Imperatoris, qui totum regit orbem, ac vestit principum frontem, vt sint prædicatores, qui persecutores esse consueuerunt, recte in capite clauus, vt vbi sensus est, ibi præsidium; & dicatur de principe Romano, Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso &c. Ferro pedum eius Reges in- 50
clinātur, Reges adorant, sed quare sanctum super

per frenum, nisi vt Imperatorum insolentiam refrenaret? comprimeret licentiam tyrannorum? qui quasi equi ad libidines adhinnirent, quod liceret illis adulteria impune committere &c. Quid ergo aliud egit Helenæ operatio, vt frena dirigeret, nisi vt omnibus Imperatori-
Psal.31. bus sancto dicere spiritu videretur, Nolite fieri sicut equus & mulus, sed in freno & chamo maxillas eorum constringe, qui se non agnoscerent Reges, vt regerent sibi subditos? prona enim potestas in vitium ferebatur, & more pecudum vaga sese libidine polluebat, ignorabāt Deum, restrinxit eos crux Domini, & reuocauit a lapsu impietatis, leuauit oculos eorum, vt Christum in cælo quærerent &c. Inde omnes principes Christiani (præter vnum Iulianum) non ergo mentita est prophetia dicens, Ambulabunt gentes in lumine tuo &c.

51 IDEM exponens varias figuras de nume-
Serm. 33. quadragesima to. 5. Exo.15. ro quadragenario inter alia, sic dicit: In hoc mystico numero filij Israel peruenientes ad Maran, cum præ amaritudine aquam haurire non possent, iniecto in eam per Moysem ligno dulcedinem suauiter potauerunt, austeritatem quam noxia vnda gestabat, ligni abstulit sacramentum, hoc quidem in figura factum puto, aquam enim amaram legem esse arbitror veteris testamenti, quæ lex prius quàm cruce temperaretur Domini erat immitis; iubebat enim oculum pro oculo, dentem pro dente; at vero vbi ligno euangelicæ prædicationis est temperata, statim amaritudinem suam suauitate commutans dulcem se cunctis præstitit ad potan-
Psal.118. dum, vt ait Propheta: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua &c. Dulcia sunt eloquia quæ iubent, Siquis te percusserit in vnam maxillā, præbe ei alteram, siquis aufert tunicam, relinque illi pallium &c.

52 IDEM sic incipit: Sæculi ferunt fabulæ
Serm. 55. de Cruce Christi to. 5. Vlyssem illum, qui decennio marinis iactatus erroribus ad patriam peruenire non poterat; cum in locum quēdam cursus illum nauigij detulisset, in quo Sirenarum cantus crudelis dulci varietate resonabat, & aduenientes sic blāda modulatione mulcebat, vt non tam spectaculū voluptatis caperēt, quàm naufragiū salutis incurrerent; talis enim erat illis oblectatio canti lenæ, vt quisquis audisset vocis sonitum, quasi quadā captus illecebra, nō iā tenderet ad eum, quē volebat portum, sed pergeret ad exitium, quod nolebat. Igitur cum Vlysses incidisset hoc dulce naufragium, & suauitatis illius vellet declinare periculum dicitur, inserta cera auribus sociorum, seipsum ad arborem nauigij religasse, quo illi carerent periculosa auditus illecebra, & se de periculo nauigij cursus auferret. Si ergo de Vlysse illo refert fabula, quòd eum arboris religatio de periculo liberauit, quanto magis prædicandum est quòd vere factum est, hoc est, quòd hodie omne genus hominum de mortis periculo crucis arbor eripuit? Ex quo enim Christus Dominus religatus in cruce est, ex eo nos mundi illecebrosa discrimina, velut
53 clausa aure transimus, crucis enim arbor non solum religatum sibi hominem patriæ repræsentat, sed etiam socios circa se positos virtutis suæ vmbra custodit. Quòd autem crux ad patriam per multos errores redire nos faciat Dominus declarat dicens latroni in cruce posito, Hodie mecum eris in paradiso. Qui vtique la- Luc.23.
tro diu oberrans, ac naufragus aliter ad patriā Paradisi, de qua primus homo exierat, redire non poterat, nisi fuisset arbori religatus; arbor enim quædam in naui est crux in Ecclesia, quæ inter totius sæculi blanda & pernicioſa naufragia incolumis sola seruatur. In hac ergo naui quisquis, aut arbori crucis se religauerit, aut aures suas Scripturis diuinis clauserit, dulcem procellam luxuriæ non timebit &c. Sed omittamus Vlyssis fabulam, & de Scripturis diuinis exempla possumus inuenire. Cum filij Israel in deserto graui a serpentibus incursione laborarent; tunc Moyses diuino repletus spiritu serpentem æreum affixum ligno inter medias morientium erexit turbas, & mandauit populo, vt de illo signo spem gererent sanitatis, cuius facti etiam Dominus in Euangelio meminit, dicens: Sicut Moyses exaltauit serpentem in de- Ioan. 3.
serto, ita exaltari oportet filium hominis. Vnde si affixus serpens ligno filijs Israel contulit 54
sanitatem, quanto magis salutem, præstat Dominus in patibulo crucifixus? & si figura tantum profuit, quantum prodesse credimus veri- Num.21.
tatem? Serpens igitur primus crucifigitur, recte plane, vt quia primus apud Deum peccauerat diabolus, primus crucis sentētia feriretur, in ligno enim crucifigitur, vt quia homo in Paradiso per arborem concupiscentiæ deceptus fuerat, nūc idem per ligni arborem saluaretur, atque eadem materia quæ causa mortis fuerat esset salutis remedium; deinde post serpentem in Saluatore homo ipse crucifigitur, scilicet, vt post auctorem puniatur & facinus, per primam enim crucem vindicatum est in serpentem, per secundam in venena serpentis, hoc est, primum auctor ipse punitur, deinde eius malignitas cōdemnatur, nam cum homo passioni addicitur, non morti traditur, sed mortis in eo facinus emendatur &c.

IDEM super illud ad Rom.6. Si autē mor- 55
Super epist. ad Roman. tom. 3. tui sumus cum Christo, credimus etiam quòd simul viuemus cum illo, ait: Manifestum est hos qui carnem crucifixerunt mori mundo, & commori Christo, vt gloriæ Christi similes effici mereantur, caro vero, ideſt corpus, si crucifigitur, si desideria eius calcentur, quæ manente in ea peccato creantur ex præuaricatione primi hominis cœpta. In carne enim diabolus crucifigitur, ipse enim est qui fallit per carnem, caro ergo aliquando mundus, ideſt elementa, aliquando vero corpus hominis intelligitur, vel ipsa anima sequens corporalia vitia &c.

Christum

Christum Dominum contemnunt, vulnerant, crucifigunt, & erubescunt mali, eique contradicunt &c. Cap. XII.

1 Homil. 27. super c. 24. Numerorũ. tom. 1.

ORIGENES explicans verba illa benedictionis, quam nolens impius Propheta Balaam protulit Israelitico populo dicens: Qui benedixerit tibi, erit & ipse benedictus; & qui maledixerit tibi in maledictione reputabitur, ait: Certum est quòd benedicentes Christo benedicti sunt, & in communionẽ paternæ benedictionis assumpti: qui autem maledicunt, maledicti sunt. Si enim ad populum istum Iudæorum respicias, qui maledicit Christo, etiam lachrymabiliter inuenitur esse maledictus. Quid enim aliud euenire posset ijs, qui maledicunt sapientiæ, qui maledicunt veritati, qui maledicunt vitæ, nisi vt ab ijs omnibus bonis extorres & exules iaceant? Hæc enim omnia Christus est, & qui maledicit Christo tamquam ijs omnibus bonis maledicens perpetua maledictione damnatus est. Ego tamen puto quòd nõ ille solum maledicat Christo, qui sermonem aduersus eum maledicum profert, sed & ille qui sub nomine christiani male agit, & turpiter conuersatur, & inhonestis verbis, vel actibus suis facit nomen eius blasphemari inter gentes. Sicut econtrario non ille qui sermonibus solis Dominum benedicit, ipse benedicere putandus est; sed qui actibus, & vita, & moribus suis facit ab omnibus nomen Domini benedici. Et in istis magis complebitur, quòd tertia prophetia Balaam designat: quia benedicẽtes Christo benedicuntur, & maledicentes ei, maledicti eunt. Propter quod omnimode caueamus, ne propter actus nostros Christi nomen blasphemetur, sed magis id agamus, vt de benedictionibus eius participes simus.

2 Hom. 2. super librum Iudicum.

IDEM loquens de morte Iosue, ait: Quia quæ de Iesu Naue dicũtur ad Dominum Iesum referuntur; ideo videndum est, quomodo etiam de ipso dici conueniat. Quoniam defunctus Iesus. Ergo arbitror secundum Scripturæ auctoritatem hoc loquens, quòd in quibusdam viuit Iesus, in quibusdam vero defunctus est, in Paulo viuit Iesus, & in illis omnibus, qui dicere possunt. Viuo autem iam non ego, viuit vero in me Christus. Et iterum dicit: Mihi autem viuere Christus est, & mori lucrum. In his ergo talibus Iesus viuere merito dicitur. In quibus autem defunctus est Iesus? in illis sine dubio, qui sæpe pœnitendo, & iterum delinquendo velut insultare morti Iesu dicũtur. De quibus scribens ad Hebræos dicit Apostolus. Rursum crucifigentes sibimetipsis Filium Dei, & ostentui habentes. Vides ergo, quia in peccantibus non solum mori dicitur Iesus, verum & crucifigi ab eis asseritur, & illudi; sed & tu ipse considera apud te, si quando de auaritia cogitas, & cupis aliena diripere, numquid potes dicere, quia viuit Christus in me? Aut si de stupro cogitas, si furore exagitaris, si liuore succenderis, si inuidia stimularis, si temulentia debaccharis, si superbia extolleris, si crudelitate grassaris: numquid potes in his omnibus dicere, quia Dominus viuit in me? Si ergo in peccantibus defungitur Christus, pro eo quòd nihil in eis iustitia, nihil potentia, nihil veritas, & omnia illa, quæ Christus est, operantur: a sanctis vero quæcumque fiunt, Christus ea dicitur operari, sicut & Apostolus dicit. Omnia possum in eo, qui me confortat Christus. Sed & ipse Dominus in 3
Euãgelijs de hoc distinctionem pulcherrimam
dedit, cum dicit: Quicumque confessus me fue Matt. 8.
rit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui est in cælis. Qui autem negauerit me coram hominibus; & ego negabo eum coram Patre meo. Vidisti quia confitentes in semetipso dixit confiteri, & quasi qui ipse in eis viuat, & operetur opera vitæ. In his autem qui negant, non tenuit eandem verbi similitudinem, vt diceret, quia qui negauerit me, & ego non negabo in eum, sed qui negauerit me coram hominibus, & ego negabo eum corã Patre meo. Vt ostenderet quia qui negat quidẽ se, extra ipsum est; qui autem confitetur in ipso est. Propterea ergo & hic Scriptura dicit, quia cum defunctus esset Iesus, exurrexit generatio alia post eos, qui non scierunt Iesum, & opera, quæ fecit in Israel. Et fecerunt filij Israel malũ ante Deum. Omnipotens dominator Deus, nũquam accidat nobis vt Iesus Christus, postquam surrexit a mortuis, rursum moriatur in nobis. Quid enim mihi prodest, si in alijs viuat ex virtute, & in me moriatur ex infirmitate peccati? Quid prodest si apud alium ex bonis studijs, ex bona fide, ex bonis operibus pascitur, & perficitur: apud me autẽ & in meo corde per multas cogitationes & desideria nefanda, per studia pessima suffocatur quodammodo, & necatur?

4 Hom. 35. in Matth. to. 3.

IDEM sic ait: Dixit Iudas ad sacerdotes. Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradã? Volebat enim accipere pecuniam, vt traderet Verbum Dei, quod faciunt omnes, qui accipiũt aliquid corporalium, & mundialium rerum, vt tradant, & eijciant ab anima sua Saluatorem, & Verbum veritatis, quod erat in eis. Et oppor tune hoc vteris exemplo ad omnes, qui quodcumque peccatum facientes propter auaritiã, & causam pecuniarum, aut alicuius lucri Verbum Dei tradunt, & contemnunt. Nam huiusmodi homines quasi manifeste clamare videntur, & dicere virtutibus aduersarijs præstantibus lucrũ aliquod pro peccato. Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradã? Quod etsi traditus fuerit, fit quidẽ extra tradentem. Vincẽs autẽ eos, qui eum fuscepisse videntur, operatur decentia se, vt euacuare cupientes eum, nihil operẽtur in ipso. *Infra*: Quidã dant Iesu bibere Matt. 27.
nõ vinum, sed acetum, qui male viuũt; nos vero

vino

vino mundo ab omni acerbitate & amaritudine, vino, quod lætificat cor hominis, & cor ipsius Filii Dei, potemus illum, & discipulos eius, vt dicat de nobis bene potantibus eum. Sitiui, & dedistis mihi potum.

5 Hom. 5. in Psal. 28. to. 1.

BASILIVS explicans illa verba: Afferte Domino gloriam & honorem, ait: Quomodo nos qui terra, & cinis existimus magno Domino gloriam afferimus? Quomodo & honorem? Gloriam quidem per bona opera, cum opera nostra splendore probitatis irradiarint hominum oculis; sic vt perspectis operibus nostris homines glorificent Patrem nostrum, qui Matt. 5. in cælis est. Sane per sobrietatem, perque sanctimoniam eos peculiariter contingentem, qui se ex professo obstrinxerunt tuendæ religioni, potest quis afferre gloriã Deo, iuxta Pauli admonitionem dicentis: Glorificate Deum in corpore vestro. Hanc item gloriam Dominus requirit ab his, qui in se credunt, & adoptionis gratia sunt digni. *Infra*: Non affert Domino gloriam & honorem, qui humanam hanc gloriam attonitus miratur. Non item, qui argentum in pretio habet, non qui corporis voluptates magni æstimat, non quisquis abhorrẽtia a pietate, & Dei cultu demiratur dogmata. Quemadmodum enim per bona opera Domino offerimus gloriam: itidem ex contrario eam ipsam auferimus per malignitatis, & nequitiæ opera. Quid enim dicit peccantibus? Nomen meum per vos blasphematur inter gentes. Et rursus Apostolus per præuaricationem legis Deum 6
inhonoras. Legislatori siquidem contumelia
est despectio legum, atque contemptus. Domus nisi rite gubernetur; nimirũ in qua indignatio, & clamor sint, contumelia item, risus, voluptas prodigus, ac profusior luxus, immunditia, & ex consuetudine flagitiosa scortatio, eorum quæ fiunt ignominia, atque turpitudo, in eum referuntur, ac resiliunt, qui domui præsidet. Consentaneum igitur fuerit ipsi, vt intelligamus, quoniam Deus quemadmodum per bonã operationem glorificatur, sic & per malignam, & flagitiosam inimicus. Quando enim sumens mẽbra Christi, facio membra meretricis, tunc gloriã ab eo, qui me seruat, ad eũ transfero, qui me perdit. Nã quicumque Christo non credit, gloriã incorruptibilis Dei, in imaginem corruptibilis hominis, & volucrum, & serpentium, & quadrupedũ, quæ sunt in terra, cõmutat, vt ait Apostolus: Quisquis colit creaturã, aut veneratur, præter creatorẽ, creaturis & nõ Deo affert gloriã. Cum timore igitur prouideamus, ne dũ gloriã & exaltationẽ afferimus diabolo per peccatũ, ipsi cum eodẽ æternæ addicamur cõfusioni. Quòd enim peccatum in illius cedat gloriã, qui ad peccandũ efficaciter nos promouet; per similitudinẽ hanc expende. Duo inter se duces cõserant pugnã, seq. adoriantur, vt quidem primũ agmen hoc ex altero retulerit victoriã, qui victori exercitui præest, nullo controuertẽte is ex hoste palmarẽ reportat gloriã. Si quãdo contraria acies præualuerit, ad illius quoq; ordinis ducẽ victoriæ honos transfertur. Sic & in tuis benefactis Dominus est qui laudatur; in his autẽ, quæ perperam agis, aduersarius est. Quando mens cũ affectu vitioso luctatur; siquidẽ intentis viribus, & attentione solerti vicerit; de huiusmodi animi intẽperie refert victricẽ palmã, Deumq. velut insigni corona condecorat. Contra si quando siueris te per lentescentem animi mollitiẽ substerni voluptatum illecebris, iam per hoc gloriam addes inimico.

7 In libro moralium sententiarum to. 2. Ioan. 15. Matt. 5. Phil. 1.

IDEM regula 4. ostendit, quòd is honore & gloria afficit Deũ, qui voluntati obtemperat illius, & contra cõtumelia, qui legẽ illius violat. Ego te glorificaui super terrã, opus cõsummaui, quod dedisti mihi, vt faciã. Sic luceat lux vestra corã hominibus, vt videãt opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrũ, qui in cælis est, vt sitis sinceri, & sine offensa in diem Christi repleti fructibus iustitiæ, qui sunt per Iesum Christũ in gloriam & laudẽ Dei. Qui in lege gloriaris per preuaricationẽ legis Deũ inhonoras.

8 Lib. de Agone christiano to. 3.

AVGVSTINVS sic habet: Hãc imbecillitatẽ nostrã susc ipere dignatus est Filius Dei, & Verbũ caro factum est, & habitauit in nobis. Nõ quia æternitas illa mutata est; sed quia mutabilẽ creaturam mutabilibus hominũ oculis ostendit, quã incõmutabili maiestate susc epit. Sunt autẽ stulti qui dicunt: Non poterat aliter Sapiẽtia Dei homines liberare, nisi nasceretur ex femina, & a peccatoribus omnia illa pateretur? Quibus dicimus. Poterat omnino, sed si aliter faceret, similiter vestrę stultitiæ displiceret. Si enim non appareret oculis peccatorũ lumen eius vtique æternũ, quod per interiores oculos videtur, inquinatis mentibus videri nõ posset. Nunc autem quia visibiliter nos cõmonere dignatus est, vt ad inuisibilia præparet, displicet auaris: quia non aureũ corpus habuit, displicet impudicis, quia ex femina natus est. Multum enim oderunt impudici, quod concipiunt, & pariunt feminæ. Displicet superbis, quòd contumelias patientissime pertulit. Displicet delicatis, quia cruciatus est. Displicet tumidis, quia mortuus est. Et vt non vitia sua videantur defendere, non in homine dicunt sibi hoc displicere, sed in Filio Dei.

9 Lib. 1. Quæstionum in Euangelia. to. 4. Matt. 26.

IDEM dicit: Quod dictũ est, Spuerunt in faciem eius, significauit eos, qui eius præsentiã gratiæ respuunt. Item tamquam colaphis eum cædunt, qui honores suos ei præferunt. Palmas in faciem eius dant, qui perfidia cæcati eum nõ venisse affirmant, tamquam præsentiam eius exterminantes & repellentes.

10 Lib. 2. contra litteras Petiliani. to. 7.

IDEM sic ait: Ille pertinet ad Christi venditorem, qui Christum negat orbis redemptorẽ. Et quẽ nõ inuenerimus traditi coheredem, ipsum iudicemus traditoris heredẽ. Ecce a qua hereditate vos alienatis. Ecce cui heredi resistitis. Itane vero parceret Christo in terra ambulanti, qui contradicit in cælo sedenti?

11 In Præfat. 2. expos. in Psal. 21. to. 8.

IDEM sic inquit: Pendens Christus in ligno irrisus est. An forte adhuc irridetur, & iam non est irascendum Iudæis, qui vel morientem deriserunt, non regnantem? Et quis est qui Christum adhuc irrideat? Vtinam vnus esset, vti-

nam duo, vtinam numerari possent. Tota palea areæ ipsius irridet eum, & gemit triticum irrideri Dominum. Hoc volo gemere vobiscum: tempus est enim lugendi.

12 Cõcione 3. in Psal. 30. IDEM explicans illa verba: Qui loquuntur aduersus iustum iniquitatem in superbia, & contemptu, vel abusione, vt nos legimus, sic ait: Iustus iste Christus est. Multa labia loquuntur aduersus eum iniquitatem in superbia & contemptu: quia conteptibilis superbis apparuit, qui tam humilis venit. Non vis vt contemnatur ab eis, qui honores amant, ille qui tantas contumelias accepit? Non vis vt contemnatur ab eis, qui quasi damnationem mortem crucis turpem putant, ille, qui crucifixus est? Non vis vt contemnatur a diuitibus ille, qui pauperem vitam gessit in mundo, cum esset creator mundi? Omnia ista, quæ amant homines: quia noluit illa habere Christus, vt non habendo ostenderet contemnenda, non quia in potestate non habuit possidenda: omnes qui amant hæc, contemnunt illum, & quicumque voluerit seruorum eius sequi vestigia ipsius, vt ambulet & ipse in ea humilitate, in qua dicit ambulasse Dominum suum, contemnitur in Christo quasi membrum Christi, & cum caput, & membra contemnuntur, totus ipse Christus contemnitur. Quia totus ipse iustus est, caput, & corpus. Et necesse est vt contemnatur totus ipse Christus a superbis, & impijs, vt fiat illis quod dicitur: Muta fiant labia dolosa, quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem in superbia, & contemptu. *Psal. 30.*

13 *Infra*: Perfecisti eis, qui sperant in te in conspectu filiorum hominum. Ergo si speras in Domino, coram hominibus spera, ne forte abscondas ipsam spem tuam in corde tuo, & timeas confiteri, quia tibi pro crimine obijciatur, quia christianus es. Cui autem modo obijcitur, quia christianus est? Tam pauci non christiani remãserunt, vt eis magis obijciatur, quia christiani nõ sunt, quàm ipsi audeant aliquibus obijcere, quia christiani sunt. Tamen dico vobis fratres mei. Incipe quicumque me audis viuere quomodo christianus, & vide si non tibi obijciatur & a christianis, sed nomine non vita, non moribus. Nemo sentit, nisi qui expertus est. Ergo intende quod audis. Vis viuere vt Christianus? Vis sequi vestigia Domini tui? Obijcitur tibi, erubescis, & erubescendo dimittis viam perdidisti. Videris tibi corde credidisse ad iustitiam, sed perdidisti. Ore confessio fit ad salutem, si ergo vis ambulare viam Domini, etiam in conspectu hominum: Spera in Deum, idest noli erubescere de spe tua. Quomodo viuit in corde tuo, sic habitet in ore tuo. Quia non sine causa Christus signum suum in fronte figi voluit, tamquam in sede pudoris; ne Christi opprobrio christianus erubescat. Hoc ergo in conspectu hominum si feceris, si inde coram homininibus non erubueris, si in conspectu filiorum hominum, nec ore, nec factis Christum negaueris, spera tibi perfici dulcedinem Dei.

14 In Psal. 46. IDEM sic ait: Qui crucem Christi irridet, a dæmonibus tamquam a bestijs deuorantur: Nam significauit & hoc quædam Scriptura. Nã cum ascenderet Propheta Dei Eliseus, clamabant post eum pueri irridentes, Ascende calue, ascende calue. Ille autem non tam crudeliter, quàm mystice fecit illos pueros ab vrsis deuorari. Nemo irrideat crucem Domini. Iudæi sunt possessi a dæmonibus, & deuorati. In Caluariæ loco crucifigentes Christum, & leuantes in cruce, tamquam ipsi dicebant sensu puerili, non intelligentes quid loquerentur, ascende calue. Quid est enim ascende? crucifige, crucifige. *4. Reg. 2.*

15 In Serm. de conuers. S. Pauli Apostoli. *Act. 9.* BERNARDVS sic ait: Quid me persequeris, inquit Dominus Paulo. An non persequebatur Christum, qui Christi membra trucidabat in terris? An vero persecuti sunt Christum, qui sacratissimũ illud corpus crucis affixere patibulo? & non persequebatur eum, qui aduersus corpus, quod est Ecclesia odio furebat iniquo? Denique si proprium sanguinem dedit in pretium redemptionis animarum, non tibi videtur grauiorem ab eo sustinere persecutionem, qui suggestione maligna exemplo pernicioso, scandali occasione auertit a Deo animas, quas redemit, quàm a Iudæo qui sanguinẽ illũ fudit? Agnoscite dilectissimi, & expauescite consortia eorũ, qui salutem impediunt animarum. Horrendum sacrilegium, quod & ipsorum videtur excedere facinus, qui Domino maiestatis manus sacrilegas iniecerũt. Videbatur iam cessasse persecutionis tempus. Sed vt palam factũ est, nũquam deest persecutio christiano, sed neque Christo. Et nunc, quod grauius est, ipsi Christũ persequuntur, qui ab eo vtique christiani dicuntur. Amici tui Deus, & proximi aduersum te appropinquauerũt, & steterunt. Coniurasse videtur contra te vniuersitas populi christiani, a minimo vsque ad maximum, a planta pedis vsque ad verticem non est sanitas vlla. Egressa est iniquitas a senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum, inique agunt, & ceteri contra Christum, multiq. sunt nostris temporibus antichristi. *Psal. 37.* *Esai. 1.*

Christi Domini resurrectio, quæ bona mundo dedit, & quid in ea sit considerandum. Cap. XIII.

1 Hom. 2. de Posit. 1. in Cant. to. 3. ORIGENES explicans illa verba: Surge, propera amica mea, & veni &c. ait: Cur ait surge? Cur propera? Ego sustinui rabiẽ tempestatum, ego fluctus, qui tibi debebantur excepi. Tristis est facta anima mea propter te vsque ad mortem. Surrexi a mortuis fractis mortis ianuis, & inferni vinculis dissolutis: ideo dico tibi, Surge amica mea, quia hiems transiuit, pluuia abiit, flores visi sunt in terra, tempus sectionis adest. Sectio remissio peccatorum est.

2 Libro 4. in epistola ad Rom. to. 3. IDEM sic dicit: Traditus est Christus propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Etenim si surreximus Christo, qui est iustitia, & in nouitate vitæ ambulamus, & secundum iustitiam viuimus, surrexit nobis Christus ad iustificationem nostram. Si vero nondum deposuimus veterem hominem cum actibus suis, sed in iniustitia viuimus, audeo dicere, quia nondum surrexit nobis Christus ad iustificationem, nec traditus est propter peccata nostra. Si enim hoc credo, quomodo illud amo, pro quo ille pertulit mortem? Si hæc credo, quòd ille ad iustificationem meam surrexit; quomodo iniustitia placet? Iustificat ergo eos Christus tantummodo, qui nouam vitam exemplo resurrectionis ipsius susceperunt, & vetusta iniustitiæ, atque iniquitatis indumenta velut causam mortis abijciunt.

2 Hom. 8. in Psal. 32. to. 1. BASILIVS explicans illa verba: Dominus dissipat consilia gentium; reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat consilia Principum; consilium autem Domini in æternum manet, ait: Possunt hæc ad dominicæ crucis referri tempus, quando Iudæi Regem gloriæ supplicio se afficere putarunt, ille contra per crucis dispẽsationem humanum genus renouauit. In resurrectione namq. consilium gentium dissipatum, Pilati, & militum, & reliquorum quotquot circa crucem talia peregerunt. Improbata sunt autem consilia principum, Scribarum videlicet & regum populi. Resurrectio namq. omne malignitatis istorum artificium dissoluit.

3 Hom. 12. in Psal. 45. IDEM explicans illa verba: Adiuuauit eam Deus mane diluculo, sic ait: Quoniam diluculo resurrectio futura erat, adiuuauit eam Deus mane diluculo. Hoc est victoriam contra mortem, die tertia matutina confecit. Conturbatæ sunt gentes, inclinata sunt regna, dedit vocem suam, mota est terra. Cogitauit aliquam ciuitatem ab inimicorum insidijs oppetitam, eam oppugnantiam, quam eatenus quidem variæ nationes, regesq. permulti, qui & sceptra sortiti sint in singulas quasque gentes obualent, & circumsideant; dein fac ducem vnum viribus inexpugnabilem inopinato occursu cõspici, suppetias vrbi circumsessæ laturum, qui obsidionem soluat, & coactam gentium factionem dissipet in fugam; denique reges conuertat, sola vocis potentia, clamoreq. exorto eorum corda perterreat. Quantum igitur par est credere, excitari tumultuariæ conturbationes per hosce populos, regesq. profligatos, & in fugam dilapsos? Quantum strepitum sonumve reddi, nec facile desiturũ ex tumultuaria illorum fuga putandum est? Omnis tum locus ijs, qui præ timore in fugam adacti sunt, completur adeo, vt & non mediocris vbique concitetur tumultus in ciuitatibus ac vicis, qui fugatos exceperint. Tale itaque auxilium, talemq. defensionem exprimit prouenisse a Saluatore ciuitati Dei per id, quod dicit: Conturbatæ sunt gentes, & inclinata sunt regna. Dedit vocem suam Altissimus, commota est terra, Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster Deus Iacob. *Psal. 45.*

4 Serm. 14. ex varijs cuius titulus est in ebrietatem & luxũ, quibus die Paschæ populũ affectum vidit. IDEM sic ait: Mouent me fratres ad hunc sermonem vespertina spectacula; illud vero meum retardat animum, meamque in dicendo alacritatem hebetat, atque abrumpit, quod ex ijs quę apud nos tentaui nullum prouenientem conspiciam fructum. Nam & agricola seminum primo iactorum, germinibus nullis exurgentibus, desperatione quadam, pigritiaque ad alias rursus sementes faciendas capitur. Si enim in tot admonitionibus, quas & superiori tempore vos adhortando non præteriuimus, & deinceps septem istis ieiunij hebdomadis nocte ac die per euangelicam nos doctrinam sine intermissione obtestati nihil penitus profecimus; qua vos spe hodierna die alloquemur amplius, aut adhortabimur? O miseri quot noctibus frustra conueniſtis; si tamen & frustra. Nam qui in bonarum actionũ profectu semel fuerit; deinde ad antiquam viuendi redeat consuetudinem; non solum eorum, quos est passus laborum præmium non sumet, sed longe grauioribus dignus est pœnis, quòd cum Dei verbum degustauerit, & mysteriorum notitia dignatus fuerit, breui admodum delinitus voluptate cũcta perdiderit. Quæ igitur alacritas, quæ industria dicendi reliqua mihi? Itaque scitote me omnino taciturum fuisse, nisi Hieremiæ metuerem exemplum, qui ad populum contumacem atque incredulum loqui minime volens illa passus est, quæ ipse narrauit: Quomodo videlicet verbum Domini sit illi factum velut ignis in interioribus, qui & vbique illi adfuerit, & quẽ ferre nequiuerit. Feminæ lasciuæ Dei timoris oblitæ ignis æterni minas nihili pendentes in die tali, quãdo eas ob resurrectionis memoriam domi honeste considere oportebat, ac illius diei recordari, in qua cæli quidem aperientur; apparebit vero nobis iudex e cælis, & tubæ Dei, & resurrectio mortuorum, & iustum iudicium, & cuiusque retributio pro his, quæ gessit, pro eo quòd de his rebus cogitarẽt, corda sua a malis concupiscentijs repurgarẽt, præterita delicta lachrymis delerent, ad occursum Christi, & magnum illũ apparitionis diem sese præpararent, abiecto seruitutis Christi iugo capita honestis operta velaminibus impudice retegentes, Deum & eius Angelos despiciẽtes, ad marium aspectus impudentes diffusæ comas, tunicarum luxum ostentantes, pedibus gestientes, ac oculo petulanti, risu lasciuo, ad saltationem insanientes, iuuentutis intemperantiam in se prouocantes. In locis sacris pro mænibus ciuitatis choros constituentes, en profanauerunt, ac omnium probrorum officinas reddidere! Aerem insuper meretricijs cãtibus, terram vero pedibus lasciuis saltando contaminauere, instar theatri cuiusdam adolescentium cateruas sibi circumsistentes. Denique inuerecundæ omnino, ac insanæ mulierculæ nullam insaniam nullum probrum prætermisere.

6 Hom. 42. in Matth. to. 2. *Luc. 20.* CHRYSOSTOMVS in imperfecto ait: Introduxit diabolus hæresim Saducæorũ, qui dicerẽt nõ esse resurrectionẽ mortuorũ. Quæ res

omnium propositum faciendæ iustitiæ frangit. Nam in omni re, aut actu, siue corporali, siue spirituali, agendi virtus spes est præmij futuri. Qui enim arat, arat, vt metat: qui pugnat, pugnat, vt vincat. Nam cum sit ita difficile in hoc mundo seruare iustitiæ sanctitatem, quis contentus esset aduersus seipsum quotidie luctamina exercere, nisi ad spem aspiceret resurrectionis? Tolle ergo spem resurrectionis, & solnta est tota obseruantia pietatis. Stulti Saducæi, qui sæculum illud huic sæculo simile existimabant. In hoc sæculo, quia morimur, Deo morimur, quia nascimur, ideo vxores ducimus, vt quod moriendo minuitur, nascendo suppleatur. Tolle moriendi necessitatem, & nascendi vtilitas superflua inuenitur. Tolle nascendi vtilitatem, & nubendi causa soluta est. Nam iste mundus carnis est, ille autem animarum. Sicut anima in isto mundo carni subiecta est, quantum ad passiones humanas: sic in illo caro animæ. Vnaquæque res in sua patria fortior est, & dominatur. Si ergo anima sic potens claudi potest in hoc sæculo, infirmo & terreno corpori sic subiecta est vt nihil pene spiritualiter sapere, aut agere possit secundum suam naturam; quanto magis cum in illo sæculo caro infirma, & vilis dignissimæ animæ, & potenti cœperit esse subiecta, nihil poterit carnale sapere, aut agere secundum suam naturam? Ecce quomodo in fide resurrectionis fundatur propositum faciendæ virtutis. Resurrectio autem hominis ex resurrectione Christi probatur.

7 Homil. 44. in Ioannē. tom. 3.

IDEM explicans illa verba Ioan. 6. Ego resuscitabo eum in nouissimo die, ait: Frequēter resurrectionis meminit, ne præsentibus tātum rebus diuinam præscribant prouidentiam, vt si his non fruantur, nō propterea pigriores fiant; neve quòd in hac vita puniuntur, ideo cōtemnant, sed futuram expectent. Verum illi nihil lucrati sunt, nos vero lucramur, cum frequenter nostris auribus resurrectio insonat, etsi dilescere, si rapere, si absurdum aliquid facere voluerimus, e vestigio dies illa, & iudicium animo inscribatur, & omni freno vehemētius, absurdos affectus cogitatio hæc cohibebit, atque inuicem & nobiscum semper dicamus, resurrectio est, & horrendum illud nos iudicium manet. Et si quem gestientem viderimus, & præsentibus bonis inflatum, idem dicamus, & reducamus in memoriam omnia hic remansura. Etsi alius dolore, & calamitatibus affectus occurrerit, ad eum quoque ijsdem verbis vtamur, doceamusque has miserias finem aliquando habituras: inertis autem & pigri auribus insonemus desidiæ suæ pœnas daturum. Sufficiens hoc verbum, quòd omni medicina nostram animam vehementius curet. Est enim resurrectio non longe, sed in portis adhuc.

8 1. Cor. 5.

Modicum & iamiam veniet, & non tardabit. Et omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, & malos, & bonos, hos vt in gloria effulgeant, illos vt merito ignominia afficiantur. *Infra*: Nolimus ergo prouocare Deum stulta audiendo resurrectioni diffidentes. Quēadmodum in alijs principium fuit Christus, ita & in hoc. Siquidem primogenitus idcirco dicitur ex mortuis. Quòd si resurrectio non est, quomodo primogenitus est mortuorum, cum nemo post ipsum resurgeret? Quomodo Dei iustitia seruaretur tot malis in felicitate, tot bonis in miseria vitam degentibus, vbi quisque secundum merita remunerabitur? Nemo recte viuentium resurrectioni diffidit; sed quotidie precantur sanctam illam vocem, Adueniat regnum tuum. Qui sunt igitur, qui resurrectioni non credunt? Qui sceleſti inquinatam vitam, & impuram viuunt, vt Prophe-
ta inquit. Inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore, auferuntur iudicia tua a facie eius. Psal. 9.
Non potest, inquam, homo pure viuere, qui non credit resurrectionem, vt qui nullius sibi conscij sunt criminis, eam non modo profitentur, sed & volunt, & credunt, vt remunerationem accipiant.

9 Hom. 1. resurrect. ex varijs in Ioannem.

IDEM sic habet: Sermo de resurrectione in his, quæ fidei sunt nos dirigit, & vitam nostram componit, & diuinam prouidentiam ab omnibus calumniatoribus vindicat. Et sicut cum non creditur vitam nostram subuertit, maliſq. sexcentis implet: ita cum creditur, nos ad diligentem virtutis curam promouet, vitiaq. magno studio expellit. *Infra*: Paulus commemorans labores suos, ait: In omnibus laboramus, sed non destituimur, persecutionem patimur, & sustinemus, deijcimur, sed non perimus. Quotidianas mortes commemorat, & post sermonem de resurrectione monet. 1. Cor. 4.
Credimus enim, ait, quòd is, qui suscitauit Dominum nostrum Iesum Christum, & nos cū Iesu suscitabit, & vobiscum constituet: propterea malis non succumbimus, ait, maximam in certaminibus ipsis consolationem habentes spem futurorum. Vnde non deficimus, quia licet is, qui foris est noster homo corrumpatur: tamen is, qui intus est renouatur de die in diem, ideſt antequam resurgamus, antequā fruamur gloria futura, etiam non parua hic laborum remuneratio datur. Cum inter angustias ipsas anima nostra reiuueneſcit, sapientior, ac magis pia euadit, fortior, atque constantior persistit. Quæ enim nunc leuis est afflictio supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis, quæ videntur, sed quæ non videntur. Negociator multas fert tempestates fluctuum, insultus, naufragia, multaq. alia incommoda. Et præcedunt quidem tempestates, sequuntur autem mercedes &; videt quidem pelagus, ac fluctus, cum e littore soluit: merces autem non videtur, tantum autem speratur; at nisi ad eam respiciat, quæ non apparet, & absens est, & non in manu, sed in spe, numquam etiam præsentia, & quæ apparent, attentabit. Similiter & agricola iungit bouem, aptat aratro, profundos facit sulcos, seminaque spargit, & omnia quæ sibi sunt, insumit, & frigora, & glacies, & imbres, & alias fert ærumnas, tandemque post labores expectat,

ctat, vt videat campos virentes, & impletam aream. En & hic prior est labor; posterior vero merces: & merces incerta; labor vero certus & difficilis, & illa quidem tantum in spe, labor autem in manibus. Sicut igitur in rebus vitæ huius magis spectatur ad inuisibilia, quàm ad visibilia, & antea fertur labor, quàm videatur merces, sicq. spes inuisibilium primum adducit, & tunc visibilia quoque attinguntur. Ad hæc dubitare, hæsitare, & poscere mercedem ante labores, videtur esse animi abiectioris,
11 quàm sint agricolæ, & nautæ. Non enim in hoc solo ipsis videmur esse deteriores, quòd ægre futura expectamus, sed etiam in alio quodam nō minore illis. Et quodnam est hoc? Illi enim non satis fidere possunt fini suo, & incerti sunt, quantum mercedis habituri: attamen nec sic a laboribus deterrentur. At tu fideiussorem habes coronatum, & neque sic imitaris illorum studium, ac strenuitatem. Etenim nonnumquā agricola, postquam sementem fecerit, agrum coluerit, iam segetem increscere viderit; spe tamen & retributione laborum excidit, si vel grando, vel erucæ, vel locustæ, vel alia quædam talia acciderint. Et post multos labores vacuis manibus domum regreditur. Mercator quoque post longam nauigationem afferens oneratam nauim sæpe in ipso portus ostio irruētibus ventis impingit in scopulum, & vix nudo corpore saluato egreditur. Et in summa in sæcularibus negocijs omnibus sæpe sub finem eiusmodi calamitates eueniunt. Ceterum nō idem in tuis contingit certaminibus, sed necesse omnino est, vt qui certauerit, & pietatem semi nauerit, multosq. labores tulerit, finem ipsum assequatur. Neque enim aeris intemperie, neque ventorum tempestate laborum mercedes subuerti sinit Deus. Sed repositæ sunt illæ in cælestibus, & indepręda bilibus thesauris.

12 Epist. 13. ad Paulinum Monachū tom. 1.

HIERONYMVS sic ait: Ab Adriani temporibus vsque ad imperium Constantini per annos circiter cētum octoginta in loco resurrectionis simulacrum Iouis, in crucis rupe statua ex marmore Veneris a gentibus posita colebatur. Bethlehem nunc nostram, & augustissimum orbis locum, de quo Psalmista canit, Veritas de terra orta est lucus inūbrabat Thamuz 1. Adonidis, & in specu, vbi quondam Christus paruulus vagijt, Veneris amasius plangebatur; existimantibus persecutionis auctoribus, quòd tolleret nobis fidem resurrectionis, & crucis, si loca sancta per idola polluissent.

13 Epistola ad Pammach. aduersus errores Ioan. Hierosolymit. Episc. tom. 2. Isaiæ 63.

IDEM postquam multis testimonijs probauit resurrectionem carnis, de Christi resurrectione loquitur, & ait: Inquit Isaias. Quis est iste, qui venit de Edom, fulgida vestimēta eius ex Bosor, sic formosus in stola candida. Edom aut terrenus interpretatur, aut cruētus, Bosor, aut caro, aut in tribulatione. Paucis verbis totum resurrectionis mysterium demonstrat, id est ad veritatem carnis & augmentum gloriæ. Et est sensus. Quis est iste, qui ascendit de terra, ascendit de sanguine? Cuius vestimenta iuxta prophetiam Iacob, qui alligauit pullum suum ad vitem, & torcular calcauit solus, musto rubentia sunt. De Bosor, ideſt de carne, siue tribulatione mundi. Ipse enim vicit mundum, ideoque rubra & fulgida sunt vestimenta eius: quia speciosus forma fuit præ filijs hominum, propter gloriam triumphantis in stolam candidam commutata sunt; & tunc vere de Christi carne completum est. Quæ est ista, quæ ascendit dealbata innitens super fratruelem suum? Et quod in eodem libro scribitur. Fratruelis Cant. 5.
meus candidus, & rubicundus. Hunc imitantur, qui vestimenta sua non coinquinauerunt cum mulieribus: virgines enim permanserunt.

14 Epistola ad Hedibiam tom. 3.

IDEM sic habet: Nondum de ventre Apostolorum fluebant gratiæ spirituales, quia Dominus, necdum fuerat glorificatus. Quæ sit autem gloria, ipse in Euangelio loquitur: Pater Ioan. 17.
glorifica me gloria, quam apud te habui, priusquam mundus fieret. Gloria Saluatoris patibulum triumphantis est. Crucifigitur vt homo, glorificatur vt Deus. Hæc est gloria, de qua loquebatur in Psalmo: Exurge gloria mea, Psal. 56.
exurge psalterium & cithara. Ipsaq. de se respondit gloria, & dispensatio carnis assumptæ. Exurgam diluculo, vt impleatur vigesimiprimi Psalmi titulus pro assumptione matutina.

15 Lib. 16. in c. 57. Isaiæ, to. 4.

IDEM explicat de Christo Domino locum Isaiæ in versione septuaginta interpretum. Propter peccatum ad modicum quid contristaui eum, & percussi eum, & auerti faciem meam ab eo, & contristatus est, & ambulauit tristis in vijs suis. Vias eius vidi, & sanaui eum, & reddidi consolationes ipsi, & lugentibus eū, & ait: Christus Dominus propter peccata mūdi ad modicum contristatus fuit, cum dixit: Tristis est anima mea vsque ad mortē. Et per- Matt. 26.
cussit eum Pater, qui loquitur per Zachariam. Zach. 13.
Percutiam pastorem, & dispergentur oues. De Psal. 68.
quo & in Psalmo legitur: Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt, & auertit Dominus faciem suam ab eo, vt formam serui paulisper acciperet, & ambularet lugens peccata populi. Et quia vidit Pater vias eius. Propterea sanauit eum, qui fuit inter mortuos liber, & caro eius non vidit corruptionem, vt qui percussus est in cruce, sanaretur in resurrectione. Et cōsolatus sum, inquit, eum, dans ei pro vna gente Iudæorum vniuersum mundum, & lugētes eius, subauditur, consolatus sum. Nec dubium quin Apostolos significet, & compleuit fructum labiorum eius, qui dixerat ei. Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, pacem super pacem, mundum reconcilians Deo, vt vtrumque populum vocaret ad se, & sanaretur a Patre.

16 Lib. 18. in c. 66. Isaiæ.

IDEM explicat locum Apocalypsis. Vidi cælum apertū, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum vocabatur fidelis, & verax, & iustitia iudicans, & bellator. Oculi autem eius quasi flamma ignis, & super caput eius diademata plurima, habens nomen scriptum, quod nemo nouit, nisi ipse. Et amictus erat veste aspersa sanguine, & vocabatur nomen eius Ver

bum Dei. Et exercitus in cælo sequebatur eum in equis albis, vestitus byssо albo, atque mūdissimo. Et de ore eius egrediebatur gladius acutus, vt in ipso percuteret gētes, ait: Equo ruffo sedebat Dominus, atque Saluator humanum corpus assumens, cui dicitur, Quare rubra sunt
Isaiæ 63. vestimenta tua? Et quis est iste qui ascendit de Edom, fulua vestimēta eius de Bosra. Et sequebantur eum variorum colorum equi, vel in martyrio rubri, vel sturnini in uolatu, vel varij in virtutibus, vel candidi in virginitate. Equo autem sedebat albo: quādo post resurrectionem, immortale, & incorruptum corpus assumpsit. Et quicumque eum sequebantur candidis vtebantur equis; incorruptis videlicet, immortalibusq. corporibus.

17 IDEM explicans locum illum: Et scient
Lib. 5. in c. 17. Ezech. omnia ligna regionis, quia ego Dominus humiliaui lignum sublime, & eleuaui lignum humile, & siccaui lignum viride, & frondere feci lignum aridum, sic ait: Quidam interpretantur lignum sublime humiliatum, & humile exaltatum referentes ad passionem Domini Saluatoris,
Philip. 2. qui cum in forma Dei esset, exinaniuit se, formam serui accipiens, & post resurrectionem ipsum lignum postea sublimatū est, quod prius virēs morte siccatum est, & postea reuiuiscens pristinum recepit virorem.

18 AVGVSTINVS explicans locū Exodi
Lib. Quæstionum super Exod. to. 4. 16. Vespere comedetis carnes, & mane saturabimini panibus, de Christo Domino illum intelligit. Carnibus ad vesperam, & panibus mane ille significatur, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram; ad vesperam quippe mortuus ex
Rom. 4. infirmitate sepultus est; mane autem apparuit discipulis, quia resurrexerat ex virtute.

19 IDEM: Præcipit Dominus filijs Israel, vt
Lib. 4. Quæstionum in Numeros. accipiant iuuencam ruffam, & cremandam iubet, sic ait: Puto quòd crematio ad signum pertinet resurrectionis. Natura est quippe ignis,
Num. 19. vt in superno moueatur, & in eum conuertitur quod crematur. Quod vero additum est, In conspectu sacerdotis, hoc mihi insinuatum videtur, quia illis apparuit resurrectio Christi, qui futuri erant regale sacerdotium. Iam quod sequitur, & pellis eius, & carnes, & sanguis eius cum stercore eius comburētur, significat, quòd non solum substātia mortalis corporis Christi, quæ commemoratione pellis, & carnium, & sanguinis intimata est: verum etiam contumelia, & abiectio plebis, quam nomine stercoris significatam puto conuertetur in gloriā, quam combustionis flamma significat. Et accipiet sacerdos lignum cedrinum, & hyssopum, & coccinum, & immittet in medium combustionis iuuencæ. Lignum cedrinum spes est, quæ debet in supernis firmiter habitare. Hyssopus fides, quæ cum sit herba humilis, radicibus hæret in petra, coccinum charitas, quod feruorem spiritus igneo colore testatur. Hæc tria debemus mittere in resurrectionem Christi, tamquam in medium combustionis illius, vt cum illo sit abscondita vita nostra. Sicut dicit Apostolus: Vita nostra abscondita est cum Christo in Deo. *Coloss. 3.*

IDEM sic ait: Quando Ioannes commemorauit ad mare Tyberiadis a septem piscantibus visum esse Dominum: Hoc iam tertio, inquit, manifestatus est Iesus Discipulis, cum resurrexisset a mortuis, hæc apparitio non tertia, sed quarta est. Ioannes non dixit tertio, tamquam tres solæ factæ fuerunt manifestationes eius: sed hoc intelligendum est ad numerum retulisse dierum, nec cōtinuorum dierum, sed per interualla; sicut idem ipse testatur. Nā primo ipso die resurrectionis suæ, excepto quòd a mulieribus visus est, id est quod in Euangelio claret, ter se manifestauit. Semel Petro, iterum duobus illis, quorum vnus erat Cleophas, plurimis iam inde colloquentibus noctis exordio. Sed hoc totum Ioannes ad vnum diem referens semel computat. Iterum autem, hoc est alio die, quando eum vidit & Thomas: tertio vero ad mare Tyberiadis, hoc est tertio die manifestationis eius non tertia manifestatione; ac per hoc post hæc omnia cogimur intelligere factum esse, quòd eum in monte Galilææ secundum Matthæum discipuli vndecim viderunt. Inuenimus itaque apud quattuor Euangelistas decies commemoratum Dominum visum esse ab hominibus post resurrectionem, semel ad monumentum mulieribus; iterū eisdē regredientibus a monumēto in itinere; tertio Petro, quarto duobus euntibus in Castello, quinto plu ribus in Hierusalem, vbi non erat Thomas, sexto vbi eum vidit Thomas, septimo ad mare Tyberiadis, octauo in monte Galileæ secundum Matthæum, nono quod dicit Marcus, nouissime recumbentibus, quia iam non erant in terra cum illo conuiuaturi, decimo in ipso die non iam in terra, sed eleuatum in nubē cum in cælū ascenderet. Toties ergo in euangelicis libris cōmemoratus est ab hominibus visus, antequā ascendisset in cælum. In terra scilicet nouies, & in aere semel ascendens. Sed non omnia scripta sunt, sicut Ioannes fatetur. Crebra enim erat eius cū illis conuersatio per dies quadraginta, priusquā ascenderet in cælū; non tamen eis per omnes quadraginta dies cōtinuus apparuerat. Nam post diē primū resurrectionis eius alios octo dies interuenisse dicit Ioannes, post quos eis rursus apparuit. Tertio autem ad mare Tyberiadis fortassis cōtinuo cōsequenti die: nihil enim repugnat, & deinde quando voluit constituens eis, quod & ante prædixerat, vt eos in Galileæ montē præcederet. Atque omnino per illos quadraginta dies, quoties voluit, quibus voluit, quemadmodū voluit, sicut Petrus dicit, quādo Cornelio prædicabat. Qui simul, inquit, manducauimus, & bibimus cū illo; posteaquam surrexit a mortuis per dies quadraginta. Non quòd continuo per dies quadraginta cum illo manducassent: nam erit contrarium Ioanni, qui octo illos dies interposuit, quibus eis visus non est, vt tertio manifestaretur ad mare Tyberiadis: Inde iam etiamsi quotidie illis visus, & cum illis conuersatus est, nihil repugnat.

20 Libro 3. de cōsensu Euangelist. *Ioan. 21.*

21 *Ioan. 21.* *Act. 10.*

IDEM

22 IDEM exponens locum: Pauli Etsi nouera-
Lib. 11. contra Faustū. tom. 6. mus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus, ait. Sicut cum Paulus dixit,
2. Cor. 5. spe salui facti sumus, nō dixit, salui futuri sumus,
Rom. 8. sed amodo iam facti sumus, non tamen in re, sed in spe; sic, & quod ibi dictum est, amodo neminem nouimus secundum carnem nō dum in re, sed in spe intelligitur; quia spes nobis in Christo est, quia in illo iam completum est,
Rom. 6. quod in nobis promissum speramus. Ille quippe iam resurrexit, & mors ei vltra non dominabitur. Quem etsi non eramus secundum carnem, cum adhuc moriturus esset, inerat quippe in eius corpore mortalitas, quam proprie carnem, appellat Apostolus, sed iam nunc nō nouimus. Illud enim eius mortale iā induit immortalitatē, vnde secundū pristinam mortalitatem iā caro dici nō potest. Vnde hęc verba propter resurrectionem Christi dicta sunt; quandoquidem ista verba illud præcessit, Pro omnibus mortuus est Christus, vt qui viuunt iam non sibi viuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Quid est enim aliud non sibi sed illi viuant, nisi vt secundum carnem non viuant in spe terrenorum, & corruptibilium bonorū, sed secundum spiritum in spe resurrectonis
2. Cor. 5. quæ iam ex ipsis in Christo facta est? Itaque eorum pro quibus Christus mortuus est, & resurrexit, & qui iam non sibi sed illi viuunt, neminem secundum carnem Apostolus nouerat propter spem futuræ immortalitatis, in
2. Cor. 5. cuius expectatione viuebant, quæ in Christo iam non spes, sed res erat. Et quia omnes in illo, etsi nondū in re, iam tamen spe hoc sumus. Si qua igitur in Christo noua creatura; vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua. Omnis ergo noua creatura, id est populus innouatus per fidem, vt habeat interim in spe, quod in re postea perficiatur, in Christo habet iam quod in se sperat.

23 IDEM explicans illa verba. Surge Domine
In psal. 131 to. 8. in requiem tuam, tu, & arca sanctificationis tuæ: ait. Domino dormienti dicit, surge. Iā nostis quis dormiuit, & quis surrexit; ipse enim quodam loco dicit in psalmo, Dormiui
Rom. 6. conturbatus. Bene illi dicitur, Exurge Domine in requiem tuam, iam non conturbaberis: quia Christus resurgens a mortuis, iam nō moritur & mors ei ultra non dominabitur. Ipsius est vox in alio psalmo, Ego dormiui, & somnum cepi, & exurrexi: quoniam Dominus suscepit
Psal. 3. me. Ipse dormiuit, ipsi dicitur, Surge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ, id est exurge, vt exurgat, & arca sanctificationis tuæ, quam sanctificasti, ipse caput nostrum, arca eius Ecclesia eius surrexit prior, surgat, & Ecclesia. Non autem auderet sibi resurrectionem corpus promittere, nisi prius exurgeret caput. Exurge Domine in requiem tuam tu, & arca sanctificationis tuæ; et corpus Domini nostri Iesu Christi quod ex Maria natum est, intellectum est a quibusdam arca sanctificationis, vt hoc diceret. Exurge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ, cum corpore exurge, vt pālpent, qui non credebant, Sacerdotes tui induantur iustitiam, & sancti tui exultent. Te exurgente a mortuis, & eunte ad patrem regale illud sacerdotium induatur fide, & accepto pignore Spiritus sancti lætentur membra spe resurrectionis quæ præcessit in capite: eis enim Apostolus dicit: Spe gaudentes. *Rom. 11.*

IDEM sic ait: Nemo potest idoneus fieri 24
In psal. 148 futuræ vitæ, qui se ad illam modo non exercuerit, modo ergo laudemus Deum, sed & rogemus Deum, laus nostra lætitiam habet, oratio gemitum: promissum est enim nobis aliquid, quod nondum habemus. Et quia verax est, qui promisit, in spe gaudemus: quia tamen nondū habemus, in desiderio gemimus. Bonum est nobis perseuerare in desiderio, donec veniat, quod promissum est, & transeat gemitus, & succedat sola laudatio. Propter hæc duo tempora vnum, quod nunc est in tentationibus, & tribulationibus huius vitæ, alterum, quod tunc erit in securitate, & exultatione perpetua, institutа est etiam nobis celebratio duorum temporum ante pascha, & post pascha; illud quod est ante pascha significat tribulationem, in qua modo sumus. Quod vero nunc agimus post pascha significat beatitudinem, in qua postea erimus. Ante pascha ergo quod celebramus hoc, & agimus; post pascha autem, quod celebramus, significamus, quod & nondum tenemus. Propterea illud tempus in ieiunijs, & orationibus exercemus: hoc vero tempus relaxatis ieiunijs in laudibus agimus. Hoc est enim alleluia, quod cantamus, quod latine interpretatur, vt nostis, Laudate Dominum. Illud ideo tempus ante resurrectionem, hoc tempus post resurrectionem Domini est: quo tempore significatur vita futura, quam nondum tenemus: quia, quod significamus post resurrectionem Domini, tenebimus post resurrectionem nostram. In capite enim nostro nobis vtrumque figuratū est, vtrumque demonstratum est. Passio enim Domini ostendit nobis vitam præsentis necessitatis, qua oportet, & laborare, & tribulari, & ad extremum mori. Resurrectio vero, & clarificatio Domini ostendit nobis vitam, quam accepturi sumus, cum venerit retribuere digna dignis, mala malis.

IDEM explicans illa verba: quia ego viuo, & vos viuetis, ait. Quia ille viuit, ideo & 25
Tractat. 75 in Ioannē, tom. 9. vos viuetis. Quare autem de præsenti dixit, se viuere, illos autem de futuro esse victuros: nisi quia vitam etiam carnis vtiq. resurgentis, qualis in ipso præcedebat, & illis est pollicitus secuturam? Et quia ipsius, mox futura erat resurrectio, præsentis posuit temporis verbum, propter significandam celeritatem. Illorum autem quoniam sæculi differtur in finem, non ait viuitis, sed viuetis. per hominem quippe mors, per hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Quoniam nemo ad mortem, nisi per illum: nemo ad vitam, nisi per Christum. Quia nobis viximus, mortui

tui sumus: quia viuit ipse, viuemus, & nos: quia ille mortuus est pro nobis, & sibi viuit, & nobis. Quia enim viuit ille, & nos viuemus.

26 Sermone 80 de tempore tom. 10.

IDEM sic ait: Venit Iacob ad Iordanem, & luctabatur, cum viro vsque dum veniret aurora. Iacob in illa colluctatione Iudæorũ populum figurauit, angelus qui cum illo luctabatur typum Domini saluatoris præferebat. Luctatur Iacob cum angelo: quia populus Iudæorum luctaturus erat cum Christo. Vincebat Iacob angelum: quia Iudæorum populus Christum, vsque ad mortem persecuturus erat. Dimitte me, inquit Angelus, iam ascendit aurora. Hoc iam resurrectionem Domini figurauit, quia Dominus ante lucẽ legitur resurrexisse a mortuis. Quòd autem Iacob typum Domini figurauit, etiã tunc cognoscimus, quòd orans Deũ, vt eum de manu Esau eriperet. Domine, inquit, in baculo meo transiui iordanem, & ecce cum duabus turmis regredior. Verum est, fratres, baculo crucis Christus apprehendit mundum: & cum duabus turmis, idest cum duobus populis ad patrem redijt cum triumpho.

27 Homil. 81. de tempore

IDEM ait: Vidit Ioseph somnium, quòd sol, & luna, & vndecim stellæ adorarent eum, hoc in illo Ioseph impleri non potuit: quia iam mater ipsius de hac luce migrauerat, in nostro vero Ioseph, idest Domino Iesu Christo somni illius sacramenta completa sunt. Sol enim, & luna, & vndecim stellæ eum adorauerunt, quando post resurrectionem sancta Maria, velut luna, & beatus Ioseph, velut sol, & vndecim stellæ, idest beati Apostoli incurnati, & prostrati sunt ante eum, & impleta est prophetia, quæ dixerat: Laudate eum sol, & luna, laudate eum omnes stellæ, & lumen. *Psal.148.*

28 In Sermone 107. *Iudic.16.*

IDEM explicans quomodo Samson surrexit media nocte, cum clausus teneretur in ciuitate Gazæ, & abstulit portas ciuitatis cum seris, quas in cacumine montis posuit, ab Allophylis teneri non potuit, dicit: Agnoscimus hoc in loco redemptoris nostri opera, postquã synagoga, ad quam venerat, a se per diabolum separata est, postquam eum crucifixit, ad infirma descendit, & inimici custodiebant locũ dormitionis, idest sepulchrum, capere volebãt quem videre non poterant, ille autem dormiebat ibi. Hoc ideo dixit, quia vere mortuus erat, Et quod dictum est, media nocte surrexit hoc significauit: quia in secreto surrexit: aperte enim passus est, solis autem discipulis, & certis quibusque surrexit, pauci cognouerunt, tenuerunt, & palpauerunt. Tollit autem portas ciuitatis, idest aufert portas inferni, mortis imperium remouens: recipiebat enim non remittebat. Quid autem fecit Dominus Iesus? Ablatis portis mortis ascendit cacumen montis: nouimus enim eum, & resurrexisse, & in cælos ascendisse, ibique ad dexteram patris consedisse.

29 Serm. 1. na tiuitatis. *Marc.3.*

BERNARDVS ait: Christus in conuersatione sua contra peccatum dimicans verbis pariter, & exemplis oppugnat, sed in passione sua alligat illud, alligat plane fortem, & diripit vasa eius. Iam vero eodem ordine mortem quoque superat prius in semetipso, cum resurgit primitiæ dormientum, & primogenitus mortuorum. Postmodum debellaturus eam pariter in omnibus nobis, quando videlicet suscitabit mortalia corpora nostra, & destruetur nouissima inimica mors. Propterea enim resurgens decorem indutus est, non sicut antea nascens pannis inuolutus est. Propterea qui prius sinu misericordiæ fluebat non iudicans quenquam, resurgens præcinxit se, & iustitiæ cingulo videtur quodammodo effluentẽ sinum misericordiæ collegisse: quoniam ex tunc præparatur ad iudicium, quod in nostra resurrectione futurum est. *1.Cor.15.*

30 Sermones resurrectionis.

IDEM sic ait: Quid nos dicimus, qui sacram Domini resurrectionem paschæ priuamus nomine, vt sit nobis in reditu magis quàm in transitu, luximus his diebus, compunctioni & orationi, grauitati, & abstinentiæ dediti ceterorũ negligentias temporum sacro hoc quadragenario redimere cupiẽtes, communicauimus passionibus Christi, conplantati ei denuo sumus per baptismum, quẽdam lachrymarum pœnitẽtiæ. Si ergo mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? Si negligentias planximus, quid causæ est, vt recidamus nunc in easdẽ? Et inueniamur nunc iterũ curiosi, vt ante, verbosi vt ante, pigri, & negligentes vt ante, vani, & suspicioſi, detractores, & iracundi, ceterisque impliciti vitijs, quæ tam anxie deplorauimus his diebus? Laui pedes meos, quomodo iterum in quinabo eos? Exui me tunicam, quomodo induam eam? Non sic videbitur Christus, non hoc iter quo ostendat nobis Deus salutare suum. Denique qui retro respicit indignus est regno Dei. Sic amatores sæculi inimici crucis Christi, cuius in vanum accepto nomine dicuntur christiani, toto tempore quadragesimali ad instantes inhiant dies resurrectionis, heu! vt liberius indulgeant voluptati. Obnubilat fratres solemnitatis lætitiã materia tristior, sed ipsius plangimus solemnitatis iniuriam, quam dissimulare nõ possumus, nec in ipsa immo minus in ipsa. Pro dolor! pecandi tempus, terminus recidendi facta est resurrectio Saluatoris. Ex hoc nempe comessationes, & ebrietates redeunt, cubilia, & impudicitiæ repetuntur, & laxantur concupiscentijs frena, quasi ad hoc surrexerit Christus, & non magis propter iustificationem nostram. Sic honoratis miseri Christum, quem suscepistis? Venturo parastis hospitium confitentes peccata cum gemitu, castigantes corpora, eleemosynas impendentes, & ecce susceptum proditis inimicis, immo exire compellitis priores nequitias admittẽdo; neque enim cohabitatio esse potest luci ad tenebras, Christi cum superbia, cum auaritia, cũ ambitione. Quid enim minus debetur præsenti, quàm venturo? Quid minus reuerentiæ resurrectionis tempus exigit, quàm passionis, sed vos, vt manifestum est, neutram honoratis. nam si compateremini, & conregnaretis; si commoreremini, & conresurgeretis. Nunc autem ex solo con- *Rom. 6.* *Cant. 5.* *Luc.9.* 31

la consuetudine temporis, & simulatione quadam humiliatio illa processit, quam non sequitur exultatio spiritualis. Propter hoc, vt ait Apostolus, Multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. Propter hoc crebra in diuersis regionibus hominum mortalitas specialiter his diebus. Quid enim? Deprehensi estis inter angustias præuaricatores, non qui præuaricati estis, sed qui persistitis in peccato addentes præuaricationem, aut penitus impœnitentes, aut tepide pœnitentes, nec pericula fugientes, vel post miseram experientiam incentiua peccati. Redite ergo præuaricatores ad cor, & in toto corde quærite Dominum, & odite maluni, pœnitentes non verbo tantum, & lingua, sed spiritu, & veritate. Quia vero non satis ceciderisse piget hominem, vt videtur, qui adhuc manere disponit in lubrico; aut errasse, qui ducem non quærit. Sit vere compunctionis indiciũ, opportunitatis fuga, subtractio occasionis; alioquin timendum valde, ne dies ista, (siquidem, & ipsa posita est in ruinam, & resurrectionem multorum in Israel) reprobet vos vel tanquam manifeste alienos a Christo non communicantes, vel tanquam socios Iudæ, inquem intrauit satanas post buccellam. Sed quid ad nos fratres de his, qui foris sunt iudicasse, nisi quod in eodem fuisse nos laqueo plã gimus, ab eodem erutos gratulamur sola misserabiliter eos detineri fraterna charitate dolemus? Vtinam autem vel nos iam sanctificati, & penitus alieni ab hac misera, & sacrilega consuetudine inueniamur, nec quicquam in nobis pereat aut minuatur de exercitio spirituali sacræ resurrectionis aduentu, sed transire magis, & excrescere studeamus. Quicumque enim post lamenta pœnitentię non ad carnales redit consolationes, sed in fiducia diuinæ miserationis excedit, ingreditur nouam quandam deuotionem, & gaudium in Spiritu sancto: nec tam compungitur præteritorum recordatione peccatorum, quàm delectatur memoria, & inflammatur æternorum desiderio præmiorum. Is plane est, qui cum Christo resurgit, qui pascha celebrat, qui festinat in Galilæam. Vos igitur charissimi si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram, vt quemadmodum Christus resurrexit a mortuis per gloriam Patris, ita & vos in nouitate vitæ ambuletis, vt a consolatione mundi, per compunctionem, quæ secundum Deum est, ad deuotionem sanctam vos transire gaudeatis. *1.Cor.11.* *Ioan. 3.* 32

33

IDEM sic ait: In apparitionibus septem, quæ post resurrectionem factæ leguntur, septẽ illa dona Spiritus sancti possumus inuenire. In prima spiritum timoris accipe, quando mulieribus sanctis venientibus descendit Angelus de cælo, & terræmotus factus est, ita vt ipsas timore perterritas oportuerit ab Angelo consolari. In spiritu pietatis apparuit Simoni: quia magna, & omnino, & vere Domino Iesu digna pietatis dignatio, quòd ei singulariter, & ante ceteros est dignatus apparere, quem præceteris de negatione eius rea conscientia confundebat, vt vbi abundauit delictum, superabundaret, & gratia. In spiritu scientiæ duobus pergẽtibus in Emmaus scripturas exposuit incipiens a Moyse, & Prophetis. In spiritu fortitudinis ianuis clausis intrauit ostẽdens manus, & latus, sicut solent in signum virtutis clypeorum foramina demonstrari. In spiritu consilij frustra in piscatione laborantes mittere in dexteram rete consuluit. In spiritu intellectus aperuit illis intellectum, vt intelligerent scripturas. In spiritu sapientiæ die quadragesimo apparuit eis, quando videntibus illis eleuatus est & viderunt filium hominis ascendentem, vbi erat prius. Vsque ad illam enim diem quasi per stultitiam prædicationis saluos faciebat credẽtes; postquam vero coram eis ascendit ad Patrem, iam cœpit sapientiam declarare.

34 Serm. 44. in Cantica. *Rom. 4.*

IDEM explicans verba illa: Botrus cypri dilectus meus mihi in vineis Engalddi, ait. Si dilectus in myrrha multo magis in botri suauitate. Ergo Dominus meus Iesus myrrha mihi in morte, botrus in resurrectione, seipsum mihi saluberrimũ temperauit in potum, in lacrymis in mensura. Mortuus est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram, vt peccatis mortui iustitiæ viuamus. Itaque tu si peccata luxisti, bibisti amaritudinem; si autem iam respiraſti in spem vitæ, vita sanctiori, mutata est tibi myrrhæ amaritudo in vinum, quod lætificat cor hominis. Et fortassis hoc illud significauerit, quòd salutari oblatum est in cruce vinum myrrhatum. Et ideo noluit bibere, quoniam istud sitiebat. Tu ergo post myrrhæ, vt dixi, amaritudines vinum iucunditatis experiens, haud temere ipse dicere poteris, Botrus cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi.

35 Serm. 58. in Cantica *Cant. 2.* *Luc.3.* *Matt. 27.*

IDEM sic ait: Tempus putationis aduenit. Quæris quando hoc fuit. Quando putas, nisi cum refloruit caro Christi in resurrectione. Et hic primus, & maximus flos, qui apparuit in terra nostra. Nam primitiæ dormientium Christus, ipse, inquam, flos campi, & lilium conuallium Iesus, vt putabatur filius Ioseph a Nazareth, quod interpretatur flos. Is ergo flos apparuit primus non solus: nam & multa corpora sanctorum, quæ dormierant surrexerunt, qui veluti quidam lucidissimi flores simul apparuerunt multis. Flores etiam fuerunt, qui primi crediderunt de populo primitię sanctorum, flores eorum miracula instar florum producentia fructum fidei. Nam postquam ille infidelitatis imber aliquantulum, vel ex parte abijt, & recessit, secuta mox est pluuia voluntaria, quã segreganit Deus hereditati suæ, & flores apparere cœperunt. Dominus dedit benignitatem, & terra nostra dedit fructus suos; ita vt vna die tria millia, in alia quinque milia de populo crederent, adeo in breui creuit florum numerus, idest credentium multitudo, & non potuit gelu malitiæ præualere aduersus flores, qui apparebant. Nam cum omnes, qui crediderant *Psal. 84.* *Act. 2. & 4.* 36

derant, indurentur virtute, ex alto surrexerũt ex eis homines, qui minas hominum contemserunt fortes in fide. Passi sunt quidem quam plurimos contradictores, sed non cesserunt, neque subterfugerunt, quominus & facerent, & annunciarent opera Dei, Nam iuxta illud in psalmo spiritualiter quidem, & seminauerunt agros, & plantauerunt vineas, & fecerunt fructum natiuitatis, processu temporis tempestas sedata est, & pace reddita terris creuerunt vineæ, & propagatæ ac dilatatæ sunt, & multiplicatæ super numerum, Ex tunc demum sponsa ad vineas inuitatur, non quidem ad plantandum, sed ad putandum, quod plantatum iam erat.

Psal. 125. *Psal.* 160.

Christi Domini ascensio mirabilis, & homini vtilissima. Cap. XIV.

ORIGENES Sic ait: Aduerte quomodo semel in anno isto in die repropitiationis summus sacerdos Christus intrat in Sancta Sanctorum, hoc cum impleta dispensatione penetrat cælos, & intrat ad Patrem, vt eum propitium humano generi faciat, & exoret pro omnibus credentibus in se. Hanc repropitiationem eius, qua hominibus repropitiat patrem sciens Ioannes Apostolus dicens, Hæc dico filioli, vt non peccemus. Quòd etsi peccauerimus, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est repropitiatio pro peccatis nostris. sed & Paulus similiter de hac repropitiatione commemorat, cum dicit de Christo, quem posuit Deus propitiatorem in sanguine ipsius per fidem. Igitur dies propitiationis manet nobis vsque quo occidat sol, ideſt vsque quo finem mundus accipiat. Stamus enim nos pro foribus operientes Pontificem nostrum commorantem intra Sancta Sanctorũ, ideſt apud Patrem, & exorantem pro peccatis eorum, qui se expectant, non pro omnium peccatis exorantem. Non enim exorat pro his qui in sortem veniunt eius hirci, qui emittitur in desertum. Pro illis exorat tantum, qui sunt sors Domini, qui eum pro foribus expectant, qui non recedunt de templo ieiunijs, & orationibus vacantes.

1 Hom. 9. in caput 16. Leuitici, to. 1.

2 Hom. 2. in psal. 7. to. 1.

BASILIVS Exurge Domine Deus meus in præcepto, quod mandasti. Potest hic Sermo ad resurrectionis mysterium referri, vt hortetur propheta, & obsecret iudicem quatenus is exurgat in peccati omnis vltionem, & mandata perficienda, quæ nobis pridem constituit, & synagoga populorum circundante te. ac venerante synagoga, quam possedisti per gratiæ cõdescensionem in carnem, & legis nouæ dispensationem, regredere in altum gloriæ, quam habuisti ante mundi constitutionem.

IDEM ait: De Christo Domino dicitur, quòd consedit in dextera maiestatis Dei. Nec enim hæc vox dextrum significat locum inferiorem, sed statum æqualitatis eo, quòd dextrum hic non accipiatur corporaliter, sed honorificis verbis, ac præsidentiam declarantibus filij maiestatem sermo nobis commendat, vt iam non possit dici per hãc vocem inferiorem dignitatis gradum significari, sed Christus est Dei virtus, & Dei sapientia, Dei imago inuisibilis, & splendor gloriæ, quòdque hunc Pater signauit Deus, seque totum in eo expressit. Vnigenitus Filius Dei in sinu est Patris; nam sinus paternus sedes est digna filio, scabeli vero locus his conuenit, qui sunt inferioris existimationis. *Infra.* Arbitror stationem, & consessum Christi naturam Dei solidam, & vndequaque formam significare, iuxta quem tropum & indicare volens Deum immobilem, & immutabilem semper esse ait: Et tu sedes in æternũ, & nos, perimus in æuum.

3 Libro de Spiritu sancto ad sanctũ Amphylochiũ Epi scopũ Iconij. c. 6. *Heb.* 1.

CHRYSOSTOMVS sic habet: In veteri quidem testamento, cum Moyses ascendisset in montem, descendit Deus: in nouo vero, cum nostra in cælum, immo in ipsum regalem thronum esset eleuata natura, Spiritus sanctus descendit de cælo.

4 Hom. 1. in Matthæum tom. 2. *Exod.* 19.

IDEM sic habet: Hodie nos, qui terra videbamur in digni eleuati sumus ad cælum, qui nec terrestria merebamur, cæleste regnũ meruimus possidere, cælorum transiuimus fines, & ipsa sede regali decoramur, & natura, cuius causa cherubin seruabat paradisum a cherubin summo cum honore susceptа est. Sed hoc mirabile quemadmodum factum est videamus, & quemadmodum nos, qui tantam offenderamus clementiam, vt terrestribus priuaremur excelsa tenuimus, & alta meruimus possidere. Discè quòd non nostra deprecatione, qui eum offenderamus, sed postulatu eius, qui iuste fuerat nobis iratus, pax facta est. Pro Christo nãque ait legatione fungimur, tanquam Deo rogante per nos. Quid hoc est, ipse rogat, qui iniuriam passus est? Valde, inquit; nam Deus clemens est, & ipse tanquam pater misericors deprecatur. Et vide, qui medius, qui reconciliator accessit, non Angelus, non Archangelus; sed ipse filius Dei deprecatur. Et sicut duobus virga separatis, vnus in medio positus altercãtium litem discordiamque dissoluit; ita, & Christus fecit. Deus nobis iuste irascebatur, & contemnebamus iratum, & clementem Dominum declinabamus, & se medium Christus ingesit, & sociauit vtranque naturam, & nobis, quod imminebat a Patre supplicium, ipse sustinuit, & horum omnium beneficiorum hodiernus dies materia fuit, & tanquam primitias naturæ nostræ Deo dedit. Et sicut de campis ac segetibus decoratis, si quis collectas spicas obtulerit Deo, omnem campo benedictionem reportare sperspicitur: sic, & Christus per illud corpus fecit benedici nostram naturam. Sed cur non omnem naturam leuauit ad cælum? scilicet, quia non videntur esse primitiæ,

5 Hom. de Ascensione tom. 3.

2. Cor. 5.

6

tiæ, cum totum offertur, sed cum breue offertur. Breui enim oblatione totum benedicitur. Sed inquis: Si primitiæ sunt, primum factum hominem ad cælum debuerat eleuare. Primitiæ namque sunt, quod primum offertur, primum, quod pullulat. Non est hoc primitiæ: nã imbecillis fructus nullus est, sed fortis, & validus ipse debet offerri. Quia igitur ille fructus peccato fuerat alligatus, & peccati crimine tenebatur, ideo nõ leuatus est, sed is, qui postea factus est. Sic enim dixit Dominus ad Moysem. *Leu.* 19. Si intraueris in terram, quam Dominus Deus tuus tibi dabit, & plantabis in ea omne lignũ, quod facit fructum ad edendum, tribus annis depurgabit fructum eius, quarto vero anno fructus Sanctus erit Domino. Ergo si primitiæ sunt, quod primo profertur, primi anni fructus Domino debebamus offerre, sed ille ait annis tribus annis non purgabis fructum eius, sed dimittes illum: quia nondum arbor valida firmitate roboratur, nec fructus aliqua maturitate florescunt. Sed quartus, inquit, annus sanctus erit Domino. Et hæc vobis dicta sunt propter corpus, quod Christus obtulit. Igitur nostræ naturæ primitias obtulit Patri, & oblatum donum miratus est Pater, quod, & tanta dignitas offerebat, & quod offerebatur nulla macula fædabatur. Nam, & suis manibus suscepit oblatum, & suę sedis fecit esse participẽ, & quod plus est ad partẽ suæ dexteræ collocauit. Cognoscamus quæ natura est cui Deus dixit, Esto meæ particeps sedis. Illa natura est, quæ audiuit: Terra es, & in terram ibis. Vide quo spatio cælum separatur a terra; immo terra quanto ab inferis est & ipsum cælum, quantum ab altiore cælo separatur, & de altiore cælo ad angelos quantum spatij est, ad superiores etiam potestates, ad ipsam quoque dominicam sedem. Per hæc omnia natura nostra eleuata est, vt homo, quia loco tam humili tenebatur, vt descendere nõ posset vlterius; ad tam excelsam sedem eleuaretur, vt altius non posset ascendere. Discè igitur, qui ascendit, & quæ natura eleuata est. In hoc enim cupio remorari sermonem, vt humani generis commemoratione diuinam clementiam cum omni admiratione discamus, quæ summũ honorem magnamque gloriam nostræ naturæ largita est: terra, & cinis eramus, sed hoc nostrum vitium, sed naturæ imbecillitas fuit. Irrationalibus insensatiores fuimus: Comparatus namque est, *Psal.* 48. homo iumentis insipientibus, similis factus est illis, & peius est cõparari quàm nasci. Nam naturaliter non habere rationem tolerabile est: verum ratione decoratum irrationabili naturę comparari, voluntatis est crimen. Et quando audis quòd homo comparatus est iumentis, nõ arbitreris quòd eum irrationalibus similem voluit demostrare, sed longe peiorem, non tantum, quia homines facti, ad irrationabilia, ad maiorem dementiam properauimus. Et hoc *Esaiæ* 1. significãs Isaias dicebat: Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini Sui, Israel autem me non cognouit; sed vt peiorem

1

Gen. 3.

7

8

9

Prou. 6.

conuersationem erubescamus: vbi enim abundauit peccatum, superabundauit, & gratia. Vides quòd iumẽtis irrationabiliores fuimus, vis & auibus nos irrationabiliores inueniri? *Luc.* 8. Turtur, & hirundo agri passeres agnouerunt tẽpora ingressus sui: populus vero meus non cognouit iudicia Dei. Ecce iumentis, ecce auibus deteriora sentimus, & irrationabiliora cogitamus. Vis amplius nostram inuenire naturam? Formicarum nobis gesta narrauit, & earum nobis imitationem ostendit. Vade nãque ad formicam o porger, & æmulare vias eius; Formicarum sumus facti discipuli, formicarum æmulatione viuimus, formicarum conuersamur exemplis; in tantum amisimus humanæ naturæ consilium, in tantum humanæ mentis aliena sentimus, qui ad similitudinem Dei facti monstramur. Sed quid de formicis dico? Lapidibus insensatiores facti sumus. Audite, ait Micheas, fundamenta terræ: quia iudicium Domino contra populum suum. Quid ais? contra homines tibi iudiciũ est, & testes terræ fundamenta, vt interim diuinũ humanũq. iudicium audiant, iudices inuitantur? Valde, inquit. Nã lapidibus homines insensatiores esse noscuntur. Vides quod totius malitiæ fines excessimus? Asinis, & bobus irrationabiliores ostendimur, sensu volatilium superamur, nec ipsis lapidibus comparamur, sed serpentium malignitates imitamur. Furor nãque, ait, eorum ad similitudinem serpentis, uenenum aspidum sub labijs eorum, & quid de ipsis mutis animalibus loquimur, vbi etiam ipsius diaboli filij nuncupamur. Vos namque, ait, filij diaboli estis. Sed tamẽ nos, qui sensum non habebamus, qui contumacia grauabamur, qui nec lapidibus comparabamur, qui vincebamur ab omni natura, qui contẽnebamur, natura contempta, natura fragilis, & omnibus monstrata deterior omnia vicit, omnia superauit, & omnibus hodierna die meruit excelsior reperiri. Hodie angeli vota diu desiderata receperunt. Hodie Archangeli, quod multo tempore cupiebant, aspicere valuerunt, naturam nostrã ipsi in sede Dominica immortali gloria fulgentem peruiderunt. Et si eos natura humana largito sibi honore superabat; attamen nostris beneficijs gratulabantur: nam etiam nostris dolebant supplicijs, & quando puniebamur, ipsi quoque nimia tristitia tenebantur, & cherubin licet paradisum custodiebant, tamẽ nostris supplicijs tristabantur. Alia ratione discè gaudiũ cælestium potestatum, quando Dominus noster natus est, cum reconciliatum hominem viderent (nec enim aliter descenderet) cum summa gratulatione in terra clamabant: Gloria in excelsis Deo, vt discas, quòd ideo glorificãt, quia terram ea, quæ bona sunt, recepisse lætantur. Declarant & causam dicentes: In terra pax hominibus bonæ voluntatis, hominibus, qui reuelati sunt, qui inimici fuerant. Vides quomodo in alienis bonis gratulantur, immoin suis: nam nostra bona suas vtilitates arbitrantur. Vis discere, quia cum ascenderet gratu-

Psal. 57.

10

Luc. 2.

11

labun-

labantur, & nimio gaudio exultabant, & descendebant frequenter, & hoc proprium est cupientium videre inopinatum spectaculum, & vt scias quod ascendebant, Christi te verba
Ioan. 1. confirment, qui dicit, Amodo videbitis Angelos Dei ascendentes, & descendentes ad Filium hominis. Vnde quando nascebatur Dominus noster, & quando resurgebat, exultabāt
Act. 1. Angeli, & hodie quando ascendit in cælum. Ecce enim duo, ait, in alba veste, (vt ex ipsis indumentis gratulatio monstraretur) dixerunt ad discipulos, Viri Galilæi, hic Iesus, qui assumptus est a vobis, sic veniet. Doletis, inquit, quia ascendit, sed dolere desinite: quia iterum
4. Reg. 2. veniet; & ne hoc faciant, quod Eliseus fecisse docetur conscidit vestimentum, cum magistrum vidisset eleuatum ad cælum; non enim habuit præsentem Angelum, qui Eliam promitteret aduenire; ne igitur, & isti hoc faciant, ideo Angeli stabant animas eorum tristitiæ solatio releuantes. Etiam astant Angeli, & dicunt. Qui ascendit ad cælum, & quia oculorum acies portatum corpus ad illam altitudinem minime poterat præuidere, ideo stabant Angeli iter cæleste monstrantes, ne quis arbitraretur, quia tamquam in cælum ascendit, sicut Elias, sed in cælum ascendit, qui eleuatus est a vobis in cælum. Elias cum ascenderet, melotem Eliseo dimittit, Christus autem discipulis gratiam dereliquit, qui non vnum Prophetam, sed multos Eliseos effecit, immo illo potentiores, & longe amplius meliores.

12 HIERONYMVS ait: Mons Oliueti ad
Lib. de locis hebraicis to. 3. Orientem Hierosolymæ torrente Cedron interfluente, vbi vltima vestigia Domini humo impressa hodie quoque monstrantur. Cumq. terra eadem quotidie a credentibus hauriatur, nihilominus tamen eadem sancta vestigia pristinum statum continuo recipiunt. Denique cum Ecclesia, in cuius medio sunt, rotundo schemate, & pulcherrimo ordine conderetur, summum tantum cacumen, vt perhibent, propter Dominici corporis meatum, nullo modo contegi, & concamerari potuit, sed transitus eius a terra ad cælum vsque patet apertum.

13 IDEM explicans illa verba: Sol, & luna steCommentarijs in Habacuc to. 5. terunt in habitaculo suo, ait: Post passionem, & resurrectionem suam eleuatus est Dominus, sol, videlicet iustitiæ in cælum, & emisso Spiritu sancto illustrauit Ecclesiam. Egressus es in salutem populi tui. Hoc Patri dictum intelligitur, qui exierit ad saluandum populum suum per Iesum Christum Filium suum. Deus enim erat in Christo mundum sibi reconcilians.

14 IDEM explicās illa verba: Et hymno dicto
In cap. 14. Marci to. 6. exierunt in montem oliuarum, ait: In Monte Oliueti Iesus tenetur, & inde cælos ascendit, vt nos sciamus: quia inde ascendimus ad cælos, vnde vigilamus, & oramus, & ligamur, nec repugnamus in terra.

15 AVGVSTINVS explicans illa verba:
Epist. 166. ad Donatistas. to. 2. Deus ab austro veniet, &c. Ab austro, ait, posita est Hierusalem, sicut legitur in libro Iosue, vnde nomen Christi diffusum est, & ibi est mons vmbrosus mons Oliueti, vnde ascendit in cælū, vt cooperiret cælos virtus eius, & impletur Ecclesia per omnem terram, laudis eius. *Abac. 3.* *Iosue 18.*

IDEM sic habet. Tres ascensus sunt, in primo ascendimus ab istis exterioribus, & interioribus ad nos. In secundo ascendimus ad cor altum. Quanto namque amplius proficimus, tanto amplius ascendimus. Qui enim non ascendit, descendit, & qui non proficit, deficit. In tertio ascensu ascendimus ad Deū. Primus ascensus fit consideratione mundi, & contemptu. Considerando namque quàm caduca, & transitoria sint ista terrena, contemnimus ea, & redimus ad nos. Secundus ascensus fit cognitione, & contemptu nostri. Cum enim cognoscimus, quàm proni simus ad malum, & quàm inualidi ad bonum: contemnimus, & ascendimus supra nos. Tertius ascensus fit cognitione, & amore Dei. Iste fit mentis dilatatione, & subleuatione, & mentis alienatione, considerantes quàm potenter Deus cuncta creauit, quàm sapienter gubernat, quàm bene cuncta dispensat. Totum istum mundum sic ornatum fecit propter corpora, corpora propter animas, animas propter se. Et ideo diligenter custodire debemus animas nostras, vt eas mundas, & sanctas Deo reddere valeamus, a quo tanta bona accepimus pro eis. Mentis subleuatio est cum de visibilibus subleuamur ad inuisibilia; Mentis alienatio est quando mens super se rapitur. 16 Lib. de Spiritu, & Anima to. 3.

IDEM explicans illa verba: Propter hanc in altum regredere, ait: Propter hanc congregationem regredere in altum, quod resurgendo, & in cælum ascendendo feciſſe intelligitur. Ita enim glorificatus dedit Spiritū sanctum qui ante glorificationem eius dari nō posset. Sicut in Euangelio positum est. Spiritus autem nondum erat datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Regressus ergo in altum propter congregationem populorum misit Spiritum sanctum, quo impleti prædicatores Euangelij orbem terrarum ecclesijs impleuerunt. 17 In psalm. 7. to. 8. *Ioan. 7.*

IDEM explicans illa verba. Quoniam Dominus excelsus, terribilis, ait: Excelsus ille, qui quasi irrisibilis descendendo, ascendendo in cælum factus est terribilis. Rex magnus super omnem terram. Ascendit Deus in iubilatione, & Dominus in voce tubæ. Quid est iubilatio nisi admiratio gaudij, quæ verbis non potest explicari? Quomodo admirati sunt gaudentes discipuli, videntes ire in cælum, quem planxerunt mortuum: reuera, quia gaudio huic verba non sufficiebant, restabat iubilare, quod nemo potuit explicare. Ibi erat, & vox tubæ, vox illa angelorum. Prædicauerunt angeli ascensionem Domini, Viri Galilæi quid statis aspicientes in cælum. Quasi illi non scirent, quia ipse esset Iesus, quem paulo ante viderunt, quem contrectauerunt. Ipsi ergo nesciebant, quòd ip se esset Iesus? sed admiratione ipsa præ gaudio iubilationis tanquam mente alienatis loquuntur Angeli, ipse est Iesus. Tollitur quidem corpus 18 In psal. 46. *Act. 2.*

pus ab oculis vestris, sed non separatur Deus a cordibus vestris.

19 IDEM explicans illa verba: Iter facite ei,
In psal. 67. qui ascendit super occasum, ait. Ascendit Christus super occasum, cum resurgendo vicit corporis occasum. *Infra.* Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem, dedisti dona hominibus.
Ephes. 4. Hoc Paulus sic commemorat, & exponit de Christo Domino loquens. Vnicuique nostrum datur gratia secundum mensuram donationis Christi. Propter quod dicit: Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit in inferiores partes terræ. Qui descendit ipse est, & qui ascendit super omnes cælos, vt adimpleret omnia. Christo ergo sine dubitatione dictum est. Ascendisti in altum, captiuasti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. Nec moueat, quòd Apostolus idem testimonium commemorans non ait, accepisti dona in hominibus, sed dedisti, Ille quippe auctoritate Apostolica, secundum hoc locutus est, quòd Deus Filius cum Patre fecit. Secundum hoc quippe dedit dona hominibus mittens eis Spiritum sanctum, qui Spiritus est Patris, & Filij, secundum vero illud, quod idem ipse Christus in corpore suo intelligitur, quod est Ecclesia, propter quod, & membra eius sunt sancti, & fideles eius: proculdubio, & ipse accepit dona in hominibus. Captiuasti captiuitatem vincendo mortem, quæ captiuos tenebat eos, in quibus regnabat. Vel ipsos homines appellauit captiuitatem, qui captiui sub diabolo tenebantur, sicut militiam appellamus, eos qui militant.

20 IDEM loquens de Ascensione Domini
Serm. 175. de tempore tom. 10. ait: Saluator noster ascendit in cælum, non ergo turbemur in terra. Ibi sit mens, & hic erit requies. Ascendamus cum Christo interim corde; cum dies eius promissus aduenerit, sequemur, & corpore. Scire tamen debemus: quia cum Christo non ascendit superbia, non auaritia, nullum vitium nostrum ascendit cum medico nostro, & ideo si post medicum desideramus ascendere, debemus peccata deponere. Omnes enim quasi quibusdam compedibus nos premunt, & peccatorum nos retibus ligare contendunt, Et ideo cum Dei
Psal. 2. adiutorio dirumpamus vincula eorum, vt se-
Psal. 115 curi dicere possimus Domino. Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Ascensio Domini glorificatio nostra est. *Infra.* videte fratres magnum miraculum. Altus est Deus, erigis te, & fugit a te, humilias te, & descendit a te. Quare hoc? Quia excelsus
Psal. 137. Dominus humilia respicit, & alta a longe cognoscit. Humilia de proximo respicit, vt attollat, alta, idest superba a longe cognoscit, vt deprimat.

21 IDEM sic habet: Elaboremus charissi-
Serm. 176. mi, vt quemadmodum Dominus in hac die nostro cum corpore ad superna conscendit; ita nos post illum quomodo possumus spe ascendamus, & corde sequamur. Ipso affectu pariter, & profectu ascendamus post illum, etiam per vitia ac passiones nostras. Si vtique vnusquisque nostrum subdere eas sibi studeat, ac super eas stare consuescat: ex ipsis sibi gradum construit, quo possit ad superiora conscendere. Eleuabunt nos, si fuerint infra nos. De vitijs nostris scalam nobis facimus, si vitia ipsa calcamus. Nam cum bonitatis auctore non ascendit malitia, nec cum filio Virginis libido, atque luxuria, non ascendunt vitia post virtutum parentem, peccata post iustum. Vnde si intrare ipsius medici regnum volumus, prius vulnera nostra curemus.

GREGORIVS sic habet: In assiduis 22
Hom. 7. in Ezechielē, tom. 2. fletibus, in quotidiana nostra pœnitentia, habemus Sacerdotem in cælis, qui interpellat pro nobis, De quo etiam per Ioannem dicitur. Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum, & ipse
1. Ioan. 2. est propiciatio pro peccatis nostris. Ecce exultat animus, cum aduocati nostri potentiam audimus; sed exultationem nostram iterum remordet timor: quia ipse, qui nobis aduocatus est, dicitur iustus. Nos enim causas iniustitiæ habemus, iustus vero aduocatus iniustas causas nullo modo suscipit, nec verba dare pro iniustitia defendit.

BERNARDVS sic ait: Sunt, quibus 23
Sermone 4. resurrectionis. nondum surrexit Christus, qui in laborum anxietate, & afflictione pœnitentiæ morte afficiuntur tota die, nondum spirituali consolatione recepta. Sed nisi breuiati fuissent dies illi, quis posset sustinere? Alijs surrexit Christus, sed nondum ascendit, immo cum eis adhuc pia dulcedine commoratur in terris, his, scilicet, qui in deuotione sunt tota die, flent in orationibus, suspirant in meditationibus suis, & omnia festiua, & iucunda sunt eis, & per omnes dies illorū continuū alleluia cantatur. Sed oportet eis lac subtrahi, vt discant vesci solido cibo, & expedit eis, vt Christus vadat, & hæc temporalis deuotio subtrahatur. Sed quando hoc capere poterunt? Sed expectent paululum, sedeant in ciuitate, donec in duantur solidiori quadam virtute ex alto, & maiora recipiant charismata Spiritus sancti. Sicut Apostoli promoti sunt in gradum altiorem, & supereminentiorem viam charitatis ingressi, non iam solliciti, quomodo flerent paululum, sed quomodo magna quadam victoria de communi aduersario triumpharent, & conculcarent Satanam sub pedibus suis.

IDEM sic ait: Eleuatus est sol in ortu suo, 24
Sermone 3. ascensionis: incaluit, & inualuit, dilatauit, & multiplicauit radios super terram, nec est qui se abscondat a calore eius. Redijt ad regionem sapientiæ sapientia Dei, vbi omnes bonum, & intelligunt, & requirunt, intellectu perspicaciſſimi, & affectu paratiſſimi ad audiendam vocem sermonum eius. Nos autem in regione ista sumus, vbi plurimum est malitiæ, sapientiæ parum: quia corpus, quod corrumpitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Per
Sap. 9.

sensum ego arbitror hic intellectum designari, qui tunc vere deprimitur, cum multa cogitat, cum non colligit se circa illam vnam, & vnicam meditationem, quæ concipitur de ciuitate cælesti, huiusmodi intellectum oportet deprimi, & distrahi per multa, multis, & multiplicibus modis. Animam vero hic æstimo dici affectiones, quæ corrupto corpore diuersis passionibus afficiuntur, quæ mitigari nunquam possunt, ne dicam sanari, donec voluntas vnum quærat, & tendat ad vnum. Duo ergo sunt quæ in nobis purganda, sunt intellectus, & affectus. Intellectus, vt nouerit, affectus vt velit. Felices, & vere felices illi duo viri Elias, & Henoc, quibus omnes materiæ, & occasiones ablatæ sunt, quæ eorum intellectum impediant, vel affectũ. Quia soli Deo viuentes, nec nouerunt nisi Deũ, nec cupiunt nisi Deum. Deniq. & de Henoc legitur, quia raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius. Intellectus noster turbatus erat, ne dicam cæcatus, affectus inquinatus erat, & multum inquinatus. Sed Christus intellectum illuminat, Spiritus sanctus affectum purgat, Venit enim Filius Dei, & tot mirabilia in mũdo operatus est, vt non immerito intellectum nostrũ ab omnibus mundanis rebus auocauerit, vt semper cogitemus, & nunquam cogitare sufficiamus, quia mirabilia fecit. *Infra.* Num tibi videtur Apostolis intellectum illuminasse, cum aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas, ostendens quia hæc oportebat Christũ pati, & resurgere a mortuis, & ita intrare in gloriam suam? Sed illi sanctissimæ carni eius assuefacti, verbum de discessu eius audire non poterant, vt eos relinqueret, pro quo omnia reliquissent. Quare hoc? Quia intellectus illuminatus erat, sed nondum purgatus affectus. Vnde, & benignus magister blande eos consolabatur dicens. Expedit vobis, vt ego vadam. Si enim non abiero, paracletus nó veniet ad vos. Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. Quid est, quòd Christo commoranti in terris, Spiritus sanctus ad eos venire non potuit? An carnis illius consortium abhorrebat, quæ de ipso, & per ipsum in Virgine, & de Virgine concepta erat, & nata? Absit, sed vt ostenderet nobis per quam ambularemus viam formam apponere, cui imprimeremur. Et ille quidem illis plorantibus eleuatus in cælum Spiritum sanctum misit, qui affectum eorum, ideſt voluntatem mundauit immo potius alterauit, vt iam magis Dominum velint ascendisse, quem prius detinuisse voluerant. Impletum est, quod eis prædixerat, Vos autem contristabimini, sed tristitia vestra conuertetur in gaudium. Sic ergo eorum intelligentia per Christum illuminata est, & voluntas emundata per spiritum, vt sicut bonum nouerint, sic, & velint, quod solum perfecta religio est. Recordor nunc Elisei Sancti, cum Elias dixisset, vt in discessu, vel ascensu suo postularet, quod vellet: respondit. Oro vt fiat Spiritus tuus duplex in me. At ille. Rem difficilem postulasti. Attamen si videris, quando tollar a te, erit quod petisti. Nonne tibi videtur Elias ascendentis Domini signare personam, Eliseus vero chorum Apostolicum in ascensione Christi anxie suspirantem? sicut enim Eliseus ab Elia nullo pacto auelli poterat: sic nec Apostoli a Christi presentia poterant separari. Vix enim tandem eis persuasit, quia sine fide impossibile esset placere Deo. Quis est ergo iste Spiritus duplex, qui quæritur, nisi illuminatio intellectus & affectus purgatio? Res difficilis: quia rarus in terra est, qui illum habere mereatur. Attamen, inquit, si videris, quando tollar a te, erit quod petisti. Nihil est, quod propter hoc habeant perdere, vel debeant alumni tui Domine Iesus, quia videntibus illis est eleuatus in cælum, & desiderantibus oculis te secuti sunt gradientem in multitudine fortitudinis tuæ. Vel certe Spiritum duplicem dicere possumus illud, quod Saluator ad discipulos ait. Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet. Nonne maiora Christo, per Christum tamen fecit Petrus, de quo legitur, quia in plateis ponebantur infirmi in lectulis, vt veniente Petro saltem vmbra illius obumbraret quenquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus suis? Nusquam Dominus vmbra sua inuenitur infirmitates sanasse. Non dubito intellectum omnium vestrum, qui hic estis illuminatum esse, sed non affectum æque esse purgatum. Omnes enim quod bonum est nostis, & viam, per quam incedere, & quomodo in ea incedere debeatis, sed voluntas non vna est. Quidam enim ad vitæ huius, & vitæ huius omnia exercitia non solum ambulant, sed, & currunt, immo potius volant, vt eis, & vigiliæ breues, & cibi dulces, & panni suaues labores non solum tolerabiles, sed, & appetibiles videantur. Alij autem non sic, sed corde arido. Et affectione recalcitrante uix trahuntur ad hæc vix gehennali timore compelluntur. Quosdam nec compellimus quidem, quibus frons mulieris meretricis facta est, & nolunt erubescere. Sunt iterum multi inter nos, qui de vno pane comedunt nobiscum, dormiunt nobiscum, cantant nobiscum, laborant miseri, & miserabiles, vtpote socij tribulationis, sed consolationis non ita. Nunquid abbreuiata est manus Domini, vt omnibus donare non possit, qui aperit manum suã, & implet omne animal benedictione? Quid ergo in causa est? Illud omnino, quia non vident Christum dum tollitur ab eis, ideſt non cogitant quomodo eos orphanos reliquerit, quod peregrini, aduenæ sint super terram, & tandiu fæculenti horrido carcere corporis teneantur, & non sint cum Christo. Huiusmodi autem si diu ita permanserint sub onere aut opprimuntur, & succumbunt, aut quodammodo in inferno sunt, vt nunquam ad plenum respirent in luce miserationum Domini, nec in libertatem spiritus, quæ sola facit iugum suaue, & onus leue.

IDEM

29 Sermone 4. IDEM sic ait: Quid mihi, & solemnitatibus istis, si conuersatio mea vsq. adhuc detinetur in terris? Quis vero vel desiderare præsumeret ascensum cæli, nisi quia is, qui descenderat, prior ascenderit? Dico ergo nobis, non multo mihi tolerabilior videretur exilij huius habitatio, quàm gehenna, nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis semen fiduciæ, & expectationis, quando eleuatus est in nubibus, & spem Isaæ. 16. fecit credentibus. Denique nisi ego abiero, inquit, paracletus non veniet ad vos. Quis paracletus? Vtique per quem diffunditur charitas, & iam spes non confundit. Ille paracletus per quem in cælis sit conuersatio nostra, virtus ex alto, per quam sursum sint corda vestra. Vado, inquit, parare vobis locum, & si abiero, Ioan. 14. iterum veniam, & assumam vos ad me ipsum. Vbi enim fuerit corpus, illic congregabuntur, & aquilæ. Ad illum ascende, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula, dissolui, & esse cum Christo multo magis optimum. Beatus Psal. 83. vir cuius est auxilium abs te, ait Propheta ad Dominum, ascensiones in corde suo disposuit, ibit de virtute in virtutem, vsque ad videndum Deum deorum in Sion. Hæc est ascensio, in qua implentur omnia, sicut ait Apostolus. Ephes. 4. Christus, qui descendit, ipse est, & qui ascendit, vt adimpleret omnia. Desideremus hanc fratres mei, suspiremus ad eam iugiter, & eo magis affectus vrgeat, quo magis deficit intellectus.

30 Sermone 6. de Ascensione. Esaiæ 4. IDEM sic habet: Hodie sedenti in throno antiquo dierum confessurus pariter oblatus est filius hominis, & erit deinceps non modo germen Domini in magnificentia, & gloria, sed & fructus terræ sublimis. Felix amo, & amplectendum ineffabilibus gaudijs sacramentum; idem enim & germen Domini, & fructus terræ, idem & ipse Dei Filius, & fructus ventris Mariæ, Idem filius Dauid & Dominus, de quo hodie gaudium eius impletum est. Vnde olim Psal. 109 præcinens aiebat. Dixit Dominus Domino, meo, sede a dextris meis. Quomodo enim non Dominus germen Domini? Idem tamen & Filius eius, vtpote fructus terræ sublimis, fructus virgæ, quæ de radice Iesse processit. Hodie igitur suum hunc, & hominis filium apud semetipsum pater clarificat, claritate quam habuit priusquam mundus fieret apud ipsum. Hodie veritatem, quæ de terra orta est, cælum sibi redditam gloriatur. Hodie sponsus auferetur a filijs, & lugendum eis est, Matth. 9. sicut ipse prædixit. Non enim poterant filij sponsi lugere, donec sponsus cum eis erat, sed venit dies, vt auferatur ab eis, vt de cetero lugeant, & ieiunent. Vbi illud iam Petre, Matth. 17. quod dixeras, Bonum est nos hic esse, faci- 31 mus hic tria tabernacula. Ecce enim ingressus est amplius & perfecturus tabernaculum non manufactum, ideſt non huius creationis; Quomodo ergo iam bonum est nos hic esse? Immo vero molestum est, graue est, periculosum est, nimirum vbi malitiæ plurimum, sapientiæ modicum, si tamen vel modicum inuenitur, vbi viscosa omnia, lubrica, operta tenebris, obsessa laqueis peccatorum, vbi periclitantur animæ, vbi spiritus affliguntur sub sole, vbi tantum vanitas, & afflicto spiritus est. Leuemus igitur fratres, leuemus in cælum corda cum manibus, & ascendentem Dominum sequi velut quibusdam passibus deuotionis, & fidei contendamus. Erit enim, cum sine mora, sine difficultate obuiam illi in nubibus rapiemur; & id poterunt corpora spiritualia, quod merito interim nequeunt spiritus animales. Nunc enim quantis conatibus corda leuare necesse est, quæ quidem, vt miserabiliter satis in libro propriæ experientiæ legimus, & corruptio corporis aggrauat, & terrena inhabitatio deprimit? Leuamus corda, *Sap. 9.* si quæ sursum sunt, quærimus, vbi Christus *Coloss. 3.* est in dextera Dei sedens, si quæ sursum sunt sapimus, vt dixit Apostolus. Ac si manifestius diceret. Si consurrexistis, & coascendite, si conuiuitis, & conregnate. Sequamur agnum quocumque ierit, sequamur patientem, sequamur & resurgentem, sequamur & multo libentius ascendentem. Crucifigatur vetus homo noster simul cum illo, vt destruatur corpus peccati, vt vltra non seruiamus peccato, mortificatis nimirum membris nostris, quæ sunt super terram; sed & quomodo ipse resurrexit a mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. In hoc enim mortuus *Rom. 6.* est, & resurrexit, vt peccatis mortui iustitiæ viuamus, Ceterum quoniam vitæ nouitas locum exigit tutiorem, & resurrectionis dignitas altiorem expetit gradum, sequamur etiam ascendentem, quærere videlicet, & sapere, quæ sursum sunt, vbi ille est, non quæ super terram. Quæris quis ille sit locus? A postolũ audi. Quæ *Gal. 4.* sursum est, inquit, Hierusalem, libera est, quæ est mater nostra. Vis scire, quænam ibi sint? Visio pacis est, lauda Hierusalem Dominum. qui posuit fines tuos pacem. O pax, quæ exu- *Psal. 146* peras omnem sensum, O pax etiam super pacem, o mensura super mensuram coagitata, & superefluens: Compatere igitur o anima christiana Christo, conresurge, coascende, quod est declina a malo, & fac bonum, inquire pacem, & persequere eam. Gemina quædam ascensio a Paulo nobis commendatur, in eo quod & quærere & sapere monuit non infima, sed superna. 32 Quam fortasse distinctionẽ, nec ipse quoq. Propheta præteriisse omnino videbitur dicens: Inquire pacem, & persequere eam, vt hoc sit pa- *Psal. 33.* cem sequendam quærere, persequi inquisitam, quod est sapienda quærere, quæsita sapere, quæ sursum sunt, non quæ super terram. *Infra.* Vndique se ingerit amor mundi cum consolationibus, immo desolationibus suis obseruat aditus. Per fenestras irruit, mentem occupat, sed non eis, qui dixerunt, Renuit consolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus sum. Præoccupatum namque sæcularibus desiderijs animum dele- *Psal. 76.* ctatio sancta declinat, nec misceri potuerunt

vera vanis, æterna caducis, spiritualia corporalibus, summa imis, vt pariter sapias, & quæ sursum sunt, & quæ super terram.

33 Sermone 3. in die Pentecostes. IDEM sic ait: Fidelissimum factum est commercium inter cælum, & terram, inter Angelos, & Apostolos, vt exhiberetur illis caro Christi, istis vinum cæli, essetque in terra spiritus, caro in cælis, ac deinceps omnia omnibus communia in æternum. Nisi, inquit, ego abiero, paracletus non veniet ad vos, hoc est dicere, si non dederitis quod amatis, non habebitis quod desideratis. Expedit ergo vobis, vt ego vadam, vos quoque de terra ad cælum, de carne ad spiritum translaturus. *Rom. 16.*

34 Serm. 60. in festo Pentecostes, & de ps. 119. to. 5. AMBROSIVS exponit illud: Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis: Secundum consuetudinem nostram illi confessus offertur, qui aliquo opere perfecto victor adueniens honoris gratia promeretur, vt sedeat. Ita ergo, & homo Iesus Christus passione sua diabolum superãs, resurrectione sua inferna reserans tanquam perfecto opere ad cælos victor adueniẽs audit a Deo Patre. Sede ad dexteram meam. Ideo ad dexterã sedet filius, non quo prę feratur Patri, sed ne inferior esse credatur. Et ideo ad dexterã Filius: quia secundum Euangelistã ad dexterã oues, ad sinistram vero constituentur hædi. Necesse est ergo partem ouiũ primus agnus obtineat, & secuturo immaculato gregi locum dux immaculatus anticipet. Sicut *Matt. 25.* *Apo. 14.* ait Ioannes in Apoca. Hi sunt, qui sequuntur agnum, quocumque vadit, qui se cum mulieribus non coinquinauerunt. Sed videamus quæ *Act. 7.* sit ratio, quòd idem Dominus a Dauid sedens prophetatur, stans vero ab Stephano prædicatur. Hæc autem propterea dicta arbitror esse de Domino, vt modo eius omnipotentia, modo misericordia describatur. Nam vtiq. pro potestate regis sedere dicitur, pro bonitate intercessoris stare suggeritur. Ait enim Apostolus, *1. Ioan. 1.* Aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum. Iudex ergo est Christus, cum residet, aduocatus est cum assurgit, iudex plane Iudæis, aduocatus Christianis. Hic stat, vt suscipiat Stephani martyris spiritum; ibi residet, vt condemnet Iudæ proditoris admissum, &c.

35 In libro de Salomone, cap. 2. to. 2. IDEM declarat, quid sit, quod Salomon ignorat viam aquilæ in cælo, & ait: Aquilam, hoc in loco Christum Dominum nostrum debemus accipere, qui post resurrectionem velut aquila reuolauit ad Patrem prædam secum referens, ideſt hominem, quem rapuerat de faucibus inimici. Hæc est aquila, de qua scriptum est, sicut aquila tegit nidum suum, ideſt Christus Ecclesiam. Et iterum inquit,

In vmbra alarum
tuarũ sperabo,
& iterum.
Re-
nouabitur, vt aquilæ iuuentus tua, &c. *Psal. 102.*

Christiani male viuentes indigni sunt hoc nomine, & acrius puniendi quàm alij. Cap. XV.

1 Hom. 5. in caput 5. Iosue. to. 1. ORIGENES explicans illa verba: Dixit Dominus ad Iosue; completa circuncisione: nodie abstuli opprobrium Ægypti a vobis, sic habet: Ex quo venit Christus, & dedit nobis secundam circuncisionem per baptismum regenerationis, & purgauimus animas nostras, abiecimus hæc omnia, & pro ijs assumpsimus conscientiæ bonæ adstipulationem in Deum, tunc ablata sunt nobis opprobria Ægypti, & purgata sunt vitia peccatorum. Et post pauca. Si iterum peccaueris, iterum in te vetera reuoluuntur opprobria, eo magis, quo multo maioris criminis est, Filium Dei conculcare, & sanguinem testamenti pollutum ducere, quàm legem Moysi negligere. Multo enim maioris opprobrij est, qui post Euangelium, quàm ille, qui sub lege positus fornicatur. Quia iste tollens membra Christi, facit membra meretricis. Vides ergo, quàm grauiora, & cumulatiora in te opprobria, si neglexeris, reuoluantur. Deniqueiam nemo te reum stupri arguet, sed sacrilegij scelere condemnat, quia dicitur ad te. An nescitis, quia corpora vestra templum sunt Dei? Si quis autem templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. Hæc etiam si prius ignorabas, nunc tamen ex quo in auribus tuis, hæc verba dicuntur, & in cor tuum huiuscemodi doctrina transfunditur, scitote ijs auditis templum Dei, & membrum Christi esse iam factum. Vide quantum profeceris ex homunculo terreno, in templum Dei progressus es sine dubio, in quo habitare debet Deus; & qui caro, & sanguis eras, profecisti, vt membrum Christi sis. Sed sicut magnus est iste profectus, ita & discessus terribilis, atque irremediabilis pene lapsus. Iam enim tibi non licet templo Dei vti nisi in sanctitate, nec membra Christi ad indignum reuocare negotium. Vnde si quando te malæ alicuius concupiscentiæ pulsat illecebra, memor horum, quæ nunc audis, hosti illi occurre, & dic, quia non sum meus: emptus enim sum pretio sanguinis Christi, & membrum ipsius effectus sum. Non licet mihi tollere membrum Christi, & facere membrum meretricis. Dic ei, quia templum Dei effectus sum, non licet mihi illuc inducere, nec fas est mihi violare templum Dei. Sed, & illud adde. Quoniam qui fornicatur, in corpus suum peccat, non istud corpus solum, quod templum Dei effectum est, sed, & illud, quòd dicitur, quia omnis Ecclesia Corpus Christi *Heb. 10.* *1. Cor. 3.*

Psal. 102. Christi est, & in omnem ecclesiam videtur delinquere, qui corpus suum maculauerit, quia per vnum membrum, macula in omne corpus diffunditur.

Hom. 3. in Hieremiã, tom. 2. IDEM explicans illa verba ex cap. 50. Aperuit Dominus thesaurum suum, & protulit vasa iræ suæ, ait: Thesaurum Domini ego confidens dicam esse Ecclesiam Dei, & in isto thesauro sæpe homines latitare, qui sunt vasa iræ. *Infra.* thesauri Dei vasa iræ sunt, extra thesaurum vasa peccantia non sunt vasa iræ, sed vasis iræ minora sunt. Serui enim sunt ignorantes voluntatem Domini sui, & non facientes voluntatem eius. Qui autem ingreditur ecclesiã, aut vas iræ est, aut vas misericordiæ. Qui extra Ecclesiam est, neque vas misericordiæ est, neq. iræ. Ait enim Apostolus, In domo magna non sunt tantum vasa aurea, & argentea, sed, & ligna, & fictilia, alia quidem in honorem, alia porro in contumeliam. Si igitur quis mundauerit semetipsum ab his, erit vas in honorem, & sanctificatum, vtile domino ad omne opus bonum præparatum. Magna domus in futuro sæculo est. Vasa quidem aurea, & argentea, quæ sunt in honorem, inuenientur vasa esse misericordiæ. Reliqua autem, ideſt mediocres homines, qui extra thesaurum sunt, ne sint vasa iræ seu misericordiæ, hi poterunt iuxta dispositionem quandam profundam Dei, vasa esse in magna domo, quæ mundata non sunt, sed sunt vasa testea in contumeliam, attamen necessaria domui. Vide autem si valuero, & hoc ipsum exemplum ex alio scripturæ testimonio comprobare. Inhonoratus est (inquit) Iechonias quasi vas, cuius nulla est vtilitas. Non ait, non est quidem eius vtilitas, in contumeliam autem eius est vtilitas, sed quia erat ex domo Dei, & peccauit, in totum non est eius vtilitas. *Hier. 22.* Habeo, & aliam scripturam, in qua dicitur de alio quodam peccatore. Et erit quasi testa, in qua attrahes aquæ pusillum, & in qua carbonẽ bainlabis. *Infra.* Legi alicubi, quasi saluatore dicente, & quæro siue quis personam figurauit Saluatoris, siue in memoriam adduxit, an verum sit hoc, quod dictum est. Ait autem ipsi Saluator. Qui iuxta me est, iuxta ignem est, qui longe est a me, longe est a regno. Vt enim qui iuxta me est, iuxta salutem est, ita & iuxta ignem est. Et qui audiens me, & auditum præuaricans factus est vas iræ præparatum in perditionem, cum iuxta me est, iuxta ignem est. Si uero quis cauens quoniam qui iuxta me est, iuxta ignem est, longe factus fuerit a me, ne iuxta ignem sit, talis quidem longe futurus est, & a regno. Et quomodo athleta, qui non est in agone conscriptus, neq. flagella metuit, neque expectat coronam, qui autem semel nomen professus est, si victus fuerit, verberatur, atque proijcitur, si vero vicerit coronatur. Sic qui ingressus est Ecclesiam Cathecumene ausculta, qui accessit ad sermonem Dei nihil aliud quam conscriptus est, in certamine pietatis, & conscriptus si non legitime certauerit, cæditur flagellis, quibus non *4.* *3.*

verberantur ij, qui non in principio conscripti sunt. Si autem contenderit fortiter ad fugienda verba, & contumelias non solum iniuria liberatur, sed incorruptam gloriæ accipiet coronam. *5*

Hom. 12. in cap. 16. Hieremiæ. IDEM explicans illa verba: Et reddam primum duplices iniquitates, & peccata eorum: quia contaminauerunt terram meam in morticinis idolorum suorum, ait: Gentilium, peccata, qui voluntatem domini nesciunt, dicuntur simplices iniquitates; duplices autem illorum peccata, qui scientes eam executioni, non mandant. De quibus ait Paulus. Voluntarie peccantibus iam non relinquitur hostia pro peccato, sed terribilis quędam expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios. Vel, vt Origenes, legit ex alia versione, ignis zelus comedere habens aduersarios.

Hom. 5. in cap. 15. Ezechielis. IDEM explicans illa verba: Fili hominis quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum, quæ sunt inter ligna siluarum, sic habet: Lignum vitis vt in fructu, est honorabilius lignis omnibus, maxime his, quæ in saltu fructificant, sic ad cætera opera inutilius omnibus lignis est. Et vascula quędam ex his possunt fieri, & in diuersa opera necessarij vsus ad ministrandum; de palmitibus autem vitis non solum vas aliquod, & in opus vtile quid fieri non potest, sed neque paxillus quidem est vtilis. Ait ergo sermo diuinus, quia vt palmes vitis, honorabilior fit cæteris lignis, si afferat fructus, sic ab omnibus inferior iudicatur, si id non habeat, vnde præcellit. Atque in hunc modum eos, qui imbuti sunt eloquijs Dei, honorabiliores esse omnibus, & quocumque modo in vineæ positos dignitate, cum afferant fructus, botros salutis, de qua scriptum est. Ego te plantaui vineam fructiferam totam veram, & alibi, Vinea Domini, Domus Israel est. Si autem non attulerit fructus in tantum vt dici possit a Deo. Quomodo conuersa es in amaritudinem vitis aliena? Tunc multo deteriores inueniri ab his lignis, quæ licet viliora sint, tamen suos afferunt fructus. Vnde Christus Dominus dixit in Euangelio. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum, Et. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Si talis sit palmes, vt frustra sit in vite, nunquid poterit relinqui? Nonne si dimittatur impedit vitem, ne pro sicco palmite virides, & fructuum feraces afferat palmites? Quomodo enim boni agricolæ est excidere, & putare, quæ sicca sunt, & tradere in escam ignis infructuosos ramos, sic boni Dei est de omnibus vitibus infructuosos palmites amputare, & igni tradere in perditionem. *6* *Hier. 2.* *Esa. 5.* *Ioan. 15.*

HIERONYMVS sic ait: Referam tibi meæ infelicitatis historiam. Cum ante annos plurimos domo, parentibus, sorore, cognatis (& quòd his difficilius est,) consuetudine lautioris cibi, propter cælorum me regna ca- *7*

Epist. ad Eustochiũ de custodia virginitatis, quæ est. 22 to. 1.

ſtraſſem, & Hieroſolymam militaturus pergerem, bibliotheca, quam mihi Romæ ſummo ſtudio ac labore confeceram, carere non poteram. Itaque miſer ego lecturus Tullium, ieiunabam. Poſt noctium crebras vigilias, poſt lachrymas, quas mihi præteritorum recordatio peccatorum ex imis viſceribus eruebat, Plautus ſumebatur in manus. Si quando in memet reuerſus prophetas legere cœpiſſẽ, fermo horrebat incultus, & quia lumen cæcis oculis non videbam, non oculorum putabam culpam eſſe, ſed ſolis. Dum ita me antiquus ſerpens illuderet, in media ferme quadrageſima medullis infuſa febris corpus inuaſit exhauſtum, & ſine vlla requie (quod dictu quoque incredibile ſit) ſic infelicia membra depaſta eſt, vt oſſibus vix hærerem. Interim parantur exequiæ, & vitalis animæ calor toto frigeſcente iam corpore in ſolo tantum tepente pectuſculo palpitabat, cum ſubito raptus in ſpiritu ad tribunal Iudicis pertrahor, vbi tantum luminis, & tantum erat ex circunſtantium claritate fulgoris, vt proiectus in terram ſurſum aſpicere non auderem. Interrogatus de cõdicione, Chriſtianum me eſſe reſpondi. Et ille qui præſidebat, mentiris (ait) Ciceronianus es, non Chriſtianus. Vbi enim theſaurus tuus, ibi, & cor tuum. Illico obmutui, & inter verbera (nam cædi me iuſſerat) conſcientiæ magis igne torquebar, illum mecum verſiculum repetens. In inferno quis confitebitur tibi? Clamare autem cœpi, & eiulans dicere, Miſerere mei Deus, miſerere mei. Hæc vox inter flagella reſonabat. Tandem ad præſidentis genua prouoluti qui aſtiterant, precabantur, vt veniam tribueret adoleſcentiæ, & errori locum pœnitentiæ commodaret, exacturus deinde cruciatũ, ſi gentiliũ libros aliquando legiſſem. Ego qui in tanto conſtrictus articulo, vellem etiã maiora promittere, deierare cœpi, & nomen eius obteſtans dicere. Domine ſi vnquam habuero codices ſæculares, ſi legero, te negaui. In hæc ſacramenti verba dimiſſus reuertor ad ſuperos & mirantibus cunctis oculos aperio tanto lachrymarum imbre perfuſos, vt etiam incredulis fidem facerem ex dolore. Nec vero ſopor ille fuerat, aut vana ſomnia, quia ſæpe deludimur. Teſtis eſt tribunal illud ante quod iacui, teſtis eſt iudicium triſte quod timui, ita mihi numquã contingat in talem incidere quæſtionem, liuentes habuiſſe ſcapulas, plagas ſenſiſſe poſt ſomnum, & tanto dehinc ſtudio diuina legiſſe, quanto non ante mortalia legeram. Si indignũ Chriſtiani nomine iudicauit Dominus vltro Hieronymum legentem Ciceronem, quomodo hoc nomine digni erunt peccatores male viuentes?

9 IDEM explicans illa verba, Iſrael, & Ephraim ruent in iniquitate ſua, ruet etiam Iuda cũ eis, ait: Hæretici matrem habent iniquitatis ſuæ ſuperbiam, dum ſemper altiora ſe ſcire iactitant, & in Eccleſiæ contumeliam debacchantur. Sed infirmabitur arrogantia eorum, & populus ac magiſtri pariter corruent, Iudas quoq. qui videtur eſſe in domo Dei, & in Eccleſia non non mente ſed corpore commoratur, fruſtra nomen Eccleſiaſticum repromittit; quia, & ipſe cum hæreticis puniendus eſt.

Libro 1. in Oſeæ to. 5.

10 IDEM explicans illa verba. Quomodo dabo te Ephaim, protegam te Iſrael, quomodo dabo te ſicut Adama, ponam te, vt Seboim? Inquit: Adama & Seboim duæ ſunt quinque vrbium, ſicut in Geneſi legimus. Ponam itaq. & vertam te in ſolitudinem, & delebo vſq. ad cineres, ac fauillas ſicut deleui Adama & Seboim. *Infra.* Notandum quoque, quòd vbi contra Iudam dicitur, ideſt populum Dei, non Adama ponitur & Seboim, ſed Sodoma, & Gomorrha. Legimus enim in Eſaia. Audite legem Dei principes Sodomorum, attendite verbum Domini populus Gomorrhæ. In Euãgelio quoq. ciuitas, quæ Apoſtolos non receperit excutientibus eis puluere pedum ſuorum, dicitur de ea, quòd in die iudicij tolerabilius ſit terræ Sodomorum, & Gomorrhæ, quàm ciuitati illi, & ad Hieruſalẽ prophetalis ſermo dirigatur. Iuſtificata eſt Sodoma ex te. Datur ergo nobis ſuſpicio, quòd Sodoma & Gomorrha principes fuerunt in peccato, & Adama & Seboim earum exempla ſint ſectatæ, & quòd potentes potenter tormenta patientur & ſeruus qui ſcit voluntatem Domini ſui, & nõ facit eam, vapulet multis. Vnde & chriſtiani ſi ijſdem, quibus hæretici ſceleribus continentur, nequaquam Adamæ & Seboim quæ inferiores ſunt, ſed Sodomæ, & Gomorrhæ, quæ maiorum criminum eſſe dicuntur, cruciatibus ſubiacebunt.

In cap. 11. Oſeæ lib. 3 *Gen. 19.* *Cant. 1.* *Matt. 10.* *Sap. 6.* *Luc. 12.*

11 AVGVSTINVS ſic habet. Vidiſti Domine, cum adhuc puer eſſem, & quodam die preſſus ſtomachi dolore repente æſtuarem pene moriturus, Vidiſti Deus meus, quo motu animi, & qua fide baptiſmum Chriſti tui flagitaui a pietate matris meę, & matris omnium noſtrum Eccleſiæ tuæ. conturbata mater carnis meæ, quoniam & ſempiternam ſalutem meam charius parturiebat corde caſto in fide tua, iam curaret feſtinabunda, vt ſacramenti ſalutaribus initiarer, & abluerer; te Domine Ieſu cõfitens niſi ſtatim recreatus eſſem. Dilata eſt itaque mundatio mea, quaſi neceſſe eſſet adhuc ſordidari, ſi viuerem, quia videlicet poſt lauacrum illud maior & periculoſior in ſordibus delictorum reatus foret.

Lib. 1. confeſſionum, cap. 11. to. 1.

12 IDEM inquit, infideles noluerunt intelligere, vt bene agerent, Chriſtiani, quod grauius eſt, intellexerunt & non obedierunt. Quia, ſicut ſcriptum eſt, Verbis non emendabitur ſeruus doloſus. Si enim & intellexerit non obediet; cui grauior damnatio diuina æquitate debetur. Cui enim plus datur, plus exigitur ab eo. Iſtos quippe ſcriptura dicit inexcuſabiles; quos non latet veritas, & in eis perſeuerat iniquitas. Reuelatur enim ira Dei de cælo, ait Apoſtolus, ſuper omnem impietatem & iniuſtitiam hominum eorum, qui veritatem in iniuſtitia detinent, Quia quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis. Deus enim illis manifeſtauit, inuiſibilia enim eius a creatura mundi per ea, quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque virtus eius, & diuinitas, ita vt ſint inexcuſabiles. Si ergo iſtos inexcuſabiles dicit, qui inuiſibilia illius per ea, quæ facta ſunt intellecta conſpicere potuerunt, nec obedierunt tamen veritati, ſed impij permanſerunt. Neque enim non cognouerunt, ſed cognoſcentes, inquit, Deum non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum; quanto magis inexcuſabiles ſunt, qui ex lege eius inſtructi confidunt ſeipſos duces eſſe cæcorum, & alios docentes ſeipſos non docent? Dicit enim ipſe Dominus in Euangelio, ſi non veniſſem, & eis locutus non fuiſſem, peccatum non haberent: nunc autem excuſationẽ non habent de peccato ſuo. Non vtique peccatum nullum haberent, qui pleni erant alijs magnis, multiſq. peccatis, ſed hoc peccatum vult intelligi non eos habituros fuiſſe, ſi non veniſſet, qui cum audiſſent eum, non crediderunt in eum, hãc eos excuſationem non habere aſſerit, qua poſſint dicere, non audiuimus, ideo non credidimus.

Ioan. 15.

13 IDEM inter alia multa quæſierat Auguſtinus a viro quodam, quem Dominus ſuſcitauerat Epiſc. quæ eſt Cyrilli Epiſc. Hieroſol. ad Auguſti num de laudibus Hieronymi, rat, vtrum poſt hanc vitam omnium hominum æquales eſſent pœnæ in purgatorio, aut in inferno exiſtentium, cui dictum eſt, Cum omnes animæ damnatorum in vno conſiſtant pœnarum loco; tamen diuerſis cruciantur pœnis, iuxta vitiorum qualitates. Tantum ſiquidem differt inter chriſtianorum, qui ibi torquentur, pœnas, & paganorum, vt paganorum cruciamenta reſpectu eorũ, quæ falſi chriſtiani, & peccatores ſuſtinent, ſint quaſi nulla, quamquam ineffabilia ſunt, nec a viuẽtibus cogitabilia, vt dignum eſt. Nam illi gratiam Dei in vacuum recepe-

Epiſt. 206.

14 runt, nec voluerunt a peccatis corrigi, dum vixerunt, ſacris continue vociferantibus Scripturis, quas pro nihilo putauere.

Cõcione 2. in Pſal. 30. to. 8. *Ezec. 15.*

15 IDEM explicans illa verba. Super omnes inimicos meos factus ſum opprobrium vicinis meis, & timor notis meis, ſic ait: Qui ſunt inimici Eccleſiæ? Pagani, ludæi: omnibus peius viuunt mali chriſtiani, de quibus dicit Propheta Ezechiel, quia comparantur ſarmentis inutilibus, pone paganos ligna eſſe ſiluatica extra Eccleſiam, adhuc poteſt inde fieri aliquid, quomodo de lignis fabrilibus eſt lignum fabro aptum, & ſi adhuc nodoſum, & curuum, & corticoſum; tamen quod doletur, aſcietur, deplanetur, & poſſit venire ad aliquam fabricam vſus humani. De ſarmentis autem præciſis fabri nihil facere poſſunt, ignis ea ſolus expectat. Attendite fratres, cum ſiluatico ligno vbique præponatur ſarmentum manens in vite: quia ſarmentum dat fructum, illud lignum non dat fructũ. Præciſo tamen ſarmento de vite, ſi comparetur lignum ſiluaticũ, intelligitur eſſe melius. Quia de illo faber aliquid facere poteſt, hæc autem non quærit, niſi vt foco miniſtret. Attendens itaque multitudinem male viuentium in Eccleſia; ſuper omnes, inquit, inimicos meos factus

15 ſum opprobrium: Peius, inquit, viuunt mali in ſarmentis meis, quàm qui ad illa numquam acceſſerunt. De talibus dicit Apoſtolus Petrus: Facta ſunt illis poſteriora peiora prioribus. *2. Pet. 2.* Melius enim erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ, quàm cognoſcentibus retrorſum reflecti a tradito ſibi ſancto mandato. Cum dicit melius erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ; nonne indicauit meliores eſſe inimicos foris poſitos, quàm intus male viuentes, quibus premitur & grauatur Eccleſia? Denique vide quàm horribili rei eos comparauit, contingit illis res veri prouerbij, Canis reuerſus ad ſuum vomitum. Iſtis itaque talibus cum ſint plenæ eccleſiæ, nonne veraciter illic dicunt pauci, immo ex paucorũ voce ipſa Eccleſia, ſuper omnes inimicos meos factus ſum opprobrium vicinis meis nimium, & timor notis meis? Vicinis meis nimium opprobrium factus ſum, ideſt qui mihi iam appropinquabant, vt crederent, hoc eſt, vicini mei nimium deterriti ſunt mala vita malorum, & falſorum chriſtianorũ. Quàm multos enim putatis fratres mei velle eſſe chriſtianos, ſed offendi malis moribus chriſtianorum? Ipſi ſunt vicini, qui iam appropinquabant, & nimium opprobrium illis viſi ſumus.

16 IDEM explicans illa verba: Aperiam in parabolis os meum, ait: Poſtquam narrauit Paulus quæ Deus inflixit flagella Iudæis, inquit: Omnia autem hæc in figura contingebant illis, ſcripta ſunt autem ad correptionem noſtram, in quos fines ſæculorum deuenerunt. Nobis ergo potius iſta cantata ſunt, vnde in hoc Pſalmo inter cetera dictum eſt, Vt cognoſcat generatio altera, filij qui naſcentur, & exurgent. Porro ſi ille interitus a ſerpentibus, & ab exterminatore illa perditio, & gladij trucidatio figuræ fuerunt, ſicut euidenter dicit Apoſtolus, quanto maiore diligentia cauendæ ſunt pœnæ, quarum figuræ illæ fuerunt? Proculdubio quippe ſicut in bonis rebus; multo amplius bonum eſt in eo, quod per figuram ſignificatur, quàm in ipſa figura: ita & in malis longe vtique peiora ſunt, quæ ſignificantur figuris, cum tanta mala ſint etiam ſignificantes figuræ. Nam ſicut terra illa promiſſionis, quo populus ille ducebatur, in comparatione regni cælorũ, quo populus chriſtianus ducitur nihil eſt, ita & pœnæ illæ, quæ figuræ fuerunt, cum tam ſint atroces, in comparatione pœnarum, quas ſignificant, nihil ſunt. Quas autem figuras dixit Apoſtolus, eas dicit iſte Pſalmus, parabolas, & propoſitiones nõ habentes in eo fidem, quòd contigerunt tantum, ſed in his rebus, ad quas rationabili comparatione deferuntur.

In Pſal. 77. *1. Cor. 10*

17 IDEM ſic ait: Offenderunt Iudæi in Chriſtum tamquam in humilẽ lapidem. Lapis enim ille adhuc paruus erat, iam quidem præciſus de monte ſine manibus, ſicut dicit Daniel Propheta vidiſſe ſe lapidem. Sed quid ſequitur? Et creuit, inquit, lapis ille, & factus eſt mons magnus, & impleuit vniuerſam faciem terræ. Præciſus eſt lapis ſine manibus: quia ſine opere virili virgo peperit Chriſtum. Iam ergo erat lapis ille ante oculos Iudæorũ, ſed humilis erat: quia

Tractatu 4. in Ioannẽ. to. 9. *Dan. 2.*

quia nondum creuerat lapis ille, & impleuerat orbem terrarum, quod ostendit in regno suo, quod est Ecclesia, quæ impleuit totam faciem terræ. Quia ergo nondum creuerat, offenderunt in illum tamquam in lapidem. Sed ignoscendum est Iudæis, quia offenderunt in lapidē, qui nōdum creuerat. Quales sunt illi qui in ipsum montem offenderunt? cæci Iudæi non viderunt humilem lapidem. Quanta cæcitas est non videre montem?

18 Lib. de vita christiana. tom. 9.

IDEM inquit: Christiani dicimur, hoc est vncti, vnctos vero non nisi sanctos viros, & satis Deo dignos semper fuisse manifestum est, nec alios quàm Prophetas, aut Sacerdotes, aut Reges. Credentes & baptismatis sanctificatione purgati in Prophetas vngimur, & Reges, cuius vnctionis quales esse debeamus, admonemur exemplo, vt in quibus tam sancta est vnctio, sit non minus sancta conuersatio. Ex Sacramento enim vnctionis huius, & Christi, & christianorum omnium nomen descendit. Quod nomen ille frustra sortitur, qui Christum minime imitatur. Quid enim tibi prodest vocari quod non es, & nomen tibi vsurpare alienum? Sed si christianum te esse delectat, quæ Christi sunt gere, & merito tibi christiani nomen assume. Qui christianus dicitur, Christum se habere Dominum profitetur, & vere habet, si ei in omnibus obsequatur, & seruiat. Si quominus Christi ille non famulus, sed subsannator est, & derisor, qui eius seruum dicit, cui seruire dissimulat? *Infra addit*: Non in hoc nobis, quòd christiani dicimur, blandiamur; sed propter hoc etiam iudicādos nos credamus, si nobis nomen frustra vendicemus alienum. Quis tam vanus & miser est, qui aduocatum se, cum litteras nesciat, audet profiteri? Quis tam insanus, & excors, vt se profiteatur militem, qui nesciat arma gestare? Nemo enim quodcumque nomen
19 sine causa sortitur, sutor vt dicatur? necesse est, vt calciamenta cōficiat, vt vocetur quis faber, aut artifex, artis peritia facit. Huiusmodi exēplis cognoscimus omne nomen ab actu. Tu ergo quomodo christianus diceris, in quo christiani actus non apparent? Christianus iustitiæ, bonitatis, integritatis, humilitatis, patientiæ, castitatis, prudentiæ, innocentiæ, pietatis est nomen, & tu illud tibi quomodo vendicas, cui de tam plurimis rebus, nec pauca subsistunt? Christianus est ille, qui sanctus, innocens, incōtaminatus, cuius in pectore malitia non habet locum, cuius in pectore sola pietas consistit, & bonitas, qui neminē nouit lædere, sed omnibus opem ferre exemplo Christi. Nam qui aliquem lædere, aut nocere paratus est, ille mentitur se esse christianum. *Infra* dicit: Sed tu christianū illum putas, cuius numquam pane vllus saturatur esuriens, cuius potu nullius sitis extinguitur, cuius mensam nemo pauper cognoscit, sub cuius tecto nec aduena, nec peregrinus aliquando succedit, cuius nemo nudus tegitur vestimētis, cuius pauper nullus fouetur auxilio, cuius bonum nemo sentit. Absit vt huiusmodi christianus dicatur. Christianus ille est, qui Christum in omnibus imitatur, sicut scriptum est. Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare, Christianus est qui cum mærentibus mæret, cuius ianua nemini clauditur, cuius mensam pauper nullus ignorat, cuius bonum omnes norunt, a quo nemo sentit iniuriam. 1. Ioan. 2.

20 Sermone in cōuersione Pauli. Psal. 37. Esai. 1.

BERNARDVS sic ait: Illi nunc persequuntur Christum, qui ab eo vtique Christiani dicuntur, amici tui Deus, & proximi aduersum te appropinquauerunt, & steterunt. Coniurasse videtur contra te vniuersitas populi christiani, a minimo vsque ad maximum, a planta pedis vsque ad verticem non est sanitas vlla.

21 In Sermone ad Patres in synodo. Esaiæ 58.

IDEM sic habet: Merito clamat Ecclesia sancta hodie: Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Multa est hodie & longe grauior, quàm credi possit persecutio sanctæ Ecclesiæ, & talis incumbit, qualis a principio non fuit. Multis modis persecutus est eam diabolus, sed numquam grauius, quàm hodie, quia numquam fuit maior perditio christianorum. Ecclesiam incipientem persecutus est per tyrannos, proficientem persecutus est per hæreticos, iam lætam, & florentem persequitur per motus illicitos. Carnem cruciauit in martyribus, rationem perturbauit in simplicibus, sed voluntatem hodie deprauat generaliter in omnibus. Fuit ergo amaritudo Ecclesiæ, amara quidem in persecutione tyrannorum, sed amarior in versutia hæreticorū, sed amarissima hodie per prauitatem desideriorum. Væ qui dicunt, pax, & non est pax. Pacem habet Ecclesia apud extraneos, sed filij nequam, filij scelerati sæuiunt in ea, qui propriam matrem euiscerant, vt se pariant in honorem. Pacem vbique habet exteriorem, sed interiorem in paucis habet; quia vbique aut fere vbique iudicio rationis non consentit voluntas, sed captiuam eam ducit in lege peccati; quia etsi ratio sana sit in iudicio, voluntas tamen praua est in desiderio, in qua nimirum resident diabolus similis altissimo. Hier. 6.

Christiani vita qualis esse debeat, quibus signis dignoscatur, vt tales sint serui Dei. Cap. XVI.

1 Homil. 4. in caput 1. Matth. ver. 2.

CHRYSOSTOMVS explicans illa verba, quæ de Christo Domino dixerat Angelus ad Ioseph: Ipse saluum faciet populum suum a peccatis eorum, sic habet: In plurimis nulla omnino signa inuenio christianę disciplinæ, non in publicis locis, atque communibus, non in ipsius Ecclesiæ conciliabulis facile reperias, per quod inter infidelem, fidelemque distinguas. Solo enim hoc celebrandi mysterij tempore dignosci potest; cum videlicet alios excludi videris; alios vero intus teneri. Oportebat autem vniuscuiusque fidem non locis, sed moribus indicari. Nam sæcularium quidem decora dignitatum, consequenter ab extrinsecus positis cernuntur insignibus; nostra vero intelligi oportet ex mētibus. Fidelis enim non modo a communione mysterij, verum etiā de nouitate vitæ debet agnosci. Fidelem enim sal esse conuenit, & luminare mundi. Sin vero ne tibi quidem ipse luceas, & ne propriam quidem putredinem, fætoremq. detergas, quibus te indicijs ego fidelem potero agnoscere? An quia sacrati aquas fontis ingressus es? At hoc ipsum quod datum tibi fuerat ad salutem, fit tibi grauioris causa supplicij. Honoris siquidem magnitudo his, qui non digne viuunt honore, cumulus incipit esse pœnarum. Igitur fidelem non ab his tantum, quæ accepit a Deo, verum etiam ab his, quæ obtulerit ipse Deo, conuenit refulgere, & vndique esse notum, & manifestū, & ab incessu, & ab aspectu, & a veste, & a voce. Nunc vero vndecumque voluero te dignoscere, inuenio te a contrarijs publicari. Si te ex loco scire curauero, proculdubio in circo te, theatroq. prospiciam, totos prorsus dies in vanissimis illis cœtibus exigentē, vel in foro corruptis hominibus, pestiferisq. coniunctum. Sin vero ex ipsis motibus corporis notitiam tui habere quæsiuero, videbo te horrentibus cachinnis, & fædissima iucunditate resolutum. Sin autem te a veste cōsiderem, nihil te a scenico habitu distare cognoscam. Iam si te voluero a comitibus addiscere, inueniam te adulatoribus stipatum, atque parasitis. Si a sermone, nihil in te audiam omnino sanum, nihil serium, quodq. ad disciplinam nostram spectet loquentem. Si a cibo, maior hinc profecto materia accusationis orietur. Vnde igitur respōde mihi, fidelem te esse potero cognoscere, cum omnia ista, quæ diximus contraria de te ferant sententiam, teq. apertissime infidelem esse conuincant? Et quid dicam vtrum fidelis? Nec si homo vere fis, possum euidenter agnoscere. Si vero te hominem appellare nequeo, quo tandem modo potero fidelem vocare?

3 Basil. 1. de inscript. & in Mat.

IDEM sic ait: Ad hoc ad imaginem Christi sumus, vt imitatores efficiamur voluntatis eius, & conuersationis. In hoc sumus imago eius, vt quod ei bonum videtur, & apud nos sit bonum, & quod ei malum videtur, & apud nos sit malum. Quicumque autem Domino humilitati studente iactantiæ studet, non est imago Christi, & qui Domino paupertatem amante diuitiarum amator est in hoc sæculo, repellit a se Christi similitudinem. Non est verus discipulus, qui non imitatur magistrum, nec est vera imago, quæ similis non est auctori.

4 Homil. 13. in 1. epist. Pau. ad Cor. cap. 9.

IDEM explicās illa verba B. Pauli. Vsque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus &c. in fine sic ait: Vide qualē esse oporteat, omnem christianorum vitam, non vnam, vel alteram diem. Et merito. Neque enim si athleta vna victoria potitus coronatus, indealio certamine succubuerit, coronabitur. Et esurimus, contra eos qui in delicijs viuunt, & colaphis cædimur, contra inflatos. Et instabiles sumus contra eos, qui desident, & nudi sumus aduersum diuites. Maledicimur, & benedicimus, persecutionē patimur, & sustinemus, Blasphemamur, & obsecramus, tamquam purgamenta huius mundi facti sumus, hoc est stulti propter Christum, omnium peripsema vsque adhūc.

IDEM explicans illa verba B. Pauli. Nescitis quòd qui in stadio currunt, omnes quidē currunt, sed vnus accipit brauium, sic ait: Hoc dicit non tamquam vnus ex omnibus salutem sit cōsecuturus, sed tamquam multam adhibere debeant diligentiam. Quemadmodum enim ex his, qui in stadium descendunt, non satis est in spectaculo sedere, neque vngi tantum, & certare: ita & in hoc loco non satis est fidem habere, & quomodocumque certare, sed nisi ita nos cursu exercuerimus, vt ad metam vsque inuictos nos præbeamus, nihil sane consequi poterimus. Omnis autem, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Quid hac particula ab omnibus significatur? Non ab vno se abstinet, ad alterum autem se indifferenter habet, sed a scortatione, gula, ebrietate, & ab omnibus simpliciter affectibus se abstinet, hoc quodammodo & in exterioribus fit certaminibus. Neque enim inebriari licet certantibus certationis tempore, neque scortari, ne vires deficiant, neque circa alia vacare, sed ab omnibus simul abstinendo, solummodo suis vacāt certaminibus. Quòd si illic huiusmodi fiunt, vbi in vnum coronam conferri necesse est; multo magis hic vbi plurima contentio, neque vnus tantum coronatur, & ipsa præmia multos labores exuperāt. Quare reprehensiue id ponit dicens. Illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, vos autem incorruptam. 5 Hom. 23. in 1. ad Cor. cap. 9.

IDEM sic ait: Tunc dicimus viuere corpus, cum recto, integroq. vadit incessu. Ceterum vbi dissolutum decumbit, & incompositē mouetur, etiamsi videatur viuere, aut ingredi, quauis morte miserior est ea vita. Item si nihil loquatur sani, sed attonitorum verba profert, si alia pro alijs videt, talis rursus miserabilior est, vita defunctis. Itidem anima, si nihil habet sani, etiam si videatur viua, mortua est, cum aurum non intuetur vt aurum, sed vt magnum quiddam ac pretiosum, cum de futuris nō cogitat, cum humi serpit, cum alia pro alijs agit. Vnde enim liquet nos animam habere? nonne ab actionibus? Quoties igitur non peragit sua munia, nonne mortua est? Quemadmodum quando non exercet sese ad virtutem, sed rapit, legesq. violat, qui possim dicere, quòd animam habeas? An quod ingrederis? Atqui isthuc etiam brutorum est. An quod edis & bibis? Atqui idem faciunt & feræ. An vero quod erectus duobus insistis pedibus? At isthuc mihi declarat potius, te feram esse humana specie. 6 Hom. 6. in 2. epist. ad Corinth.

IDEM explicans illa verba ex cap. 6. Quicumque sunt sub iugo serui dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ait: Si seruis ita imperat obedire dominis, intuemini quo nos 7 Hom. 16. in 1. epist. ad Timoth.

animo

animo in Dominum noſtrum eſſe conuenit, qui nos de nihilo, vt eſſemus, effecit, qui nutrit, qui veſtit. Etſi ergo non aliter ſaltem, vt famuli nobis noſtri, ita illi ſeruiamus. Nonne vitam illi omnem in hoc exponunt, vt requiem nobis parent? hoc illis opus eſt, iſtud ſtudium, vt dominos curent. Nonne illi quæ domini ſunt, tota die curant, ſua vero, dici vix exigua parte? Contra uero nos, noſtra quidem ſemper: quæ uero ſunt Domini, neque minima curamus temporis parte. Iſtudq. cum ille obſequijs non egeat noſtris, ſicut domini famulorum; ſed hæc omnia noſtris commodis cedant. Illic enim miniſterium famuli domino prodeſt; hic autem ſerui obſequium domino nihil; ſeruo autem plurimum confert. Bonorum enim, inquit, meorum non eges. Serui nihil habent proprium, *Pſal. 15.*
8 ſed omnia domini ſunt, quantumlibet illi diuites fiant: nos plurima habemus propria. Serui ſi grauia illis quædam imperentur, ne ſic quidem indignantur, maxime ſi grati illi ſint; nos autem grauiter plurima ferimus. Erubeſcamus dilectiſſimi, atque timeamus, ſi vt nobis famuli ſeruiunt, ita nos Domino ſeruire ſtudeamus. Immo nos ne minimam quidem partem ſeruitutis oſtendimus. Illi philoſophantur neceſſitate coacti, uictum ſolum ac ueſtitum habent; nos inter ipſas quoque delicias iniurioſi ſumus. Certe ſi nulla alia ex parte, vel ab illis philoſophiæ normam capiamus, ego uel ſeruos admoneo imitari: quæ illi ob noſtri metum faciunt, ea nos timore Dei faciamus. Illi ob metum noſtrum contumelijs afficiuntur innumeris, philoſophoſq. omnes ſilentio ſuperant. Iuſte & iniuſte anguntur iniurijs, & non contradicunt, ſed deprecantur; & quidem cum nihil ſæpe deliquerint. Nihil plus accipiunt quàm neceſſarium uictũ, plerumque etiam minus, contentiq. ſunt thoro ſeruili dormientes, & pane ſolo ueſcentes, uitamq. reliquam ſumma cum uilitate ducentes. Iſta dicimus, ut nos uel ita Deo ſeruiamus, ſicut famuli nobis.

9 IDEM ſic habet: Magna res eſt fides, & ſalutaris, & ſine hac non eſt ſaluari aliquando. Sed non ſufficit ſola hæc, opus eſt, & conuerſatione recta. Proinde etiam Paulus admonet eos, qui dignationem myſteriorum ſuſcipere meruerunt, dicens: Feſtinemus igitur intrare *Heb. 4.* in illam requiem. Feſtinemus, inquit, quoniam non ſufficit fides, ſed debet addi & uita, & multum ſtudium debet adhiberi, ut intremus in regna cælorum. Si enim terram intrare non meruerunt, qui tantas calamitates pertulerant in eremo, quia murmurauerunt, & fornicati ſunt, quomodo nos cælum merebimur indifferenter viuentes, & negligenter? Opus igitur nobis eſt, & ſtudio, & fide.

10 IDEM habet hæc verba: Si commune geneHomil. 21. ad Populũ to. 5. neris noſtri nomen cogitaueris, maximam ad virtutem capies diſciplinam, & exhortationẽ. Nam homo non eſt quicumque ſimpliciter manus habet, & pedes humanos, nec quicumque tantum rationalis eſt, ſed quicumque pietatem ac virtutem cũ fiducia exercet. Audi namque quid de Iob dicit. Cum enim dixiſſet, quòd in *Cap. 1.* terra Huſitide homo erat, non ex his eũ deſcribit terminis, quibus alienigenæ, nec hoc dicit, quòd duos pedes habebat &c. Sed indicia pietatis illius præbens, dicebat. Simplex & rectus, ac timens Deum, & recedens a malo. Demonſtrans quod hoc eſt homo, ſicut ſcilicet & alius inquit. Deum time, & mandata eius cuſtodi: *Eccls. 12.* quoniam hoc eſt omnis homo. Si autem hoc nomen homo, tantam ad virtutem præbet exhortationem, multo magis fidelis. Fidelis enim propterea vocaris; quoniam & credis Deo, & ab eo creditam ipſe iuſtitiam habes, ſanctitatẽ, munditiam animæ, in filium adoptionem, regnum cælorum, & hæc tibi commendauit. Tu viciſſim ipſi alia vouiſti, eleemoſynam, orationes, modeſtiam, & omnem aliam virtutem.

AVGVSTINVS ſic habet: Omnia bona 11 terrena cõtempſit homo factus Dominus Chriſtus, vt contemnenda monſtraret, & omnia terrena mala ſuſtinuit, quæ ſuſtinenda præcipiebat, vt neque in illis quæreretur felicitas, nec in iſtis infelicitas timeretur. Natus de matre, quæ fabro deſponſata erat, vt omnem typhum carnalis nobilitatis extingueret. Natus etiam in ciuitate Bethlehem inter omnes Iudææ ciuitates exigua: quia noluit quempiam de terrenæ ciuitatis ſublimitate gloriari. Pauper etiam factus eſt, cuius ſunt omnia, & per quem creata ſunt omnia, ne quiſquam cum in eum crederet, de terrenis diuitijs auderet extolli. Noluit rex ab hominibus fieri, quia humilitatis oſtẽdebat viam miſeris, quos ab eo ſuperbia ſeparauerat, quamuis ſempiternum eius regnum vniuerſa creatura teſtetur. Eſuriuit, qui omnes paſcit, ſitiuit per quẽ creatur omnis potus, & qui ſpiritualiter panis eſt eſurientium, fonſq. ſitientium. Ab itinere terreſtri fatigatus eſt, qui ipſum nobis viam fecit in cælum, velut obmutuit & obſurduit coram conuitiantibus, per quem mutus locutus eſt, & ſurdus audiuit. *Et infra ait*: Multos viſurus es ebrioſos, auaros, fraudatores, aleatores, adulteros, fornicarios. Animaduerſurus etiam quòd illæ turbæ impleãt Eccleſias per dies feſtos Chriſtianorum, quæ implent, & theatra per dies ſolemnes paganorum. Et quid dicam, videbis quòd etiam nunc iam vtique noſti: non enim neſcis multos, qui appellantur Chriſtiani, hæc omnia malaoperari, quæ breuiter cõmemoraui. Et aliquando fortaſſe grauiora facere homines non ignoras, quos noſti appellari Chriſtianos. Sed ſi hoc animo ad Eccleſiam veniſti, vt quaſi ſecurus talia facias, multum erras, nec tibi proderit nomen Chriſti, cũ cœperit ille ſeueriſſimus iudicare, qui prius dignatus eſt miſericordiſſime ſubuenire. Prædixit enim iſta, & ait in Euangelio: Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine intrabit in regnum cælorum, ſed qui facit voluntatem Patris mei. Multi dicent mihi *Matth. 7.* in illa die, Domine Domine in nomine tuo man *Luc. 13.* ducauimus, & bibimus.

IDEM explicans illa verba: In Eccleſijs be 13 nedicam te Domine, ait: Hoc eſt benedicere Deum *Enarrat. 2. in Pſal. 25. tom. 8.*

Deũ in Eccleſijs, fratres, ſic viuere, vt per mores cuiuſque benedicatur Deus. *Infra*: Quomodo nihil prodeſt aperire oculos, ſi ſit quiſque in tenebris, ita nihil prodeſt eſſe in luce, ſi clauſi ſint oculi. Ita & paganus quidem, vt de illis potius loquamur, velut bene viuentibus, patientibus oculis eſt in tenebris: quia non agnoſcit lucem ſuam Dominum. Chriſtianus autem male viuens, in luce quidem eſt, non niſi Dei, ſed clauſis oculis. Male viuendo enim videre non vult eum, in cuius nomine tamquam cæcus eſt in lumine conſtitutus, nulla viſione veri luminis animatus.

14 IDEM explicans illa verba: Perrexit Ie*Tract. 33. in caput 8. Ioan. to. 9.* ſus in montem Oliueti, inquit: In montem fructuoſum, in montem vnguenti, in montẽ Chriſmatis. Vbi enim decebat docere Chriſtum, niſi in mõte Oliueti? Chriſti enim nomẽ a chriſmate dictum eſt. Chriſma autem Græce, Latine vnctio nuncupatur. Ideo autem nos vnxit: quia luctatores contra diabolum fecit, & ideo chriſtiani nuncupamur.

15 BERNARDVS ſic habet: Quidni com*Serm. 1. in capite ieiun.* mune ſit Chriſti ieiunium omnibus chriſtianis? Quidni caput ſuum membra ſequantur? Si bona ſuſcepimus ab hoc capite; mala autem quare non ſuſtineamus? An reſpuere triſtia volumus, & communicare iucundis? Si ita eſt indignos nos capitis huius participatione probamus. Non eſt magnum, ſi ieiunet cum Chriſto, qui ſeſſurus eſt ad menſam Patris cum ipſo. Nõ eſt magnum ſi compatitur membrum capiti, quo glorificandum eſt. Felix membrum, quod huic adhæſerit per omnia capiti, & ſequetur illud quocumque ierit. *Et infra*: Mihi omnino adhærere tibi bonum eſt, o caput glorioſum, in quod & Angeli proſpicere concupiſcunt. Sequar te quocumque ieris. Si trãſieris per ignẽ, non euellar a te. Quis nos ſeparabit a charita*Iſaiæ 41.* te Chriſti? Ipſa enim eſt, per quam omne corpus per nexus, & iuncturas creſcit. Hoc glutinum bonum, cuius meminit Iſaias. Hoc vnguen*Pſal. 113* tum, quod deſcendit a capite in barbam. A capite deſcendit, & in oram veſtimenti, vt ne minima quidem fimbria careat vnctione. In capite ſiquidem plenitudo gratiarum, de qua accipimus omnes, in capite affluentia tota ſpiritualis vnguenti.

16 IDEM ſic habet: Quando ſurgendum eſt *In libro cui titulus eſt de doct. Ber. apoſt. qui habetur in operib. ipſius.* gratias diuinæ miſericordiæ agas pro quiete indulta, pro cuſtodia, & protectione angelica. Deinde veniens ad Eccleſiam, pone manum ſupra malæ, intentiones, & affectus cordis, & appetitus carnis; tu autem anima mea intra in gaudium Domini Dei tui, vt videas voluntatem Domini, & viſites templũ eius. Sicq. veniens ante crucem dic. Adoramus te Chriſte, & benedicimus tibi.

Ciuitates duæ ſunt in Eccleſia, de quarum exordio, progreſſu, condicionibus, ac fine diſſeritur. Cap. XVII.

1 IERONYMVS explicans illa verba: Et nunc ponite corda veIn caput 2. Aggæi to. 5 ſtra a die hac & ſupra, antequam poneretur lapis ſuper lapidem in templo Domini, ait: Super *1. Cor. 3.* fundamẽtum, quod eſt Chriſtus, alius ædificat aurum, argẽtum, lapides pretioſos, alius ligna, fœnum, ſtipulam. Et tribus bonis, tria econtrario opponuntur mala. Iſti ſunt lapides, de quibus extructurum ſe Hieruſalem Dominus pollicetur. Ecce ego præparabo tibi *Eſaiæ 28.* carbunculum lapidem tuum, & fundamenta tua Sapphirum, & ponam propugnacula tua iaſpidem, & portas tuas de lapide cryſtallo, & murum tuum de lapidibus electis. Neque enim putandum eſt ſecundum Iudaicas fabulas, & inepta figmenta Deum auro & gemmis ædificaturum Hieruſalem, & non viuis lapidibus, qui nunc voluuntnr ſuper terram, & iuxta naturas lapidum, vel igniti fide ſunt vt carbunculus, vel toti cæleſtes, & in thronum Dei reducti, vt ſapphirus, vel innocentia, & bonarum operum ſimplicitate lucentes vt cryſtallus.

AVGVSTINVS eſt, qui inter omnes 2 patres fuſius & elegantius de re hac loquitur; Lib. 11. de ciuitate Dei cap. 1. to. 5. potiſſime autem in libris de Ciuitate Dei, & maxime a lib. vndecimo. *Et infra*: A libro enim vndecimo vſque ad quartumdecimum diſſerit de exordio duarum ciuitatum. Quarum vna eſt Dei, altera huius mundi. A quintodecimo vſque ad decimumoctauũ, diſputat de progreſſu harum ciuitatum. A decimooctauo vſque ad vigeſimumſecundum qui poſtremus eſt, finis vtriuſque ſtatuitur. In lib. 11. cap. 1. ſic habet: Ciuitatem Dei dicimus illam, de qua ſcriptum eſt. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. Et in *Pſal. 86.* alio Pſalmo. Magnus Dominus & laudabilis *Pſal. 47.* nimis in ciuitate Dei noſtri in monte ſancto eius, fundatur exultatione vniuerſæ terræ. Et paulo poſt. Sicut audiuimus, ſic vidimus in ci*Pſal. 45.* uitate Domini virtutũ, in ciuitate Dei noſtri, Deus fundauit eam in æternum. Item in alio: Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ Dei, Deus *Ibid.* in medio eius non commouebitur. His teſtimonijs, & alijs didicimus eſſe quandam ciuitatem Dei, cuius ciues eſſe concupiſcimus illo amore, quem nobis illius conditor inſpirauit. Huic conditori ſanctæ ciuitatis ciues terrenæ ciuitatis deos ſuos præferunt.

IDEM ſic ait: Ciues ſanctæ ciuitatis Dei 3 Lib. 14. cap. 9. in huius vitæ peregrinatione ſecundum Deum viuentes metuunt, cupiuntque, dolent, gaudẽtque, & quia rectus eſt amor eorum iſtas omnes affectiones rectas habent. Metuunt pœnam æternam, cupiunt vitam æternam: dolent, quia ipſi in ſemetipſis adhuc ingemiſcunt adoptionem, expectantes redemptionem corporis ſui.

Gau-

Gaudent in se, quia fiet sermo, qui scriptus est.
1. Cor. 5. Absorpta est mors in victoria. Item metuunt peccare, cupiunt perseuerare, dolent in peccatis, gaudent in operibus bonis. Item sicuti se infirmitas eorum, firmitasq. habuerit, metuunt tentari, cupiunt tentari, dolent in tentationibus, gaudent in tentationibus. Vt enim me-
2. Cor. 9. tuant tentari audiunt, si quis præoccupatus fuerit in aliquo delicto, vos, qui spiritales estis, huiusmodi instruite in spiritu mansuetudinis intendens teipsum, ne & tu tenteris. Vt autem cupiant tentari, audiunt quendam virum for-
Psal. 25. tem ciuitatis Dei dicentem, Proba me Domine, & tenta me, vre renes meos, & cor meum. Vt doleant in tentationibus, vident Petrũ flentem. Vt gaudeant in tentationibus audiunt
4 Iacobi 1. Iacobum dicentem, Omne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis. Non solum autem propter semetipsos his mouentur affectibus, verum etiam propter
2. Cor. 12. eos, quos liberari cupiunt, & ne pereant, metuunt, & dolent si pereunt, & gaudent si liberan-
2. Cor. 7. tur. Talis erat, qui dicebat: Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Foris dicebat pu-
Rom. 1. gnas, intus timores, desiderabat videre Romanos, vt aliquem fructum haberet in illis, æmu-
2. Cor. 11. labatur Corinthios, & ipsa æmulatione metuebat, ne seducerentur eorum mentes a castitate,
Rom. 9. quæ in Christo est, magnam tristitiam, & continuum dolorem cordis de Israelitis habebat, quòd ignorantes Dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitiæ Dei non essent subiecti. *Infra*: Ex his apparet, quales esse debeant in hac peregrinatione ciues ciuitatis Dei, viuẽtes secundum spiritum, non secundum carnem. Ciuitas porro hoc est societas impiorum non secundum Deum, sed secundum hominem viuentium, his affectibus prauis tamquam morbis, & perturbationibus quatitur. Et si quos ciues habes, qui moderari talibus motibus, & eos quasi temperare videantur; sic impietate elati, & superbi sunt, vt hoc ipso in eis sint maiores tumores, quo minores dolores.

5 Libro 14. cap. 28. IDEM inquit: Fecerunt itaque ciuitates duas, amores duo, terrenam scilicet amor sui vsque ad contemptum Dei; cælestem vero amor Dei vsque ad contemptum sui. Denique illa in seipsa; hæc autem in Domino gloriatur. Illa quærit ab hominibus gloriam; huic autem Deus conscientiæ testis maxima est gloria. Illa in gloria sua exaltat caput suum, hæc dicit Deo suo, gloria mea, & exaltans caput meum. Illi dominandi libido dominatur, in hac seruiunt inuicem in charitate.

6 Lib. 15. disputans de progressu harum duarum ciuitatum. Gen. 4. Rom. 9. IDEM sic ait: Natus est prior Cain ex illis duobus humani generis parentibus, pertinens ad hominum ciuitatem, posterior Abel ad ciuitatem Dei. Prior est natus ciuis huius sæculi; posterior autem isto peregrinus in sæculo, & pertinens ad ciuitatem Dei, gratia prædestinatus, gratia electus, gratia peregrinus deorsum, gratia ciuis sursum. Ex eadem massa factũ est primũ vas in contumeliam, post vero alterũ in honorem. De Cain scriptum est, quod condidit ciuitatem, Abel autem tamquam peregrinus non condidit. Superna est enim sanctorum ciuitas, quamuis hic pariat ciues, in quibus peregrinatur, donec regni eius tempus adueniat. *Infra cap.* 2. Parit ciues terrenæ ciuitatis peccato vitiata natura, cælestis vero ciuitatis ciues parit a peccato naturam liberans gratia. Vnde illa vocantur vasa iræ, ista misericordiæ. Significatum est hoc etiam in duobus filijs Abrahæ; quòd vnus de ancilla, quæ dicebatur Agar, secundum carnem natus est Ismael; alter autem de Sara libera, secundum promissionem natus Isaac. Vterque quidem de semine Abrahæ, sed illum genuit demonstrãs consuetudo naturam, istum vero dedit promissio significãs gratiam. Ibi humanus vsus ostenditur, hic diuinum beneficium commendatur. Gal. 4.

7 Cap. 4. IDEM: Terrena ciuitas quæ sempiterna non erit; neque enim cum extremo supplicio damnata fuerit, iam ciuitas erit, hic habet bonum suum, cuius societate lætatur, qualis esse de talibus rebus lætitia potest. Et quoniam non est tale bonum, vt nullas angustias faciat amatoribus suis: ideo ciuitas ista aduersus seipsam plerumque diuiditur litigando, bellando, atque pugnando, & aut mortiferas, aut certe mortales victorias requirendo. Concupiscit terrenã quandam pro rebus infimis pacem. Ad eam namque desiderat peruenire bellando. Quoniã si vicerit, & qui resistat non fuerit, pax erit, quam non habebant partes inuicem aduersantes, & pro his rebus, quas simul habere non poterant, infelici egestate certantes.

8 Cap. 5. IDEM ait: Primus ciuitatis terrenæ conditor fuit fratricida, nam suum fratrem ciuem ciuitatis æternæ in hac terra peregrinantem inuidentia victus occidit. Vnde mirandum nõ est, quòd tanto post in ea ciuitate condenda, quæ fuerat huius terrenæ ciuitatis caput futura, & tam magnis gentibus regnatura, quædam sui generis imago responderit: nam & illic fraterno primi maduerũt sanguine muri. Sic enim condita est Roma, quando occisum Remum a fratre Romulo Romana testatur historia. Nisi quòd isti terrenæ ciuitatis ambo ciues erant, & ambo gloriam de Romanæ Reipublicæ institutione quærebant, & vt totam dominationem haberet vnus, ablatus est socius. Hi autem fratres Cain & Abel non habebant ambo inter se similem rerum terrenarum cupiditatem, nec in hoc alter alteri inuidit. Abel quippe non quærebat dominationẽ in ea ciuitate, quæ condebatur a fratre, sed inuidentia illa diabolica, qua inuident bonis mali, nulla alia causa est, nisi quia illi boni sunt, illi mali. Nullo enim modo fit minor accedente, seu permanente consorte possessio bonitatis; immo possessio bonitatis tanto fit latior, quanto concordior eam indiuidua sociorum possidet charitas. Illud igitur, quòd inter Remum & Romulum exortum est, quemadmodum aduersus seipsam terrena ciuitas diuidatur, ostendit; quòd autem inter Cain & Abel, inter duas ipsas ciuitates Dei, & hominum inimicitias demonstrauit. Pugnant Lucanus lib. 1.

ergo

ergo inter se mali & mali, item pugnant inter se boni, & mali, boni vero & boni si perfecti sint inter se pugnare non possunt. Proficientes autem nondumque perfecti, ita possunt, vt bonis
Gal. 5. quisque ex ea parte pugnet contra alterum, qua etiam contra semetipsum. Et in vno quippe homine caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Concupiscentia ergo spiritualis contra alterius potest pugnare carnalem, vel concupiscentia carnalis contra alterius spiritualem, sicut inter se pugnant boni, & mali. Vel certe ipsæ concupiscentiæ carnales inter se duorum bonorum, nondum vtiq. perfectorum, sicut inter se pugnant mali & mali, donec eorum, qui curantur ad vltimam victoriam sanitas perducatur.

10 Cap. 17. IDEM: Mortuo Abel, Cain, & Seth fuerũt, in quorum filijs harum duarum ciuitatum indicia clarere cœperunt. Cain quippe genuit Enoch, in cuius nomine condidit ciuitatem terrenam, scilicet, non peregrinantem in hoc mũdo, sed in eius tẽporali pace, ac felicitate quiescentem. Enoc enim interpretatur dedicatio, hic enim dedicatur terrena ciuitas, vbi condi-
Gen. 4. tur, quoniam hic habet eum, quem intendit, & appetit finem. Porro ille Seth resurrectio interpretatur. *Et infra*. Quia sic ait: Cain qui interpretatur possessio terrenæ conditor ciuitatis, & filius eius, in cuius nomine condita est Enoch, qui interpretatur dedicatio, indicat istam ciuitatem, & initiũ, & finem habere terrenum, vbi nihil speratur amplius, quàm quod in hoc sæculo cerni potest. Iste Seth interpretatur resurrectio, qui cum sit generationum seorsum commemoratarum pater, habuit filiũ Enos, qui sperauit inuocare nomen Domini Dei. Quia in spe viuit homo Filius resurrectio-
Rom. 8. nis, quamdiu peregrinatur hic ciuitas Dei, quæ gignitur ex fide resurrectionis Christi: Spe enim salui facti sumus. Spes autem quæ videtur non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus, speramus per patientiam expectamus. Hic præfigurauit hominum societatem, quæ non secundum hominem in re terrenæ felicitatis, sed secundum Deum viuit in spe felicitatis æternæ. Hic spe-
Hier. 17. rauit inuocare nomen Domini ostendens, quod non in seipso spem ponere debeat homo. Maledictus enim omnis, qui spem suam ponit in homine, ac per hoc, nec in se, vt sit ciuis alterius ciuitatis, quæ non dedicatur in hoc tempore, hoc est mortalis huius sæculi labente transcursu, sed in illa immortalitate beatitudinis sempiternæ.

11 Cap. 21. IDEM sic habet: Filius Cain hoc est filius possessionis, cuius nisi terrenæ ciuitatis habeat nomen, in ciuitate terrena, quæ in eius nomine condita est? De his enim cantatur in Psal-
Psal. 48. mo. Inuocabunt nomina sua in terris suis.
Psal. 72. Propter quod sequitur eos, quod in alio Psalmo scriptum est, Domine in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Filius autem Seth, hoc est filius resurrectionis, sperat inuocare nomen Domini Dei. Eam quippe societatem hominum præfigurat, quæ dicit. Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei, sperani in misericordia Dei, vanas autem glo-
Psal. 51. rias famosi in terra nominis non requirat. Bea-
Psal. 39. tus enim vir, cuius est nomẽ Domini spes eius, & non respexit in vanitates, & insanias falsas. Propositis itaque duabus ciuitatibus, vna in re huius sæculi, altera in spe Dei, vt percurrant & excurrant ad discretos, proprioque debitos fines: quia fecit Deus alia vasa in honorem, alia autem in contumeliam: istis reddens quod
Rom. 9. debetur in pœna: illis donans, quod non debetur in gratia, vt ex ipsa etiam comparatione vasorum iræ, superna ciuitas discat, quæ peregrinatur in terris, non fidere libertati arbitrij sui, sed speret inuocare nomen Domini Dei, ne ex libero arbitrio declinet a bono, vt faciat malum.

12 Lib. 16. ca. 11. IDEM sic habet: Quando merito elationis impietatis gentes linguarum diuersitate punitæ, atque diuisæ sunt, ciuitas impiorum confusionis nomen accepit, hoc est appellata est Babylon. Non defuit domus Heber, vbi ea
Gen. 11. quæ antea fuit omnium lingua remaneret, & quia in eius familia remansit, hæc lingua diuisis per alias linguas ceteris gentibus, quæ lingua prius humano generi non immerito creditur fuisse communis, ideo deinceps Hebræa est nuncupata.

13 Lib. 17. ca. 20. IDEM sic ait: In libro Ecclesiastis illud commemorandum est, quod pertinet ad duas ciuitates, vnam diaboli, alteram Christi, & earum reges diabolum & Christum: ait enim Salomon, Væ tibi terra, cuius rex puer est, &
Eccls. 10. cuius principes mane comedunt, beata terra, cuius rex tuus filius ingenuorum, vel vt nostra habet lectio, cuius rex nobilis est, & cuius principes vescuntur in tempore suo ad reficiendũ, & non ad luxuriam. Adolescentem dixit diabolum propter stultitiam, & superbiam, & temeritatem, & petulantiam, ceteraque vitia, quæ huic ætati assolent abundare. Christum autem filium ingenuorum sanctorum Patriarcharum pertinentium ad liberam ciuitatem, ex quibus est in carne progenitus. Principes illius ciuitatis mane manducantes, idest, ante horam congruam, quia non expectant opportunam, quæ vera est in futuro sæculo, felicitatem, festinantes beari huius sæculi celebritate cupientes. Principes autem ciuitatis Christi tempus non fallacis beatitudinis patienter expectant. Hoc ait in fortitudine non in confusione, vel vt nos legimus, ad reficiendum, & nõ ad luxuriam. Quia non eos fallit spes, de qua
Rom. 5. dicit Apostolus, Spes autem non confundit.
Psal. 24. Dicit & Psalmus, Vniuersi qui te expectant, non confundentur.

14 In expositione Psal. 47. to. 8. IDEM exponẽs illa verba: Latera Aquilonis ciuitas regis magni, sic ait: Intenderas tu Sion tamquã vnum locũ, vbi cõdita est Hierusalem, & in ea non occurrebat tibi, nisi populus Iudæorum, sed attende, & gentes. Ecce gentes latera Aquilonis, adiũcta sunt latera Aquilonis ciuitati regis magni. Cõtrarius solet esse Aquilo Siõ,

Sion quippe in meridie, Aquilo contra meri-
Esaiæ 14. diem. Quis est iste Aquilo nisi, qui dixit, Po-
nam sedem meam ad Aquilonem, & ero similis
Altissimo? Tenuerat regnum diabolus impio-
rum, & possederat gentes seruientes simula-
cris, inhærendo illi Aquilo facti erant. Sed
Matt. 12. quoniam ille qui alligat fortem, aufert eius va-
sa, & facit vasa sua, credentes in Christum con-
glutinati sunt illi ciuitati, & facta est ciuitas re
gis magni, quæ fuerat latera Aquilonis. Latera
vtique, quia inhæserant diabolo. Quicumque
enim alicui cohærent, eius latera dicuntur. In-
Luc. 15. de venit filius ille, de quo scriptum est, Quia
mortuus fuerat, & reuixit; perierat & inuentus
est. Proficiscendo enim in regionem longin-
quam, etiam ad Aquilonem peruenerat, & ibi
vni ex principibus regionis illius adhæserat.
Factus est ergo latus Aquilonis, adhærendo
principi illius regionis. Sed quia ciuitas regis
magni, & ex latere Aquilonis colligitur reuer-
sus ad se, dixit. Surgam, & ibo ad Patrem
meum.

15 IDEM sic ait: Omnes qui terrena sapiunt
In Psal. 61. omnes qui ciuitatem terrenam Deo, præferũt,
Phil. 2. omnes qui quæ sua sunt, quærunt non quæ Iesu
Christi ad vnam illam ciuitatem pertinẽt quæ
dicitur Babylon mystice, & habet regem diabo
lum. Omnes autem qui ea quæ sursum sunt,
sapiunt, qui cælestia meditantur, qui cum solli-
citudine in sæculo viuunt, ne Deum offendant,
qui cauent peccare, sancti, iusti, pij, omnes ad
vnã ciuitatẽ pertinent, quæ regem habet Chri-
stum. Illa enim in terra quasi maior est tem-
pore, non sublimitate, non honore. Hæc duo
corpora sub duobus regibus agentia ad singu-
las ciuitates pertinẽtia aduersantur sibi vsque
in finem sæculi, donec fiat ex commixtione se-
paratio, & alij ponantur ad dexterã, alij ad sini-
Matt. 25. stram, dicaturq. illis: Venite benedicti Patris
mei, percipite regnũ, quod vobis paratũ est ab
origine mundi: illis autem, Ite in ignem æter-
nũ qui paratus est diabolo, & angelis eius. Rex
ciuitatis suæ victor super omnia. Intendite fra-
tres. Delectat enim me, pauca adhuc loqui vo-
Psal. 86. bis de ciuitate hac dulci. Gloriosissima enim
de te dicta sunt ciuitas Dei, & si oblitus fuero
tui Hierusalẽ, obliuiscatur me dextera mea. *In-*
Psal. 136 *fra:* Ædificauit Cain ciuitatẽ, antequã esset vlla
ciuitas in primordio rerũ humanarum. Procul-
16 dubio intelligis iam natos fuisse multos homi-
nes ex illis duobus, & ex his, quos genuerant, vt
posset esse aptus, & congruus numerus, cui no-
men ciuitatis imponeretur. Ædificauit ergo
Cain ciuitatẽ, vbi nõ erat ciuitas, ædificata est,
& postea Hierusalẽ regnum Dei ciuitas sancta,
& posita in specie quadã vmbræ significãtis fu-
tura, erat ibi primo ciuitas, quæ appellabatur
Iebus, vnde & Iebusæi. Ea capta, deuicta, sub-
iecta, ædificata est noua ciuitas tamquã destru-
cta vetere, & appellata Hierusalem, visio pacis,
ciuitas Dei. Vnusquisque ergo natus ex Adam,
nondum pertinet ad Hierusalẽ: portat enim se-
cum traducẽ iniquitatis, pœnamq. peccati de-
putatus morti, & pertinet quodãmodo ad vete
rem quandam ciuitatẽ. Sed si futurus est in po-
pulo Dei; destruetur vetus, & ædificabitur no-
uus. Ideo ergo Cain ciuitatẽ ædificauit, vbi nõ
erat ciuitas. A mortalitate enim, & a malitia
quisque incipit, vt fiat bonus, postea, trãseat ad *Ephes. 4.*
Hierusalẽ destruetur vetus, & ædificabitur no-
uus, tamquam deuictis Iebusæis, vt ædificetur 17
Hierusalẽ dicitur, Exuite vos veterem hominẽ,
& induite nouum. Iamq. ædificatis in Hieru-
salem dicitur. Fuistis aliquando tenebræ: nunc
autẽ lux in Domino. Mala ergo ciuitas ab ini-
tio vsque in finem currit, & bona ciuitas muta-
tione malorũ conditur. Et sunt istæ duæ ciuita-
tes permixtæ interim, in fine separandæ aduer
sum seinuicem confligentes, vna pro iniquita-
te, altera pro iustitia; vna pro vanitate, altera
pro veritate. Et aliquando ipsa commixtio tẽ-
poralis facit, vt quidã pertinẽtes ad ciuitatem
Babyloniam, administrent res pertinentes ad 17
Hierusalem. Et rursum quidam pertinẽtes ad
Hierusalem administrent res pertinentes ad
Babyloniam. Respicite nunc impleri hoc, & agi
in Ecclesia in his temporibus. Omnes de qui-
bus scriptum est, quæ dicunt facite, secundum *Matt. 23.*
autem opera eorum nolite facere: ciues sunt
Babyloniæ, administrãtes rempublicã ciuitatis
Hierusalem. Ciues etiã bonæ ciuitatis admini-
strant quosdam actus malæ ciuitatis. Quã mul-
ti enim fideles, quàm multi boni, & magistra-
tus sunt in ciuitatibus suis, & iudices sunt, &
duces sunt, & comites sunt, & reges sunt. Om-
nes iusti & boni non habentes in corde, nisi glo
riosissima, quæ de te dicta sunt ciuitas Dei, &
quasi angariam faciunt in ciuitate transitoria,
& illic a doctoribus ciuitatis sanctæ iubentur
seruare fidẽ præpositis suis, sine regi quasi præ-
cellenti, siue ducibus tamquam ab eo missis ad
vindictam malefactorum, laudem vero bonorũ. *1. Pet. 2.*
Fiunt ista, donec transeat iniquitatis, ciues Ba-
byloniæ iubentur tolerari a ciuibus Hierusalẽ. 18

IDEM explicans illa verba: Super flumi- *In Psalm.*
na Babylonis, illic sedimus, & fleuimus, ait: Si *136.*
ciues sumus de Hierusalem in ista Babylonia,
in ista confusione huius sæculi non ciues habi-
tamus, sed captiui detinemur. Habet hæc ciui-
tas quæ Babylonia dicitur, amatores suos con-
sulentes paci tẽporali, & nihil aliud sperantes,
totumq. gaudiũ suum ibi figentes, & ibi finien-
tes, & videmus eos pro republica terrena plu-
rimum laborare. Tamen chariſſimi attendite
flumina Babylonis. Hæc enim sunt omnia, quæ
hic amantur, & transeunt. Hi non sedent super
flumina, & flent, sed in fluminibus sunt. Alij ci-
ues sanctæ Hierusalem intelligentes captiuita-
tem suam, attendunt humana vota, & diuersas
hominum cupiditates hac, atque illac rapiẽtes,
trahentes, impellentes in mare, vident hæc, &
non se mittunt in flumina Babylonis, sed sedẽt,
& flent super flumina Babylonis. Super flumi-
na Babylonis illic sedimus, & fleuimus, dum
recordaremur tui Sion. O sancta Sion vbi to-
tum stat, & nihil fluit. Quis nos in ista præci-
pitauit? Quare dimisimus conditorẽ tuum, &
societatẽ tuam? Ecce inter fluentia, & labẽtia
consti-

& constituti vix quisquã raptus a flumine, si te-
nere lignum potuerit, euadet. Humiliati ergo
in captiuitate nostra sedeamus super flumina
Babylonis; non nos audeamus in illis flumini-
bus præcipitare. Sedeamus super flumina Ba-
Psal. 121. bylonis, non infra flumina Babylonis. Talis sit
humilitas nostra, vt nos non mergat. In atrijs
Hierusalem stantes erant pedes nostri, super
19 flumina vero Babylonis sedimus, & fleuimus,
cum recordaremur Sion. In salicibus in medio
eius suspendimus organa nostra. Habent orga-
na sua ciues Hierusalem scripturas Dei, præce
pta Dei, promissa Dei, meditationem quãdam
futuri sæculi, sed cum agunt in medio Babylo-
nis, organa sua in salicibus eius suspendunt. Sa-
lices ligna sunt infructuosa, rigantur hæc ligna
de fluminibus Babylonis, & nullum fructum fe-
runt, sicut sunt homines cupidi, auari, steriles,
in omni opere bono. Ita ciues Babyloniæ, vt
etiam ligna sint illius regionis, ex istis volupta
tibus rerum trãseuntium pascuntur, tamquam
irrigata a fluminibus Babyloniæ. Quæris fru-
ctum, & nusquam inuenies. Quando tales pa-
timur, versamur cum eis, qui sunt in medio Ba-
bylonis. Multum enim interest inter medium
Babylonis, & exteriora Babyloniæ. Sunt qui nõ
sunt in medio eius, idest non tanta concupiscen
tia sæculi, & delectationibus obruuntur. Qui ve
ro multum mali sunt in medio Babylonis sunt,
& ligna sterilia tamquam salices Babyloniæ pa
sta in temporalibus voluptatibus tamquam flu
minibus Babyloniæ.

20 GREGORIVS exponens illa verba: Vt
In expos. quarti Psal. pœnitent. in fi. ædificentur muri Hierusalem, sic ait: Per Hie-
rusalem, quæ visio pacis interpretatur, sancta
anima accipitur, quæ futuram sanctorum pacẽ,
mentis intuitu conspicit, & omnibus in se mor
tificatis hostibus, illicitorum motuũ impugna-
tionem non sentit. Cuius muri virtutes sunt,
quos ille nimirum ædificat, qui ex operibus iu
stitiæ, & pietatis spiritale cõstruere ædificium
non cessat. Vnusquisque autem Hierusalem,
aut Babylonis ciuis est. Sicut enim per amo-
Gen. 11. rem Dei sanctus quisque Hierusalem ciuis effi
citur; ita per amorem sæculi omnis iniquus in
Babyloniæ structura operatur. Ad construen-
dum autem huius spiritalis Babyloniæ ædifi-
cium, peruersi quique illius antiquæ Babel imi
tantur exemplum. Cuius teste sacra Scriptura
ciuitatis auctores, & pro saxis lateres, & pro
cæmento bitumen habuisse leguntur. Per quod
intelligitur, quòd mundi amatores, carnalis vi
tæ construunt municipium, quod ad vim ven-
torum, & impetus fluuij facili impulsu veloci-
ter est subruendum. Notandum vero est, quia
illi, de quibus legitur de oriente venisse, & in
campo Senaar habitasse perhibentur. De orien
21 te veniunt, qui a Christi consortio male viuen-
do recedunt. Senaar autem interpretatur ex-
cussio dentium, siue fœtor eorum. In campo
ergo Senaar qui habitant? Qui positi nõ in cel-
situdine virtutum, sed in planitie vitiorum,
& detractionum morsibus proximos lacerant,
& in otiosæ vitæ volutabro iacentes infamiæ
suæ circumquaque fœtorem exhalant. Quorum
dentes tunc omnipotens excutit, cum illorum
facta simul, & verba confundit. Vnde scriptum
est. Dominus conteret dentes eorum in ore *Psal. 57.*
ipsorum, molas leonum confringet Dominus.
Nam & de fœtore eorum per alium Prophetam
scriptum est. Computruerunt iumenta in ster- *Ioel 1.*
core suo, quod est carnales homines in fœtore
luxuriæ vitam finire. Merito ergo qui in Se-
naar habitant, de lateribus ciuitatem ædificãt,
quia qui terrenis dediti sunt, voluptatibus car-
nis inseruiunt, de fragili materia mentis mu-
tationem attollunt. Ceterum qui contempta
terrenarum opum cupiditate, & carnalis vitæ
abdicatis illecebris per opera sanctitatis, vir-
tutum in seipsis sanctificationem accumulant:
hi profecto lateres in lapides mutant. Tales
cum Isaia dicere possunt, Lateres ceciderunt, *Esaiæ 9.*
sed quadris lapidibus ædificabimus. Sycomo-
ros succiderunt, sed cedros immutabimus. La
teribus quippe cadentibus, lapidibus quadris
ædificat, quicumque carnis lasciuiam disciplia-
næ strictioris rigore castigat, qui corporis for-
titudinem spiritus virtute commutat. Quis-
quis ergo infirma carnis fortitudine contẽpta,
in virile spiritus robur animum excitat, quasi
lateres in saxa, quibus muri Hierusalem ædifi-
centur, commutat. Possumus quoque per Hie-
rusalem illam sanctam ciuitatem accipere, quæ
ex viuis lapidibus in cælis construitur, & sicut 22
sponsa ornata viro suo a Deo paratur. De illa
namque dicit Apostolus. Illa autem quæ sur- *Gal. 4.*
sum est Hierusalem libera est, quæ est mater no
stra, quæ libera dicitur: quia ab omni corru-
ptionis molestia inuenitur aliena. Nec incon-
grue Hierusalem dicitur, quæ veram in seipsa
pacem sine defectu experitur. Illa est ciuitas
pacis, in quã nullus hostis ingreditur, & ex qua
nullus ciuis egreditur. Ciuitas cuius plateæ au- *Apoc. 22.*
ro mundo struuntur, quæ non eget Sole, neque
Luna: quia cum illam Deus præsentia suæ cla-
ritatis illuminet, impossibile est, vt eam aliquæ
caliginis obumbratio obscuret. Huius Hieru-
salem muri ædificantur, cum fideles ad vitam
prædestinati ad perfectionem iustitiæ dedu-
cuntur.

Cogitationes malæ, & vanæ, ac nimiæ curæ frenandæ sunt, maxime in initijs.
Cap. XVIII.

BASILIVS explicans illa ver- 1
ba: Magnificate Dominum me- *Hom. 9. in*
cum, ait: Conuenientẽ chorum *Psal. 33. to.*
Propheta in Domini laudem si- *1.*
bi assumit. Nemo turbulentus,
nemo obstreperus, aut tumultua
rius, non qui carnalium affectionum æstro sti-
mulat animam, mistim se mihi adiungat, sed
vos mansueti, qui stabilitatẽ, firmitatẽq. animi

consecuti estis. *Infra*: Oportet otium ab omni tumultu exteriore agere liberrimum prorsus,& intra cordis arcana, perinde, ac in intimo quopiam iucundæ consultationis recessu tranquilla quiete perfrui eum, qui cupiet persequi contemplationẽ veritatis; ait enim Propheta: Turbatus est a furore oculus meus. Non solum autẽ furor, siue ira, sed concupiscentia, & timor,& inuidia oculum animæ conturbant. Et in vniuersum perturbationes omnes, & immoderati motus aciem,perspicacitatemq. animi confundunt, & exturbant. At quemadmodũ oculis turbidis visibilia exacte deprehendere non valemus, sic corde turbato nemini conceditur incumbere veritatis cognitioni. Secedere igitur opus fuerit ab istius mundi rebus, & neque per oculos, neque per aures, aut alios sensus, alienas in animam cogitationes introducere. *Et infra*: Inquire pacem,& persequere eam,nimirum solutionem a tumultuarijs mundi istius curis: Para tibi mentem tranquillam, statumq. animæ vnum aliquem inquire, qui sit ab omni fluctuatione, ac turbella curarum seiunctus.

2 In libro, cui titulus est regulæ fusius disputatæ to.2.

IDEM in responsione quintæ interrogationis de cohibenda mentis ad futiles cogitationes euagatione,ait: Neque enim artem vllam, scientiamve quisquam exacte discere poterit,qui ea relicta modo ad hanc,modo ad illã transeat, quin ne vel vnam quidem modo quis consequi potest, qui quæ ad illius finem accommodata officia sint,ea perspecta non habeat. Siquidem cõsentanea fini officia, & actiones sint oportet. Neque enim res est vlla earum modo, quæ via,ac ratione tractantur,quæ si officia adhibueris quæ ab ea sint aliena,recte vmquã confici possit. Siquidẽ natura fert,vt quod effecturam se fabrilis ferrariæ ars pollicetur,id per figulinæ artis opificiũ consequamur. Nec item ad coronam decertanti athletæ propositam ali quando pertigeris, qualicumque tandẽ te addi xeris studio tibia canendi,cum ad singulos singularium artium fines obtinẽdos accommodata peculiaris etiã illarum vnicuique industria quædam requiratur. Quocirca ipsa etiam quæ ex Euangelio est pietatis cultura,studiumq. ineundæ apud Deũ gratiæ in eo tota posita sunt, si quis animum suum ab omnibus prorsus mundi huius sollicitudinibus auocarit,seseq. funditus ab quauis re, vnde animo,menteve distrahi possit,abduxerit. Quapropter Apostolus occu-

3

1. Cor. 7. pationes matrimonij,quod benedictione dignũ est,curis his, quæ propter Deum suscipiuntur oppositis; perinde quasi hæc inter se cohærere non possent,his verbis, Qui sine vxore est,sollicitus est, quæ sunt Domini, quomodo placeat Deo; qui autem cum vxore, sollicitus est, quæ sunt mundi,quomodo placeat vxori. Simili modo etiam Dominus discipulis suis,vbi sinceram illam, & ab omni distractionis intemperie expurgatam affectionẽ fuerant adepti,asseuerans

Ioan. 15. dicebat. Vos de mundo non estis. Idemq. econtrario etiam ijsdem asseuerãter testificabatur, dicens fieri non posse,vt Dei cognitionem mũdus acciperet, aut Spiritus sancti agnitionem. Pater enim,inquit,iuste mundus te non cognouit. Et spiritus veritatis quem mundus non potest accipere. Animaduertimus itaque necesse esse, vt qui modo vere Deum sit secuturus, is a vinculis affectionum vitæ huius solutus sit. *Et infra*: Omni custodia custodiendum est cor nostrum,neque patiendum, vt assidua de Deo cogitatio ex animis nostris elabatur, neve eorũ, quæ mirabiliter ab eo facta sunt, memoria contaminetur per futiles & vanas cogitationes. Contraq. illud agendum assidue, vt ex perpetua, ac purissima recordatione impressam in animis nostris piam de Deo cogitationem, veluti indelebile aliquod signum circumferamus.

4 In epistola 166. ad Iulianum.

IDEM sic habet: Nauclero profecto non permittitur, vt tranquillum,vbi vellet, reddat pelagus, nobis contra admodum facile est, vt vitam nobisipsis reddamus tranquillã, si inter nos animi tumultus qui ex affectionibus inordinatis aduersum nos insurgunt, compescuerimus, mentemq. reddiderimus ijs, quæ forinsecus contingunt,superiorem. Qui namque curis huius vitæ admodum sunt occupati, instar auiũ carnosarum sunt, quæ frustra alatæ, humi cum pecudibus detinentur.

5 In epist. 1. quæ est ad Gregorium Nazianz.

IDEM sic habet: Ei qui vestigijs hærere voluerit eius,qui nobis salutis viã præiuit, hæc fere sunt præstãda. Iam primum mentẽ pacatã habere cõueniebat. Vt enim oculus cõtinuo circumamictu versatus,& nũc horsum, illorsumq. deflexus,nunc sursum,deorsumq. erectus, vicissim,ac depressus,exacte cernere nequit; sed obtutu incumbere in rem visam eum oportet, si quidem conspectum rei perspicuum facturus est: hunc in modum mentem humanam sexcentis mundi curis distractam euidenter cernere veritatem, vix est,vt euenire possit.

6 In epist. 64. quæ est ad doctores Eccles. Neocæsarien.

IDEM sic ait: Neque enim speculũ,si pollutum sit, imaginum poterit impressiones recipere,neque anima sæcularibus occupata curis, & carnalis sensus affectionibus obtenebrata,illuminationis Spiritus sancti capax esse valebit.

7 In epist. 22. quæ est ad Eustoch. de custodia virginitatis, to.1. Psal.138.

HIERONYMVS ait: Nolo sinas cogitationem crescere. Nihil in te Babylonium,nihil confusionis adolescat. Dum paruus est hostis interfice,ne zizania crescant,elidantur in semine. Audi Psalmistã dicentem. Filia Babylonis misera,beatus qui retribuet tibi retributionem tuam,quã retribuisti nobis. Beatus qui tenebit,& allidet paruulos suos ad petram. Quia enim impossibile est in sensum hominis non irruere innatum medullarum calorẽ, ille laudatur,ille prædicatur beatus,qui,vt cœperit cogitare sordida, statim interficit cogitatus,& allidit ad petram. Petra autem Christus est.

1. Cor. 10.

8 Epistola 1. quæ est ad Demetriadem to.3.

IDEM sic habet: Nequissimi hostis est illa,vel prima calliditas,& ars doli plena fatigare cogitationibus rudes animas. Et nouellis in proposito mẽtibus,solet tam sordidas nonnũquã,& impias cogitationes inserere mẽti,vt qui tẽtatur, dũ suũ illud curat esse, quod cogitat, deteriorẽ se per spiritũ immundũ proposito suo arbitretur effectum,multoq. puriorem animã habuisse se credat, cum adhuc res sæculi amaret. Propter quod maxime sanctarum tibi Scripturarum studium diligendum est,illuminanda diuinis eloquijs anima,& coruscãte Dei verbo, diaboli repellendæ sunt tenebræ. Est autem tutissimum atque perfectum,vt assuescat animus sollicita semper, peruigiliq. custodia discernere cogitationes suas,& ad primum animi motum, vel probare, vel reprobare,quod cogitat,vt vel bonas cogitationes alat, vel statim extinguat malas. Hinc namque fons est boni,& origo peccandi, omnisq. ingentis delicti in cogitatione principum est, quæ vnumquodque opus velut in quadam cordis tabula depingit, antequam faciat. Nã siue ille actus,siue sermo sit,vt proferatur ante disponitur,& cogitationum consilio discernitur,quod futurum est. Vnde & Do-

Matt.15. minus in Euãgelio ait: De corde hominis prodeunt cogitationes malæ,adulteria,homicidia, furta,falsa testimonia,auaritia &c. hæc sunt quę coinquinant hominem. Omnis ergo sollicitudo

9 tua,omnis intentio debet esse in custodia. Ibi te maxime oportet obseruare peccatum, vbi nasci solet,statimq. ad primam tentationis repugnare faciem, & malum antequam crescat extinguere. Nec enim expectandum est augmen-

Prou.4. tum eius rei,quæ timeri debet a parua, & quæ tanto facilius vincitur, quanto ei citius repugnatur. Ideo clamat Scriptura. Omni custodia ſerua cor tuum: ab ipso enim vita procedit. Distinguẽdum est autem inter istas cogitationes, quibus voluntas fauet, quas cum dilectione amplectitur:& inter illas,quæ tenuis vmbræ modo præteruolare mentem solent, seseq. tammodo vel transeundo monstrare. Vel certe inter illas,quæ repugnãti,ac inuito animo suggeruntur, quibus mens cum horrore quodam renititur,ac resistit, quibus vt contristatur admissis,ita gaudet expulsis. In illis quę se leuiter menti ostendunt, & quasi fugiendo demõstrant se,nec peccatum omnino, nec pugna est. In his autem, cum quibus aliquã diu anima luctatur, quibus resistit voluntas, æquale certamen est. Aut enim cõsentimus, & vincimur, aut respuimus, & vincimus, & acquirimus de pugna victoriam. In illa ergo tantummodo cogitatione peccatum est,quæ suggestioni consensum mentis dedit, quæ malum suum blande fouet, quæ in factum gestit erumpere. Qua de re debes sanctas Scripturas sine intermissione meditari,his tuam replere mentem,& malis cogitationibus locum auferens diuinis animum sensibus occupare.

10 Idem in c. 3. Habac. to.4. Psal.100

IDEM explicans versum Psalmi: In matutino interficiebam omnes peccatores terræ,vt disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem, inquit: Consurgimus de mane,& orto nobis sole iustitiæ fugantur tenebræ,& statim interficimus omnes cogitationes, quæ ad peccata nos prouocant, & de ciuitate mentis nostræ illos disperdimus peccato-

Matt. 15. res, de quibus Saluator loquitur: De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ, & reliqua.

11 Lib. 4. in c. 3. Habacuc to.5. Prou. 21.

IDEM explicat locum Prouerbiorũ: Cor regis in manu Dei, hoc est mens, & principale cordis viri sancti,qui pergit ad regna cælorum, qui adhuc positus in terra regnat corpori absque peccatis,non vagatur extrinsecus, sed in Dei tutela situs est.

12 In cap. 10. Ecclesiastes to.5. Ephes.2. & 6.

IDEM explicans locum illum: Si spiritus potestatem habentis ascẽderit super te, locum tuum ne dimiseris; quia curatio faciet cessare peccata maxima, sic habet principem mundi istius, & rectorem tenebrarum harum, cuius Apostolus meminit nunc scriptura significat. Quòd si in cor nostrum ascenderit, & animus malæ cogitationis vulnus acceperit,non debemus locum vltro tribuere, sed pugnare contra cogitationem pessimam, & liberari a peccato maximo, ne scilicet cogitationem opere compleamus, quia aliud est cogitatione, aliud opere peccare. De quo grandi peccato,& in Psalmo scribitur, Si mei non fuerint dominati,tũc immaculatus ero, & emundabor a delicto maximo. Psal. 18.

13 Lib. 2. Quæstionum in Exod. to. 4. Eccli. 11.

AVGVSTINVS sic ait: In eo quòd Ietro consilium dat genero suo Moysi,ne occupatus iudicijs populi,& ipse,& populus consumeretur consumptione intolerabili docet, quàm sit obseruandum quod alibi Scriptura dicit. Fili ne in multis sint actus tui. In consilio autem Ietro mihi videtur significari, nimis intentum humanis actionibus animum, Deo quodammodo vacuari, quo fit tanto plenior, quanto in superna atque æterna liberius extenditur.

14 Lib. 5. contra Iulianũ Pelag. to.7. Rom. 1. Eccli. 18.

IDEM explicans locum Pauli ad Rom. 1. Tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, ait: Aliud est habere mala desideria cordis, aliud tradi eis vtique,vt consentiendo eis possideatur ab eis, quod fit cum diuino iudicio traditur eis. Alioquin frustra dictum est. Post concupiscentias tuas non eas. Si iam quisque reus est,quòd tumultuantes, & ad mala trahere nitentes sentit eas,nec eas sequitur, si non eis tradi tur exercens aduersus eas gloriosa certamina, si viuit in gratia. Quid tibi enim videtur; qui obseruat quod scriptum est: Si præstes animæ tuæ concupiscentias eius. Quod, quid est aliud,quàm desideria eius mala,facient te gaudium inimicis, & inuidis tuis? Numquid iam iste reus est, habendo tales animæ concupiscentias,quas ei præstare non debet,ne in gaudium veniat diabolo, & angelis eius, qui sunt inimici,atque inuidi nostri? Cum ergo dicitur homo tradi desiderijs suis,inde fit reus. Quia desertus a Deo cedit eis, atque consentit, vincitur, capitur, trahitur, possidetur. A quo enim quis deuictus est, huic & seruus addictus est.

15 Lib. 18. in caput 28. Iob cap. 25. to. 1. Iob 28.

GREGORIVS explicans verba illa de Sapientia: Mare loquitur non est mecum, ait: Quid maris nomine nisi sæcularium mentium amara inquietudo signatur? Recte enim mare vita sæcularium dicitur: quia dum procellosis actionum moribus cõcitatur ab internæ sapientiæ,quiete,atque stabilitate disiũgitur. Quo cõ-

Esai. 66. tra bene per Prophetam dicitur. Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilẽ, & quietum, & trementem sermones meos? A terrenis autem mentibus tanto longius spiritus fugit, quanto apud has quietem non inuenit.

Psal. 13. Hinc est quod de quibusdã per Psalmistã dicitur: Contritio & infelicitas in vijs eorum, & viã pacis non cognouerunt. A qua nimirum cõtritione perturbationis nos Dominus reuocat, di-

Matt. 11. cens. Venite ad me omnes qui laboratis &c. & inuenietis requiẽ animabus vestris. Quid enim in hac vita laboriosius, quã terrenis desiderijs æstuare? Aut quid hic quietius, quàm huius sæ-

Exo. 16. culi nihil appetere? Hinc est quòd Israeliticus populus custodiam sabbati accepit in munere. Hinc econtra est Ægyptus muscarũ multitudine percussa. Populus namq. qui Deũ sequitur, accipit sabbatũ, idest requiẽ mentis, vt nullo in hac vita desideriorum carnalium appetitu fatigetur. Ægyptus vero, quæ huius mũdi speciem

16 tenet muscis percutitur. Musca enim nimis insolens & inquietũ animal est. In qua quid aliud, quàm insolentes curæ desideriorum carnalium

Eccls. 10. designatur? Vnde alias dicitur muscæ morientes, perdunt suauitatẽ vnguenti: quia cogitationes superfluæ, quæ assidue in animo carnalia cogitante, & nascuntur, & deficiunt, eam suauitatẽ, qua vnusquisque intrinsecus per spiritum vnctus est, perdunt; quoniam integritate eius perfrui non permittunt. Ægyptus ergo muscis percutitur: quia eorum corda, qui terrenam vitam diligunt, dum desideriorum suorum inquietudinibus feriuntur, turbis cogitationũ carnaliũ ad ima depressa sunt, vt ad quietis intimæ desiderium non leuentur. Vnde cum mira ope pietatis ad cor veritas venit, prius ab eo cogitationum carnalium æstus eijcit, &

Matt. 9. post in eo virtutum dona disponit. Vnde cum inuitatus Dominus ad suscitandam filiã principis duceretur, dicitur, Et cum ejecta esset turba, intrauit, & tenuit manum eius, & surrexit puella. Foras ergo turba eijcitur, vt puella suscitatur: quia si nõ prius a secretioribus cordis expellitur importuna sæculariũ multitudo curarum: anima, quæ intrinsecus iacet mortua non resurgit. Nam dum se per innumeras terrenorũ desideriorũ cogitationes spargit, ad cõsiderationem sui sese nullatenus colligit. In his itaque inquietudinũ fluctibus habitare sapientiã non posse cognoscens, ait: Et mare loquitur, Nõ est mecũ. Nullus quippe eam plene recipit, nisi qui ab omni se abstrahere actionũ carnaliũ fluctuatione contendit. Vnde & alias dicitur:

Eccti. 38. Sapientiam scribe in tempore otij, & qui minoratur actu, ipse percipiet eam. Et rursum: Va-

Psal. 45. cate, & videte, quoniam ego sum Deus.

17 — IDEM explicat locum Psalmi. Cor meum

Lib. 4. in 9 cap. primi libri Regũ to. 2. dereliquit me, & ait: Cor nostrum nos derelinquit, quando sic a cõcupiscentijs carnalibus vincimur, vt intentionem cordis in terrenis, &

Psal. 37. carnalibus, atque corporeis, & non in cælestibus & spiritualibus ponimus, cor autem hoc inuenerat, qui dicebat: Inuenit seruus tuus cor suum. Cor quippe nostrum inuenimus, quando per intentionem cordis spiritualia quærimus, quando hanc a terrenis auellimus, vt ad cælestia dirigamus.

18 — BERNARDVS sic exorditur: Admonet nos Beatus Benedictus, fratres, sollicitos esse circa cogitationes nostras sapiẽtis vtique consilium sequens, qui omni custodia cor custodire iubet, quoniam ex ipso vita procedit. Tria igitur occurrunt genera cogitationum, a quibus multa sollicitudine cauere necesse sit eos, qui conuertuntur ad cor, & dignum Deo in semetipsis templum exhibere festinant. Sunt enim nonnullæ interdum cogitationes penitus otiosæ, & ad rem non pertinentes, quas tam facile abijcere, quàm recipere facile possit anima: dummodo sit secum habitans in corde suo, & assistens dominatori vniuersæ terræ. Sunt & aliæ cogitationes violentæ maxime, & fortius adhærentes, quæ videlicet ad necessitates naturæ pertinent, & quasi ex eodem adsumptæ limo, de quo & nos facti sumus. Si paululum insederint, auelli nequeunt sine læsione, & difficultate. Sæpe enim sic afficit nos carnalis cogitatio, de cælo, de potu, siue vestimento, vt vix eradicari queat de cordibus nostris. Quod non aliunde est, nisi quod & ipsa limosa, atque viscosa quodammodo; limosam nihilominus, & glutinosam inuenit terram. Quid ergo agendum, cum limosa illa cogitatio mentem subierit? Plane exclamandum nobis est cum sancto Iacob, atque dicendum. Ruben primogenitus meus non crescas: ascendisti enim cubile patris tui. Ruben enim & carnalis, atque sanguinea huiusmodi concupiscentia est, quæ tunc cubile nostrum ascendit, cum non solum memoriam tangit cogitatione, sed & ipsum voluntatis statum ingreditur, & polluit praua delectatione. Bene autem primogenitus noster dicitur appetitus ille carnalis, quia ab ipso nimirum initio vitæ nostræ in nobis pullulat. Oportet ergo reprimere, quẽ extinguere non possumus appetitum, vt quàm cito cubile nostrũ ingreditur, crescere eũ nullatenus patiamur, sed sub nobis sit, sicut dicit Scriptura. Subter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Iam vero tertium cogitationum genus immundum nimis, ac fœtidum est, quod nec admittere quidem vlla ratione debemus, sed a longe præsentire fœtorem, & tota virtute repellere, toto animo propulsare, lachrymis, atque suspirijs inuocantes Spiritum sanctum, vt adiuuet infirmitatem nostram. Sic nimirum confusus abscedens, nõ tam facile deinceps simile aliquid viriliter resistentibus nobis malignus hostis afferre, vel afferre præsumet. Dico autem cogitationes illas immundas, ac fœtidas, quæ ad luxuriam, ad inuidiam, & vanam gloriam pertinent, cetera q. vitia detestanda. Oportet enim si mundas conseruare volumus animas nostras, adhuc longe agentibus cogitationibus huiusce modi multa cum indignatione occurrere, & exsufflare a nobis, vt nullus eis detur accessus. Et primum quidem genus cogitationum otiosarum, lutum est, sed lutum simplex, ideſt non inhærens,

In sermone cui titulus est de tripli ci genere cogitationũ nostrarum, *Prou. 4.*

Gen. 49.

Gen. 4.

rens, nec fœtens, nisi forte diutina immoretur in nobis, & per incuriam nostram in alterum genus cogitationum vertatur, quòd quotidie experimur. Dum enim otiosa tanquam minima spernimus, ad turpia dilabimur. Secundum vero cogitationum genus, vt diximus, nõ simplex lutum, sed viscosum, ac limosum est. Nam tertium quidem, si cauendum est, non tanquam lutum, aut limus, sed tanquam immundissimum, ac fœtidissimum cænum.

21 In libro cui titulus est Modus bene viuendi ad Sororẽ. Sermo. 29. — IDEM sic exorditur Soror charissima audi ea, quæ Dominus ait per Esaiam Prophetã, Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Sicut vipera a filijs suis in ventre adhuc positis occiditur, ita nos occidunt cogi-

Esaiæ. 1. tationes nostræ intra nos enutritæ: quia consumunt animam nostram veneno viperino. Moneo te, vt cor tuum cum omni studio custodias,

Prou. 4. quoniam ibi est initium boni operis aut mali. Vnde scriptum est. Omni custodia serua cor tuum: quoniam ex ipso vita procedit. Audi quid sponsus in laudibus Ecclesiæ dicat in canticis canticorum. Comæ capitis tui, vt purpura regis iuncta canalibus. Purpura per fasciculos in canalibus ligatur, super quos dum aqua proijcitur, per canales ad vestem, quæ supra

Cant. 6. est, currit, vt vestis tingatur. Et inde nomen accepit, vt tincta colore purpureo purpura vocetur. Quæ omnia sanctæ menti congruunt. Comæ quippe capitis sunt cogitationes mentis, quæ in canalibus ligantur: quia in scripturis diuinis ne inutiliter fluant stringuntur. Quando titillat mala cogitatio, non sinas malam cogitationem manere in corde tuo. Quacumque hora mala cogitatio venerit expelle eam. Quàm cito apparuerit scorpio, contere caput eius. Contere caput serpentis, ideſt malæ cogitationis. Caput serpentis conteritur, quando ibi culpa emendatur, vbi nascitur.

Cognitio propria, & propriæ miseriæ mirabilis est in viris sanctis, & vtilissima, qua qui carent in multa incidunt damna. Cap. XIX.

1 Homilia 2. super illo, Nisi scieris te o pulcherrima &c. in fine Cantica. ORIGENES explicans illa verba: Si ignoras te o pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum tuorum, & pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum, sic ait: Vnius Chilonis, scilicet ex septem quos apud Græcos singulares fuisse in sapientia fama concelebrat, hæc inter cetera mirabilis fertur esse sententia, qua ait. Cognosce teipsum. Quod tamen Salomon, qui omnes hos, & tempore, & sapientia præcessit, ad animam quasi ad mulierem sub comminatione quadam loquens dicit. Nisi cognoueris te o pulcherrima inter mulieres, & agnoueris pulchritudinis tuæ causas, inde descendere, quòd ad imaginem Dei facta es, per quod inest tibi plurimum decoris, & cognoueris, quàm pulchra eras ex initio, quamuis, & nunc iam præcellas ceteras mulieres, & pulchra inter eas sola dicaris; tamen nisi cognoueris te ipsam, quæ sis, iubeo te exire, & in vltimis gregum vestigijs collocari, & iam non oues, neque agnos, sed hædos pascere illos, scilicet, qui pro pranitate, & lasciuia staturi sunt a sinistris regis in iudicio præsidentis. Et cum tibi introductæ in cubiculum regum ostenderem, quæ summa sunt bona, si non cognoueris temetipsam, ostendam tibi etiam, quæ sunt vltima mala; vt ex vtroque proficias, tam malorum metu, quàm bonorum desidetio. Si enim nescieris temetipsam, & ignorantia tui vixeris, nec scientiæ studium gesseris; sine dubio, nec tabernaculum proprium habebis, sed & per pastorum tabernacula discurres, ibique pasces hædos inquietum animal, ac vagum, & peccatis deputatum. Hæc autem patiens eris, donec experimentis intelligas quantum mali sit animam nescire seipsam. Vnde ad animas credentium loquens summam salutis, & beatitudinis in sui cognitione constituit. Videtur autem mihi duplici modo agnitionem sui animam capere debere. *Infra*. Nisi cognoueris te ipsam, hoc est, nisi duxeris sensus tuos per ea, quæ agenda sunt & cauenda, & discretionem singulorum tenueris, quæ agenda sunt, & quæ cauenda, quid desit tibi, & quid abundet, quid emendandum sit, quidve seruandum, sed si volueris indifferenter agere inter ceteras animas communis vitæ hominum, quas hic mulieres appellat, inter quas tu pulchra es, vtpote quæ iam oscula verbi Dei susceperis, & cubiculi eius arcana perspexeris: si, inquam, non te cognoueris, sed indifferenter, vt commune vulgus agere volueris, exi in vestigijs gregum, eris in vestigijs gregum. Vltimus enim fiet, & nouissimus, qui primatus suos non intellexerit. *Infra*. Exi, inquit, quasi ad eam loquitur, quæ intus iam sit anima. Pro eo autem, quòd negligat semetipsam cognoscere, & requirere quid sit, dicitur, exi tu. Quasi quæ ob hanc desidiæ culpam foras mittatur ab eo, qui præest. Sic ingens animæ periculum est scientiam sui, agnitionemque negligere.

3 Homil. 3. IDEM explicans illa verba. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum, ait: Primo sermone inuitauit sponsus sponsam, vt agnosceret seipsam, dicens ei, quòd bona quidem esset inter mulieres: sed nisi cognosceret semetipsam, certe

Can. 1. damna multa pateretur. Et quasi quæ velociter ad agnitionem sui sensu intellectuque cucurrerit, comparat eam equis suis, vel equitatui, quibus obtinuerit currus Pharaonis.

4 Hom. 9. in Eze chielẽ. IDEM sic habet: Dauid ante factum Vriæ nullũ peccatum cõmisit, beatus homo erat, & sine querela in conspectu Dei. Quia vero cõscius sibi vitæ immaculatæ locutus est, quod non debuerat, Exaudi Domine iustitiã meam, intende de-

Psal. 16.

de deprecationi meæ, De vultu tuo iudicium meum prodeat, oculi tui videant æquitates. Probasti cor meum, & visitasti nocte, igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. Et hæc dixit; quia visitatio Dei propter conscientiam, & vitæ beatitudinem eidem præsentaretur. Tentatus est, & nudatus auxilio, vt videret quid humana posset infirmitas, & in eo repertus est crimine, in quo sibi quasi contines applaudebat. Si quis ergo conscius puritatis suæ non habuerit memoriam illius dicit,

4 1. Cor. 4. Quid habes, quod non accepisti, si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Relinquitur, & derelictus discit experimento: quia in his bonis, quorum sibi conscius erat, non tã ipse sui extitit causa quàm Deus, qui virtutum omnium fons est.

5 Homil. 10. in hexameron. BASILIVS sic habet: Vt oculi nostri ad externa contuenda cum se totos effundant, se interim non vident, nisi forte quiduis solidum attingant, cuius quidem illinc in se refractione ipsi in se resilientes ac retroacti se sibi spectandos exhibeant, & visendos, vt in speculo contingit: itidem, & mens nostra cetera cum videat, minime cernit seipsam nisi acie fixius intenta contemplationi scripturarum. Hinc quippe refringuntur splendidi suæ lucis radij, quibus illustrata cuiusque nostrum mens contempletur seipsam, denique, & agnoscat. Imprudentes alioqui nos, nec circunspectim attenti nostræ ipsorum primariæ institutioni, adeo vt nos quoque lateat, quid sumus. Quàm multæ occupationes circa humanum hoc corpus, studium omne nostrum deterunt, & absumunt. Quòd si ad mentem advoces artis medicæ professionem, facile compereris quanta de vtilitate, vsuve partium corporis ars eadem ob oculos nobis percenseat, & enarret. Quot quæso in anotomicis traditionibus de intimis partibus corporalis opificij excogitauit vias, retrusas quidem illas ac velut in arcano quodam recessu delitescentes? Attractio respirationis, situs caloris in corde, illa respirandi perpes agitatio. Sexcenta huiusmodi a medicis perquestigata sunt. At ne vnus vspiam reperitur, qui studium suum in hoc collocet, se vt nouerit. Naturæ enim procliuitate prægestimus nosse cælum, quid sit, quàm quid nos ipsi.

6 Homil. 11. IDEM explicans illa verba: Gen. 1. Accepit Deus puluerem de terra, & formauit hominem, ait: Hinc erudire, & esto intrepidus. Quid magni de te tibi promittis, quidve insolescis? Cogitationes, quæ cordi inserunt tumorem, flammamque accendunt elationis, si quando te adorientur, fac creationis huius tuæ, vt memineris. Quo tempore tui obliuiscì poteris? Cum te e terra submoueris. Quòd si a terra, ne momento quidem te subducis, nimirum e uicino habes, quod te tuæ cõmonefaciat humilitatis. *Infra*. Vnus quiuis homo animatus quanto est terra præstantior, quæ proculcatur pedibus? Ad eam considerationis formulam, si factos nos esse de terra meminerimus, humilis hæc, & deiecta de nobis cogitatio nullo vnquam tempore sinet iræ impetum plus æquo excitari. Rationem itaque tuã adiuuet, & auxilietur terra ipsa nusquam non præsens, teque primigeniæ originis commonefaciens. Fac naturæ memineris, & ecce omnis illa ad improbitatem sectandam affectio pessum ijt. Iugis hæc cogitatio salutare quoddam emolumentum est aduersus quodcunque peccatum. Formauit Deus hominem puluere e terra accepto. Si quidem dixisset Moyses, Formauit Deus hominem particula quapiam e cælo sumpta, id quando contemplari voluissemus, vt submoueremur humanæ conditionis, ac naturæ? En suppetit, & ad manus est, quod nos vltro moneat quàm nihili simus. Demitte in terram oculos, dein attẽde, quod ex re quapiam isti terræ congenere, & affini, nempe vili ac reiectitia efformatus es. Quid aspernabilius esse possit quàm nos ipsi. Quid nobis occurrat dignius, quàm vt nos humili deiectione exinaniamus? Vidisti nescio quem sibi magnopere placentem, veste amictum veluti floribus interstincta, & variegata, protendentẽ manum annuli fulgore splẽdicantem, qui amiculum gestet sericis filis detextum, quem numerosum comitetur famulitium? Qui insolescat ob famulorum assentatorumque numerosum gregem, ob lautitias opiparæ mensæ propter salutatorias voces quas isti circa forum apprecantur, & exhibent omnes qui e subsellijs passim assurgunt, quique contendunt primi vt excipiant venientem, progredientem, honoris causa comitentur, & deducant feruligeri lictores? Hos tu principes si quando progredientes conspexeris, tunc mihi ad mentem reuoca Deum fecisse hominem puluerem e terra. 7

8 Lib. de vera virg. ad Letoiũ metitensem Episcopum. tom. 2. IDEM sic habet: Si angeli quoque corruerunt multo magis, qui Angelis pares euaserunt lapsum timere debent, ne forte post paritatem illam angelorum, quam Virginitatis sibi exercitatione acquisierant, videntes filias hominum, quia pulchræ sunt, ad ipsas carnalis concupiscentiæ instinctu deuoluantur, di catque eis. Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes. Vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus de principibus cadetis.

9 Epistol. 57. quæ est ad Paulã quã consolatur in obitu filiæ filiæ tuæ, &c. HIERONYMVS ait: Patitur Apostolus aliquid, quod nõ vult, pro quo ter Dominũ deprecatur, sed dicitur ei, Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur, & ad reuelationum humiliandam superbiam, monitor quidam humanæ imbecillitatis apponitur, in similitudinem triumphantium, quibus in curru retro comes adhærebat per singulas acclamationes ciuium dicens: Hominem te esse memento; vt propriæ recordatus miseriæ laudibus ac triumphis non infletur.

10 Lib. 2. contra Pelagianos. to. 2. IDEM sic ait: Salus iustorum a Domino; quia non est sanatio in carne eorum a facie iræ Domini. Et quotidie iusti, iuxta Apostolum, qui dixerat, Non habitat in carne mea bonum, ingemiscunt dicentes, Renes mei impleti sunt illusionibus, non est sanitas in carne mea, Psal. 37. Rom. 7. Breues enim posuit dies nostros, & substantia nostra in nihilum in conspectu eius. Vniuersa vanitas omnis homo viuens, vel viuens in corpore, vel viuens in virtutibus, & tamen omnia vanitas. Incerto enim statu fluctuat, & dum non timet, in sereno patitur tempestatem. Cũ enim esset in honore non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Pro nihilo inquit, saluos faciet eos. Haud dubium, quin iustos, qui nõ proprio merito, sed Dei saluantur clementia. Renuit consolari anima, considerans delicta, quæ feceram. Recordatus sum Dei, & lætatus sum, cogitans me illius clementia conseruandum. Et dixi. Nunc cœpi. Hæc mutatio est dexteræ excelsi. Iusti vox est, qui ait, nunc cœpi, vel pœnitentiã agere, vel scientiæ lumen intrare. Et hæc ipsa de bonis ad meliora mutatio, non mearum virium, sed dexteræ, & potentiæ Dei est. In æternum misericordia ædificabitur in cælis. Nullum enim tempus est, quo non ædificetur misericordia in singulis quibusque sanctorum.

11 In psal. 50. to. 8. IDEM explicans illa verba: Miserere mei Deus secnndum magnam misericordiã tuam, ait: Confiteor immensam miseriam, ideo peto magnam misericordiam. Quia qui se miserum esse putat de suis peccatis, cum illo facit Deus misericordiam magnam.

12 Lib. 4. de Trinit. to. 3 AVGVSTINVS sic loquitur: scientiam terrestrium cælestiumque rerum, magni æstimare solet genus humanum. In quo profecto meliores sunt, qui huic scientiæ præponũt nosse semetipsos; laudabiliorque est animus, cui nota est, vel infirmitas sua, quàm qui ea non respecta vias siderum scrutatur etiam cognitus, aut qui iam cognitas tenet, ignorans ipse, qua via ingrediatur ad salutem suam. Qui vero iam euigilauit in Deum Spiritus sancti calore excitatus, atque in eius amore coram se viluit, ad eumque intrare volens, nec valens, eoq. sibi lucente attendit in se, inuenitque se, suamque ægritudinem illius munditiæ contempera ri non posse cognouit; flere dulce habet, eumque deprecari, vt etiam atque etiã misereatur, donec exuat totam miseriam, & hunc scientia non inflat; quia charitas ædificat. Præposuit enim scientiam scientiæ, præposuit scire infirmitatem suam, magis quàm scire mũdi mænia, fundamenta terrarum, & fastigia cælorum, & hanc apponendo scientiam, apposuit dolorem. Si inter pauperes tuos gemo, da mihi panẽ tuo respondere hominibus, qui non esuriunt, & sitiunt iustitiam, sed satiati sunt, & abundant.

13 Lib. de spiritu, & anima IDEM sic ait: Scientia est, quando homo ad notitiam sui assidua meditatione illuminatur. Scientiam cælestium, & terrestrium rerũ laudare, atque amare solent homines, sed multo meliores sunt, qui huic scientiæ præponunt nosscere seipsos. Laudabilior siquidem animus est, cui nota est miseria sua, quàm qui ea non aspecta vias siderum, & naturas rerum scrutatur. *Infra*. Cum nulla scientia melior sit illa, qua cognoscit homo seipsum; discutiamus co-

gitationes, locutiones, atq. opera nostra. Quid enim prodest nobis, si rerum omnium naturas subtiliter inuestigemus, efficaciter comprehẽdamus, & nosmetipsos nõ intelligamus? Quisquis cor suum in huiusmodi studio exercet, audiat quid quidam sapiens dicat. Scito teipsum. Scito vnde veniste, aut quo vadis. Scito quomodo es, cuius conceptio culpa, nasci miseria, viuere pœna, mori necesse. Certum est quia morieris, sed incertum quomodo, vel quando, vel vbi, quia mors vbique te expectat, & tu si sapiens fueris, vbique eam expectabis. Redeamus ad nos, vt possimus ascendere ad nos. Tres siquidem ascensus sunt, in primo ascẽdimus ab istis exterioribus, & inferioribus ad nos, in secundo ascendimus ad cor altum: quanto namque magis proficimus, tanto amplius ascendimus; in tertio ascensu ascendimus ad Deum. Primus ascensus fit consideratione mundi, & contemptu. Considerando namque quàm caduca, & trãsitoria sint ista terrena, contemnimus ea, & redimus ad nos. Secundus ascensus fit cognitione, & contemptu nostri. Cum enim cognoscimus, quàm proni sumus ad malum, & quàm inualidi ad bonum, contemnimus, & ascendimus supra nos. Tertius ascensus fit agnitione, & amore Dei. *Infra*. Si mulieres speculum suum, in quo facies inspiciunt, cum amiserint, diligenter quærunt, & curiose tergunt a puluere, & sorde; multo magis speculum interioris hominis debemus, & inuenire, & tergere, & inspicere; vt in eo totam turpitudinem nostram valeamus deprehendere; & ita per cognitionem nostram, ad cognitionem Dei peruenire. Duo nobis necessaria sunt, vt nos cognoscamus videlicet, quales simus ad malum, & quales ad bonum. Proni sumus ad malum, et si misericordia Dei subsequeretur, quæ nos subleuaret. Hoc bene cognoscebat Propheta, cum dicebat. Domine misericordia tua ante oculos meos est, quæ me custodiat, & misericordia tua subsequetur me, quæ me erigat. Hanc geminam cognitionem sui habuit Abrahã, cum dixit. Loquar ad Dominum meum, cum sim puluis, & cinis. Reuera puluis est homo. Sicut enim puluis ex quacumque parte venti impellitur, & in aliam areã deijcitur, & ibi remanet, sic homo in omne vitium cadere potest, nec adijciet, vt resurgat, nisi misericordia Dei ei subueniat. Cinis etiam est homo: quia sicut cinis, nec profert germen ex se, nec susceptum semen germinat; sic homo, nec bonum facere, nec in aliquo bono perseuerare sine gratia Dei potest. Quicquid enim mali non fecimus, eo miserante non fecimus. Quisquis in veritate se ita cognoscit, humilis est coram Deo, & hominibus, diligit Deũ propter Deum, & homines propter Deum, nullum iudicat, nullnm accusat, nullum cõdemnat, non seruat iram, non mouet rixas, non seminat discordias. 14

15 Enarratione 2. in Ps. 31. to. 8. IDEM sic ait: Qui vult fortis esse, velut præsumens de se, & iactans merita sua, qualiacum-

Luc. 18. cumque illa sint, erit similis Pharisæo illi, qui quod a Deo se dicebat accepisse, superbe tamẽ iactabat. Publicanus de longinquo stabat, & neque volebat oculos suos ad cælum leuare, sed percutiebat pectus suum, & dicebat. Deus propitius esto mihi peccatori. Quare cælum non attendebatur, quia se attendebat, vt primo sibi displiceret, & sic Deo placeret. Tu autem iactas te, erecta ceruice es. Ait Dominus superbo. Non vis ad te attendere, ego attendo, vis autem, vt non attendam, tu attende. Ideo publicanus non audebat oculos ad cælum leuare; quia seipsum intuebatur, conscientiam suam puniebat, ipse sibi iudex erat, vt ille intercederet; ipse puniebat, vt ille liberaret. Ipse accusabat, vt ille defenderet. Vnde ait Dauid. Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea, dum clamarem tota die. Quid est hoc? Quasi contrarium videtur, Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea acclamando, si acclamando, quomodo tacuit? Tacuit vnde proficeret, non tacuit vnde deficeret. Tacuit confessionem, clamauit merita sua. Et quid illi contigit? Inueterauerunt ossa eius. Intendite quia si clamaret peccata sua, & taceret merita sua, innouarentur ossa eius, ideſt, virtus eius esset robusta in domino; quia inueniretur in se infirmus. Modo autem: quia in se voluit esse firmus, factus est infirmus, & inueterauerunt ossa eius. Remansit in vetustate, qui noluit confitendo amare nouitatem. Quid est acclamando tota die? Perseuerando tota die in defensione peccatorum suorum, vt autem videas qualis sit, qui agnoscit se, ait, Conuersus sum in ærumna mea, dũ configitur spina. Ex ipsa aggrauatione manus tuæ, ex ipsa humiliatione cõuersus sum in ærũmna mea, dum configitur spina. Ex ipsa aggrauatione manus tuæ, ex ipsa humiliatione conuersus sum in ærumna mea, Factus sum miser, confixa est mihi spina, compuncta est conscientia mea. Quid factum est, cum configeretur spina? Datus est ei sensus doloris, inuenit infirmitatem suam.

Psal. 31.

Ibid.

16 IDEM exponẽs illa verba: Propter iniquitatem corripuisti hominem, & tabescere fecisti, sicut araneam animam eius, ait. Quid tabidius aranea, animal ipsum dico? Pone supra digitum leuiter, ruina est. Talem fecisti animam meam erudiendo me pro iniquitate. Quando eruditio infirmum fecit, quædã fortitudo erat vitium, fortitudine quadam displicuit homo, vt erudiretur infirmitate, fortes esse dicuntur omnes superbi, infirmi humiles. Ideo hanc vicerunt multi ab oriente, & occidente venientes, vt recumbant cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno cælorum. Quare vicerunt? Quia fortes esse noluerunt, quia de se præsumere timuerunt. Iustitiam suam non constituerunt, vt iustitiæ Dei subijcerentur. Denique quando dixit Dominus. Multi ab oriente, & occidente venienr, & recumbent cum Abraham, &c. Dixit etiam. Filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores. Filij regni, ideſt Iudæi ignorantes iustitiam Dei, & suam volentes stauere ibunt in tenebras exteriores. Iam inuenerat in Centurione Dominus, vbi caput suum reclinaret, & tamen in se infirmus aiebat. Domine nõ sum dignus, vt intres sub tectum meũ. Hunc infirmum inuenit, Israelitas fortes inuenit, vt inter vtrosque diceret, non est opus valentibus medico, sed male habentibus. Ecce propter hanc humilitatem multi ab oriente venient, & recumbent cum Abraham, &c. Filij autem regni ibunt in tenebras exteriores. Ecce mortales estis, ecce carnem putrescentem portatis, & sicut vnus de principibus cadetis, moriemini sicut homines, & cadetis sicut diabolus. Quid vobis prodest medicina mortalitatis? Superbus diabolus, tamquam Angelus non habet carnem mortalem; tu autem, qui accepisti mortalem carnem, & nec hoc tibi prodest, vt tanta infirmitate humilieris, sicut vnus ex principibus cades. Ipsa est ergo gratia beneficij Dei primo redigere nos ad confessionẽ infirmitatis, vt quicquid boni possumus, quicquid potẽtes sumus, in illo simus, vt qui gloriatur, in Domino glorietur. Quando infirmor, inquit, tunc potens sum. Verumtamen vane conturbatur omnis homo viuens. Quis enim, vel de ipso bono suo securus est? Vane conturbatur. Iactet in Dominum curam suam, in illũ iactet, quicquid sollicitus est, ipse nutriat, ipse custodiat.

Luc. 9. Matth. 9. Psal. 81.

2. Cor. 12.

17 IDEM explicans illa verba: Arguam te, & statuam contra faciem tuam, inquit. Arguã te. Et quid tibi faciam arguendo te? Quid tibi faciam? Modo te non vides, faciam vt videas te; quia si videres te, & displiceres tibi, placeres mihi. Quia vero te non vides, placuisti tibi, displicebis & mihi, & tibi: mihi cum iudicaberis, tibi cum ardebis. Quid enim tibi faciam, inquit? Constituam te ante faciem tuam. Quid enim? Vis latere teipsum in dorso tuo? Ibi es, non te vides, facio vt te videas. Quod post dorsum posuisti, ante faciem ponam, videbis fœditatem tuam, non vt corrigas, sed vt erubescas. Statuam ante faciem tuam. Modo ergo & tu fac, quisquis talis es, quod tibi minatur facere Deus. Tolle te a tergo tuo, vbi te videre non vis dissimulans a factis tuis, & constitue te ante te. Ascende tribunal mentis tuæ, esto tibi iudex, torqueat te timor, erumpat a te confessio, & dic Deo tuo, Quoniam iniquitatẽ meam ego cognosco, & peccatum meum corã me est semper. Quod erat post te, fiat ante te, ne tu ipse postea a Deo iudice fias ante te, & non sit quo fugias a te.

In Psal. 38.

Matt. 8.

Rom. 10.

In Psal. 49.

Psal. 50.

18 IDEM explicans verba illa: Reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea, ait: Quæ est distinctio in votis? Hæc est distinctio, vt te accuses, & Deum laudes, te intelligas creaturã, illum creatorem, te tenebras, illum illuminatorem, cui dicas. Tu illuminabis lucernam meã, Domine Deus meus illumina tenebras meas. Nam quando dixeris o anima, quia ex te tibi lucet, nec distingues, si non distingues, non reddes vota distincta. Redde vota distincta, confitere te mutabilem, illum incommutabilem. Confi-

In Psal. 65.

Psal. 17.

Psal. 15. Confitere te sine illo nihil esse, ipsum autem sine te perfectum esse: te indigere illo, illum autem tui non indigere. Clama ad illum, dixi Domino Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.

19 IDEM exponens illa verba: Dixit Dominus ex Basan conuertam, sic habet. Basan interpretatur confusio. Quid est ergo conuertam ex confusione, nisi quia confunditur de peccatis suis, qui pro eis dimittendis precatur misericordiam Dei? Inde est, quòd ille publicanus, nec oculos audebat ad cælum leuare, ita se considerans confundebatur, sed descendit iustificatus, quia dixit Dominus ex Basan conuertam. Basan interpretatur, & siccitas. Et recte intelligitur Dominus ex siccitate conuertere, ideſt ex inopia. Nam qui sibi videntur copiosi, cum sint famelici, pleni cum sint inanissimi non conuertuntur. Ex ista Dominus siccitate conuertit; de anima, quippe sicca illi dicitur. Extendi manus meas ad te, anima mea sicut terra sine aqua tibi.

In psal. 67.

Psal. 142.

20 IDEM explicans illa verba: Anima mea sicut terra sine aqua tibi, inquit. Complue me ad faciendum fructum bonum. Dominus enim dabit suauitatem, vt terra nostra det fructum suum. Anima mea velut terra sine aqua tibi, non mihi sed tibi. Sitire tibi possum, me irrigare non possum. Anima mea velut terra sine aqua tibi: quia sitiuit anima mea ad Deũ viuum. Velociter exaudi me Domine. Quæ enim mora, quando sic sitio ad inflammandam sitim meam? Pluuiam differebas, vt hauriens imbiberem, non respuerem, quod influeres. Si ergo ideo differebas, iam da: Quoniam anima mea velut terra sine aqua tibi: Cito exaudi me Domine defecit spiritus meus. Impleat me spiritus tuus; quia defecit spiritus meus. Ipsa est causa, vt cito exaudias, quia defecit spiritus meus. Factus sum iam pauper spiritu, beatum me fac in regno cælorum. In quo enim viuit spiritus eius superbus est, spiritu suo extollitur contra Deum, fiat in illo bene, quod alibi scriptum est, auferes spiritum eorũ, & deficient, & in puluerem suum reuertentur, vt confitentes dicant, memento quia puluis sumus. Cum autem dixerint, quia puluis sumus, memento tunc dicant, anima mea velut terra sine aqua tibi. Quæ enim, tam terra sicca, quam puluis? Sed cito exaudi me Domine, complue me, confirma me, ne sim puluis, quẽ proijcit ventus a facie terræ. Cito exaudi me Domine defecit spiritus meus, non differatur inopia mea. Abstulisti spiritum meum, vt decerem, & in puluerem meum conuerteret, & dicerem tibi, Anima mea velut terra sine aqua tibi. Fac etiam, quòd in alio psalmo dicitur. Auferes spiritum eorum, & deficient, Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Si qua igitur in Christo noua creatura, vetera transierunt, facta sunt omnia noua. Ne auertas faciem tuam a me. Etenim aliquando abundabam, & dicebam. Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum;

Psal. 103. 21

Psal. 7. Psal. 1.

2. Cor. 5. Psal. 29.

verum a te mihi erat quicquid abundabam, & vt hoc probares a te mihi fuisse; auertisti faciem tuam a me, & factus sum conturbatus. Post hanc conturbationem ex hoc, quòd auertisti faciem tuam a me, iam factus sum sicut terra sine aqua tibi, ne auertas faciem tuam. Auertisti a superbo, redde humili.

22 IDEM Dixit Iesus pharisæis, si cæci essetis non haberetis peccatum, nunc vero dicitis, quia videmus peccatum vestrum manet. Si cæci essetis, ideſt si vos cæcos aduerteretis, si vos cæcos diceretis, & ad medicum curreretis non haberetis peccatum, quia veni ego auferre peccatum. Modo vero dicendo, videmus, medicum non quæritis, in cæcitate vestra remanetis. Hoc est, quod paulo ante dixerat. Ego in iudicium veni in hunc mundum, vt qui non vident videant, qui se non videre confitentur, & medicum quærunt, vt videant, & qui vident, cæci fiant, ideſt qui se putant videre, & medicum non quærunt, in sua cæcitate permanent. Et hanc discretionem vocat Dominus hic iudicium, quo discernit causam confitentium a superbis se videre putantibus, & ideo grauius excæcatis. Tanquam dixerit ei peccator confitens, & medicum quærens. Iudica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta, illorum, scilicet, qui dicunt videmus, & peccatum eorum manet.

Tractatu 44 in Ioannem Ioan. 9.

Psal. 42.

23 IDEM explicans illa verba: ex cap. 14. Matthæi, quæ dixit Petrus, si tu es Domine iube me venire ad te super aquas, dicit: Agnouit, quid sibi esset a se, quid ab illo cuius voluntate credidit se posse, quod nulla infirmitas humana possit. Quod ego non valeo præsumendo, tu vales iubendo. Ergo ambulauit Petrus super aquas in iussu Domini. Hi sunt firmi Ecclesiæ. Sic agendum est cum infirmis, vt sint firmi, multos autem impedit a firmitate, præsumptio firmitatis. Nemo erit a Deo firmus, nisi qui se a seipso sentit infirmum. Pluuiam voluntariam segregans Deus hereditati suæ: Voluntariam dicit, non meritorum nostrorum, sed voluntariam segregans Deus hereditati suæ: etenim infirmata est, tu vero perfecisti eam, quia pluuiam voluntariam segregasti, non attendens humana merita, sed tuã gratiam, & misericordiam. Infirmata est ergo ipsa hereditas, & agnouit infirmam se esse in se, vt firma esset in te. Non firmaretur si non infirmaretur, vt abs te in te perficeretur, sicut qui dicebat. Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur.

Serm. 13. de verbis Domini to. 10.

Psal. 67.

2. Cor. 12.

24 GREGORIVS explicans illa verba: Testa saniem radebat, ait: Potest per testam fragilitas mortalitatis intelligi. Testa ergo saniem mundare est mortalitatis cursum fragilitatemque pensare, & putredinem miseræ delectationis abstergere. Nam dum quisque considerat quàm cito caro ad puluerem redeat, festine superat hoc, quod se de carne intus turpiter impugnat. Cum ergo ex tentatione praua, menti cogitatio influit quasi ex vulnere sanies decurrit. Sed cito sanies tergitur, si in consi-

Lib. 3. moralium cap. 17 in c. 2. Iob. tom. 1.

deratione

deratione noſtra fragilitas quaſi in manu teſta teneatur.

25 In cap. 18. IDEM ait: Cum de ſancto viro diceretur, quòd teſta ſaniem radebat ſubiungitur, ſedens in ſterquilinio. In ſterquilinio quippe ſedere, eſt de ſe vilia quæpiam, & abiecta ſentire. In ſterquilinio ſedet, qui infirmitatem ſuam follicitius reſpicit, & ſeſe de bonis, quæ per *Gen.18.* gratiam perceperit non extollit. An non in ſterquilinio apud ſe Abraham ſederat, qui dicebat. Loquar ad Dominum Deum, cum ſim puluis, & cinis? Aperte enim cernimus, in quo ſe apud ſe loco poſuerat, qui puluerem ſe ac cinerem, etiam cum Deo loqueretur, æſtimabat. Sic igitur, ita ſe deſpicit, qui vſque ad honorem diuinæ collocutionis aſcendit, ſollicita intentione penſandum eſt, qua pœna illi feriendi ſunt, qui & ad ſumma non proficiunt, & tamen de minimis extolluntur. Nam ſunt nonnulli, qui cum parua agunt, de ſemetipſis magna ſentiunt in altum mentem ſubleuant, & præire ſe ceteros virtutum meritis putant. Hi nimirum apud ſe introrſus humilitatis ſterquilinium deſerunt, & elationis faſtigia aſcendunt illum imitantes, qui accepta conditionis digni *Eſai.14.* tate contentus non fuit dicens. In cælum conſcendam, ſuper aſtra cæli exaltabo ſolium meũ. Vnde & ei male coniuncta Babylonia, ideſt confuſa multitudo peccantium dicit. Sedeo regi- *Eſaiæ 47.* na, & vidua non ſum. Quiſquis ergo introrſus intumeſcit, in altum ſe apud ſemetipſum ponit. Sed eo ſe grauius in infirmis deprimit, quo de ſe infima veraciter ſentire contemnit. Quando igitur electus quisque in infirmitatis ſuę conſideratione ſe comprimit, dicatur recte, quòd vir ſanctus in ſterquilinio dolens ſedet.

26 Lib.9.c.19. moralium. *Iob 9.* IDEM explicans locum Iob ex capite 9. ſi lotus fuero quaſi aquis niuis & fulſerint velut mundiſſimę manus meæ, tamen ſordibus intinges me ſic, ait. Vir ſanctus non dicit fulſerint mundiſſimæ manus meæ, tamen ſordibus intinges me ſic ait: Vir ſanctus non dicit fulſerint mundiſſimæ manus meæ, ſed veluti mundiſſimæ manus meæ: quia quouſque pœna corruptionis adſtringimur, quamlibet rectis operibus inſudemus veram munditiam, nequaquam apprehendimus, ſed imitamur. Vnde, & apte ſubiungitur. Tamen ſordibus intinctos ſordibus demonſtrare; quia quanto ad illum verius per bona opera ſurgimus, tanto ſubtilius vitæ noſtræ ſordes agnoſcimus, quibus ab eius munditia diſcordamus.

27 Lib.17. moralium cap. 10. *Iob 9.* IDEM exponens verba illa. Iob cap. 25. Numquid iuſtificari poteſt homo comparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere, ait: Humana iuſtitia auctori comparata iniuſtitia eſt, quia etſi in ipſa ſui conditione homo perſiſteret, creatori nõ poſſet æquari creatura. Cui tamen ad grauiora defectus pondera acceſſit, & culpa, quam ſerpens inſidians intulit, & mulier infirmata perſuaſit. Vnde quia in radice putruit humani generis ramus, in conditionis ſuæ viriditate minime ſubſiſtit. Vnde recte nunc dicitur, nunquid iuſtificari poteſt homo comparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere? Ac ſi aperte diceretur, ne contra auctorem ſuum homo ſuperbiat, conſideret vnde huc venit, & intelligat quid ſit. Et ſubditur. Ecce luna non ſplendet, & ſtellæ non ſunt mundæ in conſpectu eius. Quid per lunam niſi cuncta ſimul Eccleſia? Quid per ſtellas, niſi ſingulorum bene viuentium animæ deſignãtur, qui inter prauorum hominum conuerſationes dum magnis virtutibus eminent, quaſi in tenebris noctis lucent? Stellæ ergo non ſunt mundæ: quia electorum animus prodire ad libertatem iuſtitiæ nititur, ſed adhuc compede infirmitatis tenetur, & culpas quidem ſubigere perfecte deſiderat, ſed quouſque corruptione carnis aſtringitur, eius vinculis etiam cum nõ vult ligatur. Quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis? Ac ſi aperte diceretur. Si ipſi quoque eſſe ſine contagio non valent, qui inter preſentis vitæ tenebras virtutibus lucẽt, quanto reatu iniquitatis obſtricti ſunt, qui adhuc carnaliter viuunt? Hinc per Eſaiam dicitur ſuper humum populi mei ſpinæ, & vepres aſcendent, quanto magis ſuper omnem domum gaudij ciuitatis exultantis? Humum quippe populi ſui Dominus, electorum omnium mentem vocat, ſuper quam ſpinas ac vepres aſcendere perhibet: quia nec ipſam quoque eſſe abſque punctionibus vitiorum videt. Domus vero gaudij ciuitatis exultantis, eſt mens prauorum, quæ dum ventura ſupplicia conſpicere negligit, in carnis voluptate ſe deſerens inaniter hilareſcit. Ait ergo ſuper humũ populi mei ſpinæ, & vepres aſcendent, quanto magis ſuper omnem domum gaudij ciuitatis exultantis. Ac ſi aperte dicat, Si, & illorum mentem vitia deprimunt, qui ſe pro cæleſtis patris deſiderio affligunt, quibus culpis ſubſtrati ſunt, qui ſine vlla formidine ſe ſe in carnis voluptate derelinquunt.

IDEM explicans illa verba: Iob cap 28. omne pretioſum vidit oculus eius, ait: Sciendum magnopere eſt, quia tanto vnaquæque anima fit pretioſior ante oculos Dei, quanto deſpectior fuerit ante oculos ſuos. Hinc ad Saul dicitur. Nonne cum paruulus eſſes in oculis tuis, caput te conſtitui in tribubus Iſrael? Ac ſi aperte diceret. Magnus mihi fuiſti: quia deſpectus tibi, ſed nunc quia magnus tibi es, factus es deſpectus mihi. Vnde, & per Prophetam dicitur. Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes. Tanto ergo fit quisque vilior Deo, quanto pretioſior ſibi. Tanto pretioſior Deo, quanto propter eum vilior ſibi; quia humilia reſpicit, & alta a longe cognoſcit. Vidit ergo pretioſum: quia humilia elegit: infirma enim mundi elegit Deus, vt confunderet fortia. Vidit pretioſum cum humanam animam de ſe abiectam ſapientię, & gratiæ ſuæ illuſtratione reſpexit.

Lib.18. moralium cap. 20. *Pſal.102* *Rom.7.* *1.Reg.15.* *Eſai.5.* *1.Cor.1.*

IDEM exponens verba illa: Iob cap. 33. Appropinquabit corruptioni anima eius, & vita illius mortiferis, ait, Iuſti anima corruptioni appropinquat, quia ex ſuis ſe viribus perditione

tioni proximum non ignorant, vt hoc quod a perditione longe eſt, non ſibi, ſed Domino tribuat. Appropinquat vero mortiferis: quia ex infirmitate carnis proximum ſe peccatis mortem ferentibus reſpicit a quibus diuino munere tanto magis longe fit, quanto ſe eis proximum ex ſuis meritis deprehendit. Per contemplationem condicionis ſuæ Dauid corruptioni appropinquauerat cum dicebat. Memento Domine, quia puluis ſum, homo ſicut fœnum dies eius. Per contemplationem quoque infirmitatis Paulus mortiferis appropinquauerat cum dicebat, Video aliam legem in membris meis repugnantem, & captiuum me ducentem in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Infelix ego homo quis me liberauit de corpore mortis huius? Corruptioni ergo, & mortiferis appropinquare, eſt conſiderata infirmitate humanitatis ſuæ peccatorem ſe ex ſuis meritis cernere, atque apud ſe arrogantiam ex proprijs viribus non habere. Quid enim ſumus ſi a conditoris noſtri protectione deſeramur. Quæ nimirum protectio minus neceſſario creditur, ſi ſemper habeatur. Sed vtiliter plerumque ſubtrahitur, vt ſibimetipſi, homo quam ſine illa nihil ſit, oſtendatur. Nemo ergo ſe alicuius virtutis æſtimet, etiam cum quid fortiter poteſt, quia ſi diuina protectio deſerat, ibi repente eneruiter obruitur, vbi ſe valenter ſtare gloriabatur.

31 Lib.24. moralium cap. 12. IDEM explicans illa verba: Ex cap. 34. Iob, & homo in cinerem reuertetur, ait; In peccato quisque poſitus mortalitatis ſuæ obliuiſcitur, & terram ſe eſſe non meminit, cum adhuc per ſuperbiam inflatur. Poſt conuerſionis vero ſuæ gratiam cum humilitatis ſpiritu tangitur quid eſſe ſe aliud, quàm cinerem recordatur? Iam in cinerem Dauid reuerſus fuerat cum dicebat. Memento Domine quod puluis ſumus, Abraham in cinerem reuerſus fuerat dicens, Loquar ad Dominum meum, cum ſim puluis, & cinis. Et ſi viuentem carnem nec dum in terta mors ſoluerat, hoc tamen apud ſe erant quòd ſe futuros abſque dubitatione præuidebant. Hinc alias dicitur, *Pſal.103.* Auferes ſpiritum eorum, & deficient, & in puluerem ſuum reuertentur ideſt ſubducto ſuperbiæ ſpiritu, nihil ſe de ſe eſſe cognoſcant. Et reuertantur in puluerem, ideſt humilientur ex infirma condicione. Propter *Cap.3.* hunc puluerem ad cuius memoriam, qui ſemetipſos conſiderant reuocantur, per ſapientiam dicitur. Iuſti fulgebunt, & ſicut ſcintillæ in aruñdineto diſcurrent. Sancti enim viri dum peccatoribus permiſcentur, eos exemplorum ſuorum igne ſuccendunt, atque per omne quod nitent, in cinerem redeunt, quia pietatis flamma conſumpti, dum infirmitatem condicionis ſuæ conſpiciunt, nihil aliud quàm fauillam ſe eſſe cognoſcunt, vt a 32 to domine quia puluis ſumus.

IDEM explicans illa verba Iob capitulo trigeſimonono. Terram vngula fodit, ſic habet: Equus vngula terram fodit, quando is, cui iam Domnus præſidet, quæ ſibi moles congeritur ex vetuſta cogitatione conſiderat, ſeque ab illa flendo euacuare non ceſſat. Vnde bene Iſaac apud alienam gentem puteos fodiſſe deſcribitur. Quo videlicet exemplo diſcimus, vt in hac peregrinationis ærumna poſiti cogitationum noſtrarum profunda penetremus, & quouſque nobis vetæ intelligentiæ a qua reſpondeat, nequaquam noſtræ inquiſitionis manus ab exhaurienda cordis terra torpeſcat. Quos tamen puteos Allophyli inſidiantes replent, quia nimirum immundi ſpiritus, cum nos ſtudioſe cor fodere conſpiciunt, congeſtas nobis tentationum cogitationes ingerunt. Vnde ſemper mens euacuanda eſt, inceſſanterque fodienda, ne ſi indiſcuſſa relinquitur vſque ad tumorem peruerſorum operum cogitationum ſuper nos terra cumuletur. Hinc ad Ezechielem dicitur, Fili hominis fode parietem, ideſt, cordis duritiam crebris perſcrutationum ictibus rumpe. Hinc ad Eſaiam Dominus dicit, Ingredere in petram, abſcondere foſſa humo, a facie timoris Domini, & a gloria maieſtatis eius. Petram quippe ingredimur, cum cordis noſtri duritiam penetramus, atque a facie timoris Domini foſſa humo abſcondimur, ſi terrenas cogitationes egerentes, ab ira diſtricti iudicis in humilitate noſtræ mentis celamur. Quo enim plus terra fodiendo proijcitur, eo pauimentum ſemper inferius demonſtratur. Vnde, & nos ſi a nobis ſtudioſius terrenas cogitationes eijcimus, quo apud noſmetipſos abſcondamur, humilius inuenimus.

Lib.31. moraliũ.c.13. *Gen.26.*

IDEM explicans illa verba: Iob quadrageſimo ſecundo capitulo. Idcirco ipſe me reprehendendo, ait. Quanto quiſque ſe minus videt, tanto ſibi minus diſplicet, & quanto maioris gratiæ lumen percepit; tanto amplius reprehenſibilem ſe eſſe cognoſcit. Et ago pœnitentiam in fauilla, & cinere. In fauilla etenim, & cinere pœnitentiam agere, eſt contemplata ſumma eſſentia, nil aliud, quàm fauillam ſe cineremque cognoſcere. *Infra.* Ago pœnitentiam in fauilla, & cinere. Ac ſi aperte dicat, de nullo auctoris mei dono ſuperbio; quia ſumptus ex puluere, per illatæ mortis ſententiam ad puluerem me redire cognoſco.

33 Lib.35. moralium.c.5. *Can.5.*

BERNARDVS ſic ait. Vacate dilectiſſimi, & videte, quoniam Dominus ipſe eſt Deus. Verum vt hoc quandoque poſſitis, curandum eſt vobis priusvt videatis, quid eſtis vos, & iuxta eiuſdem prophetæ vocem, Sciant gentes quoniam homines ſunt. Huic duplici conſiderationi, tota hæc veſtra vocatio tribuatur, ſicut ſanctus orabat. Deus

34 Serm. de obedientia, patientia, & ſapientia. *Pſal. 9.*

nouerim me, nouerim te. Quomodo enim natus sibi videtur homo, si labores fugiat, & dolores? Aut quomodo scit se esse hominem, qui ad id paratus non est ad quod natus? Homo, inquit, natus ad laborem. *Iob 5.* Nam ad laborem natum se dubitet, qui non natus est in dolore. Sed dolorem parturientis clamor, laborem prolis fletus indicat & vagitus. Quoniam tu laborem, & dolorem consideras, ait Propheta. Labor in actionibus, dolor in passionibus est. Proinde qui se nouerat hominem ad vtrumque paratus *Psal. 9.* supplici confessione dicebat, Paratum cor meum Deus, paratum cor meum. Ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper. Nemo sane in hac misera vita geminam hanc vexationem se euadere glorietur. Nemo quippe ex omnibus filijs Adæ sine labore hic viuit, nemo sine *Psal. 37.* dolore. Est qui declinat aliquos, sed incidit proculdubio in grauiores. In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Non tamen continuo in labore non sunt, aut minime flagellantur. Sudat pauper in opere foris, sed nunquid minus anxie diues, intus in ipsa sua cogitatione laborat? Interdum iste grauius fastidio, quàm ille inedia cruciatur.

35 IDEM sic ait: Volo animam primo omnium scire seipsam, quòd id postulet ratio, Serm. 36. in cantica. & vtilitatis, & ordinis. Et ordinis quidem: quia quod nos sumus primum est nobis, vtilitatis vero: quia talis scientia non inflat, sed humiliat, & est quædam præparatio ad ædificandum. Nisi enim super humilitatis stabile fundamentum, spirituale ædificium stare minime potest. Porro ad se humiliandum nihil anima inuenire viuacius aut accommodatius potest, quàm si se in veritate inuenerit, tantum non dissimulet, non sit in spiritu eius dolus, statuat se ante faciem suam, nec se a se auertere abducatur. Nonne se ita intuens clara luce veritatis inueniet se in regione dissimilitudinis, & suspirans *Psal. 118.* misera quam iam latere non poterit, quòd misera sit vere, nonne cum propheta clamauit ad Dominum in veritate tua humiliasti me? Nam quomodo non humiliabitur in hac vera cognitione sui, cum se perceperit oneratam peccatis, mole huius mortalis corporis aggrauatam, terrenis intricatam curis, carnalium desideriorum fæce infectam, cæcam, curuam, infirmam, implicitam multis erroribus, expositam mille periculis, mille timoribus trepidam, mille difficultatibus anxiam, mille suspicionibus obnoxiam, mille necessitatibus ærumnosam, proclinem ad vitia, inualidam ad virtutes? 36 Vnde huic iam extollen- *Psal. 31.* tia oculorum, vnde leuare caput? Nonne magis conuertetur in ærumna sua, dum configitur spina? Conuertetur in quam ad lachrymas, conuertetur ad planctus, & gemitus, conuertetur ad Dominum, & in humilitate clamabit, Sana animam meam; *Psal. 40.* quia peccaui tibi. Ego quandiu in me respicio, in amaritudine moratur oculus meus. Si autem suspexero, & leuauero oculos ad diuinæ miserationis auxilium, temperabit mox amaram visionem mei visio lata Dei, cui & dico, & ad me ipsum, Anima mea conturbata est, *Psal. 41.* propterea memor ero tui. Tali experimento, & tali ordine salubriter innotescit Deus, cum prius se homo nouerit in necessitate positum, *Psal. 49.* & clamabit ad Dominum & exaudiet eum, & dicet, eruam te, & honorificabis me. Atque hoc modo erit gradus ad notitiam Dei cognitio tui, & ex imagine sua, quæ in te renouatur, ipse videbitur dum tu quidem reuelata facie gloriam Domini cum fiducia spe- *3. Cor. 3.* culando, in eandem imaginem transformaris de claritate in claritatem tanquam a Domini spiritu. Si autem ignoras te non habebis timorem Dei in te, non humilitatem. An vero sine timore Dei, sine humilitate, de salute præsumas, tu videris.

37 IDEM sic habet. Seminate vobis ad iu- Serm. 37. in cantica. stitiam, & metite spem vitæ, ait Dominus. *Osee 10.* Tu ergo seminasti tibi ad iustitiam, si ex vera notitia tui euigilasti timere Deum. *Infra.* *Psal. 125* O quàm verus est sermo, qui in propheta legitur, qui seminant in lachrymis in exultatione metent. Vbi breuiter comprehensa est Dei cognitio, & nostri, nostri quidem in lachrymis serens, quæ autem Dei metens in gaudio. Ceterum si nos ignorantia Dei tenet, quomodo speramus in eum, quem ignoramus? Si nostri, quomodo humiles erimus putantes nos aliquid esse, cum nihil simus? Scimus autem, nec superbis, nec desperatis societatem esse in sorte sanctorum. Intuere ergo nunc mecum quanta cura, & sollicitudine ambas istas Dei, scilicet, & nostri repellere ignorantias debeamus, quarum omnis peccati altera initium parit, altera consummationem. Sicut duarum e regione notitiarum initium sapientiæ timor Domini, sic initium omnis peccati superbia. Sic autem superbiam parit tibi igno- *Eccli. 10.* rantia tui, cum meliorem, quàm sis decepta, & deceptrix tua cogitatio te esse mentitur. Hoc quippe est superbia, hoc initium omnis peccati, cum maior es, in tuis oculis, quàm apud Deum, quàm in veritate. Quid si in eo discordaret a veritate, vt minorem se inferioremque putaret, quàm veritas habe- 83 ret? Excusaret eum sua proculdubio ignorantia, & minime reputaretur superbus, nec tam inueniretur iniquitas eius ad odium, quàm humilitas fortassis ad gratiam. Si enim in quonam statu vnumquemque nostrum habeat Deus liquido cognoscemus, nec supra sane, nec infra secedere deberemus, veritati in omnibus acquiescentes. Nunc autem, quia consilium hoc posuit tenebras lati- *Psal. 17.* bulum suum, & sermo absconditus est a nobis, ita

Eccl. 9. bis, ita vt nemo sciat si dignus sit amore, *Luc. 14.* vel odio; iustius tutiusque profecto iuxta ipsius veritatis consilium infimum locum eligimus, de quo postmodum cum honore superius educamur, quàm præsumimus altiorem, vnde cedere mox oporteat cum rubore. Non est ergo periculum, quantumcunque te reputes minorem quàm sis, hoc est, quàm te veritas habeat, est autem grande malum horrendumque periculum, si vel modice plus vero te extollas, si vel vni videlicet in tua cogitatione te præferas, quem forte parem tibi veritas indicat, aut etiam superiorem. Quemadmodum enim si per ostium transeas cuius superliminare nimis bassum sit, non nocet autem si, vel transuersi digiti spatio plusquam ostij patitur mensura erexeris, ita vt impingas, & capite quassato collidaris. Sic in anima non est plane timenda quantalibet humiliatio, horrenda autem nimiumque pa- 39 uenda, vel minima temere præsumpta erectio. Quamobrem noli te homo comparare maioribus, noli minoribus, noli aliquibus, noli vni. Quid scis enim o homo si vnus ille quem forte omnium vilissimum, atque miserrimum reputas, cuius vitam sceleratissimam ac singulariter fœdissimam horres, & propter illam putas spernendum, non modo præ te, sed etiam præ ceteris omnibus sceleratis, tamquam omnium sceleratissimum, quid scis si melior, & te, & illis mutatione dexteræ excelsi, in se quidem futurus sit, in Deo vero iam sit? Propterea Deus non mediocrem dicit *Luc. 14.* non vel penultimum, sed recumbe, inquit, in nouissimo loco, vt solus omnium nouissimus sedeas, teque nemini non dico præponens, sed nec comparare præsumas. Et quantum malum venit de ignorantia nostri, vtique *Eccli. 10.* peccatum diaboli, & initium omnis peccati superbia.

40 IDEM ait: A te tua cosideratio inchoet, Lib. 2. de cõsiderat. ad Eugenii Papam. ne frustra extendaris in alia te neglecto. Et si sapiens sis, deest tibi ad sapientiam, si tibi non fueris. Noueris licet omnia mysteria, noueris lata terræ, alta cæli, profunda maris, si te nescieris; eris similis ædificanti sine fundamento, ruinam non structuram faciens. Quicquid extruxerit extra te, erit instar congesti puluerис ventis obnoxium. Non ergo sapiens, qui sibi non est. Sapiens sibi sapiens erit, & bibet de fonte putei sui primus ipse.

41 IDEM sic ait: Secundum exteriorem In lib. medit. sententiarum ca. hominem de parentibus illis venio qui me antе fecerunt damnatum, quàm natum. Miseri miserum, in hanc lucis miseriam induxerunt. Cum eorum sepulchra respicio non inuenio in eis nisi cinerem, & vermem, fœtorem, & horrorem. Quid sum ego? fui in momento conceptionis, de humano semine conceptus. Deinde spuma illa coagulata, modicum crescendo caro facta est. Postea plorans, & eiulans, traditus sum huius mundi exilio, & ecce iam morior plenus iniquitatibus, & abominationibus.

IDEM sic ait. Studе cognoscere te, quia multo melior, & laudabilior es, si te cognoscis, quàm si te neglecto cognosceres cursum siderum, vires herbarum, complexiones hominum, naturas animalium, & haberes omnium cælestium, & terrestrium scientiam. Redde ergo te tibi, & si non semper, vel sæpe saltem aliquando. Statue te ante te tanquam ante alium, & sic temetipsum plange, & indica Domino miserias tuas. 42 Cap. 5. meditationum.

Cognitio & contemplatio diuinarum perfectionum radix est amoris ipsius multorumq. bonorum. Cap. XX.

1 ORIGENES sic exorditur. Donec esset Moyses in Ægypto Hom. 3. in c. 4. Exodi. to. 1. & erudiretur omni sapientia Ægyptiorum, non erat gracili voce, nec tardus lingua, nec profitetur se esse ineloquentem. Erat enim quantum ad Ægyptios, & sonoræ vocis, & eloquentiæ incomparabilis. Vbi autem cœpit audire vocem Dei, & eloquia diuina suscipere, tunc sensit exilem, & gracilem vocem suam, tardamque, & impeditam esse suam intelligit linguam, tunc se pronunciat mutum, cum cœpit agnoscere verum illud Verbum, quòd erat in principio apud Deum. Sed quo facilius, quod dicimus possit aduerti, vtamur huiusmodi similitudine. Mutis animalibus quamuis sit imperitus, & indoctus rationabilis homo si comparetur, videbitur eloquens ad comparationem eorum, quæ & rationis, & vocis expertia sunt. Si vero eruditis, & eloquentibus viris atque in omni sapientia probatissimis conferatur, ineloquens, & mutus videbitur. At si ipsum quis contempletur diuinum Verbum, ipsamque diuinam respiciat sapientiam quantæuis sit eruditionis, & quantæcumque sapientiæ, multo amplius quàm apud nos sunt pecudes, ipse apud Deum mutum se animal profitebitur. Hoc nimirum erat Moyses, quod & beatus Da- 2 uid intuens, & tali ordine semetipsum ad di- *Psal. 72.* uinam sapientiam librans dicebat. Vt iumentum factus sum apud te. Secundum hoc ergo & Prophetarum maximus Moyses in præsenti lectione dicit ad Deum, quòd tardus sit lingua, & quòd non sit eloquens. Omnes enim homines ad comparationem verbi diuini, non solum ineloquentes, sed & muti putandi sunt. Quia igitur in id intelligentiæ profecit, vt agnosceret semetipsum, in quo est pars maxima sapientiæ, remunerat eum diuina dignatio. Audi quàm opimis magnificisque muneribus. Ego, inquit, aperiam os tuum, & instruam te, quæ oporteat te loqui. Beati sunt quorum Deus os aperit, vt loquantur.

3 Hom.3.ex positionis secundæ in cant.to.2. *Cant.* 1.

IDEM ait: Postquam audiuit sponsa. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra, oculi tui columbarum. Continuo respondit. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus. Lectulus noster floridus. Nunc primum videtur attentius inspexisse sponsi sui pulchritudinem sponsa, & considerasse illis oculis, qui columbæ dicti sunt, decus, speciem verbi Dei; quia re vera non potest prius perspici, nec agnosci quanta sit in verbo magnificentia, nisi prius oculos quasi columbæ, ideſt intelligentiam spiritalem accipiat. Commune autem cubile sibi, quod dicit esse cum sponso, corpus hoc mihi videtur indicari animæ, in quo adhuc posita digna habita sit ascisci ad consortium verbi Dei. Idque floridum vtpote non aridum, sed fructuosum memorat, & tanquam densitate boni operis nemorosum. Sed hæc sponsa dicit, anima dumtaxat quæ columbæ iam oculos habet. Hi vero qui tantummodo credunt sponso non tamen perspicere potuerunt, in verbo Dei, quanta sit *Esai.53.* pulchritudo, dicunt. Vidimus eum, & non erat ei species neque decor. Vnde nec reputauimus eum. Quæ autem bene profecit, & supergressa est adolescentularum, & octoginta concubinarum, & sexaginta reginarum ordinem, ista anima potest dicere. Ecce tu pulcher es dilecte mi. Bonus ergo, & decorus dicitur dilectus, & quanto magis inspici potuerit oculis spiritalibus, tanto speciosior inuenitur, & pulchrior. Quia non solum illius species, & pulchritudo mirabilis apparebit verum, & inspicienti, atque intuenti eum decus ingens, & species formæ noua, ac mirabilis orietur, secundum illud, quod Apostolus *2.Cor.5.* verbi Dei intuens pulchritudinem dicit. Licet is qui foris est, noster homo corrumpatur: tamen is, qui intus est, renouatur de die in diem. Merito ergo talis hæc anima commune habet cubile cum verbo corpus suum. Peruenit enim diuina virtus vsque ad corporis gratiam, cum in eo vel castitatis donum, vel continentię aliorumque bonorum collocat gratiam.

4 Homil.4.in c.6.Esaiæ.

IDEM explicans illa verba: Væ mihi, quia vir pollutus labijs ego sum, ait antequam videas visionem non confiteris te esse miserum o Esaia? Non ait quandiu vixit Ozias, neque in sensum meum venit, quia miser essem. Incipio autem nosse, quia miser sum quando video *Esaiæ 6.* visionem moriente mihi Ozia rege leproso, & dico, Miser ego nunc incipio, & ego confiteri Domino, & compungor videns visionem Dei.

5 Homil.9.in Ezechielē.

IDEM ait: Iustitia mea ex comparatione multiplicis iustitiæ iniquitas reputatur. Propterea non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. fuerit licet iustus Abraham, iustus Moyses, iustus vnusquisque illustrium virorum, sed ad comparationē Christi nō sunt iusti. Lux eorum cum eius luce composita tenebræ reperiuntur. Et quomodo lumen lucernæ ad solis radios obscuratur, & velut alia quædam cæca materies contenebrescit; sic licet fulgeat iustorum ommium lumen ante homines, non tamen fulget ante Christum. Luceat quippe lumen vestrum non simpliciter dictum est, sed luceat ante homines. Ante Christum non po- *Matth.5.* test lumen fulgere iustorum, vt splendor lunæ, & micantia cæli sidera, prius quam sol oriatur, in stationibus suis rutilant, orto vero sole abscōdūtur: sic lumen Ecclesiæ vt lumen lunæ, priusquā oriatur lumem illud verum solis iustitiæ resplendet, & clarum est ante homines; cum autem Christus venerit, ante eum contenebrescet. Dicitur, & alibi, Lux in tenebris lucet. Quę est illa lux, quæ lucet in tenebris? Iustorum lux *Ioan. 1.* in tenebris lucet. Quid est iustitia mea etiam si Paulus Apostolus fiam, quid castitas etiam si Ioseph, quid fortitudo, etiam si Iudas Machabæus existam, quid alia virtus sapientiæ etiamsi salomon appaream ad comparationem Dei?

6 Hom.15.et variis, quæ est de fide. to.1.

BASILIVS sic ait: Nemo ita demens, aut tanta mentis cæcitate est, vt ad summam Dei comprehensionem sese peruenisse existimet, sed quanto magis ad ipsius notitiam accedere videbitur, tanto maiorem sentiet infirmitatem. Talis erat Abraham, talis Moyses. Quando enim Deum videre, quantum fas erat homini, potuerunt, tunc maxime vterque se humilem tenuemque putauit. Abraham se terram ac cinerem nominans. Moyses vero se lingua balbum ac sermone tardum appellans. Videbat enim se rerum cognitarum magnitudini, nequaquam linguæ debilitate posse respondere. Nam, nec Angelorum linguæ qualescumq. aut quantæcumque hæ sunt cum omni rationali natura congregatæ, vel minimam illius diuinitatis partem satis congrue prosequi, nedum toti explicandæ pares esse valebunt.

7 Homil.1.de verbis Esaiæ 6.to.1.

CHRYSOSTOMVS sic ait. Quoniam Seraphin assidue famulantur in circuitu throni regalis, in iugi gaudio perseuerant, in sempiterna delectatione, in exultatione finem non habitura, gaudentia saltantia, citra vllum silentium gloriam canentia. Nam stare in conspectu maiestatis illius, deque splendore illinc refulgente illuminari, hoc illis est gaudium, hoc illis est gloria. Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum. Hæc eleuatio solius est illius naturæ incomprehensibilis, quam nec cogitatione concipere, nec verbis eloqui, quisquam potest. Sed quid præterea vidisti o propheta? Et Seraphin stabant iuxta illum. Quid faciebant, & quid dicebant, & qua fiducia fruebantur? Fiducia quidem, inquit, nulla, verum timoris ac stuporis erant plena, ipsa etiam specie metum ineffabilem declarantia. Duabus enim alis velabant faciem, eo quòd ferre non possent immensam gloriam, e throno prodeuntem, simul autem, & suam religionem, & reuerentiam significantia, quam habent erga Dominum. *Infra.* Pedes velant inexplebilem erga conditorem reuerētiam exhibere cupientes, multamq. anxietatem, tum ipso habi-

habitu, tum voce, tum aspectu, denique ipsa statione. Cum plurimam habeant erga conditorem reuerentiam, & hanc vndequaque conantur præstare, deinde quoniam non assequuntur, quod expetunt; quod deest affectui, hoc velo obtegunt, quam ob causam facies ac pedes tegere dicuntur.

8 Lib.7.In c.19.Isaię.to.4.

HIERONYMVS explicans illa verba: Et cognoscent Agyptij Dominum in die illa; & colent eum in hostijs, & muneribus, & vota vouebunt Domino, & soluent, ait. Postquam cognouerint Ægyptij Dominum, colent eum in hostijs spiritualibus, & muneribus, & vota *Psal.50.* vouebunt Domino, & soluent, & dicent cum *Psal.140.* Dauid. Sacrificium Deo spiritus contribula- *Gen.4.* tus. Et eleuatio manuum mearum sacrificium vespertiuum. Cumque vota petsoluerint cum Abel, & respexerit ea Deus, inuidebit fratrer maior Cain, ideſt circuncisionis populus. Vota vouebunt Domino, & soluent, quod facit, qui sanctus est corpore, & spiritu.

9 In cap. 31. Hieremiæ. lib.6.

IDEM explicans verba illa: Postquam cognoui, vel ostendisti mihi, vt nostra habet lectio, percussi femur meum. Confusus sum, & erubui: quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ, ait: Postquam ostendisti mihi tui notitiam, siue cognoui te percussi femur meum. Quod dolentis, & plangentis, & super errore pristino plorantis indicium est, vt femur manu percutiat, & stultum se ante fuisse fateatur. Quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ, per ætatis ignorantiam peccasse se dicit, vt facilius veniam consequatur. *Psal.24.* Iuxta illud, quòd Dauid canit. Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas, ne memineris.

10 Lib.7.in c.1.Ezechiel.

IDEM explicans illa verba: De animalibus oculatis, & sanctis, cum fieret vox supra firmamentum, quod erat super caput eorum stabant, & submittebant alas suas, sic habet: Stantibus animalibus demittebantur alæ eorum. Vocem enim Dei omnipotentis resonantem in cælestibus ferre non poterant: sed stabant, & mirabantur, & silentio suo Dei potentiam demonstrabant, qui sedebat super firmamentum.

11 Lib.2.in c.3.Habacuc. to.5.

IDEM exponens illa verba: Qui ascendis super equos tuos, & quadrigæ tuæ saluatio ait: Quæro equos super quos ascendat Dominus, & puto non esse alios nisi sanctorum animas, super quas ascendit sermo diuinus, vt ipsas saluet, & alios per eas Vnde sponsns loquitur in cantico, Equitatui meo in curribus Pha- *Can.1.* raonis assimilaui te amica mea, non quòd Christus animam, quam sponsam suam vocat, quadrigis comparet Pharaonis, sed quòd omnis anima quamuis sancta sit, atque perfecta ad Deum comparataquasi currus Pharaonis sit, & iumentum. Vnde, & Moyses loquitur ad Do- *Exod.4.* minum. Ego autem sum alogos ideſt irrationalis. Et Dauid vt iumentum factus sum apud te, non absolute, sed apud te, tibi comparatus. His equis illi contrarij sunt, quos habet Pharao, & de quibus dicitur, Equum, & ascensorem proiecit in mare, huiusce modi equitatui non est salus, sed perditio.

12 Lib.5.confessionum, c.4.to.1.

AVGVSTINVS loquens de astrorum cognitione. Nunquid (ait) Domine Deus veritatis, quisquis nouit ista, ipse placet tibi? Infelix enim homo, qui scit, te autem nescit beatus autem, qui te scit, etiamsi illa nesciat. Qui vero, & te, & illa nouit, non propter illa beatior, sed propter te solum beatus est, si cognoscens te sicut Deum glorificet, & gratias agat, & non euanescat in cogitationibus suis.

13 Lib.7.confessionum. cap.10.

IDEM sic exorditur. Intraui in intima mea duce te, & vidi qualicumque oculo animæ meæ, supra eundem oculum animæ meæ, supra mentem meam lucem Domini incommutabilem, non hanc vulgarem, & conspicuam omni carni, nec quasi ex eodem genere. Grandior erat, tanquam si ista multo, multoque clarius clarescceret, totumque occuparet magnitudine. Nec ita erat supra mentem meam sicut oleum super aquam, nec sicut cælum super terram, sed superior: quia ipsa fecit me. Qui nouit veritatem, nouit eam, & qui nouit eam, nouit æternitatem. Tu es Deus meus, tibi suspiro, die ac nocte. Et cum te primum cognoui, tu assumpsisti me, vt viderem. Et reuerberasti infirmitatem aspectus mei, radians in me vehementer, & contremui amore, & horrore, & inueni longe me esse a te in regione dissimilitudinis, tanquam si audirem vocem tuam de excelso, Cibus sum grandium, crescе, & manducabis me. Et cognoui quo- *Psal. 38.* niam pro iniquitate corripuisti hominem, & tabescere fecisti sicut araneam animam meam.

14 Libro 2.de Trinitate. tom.3.

IDEM sic ait explicans locum Exodi 33. Non videbit me homo, & viuet: Hoc dixit Dominus, quia nunc quando Deum spiritualiter intelligimus, in tantum carnalibus affectibus morimur, vt mortuum nobis hunc mundum deputantes, nos quoque ipsi huic mundo moriamur, & dicamus. Mi- *Gal. 6.* hi mundus crucifixus est, & ego mundo. *Coloss.2.* De hac enim morte iterum dixit, Si autem mortui estis cum Christo, quid adhuc velut viuentes, de hoc mundo decernitis? Non ergo immerito nemo potest faciem, ideſt ipsam manifestationem sapientiæ Dei videre, & viuere.

15 In lib.sosilo quiorum. to.9.

IDEM ait: Cognoui te vnum Deum viuum, quem confiteor toto corde meo verum Deum, solum, sanctum, immortalem, inuisibilem, incommutabilem, inaccessibilem, vnum lumen, vnum solem, vnam vitam, vnum bonum, vnum principium. Sic cognoui te Domine Deus meus, cognitor meus sic cognoui te per fidem tuam, quam inspirasti mihi, lux mea, lumen oculorum meorum, spes omnium finium terræ, gaudium lætificans iuuentutem meam, & bonum sustentans senectutem meam. In te enim Domine iubilant omnia ossa mea dicentia, Domine quis similis *Psal. 34.* tibi?

tibi? Dij, qui non fecerunt cælum, & terram, pereant de cælo, & terra, Deum qui creauit cælum, & terram cæli, & terra benedicant. Quis similis tibi etiam in dijs Domine, quis similis tibi, magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis, & faciens mirabilia? Sero te cognoui lumen verum, sero te cognoui. Erat autem nubes magna atque tenebrosa ante oculos vanitatis meæ; ita vt videre non possem solem iustitiæ, & lumen veritatis. Inuoluebar in tenebris filius tenebrarum, tenebras meas amabam: quia lumen non cognoscebam. Cæcus eram, & cæcitatem amabam, & ad tenebras per tenebras ambulabam. *Infra*. Vocasti me nomine tuo; insonasti desuper voce grandi in interiorem aurem cordis mei. Fiat lux, & facta est lux, & discessit nubes magna, & liquefacta est nubes tenebrosa, quæ operuerat oculos meos, & vidi lucem tuam, & cognoui vocem tuam, & dixi. Vere Domine tu es Deus meus, qui eduxisti me de tenebris, & vmbra mortis, & vocasti me in admirabile lumen tuũ, & ecce video. Et conuersus sum, & vidi tenebras, in quibus fueram, & abyssum tenebrosam in qua iacueram, & contremui, & expaui, & dixi, Væ væ tenebris meis, in quibus iacui. Væ væ cæcitati illi, in qua videre non poteram lumen cæli. Væ væ præteritæ ignorantiæ meæ, quando non cognoscebam te Domine. Gratias tibi ago illuminator, & liberator meus, quoniã illuminasti me, & cognoui te. Sero cognoui te veritas antiqua, sero te cognoui veritas æterna. Tu eras in lumine, & ego in tenebris, & non cognoscebam te, quia illuminari non poteram sine te, & non est lux extra te. Lumen verum, lumen sanctum, lumen delectabile, lumen admirabile, lumen superlaudabile, quod illuminat omnem hominem venientem in hũc mundum, & etiam oculos angelorum, ecce video, gratias ago. Ecce video lumen cæli, interlucet oculis mentis meæ radius desuper a facie luminis tui, & lætificat omnia ossa mea. O si perficeretur in me. Auge quæso luminis auctor, auge quæso, quod interlucet in me, dilatetur obsecro, dilatetur ex te. Quid est hoc, quod sentio? Quis est ignis, qui calefacit cor meum? Quæ est lux, quæ irradiat cor meũ. O lux quæ semper luces, & nunquam obfuscaris, illumina me. O vtinam arderẽ ex te. Ignis sancte, quàm dulciter ardes, quàm secrete luces, quàm desideranter aduris. Væ his, qui non ardent ex te, væ his, qui non illuminantur ex te. O lumen veridicum illuminans omnem mũdum, cuius lux implet mundum. Væ cæcis oculis, qui te non vident, sol illuminans cælum & terram. Væ auertentibus oculis, vt videant veritatem, Væ non auertentibus, vt non videãt vanitatem. Nequeunt enim oculi assueti tenebris, summæ veritatis radios intueri, nec sciunt de lumine aliquid æstimare, quorum est in tenebris habitatio. Tenebras vident, tenebras diligunt, tenebras, approbant, de tenebris euntes in tenebras nesciunt vbi corruant. O lux beatissima, quæ non nisi a purgatissimis oculis videri potes. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt, sana oculos meos, vt sanis oculis te contempler, quem non nisi sani oculi intuentur. Aufer quæso squamas caliginis antiquæ radio tuæ illuminationis splendor inaccessibilis, vt te videre valeam irreuerberatis obtutibus, & in lumine tuo videam lumen. Dilatetur obsecro visus meus Domine ex te. Reuela oculos meos, vt considerem mirabilia de lege tua, qui es mirabilis in sanctis tuis.

Ioan.1. 16 17 *Matth.5.* *Psal.118* 18

GREGORIVS explicans illud, ex capite 33. Iob. Et videbit faciem eius in iubilo ait. Modo explicat Iob, quomodo Deus, dum innotescit, exhilarat. Iubilum namque dicitur quando ineffabile gaudium mente concipitur, quod nec abscondi possit, nec sermonibus aperiri, & tamen quibusdam motibus proditur. Vnde Danid dixit: Beatus populus, qui scit iubilationem. Non ait, qui loquitur, sed qui scit. Quia sciri quidem iubilatio intellectu potest, sed dicto exprimi non potest. Qnia ergo cordibus nostris lux se veritatis insinuans, modo districtam iustitiam prætendendo contristat, modo interna gaudia aperiendo lætificat post tentationum amaritudines. Subdit. Videbit faciem eius in iubilo. Menti enim nostræ de consideratione cæcitatis suæ prius ignis tribulationis immittitur, vt omnis vitiorum ærugo concremetur, & tunc mundatis oculis cordis, illa lætitia patriæ cælestis aperitur, vt prius purgemus lugendo, quod fecimus, & postmodum manifestius contemplemur per gaudia, quod quærebamus. Prius a mentis acie exurente tristitia interposita malorum caligo detergitur, & tunc resplendente raptim coruscatione incircumscripti luminis illustratur. Ibi mens veritatem sentiendo videt, quia quanta est ipsa veritas non videt. Cui veritati tanto magis se longe existimat, quanto magis appropinquat. Quia nisi illam vtcumque conspiceret, nequaquam eam conspicere se non posse sentiret. Ipsa autem Dei contemplatio facies eius dicitur. Quia enim per faciem quemlibet agnoscimus, non immerito cognitionem Dei faciem eius vocamus. Quia vero vnusquisque quanto amplius cælestia contemplatur, tanto magis a terrena operatione corrigitur, bene post gratiam contemplationis, iustitiam subdidit operationis dices. Et reddet homini iustitiam suam. Illam iustitiam reddet Deus homini, ad quam conditus fuit, vt inhærere Deo libeat.

Lib.24. moral.c.5.tom. 19

IDEM explicans illa verba; Iob 42. Insipienter locutus sum, & quæ vltra modum excederent scientiam meam, ait. Omnis humana sapientia quantolibet acumine polleat diuinæ sapientiæ comparata, nec iusta, nec pulchra, sed insipientia est. Omnia enim humana, quæ iusta, quæ pulchra sunt Dei iustitiæ, & pulchritudini comparata, nec iusta, nec pulchra sunt, nec omnino sunt. Beatus ergo Iob ea, quæ dixerat sapienter se dixisse crederet, si verba superioris sapientiæ non audiret. Et

Lib.35. moralium.c.2. tom. eod. 20

Et qui sapienter quidẽ locutus hominibus fuerat, diuinas tamen sententias audiens, sapiẽtius se cognoscit non esse sapientem. Hinc est quòd Abraham inter verba dominica, nil se nisi puluerem vidit, dicens, Loquar ad Dominum meũ, cum sim puluis, & cinis. Hinc est quòd Moyses omni Ægyptiorum sapientia instructus, ex quo loquentem Dominum audiuit, impeditioris, & tardioris linguæ se esse deprehẽdit, dicens. Obsecro Domine non sum eloquens; ab heri enim & nudiustertius, ex quo locutus es ad seruum tuum, impeditioris, & tardioris linguæ sum. Hinc est quòd Esaias postquam sedentem Dominum super solium excelsum, atque eleuatum vidit: postquam Seraphin duabus alis faciem, duabus velare pedes, & duabus volare conspexit; postquam id quod est, Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus exercituum, alterum ad alterum clamare audiuit: ad seipsum rediens, ait. Væ mihi quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito. Moxq. ipsam pollutionem vnde cognouerat subdens, ait: Et regem Dominum exercituum vidi oculis meis. Hinc etiam Hieremias diuina verba audiens verba se non habere cognouit, dicens: A a a Domine Deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum. Hinc Ezechiel loquens de quattuor animalibus dicit, cũ fieret vox supra firmamentum, quod erat supra caput eorum, stabant, & submittebant alas suas. Quid sunt alæ animalium, nisi sanctorum contemplationes, eos ad cælestia subleuantes? Sed cum fit vox supra firmamentum, quod super caput eorum est, stãtes submittunt alas suas, quia cum internam vocẽ supernæ sapientiæ audiũt, quasi volatus sui alas deponunt. Quia videlicet ipsam veritatis altitudinem minus contempla ri possẽ cognoscunt. Ad vocem ergo desuper venientem alas deponere, est cognita superna potentia virtutes proprias humiliare, & considerationẽ creatoris, nil de se aliud quàm abiecta sentire. Sancti itaque viri dum diuinitatis arcana audiunt; quanto magis contemplando proficiunt, tanto amplius despiciendo quod sunt, aut nihil, aut prope nihil se esse cognoscũt. Et ita Iob diuinis sermonibus respondens, & sapienter proficiens stultum se esse deprehendit. Et tanto se amplius redarguit, quanto amplius proficit, & scientiam suam vltra modum excessisse se credidit: quia in verbis Domini plusquam æstimauerat, secreta eius sapientiæ agnouit.

Gen.18. *Exo.4.* *Esaiæ 6.* 21 *Hieremi. 1.* *Ezech. 2.* 22 *Homil.17. in Ezech. to.2.*

IDEM explicans verba illa Ezech. ex cap. 40. & fenestras obliquas in thalamis, sic habet: In fenestris obliquis pars illa, per quam lumen intrat, angusta est, sed pars interior, quæ lumen suscipit lata. Quia mentes contemplantium quãuis aliquid tenuiter de vero lumine videãt in semetipsis; tamen magna amplitudine dilatantur. Exiguum valde est, quod de æternitate contemplantes vident, sed ex ipso exiguo laxatur sinus mentium in augmento feruoris, & amoris. *Infra*: Sed quisquis iam lumini contemplationis intendit, curare magnopere debet, vt mentem semper in humilitate custodiat, numquam se de gratia qua infunditur, extollat, & ipsas quæ mentes contemplantium signãt, quales sint obliquæ fenestræ consideret. Per obliquas etenim fenestras lumen intrat, & fur nõ intrat: quia hi, qui vere speculatores sunt semper sensum in humilitate deprimunt, atque ad eorum mentes intelligentia contemplationis intrat, sed iactantia elationis non intrat.

IDEM explicans illa verba: De profundis clamaui ad te Domine, Ait. Sciendum quòd sancti viri eo se magis infirmos & abiectos sentiunt, quo per mentis desideriũ erecti vicinius ad Deum accedunt. Tunc enim primum miseriam suam incipiunt perfecte cognoscere, cum Dei præsentiam cœperint in corde sentire. Hinc est quòd Abraham qui collocutionis diuinæ gratiam meruit, puluerem se esse, & cinerẽ memorat, dicens: Loquar ad Dominum meum, cum sim puluis & cinis. Hinc Iacob postquam Dominum vidit, neruo femoris emarcescente vno pede claudicauit: quia profecto debiles se esse, & infirmos reputant, qui se ad videndum Deum per studium sanctæ contemplationis leuant. Qui dum spem suam in carne ponere desinunt, quasi vnius cruris vires amittũt; eoq. assuescunt, cælesti dumtaxat desiderio inniti, quo senserint se a spe rerum temporalium debilitari. Et quasi neruum non habent in femore, dum non confidunt in carnali generatione. Omnia quæ sub cælo sunt vanitatem æstimant, & cum præsentis vitæ miserijs plenos se esse, & obsitos circumquaque conspiciunt, quasi de profundis ad Deum clamant.

In Psal.6. pœnitent. eo.to. 23 *Psal.129.* *Gen.18.* *Gen.22.*

BERNARDVS explicans illa verba Cant.6. Quæ est ista quæ ascendit sicut aurora consurgens, ait: Luna dicitur splendorẽ suum non a se habere, sed a Sole trahere, quantoq. magis Solis conspectui cernenda opponitur; tanto maiore sui parte ab eiusdem Solis lumine illustratur. Similiter quæque fidelis anima, si veri Solis obtutibus offeratur intuenda, sine dubio ex visione illius admittit protinus in se decus quoddam pulchritudinis, & venustatem castitatis. Vnde fit vt ex eius lumine crescens, & proficiens, etiam ad perfectionem prouehatur, vt recte dicatur de illa, Electa vt Sol, quia fulgebunt iusti vt Sol, in regno Patris eorum.

Serm. 60. ex paruis. 24

IDEM explicans: Nolite me considerare, quòd fusca sim: quia decolorauit me Sol, inquit: Decolorauit me Sol, Deus scilicet, sui nimirum comparatione splendoris, dum approprians illi ex eo me obscuram deprehendo, nigram inuenio, fœdam despicio. Ceterum alias quidem formosa sum, quid meipsam fuscam dicitis solius Solis pulchritudini succumbentem?

Serm.28.in Cant. 25

IDEM sic habet: Apostolus dicit, quòd ignorantiam Dei quidam habent. Ego autem dico omnes ignorare Deum, qui nolunt conuerti ad Deum. Neque enim ob aliud proculdubio renuunt, nisi quia grauem & seuerũ imaginantur, qui pius est, durum & implacabilem, qui misericors est, ferum & terribilẽ, qui amabilis

Serm.38.in Cant. 1.Cor.15. 26

bilis est; & mentitur iniquitas sibi, formans sibi idolum pro eo quòd non est ipse.

Conceptus & partus in bonam, & malam partem accipiuntur in sacra Scriptura. Cap. XXI.

1 ORIGENES sic habet: Dixit Dominus Rebeccæ. Duæ gentes in vteto tuo sunt, & duo populi de ventre tuo segregabuntur, & populus populum superabit, & maior seruiet minori; Ego puto quòd de singulis nobis hoc dici potest, quia duæ gentes, & duo populi intra nos sunt. Nam & virtutum populus intra nos est; & vitiorum nihilominus populus intra nos est. *Matt. 15.* De corde enim nostro procedunt cogitationes malæ, adulteria, furta, falsa testimonia &c. Vides quantus malorum populus intra nos est? Si vero mereamur illam vocem dicere sancto Spi- *Esaiæ 26.* ritui, A timore tuo Domine in vtero concepimus & peperimus, spiritum salutis tuæ fecimus super terram: tunc & alius intra nos populus inuenitur generatus in spiritu. Fructus *Gal. 5.* enim spiritus est gaudium, pax, patientia, humilitas, mansuetudo &c. Sed iste populus minor est, ille maior. Semper enim plures sunt mali, quàm boni, & vitia numerosiora virtutibus. Sed si tales sumus, qualis Rebecca, & mereamur de Isaac, ideſt de Verbo Dei habere conceptum, etiam in nobis populus populum superabit, & maior seruiet minori. Seruiet etenim caro spiritui, & vitia virtutibus cedent.

Homil. 12. in cap. 25. Genes. to. 1.

2 IDEM explicans locum Exodi 21. Si rixati fuerint viri, & percusserit quis mulierem prę gnantem, & abortiuum quidem fecerit &c. ait: Mulier prægnãs dicitur anima, quæ nuper Dei concepit Verbum. De tali autem conceptio- *Esaiæ 26.* ne legimus alibi. A timore tuo Domine in vtero concepimus, & peperimus. Qui ergo concipiunt, & statim pariunt, isti nec mulieres existimandi sunt, sed viri & perfecti viri. Denique audiet Prophetam dicentem. Si pepererit terra in vna die, & nata est gens de semel, ista est generatio perfectorum, quæ statim sub die, vt concepta fuerit, nascitur. Verum ne tibi nouum videatur, quòd viros parere diximus, audi *Gal. 4.* Apostolum dicentem. Filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis. Perfecti ergo sunt & viri fortes, qui statim vt concipiunt, pariunt, ideſt, qui conceptum fidei verbum in opere producunt. Anima autẽ quæ concepit, & in ventre retinet, & non parit, ista mulier appellatur. Sicut & Propheta dicit. Dolores partus aduenerunt ei, & virtus pariendi

Hom. 10. in Exod.

3 IDEM ait: Ex semine Verbi Dei quod se- Hom. 12. in c. 21. Leuit. *Gal. 4.* minatur, Christus nascitur in corde auditorũ. Hoc enim & Apostolus dicit, donec formetur Christus in vobis. Concipit ergo anima ex hoc verbi semine, & conceptum format in se verbũ, donec pariat spiritum timoris Dei. Sic enim *Esaiæ 26.* per Prophetam dicunt animæ sanctorum. A timore tuo Domine concepimus in vtero, & parturiuimus, & peperimus Spiritum salutis tuæ, quem fecimus super terram. Iste est sanctarum animarum partus, iste conceptus, ista sunt sancta coniugia, quæ conueniunt magno Pontifici Christo.

4 IDEM inquit: Est sponsus & vir animæ Homil. 20. super c. 25. Numerorũ. *2. Cor. 11.* mundæ, & pudicę Verbum Dei, qui est Christus Dominus. Sicut dicit Apostolus: Volo vos vni viro Virginẽ castam exhibere Christo. Timeo autem ne forte sicut serpẽs seduxit Euam astutia sua, sic corrumpantur sensus vestri a simplicitate, quæ est in Christo Iesu. Donec igitur anima adhæret sponso suo, & audit verbum eius, & ipsum complectitur, sine dubio ab ipso semen *Esa. 26.* suscipit verbi, & sicut ille dixit, De timore tuo Domine in vtero concepi, ita & hæc dicit, De verbo tuo Domine in ventre concepi, & parturiui, & Spiritum salutis tuæ feci super terram. Si ergo sic de Christo concepit anima fecit filios, pro quibus dicatur ad eam, quia salua erit per filiorum generationem. Est itaque vere beata soboles, vbi concubitus factus fuerit animæ cum verbo Dei, & vbi complexus adinuicem dederint. Inde nascitur generosa progenies, inde pudicitia orietur, inde iustitia, inde mansuetudo, atque omnium virtutum proles veneranda succedet. Quòd si infelix anima diuini Verbi dereliquerit sancta connubia, & in adulterinos se complexus diaboli deceptam 5 tradiderit; generabit filios, de quibus scriptum *Sap. 3.* est. Filij adulterorum imperfecti erunt, & ex iniquo concubitu semen exterminabitur. Vnde & ostenditur, quòd per singula quæque, quæ gerimus parit anima nostra, & generat filios; opera scilicet quæ gerit. Et siquidem secundum legem est quod gerit, spiritum parit salutis. Et isti sunt filij, de quibus Propheta di- *Psal. 127* cit: Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ. Si vero quod agit peccatum est, sine dubio ex conceptione cõtrarij spiritus malignam sobolem gignit. Parit enim filios peccati, & istæ sunt maledictę generationes, in quibus a nonnullis sanctorum maledicitur etiam *Iob 3.* dies, in quo nati sunt. Numquam est ergo quando non pariat anima, & generet filios. Et forte ad vtrasque has generationes animæ respicit illud, quod dictum est. Cum enim nondum nati *Rom. 9.* fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali dictum est, quia maior seruiet minori, sicut scriptum est. Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Istę enim tales generationes animæ, etiã priusquam faciant boni aliquid, siquidem ex sancto 6 Spiritu generatæ sunt, iam diliguntur, si vero ex spiritu maligno, etiam priusquam opere impleant aliquid mali; hoc ipso tamen quòd huiusmodi voluntatem peperit anima, digne in ea odio habetur malæ voluntatis execranda conceptio. Propterea fortassis in huius sacramẽti figura etiam Chanam puer antequam nasceretur, maledicitur. Cham namque peccauerat pater eius. Et prophetans Noe cum vnicuique filiorum suorum, optima quæque signaret, *Gen. 9.* vbi ad Cham ventũ est; maledictus, inquit, Chanaam puer. Cham peccauit, & Chanaam progenies eius maledicitur, & maledicta est. Et ideo acrius nobis intendendum est, ne forte generet aliquid anima, quod maledicto dignũ sit, vt etiam si nondum opere impleuerit, in ipso tamẽ proposito erit huiusmodi maledicta pro- *Psal. 136.* genies. De hoc in Psalmis scriptum est. Filia Babylonis misera &c. Beatus qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petram. Etiam si nondũ aliquid operis gessit Babylonius in nobis iste conceptus, dũ adhuc paruulus est, non miserearis eius, nec parcas ei, sed statim interfice. Quis ergo tantus ac talis est, vt non expectet omnino vsquequo crescat in eo Babyloniæ soboles, nec augeantur in eo opera confusionis, sed in primis statim initijs, vbi nasci cœperint, & ex voluntatis motibus coalescere, atque (vt ita dicã) vbi caput cœperint de vulua animæ proferre pernicioſa desideria, maligni spiritus inspiratione concepta, arripiat statim, & elidat ad petram, ideſt adducat ad ipsum Christum, vt pereant.

7 Homil. 3. ex. poste. 2. in Cant. to. 2. IDEM explicans illa verba: Similis est dilectus meus capreæ, hinnuloq. ceruorum, ait: Aduerte qualium ceruorum, Domini decet seruare partus, ne in aborsum decidant. Sed & menses eorum numerare plenos ad partum, eorumq. labores & dolores custodire, vt generationes corũ non cadant in vanum, sed vt perfecta sit eorum natiuitas, & tamdiu parturiant, donec formetur Christus in eis. Huiusmodi ceruorum pullos Dominus nutrit, eorum dumtaxat, qui iactant cogitatus suos in Domino, vt ipse eos enutriat, & ipse seruet dolores partus eorum, cum ex timore Dei, & in ventre conceperint & parturierint, & spiritum salutis pepererint. Tales ceruos vox Domini fecit esse perfectos.

8 Homil. 2. in Psal. 7. to. 1 BASILIVS explicans illa verba: Ecce parturit iniustitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem, inquit. Et quidem quod ad huius sententiæ ordinem attinet, confusaneus videtur esse dictionum contextus. Quoniam grauidæ primum quidem concipiunt, deinde parturiunt; postremo pariũt, hic parturitio primum sortitur locum, dein conceptio, demum partus. Ceterum ordo hic significantissime explicat cordis conceptionem. Incontinentiũ enim appetitiones nullo coercitæ freno rationis, & insanæ prorsus cõcupiscentiæ hominem veluti æstro quopiam stimulantes dictæ parturigines quædam sunt, quòd acrimoniam vehementissimi doloris in anima parere soleant, secundum hunc ad malum prægestientem impetum quisquis non euadit superior malignis, & ad malũ persuadentibus consilijs, is iam concepit dolorem, idem vbi reliquerit in corde conceptas malitias in flammam erumpere per improbas, & flagitiosas actiones, tum demum peperit iniquitatem. Videtur Deus hæc dicere quodammodo erubescens pater iniqui filij

appellari. Non meus, inquit, filius hic, sed eius est patris, cui se per peccatum tradidit. Quia qui facit peccatum, ait Ioannes, ex patre diabo- *1. Ioan. 1.* lo est. Parturiuit ipsum per iniustitiam diabolus, ipsumq. concepit, & gestauit diabolus in vtero, denique eundem peperit ipsius iniquitate palam traducta.

9 HIERONYMVS explicans illa verba: Sicut quę concepit cum appropinquauerit ad Lib. 8. in c. 26. Isa. to. 4 partum dolens clamat in doloribus suis: sic facti sumus a facie tua Domine. Concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum, sic habet: Sicut ad partum mulier appropinquans, dolore cogitur exclamare: sic nos a facie formidinis tuæ cõcepimus, & parturiuimus, & peperimus non carnis liberos, sed spiritus. Potest hoc & apostolicus vir dicere, quando populos erudit, & imitatur Apostolum Paulum. Filioli *Gal. 4.* mei, quos iterũ parturio, donec formetur Christus in vobis. Siue autem legerimus propter timorem tuum Domine in vtero accepimus, vt septuaginta verterunt, siue a facie tua Domine concepimus, vt vulgata habet lectio, vtrumque ad id pertinet, vt ex timore & recordatione Domini sermonem concipiamus Dei, & illuminetur cor nostrum dicentium. Signatum est su- *Psal. 4.* per nos lumen vultus tui Domine. Et, Ostende *Psal. 79.* faciem tuam, & salui erimus.

10 IDEM explicans illa verba: Super tribus sceleribus Damasci, & super quattuor non con- Lib. 1. in c. 1. Amos. to. 5. uertam eum, eo quòd triturauerint in plaustris ferreis Galaad (vbi septuaginta transtulerunt. Pro eo quòd secuerunt serris ferreis prægnantes in Galaad) ait: Istæ sunt prægnãtes, de quibus Dominus in Euangelio loquitur. Væ præ- *Luc. 21.* gnantibus, & nutrientibus in illis diebus. Prægnantes sunt animæ credentium, quæ in principio fidei possunt dicere: A timore tuo Domi- *Esa. 26.* ne concepimus, & parturiuimus, & si non fuerint plaustris, ac rotis ferreis, ac dentatis (de quibus Psalmista dicit: Filij hominum dentes *Psal. 52.* eorum arma & sagittæ) concisæ, atque ferratæ, possunt etiã ea dicere quæ sequuntur. Et peperimus spiritum salutis tuæ, quẽ faciemus super terram. Simulq. considera, quòd perfectæ ætatis viros secare non possint, sed eos, qui adhuc in vtero sunt, vel qui solidum cibum capere nequeunt, & adhuc lacte nutriuntur infantiæ.

11 IDEM explicans illa verba: Viderunt, & Lib. 2. in c. 3. Habacuc. doluerunt montes, ait. Septuaginta verterunt, Videbunt te, & parturient populi. Ex hoc enim ipso quod vident Deum, statim Dei verbo concipiunt, & dicunt. A timore tuo Domine in- *Esa. 26.* vtero suscepimus, & parturiuimus, & peperimus, spiritum salutis tuæ faciemus super terram, isti populi visuri sunt Deum, & cum viderint concipient, vt possint fructus parere doctrinarum. Sed tamen sequentes hebraicam lectionem conuenientius dicitur. Viderunt te, & pepererunt montes. Montiũ enim est videre Deum, & parere filios, quos de Dei concepere sermone.

12 IDEM explicans illa verba ex cap. 26. Iob: Tomo 7. Et obstetricante manu eius eductus est coluber tortuo-

tortuosus, ait: Sancti adornato verbo Dei, tamquam semen populis spargunt. Vnde a timore Domini in vtero spiritum salutis cõceperunt, & ita manus & sapientia Patris Iesus Christus, animabus multiplici virtute fecundis dignatione sua a sancto Iob astare perbibetur, vt parturiẽtibus filios venturi sæculi, obsequiũ quoddam adhibeat suæ pietatis, easq. in persecutionum doloribus positas consoletur; ministerio quoque suo inuisibiliter intrinsecus operante adiuuet parturientes: quia sine illo, nullus eos bonorum operum, quæ filiorum nomine superius diximus, subsequetur effectus. Ipse igitur charitate misericordiæ suæ, qua nos multum dilexit, per hoc ministerium obseruante, & pietate eius obstetricante, vt animæ sanctæ eiusmodi fetus edant, educitur ab eis, & de cordibus earum excluditur ille, in quo nihil est rectum, coluber tortuosus.

13 IDEM exponens illa verba: Numquid parturientes ceruas obseruasti, ait: Sub nomine ceruarum præfiguratos intellige Apostolos, & Apostolicos viros, qui in fortitudine fidei, & patientia per spiritum imbuentem eos, verbum Euangelij perfecte in se formatum parturiant. Sicut ille qui dicebat, Per Euangelium ego vos genui. Hoc igitur tempus futurum constitui, & animas prædictorum velut ceruas, quæ de timore meo concipiunt, vt spiritum salutis pariant super terram. Tu forsitan quasi obstetricantis officio diligẽtissima sollicitudine obseruasti, dans eis os, & sapientiam de vtero mentis suæ, minus fortasse solidum, vel integrum verbum prædicationis, velut fetum in hanc effunderent lucem? Dinumerasti menses conceptus earum, & scisti partus tempus earum. Viuum verbum Dei, & validum penetrans vsque in diuisionem animæ, ac spiritus, in hoc spirituali conceptu, profectus quosdam incrementorum velut per mẽses temporum in cordium sinibus operatur, vt ipsis Apostolis primum apparuit, qui in initio prædicationis quasi parui, & modici visi sunt; sed paulatim corroborante eos spiritu, verbum in eis demonstratum est vsque ad mensuram plenæ gratiæ peruenisse. Quod velut partu edentes, totum, atque perfectum, ac plenum diuinis promissionibus, diuersis ecclesijs ediderunt. Huiusmodi igitur conceptus, & partus tempora, qui hoc modo spirituali vtero cordis fiunt. Vnde & tu Iob ait Dominus cognoscere potuisti? Incuruantur ad fetum, & pariunt, & rugitus emittunt. Doctrinam lacteam propinãdo infirmis, sicut ait Apostolus: Lac vobis potum dedi, non escam, ab illa celsitudine sapientiæ ad humiliora prædicatores quodammodo humiliantur, atque descendunt, vt vir fiat paruulus. Et dum eos conantur in Christo formare, & parere, rugitus emittunt, dum ab inimicis Christi supra modum, & supra virtutem suam grauantur, ita vt tẽdeat eos etiã viuere. De qualibus etiam Apostolus ait, & nunc flens dico inimicos crucis Christi, siue ex affectu charitatis huiusmodi rugitus emittunt. Sicut ait idem Apostolus, Tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo. Item ait: Ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi vobis per multas lachrymas. Qualibus dolens ex charitatis visceribus dicit. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Et Act. 20. Vigilate memoria retinentes, quoniam per triennium nocte & die nõ cessaui cum lachrymis monere vnumquemque vestrum. Hæc idcirco dicta sunt, vt sciamus, quoniam ad gemitus & rugitus pertineant tribulatio, & lachrymæ, & dolor continuus cordis sanctorum. Separantur filij earum, & pergunt ad pastum, egrediuntur, & non reuertũtur ad eas. Parturitione Apostolica filij, quos sãcti in Christo genuerint, siue a pristinis erroribus suis, siue a carnalibus operibus separantur. In quibus nunc erubescunt, vt iã non sibi viuant, sed Christo, qui pro eis mortuus est. Pergunt ad pastum, idest per scientiam profundioris intelligentiæ quotidie excitati, cõuersatione proficiunt. Ad iustum pastum Domini, & ad hanc alimoniam sanctarum animarum, & ad tales delicias spirituales egrediuntur vtique ab infantia morum, quotidie proficientes, & proficiscentes virtutum merito in virum perfectum, & non reuertuntur ad eas. Non reuertuntur, vt iterum necesse sit docere eos, quæ sint elementa exordij sermonum Dei. Non reuertuntur ad ea, quæ retro sunt, sed in ea quæ ante sunt se extendũt. Non reuertuntur vt quidam, quibus ait Apostolus: Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis, sed potius subeunt gradus ascensionum, inambulant de virtutibus in virtutem. Hic ergo sermo Dei sub figura caprearum describit Apostolos, & omnes apostolicos uiros, per quorum doctrinam, Ecclesia spirituales sibi filios generat. Et unaquæque anima de uerbo Dei concipiens, parit filios bonorum operum, quæ tamen ceruæ sit similis, ut in mõtibus habitet, ueloxq. sit & alacris ad curendam uiam Domini.

AVGVSTINVS sic ait: In amore carnalium, temporaliumq. rerum, sicut in ipsis animalium fetibus, alius est cõceptus uerbi, alius partus. Illic enim quid cupiendo concipitur, adipiscendo nascitur. Quoniam non sufficit auaritiæ nosse & amare aurum, nisi & habeat. Neque nosse & amare ueści, nisi etiam id agat. Neque nosse & amare honores & imperia, nisi proueniant. Ideoq. in Psalmo dicitur: Concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Dolorem uel laborem dicit concipi cũ ea concipiuntur, quæ nosse ac uelle non sufficit, & inardescit, atque ægrotat animus indigentia, donec ad ea perueniat, & quasi pariat ea. Vnde eleganter in Latina lingua parta dicuntur, quæ uerba quasi a partu ducta resonant: quia concupiscentia cum conceperit, parit peccatum.

IDEM explicans illa uerba Matthæi 24. Væ prægnantibus & nutriẽtibus in illis diebus, ait: Prægnantes sunt, qui spe intumescunt, lactantes, qui iam adepti sunt, quod concupierãt. Etenim mulier prægnans in spe tumet filij, nõdum uidet filium, quæ autem lactat amplectitur quo sperabat. Ergo similitudinem, verbi gratia ponamus. Bona est illa villa vicini, o si mea esset, adiugerem illam, & facerem de isto fundo, & de illa vnitatem. Ecce concupiuit villam proximi, sed iste proximus diues est, nõ indigens, habens diuitias, & potentiam, vnde ab illo nihil spectandum est. Nihil sperans non concipit, non est prægnans anima. Si vero iuxta vicinus sit pauper, qui vel in necessitate positus est, vt possit vendere, vel premi potest, vt cogatur vendere; inijcitur oculus, speratur villa, imprægnata est anima, eam adipiscendo tãquam filium osculatur. Væ prægnantibus, & mammantibus in illis diebus. Mutandum est cor, leuandum est cor, non hic habitãdum corde. Imprægnari vis, in Christo imprægnare. Vita futura sit spes tua, certus erit partus tuus, non erit abortiuus, non temporalis. Amplecteris quod pepereris in æternum. Sic enim per Esaiam dicitur: Concepimus, & parturiuimus spiritum salutis.

IDEM explicans illa verba: Ibi dolores, vt parturientis, ait: Quid sunt dolores, vt parturientis, nisi dolores pœnitentis? Vide ipsam conceptionem doloris, & parturitionis. A timore tuo, inquit Esaias, concepimus, & parturiuimus spiritum salutis. Sic ergo concepe-
runt reges a timore Christi, vt parturiendo salutem parerent, credendo in eum, quem timuerunt. Ibi dolores sicut parturientis, vbi parturientem audis, fetum expecta. Parturit vetus homo, sed nascitur nouus homo, ibi dolores vt parturientis.

GREGORIVS explicans verba illa Iob cap. 15. Concepit dolorem, & peperit iniquitatem, & vterus eius præparat dolos, inquit. Dolorem concipit anima, cum peruersa cogitat. Iniquitatem parit, cum explere cœperit, quod cogitauit. Inuidendo dolorem concipit, derogando iniquitatem parit. Sciendum vero quòd in sacro eloquio, ventris, vel vteri nomine mens solet intelligi. Hinc est enim quòd per Salomonem dicitur, Lucerna Domini spiraculum hominis, quæ inuestigat omnia secreta ventris. Lux enim gratiæ, quæ desuper venit, spiraculum homini præstat ad vitam. Quæ videlicet lux omnia secreta ventris inuestigare dicitur. Quia occulta mentis prouocat, vt ea quæ de seipsa latebant animam, ante eius oculos flenda reducat. Hinc Hieremias ait: Ventrem meum, ventrem meum doleo. Qui, vt ventrem suum quid dixisset, ostenderet, adiunxit. Sensus cordis mei turbati sunt. Vteri itaque nomine recte mens accipitur; quia sicut proles in vtero concipitur, sic cogitatio in mente generatur. Vterus itaque hypocritæ præparat dolos; quia tanto semper maiorem malitiam contra próximos in mente concipit, quanto solus præ omnibus videri innocentior quærit.

BERNARDVS dicit: Tantæ efficaciæ osculum sanctum spõsi est, vt ex ipso mox cum acceperit illud sponsa concipiat, tumescentibus nimirum vberibus, & lacte quasi pinguescentibus in testimonium. Quibus studium est orare frequenter, experti sunt quod dico. Sæpe corde tepido & arido accedimus ad altare, orationi incumbimus, persistentibus autem repẽte infunditur gratia, pinguescit pectus, replet viscera inundatio pietatis. Dicat ergo: Habes sponsa, quod petisti, & hoc tibi signũ; quia meliora facta sunt vbera tua vino. Hinc te noueris osculum accepisse, quòd te concepisse sentis. Vnde & ubera tibi intumuerunt, facta in ubertate lactis, meliora uino scientiæ sæcularis; quæ quidem inebriat, sed curiositate, non charitate, implens, non nutriens, inflans, non ædificans, ingurgitans, non confortans.

IDEM ait: Quam uideris animam relictis omnibus, uerbo notis omnibus adhærere, uerbo uiuere, uerbo se regere, de uerbo cõcipere, quod pariat uerbo, quæ possit dicere, Mihi uiuere Christus est, & mori lucrum; puta coniugem, uerboq. maritatam. Confidat in ea cor uiri sui sciens fidelem quæ præ se omnia spreuerit. Omnia arbitretur ut stercora, ut sibi ipsum lucrifaciat. Talis erat anima Pauli pia mater, & fidelis uiro suo, cum diceret. Filioli mei, quos iterũ parturio, donec formetur Christus in uobis. Sed attende in spiritali matrimonio duo esse genera pariendi; & ex hoc etiam diuersas soboles, sed non aduersas, cum sanctæ matres, aut prædicando animas, aut meditando, intelligentias pariunt spirituales.

Confessio sacramentalis multa habet bona, quam erubescere non conuenit, sed in illa peritum eligere confessorem. Cap. XXII.

ORIGENES explicans verba illa ex cap. 1. Si peccauerit unum aliquid de istis pronunciet peccatum, quod peccauit, ait: Est aliquid in hoc mirabile secretum, quòd iubet pronunciare peccatum. Etenim omni genere pronuncianda sunt, & in publicum proferenda cuncta, quæ egerimus. Si quid in occulto gerimus, siquid in sermone solo, uel etiam intra cogitationum secreta commisimus, cuncta necesse est publicari, cuncta proferri. Proferri autem ab illo, qui & accusator peccati est, & incentor. Ipse enim nunc nos, ut peccemus, instigat: ipse etiam cum peccauerimus, accusat: Si ergo in hac uita præueniamus eum, & ipsi nostri accusatores simus, nequitiã diaboli inimici nostri, & accusatoris effugimus. Sic etenim & alibi Propheta dicit. Dic tu & iniquitates tuas prior, ut iustificeris. Nonne euidẽter mysterium, de quo tractamus, ostendit, cum dicit, Dic tu prior? Vt ostendat, quia præuenire illum debeas, qui paratus est ad accusandum. Tu ergo, inquit, dic prior, ne te ille præueniat; quia si prior dixeris, & sacrificium pœnitentiæ obtuleris, & tradideris carnem tuam in interitum,

ritum,vt spiritus saluus fiat in die Domini; dicetur & tibi; quia percepisti,& tu in vita tua mala; nunc vero hic requiesce. Sed & Dauid eodem spiritu loquitur in Psalmo,& dicit: Iniquitatem meam notam feci,& peccatum meū
Psal. 31. non cooperui. Dixi pronunciabo aduersum me iniustitiam meam,& tu remisisti impietatem cordis mei. Vide ergo, quia pronunciare peccatum,remissionem peccati meretur. Præuentus enim diabolus in accusatione, nos accusare non poterit. Et si ipsi nostri simus accusatores,proficit nobis ad salutem. Si vero expectemus, vt a diabolo accusemur; accusatio illa cedit nobis ad pœnam: habebit enim socios in gehenna,quos conuicerit criminum socios.

2 IDEM explicans illa verba: Quicumque
Homil.8.in c.12. & 13. Leuit. ergo maculatus fuerit lepra, habebit vestimenta dissuta, caput nudum,ait: Per hæc designat eū,qui in anima leprosus est,ideſt qui peccatis confixus est,non oportere assuere sibi tegumēta,& turpitudines operire peccati. Sicut enim is,cuius vestimenta dissuta sunt, nudam, atque intectam gerit turpitudinē corporis: ita oportet eum, qui peccatis aliquibus obseptus est, mala sua & flagitia, nullis verborum assumentis,nullis excusationum velaminibus operire, vti ne fiat sepulchrum dealbatum, quod deforis quidem apparet hominibus speciosum, intus autem plenum est ossibus mortuorum, & omni immunditia. Vult ergo lex diuina peccatorem non solum vestimenta non assuere, sed & caput non contegere,vt nulla peccata habeantur obtecta, sed publicētur, vt correptione emendentur, vt homo veniam mereatur.

3 IDEM explicans illa verba: Reuela Do-
Hom.1.in Psal.36.to. 2. mino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet, ait: Si malorum tibi conscius aliquorum fueris,noli occultare,sed per exomologesim,ideſt confessionem reuela ea Domino, & spera in eum,& ipse faciet. Hoc est cum confessus fueris, & reuelaueris ei delicta tua, spera in eum, quòd possis ab eo veniam promereri,& ipse faciet. Quid faciet? Sine dubio sanum te faciet.
Ioan. 5. Dicet tibi:Ecce sanus factus es,& iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Hæc faciet,si delicta tua ei reuelaueris.

4 IDEM explicans illa verba: Quoniam
Homil.2.in psal.37. iniquitatem meam annunciabo, ait: Pronunciationem iniquitatis,confessionem peccatorum frequentius diximus. Vide ergo quid edocet nos Scriptura diuina, quia oportet peccatum non celare intrinsecus. Sicut enim qui habent intus inclusam escam indigestam, aut humoris,vel phlegmatis stomacho grauiter,& moleste imminentia, si vomuerint releuantur: ita etiam hi,qui peccauerunt,siquidem occultant,& retinent intra se peccatum intrinsecus vrgentur,& propemodum suffocantur a phlegmate,vel humore peccati. Si autem ipse sui accusator fiat,dum accusat semetipsum,& confitetur,simul euomit & delictum, atque omnem morbi digerit causam. Tantummodo circumspice diligentius, cui debeas confiteri peccatū tuum. Proba prius medicū, cui debeas causam languoris exponere, qui sciat infirmari cum infirmante, flere cum flente, qui condolendi, & compatiendi nouerit disciplinam; vt itademum siquid ille dixerit,qui se prius, & eruditum medicum ostenderit, & misericordem, siquid consilij dederit,facias, & sequaris, si intellexerit,& præuiderit talem esse languorem, tuum, qui multa deliberatione, & consilio debeat curari.

CHRYSOSTOMVS sic habet: Pœnitentem non oportet peccatum suum obliuioni contradere, sed Dominum deprecari, vt Deus quidem peccati eius non meminerit, ipsum autem non obliuiſci. Si autem nos peccati nostri memores simus,Deus obliuiscitur eius. A nobismetipsis percipiamus sententiam, nosmetipsos accusemus, tunc demum propitiabimus iudicem verum. Peccatum enim confessione minuitur; confessione vero contempta pergit in peius. Peccato namque si accesserit impudentia, & irreuerentia veri iudicij, quomodo poterit quis euitare, ne in illud denuo decidat,qui prius non agnoscit se peccasse? Non igitur negemus obsecro nostra peccata, neque nos impudentia duros efficiat; sponte nostra peccata puniamus,ne pendamus non spōte supplicia. Audiuit Cain a Deo, Vbi est Abel frater *Gen. 4.* tuus? Et dixit: Nescio,Numquidnum ego custos sum fratris mei? Vides quomodo ex hoc *Gen. 3.* peccatum amplius operatus est? Nonne & pater eius similiter: audiens enim etiam ipse, Adam vbi es? Dixit, Audiui Domine uocem tuam,& timui; quoniam nudus sum, & abscondi me. Magnum bonum est, vt quis peccata sua agnoscat, & memoriam eorum perseueranter retineat. Nullum inuenitur delictorum tale remedium,sicut eorum continuata memoria. Scio quidem, quia resilit concupiscentia, & nō patitur ex malorum memoria verberari. Sed doma animā tuā, & eam retinaculis cōstringe frenorum. Sicut enim equus indomitus, sic & illa resultat,& non vult se scire peccasse. Hoc autē totum est opus satanæ. Sed nos ei persuadeamus,quia peccauit;persuadeamus inquā ei peccasse illā,vt pœniteat,vt pœnitens a suppliciis liberetur. Quomodo veniā desiderat adipisci peccatis, qui neque dignatus est confiteri? Ille misericordiā & clementiam prometur, qui se peccasse agnoscit. Persuadeamus igitur nobis peccasse nos,nec hoc sola lingua pronunciet,sed etiam intima cōscientia,nec tantum nos peccatores esse dicamus,sed etiā ipsa peccata specialiter singula computemus. Reuela *Psal.36.* Domino viam tuam. *Infra*: Nunc si recorderis peccatorum tuorū, & frequenter ea in conspectu Dei pronuncies, & pro eis eius clemētiam depreceris, citius illa delebis. Si autem nunc obliuiscaris peccatorum tuorum, tunc eorum recordaberis nolens,quando in toto mundo publicabuntur, & in conspectu proferentur omniū,tam amicorū tuorum,quàm inimicorū, cæ leſtiumq. virtutum. Nō enim ad Dauid solum dicebat,quæ tu secreto fecisti,ego cunctis ma- *2.Reg.12.* nifestabo,sed hoc etiam ad omnes nos dicitur.

5 Homil.31. in epist.ad Hebr. to.4.

Timuisti,

Timuisti, inquit, homines, & erubuisti magis, quàm Deū,oculum autē Dei viuentis nō es reueritus, sed corā hominibus quidē verecundatus es; propterea in hoc ipso punieris, redarguā namq. te,ante oculos omniū ponēs peccata tua. Nisi ea modo fategerimus abluere, audi
Matt. 25. quomodo producētur in medium. Esuriui, inquit,& non dedistis mihi manducare. Quando hæc dicūtur, vel vbi? Num in angulo,num in aliquo abdito? Minime. Sed vbi & quādo? scilicet cū venerit Filius Dei in gloria sua,& omnes gentes congregatæ fuerint, quando segregauerit istos ab illis,tunc hæc dicet cunctis audientibus. Contemplare iterū & illas quinque virgines,quę in cōspectu omniū audiēt,Nescio
Ibidem. vos. Sic etiam & qui vnum sub terris obruit talentum coram omnibus increpatus est. *Infra*:
Ibid. Audient etiam: Ite maledicti in ignem æternū. Describamus igitur hæc ante oculos nostros, & putemus nunc præsentia esse,& Dominum illa verba dicere,& nos pertrahi in illum ignē. Qualem habebimus mentē,quale solatiū? Quid illud autē,quando diuidemur? Quid dicemus? Quem colorem excusationis habebimus? Nullum scilicet, necesse est ergo vt ligati vultu depositō pertrahamur ad horrifica caminorum, ad flumen igneū, ad tenebras exteriores, & ad immortale supplicium,& nullum iam rogare
Luc. 16. valebimus. Non potest transiri hinc illuc,dixit Abrahā diuiti,quia chaos magnum firmatū est inter nos & vos, & neque volentibus licet pertransire,manumq. porrigere. Obsecro ergo,vt illa geramus, quibus vita nostra mundetur, & primū quidem quantum possumus laboremus, vt nullas recipiamus sordes. Si vero sicut homines receperimus aliquas, non dormiamus, sed vigilanter instemus,vt si quid in nobis erat sordium per pœnitentiam abluatur.

7 IDEM sic habet: Si quotidie peccas,quo-
Hom.3. de pœnitentia to.5. tidie pœnitentiam age. Et quod in domibus facimus, cum fragiles ad casum nutant,fragilia educimus, tignaque noua submittimus, continueq. reparationis munus oblitteramus, idipsum & in nobis faciamus. Si hodie a peccato senueris,teipsum per pœnitentiā instaura. *Infra*: Pudeat te peccantem,non pudeat pœnitentē. Attende quid tibi diabolus fecerit. Duo hæc sunt peccatū & pœnitentia, peccatum vulnus, pœnitentia medicina, sed peccatum pudorem habet,pœnitentia vero fiduciam posidet. Attende diligēter obsecro, ne ordinem turbes,& vtilitatem perdas. Est vulnus & medicina, peccatū & pœnitentia,in vulnere sanies, in medicina purgatio saniei, in peccato sanies, in peccato improperiū,in pœnitentia purgatio peccatorū. Aduerte,peccatū ipsum confusio & pudor sequitur,pœnitētiā vero fiducia. Intellexi-
Esai.43. sti quæ dico? Ordiné satanas peruertit,& confidentiā dedit peccato,& pœnitētiæ confusionē.
Prou.18. Dic tuas prius iniquitates,vt iustificeris, & iustus priori in sermone accusator sui. Sciens igitur satanas peccatū quidē confusionē habere, mutauit ordinē,deditq. confusionē pœnitētiæ; 8 cōfidentiā vero peccato. Carpitur quis prauis desiderijs de publica meretrice, sequitur scortū, captiuus ingreditur locū, nequaquā erubescēs,impudens meretricē cōplectitur,peccatū exequitur,nusquam ipsi pudor,egreditur inde cū peccatū consummauerit, atque vt pœniteat pudore tenetur. Miser & infelix cum meretricē cōplectebaris, non te puduit, cum ad pœnitentiā venisti,pudore tunc confunderis? Quorsum? Nā id cum fornicabaris non pudebat,rem cū facis, non erubescis; erubescis cū pœnitere & confiteri debes peccata verbo. Diaboli hæc astutia est, quòd te in peccato erubescere vetat,& peccatū edicere impedit pudore. Nouit enim si homo erubuerit peccatū, fugiet illud, inuerecūdus autē vel difficile pœnitere potest, & ita duo facit mala,& in peccatum trahit,& a pœnitētia arcet. Quid erubescis ergo? Cum fornicari te contigit,haud erubescas,cū te peccato liberes,erubescis; tunc erubescere debuisti, tunc oportuit pudore cōfundi, cum peccabas. Cum factus es peccator,tunc pudere oportuerat, cum iustus efficeris pudet. Dic prius iniquitates tuas,vt iustificeris. O Domini clemen tiam! non dixit vt pœniteas,sed vt iustificeris. Non Deo satis est eum non punire qui peccat, sed insuper eum iustum efficit.

9 IDEM: Quanto nunc melius est tēporalem
In Serm.de pœnitentia & remissione. compunctionē & breuem luctū mutare bonis, quā post breuē & momentaneā vitā hic ridentes abire illuc perpetuo puniendos? Sed confunderis & erubescis peccata tua effari. Atqui oportebat maxime etiam apud homines ea dicere. Confusio enim est peccare,non est confusio confiteri peccata. Nunc autem neque necessariū est præsentibus testibus confiteri, absque testibus fit hoc iudicium. Deus testis est qui nō exprobrat peccata tua, sed soluit peccata propter confusionem. Numquid & sic grauaris, & retrocedis? Persuasum habe,quòd nisi quis nūc confiteatur omnino, illic confitebitur,vbi maior pœna,vbi amplior traductio. Hic absque testibus iudicium, & tu qui peccasti condēnas, illic autem in mediū, vbi totius orbis theatrū, producentur omnia, nisi prius hic detegamus ea. Nos autem quando ea agimus, frequenter & impudenter audemus; quando autem confiteri oportet, tunc confundimur & grauamur. Oportebat cum alacritate hæc facere. Non enim confusio accusare sua peccata,sed iustitia & virtus. Quis confunditur de opere a quo fit iustus? Quis confunditur confiteri peccata, vt soluat peccata? Num propter hoc iubet confiteri te vt puniat? Non vt puniat,sed ignoscat. Nā in externis iudicijs post confessionē pœna. Idcirco & psaltes istud ipsum suspicās, ne quis *Psal.117* veritus pœnā post confessionē,neget peccata, dicit: Cōfitemini Domino quoniā bonus,quoniam in sæculū misericordia eius. Nū ignorat peccata tua Deus,si tu non cōfitearis? Etiamsi non dicas illa ipse nouit, si autem tu dicis ille *Esai.43.* obliuiscitur. Ecce ego sum Deus,qui deleo iniquitates tuas, & numquam memorabor. Ego non memorabor, tu autem memor esto.

10 In serm. de confessione to. 1.

IDEM super illud Psalmi: Confitemini Domino quoniam bonus est,sic dicit. Non vult peccatoribus inferre vindictam, qui dare *Psal.106.* quærit

quærit confitentibus veniã. Vult confessione iam vinere eũ, qui præcepta contempserat periturus, vt cui peccatũ attulit mortẽ & confessio afferat sanitatẽ. Nec enim poterit indulgẽtia tribui, nisi ira Dei possit confessione placari. Nec peccator iam poterit excusari, qui confessionẽ per quã venia nascitur, nõ præparauit amplecti, quo possit reus gemino crimine detineri, dum primo legẽ cõtempsit, vt delinqueret, & confessionis remedia amplecti noluit, vt periret. Confessio afferat salutẽ, cui contẽptus attulerat mortẽ. Viue remedijs, qui moriturus fueras aliquando peccatis. Quid horres fateri quod libenter, ac propere commisisti? Cur cõfunderis dicere, quod non cõfusus es perpetrare? Cur vereris indicare, quod veritus non es Domino præsente committere? Aut ignorare quę fecimus, putas, nisi nobis confitentibus discat? Peius est confiteri nolle, quàm legem contemnere. Peius est admissi pœnitentiã cõtemnere, quàm monita diuina despicere. Peius est Dei offensam, non satisfactione placare, quàm peccando Dei bonitatẽ offendere. Et quamuis peccandi causa grauior videatur; leuior tamen frequenter existit, dum cõfessione absoluitur, aut cõtumacia debito mortis expungitur. Denique Niniuitæ confitentur & viuũt, Sodomitę obdurantur & pereunt, illos impendens supplicium prouocat confiteri, hos vicinus interitus non confitendo efficit aboleri. Filij Israel quoties peccant hostibus traduntur, quoties se peccasse fatẽtur de eorũ manibus liberantur. Confitemini Domino, inquit, quoniam bonus. Bonum Dominum hoc loco dicit non iustum, quia qui bonum ostendit, confiteri persuadet. Peccatorẽ enim bonus absoluit, iustus condẽnat. Bonus indulgentiam tribuit, iustus merita peccatorũ expungit. Apud iudicem bonum cõfessio mater est indulgẽtiæ, apud iustũ pœnæ debitũ. Bonus confitenti tribuit veniã, iustus cõpetentem infert pœnã. Vnde sic fit, vt qui confitendo bonum sentire voluerit, iustum sentiat reticendo, & quẽ confessio posset absoluere, eius cõtumaciam possit seueritas iusti iudicis abolere. Quare consule tibi peccator, dum licet, dũ qui offensus est, suadet Dominus, ad miserandũ Dominus ipse paratus est. Liceat confiteri, cui peccare licuit, liceat petere veniam, cui licuit contrahere culpam, indulgentiam postulet, qui mandata contempsit, confessio reddat, quod peccatum detraxerat. Curet pœnitentia, quod delictorum macula sordidarat. Serpẽtinum virus confessionis antidoto curetur, & qui a nobis fuerat peccatis offensus, confessione nobis misericors reddatur, & pius.

11 *Ionæ 3. Gen. 19.*

12 Lib. 2. in c. 8. Hierem. to. 4.

HIERONYMVS explicans illa verba: Numquid resina nõ est in Galaad, aut medicus non est ibi, quare ergo nõ est obducta cicatrix filiæ populi mei, dicit: Non solum in præsenti loco, sed & in multis alijs testimonijs scripturarum inuenimus resinam Galaad pro pœnitentia poni, atque medicamine, mirarique nunc Deum quare vulnera Hierusalem nequaquam curata sint, & necdum cicatrices obduxerint cutem, eo quòd non sint sacerdotes, quorum debeant curari medicamine.

13 In cap. 10. Ecclesiastes to. 5.

IDEM explicans illa verba: Si momorderit serpens in silentio, non est amplius habenti linguam (vel vt nostra habet lectio, nihil eo minus habet, qui occulte detrahit) ait: Si quem serpens diabolus occulte momorderit, & nullo conscio eum peccati veneno infecerit, si tacuerit, qui percussus est, & non egerit pœnitẽtiam, nec vulnus suũ fratri, & magistro voluerit confiteri, magister qui linguam habet ad curandũ, facile ei prodesse non poterit. Si enim erubescat ęgrotus vulnus medico cõfiteri, quod ignorat medicina, non curat.

14 In cap. 12. Iob. to. 8. *Psal. 75.*

IDEM explicat illa verba ex Psalmo 75. Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem festũ agent tibi, & ait: Cogitatio hominis ad confessionẽ pertinet peccatorum; reliquiæ vero sunt ipsius cõfessionis ęterna remuneratio, quia indultis sibi peccatis, velut in die festo spirituali lætitia perfruatur. Si reuersus fueris ad omnipotentẽ ædificaberis, & longe facies iniquitatem a tabernaculo tuo, ideſt, si te factorum tuorum pœniteat, ædificaberis, ideſt, quotidie vallatus diuina custodia munieris. Dissimulantibus agere pœnitentiam, hoc exemplum egregium proponendum est; necessaria enim hæc cohortatio est, qua possunt peccatores gloriam perditam reparare.

15 In Psalm. 36. to. 7.

IDEM explicans illa verba: Reuela Domino viã tuam, & spera in eo, & ipse faciet, ait: Quomodo dicit reuela, numquid aliquid nescit Deus? Non. Sed tu quod habes in corde, patefacere debes Deo in sermone per confessionem tuam. Cõfitere ei actiones tuas, & spera in eum semper, & ipse tibi dimittet peccata tua, & spera in eum quòd possit remittere delinquenti, & ipse faciet. Quid faciet? Et educet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum tamquam meridiem, ideſt, in pleno splendore gratiæ suæ, cum reuelat coram angelis suis.

16 Lib. de vera & falsa pœnitẽtia cap. 9.

AVGVSTINVS sic ait: Qui confiteri vult peccata, vt inueniat gratiam quærat sacer dotẽ scientẽ ligare & soluere, ne cum negligẽs circa se extiterit, negligatur ab illo qui eũ misericorditer monet & petit, ne ambo in foueã cadant, quam stultus euitare noluit. Tanta vis confessionis est, vt si deest sacerdos confiteatur proximo. Et si ille cui confitetur potestatem soluendi non habet, fit tamen dignus venia ex desiderio sacerdotis, qui socio confitetur turpitudinem criminis. Qui igitur omnino confitetur, sacerdoti meliori, quàm potest, confiteatur. *Infra*: Inquit non erubescat cõfiteri peccata peccatori. Si enim sacerdos peccata nõ haberet, erubescere posset, qui peccata sua ei manifestaret. Sacerdos itaq; cui omnis profertur peccator, ante quẽ statuitur omnis languor, in nullo eorum sit iudicandus, quæ in alio iudicare est promptus. Iudicans enim alium qui est iudicandus, condemnat seipsum. Cognoscat igitur se, & purget in se, quod alios videt sibi offerre. Animaduertat quòd qui sine peccato est, primus in eam lapidem mittat. Quomodo lapidaret qui se lapidandum cognosceret? *Infra: Ioan. 8.*

Caucat

Caueat spiritalis iudex, vt sicut non commisit crimen, ita non careat munere scientiæ. Oportet enim vt sciat cognoscere, quicquid debet iudicare. Diligens igitur inquisitor, & subtilis inuestigator sapienter interroget a peccatore, quod forsitan ignorat, vel verecundia velit occultare. Cognito itaque crimine, varietates eius non dubitet inuestigare, & locum, & tempus, & cetera &c. quibus cognitis assit benuolus paratus erigere, & secum onus portare. Habeat dulcedinem in affectione, pietatem in alterius crimine, discretionem in varietate. Semper confitentem iuuet leniendo, consolando, spem promittendo, & cum opus fuerit etiã increpando, doceat loquendo, instruat operando, sit particeps laboris, qui particeps vult fieri gaudij. Doceat perseuerantiam, caueat ne corruat. *Infra*: Ex supradictis itaque patet, quòd pœnitentia omnibus vtilis est, nec spem auferens, nec temeritatem concedens, sed digne, & vere suscepta promittit non solum indulgentiam, sed certa præmia.

17 Lib. 20. de Ciuit. Dei cap. 9. to. 5. *Apoc. 20.*

IDEM sic habet: Cum dixisset Ioannes alligari diabolum mille annis, & postea solui breui tempore, mox recapitulando quid in istis mille annis agat Ecclesia, Et vidi, inquit, sedes, & sedentes super eas, & iudicium datum est. Non hoc putandum est de vltimo iudicio dici, sed sedes præpositorum, & ipsi præpositi intelligendi sunt, per quos Ecclesia nunc gubernatur. Iudicium autem datum, nullum melius accipiendum videtur, quàm id quod dictũ

Matt. 18. est, Quæcumque ligaueritis super terram, erũt ligata & in cælis; & quæ solueritis super terram, erunt soluta & in cælis.

18 Enarratione in Psal. 66. to. 8.

IDEM explicans illa verba: Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes, ait: Tuam iniquitatem confitere, gloriam Dei confitere. Te reprehende, illum lauda, vt & ipse veniens inueniat te punitorẽ tuum, vt exhibeat se tibi saluatorem tuũ. Quid timetis cõfiteri, qui inuenitis hanc viã in omnibus gentibus? Quid timetis confiteri, & in confessione vestra cantare canticum nouum cum omni terra? In omni terra, in pace catholica, confiteri times Deo, ne confessum dãnet? Si nõ confessus lates, non confessus damnaberis. Times cõfiteri qui non confitendo esse non potes occultus, dãnaberis tacitus, qui posses liberari cõfessus. Et quia ista confessio nõ ad supplicium ducit, sequitur. Lætentur & exultẽt gentes. Si plangũt ante hominem confessi latrones, lætentur ante Deũ confessi fideles. Si homo iudicet, exigit a latrone confessionẽ tortor & timor, immo aliquãdo confessionẽ premit timor, exigit dolor. Et ille qui plangit in tormentis, timet occidi

19 confessus, portat torméta quantum potest, & si victus dolore fuerit, profert ad mortem vocem suam. Nusquam ergo lætus, nusquam exultans, antequã confiteatur exarat vngula, cũ cõfessus fuerit, damnat carnifex, ducitur miser vbique. Sed lætentur & exultent gentes. Vnde? Per ipsam confessionem. Quare? Quia bonus est cui confitentur. Ad hoc exigit confessionẽ vt liberet humilẽ. Ergo tristis esto antequã confitearis, confessus exulta, iam sanaberis. Nõ cõfitentis cõscientia saniem collegerat, apostema tumuerat, cruciabat te, requiescere non sinebat, adhibet medicus fomenta verborũ, & aliquando secat, adhibet medicinale ferrum in corruptione tribulationis, tu agnosce medici manũ, confitere, exeat in cõfessione, & defluat omnis sanies, iam exulta, iam lætare, quod reliquũ est facile sanabitur. Confiteãtur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes, & quia confitentur, lætentur, & exultent gentes.

20 In Psal. 84.

IDEM explicans illa verba: Veritas de terra orta est, & iustitia de cælo prospexit, ait: Veritas de terra orta est, confessio ab homine. Homo enim peccator eras. O terra qui quando peccasti, audisti; Terra es & in terrã ibis! Oriatur de te veritas, vt respiciat de cælo iustitia. Quomodo ergo orietur a te veritas, cũ tu peccator sis, cum tu iniquus sis? Confitere peccata tua, & orietur de te veritas. Si enim cũ sis iniquus dicis te iustũ, quomodo a te orietur veritas? Si autẽ cũ sis iniquus, dicis te iniquũ, veritas de terra orta est. Attẽde illũ publicanũ, qui *Luc. 18.* nec oculos ad cælum audebat leuare, sed percutiẽs pectus suũ aiebat: Deus propitius esto mihi peccatori, ecce veritas de terra orta est, quia confessio a peccatore facta est, vnde descendit iustificatus in domũ suã. Quia orta est veritas de terra, iustitia de cælo prospexit, vt descẽderet iustificatus publicanus. Et vt noueritis quia veritas pertinet ad confessionẽ peccatorũ, ait Ioannes, Si dixerimus quia peccatũ non habe- *1. Ioan. 1.* mus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis nõ est. Quomodo ergo veritas de terra orietur, & iustitia de cælo prospiciet, audi illũ dicentẽ, Si *Ibid.* cõfiteamur peccata nostra fidelis est, & iustus, vt remittat nobis peccata. Quæ iustitia de cælo prospexit? Tãquã Dei dicentis parcamus huic homini, quia ipse sibi nõ pepercit, ignoscamus quia ipse agnoscit, cõuersus est ad puniendum peccatũ suũ, conuertar & ego ad eum liberandũ. Etenim Dominus dabit benignitatẽ, & ter- 21 ra nostra dabit fructũ suũ. Veritas de terra orta est, cõfessio peccatorũ ab homine, & iustitia de cælo prospexit, ideſt a Domino Deo data est iustificatio cõfitenti, vt ipse agnoscat impium, piũ se fieri non posse, nisi ille fecerit cui cõfitetur. Vt autẽ explicaret, quid est, Iustitia de cælo prospexit, subintulit, Dominus dabit benignitatem &c. Nos ergo respiciamus nos, & si nihil in nobis inuenerimus, nisi peccata, oderimus peccata, & desideremus iustitiam. Cum enim cœperimus odisse peccata, iam ipsum odium peccatorũ similes nos incipit facere Deo, quia hoc odimus, quod odit Deus. Cum ergo cœperis odisse peccata, & confiteri Deo, cõfitens illi peccata tua mereberis ab illo delectationem & suauitatem iustitiæ faciendæ dabit tibi, vt incipiat te delectare iustitia, quẽ primo delectabat iniquitas, vt qui primo gaudebas in ebrietate, gaudebas de sobrietate, & qui primo gaudebas de furtis, quæras donare non habenti, iustitia ante eum ambulabit, & ponet in

via greſſus ſuos, iuſtitia illa eſt quæ eſt in confeſſione peccatorum; iuſtus enim debes eſſe in te vt punias te, ipſa prima eſt hominis iuſtitia, vt punias te malum, & faciat te Deus bonum, quia ergo ipſa eſt prima hominis iuſtitia, ipſa fit via Deo, vt veniat ad te Deus, ibi illi fac viã in confeſſione peccatorum. Ideo & Ioannes cũ baptizaret in aqua pœnitentiæ, & vellet ad ſe venire pœnitentes de ſuis prioribus factis, dicebat hoc, Parate viam Domini. Præcedat iſta iuſtitia, vt confitearis peccata, veniet ille, & viſitabit te, quia ponet in via greſſus ſuos; eſt enim iam vbi ponat greſſus ſuos. Ante autẽ quã confitereris peccata, intercluſeras ad te viam Dei, non erat qua ad te veniret. Confitere vitã & aperis viam, & veniet Chriſtus, & ponet in via greſſus ſuos, vt te informet veſtigijs ſuis.

Matt. 3.

22 IDEM explicans illa verba: Confeſsio & pulchritudo in conſpectu eius, inquit: Pulchritudinem amas? Vis eſſe pulcher? Confitere. Non dixit pulchritudo, & confeſsio, ſed confeſsio & pulchritudo. Fœdus eras, confitere, vt ſis pulcher. Peccator eras, confitere vt ſis iuſtus. Fœdare te potuiſti, formoſum te facere nõ potes. Qualis autem eſt ſponſus noſter qui fœdam amauit, vt pulchrã faceret? Fœdam amauit qui nõ venit vocare iuſtos, ſed peccatores. An ideo vocat, vt remaneant peccatores? Non inquit. Et quomodo non erunt peccatores? Confeſsio & pulchritudo in conſpectu eius. Confitentur enim peccata ſua, vomunt mala, quæ auide vorauerunt, non redeunt ad vomitũ ſuum, ſicut canis immundus, & erit confeſsio, & pulchritudo. Amamus pulchritudinẽ, prius eligamus confeſsionem, vt ſequatur pulchritudo. Si confeſsio & pulchritudo in conſpectu eius, ſanctitas, & magnificentia in ſanctificatione eius.

In pſal. 95.

Matt. 9.

2. Pet. 2.

23 IDEM explicans illa uerba: Introite portas eius in confeſsione, ſic habet: In portis initium eſt. A confeſsione incipite, inde Pſalmus in confeſsione, ibi iubilate. Intrate in portas eius in confeſsione, intret grex in portas, non foras remaneat ad lupos. Et quomodo intret? In confeſsione, porta, ideſt initium confeſsio tibi ſit. Et quid? Cum iam intrauerimus nõ confitebimur? Semper confitere ſemper habes, quod confitearis. Difficile eſt in hac vita, vt ſic homo mutetur, vt nihil inueniatur in eo, quod reprehendatur. Opus eſt vt tu te reprehendas, ne ille reprehendat qui damnaturus eſt. In portis confitemini peccata, & cum intraueris cælum, dicitur atria eius in hymnis. Quando intras te reprehende, cum intraueris illum lauda. Aperite mihi portas iuſtitiæ, dicit in alio Pſalmo, & ingreſſus in eas confitebor Domino ipſum laudans.

In Pſal. 99.

Pſal. 117

24 IDEM explicans illa verba: Cõfeſsionem & decorem induiſti amictus lumine, ſicut veſtimẽto, inquit: Anima decora eſſe nõ poteſt, niſi cõfeſſa fuerit fœditatem, tunc audiet, Quæ eſt iſta quæ aſcẽdit dealbata, ideſt illuminata, accedit gratia illuminans & dealbans, primo nigra fuiſti, ſed facta es alba ex gratia illius; fuiſtis enim aliquando tenebræ, nunc autẽ lux in Domino. Dicitur ergo & de te, quæ eſt iſta quæ aſcendit dealbata, tam pulchra, tam luminoſa, tã ſine macula & ruga? Nonne iſta eſt quæ immũda erat in omni cupiditate, deſiderioq. carnali? Induit ſe Dominus Deus noſter cõfeſsionẽ & decorẽ, induit ſe Eccleſiã, ipſa enim Eccleſia confeſsio & decus, ante cõfeſsio, poſtea decus.

Cõcione 1. In Pſalm. 103.

Cant. 6.

Ephes. 5.

25 IDEM ait: Coram ſacerdote confiteri habes, & ipſius iudicium ſubire debes, ſed ſicut Stella differt a Stella in claritate, ſic ſacerdos differt a ſacerdote in ſua conuerſatione. Ex ſacerdotibus vocandi ſunt, ſi noueris peritiores, & curioſiores. Si enim morbis corporum medici probatiores exquiruntur; quanto magis ſpiritualibus animarum putredinibus adhibendi ſunt medici ſubtiliores, & ſi dicere liceat, ſpiritaliores, nam qui ignorat, ignorabitur.

Lib. 1. de viſitat. infirmorũ to. 9.

1. Cor. 15.

26 IDEM vno verbo dicit: Quando iuſſum eſt tabernaculum fabricari multa ibi numeroſa dicta ſunt, in magno ſacramento. Inter cetera vela cilicina iuſſa ſunt fieri non decem, ſed vndecim, quia per cilicium oſtenditur confeſsio peccatorum. Omnia ergo dimitti peccata voluit, qui ea ſeptuageſimoſeptimo deſignauit, quia illud vndecim ductum ſepties, fiunt ſeptuagieſsepties.

Serm. 15. de verbis Domini in Matthæum tom. 10.

Exo. 26.

27 BERNARDVS ſic ait: Chriſtus etſi nõ eguit, tamen voluit circumcidi. Nec veſtigium quidem vllum vulneris habens, alligaturã non refugit vulneris. Non ſic impij, non ſic, non ſic agit peruerſitas elationis humanæ. Erubeſcimus vulnerum ligaturam, qui de vulneribus interdum etiam gloriam gloriamur. Quem nemo poteſt arguere de peccato, ipſe peccati remediũ, & verecũdum pariter, & auſterum ſine vlla neceſſitate ſuſcepit. Nos econtra inuerecundi ad obſcœnitatẽ culpæ, erubeſcimus agere pœnitentiam, quod extremæ dementiæ eſt male proni in uulnera, peius in remedia uerecundi. Qui peccatum nõ fecit, non dedignatus eſt ſe peccatorẽ reputari, nos & eſſe uolumus, & nolumus æſtimari. Itane, ſano opus eſt medicina, & non potius male habentibus?

Serm. 1. circumciſionis

28 IDEM ait: Eſt pudor adducens peccatum, & eſt pudor adducens gloriam. Bonus pudor eſt, quo peccaſſe, aut certe peccare confunderis, & omnis licet humanus arbiter abſit, diuinum tamquam humanum, tanto uerecundius reuereris aſpectum, quanto & uerius, Deumque homine cogitas puriorem. Huiuſcemodi proculdubio pudor fugat opprobrium, parat gloriam, dum aut peccatum omnino non admittit, aut certe admiſſum, & pœnitendo punit, & confitendo expellit. Quod ſi quiſpiam cõfiteri confunditur; id quoque unde compungitur talis pudor peccatum adducit, & gloriam de cõſcientia perdit, quando malum, quod ex profundo cordis cõpũctio conatur expellere, pudor, ineptus, obſtruſo labiorũ oſtio, non permittit exire: cum eum potius exemplo Dauid dicere oporteret, & labia mea non prohibebo, Domine tu ſciſti. Qui & ſeipſum redarguens, puto ſuper hominum ſtulto, & irra-

In ſerm. ad milites templi cap. 12.

Eccli. 4.

Pſal. 39.

Pſal. 31. & irrationabili pudore. Quoniã tacui, inquit, inueterauerunt oſſa mea. Vnde & optat oſtium

Pſal. 140. poni circumſtantiæ labijs ſuis, vt oris ianuam, & aperire confeſsioni, & defenſioni claudere norit. Denique & aperte hoc ipſum orans pe-

Pſal. 110. tit a Domino, ſciens, quia confeſsio, & magnificentia opus eius. Et quod videlicet noſtram malitiam, & quòd æque diuinæ bonitatis, & virtutis magnificentiam minime tacemus, ma-

Pſal. 140 gnum quidem geminæ confeſsionis bonum, ſed Dei eſt donũ. Ait itaque, Nõ declines cor meũ in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis. Quamobrem ſacerdotes caute neceſſe eſt ad vtrumque vigilare ſollicitos, quo videlicet delinquentium cordibus, tanto moderamine verbum timoris, & contritionis inſtigant, quatenus eos nequaquam a verbo confeſsionis exterreant, ſic corda aperiant, vt ora non obſtruant.

29 IDEM inquit, quattuor ſunt quæ impediunt confeſsionem, pudor, timor, ſpes deſperatio. Quoſdam enim impedit pudor, qui ſcilicet pro ſola confuſione, dicere erubeſcũt peccata, quæ commiſerunt. De quo per Salomonem dicitur, Eſt confuſio adducens peccatum. Quo contra de his qui confitentur, iterum dicitur, Eſt confuſio adducẽs gloriã. Quos etiam commendat Propheta dicens, Confeſsionem & decorem induiſti. Et alibi: Confeſsio & magnificentia opus eius. Alios impedit timor, timent enim ſi confiteantur ne grauis eis pœnitẽtia iniungatur, & hos arguit Iob dicens, Qui timet pruinam, irruẽt ſuper illum nix. Sunt autem nonnulli qui in hoc mundo aliquid adhuc cõcupiſcunt, nec putant ſe adepturos quod deſiderant, ſi hominibus quales ſint, innoteſcant. Horum confeſsionem impedit ſpes, ideſt cupiditas potiendi deſiderij talibus Dominus comminatur in Euangelio. Væ prægnantibus & nutrientibus illis diebus. Sunt itẽ alij qui ſolum hoc timent, quòd poſt peccatorum confeſsionem ab iſtis abſtinere minime poterunt. Et his obeſt deſperatio, quibus illud aptari poteſt, Peccator cum in profundum venerit malorum, cõtemnit. Fit vero nonnumquã vt hæc omnia ſimul cõfeſsionem impediant. Sed qui quattuor his malis premitur recte iam in monumento iacet, & velut ille euãgelicus quatriduanus fœtet. Scriptum eſt enim, A mortuo velut qui nõ eſt, perit confeſsio. Quòd ſi is mortuus eſt, qui non confitetur, vtique reuiuiſcet, qui cõfitebitur. Veniat Ieſus & dicat mortuo veni foras. Dicatur ergo illi quem pudor afficit, cur te pudet peccatũ tuũ dicere, quem non puduit facere? Aut cur erubeſcis Deo confiteri, cuius oculis non potes abſcondi? Quod ſi forte pudor eſt tibi vni homini, & peccatori peccatum tuum exponere, quid facturus es in die iudicij, vbi omnibus expoſita cõſcientia tua patebit? Hæc itaque tria proponenda ſunt contra pudorem, ſcilicet cõſideratio rationis, reuerentia intuentis Dei, comparatio maioris confuſionis.

In ſerm. de decreto Anaſtaſij 4 poſt.

30 IDEM ſic habet: De confeſsione audi pſalmum, Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, dixi, hoc eſt in corde propoſui, non coactus, nõ compulſus, ſed ſpontaneus. Iniuſtitiam meã ait, nõ alienam aduerſum me arguens & accuſans. Pro huiuſmodi confeſsione remittes tu Domine impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis ſanctus in tempore opportuno. Hæc præmium in corde germinat ad iuſtitiam, poſt hæc in ore naſcitur ad ſalutẽ. Primus eius gradus eſt cognitio peccati. In hac cognitione videndum eſt, quid egeris, ambulãs in paſsione deſiderij, ſicut & gentes quæ ignorant Deum, conſiderandũ quàm merueris ignẽ æternum, quæ amiſeris bona. Horum conſideratione perterritus tranſi ad pœnitentiã vltricem vitiorum, altricem virtutum, pœniteat te quòd tot, & tantis miſerijs, & flagitijs inuolutus iacueris in luto miſeriæ, & luto fœcis. Dole, quia creatorem offendiſti, cuius legẽ cæleſtia, & terreſtria, præter te indefeſſa ſtatione conſeruant. Et in tanta republica Dei tu ſolus peregrinus es, & imperatoris maieſtatis decreta non curas. Confitendum eſt ita, vt idem ſit in corde, quod ſonat in ore. Nonne Saul & Dauid dixerunt Prophetis Nathan, & Samueli peccaui; & tamen Saul audiuit, Tranſtulit Dominus regnum a te, & dabit illud æmulo tuo, & Dauid, Tranſtulit Dominus peccatum tuum a te, non morieris. Quid eſt hoc, niſi quia quod Saul habuit in ore, non fuit in corde, & humilitas quæ in ore Dauid extitit, in corde etiam radiauit? *Infra*: Oportet confeſſorem non minus eſſe litteratum, quàm religioſum, vt zelũ Dei habeat, & ſecundum ſcientiam, cum indiſcreta religio magis obeſſe ſoleat, quàm prodeſſe. Litteratũ ideo vt ſciat, quid iniungat, cui parcat, & quando parcere debeat, quam conſolationem profe rat de Scripturis. Religioſum vero idcirco, vt puras manus leuet ad Deum, & pro peccatoribus fideliter intercedat. Caueat ne vileſcat in conſpectu eius, qui ei ſuam vilitatem oſtendit, nec ſit ſuſpectus, nec de præterita futuram vitã æſtimet peccatoris. Habeat in voluntate compati, & liberare eum, & nitatur aliquid detrahere ſeueritati. Plura vide infra lib. 14. cap. 26. & infra.

Matt. 24.

Prou. 18.

Ioan. 11.

Eccli. 17.

31

32 AMBROSIVS hortatur ad pœnitentiã mature faciendam ſic. Agenda eſt pœnitentia non ſolum ſollicite, ſed etiã mature, ne forte Euangelicus ille paterfamilias, qui arborem ficum plantauit in vinea ſua, veniat, & quærens fructũ in ea, ſi non inuenerit, dicat cultori vineæ. Succide illam, vt quid etiã terram occupat? Et niſi cultor vineæ interueniat, dicens: Domine remitte illam & hoc anno, vſque dum fodiã circa illam, & mittam cophinũ ſtercoris, excidatur ficulnea. Stercoremus ergo & nos agrum hunc, quem poſsidemus, & imitemur laborioſos agricolas, quos non pudet fimo pingui ſatiare terram, vt fructus vberiores colligant, Et quemadmodum ſtercoremus, docet Apoſtolus, dicens: Et æſtimo vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam &c. Abraham dum ſe ſtercus, & cinerem fatetur ſumma humilitate, inuenit Dei gratiam. Iob in ſtercore ſedẽs omnia,

Libro 2. de pœnitent. c. 1. to. 4.

Luc. 12.

Phil. 3.

quæ amiserat, recuperauit. Et Dauid ait, quòd Deus de terra suscitat inopem, & de stercore erigit pauperē, & nos ergo nō erubescamus fateri Domino peccata nostra. Pudor est, vt vnusquisque crimina sua prodat, sed ille pudor agrum suum arat, spinas tollit, perpetuas sentes amputat, fructus adolet, quos in te mortuos esse credebas &c.

33 IDEM ait: Fleamus ad tempus, vt exultemus in æternum. Timeamus Dominum, præueniamus eum confitendo peccata nostra, corrigamus lapsus nostros, emendemus errorem. Ille enim iustificatur, qui propriū crimen spontе agnouit; dic, inquit, iniquitates tuas, vt iustificeris. Iustus enim in exordio sermonis accusator est sui. Nouit omnia Dominus, sed expectat vocem tuam, non vt puniat, sed vt ignoscat, non vult, vt insultet tibi diabolus, & celantem peccata tua arguat. Præueni accusatorem tuum. Si te ipse accusaueris, accusatorem nullum timebis; si te detuleris ipse, & si mortuus fueris, reuiuisces. Veniet ad monumentum Christus, & si viderit flere pro te Martham boni feminam ministerij, flere Mariam, quę attente audiebat verbum Dei, quæ optimam partē elegit, mouebitur misericordia, cum viderit in tuo habitu lachrymas plurimorū, & dicit. Vbi posuistis eum? Ideſt, in quo rerum statu est, in quo pœnitētium ordine. Videam quem fletis, vt lachrymis suis ipse me moueat, si iam peccato defunctus est, dicet plebs, veni, & vide. Quid est veni? Hoc est veniat peccatorum remissio defunctorum vita, mortuorum resurrectio, veniat, & in hunc peccatorem regnum tuum. Veniet itaque & leuari lapidem iubebit, vt leuaremus delictorum onera, moles quasdam reorum. Videns itaque graue onus peccatoris, illachrymat Dominus Iesus. Solam enim flere non patitur Ecclesiam, compatitur

34 dilectæ suæ, & dicit defuncto. Exi foras. Ideſt, quid iaces in tenebris conscientiæ, & delictorū tuorum sordibus, quodā reorum carcere? Exi foras, delictum proprium prode, vt iustificeris. Ore confessio fit ad salutem, si confessus fuerit a Christo vocatus, claustra rumpentur, & omnia soluentur vincula, & si corruptelæ corporeæ fœtor grauis sit; quatriduū enim habebat ille, cuius caro fœtebat in tumulo. Cuius autē caro non videt corruptionem, triduo fuit in sepulchro: carnis enim vitia nesciuit, quæ ex quattuor constat elementorū substantijs. Quātuslibet ergo mortui fœtor sit, aboletur omnis vbi sacrum redoleuerit vnguentum, & surgit defunctus, & soluere iubētur eius vincula, quæ adhuc in peccato est: tollitur velamen de facie eius, quod veritatem grariæ, quam acceperat, obumbrabat. Sed quia venia donatus est, reuelare faciem, operire vultum iubetur. Non habet enim quod erubescat, cui peccatum remissum est.

Lib. 2. de pœnit. cap. 7 to 4.
Esai. 43.
Prou. 13.
Prou. 18.
Ioan. 11.
Ibid.

Conscientia examinanda frequenter, & de bono considerationis. Cap. XXIII.

BASILIVS ait: Verum rosa in exordio mundi, quando Deus condidit res, spinis carebat; postea vero peccante Adamo pulchritudini floris adiunctæ sunt spinæ, vt nos voluptatis inde capiendæ oblectamento propinquo afficiamur dolore, recordatione delicti, causa cuius factum est, vt spinas & tribulos tellus huic addicta condemnationi nobis proferret. 1 Hom. 5. in Hexamer. to. 1. *Gen.* 3.

IDEM ait: Eminentis sapientiæ vir ille Dauid, inquit, mirabilis facta est scientia tua, siue cognitio tua ex me. Artis enim tuæ solertiam Deus, quæ in me conspicitur, simul atque sum contemplatus; nimirum quanta sapientia corpus ipse meum compegeris, ex istius qualiscumque opificij perpensa cōsideratione opificem te esse eximium agnoui, & prorsus admirabilem. *Infra*: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, vt præsit piscibus maris & bestijs terræ, nobis principio statim conditionis delatum est in cetera ius imperij. Animal itaque es o homo imperio natū, & quid miseram hanc affectuum, & passionum seruis seruitutem? Quid te deturbas vltroneus e fastigio prærogatiuæ istius tuæ dignitatis? Et quid te dedis peccato in vile mancipium? Cur tuapte sponte mancipem te, & captiuum constituis diaboli? Sciuit te, ac iussit Deus in creaturis principem locum tenere, & ecce tanti principatus natura delati dignitatem a te excutis, ac repellis? En habes rationem vitiosi omnis affectus plane dominatricem. 2 Homil. 10. in Hexam. *Psal.* 138. *Gen.* 1.

IDEM ait: Completo iam die pro ijs omnibus, quæ in eo data nobis fuerint, feliciterve nobis euenerint gratiarum actio succedet, eorumq. quæ vel per consensum, aut secus contra animi sententiam prætermissa sint, confessio, ac sicubi latens delictum aliquod, admissum fuerit verbis, operibusve, aut corde pro his omnibus oratione adhibita veniam nobis a Deo comprecabimur. Siquidem ad similia peccata iterum euitanda, valde vtilis est præteritorum consideratio. Idcirco Dauid dicit, Quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini. 3 In resp. ad interrogatio. 37. to. 2. *Psal.* 4.

CHRYSOSTOMVS exponens illa verba: Quoniam iniquitatē meam ego cognosco, sic habet: Esse potest homo qui nō agnoscat peccatū suū? Quanti sunt peccatores, & securi degunt, quanti rapiunt, & non volunt intelligere, quoniā inique agūt, quanti denastāt viduas, & diripiunt pupillorum facultates, quanti circumueniunt aliena matrimonia, & agnoscere nolunt superuenturam sibi calamitatem. Iure ergo possunt hi tales saluari? nescientes, nec agnoscentes facinora sua? Vidisti regem dicentem, Quoniam iniquitatem meā ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper. O ingenuitas animæ, O mentis integritas! Non est oblitus peccati sui, ille in conscientia sua tanquam in imagine homicidium, & adulteriū depictum habebat, & per singulos dies videbat putredinem, & ideo dicebat, quoniam peccatum meum coram me est semper, ego illud video, tu ne id consideres, ego illud scribo, tu quasi Dominus dele. Vide enim quid sit, si tu memor sis, Deus non erit memor, si tu oblitus eius fueris, Deus eius memorabitur. Si semper memor fueris cumuli peccatorū tuorū, eris memor magnitudinis beneficētiæ Dei. *Infra.* Ecce habes codicē vbi scribas quotidianū expēsum, habeto codicem conscientiam tuam, & scribe quotidiana peccata. Quando accubueris super stratum tuum antequam veniat tibi somnus, profer in medium codicem conscientiam tuam, & reminiscere peccata tua, si quid in verbo, aut in facto, vel cogitatione peccasti. hoc enim dicit Propheta, Irascimini, & nolite peccare, quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini. Per Diem nō habuisti tempus, sed iniunctum negotium, & confabulatio amicorum, & domestica necessitas, & filiorum cura, & vxoris sollicitudo, & ceterarum mille te rerum circundederunt cauæ. Quando in lectulum tuum veneris, vt sopori membra concedas, ad tranquillum portum, nemo tibi molestus est, nemo pulsat, dicito in corde tuo, & in anima tua; Expendimus diem o anima quid boni fecimus, aut quid mali operati sumus? Et si quid boni feciſti gratias age Deo, si quid mali, de cetero ne facias. Et reminiscens peccatorum tuorum effunde lachrymas, & poteris in lectulo positus tuo ea delere. Roga Deum tuum, & sic permitte animam tuam soporari. Confessus peccata tua facito tibimetipsi rationem, & ora misericordiam Dei, & inuenies requiem. Quid graue, aut quid molestum positum in lecto quotidiana deflere peccata? Cum reputare tibi cœperis tanquam in equuleo suspende cogitationes tuas, & vngula timoris Dei radito eas. Propone tibi timorem gehennæ, iudicium fac tibimetipsi terribile, leuiorem præpara confessionem cogitatuum tuorum, vt non in futuro die ignauior sis ad perscrutanda peccata. 5 6 Hom. 43. in Matthæum num. 2. 4 Homil. 2. in Psal. 50. to. 1. *Psal.* 4.

IDEM ait: Si cupiditate iudicandi iudex esse velis, sedem ego tibi ostendam, quæ magnum quæstum tibi conferet, & nulla criminis sorde maculabit. Sedeat mens atque cogitatio tua iudex in animam, atque conscientiam tuā, adducas omnia delicta tua in medium, scrutare, quæ animo commisisti, & pone dignas singulorum pœnas, dicas tecum assidue. Quare hoc, atque hoc ausus es, quare illud, & illud perpetrasti? Accusa tua vestigia, non aliena; sic assidue ipsam ad hunc terrorem reuoca, deinde si causam suam dicere non possit, sed balbutiat, atque stupescat, quasi superbam ancillam & fornicatione corruptam, cæde verberibus, ac flagellis dilania. Hoc iudicium quotidie tibi diligenter constituatur. *Infra.* Hæc omnia cū inquiras, nemo asit, nemo perturbet, sed quēadmodum iudices semotis arbitris sentētiam conscribunt, pariter tu quoque ad occasionem tranquillitatis secretiora loca require. Itaque lectum, atque quietem petiturus hoc iudicium ineas, idoneum enim ad hanc rem hoc tempus est, & consentaneus locus camera & lectulus, quod propheta quoque denotauit dicens: Quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini. Id si quotidie diligenter facias terribili futuri iudicis tribunali lætus assistes. Hoc modo Paulus seipsum mundauit dicens, si nosmetipsos dijudicaremus, non vtique iudicaremur. Nos autem non ita facimus, sed contra, quoniam quàmprimum recumbimus, sæcularia nobiscum negotia vertimus, caduca, & instabilia cogitamus, & animam fornicari ac deturpari mille spurcissimis cogitationibus sinimus. *Psal.* 4. 1. *Cor.* 11.

IDEM ait: Idem facere in peccatis oportet, quod in pecuniarum sumptibus, statim cum surreximus a lecto, priusquam nos conferamus in forum, vel priusquam aggrediamur opus aliquod vel priuatum vel publicum, vocato ministro rationem sumptuum petimus, vt sciamus quidnam male, & quid bene expenderit; faciamus igitur hoc, & in operibus nostris vocata conscientia nostra. Scrutemur opera, & verba, & cogitationes, quid vtiliter insumptum sit, & quid in perniciem nostram, quis sermo male expensus in conuitia, in turpiloquia, quæ cogitatio cum damno nostro in opus prodierit. Operam demus vt ab intempestiuo sumptu absistamus, pro semel male insumptis aliud reponamus lucrum, pro verbis temere prolatis sanctas preces, pro visu intemperate facto eleemosynas, & ieiunia. Igitur seruorum mane rationem facere consueuimus, operum autem post cenam, & vesperam ipsam in lecto iacentes, nullo interturbante, nullo obstrepente, omniū eorum, quæ per diem facta, & dicta rationem a nobis exigamus, & si viderimus quid peccatū esse, puniamus nos ipsos, increpemus mentem & rationem, & conscientiam tanto impetu, vt non audeat vltra exurgere, & in idem peccatorum profundū nos inducere, memores quòd tēpus hoc sit huic rationi accōmodatius, sicut Propheta dicit, Quę dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini. Multa per diem non, vt volumus, facimus, & amici exacerbant, & familiares exasperant, & vxor contristat, & puer dolet, & sollicitudo negociorum circumsistit, & non possumus tunc attendere, neque quomodo supplantamur. Omnibus autem illis liberati, & apud nos collecti, sub vespera, multaque fruentes quiete iudicium in lecto requiramus, vt Deum per tale iudicium misericordem faciamus. 7 Serm. 3. de pœnitentia & confessione, tom. 5. *Psal.* 4.

AVGVSTINVS sic ait: Cum nulla scientia melior sit illa qua cognoscit homo sei ipsum, discutiamus cogitationes, locutiones, atque opera nostra. Examinemus quæ fecimus nos, 8 Lib. de Spiritu & Anima to. 3.

nos, si secundum, quod debuimus ea fecerimus, consideremus ea, quæ facturi sumus si sint secundum Deum. Valde siquidem est necessaria nobis circumspectio examinationis quatenus, per experientiam eorum, quæ fecimus, ad ea quæ agenda sunt tutiores reddamur. Præterea necesse est, vt per singulos dies vitam nostram ad iudicium vocemus, & quid egimus per noctem, & diem, examinemus.

9 IDEM explicans illa verba: Anticipauerunt vigilias oculi mei (vbi ipse legit inimici mei) inquit: Plus me vigilauerunt inimici mei, plus vigilando præoccupauerunt me, plus vigilauerunt dæmones ad decipiendum, quàm ego ad custodiendum me, vt autem huic damno prouideam cogitaui dies antiquos, annos æternos in mente habui. Iam iste velut qui vapulauerat foris tulit se intro. In secretario suæ mentis agit. Et quid ibi agat dicat nobis? Cogitaui dies antiquos. Bene est illi, intus est apud se, cogitat dies antiquos. Ita sit ei bene secum, adiuuet Deus, cogitet dies antiquos & dicat nobis in ipso suo interiore cubiculo, quid egerit, quo peruenerit, quid transilierit, vbi manserit, Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui. Qui sunt anni æterni? Magna cogitatio. Videte quid sibi vult ista cogitatio, nisi magnum silentium ab omni forinsecus strepitu, ab omni rerum humanarũ tumultu? Intus requiescat, qui cogitare vult istos annos æternos. Numquid anni, in quibus sunt, aut faciunt maiores nostri, aut erunt posteri nostri, æterni sunt? absit. Quid enim de
10 his annis manet? dies vna? vna hora? minime, sed vnum instans. Anni isti mutabiles sunt, anni æterni cogitandi sunt. Hos annos iustus transiliens in silentio cogitauit, & meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar, & scopebam spiritum meum. Si scrutaretur iste terram, vt venas auri inueniret nemo eum desipere diceret, immo sapientem multi dicerẽt, qui vellet ad aurum peruenire? Quanta homo habet intus, & non fodit? Scrutabatur iste spiritum suum, & cum ipso spiritu suo loquebatur. Seipsum interrogabat, seipsum examinabat, in se iudex erat, & perscrutabar, inquit, spiritum meum. *Infra*. Et dixi nunc cœpi, hæc mutatio dexteræ excelsi, memor fui operum Domini. Memor fuit dierum antiquorum, & annos æternos in mente habuit, memor fuit misericordiæ Domini, quia non repellet Dominus in æternum. Habemus nos cubile nostrum. Quare non illuc intramus? Quare non in silentio agimus? Quare non spiritum nostrum perscrutamur? *Infra*.
Esai.46. Recedite homines ab affectionibus vestris: Quo itis? Quo curritis? Quo, non solum a Deo, sed etiam a vobis fugitis? Redite præuaricatores ad cor, scrutamini spiritum vestrum, recolite annos æternos, inuenite misericordiam Dei circa vos.

11 GREGORIVS explicans illa verba:
Lib.1. mor. c.20. to.2. cap.1. Ne forte peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus suis, ait: Tota virtute perspiciendus est fluuius operis, si purus emanat ex fonte cogitationis. Curandum itaque *Iob 1.* est, ne bona nostra pauca sint, curandum ne indiscussa, ne aut pauca agentes inueniamur steriles, aut indiscussa relinquentes vecordes. Vnde recte ad Moysem dicitur, Sume tibi aromata, & stactem, & onychem, galbanum quoque boni odoris, & thus lucidissimum, faciesq. thymiama compositum opere vnguentarij, mixtum diligenter, & purum. Thymiama quippe ex aromatibus compositum facimus, cum in altari boni operis, virtutum multiplicitate redolemus. Quod mixtum, & purum fit, quia quanto virtus virtuti iungitur, tanto incensum boni operis sincerius exhibetur. Vbi & bene subiungitur. Cumque in tenuissimum puluerem vniuersa aromata contuderis, pones ex eo coram testimonij tabernaculo. In tenuissimum puluerem aromata vniuersa cõterimus, cum bona nostra quasi in pilo cordis occulta discussione tundimus, & si veraciter bona sint, subtiliter retractamus. Aromata ergo in pul- 12
uerem redigere est virtutes cogitando terere, *Ibidem.*
& vsque ad subtilitatem occulti examinis reuocare. Et notandum, quòd de eodem puluere dicitur, pones ex eo coram testimonij tabernaculo, quia tunc nimirum bona nostra veraciter in conspectu iudicis placent, cum hæc mens subtilius cogitando conterit, & quasi de aromatibus puluerem reddit, ne grossum durumque sit bonum, quod agitur, ne si hoc arcta retractationis manus non comminuat, odorem de se subtilius non aspergat. Hinc est, *Cant. 3.*
quòd sponsæ virtus sponsi voce laudatur cum dicitur, Quæ est ista quæ ascendit per deserta sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij? sancta quippe Ecclesia sicut fumi virgula ex aromatibus ascendit, quia ex vitæ suæ virtutibus in interni quotidie incensi rectitudinem profi cit, nec sparsa per cogitationes defluit, sed se se intra arcana cordis in rigoris virga constringit. Quæ ea quæ agit dum cogitare semper ac retractare non desinit, myrrham quidem, & thus habet in opere, sed puluerem in cogitatione. Hinc est, quòd de oblatoribus hostiæ, ad Moysem iterum dicitur, detracta pelle hostiæ artus in frustra concidant. Pellem nam- *Leuit. 1.*
que hostiæ detrahimus cum a mentis nostræ oculis superficiem virtutis amouemus. Cuius artus in frusta concidimus, cum distinguentes subtiliter eius intima membratimque cogitamus. In cunctis ergo mens vigilanter debet semetipsam circũspicere, atq. in ipsa circumspectionis suæ prouidẽtia perseuerare. Vnde recte subiungitur sic faciebat Iob cunctis diebus vitæ suæ.

IDEM explicans illa verba: cap. 1. Ezechielis 13
de animalibus sanctis, Et vnumquodque cõram *Homil. 4. Ezechielẽ. to.2.*
facie sua ambulabat, ait: Omnis iustus qui vitam suam sollicitius aspicit, & diligenter considerat quantum quotidie in bonis crescat, aut fortasse quantum a bonis decrescat iste, quia se ante se ponit coram se ambulat, quippe, qui vigilanter videt vtrum surgat, an defluat. Quisquis vero vitæ suæ custodiam negligit, discutere quæ agit, quæ loquitur, quæ cogitat, aut despicit, aut nescit, coram se iste non ambulat, quia qualis sit in suis moribus, vel in actibus ignorat. Nec sibimetipsi præsens est, qui semetipsum quotidie exquirere, atque cognoscere sollicitus non est. Ille autem veraciter se ante se ponit, sibique in præsenti est, qui se in suis actibus tamquam alterum attendit. Nam sunt multa peccata quæ committimus, sed idcirco nobis grauia non videntur, quia priuato nos amore diligentes clausis nobis oculis in nostra deceptione blandimur. Ex quo fit, vt hoc, quod nos agimus, & graue esse non existimamus, plerumque agatur a proximo, & nimis nobis detestabile esse videatur. Sed quare hoc quod in nobis vile esse videbatur, graue esse videtur in proximo, nisi quia, si nos sicut proximum aspiceremus, nostra reprehensibilia districte videremus. Hoc male diuisum mentis nostræ iudicium corrigere per legis præceptũ
Leuit. 19. 14 Moyses studuit cum diceret, vt iustus deberet
Prou. 20. esse modius, æquusque sextarius. Hinc salomon ait, Pondus, & pondus, mensura & mensura, vtrumque abominatio est apud Deum. Scimus, quia in negotiatorum duplici pondere aliud maius, aliud minus est. Nam aliud pondus habent ad quod pensant sibi, & aliud pondus ad quod pensant ea quæ sunt proximi, & aliter ea quæ sua sunt. Pondus, & pondus habet, vtrumq. ergo abominabile est apud Deum, quia si sic proximum, vt se diligeret, hunc in bonis sicut se amaret, & si sic se sicut proximũ aspiceret, se in malis sicut proximum iudicaret. Debemus ergo nosmetipsos sollicite sicut alios videre, nosque ipsos, vt dictum est ante nos ponere, vt pennata animalia incessanter imitantes, & ne nesciamus, quid agamus, corã facie nostra semper ambulemus. Peruersi autẽ sicut paulo ante diximus coram facie sua non ambulant, quia ea quæ agunt nunquam considerant, ad interitum tendunt, in prauis actibus exultant. Hi coram facie sua non ambulant, quia si sibimetipsis præsentes essent, cũcta quæ agunt subtiliter viderent, qualiter bona opera malis actibus perdant agnoscerent, sicut scriptum est, & qui mercedes congregauit, misit
Aggeus 1. eas in sacculum pertusum. De pertuso quippe sacculo aliunde exit, quod aliunde mittitur, quia indiscretæ mentes mercedem, quæ ex bono opere acquiritur, non aspiciunt, quomodo ex malo opere perdatur.

15 IDEM explicans illa verba, Et totum cor-
Hom. 7. in Ezechielẽ. pus oculis plenum in circuitu ipsorũ quattuor, inquit: Corpora animaliũ idcirco plena oculis describuntur, quia sanctorum actio ab omni parte circumspecta est, bona desiderabiliter prouidens, mala solerter cauens. Et hoc est la borioſius, quia sanctorum mens vehementer innigilat, ne se ante eorum oculos mala sub bonorum specie abscondant *Infra*. igitur, quia sancti viri solerter inuigilant, vt se vndique aspiciant, & vbique custodiant, ne aut mala pro pterea ipsa appetant, aut hæc eadem sub specie bonorum agant, scilicet ne se eis vitia virtutes esse mentiantur. Totum corpus plenum in circuitu oculis habent, quia omnis eorum actio prouidentia sollicitudinis, & repletur, & circundatur, alia lectio habet dorsa eorum plena oculis. ea enim quæ sunt in facie, sæpe etiam peccatores homines custodire solent. Iusti autem viri quia se, & in eis custodiunt quæ in promptu, & in facie non videntur, in dorsis oculos habere referuntur. Qui ergo, & ea quæ in occultis sunt discutiunt, atque ab ipsis se custodiunt, quæ latent, profecto oculos in dorsis habent.

16 BERNARDVS ait: Fili memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Re- *Serm. de primordiis mediis, & nouissimis.*
cole primordia, attende media, memorare nouissima tua. Hæc pudorem adducunt, ista dolorem ingerunt, illa metum incutiunt. Cogita vnde veneris, & erubesce, vbi sis, & ingemisce, quo vadas, & contremisce. Primo siquidem cum in honore esses o homo, non intelexisti, vnde comparatus es iumentis insipientibus, erubesce comparatum te esse iumentis, memorare nouissima tua, & time ne abeas etiã post iumenta. Cum iumentis partiris cibum terræ, qui panem angelicum fastidisti. Non solum autem, sed etiam, quod peius est, in recto corpore curua est anima. An non confunderis sursum caput habere, qui sursum cor non habes? Corpore rectus stare, qui corde repis in terra? An non repere est in terra carnem sapere, carnalia desiderare, carnalia quærere? Verumtamen quia ad imaginem Dei creatus es, si perdidisti similitudinem, similis factus iumentis, sed in imagine pertransisti. Ergo in sublimi positus non intellexisti, quoniam limus esses, noli infixus in limo profundi ignorare, quia imago Dei es, & erubesce, quod peregrinam ei superduxeris similitudinem. Memor nobilitatis tuæ, pudeat te tantæ deiectionis. Ne ignores pulchritudinem tuam, vt de fœditate amplius confundaris. Eras enim aliquando gloria, & honore coronatus, constitutus super opera manuum Domini, incola paradisi, angelorum ciuis, & domesticus Domini Sabaoth. Hinc deiecisti te ipsum in has interiores tenebras, vnde ad exteriores quoq. & palpabiles tenebras eijciẽdus eris aliquãdo, si non caues. Ec ce vnde venisti, vis nosse quo deueniſti? In locũ vtiq. afflictionis. Si quidem vita tua inferno ap propinquauit. Quid enim hic nisi labor, & dolor & afflictio spiritus? Sed nunc ita contigit tibi, ac si puer in carcere natus sit, & in carcere nutritus, & quia nunquam viderit lucem, miretur super anxietate matris suæ. Illa enim scit vnde doleat, & quia nouit bona, grauiora sunt ei mala, & recordatione pacis amaritudo eius amarissima. Tibi magna bona videntur minora mala, & præ maioribus compedibus quibus assuetus es, minores annulos requiem putas. Comedere appetis, quia fames te cruciat, vtrũque labor est, sed quia fames grauior magis, comedere nescis esse laborẽ. Denique postquã
17
fames,

fames depulsa fuerit, vide si non grauius ducis comedere quàm esurire. Sic se habent vniuersa sub sole, vt nihil sit in eis vere iucundum, sed ab vno semper transire velit homo ad aliud, solaque vicissitudine releuetur homo vtcumque, ac si prosiliat ab aqua in ignem, & inde rursus in aquam resiliat, vtpote qui neutrum ferre possit. Omnis siquidem laboris remedium, alterius laboris initium est. An non in amaritudine moratur oculus tuus quoties ista cõsiderat? Nouissima autem sunt mors, iudicium, & gehenna. Quid horribilius morte? Quid iudicio terribilius? Quid gehenna intolerabilius potest cogitari? Nam in morte non magnum, non paruum aliquid de bonis huius mundi tecum delaturus es, in iudicio, nec fallere, nec resistere possibile erit, in gehenna penitus nulla consolatio, sed perpetuum væ vlulatus, fletus, & stridor dentium.

18 Lib. 1. de cõ fid. ad Eug. Papam.

IDEM sic habet: Nunc autem quoniã dies mali sunt, considerationi aliquid tui, & cordis, & temporis conuenit sequestrare. In partibus considerationis præcipuum est vacare, & videre, quoniam suauis est Dominus, quoniam ego sum Deus. Et primum quidem ipsum fontem suum, idest mentẽ de qua oritur purificat consideratio, deinde regit affectus, dirigit actus, corrigit excessus, componit mores, vitam honestat & ordinat. Postremo diuinarum pariter, & humanarum rerum scientiam confert. Hæc est quæ agenda præordinat, acta recogitat, vt nihil in mente resideat, aut incorrectum, aut correctione egens. Hæc est quæ in prosperis aduersa præsentit, in aduersis, quasi non sentit, quorum alterum fortitudinis, alterum prudentiæ est. Hæc item est, quæ inter necessitates, & voluptates media quasi quædam arbitra sedens, vtrinque certis limitibus disterminat fines, istis assignans, & præbens quod sat est, illis quod nimis est demens.

19 In lib. cui titulus est formula honestæ vitæ.

IDEM ait: Ista semper in mente habeas, quid fuisti, quid es, &, quid eris. Quid fuisti quia sperma fœtidum, quid es, quia vas stercorum, quid eris, quia esca vermium. Cum habes aliquid quod tibi displicet, vel times, habere cogita, quòd si tu esses in inferno; & illud, & quicquid nolles haberes. Et cum habes aliquid, quod tibi placet, vel optas habere, cogita, quòd si tu esses in paradiso haberes illud, & quicquid velles. Si autem in inferno esses, nec illud, nec aliud, quod velles haberes. Cogita de tempore, quod perdis, quod illi, qui in inferno sunt, darent totum mundum, si haberent pro eo. Omni die, cum vadis iacere, examina diligenter quid cogitasti, & quid dixisti in die, & quomodo vtile tempus, & spatium, quod datum est ad acquirendum vitam æternam dispensasti, & si bene transiuisti, lauda Deum, si male, vel negligenter lugeas, & sequenti die non differas confiteri. Si aliquid cogitasti, dixisti, vel fecisti, quod tuam conscientiam multum remordeat, non comedas antequam confitearis

20 In lib. qui dicitur speculum monachorum.

IDEM sic habet post completorium singulis diebus capitulum sibi teneat Monachus, & conuocatis cogitationibus suis ponat rationẽ diligenter, quid ipsa die, cogitatione, locutione, vel opere deliquerit, publice, vel priuatim, per singulas noctes lectum suum lauans, hoc est singulis peccatis, lachrymis, & doloribus purificatis diligenter de singulis computet; emendatioris vitæ desiderio tactus, cogitationum, locutionum, operumq. suorum sit sollicitus explorator, vt singulos excessus suos corrigat.

21 Oct. 8. in ps. 118. to. 2.

AMBROSIVS super illud, Cogitaui vias meas, &c. ait: Cogitaui vias meas futuras, vt ante meos actus cogitationibus præuenirem ne in ipsis aliquid offensionis inciderem, omnia igitur cum cogitatione facito, vt non te pœniteat aperti oris tui, an vero si viam ingressus cum veneris ad compitum aliquod, si nescias, quod iter ingredi debeas, stas tamen & cogitas ipse tecum vtrum primã, an secundam, aut tertiam viam eligas, quam sequaris, nec putas prius adoriendum iter, quam animo definieris, stas igitur cogitans quę sit via quę in ciuitatem ducat, ad quam tibi putas esse pergendum, quanto igitur magis animo debes, ac mente consistere, qui ad regnum cæleste tendis, & cogitare tecum, quia non omnis via illo ducit, non omnis via illo dirigit ad Hierusalem illam, quæ in cælo est. Sunt viæ quæ malos exitus mortis habẽt. Hæ sunt viæ de quibus legisti, quia sunt viæ quæ videntur viro rectæ esse, vltima autem eius aspiciunt in profundum inferni. Est autẽ via angustior illa quæ ducit ad Dei regnum; volens ergo eã ingredi viam, quę ad Deum ducit, nõ circũspicies, non tecum ipse tractabis, ne facile capiaris affectu, si viæ latitudine progrediaris iter, quod ad inferna deducat?

Prou. 14.

22 Oct. 12. super psal. 118. to. 2.

IDEM super illud, Nisi quia lex tua meditatio mea est, tunc forte perissem in humilitate mea, sic ait: Quando in afflictionis tempore sumus, & quatimur aduersis, meditatio nobis in lege sit, ne imparatos procella tentationis affligat. Athleta nisi exercitio palæstræ prius fuerit assuefactus nõ audet subire certamẽ, &c. quanta simul coaceruata sunt, vt in illa afflictione Iob, sanctus periret? sed quia patriarcharum moribus informatus, oraculorumq. cælestium, & naturalis legis erat institutione formatus ideo in tentationibus tantis perire non potuit. Deniq. cum amisisset tam amplas subito facultates, chariſſimos filios, quasi is, cui meditatio quotidiana esset in lege diuina, ait, Nudus exiui de ventre matris meæ, &c. Dominus dedit, Dominus abstulit, &c. perfusus etiam corporis totius vlceribus, cum tentaretur vxoris alloquijs, & amicorum, nonne dicebat, Nisi quia lex tua meditatio mea est, tunc forsitan perijssem in humilitate mea? Quanta sanctus Ioseph pertulit, quàm acerba, quam dura fratrum odia, seruitutis ærumnas, &c. neque hoc satisfuit ad tentationis acerbitatem, sed aduersarius per mulierem laqueos tetendit, trusus est in carcerem, & innocens inter noxios est æstimatus, &c. quid igitur aliud melius diceret sanctus

Gen. 2.

ctus Ioseph, quàm istud ad Dominum, Nisi quia lex tua meditatio mea est, &c. quàm grate hoc dicit hodie, qui in martyrio plurima flagella sustinuit equuleo, & vngulis, &c. gladioq. comprobatus, potuit enim perire nisi meditatus in lege grauiora præsentibus futura supplicia credidisset, &c. fertur prophetæ cuidam, & plerique ferunt, quòd Esaiæ in carcere posito, cum mole imminentis vrgeretur exitij dixisse diabolum, dic quia non a Domino locutus es, quæ dixisti, & omnium in te mentes affectusque mutabo, vt qui indignantur ob iniuriã, absolutionem conferant, sed ille gratius iudicauit pro veritate supplicium, quam pro adulatione beneficium, quod vtiq. non feciſſet, nisi in meditatione legis, fuisset exercitatus, &c.

Conscientia viri iusti secura, & multum pacata est, peccatoris autem accusans, & turbata. Cap. XXIV.

1 Homil. 13. in Genesim to. 1.

ORIGENES explicans illa verba. Gen. 26. quòd Philistijm obstruxerunt puteos Isaac, ait: Vide quia in vniuscuiusque nostrum anima est puteus aquæ viuæ, est quidam cælestis sensus, & imago Dei latens, & hunc puteum Philistijm, idest potestates aduersæ repleuerunt terra. Quali terra? Carnalibus sensibus, & terrenis cogitationibus, & propterea portauimus imaginem terreni. Sed nunc quoniam venit noster Isaac Dominus noster, fodiamus puteos nostros, & abijciamus ab eis terram purgemus eos ab omnibus sordibus, & a cunctis cogitationibus luteis, & terrenis, & inueniemus in eis aquam viuam. Adest verbum Dei, & hæc nunc eius est operatio, vt de anima vniuscuiusque uostrum remoueat terram, & aperiat fontem viuum. Intra te enim est sicut mulier illa, quæ perdiderat drachmam, non illam inuenit extrinsecus, sed in domo sua, postquam mundauit domum sordibus, & immunditijs, quas longi temporis ignauia, & herbetudo congesserat. Intra te est drachma, quia cum Deus ab initio cõderet hominem ad imaginem, & similitudinem suam fecit illum. Hæc in te videri non poterat, donec domus tua sordida erat, immunditijs, & ruderibus repleta. Iste fons scientiæ intra te erat situs, sed non poterat fluere quia Philistijm repleuerant eum terra, & fecerant in te imaginem terreni. Nunc vero ab illa omni mole, & oppressione terrena per verbum Dei purgatus, imaginem cælestis in te splendescere facito.

Luc. 15.

2 Homil. 13. in cap. 8. Hier. to. 3.

IDEM explicans illa verba: Quia oculi mei, super omnes vias eorum non sunt abscondita a facie mea, vbi Origenes habet non se absconderunt a facie mea, & ait: Qui sancti sunt, non se abscondunt a facie Dei, qui autem iniusti absconduntur a facie eius. Adam post transgressionem cælestis mandati, audiuit vocem Domini Dei deambulãtis in paradiso post meridiem & abscondit se. Sanctus hoc non facit, sed conscientia actuum suorum habet fiduciam ad Deum. Si enim conscientia nos non reprehenderit, fiduciam habemus ad Deum. Verum Adam quamuis peccauerit, tamen non vsquequo ad perfectã malitiam mens eius corruit, & ideo absconsus est a facie Dei. Cum autem peccauerit impijssimus fratricida, egressus est a facie Dei, & habitauit in terra Naid. Si ad malorum comparationem venias, melius est abscondi a facie Dei, quàm fugere eum. In alio quippe conscientiæ vulnus inflictum, tenebras, & secreta perquirens, leuare oculos non patitur ad cælum. In alio autem desperatione nata contumacia negligit Dominum.

Gen. 2.

Gen. 4.

3 Hom. 17. in Gen. to. 1.

CHRYSOSTOMVS explicans illa verba, quòd primi parentes audientes vocem Domini absconderunt se, ait: Mox, vt intrauit peccatum, & præuaricatio, erubescentia, & tumultuatio eos inuasit. Quippe iudex incorruptus, conscientiam puto, cum aduersus hominem exurgit, clara voce clamat, & accusat, & ostendit, & quasi ante oculos scribit peccatorum magnitudinem. Eamq. ob rem misericors Deus principio cum formaret hominem, conscientiam illi indidit accusatricem perpetuam, quæ decipi, & deceptionem ferre posset numquam. Et licet quis admisso peccato omnes homines celet, ab illa tamen accusatrice non poterit delitescere, nam hanc intrinsecus habentes, vbicumque sumus, circumferimus. Ipsa nos circumit, obturbat, laniat, flagellat, nũquam quiescit, sed domi, & in foro, & in templis, & in mensa, & dormientem, & surgentẽ adoritur, rationem delictorum exigit, obque oculos proponit, & delictorum grauitatem, & subsecuturam pœnam. Et quasi medicus optimus non cessat sua medicamenta apponere, & si semel depellatur, neque sic desistit, sed continuam curam gerit. Hoc & conscientiæ opus est, vt iugiter memoriam ingerat, nec permittat vnquam in factorum obliuionem nos venire, sed ob oculos proponat, vti vel hac ratione nos tardiores faciat, ne in eadem peccata prolabamur. Porro si cum hinc tantum nobis est subsidij, & tantum adiutorij, & assidet nobis, tam importuna accusatrix, quæ nostram mentem flagellet, & cor lancinet, & quouis carnifice grauius apprehendat, & plerique neque sic peccata vincimus, si hoc destitueremur subsidio, quorsum tunc non statim excideremus? Et propterea protoplastus, vt illum sensum accepit aduentum Domini secum cogitans, statim se occultauit. Quare dic oro? Quoniam videbat sibi trucem aditare accusatorem, conscientiam dico. Neque enim alium obiurgatorem, & testem peccatorum habebat, sed vnicum illum quem intrinsecus circumferebat.

4

5

IDEM ait sic habet: Antequam homines scele-

scelerati in futuro sæculo puniantur, iam nunc in peccatis degentes cruciantur. Nec enim mihi dixeris illum mensa sumptuosa frui, vestibus circundari fericis, mancipiorum greges circumferre, sed explica mihi istius conscientiam, & videbis intus grauem peccatorum tumultum, iugem metum, tempestatem, turbationem, videbis velut in curia mentem ad thronum conscientiæ conscendisse regalem, & tamquam iudicem quempiam sedentem, & cogitationes loco carnificum adhibentem, in equuleo suspendentem, lateraque conscientiæ radentem vngulis, pro commissis vehementer inclamantem, cum nemo sciat, nisi quòd solus Deus hæc videre nouerit. Etenim, qui committit adulterium etiam si millies fuerit diues, etiamsi nullum habeat accusatorem, non desinit tamen intus seipsum accusare, & voluptas quidem temporaria est, dolor vero perpetuus, timor vndique ac tremor obambulat amarum accusatorem circunferens conscientiam, nec vel ad breue tempus potest respirare. Nam, & in lecto, & in mensa, & inforo, & in domo, & interdiu, & noctu, & in ipsis frequẽter somnijs hæc iniquitatis simulachra videt, ipsiusq. causa vitam viuit gemens, ac tremẽs super terram cum nemo sciat, intus tamen habet ignem implicitum.

IDEM ait: Sed quare nobis Deus iudicẽ in animo sic perpetuo vigilantem, & attentum construit? Conscientiam loquor. Nec est enim vllus inter homines adeo vigilans, vt est nostra conscientia. Nam externi iudices, & pecuniis corrumpuntur, & assentationibus deliniuntur, & simulant, denique multa sunt alia, quæ rectorum illorum iudicium deprauant; at conscientiæ tribunal nulli hominum nouit cedere, sed quamuis dederis pecunias, quamuis mineris, aut quoduis aliud facias iustam feret sententiã, aduersus peccatorum cogitationes, adeo, vt ipse quoque, qui peccatum admisit seipsum condemnet, etiamsi alius nullus accuset. Neque id semel, atque iterum, sed sæpius, immo per omnem vitam hoc facere non desinit. *Infra*. Ideo nobis dedit conscientiam, vt doleamus plus diligens nos, quàm pater filium. Nam pater vbi semel, iterum, ac tertio, deciesve filium increpauerit incorrigibilem manere desperans expellit familia, a cognatione resecat. At non eodem modo conscientia, sed licet semel, & iterum, & millies admonuerit, tuque non obtemperes monebit iterum, non desistet vsque ad postremum halitum. Ea propter, & illud prouidit, vt ex interuallis nobis immineret conscientiæ redargutio, propterea quod est admodum seuera, & quouis stimulo acrius pungere consueuit peccatorem. *Infra*. conscientiæ increpatio sacra est anchora non sinens nos tandem in peccatorum demergi profundum, hanc habebant accusatricem fratres Ioseph tot transactis annis, cum emerent frumenta in Ægypto, hæc illos ac cusabat sine accusatore.

7 HIERONYMVS illa verba: Torsiones & dolores tenebunt, quasi parturiens dolebunt, vnusquisque ad proximum suum stupebit, intelligit de conscientia impiorum qua ipsi torquentur, & facies habent combustas eo igne quem sibi succenderant. Lib 6. in c 13. Esa. 10.

IDEM explicans illa verba: Cor impij quasi mare feruẽs, ait: Iniquorum corda fluctuabunt quasi mare feruens, & quiescere nunquã poterunt. Sicut igitur mare feruens quiescere nunquam potest, sed redundant fluctus eius, & reuoluuntur ad littora, atque iterum resorbentur, & in se fracti lutum efficiunt, quod pedibus conculcatur, sic impij habentes cor vt mare æternæ conculcationi subiacebunt, quorum nullum est gaudium, & nulla pace requiescunt. Lib. 16. in c. 56. Esaiæ. 8

IDEM vbi nostra habet lectio, Ergo, & tu porta confusionẽ tuam, Septuaginta verterunt, Et tu sustine tormentum tuum, & hunc locum intelligit de impijs, qui cum propria torquean tur conscientia, portant tormentum suum, & in isto sæculo sustinent propria voluntate cruciatum. Lib. 5. in c. 16. Ezech. 9

AVGVSTINVS ait: Dominus in Euangelio, inquit, intra in cubiculum tuum, claude ostium tuum, & ora in occulto. Cum intras cubiculum tuum intras cor tuum. Beati qui gaudent quando intrant ad cor suum, & nihil mali ibi inueniunt. Quomodo nolunt intrare domos suas, qui habent malas vxores, quo modo exeunt ad forum, & gaudent, cœpit hora esse, qua intraturi sunt in domum suam, & contristantur. Intraturi sunt enim ad tædia, ad murmura, ad amaritudines, ad euersiones, quia non est domus composita vbi inter virum, & vxorem pax nõ est. Si ergo miseri sunt, qui cum redeunt ad parietes suos, timent ne aliquibus suorum perturbationibus euertantur; quanto sunt miseriores, qui ad conscientiam suam redire nolunt, ne ibi litibus peccatorum euertantur? Ergo vt possis libens redire ad cor tuum munda illud, Beati enim mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Aufer mala, & intra cor tuum, & gaudebis ibi. Cum ibi cœperis gaudere, ipsa munditia cordis tui delectabit te. In exposit. ps. 33. ad Matt. 6.

IDEM explicans illa verba: Perambulabam in innocentia cordis mei in medio Domus meæ, ait: Medium domus suæ, cor suum dicit. Domus enim nostra interior cor nostrũ est. Hanc domum quisquis habet malam, pellitur ab illa foris. Quis enim in corde premitur mala conscientia, quomodo quisquis ab stilicidio exit de domo sua, aut a fumo, non ibi se patitur habitare: sic qui non habet quietũ cor, habitare in corde suo libenter non potest, tales foras exeunt a se ipsis animi intentione, & de his quæ foris sunt circa corpus delectantur, quietem in nugis, in spectaculis, & alijs malis quærunt. Quare foris voluerunt sibi bene esse? Quia non est illis intus bene, vnde gaudeant in conscientia sua. Ideo Dominus cum sanasset paralyticũ, ait: Tolle grabatũ tuum, & vade in domum tuam. Faciat illud anima quæ quasi In psal. 100. 10 Ioan. 5.

quasi paralysi dissoluta est in membris bonæ operationis constringatur, vt bene operetur. Tollat grabatum suum regat cor suum, iam eat in domum suam, intret in conscientiam suam, iam latam inueniet vbi deambulet, & psallat, & intelligat.

11 Serm. 10. ad fratres in eremo to. 10. IDEM: Differens de puritate conscientiæ ait, Spirituale gaudium non operatur diuitiarum copia, non fallax mundi gloria, non prolis fecunditas, non corporis sanitas, sed tantum conscientiæ puritas. O felix sanctæ conscientiæ iucunditas, quæ vermem interiorem excludis, quæ a carcere doloris liberas rationem, quæ ab omni immunditia purgas mentem! O mens sancta, paradisus deliciarũ varijs bonorum operum virgultis consita, varijsque virtutum floribus purpurata, & suauiter cælesti gratia irrigata! Hæc est, fratres, paradisus in qua plantatur lignum vitæ, & cælestis sapientiæ. Hæc est thalamus Dei, palatium Christi, habitaculum Sancti spiritus. Hæc est thronus Salomonis, lectus sponsi cælestis, in quo ipsa conscientia bona optime delectatur, & requiescit cum sponso suo. O conscientia Gen. 2. 4. in te, & tibi occurris, Rebecca cum Isaac ve- 3. Reg. 1. niente de agro. In te delectatur Iacob cum Rachelis coniugio, in te Sunamitis Abisag Regem Dauid iucundis fouet amplexibus. O conscientia sancta in terra adhuc es, & in cælis habitas!

12 Lib. 11. moralium. c. 19. in 2. GREGORIVS explicans illa verba: Ex 13. Iob, Quare tacens consumor ait, Tacens consumitur, qui de stulta se cogitatione reprehendens apud semetipsum dente conscientiæ mordetur. Ac si aperte dicat, sic vixi vt accusatorem exterius nullum timerem, vtinam sic vixissem, vt intra memetipsum accusatricem conscientiam non haberem. Tacens enim consumitur, qui intus in se inuenit, vnde vratur conscientia sua.

13 Lib. 12. moralium. c. 21. IDEM explicans illa verba: Cap. 15. Sonitus terroris semper in auribus illius, & cum pax sit, ille insidias suspicatur, inquit: Habet iustus quasi arcem quandam fortitudinis simplicitatem suam. Vnde per Salomonem Prou. 14. dicitur, Secura mens quasi iuge conuiuium. Quasi enim continuatio refectionis est, ipsa tranquillitas securitatis. At contra mens praua, semper est in laboribus, quia aut molitur mala, quæ inferat, aut metuit, ne hæc sibi ab alijs inferantur. Cui ergo tranquillitas securitas deest, huic proculdubio terroris sonitus semper in auribus est. *Infra*. terrebit eum tribulatio, & angustia vallabit eum sicut regem, qui præparatur ad prœlium. Quia apud semetipsum in labore timoris deficit, qui securitatis sociam viam veritatis relinquit. Qui bene regi præparato ad prœlium comparatur, quia in eo ipso malo quod agit, & terretur, & festinat, & ex conscientia trepidat, & ex desiderio anhelat, metuit, pauescit, & mentem per audaciam erigit, & quamuis animus trepidet, & conscientia accuset, cupiditate tamen sua iniquus vincitur, & suppresso pauore audaciã de iniquitatibus sumit.

IDEM explicans illa verba Iob cap. 29. In nidulo meo moriar, ait: Quid hoc loco per nidi nomen exprimitur, nisi tranquilla quies fidei qua vnusquisque infirmus nutritur? Nam nisi sancta Ecclesia infirmos quosque filios, nunc in nido pacis enutriret, psalmista non diceret, Etenim passer inuenit sibi domum, & turtur nidum vbi reponat pullos suos. Iam quippe domum inuenit sibi passer, quia æternum cæli habitaculum noster redemptor intrauit. Et turtur inuenit nidum, quia sancta ecclesia amore conditoris affecta crebris gemitibus vtitur, & velut nidum sibi, idest pacatissimam, & fidei, & mentis quietem construit, in qua crescentes filios quasi plumescentes pullos, quousque ad superiora euolent, charitatis gremio calefactos fouet. 14 Lib. 19. moral. c. 16. *Psal.* 83.

BERNARDVS sic habet: Is qui voluntatem habet, non peccandi, & custodiendi pedes suos a lapsu, qui commissa præteriti temporis, & plangit, & punit, qui malignos cogitatus aduenientes cordi suo allidendo ad Christum respuit, hoc tanquam triplici funiculo strictus, atque constrictus, conscientiam habet, & purificatam, & puram. Tranquillam autem dixerim, cum iam ipse Spiritus testimonium perhibet spiritui eius, quòd filius Dei sit, cum omnibus dulcis est, nulli grauis, vtens amico ad gratiam, inimico ad patientiam, quibus potest ad beneficentiam. Rara auis in terra huiusmodi conscientia, sed quanto rarior, tanto charior apud Deum. Conscientia bona est, sed turbata quæ nil fluxum recipit, sed a mundi aspergine quanto potest pressius se detergit, non tamen in dulcedine, sed in amaritudine multa. Dura enim videtur ei uia, vbique videt, quod carni displicet, sed retinet se freno timoris Dei, & in omni tempestate cordis sui ad hanc anchoram figitur, nam iuxta prophetam turbatus est, & non est locutus. Hæc conscientia loquitur Deo in psalmo, Commouisti, inquit, Domine terram, & conturbasti eam, sana contri *Psal.* 58. tiones eius, quia commota est. Commouetur terra, cum peccator pœnitet, conturbatur; cum in conuersatione amaritudinem sentit, sed contritiones istas illius est sanare, qui sanat *Psal.* 102. omnes infirmitates nostras. Ostendisti populo tuo dura. Quæ dura? potasti nos vino conpunctionis, non lacte vnctionis. Vinum bibunt hi qui vias vitæ ingressi, & ingressi, tribulationibus corporis, & animæ pariter contorquentur, sed non cedunt, neque recedunt in tribulatione. *Infra*. Qui vtramque hanc habent conscientiam iusti sunt, in vtroque beneplacitum est, Deo. Bibi, inquit, vinum meum cum lacte. Qui enim primum a tentatione liberat, secundum in tentatione confortat, & si alter experitur, Quoniam *Cant.* 5. suauis est Dominus, alter etiam, Quoniam fortis est Dominus, fortis plane, & potens in 15 In secunda parte in lib. de conscientia.

prœlio, in quo seruum suum, & si premi non tamen opprimi patitur in multitudine miserícordiæ suæ, Venite ait Propheta, emite vinum, & lac: omnis enim timorata conscientia, quæ ad Deum venit, vel lac ab ipso, vel vinum emit. *Infra*. Mala autem conscientia
Esaiæ 55. est, sed turbata, quæ in actu peccatorum suorum deprehenditur, & comprehenditur. Nam dum pasci se voluptatibus credit, anxietatibus cedit, humanis pudoribus, & confusionibus reuerberata, sicut scriptum est, In operibus manuum suarum comprehensus est
Psal. 9. peccator. De illis autem, qui propter ipsam confusionem exeunt a peccato, scriptum est. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine. De non exeuntibus di-
Psal. 82. Hier. 5. cit Hieremias propheta, Percussisti eos Domine, & non doluerunt, attriuisti eos, & renuerunt suscipere disciplinam. Alia est conscientia mala, & tranquilla, qua sicut nihil
Prou. 18. est peius, ita nihil est infelicius. Hæc est illa, quæ nec Deum timet, nec hominem reueretur, quæ cum venerit in profundum malorum contemnit. Hi sunt quattuor conscientiarum riui de voluntatis fonte currentes, in quibus iusti purgantur, inquinantur iniusti, vt fiat, quod scriptum est, & qui in sordibus est, sordescat adhuc, & iustus iustificetur adhuc.

17 In eodem tractatu. IDEM sic habet: Conscientia bona lætificat animam eamque exhibet Deo gratam, & Angelis, & hominibus reuerendam, & sibi ipsi pacatam, & quietam. Conscientia bona templum Salomonis, ager benedictionis, hortus deliciarum, reclinatorium aureum, Arca fœderis, thesaurus regius, aula Dei, habitaculum Spiritus sancti, liber signatus, & clausus, & in die iudicij aperiendus. Nihil in hac vita iucundius, nihil securius possidetur bona conscientia. Premat corpus, trahat mundus, terreat diabolus, illa tamen semper erit secura futuræ beatitudinis nullum certius testimonium bona conscientia. *Infra*. Conscientia mala contristat animam, eamque Deo, Angelis, & hominibus exhibet fœdam, & sibi ipsi turbatam, & inquietam. Nulla enim pœna maior est mala conscientia, omnium siquidem delictorum nostrorum, ipsa est testis, ipsa iudex, ipsa tortor, ipsa carcer. Ipsa accusat, ipsa iudicat, ipsa punit, ipsa damnat, vnicuique enim liber est sua conscientia.

18 Lib. 2. offic. c. 1. to. 4. AMBROSIVS ait: Tranquillitas conscientiæ, & securitas innocentiæ, quæcumque mundus bona iudicat, excellunt, & sic ait, sicut exortus sol lunæ globum, & cetera stellarum abscondit lumina, ita fulgor honestatis, idest tranquillæ conscientiæ, vbi vero, & incorruptio vibrat decore, cetera quæ putantur bona secundum voluptatem corporis, aut secundum sæculum clara, & illustria obumbrat, beata plane, quæ non alienis æstimatur iudicijs, sed domesticis percipitur sensibus tamquam sui iudex, neque enim populares opiniones, pro mercede aliqua requirit, neque pro supplicio pauet, itaque quominus sequitur gloriam, eo magis super eam eminet. In hac enim tranquillitate, & securitate conscientiæ, dicit Ambrosius, vitam consistere beatam, &c.

19 Lib. 7. epistolarum epist. 44. ad Constantium to. 4. IDEM sic habet. Vnusquisque non intermittat opus probabile, siue a pluribus videatur, siue sine arbitro sit, abundat enim sibi locuples testis conscientia, fugiat etiam mala opprobria, etiamsi se credat, non posse conuinci. Nam, & si clausus parietibus sit, apertus tenebris, sine teste, sine conscio; habet tamen facti arbitrum, quem nihil fallat, ad quem facta clamant omnia, denique clamauit, & vox sanguinis. Sibi ipsum vnusquisque animum suum, se verum iudicem sui, vltorem sceleris, & vindicem criminis habet. Denique timens, & tremens oberrabat, Cain parricidalis facinoris luens pœnas, vt ei remedio sua mors fuerit, &c. Nemo ergo, vel solus, vel cum altero aliquid turpe, aut improbum faxit, & siquis solus est, seipsum præ ceteris erubescat, quem maxime debet vereri, &c.

Contritio, & compunctio, vnde oriantur, & de harum effectibus, & bonis. Cap. XXV.

DE re hac multa habent sancti, de quibus dicendum est libro decimoquarto, per aliquot capita, cum de pœnitentiæ fructibus, & alijs egerimus, interim tamen aliqua adnotanda sunt, & in primis.

1 Hom. 5. in c. 7. Leuitici to. 1. ORIGENES sic habet: Sacrificium gratiarum actionis oleo fieri iubetur, sacrificium vero pro peccato non fit in oleo, dicit enim non superponet ei oleum, quia pro peccato est, nec oleum lætitiæ ei, nec thus suauitatis imponitur. De peccantibus enim dicit Apostolus, Et lugeam eos qui ante peccauerũt, & non egerunt pœnitentiam, nec odor in eo suauitatis est, quia ex persona peccatoris dicitur, Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ.

1. Cor. 12. *Psal. 37.*

2 Hom. 1. in Psal. 37. com. 2. IDEM explicans illa verba: Non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum, ait. Hæc debet dicere qui peccauit, & post peccatum peccasse se recordatur, sicut ipse Dauid dicebat in psalmo 50. Et peccatum meum coram me est semper. Sunt quidam qui cum peccauerint, securi sunt prorsus, nec cogitant de peccato suo, nec venit ad sensum suum, quid male gesserint, sed ita viuunt quasi nihil omnino commiserint. Hi dicere non possunt, Peccatum meum coram me est

Psal. 50.

est semper. Cum vero post delictum, quis consumitur, & affligitur pro delicto suo, & conscientiæ stimulis agitatur, mordetur sine intermissione, atque occultis confutationibus impugnatur, ipse merito dicit, Non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum. Est sane facies quædam etiam peccatorum, & (vt ita dixerim) color quidam, & species per quam recordari, & recognosci solent ea, quæ aliquando commissa sunt. Cum vero ante oculos cordis nostri statuerimus peccata nostra, & vnumquodque intuentes recognoscentes erubescimus, factique pœnitemus, tunc conturbati, & exerriti merito dicimus nos non habere pacem in ossibus nostris a facie peccatorum nostrorum. Addat etiam hæc qui pœnitet, & dicat, Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt, vel superposuerunt, caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me. Qui enim nec dolent, nec grauantur pro peccatis suis, sed securi sunt, atque in delicijs fluitant, hæc dicere non possunt nec sentiunt quòd iniquitates quidem suæ excrescunt, & vltra capitis sui vadunt proceritatem, ipsi vero decrescunt, & in nihilum rediguntur. Quomodo possunt hæc dicere illi, quibus peccatum suum non onus efficitur, sed voluptas. Non, est ergo illorum dicere hæc, sed eorum quibus libido iam sorduit, quibus vitia horruerunt, isti
3 etiam possunt dicere, Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ. Considera peccatorem, qui peccatis suis delectatur, & lætus est in malis suis, quoniam, & ipse in stercore fœtido volutatur, & nullum fœtoris eius, qui ex peccatis est, percipit sensum, sed velut in summis voluptatibus, & gratissimis delicijs delectatur. Si vero istum eueniat aliquando sentire fœtorem peccatorum suorum, statim conuersus ad pœnitentiam, & emendationem requirens, impatiens proprij fœtoris efficitur proclamans ad cælestem medicum, atque, ostendens cicatrices putrefactorum suorum vulnerum dicit, Fœtuerunt, & putrefactæ sunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ, Miser factus sum, & curuatus sum
Psal. 37. vsque in finem. Sed videas aliquando eum qui peccauit mærentem, & contristatum tristitia, quæ secundum sæculum est, quæ enim secundum Deum est tristitia, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Iste vere dicit quoniam miserijs afflictus sum, & curuatus sum vsque in finem. Miserijs afflictus sum, ait, non dicit affligor adhuc. Si enim transierunt iam peccata mea, afflictus sum miserijs, si autem permanent, & in ipsis conuersor adhuc, affligor miserijs. Miserijs ergo afflictus sum, & curuatus sum vsque in finem. Si videas eum qui peccauit non posse respicere in cælum, sed curuato corpore, demersoque in terram vultu, non solum corporis, sed
4 & animæ, & contorquente sicut circulum collum suum, intelligis quomodo quis curuatur vsque in finem, sicut publicanus ille qui ingressus in templum, & a longe stans nec audebat oculos ad cælum leuare, sed percutiens pectus suum dicebat, Deus propitius esto mihi peccatori. Huic nimirum conuenit dicere, Quia curuatus sum vsque in finem, & tota die contristatus ingrediebar. Hoc autem dicens velut affectum ipsum, & animum pœnitentis exponit dicentis, Ex quo peccaui numquam risi, numquam lætatus sum, numquam mihi aliquid iucunditatis indulsi, sed semper in mærore fui, semper in pœnitentia, semper in luctu dicente Domino, Beati qui lugent. E contrario autem si quis peccator sit, & multis malis obnoxius, & hic nullo flagitiosorum suorum stimulo pulsatus insuper etiam, & rideat, & lætus sit, huic dicitur, Væ vobis, qui ridetis, quia plorabitis, & flebitis. *Infra*. Afflictus, & humiliatus sum valde, rugiebam a gemitu cordis mei. Intuere eum, qui vitam in sobrietate, & castitate, iustitiaque transegit, qui in actibus bene sibi conscius erat, iste si decidat de patria sua, in insulam quamdam, atque in horrentes scopulos, quæ peccati sedes est, propellatur, & ex facultatibus, ac diuitijs suis, quæ erant ei in omnibus operibus suis bonis, deuoluatur, & videat se in vltima paupertate positum. Omnes enim iustitiæ eius, quas fecit, non recordabuntur propter peccatum, si se ergo in talibus videat quibus gemitibus, quibusque rugitibus proclamabit dicens, Rugiebam a gemitu cordis mei, Domine ante te omne desiderium menm, & gemitus meus a te non est absconditus, nosti enim, quia semper ingemisco? Cor meum conturbatum est in me, pro peccatis meis consequenter oro, ne in furore arguar, nec in furore, & ira corripiar.

Luc. 18. *Psal. 37.*

5 Hom. 10. in psa. 37. to. 1 BASILIVS explicans illa verba: Non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum, ait: Ego nec expectaui, vt vnus aliquis externe quidem hoc meum corpus puniret inflicto quo piam vlcere pessimo, ipse ex me malui pœnam vltricem peccatorum expetere, carnemque meam, per quam peccatum illud admissum est, pœnis tradidi me puniendo, multisque modis castigando. Quod quidem per alios palam facit sermones, Humiliaui in ieiunio animam meam. Item oblitus sum comedere panem meum. A voce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ. Et lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Sic itaque, & nunc ait, Non est sanitas in carne mea, a facie iræ tuæ. Pro ira autem Aquila, & Symmachus concorditer interpretati sunt, A facie fremitus tui. Sufficiebat, inquit, mihi is fremitus, qui editur per tuas, & quidem augustissimas scripturas, & per Prophetam Nathan comminatio. Ideo a facie fremitus tui me ipsum ita castigaui, vt afflixerim meam carnem vehementer, & ossa mea pacem a facie peccatorum meorum non habeant, vel propter peccata mea, vt Symmachus interpreta-

Psal. 101. *Psal. 6.*

pretatur. Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me. Putruerunt &c. Quoniam, ait, hæc a me perpetrata sunt, ob
Psal. 37. hæc miser factus sum, & curuatus sum vsque in finem, tota die contristatus ingrediebar. Per hæc autem exprimit ea quæ passus est, & quemadmodum ipse se castigauerit, non vnum in se tantum accusans peccatum, sed acernatim multa, & tanta, vt ea non siuerit in intimo animæ recessu oculi, nec intra corpus delitescere, sed ipsum supergressa sint adeo, vt omnibus iã manifesta sint. Ipse igitur sui ipsius accusator primus erat in principio sermonis, & coram omnibus se ipsum accusat, vt, & in ipso impleatur illud, Iustus accusator est suiipsius, præueniens quemcunque hominem accusatorem, ipse quidem sese condemnauit. Et sicut onus graue grauatæ sunt super me, ipsius enim conscientiam, ea quæ ausus fuerat admittere, grauabant adeo, vt ob animi generositatem, & gratitudinem illa ferre non posset. Qui enim inexorabilis, & obduratus fuerit, secundum duritiam suam, & impœnitens cor thesaurizat sibi iram in die iræ adiungens peccatum peccato. Etenim peccator cum in profundum venerit malorum, contemnit. Contra, qui probæ est mentis, si interim vel semel per diaboli surreptionem offenderit eius conscientia, maximopere grauatur, vt quòd admisit tacere, aut occultare nesciat,
Psal. 37. ex abundantia enim cordis os loquitur. Ex quo minime ferens propheta silentium, quæ se premerent mala euulgauit dicens, Et sicut onus graue grauatæ sunt super me, putruerunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ, omne enim peccatum per stultitiam fit. Quoniam igitur supergressæ sunt iniquitates multiplicatæ, ita vt capite superiores factæ, grauatæ sint super me, & putruerunt, & corruptæ sunt, huius rei gratia curans me ipsum, Miser factus sum, & incuruatus vsque in finem, & non ad vnum diem, neque ad breuem horam, sed tota die contristatus ingrediebar, aut secundum Symmachi interpretationem, Tristis ambulabam, non contemnens quæ admisi neque quasi rex elati animi, quòd nullius subessem iudicio, magis vero præ timore
Psal. 37. ac fremitu tuo, Tota die contristatus ingrediebar, quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, vel vt aquila vertit, Impleta sunt latera mea ignominia. Ob hæc itaque in memoriam cum venisset eius turpissimi facti, & pars animæ sensitiua doleret, hæc dixit, Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ, sed cur putruerint, addit dicens, Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, vel si manis dicere latera mea ignomina, innuit ex hoc turpis facti speciem. Non est sanitas in carne mea, quandoquidem lumbi mei impleti sunt illusionibus. Ideo ait, ad eorum pœnitentiam quæ nequiter gessi progressus meam carnem castigo, vt possim dicere, Licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est renouatur de die in diem, Afflictus sum, & humiliatus sum nimis. Proprium est enim hominum prudentium ob ea quæ peccando admiserint pudore aspergi, & erubescere, & veluti stimulis conscientiam pertundere, seque gerere submissius, & humiliari. Rugiebam a gemitu cordis mei, vel secundum Aquilam, Fremebam a fremitu cordis mei. Non enim mihi multis verbis opus est, sed corde ipso tibi soli respicienti arcana mecum ipse rugiens ostendo meos gemitus. Sed, & desiderium meum de mea ipsius salute coram te Deus meus bonum videri potest. Quoniam nunc quando cuncta facio humiliatus ac lugens ex gemitu cordis mei, teque Deum seruatorem ac medicum adipisci desidero, ante te est desiderium meum.

CHRYSOSTOMVS sic habet: Lauabo per singulas noctes ait Dauid? Lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Itaque vice margaritarum vndique lachrymis erat distinctus. Hic mihi considera mentem Deo flagrantem. Nam, quoniam interdiu variæ sollicitudines, curæque principum, ducum, gentium, populorum, militum, bellorum, pacis, ciuium ac domesticorum negotiorum, eorum quæ procul, eorum, quæ prope distrahebant, & auocabant hominem, quod otij ceteri consumunt, somno ille in confessione ac lachrymis impendebat. Neque id ita faciebat per vnam noctem, vt altera desisteret, nec sic per duas tres ve, vt interim deficeret, verum singulis noctibus id faciebat, Lauabo enim, inquit, per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis strauum meum rigabo, videlicet lachymarum vbertatem exprimens simul, & perpetuitatem. Cum omnes quietem, & otium agerent, solus ille tunc Deum interpellabat, & aderat sopiri nescius oculus ploranti, lamentantique, suaque profitenti mala. Tales autem lachrymæ etiam gehennæ incendium norunt extinguere. 8 Concione 1. de Lazaro to. 2.

IDEM ait: Absterst Dauid peccatum submissione, cordis contritione, animi compunctione, denique cauendo ne in eadem relaberetur. Habebat cor contritum, & humiliatum, quod maxime absterst illius peccata. Submitte igitur, & tu cor tuum, vt Deum tibi concilies. Prope est enim Dominus his, qui tribulato sunt corde. Ingemisce cum peccas, non quòd es castigandus, nam id quidem nihil est, sed quòd offenderis Dominum tuum vsque adeo mansuetum, qui sic te amat, sic inhiat saluti tuæ, vt & Filium tradiderit pro te, propter hæc suspira, idque facito iugiter. Persiste in hoc luctu, & tibi instans, & conterens animam tuam, non aliter quàm si quis lugeat legitimum, ac minime degenerem filium amissum. Scindite, inquit, corda vestra, & non vestimenta vestra. Quod autem confractum est, nequaquam sarcietur, quòd contritum, nequaquam resurget. Ea propter alter ait, Scindite cor, alter cor 9 Hom. 4. in epist. ad Corinthios. Psal. 33.

cor contritum, & humiliatum Deus non despiciet. Et si fueris sapiens, & si diues, & si potens dilacera cor, ne sinas illud sublimes tollere spiritus, neque inflari. Quod enim discerptum est non inflatur, & si quid esset, quod extolleret, conuulsio non sustinet inflationem. Ita quoque tu sis animo demisso. Audi, quid dicat scriptura loquens de
2. Reg. 21. Achab, Videbam, quòd incederet tristis, & sanaui vias eius, hoc autem in Achab placauit iram Dei.

10 Hom. 9. in c. 6. ad Hebræos. IDEM sic habet: quale est istud medicamentum pœnitentiæ, & qualiter conficitur? Primo exculpando propria peccata eademque declarando, iniquitatem, inquit, meam
Psal. 37. non celaui, & pronunciabo aduersum me iniPsal. 31. quitatem meam Domino, & tu absstuliSsa. 43. sti impietatem cordis mei, & iterum dic iniProv. 18. quitates tuas prius, vt iustificeris. Et iterum iustus seipsum accusat in initio sermonis. Secundo autem ex humilitate multa, vnde Dauid cor contritum, & humiliatum
Psal. 50. Deus non despiciet. Quod enim contritum est non erigitur, non percutit, sed ad malapatiendum paratum est, ipsum vero non erigitur. Talis est etiam contritio cordis, sine enim iniurietur, siue patiatur, silet, & non impellitur ad vindictam. Post humilitatem autem intentis lachrymis multis clamaPsal. 6. perdiem, & noctem, Lauabo per singulas noPsal. 101. ctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo in gemitu meo. Et iterum, quia cinerem sicut panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam.

11 Hom. 5. de pœnitentia. IDEM sic habet: Rogum peccatorum extinguimus, non iam aquis multis, sed paruis cum lachrymis. Multus peccati ignis, atque modica extinguit eum lachryma, lachryma enim fratres rogum extinguit peccatorum. Testaturque sanctus Dauid quantum lachrymarum virtus posset, Lauabo, in
Psal. 6. quit, per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Nam, etsi lachrymarum vbertatem voluisset ostendere, satis fuerat dixisse, lachrymis meis stratum meum rigabo. Quare ergo præuenit lauabo? vt ostendat lauacrum, & purgatorium peccati lachrymas esse. Malorum omnium causam constat esse peccatum. Ex peccato tristitia, ex peccato tumultus, ex peccato bella, morbi, atque omnes quotquot nos premunt passiones. Verum id admiror frates, tristitiam homini tribuens Deus per
Gen. 3. peccatum, sententiam sententia soluit. Attende diligenter mulieri minatur Deus, & de præuaricatione pœnam inducens dicit ad eam, In tristitia paries filios, & ostendit tristitiam peccati fructum. Sed o magnum donum! quod in pœnam dedit, in salutem vertit, peccatum tristitiam peperit, tristitia peccatum contriuit, & quemadmodum vermis in ligno natus id ipsum comminuit,
2. Cor. 7. sic tristitia de peccato nata peccatum comminuit per pœnitentiam inducta. Quapropter Paulus dicit, quæ secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem incommutabilem operatur.

IDEM sic ait: Sicut impossibile est, vt 12
ignis inflammetur in aqua, ita impossibile Lib. 2. de cõ
est compunctionem cordis uigere in delicijs. punct. cord.
Illa enim mater fletus, hæc mater est risus, illa cor constringit, hæc dissoluit, illa animæ alas innectit, & volare facit ad cælum, hæc ei plumbi pondus imponit, & demergit in infernum. Tanta autem compunctio cordis olim in regibus erat, vt beatus Dauid cunctis, quæ circunstare, & constringere videbantur, abruptis, ita erat in potestate positus, tamquam omnibus esset ipse subiectus, & in solio regali erat, & vinctus in carcere, & in purpura quasi in cilicio iacebat, cinere conspersus, & corde compunctus, aula regalis erat ei, tanquam eremi vastissima solitudo. Hæc autem omnia agebat in eo cordis compunctio, sola enim est, quæ facit animam horrescere purpuram, desiderare cilicium, amare lachrymas, fugere risum. Sola est cordis compunctio, quæ sicut ignis omne animæ vitium perurit, abstergit vniuersa mala, & delet. Concupiscentiarum flammas si inuenerit, vt fluuius inundans extinguit, curarum multitudines, & perturbationes si videat velut flagello quodam extirpat, & procul esse a domicilijs animæ iubet. Ac sicut puluis, non potest stare ante faciem venti, ita nihil malarum cogitationum in anima residere potest, vbi compunctio cordis affuerit. *Infra*. Hæc est humilis cordis vera compunctio magna agere, & humilia loqui, iusta operari, & super peccatores timere, ac tremere, & dicere: Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine *Psal. 129.*
quis sustinebit?

IDEM sic habet: Dum tempus habe- 13
mus, animæ vulnera lachrymis curemus. Homil. 22.
Si enim templum ex lapidibus constructum ad pop. Antiochenum.
Hieremias lugebat euersum dicens, Sinite me lugeam amare, ne conemini consolari me, quanto magis animam deplorare conuenit illo sanctiorem, in qua non phiala aurea habens manna, sed quæ Patrem habet, & Filium, & Spiritum sanctum, sanctam Trinitatem inhabitantem? Si morientibus compatimur, quis tam sine misericordia est, qui animam suam morientem non deploret? Si corpus patiatur, medicos vocamus, & herbas inquirimus, omnia mouemus, vt læsum membrum curemus, animam vero vitijs laborantem negligimus. Timeamus eum, qui potest, *Matt. 10.*
& animam, & corpus in gehennam perdere, proijciamus nos ipsos in mare miserationum
Dei dicentes, Lauabis me, & super niuem *Psal. 50.*
dealbabor.

AVGVSTINVS sic ait: Vbi alta confide 14
ratione contraxit, & congessit totam miseriam Lib. 8. conf.
meam in conspectum cordis mei, oborta est c. 12. to. 1.
procella ingens ferens ingentem imbrem lachrymarum. Et vt totum effunderem cum vocibus

cibus ſuis ſurrexi ab Alipio. Solitudo mihi ad negotium flendi ſuggerebatur. Surrexi, & ſub quadam fici arbore ſtraui me neſcio, quomodo, & dimiſi lachrymis, & proruperunt flumina oculorum meorum, acceptabile ſacrificium tuum. Et non quidem his verbis, ſed in hac ſententia multa dixi tibi, & tu Domine vſquequo? & tu Domine iraſceris in finem? Ne memor fueris iniquitatum noſtrarum antiquarum. Sentiebam enim me ab eis teneri, & iactabam voces miſerabiles, quandiu, quandiu, cras, & cras? quare nō modo, quare non hac hora finis turpitudinis meæ? Dicebam hæc, & flebam amariſſima contritione cordis mei. *Infra.* Lib. 9. cap. 1. quàm ſuaue mihi ſubito factum eſt, carere ſuauitatibus nugarum, & quas amittere metus fuerat, iam dimittere gaudiū erat. Eijciebas enim eas a me vera, & tu ſumma ſuauitas, eijciebas, & intrabas pro eis omni voluptate dulcior. Iam liber erat animus meus a curis mordacibus ambiendi, & acquirendi, & volutandi in libidine, & garriebam tibi claritati meæ, & diuitijs meis, & ſaluti meæ Domino Deo meo.

15 IDEM ſic habet iugi meditatione animū noſtrum exerceamus, & conſideremus miſeLib. de Spiritu, & Anima, to. 3. rias, & neceſſitates noſtras, labores, & dolores. Lugentes enim in hanc vitam intrauimus, cum labore viuimus, cum dolore, & timore exituri ſumus. Cogitemus ergo, quàm breuis vita noſtra ſit, quàm mors certa, & hora mortis incerta. Cogitemus quantis amaritudinibus admixtum ſit, ſi quid dulce, aut iucundum in via huius vitæ occurſu ſuo nobis alludit, quàm fallax, & ſuſpectum, quàm inſtabile, & tranſitorum eſt, quicquid huius mundi amor parturit, quicquid ſpecies, aut temporalis pulchritudo promittit. Conſideremus etiam quæ ſit patriæ cæleſtis pulchritudo, ſuauitas, atque dulcedo. Attendamus, & perpenda mus vnde cecidimus, & vbi iacemus, quid perdidimus & quid inuenimus, vt ex vtroque intelligamus quantum nobis in hoc exilio lugendum ſit, *Eccli.* 1. hinc enim Salomon ait, Qui apponit ſcientiam, apponit dolorem. Quia quanto magis homo ſua mala intelligit, tanto amplius ſuſpirat, & gemit. Meditatio ſiquidem parit ſcientiam, ſcientia autem compunctionem, ſcientia eſt quando homo ad notitiam ſui aſſidua meditatione illuminatur. Compunctio eſt, quando ex conſideratione malorum ſuorum cor interno dolore tangitur.

16 IDEM: Ex fide pœniteat homo, credat hanc Lib. de vera & falſa pœnitentia. to. 4. eſſe medicinam, omnes fructus ſuæ pœnitentiæ paruos habeat, nunquam credat ſufficere, ſemper doleat, ſemper coram Domino, ante quem peccauit, erubeſcat, dolorem cum vita finiat. Nam ſi Apoſtolus peccata per baptiſmum remiſſa continue plorat, nobis etiam ſuper fundamentum Apoſtolorum poſitis, quid præter plorare reſtat? Quid niſi ſemper dolere in vita? Dixit Dominus Paralytico: Vade, & iam noli *Ioan.* 8. peccare. Non dixit ne pecces, ſed nec voluntas peccandi in te oriatur. Quod quomodo ſeruabitur, niſi dolor continue in pœnitentia cuſtodiatur. Hinc ſemper doleat, & de dolore gaudeat, & non ſemper doluiſſe doleat. *Infra.* Dolendum eſt, & dolore purgandum non ſolum quia peccauit, ſed etiam quòd ſe virtute priuauit, anxietur, & doleat, quòd modo effugiens de præteritis pœnam, miſer non inde expectet gratiam, cuius omne tempus, quoniam breuiſſimum eſt, debuit decertaſſe ad conſequē dum præmium. Defleat etiam, quoniam in vno offendens factus eſt omnium per ingratitudinem reus. Ingratus enim extitit, qui plenus virtutibus Deum omnino non timuit. In hoc enim quisque peccator fit culpabilior, quo eſt Deo acceptior, ideo enim Adam plus peccauit, quia omni bono abundauit. Etiam alio modo offendens in vno factus eſt omnium reus, quia omnis virtus patitur detrimentum ab vno vitio. Gemat aliorum vitam in ſua corruptam, vel incorruptam non conſeruatam, & commodum proximi, quod dediſſet exemplo boni. Doleat de triſtitia quam peccando bonis intulit, & de lætitia, quam eis non adhibuit, Timeat ne omnia bona quæ facit, dum in vno peccato perſeuerauerit ex contaminatione mali perdiderit. Abſtineat a multis licitis, qui per libertatem arbitrij commiſit illicita. Semper offerat Deo mentem, & cordis contritionem.

17 IDEM explicans illa verba: Quoniam ego in flagella paratus ſum, & dolor meus in conExpoſit. in pſal. 37. to. 8. ſpectu meo ſemper, ait: Vnde regius vates dolebat? De flagello, quo flagellabatur? Abſit, Et dolor, inquit, meus ante me eſt ſemper. Et quaſi diceremus, Quis dolor, vnde dolor? quoniam iniquitatem meam pronunciabo, & curam geram pro peccato meo, vel cogitabo, vt noſtra lectio habet. Ecce vnde dolor, non de flagello, dolor de vulnere, non de medicina. Nā flagellū medicamentū eſt contra peccata, peccata dolenda, flagella ſuſtinenda. Plangenda autem quomodo audis plangere iſtū, quoniam iniquitatem meam ego pronunciabo, & curam geram pro peccato meo. Ne ſecurus ſis, cum confeſſus fueris peccatum, ſed ſemper curam gere pro vulnere tuo, & curam, vt ſanetur. Semper nitere, ſemper intende, ſemper ſtudioſe, & ſedulo agere, vt ſanes peccatum, hoc eſt curam gerere. Curam geram pro peccato meo, ideſt de die, in diem plangam, & faciam omnia, quæ facienda ſunt, ad abluendum, & ſanandum peccatum meum.

18 IDEM ait: In illis, qui agnoſcunt reatum Lib. de vitate pœnitentiæ to. 3. ſuum, & culpam, impletur id, quod Propheta prædixerat, Conuerſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina, conuerſi enim ſunt in ærumnam doloris, dum configerētur ſpina peccati recordationis. Nihil te mali feciſſe putas, nondum tibi confixa eſt ſpina, compunctus es corde, confixa eſt ſpina, quid ſequitur? Peccatum cognoui, & facinus meum non operui, dixi proloquar aduerſum me delictum meum Domino, & tu remiſiſti impietatem cordis mei.

IDEM

19 IDEM ſic habet: Duplicem habere debet
Serm. 66. de tempore to. 10. fletum in pœnitentia omnis peccator, ſiue quia per negligentiam bonum non fecit, ſeu per audaciam malum perpetrauit. Quod enim oportuit non geſſit, & quod non oportuit, egit. Fructus dignus eſt pœnitentiæ tranſacta flere peccata, & ea iterum non agere. Lauamini, ait Do
Eſaiæ 1. minus, mundi eſtote. Lauatur & mundus eſt, qui & præterita plangit, & iterum non admittit. Lauatur & nō mundus eſt qui plangit quod geſſit, nec deſerit, ſed poſt lachrymas hæc quæ fleuerat, repetit. De his B. Petrus terribiliter
1. Pet. 2. ait, Canis reuerſus ad vomitum ſuum, Fili pec-
Eccli. 21. caſti dicit Scriptura, ne adijcias iterum, ſed de priſtinis deprecare, vt dimittantur tibi.

20 GREGORIVS explicans verba illa
Lib. 4. moralium cap. 17. to. 2. Iob cap. 3. Occupet eum caligo, ait, quia caligine oculus confunditur ipſa per pœnitentiam
Eccli. 4. mentis noſtræ confuſio caligo nominatur; de qua per quendam dicitur: Eſt confuſio adducens gloriam. Cum enim ad mentem male geſta pœnitendo reducimus, graui mox mœrore confundimur. Perſtrepit in animo turba cogitationum, mœror cōterit, anxietas deuaſtat, in ærumnam mens vertitur, & quaſi quodam nubilo caliginis obſcuratur. Hunc ergo peccati diem caligo occupet, ideſt blandimentum nequitiæ, afflictio pœnitentiæ digno mœrore perturbet. Vnde ſubditur, Inuoluatur amaritudine. Dies enim amaritudine inuoluitur, cum ad cognitionem mente redeunte, peccati blandimenta cruciatus pœnitentiæ ſequitur. Diem amaritudine inuoluimus, cum prauæ delectationis gaudium, quæ ſupplicia ſequantur aſpicimus, & aſperis hoc fletibus circumdamus. *Infra:* Noctē illam tenebroſus turbo poſſideat. Quaſi enim quidam turbo tempeſtatis eſt concitatus ſpiritus mœroris. Nam dum peccatum quiſque quod fecit, intelligit, dum prauitatis ſuæ nequitiam ſubtiliter penſat, mœrore mentem obnubilat, & quaſi concuſſo ſerenæ lætitiæ aere omnem in ſe tranquillitatem cordis pœnitentiæ turbine deuaſtat. Niſi enim recogno-
Pſal. 47. ſcentem ſe animum iſte turbo contereret, nequaquā Propheta dixiſſet: In ſpiritu vehementi conteres naues Tharſis. Tharſis quippe exploratio gaudij dicitur. Sed cū vehemens pœnitentiæ ſpiritus mentem occupat omnem in ea exploratione reprehenſibilis gaudij perturbat, vt nihil ei iam niſi flere libeat, nihil niſi quod ſe terrere poſsit, attendat. Ponit namque ante oculos illinc diſtrictionem iuſtitiæ, hinc meritum culpæ, conſpicit quo ſupplicio digna ſit, ſi parcentis pietas deſit, quæ per lamenta præſentia ab æterna eruere pœna conſueuit. Spiritus ergo vehemens Tharſis naues conteret, cum vis compunctionis valida, mentes noſtras huic mūdo quaſi mari deditas ſalubri terrore confundit, dicit ergo: Noctem illam tenebroſus turbo poſsideat, ideſt perpetrationem culpæ, non blandimenta ſecuræ quietis foueat, ſed pie ſæuiens amaritudo pœnitentiæ irrumpat.

21 IDEM explicans illa verba: Nec inueniLib. 18. moralium cap. 24. tur in terra ſuauiter viuentium, ait: Hæc ſapientia inueniri in terra ſuauiter viuentium non valet, quia quiſquis adhuc huius vitæ voluptatibus paſcitur, ab æternæ ſapientiæ intellectu ſeparatur. Nam ſi vere ſaperet, expulſus ab internis gaudijs, de ea in quam cecidit, cæcitate lugeret. Hinc namque per Salomonem
Eccls. 1. dicitur: Qui apponit ſcientiam, apponit & dolorem, quia quanto plus homo cœperit ſcire quid perdidit, tanto plus lugere incipit corruptionis ſuæ ſententiam, quam inuenit. Conſiderat vnde, quo lapſus ſit, quòd a paradiſi gaudijs ad ærumnas vitæ præſentis, ab angelorum ſocietatibus venit ad curas neceſsitatum, penſat in quot iam periculis iacet, qui prius ſine periculo ſtare contempſit, luget exilium quod damnatus patitur, & ſuſpirat ad cæleſtis glorię ſtatum quo perfrui ſecurus poſſet, ſi peccare noluiſſet. Quod bene Pſalmiſta cōſiderans ait,
Pſal. 30. Ego dixi in pauore meo, proiectus ſum a vultu oculorum tuorum. Contemplatus quippe interna gaudia viſionis Dei, reduxit oculos ad ima, vidit quo iaceret qui ad hoc conditus fuerat, vt in cæleſtibus ſtare potuiſſet, pēſauit vbi eſſet, & quo deeſſet, ingemuit, proiectumq. ſe a vultu oculorum Dei doluit, quia in comparatione lucis intimæ, grauiores ſenſerat exilij ſui 22 tenebras quas tolerabat, & quia qui hoc luget,
Pſal. 76. quòd ab æternis gaudijs cecidit, cōſolationem de temporalibus non admittit, ait: Renuit conſolari anima mea. Ac ſi aperte dicat, qui de temporalium amiſsione non lugeo, de temporalium abundantia conſolari nequaquam poſſum, & ſubdit, Memor fui Dei & delectatus ſum, ac ſi dicat, Terrenarum rerum me nec abundantia refouet; auctoris autem mei, quem adhuc videre non valeo, vel ſola memoria delectat; hæc eſt igitur amaritudo ſapientium, de
Eccls. 2. qua dictum eſt, Cor ſapiētium vbi triſtitia eſt, & cor ſtultorum vbi lætitia. Inueniri ergo ſapientia in eorum terra non poteſt, qui ſuauiter viuunt, quia tāto verius ſtulti ſunt, quanto maiora perdentes in minimis lætātur. Hinc Salo-
Ibid. mon ait, Riſum reputaui errorem, & gaudio dixi, Quid fruſtra deciperis?

23 IDEM ait: In multas ſpecies compunctio
Lib. 3. Dialogorum c. 34. to. 1. diuiditur, quando ſingulæ quæque a pœnitentibus culpæ planguntur. Vnde ex voce pœnitentium Hieremias ait, Diuiſiones aquarum
Thren. 3. deduxit oculus meus. Principaliter vero compunctionis genera duo ſunt, quia Deum ſitiens anima prius timore compungitur, poſtea amore. Prius enim ſeſe lachrymis afficit, quia dum malorum ſuorum recordatur, pro his perpeti æterna ſupplicia pertimeſcit. At vero cum longa mæroris anxietate fuerit formido conſumpta, quædam iam veniæ ſecuritas naſcitur, & in amore cæleſtium gaudiorum animus inflammatur, & qui prius flebat ne duceretur ad ſupplicium, poſtmodum amariſſime flere incipit, quia differtur a regno; ſicq. fit vt perfecta compunctio formidinis tradat animum compunctioni dilectionis. Quod bene in ſacra hiſtoria figurata narratione deſcribitur, quæ ait, quòd
Ioſue 15.

Axa filia Caleph ſedens ſuper aſinum ſuſpirauit. Cui dixit pater ſuus, Quid habes? At illa reſpondit, Da mihi benedictionem, terram auſtralem & arentem dediſti mihi, iunge & irriguam. Deditq. ei pater ſuus irriguũ ſuperius, & irriguum inferius. Axa ſuſpirans, a patre terram irriguam petit, quia a creatore noſtro cum magno gemitu quærẽda eſt lachrymarum gratia. Irrigua terra indigent, qui in bonis operibus poſiti, in quibus magni atque feruentes sũt, timore ſupplicij, aut amore regni cæleſtis, mala quæ antea penetrauerunt, deplorare debent. Sed quia duo ſunt compunctionis genera dedit ei pater ſuus, irriguum ſuperius, & irriguum inferius. Irriguum quippe ſuperius accipit anima, cum ſeſe in lachrymis cæleſtis regni deſiderio affligit; irriguum vero inferius accipit, cum inferni ſupplicia flendo pertimeſcit. Et quidem prius inferius, ac poſt irriguum ſuperius datur. Sed quia compunctio amoris dignitate præeminet, neceſſe fuit, vt prius irriguum ſuperius, & poſt irriguum inferius commemorari debuiſſet.

24 IDEM inquit: Qui in ærumna conuertebatur, dum configeretur ſpina, in eodem Pſalmo Deum curationis ſuæ auctorem lætanter al loquitur dicens: Tu es refugium meum a preſſura, quæ circumdedit me, exultatio mea. Qui ergo a preſſura inueniſſe Domini refugium, & exultationem inſinuat; ab inferni doloris percuſſione gaudio diuinæ indulgentiæ curatum ſe eſſe manifeſtat. Hinc item dolens adhuc cõfitetur dicens: Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci, ſed quia de curatione lætatur, ait: Auditui meo dabis gaudium & lætitiã, & exultabunt oſſa humiliata. Curantur autem quando iam expleta menſura afflictionis, ad fiduciã diuinæ indulgentiæ per auxilium reuelantur interni ſolatij, vnde Pſalmiſta loquitur dicens. Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis, in menſura. Lachrymarum quippe potus ad menſuram dat, quia profecto peccator pro culpa compungitur, ex eadem compunctionis afflictione Deo conſolante releuatur, vnde per Moyſen dicitur: Ego occidam & ego viuere faciam, percutiã, & ego ſanabo. Percutit namque & ſanat, quia quos per compunctionem ſauciat, per indulgentiæ ſecuritatem curat, vnde ſcriptum eſt: Repleti ſumus mane miſericordia tua, exultauimus & delectati ſumus pro diebus, quibus nos humiliaſti, annis quibus vidimus mala. Velut enim in nocte pœnitentiæ luctum exceperant, qui mane videlicet diuinæ dignationis apparente claritate, ſe repletos miſericordia congaudebant, qui ſe delectatos pro diebus, in quibus humiliati fuerant, aſſerunt, per donum curationis grauitatem manus Domini, quare ab eis non receſſerat, ſcire demonſtrantur.

25 IDEM explicans illa verba: Ædificauit autem Saul altare Domino, ait: Poteſt altaris nomine cõpunctio cordis intelligi. Quando enim per verbum doctoris compũctio cordis erigitur, nimirum altare Domino ædificatur. Alia lectio habet, Tuncq. primum cœpit Saul ædificare, vbi primum ædificatum dicitur, quia eſt compunctio amoris. Vnde & in tabernaculo fœderis duo altaria fieri a Domino iuſſa ſunt, adolendis ſcilicet thymiamatibus vnum, alterum comburendæ carni, primum altare foris erat, ſecundum intra ſancta ſanctorum. Altare ergo primum compunctio timoris eſt, altare ſecundum compunctio amoris. Illud quippe peccata lugentium eſt, iſtud vero ad æterna gaudia totis deſiderijs inhiantium, illius lapides recogitationes peccatorum, huius lapides, meditationes perennium gaudiorum. Altare primum doctor ædificat, quando culpas exponit, quas dũ in ſe peccator aſpicit, ingemiſcit. Merito etiam altare compunctio dicitur, quia incenſat. Sed cum diu pro peccatis ſuis vnuſquiſque compungitur pœnitendo, proficit ad vſum ſecuritatis. Nam poſt afflictionis tempora ardere incipit ad æternam vitã, & qui prius lugebat pro pauore ſupplicij, flere iam copioſius incipit pro dilatione mercedis. Quia ergo prima electorum compunctio ex timore naſcitur, dum per typum regis & populi, peccatores, & nuper cõuerſi ſubditi deſignantur, altare tunc primum Saul ædificaſſe dicitur.

Exo. 27.

Cor ſanum & ægrum in bonam, & in malam accipitur partem in ſacris litteris, & quid cordis nomine intelligatur.

Cap. XXVI.

1 AVGVSTINVS ſic ait: Cũ ad illum ſcriptum eſt, eius eſt altare cor noſtrum, eius vnigenito cum ſacerdote placamur, ibi ei cruentas victimas cædimus, quando vſque ad ſanguinem pro eius veritate certamus, & ſuauiſſimum adolemus incenſum, cum in eius conſpectu pio, ſanctoq. amore flagramus, ei dona eius in nobis, noſque ipſos vouemus, & reddimus ei, beneficiorum eius ſolemnitatibus, feſtis, & diebus ſtatutis dicamus, ſacramuſq. memoriam, ne volumine tẽporum ingrata ſubrepat obliuio, ei ſacrificamus hoſtiam humilitatis, & laudis in ara cordis igne feruidæ charitatis.

Lib. 10. de Ciuit. Dei cap. 4. to. 5.

2 IDEM ait: Si non poſſet Dominus duritiam cordis auferre non diceret per Prophetam: Auferam a vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum, quod non ideo dictum putemus, vt in nouo teſtamento (de quo tempore loquitur) carnaliter viuant, qui debent ſpiritaliter viuere, ſed quia lapis ſine ſenſu eſt. Cui comparatum eſt cor durum, cui niſi carni ſentienti cor intelligens debuit comparari? Sic enim hoc dicitur per Ezechielem, Et dabo eis cor aliud, & ſpiritum nouum dabo eis, & euellam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor

Lib. de gratia & libero arbitrio to. 7.

Ezech. 11.

cor carneum, vt in præceptis meis ambulent, & iuſtificationes meas obſeruẽt & faciant eas, & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum, dicit Dominus. Vbi cor lapideum non ſignificat, niſi duriſſimam voluntatem.

3 IDEM explicans illa uerba: Scrutans corda & renes Deus ait: Scrutari renes & corda dicitur Deus, videns omnium cogitationes, quæ nomine cordis ſignificatæ ſunt, & delectationes quæ nomine renum intelliguntur. Recte quippe terrenarum & temporalium rerũ delectatio renibus tribuitur, quia & ipſa pars eſt inferior hominis, & ea regio eſt, vbi carnalis generationis voluptas habitat, per qnã in hanc ærumnoſam, & fallacis lætitiæ vitam per ſucceſſionem prolis natura humana trãsfunditur. Scrutans ergo cor noſtrum Deus, & perſpiciẽs ibi eſſe, vbi eſt theſaurus noſter in cælo, ſcrutãs etiam renes & perſpiciens nos non acquieſcere carni & ſanguini, ſed delectari in Domino, dirigit iuſtum in ipſa conſcientia coram ſe, vbi nullus hominum videt, ſed ſolus ille qui perſpicit quid quiſque cogitet, & quid quemque delectet. Videt igitur curas noſtras, qui ſcrutatur cor; videt autem fines curarum, ideſt delectationes, qui perſcrutatur renes. Vt cum inuenerit non ad concupiſcentiam carnis, neque ad concupiſcentiam oculorum, neque ad ambitionem ſæculi, quæ omnia tranſeunt, tamquã vmbra, inclinari curas noſtras, ſed ad gaudia rerum æternarum ſuſtolli, quę nulla commutatione violantur, dirigat iuſtum, ſcrutans corda & renes Deus.

Matt. 6.

Pſal. 72.

Rom. 1.

Iob 1.

4 IDEM explicans illa verba: Et gloriamini omnes recti corde, ait: Quid eſt recti corde? Non reſiſtentes Deo. Intelligite cor rectum, breuiter dico. Inter rectum cor & prauum cor hoc intereſt. Quiſquis homo quicquid patitur præter voluntatem, afflictiones, mærores, labores, humiliationes, non tribuit niſi voluntati Dei iuſtæ, ipſe eſt rectus corde. Peruerſi autem corde ſunt, & praui, & diſtorti, qui omnia quæ patiuntur mala inique ſe pati dicunt, dantes illi iniquitatem, per cuius voluntatem patiuntur. Qui diſtortus eſt corde, aut negat Deum, aut dicit eum iniuſtum, aut aufert illi gubernationem rerum. Rectus eſt autem Deus, & ideo diſtortum cor illi non acquieſcit; bonus enim Deus Iſrael rectis corde. Recti autẽ corde gloriantur in tribulationibus, & non ſolum in gaudijs, ſcientes quia tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem; probatio vero ſpem, ſpes autem non cõfundit. Cuicumque aliquid accidit, dicat, Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit, ita factũ eſt, ſit nomen Domini benedictum, & ecce rectum cor.

Enarratione in Pſal. 31.

5 IDEM explicans illa verba: Emitte ſagittas tuas, & conturbabis eos, ait: Sagittæ potentis acutæ, præcepta tua, dicta tua feriãt cor eorum. Emitte ſagittas tuas, & conturbabis eos. Vulnerentur male ſani, vt ſanentur male vulnerati, & dicant in Eccleſia, & in corpore Chriſti conſtituti dicant cum Eccleſia, Quia vulnerata charitate ego ſum.

In Pſalm. 119.

Ibid.

6 IDEM agens de templi dedicatione, ait: Quamuis ſancta ſint templa quæ videmus de lignis & lapidibus fabricari; tamen plus apud Deũ pretioſa ſunt tẽpla cordis, quæ fiunt ab artifice mundi. *Infra*: In Templo a Salomone ædificato legimus duo altaria fuiſſe conſtituta, vnum foris, aliud intus. In illo quod foris erat animalium celebrabatur ſacrificium; in illo vero altari, quod intus erat, thymiamatis offerebatur incenſum. In nobis autẽ duo ſunt altaria conſtituta corporis, ſcilicet & cordis noſtri. Denique duplex a nobis ſacrificium quærit Deus, vnũ vt ſimus caſto corpore, aliud vt mundo corde eſſe debeamus. Ergo in exteriore altari, ideſt in corpore noſtro offerantur opera bona, in corde odorem ſuauitatis redoleat cogitatio ſancta. In altari cordis noſtri iugiter, quod eſt Deo placitum operemur. In illo altari quod a Salomone legimus dedicatum, iugiter quotidianus ignis ardebat, quod vtinam & in nobis pietas diuina perficiat. Vnde orationibus & bonis operibus placandus eſt Deus, vt in altari cordis noſtri ignem ſuum ſemper accendat illum, de quo ipſe dixit: Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi vt accendatur? Quia duo ſunt ignes, cupiditatis, ſcilicet & charitatis, vnus deuorans omnia mala, alter vniuerſa bona conſumens, conſideret vnuſquiſque conſcientiam ſuam, & ſi in ſe videt ignem cupiditatis ardere, cum Dei adiutorio feſtinet extinguere. Flamma enim cupiditatis in corde peccatorum, velut in altari deuorans omnia bona diabolo ardorem ſuauitatis exhalat, in anima vero ſancta, velut in ſacroſancto altari flamma charitatis quæcumque ſuperuenerint mala conſumens, Deo odorem ſuauitatis exhibet. Et quia vniuſcuiuſque cor altare eſt, aut Dei, aut aduerſarij, attendat vnuſquiſque conſcientiam ſuam, & ſi cupiditatis igne conſumitur, ſubtrahat a ſe opera mala. Qui vero flamma charitatis accenditur, ſemper bonis operibus augeatur, & nutriat in ſe ignem, quem in eo Chriſtus dignetur accendere.

Serm. 255. de tempore to. 10.

3. Reg. 6.

Luc. 12.

7

8 GREGORIVS explicãs illa verba cap. 5. Quia ipſe vulnerat & medetur, percutit, & manus eius ſanabunt, ait: Duobus modis omnipotens Deus vulnerat, quos reducere ad ſalutem curat. Aliquando enim carnem percutit, & mentis duritiam ſuo pauore tabefacit. Vulnerando ergo ad ſalutem reuocat, cum electos ſuos affligit exterius, vt interius viuant. Vnde per Moyſen dicit: Ego occidam, & ego viuere faciam; percutiam, & ego ſanabo, percutit vt ſanet, quia idcirco foris verbera admouet, vt intus vulnera delictorum curet. Aliquando etiam ſi flagella exterius ceſſare videantur, intus vulnera infligit, quia mentis noſtræ duritiam ſuo deſiderio percutit, ſed percutiendo ſanat, quia terroris ſui iaculo transfixos ad ſenſum nos rectitudinis reuocat. Corda enim noſtra male ſana ſunt, cum nullo Dei amore ſauciantur, cum peregrinationis ſuæ ærumnam non ſentiunt, cum erga infirmitatem proximi, nec

Lib. 6 moralium cap. 14 tom. 2.

Iob 5.

Deut. 32.

nec quamlibet minimo affectu langueſcunt: ſed vulnerantur vt ſanentur, quia amoris ſui ſpicu lis mentes Deus inſenſibiles percutit, moxq. eas ſenſibiles per ardorem charitatis reddit.

Cap. 2. Vnde & ſponſa in Canticis Canticorum dicit, Vulnerata charitate ego ſum. Male enim ſana anima, atque in huius exilij ſtatu cæca ſecuritate proſtrata, nec videbat Deum, nec videre requirebat; percuſſa autem charitate, vulneratur in intimis affectu pietatis, ardet deſiderio contemplationis, & miro modo viuificatur ex vulnere, quæ prius mortua iacebat in ſalute, æſtuat, anhelat, & iam videre deſiderat, quem fugiebat. Percuſſione ergo ad ſalutem reducitur, quę ad ſecuritatem quietis intimæ, amoris ſui perturbatione reuocatur, & ſauciata mens anhelare in Deum incipit, cuncta mundi huius blādimenta deſpicere, & ad ſupernam patriam deſiderium tendere.

9 IDEM ait: Thalami in Eccleſia illi ſunt, quorum corda per amorē ſponſo inuiſibili iun guntur, vt eius deſiderio mens ardeat, nullā iam quæ in mundo ſunt, concupiſcat, præſentis vitæ longitudinem pœnam deputet, exire feſtinet, & amoris amplexu in cæleſtis ſponſi viſione requieſcere. Mens quæ iam talis eſt, nullam præſentis ſæculi cōſolationem recipit, ſed ad illam, quam diligit, medullitus ſuſpirat, feruet, anxiatur. Vilis ei fit ipſa ſalus ſui corporis, quia transfixa eſt vulnere amoris. Mala autem ſalus eſt cordis, quæ dolorem huius vulneris neſcit. Cum vero anhelare iam in cæleſti deſiderio, & ſentire vulnus amoris cœperit, fit anima ſalubrior ex vulnere, quæ prius ægrotabat ex ſalute.

Hom. 15. in Ezechielē. to. 2.

Cor humanum inconſtans eſt, & varium, cuius cuſtodia apprime eſt neceſſaria. Cap. XXVII.

1 EN cap. 18. & 24. huius libri multa habentur de re hac, præter quæ aduertenda ſunt quæ ſequuntur.

AVGVSTINVS ſic habet: Referens Ambroſium in libro de fuga ſæculi cap. 1. Frequens nobis de effugiendo ſæculo ſermo, atque vtinam quàm facilis ſermo, tam cautus & ſollicitus affectus. Sed quod peius eſt frequenter irrepit terrenarum illecebra cupiditatum, & vanitatum offuſio mē tem occupat, vt quod ſtudeas vitare, hoc cogigites, animoq. voluas. Quod cauere difficile eſt homini, exuere autem impoſſibile. Nō enim in poteſtate noſtra eſt cor noſtrum, & noſtræ cogitationes, quæ improuiſo offuſæ mentem, animumq. confundunt, atque alio trahunt, quàm tu propoſueris. Ad ſæcularia reuocant, mundana inſerunt, voluptuaria ingerunt, illecebroſa intexunt, ipſoq. in tempore quo eleuare mentem paramus, inſertis inanibus cogitationibus, ad terrena plerumque deijcimur. Quis autē tam beatus qui in corde ſuo ſemper aſcendat? Sed hoc ſine auxilio diuino qua fieri poteſt? Nullo modo. Dicit enim Scriptura: Beatus vir cuius eſt auxilium abs te, aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit. *Pſal. 83.*

Lib. 4. contra duas epiſt. Pelag. to. 7.

2 IDEM explicans illa verba: Quoniā lum bi mei impleti ſunt illuſionibus, ait: Triſtitia nobis ſit, dicat homo tota die contriſtatus ingrediebar, donec anima noſtra exuatur illuſionibus. Quantæ ſint autem illuſiones animæ, ſi voluero dicere, tempus quando ſufficiet? Cuius enim anima iſta non patitur? A facie ipſarum illuſionum aliquando vix orare permittimur. De corporibus cogitare non nouimus niſi imagines, & ſæpe irruunt quas non quærimus, & volumus ex hac in hanc ire, & ab illa in illā tranſire, & aliquando vis redire ad id quod cogitabas, & dimittere vnde cogitas, & aliud ti bi occurrit. Vis recordari quod oblitus eras, & non tibi venit in mentem, & venit potius aliud quod nolebas. Cum autem quæreretur occurrerunt pro illo innumerabilia, quæ nō quærebantur. Vnde conuenit illuſiones animæ noſtræ plangere. 2 Expoſit. in pſal. 37. to. 8.

3 IDEM explicans illa verba: Lætifica animam ſerui tui, quoniā ad te Domine animam meam leuaui, ait: Iucunda eam, quia ad te leuaui eam. In terra enim erat, & in terra amaritudinem ſentiebat, ne in amaritudine contabeſceret, leuaui ad te, iucunda eam apud te. Certe recte admonet membra ſua, vt ſurſum corda habeant, leuent ad cælum, quod male eſt in terra. Frumentum ſi haberes in inferioribus ne putreſceret, leuares ad ſuperiora, & cor permittis in terra putreſcere? Amando aſcendis, iter tuum voluntas tua eſt. Quoniam ad te Domine animam meam leuaui, quoniam tu Domine ſuauis ac mitis es. Attendat vnuſquiſque & videat quanta aguntur in corde humano; quemadmodum ipſæ plerumque orationes impediantur vanis cogitationibus, ita vt vix ſtet cor ad Deum ſuum, & vult ſe tenere vt ſtet, & quodammodo fugit a ſe, nec inuenit cancellos quibus ſe includat, aut obices quoſdam, quibus retineat auolationes ſuas, & vagos quoſdam motus. Vnde aiebat Dauid: Quoniam inueni Domine cor meum, vt orarem ad te. Inuenire ſe dixit cor ſuum quaſi ſoleret ab eo fugere, & ille ſequi quaſi fugitiuū, & non poſſe comprehēdere, & clamare ad Dominum, quoniam cor meum dereliquit me. In Pſal. 85. *2. Reg. 7.*

4 GREGORIVS explicans illa verba 28. cap. Iob: Abyſſus dicit non eſt in me, ait: Quid hoc loco abyſſum, niſi corda hominum vocat? Quæ & per lapſum fluida, & per duplicitatis ſunt caliginem tenebroſa. Quæ nimirum abyſſus non eſſe in ſe hanc ſapientiam profitetur, quia iniqua mens dum eſſe ſapiens carnaliter appetit, ſtultam ſe ad ſpiritualia oſtendit. De hac abyſſo per Ioānem dicitur: Vidi Angelum deſcendentem de cælo habentem clauē abyſſi, & catenam magnam in manu ſua, & apprehendit draconem, ſerpentem antiquum, qui eſt diabolus Lib. 18. mo ral. c. 25. to. 2. *Apoc. 20.*

bolus & ſatanas, & ligauit eum per annos mille, & miſit in abyſſum, & clauſit, & ſignauit ſuper illum, vt non ſeducat amplius gentes, donec conſummentur mille anni. Antiquus ſerpens ligatus catena in abyſſum mittitur, quia relegatus a bonorum cordibus apud reproborum mentes recluſus eis atrocius dominatur. Hæc itaque abyſſus in qua nunc diabolus ſeruatur occultus, non eſſe in ſe ſapientiam dicit, quia alienam ſe a vera ſapientia iniquis operibus oſtendit. Dum enim malitiam quiſque tegit in corde; ore autem blandimenta exhibet, dum cogitationes ſuas obnubilat, dum vias ſimplicis innocētiæ declinat, quaſi habere abyſſus Dei ſapientiam recuſat. Et quia huic mundo mentes deditæ, præſentis vitæ curis & ſollicitudinibus perturbantur; & idcirco eiuſdem ſapientię tranquillitate perfrui nequaquā poſſunt, recte ſubiungitur. Et mare loquitur, non eſt mecum. Quid enim maris nomine, niſi ſæcularium mētium amara inquietudo ſignatur? *Infra*: Hinc eſt quòd Iſraeliticus populus cuſtodiam ſabbathi accepit in munere: hinc e cōtra eſt Ægyptus muſcarum multitudine percuſſa. Populus namque qui Deum ſequitur, accipit ſabbathum, ideſt requiem mentis, vt nullo in hac vita deſideriorum carnalium appetitu fatigetur. Ægyptus vero, quæ huius mundi ſpeciem tenet, muſcis percutitur. Muſca enim nimis inſolens & inquietum animal eſt, in quo, quid aliud, quàm inſolentes curę deſideriorum carnalium deſignantur? 5 *Exo. 16.*

6 IDEM explicans illa verba: Exultauit cor meum in Domino, ait: Quia cor ſuum dicit, quid aliud quàm mentis ſuæ libertatē aſſeruit? Reprobi quidem corda ſua non habent, quia ea diabolus poſſidet. Quotieſcumque ergo grauiter delinquimus, cor noſtrū nos non habemus. Quare & Hieremias Iudaico populo grauiter delinquēti improperans, ait: Audi populе ſtulte, & qui non habes cor. Hinc item conuerſus alius Propheta dixit: Inuenit ſeruus tuus cor ſuum. Lib. 2. in 2. c. 1. lib. Regum to. 2. *Hiere. 5.*

7 BERNARDVS ait: Chriſtus Dominus in Euangelio de vigilantibus ſeruis, & aduentum Domini præſtolātibus loquens; Si (inquit) in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit beati ſunt ſerui illi. Quod nequaquam de prima, aut ſecunda vigilia dictum reperies. Eſt autem vigilia hæc ſuper cor, cui ſane omnem iam cuſtodiam exhibere ſapiens monet; nimirum quia ex ipſo vita procedit. Ego tamen etiam hanc conſtare arbitror ſpecialiter in duobus, vt videlicet ſuper affectionum pariter, & cogitationum ſuarum greges mens ſollicita vigilanter intendat. In Serm. de triplici cuſtodia mandatorum & conſil. Luc. 12. *Prou. 4.*

8 IDEM de inſtabilitate cordis humani, ſic ait: Nihil eſt in me corde meo fugacius. Cor meum, cor vanum, vagum, & inſtabile, dum ſuo ducitur arbitrio, & diuino caret conſilio, in ſe ipſo non poteſt conſiſtere, ſed omni mobili mobilius per infinita diſtrahitur, & hac, atque illac per innumera diſcurrit. Et dum per diuerſa requiem quærit, non inuenit. Sed in labore miſerum, a requie vacuum manet, ſibi non concordat, a ſe diſſonat, a ſe reſilit, voluntates alternat, conſilia mutat, ædificat noua, deſtruit vetera, deſtructa reædificat; eadem iterum atque iterū, alio, & alio modo mutat & ordinat, quia vult & non vult, & numquam in eodem ſtatu permanet. Sicut enim molendinum velociter voluitur, & nihil reſpuit, ſed quicquid imponitur molit, ſi autem nihil apponitur ſeipſum conſumit, ſic cor meum ſemper eſt in motu, & numquam requieſcit, ſed ſiue dormiā, ſiue vigilem, ſomniat, & cogitat, quicquid ei occurrit. Et ſicut molendinum arena ſi imponatur, exterminat, pix inquinat, palea occupat, ſic cor meum cogitatio amara turbat, immunda maculat, vana inquietat, & fatigat. Cor meū dum futurum nō curat gaudium, nec diuinum quærit auxilium ab amore cæleſtium elongatur, & in amore terreſtrium occupatur. Cumq. elabitur ab illis, & inuoluitur in iſtis vanitas illud recipit, curioſitas deducit, cupiditas allicit, voluptas ſeducit, luxuria polluit, torquet inuidia, turbat iracundia, cruciat triſtitia, ſicq. miſeris caſibus ſubmergitur omnibus vitijs. Per multa diſpergitur, & huc illucq. querit, vbi requieſcere poſsit, & nihil inuenit, quod ei ſufficiat, donec ad Deum reuertatur. A cogitatione in cogitationem ducitur, & per varias occupationes & affectiones variatur, vt ſaltem varietate ipſarum rerum impleatur, quarum qualitate ſatiari non poteſt. Sic labitur cordis miſeria ſubtracta diuina gratia. Cumq. ad ſe reuertitur, & diſcutit quod cogitauit, nil reperit, quia importuna fuit cogitatio, qua componit multa de nihilo, ſic denique decipit imaginatio, quam dæmonum format illuſio. Imperat mihi Deus, vt præbeam illi cor meum, & quia imperanti Deo non ſum obediens & ſubditus, mihi ſum rebellis & contrarius. Vnde mihi ſubiugari nō potero, donec illi fuero ſubiectus, mihique ſeruiam nolens, qui ei nolo ſeruire volens. Idcirco plura machinatur cor meum vno momēto, quàm omnes homines perficere poſſent vno anno. Cum Deo non ſum vnitus, & ideo in meipſo ſum diuiſus. *Iob 13.* 9

10 IDEM ſic ait: Oneroſas cogitationes in anima iuſti illas accipe, quibus reſiſtere vult, & tamen non poteſt, ſed velit, nolit, irruit in oculis mentis muſcarū Ægypti peſtilentia, & perſtrepunt ranæ in penetralibus cordis eius. *Infra*. Cogitationum multiplex varietas eſſe cognoſcitur, aliæ namq. cor inflant, aliæ eleuant, aliæ perturbant, aliæ diſſipant, aliæ confundūt, aliæ diſtendunt, aliæ ligant, aliæ inquinant, aliæ contrahunt, aliæ corrumpunt. Inflant vt ſuperbæ, eleuant vt vanæ, perturbant vt inuidæ, diſſipant vt iracundæ, confundunt vt acedioſæ, diſtendunt vt ambitioſæ, ligant vt guloſæ, inquinant vt luxurioſæ, contrahunt vt timidæ, corrumpunt vt malitioſæ. His igitur excluſis mens purgatur, ſi ſanctis cogitationibus ingiter exerceatur, ſicut ſcriptum eſt, cogitatio ſancta cuſtodiet te. In libro de conſciētia, qui eſt in 2. parte operum Bernardi.

11 AMBROSIVS oſtendit maximam difficulta-

Lib. de fuga sæculi c.1.to.1.

ficultatē, vt animus exeat a sæculo, dicēs: Non est in potestate nostra cor nostrū & nostrę cogitationes quæ improuiso offusæ mentē, animūq. confundunt, atque alio trahunt, quàm tu proposueris, ad sæcularia reuocant, mundana inserūt, voluptuaria ingerunt, illecebrosa intexūt, ipsoq. in tempore, quo eleuare mentem paramus insertis inanibus cogitationibus ad terrena plerumque deijcimur, quis inter tot passiones huius corporis, inter tantas illecebras huius sæculi tutum, atque intemeratum seruare potest vestigium? respexit oculus & mentis sensum euertit, audiuit auris, & intentionem inflexit, inhalauit odor, & cogitationem impediuit, os libauit, & reddidit crimen, tactus contigit, & ignem adoleuit, intrauit mors per fenestras dixit Propheta: Vnde beatus quem delectatio non reuocat, quem voluptas non inclinat, qui ad inferiora non respicit, quod neque ipsius Loth vxor potuit euadere: sine auxilio enim diuino quomodo id fieri potest? Bene Scriptura dicit: Beatus vir cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit; ideo qui vult ascendere nō læta sæculi, non amæna, non delectabilia, sed plena doloris & fletus sequatur. Melius est enim ire ad domum luctus, quàm ad domum gaudij, neque Adam de paradiso descendisset, nisi delectatione deceptus esset &c.

Psal. 83.

*Eccls.*7.

12 Lib. de Noe & Arca cap. 11.to.1. *Gen.*7.

IDEM exponens illud: Intra tu & domus tua in arcam &c. sic ait: Altior sensus prouocat nos, vt putemus vigorem mentis in anima esse, & animam in corpore, quod paterfamilias in domo sua, quod enim in anima mens, hoc anima in corpore, si mens tuta est, tuta est domus, tuta est anima, si anima incolumis, incolumis caro. Mens enim sobria passiones omnes cohibet, sensus gubernat, sermonem regit; ideoq. bene dicit Dominus iusto, Intra tu, idest intra teipsum, intra tuam mentem, in tuæ animæ principale, ibi salus est, ibi gubernaculum, foris diluuium, foris periculum; si autem intus fueris, & foris tutus es, quia vbi mens sui arbitra est, bonæ sunt cogitationes, bonæ sunt executiones, sobrietas enim mentis medicina est corporis &c.

13 Octonar. 10 in psal. 118 to.2.

IDEM super illud: Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis, vt non confundar dicit: Bene ait immaculatum, quia cor hominis, velut indecentium cogitationum colluuione maculatur, si cogitatio ipsa polluit, quanto etiam facta ipsa contaminant? Noli extraordinarijs cogitationibus aduersa naturæ contaminare penetralia, ne id inquinamento graui polluas, quod putas habere te mundum. Manus lauas quasi possis crimina elicere, cum mentem tuam, vel nudis cogitationibus inquinatam lauare non possis, & Pilatus manus lauit, sed cor suum lauare non potuit, manfit scelere pollutus, quamuis manus suas aquæ infusione lauisset, audi quia & cogitatio inquinat,

*Matt.*15. Non quod intrat in os coinquinat hominem, sed quod exit de ore, de corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, &c. Si ergo intus coinquinaris, prius mūda quod intus est; si quod intus est mundaueris, & exteriora mundasti, vt si aqua turbida influat, frustra putas lacum esse mundandum, si fons profluat cænolētus, receptacula tersisse nihil proderit, cum in fonte sit vitium. Cor tuū cogitationum tuarum est scaturigo, in illo fonte vel turbida aqua impuritatis euomitur, vel sinceræ pietatis vnda prorumpit &c.

Corrigendi sunt proximi, debitis adhibitis circumstantijs, quod iusti viriliter præstant. Cap. XXVIII.

1 Homil.6.in c.16.Ezech. to.2.

ORIGENES sic ait: Consideranti mihi constantiā Prophetarum miraculum subit, quomodo vere credētes Deo magis quàm hominibus, contemserint mortem, pericula, contumelias, & omnia quæ passi sunt ab eis arguebantur, dum voluntati Dei in correctione, & prophetatione deseruiunt. Admirabar Esaiam, & obstupescebam quomodo diceret: Audite sermonem Domini principes Sodomorum, attēdite legem Dei populus Gomorrhæ. Quo mihi multitudinem sacrificiorum vestrorum dicit Dominus? *Infra*: Cum Ezechieli fuisset imperatum vt testaretur, & notas faceret Hierusalem iniquitates eius, nō posuit ante oculos eius periculum, sed fornicationis illam arguit, quia diuaricauerit pedes omni trāseunti, increpat scelerum ciuitatem. Sed quia confidebat, Dei se facere voluntatem paratus, & mori, & viuere, loquebatur intrepidus. Hæc dicit Dominus: Radix tua & generatio tua de terra Chanaam. Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethea. *Infra*: Sæpe miratus sum id quod dictū a Daniele, qui constantissime preByterum peccatorem semen Chanaam appellante. At Ezechiel totam vnam ciuitatem Hierusalem arguit dicens: Radix tua, & generatio tua de terra Chanaam.

Esaiæ 1. *Ezec.*16. *Dan.*13.

2 Homil.5. pſal.14.to. 1.

BASILIVS explicans illa verba: Et opprobrium nō accepit aduersus proximos suos, ait: Dubia est dictio vtrum ipse nulla admiserit, quę mereātur a proximis suis exprobrari, & hac de causa non acceperit ab ipsis opprobrium, an potius nullum proximorum ipse viderit, aut opprobrio affecerit eorū, qui tuperauerit, aut opprobrium prolapsi sunt. Nec enim is qui peccat probris venit insectandus, vt scriptū est, Ne exprobres homini auertenti se a peccato. Numquā enim ad delinquētium vtilitatem nouimus esse a quopiā assumptum, nam cum Apostolus in suis ad Timotheū discipulum institutionibus permiserit redargutionem, siue reprehēsionem, obsecrationem simul, & increpationem; nusquam tamen assumit opprobriū, quòd fraternæ correctioni adnersetur. Sane reprehensio, siue coargutio videtur sibi finem præstituere emendationē peccantis, cōtra opprobrium eius magis, qui peccauit, spectat confusionem.

3 In interrogat.47.to.1 *Matt.*18.

IDEM interrogans an aduersus peccantes dissimulatione vti cōueniat, ait: Sane quod hoc fieri non debeat, perspicuum est ex præceptis Domini, qui in veteri testamento dixerit correptione corripies fratrem tuum, & non sumes propter illum peccatum. In Euangelio autem, Si peccauerit in te frater tuus, vade corripe eum inter te & ipsum solum, si te audierit lucratus eris fratrem tuum &c. Porro peccati istius iudicium, quàm graue sit, intelligi potest ex historijs vtriusque testamenti. Animaduerte enim quando Acham furatus est linguam illam auream, & indumentum illud, quomodo in cunctum populum sęuierit ira Domini, quodque maius est, qui etiam delicti auctorem, & delictum ipsum ignoraret, vsquedum is ipse, quem dixi manifesto deprehensus est, & horribile illud, vna cum suis omnibus exitium subiit. Heli vero quamuis nequaquam dissimulanter scelus tulisset filiorum suorum, illorum inquam filiorum pestilentia, contraq. sæpe illos ab eo deterrere fuisset conatus, dixissetque, nō filij, non est bona fama, quam audio de vobis; ac longiore oratione, & magnitudinem sceleris, & necessitatem ineuitabilis iudicij demonstrasset; quia tamen de illis non meritas pœnas sumpserat; neque eo modo quo æquum erat aduersum ipsos indignatus fuerat, vsque eo Dei iracundiam irritauit, vt & populus vna cum filijs ipsius internicione absumptus sit, & arca ipsa capta in hostium potestatem deuenerit, & sub hæc omnia, ipse miserabili exitu vitam finierit. Quod si aduersus eos qui sceleris auctori conscij non fuerant, & eos qui adhibita contestatione peccantes a peccato auertere conati fuerant, Dei vehemens adeo ira exarsit, quid de ijs dicendum est, qui & conscij sunt, & tacentes dissimulant? Qui nisi ea præstiterint, quę ad Corinthios scripta sunt his verbis: Quare non magis luctum habuistis, vt tolleretur de medio vestrum, qui hoc opus fecit? Et quæ deinceps ipsos fecisse, idem Apostolus testatur, cum ait: Ecce enim hoc ipsum secundū Deum contristatos esse vos, quantam in vobis operatur sollicitudinem, sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictam? Hi inquam, nisi hæc omnia præstiterint, prorsus periculum est, ne nunc etiam omnes simile exitium incurrant, vel eo grauius etiam, quo grauius peccat, is qui Dominum spernit, quàm qui legem Moysi irritam fecerit, & qui idem audet cum eo, qui ob eandem causam ante damnatus sit. Septuplum enim vltio data est de Cain, de Lamech vero septuagiessepties, qui simili in peccato lapsus fuerat.

Iſaiæ 1. 1.Reg.2. 2.Cor.7. *Heb.*10. *Gen.*4.

4

IDEM interrog. 99. Rogatus cuiusmodi animi affectione increpare debet, qui alterum corripit. Respondet. Quod quidem ad Deum attinet, ea, quam habebat Dauid cum dixit:

Vidi præuaricantes & tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt. Quod vero ad eos qui increpantur, eiusmodi, quali vteretur pater, & medicus cum misericordia & lenitate, si filium suum curaret, & maxime si adesset dolor, & sine cruciatu adhiberi curatio non posset. *Psal.*118.

6 In interrogat.178. *Gal.*6.

IDEM interrogatus: Quid est alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi, & qualem legem adimplebimus si hoc fecerimus. Ait hoc inter nos onus vicissim, alij ab alijs tollimus, atque amputamus, quotiescumque operam damus, vt resipiscant qui peccant. Legem autem Domini adimplebimus, qui dicit: Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam, & nobis quid faceremus lege illa præcepit, cum dixit: Si peccauerit in te frater tuus, vade corripe eum inter te, & ipsum solum, si te audierit, lucratus es fratrem tuum. *Luc.*5. *Matt.*18.

Homil. 43. in Genesim to.1. *Gen.*19.

CHRYSOSTOMVS loquens de Loth, qui vt hospites uiatores omnino ignotos eriperet ab impiorum cōtumelia, prostituere uoluit proprias filias, ait: Nos autem uidentes sæpe fratres nostros in ipsum impietatis profundū, & in fauces diaboli cadere, neque sermone eos dignamur, neque cōsulere, neque verbis admonere, & eripere a malitia, & ad uirtutē manuducere. Qualem igitur habebimus defensionē, cum iustus neque filiabus parcit, vt hospitum seruet curam; nos autem ita immisericorditer erga fratres nostros afficimur, & sæpe tam frigida & absurditatis uerba proferimus. Quid enim mihi, inquit, cum eo commune? mihi non est curæ, nihil mihi negotij cum eo. Quid dicis homo? Nihil tibi commune cum eo? Frater tuus est, eiusdem tecū naturæ, sub eodem estis Domino, & dicis nihil cōmune habeo cum eo, & immisericorditer præteris, & non porrigis iacenti manum. Et Iudæis quidem lex imperabat, ne inimicorum lapsa iumenta negligerent, tu autem fratrem tuum a diabolo sæpe saucium, & iacentem non super terram, sed super peccati barathrum uidens, non admonitionem tuam adhibes, non alios in auxilium uocas, ut a fauce bestiæ membrum tuum eruere ualeas, & ad suam reducere nobilitatem, ut & ipse si quando ceciderit (quod absit) in laqueos mali dæmonis illius, possis habere aliquos qui te iuuent, & liberent a manibus diaboli. Sic & Paulus excitare uolens Galatas, ut suis prouideant membris, inquit, considerans teipsum, ne & tu tenteris, quasi diceret, si absque compassione & misericordia fratrem præteris, forte & te, si ceciderit, alius similiter præteribit. Si igitur uis non despici sicubi labaris, ne ipse despexeris alium, sed magnam prætefer benignitatem, & thesaurum crede maximū, si serues fratrem. Nam si solum mente cogitaueris, quòd ille quē despicis & præteris, a Domino tāto in honore habitus est, ut propter ipsum non refugerit, & sanguinem effundere, sicut & Paulus dicit: Et peribit infirmus frater in tua conscientia, propter quem Christus *Exod.*23. *Deut.*25. 7 *Gal.*6. *1.Cor.*8.

mortuus est, quomodo non præ pudore sub terra te abscondis? Si igitur propter illum Christus sanguinem effudit, quid magnum facis, si tuam in eum declares beneuolentiam, & exhortatione verborum iacentem erigas, & animam mersam forte, & submersam refers ex profundo malitiæ, & facis vt videat veritatis lucem, ac non recurrat ad vitiorum caligines? Imitemur igitur obsecro iustum illum, & si periclitandum etiam fuerit pro salute proximi, non hoc subterfugiamus. Nam tale periculum nobis salutis fuerit occasio, multamq. conciliabit fiduciam. Considera obsecro quomodo iustus ille toti populo, qui ita in malitiam conspirauerat, se opposuerit, & magnam clementiam, indicibilemq. fortitudinē præ se tulerit, quamuis neque sic corrigere potuerit indomitam illorum insaniam.

8 IDEM ait: Fideliora sunt vulnera amici, quàm blanda oscula inimici. Osculatus est Dominum Iudas, sed osculo prodidit, venenum habebat os eius, malitiaq. impleta erat lingua eius. Paulus vulnerauit eum qui apud Corinthios scortatus fuit, sed saluauit. Et quomodo vulnerauit? Dicit quòd dederit eum satanæ ad interitū carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini Iesu. Vidisti vulnera salutē afferentia, vidisti osculū proditione plenū. Sic fideliora sunt vulnera amici, quàm blanda oscula inimici. *Infra*: Si quem videmus veste breuiori, vel alioqui indecenter vestitum, admonemus & emendamus, verum videntes vitam eius dissolutam, ne verbum quidem proferimus, videntes mores eius nefarios præterimus; tametsi ridicula sint ea, quæ ad vestes pertinent; periculosa autem & damnosa quæ ad animam. Dic obsecro, nōne cum vides fratrem per præceps ferri, manum ei porrigis? Nonne a lapsu erigis? Nonne reprehendis & arguis? Et in his maioris facis non offendere, & nō haberi pro inimico, quàm salutis eius curam habere? Et quam habiturus es apud Deum veniam, vel quam defensionem? Non audisti quid Deus Iudæis præcepit? nempe ne errantia inimicorum iumenta despiciāt, & lapsa ne prætereant. Quod cum Iudæis præceptū, ne inimicorum bruta contemnant, nostrum fratrum animos qui quotidie supplantātur, despiciemus? Et quomodo non est summa inhumanitas, & ferina crudelitas, nos non tantum curæ hominibus impendere, quantum alij iumentis? Hoc est quod omnem vitam nostrā confundit, hoc est quod omnem ordinem subuertit, quia neque boni consulimus, cum reprehendimur, nec alios reprehendere volumus. Ideo enim molesti sumus, cum arguimus, quia & exasperamur cum arguimur. Enimuero si sciret frater, quòd a te laudaretur, te arguens, ipse etiam vicariam eandem operam tibi impenderet.

Homil. de ferendis reprehēsionibus to. 3.
Prou. 17.
Luc. 22.
1. Cor. 5.
Exod. 23.
Deut. 22.

9 IDEM sic habet: Nos magna cum lenitate, magna cum prudentia ad castigandum accedamus. Vbi peccare fratrem vides, vt Christus iussit, peccatum ne vulgato, sed inter te & ipsum solum, non conuiciando, nec pedibus iacentem conculcando, sed dolendo, sed lachrymando castiga. Talem te præbe castigando, vt ipse quoque si pecces castigari possis. Non dicas an non mentem ipse habet? Stultæ voces sunt & ferarum; immo vero dæmonum potius. Nam quod tu dicis mentem non habet ipse quoque? Audies a nobis non habere, illo enim affectu inebriatus est. Dauide quid erat cordatius magis, vt qui dicit: Ignota & abscondita sapientiæ tuæ manifestasti mihi? Sed vbi peruersis oculis ducis sui vxorem vidit, ibi quod fæuiente mari nauigantes patiuntur, verisimile est hunc quoque passum. Hinc vniuersa sapientia eius exhausta est, & ait: Putruerūt & corruptæ sunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ. Ergo mentem qui peccat non habet; ebrius est enim & tenebris obrutus. Non est igitur cur hoc dicas, sicut nec illud, Quid ad me? Suam quisque sarcinam gestabit. Nam & tibi crimen hinc multo maximum surgit, quòd errantem videns nō restituisti. Nam si iumentum lege Iudaica negligere hostis tui fas non est, qui non iumentum, non hostis sui, sed pereuntis amici animam despicere potest, quam veniam consequetur? Non excusat enim te, quòd mentem ille habet, quādo ipsi quoque multa sæpe, cum præcipiamus nobis, nec sufficimus, nec vtiles nobis sumus. Idem de illo qui peccauit cogitandum, verisimile esse citius apud te, quàm apud seipsum optimum cōsilium inuenire posse. Nec est cur dicas, quid ista ad me? Perterreat eius, cuius ex ore vox ista primum venit, exemplum, Num ego custos fratris mei sum? Eodem nostrum istud tendit. Hinc mala omnia uenerunt, quòd corporis nostri membra aliena a nobis esse putamus. Quid uis? nihil tu fratrem curas? Cui igitur curæ erit? infideli? De malis huius gaudenti, opprobranti, insultanti? Sed diabolo impellenti, præcipitanti? Et vnde constat, inquis; Si dixero, si consuluero recte, profecturum esse me quicquam? Vnde vero constat nihil effecturum te esse? Nam est hoc rursum extremæ dementiæ, cum sint rerum euentus incerti, socordia confessa in se recipere crimen. Tametsi Deus, cui sunt explorata futura, sæpe dixit, & nihil perfecit; & neque sic destitit tamen, præsciret licet non esse persuasurum. Quid prætendet, qui futura ignorat, prorsus deficiens, & torpens? Nā sæpenumero qui conati sunt id quod volebant, perfecerunt. Quòd si nihil facias, amplius, feceris tamen id quod erat officij tui. Ne inhumanus igitur sis, aut immitis, aut negligens. Nam esse crudelia ista uerba, & ignaua hinc liquet. Vnde fit enim quòd membro corporis tui quocumque dolente, nihil istuc ad me, non inquis? aut unde liquet, si dolenti curam adhibeas restitutum iri? Omnia tamen facis, ut etiamsi proficias nihil, non sit tamen quo accusare merito te possis, quia quod fieri conueniebat, abs te sit prætermissum. Ergone corporis quidem membra hunc in modum curabimus, Christi uero negligemus? Et quomodo ista sint uenia digna? Qui

Hom. 44. in 1. epist. Pauli ad Cor. to. 4.
Gen. 4.

Qui enim non sit hoc horrore dignum, carnem tuam cum putrescentem videas videre nolle? Et cum vel familiarem, vel asinum putrescente membro habes, non vis vt negligatur, membrum autem Christi scabie plenum vidēs, præterire potes, & rem non mille fulminibus vindicandam censes?

11 HIERONYMVS ait Esaias, qui tantū in sermone peccauit, labia habebat immunda, & quantum ego arbitror, quia Oziam in templum irruentem non corripuerat, nec iuxta Eliæ exemplum libera voce impium designarat, labia habebat immunda.

Epist. ad Damas. in qua explicat c. 6 Esai. to. 3
Psal. 50.
Psal. 37.

12 IDEM explicans illa verba: Radix tua & generatio tua de terra Chanaan. Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethea, ait: Magna fides, & grandis audacia prophetarum, vnum hominem, totam vrbem ignobilitatis arguere. Mirabilis Daniel qui ad presbyterum delinquentem, & adulterio iungentem homicidiū, puer ausus est dicere, semen Chanaam, & non Iuda, species decepit te. Magnus & Esaias qui clamat ad principes, & ad populum Iudæorū, audite verbum Domini principes Sodomorū, auribus percipite verba Domini populus Gomorrhæ. Sed non minor Ezechiel, qui ad totam vrbem loquitur confidenter generatio tua de terra Chanaan, pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethea. Quamquam & Stephanus primus martyr Euangelij ad insanientem populum sit locutus, Dura ceruice, & incircumcisi corde, vos semper Spiritui sancto restitistis.

Lib. 4. in c. 16. Ezech. to. 4.
Deut. 23.
Esaiæ 1.
Act. 7.

13 IDEM explicans illa verba: Ne contendas aduersum hominem frustra, ait: Non vetat cōtendere aduersus eum, qui mala facit, vt corrigatur, quia hoc nimirum frustra non fit, quod certa necessitas cogit, vt fiat; immo etiam, qui ait: Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum, vult vt errantem, quantum vales, ad viam veritatis reuocare contendas.

Lib. 2. in c. 3. Proverb. to. 4.
Matt. 18.

14 IDEM exponens illa verba: Noli arguere derisorem ne oderit te, ait: Derisor est omnis hypocrita, qui ob hoc quòd iustum se esse æstimat, verba correptionis nequaquam recipit. Non est timendum, ne tibi derisor cum arguitur cōtumelias inferat, sed hoc potius prouidēdum, ne tractus ad odium peior fiat. Ideoque tibi aliquoties ab eius correptione, non tuæ timiditatis, sed dilectionis eius gratia cessandum est.

In cap. Proverbiorum.

15 IDEM explicans illa verba: Iustus prior est accusator sui, ait: Omnis qui vere iustus est, vbi peccantium errata conspicit, primum ad seipsum oculum cōsiderationis inflectit, dumq. suam fragilitatem sollicitus accusauerit, sic demum ad corripiendos alios linguam benignus exerit.

Lib. 2. in c. 18. Proverbiorum.

16 IDEM explicans illa uerba: Erudi filium tuum, & non desperes, sic habet: Subiectum tibi quemlibet, si errare conspicis diligenter castigare curato, quòd si curari renuit; ita erga illum circumspecte & temperanter age, ne quid omnino in tuis verbis vel actibus, vnde amplius peccet, inueniat. Qui impatiens est, sustinebit damnum; si enim duritia contradicentis fratris, quem erudire cœpisti, prouocatus ipse in impatientię vitiū labaris, damnum profecto tuæ virtutis incurris, & cū illi durius forte increpando spem promerendæ salutis, agendæq. pœnitentiæ, quam habuerat, rapueris, rationem pro eo quòd fratrem scandalizasti, districto iudici reddes.

Cap. 19. Proverb.

17 IDEM exponens illa verba: Verba sapientium sicut stimuli, & quasi claui in altum defixi, sic ait: Verba sapientium in similitudinem stimulorum corrigunt delinquentes, & pigros mortaliū gressus aculeo pungente commouēt. Sed notandum est, quòd dicuntur verba sapientium pungere non palpare, nec molli manu attrahere lasciuiam, sed errātibus, & vt diximus tardis pœnitentiæ dolores, & vulnus infligere. Si cuius igitur sermo non pungit, sed oblectationem facit audienti, iste non est sermo sapiētis; verba quippe sapientium vt stimuli. Vnde subditur, Quæ per magistrorum cōsilium data sunt a pastore vno, idest, quoniam ad cōuersionem prouocant delinquentem, & firma sunt, & a concilio sanctorum data, atque ab vno pastore eoncessa, & solida radice fundata sunt. Hic stimulus est, de quo scriptum est: Durum est tibi calcitrare contra stimulum Dei.

In cap. 12. Ecclesiastes to. 5.
Act. 9.

18 AVGVSTINVS explicans locum Iosue 7. Quando Acham contra mandatum Domini accepit de anathemate Hiericho & vno peccāte populus flagellatus est, & superatus; ideo factum asserit Dominus, quia peccauerit populus, cū tamen vnus tantum peccasse referatur, ait: Queri solet quomodo iuste pro alterius peccatis in alijs vindicetur. Sed sciendum est, hoc ideo esse factum, vt non se solum quisque curet in populo, sed inuicē sibi adhibeant diligētiam & tamquam vnius corporis, & vnius hominis, alia pro alijs sint membra sollicita; ostēditurq. quanta connexa sit in populo societate ipsa vniuersitas, vt non in seipsis singuli, sed etiam tamquam partes in toto existimentur.

Lib. 6. Quæstionum in Iosue to. 4.

19 IDEM disputans cur boni cum malis pariter flagellantur, ait: Hoc fit quia plerumque ab eis docendis, admonendis; aliquando etiam obiurgandis, & corripiēdis male dissimulatur, vel cum laboris piget, vel cum os eorū coram verecundamur offendere, vel cum eorū inimicitias deuitamus, ne impediant, & noceant in istis temporalibus rebus, siue quas adipisci adhuc appetit nostra cupiditas, siue quas amittere formidat infirmitas. Ea propter iure istam vitam, quando diuinitus affliguntur, cum peccatoribus amaram sentiunt, cuius amando dulcedinem peccantibus eis amari esse noluerunt. Nam si propterea quisque obiurgandis, & corripiēdis male agentibus parcit, quia opportunius tēpus inquirit, vel ijsdē ipsis metuit, ne deteriores ex hoc efficiantur, non videtur esse cupiditatis occasio, sed cōsiliū charitatis. Illud est culpabile, quòd hi qui dissimiliter viuunt, & a malorū factis abhorrent; parcūt tamen peccatis alienis, quæ dedocere, & obiurgare deberent, dū eorū offensiones cauent, ne sibi

Libro 1. de Ciuit. Dei cap. 9. to. 1.

noceant in his rebus, quibus licite boni, atque innocentes vtuntur, sed cupidius quàm oportebat eos, qui in hoc mundo peregrinantur, & spem supernæ patriæ præ se gerunt.

20 Lib. de correptione & gratia to 7. *Luc.* 10. *2. Tim.* 1.

IDEM vt doceat omnes fratres corrigendos esse, ait: Si filius pacis est, quẽ corripimus, requiescet super eum pax nostra; sin autem ad nos reuertetur. Quamuis itaque etiã dum quorumdam fides subuertitur, firmum Dei fundamẽtum stet, quoniam nouit Dominus qui sunt eius; non tamen ideo nos pigri, & negligentes esse debemus in corripiendis, qui corripiendi

1. Cor. 8. sunt. Neque enim frustra dictum est, & peribit infirmus in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est. Non argumentemur, & dicamus, pereat infirmus, quid ad nos pertinet? Firmum fundamentum Dei stat, & nemo perit, nisi filius perditionis. Verum est hoc, sed

Ezec. 13. ait Deus per Ezechielem, ille quidem in pecca to suo morietur; sanguinem vero eius de manu speculatoris requiram. Proinde quantum ad nos pertinet, qui prædestinatos a non prędestinatis discernere non valemus, & ob hoc omnes saluos fieri velle debemus, omnibus ne pereant, vel ne alios perdant, adhibenda est a nobis medicinaliter seuera correptio, Dei est autem eam illis facere vtilem, quos ipse pręsciuit

Rom. 8. conformes imaginis filij sui. Si enim aliquãdo timore nõ corripimus, ne aliquis inde pereat, cur nõ etiã timore corripimus. ue aliquis inde plus pereat? Neq; enim dilectionis viscera ma

1. Thess. 5. iora gestamus, quàm Paulus qui dicit, Corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes, videte ne quis malum pro malo alicui reddat. Vbi intelligendum est, tunc potius malum pro malo reddi, si corripiendus non corripiatur, sed prae

Matt. 18. dissimulatione negligatur. Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum. Et seueritatem correptionis eo vsque perducit, vt dicat, si nec Ecclesiam audierit, sit tibi vt Ethnicus & Publicanus. Et quis magis dilexit infirmos, quàm ille qui pro omnibus est factus infirmus. Correctio autem cum charitate fiat,

1. Pet. 5. quoniam charitas cooperit multitudinem pec catorum.

21 Lib. de vtilitate ieiunij to. 9.

IDEM ait: Si ægrotet pater, & adsit illi pie filius eius, & videat eum medicus letali, & noxio somno premi, patiens est in senem moriturum propter ipsos paucos dies, quibus hic potest viuere, stat filius, & adest patri sollicitus, & cum audierit medicum dicentem, iste homo lethargicus potest esse, & inde mori, si permittatur dormire, si vultis eum viuere non dormiat. Illum somnus ille noxius premit, qui & noxius est, & dulcis est. Filius autem eius admonitus a medico stat sollicitus patri, molestus pulsat, & si pulsatio eius vincitur vellicat, & si vellicatio nihil agit, pungit. Certe molestus est patri, & esset impius, nisi esset molestus. At ille quem delectat mori, molestum sibi filium tristi aspectu, & voce reuerberat, Quiesce mihi, quid mihi molestus es? Sed medicus ait, quia si dormieris, morieris. Et ille dimitte me, mori volo. Senex dicit, mori volo, & puer impius est, si non dicat, ego nolo, & illa vita vtrique temporalis est; & tamen impij sunt, nisi ad ipsam etiam cum inuicem molesti sunt, consulant. Ergo ne video fratrem meum somno noxiæ consuetudinis premi, & non excito, dum timeo molestus esse dormienti, atque pereunti? Non eum erigam, vel molestus ero, vt vigilet, & carens somno vetustissimi erroris mecum in hereditate gaudeat vnitatis? Prorsus faciam, si vigilo faciam, si non facio & ego dormio.

22 Serm. 18. de verbis Domini in Matthæũ to. 10. *Ephes.* 5.

IDEM ait: Duobus modis non te maculat malus, si ei non consentias, & si redarguas, hoc est non communicare, non consentire. Hoc admonens Paulus, ait: Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. Videte quemadmodum vtrũque complexus est. Quid est nolite communicare? Nolite consentire, nolite laudare, nolite approbare. Quid est magis autem redarguite? Reprehendite, corripite, coercete. Deinde in ipsa correptione alienorum peccatorum ca uendum est, ne se extollat qui alterum corripit, & apostolica illa cogitanda sententia. Quapropter qui se putat stare, videat ne cadat. Foris terribiliter personet increpatio, intus lenitatis teneatur dilectio. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spiritales estis, ait idem Apostolus, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, & mansuetudinis, intendens teipsum ne & tu tenteris. Item alio loco, Seruum autem Domini non oportet litigare, sed mitem esse ad omnes, docibilem, patientem, in modestia coripientem diuersa sentientes, ne forte det illis Deus pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & resipiscant a diaboli laqueis, a quo capti tenentur ad ipsius voluntatem. Neque ergo consentientes sitis malis, vt approbetis, neque negligentes vt non arguatis, neque superbientes vt insultanter arguatis. *Infra*: Explicat locum Esaiæ: Recedite, exite inde, & immundum ne tetigeritis. Quid est tangere immundum, nisi consentire peccatis? Quid est autem exire inde, nisi facere quod pertinet ad correptionem malorum, quantum pro vniuscuiusque gradu, ac persona salua pace fieri potest? Displicuit tibi quod quisque peccauit, non tetigisti immundum. Redarguisti, corripuisti, admonuisti, existi inde.

1. Cor. 10. *Gal.* 6. *2. Tim.* 2. *Esa.* 35.

23 In Natiuit. S. Ioan. Baptistę. *Psal.* 18. *Luc.* 3.

BERNARDVS ait: Hic namq. dignus est, & rationi consentaneus ordo, vt incipiendũ tibi memineris a teipso, Ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce seruo tuo. Genimina viperarum, ait Ioannes, Quis ostendit vobis fugere a ventura ira? De quanto mentis feruore procedere putas scintillas istas, immo carbones desolatorios? Sic neque Pharisæis parcens, nec timens ipsum regis vultum, vt non tota libertate spiritus, arguat pec cantem regem, crudelem atque superbum; sacra quadam vehementia ad hoc prodiens de deserto, & nec blanditijs, nec ipso mortis

tis terrore mouetur. Ferueat in nobis zelus iste charissimi. Nemo vitia palpet, peccata dissimulet nemo. Nemo dicat: Numquid custos fratris mei sum ego? Nemo quod in se est æquanimiter ferat, cum viderit minui disciplinam. Est enim consentire silere cum arguere possis, & scimus quia similis pœna faciẽtes maneat, & consentientes.

24 In tract. de gradibus humilitatis. *Gal.* 6.

IDEM sic habet: Attende quia vere miser es, vt sic discas misereri, ne forte si malum proximi consideres, & tuum non attendas, moueaeris non ad instruendum in spiritu lenitatis, sed ad destruendum in spiritu furoris. Vos qui spiritales estis, ait Apostolus: Huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Apostoli præceptum est, vt mansueto, ideſt eo spiritu fratri ægrotanti subuenias, quo tibi vis subueniri cum ægrotas. Et vt scias qualiter erga delinquentem mansuescere possis, Considerans, inquit, teipsum, ne & tu tenteris. Considerare libet, quàm bene discipulus veritatis ordinem sequatur magistri. In beatitudinibus prius mites, quàm misericordes pronunciati sunt. Instructio quippe fratrum pertinet ad misericordes, spiritus lenitatis ad mites. Ac si diceret inter misericordes deputari non potest, qui in semetipso mitis non est. Ideo dicit Apostolus: Considerans teipsum, ideſt quàm pronus ad peccandũ, quatenus ex tui consideratione miteſcas, sicq. ad succurrendum alijs in spiritu lenitatis accedas.

Corrigi diligunt sapientes, stulti vero detestantur id in proprium malum. Cap. XXIX.

1 Hom. 1. super psal 37. to. 2.

ORIGENES sic ait: Argui vel corripi est doloris pœna, crucia tus, & ita grauis est, vt etiam hi qui fideles & religiosi videntur, si forte vt homines aliquando in delicto aliquo incurrerint, & arguantur, indignentur aduersus eos, qui arguunt & oderint eos. Corripiunt enim vt emendent. Et hoc malum fuit in causa, vt etiam a priori populo in odium haberentur Prophetæ, & persecutionibus agitarentur. Hoc fuit causæ quod Esaiam secari fecit, quod Zachariam inter templum & altare compulit trucidari, Hieremiam in lacum cæni demergi. Et ad vltimum hæc fuit causa, quæ Dominum nostrum Iesum Christum egit in crucem. Omnia enim quæ enumerauimus scelera, atque flagitia, non alia ex causa commissa sunt, nisi quòd dum omnes in medicinali disciplina resecari per correptionem nolunt, curæ impatiens populus, & medelæ, in perniciem medentis exarsit. Beati ergo sapientes iam ab ipsa Scriptura appellantur hi, qui cum deliquerint, si arguantur, non oderunt arguentes.

Prou. 9. Ita enim dicit Scriptura: Noli arguere malos ne oderint te, argue sapientem & amabit te. Vides quomodo sapientem appellauit Scriptura eum, qui correptioni obnoxius est; non tamen odit, sed magis diligit arguentem. Tales erant illi qui ab Apostolo arguebantur, & confutati non oderant arguentes. Vnde & ego arbitror illum qui in Corintho grauissime deliquerat; idcirco misericordiam consecutum, quoniam correptus ab Apostolo, & ita acerbe correptus, vt a conuentu abscinderetur Ecclesiæ; non tamen odio habuit arguentem, sed animaduersionem patiẽter accepit, & fortiter tulit. Vnde & Paulus sententiam reuocat, & 9 eiectum reconiungit Ecclesiæ, & dicit, Confirmate in eum charitatem. Vidit enim eum post correptionem seruasse charitatem, nec odisse corripientem; & ideo dixit, vt etiam post peccatum non tam tribueretur ei charitas; inerat enim, sed vt ab omnibus ea quæ inerat, firmaretur. Necesse est ergo eum qui peccat argui, sed grauis nobis infirmis ista correptio, quantumuis sit vtilis. Et non dico in omnium præsentia, sed ne duos quidem cum arguimur adesse patimur testes. Dolemus, iactamur, efferuescimus, & in interioribus animæ sensibus cruciamur.

BASILIVS interrog. 58. vbi inquirit, qua 2 mente irrogatam sibi animaduersionem susci- In libro, cui titulus est regulæ breuiores. pere aliquis debeat, ait: Ea nimirum quæ illi conueniat, qui morbo aliquo laboret, & de retinenda vita annixus sit, quandocumque aut a patre curatur, aut a medico, licet acerba sit, & aspera curationis ratio, reiecta prorsus omni de charitate, peritiave eius, qui sibi illam irroget, dubitatione, cum summo desiderio recupetandæ sanitatis.

In interrogatione sequenti vbi supra inquirit, Qui aduersus illum a quo obiurgatus est offensionem sumit, is cuiusmodi est? ait; Hic neque peccati periculum cognouit, neque vtilitatem pœnitentiæ, neque ei fidem habuit, qui dixit, Qui autem diligit instanter corripit, & se- *Prou.* 13. ipsum alienum statuit a fructu illius, qui dixit: Corripiet me iustus in misericordia. Et qui *Psal.* 140. eiusmodi est, huius conuersatio inter reliquos fratres pernicioſa est. Siquidem exemplo suo a susceptо certamine ceteros abducit.

IDEM explicans illum locum Matthæi: 4 Si duo ex vobis consenserint super terram de In interrogat. 261. omni re quamcumque petierint fiet illis, ait: *Matt.* 18. Quid hoc sibi velit aperte series ipsa loci declarat. Ibi enim de eo agitur, qui verbis corrigit eum qui peccauit, & qui corripitur. Quod videlicet cum Deus nolit mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat, si qui correptus sit animo indoluerit, & in idem propositum venerit cũ eo, a quo corripiatur. De omni re, hoc est de omni peccato, si relaxationem petierint, dabitur eis a clementissimo Deo. Etenim nisi cum corripiente consenserit is, qui corripitur, non iam relaxatio fit, sed religatio, de qua dicitur: Quæcumque ligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo.

5 CHRYSOSTOMVS ait: Meliora sunt vulnera amici, quàm blanda oscula inimici; Diabolus dixit, Eritis sicut dij, Deus autem terra es, & in terram ibis. Vter magis profuit? Ille mortem interminatus est, hic immortalitatem promisit. Atqui hic qui immortalitatem promisit, e paradiso eiecit; ille vero qui mortem comminatus est in cælum inuexit. Vides quomodo fideliora vulnera amici, quàm blanda oscula inimici? Proinde hoc primum declarare volui, quòd gratiam habeam his, qui me arguunt. Amici enim siue iuste, siue iniuste arguunt, non opprobrare volunt, sed hoc faciunt vt emendent. Inimici autem etsi iuste reprehendunt; hoc tamen agunt, non vt corrigant, sed vt exprobrent. Verumtamen quomodocumque reprehensio contingat, vtile fuerit, bonumq. magnum, si ferantur reprehensiones & accusationes, & non detur locus iræ, & exasperationi. Qui enim odit redargui, insipiens est. Non dixit sic, vel sic redargui, sed tantum redargui. Nam si quidē iuste arguit amicus, agit vt peccatum corrigat, sin absque ratione & immerito, iam laudanda est voluntas eius, & probanda bona mentis intentio, agnoscendumq. & testandum amicitiæ beneficium; non enim reprehenderet, nisi multum diligeret. Proinde ne stomachemur, ne succenseamus cum arguimur. Quòd si omnes ita affecti essemus, vt & argueremus peccantes, & lapsi libenter ferremus reprehensiones, mirū quanta hinc vitæ nostræ accederent commoda. In peccatis enim hoc operantur reprehensiones, quod in vulneribus remedia. Idcirco sicut insipiens est, qui pharmaca reijcit, ita & stultus qui non suscipit grato animo reprehensiones. Atqui non raro multi exasperantur, & intra semetipsos dicunt, sapiens ego & tanta præditus intelligentia, hunc ferrem? ignorant autem quòd hoc extremæ dementiæ sit indicium. Nā licet mirum in modum sapiēs sis, & perspicias ea quæ oportet; attamen homo es, & consiliario tibi opus est. Solius autem Dei est nullius indigere, & nullo opus habere consiliario. Ceterum homines nos, etiamsi plurimum sapientes simus; in multis tamen reprehendi meremur. Et profecto sicut lux Solis quandoque deficit, ita & intellectum nostrum quasi in meridie fulgentem, & perspicuum inconsiderantia obrepens tenebrosum reddit. Et nōnumquam euenit vt sapiens non videat quod oportet, & minor, & hebetior clare, & acute illud perspiciat. *Infra*: Si discere vis quòd etiamsi ingenij acrimonia antecellas alios, sisq. valde perfectus, peruenerisque ad summum ipsum virtutis fastigium, opus tibi sit consiliario, & aliquo qui te corrigat, & arguat, audi historiam veterem. Neque enim Moysi facile par fueris, qui omnium hominum erat mitissimus, amicusq. Deo, & in externa philosophia bene instituus, & non minus spiritualium intelligentia insignis. Erat autem potens in verbo & opere, alijsq. virtutibus; socer autem eius homo barbarus, & obscurus quique in solitudine vitam egerat. Verumtamen ille barbarus, ille inscius, ille insipiens, vbi vidit Moysen quædam præter dignitatem facere, eum correxit, non curans quòd sapiens esset, & intelligens, & Dei amicus, iunxitq. consilio increpationem, & neque sic exasperatus est ille sapiens, ille tot myriadum dux, neque rubore suffundebatur, quòd tot præsentibus, ijsq. subditis corrigeretur, sed considerabat quòd humanæ esset particeps naturæ, quam non raro multa latent, atque ideo cum mansuetudine consilium suscepit. Hoc igitur est quod Moyses nos docuit, vt non erubescamus, si arguamur etiamsi tota nostra plebs assit. Reprehensionem enim bene ferre nō vulgaris, sed summæ philosophiæ præconium, & laus est. Non adeo laudamus, & admiramur hodie Ietro, qui Moysen correxit, sicut sanctum illum, qui non erubuit tot præsentibus corrigi, & factum hoc memoriæ commendare.

Prou. 17. *Prou.* 12. *Num.* 12. *Exod.* 18.

7 IDEM sic habet: Qui arguitur non ægre ferat: medicina enim non inimicitia res est. Si enim medicos cum vrūt, nemo in ius vocat, licet sæpenumero aberrent, quin vsti, sectiq. in tantis etiam doloribus beneficos illos in se esse putant, qui tantam perturbationem suscitarunt, quanto magis æquo animo perferre castigationem, castiganti sic velut medico intentum esse decet?

Hom. 44. in 1. epist. Pauli ad Cor. to. 4.

8 HIERONYMVS explicans verba illa: Odio habuerunt corripientem in porta, & loquentem perfectè abominati sunt, ait: Odio habuerunt me, vel alios Prophetas qui ad eos corripiendos missi sunt. Grande peccatū est odisse corripientem, maxime si te non odio, sed amore corripiat, si solus ad solum, si assumpto fratre altero, vt non studio detrahendi, sed emendationis tuæ videatur crimen ingerere. *Infra*: In vitiorum portis stantes peccatores arguit Propheta; & idcirco detestatione habetur ab eis. Aut certe ipse Propheta stat in portis, initijsq. virtutum, & odio habetur ab his, quos corripit, nec sufficit peccatoribus odisse in portis arguentem, siue corripientem, nisi verbum sanctum abominentur, quod de eius ore profertur. Qui enim non recipit eum, qui misit illum.

Lib. 2. in c. 5. Amos to. 5. *Matt.* 18. *Matt.* 10.

9 IDEM explicans illa verba: Et misit Amasias sacerdos Bethel ad Hieroboam Regem Israel dicens: Rebellauit contra te Amos in medio domus Israel, non poterit terra sustinere vniuersos sermones eius. Hæc enim dicit Amos: In gladio morietur Hieroboam, Israel autē captiuus migrabit de terra sua. Et dixit Amasias ad Amos, Qui vides gradere, fuge in terram Iuda, & ibi prophetabis, & in Bethel non adijcies vltra vt prophetes, quia sanctificatio regis, & domus regni est, sic habet: Salomonis Prouerbium est, Noli arguere malos, ne oderint te, & e cōtrario de bonis præcipit, Argue sapiētem & diliget te. In alio quoque loco, qui arguit, inquit, hominis vias, gratiā habebit, magis quàm is qui loquitur quæ delectent. Itaque Amos emendationis affectu loquebatur ad populum, & ex sermonibus Dei terribilia mina-

Lib. 3. in c. 7. Amos. *Prou.* 9. *Ibidem.*

minabatur, vt agentes pœnitentiam reuerterentur ad Deum, & idola desererent. Tunc sacerdos Bethel, in qua erat vitulus aureus, quē constituerat Hieroboam filius Nabath, & alij qui illi in imperio successerant, mittit ad Hieroboam nepotem Iehu, qui ei nunciet dicens, Rebellauit contra te Amos, siue congregationes, & conuentus fecit in medio regni tui Israel, & tanta loquitur, vt terra verba eius sustinere non possit. Mittit autem ad regem Israel, ne si populus conuertatur ad cultum Dei, ille sacerdotij perdat gloriam, & dicit, in gladio morietur Hieroboam, ille de sua non mādat iniuria, vt de regis tantum contumelia dolere videatur; & vt magis regem prouocet ad vindictam, nō ait, hæc dicit Dominus, sed hæc dicit Amos. Porro Hieroboam vanissima Amasiæ mandata contemnens, nihil ad hæc voluit respondere. vnde ipse loquitur ad Amos, Vade, inquit, in terram Iuda in qua natus es, vbi libenter audiuntur insani, & comede ibi panē tuum, exerce artem tuam, & ibi vaticinare qui habes multos quos consueuisti seducere; in Bethel autem non adijcies vltra prophetare, quia sanctificatio regis est. Per hoc adulans regi non dicit sanctificatio Dei nostri est, & respondit Amos, & dixit ad Amasiam, Non sum propheta ego, & non sum filius prophetæ, sed armentarius vellicans sycomoros, &c. propter hoc hæc dicit Dominus, Vxor tua in ciuitate fornicabitur, & filiæ tuæ in gladio cadent, & tu in terra polluta morieris, & israel captiuus migrabit de terra sua. Quod Apostolos fecisse sciptura commemorat, quando dixerunt Scribis, & Pharisæis, Obedire oportet magis Deo, quàm hominibus, etiam Amos prophetam fecisse cognoscimus, qui sacerdoti idolorum præcipienti vt taceat, audacter, & libere denunciat supplicia.

Act. 4.

11 GREGORIVS explicans illa verba Iob cap. 41. Corpus illius quasi scuta fusilia cōpactum squamis se prementibus, vna alteri adhærebit, & tenentes se nequaquā separabuntur, ait: Corpus Leuiathan istius, ideſt omnes iniqui scutis fusilibus comparantur. Cum enim verba prædicationis audiunt, nulla correctionis iacula se penetrare permittunt, quia in omni peccato, quod faciunt, scutum defensionis opponunt. Nam cum talium quisque de reatu suæ iniquitatis arguitur, non mox cogitat quomodo culpam corrigat, sed quid in adiutorio suæ defensionis opponat, & sic nulla veritatis sagitta penetratur. *Infra*. hoc scutum Adam tenuit, qui requirēte Domino cur lignum vetitum contigisset, non ad se culpam retulit, sed ad mulierem, sicut, & hæc ad serpentē, & vnde finiri reatus debuit, inde cumulatur. Compactum squamis se prementibus, quia multitudo reproborum, cum de iniquitate sua corripitur, quibus valet tergiuersationibus se excusare conatur, & quasi quasdam defensionis squamas obijcit, ne transfigi sagitta veritatis possit. Squamas habet, & idcirco ad eius præcordia transeundi viam verbi sagitta non habet. Vnde cum ad Ananiam veniens Saulus illuminaretur, in qua illuminatione ceciderunt quasi squamæ ab oculis eius, defensionum eius squamæ ceciderunt, quæ antea iam Domino corripiente ceciderant ab oculis cordis dicens, Domine quid me vis facere. *Infra*. Sciendum tamen est, quòd istæ defensionum squamę, quamuis pene omne humanum genus contegant, hypocritarum tamen specialiter mentes premunt. Ipsi enim culpas suas tanto vehementius confiteri refugiunt, quanto se citius videri ab hominibus peccatores erubescunt, vnde bene per prophetam contra Iudæam dicitur, Ibi cubauit lamia, & inuenit sibi requiem, ibi habuit foueam hericius. Lamia enim humanam habere dicitur faciem, sed corpus bestiale, sic & omnes hypocritæ in prima facie, quod ostendunt quasi ex ratione sanctitatis est, sed bestiale est corpus, quod sequitur, quia valde iniqua sunt, quæ sub boni specie moliuntur. Hericij autem nomine malitiosarum mentium defensio designatur, quia hericius cum apprehenditur, eius & caput cernitur, & pedes videntur, & corpus omne conspicitur, sed mox vt apprehensus fuerit semetipsum in sphæram colligit, pedes introrsus subtrahit, caput abscondit, & intra tenentis manum totum simul amittitur, quod totum simul ante videbatur. Sic sunt malitiosæ mentes, cū in suis excessibus comprehenduntur. Caput hericij cernitur, quia quo initio peccator ad culpam accesserat videtur. Pedes hericij conspiciuntur, quia quibus vestigijs nequitia sit perpetrata cognoscitur, & tamen adductis repente excusationibus, malitiosa mens introrsus pedes colligit, quia cuncta iniquitatis suæ vestigia abscondit, & qui totum iam deprehendendo viderat, tergiuersatione prauæ defensionis illusus totum pariter ignorat. Foueam ergo hericius in reprobis habet, quia malitiosa mens sese intra se colligens in tenebris defensionis abscondit. Vna vni coniungitur, & ne spiraculū quidem incedit per eas. Istæ squamæ coniunctæ sunt, quos enim similis reatus sociat, concordi pertinatia etiam defensio perversa constipat, vt de facinoribus suis, alterna se inuicem defensione tueantur. Bene ergo dicitur vna vni coniungitur, quia in iniquitatibus suis dum vicissim se defensione protegunt, sanctæ exhortationis spiracula ad se nullatenus intrare permittunt. Et qui diuisi corrigi poterant, in iniquitatum suarum pertinacia vniti perdurant. vnde subducitur, Vna alteri adhærebunt, & tenentes se nequaquam separabuntur.

Act. 9. *Esai.* 34. 12. Lib. 33. moralium cap. 24. to. 2. *Gen.* 3.

13 BERNARDVS ait: Non ignoro fimum esse verbum increpatorium. Sed quid agimus quod hoc fimo, & si aliquos impinguari, sed alios plane lapidari, & indurari videmus? Hinc namque scriptum est, De stercore boum lapidabitur piger. An non impinguatio est, vt corripiat me iustus in misericordia, & increpet, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Ex ea siquidem pinguedine, quā generat

Serm. 2. in die Apostolorum Petri & Pauli.

generat oleum peccatoris, abundantius pullulant spinæ, & tribuli, & omnis radix amaritudinis germinat copiosius. Itaque qui iustorum increpationem misericordiam nominat, satis indicat, quemadmodum suscipienda sit, quàm benigno animo, quàm deuota mente, quantaque ei gratia sit habenda. Sic enim accipientibus, nobis erit impinguatio salubris, non sertilis vitiorum, quemadmodum oleum peccatorum, sed fructus illius, quem secundum Apostolum habemus in sanctificationem. Quid autem faciamus tibi o piger, qui ad hanc misericordiam irritaris magis, & exasperaris? Nonne bonum simum sparsi in agro tuo? vnde ergo lapides habet? Sed tu inimice homo, hoc feciſti, qui desidiam tuam non excutere, sed excusare pergens, simum tibi peruertis in lapides, vndeque impinguari debueras lapidaris.

AMBROSIVS narrat peccatum Dauid cum Bethsaba, & post hanc narrationem statim miratur, quòd tantus rex a priuato homine increpatus statim dixerit, Peccaui. Quem, ait, facile reperias honoratum, ac diuitem, qui si arguatur alicuius culpæ reus, non moleste ferat? 14 Apolog. 1. Dauid. c. 1. to. 1.

Finis Libri Tertij.

LIBER QVARTVS LOCORVM COMMVNIVM AD CONCIONES.

Erga Defunctos varia sunt consideranda in eorum exequijs. Cap. I.

1 Hieron. ſ. in c. 2. Genes. to. 1.

RIGENES sic habet: Abraham ponit ligna super altare, colligat puerum, præparat se ad iugulandum. Multi estis patres in Ecclesia, qui hæc audistis. Putat aliquis vestrũ ex ipsa historiæ narratione tantum constantiæ, tantum animi robur acquirit, vt cum forte amittitur filius morte communi, & omnibus debita, etiamsi sit vnicus, etiamsi sit dilectus, adducat sibi in exemplum Abraham, & magnanimitatem eius, ante oculos ponat? Et quidem a te non exigitur istud animi magnitudinis, vt ipse alliges filium, ipse constringas, ipse gladium pares, ipse vnicum iugules. Proposito saltem, & mente constans esto, fide fixus lætus offer filium Deo. Ecce istud est opus Abrahæ. Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite, & non cum tristitia.

2 Ecclesiast. 7.

IDEM explicans illa verba. Maledicta dies in qua natus sum, ait. Non maledicatur, inquit, dies mortis, neque dies finis, neque dies exitus de hoc sæculo. Est namque consummatio, & requies, ac dolorum omnium transitus ac depositio. Dies natiuitatis omnium tribulationum, & angustiarum, dolorum quoque & miseriarum, omnium nihilominus peccatorum, atque impietatum initium est, atque introitus. Merito maledictus dies in quo natus sum quia melior est dies mortis, die natiuitatis, sicut dicit Ecclesiastes, & propterea maledictus dies in quo natus sum. Quare? quia per hunc, inquit, ad omnes hos nefandos perueni dolores, quia per ipsum ad omnia hæc amarissima perueni supplicia, quia per ipsum ad terrenum hoc veniens sæculum nequissimi aduersarij sustineo zelum, ac malignissimi diaboli supporto supplicium. Plerique, inquit, hominum sub cælo carnalem hanc solam delectantes vitam, ac sola terrena, quæ sunt in corruptione respicientes, diem natiuitatis suæ delectabiliter celebrare studeant, nam hanc existimãt portionem suam, atque hereditatem, ac per hæc sperant diutius se viuere in corpore; diem vero mortis nec nominari patiuntur. Iob autẽ maledicit diei natiuitatis suæ, sicut & sanctus Hieremias. *Infrà*. Mortis diem celebramus nos, quia non moriuntur, qui mori videntur. Propterea, & memorias sanctorum facimus, vel parentum nostrorum, vel amicorum in fide morientium, deuote memoriam agimus, tam illorum refrigerio gaudentes, quàm etiã nobis piam consummationem in fide postulantes. Sic namque non diem natiuitatis celebramus, quia in perpetuum viuent ij qui moriuntur. Celebramus nimirum sacerdotes cum religiosis conuocantes, fideles vna cum clero, inuitantes adhuc egenos, & pauperes, pupillos, ac viduas saturantes, vt fiat festiuitas nostra in memoriã requiei defunctis animabus, quarũ memoriã celebramus, nobis autem efficiatur in odorem suauitatis in conspectu æterni Dei. *Cant.* 20. 3

BASILIVS explicans illa verba: Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius ait: Nihil est, quòd cunctemini o homines, illustre hoc, & honestum adire certamen, nec mortem perhorrere. Neque enim ea est corruptio, sed vitæ occasio, non omnimodo deletio, sed ad honorem pretij ingentis transcensio. Pretiosi ab auaris dicuntur, lapilli quidam floridis interspersi, & sublucentes coloribus, re autem vera pretiosa est mors sanctorum eius, cũ 4 Hom. 17. sup. per ps. 115.

videli-

videlicet anima ab omni inquinamento carnis emancipata, ac libertati reddita, nullam in se retinens maculam aut rugam, duris pro pietate agonibus probata, insignita corona iusti tiç, per quæ hæc omnia admirabili decore virtutis interlucens Domino suo, atque omniũ iudici se præsentarit lapide omni pretioso longe rutilantior, Dei munere eam adepta claritatem, quonam pacto non censeri debeat pretiosa hominis istius mors in conspectu Domini? Exitus itaq. sanctorum virorũ e vitæ istius stadio ne lugeamus, immo fletu magis prosequenda venit ipsa natiuitas. Iste enim in mũdum ingressus noster per ignominiam fit sordentis eluuiei ac fœdi odoris, & quorum ne prospectum quidem vllus eorum, qui nos inviuis præierit, facile toleret. Contra exitus atque hinc emigratio pretiosa est, & illustris, neque interim omnium talis est, sed eorum qui vitam hanc suam sancte, & iuste traduxerunt. Itaque pretiosa est mors, non item pretiosa natiuitas. Nam teste Apostolo seminatur in ignobilitate, surgit in gloria, seminatur in corruptione, surgit in incorruptione. Mihi
1. Cor. 15. sane confer mortem cum natiuitate, eumque desinito lugere, qui huic ignobilitati subducitur.

5 In Hom. 18 ex 29. variis quæ est de Barlaam martyre. IDEM sic de hac re loquitur: Primum quidem sanctorum mors planctu, ac lachrymis cohonestabatur. Vehementer mortuum Iacob defleuit Ioseph, & Moysi mortem iudæi haud parum planxerunt; Samuelem quoque multis lachrymis ornarunt. Nunc vero morientibus sanctis exultamus. Tristium namque post crucem Domini immutata est natura. Iam non amplius sanctorum obitus lamentationibus prosequimur, sed tripudijs diuinis circum ipsorum sepulchra veluti choreas ducimus. Somnus autem iustis est mors, immo magis migratio ad vitam meliorem.

6 Hom. 61. in Ioannẽ to. 3 CHRYSOSTOMVS arcens omnes a nimio defunctorum fletu, maxime autem mulieres, ait: Cum alijs malis hic muliebris morbus iam præualuit, ostentant planctus, & dolores suos, cruentant brachia, scindunt capillos, laniant genas partim ad dolorẽ, partim ob ostẽtationem. Quænam hæc insania? Nonne ridebunt gentiles, nonne fabulam, nostram putabunt religionem? Dicent enim nullam esse resurrectionem, illusiones omnia christianorum dogmata, & fallacias putabunt. Non enim aliter, quàm si nihil post mortem remaneat, mulieres lamentantur, non attendunt scripturis, omnia illa figmenta ipsæ credere videntur, siquidem si crederẽt mortuum non esse mortuũ, sed ad meliorem vitam translatum, non vtique ipsum, tamquam nihil esset, deplorarent, non tantas efferrent voces incredulitatis indices,
7 Nunquam te amplius videbo. Non ita gentiles effeminantur, multi apud eos philosophati sunt. Et cum audisset mater filium in prœlio cecidisse, mox rogauit quomodo se respublica haberet. Et alius philosophus coronatus, cum audiret pro patria cecidisse coronã deposuit, inde scisitatus quomodo cecidisset, vt fortiter occubuisse cognouit, in caput statim coronam reposuit. Spartanæ autem mulieres hortantur filios, vt clypeum e prœlio referant, aut super eo occumbant. Ideo pudet me gentiles hæc sapere, nos impudentes esse. Qui de resurrectione nihil intelligunt, intelligentium opera faciunt, qui intelligunt, ignorantium. *Infra*. Quid? cum homines simus de morte hominis non est dolendum? Nunquid ego hoc prohibeo? Minime lugere, sed impudenter lugere veto. Non sum immanis atque crudelis. Video naturam dolere, & quotidianam requirere consuetudinem. Non licet nullo affectu moueri. Quod, & Christus ostendit, lachrymatus est super Lazaro, eius sequere exemplum, lachrymare, sed leniter, & cum Dei timore, si hac ratione lachrymas fundes, non resurrectionis diffidentiæ argueris, sed ægreferre charissimi seiunctionem videberis. Nam, & peregre proficiscẽtes lachrymis prosequimur, non tamen vt mortuos; ita & tu lugeas, tanquã præmiseris peregrinum. Hæc ego non vt præceptor, sed vt permissor humanæ conscius fragilitatis admoneo. Quòd si peccator moritur, is deflendus est, vel potius minime, cum nihil ei afferat vtilitatis, sed ea facienda, quæ ei aliquid conferre possint, eleemosynæ, oblationes, in hoc lętandum est, quod malitia eius abscissa est, quòd si iustus rursus lætandum, quòd in tuto collocatur, quòd liberatus est futura formidine. Si iuuenis, quòd ex medio malorũ ereptus est, si senex quòd eo diuitius vsus, quod maxime desiderabile videbatur, vitę satietate migrauit. Honor mortuo non fletus est, non eiulatus, sed hymni, & psalmi, & vita optima. Vis mortuum honorare, fac eleemosynas. Quæ tibi ex multis fletibus vtilitas? Quandiu, & terra, & puluis quandiu, sanguis & caro erimus? *Infra*. Et quomodo potest, inquit, non dolere qui filium vel vxorem amisit? Non dico ne doleat, sed ne immodice. Nam si intelligeremus Deũ illum abstulisse, quem mortalem virum ac filiũ habebamus, mox consolabimur. Homo natus, & mortalis quid doles quod secundum naturã contigit? Mortalis natus es, noli dolere, noli te affligere, sed ama, quæ communiter omnibus statuta sunt.

9 Hom. 1. de Actis Apost. IDEM ait: Hic oro si sedentibus nobis mittat rex, quemdam vocans in regna, plorandum-ne erit? Angeli e cælo veniunt illinc missi ab ipso rege, vt conseruum suum vocent, & tu ploras? Domo sua relicta pergit anima ad suum festinans maritum, ac Dominum, & tu luges? Vadit ad aliã lucẽ, solnitur quasi a vinculo quodã, & quasi a certamine egreditur, Nescis quòd sicut Sol mundus ascendit, ita, & anima relinquens corpus cum pura conscientia fulget clare? Intellige quæ sit anima, in quanto tunc stupore sit, in quanta admiratione, & voluptate, quid luges dic oro? Non enim in peccatoribus hoc solum facis. Luge, plora peccatorem, & ego deducam lachrymas. Non te solum oportet plorare, sed, & totam ciuitatem, & omnes occurrentes tanquam eos, qui ad mortem ducuntur. Vere enim mors illa mala est, mors peccatorum, & omnia confundit. Hic luctus sapientiæ est, ille autem pusillanimitatis. Vere lachrymis digni quando assistent mali tribunali Christi. Qualia audiẽt verba? quantas res patientur? Et hic quantum vitæ frustra insumpsit, neque vnum diem vixit sibi, sed voluptati, luxuriæ, auaritiæ, diabolo, peccato?

10 Hom. 41. in primã Pau. ad epist. ad Corinthios IDEM: Si in morte mariti, aut filij cogitaueris, quis ille sit qui abstulit, & fortiter id tuleris, voluntatem istam sacrificium exhibe Deo, & euadere procellam istam facile potes, & quod tempus solet, id efficies ratione tu, & philosophia. Quòd si in lachrymas diffluas tota, cessabit nihilominus cum tempore dolor, & præmium tu nullum reportabis. Cogita quòd Abraham filium suum mactauit, & neque fleuit, neque verbum acerbum vllum misit. Iob vero fleuit ille quidem, sed quod satis erat patrem liberorum amantem, & curantem mortuos: quod vero nunc facimus nos, hostium est potius, & inimicorum. Neque enim si tu amico ad regnum vocato, coronatoque lachrymeris, pectus tundas, amicum esse te coronati quisquam credet, sed inimicum, sed hostem. Ego vero iam non illum doleo, inquis, sed meipsum. Atqui ne hoc quidem amantis est, ad istam sollicitudinem reuocari illum, aut huic miseriæ subiectum, in mari fluctuantem propter te esse velle, cui coronari, & in ipso portu sedere licet. Mortuus est peccator, nitere quãtũ fieri potest vt iuuetur, non lachrymis, sed prece, supplicationibus, eleemosynis, oblationibus. Non est temere hoc excogitatum, nec frustra memoriam mortuorum inter sacra mysteria celebramus, aut accedimus pro istis Agnum illum
11 peccata mundi tollentem deprecantes, sed vt his consolatio hinc aliqua sit. Nec temere, qui altari assistit inter horrenda mysteria clamat pro omnibus in Christo dormiẽtibus. Opitulemur igitur his fratres, memoriam pro ipsis faciamus. Nam si Iob filios victima patris purgauit, quid dubites, e nobis quoque si pro dormientibus offeramus, solatij quiddam illis accessurum? Gratificari Deus propter alios alijs solet, ne defatigemur auxilium ferendo mortuis, preces pro ipsis offerendo. Communis totius orbis victima, preces sunt. Quid ergo doles? Quid lachrymaris? sed hoc doles, quòd sola sis, careasque rectore. Hoc non est cur dicas, amittere rectorem Deum non potes, quantisper hunc habes coniuge, patre, filio, affini
Psal. 26. quouis præstabit, vt qui superstitibus etiam his faciebat omnia. Tamen hæc tu cogita, & dic Dominus illuminatio mea, & protector meus, quem timebo? quando tu pater orbis, iudex viduis es? Sed filium amisisti. Non amisisti; ne dicas, somnus ea res est non mors, transitus non interitus, peregrinatio ab humiliori loco ad altissimum suscepta. Caue irrites Deum, sed propitium tibi redde. Si feres generose, magnum tibi ex ea re, & mortuo ipsi solatium erit. Si feceris contra, magis diuinam iram accendes. Caue igitur faxis, orans potius age quomodo illam tibi tristitiæ nubem dispergat. Dices Dominus dedit, Dominus abstulit. Cogita quot sint qui æquius suam sortem ferunt, qui numquam liberos susceperunt. Neq. ego sane voluissem, inquit. Quãto enim præstat omnino non gustasse, quam vbi gustare cœperis voluptate protinus carere? Ne obsecro voces istas vsurpes, ne irrites etiam Dominum, sed pro his quæ habes gratias age, pro his, quæ non habes, perpetuo Dominum glorificato. Cogita, quot sint parentes, quibus liberi sui vitam acerbam, & iniucundam reddiderunt. Quid ergo alios non videbis generosos? Video sane verum etiam his rectius filius tuus habet, sint enim in pretio licet, atqui incertus finis est. Qua de re nihil es anxia tu, nihil tremis, ne quid accidat, ne qua iterum mutatio fiat.

12 Hom. 1. in 2. ad Cor. IDEM ait: Neque enim minorem mercedem capies eo, qui filium suum subduxit in montem, mactauitq. si tuum morientem videns gratias agas Deo. Talis enim qua tandem in re inferior est Abraham? Nam ille non vidit quidem iacentem mortuum, sed tantum hoc expectabat futurum, & si in hoc præstat, quòd apparabat immolare, manuque extenta gladiũ arripuit, in hoc inferior est, quòd hic filius iacet exanimis. Quamquam, & alioqui egregij facinoris spes illi nonnihil adferebat solatij, tũ quòd pulcherrimum illud factum propriæ virtutis opus esset, tum & vox a supernis audita reddebat illius animum promptiorem. Hic autem nihil est eiusmodi, vt iam adamantino pectore sit opus ei, qui filium vnicum in diuitijs educatum, egregiasque spes de se præbentem conspicatur in fossa iacentem, porrectis, ac rigentibus membris, vt eum casum placide ferat. Is si poterit sedatis naturæ fluctibus, siccis oculis dicere, Dominus dedit, Dominus
Iob 1. abstulit, ex eo solo verbo cum ipso Abraham collocabitur, cum ipso Iob prædicabitur. Quod si etiam cohibitis muliercularum singultibus, disiectoque lugentium choro, cunctos ad glorificandum Deum excitarit, immensa tum superne, tum inferne, feret præmia, nimirum hominibus illum admirantibus, angelis applaudentibus, Deo coronante. At dixerit quispiam qui fieri potest, vt homo cum sim non lugeam? Si reputaris quomodo patriarchæ, quomodo Iob, cum vtrique homines essent, nihil istiusmodi acciderit, idque ante datam legem, ante effusam gratiam, cumque ambo ante tantam legis philosophiam vixerint. Item si cõsideres, quòd
13 is qui mortuus est in melius contubernium demigrarit, & ad meliorem requiem transilierit, nec enim amiseris filium, sed in locum tutum ac securiorem reposueris. Non perdidisti patris vocabulum, sed accessit, vt iam felicius dicare pater. Nec enim mortalis filij posthac diceris pater, sed immortalis strenui militis, assidue tamen domi manentis. Proinde ne sis attentus ad iacentis spectaculum, nam isto modo resuscitaris ęgrimoniam, quin potius abduc animum a cadauere iacente ad cælum. Non iste

iste est filius quem iacentem vides, sed ille qui auolauit, qui cursu se sustulit in immensam altitudinem. Itaque cum videris oculos occlusos, os contractum, totumque corpus immobile, ne tecum cogites, illud os posthac nunquam loquetur, illi oculi posthac non videbunt, illi pedes non amplius ambulabunt, sed in corruptionem ac tabem abibunt omnia. Ne sic loquaris, sed dic, Hoc os melius loquetur, hi oculi meliora videbunt, hi pedes tollentur vltra nubes, hoc corpus quod nunc corrumpitur induet immortalitatem, ac filium splendidiorem quàm habui, recepturus sum. Quod si tibi colorem conciliant ea quæ videntur, dic, Vestimentum hoc est, id exuit, vt idem recipiat pretiosius domicilium hoc est, ille sublatus est, vt hoc fiat illustrius. Vt enim nos vbi volumus purgare domum, non sinimus illic manere, qui inhabitant, quo videlicet absint a puluere, ac tumultu, sed illis iussis paulisper secedere, simul atque domicilium sic adornauerimus, vt iam tuto possit incoli; tunc illos citra periculum vllum introducimus, ita, & Deus facit, demolitur illius putre tarbernaculum, atque ipsum interim in patriam, domum, atque ad se recipit, vt cum tabernaculum repurgatum, atque extructum fuerit, tunc illi reddat illud splendidius, ac præclarius. Itaque ne dixeris, Nec amplius erit, sunt enim ista verba Deo diffidentium, sed ita potius loquere, Dormit, ac resurget, peregre profectus est rediturus cum Imperatore, sicut dicit Paulus, Deus eos qui dormierunt cum Iesu adducet cum eo.
1. Thess. 4. Ne ergo quæras filium in sepulchro, ne cum ille in tantam sublimitatem sit euectus, tu maneas humi rep tans.

15 IDEM explicans illa verba: Vt gratia Dei Dominus Iesus pro omnibus gustaret mortẽ, ait:
Hom. 4. In epist. ad Hebræos. Sicut medicus nõ habens necessitatẽ quæ ægroto proponuntur gustare, primus ex illius cibo degustat, vt persuadeat ægroto promptius illos cibos accipere: sic etiam Dominus quoniam omnes homines mortem timebant, persuadens eis, vt fiducialiter ad mortem accederent, & ipse gustauit mortem, nullam habens necessitatem. *Infra*. Explicans illa verba: Et liberauit eos quotquot timore mortis, per omnẽ vitam obnoxij erant seruituti, inquit. Quare tremitis, quare timetis eam, quæ iam condemnata est? Iam terribilis non est, sed conculcata est, contempta est, extrema facta est, & nullius momẽti est. Quid autem est timore mortis per omnem vitam obnoxij erant seruituti? Aut hoc dixit, quia qui mortem timet seruus est, & omnia patitur ne moriatur, aut illud quia serui omnes erant mortis, & quia necdum erant soluti tenebantur ab ea, aut quia cum timore perpetuo viuebant homines semper se mori expectãtes, nullum voluptatis sensum capere poterant, hoc timore apud eos manente. Hoc enim significauit dicens per omnem vitam. Hic demonstrat contribulatos, persecutionem passos, & patria, substantia, & ceteris omnibus priuatos liberius degere ab alijs, qui in delicijs constituti sunt, qui in lætitia degunt. Siquidem illi, qui per omnem vitã sub timore mortis agebant, & seruierant, idem ab eadem sunt liberati, deridentque eam quam illi horrescunt. *Infra*. Stemus ergo fratres, irridentes mortem. Sed compellor gemere amarissime, vbi nos Christus extulit, ibi nos ipsi deijcimus. Cum video enim luctus in plateis. & lamentationes super exeuntes de hac vita, & vlulationes, credite mihi, confundor. Ad hoc vt hanc amputemus 16
pessimam consuetudinem, in exequijs defunctorum istæ sunt lampades festiuæ. Nonne sicut athletas eas producimus? Quid etiam hymni? Nonne vt Deum glorificemus, & ei gratias agamus, quoniam iam coronauit discedentẽ, quoniam a laboribus liberauit, apud se habens? Nonne propter hoc psalmi, & hymni? Omnia ista gaudentium sunt. Nolo vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini sicut, & ceteri qui spem non habent. Cum alius quidẽ capillos dissipat, illa vero vlulat, quid hac re cõ fusibilius? credite mihi dicenti, si enim sicut oportebat fieret, multo tẽpore debebant huiusmodi ab Ecclesiæ limine prohiberi. Isti enim sunt qui vere digni sunt luctu, qui mortem timent adhuc, & horrescunt qui resurrectionem ad huc non credunt. Quid psallis in illo tempore, cõuertere anima mea in requiem tuã, Nõ timebo mala, quoniam tu mecum es? Et iterũ tu es refugium meum a tribulatione, quæ circumdedit me. Intelligis quid sibi volunt isti psalmi? sed non animaduertis, & inebriaris ex luctu, vel in aliorum sepulturis intellige, vt habeas remedium in tuis. Reuertere, inquit, anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi. Dominus benefecit tibi, & lachrymaris? Nonne scena sunt ista? nonne hypocrisis? Si enim vere credis verbis, quæ dicit superuacue luges, si autem ludis, & fingis, & fabulas esse putas, quare psallis? quare suscipis ad te venientes? quare non repellis psallentes? Si aliqui lamentatrices conduxerint, credite mihi non aliter dico, sed quomodo habeo. qui vult irascatur, per multum tempus eum ab Ecclesia vetabo sicut idololatram. Pro qua re dic mihi presbyteros voces, & psallentes? Nonne vt cõsolationem recipias? Nonne vt honores discedentem? Quare igitur illum iniurias? Quid hac irrisione, & inductione peius? Nos enim venimus de resurrectione philosophantes, omnia docentes, & eos qui necdum percussi sunt, per honorem qui illi tribuitur, si aliquando aliquid tale contigerit, ferre fortiter, tu autẽ adducis eos qui nostra condemnant. Confundimini, & erubescite, si autẽ non vultis, nos non patimur amplius talia mortifera in Ecclesiã duci. 18
Serm. 3. de epist. ad Philippenses. IDEM ait: Non deploremus simpliciter mortuos, sed eos qui in peccatis sunt defleamus eos, sed non præter decorum, non capillos euellentes, non faciem lacerantes, non nigris nos vestibus obuelantes, sed in animo dumtaxat amaras lachrymas tacite fundentes. Amatum plorato, gemito apud teipsum nemine videte, atque istud demũ compassionis fuerit, istud tibi proderit. Qui namque peccatorem ita luget, multo is magis cauebit, ne in eadem aliquando delicta incidat. Deplorato eos, qui in diuitijs mortui sunt, & nihil consolationis suis ipsorum animabus ex diuitijs suis procurarunt. Hos non vnum, aut alterum deploremus diem, sed omnem nostram vitam. Non sunt absurdi affectus hæ lachrymæ, sed magni amoris. Aliæ vero absurdo, & irrationali affectu fiunt, atque ideo mox etiam desinunt. Quando vero ex timore Dei nascuntur, semper durant. Iuuemus istos, adhortemur & alios vt pro illis orent. Audi quid Deus dicat, Protegam ciuitatem
4. Reg. 19 istam propter me, & propter Dauid seruum meum. Si memoria dumtaxat iusti tantum valuit, quando & opera pro tali fiunt, quid non poterunt? Non frustra ab Apostolis sancitum est, vt in celebratione venerandorum mysteriorum, memoria fiat eorum qui hinc discesserunt. Nouerunt illis multum hinc emolumenti fieri. Stante siquidem vniuerso populo, manus in cælum extendente, cœtu item sacerdotali, verendoque posito sacrificio, quomodo Deum non placaremus pro istis orantes?
19 Hom. 6. in epistola ad Thessalon. IDEM explicans illa verba: Nolumus vos ignorare de dormientibus, ait: De dormientibus dicit, mox in ipso exordio fundamentum consolationis iaciens. Ergo propter mortuos immodeste plangere eorum est, qui spem, non habent? Merito, animus enim resurrectionis ignarus, & mortem hanc corporalem mortem esse putans, non immerito mortuos tanquam perditos plangit, atque intolerabiliter luget. Si ergo morientium gratia lugere, gentium est, immodeste plangere, genasque lacerare, quorum est, dic quæso? Quamobrem lamentaris virum si credis, & resurrecturum, & non perisse somnum, & dormitionem. Dicis propterea quæro virum, propterea filium, propterea plãgo, & lamentor, non quòd resurrectioni diffidam, sed quòd auxilio destituta sim, & tutorem amiserim, coniugem omnium consortem, & consolatorem. Multa rerum turba ingruit, quibusuis iniuriam inferre volentibus exponor, domestici, qui ante metuebant, nunc contemnunt, nunc insultant. Si quis beneficiorum mariti oblitus, si quis mali nonnihil ab eo perpessus est, si mortuum vlturus, conceptam iram in me effundit. Ista me viduitatem hanc ferre non permittunt, nec leniter lugere. Quomodo ergo tales solabimur? quid dicemus? Primum eas conuincere tentabo, lamentationem non esse ex his quæ dicta sunt, sed ex animi affectione inconsiderata. Si ergo ista luges oportebit, vt perpetuo lugeas mortuum tuũ. Si anno elapso obliuisceris illius non secus, ac si nihil huius accidisset, non luges amissam tutelam. Quamobrem luges filium? Quamobrem maritum? Hunc quidem, quòd nullum ex eo fructum cepi, istum vero, quòd sperauerам fructum cepi, istum vero, quòd sperauerам me illo diutius fruituram. At hoc ipsum quantæ est incredulitatis? Nempe, quòd putas te vel maritum, vel filium in rerum securitate collocaturum esse, Deum vero minime. Quomodo non putas illum irritari, nam ob id ipsum plerumque eos aufert, ne ad eum modum illis alligata sis, vt spem tuam ab illis auferas. Æmulator enim est Deus, & vult a nobis omnium potissimum adamari, idque ea ratione, quòd nos admodum vehementer amat. Propterea, & Deus illum tibi abstulit, propter illa, quæ dixisti. Alioqui cuius gratia dic quæso, olim non ita immaturæ viduitates fiebant, & orbitates. Modo vero, quia mariti vxores plus amant, quàm Deum, & vxores maritos suos Deo præferunt, horum gratia nos & inuitos quoque ad amorem suum trahit. Ne virum plus ames, quàm Deum, & viduitatem non senties vnquam, habes enim tutorem immortalem, qui magis te amat. Si Deum magis amas, ne lugeas. Si virum haberes, qui iuxta animi tui sententiam cuncta faceret, celebrem, & illustrem, vbique splendidum, gloriosum apud omnes, prudentem, sapientem, & qui te ita adamaret, vt beata illius nomine reputareris, & deinde ex eo filium pareres, qui morte decederet antequam ad maturam ætatem peruenires, an luctum sentires. Nequaquam, maritus enim plus amatus amorem, ac luctum filij superaret, & obscuraret. Et nunc si Deum plus amas, quàm maritum illum tibi non abripiet, si vero, & abripuerit, etiam luctum non senties. Propterea, & beatus Iob nihil acerbi passus est, cum intempestiuam liberorum suorum mortem audiret, eo quòd Deum plus amabat, quàm illos. Viuente itaque Deo quem diligebat, nihil ista, quæ accidebant, illum contristare poterant. Quid dicis o mulier? maritus, & filius sunt tutores tui, Deus vero nulla tui cura tenetur? Liberos educaturus est Deus, qui illos dedit. Quot tibi possum filios ostendere, qui a viduis educati celebres facti sunt? Quot vero, qui sub patribus suis vixerunt, & perierunt?

21 IDEM dicit: Egrediamur ad sepulchra obsecro, videamus ibi mysteria, videamus dilapsam naturam, ossa corrosa, corpora putrefacta. Considera ibi, quis sapiens, & quis prudens, dic mihi, quis illic rex, & quis priuatus, quis generosus, & quis seruus, quis sapiens, & quis insipiens? Vbi pulchritudo illic adolescentiæ, vbi gratiosus aspectus, vbi oculi speciosi, vbi fragrantia labia, vbi pulchritudo præsens, vbi frons radians? An non omnia cinis? Nonne omnia puluis? Nonne omnia fauilla? Nonne omnia vermis? Nonne omnia putredo, & fœtor? Hæc animis inferentes dilecti, & extremum diem in animo collocantes, dum tempus habemus conuertamur ad Dominum. Serm. 1. ex 25. varijs. to. 5.

22 IDEM sic habet: Circa defunctos ne temere lugeamus, neque de viuentibus stulte lætemur. Sed quid? lugeamus peccatores non tantum defunctos, verum, & viuentes, de iustis autem gaudeamus non modo superstitibus, verum, & mortuis. Illi cum hic quoq. supersunt, sunt omnibus miserabiliores, quoniam Deum Homil. 69. ad populũ.

offendunt, at hi cum hinc quoque migrauerint felices omnino, ad Christum enim transierunt. Peccatores vbicumque fuerint procul a rege morãtur propterea lachrymis sunt digni. Iusti siue hic, siue illic cum rege sunt. *Infra*: infideles mortuos deplora, deplora nihil ab illis differentes. *Infra*: Græcorum quidem pueri qui de resurrectione nihil nouerant, consolationis tamen inueniunt verba dicẽtes, Fer generose, nã facta non licet resoluere, aut luctibus emendare. An tu his altiora discens, & vtiliora,
Psal.114. nõ confunderis. Dicere potes omnino resurget, dormit infans, & non est mortuus, quiescit non autem perijt. Non psalmistam audis dicentẽ, Conuertere anima mea in requiẽ tuã, quia Dominus benefecit tibi? Rem istam Deus beneficium nuncupat, & tu luges, quid fecisses amplius si defuncti hostis, & inimicus fuisses. Nam si lugendum est, diabolum oportet lugere. Ipse plangat, ingemat ipse, quoniam ad maiora tendimus bona. Ipsius est digna nequitia huiusmodi deploratio non tibi conueniens, qui coronam, & requiem expectas. Tranquillus est enim portus mors. Itaque considera quot plena malis est vita præsens, cogita quoties
Gen.3. & ipse præsentem execratus est vitam. Res etenim in deteriora prolabuntur, quia & ab initio non paruam sortitus es damnationem, in
Ioa.16.23 dolore paries filios, in sudore vultus tui vesceris pane tuo, in mundo tribulationem habe-
Esai.35. bitis. De illic vero positis nihil tale dictum est, sed omne contrarium, quia fugit dolor,
Matt.8. & gemitus, & tristitia. Et quod ab oriente venient, & recumbent, cum Abraham, Isaac, & Iacob. Et quòd illic spiritualis sponsi thalamus, ardentes magis, quã lampades, & in cælum transitus. Quid pauperes vocas, & orare sacerdotes exhortaris? Nonne vt in requiem transeat defunctus, & propitium iudicem habeat? Pro his ergo luges, & vlulas? Nonne tibimetipsi repugnas, & aduersaris ex his, quibus in portum ille deuenit tibi parans procellam? At dices heredes, bonorumque successorem non habeo. Et quid malebas eum tuorum, an cælestium heredem fieri? Quid vero cupis eum pereuntia suscipere, quæ paulo post esset dimissurus, an permanentia, & immobilia? Non heredem eum habuisti, sed ipsum pro te Deus habuit. Propriorum non fuit fratrum coheres, sed Christi constitutus est. Sed ipsum cernere desideras, eandem cum eo vitam viue, & sacram ocyus illam accipies præsentiam. Præter hæc autem, & illud cogita, quòd licet nos non audias, omnino tempore tibi persuadebitur, sed nulla tibi tunc merces. Ex dierum namque multitudine consolatio conflatur. Si vero nunc philosophari velis, duo maxima lucraberis, nam & te malis in medio positus
24 absolues, & a Deo præclarã accipies coronam, ærumnam æquanimiter tolerans. Et si tibi casus intolerabilis esse videtur, propter hoc ipsum defunctus non est lugendus. A multis enim huiusmodi calamitatibus ille liberatus est, noli ergo ipsi inuidere, aut æmulari. Ne considéres illud, quòd non amplius domum reuertetur, sed quòd paulo post, & ipse ad eum reuerteris. Si defunctum diligeres gaudere oporteret, atque lætari, quòd ex præsentibus procellis esset absolutus. Quid enim amplius superest quæso? Quid vero peregrinum, & nouum? Nonne per singulos dies eadem cernimus retorqueri, dies & nox, nox & dies, hiems & æstas, æstas & hiems, & amplius nihil, & hæc quidem semper eadem, mala vero peregrina, & recentiora. Hæc igitur ipsum sustinere per singulos dies, & hic manere volebas, & ægrotare, flere, formidare, & contremiscere, & has quidem pati molestias, has vero ne patiatur timere. Nec enim illud dicere possis, quòd hoc vastum nauigans mare, possit mœrore, & curis, & alijs huiusmodi liber extare. Ad hæc & illud cogita, quòd non immortalem genuisti, & nisi nunc mortuus fuisset, hoc paulo post sustinuisset. Tu vero si fuisset in regalibus aulis, numquam eum cernere quæsisses audiens eum se præclare gerentem, ad multo vero meliora peregrinatum videns, modico tempore frangeris.

21 HIERONYMVS ostendens mortem iam a Christo deuictam, secundo varijs exemplis docens quatenus Christiano sit in amicorum morte dolendum, tertio ex miseria, & breuitate huius vitæ, & publica calamitate temporum, & ait: Nepotianus meus, tuus, noster reliquit senes desiderij sui iaculo vulneratos, & intolerabili dolore confectos. Quem heredem putauimus, funus tenemus. Quid igitur faciam, iungam tecum lachrymas, sed Apostolus prohibet Christianorum mortuos dormientes vocans. Et Dominus in Euangelio, Non est mortua, inquit, *Matt.9.* puella, sed dormit. Læter & gaudeam quia *Sap.4.* raptus est, ne malitia mutaret mentem eius, quia placuerat Deo anima illius? Sed inuito, & repugnanti per genas lachrymæ fluunt, & inter præcepta virtutum resurrectionisque spem, credulam mentem desiderij frangit affectus. O mors! quæ fratres diuidis, & amore sociatos crudelis, ac dura dissocias. Adduxit vrentem ventum Dominus de deserto descendentem, qui siccauit venas tuas, & solauit fontem tuum. Deuorasti Ionam, sed & in vtero tuo viuus fuit. Ille ille te vicit, ille te iugulauit. *Infra*. Anaxagoræ semper fuit laudata sententia, cui, cum mors filij nunciaretur dixit, Sciebam me genuisse mortalem. Legimus Crantorem, cuius volumen ad confouendum dolorem suum, secutus est Cicero, Platonis, Diogenis, Clitomachi, Carneadis, Possidonij ad sedandos luctus opuscula percurrimus, qui diuersis ætatibus, diuersorum luctum, vel libris, vel epistolis minuere sunt conati. Proponunt innumerabiles viros, & maxime Periclem, & Xenophõtem, quorum alter amissis duobus filijs, coronatus in concione disseruit, alter cum sacrificans, filium audisset occisum deposuisse coronam dicitur, & eadem capiti reposuisse, postquam for-

Epist. 1. quæ est ad Heliodorum monachum, & Epitaphium quem conscribatur super morte Nepotiani ex fratre nepotis. to. 1.

titer in acie dimicantem reperit concidisse. Quid memorem Romanos duces, quorũ virtutibus, quasi quibusdam stellis, latinæ micant historiæ? Puluillus capitolium dedicans, mortuum, vt nunciabatur, subito filium se iussit absente sepeliri. Lęlius Paulus septem diebus, inter duorum exequias filiorum triumphans vrbẽ ingressus est. Prætermito Maximos, Catones, Gallos, Pisones, Brutos, Scæuolas, Metellos, Scauros, Martios, Crassos, Marcellos, quorum non minor in luctu, quàm in bellis virtus fuit, & quorũ orbitates in consolationis libro Tullius explicauit, ne videar aliena potiusquàm nostra quæsisse. Quamquam, & hæc in suggillationem nostri breuiter dicta sint, si non præstet fides, quod exhibuit infidelitas. Non plangam cum Iacob, & Dauid filios in lege morientes, sed cũ Christo in Euangelio recipiam resurgentes. Iudæorum luctus, christianorum gaudium est. Ad
Psal.29, 17 uesperam demorabitur fletus, & ad matutinũ lætitia. Vnde, & Moyses moriens plangitur, Iosue absque funere, & lachrymis in monte sepelitur. Quanto Nepotianus felicior, tãto amplius nos in dolore, quòd tali caremus bono, desiderium absentiæ eius ferre non possumus, non illius sed nostram vicem dolentes. Gratias agit Paulus, quòd Epaphras de mortis sibi vicinia redditus sit, ne haberet tristitiam super tristitiam, non incredulitatis metu, sed desiderio charitatis. Quanto magis tu, & auunculus, & Episcopus hoc est, & in carne, & in spiritu pater dolebas abesse viscera tua, & quasi a te diuulsa suspiras? sed obsecro, vt modum adhibeas in dolore, memor illius sententiæ, Ne quid nimis, obligatoque parumper vulnere audias laudes eius, cuius semper virtute lætatus es. Nec doleas, quòd talem amiseris, sed gaudeas, quòd talem habueris. Vince quantum potes, immo plusquam potes molliciem animi tui, & vbertim fluentes lachrymas reprime, ne grandis pietas in nepotem apud incredulas mentes desperatio putetur in Deũ. Desiderandus est tibi, quasi absens, non quasi mortuus, vt illum expectare, non amisisse videaris. Verum quid ago medens dolori, quem iam reor, & tempore, & ratione sedatum, ac non potius replico tibi nostri temporis calamitates, vt non tam plangendus sit, qui hac luce caruerit, quàm gratulandum ei, qui de tantis malis euaserit? *Infra*.
28 Narrans, innumeras clades, ait, Felix Nepotianus, qui hæc non vidit, felix, qui hæc non audit. Nos miseri, qui aut patimur, aut patientes fratres nostros tanta perspicimus. Et tamen viuere volumus, eosque, qui his carent, flendos potius, quàm beatos putamus. *Infra*. Xerxes ille Rex potentissimus, qui subuertit montes, maria constrauit, cum de sublimi loco infinitam hominum multitudinem, & innumerabilem vidisset exercitum; flesse dicitur, quòd post centum annos nullus eorum, quos tunc cernebat superfuturus esset. O si possemus in talem ascendere speculam, de qua vniuersam terram sub nostris pedibus cerneremus. Iam tibi ostenderem totius orbis ruinas, gentes gentibus, & regnis regna collisa, alios torqueri, alios necari, alios absorberi fluctibus, alios ad seruitutem trahi, hic nuptias, ibi planctum, illos nasci, istos mori, alios affluere delicijs, alios mendicare, & non Xerxis tantum exercitum, sed totius mundi homines, qui nunc viuunt in breui spatio defuturos. Redeamus igitur ad nos, & quasi e cælo descendentes, paulisper nostra videamus. Sentisne obsecro te, quando infans, quando puer, quando iuuenis, quando robustæ ætatis, quando senex factus sis? Quotidie morimur, quotidie commutamur, & tamen æternos nos esse credimus. Hoc ipsum, quod dicto, quod scribo, quod relego, quod emendo, de vita mea tollitur. Quot puncta notarij, tot meorum damna sunt temporum.

29 IDEM loquens de eodẽ, ait; Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo, non vt Hieremias ait, interfectos populi mei, nec vt Iesus miseriam Hierusalem, sed plorabo sanctitatem, misericordiam, innocentiam, castitatem, plorabo omnes pariter in vnius morte defecisse virtutes. Non quòd lugẽda sit illa quæ abijt, sed quòd nobis impatientius sit dolendum, qui talem videre desiuimus. Quis enim siccis oculis recordetur, viginti annorum adolescentulam, tam ardenti fide crucis leuasse vexillum? Cum sanctũ corpusculũ febrium ardor excoqueret, & semianimæ lectulum vallaret circulus propinquorũ, hæc in extrema verba mandabat, orate Dominũ Iesum, vt mihi ignoscat, quia implere nõ potui, quod volebam. Sed quid agimus matris prohibituri lachrymas ipsi plangimus. Non est, optimus consolator, quem propij vincunt gemitus. Testor mi Paula Iesum eadem me perpeti dolorum tormenta, quæ tu pateris. Confiteor affectus meos, totus hic liber fletibus scribitur. *Infra*: Matri orbitas irrogatur, plango quod obijt, sed quia sic placuit Domino æquo animo sustineo. Vnicus raptus est filius, durum quidem, sed tolerabile, quia sustulit ille qui dederat. *Infra*: Cur durum sit, quod quandoque patiendum est? Et cur dolemus quẽquam mortuum? Ad hoc enim nati sumus, vt maneamus æterni? Indignamur aliquem exilire de corpore, qui ad hoc forsitan raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius? Placita enim
30 erat Deo anima illius, propter hoc properauit educere eam de media iniquitate, ne longo vitæ itinere deuijs oberraret anfractibus. Lugeatur mortuus, sed ille quem gehenna suscipit, in cuius pœnam æternus ignis æstuat. Reuera si sæculare desiderium, & (quod Deus a suis auertat) delicias vitæ huius cogitantem, mors immatura rapuisset omni lachrymarum fonte plangenda erat. Non vereris, ne tibi saluator dicat, Irasceris Paula, quia tua filia, mea facta est filia? Indignaris de iudicio meo, & rebellibus lachrymis facis iniuriam possidenti? cibum tibi denegas non ieiuniorum studio, sed doloris. Si viuẽtem crederes filiam ad meliora migrasse, nunquam plangeres. Hoc

29 In epist. 25. quæ est ad Paulam quã consolator in obitu filię filię suę to. 1.

est, quod per Apostolum meum iusseram, ne pro dormientibus in similitudinem gentium tristaremini? Erubesce, ethnicæ comparatione superaris, melior diaboli ancilla, quàm mea est. Illa infidelem maritum translatum fingit in cælum, tu mecum tuam filiam commorantem, aut non credis, aut non vis. Sed dicis quomodo lugere me prohibes, cum, & Iacob Ioseph in sacco fleuerit, congregatisque ad se omnibus propinquis noluit consolari dicēs, Descēdam ad filium meum lugēs in infernū, quia nec dum paradisi ianuam Christus effregerat, Dauid Absaló cooperto capite planxit, Moysi
31 quoque, & Aaron ceterisque sanctorū solemnis sit luctus exhibitus. De Moyse vero, & Aaron, quòd eis ex veteri more sit planctus exhibitus, non mirandum est, cum in actis Apostolorum iam Euangelio coruscante Stephano fecerint Hierosolymæ plāctum magnum. Et vtique planctus magnus non in plangentium exanimatione, vt tu putas, sed in pompa funeris, & exequiarum frequētia intelligendus sit. Denique de Iacob scriptura sic loquitur, quòd a-
Gen. 50. stenderunt ad sepeliendum eum Aegyptij, & planxerunt eum planctu magno, & forti nimis. Plāctus iste solemnis non lōgas Aegyptijs imperat lachrymas, sed funeris monstrat ornatum. *Infra*: Et dixit Moyses ad Aaron, & Eleazar, & Ithamar filios eius, qui relicti erant, caput vestrum non denudabitis, & vestimenta vestra non scindetis, ne moriamini, & super omnem synagogam veniat ira. Nolite, inquit, scindere vestimenta vestra, & luctum exhibere gentilem, ne moriamini. Mors nostra peccatum est. *Infra*: Redit tibi in memoriam
32 confabulatio filiæ, blanditiæ, sermo, consortium, & quòd his careas pati non potes. Ignoscimus matris lachrymis, sed modum quærimus in dolore. si parentem cogito, non reprehendo quòd plangis, si Christianam, & Monacham, istis nominibus mater excluditur. Recens vulnus est, & tactus iste quo blandior non tam curat, quàm exasperat. Attamen quod tempore mitigandum est, cur ratione non vincitur? Respice patientiam Iob, in morte filiorum. Scio quid responsura sis, hoc illi quasi iusto ad probationem euenisse. Et tu e duobus elige quod velis, aut sancta es, & probaris, aut peccatrix, & iniuste quereris minora sustinens quàm mereris. Quid vetera replicem? Præsentia exempla sectare. Sancta Melania nostri temporis inter Christianos vera nobilitas, calente adhuc mariti corpusculo, & necdum humato, duos simul perdidit filios. Rem sum dicturus incredibilem, sed teste Christo non falsam. Quis illam tunc non putaret sparsis crinibus, veste conscissa lacerum pectus inuadere? Lachrymæ gutta non fluxit, stetit immobilis, & ad pedes aduoluta Christi, quasi ipsum teneret arrisit, expeditius, inquit, tibi seruitura sum Domine, quia tanto me onere liberasti. Parce quæso tibi, parce filiæ cum Christo iam regnanti, parce saltem Eustochio tuæ, cuius par-
33 ua adhuc ætas, & rudis pene infantia te magistrante dirigitur. Sæuit nunc diabolus, & quia vnam cernit de tuis liberis triumphantem, obtritum se esse condolens quærit in remanente victoriam, quam in præeunte iam perdidit. Grandis in suos pietas, in Deum impietas est. Abraham vnicum filium lætus interficit, & tu vnam de pluribus quereris coronatam? Detestandæ sunt istæ lachrymæ, plenæ sacrilegio, incredulitate pleniſſimæ, quæ non habent modum. Vlulas, & exclamitas, & quasi quibusdam facibus accensa, quantum in te est, tui semper homicida es. Ad talem *Luc. 8.* ingreditur Iesus, & dicit, Noli flere, non est *Matt. 9.* mortua puella, sed dormit. Te quoque si ad sepulchrum filiæ volueris volutari, Angelus te increpabit, & dicet, Quid quæris viuentem cum mortuis? Quod quia Magdalena fecerat ad Domini prouoluta pedes audit, Noli me tāgere, ideſt, non mereris tangere resurgentem, quem mortuum existimas in sepulchro. Quas *Ioan. 20.* nunc existimas Blesillam nostram pati cruces, quòd tibi Christum videat subiratum? Clamat nunc illa lugenti, si vnquam me amasti mater, si tua vbera suxi, ne inuideas gloriæ meæ, ne hoc agas, vt a nobis in perpetuum separemur. Si vis vt mater mea sis, cura placere Christo. Non agnosco matrem meo Domino displicentem.

IDEM: Colligitur ex hac epistola, quòd tempore Hieronymi in exequijs defunctorum alleluia canebatur, velut a gratulantibus, quòd eorum animæ euolassent ad superos. *In epist. 30. ad Oceanū. Epitaphium Fabiolæ.*

IDEM: Quem consolatur in morte filiæ ait: Resurgere credimus mortuos, & plangimus? Quid faceremus si mori tantummodo, sine resurrectione præciperet Deus? Quod dederat, abstulit qui creauerat. Quis est qui plangat, quod ad tempus acceperat? Commodauerat, vt haberes quantocumque tempore voluisset, vt cum vellet rursum auferret. Nihil abstulit tuum, qui dignatus est recipere proprium. Parua ergo non erat hæc consolatio contra luctum; quod nemo lugere debeat, cum aliquid reddiderit alienum. Acceditur consolationis alia prouidentia, quæ iaculis orbitatis occurrat. Plangere debuimus de sæculo recedentes, si sęculi inimicitias contra nos minime sentiremus, & plangimus Domini beneficia qui nouit infirmitati nostræ quid præstet. Periclitari volebat adhuc, qui dolet aliquem dormientem, & inter fluctus uitæ præsentis videre cupiebat miserū laborare. Talibus ac tātis tēpestatibus vitæ, tot impugnationes diaboli, tot corporis bella, tot sęculi clades euasit, & lachrymas fundis, quasi nescias quid in te ipso quotidie patiaris? Plane Lazarum mortum Dominus *Ioan. 11.* fleuit, sed non tuas lachrymas fudit. Doluit Lazarum non dormientem, sed potius resurgēte, & flebat quem cogebatur propter saluandos alios ad vitā reuocare. Hanc vitā dās Dominus ingemiscebat, quam tu doles esse sublatam. Contra lachrymas eius pugnant lachrymæ tuæ & amor tuus amori eius nō conuenit. Ille volebat

batreddere laboribus quē dilexerat, & tu amare credebas, cui laborum volebas adhuc prestare tormenta? Non fleret, qui mortuum suscitare postmodum habuerat potestatem. Vnde apparet sola eum causa fuisse commotū, quòd ad hostilem vitā charissimū reuocare denuo vrgebatur. Gaude ergo, vnde ille coactus est flere, ne
36 tu saltem videaris dormientis felicitatibus inuidere. Ab alieno mundo propriū transiuit ad Dominum, & de hostili patria migrauit ad cælum: quia quandiu sumus in hoc tabernaculo peregrinamur a Domino. Non ergo luctū nobis debet incutere quisquam, cum a peregrinatione redire meruerit ad propriam regionem, maxime cum non inanis, & vacuus redire nostratur, qui christianitatis mercatus est lucrum, propter quod descendit ad mundi commerciū. Et ego (inquies) sola separatione dormientis, æstuans, desolatus solatio pij pignoris iactor. Excusatio est hæc sine dubio fragilitatis humanæ, quæ patrocinari non potest diffidentiæ. Si enim desolationes homines ferre non valerēt, numquam prorsus parentes a se sua pignora dimisissent. Destitutos se a morientibus conqueruntur, & viuos filios, aut propter honores, aut propter negotia peregrinis regionibus credūt & gaudent tota vita sine affectibus commorari, dummodo capiant, quod cupiunt de suis pignoli ribus adipisci, & vt ad palatia pergant, peregrinantur. Ad studia dignitatis nauigant acquirenda, vel ad causas patrimonij explicandas cū labore & periculo proficiscentes omnes impellunt, nec secum vacare quos diligunt patiūtur, & vt ad palatia cæli, ad studia Christi, ad honorem vitæ perpetuæ, & ad patrimonium possessionis æternæ cum securitate valeant peruenire, nemo filios suos a se libenter gratulatur abscedere. Mihi crede sola in omnibus incredulitas mæret. Sed destitutam, dicis, doleo senectutem meam, qui debueram liberos antecedere, ne in laboribus remanerem. Ego tibi meus profiteor euenisse, qui non carnalem, sed spiritualem circa te considero felicitatem. Senectuti tuæ amputauit Dominus magis sollici-
37 tudinem, quæ torquebat de viua filia ne periret. Non te deseruit, sed præcessit. Secundum votum tuum habe post Abraham, si non potes primum, vt quod ille non dubitabat offerre, tu forte videaris de sublato gaudere. Ab illo Dominus postulauit, a te tulit, ille iussioni paruit, tu voluntati consentias. Erubescat incredulitas nostra, quæ nec cum gentibus Deo vult esse subiecta. Communis est nobis cum illis exitus mortis, & dolores illorū superamus doloribus, quid ageremus, si peculiare aliquid exigeretur a nobis? Quod ad dedecus nostrum pertinet, gentiles dolores sæpe contemnunt, cum non ad promissa cęlestia, sed ad pœnas tartari rapiantur, & nos plangimus euntes ad cælum? Consideret Christianus talis quid merebitur deinceps, qui nec imitari contendit exempla Sanctorum, nec contemptum habere gentilium? Illi luctus desperando despiciunt, nos & sperando despicere non conamur. Aliquem filiorum Christiani nolūt, vel gratulatione sua deducere ad bona, Gentiles tradere nō cunctantur ad mala. Cum sit omnibus communis hic casus vanus dolor est, qui nec primus videtur esse, nec solus.

IDEM aiebat Hieronymus iam moribun-
38 dus, abijcite vestimenta luctus, & tristitiæ, Psal- *In epistola Eusebij ad Damasum de morte Hieronymi*
mum dicite nomini Domini: quoniam hucusque transiui per ignem, & aquam, & ecce nunc inducit me in refrigerium. O quantum lucrū mihi est mori; quoniam viuere deinceps meū Christus erit. Ecce terrestris domus huius habitationis dissoluitur, vt alia succedat non manufacta, sed æterna in cælo. Ecce quod mortale est vestimentum exuor, vt æternum induar. Hucusque peregrinatus sum, iam redeo ad patriam. Ecce brauium capio, pro quo in agone cucurri. Ecce portum attingo, quem tanto desiderauidesiderio. Ecce de tenebris ad lucem, de inopia ad diuitias, de prœlio ad victoriam, de tristitia ad gaudium, de temporali vita ad perpetuam, de fœtore ad odorem suauissimum vehor. Vita mundi, non vita, sed mors. Melior est negotiatio mortis auro, & argento, primi, & purissimi fructus eius. O mors dulcis & iucunda! Non certe mors, quæ vitam veram largiris, quæ fugas febres, & vulnera, fames extinguis, & sitim. Veni soror mea sponsa, amica mea, dilecta mea, indica mihi quem diligit anima mea. Ostende mihi vbi pascat Dominus meus, vbi cubet Christus meus. Exurge gloria mea. Porrige mihi manum, trahe me post te. Apertum est cor meum, vt exurgam, & post te curram in odorem vnguentorum tuorum, donec introduxeris me in cellaria domus Domini mei. Ecce tu pulchra es amica mea, iam
39 noli morari amplius. Conuertere aliquantulū super me, quia te inuenire exultaui, & in te delectatus sum omnibus diebus vitæ meæ, saluum me fac, & libera me de aquis multis, & de manu filiorum alienorum. Veniam per te in hortum dilecti mei, vt comedam fructum pomorū tuorum. Ecce iam venit tempus miserēdi mei, noli tardare, accelera, vt eripias me, quia amore langueo. Nigra es, sed formosa, pulchra es, & decora, fauus distillans labia tua. Terribilis es apud reges terræ, auferens spiritum principum, sed notam facis humilibus potētiam tuā, tu confringis cornua iniquorum, & erigis cornua iustorum. Aperi mihi dulcis soror, & anima mea ianuas vitæ. Expolia me ista mortali tunica mea, quam fero, vt induam me vestimentis lætitiæ. Ergo iam bona mors propera, confringe arcum, & scutum, gladium, & bellum. Si moraris, iam deficit paulisper spiritus meus propter multitudinem dolorum meorum. Hodie vocem meā audiens, noli obdurare cor tuū. Accipe filium hic famelicū in regione aliena, & redde eum patri suo. Suscipe vlceribus plenum, & colloca eum in sinu Abrahæ. Et post multa concludit. Præcipio vobis, filij mei dilectissimi, vt dum corpus meum dissolutum fuerit, in terra iuxta præsepe Domini nostri nudum sepeliatis. Societur terra terræ, non licet terram sociari lapidibus. Appetit enim

naturaliter ſuum ſimile quodlibet. Hoc dicebat marmoreum contemnens ſepulchrum.

40 AVGVSTINVS: dixit Monica Auguſtino, & alteri fratri. Ponite hoc corpus, vbicumque, nihil vôs eius cura conturbet, tantum illud vos rogo, vt ad Domini altare memineritis mei, vbi fueritis. *Infra*. cap. 12. mortua eſt, & confluebat in præcordia mea mæſtitudo ingens, & transfluebat in lachrymas, ibidēq. oculi mei violento animi imperio reſorbebant fontem ſuum, vſque ad ſiccitatem, & in tali luctamine valde male mihi erat. Non dolebam, quia miſere moriebatur: quia nec omnino moriebatur, ſed intus mihi grauiter dolebat ex conſuetudine ſimul viuendi dulciſſima, & chariſſima repente ſimul dirupta vulnus recens? Quoniam itaque deſerebar tam magno eius ſolatio, ſauciabatur anima mea, & quaſi dilaniabatur vita, quæ vna facta fuerat ex mea, & illius. *Infra*. ego in parte vbi decenter poteram, cum his qui me non deſerendum eſſe cenſebant, quod erat tempori congruum diſputabam, illis arbitrantibus me, ſine dolore eſſe. At ego in auribus tuis increpabam molliciem affectus mei, & conſtringebam fluxum mæroris, cedebatq. mihi paululum, rurſuſque impetu ſuo ferebatur non vſque ad eruptionem lachrymárum, nec vſque ad vultus mutationem. Et quia mihi vehementer diſp'icebat, tantum in me poſſe hæc humana, quæ ordine debito, & ſorte conditionis noſtræ accidere neceſſe eſt, alio dolore dolebam dolorē meum, & duplici triſtitia macerabar. *Infra*: Reducebam in priſtinum ſenſum ancillam tuam, conuerſationemque eius piam, & ſanctam in te, in nos blandam, atque inorigeram, qua ſubito deſtitutus ſum, & libuit flere in conſpectu tuo de illa, & pro illa, de me, & pro me. Et dimiſi lachrymas, quas continebam, vt effluerent quantum vellent, ſubſternens eas cordi meo, & requieui in eis. Legat, qui volet, & interpretetur, vt volet, & ſi peccatum inuenerit, fleuiſſe me matrem exigua parte horę matrem mortuam, quæ me multos annos fleuerat, non irrideat, ſed potius pro peccatis meis fleat.

41 *Infra*. imminente die reſolutionis ſuæ, non cogitauit corpus ſuum ſumptuoſe contegi, aut condiri aromatibus, aut monumentum electū concupiuit, aut curauit ſepulchrum patrium. Non iſta mandauit nobis, ſed tātummodo memoriam ſui ad altare tuum fieri deſiderauit. *Infra*. inſpira Domine ſeruis tuis, quibus & voce, & corde, & litteris ſeruio, vt quotquot hæc legerint meminerint ad altare tuum Monicæ famulæ tuæ.

42 IDEM Narrans tres mortuos ſuſcitatos, poſito ſuper eos ſacco, quo in vita vtebatur Hieronymus, ait, quamuis ab ijs multa didicerim; vum tamen dicam. Quadam vice, ad vnum eorum ueniſſe contigit, quem dure lachrymantem, nec meis verbis conſolationem aliquam admittentem comperiens, tanti fletus cauſam ab eo cœpi inquirere, & meis coactus importunitatibus ſic reſpondit. Si quæ pridie ſum expertus, non ignorares, tibi ineſſet ſemper cauſa fletus. Quales credis pœnas & tormenta exiſtentibus in purgatorio præparari? Ad quem ego, de incertis, quænam vera poteſt proferri ſententia? Ad quod ille, ſi omnes, quæ in mundo cogitari poſſent pœnæ, tormenta, afflictiones, minori, quæ illic habetur, pœnæ, & tormento comparentur, ſolatia erunt. Mallet enim quilibet viuentium, omnes quæ hic videntur pœnæ, & tormenta, ſi illas experientia noſceret pœnas, vſque ad finē mundi, omnibus his, ſimul ſine remedio cruciari pœnis, quas omnes homines ab Adam huc vſque ſigillatim pertulerunt, quàm vno die in purgatorio, minori, quæ illic habetur pœna, torqueri. Et ideo, ſi cauſam fletus mei interrogas, timor pœnarum eſt, quæ peccatoribus iuſte dantur. Vnum eſt, quo differant ab infernalibus pœnis, quòd, iſtæ finem non expectant, ſed augmentum in die iudicij. Et poſt multa ait, adueniente mortis meæ hora, tanta in loco quo migraturus iacebam, nefandorum affuit ſpirituum multitudo, quòd præ multitudine dinumerari omnino non poſſent, quorum ſpecies talis erat, quòd potius quilibet hominū flammis ardentibus arſurum ſe exponeret, quā eorum formarum ictū oculi viſione potiri, qui ad me venientes, omnia quæcumque perpetraui opera contra Deum ad meam memoriā reuocabant, ſuadentes mihi, vt amplius diuinam miſericordiam, quam tam grauiter offenderā, non ſperarem. Et certe noueris, quòd niſi me diuina miſericordia adiuuiſſet, reſiſtere nō valerem. Et paulo poſt tunc ſubito anima corpus reliquit tam grauiter, & acerbe, quòd certe quantæ fuerint preſſuræ, & anguſtiæ intellectu non caperet mēs humana, niſi vt ego, per experientiam didiciſſet. Si enim omnis humana intelligentia, quas vellet anguſtias, & dolores æſtimaret, reſpectu diſſulotionis animæ a corpore, illa pro nihilo computaret.

43 IDEM ſic habet: Cum vnicuique mortalium, ſub quotidianis huius vitæ caſibus innumerabiles mortes quodammodo comminentur, quandiu incertum eſt, quænam earum vētura ſit, quæro vtrum ſatius ſit vnam perpeti moriendo, an omnes timere viuendo. Nec ignoro quàm citius eligatur, diu viuere ſub timore tot mortium, quàm ſemel moriendo nullam deinceps formidare. Sed aliud eſt, quod carnis ſenſus infirmiter pauidus refugit, aliud quod mentis ratio diligenter enucleata conuincit. Mala mors putanda non eſt, quam bona vita præceſſerit. Neque enim facit malam mortem, niſi quòd ſequitur mortem. Non itaque multum curandum eſt, eis, qui neceſſario morituri ſunt, quid accidat, vt moriatur, ſed moriendo quo ire cogantur. Cum igitur chriſtiani nouerint longe meliorem fuiſſe religioſi pauperis mortem, inter lingentium canum linguas, quàm impij diuitis, in purpura, & byſſo horrenda illa genera mortium, quid mortuis obfuerunt, qui bene vixerunt?

IDEM

44 IDEM ſic ait: Quorum nos vita propter amicitiæ ſolatia delectabat, vnde fieri poteſt, vt eorum mors nullam nobis ingerat mæſtitudinem? Quam qui prohibet, prohibeat, ſi poteſt amica colloquia, interdicat amicabilem ſocietatem, vel intercidat affectum omnium humanarum neceſſitudinum, vincula mentis immiti ſtupore dirumpat, aut ſic eis vtendum cenſeat, vt nulla ex eis animum dulcedo perfundat. Quòd ſi fieri nullo modo poteſt, etiam hoc quo pacto futurum eſt, vt eius nobis amara mors non ſit, cuius dulcis eſt vita? Hinc eſt enim, & luctus quidam in humano corde, quaſi vulnus, aut vlcus, cui ſanando adhibentur officioſæ conſolationes. Non enim propterea non eſt quòd ſanetur, quoniam quanto eſt animus melior, tanto in eo citius faciliusque ſanatur. *Infra*: Ex quo fit, vt bonis amicis mortuis gratulemur, & cum mors eorum nos contriſtet, ipſa nos certius conſoletur, quoniam malis caruerunt.

45 IDEM explicans illa verba: Simul inſipiens, & ſtultus peribunt, ait: Eſto prudens & proſpice tibi in poſterum in cælo. Imitare formicam, reconde æſtate, ne eſurias in hiemе. Hiems eſt dies nouiſſimus, dies tribulationis, & amaritudinis. Collige, quod ibi tibi ſit in poſterum, ſi autem non facis, ſimul imprudens, & ſtultus peribunt. Sed mortuus eſt ille dies, & tale ibi funus factum eſt. Ecce, quo ſe conuerterunt homines? Non attendunt, quam malam vitam habuerit, cum viueret, ſed quam pompam cum moreretur. O felix, quem tanti plangunt! iſte vero ſic vixit, vt pauci plangant. Omnes enim deberent plangere tam male viuentem, ſed pompa eſt funeris, excipitur ſepulchro pretioſo, inuoluitur pretioſis veſtibus, ſepelitur vnguentis, & aromatibus. Deinde memoriā qualem habet, quā marmoratam? Viuit in ipſa memoria, ille vbi mortuus eſt. Iſta putantes homines bona, aberrauerunt a Deo, nec quæſierunt vera, & decepti ſunt falſis, & peribunt, qui relinquent alienis diuitias ſuas, quaſi eos poſuit in maledicto, qui cum mortui fuerint, alieni poſſidebunt res ipſorum. Ergo felices ipſi, qui relinquunt filios in poſſeſſione ſua. Habuit filios, non eſt mortuus, filij ſeruant, & augent ea bona filijs ſuis, & illi filijs, & tertij filijs. Quid Chriſto? Quid animæ tuæ? omnia filijs. Inter filios ſuos quos habent in terra, computent vnum fratrem, quem habent in cælo, cui totum dare debebant, vel diuidant cum illo. *Infra*: Omnes

46 qui male viuunt, alienis relinquunt diuitias ſuas. Sic diues ille purpuratus reliquit fratribus facultates ſuas, & ait illi, Mihi fratres ſubuenire non poſſunt, qui poſſident diuitias meas, alieni a me facti ſunt, vnum fratrem mihi amicum non feci, qui iacebat ante ianuam. Et ſepulchra eorum domus illorum in æternū, iam quia iſta ſtructa ſunt ſepulchra, domus sūt ſepulchra. Nam plerumque audis diuitem dicentem, habeo marmoratam domum, quam relicturus ſum, & non cogito mihi æternam domum, vbi ſemper ero. Quando cogitat ſibi memoriam marmoratam, aut exculptam facere, quaſi de domo æterna cogitat, quaſi ibi maneat diues. Si ibi maneret, non arderet apud inferos. Vbi maneat ſpiritus male agentis, non vbi ponatur corpus mortale cogitandum eſt. Inuocabunt nomina eorum in terris ſuis. Quid eſt hoc? Tollunt panem & mērum ad ſepulchra, & inuocant ibi nomina mortuorum. Putas quantum inuocatum eſt nomen illius diuitis; poſtea quando inebriabant ſe homines in memoria ipſius, nec deſcendebat vna gutta ſuper linguam ipſius ardentem? Ventri ſuo ſeruiunt homines, non ſpiritibus ſuorum. Ad ſpiritus mortuorum ſuorum non peruenit, niſi quod ſecum viui fecerunt &c.

Luc. 16.

47 IDEM ait: Conſiderate diuitum ſepulchra, vel eorum, qui ante pauca tempora vobiſcum erant, quid ſunt, vel quid fuerunt, vel quid eis diuitiæ, & cupiditas ſęculi profuerint, ecce nihil ex eis, niſi ſoli cineres remanſerunt, qui ſi modo loqui poſſent, hæc vobis dicerent, Vt quid infelices tantū pro ſęculi vanitate diſcurritis? Vt quid vos criminibus, & vitijs repletis? Conſiderate oſſa noſtra, & vel ſic vobis horreat cupiditas, & miſeria veſtra. Quod vos eſtis, nos fuimus, & quod nos ſumus, vos eritis. Hæc conſiderantes, expaueſcite, diem mortis ante oculos ſemper ponite. Si forte putetis, quia finis mundi tardius veniat, uel ſunm unuſquiſque conſideret finem. Ecce dum liben ter ac iucundiſſime moratur homo in mundo, multaq. in longa tempora diſponit agenda, repente rapitur a morte, & ex improuiſo auferтur a corpore. Sed ille eſt beatus, qui ſemper illam habuerit ante oculos, & feſtinauerit in illa hora mortis paratus inueniri. Quod ſi uultis ſcire, quàm magno metu, magniſq. doloribus anima ſeparatur a corpore, diligenter aduertite. Veniunt enim angeli aſſumere eam ante Deum, ut perducant illam ante tribunal iudicis metuendi, & tunc illa memorans opera ſua mala, contremiſcit, & quærit ea fugere, induciaſq. petere dicens, Date mihi, uel unius horæ ſpatium. Tunc quaſi loquentia ſimul opera eius dicent, tu nos egiſti, opera tua ſumus, non te deſeremus, ſed tecum ſemper erimus, tecumq. pergemus ad iudicium; iuſti uero anima cum ſeparatur a corpore, non expaueſcit, ſed cum exultatione pergit ad Deum, deducentibus ſanctis angelis. Illam horam fratres modo timete, ut non tunc timeatis, illam nūc præcauete, ut tunc ſecuri eſſe poſſitis. Cauete, ne in exitu ueſtro triſtitiam faciatis angelis & gaudium inimicis.

48 IDEM ſic habet: Iacet corpus exanime, iacet facies pallida, forma mutata, per quæ mors ipſa cernitur, & horretur; cogitatur prætерea perpetuum ſilentium eius, cogitatur aut delectatio, quæ fuit, aut futura quæ erat vtilitas, cogitantur neceſſitates, ueniunt in mentem uerba dulciſſima, longa conſuetudo requiritur. Hæc ſunt ſine dubio quæ mouent lachrymas, & totum animum in triſtitiam mergunt profun-

profundam. Contra hæc tam fortia doloris arma, ſpiritualibus nos debemus armare præſidijs. Illud ergo primum omnium opponendum eſt, quia omne quod naſcitur in hoc mundo, neceſſe eſt mori, hæc eſt ſententia immutabilis, quam poſt delictum princeps generis humani accepit, terra es, & in terram ibis. Quid ergo noui contingit, ſi homo ad hoc natus, diuinæ ſententiæ ſatisfecit? Quod debebat hic reddidit, ſicut omnes qui illum præceſſerant, fecerunt. Sed dicis, ſcio communem eſſe hunc caſum, ſcio quia is, qui mortuus eſt, debitum ſoluit, ſed delectationes cogito, neceſſitates reputo, conſuetudinem requiro. Vtilitatem vero ſicut tuã videre debes, & eius qui defunctus eſt, cogitare: quia ſic ei forſitan expediebat, ſicut
Sap. 4. ſcriptum eſt: Raptus eſt ne malitia mutaret
49 intellectum eius; placita enim erat Deo anima illius; ideoq. properauit de media corruptione educere eum. De conſuetudine autem quid fuiſſe videtur? Quod ergo tempus præſtat & dies, multo magis debet & ratio, & bona præſtare cogitatio. *Infra*: Sed dicet aliquis, prohibes lugere mortuos, cum & patriarchæ plorati ſunt Moyſes, Iob, & Prophetæ? Non ego prohi-
1. Theſſ. 4. beo lugere mortuos, ſed ille, qui ait: Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contriſtemini, ſicut & ceteri qui ſpem non habent. Non poteſt Euangelij claritas obſcurari, ſiue quia hi qui ante legem, aut ſub legis vmbra poſiti fuerant, ſuos flebant mortuos. Merito flebant, quia nondum de cælo venerat Chriſtus, qui fontem illum lachrymarũ ſua reſurrectione ſiccaret. Merito lamentabantur, quia nec dum reſurrectio prædicabatur. Vnde Simeon, qui prius fuerat de ſua morte ſollicitus; poſtquam Ieſum in ſuis manibus attrectare prome
Luc. 2. ruit, de ſuo exitu gratulatur & dicit: Nunc dimittis ſeruum tuum Domine in pace, quia viderunt oculi mei ſalutare tuum, vbi mortem
1. Cor. 15. ſuam pacem & requiem computabat, gratias Deo, qui nobis contra mortem victoriam dedit per Ieſum.

50 IDEM exemplum Dauid adducit, qui ſi-
Serm. 2. de conſolatione mortuorum. cut animam propriam diligebat filium, qui ei natus fuerat de Bathſabe, quẽ infirmitate percuſſum, impatientiſsime flebat, ſedit in terra,
2. Reg. 12 iacuit in cilicio, non manducauit, neque bibit. Iacet rex in ſqualore cilicij, ægrotante filio, oculi lachrymis perpetibus fluunt. Moritur puer, vxor in luctu tanto, domus in planctu, famuli pauidi, nemo audebat Domino filiũ mortuum nunciare, intellexit rex mortuum puerũ, ſurgit mox de terra, exuit ſe cilicio, ſurgit hilaris quaſi filium ſuum audiſſet incolumẽ, vadit ad templum, epulatur cum amicis, compreſsit ſuſpiria, vultu iam læto. Mirãtur domeſtici, ſtupent amici, & interrogãt rei nouitatem, & ait, Cũ adhuc viueret filius lugebã &c. Erat enim ſpes impetrandi longiorẽ vitam; at uero poſtquam uoluntas Dei facta eſt, ſtultum eſt & nimium inutile lamentatione animum inũdare, ſic dicens: Ego ibo ad illum, non ille reuertetur ad me. Ecce exemplum magnanimitatis atque uirtutis, qui ſub lege poſitus erat homo, ſuam, ſuorumq. triſtitiam compeſcuit, nos qui ſub gratia ſumus, qua fronte mortuos noſtros gentilium more plangimus?

51 IDEM exponens locum Pauli: Nolumus
Serm. 34. de verbis Apoſt. Pauli to. 10. vos ignorare de dormientibus, vt non contriſtemini, ſicut & ceteri, qui ſpem non habẽt, ait, Eſt de mortuis eis, qui diliguntur, quædam triſtitia, quodammodo naturalis. Mortem quippe horret, non opinio, ſed natura. Nec mors homini accideret, niſi ex pœna, quam præceſſerat culpa. Hinc itaque neceſſe eſt, vt triſtes ſimus, quando nos moriendo deſerunt, quos amamus, quia etſi nouimus eos non in æternum relinquere nos manſuros, ſed aliquantum præcedere ſecuturos, tamen mors ipſa, quam natura refugit, cum occupat dilectum, contriſtat in nobis ipſius dilectionis affectum. Ideo monuit Apoſtolus, Non vt non cõtriſtemur, ſed non ſicut ceteri, qui ſpem non habent. Contriſtamur ergo nos in noſtrorum mortibus neceſſitate amittendi, ſed cum ſpe recipiendi. Inde angi- 10
mur, hinc conſolamur. Inde infirmitas afficit, hinc fides reficit. Inde dolet humana conditio, hinc ſanat diuina promiſſio. *Infra*: Permittantur itaque pia corda charorum de ſuorum mortibus contriſtari dolore ſanabili, & conſolabiles lachrymas fundant cõditione mortali, quas cito reprimat, fidei gaudium, qua credunt fideles quando moriuntur, paululũ a nobis abire, & ad meliora tranſire. Impleant homines erga ſuos officia poſtremi funeris, & ſui humani lenimenta mæroris. Verum illa, quæ adiuuent ſpiritus defunctorum, oblationes, orationes, erogationes, multo p ro eis obſeruantius, ſtantius, abundantius impendant, qui ſuos carne non ſpiritu mortuos, non ſolum carnaliter, ſed etiam ſpiritaliter amant.

52 IDEM ſic ait: Fratres mei, nũquam recor-
Serm. 44. ad fratres in eremo. dor me legiſſe mala morte perijſſe illum, qui libenter in hac vita opera charitatis, vel pietatis voluit exercere. Habet enim multos interceſſores pius homo, & ille, qui opera charitatis
Apoc. 14. exercet hilariter. De his dictum eſt, opera illorum ſequuntur illos. Quare hoc? Quia multos habent interceſſores, ideo impoſſibile eſt, vt preces multorum non exaudiantur. *Infra*: Attendite, quia non ſolum pauperibus in via miſereri debemus, ſed & defunctis cum omni diligentia miſereri, attendẽtes, quid Iudas Ma
2. Mach. 1. chabæus fecerit; dixit enim, quòd ſancta eſſet cogitatio pro defunctis exorare, vt a peccatis ſoluantur. Sciebat enim ipſe Iudas, quia nemo gloriari poterat caſtum ſe habere cor; conſiderans etiam quòd aſtra non erant munda in con
Prou. 20. ſpectu Dei. Ora pro defunctis, vt dum fuerint
Iob 15. in æterna vita, pro te orare non negligant. Expectant enim nos, vt iuuentur per nos; tempus enim operandi iam profugit ab eis. Clamant igitur quotidie, qui iacent in tormentis, clamant & pauci ſunt, qui reſpondeant. Vlulant, & non eſt, qui conſoletur eos. O quàm grandis crudelitas, fratres mei! O quàm grandis inhumanitas! Clamant ad nos quotidie, qui dum

vixerunt, multa mala pro nobis ſuſtinere voluerunt, nec eis ſubuenire curamus. O vere
53 magna inhumanitas! Ecce enim infirmus iacet, & clamat, & a medicis conſolatur, clamat porcus, & omnes cum eo clamare non ceſſant, cadit aſinus, & omnes eum ſubleuare feſtinant, ſed clamat in tormentis fidelis, & non eſt, qui reſpondeat. Eia ergo non ſic, ſed mementote quòd ſancta & ſalubris, pia & felix, & ſuauis Deo, & angelis eſt cogitatio, pro defunctis exorare, vt a pœnis, quas pro peccatis patiuntur, ſoluãtur. Sed dicet quis, ecce patrem omnibus virtutibus ornatum habeo, eſſe eum beatũ non dubito, cur ergo orare, pro eo volo? Conſulo tamen vt pro defunctis orare nõ deſiſtatis. Quid ego cõſulo, niſi quòd dimittas incertum, & teneas certum? Quid eſt, quod eſt incertum, niſi quòd neſcis vtrum pater tuus crucietur. Multi enim fuerunt, qui reputati fuerunt ſancti, & tamen in conſpectu Dei non boni, ſed mali inuenti ſunt. Certum autem eſt, quòd peccator fuit, licet bonis operibus ornatus fuerit, ignoramus tamen, vtrum æternam gloriam poſſidere meruerit. Et licet opera tua, non proſint beatis, nec damnatis; tamen certo ſcias, quòd licet pro defunctis damnatis, vel beatis.
54 obſecres, bona quæ facis pro eis non amittes.
Serm. 48. IDEM: In die mortis, quilibet a ſuis excluditur, ab vxore dimittitur, a cognatis ſeparatur, & ab eiſdem ad ſepulchrum ducitur, maritus dilectus ab vxore dilecta relinquitur, filius
Pſal. 30. a matre proijcitur, & pater a filijs, & filius a patre ſub terra reconduntur. Solus ille dimittitur, & quilibet ad propria reuertitur, & cito obliuioni traditur, tamquam mortuus a corde. Non eſt aliquis, qui tantum amicum, vel cognatum diligat, quòd per noctem vnam ſecum morari cupiat. Vide ergo homo, quales amicos habes, pro quibus animam perdis. Omnes dimittent te, & in foueam trium brachiorum collocabũt te. *Infra*: Ducti ſumus Romæ mater mea, & ego ad videnda opera paganorum, & ductus ſum cum ceteris ad videndum cadauer Cæſaris in ſepulchro; & vidi, quòd omnino eſſet liuido colore ornatũ, putredine circumdatum, ventrem eius diruptum, & vermium per illum cateruas tranſeuntes aſpexi; duo quoque famelici in foueas oculorũ paſcebantur, crines eius non adhærebant capiti, dentes eius apparebãt labijs conſumptis, & reuelatum erat nariũ fundamentum. Et intuens matrem chriſtianiſsimam dixi, Vbinam eſt Cæſaris corpus præclarum? Vbi magnitudo diuitiarum? Vbi apparatus deliciarum? Vbi multitudo dominorum? Vbi caterua baronum? Vbi acies militũ? Vbi canes venatici? Vbi equi veloces? Vbi aues cantantes? Vbi thalamus pictus? Vbi lectus eburneus? Vbi thorus regalis? Vbi thronus imperialis? Vbi mutatoria veſtimentorum? Vbi capilli ſolares? Vbi facies decora? Vbi omnia quæ ſub cælo ſunt? Te namque verebantur homines, te timebant principes, metuebant vrbes. Vbinam quæſo ſunt hæc omnia, quo receſsit tanta iactantia? Quo iuit tua magnificẽtia? Et reſpondit mater pietate plena, fili omnia ſibi pariter defecerunt, quando defecit ſpiritus eius, & reliquerunt eum captiuatum in ſepulchro, plenum fœtore & putredine.

IDEM ſic habet: Cogitate fratres chariſ- 55
ſimi, Vbi ſunt reges? Vbi potentes? Vbi ami- In ſermone 62.
ci? Vbi parentes? Ecce quomodo de tanta potentia vel lætitia, tanta prouenit miſeria & anguſtia, de tantis diuitijs tot inopiæ, de tantis ſatietatibus tanta fames, de tam breui delectatione tam longa triſtitia, de tam breui vita tã longa mors, de tam exigua ſanitate tam longa infirmitas, de tam breui luce tam longæ tenebræ, de tam parua ſuauitate odoris vel luxurię, tantos recipientes dolores & fœtores damnationis perpetuæ, & de veſtimentorum noſtrorum abundantia tantam nuditatem habentibus.

IDEM ſic ait: Rogo vos fratres, quoties 56
iuxta ſepulturam diuitis tranſitis, vt diligen- Serm. 66.
ter inſpiciatis, Vbi ſint eorum diuitiæ, vel ornamenta? Vbi gloria? Vbi vanitas? Vbi luxuriæ? Vbi voluptas? Vel vbi eorum ſint ſpectacula? Conſiderate diligenter, & videte, & agnoſcite, quia nihil aliud in eis eſt, niſi cinis & fœtor, & vermis. O homo, vide ſepulchra mortuorum, & dic tibi, tu ipſe, ecce nũc ex illo miſero, qui hic depoſitus fuit, nihil aliud, niſi oſſa, & puluis euenit. Et vere homo, ſi ipſa arida audire volueris, tibi prædicare poterunt, & dicere. O miſer quantum pro cupiditate huius ſæculi diſcurris; attende ad me & intellige, conſidera me, & vel ſic tibi horreat luxuria tua, vel auaritia tua. Hoc quod tu es, ego fui, & quod ego ſum modo, tu eris poſtea. Ecce quales prædicationes, oſſa & cineres mortuorum, quotidie proclamant ad Dominum.

GREGORIVS Magnus explicans illa 57
verba Iob cap. 3. Obſcurent eũ tenebræ & um- Lib. 4. moralium cap. 17. to. 1.
bra mortis, ait: In ſacra Scriptura mors carnis dicitur vmbra mortis, quia ſicut vera mors eſt, qua anima ſeparatur a Deo, ita vmbra mortis eſt, qua caro ſeparatur ab anima. Vnde recte voce martyrum per Pſalmiſtã dicitur: Hu-
Pſal. 43. miliaſti nos in loco afflictionis, & operuit nos vmbra mortis. Quos enim conſtat, non ſpiritu, ſed ſola carne mori, nequaquam ſe uera morte, ſed vmbra mortis dicuntur operiri. Et in cap. 10. lib. 3. Moralium, eodem modo explicat verba illa Iob cap. 12. Qui producit in lucem vmbram mortis, & ait: Illa mors in qua caro ſeparatur ab anima, vmbra illius mortis eſt, in qua anima ſeparatur a Deo. In lucem ergo vmbra mortis producitur, cum intellecta morte ſpiritus, mors carnis minime timetur.

BERNARDVS in quo explicantur ver- 58
ba illa Iob cap. 5. In ſex tribulationibus libera- In ſermone ex varijs.
bit te, & in ſeptima non tanget te malum, ſic habet: Quot corpus illecebras, quot oblectamenta mundus habere videtur, tot patitur tribulationes, tot ſuſtinet tentationes vir iuſtus, in corpore bella quinque ſenſuum, intus in anima ebrietas, illa deſideriorum, & fornax quædam ambitionis auaritiæ, & omnium vitiorum affecti-

affectibus vehementer accensa. Huic ergo tam multifariæ pesti, per singula quæque resistere,
Esaiæ 1. quàm multiplex tribulatio? A planta pedis vs-
Hiere. 9. que ad verticem non est sanitas in me, totum infecit concupiscentia, vndique per fenestras mors intrare contendit, & intus fomes totius nequitiæ, periculosius sæuit, crudelius malignatur. In sex, inquit, tribulationibus liberaberis, & in septima non tanget te malum. Si puer Hebræus es, sex annis seruiens, liber egredieris in septimo. Sex tibi tribulationes sunt contra desideria cordis, & quinque partitam sensuum voluptatem, sed in his liberaberis, & a septima; non quidem ne veniat, sed ne lædat, ne tangat te malum. Veniet quidem mors; ip-
Psal. 126. sa enim est septima tribulatio, sed somnus erit dilectis Domini, & ecce hereditas eius. Erit ia
59 nua vitæ, erit initium refrigerij, erit sancti illius montis scala, & ingressus in locum tabernaculi admirabilis, quod fixit Deus & non homo. In septima itaque non tanget te malum. Malum vtique triplex, quod eos manet, in septima, qui in sex tribulationibus dissimulant liberari. Manet enim eos horror in exitu, dolor in transitu, pudor in conspectu gloriæ magni Dei. Ostium domus nostræ horribiles spiritus illi obsident, exitum nostrũ præstolantes. Quis ille pauor erit o anima mea, cum dimissis omnibus, quorum tibi est tam iucunda præsentia, tam gratus aspectus, cohabitatio ipsa tam familiaris, sola ingrediens incognitã penitus regionem, occursantia tibi cateruatim ruere terrima illa monstra videbis? Quis tibi in die tantæ necessitatis occurret? Quis tuebitur a rugientibus præparatis ad escã? Quis consolabitur? Quis deducet? Filioli mei, memoremur hæc nouissima, ne peccemus. Nam & per ignẽ nobis transeundum est, & vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Ibi enim aurum nostrum vertetur in scoriam, ibi reuelabitur vniuersa impuritas, ibi veritas ipsa accepto tempore, quod nobis interim datum cõtemnimus, iustitias iudicabit. Quid vero illic omnes iustitiæ nostræ, nisi pannus menstruatæ reputabuntur? Vtinam magis nunc daret quis capiti meo aquas, & oculis meis fontem lachrymarum: forte enim non reperiret ignis exurens,
60 quod interim fluens lachryma diluisset. Iam vero post ignem illum, putas residuũ aliquid inuenietur in nobis? Aut tantum erit vt audeamus vultui maiestatis offerri, aut eius sic astare conspectui? Quis ille pudor erit, quæve confusio post tãta beneficia, tam imperfectos, tam vacuos apparere ante faciem Dei nostri? Fugiebat Adã, vt absconderetur ab eo post vnius pomi vetiti gustum, quid nos post tanta facino
Psal. 57. ra præsumemus? Sicut fluit cera a facie ignis,
Abac. 3. sic peribunt peccatores a facie Dei. Ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat, vt requiescam in die tribulationis huius septimæ, & in ea non tangat me malum, horroris, doloris, & pudoris. Felix siquidem anima, quæ fiducialiter loquetur inimicis suis in porta. Quid hic astas cruenta bestia? Nihil in me funestum reperies, felicior cuius opus non arserit, quem superædificasse aurum, argentum, lapides pretiosos, examen illud inueniet. Felicissimus, qui sine vlla nube confusionis, reuelata facie, gloriam Domini speculando in eandem imaginem transformabitur, & similis erit illi, videns eum sicuti est.

61 IDEM plangens mortem Gerardi Monachi ac fratris sui inter multa hæc habet potiora: Mortuo illo, simul & cor meum dereliquit me, sed feci vim animo, ac dissimulaui vsque huc, ne affectus fidem vincere videretur. Denique plorantibus alijs, ego siccis oculis (vt aduertere potuistis) secutus sum inuisum funus, siccis oculis steti ad tumulum, quousque cuncta peracta sunt exequiarum solennia, indutus sacerdotalibus, solitas in eum orationes proprio ore compleui, terram meis manibus ex more ieci super dilecti corpus, terram mox futurum. Qui me intuebantur, flebãt, & mirabantur, quòd non flerem ipse, cum non illum quidem, sed me potius, qui illum amisissem, omnes miserarentur. Cuius enim vel ferreum pectus super me ibi non moueretur, quem videret Gerardo superstitem? At ego quibus poteram viribus fidei reluctabar affectui, nitens, vel inuitus nõ moueri, semper ex tunc, & deinceps exegi a memetipso non indulgere multo fletui, multum tamen turbatus & mæstus. Nec potui imperare tristitiæ, qui potui lachrymæ, sed vt
Psal. 76. scriptum est, Turbatus sum & non sum locutus. At suppessus dolor altius introrsum radicauit, eo acerbior factus, quo non est exire permissus. Exeat necesse est foras, quod intus patior. Exeat sane ad oculos filiorum, qui scientes incommodum, planctum humanius æstiment, dul
62 cius consolentur. Frater erat genere, sed religione germanior. Infirmus corpore eram, & ille portabat me; pusillus corde eram, & confortabat me; piger & negligens, & exaltabat me; improuidus & obliuiosus, & commonebat me. Quo mihi auulsus es? Quo mihi raptus e manibus homo vnanimis, & secundum cor meum? Amauimus nos in vita, quomodo in morte sumus separati? Omnino opus mortis horrendũ diuortium. Quis enim tam suaui vinculo mutui nostri non pepercisset amoris, nisi totius suauitatis inimica mors? Bene mors, quæ vnũ rapiendo, duos furiose peremit. Dura cõditio, sed mea miseranda fortuna, non & illius. Nam tu chare frater, si charos amisisti, chariores vtique recepisti, me vero miserum, quænam consolatio manet, post te vnicum solatium meum? Commune quod libuit, quod triste & lugubre meum, in me transierunt iræ, in me confirmatus furor est. Erat ambobus alterutrum grata præsentia, suaue colloquium, sed tantas vtriusque delicias ego perdidi, tu mutasti, habes enim pro me tantillo repositam Christi præsentiam. *Infra*: Viuam, quoad uiuam in amaritudine; & hæc sit mihi consolatio, vt mærendo affligar, manus Domini me tetigit, & percussit non illum, quem vocauit ad requiem, me occidit, cum succidit illum. Exite, exite lachrymæ, quia

is, qui vobis meatum obstruxerat, commeauit. Aperiantur cataractæ miseri capitis, & erumpant fontes aquarum, si forte sufficiant sordes diluere culparum, quibus iram merui. Condescendat mihi omnis sanctus, & in spiritu lenitatis, qui spiritualis est, sustineat lamentum.
63 Luctus meus humano (quæso) ponsetur affectu. Non culpamus fletum, nisi cum excedit modũ, ille nimirum naturæ est. Videmus mortuos, quotidie plangere mortuos suos, fletum multum, & fructum nullum; etenim ibi sola (ni fallor) plorantur damna gloriæ, carnis, vitæ præsentis incommoda. Et plorandi, qui ita plorãt. Similis mihi affectus, sed altera causa. Nulla mihi sane querela de omnibus, quæ sunt mũdi, sed ademptum doleo fidelem auxiliatorem. Cumq. essemus cor vnum & anima vna, hanc meam pariter, atque ipsius animam pertransiuit gladius, & scindens mediam partem locauit in cælo, partem in cæno deseruit. Ego, ego illa portio misera in luto iacens, truncata parte sui, & parte potiori, & dicitur mihi ne fleueris? Auulsa sunt viscera mea a me, & dicitur mihi ne senseris? Sentio, sentio, vel inuitus, quia nec fortitudo lapidum, fortitudo mea, nec caro mea ænea est. Non sane nos poterit duritiæ, & insensibilitatis arguere, ille qui verberat, & dicere, Percussi eos, & non doluerunt. Affectum meum confessus sum. Carnalem quis dixerit? Ego hu
manum non nego, sicut nec me hominem. Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei, in virga indignationis suę percussit me, digne pro meritis, dure pro viribus. Nec reprehendo iudicium, quo recepit quisque quod dignus est, ille coronam, quam meruit, ego quam debui pœnam. Numquid, quia sentio pœnam, reprehendo sententiam? Humanum est illud,
64 hoc impium. Doleo super te Gerarde charissime, non quia dolendus, sed quia ablatus. Vtinam non te amiserim, sed præmiserim, vtinam
1.Cor.15. vel tarde aliquando sequar te, quocumque ieris. Vidi exultantem in morte te, & insultantem morti. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Iam non stimulus, sed iubilus. Iam cantando moritur homo, & morienmorientis, vsurparis ad lætitiam mater mæroris, vsurparis ad gloriã gloriæ inimica, vsurparis ad introitum regni porta inferi, & fouea perditionis ad inuentionem salutis. Gerardus te non formidat larualis effigies. Gerardus per medias fauces tuas transit ad patriam, non modo securus, sed lætabundus & laudans. *Et infra*: Plango primum super mea ipsius plaga, atque huius iactura domus. Plango deinde super pauperum necessitatibus, quorum Gerardus pater erat. Plango certe, & super vniuerso statu nostri ordinis, qui de tuo Gerarde zelo, consilio, & exemplo, robur non mediocre capiebat. Plango postremo, etsi non super te, propter te tamen, quia vehementer amo. Et nemo mihi molestus sit, dicens, non debere sic affici, cum beatus Samuel super reprobo rege, & pius Dauid super parricida filio satisfecerint affectio-

ni, & non ad iniuriam fidei, non in superni suggillationem iudicij. Saluator super Hierusalem fleuit, præuidens eius ruinam, & ego propriã, & quę in præsenti est, desolationem non sentiã? Plagam meam recentem & grauem, non do-
65 leam? Ille fleuit compatiendo & ego patiendo non audeam? Et certe ad tumulum Lazari, nec flentes arguit, nec a fletu prohibuit; insuper & fleuit cum flentibus. Fueruntq. lachrymæ illæ testes naturæ, non indices diffidẽtiæ. Nec quia percussus ploro, arguo ferientem, sed seueritatem flectere satago. Vnde & verba mea dolo- *Iob 6.*
re sunt plena, non tamen murmure. Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine, cantet tibi misericordia, quam fecisti, cum seruo tuo Gerardo, cantet, & iudicium quod nos portamus. In altero bonus, in altero iustus laudaberis. *Et infra*: Gerardum dedisti tu, Gerardum tu abstulisti, & si dolemus ablatum, non tamen obliuiscimur, quòd datus fuit, & gratias agimus, quòd habere illum meruimus, quo carere intantum non volumus, inquantum non expedit. Finem verborum indicunt lachrymæ, tu illis Domine finem, modumq. indixeris.

66 IDEM sic habet: Vincit annos animus, & frigente iam corpore feruet sanctum in corde desiderium, artubusq. fatiscentibus durat tamen incolumis propositi vigor, nec sentit rugosæ carnis infirma spiritus promptus. Nec mirum. Vt quid enim metuat veterani domi- *2.Cor.5.*
cilij ruinas, qui fabricam spiritualem videt in dies in sublime consurgere, proficere in æternitatem? Certus namque est, quòd si terrena domus huius habitationis dissoluatur, quòd æternam habet in cælis. Sed dicet aliquis: Quid si morte præuentus fuerit homo, necdum spiri
tuali ædificio consummato? Dicemus de hoc, consummatus in breui expleuit tempora mul- *Sap. 4.*
ta. Bene multa, quia & vniuersa complectitur. Quomodo enim non expleuit omnia tempora, qui transit ad æternitatem? Quanta sane tempora non longæuitate, sed longanimitate, non annorum serie vel dierum numero, sed mentis deuotione, & inextinguibili semper proficiendi desiderio, percurrere potuit, tanta sibi in meritis, non immerito vendicauit. Retinet quippe virtute, quod amisit in tempore. Numquam iustus arbitratur se comprehendisse, nũquam dicit satis est, sed semper esurit & sitit iustitiam; ita vt si semper viueret, semper quantum in se est, iustior esse contenderet, semper de bono in melius proficere totis viribus conaretur. Non enim ad annum instar mercenarij, 67
sed in æternum diuino se mancipat famulatui. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificatio- *Psal.118.*
nes tuas in æternum. Proinde iustitia eius manet, non aliquanto tempore, sed in sæculum sæculi. Et licet in breui consummetur iustus pro tempore, iudicatur tamen expleße tempora multa, pro virtutis perpetuitate. Quo denique pacto temporis breuitas, bonorum præiudicet perpetuæ deuotioni, quæ pertinacem reproborum malitiam excusare non sufficit? Ob hoc enim proculdubio inflexibilis & obstinatæ mẽ-

Epist. 254. ad Abbatẽ Garinum.

tis

tis punitur æternaliter malum, licet temporaliter perpetratum, quia quod breue fuit tempore vel opere, longum esse constat in pertinaci voluntate, ita vt si numquam moreretur, numquam velle peccare desineret; immo semper viuere vellet, vt semper peccare posset. Potest & proinde de isto per contrarium dici, consummatus in breui expleuit tempora multa, quod merito multorum, immo omnium tẽporum receperit vicem, qui nullo tempore voluerit mutare intentionem.

68 In oratione funebri de obitu Valẽtiniani Imperatoris. to.5.

AMBROSIVS sic orditur: Et si incrementum doloris sit, id quod doleas scribere, tamen plerumque in eius, quem amissum dolemus, commemoratione requiescimus, eo quòd dum in eum mentem dirigimus, videtur nobis in sermone reuiuiscere, & doluisse plerumque solatium est dolentis &c. Mors (ait) Valentiniano obesse non potuit, eo quòd odor prædicationis vniuersorum ore celebrabilis fœtorẽ omnem mortis aboleuit. Flet igitur Ecclesia pignus suum, & lachrymæ eius in maxillis eius. Quæ sunt istæ genæ Ecclesiæ, de quibus alibi Scriptura, Vt corium malorum granatorum genæ tuæ? Istæ sunt genæ, in quibus solet nitere verecundia, pulchritudo fulgere, in quibus aut flos iuuẽtæ, aut perfectæ ætatis insigne est. In obitu ergo fidelium imperatorum, quidam fidei pudor, quædam Ecclesiæ verecundia est, & in tam immatura morte piorum principum omnis Ecclesiæ mæstior pulchritudo est. Plorat Ecclesia in sapientibus suis, qui velut caput Ecclesiæ sunt, oculi enim sapientis in capite eius, plorat in oculis, hoc est in suis fidelibus,

Can. 4. quia scriptum est: Oculi tui sicut columbæ extra taciturnitatem tuam, eo quod & videant spiritualiter, & nouerint ea quæ viderint tacere mysteria, plorat in sacerdotibus suis qui sũt sicut genæ Ecclesiæ, in quibus est barba Aaron, idest barba sacerdotalis in quem de capite descendit vnguentũ, isti sunt, in quibus est pulchritudo Ecclesiæ, in quibus flos eius gratior,

69 in quibus ætas perfectior &c. *Infra*: Postquam virtutes & indolem bonam Imperatoris laudauit, sorores eius consolaturus, ait: Ad vestram, sanctæ filiæ, consolationem reuertar, quæ si breuis sit, nihil afferet, quo mæstum affectũ demulceat, sin prolixior longiorem afferat admonitionem doloris. Quo enim prolixior fueris, hoc magis in consolando afficies eum, quem consolari velis, & diutius mærorem eius tenebis, nõ igitur velut penicillo quodam sermonis mei vestras abstergam lachrymas; neque enim id facere vellem, etiamsi possem: est enim pijs affectibus, quædam etiam flendi voluptas, & plerumque grauis euaporat dolor, sed id postulo, ne uel infixum pectori vestro fratrem duris gemitibus releuetis, vel auertatis planctibus, vel requiescentem excitetis. Ille vobis maneat in corde, ille viuat in pectore, ille amplexibus pijs hæreat, vt solebat &c. *Infra*, sic dicit: Quæro vtrum aliquis sit post mortem sensus, an nullus? Si est, viuit, immo quia est, vita iã fruitur æterna; quomodo enim non habet sensum, cuius anima & viuit, & viget, & remeabit ad corpus, & faciet illud cum refusa fuerit reuiuiscere? 1. Thess. 4. Nolumus vos ignorare, fratres, de dormientibus &c. Manet ergo eorũ vita quos manet resurrectio, quod si gentes qui spem resurrectionis non habent hoc vno se consolantur, quòd dicant quòd nullus post mortem sensus sit defunctorum, ac per hoc nullus remaneat sensus doloris; quanto magis nos consolationem recipere debemus, quia mors metuenda non sit, eo quod finis sit peccatorum, vita autem desperanda non sit, quæ resurrectione reparatur? Iob quoque docet, nec mortem timẽdam Iob 14. & potius optandam pijs dicens, si enim mortuus fuerit homo viuet, consummans dies vitæ 70 meæ sustinebo, donec iterum fiam. Istud tamẽ dolendum quod primẽqua obierit ætate, gratulandum autem quòd virtutum stipendijs veteranus discesserit, dolendum quod nobis cito raptus sit, consolandum quòd ad meliora transierit. Denique Dauid moriturum filium flebat, ne sibi eriperetur, sed flere desiuit ereptum, quem sciebat esse cum Christo, sed vt scias verum esse quod assero incestum Amnon filium fleuit occisum, parricidam Absalon doluit interemptum dicens: Filius meus Absalon, innocentem filium non putauit esse lugendum, quia illos sibi perisse pro scelere, hunc pro innocentia credidit esse victurum, nihil ergo habetis, quod grauissime doleatis in fratre, Homo natus est, humanæ fuit obnoxius fragilitati, nemo se redimit a morte, non diues, non ipsi Reges; immo ipsi grauioribus subiacent. Iob 15. Iob dixit: Numerati anni dati sunt potenti, timor autem eius in auribus eius, quando videtur habere pacem, tunc veniet ei euersio &c. *Infra*, sic ait: Nec putet aliquis meritis eius obitus celeritate detractum, raptus est Enoc ne malitia mutaret cor eius, & Iosias decimooctauo regni sui, ita Domini Pascha celebrauit, vt omnes retro principes deuotione superaret, nec diutius fidei suæ meritis superuixit, immo quia plebi Iudææ graue imminebat exitium, rex iustus ante sublatus est, metuo ne & tu nobis aliqua nostri offensione sis raptus &c.

71 Oratione funebri de eodem to.4.

IDEM de obitu fratris sui Satyri multis rationibus se consolatur Ambrosius, & in principio, sic ait: Ingratus diuinitati esse nõ possum. Lætãdum est enim magis, quòd talem fratrem habuerim, quàm dolendum quòd fratrem amiserim, illud enim munus, hoc debitum est. Itaque perfunctus sum, quamdiu licuit, commisso mihi fœnore. Qui deposuit, pignus recepit, nihil interest, vtrũ abiures depositum, an doleas restitutum; in vtroque enim fidei ambiguum, vitæ periculum est. An si pecuniã neges culpa est, si hostiam neges impietas non est? Cum pecuniæ fœnerator illudi possit, naturæ auctor, & necessitudinis creditor fraudari non queat? Itaque quanto vberior fœnoris summa, tanto gratior vsura sortis, vnde ingrati de fratris morte esse non possumus, quia quod naturæ communis fuit, reddidit, quod gratiæ singularis est, meruit &c. Quis doleat sibi proprium pignus

pignus ereptum, cum ad solatium nostri Filium suum vnicũ pro nobis Pater tradiderit ad mortem? Quis exemptũ se putet esse debere a condicione moriendi, qui non sit exemptus a condicione nascendi? Magnum pietatis mysteriũ, vt mors corporis neque in Christo esset excepta, ac licet naturæ Dominus, carnis tamen quam susceperat legem non recusaret, & mihi necesse est mori, illi necesse non fuit &c. Post pauca, sic ait: Fletis diuites, & flendo probatis nihil opitulari repositas diuitias ad salutẽ, cum pecuniæ pretio mors differri non queat, & pari vsu diuitem, inopemq. dies supremus

73 eripiat. Fletis senes quòd in hoc liberorum sortem pauetis: & ideo quia vitam corporis producere non potestis; instituite liberos non ad vsum corporis, sed ad virtutis officium. Fletis iuuenes quòd naturę finis non sit maturitas senectutis &c. *Infra*, sic ait: Quid te mi frater amantissime fleam? Nõ enim perdidi vsum tui, sed cõmutaui ante corpore inseparabilis, nunc indiuiduus affectu; manes enim mecum, ac semper manebis &c. In isto enim corpore, quod nunc exanimatum iacet præstantior vitæ meæ functio, quia in hoc quoque quod gero corpore vberior tui portio; numquam enim totus in me fui, sed in altero nostri pars maior amborum, vterque autem eramus in Christo &c. *Infra*, sic ait: O fallax lætitia! O incerta humanarum rerum curricula! ex Africa redditũ, ex mari restitutum, ex naufragio seruatum putabamus, iam nobis non posse eripi, sed grauiora naufragia in terris positi sustinemus; nam quem non potuerunt naufragia ad mortem deducere, strenuis natatibus euitata eius mors cœpit nobis esse naufragio, &c. *Infra*, sic ait: Non opus fuit ei resurrectio temporalis, cui æterna debetur: quid enim in hanc miseram & ærumnosam incideret labem, atque in hanc flebilem vitam rediret, quem raptum magis esse ex tam imminentibus malis, vrgentibusque pericul. 4. culis gaudere debemus. Nam si pacato sæculo bellisque cessantibus raptum Enoch nemo defleuit, sed magis Propheta laudauit, sicut de illo Scriptura dicit, Raptus est ne malitia mutaret cor eius; quanto magis nunc dicendum est, cum ad sæculi lubricum vitæ accedat ambiguum, raptus est, ne in manus incideret barbarorum, raptus est ne totius orbis excidia, mundi finem, propinquorum funera, ciuium mortes, ne postremo sanctarum virginum, ac viduarum colluuionem videret. Non enim nobis ereptus est, sed periculis, non vitam amisit, sed ingruentium acerbitatum formidine cauit &c. Postquam dixit de mutuo inter ipsos amore, & dolore maximo absentiæ ipsius, ait: Nescio qua expressione mentis, qua corporis similitudine alter in altero videbamur? Quis te aspexit qui non me visum putaret? Quoties aliquos salutaui, qui quoniam te prius consalutauerant se a me iam dicerent salutatos? 74 Quanti tibi dixerunt aliquid, qui se mihi dixisse memorarent, &c. *Infra*, sic dicit: Fleant qui spem resurrectionis habere non possunt, quam non sententia Dei eripit, sed fidei inclementia. Interest inter Christi seruulos, idolorumq. cultores vt illi fleant suos, quos in perpetuum existimant interijsse, illi nullas habeãt lachrymarum ferias, nullam tristitiæ requiem consequantur, qui nullam putant requiem mortuorum; nobis vero quibus mors non naturæ, sed vitæ istius finis est, fletus omnes casus mortis abstergat. Certe si illi sibi aliqua solatia repererunt qui finem sensus, defectumque naturæ mortem arbitrati sunt; quanto magis nos quibus meliora post mortem prẽmia bonorum factorum conscientia pollicetur? Habent gentiles solatia sua, quia requiem malorum omnium mortem existimant, & vt vitæ fructu carent; ita etiam caruisse se putant omni sensu & dolore pœnarum, quas in hac vita graues, & assiduas sustinemus; nos vero vt erectiores præmio; ita etiam patientiores solatio esse debemus. Non enim amitti, sed præmitti videntur, quos non absumptura mors, sed æternitas receptura est &c. In residuo orationis de miris virtutibus eius, & virginitate agit, & circa finem de maximo dolore & fletu sororis amborum Marcellinæ, erat enim medius Satyrus inter Ambrosium maiorem, & Marcellinam minorem &c.

75 In oratione de fide resurrect. in eodem to.4

IDEM sic dicit: beatus Ambrosius ad sepulchrum fratris sui Satyri die septima post eius obitum. In principio orationis ostendit mortem non esse lugendam, primum quia communis sit & cunctis debita, deinde quia nos sæculi huius absoluit ærũnis; postremo quia somni specie, vbi ab istius mundi labore requietum sit, vigor nobis viuacior refundatur. Quem dolorem non soletur resurrectionis gratia? Quem non excludat mærorem, si credas nihil perire morte; immo ipsius celeritate fieri mortis plus perire ne possit? Quid enim absurdius, quàm vt id quod scias omnibus esse perscriptũ, quasi speciale deplores? Hoc est animũ iuxta condicionẽ extollere, legẽ non recipere, cõmune naturæ cõsortiũ recusare mente carnis inflari, & carnis ipsius nescire mensurã. Quid absurdius, quàm nescire quid sis, affectare quod nõ sis? aut quid imprudentius quod futurum scias, id cum acciderit ferre non possis? Quis enim tã grauis luctus, aut tam acerbus dolor, in quo nõ interdum relaxetur animus? Habet hoc natura, vt quamuis homines in tristibus rebus sint, tamẽ si modo homines sunt a mærore mentem paulisper abducant. Fuisse etiam quidam feruntur populi, qui ortus hominum lugerent, obitusq. celebrarent, neque imprudenter. Eos enim qui in hoc vitæ salum venissent mẽrendos putabãt; eos vero qui ex istius mundi procellis, & fluctibus emersissent, non iniusto gaudio prosequendos arbitrabantur. Nos quoq; ipsi natales dies defunctorum obliuiscimur, & eum quo obierit diem celebri solemnitate renouamus &c.

76 In eadem oratione.

IDEM ait: Lyciorũ ferũtur esse præcepta quę viros iubeãt muliebrẽ vestẽ inducere, si mẽrori indulgeant, eo quod mollẽ & effeminatũ iudicauerint in uiro depone mærorẽ si potes include,

si non potes, aut absorbendus omnis, aut deponendus est dolor; cur enim mæstitiam tuam non ratio, potius quàm dies leniat? Nã quod oblitteratura est temporis series, melius prudentia mitigabit. Sed dicis quos diligebamus, amisimus: nonne hæc nobis cum ipso mundo, elementisque communia sunt, quia ad tempus credita in perpetuum tenere non possumus? Gemit terra sub aratris, imbribus cæditur, tẽpestate concutitur, stringitur frigore, Sole tortetur, vt fructus annuos feta pariat, & cum se vario flore vestierit, exuitur proprio, & spoliatur ornatu. Quãtos hæc raptores habet, nec fructum suum quærit amissum, quoniam ideo generauit vt amitteret, neque in posterum negat, quod sibi meminit auferendum. Cælum ipsum, non semper Stellarum micantium globis fulget, & quasi quibusdam insignitur coronis, nõ sẽper ortu lucis albescit, radijs Solis irrutilat, sed assiduis vicibus ille quidã mundi vultus gratissimus, humenti noctium caligat horrore. Quid gratius luce? Quid Sole iucũdius? Qui quotidie occidit? Decessisse tamen enobis non molestè ferimus, quia repræsumimus &c. Doceris in his, quam in tuis debeas exhibere patientiam, si superiora tibi occidunt, nec dolori sunt, cur si occiderint humana doleantur? *Contra mulierum clamorosum luctum, sic ait*: Illud vero frequens in mulieribus, vt clamores publicos serant, quasi metuãt, ne earum ignoretur ærumna, vt illuuiem vestis affectent, quasi in ea sit sensus dolẽdi, vt impexum sordibus immadident caput. Latet plerumque sub tristi amictu mentis lasciuia, & deformis horror vestis obtexitur, vt secreta petulãtium tegantur animorum. Satis pie virum luget, quę seruat pudorem, non deserit fidem, non amisit virum, quæ exhibet castitatem, non est viduata coniugio, quæ non mutauit nomen mariti, sed viuit in mente, in affectibus perseuerat &c. *Infra*: Ostendit naturalem dolorẽ propter defunctos naturali lege rationis restringi debere, sic ait: Cur enim tu putes patientiorem illam esse debere, quæ dilectum ad peregrina dimiserit, & militiæ gratia, vel susceptę administrationis officio, vel negotiandi vsu transfretasse comperit, quàm te qui non fortuito arbitrio derelinqueris, aut studio pecuniæ, sed lege naturæ? Sed recuperandi tibi intercluſa spes, quasi cuiquam certa redeundi, & plerũque dubia plus fatigant, vbi periculi metus integer, grauiusq. est timere ne acciderit, quã tolerare quod iam noueris accidisse. An dominis ius est, quo decreuerint transferre mãcipia, Deo non est? Et certe breuis vitæ vsus, neque illi multum videtur eripuisse, qui ante præcessit, nec te differre diutius qui remãseris. Dicit mors mala nõ est, quia ærumnarũ omnium, malorumq. perfugiũ est, & fida statio securitatis, ac portus quietis. Quas non procellas, tempestatesq. patimur in hac vita? Cuius parcitur meritis? Sanctus Patriarcha Israel, profugus patria, fratre, parẽtibus, domũ mutauit exilio, stuprum filiæ, generi necẽ fleuit, famẽ pertulit, sepulturã defunctus amisit; transferri enim ossa sua obsecrauit. Sanctus Ioseph odia fratrum, insidias inuidorum, seruulorum obsequia, mercatorum imperia, dominæ petulantiã, mariti insciti ã, carceris quoque est expertus ærumnã. Sanctus Dauid filios amisit duos, vnum incestum, alterum parricidã amisit, & tertium quẽ amabat paruulum; hunc viuentem adhuc fleuit, mortuum nõ desiderauit. Ego, inquit, ibo ad eum, ipse autem non reuertetur ad me. O maximum solatiũ desiderãtis! O verum sapientis iudicium, vt nemo sibi aduersi aliquid accidisse, indigne ferat, & contra meritum suum se queratur afflictum. Quis tu es, qui de tuo merito ante pronuncies? Cur præuenire desideras cognitorem? Postquam dixerat mortem esse appetendam, & vitam fugiendam exemplo sanctorum, prosequitur intẽtum, mortem videlicet esse bonam, & remedium malorum, sic: triplicem esse mortẽ secundum Scripturã accepimus: Vna est cum morimur peccato, Deo viuimus: Alia mors est vitæ excessus, qua mortuus est Abraam, Dauid, &c. Tertia mors est, de qua dictum est, Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Ea morte non solum caro, sed etiam anima moritur: Anima enim quæ peccauerit, ipsa morietur: Vna est ergo mors spiritualis, alia naturalis, tertia pœnalis, sed non quæ naturalis, eadẽ pœnalis; non enim propterea, sed pro remedio dedit mortem. Adæ enim peccanti perscriptũ est: aliud pro pœna, aliud pro remedio; pro pœna dicitur. Quoniam audisti vocem vxoris tuæ, & manducasti de ligno &c. Maledicta terra in operibus tuis &c. spinas & tribulos germinabit tibi &c. Cum sudore vultus tui mãducabis panem tuum, donec reuertaris in terrã, de qua assumptus es. Vide quòd mors pro remedio data est, quasi finis malorũ: non enim dixit, quoniam audisti vocem vxoris tuæ reuerteris in terram &c. Sed dixit: Manducabis panem tuũ in sudore, donec reuertaris in terrã, vides mortem magis metam esse nostrarum pœnarum; ergo mors non solum malum non est, sed etiam bonum, pro bono enim quærit Apocalyp. Quærent homines mortẽ, & non inuenient illã &c. Quærit diues positus in inferno qui vult digito Lazari refrigerari linguam suam, mors ergo lucrum, & vita pœna est, vnde Paulus: Mihi enim viuere Christus est & mori luerum &c. Ostendit quantum profuerit mors plurimorum, sic: Morte vnius plerumque accepimus, maximos populos liberatos, morte Imperatoris fugatos exercitus hostium, quos viuus vincere nequiuisset. Morte martyrum religio defensa, cumulata fides, Ecclesia roborata. Vicerunt mortui, victi persecutores sunt. Itaque quorum vitam nescimus, horum mortem celebramus, vnde Dauid: Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorũ eius, ipsa mors martyrum præmium vitæ est. Morte etiam inimicorum odia soluuntur. Quid plura vnius morte mundus redemptus est &c. Non igitur mærenda mors, quæ causa salutis est publice, non fugienda mors, quam Dei Filius non dedignatus est &c.

Infra:

Infra: Si bona est mors, quare dicitur quòd Deus mortem non fecit, sed malitia hominum mors introiuit, reuera mors diuino operi necessaria non fuit, sed præuaricatione damnata vita hominum cœpit esse miserabilis, debuit dari finis malorũ, vt mors restitueret, quod vita amiserat; immortalitas enim oneri potius quam vsui est, nisi aspiret gratia, & si bene discutias, non naturæ mors ista est, sed malitiæ Manet enim natura, malitia moritur, & hoc indicium est mortem non esse naturæ, quia ijdem resurgemus qui fuimus &c.

IDEM sic ait: Doles quòd dudum florentissima repente occiderit, verũ hoc nobis commune nõ solum cum hominibus, sed etiam cum ciuitatibus, terrisq. ipsis est. Ibi ponit multas dirutas ciuitates, & ait: Tot igitur semirutarum vrbium cadauera, terrarumq. sub eodem conspectu exposita funera non te admonent vnius sanctæ, licet & admirabilis feminæ decessionem consolabiliorem habendam, præsertim cum illa in perpetuũ prostrata ac diruta sint; hæc autem ad tempus quidem erepta nobis meliorem illic vitam exigat? Itaque non tam deplorandam, quàm prosequendam orationibus reor &c. Quid est quod mæreamus, si iam ad animam dicitur, renouabitur vt aquilæ iuuentus tua? Quid est quod ingemiscamus pro mortuis, cum iam reconciliatio mundi apud Deum Patrem facta sit per Dominũ Iesum? &c.

IDEM commendans virtutes Tobiæ, opus etiam extollit sepeliendi mortuos, dicens, Si viuentes operire nudos Deus præcipit, quanto magis debemus operire defunctorum corpora? Si viantes ad longiora deducere solemus, quanto magis illam æternam domum profectos, vnde iam non reuertentur? Ego, inquit Iob, super omnem infirmum fleui. Quis infirmior defuncto, de quo dicit Scriptura super mortuum plora? Et Ecclesiastes 7. ait: Cor sapientum in domo luctus. Nihil hoc officio præstantius, ei conferre, qui tibi iam non possit redere, vindicare a volatilibus, vindicare a bestijs consortem naturæ, feræ hanc humanitatem defunctis corporibus detulisse produntur homines denegabunt? &c.

IDEM super illud: Gressus meos dirige secundum eloquium tuum. Circa historiam illam 2. Reg. 18. quando Absalon occisus ploratur a Dauid, notat Ambrosius, qua ratione Dauid ante puerum Absalon, postea filium nominauit, cur non in vtroque, aut puerum dixit, aut filium? Cum viueret puer erat, quia parricidio petebat patrem, non ergo pietatis nomen accipere debebat, sed infirmitatis, ideoque vir iustus, quod religionis fuit, tacuit, quod infirmitatis asperfit; vbi vero est mortuus apud pium patrem personæ crimen defecit, naturæ nomen remansit &c.

Desertum & solitudo maxime commendatur a sanctis, & quod aliquando spiritualiter accipitur. Cap. II.

CHRYSOSTOMVS sic habet: Factum est verbum Domini ad Ezechielem secus fluuium Chobar. Hic ad Chobar fluuium, quomodo Daniel ad Tigrim diuinam accipit reuelationem. Quoties enim Deus nonnihil explicaturus suis famulis est, extra vrbẽ, tumultumq. hominum ducit, & loco tranquillo constituit, quo nullis rebus quæ sese, aut oculis, aut auribus offerant animus interpelletur, sed liber omnino, ac otiosus vacet, eorum quæ diuinitus aperiantur, contemplationi.

HIERONYMVS sic habet: Quid facis in turba qui solus es? Et hoc ego non integris rate vel mercibus, nec quasi ignarus fluctuum, præmoneo, sed quasi nuper naufragio eiectus in littus, timida nauigaturis voce denuncio. In illo æstu Charybdis luxuriæ salutẽ vorat. Ibi ore virgineo ad pudicitiæ perpetranda naufragia Scylla, seu renidẽs libido blãditur. Hic barbarũ littus, hic diabolus pirata cũ socijs portat vincula capiẽdis. Nolite credere, nolite esse securi. Licet in modũ stagni fusum æquor arrideat, magnos hic cãpus montes habet. Intus incluſum est periculum, intus est hostis. Trãquillitas ista tẽpestas est. Sed forsitã dicturus es. Quid ergo, quicumque in ciuitate sunt, christiani nõ sunt? Non est tibi eadem causa, quæ ceteris. *Infra*: Desertum Christi floribus vernans. O solitudo, in qua illi nascuntur lapides, de quibus in Apocalypsi ciuitas magni regis extruitur! O eremus familiarius Deo gaudens! Quid agis frater in sæculo, qui maior es mundo? Quamdiu te tectorum vmbræ premunt? Quamdiu fumosarum vrbium carcer includit? Crede mihi, nescio quid plus lucis aspicio. Infinita eremi vastitas te terret? Sed tu paradisum mẽte deambula. Quotiescumque illuc cogitatione conscenderis, toties in eremo non eris. Super nudam metuis humum exesa ieiunijs membra collidere, sed Dominus tecum iacet,

IDEM sic ait: Piscator hominũ, misso rete Apostolico, te quoque inter innumera piscium genera, traxit ad littus. Reliquisti amaros fluctus, falsos gurgites, & Leuiathan regnantem in aquis cum Iesu deserta expetens contempsisti: vt possis illud propheticũ canere, In terra deserta, & in inuio, & inaquoso, sic in sancto apparui tibi. Et iterum, Ecce elongaui fugiens & mansi in solitudine. Expectabam eum qui saluum me faceret a pusillanimitate spiritus, & tẽpestate. Obsecro te, & moneo parẽtis affectu, vt qui Sodomam reliquisti, ad montana festinans, post tergum ne respicias, ne aratri stiuam, ne fimbriam Saluatoris, ne cincinnos eius noctis rore madefactos, quos semel tenere cœpisti,

cœpisti, aliquando dimittas, ne de tecto virtutum, pristina quæsiturus vestimenta descendas, ne de agro reuertaris domum, ne campestria cum Loth, & amæna hortorum diligas, quę non irrigantur de cælo, vt terra sancta, sed de turbido flumine Iordanis, postquam dulces aquas maris mortui commixtione mutauit. *Infra*: *Gen. 12.* Abrahæ dicitur: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, relinquit Chaldæam, relinquit Mesopotamiam, non enim arbitratus est, simul se habere posse, & patriam, & Dominum.

4 IDEM sic habet: Bonosus tuus, imo meus, *Epistol. 41. quæ est ad Ruffinum.* & vt verius dicam noster, scalam Iacob iã scandit, portat crucem suam, nec de crastino cogitat, nec post tergum respicit. Seminat in lachrymis, vt in gaudio metat. Et sacramento Moysi, serpentem in eremo suspendit. Ecce puer, honestis sæculi nobiscum artibus institutus, cui opes affatim, dignitas apprime, inter æquales erat, contempta matre, sororibus, & charissimo sibi germano, insulam pelago circumsonante naufragam, cui asperæ cautes, & nuda saxa, & solitudo terrori est; quasi quidam nouus paradisi colonus insedit. Nullus in tanta vastitate adhæret lateri comes, solus ibi, immo iam Christo comitãte non solus, videt gloriam Dei, quam etiam Apostoli nisi in deserto non viderant. Non quidem conspicit turritas vrbes, sed in nouæ ciuitatis censu, dedit nomen suum. Horrent sacco membra deformi, sed sic melius obuiam Christo rapietur nubibus. Totam circa insulam fremit insanum mare, & sinuosis montium illisum scopulis æquor reclamat. Nullo terra gramine viret, nullis vernans campus densatur vmbraculis. Abruptæ rupes, quasi quendam horrore carcerem claudunt. Ille securus, intrepidus; nunc Deum audit, dũ diuina relegit, nunc cum Domino loquitur, dum Deum rogat, & fortasse ad exemplum Ioannis, aliquid videt, dum in insula commoratur.

5 IDEM scribens Chromatio, ait: Bonosus *Epist. 43.* iam calcat super colubri caput, nos serpenti, terrã ex diuina sententia comedenti adhuc cibus sumus. Ille iam potest summum graduum Psalmum scandere, nobis adhuc in primo ascensu flentibus, nescio, an dicere aliquando contingat. Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Ille inter minaces sæculi fluctus, in tuto insulæ sedens, ad exemplũ Ioannis librum forte iam deuorat, ego in scelerum meorum sepulchro iacens, & peccatorum vinculis colligatus, dominicum de Euangelio expecto clamorem: Hieronyme veni foras. Bo- *Hier. 13.* nosus (quia secundum Prophetam, omnis diaboli virtus in lumbis est) trans Euphratem tulit lumbare suum, vbi illud in foramine petræ abscondens; & postea scissum reperiens, ceci- *Psal. 115.* nit, Domine tu possedisti renes meos, dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Me vero Nabuchodonosor ad Babylonem, ideſt confusionem mentis meæ, catenatum duxit, ibi mihi captiuitatis iugum imposuit, & *Psal. 145.* mihi cantare de canticis Sion præcepit. Cui ego dixi, Dominus soluit compeditos, Dominus illuminat cæcos.

6 IDEM explicans illa verba. Et assumpsit *Lib. 1. in c. 3. Ezech. to. 4.* me spiritus, & audiui post me vocem commotionis magnæ, benedicta gloria Domini de loco suo. *Et infra*: Veni iuxta fluuium Chobar, & facta est ibi super me manus Domini, ait: Quando egreditur in campũ, fit ibi manus Domini. Ad videndam gloriam Dei, non ad pugnãdum egreditur. Et hoc animaduertendum quòd in medio captiuorum sedentium, ipse sedẽs Propheta, gloriam Domini non viderit. Egressusq. in campi latitudinem, vidit stantem gloriam Domini, quam prius viderat ambulantem & eleuantem se, & interdum stantem. Quia iuxta fluuium sæculi huius Chobar, gloria cernebatur, quod significat omnem mundi huius gloriam præterfluere, & gradum stabilem non habere. Gloria autem Domini stans & perseuerans, cum stante Propheta videtur in campo, quæ in medio captiuorum nec stare poterat, nec videri.

7 GREGORIVS explicans illa verba Iob *Lib. 23. moralium cap. 12. to. 2.* 32. Per somnium in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo, sic habet: Vox Dei, quasi per somnium auditur, quando tranquilla mente ab huius sæculi actione quiescitur, & in ipso mentis silentio diuina præcepta pensantur. Cum enim ab externis actionibus mens sopitur, tunc plenius mãdatorum Dei pondus agnoscitur. Tunc verba Dei mens viuacius penetrat, cum ad se admittere curarum sæcularium tumultus recusat. Aurem autem cordis terrenarum cogitationum turba, dum perstrepit, claudit, atque in secretario mentis; quanto minus curarũ tumultuantiũ sonus compescitur, tanto amplius vox præsidentis iudicis non auditur. Neque enim perfecte homo sufficit ad vtraque diuisus, sed dum sic interius erudiri appetit, vt tamẽ exterius implicetur, vnde exterius auditũ aperit, inde interius obsurdescit. Moyses admixtus *Exod. 3.* Ægyptijs, quasi vigilabat; & idcirco vocem Domini in Ægypto positus non audiebat, sed postquam extincto Ægyptio in desertum fugit, illic dum quadraginta annis deguit, quasi ab inquietis terrenorum desideriorum tumultibus obdormiuit; atque idcirco diuinam vocem percipere meruit, quia per supernam gratiã, quanto magis ab appetendis exterioribus torpuit, tanto verius ad cognoscenda interiora vigilauit. Rursus Israelitici populi turbis præla- *Exod. 19.* tus, vt legis præcepta percipiat, in montem ducitur, atque vt interna penetret, ab externis tumultibus occultatur. Vnde & sancti viri, qui exterioribus ministerijs deseruire, officij necessitate coguntur, studiose semper ad cordis secreta refugiũt, ibiq. cogitationis intimæ cacumen ascendunt, & legem quasi in monte percipiunt, dũ postpositis tumultibus actionum temporalium, in contemplationis suæ vertice supernę volũtatis sententiã perscrutantur. Hinc est, quòd Moyses crebro de rebus dubijs ad tabernaculum redit, ibiq. secreto Dominũ consu-

consulit, & quid certi decernat, agnoscit. Relictis quippe turbis ad tabernaculum redire, est postpositis exteriorum tumultibus, secretum mentis intrare. Ibi enim Dominus consulitur, & quod foris agendum est publice, intus silenter auditur. Hoc quotidie boni rectores faciunt, vt enim exterioribus officijs inoffense deseruiant, ad secreta cordis recurrere incessabiliter curant, & sic vocem Dei, quasi per somnium audiunt, dum in meditatione mentis a carnalibus motibus abstrahuntur. Hinc est quòd sponsa in Canticis Canticorum, sponsi vocem, quasi per somnium audierat, quæ *Cant. 5.* dicebat. Ego dormio, & cor meum vigilat. Ac si diceret, Dum exteriores sensus ab huius vitæ sollicitudinibus sopio, vacante mente, viuacius interna cognosco. Foris dormio, sed intus cor vigilat. Quia dum exteriora quasi non sentio, interiora solerter apprehendo, & dum sic homo iustus viuit, quasi in deserto commoratur.

9 IDEM explicans illa verba Iob cap. 39. *Lib. 30. moralium cap. 12.* Cui dedi in solitudine domum, sic habet: Hoc loco pro solitudine corporis, debemus intelligere solitudinem cordis. Quid enim prodest solitudo corporis, si solitudo defuerit cordis? Qui enim corpore remotus viuit, sed tumultibus conuersationis humanæ, terrenorum desideriorum cogitationibus se inserit; non est in solitudine. Si vero prematur aliquis corporaliter popularibus turbis; & tamen nullos curarũ sæcularium tumultus in corde patiatur, non est in vrbe. Itaque bene conuersantibus, primum solitudo mentis tribuitur, vt exurgentem intrinsecus strepitum terrenorum desideriorum premant, vt ebullientes ab infimis curas cordis, per superni gratiam restringant amoris, omnesq. motus importune se offerentium leuium cogitationum, quasi quasdam circumuolantes muscas, ab oculis mentis abigant manu grauitatis, & quoddam sibi cum Domino intra se secretum quærant, vbi cum illo exteriori cessante strepitu, per interna desideria silenter *Apoc. 8. 10* loquantur. De hoc secreto cordis, alias dictũ est. Factum est silentium in cælo, quasi dimidia hora. Cælum quippe Ecclesia vocatur electorum, quæ ad æterna sublimia, dum per sublimationem contemplationis intendit, surgentes ab infimis cogitationum tumultus premit, atque intra se Deo quoddam silentium facit. *Infra*: Sciendum vero est, quia nequaquam culmen contemplationis attingimus, si nõ ab exterioris curæ oppressione cessamus. Nequaquã nosmetipsos intuemur, vt sciamus aliud in nobis esse rationale, quod regit, aliud animale, *Gen. 2.* quod regitur, nisi ad secretum huius silentij recurrentes, ab omni exterius perturbatione sopiamur. Quod silentium nostrum, bene Adam dormiẽs figurauit, de cuius mox latere mulier processit. Quia quisquis ad interiora intelligenda rapitur, a rebus visibilibus oculos claudit, & tunc in semetipso, vel quæ præesse virilius debeant, vel quæ subesse possint, infirma distinguit, vt aliud in illo sit, quod regere valeat, tamquam vir, aliud tamquã femina, quod regatur. Quia ergo remoti viri, ideſt a desiderijs carnalibus alieni, hoc silentium mentis inhabitãt, huic onagro Dominus in solitudine domũ dedit, vt turba desideriorum temporaliũ nõ prematur. Contemnit multitudinem ciuitatis. Multitudinem ciuitatis contemnere, est, humanæ conuersationis praua studia deuitare, vt iam nõ libeat terrenorum hominum perditos mores imitari.

11 BERNARDVS sic habet: Multi sunt *Serm. 1. in die Apostolorum Petri & Pauli.* filiorum Adam, qui errauerunt in solitudine in inaquoso, illi, qui in solitudinem superbiæ recedentes, socialem vitam habere nõ volunt, quorum singularitas associari non potest. Sed & in *Psal. 106.* inaquoso, quia nullo imbre lachrymarum compuncti, in terra sterili & arenti perpetua siccitate morantur. Propterea viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt, quia inueterati in terra aliena, coinquinati sunt cum mortuis, deputati cum his, qui in inferno sunt. Non erat ita so- *Thren. 3.* litarius ille, de quo sanctus Hieremias ait: Bonum est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua, sedebit solitarius, & tacebit, quia leuauit se supra se. Illi errauerunt, sed iste sedebit semper, sedebat solitarius, cum habuerit honorẽ singularitatis, sedebit, & tacebit a strepitu diabolicarum suggestionũ, a strepitu carnalium desideriorum, a strepitu mundi.

12 IDEM explicans illa verba: Adiuro vos *Serm. 52. in Cantica.* filiæ Hierusalem, ne excitetis, neque euigilare faciatis dilectam, &c. ait: Beatus qui dicere po- *Psal. 54.* test, Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Non fuit contentus exire, nisi & longe se faceret, vt posset quiescere. Trãsilisti carnis oblectamenta, vt minime iam obedias concupiscentijs eius, nec tenearis illecebris, profecisti, separasti te, sed nondum elongasti, nisi & irruentia vndique phantasmata corporearum similitudinum transuolare mentis puritate præualeas. Hucusque noli tibi promittere requiem. Erras, si citra te inuenire existimas locũ quietis, secretum solitudinis, luminis serenum, habitaculum pacis. Sed da mihi, qui illuc peruenerit, & incunctanter fateor quiescentem, qui merito dicat, Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi. Atque hic *Psal. 114.* vere in solitudine locus, & in lumine habitatio *Esai. 4.* prorsus, iuxta Prophetam tabernaculum in vmbraculum diei ab æstu, in securitatẽ, & absconsionem a turbine, & a pluuia. De quo & sanctus *Psal. 26.* Dauid, Abscondit me, inquit, in tabernaculo suo in die malorum, protexit me in abscondito tabernaculi sui. Puto ergo in solitudinem hanc secessisse sponsam, ibiq. præ amænitate loci, inter amplexus sponsi suauiter obdormisse, ideſt in spiritu excessisse, quando prohibitæ sunt adolescentulæ expergefacere illam, quoadusque ipsa voluerit.

13 AMBROSIVS sic ait: Numquam minus *Lib. 6. epistolar. epist. 41. ad Sabinum. to. 3.* solus sum, quam cũ solus esse videor, nec minus otiosus, quam cum otiosus certe pro arbitrio arcesso quos volo, atque adiungo mihi quos magis diligo, aut quos aptiores arbitror, nemo in-

terpellat,nemo interpellat &c.Sola erat Maria, & loquebatur cũ Angelo,sola erat quãdo superuenit in eã Spiritus sanctus, & virtus altissimi obũbrauit eã,sola erat & operata est mundi salutẽ, & concepit Redemptorem vniuersorum, solus erat Petrus & totum per orbẽ consecrandarum gentium cognouit mysteria, solus erat Adam,& non est præuaricatus, quia mens eius adhærebat Deo; postquam vero ei mulier adiuncta est, non potuit inhærere mandatis cælestibus,solus erat Adam quando in paradiso cõstitutus est, solus erat & quando ad imaginem Dei factus est,sed non erat solus quando de paradiso eiectus est, solus erat Dominus Iesus, quando mundum redemit &c. Liquet ergo ex his, quia soli cum sumus, tunc nos offerimus Deo,tunc ei mentem nostram aperimus, tunc amictum fraudis exuimus &c.

Act.10.

Dei ipsius prouidentia communis est in omnes homines, sed maxima in iustos.
Cap. III.

1 Homil.1.in Genesim to.1. *Esaiæ 66.*

ORIGENES explicans illa verba: Cælum mihi sedes est, terra autem scabellum pedũ meorum,ait: Quod dicit cælum mihi sedes est,ita dignè de Deo intelligitur, vt sciamus, quia in his, quorum in cælis conuersatio est,Deus requiescit,& residet. In his autem, qui adhuc terrenum proposuerunt; vltima pars eius prouidentiæ inuenitur, quod inpedum appellatione, figuraliter indicatur. Ex quibus, si qui forte studium ac desideriũ sumpserint fieri cælestes,perfectione vitæ efficiuntur & ipsi sedes Dei, facti prius cælestes, qui etiam dicunt: Suscitauit nos cum Christo, & simul sedere nos fecit in cælestibus. Et non solum requiescit in eis Deus, sed & inhabitat. Si vero tantus,quis effici potest,vt dicere possit, *2.Cor.13.* An experimentum quæritis eius,qui in me loquitur Christus, in hoc non solum inhabitat Deus, sed etiam inambulat.

2 Homil.1. In Psal.36. tom.2. IDEM explicans illa verba: Et protector eorum est in tempore tribulationis,ait: Quod est tẽpus tribulationis, nisi hoc in quo sumus, cum per arctam & angustam viam incedimus, quæ ducit ad vitam; si tamen per angustam incedimus,quæ ducit ad vitam, & non per illam latam & spatiosam, quæ diuitijs dilatatur, & luxuria dissoluitur, quæ in carnis voluptatibus emollescit,quæ præsentem gloriam diligit.Horum protector,non Deus est,sed mammonã; eorum autem, qui in tribulatione & angustia *Psal.33.* sunt,protector est Deus,quia multæ sunt tribulationes iustorum. Tribulantur enim considerantes tempus iudicij, & semetipsos discutientes,ne forte aliquid inueniatur in eis,quod vocetur ad culpam. Qui ergo propter hoc tribulantur & solliciti sunt,erit eorum Deus protector in tempore tribulationis.in tempore iudicij,cum tradentur impij ad pœnas,vel in tempore cum separatur anima a corpore, & occurrunt dæmones, tunc eruet eos Deus ab his pecatoribus.

3 Hom.7.in psalm.25. to.1. BASILIVS explicans illa verba: Domine Deus meus clamaui ad te,& sanasti me, ait: Non omnium Deus est Deus, sed eorum proprie, qui charitate sunt ei coniuncti, vt Deus Abraam, Deus Isaac, & Deus Iacob. Si enim omnium esset Deus,non vtique seiunctim illis testimoniũ reddidisset,quasi aliquid eximiũ.Et Iacob dicebat, Auxiliatus est tibi Deus meus, & Thomas rursus, vbi certo didicit resurrectionem, Dominum complexus,ait: Dominus meus,& Deus meus. Est itaque vox ista plena affectu fiduciæ, & conueniens statui prophetico. Clamaui ad te,& sanasti me,nihil medium, nullumq. interuallum fuit inter meam vocem, & tuam gratiam, sed simul atque clamaui, & sanitas prodijt. Etiam te adhuc loquente, dicã ecce adsum, hæc omnia propter specialẽ prouidentiam, quam iustorum habet Dominus, dicit regius vates.

4 Hom.14.in Psal.59. IDEM exponens illa uerba: Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant a facie arcus,ait: Moyses Israelitarum postes ouili sanguine obsignauit, tu autem nobis significationem, ipsum agni immaculati, proque peccato mundi immolati, sanguinem dedisti. Et Ezechiel in frontibus facierum datum esse signum, dicit: Ambulate, inquit, post ipsum, & percutite, ne parcite, neque misereamini, seniorem, & iuuenem, & infantem, & virginem, & mulieres, ad internecionem vsque interficite. Ad omnes autem,in quibus est signũ, non appropinquate. Ita Dauid in hoc versu ait: Deum signum ponere in amicis suis, ne *Psal.59. & 107.* puniantur. Meus est Galaad, & meus est Manasses, in quo diuinam ostendit prouidentiam.

5 Homil.25. in Genesim to.1. CHRYSOSTOMVS explicans illa verba: Et clausit Dominus de foris eius arcam, ait: Clausit arcam, vt securum faceret iustum. Quod autem adiecit forinsecus, ita vt ne posset videre iustus generalem omnium interitum, qui fiebat, vnde maiori dolore conficeretur. Nam si expendisset secum atrocissimam illam tempestatem, descripsissetq. in mente humani generis perditionem, communem brutorum omnium interitum, & hominum, & iumentorum,& ipsius terræ (vt ita dicam) abolitionem, mæstitia correptus, & valde turbatus fuisset. *Infra*: Igitur quia alioquin iustus confundebatur mente, & turbabatur, vt non & spectaculi tristis aspectu magis cruciaretur, in arca illum quasi in carcere includit, vt ne oculis prospiciens metuere inciperet. Verisimile enim est, si vidisset inundationem tot aquarum, anxium futurum fuisse, ne & ipse aquis periret. Eius igitur curam gerens misericors Deus, non permisit ipsum, vel aquarum spectare sæuitiam, vel

vel videre hominum excidium, & communem orbis internecionem, sed illum habuit in custodia.

6 Hom.51.in Gen. IDEM explicans illa verba: Genesis 26. vbi Abimelech rex Geraræ præcipiens, ne quis accederet ad Rebeccam vxorem Isaac, dixit, Omnis, quis tetigerit hominem hunc, & vxorem eius, mortis reus erit, ait: Vide Dei prouidentiam, & ineffabilem curam iusti. Nam qui dixerat ei,ne descendas in Ægyptum, & habita in terra ista, & ero tecum, ille erat, qui hæc omnia dispensabat, & iustum in tanta constituebat securitate. Considera enim regẽ procurantem, vt impauide ibi agat, liberque sit ab omni cura. Mortem enim, inquit, interminatus est omnibus, quicumque tetigerint, aut eum, aut vxorem eius. Quia enim hic erat timor, qui concusserat eius mentem, *Dan.3.* propterea, & illum auferri fecit, misericors Deus, vt postea omnino secure ageret. Sic & Nabuchodonosor, postquam pueros in fornacem iniecerat,& re ipsa comprobauerat captiuorum adolescentum virtutem, tunc prædicare eos fecit, & vbique lingua sua fecit illustres. Hæc enim potissimum magna Dei virtus est, quando facit, vt per inimicos celebrentur serui Dei. Ignis enim suæ operationis oblitus quasi vinculis quibusdam ligatus, tantam exhibuit obedientiam, vt neque contingerentur illorum capilli. Vnde videre possumus, quòd factum supra humanam naturam est, & ineffabilis quædam, ac diuina vis, quæ hæc operatur, tantam puerorum habet curam. Permisit eos in foruacem injici,sed eos volens clariores facere, & suam virtutem demonstrare.

7 Hom.17. IDEM explicans illa verba Genesis 31. Venit Dominus ad Laban nocte, & dixit ei. Serua te, ne loquaris cum Iacob mala, ait. Magna Domini benignitas, grandem curam habet amici sui Iacob, quia enim sciebat ad pugnam contendentem, & contra iustum insurgere volentem, verbo mentem ei quasi aufert, & dicit; Serua te, ne loquaris cum Iacob mala, perinde ac diceret. Caue, ne vel verbis offendere Iacob coneris, sed serua te ipsum,contine malum tuum impetum, comprime furorem, refrena iratum tuum animum, & ne vel verbo ipsum contristari velis. Et considera Dei prouidentiam. Non imperat Laban, vt ad propria reuertatur, sed solum prohibet, ne quid durum, aut molestum cum iusto loquatur. Quare? & propter quid? Vt discat per opera ipsa iustus, quantam sui curam gerat Deus. Nam si reuersus fuisset Laban, vnde sciuisset Iacob, & vxores? Ideo permittit ei, vt adeat, & lingua sua confiteatur, quæ Deus dixit ad se, quo & iustus maiorẽ alacritatem habeat proficiscendo, fiduciamque accipiat, & vt filiæ suæ discant, quanto studio Deus omnium Dominus Iacobum curet. *Infra*. Dixit autem Laban ad Iacob, cur feci sti? Cum magna mansuetudine colloquium habet cum eo,& paternam dilectionem erga illum declarat. Quando enim superna prouidentia nobis assistit, non solum malorum hominum insidias effugere possumus sed etsi in bestias ipsas incidamus, nihil aduersi nobis euenit. Omnium enim Dominus suæ virtutis abundantiam declarans, & bestiarum mutat naturam, & in oues mansuetas transformat, & quando ipse vult, elementa ipsa naturæ suæ obliuiscuntur, & neque ignis facit,quod ignis solet. Et hoc discere poterit aliquis tam in tribus pueris, quàm in Daniele, nam hunc leones sicut oues circundabant,& superna gratia retusa eorum ferocitate, nihil illum incommodabant, nec ignis pueros contingebat, vt Dei prouidentia in suos manifesta fieret, quam in Iacob, etiam habuisse maximam, Laban testatur. *Dan.3.4.*

8 In epist. ad Damasum, in qua exponit locum to.3. *Esaiæ 6.* HIERONYMVS Explicans Esaiæ caput 6.ait: Vidi Dominum sedentem super solio excelsum, & eleuatum, quando eum mente pertracto regnare in Thronis, Dominationibus, Angelis, ceterisque virtutibus, video excelsum Thronum eius. Quando autem considero, quomodo genus dispenset humanum, & pro nostra salute sæpe descendere dicatur ad terras, hominum prouidentiam habens, video humilem, & proximum terræ thronum eius.

9 In epist. cui titulus est, de his quæ Deo in Sacra scriptura attribuũtur.to.9. *Psal.16. Psal.90.* IDEM ait: Alas Deus dicitur habere, pro eo, quòd more auis electos suos, tamquam pullos sub se colligit, fouet, & ab insidijs diaboli, & malorum hominum protegit. Vnde propheta. Sub vmbra alarum tuarum protege me. Scapulas habere dicitur, quia infirma membra Ecclesiæ, quasi in scapulis portat, sicut in psalmo dicitur, Scapulis suis obumbrabit tibi.

10 Lib.18. in c.65.Esaiæ. to.4. IDEM explicans illa verba: Hæc dicit Dominus. Quomodo, si inueniatur granum in botro, & dicatur ne dissipes illud, quoniam benedictio est, sic faciam propter seruos meos, vt non disperdam totum, ait, Si quis, inquit, in botro, & vua, quæ ad maturitatem peruenire non potuit, & acescentes attulit fructus, vel aliquo aeris, ac terræ corrupta est vitio, vnum granum reperit illæsum, quòd spem habeat adhuc maius fieri, & ad maturitatem solitam peruenire, dicat alteri, ne tangas illud, sed dimitte, vt crescat, quia benedictio Domini est, vt in tanta acinorum multitudine, solum euaderet siccitatem, sic inquit, de iudæorum innumerabili multitudine, quæ offendit Deum, si paucos iustos inuenero, liberabo eos de interitu plurimorũ. Sic Lot de Sodomis, cum filiabus suis solus iustus eripitur. Enoch quoque in- *Gen.5.* ter peccantium plurimam multitudinem, solus raptus ad Deum est. Et Noe cum liberis suis propter declinantem omnem carnem a Domi- *Gen.7.* ni seruitute, diluuium delere non potuit, sed, & Abraham de igne Chaldæorum, fidei integritate seruatus est. In quem sensum, & Hieremiæ verba, ex persona Domini dicentis, Consentiunt,Quasi calidum in deserto,inueni Israel cum occisis gladio,idest quasi medicus,qui post prælium, inter cadauera mortuorum, vbi quẽ senserit, pulsantibus venis aliquid habere vitale, adhibet curam vulneribus, vt restituat sanitatẽ,sic,& ego Israeli restitui sanitatem. *Infra*:

Expli-

Explicans illa verba: Qui ponitis fortunæ mensam, & libatis super eam. Numerabo vos in gladio, & omnes in cæde corruetis, dicit: Illi parant fortunæ mensam, nihil ad Deum pertinere credentes humana, sed vel stellarum cursu, vel varietate fortunæ, omnia gubernari, quos Paulus increpat dicens. Non potestis mensæ Domini participare, & mensæ dæmoniorũ, non potestis calicem Domini bibere, & calicẽ dæmoniorũ, qui æternis tradentur supplicijs, ita vt nullus eorum cædem, & ruinam possit euadere.

11 Lib. 1. in c. 1. Hierem. IDEM exponens illa verba: Dedi te in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æneum super omnem terram, regibus Iuda, principibus eius, & sacerdotibus, & populo terræ. Et bellabunt aduersum te, & nõ prævalebunt, quia tecum ego sum, ait Dominus, vt liberem te, ait: Posui te, vt ciuitatem, de qua dictum est, Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Et in columnam ferream, vt sis columna, & firmamentum veritatis, & in murum æneum, qui nulla violatur rubigine, nec cæsus imbribus deperit, sed vetustate fit fortior. Eris autem talis contra reges, & principes, & populum non cuiuslibet loci, sed terræ, qui terrena sapiunt, & cælestia non nouerunt. Hi bel labunt aduersum te, & non prævalebunt. Cur quæso? Quæ est tantæ fortitudinis causa, vt nec reges, nec principes, nec sacerdotes aduersus vnum prævaleant? sequitur. Quia tecum ego sum, ait Dominus, vt liberem te, & Domino auxiliante iustus cuncta superabit.

Psal. 83. *1. Tim. 3.*

12 Lib. 1. in c. 2 Zac. to. 5. *Psal. 140.* IDEM explicans illa verba: Qui vos tetigerit, tangit pupillam oculi mei, sic habet, Tactum pro vexatione, & inuiria accipe, iuxta illud, quod legimus, Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Qui enim sanctos Domini tetigerit, sic est, quasi vexare cupiat pupillam oculi eius, & illum nitatur clara luce priuare.

13 Hom. 2. in Cant. quæ est Origen. to. 7. IDEM ait: De animabus sanctis dicit Dominus, quia habitabo in eis, & inambulabo. In eis profecto, qui tantam verbo Dei cordis sui latitudinem præbent, vt etiam in eis deambulare dicatur, spatijs, scilicet amplioribus intelligentiæ, agnitionisque, & diffusionis. Ita, & recubare in anima illa dicitur, de qua ipse per prophetam dicit. Super quem requiescam, nisi super humilem, & quietum, & trementem sermones meos? Habitat ergo rex iste in illa anima, quæ iam ad perfectum venerit recubitum suum, si tamen plena sit sanctitate, charitate, pace, omnibusque virtutibus, tunc enim delectat in ea recubare regem, cum hac anima mansionem facit Deus, ad hanc venit, & cum ea cenat. Beata illius latitudo animæ, beata strata illius mentis, vbi tota Trinitas recumbit, cenat, & mansionem facit.

Esaiæ 66.

14 In Dialogo quæst. 65. to. 4. AVGVSTINVS explicans verba illa: Gene. 2. Tulit Deus hominem, & posuit eum in Paradisum voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum, ait: Ipsum hominem ponens Deus in Paradiso, vt operaretur Deus, & custodiret, operaretur, scilicet vt bonus esset, & custodiret, vt tutus esset Dei prouidentia.

15 Expolit. in psa. 39. to. 8 IDEM explicans illa verba: Iacta super Dominum curam tuam, & spera in eum, & ipse faciet, inquit. Quid tibi curaturus es, quid tibi prouisurus? Habeat tui curam, qui fecit te. Qui habuit tui curam, antequam esses, quomodo nõ habebit tui curam, cum iam hoc es, quod voluit, vt esses? Iam enim fidelis es, iam ambulas in via iustitiæ, curam tui non habebit, qui facit solem suum oriri super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos, te iam iustum ex fide viuentem negliget, deseret, dimittet? Immo vero, & hic fouet, & hic adiuuat, & hic necessaria submministrat, & noxia resecat. Dominus curam habet tui, securus esto, ille proteget, qui te fecit. Ab artificis manu noli cadere, si cecideris a manu artificis tui, frangeris. Dic Deus meus voluit, & portabit ipse, & tenebit ipse. Iacta te in illum, ille dixit, Cælum & terram ego impleo, nusquam tibi deest, tu illi noli deesse, tu tibi noli deesse.

Hier. 23.

16 In psal. 51. IDEM explicans versiculum illum: Ecce cognoui, quoniam Deus meus es tu, ait. Magna scientia, non enim ait, sciui, quia Deus es, sed Deus meus es. Tuus est enim, cum tibi subuenit, tuus est, cum tu ab illo alienus non es. *Psal. 143.* Vnde dicitur, Beatus populus, cuius est Dominus Deus ipsius. Quare cuius est? cuius enim non est? Omnium quidem Deus est, sed eorum Deus proprie dicitur, qui eum diligunt, qui eum tenent, qui illum possident, qui illum colunt. Tamquam de domo ipsius magna sunt familiæ eius redemptæ magno sanguine vnici filij. Quantum dedit nobis Deus, vt ipsius essemus, & ipse sit noster? At vero alienigenæ longe facti sunt a sanctis, filij alieni sunt, de quibus in alio psalmo dicitur, Libera me Domine de manu filiorum alienorum.

17 In psal. 90. IDEM Explicans illa verba. Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis: sic habet: Ille te proteget, vt eruat, & eruet de laqueo venantium. Protectio alarum pansarum facit te esse inter scapulas Dei, vt hinc atque hinc alæ Dei te ponant in medio, & securus eris, ne quis tibi noceat, tantum tu noli inde recedere, quo nullus inimicus audet accedere. Si gallina protegit pullos suos sub alis suis, quanto magis, tu sub alis Dei tutus eris, & aduersus diabolum & angelos eius, qui tamquam accipitres circumuolitant, vt infirmũ pullum auferant? Neque enim se Dominus sine causa gallinæ comparauit, cum dixit: Hierusalem, *Matt. 23.* Hierusalem, quoties volui congregare filios tuos, tamquam gallina pullos suos, & noluisti. Noluit illa Hierusalem, velimus nos confitentes infirmitates nostras sub alas Dei fugiamus. Erit nobis tamquam gallina protegens pullos suos. Multæ aues ante nos fetant, calcos faciunt pullos suos, nulla sic auis infirmatur, cũ pullis suis quomodo gallina. Attendat charitas vestra hirundines, passeres, ciconias, videmus extra nidos suos, nec cognoscimus, vtrum fetus habeant. At vero gallinam cognoscimus in infirmitate vocis, & in relaxatione plumarum, tota mutatur affectu pullorum, quia illi infirmi sunt, infirmam se facit. Quia ergo, & nos infirmi eramus, infirmam se fecit sapientia Dei, quia Verbum caro factum est, vt sub alis eius speremus.

18 In psal. 120. IDEM explicans illa verba, Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel, ait: Vis habere custodem non dormientem, neque dormitantem? Christus custodit Israel. Esto ergo Israel, & factus Israel, hoc est videns Deum cum fueris, non dormitabit, neque dormiet, qui custodit te.

Lib. 50. homil. 10. Psal. 16.

IDEM Homilia 42. explicat locum Malachiæ 4. Orietur vobis timentibus nomẽ meum sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius. Quid est in pennis eius? In protectione eius, vnde in psalmo dicitur. Sub vmbra alarum tuarum protege me.

19 Serm. 2. in psal. Qui habitat. BERNARDVS explicans illa verba Dicet Domino, susceptor meus es tu, sic ait Dicet fidelis anima Domino, susceptor meus es tu. Possunt omnia dicere, creator meus es tu, possunt & animalia dicere, Pastor meus es tu, possunt omnes homines dicere, Redemptor meus es tu: at vero susceptor meus es tu, ille tantum dicere poterit, qui habitat in adiutorio altissimi. Vnde addit, & Deus meus. Cur non Deus noster? Quia in creatione, in redemptione, ceterisque communibus beneficijs est Deus omnium, sed in tentationibus suis, tamquam proprium eum habent singuli electorum. Sic enim paratus est, suscipere cadentem, & eripere fugientem, vt videri possit, relictis omnibus alijs, ei soli operam dare. Quomodo non quasi proprium, illum habere videtur, qui sic eum super se videt intentum, vt omnia interiora eius, & exteriora, omni hora considerare non cesset, omnesque non solum actus, sed etiam ipsos subtilissimos animę motus perscrutetur, atque dijudicet? Hic igitur non immerito dicere potest, Deus meus sperabo in eum.

20 Serm. 4. in eundẽ psal. *Psal. 139* IDEM explicans illa verba, Scapulis suis obumbrabit tibi, sic habet: De protectione Dei, alibi dicit Propheta, obumbrasti super caput meum in die belli. Sicut enim videns venientem accipitrem, mater extendit alas suas, vt pulli subeant, & habeant tutum refugium, sic nobis parata, & quodammodo dilatato sinu extensa est, summa illa, & ineffabilis pietas Domini nostri. Fouet nos tamquam mater calore suo, vt tamquam pulli in calore materni corporis foueamur, ne foris vagantes moriamur, refrigescente charitate. Sub his igitur pennis eius, securus sperabis, vt de exhibitione præsentium munerum firma sit expectatio futurorum.

21 Serm. 11. in eundem psal. IDEM sic habet: Vigilat super nos infessus, & peruigil ille singularis clementiæ oculus, non dormit, neque dormitat, qui custodit Israel. Id quidem necesse, non enim dormit, neque dormitat, qui impugnat Israel. Et sicut ipse sollicitus est nostri, & ipsi cura est de nobis, sic ille sollicitus est, vt nos mactet, & perdat, & vna ei cura, ne forte qui auersus est, reuertatur. Nos autem non attendimus reuerentiam præsidentis, protegentis custodiam, beneficia largientis, ingrati gratiæ, immo tam multiplicibus gratijs, quibus, & prævenit nos, & subuenit nobis.

22 Serm. 68. in Cantica. IDEM explicans illa verba: Dilectus meus mihi ait: Mihi, inquit, intendit. Ergo ita huic intenta est illa maiestas, cui gubernatio pariter, & administratio vniuersitatis incumbit, & cura sæculorum, ad sola transfertur negotia immo otia amoris, & desiderij huius? ita plane, Ipsa est enim ecclesia electorum, de quibus Apostolus omnia, inquit, propter electos. Et cui dubium, quòd gratia, & misericordia Dei sit in sanctos eius, & respectus in electos illius? Ergo prouidentiam ceteris creaturis non negamus, curam sponsa vendicat sibi. Numquid de bobus cura est Deo? Nec dubium, quin idẽ possimus dicere, de equis, de camelis, elephãtis, & de cunctis bestijs terræ, similiter, & de piscibus maris, & de volatilibus cæli, & de omni re quæ est super terram, solis sane exceptis, quibus dicitur, omnem sollicitudinem vestram proijcientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. Curam ecclesiæ habet, qui dilexit eam, & tradidit semetipsum pro ea. Nonne hæc est, ouis errans, cuius cura, etiam supernorum curæ gregum prælata est? Denique illis expositis, pastor descendit ad istam, quæsiuit diligenter, inuentam reuexit, noua cum illa, & de illa intulit cælis festa gaudiorum. Quid ergo? Proprijs humeris dignatus est eam reportare, & curam illius non habebit? Ideo non confunditur dicere, Dominus sollicitus est, mei. Inde est, quod Dominum Sabaoth dilectum suum dicit, & eum, qui cum tranquillitate, iudicat omnia, sibi intendere gloriatur. Quid ni glorietur? Audiuit enim illum dicentem sibi, Numquid mater potest obliuisci, vt non misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Denique oculi Domini super iustos. Ille mihi, & non alteri, quoniam vna sum columba eius.

2. Tim. 2. *Sap. 4.* *1. Cor. 9.* *2. Pet. 5.* *1. Cor. 9.* *Luc. 15.* *Psal. 39.* *Esai. 49.*

23 Lib. 1. off. c. 13. to. 4. AMBROSIVS refellit errorem eorum, qui videntes iustos abiectos, & impios prosperatos dicebant Deum mundi curam non habere, vt Epicurus, &c. sic ait: Primo refellam eorum assertionem, qui Deum putant mundi curam nequaquam habere, sicut Aristoteles asserit vsque ad lunam eius descendere prouidentiam, & quis operator negligat operis sui curam? quis deserat, & destituat, quod ipse condendum putauit? non curare, quod feceris summa est inclementia, &c.

24 Lib. 2. de vocatione gentium c. 1. IDEM ostendit Deum per creaturas semper sui cognitionem docuisse etiam gẽtes, quas deseruisse videbatur, sic ait: Quamuis speciali cura, atque indulgentia Dei populum Israeliticum constet electum omnesque alienationis suas vias ingredi, hoc est secundum propriam permissæ sint viuere voluntatem, non ita se tamen æterna creatoris bonitas ab illis hominibus

bus auertit, vt eos ad cognoscendum se, atque metuendum nullis significationibus admoneret, cælum quippe ac terra, & mare omnisq. creatura quæ videri, atque intelligi potest, ad hanc præcipue disposita est humani generis vtilitatem, vt natura rationalis de contemplatione tot specierum, de experimentis tot bonorũ, de perceptione tot munerum ad cultum & dilectionem sui imbueretur auctoris, implente om-
Act.17. nia spiritu Dei, in quo viuimus, mouemur, &
Psal.118. sumus. Quoniam, etsi longe est a peccatoribus salus præsentia, tamen salutis ipsius, ac virtu-
Psal.52. tis nihil vacuum est, igitur sicut dicit propheta, Misericordia Domini plena est terra, quæ nullis inquam sæculis, nullis generationibus defuit, &c. & licet in comparatione electorum, alij videantur abiecti, sed numquam sunt manifestis occultisq. beneficijs abdicati. Legimus enim in actibus Apostolorum Paulum, & Bar-
Act.14. nabam lycaonijs, Viri quid hæc facitis? & nos mortales sumus similes vobis homines annunciantes vobis ab his vanis conuerti ad Deum verum, qui fecit cælum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt, qui in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias
25 suas, & quidem nõ sine testimonio semetipsum reliquit, benefaciens de cælo, dans pluuias, & tempora fructifera, implens cibo, & lætitia corda vestra. Quod est autem hoc testimonium, quòd semper Domino deseruiuit, & numquam de eius bonitate ac potestate conticuit, nisi ipsa totius mundi inenarrabilis pulchritudo, & inenarrabilium beneficiorum eius diues, & ordinata largitio per quæ humanis cordibus quædã æternæ legis tabulæ præbebantur, vt in paginis elementorũ, ac voluminibus temporũ communis, & publica diuinæ institutionis doctrina legeretur? cælum ergo, cunctaque cælestia, mare, & terra, omniaque quæ in eis sunt, consono speciei suæ ordinationisque concentu protestabantur gloriam Dei, & prædicatione perpetua maiestatem sui loquebantur auctoris; & tamen maximus numerus hominum, qui vias voluntatis suę ambulare permissus est, non intellexit, nec secutus hanc legem est, & odor vitæ qui spirabat ad vitam, factus est ei odor mortis, ad mortem, vt etiam in illis visibilibus testimonijs disceretur, quod littera occideret, spiritus autem viuificaret, &c. c.2. Quod ergo in Israel per constitutionem legis, & prophetica eloquia gerebatur, hoc in vniuersis nationibus totius orbis creaturæ, & bonitatis Dei miracula semper egerunt, &c.

26. IDEM dicit de Halcyone aue marina, quæ
Lib.5. Hexameron c. 13. to.1. in littoribus fetus suos edere solet, ita vt in arenis oua deponat medio fere hiemis tempore, quando maxime insurgit mare littoribus, vehementiorque fluctus alliditur, & positis ouis subito mitescit mare, & omnes cadũt ventorum procellæ, fluctusque aurarum quiescunt, ac placidum ventis stat mare, donec oua foueat halcyon sua, septem autem dies fotus sunt, quibus decursis educit pullos, fetusq. absoluit illico, alios quoque septem dies adiungit, quibus enutriat partus suos, donec incipiant adolescere, tantam autem gratiam minuscula auis diuinitus indultam habet, vt hos quattuordecim dies nautici præsumptæ serenitatis obseruent, quos & Halcyonidas vocant, quibus nullus motus procellosæ tẽpestatis horrescit, none vos passeribus pluris estis, Domi-
Luc.12. nus ait? Si ergo auis minusculæ contemplatione insurgit mare, & repente comprimitur, atque aspera hiemis inter ingruentes procellas tempestatesque ventorum detergit cœli nubila, fluctusque componit elementis omnibus subito infusa tranquillitas, quantum præsumere debeas, o homo ad imaginem Dei factus, agnoscis; si tamen auiculæ istius fidem, studio, deuotionis imiteris. Illa tempestates vidés insurgere, sæuire ventos inter hiberni sæua non reuocatur, neque reflectitur, sed impellitur, & ne putes, quod ouorum videatur habere contemptum, continuo vbi deposuerit oua nidificat, & suo partus corpore fouet, neque saluti propriæ alluuione littoris pertimescit, sed secura de Dei gratia, ventis se committit, & fluctibus, & teneros fetus, non latibulis aliquibus abscondit, aut tectis, neque includit cauernis, sed nudo, & rigenti committit solo, nec defendit a frigore, sed diuino fotu tutiores fore existimat. Quis vestrum paruulos suos, non vestimentis tegat tectisque abscondat? quis nõ ita diligenter, vndique fenestras obstruat, ne qua possit aura penetrare, merito quos tamsollicite induimus, ac fouemus, exuimus eos clementiæ cælestis inuolucro. Loquitur etiam de mergis, sulcis, & ardea, quomodo præsentiant tempestates, & se in tuto reponant. *In fine capitis, ait*: Nocturnas autem anserum, quis non miretur excubias, & vigilias, deniq. cantu suo etiam Romana Capitolia a Gallo hoste seruauerunt. Merito illis debes Roma, quod regnas, dij tui dormiebant, & vigilabant anseres, ideo illis diebus anseri sacrificas non Ioui. Cedunt enim dij vestri anseribus a quibus se sciunt esse defensos, ne & ipsi ab hoste caperentur, &c.

Dei vocatio est, ingens ipsius beneficium, cui respondendum est continuo, et obediendum Cap. IV.

CHRYSOSTOMVS: Magnifacit Abraham, qui Deo vocanti & præcipienti, vt egrediatur de terra sua, statim obediuit, nec dixit. Quare me peregre proficisci iubes, & in alienam terrã abducis? Quare si me magnum facere vis, non hic magnum facis? Quare in domo paterna versantem tua benedictione non dignaris? Quòd si contingat, prius quam perueniam in locum, quem iubes, defatigatum me itineris laboribus perire, quæ mihi ex promissis vtilitas? At nihil horum, vel in mentem suscipiendum censuit, sed sicut voluntarius seruus, ad solum imperium obediuit, nihil curiose quærens, nullũque aliud negocium prætexens. *Infra*: *explicans illa verba*: Abraham erat annorum septuagintaquinque, quando exiuit ex Charran, ait: Vidisti, quomodo nec ætas ei fuit obstaculo, vt domi resideret. Sed nec senectute, neque alijs maioribus causis prohiberi potuit, quin omnibus disrumptis vinculis, quasi iuuenis, & iuuenescens, ac a nullo prohibitus festinabat, & anhelabat Domini præceptum perficere. *Infra*: absurdissimum est, quòd cum iustus ille de terra in terram vocaretur, tantam præstetulit obedientiam, vt nihil ad obediendum, eum tardiorem facere potuiert, sed omnibus vinculis ruptis, cucurrit, & festinauit, vt peraceret opere, quod sibi a Deo demandatum erat; nos autem, qui non de terra, in cælum, non eandem, quam ille iustus alacritatem obediendo exhibemus, sed frigidas plerumque, & inutiles prætexim us causas. Et neque nos promissorum magnitudo, neque visibilium rerum vilitas, neque quòd terrenæ sunt & momentaneæ, neque vocantis dignitas attrahit, sed tantæ sumus negligentiæ, vt præferamus momentanea semper manentibus, terram cælo, ea quæ auolant, antequam habeantur, ijs quæ nunquam finem accipere possunt.

2 IDEM explicans locum Matthæi 4. Relictis retibus secuti sunt Dominum, ait: Perde obedientiam vocatorum, siquidem in medio piscationis constituti, cum Dominum audissent iubentem, nihil distulerunt, nihil omnino cunctati sunt, non dixerunt, reuertemur domum, loquemur propinquis, sed cũcta illico relinquentes, fecerunt, quod Elisæus quo-
3 Reg.19 que sub Elia legitur impleße. Talem quoque a nobis obedientiam Christus efflagitat, vt neque punctum temporis differamus, etiamsi nos aliquid necessarium vrgere videatur. Propter quod, & alium quendam accedentem ad se, & rogantem, vt ad sepeliendum patrem redi-
Matt.8. ret, ne id quidem facere permisit, ostendens quia Christus cunctis sit etiam necessitudinibus præferendus.

3 HIERONYMVS ait: Dominus clamat, ecce sto ad ostium, & pulso, si quis mihi aperuerit, introibo, & cenabo cum eo, & ipse mecum, & tu statim sollicita respondebis, Vox fratruelis mei pulsantis: Aperi mihi soror mea, proxima mea, perfecta mea. Nec est vt dicas, Despoliaui me tunica mea, quomodo induam illam, laui pedes meos quomodo inquinabo illos? Illico consurge, & aperi, ne te morante, pertranseat, & postea conqueraris, et dicas? Aperui dilecto meo, at ille declinauerat, atque transierat. Quid enim necesse est, vt cordis tui ostia clausa sint? sponso aperiantur Christo, claudantur diabolo.

4 IDEM exponens illa verba: Et vocabit Dominum Deus exercituum in die illa, ad fletum, & ad planctum, & ad caluitium, & ad cingulum sacci, & ecce gaudiũ, & lætitia, occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum. Comedamus, & bibamus, cras enim moriemur, ait: Quotidie vocat Deus peccatores ad fletum, Beati enim flentes, quoniam ipsi ridebunt, & ad planctum, ne postea audiant, Lamentauimus vobis, & non planxistis. Et ad caluitium, vt omnia opera mortis radant. Et ad cingulum sacci, ne postea iuxta Hierusalem, pro cingulo, veste cingantur, illi autem e contrario, pro fletu, & planctu, caluitio, & cilicio, gaudium habuere atq. lætitiam, & quasi morte omnia finirentur, locuti sunt verba blasphemantium. Audiuit Dominus verba blasphemiæ, & comminatus est, non se dimissurum hanc iniquitatem, donec aut peccato moriantur, & vitijs, aut cum delictis suis ad inferos pertrahantur.

IDEM explicans illa verba: Si reuertami 5
ni, & quiescatis, salui eritis, & noluistis, & di Lib.9.in c. 30. Esaiç.
xistis nequaquam, sed ad equos fugiemus, ideo fugietis, & super veloces ascendemus, ideo veloces erunt, qui persequentur vos, &c. sic habet: His verbis omnes peccatores ad pœnitentiam cohortatur, quòd cum reuersi a vitijs ingemuerint, & egerint pœnitentiam, salui fiant, & tunc intelligant, vbi prius fuerint, & quòd frustra in vanis sperauerint. Cumque eos ad pœnitentiam cohortetur, illiæ contrario confidũt in incerto sæculi, Deique verba audire nolentes equos Ægyptios desiderant, & eorum velocitate lætantur. Quia igitur ista dixistis, fugietis quidem, & pernici cursu intrabitis Ægyptũ, sed velociores erunt Babylonij, qui vos vsque ad Ægyptum persequentur, tantusque terror, atque formido obtinebit Ægyptũ, vt vni Chaldæo mile Ægyptij resistere nequant, & quinque hostibus, fugientium plurima multitudo. Donec relinquamini, quasi malus nauis in vertice montis, & quasi signum super collem. Scribit, & Hieremias, quòd interfectis gladio, & *Hier. 46.*
fame his, qui in Ægyptum confugerant, pauci remanserint, qui reuersi sint in Iudæam. Et quomodo si fracta naui, & compage illius dissoluta, sola arbor, quæ malus dicitur, remaneat, & ponatur pro signo in summitate montis, siue in excelso colle, sic pro signo atque vestigio vix vnus, & alter resideant ad Dei potentiam demonstrandam. Quæ omnia euenerunt Iudæis quia Deo vocanti obedire noluerunt &c.

IDEM explicans illa verba: Qui vocat a- 6
quas maris, & effundit eas super faciem terræ, Lib.3. in c. 9. Amos. to.6.
ait: Ideo vocat amaras aquas, vt dulces faciat, & educat ventos de thesauris suis, & graues sal fugine aquas, sua in altum iussione suspendat, eliquansque eas, & æthereo calore decoquens, dispenset & in pluuias, & emittat super faciẽ terræ, vt arentia quæque rigentur imbribus, & vbi abundauit peccatum, superabundet gratia. *Rom. 5.*

IDEM explicans illa verba: Sibilabo eis, 7
& congregabo illos, & multiplicabo eos, sicut In c.10. Zachariæ.
ante fuerant multiplicati, sic habet: Sibilat Dominus his, qui peccatis fuerant ante captiui, & loquitur ad eos, Venite ad me omnes qui labora-

laboratis, & onerati estis, & inuenietis requiē animabus vestris. Quid hac significatione sibiloque clementius, quo dispersus populus congregatur? Et multiplicabit eos, sicut fuerant antea multiplicati. De qua multiplicatione,
Esaiæ 60. Esaias ait. Qui modicus est, erit in milibus, & qui parvus erit in gentem magnam, seminabo eos in populis, & de longe recordabuntur mei.

8 IDEM explicans illa verba: Nunquid e-
In cap. 38. Iob. to. 8. leuabis in nebula vocem tuam, & impetus aquarum operiet te, sic habet. Vocem eleuo, ait Dominus, quando hominibus clamo, venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & pietatis affectu, pulso secreta mentis ipsorum, vbi est velut nebula caligo peccati, & nominis mei valde obscura obliuio, vt obedientibus voci meæ, innumeris populis circundatus, quasi impetu influentibus aquis operiar, quibusque velut vestimento induar, vt in eis habitem sicut propheta ait: Sicut sponsa induit me vestimento. Alij dixerunt vocabis nubem voce, & in tremore aquæ validæ obediet tibi. Aqua valida, tremendum diuinæ voluntatis præceptū est, quòd Deus quemlibet sanctum voce ideſt, affectu clamoris, & insinuationis instinctu, vt obediendo saluetur, obseruare iubet.
Esai. 61.

9 IDEM: Loquens de vocatione Matthæi,
Lib. 2. in c. 9 Matth. to. 6. sic ait: Certe fulgor ipse, & maiestas diuinitatis occultæ, quæ etiam in humana facie relucebat, ex primo ad se videntes, trahere poterat aspectu. Si enim in magnete lapide hæc esse vis dicitur, vt annulos, & stipulam, & festucas sibi copulet; quanto magis Dominus omnium creaturarum ad se trahere poterat, quos volebat?

10 AVGVSTINVS sic habet: Sarcina sæcu-
Lib. 8. conf. c. 5. to. 1. li, uelut somno assolet, dulciter premebar, & cogitationes, quibus meditabar in te, similes erant conatibus expergisci volentium, qui tamen superati soporis altitudine, remerguntur.
Ephes. 5. Non erat, quod tibi vocanti respondērem, & dicenti mihi, Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & liberabit te Christus, non erat omnino, quod respondērem veritate conuictus, nisi tantum verba lenta, & somnolenta, modo, ecce modo, sine paululum. Sed modo, & modo non habebant modum, & sine paululum, in
Rom. 7. longum ibat. Frustra condelectabar legi tuæ, secundum interiorem hominem, cum lex alia in membris meis repugnaret legi mentis meæ, & captiuum me duceret in lege peccati. lex enim peccati est, violentia consuetudinis, qua trahitur, & tenetur etiam inuitus animus eo merito, quo in eam volens illabitur.

11 IDEM ait. Retinebant me nugæ nugarum
Cap. 11. antiquæ animæ meæ, & vanitates vanitatum, & submurmurabant, Dimittisne nos? Et a momēto isto non erimus tecum, vltra in æternum, & a momento isto non tibi licebit hoc, & illud, vltra in æternum? Et quæ suggerebant in hoc, quod dixi, hoc, & illud, quæ suggerebant, Deus meus auertat ab anima serui tui misericordia tua, quas sordes suggerebant, quæ dedecora? *Infra.* cap. 12. vbi vero alta consideratio contraxit, & congessit totam miseriam meam in conspectu cordis mei, obortā est procella ingens, ferens ingentem imbrem lachrymarum. Et vt totum effunderem cum vocibus suis, surrexi ab Alipio. Solitudo enim, ad negotium flendi aptior suggerebatur. Et secessi remotius, quàm, vt posset mihi onerosa esse, etiam eius præsentia. Mansit ergo ille, vbi sedebamus. Ego autem sub quadam fici arbore, stratui me, nescio quomodo, & dimisi habenas lachrymis, & proruperunt flumina oculorum meorum, acceptabile sacrificium tuum. Et non quidem his verbis, *Psal. 6.* sed in hac sententia, multa dixi tibi, & tu Domi *Psal. 78.* ne vsquequo? Vsquequo Domine irascēris in finem? Ne memor fueris iniquitatum nostrarum antiquarū. Sentiebam enim me ab eis teneri, & iactabam voces miserabiles, Quandiu, 12
quandiu: cras, & cras? Quare non modo, quare non hac hora finis turpitudinis meæ? Legi *Rom. 13.* Paulum, Non in comessationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitijs, non in contentione, & æmulatione. Sed induite Dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis in concupiscentijs. Nec vltrà voluile gere, nec opus erat, statim quippe cum fine huius sententiæ quasi luce securitatis infusa cordi meo omnes dubitationis tenebræ diffugerunt, & post pauca conuertisti me, ita ad te, vt nec vxorem quærerem, nec aliquam spem sæculi huius. Et paulo inferius lib. 9. c. 1. Quàm suaue mihi subito factum est carere suauitatibus nugarū, & quas amittere metus fuerat, iam dimittere gaudium erat. Eijciebas enim eas a me, vera tu, & summa suauitas, eijciebas, & in trabas pro eis omni voluptate dulcior, sed non carni, & sanguini. Iam liber erat animus meus a curis mordacibus ambiendi, & acquirendi, & volutandi, atque scalpendi, scabiem libidinum, & garriebam tibi claritati meæ, & diuitijs meis & saluti meæ Domino Deo meo. Et *Infra.* lib. 10. cap. 27. Ecce intus erat, & ego foris, & ibi te quærebam, & in ista formosa quæ fecisti deformis irruebam. Ea me tenebant longe a te, vocasti & clamasti, & rupisti surditatem meam Corruscasti, splenduisti, & fugasti cæcitatem meam, flagrasti, & duxi spiritum, & anhelo tibi. Gustaui, & esurio, & sitio. Tetigisti me, & exarsi in pacem tuam.

13 IDEM explicans illa verba: Miserator, & *Expositio in Psal. 102.* misericors Dominus longanimis, & multum misericors ait: Quid tam longanimū? Quid tam *Matt. 5.* multum in misericordia? Peccatur, & viuitur, accedunt peccata, augetur vita, blasphematur quotidie, & solem suum oriri facit super bonos, & malos. Vocat vndique ad correctionem, vocat impertiendo tempus viuendi, vocat per lectorem, vocat per intimam cogitationem, vocat per flagellum correctionis, vocat per misericordiam consolationis, longanimis, & multæ misericordiæ, sed obserua ne longitudine misericordiæ Dei male vtendo, tu tibi thesaurizes (quod ait Apostolus) iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei. Ergo te Deus longanimitate sua parcendo ad pœnitentiam adducit, tu autem quotidie dicis, finietur hodiernus dies, & sic ero, & crastino die, non erat, cras erit vltimus, & tertio die, & subito venit ira eius. Fratres, non tardetis conuerti ad Dominum, sunt enim qui præparant conuersionem, & differunt, & fit in illis vox coruina, *Eccli. 5. Gen. 8.* Cras cras. Coruus de arca missus, non est reuersus. Non quærit Deus dilationem in voce coruina, sed confessionem in gemitu columbino. Missa columba reuersa est. Quandiu cras cras? Obserua vltimum cras, quia ignoras, quod sit vltimum cras. Sic misericors, & longanimis est Deus, vt dicatur hic etiam verax. Cum differendo conuersionem, thesaurizaueris tibi iram in die iræ, non ne experieris iustum, quem contempsisti benignum?

14 IDEM loquens de patre familias, qui
Serm. 50. de verbis Domini in Ioā nem. to. 10. Matt. 20. exijt vocare operarios in vineam suam, ait: Tamquam prima hora vocantur, qui recentes ab vtero matris incipiunt esse Christiani, quasi tertia pueri, quasi sexta iuuenes, quasi nona vergentes in senium, quasi vndecima iam decrepiti, vnum tamen vitæ æternæ denarium omnes accepturi. Sed attendite fratres mei, ne ideo quisque differat venire ad vineam, quia securus est: quoniam quandocumque venerit ipsum denarium accepturus est. Securus est quidem, quòd ipse denarius illi promittitur, sed differre non iubetur. Numquid enim, & illi, qui sunt ad vineam conducti, quando ad illos exibat pater familias, vt conduceret, quos inuenit hora tertia, & conduxit verbi gratiā, dixerunt illi, Expecta, non illuc imus nisi hora sexta, aut quos vocauit hora sexta dixerunt, Non imus, nisi hora nona, aut quos nona inuenit dixerunt, Non imus nisi vndecima? Omnibus enim daturus est tantundem, quare nos amplius fatigamur? Quid ille daturus sit, & 15
& quid facturus sit penes ipsum consilium est. Tu quando vocaris veni. Merces enim cunctis æqualis promittitur. Laborare non vis, qui vtrum viuas vsque ad senectam nescis? Sexta hora vocaris veni, pater familias tibi quidem etiam vndecima venienti denarium promisit, sed vtrum viuas vsque ad septimam nemo tibi promisit. Non dico vsque ad vndecimam, sed vsque ad septimam. Quare ergo differs vocantem te, certus de mercede incertus de die? Vide ne forte, quod tibi ille daturus est promittendo, tu tibi auferas differendo. *Infra.*: Ista duo occidunt animas, aut desperatio, aut peruersa spes. Pereunt, qui cogitantes mala quæ fecerunt, non sibi putant ignosci posse, & sic dant animam iam perire desperationi, pereunt dicentes in cogitationibus suis, Iam nulla nobis spes, neque enim tanta illa quæ commisimus ignosci nobis *Ezech. 18.* possunt, quare ergo non satisfacimus cupiditatibus nostris? Procedit ad hos Dominus vinea, & tamquam desperantes, & vacantes pulsat, & clamat in propheta Ezechiele. Inquacumque die cōuersus fuerit homo a via sua pessima, omnes iniquitates eius obliuiscar.

Sed his timendum est ne in aliam voraginem incurrant, & peruerse sperando moriantur dicentes. Si quacumque die conuersus fuero, Deus misericors omnes iniquitates meas obliuiscitur, quare hodie conuertor, & non cras. Dicis crastino conuertar, & iniquitatum mearum erit finis, quid si ante crastinum tuus erit finis. Ergo bene quidem gaudes, quia propter iniquitates tuas conuerso tibi indulgentiam Deus promisit, sed crastinum diem tibi nemo promisit, unde alibi dicit. Ne tar- *Eccli. 5.* des conuerti ad Dominum, neque differas de 16
die in diem. Subito enim ueniet ira eius, & in tempore uindictæ disperdet te. Ergo noli differre, noli quod patet contra te claudere. Ecce indulgentiæ dator aperit tibi ostium. Quid moraris? Gaudere deberes, si aperiret aliquando pulsanti. Non pulsasti, & aperit, *Prou. 3.* & foris remanes? Ne ergo differas. De misericordiæ operibus quodam loco scriptura dicit, Ne dixeris uade, & reuertere, cras ego dabo, cum possis continuo benefacere, non enim scis quid contingat sequenti die. Audisti præceptum non differendi, vt in alium sis misericors, & differendo, in te es crudelis? Non debes differre panem daturus, & differs indulgentiam accepturus? Miserere animæ tuæ placens Deo. Exhibe animæ tuæ eleemosynam. Non dicimus, vt tu ei des, sed ne repellas manum dantis.

BERNARDVS ait: Vis audire perfe- 17
ctæ obedientiæ formam? Vidit Dominus, ait *Serm. 21 in festo S. Andreæ. Matt. 4.* Euangelista, Petrum, & Andreā mittentes rete in mare, & ait illis. Venite post me faciam vos fieri piscatores hominum. At illi continuo nihil dijudicantes, aut hæsitantes, non solliciti vnde viuerent, non considerantes quonammodo rudes homines, & sine litteris prædicatores fieri possent, nihil denique interrogantes, sine omni mora relictis retibus, & naui, secuti sunt eum. Agnoscite fratres, quòd propter vos singulis annis hæc verba in Ecclesia recitantur, vt discentes veræ obedientiæ formam, castigetis corda vestra in obedientia charitatis.

Deum nec irasci peccantibus, nec punire ira est eius ingens, punitio autem ab ipsius misericordia oritur. Cap. V.

1 ORIGENES explicās illa verba:
Homil. 8. in c. 20. Exodi to. 1. Ego sum Dominus Deus tuus, fortis zelotes, sic habet. Videamus, quid est hoc quod dicit, quia Deus zelans ego sum. Sed vt cōtēplari facilius possimus diuina, de humanis doceamur exēplis. Omnis mulier aut sub viro est, & subiecta viro, aut meretrix est, & vtitur libertate peccādi. Qui ergo ingreditur ad meretri cem, scit se ad eam ingressum esse mulierem quæ prostituta est, & cunctis

ctis volentibus patet, & ideo indignari non po
test, si cum ea alios videat amatores. Qui vero
legitimo vtitur matrimonio non patitur in
vxore potestatem peccandi, sed accenditur
zelo ad castitatem matrimonij conseruandam.
Hoc exemplo intelligamus omnem animam,
aut prostitutam esse dæmonibus, & habere
plurimos amatores, ita vt intret ad eam mo
do quidem spiritus fornicationis, illo disce
dente spiritus auaritiæ, post hunc veniat super
biæ spiritus, inde iræ, inuidiæ, &c. Isti autem
omnes, ita cum infideli anima meretricantur,
vt alter alteri non inuideat, nec zelotypia mo
ueantur adinuicem; quin potius inuitent se in
uicem sicut in Euangelio dicitur de spiritu ne
quam, qui reuersurus ad talem animam assu
Luc. 12. mit septem alios spiritus nequiores se, vt in
gressi habitent ibi. Si vero legitimo coniuncta
Matt. 22. sit viro, illi viro, cuius matrimonio Paulus
2 animas coniungit, de quo, & in Euangelijs scri
ptum est, quia rex quidam fecit nuptias filio
suo. In huius ergo viri nuptias cum se anima
dederit, etiamsi fuit aliquando peccatrix, etiã
si meretricata est, si tamen se huic viro tradi
dit, vltra eam peccare non patitur. Non potest
ferre, vt rursum anima quæ se sortita est virũ,
ludat cum adulteris, quia excitatur super eam
zelus eius viri, & defendit coniugij castitatem.
Et ideo zelans dicitur Dominus, quia animam
sibi mancipatam non patitur dæmonibus admi
sceri. Alioquin si eam viderit violantem iura
coniugij, tunc dat ei libellum repudij, & di-
Esaiæ 50. mittit eam dicens. Ecce peccatis vestris ve
nundati estis, & propter iniquitates vestras
dimisi matrem vestram, hæc qui loquitur ze
lans est, qui post matrimonium tot tantisque
sacramentis confirmatum, non vult nos pec
care vltra. Quod, & si forte aliquando eueniat
infeliciter, saltem, vt conuertatur, & redeat,
& pœniteat, miseratus expectat. Nouum
enim hoc bonitatis eius est genus, vt etiam
post adulterium, reuertentem tamen ex toto
corde pœnitentem suscipiat animam, sicut, &
Hier. 3. ipse per prophetam dicit, Nunquid mulier si
exierit a viro, & dormierit cum alio viro, re
vertetur ad virum suum? tu autem fornicata
es cum amatoribus multis tamen reuertere
ad me. Hic ergo Deus zelans si requirit, &
desiderat animam tuam adhærere sibi, si te re
seruat a peccato, si corripit, si castigat, si indi
gnatur, si irascitur, & velut zelotypia quadã er
ga te vtitur, spem tibi esse salutis agnosce. Si ve
ro castigatus non resipiscis, correctus non emẽ
daris, verberatus contemnis, scito quòd si eo vs
que peccãdo profeceris, discedit a te zelus eius
Ezec. 16. & dicetur tibi illud quod per Ezechielem pro
phetã ad Hierusalem dicitur. Propterea disce
det zelus meus a te, & nõ irascar vltra super te.
3 Vide misericordiam, & pietatem boni Dei, quã
do vult misereri indignari se dicit, & irasci,
sicut per Hieremiam dicit, Dolore, & flagello
castigaberis Hierusalem, vti ne abscedat ani
ma abs te. Hæc si intelligis miserantis Dei vox
est, vbi irascitur, & zelatur, vbi adhibet dolo-
res, & verbera: flagellat enim omnem filium
quem recipit. Vis autem audire indignantis *Heb. 12.*
Dei terribilem vocẽ? Audi quod dicit per pro
phetam, Cum enumerasset multa nefanda, quæ
comiserat populus, audit etiam hæc. Et pro
pter hoc, inquit, non visitabo super filias ve
stras, cum fornicatæ fuerint, nec super nurus
vestras cum adulterauerint. Hoc est, terribile, *Osee. 4.*
hoc extremum, cum iam non corripimur pro
peccatis, cum iam non corrigimur delinquen
tes. Tunc enim cum excesserimus peccandi
modum, Deus zelans auertit a nobis zelum
suum, vt non irascatur amplius.

IDEM exponens illa verba: Quoniam ego 4
in flagella paratus sum, ait: Hæc verba vox sunt *Hom. 2. in*
optimi, vt ita dixerim, peccatoris, qui deli- *ps. 37. to. 2.*
querit quidem, expectet tamen delictorum fla
gella, quibus in præsenti optet emendari, ne
puniatur, & pereat in futuro. Propone tibi
ante oculos peccatorem dicentem ad Do
minum, Ego quoniam peccaui, iam nunc
in flagella paratus sum, noli me reseruare igni
æterno. Dum in hac vita sum redde mihi pec
cata mea, quoniam flagellas omnem filium
quem recipis. Oro te, flagella me quoque, &
noli me reseruare cum his, qui non flagellantur,
qui in labore hominum non sunt, & cum homi
nibus non flagellabuntur, idest qui penitus de
relinquuntur a te, quorum emendationem, cor- *Heb. 12.*
rectionemque non quæris. Sciens ergo quæ sit
differentia, cum flagellatur peccator ab eo, qui
flagellat omnem filium quem recipit, & quæ
sit differentia eius, qui dignus non habetur fla
gellis, ait ad Dominum, ego in flagella para
tus suum, idest si volueris superducere languo
res, in me mittere ægritudines, tolerabiliter
feram. Scio quia dignus sum, vt non solum per
ægritudines peccata mea soluantur, sed per
omnes afflictiones purgari desidero, tantum vt
æternis pœnis, & cruciatibus non reseruer. Si
placet inferre damna, sustineo, si placet omnes
facultates perire, depereant, tantum ne anima
pereat apud te. Si per mortem charorum,
& propinquorum vis me purgari moriantur
etiam ipsi, vt, & ipsi ex huiusmodi vinculis
liberentur, auferantur filij dum adhuc pueri
sunt, nondum grauioribus peccatorum sordi
bus maculati. Omnibus igitur flagellis emen
dari, verberarique paratus sum, & nihil ho
rum recuso.

IDEM sic habet: Argue nos in iudicio, 5
& non in furore, dixit Hieremias. Inuenies *Homil. 2. in*
autem etiam ex repromissione Dei in quos- *Hieremi.*
dam correptionem dari in eo, cum pec-
cantibus Christi filijs pœna promittitur, mi-
sericordia non denegatur, vt scriptum est.
Si dereliquerint filij eius, legem meam & in
iudicijs meis, non ambulauerint, si iustitias
meas profanauerint, & mandata mea non
custodierint, visitabo in virga iniquitates eo- *Psal. 88.*
rum, & in verberibus peccata eorum; miseri
cordiam autem meam non dispergam ab eis.
Ista considerans vide quomodo necdum pœna
dignus sit, qui vsque ad præsens tempus com-
mittit

mittit scelera nec punitur. Visitatio quippe
Dei per visitati tormenta monstratur. Tem
pus vindictæ Babylonis est a Domino. Quando
enim quis non vindicatur, & relinquitur im
punitus, frequenter me dixisse memini, id quod
in duodecim prophetis scriptum est. Et non vi
sitabo super filias vestras cum fuerint fornica-
Osee 4. tæ, nec super nurus vestras cum adulterauer
rint. Non ergo (vt quidam existimant) Deus
peccatores punit iratus. Sed (si sic expedit lo
qui) magna ira est, a Deo tormenta non per
peti. Qui enim punitur etiamsi ab ea quæ vo-
Psal. 6. catur ira Dei corripitur, ad hoc punitur vt e
mendetur. Domine, ait Dauid, non in furo
re tuo arguas me, neq. in ira tua corripias me.
& *Infra*: Curauimus Babylonem, & non est,
curata, relinquamus eam, & abeamus vnus
quisque in terram suam. Caue homo ne quan
do relinquat te medicus, cui credita est cura
ad salutis medicinam deferendam. Si enim te
dereliquerint, & dixerint, Abeamus, quia ap
propinquauit in cælum iudicium eius, mani
festum est, quia absessio eorum condemnatio
tua est, vt irremediabilis, nolentisque curari.
Cum autem te deseruerint, quid tibi aliud e
uenturum est, nisi quod solet his accidere, qui
a medicis desperantur vtentes voluntate mor
bi sui, vt ad peiora demergantur?

6 BASILIVS exponens illa verba: Vir
Hom. 12. in ga directionis virga regni tui, sic ait: Instru
ps. 44. to. 1. ctiua est, admodum virga Dei erudiensque,
non obliqua sed recta infert iudicia. Ideo vir
ga directionis virga regni ipsius nominatur. Si
enim dereliquerint filij eius legem meam, & in
Psal. 88. iudicijs meis non ambulauerint, visitabo in vir
ga iniquitates eorum. Vides ne iustum Dei iu
dicium, quo non in omnes sine discrimine, sed
Psal. 22. tantum in peccatorem vtitur? Sed, & ipsa etiã
consolationis dicitur, Virga enim tua, inquit,
Psal. 2. & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Est, &
virga contritionis. Reges eos in virga ferrea,
& tanquam vas figuli confringes eos. Conte
runtur autem terrea, ac lutea ad eorum benefi
cium, quos Deus regit ac dirigit. secundum
quod, & in carnis perditionem traduntur, vt
Spiritus seruetur.

7 CHRYSOSTOMVS ait: Nunc
In hom. cui- Deus comminatur, vt saluet, nec serpens
dam ciuitat. est de Gen. persuadet vt vexet. Nunc per Deum seueri
& inscribit. ad tas vitam, nunc per diabolum blanditia mor
Adam to. 1 tem intentat. Et vtique, pro nephas! mi
natur Deus, & contemnitur; persuadet dia
bolus, & auditur. Apud Deum est, seueri
tas, sed benigna: apud diabolum autem blan
ditia, sed nociua.

8 IDEM sic inquit: Etenim cum exigua
Concion. 3. sunt leuiaque benefacta, ingens autem pecca
de Lazaro torum onus, deinde hic prosperitate fruimur,
neque quicquam patimur acerbi, prorsus nu
di destitutique benefactorum præmijs hinc
discedimus, vt qui hic receperimus omnia.
Rursus cum multa magnaque fuerunt nobis
benefacta, sed exigua, paucaque delicta, &
post hæc patimur aliquid acerbi, hic deposi-
tis leuioribus illis delictis puram illic, & per
fectam bonorum operum remunerationem ac
cipimus. Vbi quem igitur videris improbam
agentem vitam, nec quicquam hic acerbi pa
tientem, ne putaris illum beatum: sed dese
potius, ac deplora velut illic omnia tristia per
pessurum, quemadmodum & diues purpu-
ratus fecit. Rursum vbi quem videris virtutis *Luc. 16.*
studiosum, & eundem innumeris affligi mole
stijs, beatum ac felicem iudica, vt qui, & hic
omnia sua peccata diluerit, & illic multam ha
beat paratam mercedem, sicut huic euenit
Lazaro. Beati ergo sunt, qui hic puniuntur, &
ita peccata deponunt. Ceterum qui cogetur
illic totam pœnam sustinere, ineuitabilem vin
dictam patietur, velut diues ille. Quoniam
enim hic nullam peccatorum partem abluit, a
deo seuere punitus est, vt ne minimam quidẽ
guttam impetrauerit. Verum his quoque qui 9
hic cum peccant, nihil tamen graue patiuntur,
illos longe infeliciores iudico, qui cum hic pu
niantur, simul tamen delicijs, ac securitate
fruuntur. Quemadmodum enim hic non dare
pœnas pro commissis illic cruciatum reddit a
trociorem, ita dum peccant, securitati, deli
cijs, multæque rerum affluentiæ indulgere,
maioris pœnæ viaticum, ac materiam illic col
ligit. Nam cum peccantes, nos Deus afficit
honoribus, ea res potissimum nos in grauius
incendium inijcere poterit. *Infra*: Ergo cum
viderimus, opibus affluentes, delicijs fruen
tes, vnguenta olentes, in temulentia perseue
rantes, in magistratu, & honore, in multa
pompa, & claritudine, peccantes, neque
quicquam triste patientes, hac ipsa de causa
maxime defleamus, ac deploremus illos, quòd
dum peccant non puniuntur. Veluti si quem
videris hydropi, aut vitio splenis obnoxium,
aut tabo quopiam marcescentem, innumeris
vndique plenum vlceribus, nihilo setius ta
men cum his omnibus temulentiæ, ac delicijs
indulgentem reddere morbum acriorem, adeo
non miraris, aut beatum iudicas eum ob deli
cias, vt ob hoc ipsum etiam maxime miserum
existimes. Similiter, & de anima cogitato, vbi 10
videris hominem peruerse viuentem, multaque
fruentem prosperitate, neque triste quicquam
patientem, ob hoc ipsum magis deplora, quòd
cum morbo grauissimoq. tabo sit obnoxius: ta
men deterior fit, morbum delicijs vitaq. disso
ta exasperans. Vt autem videas quomodo hic
inflicta pœna, liberat a pœna quæ illic est, audi
Paulum reprehendentem eos, qui indigne
communicabant mysterijs, & dicentem. Qui
enim manducat, & bibit indigne, iudicium
sibi manducat, & bibit, &c. Subiecit illico,
Propter hoc inter vos multi infirmi, & imbe
cilles, & dormiunt multi, &c. Nunc autẽ cum
iudicamur a Domino, corripimur, vt non cum
hoc mundo damnemur. Vides quomodo hic
inflicta pœna liberat a pœna, quæ illic est? Et
de eo qui stuprum commiserat, inquit. Tradi- *1. Cor. 5.*
te eum satanæ in interitum carnis, vt spiritus
saluus fiat in die Domini. Idem vero, & de
illo

illo paralytico manifestum est, qui triginta octo annos habens in infirmitate sua per morbum diuturnum peccata deposuit. Ceterum vt scias illum ob peccata sic afflictum fuisse, audi, quid dicit Christus. Ecce sanus factus es, noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. *Ioan. 5.*

11 Hom. 6. ad pop. Antiochen. to. 5. IDEM sic habet. Si quis vulnus habeat, quid timere dignum est, saniem, an medici sectionem? ferrum an vlceris populationem? Peccatum sanies est, pœna ferrum medicinale. Sicut igitur saniem habens, & si non secatur, mala habet, & cum non secatur tunc est in maioribus malis, ita peccans, si non puniatur, omnium est miserrimus, & tunc maxime miser, cum non punitur, & graue nihil patitur. Si aliquos igitur in ijsdem esse peccatis videris, & hos quidem fama continua, & innumeris malis laborantes, hos vero potantes, gaudentes, & crapulantes, grauia patientes minus miseros puta. Etenim delectationis flamma æ-rumnis interciditur, & apud futurum iudicium, & terribile tribunal illud non parum patrocinij capientes migrant, multa dissoluentes peccata, ex his quæ hic grauia passi sunt.

12 Hom. 46. ad populum. IDEM ait. Semper quidem tumere peccantes oportet, maxime vero, cum graue patimur nihil. Cum enim in singulis peccatorum longanimiter agit, ad magnam nos in talibus permanentes vltionem seruat. Vide quantam nactus Pharao longanimitatem, extremas de omnibus dederit pœnas. Quantum Nabuchodonosor præuaricatus, demum omnia persoluit. Et dies postquam hic graue nihil est passus propter hoc ipsum maxime factus est miser: quoniam præsenti vita delectatus, illuc migrauit omnium pœnas daturus, vbi nullam poterat mali consolationem inuenire.

13 Epistol. 33. quæ. est ad Castrutium &c. to. 1. HIERONYMVS sic habet. Quantos cernimus Ethnicos, atque Iudæos, Hæreticos, atque diuersorum dogmatum homines volutari in cœno libidinum, madere sanguine, feritate lupos, rapacitate miluos vincere; & nihilominus flagellum non appropinquare tabernaculis eorum, nec eos in hominibus verberari, & idcirco transire vsque ad cælum os eorum? *Infra*: Magna ira est quando peccantibus non irascitur Deus. Vnde, & in Ezechiele ad Hierusalem. Iam, inquit, non irascar tibi, zelus meus recessit a te. Quem enim diligit Dominus, corripit, & castigat omnem filium quem recipit. Non corripit magister discipulum, nisi eum, quem ardentioris cernit ingenij. Medicus si cessauerit curare desperat. *Can. 16. Heb. 12.*

14 Epist. ad Cyprian. to. 3. IDEM cum explicat psalmum 89. in expositione illorum verborum, Quis nouit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo, iram tuam dinumerare, ait: His verbis docetur esse difficile iræ, timorisque & indignationis Dei secretum, rationemque cognoscere. Non enim corripit, vt interficiat, atque disperdat: sed vt corrigat, & emendet. Quamobrem & in Osee populo Iudæorum, cui multum iratus est dicit se nequaquam irasci, nec visitare nurus eorũ, cum adulterauerint. Et per Ezechielem loquitur ad Hierusalem iam non irascar tibi, & zelus meus recessit a te.

15 Lib. 6. Quæstionum in Genesim. IDEM vbi nos legimus Genesis 6. Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est, Hieronymus vertit, ex hebræo, Non iudicabit spiritus meus homines istos in sempiternum, quia caro sunt, hoc est, quia fragilis est in homine condicio, non eos, ad æternos seruabo cruciatus, sed hic illis restituam, quod merentur. Ergo non seueritatem vt in nostris codicibus legimus, sed clementiam Dei sonat, dum peccator hic pro suo scelere visitatur, ac punitur. Vnde, & iratus Deus loquitur ad quosdam. Non visitabo filias eorum, cum fuerint fornicatæ, & sponsas eorum cum adulterauerint. Et in alio loco visitabo in virga iniquitates eorum, & in flagellis peccata eorum, veruntamen misericordiam meam non auferam ab eis. *Osee 4. Psal. 88.*

Lib. 6. in c. 13. Esaiæ to. 4. IDEM exponens illa verba: Et visitabo super orbis mala, & contra impios iniquitates eorum, ait: Quando visitat, & percutit Deus, ad hoc percutit, vt emendet. Denique quando vehementer irascitur super eos, qui non agunt pœnitentiã, non visitat eos flagellis sicut in Osee legimus.

16 Lib. 17. in Esaiam. IDEM explicans illa verba cap. 63. vbi est zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum, & misericordiarum tuarum super me continuerunt se, sic ait: Hæc verba, vbi est zelus tuus, &c. illo testimonio differamus, quod per Ezechiel, ad Hierusalẽ dicit Dominus, quæ secuta fuerat amatores suos, Iam non irascar tibi, & zelus meus recessit a te. Et est sensus, quia peccauimus, & nos odisse cœpisti, recessit a nobis zelus tuus, qui non recedit quando loquitur per Zachariam: Zelatus sum Sion, & Hierusalem zelo magno. Vnde & in consequentibus ait. Et irascar super gentes, quæ congregatæ sunt aduersum eam in circuitu. Recedente autem zelo, recedit & fortitudo Dei, & paternorum viscerum superatur affectus, dum magnitudine peccatorum incredibilis Dei clementia vincitur, vt contineat se super auxilio meo, qui me oppressum videre non poterat, Quare errare nos fecisti Domine in vijs tuis? Indurasti cor nostrũ, ne timeremus te. Nõ hoc dicit quasi Deus erroris causa sit, & duritiæ: sed quòd dũ non corripit delinquentes causa erroris duritiæque videatur. Vnde quibusdam vehementer iratus a percutiendo manum suspendit, & loquitur. Non visitabo super filias vestras, cum fuerint fornicatæ. Denique, qui nequam filiorum vocabulum perdiderunt: sed per pœnas trahuntur ad pœnitentiam, dicit de eis, Visitabo in virga iniquitates eorum, & in veberibus peccata eorum: misericordiam autem meam non auferam ab eis. Est enim iustitia, quæ ducit ad vitam. Vnde, & peccator loquitur in psalmo. Declinare fecisti semitas nostras a via tua, & humiliasti nos in loco afflictionis, & per quadraginta annos erat populus in deser- *Esaiæ 63. Osee 4. Psal. 88.*

to; vt priorem viam non inueniat, nec ad Ægyptios reuertatur. In Osee quoque sepiuntur semitæ Hierusalem, & clauduntur spinis, ne sequatur amatores suos, & necessitate compulsa reuertatur ad virum suum pristinum. *Infra*: Exponit locum Hiere. 20. Seduxisti me Domine, & seductus sum, quasi dicat, Dum mihi clementiam polliceris, & quasi misericors pater dissimulas duritiam, & artifex medicus abscondis ferrum acutissimum, ne ægrotantem terreas antequam cures, fecisti me negligentem. *Cant. 2. Hier. 20.*

18 Lib. 1. in lamentat. c. 1 Hieremiæ. IDEM explicans illa verba, Threnorum, De excelso misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me, ait: Quod de cælo misisse ignem in ossibus eius dicit: Supernam vindictam esse insinuat, quæ eos interius cruciando castigauit, quatenus agnoscerent, cui omnimodo subijci deberent. Rete pedibus suis expandit, quia eos voluptatem suã vsque ad finem vitæ sequi non permisit. Conuertit eos retrorsum, vt dolorem pro luxuria sentirent, & desolati amicorum solatio malum, quod fecerant, omni tempore vitæ, inter hostes plangerent.

19 Lib. 5. in c. 16. Ezech. IDEM exponens illa verba: Et requiescet indignatio mea in te, & auferetur zelus meus a te, & quiescam, nec irascar amplius; eo quòd non fueris recordata dierum adolescentiæ tuæ, & prouocasti me in omnibus his, sic habet: Ex his perspicimus grandem offensam esse, nequaquam curæ haberi a Deo, sed permitti hominem sceleribus suis. Auferetur, inquit, zelus meus a te, & requiescam, nec irascar amplius quasi alienæ, & quæ a me recesserit, & quam æternæ tradiderim nuditati, magnæ que sit iræ Dei non irasci, cum semel contempserit fornicantem, & de salute illius desperauerit.

20 Dan. 9. IDEM explicans illa verba: Et vigilauit Dominus super malitiam, & adduxit eam super vos, quoniam iustus Dominus Deus noster, sic ait: Quando propter peccata corripimur, vigilat super nos Deus, & visitat nos. Quando vero a Deo deserimur, & non iudicamur, indigni sumus correptione Domini, tunc dormire dicitur. Vnde, & in psalmo legimus surrexit quasi dormiens Dominus, & tanquam crapulatus a vino. Malitia enim nostra inebriat Deum, quæ quando in nobis corripitur, euigilare dicitur, & de sua ebrietate consurgere; vt nos a peccato ebrios euigilare faciat iustitiæ. *Can. 3. Psal. 77.*

21 Lib. 1. in c. 3. Oseæ to. 3 IDEM explicans illa verba: Propter hoc ecce ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maceria, & semitas suas non inueniet, sic ait: Dixerat meretrix, vadam post amatores meos, qui omnium rerum abundantiam mihi præbuerunt. Respondit Dominus, ego sepiam viam tuam spinis siue sudibus, ne possis ire quo desideras, & interponam maceriam siue murum, & semitas tuas, quas crebro trieueras pede, non inuenies, ne apprehendas eos, quos tanto studio sequebaris, & rerum necessitate compulsa reuertaris ad virum tuum, & dicas, Quanti mercenarij in domo patris mei abundãt panibus; ego autem hic fame pereo, surgam & ibo ad patrem meum, &c. Ex quo videmus, quòd prouidentia Dei sæpe nobis accidant mala, ne habeamus ea, quæ cupimus, & varijs calamitatibus huius sæculi, ac miserijs ad Dei seruitutem redire cogamur.

22 In c. 4. Osee. IDEM explicans illa verba, Non visitabo super filias vestras, cum fuerint fornicatæ, & super sponsas vestras cum adulterauerint, sic habet: Grandis offensa est, postquam peccaueris iram Domini non mereri. Fornicatus fuerat Israel a Domino Deo suo, & spiritu fornicationis seductus, ideo fornicantur & filiæ eius & sponsæ, & absque vlla vindicta in suo scelere relinquuntur; vt quod filij, & vxor vero parenti fecerant, & marito; hoc in liberis suis, & vxoribus sentiant, & ex proprio dolore intelligant dolorem Dei, qui in tantum iratus est, vt nequaquam percutiat delinquentes. Quod & Apostolus ad Romanos scribens, ait. Dicentes se esse sapientes stulti facti sunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis. Propter quod tali feruntur sententia. Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, &c. Vt autem sciamus visitationem quasi vulneratorum, & languentium, ideo inferri a Deo, vt veluti cauterio, & amarissimis potionibus recipiant sanitatem, & morbis careãt, per prophetam loquentem audiamus Dominũ. Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum, veruntamen misericordiam meam non dispergam ab eo. Qui igitur amatur corripitur, qui negligitur suis peccatis dimittitur. Tantusque fuit numerus fornicationum Israel; vt cesset vltra desperans emendarionem. Quod autem iungit, Populus non intelligens vapulabit, hoc significat, quòd vapulet in captiuitate, & diuersis afficiatur plagis, vt per dolorem recipiat disciplinam. Quando videris peccatorem diuitijs affluere, iactare se potentia, sanitate gaudere, delectari coniuge, corona circumdari liberorum, impleri id quod scriptum est, In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur; dicito in illo comminationem prophetæ esse impletam, Non visitabo super filias vestras, cum fuerint fornicatæ, & super sponsas vestras, cum adulterauerint. *Rom. 1. Psal. 88. Psal. 72.*

23 Lib. 2. in c. 6. Osee. IDEM explicans illa verba: In tribulatione sua mane consurgent ad me, venite, & reuertamur ad Dominum, quia ipse cœpit, & sanabit nos, percutiet, & curabit nos; ait. Ideo Deus tradidit Ephraim, & Iudam captiuitati, & nullus est qui de manu eius possit eripere, & reuertetur ad locum suum donec deficiant, & quærãt faciem eius; vt quem propitium præsentemq. non senserant, iratum, & absentem requirant, & in tribulatione sua orto eis lumine pœnitentię, mane consurgant ad eum iuxta illud quod in Esaia legimus. In tribulatione Domini recordatus sum. Et in primo graduum psalmo. Ad Dominum cum tribularer, clamaui, & exaudiuit me. Cumque ad Dominum mane surrexerint dicent. Venite, & reuertamur ad Dominum. Non sunt propria salute contenti, sed se *Psal. 119.*

mutuo prouocant, vt reuertantur ad Dominũ quem reliquerant, percutiet, & sanabit nos,
Heb. 12. quia quem diligit Dominus corripit, & castigat omnem filium quem recipit, & non solum curat, sed & viuificat. Cumque percussos curauerit, & curatos viuificauerit, & viuificatos suscitauerit is, tunc viuemus in conspectu eius, qui illo absente mortui iacebamus.

24 IDEM explicans illa verba: Tantũmodo vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ,
Lib. 1. in c. 3. Amos. to. 5. idcirco visitabo super vos omnes iniquitates vestras, inquit. Quia solos vos meos habui, visitabo super vos omnes iniquitates vestras.
Heb. 12. Quem diligit Dominus corripit, & castigat omnem filium quem recipit. Et pulchre dixit visitabo, & non percutiam; quia plaga Dei visitatio est, atque curatio. Et omnes, inquit, iniquitates vestras visitabo, ne quid impercussum remaneat, ne quid non recipiat sanitatem.

25 IDEM explicans illa verba: Nunc vastaberis filia latronis, &c. vbi septuaginta verte-
In c. 5. Micheæ.. *Can. 2.* runt, nunc obstruetur filia obstructione, ait: Hoc est, quod in Osee Dominus dixit. Vadam post amatores meos, dicit adultera, qui dabant mihi panes meos, & aquam meam. & vestimenta mea, & linteamina mea & oleum meum. Et postea Deus volens impedire cogitationem pessimam, non eam facit quod desiderat adimplere, sed obstruit vias eius, ne consequatur amatores suos, & amplius fornicetur, ait. Quippe propterea ego sepiam viam tuam spinis, & semitam suam non inueniet, quæret amatores suos, & non inueniet, & dicet. Vadam, & reuertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat. Adultera non inueniens viam suam, nec valens pergere quo volebat necessitate obstricta ad maritum reuertitur priorem, & confitetur melius sibi in domo viri esse prioris, quàm quõdã apud amatores suos; fuerat, tribulationibusque, & plagis Israel eruditur. Tribulationem ergo posuit Deus super filiam Israel & percutient eam angeli, qui plagis præpositi sunt, in maxilla.

26 IDEM exponens verba illa. In igne zeli
In c. 1. Sophoniæ. eius deuorabitur omnis terra, ait. Omnis terra, ait: Omnis terra, & vniuersa, quæ terrena sunt, zelo Domini deuorabuntur. Et quod ait zelo, intellige adhuc amantem Dominum. Nisi enim amaret humanam animam, numquam zelaret eam, & in similitudinem mariti peccatum vlcisceretur. Et hoc faciet Dominus cum festinatione cunctis habitantibus terram, his qui se penitus terræ dederunt, & non fuerunt aduenæ, & peregrini: Sicut iustus, qui
Psal. 38. loquitur. Aduena sum ego in terra, & peregrinus sicut omnes patres.

27 IDEM explicans illa verba, Hæc dicit Do-
Lib. 2. in c. 8. Zachariæ minus exercitium, zelatus sum Sion zelo magno, & indignatione magna zelatus sum eã, sic habet: Quod Dominus Hierusalem, ideſt Israeliticum populum in solitudine instar vxoris acceperit, & iacentem in idololatriæ sanguine operuerit pallio suo, & amore coluerit maritali, in Ezechiele plenius discimus, quæ postea similam comedens, & mel, & oleum, & vestibus ornata pulcherrimis, & habens ex largitate viri omnia ornamenta gemmarum, fornicata est cum Assyrijs atque chaldæis, captiuitati autem tradita, & illusa ab amatoribus suis, & pristino decore nudata; postquam diuaricauit pedes suos omni transeunti, & polluta est vsque ad verticem, memor pristinæ felicitatis ingemit. Reuertar ad virum meum priorem, quia *Oseæ 2.* melius mihi erat tunc, quàm nunc. Quam ille suscipiens, & rursum habens in coniugio, cui prius dixerat non irascar tibi, & zelus meus recessit à te, nunc loquitur zelatus sum Sion zelo magno, & indignatione magna zelatus sum eam. Quantũ prius indignatus sum quòd a multis amatoribus deturpata est, & maculauit thorum meum, vnde, & tradidi eam amatoribus suis, nequaquam vt sub marito adulteram; sed vt scortum, & vile mancipium, & in lupanaribus prostitutã; tanto nunc amplius ad eam reuersus sum, quia egit pœnitentiam, & ædificauit templum meum, in quo habitabo in medio illius. *Infra*: Possunt per Hierusalem, & Sion intelligi, animæ fidelium, quibus cum peccauerint iratus Dominus, tradit eas captiuitati, vt quæ Deum per bona prosperaque non senserant, per mala sentiant, & aduersa. Cumque egerint pœnitentiam, reuertetur Dominus ad Sion, & morabitur in medio eius, & vocabitur Hierusalem ciuitas veritatis, quæ antea dicebatur vrbs mendacij.

28 AVGVSTINVS ait: Ego sum zelans. Deus autem dicitur zelare, nam quoniam zelã
Lib. de disciplina animabus contra Manich. co. 6. do solent mariti vxorum pudicitiam custodire; potestatem, & disciplinam Dei, qua fornicari animam impune non sinit, zelum Dei scripturæ vocauerunt. *Infra*: Omnis hæc temporalis vindicta infirmos animos terret; vt enutritos sub disciplina erudiat, atque a sempiternis & ineffabilibus supplicijs possit auertere; quia plus timent carnales homines quod in præsenti Deus vindicat, quàm illud quod futurum minatur. Est ergo dilectio in vindicante. Diligitque Deus, quos corrigit, vt Apostolus ait: Probet autem seipsum homo, &c. Propter hoc multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi, &c. *Exod. 20.* *1. Cor. 11.*

29 IDEM sic habet: Deus exaudit propitius, non exaudit iratus; Et rursus. Non exau-
Lib. 5. contra Iul. Pelag. to. 7. dit propitius, exaudit iratus, parcit propitius non parcit iratus. Et rursus. Non parcit propitius, parcit iratus.

30 IDEM sic ait: Fratres, pater bonus, & iustus nonne persequitur filium luxuriosum. Per
Expositio in Psal. 54. sequitur vitia eius, non ipsum, non quod genuit. Medicus nempe, qui ad salutem adhibetur, nonne ferro plerumque armatur, sed contra vulnus, non contra hominem, secat, vt sanet, & tamen cum secat, ægrotus clamat, & resistit, & si forte febre mentem perdiderit etiam medicũ cædit, nec tamen ille desistit a salute ægrotantis, quod nouit facit, illum conuitiantem non curat. Nonne excitantur cuncti lethargici, ne somno graui premantur in mortem? Et hoc

Et hoc patiuntur a filijs suis, quos charissimos genuerunt. Et non est charus filius, nisi fuerit dormienti patri molestus. Lethargici excitantur, phrenetici ligantur; sed tamen vtrique amantur. Nemo ergo dicat persecutionem patior, non ventilet pœnam; sed probet causam, ne si causam non probauerit, numeretur cum iniquis.

31 IDEM exponens illa verba: Deus repu-
In Psal. 59. Luc. 12. Matt. 10. listi nos & destruxisti nos, iratus es, & misertus es. Nosti, inquit, Christus Dominus dedit hanc stragem gladio suo, & igne suo: Nã vtrumque attulit in hunc mundum. Dicant immutati. Destruxisti nos, vt ædificares nos, destruxisti nos male ędificatos, destruxisti vanam vetustatem, vt fit ædificatio in nouum hominem, ædificatio mansura in æternum. Merito iratus es, & misertus es nostri. Non misereris nisi irascaris. Destruxisti nos in ira tua, sed ira tua
2. Cor. 4. in vetustatem nostram fuit, vt destrueretur vetustas, sed misertus es nostri propter nouitatem, quia licet is, qui foris est noster homo corrumpatur, sed interior renouatur de die in diem.

32 IDEM explicans illa verba: Si dereliquerint
In Psalm. 88. filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint, si iustitias meas profanauerint, & mandata mea non custodierint; visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum, misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neque nocebo ei in veritate mea, ait: Multum est quod promittit christianis, qui si christiani hoc est filij eius, dereliquerint, inquit, legem meam &c. non cõtemnam eos, neque in perditione dimittam eos. Sed quid faciam? Visitabo in virga iniquitates eorum, & in flagellis delicta eorum. Non ergo tantum misericordia vocantis est, sed & verberantis, & flagellantis. Sit itaque manus paterna super te, & si filius bonus es, noli repellere disciplinam patris. Quis est enim filius, cui non dat disciplinam pater eius? Det disciplinam, dum non auferat misericordiam. Visitabo in virga iniquitates eorum. Sic & Apo-
1. Cor. 4. stolus comminatur: Quid vultis in virga veniã ad vos? Absit, vt dicerent pij filij: Si cum virga venturus es, noli venire. Melius est enim eruditi in virga patris, quàm in blandimentis perire prædonis.

33 IDEM explicans illa verba: Quis nouit
In Psal. 89. potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare, sic habet: Valde paucorum hominum est nosse iræ tuæ potestatem, quia plerisque ita magis cum parcis irascaris, vt non ad iram, sed potius ad mansuetudinem tuam pertinere intelligatur labor & dolor, quo corripis, eruditq. quos diligis, ne pœnis excrucientur æternis. Sic enim legitur in alio Psalmo: Irritabit Dominum peccator, secundum magnitudinem iræ suæ non quæret. Quis ergo nouit? Ideſt quotusquisque reperitur, qui nouerit potestatem iræ tuæ, & prę timore tuo irã tuam dinumerare? Quàm difficile inuenitur, qui nouerit, ita præ timore tuo dinumerare irã tuã, vt etiam hoc addat, & ad eam intelligat pertinere, quod nonnullis, quibus pius irasceris parcere videaris, vt prosperetur peccator in via sua, & maiora recipiat in nouissimo. Et a paucis eruditis maior eius ira, intelligitur vana, & seductoria felicitas impiorum. Hanc ille non nouerat qui dicebat. Pene moti sunt pedes *Psal. 72.* mei, quoniam zelaui super peccatores, pacem peccatorum vidēs, sed didicit eam cum intraret in sanctuarium Dei, & intelligeret in nouissimis, quo pauci sunt, qui intrant, vt discãt præ timore Dei dinumerare iram eius, & prosperitatem hominum malorum numero applicare pœnarum. Est enim grandis Dei ira peccatores non punire, flagellum autem ad eius pertinet misericordiam, quòd pauci intelligunt.

34 IDEM exponens illa verba: Vt mitiges ei a diebus malis, donec fodiatur peccatori fo-
In Psal. 93. uea, sic ait: Mali sunt dies, quibus videntur florere peccatores, & laborare iusti, sed labor iustorum flagellum est patris, & felicitas peccatorum fouea ipsorum est. In illam enim cadent tamquam in foueam. Intendite fratres, quia magna res est, vt felicitas fouea dicatur peccatoris. Parcit illi Deus, quem nouit peccatorẽ, & impium occulta iustitia sua, & hoc ipsum quod ei parcit Deus, per impunitatem facit eum elatum, hoc se ille putat sublimiter ire, & Deus hoc foueam vocat. Fossa ad ima tendit, non ad cælum. Peccatores autem superbi, quasi in cælum eunt, & in terram merguntur. *Infra*: Quia non repellet Dominus plebem suã. Exercet & flagellatum recipit, nõ repellit. Videmus homines in filijs suis facere illud, aliquando iam desperatos filios suos dimittunt viuere quomodo volunt, eos qui spem habent, flagellant. Iam quẽ dimittit facere quod vult, non vult admittere ad hereditatem suam, eum autem flagellat filium, cui ipsam hereditatem seruat. Cum autem flagellat Deus filium curat sub manu Patris flagellantis, quia qui flagellat ad hereditatem erudit. Non sit tam vano sensu & puerili, vt dicat plus amat pater meus fratrem meum, cui permittit facere quicquid vult, ego si me mouero contra iussionem patris mei, flagella inuenio. Tu gaude sub flagellis, quia tibi seruatur hereditas, quia non repellet Dominus plebem suam. Ad tempus emendat non in æternum damnat. Illis autem ad tempus parcit, in æternum illos damnabit.

35 IDEM explicans illa verba: Deus tu pro-
In Psal. 98. pitius fuisti eis vlciscens in omnes inuẽtiones eorum, sic ait: Propitius non dicitur Deus, nisi peccatis, quando dat veniam tunc dicitur propitius. Et quid habebat in istis, quod vindicaret, vt esset propitius? Ignoscendo propitius fuerat, propitius erat donando peccata, propitius fuerat & vindicando. Quid enim sequitur? Tu propitius fuisti illis, & vindicans in omnes affectiones eorum vindicans propitius fuisti. Illi Deus irascitur quem peccantem nõ flagellat, nam cui vere propitius est, non solum donat peccata, ne noceant ad futurum sæculum, sed etiam castigat, ne semper peccare delectet.

Hæc

Hæc verba vicissim in omnes inuentiones eorum, de Moyse, Aaron, & Samuele loquitur Psalmus, qui licet in conspectu hominum irreprehensibiles essent; non tamen apud Deum, sed vltione egebant in ipsorum bonum.

36 Parte tertia curæ pastoralis admonitione to. 3.

GREGORIVS sic ait: Admonendi sunt ægri, vt eo se filios Dei sentiant, quo illos disciplinæ flagella castigant. Nisi enim correctis 13. hereditatem dare disponeret, erudire eos per molestias non curaret. Hinc namque ad Ioannem per Angelum dicitur: Ego quos amo, arguo, & castigo. Hinc rursum scriptum est: Fili mi noli negligere disciplinam Domini, neque fatigeris cum ab eo argueris; quem enim diligit Dominus castigat: flagellat autem omnem filium, quem recipit. Hinc Iob ait: In dolore exclamans, si iustus fuero, non leuabo caput saturatus afflictione, & miseria. Hinc est quòd lapides extra tunsi sunt, vt in constructione templi Domini absque mallei sonitu ponerentur, quia videlicet nunc foras per flagella tundimur; vt intus in templum Dei postmodum sine disciplinæ percussione disponamur. Considera etiam, quanta salus cordis sit molestia corporalis, quæ ad cognitionem sui mentem reuocat, quam plerumque salus abijcit. Quod recte per Balaam, si tamen vocem Dei subsequi obediendo voluisset, in ipsa eius itineris retardatione signatur. Balaam namque, vt peruenire ad propositum tendit, sed eius votum animal, cui præsedit, præpedit. Prohibitione quippe immorata asina Angelum videt, quem humana mens non videt, quia plerumque caro per molestias tarda flagello suo mẽti Deum indicat, quem mens ipsa carni præsidens non videbat: ita vt anxietatem spiritus proficere in hoc mundo cupientis, velut iter tendentis impediat, donec ei inuisibilem, qui sibi obuiat innotescat. Vnde bene per Petrum dicitur: Correptionem habuit suæ vesaniæ subiugale mutum, quod in hominis voce loquens prohibuit Prophetæ insipientiam. Insanus quippe homo a subiugali muto corripitur, quando elata mens humilitatis bonum, quod tenere debeat ab afflicta carne memoratur. Admonendi sunt ægri, vt considerent quanti sit muneris molestia corporalis, quæ & admissa peccata diluit, & ea quæ admitti poterant, compescit, quæ sumpta ab exterioribus plagis concussæ menti pœnitentiæ vulnera infligit. Vnde scriptum est. Liuor vulneris abstergit mala, & plagæ in secretioribus vẽtris. Mala enim liuor vulneris abstergit, quia flagellorum dolor, vel cogitatas, vel perpetratas nequitias diluit. Solet vero ventris appellatione mẽs plerumque accipi; quia sicut venter consumit escas; ita mens pertractando excoquit curas. Liuor ergo vulneris abstergit mala, & plagæ in secretioribus ventris, quia dum exterius percutimur ad peccatorum nostrorum memoriam tacti, afflictique reuocamur, atque ante oculos nostros, cuncta quæ a nobis sunt male gesta reducimus, & per hoc quod foris patimur, magis intus quod fecimus, dolemus. Vnde fit vt inter aperta vulnera corporis, amplius nos abluat plaga secreta ventris, quia sanat nequitias praui operis occultum vulnus doloris.

Apoc. 3. *Hebr. 12.* *Iob 19.* *2. Pet. 2.* *Prou. 20.*

37

BERNARDVS, Ait Ezechiel, Recessit zelus meus a te, vltra non irascar tibi. Solo audito contremisco. Dicit iterum, ego, quos amo, arguo, & castigo. Si ergo te zelus deseruit, & amor. Nec eris amore dignus, qui indignus castigatione censeris. Vides quia tunc magis irascitur Deus, cum nõ irascitur. Misereamur impio, inquit, & non discet facere iustitiam. Misericordiam hãc ego nolo. Super omnem iram miseratio ista, sepiens mihi vias iustitiæ. Satius profecto mihi iuxta Prophetæ consilium apprehendere disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & peream de via iusta. Volo irascaris mihi Pater misericordiarum; sed illa ira qua corrigis deuium, non qua extrudis deuia. Illud tua nobis benigna animaduersio parit, hoc formidolosa nutrit dissimulatio. Non enim cum nescio, sed cum sentio te iratum, tunc maxime confido propitium. Etenim cum iratus fuerismisericordiæ recordaberis. Deus, inquit, tu propitius fuisti eis, & vlciscens in omnes adinuentiones eorum. Moysen loquitur, Aaron, atque Samuelẽ, quos modo præmiserat, & hoc vocat propitiationem, quòd eorum Deus non pepercit excessibus.

38 Serm. 42. in cantica. *Apoc. 3.* *Esaiæ 26.* *Psal. 2.* *Psal. 98.*

IDEM sic ait: Conscientia mala, & tranquilla est cum mũdi huius prosperitas alludit, & illudit, cum laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur, cum peccantium fauor, & peccare nolentium pauor nolens & dolens arridet ei, cum non est qui arguere peccatorem audeat ex omnibus, qui in circuitu eius sunt. Et sic impletur in eo, quod scriptum est: Prosperitas stultorum perdet illos. Nihil æque exasperat illius tremendi iudicis maiestatem, quàm peccare, & secure peccare, & de vitijs quasi de virtutibus gloriari. Non miserearis (ait iustus) omnibus, qui operantur iniquitatem. Hæc est iniquitas, cuius non miseretur Deus, cum homo defendit, quod Deus odit. Hanc vero tranquillitatem nutrit impunitas securitatis, & negligentiæ mater, nouerca virtutum, religionis virus, tinea sanctitatis.

39 In libro de conscientia quæ habetur in 2. par te. *Prou. 1.*

Deus flagellans in punitione ipsa semper miscet misericordiam. Cap. VI.

1 Hom. 1. in Ezech. to. 2.

ORIGENES de hac re loquens, sic habet: Pauci iusti, qui erant in Hierusalem non ob culpam suam sustinuerunt captiuitatem; sed ob id ne peccatores qui fuerant iugo captiuitatis oppressi omnino subsidium nõ haberent. Fingamus quippe peccatoribus in Babyloniam abductis, iustos in antiquis finibus resedisse, fiebat vt numquam peccatores remedium consequerentur. Disposuit igitur inter supplicia, quibus peccatores punit, clemens & hominum amator Deus, etiam visitationis suæ miscere pietatem, nec immoderata pœna miseros premere. Semper talis est Deus noster, excruciat nocentes, sed quasi pius pater tormentis clementiam sociat. Si autem vis agnoscere vera esse, quæ dicimus, vide quid accidit in Ægypto a fame. Si voluisset interficere tantum Ægyptios, & punire cruciatos in septennali fame; fecisset vtique quod voluerat, & neque Ioseph in Ægyptũ descendisset, nec Pharao somnium vidisset de his quæ Ægypto fuerant euentura, nec regi fuisset ostensum a principe vinariorum, esse quendam qui posset regi somnium interpretari. Nunc vero (vt cernis) Deus flagellat, quasi pater; parcit autẽ non solum Israel, verum & Ægyptijs, cum alieni sint ab eo, propter propriam mansuetudinem. Et ne forte aliquis arbitretur peccatores a Deo traditos ab eo vlterius non gubernari, & semel in captiuitatem redactos, vltra dispẽsationem eius, & misericordiam non mereri, locum hunc Ezechielis diligentius consideremus. Daniel non peccauit, Ananias, Azarias, Misael a peccato immunes fuerunt. Et tamen captiui effecti sunt, vt ibi positi captiuum populum cõsolarentur, & per exhortationem vocis suæ, pœnitentes in Hierusalem restituerent castigatos pro tempore. Septuaginta quippe annis seruitutis supplicia pepẽderunt, ac sic deinde in sedes proprias reuersi sunt, quia sanctus Prophetarum sermo deiectos animos subleuauerat. Verum non solum ij quattuor in captiuitate Prophetæ extiterunt; sed & Ezechiel vnus ex eis fuit, & Zacharias filius Barachiæ captiuitatis tempore sub Dario rege cecinit. Inuenimus etiam Aggæum, multosq. alios Prophetarum ijsdem prophetasse temporibus. Ex quibus indicatur Deum non tantũmodo punire peccantes: verum & misericordiam miscere supplicijs. Quòd si dubitas, audi voces tormenta patientium, quomodo & in cruciatibus suis clementiam Dei eloquantur. Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis, in mensura. Misericordia quippe Dei in pondere, si non esset vtile conuersioni peccantium adhibere tormenta peccantibus, numquã misericors & benignus Deus pœnis scelera puniret; sed quasi indulgentissimus pater ad hoc corripit filium, vt erudiat, quasi prouidentissimus magister, ita seueritate frontis lasciuum discipulum castigat; ne amari se sentiens pereat. Nullus est, inquit Apostolus, filius, qui cum peccauerit, non flagelletur a patre. Et ad hoc mirabiliter addidit, dicens: In disciplina perseuerate, tamquam filijs vobis offert se Deus. Quis enim filius quẽ non corripit pater? Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, adulteri, & non filij estis. *Infra*: Medicus est Deus, pater est Deus, Dominus est, nõ asper, sed lenis est Dominus. *Infra*: In captiuitate constitutus est Propheta, & cerne quæ videat, ne dolores sentiat captiuitatis. Deorsum videt labores, sed sursum eleuans oculos apertos suspicit cælos, cernit sibi reserata cælestia, videt similitudiné gloriæ Dei, videt quattuor animalia, cernit rotas seinuicem continentes. Auriga quattuor animalium non totus est igneus, sed pubetenus, a pedibus, & exinde vsque ad summum electri fulgore rutilat. Non enim solum tormenta habet Deus, sunt in eo etiam refrigeria. *Infra*: Obserua coniunctiones singulas, quas commemorat Ezechiel. Prima coniunctio est spiritus, & nebulæ, secunda ignis, & luminis; tertia electri & splendoris, ac singula quæ quasi tristia videntur iucundiorum vicinitate pẽsantur. Siue enim spiritus oritur, statim sequitur nebula, siue ignis apparet, adiunctum est ei lumen, siue electrum præcedit, splendor in circuitu eius est. Oportet quippe nos quasi aurum in fornace, & electrum vehementissimo igne conflari.

Cap. 1. *Psal. 79.* *Hebr. 12.*

CHRYSOSTOMVS sic habet: Post peccatum, bestiæ, quæ antea subditæ erant primis parentibus, Deo ita disponente ab eorum dominio rebellarunt, quod diuinæ misericordiæ maximum argumentum est. Nam si postquam homo mandatum præuaricatus est, integer illius mansisset honor, haud facile a lapsu destitisset. Quandoquidem cum obedientes, & inobedientes pari dignitate fruuntur, malitiæ assuefiunt magis, quàm statim ab ea desistunt. Tu autem charissime, & misericordiam Dei ineffabilem considera, quomodo Adam totum mandatum subuerterit, & totam legem transgressus sit; misericors autem Deus bonitate sua nostra vincens delicta, non omnem honorem abstulerit, neque toto deiecerit principatu: sed ea dumtaxat animalia æ nostra potestate alienauerit, quæ non multum ad huius vitæ vtilitatem nobis conducunt; quæ vero vitæ nostræ multum seruiunt & vtilia, & necessaria ea in seruitute & subiectione sua reliquerit. Dedit itaque nobis boum armẽta, vt aratrum trahamus, seramus, terram sulcemus, dedit & subiugalium multa genera, vt nos adiuuent ad vtilia quæque conuehenda. Dedit ouium greges, vt haberemus quæ ad vestiendum nos suffi cerent. Dedit & alia animantium genera, vnde multa nobis suppeditantur commoda. Nam puniens hominem ob inobedientiam suam dicebat, In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Vt ne sudor & labor hic noster intolerabilis foret, sudoris molestias & laboris onus alleuiauit iumentorum multitudine, quæ vna nobiscum laborant & ferunt molestias, idem faciẽs quod benignus & prudens paterfamilias, qui flagellato seruo, etiam curam quandam congruam flagellis adhibet. Nam vt condemnauit peccatorem Deum, leniorem etiam condemnationem esse voluit, quia ad laborem & sudorem adiudicatio subsidiaria fecit multa brutorum genera. Atque ita quod honorem nobis dedit, & abstulit, & bestiarum nobis metum immisit, & omnia (si quis diligẽter & cordate inquirat) offendet plena sapientiæ, prouidentiæ, & misericordiæ.

4 Hom. 9. in Gen. to. 1.

5

IDEM

6 IDEM explicans illa verba : Et vocauit
Homil. 17. Dominus Deus. Adam, & dixit illi, Adam vbi es, sic habet: Vide in breui hac dictione quanta vis recondita sit. Et ipsum vocare magnæ, & ineffabilis est misericordiæ, tum ob benignã interrogationem, quæ erubescentem, & neque os aperire, neque linguam mouere audentem animabat, tum quòd ipsum dicere vbi es, plurimã habet misericordiæ vim. Significat enim quasi ita diceret ad illum, Quid factum est? In alio te loco reliqui, in alio te inuenio, alia gloria vestitum te reliqui, nunc in nuditate te inuenio. Vnde tibi hoc accidit? Quis te in tantam induxit vicissitudinem? Quis latro vel fur, sic semel omnes diuitiarum substantias auferens, in tantam te inopiam deduxit? Quæ repentina hæc mutatio? Quæ tempestas ita subito omnes tuas merces demersit? Quid accidit quòd ab eo qui tanta tibi beneficia præstitit, & in tantum honorẽ te euexit occultari attentas? Num adstat tibi qui accuset? Num premunt testes? Vnde tanta formido, tantusque metus te inuasit? Post respondenti Adam, Tuã vocem Domine audiui, & abscondi me, ait Dominus. Et vnde scis, quia nudus es? Cum posset Dominus ne respõso quidem dignari eum, qui peccauerat: sed statim pœnam infligere, quam prius statuerat præuaricaturo. Longanimis tamen est & interrogat, & responsum accipit; & iterum interrogat, vt arrepta occasione etiam post tantam prꝫuaricationem, suam erga illum misericordiam declaret.

7 IDEM sic ait: Post peccatum exclusit Do
Homil. 18. minus Adam de paradiso, in quo ostẽdit simul cum flagello misericordiam. Et vt hoc discamus oportet verba diuinæ Scripturæ considerare; Et nunc, inquit, ne quando extendat manum, & accipiat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum. Nam quia magnæ intemperantiæ, inquit, indicia exhibuit, præuaricãdoq. mandatum mortalis factus est, ne nunc & lignũ quod vitam præbet continuam attingere audeat peccaturus perpetuo, satius fuerit hinc ipsum eijci; ita vt magis prouidentiæ, quàm indignationis fuerit illa eiectio. Hic enim mos est Domini nostri, vt puniens non minus quàm benefaciens, suam erga nos declaret prouidentiam. Quippe & hãc pœnam admonitionis gratia nobis irrogauit. Quia vtique si scisset nos, non peiores fieri impune peccãdo, neutiquam vltra punisset, sed vt reprimat nostrum ad deteriora progressum, & tollat malitiam vlterius grassantem, suam seruando misericordiam punit. *Infra*: Eiecitq. Dominus Deus Adam, & habitare fecit eum e regione horti deliciarum.

8 Animaduerte quòd Dominus nosterin singulis operibus, misericordiæ argumentum ostendit, & singulæ pœnarũ species bonitate plenæ sunt. Non enim hoc solum misericordiæ & benignitatis argumentum erat, quòd eijciebat; sed & quòd contra paradisum illũ habitare faciebat, vt iugem dolorem haberet, quotidie cogitans, vnde exciderit, & in quem statum se cõiecerit. Et quamuis grauissimi doloris spectaculũ erat, est tamen magnæ vtilitatis occasio, vt dolens continuo aspectu munitior & cautior esset in alijs, ne iterum in ea peccata incideret, qui hominis (vt plurimum) mos est. Itaque tanta rerũ mutatione docemur, & a quibus excidimus, & quibus nosipsos malis iniecimus. Itaq; quod prope & e regione paradisi nos habitare iussit, nostri curæ signum fuit, vt & spectando memor esset, & inde lucrum faceret, & neque immodica viuendi cupiditate concupisceret, neque foris existens de ligno comedere præsumeret.

9 IDEM explicans illa verba Genesis 6. Et
Homil. 22. erat Noe annorum quingentorum, ait: Porro obstupescenda est ineffabilis misericordia Dei. Ecce enim quingentis annis vixerat iustus ille clamans, & testificans suo nomine futurnm per vniuersum orbem diluuium, ob nimias hominũ malitias, & neque sic a malitijs abstinere voluerunt. At misericors Deus, neque post tantum vaticinium, neque post tot annorum numerum pœnam inducit, sed denuo suam aucturus longanimitatem, & alios nõ paucos annos suæ tolerantiæ adiungit. Neque enim ideo produxit humanum genus vt puniret, sed plane e diuerso, vt donaret nobis innumera bona, quibus frueremur. Et propterea ipsum vbique videsse stantem, & moras nectentem in pœnis infligendis.

10 IDEM ait: Imperat iusto vt fabricet ar-
Homil. 24. cam. Volebat enim illos qui tam grauiter peccarãt fabricatione arcæ admoneri, vt secum cogitarent quæ fecissent, resipiscendoq. indignationem non experirẽtur. *Infra*: Ego autem inducam diluuium super terram. Etiam nunc pro sua misericordia indignationem bonitate temperat talem pœnam infert, quæ sine dolore sit, & nõ sentiatur. Et quia video vlcera eorum incurabilia, sistere volo malitiæ fluenta, vt ne grauioribus pœnis obnoxios se faciãt. *Et infra*: Adhuc septem dies sunt, & ego induco pluuiã super terram &c. Attende obsecro etiam ex ijs quæ nunc dicta sunt bonitatis diuinæ excellentiam, quomodo post tantam longanimitatem, etiam nunc ante septem dies prædicit, volens metu emendatiores illos reddere, & ad pœnitentiam reducere. *Infra*: Inducam pluuiã quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Quid? Non erat ei possibile vt vno die totam pluuiam induceret? Quid inquam vno die? Vno momento posset, sed hoc dedita opera facit volens simul & timorem incutere, & occasionem præstare, qua possent pœnam effugere. Et delebo (inquit) omnem substãtiam quam feci a facie terræ vsque ad pecus; vide quomodo & semel & iterum prædicit, & neque sic sibi supplicatur.

11 IDEM explicans illa verba: Erunt autem
Homil. 36. dies eorum anni centumviginti, ait, hoc est dicere, Adhuc longanimis ero, etiã post quingẽtos illos annos, in quibus iustus iste suo nomine satis admonet, & inducit; siquidem attendere vellent, quo & a malitia desistant, & virtuti vacent. Verumtamen & nunc polliceor me annos centumuiginti longanimem futurum, vt tempore

tempore hoc, quod intercedet non abutantur, malitiam fugientes. Et non solum contentus fuit centum & viginti annorum promissione, sed iusto præcepit, vt arcam construeret, quo & ipse aspectus arcæ ijs sufficientem memoriã suggereret, & nullus ignoraret inferendæ pœnæ magnitudinem. Nam istuc ipsum quòd iustus ille, & qui in summum uirtutis peruenerat fastigium, tanto studio extruebat arcam satis esse debebat ad inijciendum omnibus, quibus mens erat angorem & formidinem, & persuadendum, vt placent tam mansuetum & misericordem Dominum. *Infra*: Iam si forte quis quærat, quare cum dixerit Dominus centum uiginti anni erunt dies eorum, promiseritq. se tanto tempore longanimitate usurum, antequam impletentur anni promissi uniuersale
12 introduxit excidium? Etiã hoc suæ misericordiæ maximum est argumentum & indicium. Nam quoniam uidit quotidie incurabiliter illos peccare, & non solum nihil ex indicibili lõganimitate sua proficere, sed & increscere ulcera; propterea succidit tempus, vt ne maiori scilicet pœnæ se obnoxios facerent. Nam sicut eis qui admonitionibus suis prompte parent ob bonitatem sibi peculiarem, sententias suas reuocat, & conuersis appropiat ab imminentibus pœnis eos liberans; ita quoque cum promittit, uel bona aliqua se præbiturum, uel pœnitẽtiæ tempus; uidet autem fieri indignos
Hier. 18. etiam tũc quoque suas promissiones rescindit. Quocirca & per Prophetam dicebat. Finem loquar super gentes & super regna, vt perdam & effodiam, & si pœnitentiam egerint, agam & ego pœnitentiam, super his quæ locutus sum vt facerem. Vidisti quomodo & a nobis occasionem accipit tam misericordiæ, quam erganos declarat, quàm indignationis? Idcirco etiam nunc tempus resecat, cuius longitudine
Rom. 2. abutebantur. Beatus quoque Paulus ad stupidos illos Romanos dicebat. An diuitias bonitatis eius contemnis &c. Et thesaurizas tibi irã in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei? Vbi clare nos docuit, quòd qui longanimitate Dei ad pœnitentiam nobis cõcessa abutuntur, maiori pœna & supplicio semetipsos dignos faciunt? Hi autem, qui in centum annis conuerti noluerunt, quid amplius proficerent ex annis viginti, quàm quod plura adijcerent peccata?

13 IDEM docens misericordiam, qua Domi
Rom. 7. ad Populũ Antiochẽ. to. 5. nus vsus est, quando Adam voluit punire, ait: Non dixit o scelerate, & sceleratissime tali apud me beneuolentia potitus, tanto decoratus regno, & omnibus terrestribus nullo ex merito prælatus, & meæ curæ pignora per opera, & veram prouidentiæ probationem assecutus, improbum dæmonem, & pestiferum tuæ salutis inimicum Domino & tutore, cui crederes diuitem, quale ego? Nonne cælum propter te creauit, terram, mare, solem, lunã, & stellas omnes? Non enim vlli angeli his creaturis indigebant; sed propter te, & requiem tuam, talem, & tantum feci mundum. Et tu nuda verba & promissionem falsam, & pollicitationem fraude plenam, fide digniorem esse ratus, teipsum illi tradidisti, measque leges conculcasti. Hæc & his plura læsum par erat dicere; sed non ita Deus, sed omnino per contrarium. A prima enim voce ipsum statim erexit, & iacentem, & timentem confidere fecit, prior eum vocans ipse, quinimmo non tantum prior vocans, sed etiam ex suo ipsum nomine appellans, & dicens. Adã *Gen. 3.* vbi es? Amorem suum, & multam circa ipsum 14 curam ostendit. Iam enim omnes nostis, quòd hoc est legitimæ amicitiæ indicium, sicut vicissim odio habentes, nec nomina eorum, qui se læsere, tolerant commemorari. Ideo Saul nullam quidem iniuriam passus; multas vero & magnas iniurias in Dauid machinatus; postquam ipsum oderat, nec illius appellationem commemorare tolerabat, sed cõsidentibus omnibus, postquam non venisse vidit, non dixit, vbi est Dauid, sed vbi est filius Isai. Et iterum *1. Reg. 20* Iudæi in Christo idem faciunt, quoniam enim *21. 23.* ipsum auersabantur, non dixerũt, Vbi est Chri- *Ioan. 7.* stus, sed vbi est ille. Sed Deus & in hoc demonstrare volens, quòd nec peccatum amorem extinxit, nec inobedientia suam in ipsum beneuolentiam sustulit, sed adhuc prouidet & curam gerit lapsi, inquit. Adam vbi es? non ignorans *Gen. 3.* vbi moraretur, sed quoniam his qui peccauerunt os confutum est, peccato linguam auertẽte, & conscientia ipsam cohibente, volẽs Deus ipsum in fiduciam elicere per colloquium, vt confidere faceret, & in eorum, quæ admiserat purgationem inducere; vt aliqua frueretur venia, ipsum prior ipse vocauit expellens timorem, osq. per hanc aperiens appellationem. Si vero vnum & breue verbum tãtam Dei curam demonstrauit, quid si omnem vobis sententiam legeremus, & integra explicaremus monumenta?

15 HIERONYMVS ait: Scriptum est in
Lib. 1. contra Pelagianos to. 2. *Psal. 103.* *Esaiæ 1.* Psalmo: Deficiãt peccatores a terra, & iniqui, ita vt non sint. Et in Esaia comburentur iniqui, & peccatores simul, & qui relinquunt Deũ consummabuntur, & non intelligis comminationem Dei interdum sonare clemẽtiam? Non enim dicit æternis ignibus exurendos, sed a terra deficere, & iniquos esse cessare. Aliud enim est ipsos a peccato, & iniquitate desistere, & aliud ipsos perire in perpetuum, & æternis ignibus concremari.

16 IDEM sic ait: Illo tempore, quo supplicia
In epist. ad amicũ ægrotum de viro perfecto to. 9. merebamur, argumentum saluationis ostẽdit: vt intelligere possemus quantum valeret præstare non læsus, qui tantum donaret iratus. In primo ergo homine, vt loquebatur statim nobis iudiciarium spopondit auxilium, statim de bono thesauro, bona produxit, statim ignotum ipsis angelis sacramentum, quod implendum esset in nouissimo tempore publicauit, & terreno Adæ, Adam promisit e cælo; nam cum serpentem pro merito suo maledicto fulminaret, iubet eum terram pro cibo habere, supra ventrem repere. Et quoniam mortem illam ipse fecisset,

Gen.3. feciſſet,addidit. Et ponam inimicitias inter te & mulierem,& inter ſemen tuum,& ſemen mulieris, ipſa calcabit caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius. Semen mulieris, non aliud quàm Chriſtum accipio, de quo Apoſtolus dicit. Factum ex muliere,factum ſub lege; Materq. Domini in illa iam muliere promiſſa eſt. Hæc inimicitijs oppoſita eſt ſerpentis. Et ne ad Euam hoc pertinere videretur, nõ dixit, pono, ſed ponam, illam vtique mulierem, quæ Saluatorem parturiat, non quæ generet fratricidam.

17 Lib.1. in c. 3. Hierem. to.4. IDEM explicans illa verba: Aſcendite muros eius,& diſſipate, conſummationem autem nolite facere,ſic habet:Dixerat Dominus. Numquid ſuper his non viſitabo, dicit Dominus,& in gente tali non vlciſcetur anima mea, & poſt imperat gentibus, vt aſcendant muros Hieruſalem, & diſſipent eam; conſummationem autem non faciant, vt ſaluentur reliquiæ, & ſit qui annunciet in gentibus gloriam Dei, ſeueritatiq. miſcet clementiam. Quodque intulit auferte propagines eius, ſiue ſuſtentacula, omnia tolli auxilia iubet,quæ ſuo vitio perdidit, eo quòd prævaricata ſit in Deum domus Iſrael. Audiat hoc Eccleſia quòd cito muri, & propugnacula diſſipentur eorum, qui non habent ſpem in Domino,& præuaricantur in eũ, ſed tamen non fiat conſummatio propter clementiam iudicis, & non propter merita delinquentium.

Dei miſericordia iugis & ingens eſt in homines,licet afflictionis iuuamen ipſis afflictis videatur tardum. Cap. VII.

7 Homil. 23. in Numeros to.1. ORIGENES explicans illa verba cap.28. Et locutus eſt Dominus ad Moyſen: Præcipe filijs Iſrael,& dies ad eos.Munera mea, data mea, hoſtias meas in odorem ſuauitatis obſeruate,vt offeratis in diebus feſtis meis (quæ verba lectio noſtra vulgata non habet) ſic habet: Habet Deus dies feſtos ſuos. Eſt enim ei magna feſtiuitas humana ſalus.Ego puto quòd per ſingulos quoſque credentium, per ſingulos qui conuertũtur ad Deum,qui proficiũt in fide,feſtiuitas oritur Domini.Quomodo putas lætificat eum,cum is qui fuerat impudicus, fit caſtus, & qui fuerat iniuſtus, iuſtitiam colit, & qui fuerat impius, efficitur pius? Iſtæ omnes ſingulorum quorũque conuerſiones, feſtiuitates generant Deo. *Infra*:Cauſas feſtiuitatis & lætitiæ nos Deo damus, dum ſuper terram ambulantes conuerſationem habemus in cælo. Sed ſicut boni actus noſtri,& virtutum profectus, lætitiã, feſtiuitatemq. Deo gignunt:ita vereor ne mala conuerſatio noſtra, non ſolũ terris, ſed & cælo lamentationes inducat,& luctus,& fortaſſis ipſi Deo luctum incutiant humana peccata. Aut non lugentis eſt illa vox,cum dicitur: Pœnitet me, quia feci hominem ſuper terram? Sed & illa Domini & Saluatoris noſtri in Enãgelio: Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas,& noluiſti? Sed & illa humanũ genus lamentantis Dei vox eſt, qua dicitur per Prophetam. Heu me,quoniam factus ſum ſicut,qui congregat ſtipulã in meſſe & racemos in vindemia, quia nõ eſt ſpica, neque botrus ad edendum. Hei mihi anima,quoniam perijt reuertens a terra,& qui corrigat in hominibus non eſt. Domini ſunt iſtæ voces humanum genus lugentis. Ipſe enim venit ad colligendam meſſem, & inuenit ſtipulam pro meſſe, & uenit ad colligendam vindemiam; ſed inuenit racemos paucos pro vindemia. *Infra*. Hic ergo vbi de muneribus mandatur, vbi adhuc nulla peccata ſunt,dies feſtos meos dicit: Vbi autem peccatum eſt,nõ meos, ſed veſtros dies dicit Dominus, dicens neomenias veſtras,& feſtiuitates veſtras odiuit anima mea. Hæc autem omnia, in quibus vel lugere, vel gaudere, vel odiſſe, vel lætari dicitur Deus, tropico & humano more intelligenda ſunt.

Gen.6. Matt.23. Michæ.7.

3 Serm. de Adam Sodomitis, & Acab to.1. CHRYSOSTOMVS ait: Manifeſta eſt Dei lenitas, & vel ex his ſaltem initijs, quæ humano generi demonſtrata ſunt,cum Deus legem dedit primo homini, & legiſlator ab illo contemptus eſt,non fulmine illum vltus eſt,nõ induxit quam minatus eſt ſententiam,ſed finxit quaſi indignabundus ſtrepitum,ita vt Adam ceſſeris fugæ tempus haberet, interrogationeque inſtrueretur. Itaque cum in media fuga eſſet, Deus adſtans clamabat. Adam vbi es? Simulat ſe non videre quem fugerat. Vbi es? Vbi imago mea primum formata? Vbi paradiſi pretioſiſſimus ornatus? Vbi manuum mearum artificium? Vbi imago regni mei nuper depicta? Vbi nunc familiaris meus amicus? Compare non audentem animat, mortuum ad verba adhortatur. Palpat voce quaſi febre laborantẽ, vt dicto morbo, valetudinario ſe committat. Nomine vocat occultatum, vt vocationis mansuetudine animetur,& timore mortuus,cogitationes refocillabundas aſſumat? Adhuc me vt pater aduocat, & vt prævaricatorem non perdit iniudicatum? Nondum implet ſententiam, quam antea minatus eſt; ſed dat reſponſis locum? Propter hoc figura huius interrogationis, qua ſimulat Dominus neſcire quod geſtum eſt, vtitur Deus, vt cum ſeipſum, redarguat, ille diſcat Domini ſuauitatem, a ſeipſo quidem amictus nuditate, a Domino autem tecta eius turpitudine. Et quid diuinam bonitatem, quæ ſe in omnia ſæcula, & populos effundit, in vnum tempus concludo? Manſuetus enim eſt, & etiam inimicis miſericors. Et alibi prior etiam occurrit, vt conciliet inimicos, & vt ament hi, qui impegerant, ſtudet artibus quibuſdam efficere. Ex multis autem vnam hanc narrabo. Iſraelitas electos, variis miraculorum operationibus fouebat, & præ-

& præclaros,præ omnibus monſtrabat,omnem (vt ita dicam)creaturam propter illos alterãs, & elementorũ miniſteria mutans defluã oſtendens petram, præparans terram in abſorptionem,retrocedere faciens ſolem ad occaſum feſtinantẽ,regulas naturæ nouas præſcribẽs,eaq. omnia in gloriam ingrati Iſraelis. Cum vero idolis ſeruire cœperunt peſſime retribuentes Deo; habuit quidem ad vltionem fulmina, ſed natura ad mititudinem vergebat. Abſtinebat quidem ab vltione omniũ, ſed curabat vt amaretur ab his, qui offenderant, Hieremiam mediatorem facit: Vade, inquit, & lege ſermones iſtos, & dices eis, conuertere ad me peregrinatio Iſrael, & non iraſcar vobis in æternum. Tantum apud illum eſt miſericordiæ pelagus.

Cap.3.

3 Homil.2.in pſal.50. IDEM explicans illa verba: Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuã, ſic habet: Miſericordia tua,ait regius Prophe-ta, inæſtimabilis eſt,omnem excedens ſermonem,peccatorum cõſolatio, iuſtorum cautela. Iuſti miſericordia indigent,vt ex peccatoribus iuſti fiant,& iuſtificati iuſti maneant. *Infra*:Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam. Dixiſti magnam,edicito quantam. Quanta ſit neſcio,quòd grandis eſt noui. Quantum autem non valeo apprehẽdere,neſcio magnitudinis quantitatem, non comprehenditur verbo. Video namq. fructũ miſericordiæ grandem. Niſi enim in immenſum extẽderetur,admodum pauci ſaluarentur. Miſerere mei Deus. O portus omni tempeſtate carens! O portus omni tranquillitate plenus! Si impius es,cogita publicanum, ſi immundus es attende meretricem, ſi homicida es perſpice latronem, ſi iniquus es cogita blaſphemum, conſidera Paulum prius perſecutorem,poſtea annunciatorẽ. Nolo mihi dicas,Blaſphemus ſum, nolo dicas perſecutor ſum,immundus ſum. Habes omnium oſtenſiones,in quem volueris portũ confugito, vis in nouum,vis in veterem? In veteri Dauid, In nouo Paulum. *Infra*: Quid eſt peccati ad Dominũ miſericordiam? Tela araneæ,quæ vento flante nuſquam comparent.

6 Homil.46. in Matth. to.2. IDEM explicans illa verba Matthæi: Hieruſalem Hieruſalem quoties volui congregare filios tuos,quemadmodum gallina &c. ſic ait: Miſerabili lamentatione plangebat Iudæos dicens, Hieruſalem Hieruſalem. Nam Deus inuitus compellitur cum magno dolore peccatores damnare. Non enim ſic dolet, quia ipſe ab eis offenditur, ſed quia quaſi violenter cogitur perdere aliquem,qui omnes cupit ſaluare. Nã quemadmodum in nobis alienum eſt benefacere, ſic & Deo contra naturam eſt malefacere, aut perdere. Sed dicet aliquis,cum in poteſtate habeat Deus perdere & ſaluare,quis eum inuitum compellit condemnare,ſi non vult? Tu qui non deſideras miſericordiã Dei. Sed dicis,quis eſt homo qui nõ deſiderat miſericordiam Dei? Tu qui permanes in peccato. Deſiderare autẽ miſericordiam Dei,eſt conuerti ad Deum. Ille enim deſiderat miſericordiam Dei, qui timet iram eius. Qui autem non timet iram eius, non deſiderat miſericordiam eius, ſed contemnit. Hieruſalem Hieruſalem, quæ vſque nunc luctata es contra miſericordiam meam tuis peccatis: nunc autem ipſam ſuperaſti. Volo enim te miſereri, ſed vires miſericordiæ faciendæ non habeo. Inceſſabilibus enim iniquitatibus tuis miſericordia mea quaſi iam laſſata a propoſito ſuo defecit. Quæ occidis Prophetas &c. Miſi ad te Eſaiam, & ſeraſti eum, miſi ad te Hieremiam & lapidaſti eum,miſi Ezechielem & tractum ſuper lapides excerebraſti eum. Quomodo curabo infirmitatem tuam, quæ omnem medicinam conculcas. Sanctis meis non peperci,vt tibi parcerem peccatrici. Illorum vitam neglexi,ne tuã mortem viderem? Si de morte tua gauiſus fuiſſem, numquam ad te miſiſſem Prophetas. Si te perdere voluiſſem,numquam ad te ego ipſe veniſſem. Ego tibi quid faciam, ſi tu ipſa viuere non vis?

7 Libro 1. de prouidẽtia Dei to. 5. IDEM ſic habet: Omnes nos Dei benignitatem, neque cogitatione comprehendere, neque narrare poſſibile eſt. Eorum tamen quæ nouimus ſummam dicturus ſum. Nempe enim poſt adeo inſignem contumaciam, poſt talem inobedientiam, poſt tanta ſcelera, cum iam orbis totus tyrãnide peccati premeretur, cum extrema iam luenda pœna eſſet, cum delẽdum omne mortalium genus, nomenque ipſum hominum merito expectari poſſet,tum vero maximum omnium beneficium & clementiam oſtendit Vnigenitũ ſuum pro inimicis,pro alienatis a ſe, pro ſe odientibus, atque aduerſantibus morti tradens, ac per eum reconciliationem noſtram operans, cælorumque regnum, aliaq. bona innumera nobis ſe daturum ſpondens, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis aſcenderunt. Quid igitur huic diſpenſationi, huic bonitati, huic clementiæ comparari, aut ſimile excogitari poſſit? Propterea & ipſe dicebat: Quantum diſtat cælum a terra, tantum diſtant viæ meæ a vijs veſtris, & cogitationes meæ a cogitationibus veſtis. Dauid quoque mitiſſimus, cum de clementia illius loqueretur,aiebat: Secundum altitudinem cæli a terra corroborauit miſericordiam ſuam ſuper timentes ſe. Quantum diſtat ortus ab occidente longe fecit a nobis iniquitates noſtras. Quomodo miſeretur pater filiorum,miſertus eſt Dominus timentibus ſe. Quod non comparans dicit. Quæ enim humana clementia diuinæ bonitati conferri poteſt? Sed quia exemplũ ſummæ affectionis nullum nos maius nouimus,quàm patris ad filios. Niſi fortaſſis Eſaias, maius aliquid docuit,qui matris potius exemplo vſus eſt, quæ erganatos ſuos longe miſericordius afficitur,quàm pater. Dixit enim numquid obliuiſcetur mater infantuli ſui, vt non miſereatur filio vteri ſui? Sed etſi illa oblita eius fuerit, ego tamen tui non obliuiſcar, dicit Dominus: Oſtendens Dei miſericordiam affectus omnes naturales longiſſime excedere. Et Propheta quidem ſic,

1.Cor.2. Eſaiæ 55. Pſal.102. 8 Eſai. 49.

ipse autem Dei Filius cum Iudæis loqueretur, *Matt. 7.* aiebat: Si autem vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris, quanto magis Pater vester cælestis dabit bona petentibus se? Nihil profecto aliud per ista significans, nisi tantam esse diuinæ prouidentiæ, & gubernationis paternæ differentiam, quantum interest inter bonos & malos. Verum neque hactenus iterum stes velim, sed mente ad interiora progredere. Nam id quoq; pro captu & modo tuo dictũ est, quippe cuius nõ est finita intelligentia; bonitatem quoque & clementiam fine nullo terminari necesse est. Quod si hanc per singula quæ fiũt non perspicimus, & hoc signum illius infinitatis est. Plurima enim & magna quotidie pro nostra salute disponit, quæ sibi soli sunt cognita. Quia enim sola bonitatis suæ gratia mortalibus per omnia prospicit, nihil nostris indigẽs laudibus, nullaq. alia remuneratione opus habens, plurima nos latere permittit.

9 In orat. de B. Philogonio. IDEM, Est hæc sentẽtia: Benignus est Deus, & quemadmodum parturiens cupit eniti fetum, ita & ille cupit effundere suam misericordiam. Sed obstant peccata nostra. Diruamus igitur maceriam.

10 Epist. 49. quæ est ad Cyprianũ. to. 3. HIERONYMVS explicans illa verba Psalmi 89. Conuertere Domine vsquequo, & deprecabilis esto super seruos tuos, sic ait: Quod infert vsquequo, illam habet intelligentiam, quam in duodecimo Psalmo diximus: Vsquequo Domine obliuisceris me in finem. Qui enim in angustia constitutus est, serum ei videtur Dei auxilium; & propterea impensius deprecatur, vt cito adiutorem Deum sentiat, & nequaquam iratum iudicem, sed placatum. Imple nos matutina misericordia tua, & exultauimus, & delectati sumus omnibus diebus nostris.

11 Lib. 10. in c. 30. Esaiæ to. 4. *Psal. 12.* IDEM explicans illa verba: Ecce nomen Domini venit de longinquo (vel vt septuaginta interpretes verterunt) venit post tempus multum, sic ait: Pulchre post multum tempus venire dicitur, loquente humana impatientia, Vsquequo Domine obliuiscris me in finem, quamdiu auertis faciem tuam a me?

12 Lib. 18. in c. 65. IDEM explicans illa verba: Ecce ego, ecce ego ad gentem, quæ non inuocabat nomen meum. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum qui graditur in via non bona post cogitationes suas, populus qui ad iracundiam prouocabat me, sic habet: Hoc quod superius dictum est. Apparui his, qui me non interrogabant, inuentus sum ab his, qui me non quærebant, Apostolus Paulus scribens ad Romanos, cum super gentiũ persona exposuisset, adiecit. Ad Israel autem dicit: Expandi manus meas ad populum incredulum, & contradicẽtem, qui cum beneficijs Domini vinceretur, & vltra hominem signa conspiceret, aiebat. Samaritanus es tu, & dæmonium habes, & multa alia quæ longum est texere. Denique cum ille in cruce extenderet manus ad populum non credentem, & diceret. Pater ignosce illis, quod enim faciunt nesciunt, illi e regione dicebant. Vah qui destruit templum Dei &c. alios saluos fecit &c. Possumus expansas manus & in largitate donãtis accipere, quod nihil eis petentibus denegarit, sed statim rogãti leproso reddiderit sanitatem, & cæcus a natiuitate acceperit oculos. Significant expansæ manus & parentis clementiam suos filios in sinu recipere gestientis.

Rom. 10. *Ioan. 8.* *Luc. 23.* *Matt. 8.* *Ioan. 9.*

13 Lib. 1. in c. 1. Hieremiæ. IDEM explicans verba illa: Factum est verbum Domini ad Hieremiam in diebus Iosiæ &c. Vsque ad transmigrationem Hierusalem in mense quinto, ait: Vide clementiam Domini admirabilem, quòd iam captiuitate vicina, & Babylonio exercitu vallante Hierusalem; nihilominus populum ad pœnitentiam prouocat, malens seruare conuersos, quàm perdere delinquentes.

14 Lib. 3. in c. 8. Ezech. IDEM exponens illa verba: Et vidi, & ecce similitudo quasi aspectus ignis &c. & sursum quasi aspectus splendoris, ait: Pro splendore auram Theodotion transtulit, vt in supernis Dei refrigeria demonstret. Denique & in regum volumine beatus Elias aduentum Domini, non in tempestate contemplatur, & turbine, non in ignis ardoribus; sed in aspectu auræ tenuis, atque leuissimæ vt Dei omnipotentis mansuetudinem comprobaret.

15 In exposit. psal. 76. to. 7. IDEM exponens illa verba: Numquid continebit in ira sua misericordias suas: Meditatus sum nocte cum corde meo (aiebat Dauid) & scopebam spiritum meum. Numquid in æternum proijciet Deus? Hæc erat tota cogitatio mea, Deus hominem fecit de terra, & promisit ei vitam æternam, quomodo ergo de paradiso eiectus est? Et non adijciet vt complacitior sit adhuc, hoc est vtramque generationem proijciet, & prioris populi & sequentis. Etsi proiecerat Iudæorum populum, numquid & gẽtium proijciet? Aut continebit in ira sua misericordias suas? Non potuit pulchrius dici, quamuis se teneat vt nõ misereatur, tamen vincit illum misericordia sua. Hæc mutatio dexteræ excelsi, vt Dominus misereatur, vt det gratiam suam vniuerso mundo, vt non retineat in ira sua misericordias suas, hæc mutatio dexteræ excelsi. Nisi dextera eius, hoc est Filius eius mutatus fuerit, & hominis corpus acceperit, nos misericordiam accipere non possumus.

16 In Psalm. 108. IDEM exponens illa verba: Et oratio eius fiat in peccatum, sic habet: Pœnitentia Iudæ peius peccatum factum est. Quomodo peius factum est? Iuit & suspendio perijt, & qui proditor Domini factus est, hic & interemptor sui extitit. Pro clementia Domini hoc dico, quia magis ex hoc offendit Dominum, quia se suspendit, quàm quòd Dominum prodidit.

17 Lib. cui titu los est Enchiridiõ ad Laurentiũ. 1. Tim. 2. AVGVSTINVS explicans illa verba Pauli: Qui vult omnes homines saluos fieri, ait: Omnes homines vult Deus saluos fieri, hoc est omne genus hominum, per quascũque differentias distributum, reges, priuatos, nobiles, ignobiles, sublimes, humiles, doctos, indoctos, integri corporis, debiles, ingenioſos, tardicordes, fatuos,

fatuos, diuites, pauperes, mediocres, mares, feminas, infantes, pueros, adolescentes, iuuenes, senes, in linguis omnibus, in moribus omnibus, in artibus omnibus, in professionibus omnibus, in voluntatum & conscientiarum varietate innumerabili constitutos, & si quid aliud differentiarum est in hominibus.

18 Libro 1. de Genesi ad literam. IDEM sic ait: Prius dixerat Moyses, terra erat inanis & vacua, & tenebræ erant super faciẽ abyssi, & statim addidit. Et spiritus Domini ferebatur super aquas: Quoniã cum commoraretur imperfecta creatura, spiritus Dei, in quo eius sancta beneuolẽtia, dilectioq. intelligitur superferri dictus est, ne faciendo opera suã per indigentiæ necessitatẽ, potiusquam per abundantiã beneficentiæ Deus amare putaretur. Cuius rei memor Apostolus, dicturus de charitate supereminentẽ viam demonstraturũ se, ait. Et in alio loco supereminentem scientiæ charitatem Christi. Postea autem rebus ex illa inchoatione perfectis, atque formatis, Vidit Deus quia bonum est, placuit enim quod factũ est in ea benignitate, qua placuit vt fieret. Duo quippe sunt, propter quæ amat Deus creaturã suã, vt sit, & vt maneat. Vt ergo esset quod maneret, spiritus Dei superferebatur super aquã, vt autem maneret, vidit Deus quia bona est.

1. Cor. 12. Ephes. 3.

19 In libro de spiritu & anima. IDEM sic ait: Nemo de Dei pietate diffidat, quoniã maior est eius misericordia, quàm nostra miseria, & quisquis ad eũ toto corde clamauerit exaudiet illum, quoniã misericors est. Tardius siquidem ei videtur peccatori veniam dare, quàm ipsi peccatori accipere. Sic enim festinat absoluere reum a tormento conscientiæ suæ, quasi plus eum cruciet passio miseri, quàm ipsum miserum compassio sui.

20 Lib. Quæstionum ex vtroque testamento. to. 4. IDEM explicans illa verba Psalmi: Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris, inquit: Non ignorat quid postulet vir innocens. Sciens enim Deum frequenter in lege dixisse, quia misericors ego sum Dominus Deus vester, inde rogat, vt hæc fides maneat, & in sermonibus suis Deus iustificetur, dum in eo permanet quod locutus est. Nec peccatis hominum vincitur, vt non misereatur.

Psal. 50. Exod. 22.

21 Libde natura & gratia contra Pelag. to. 7. IDEM sic ait: Misericordia [illegible] præuenit, vt sanemur; subsequetur etiã, vt & sanati vegetemur. Præuenit vt vocemur, subsequetur vt glorificemur. Præuenit vt pie viuamus, subsequetur, vt cum illo semper viuamus, quia sine illo nihil possumus facere. Vtrumque enim scriptum est, Et Deus meus misericordia eius præueniet me, & misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ.

Psal. 58. Psal. 22.

22 In exposit. psal. 118. to. 8. IDEM explicans nomine Christi illa verba: Longe a salute mea verba delictorum meorum, ait: Quorum delictorum? De quo dictum est: Qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius? Quomodo ergo dicit delictorum meorum, nisi quia pro delictis nostris ipse precatur, & delicta nostra, sua delicta fecit, vt iustitiam suam nostram iustitiã faceret.

23 In psal. 24. IDEM explicans illa verba: Reminiscere miserationum tuarum Domine, & misericordiarum tuarum, quæ a sæculo sunt, inquit: Reminiscere operum misericordiæ tuæ Domine, quia tamquam oblitum te homines putant; & quia misericordiæ tuæ a seculo sunt. Hoc reminiscere quia misericordiæ tuæ a sæculo sunt, numquã enim sine illis fuisti, qui etiã peccantẽ hominẽ vanitati quidem, sed in spe subiecisti, & tot tantisq. creaturę tuæ consolationibus nõ deseruisti. Secundum misericordiã tuã memor esto mei Deus. Memor esto quidem mei non secundum iram, qua ego dignus sum, sed secundum misericordiam tuam, quæ te digna est.

24 In Psalm. 102. IDEM explicans illa verba: Quoniam secundum altitudinem cæli a terra corroborauit misericordiam suã super timẽtes se, sic habet: Confirmauit Dominus misericordiam suam super timentes se. Secundum quid? Secundũ altitudinẽ cæli a terra. Quid dixit? Si aliquando potest cælum abscedere a protectione terræ, aliquando poterit Deus non protegere timentes se. Attende & cælũ, vbique atque vndique protegit terrã, & nulla pars terræ est, quę non cælo protegatur. Peccant homines sub cælo. Faciunt omnia mala sub cælo, tamen protegũtur cælo. Inde lux ad oculos, inde aer, inde spiritus, inde pluuia ad terrã propter fructus, inde omnis misericordia a cælo. Tolle auxilium cæli a terra, statim deficiet. Sicut ergo protectio cæli permanet super terrã, sic protectio Dei permanet super timẽtes eũ. Times Deũ, supra te est protectio ipsius. Sed forte flagellaris & putas, quia deseruit te Deus, si deseruit protectio cæli terrã, quoniã secundũ altitudinẽ cæli a terra confirmauit misericordiam suam Dominus super nos propter protectionem; sicut miseretur pater filiorum, sic misertus est Dominus timentibus eum. Iam sæuiat quantum vult, Pater est, sed afflixit nos, sed contriuit nos, Pater est.

25 In lib. Soliloquiorum to. 9. *Psal. 43.* IDEM ait: Ego opus manũ tuarũ confiteor tibi in timore tuo, quia non in arcu meo sperabo, & gladius meus nõ saluabit me, sed dextera tua, & brachium tuũ, & illuminatio vultus tui, alioquin desperarẽ quoniã spes mea tu es, qui creasti me, quoniã non derelinquis sperãtes in te. Tu quippe Dominus Deus noster suauis & patiens, in misericordia disponẽs omnia. Nam si peccauerimus tui sumus, si nõ peccauerimus tui sumus, quoniã apud te sumus cõputati. Nos enim foliũ vniuersi, & vanitas est omnis homo viuens, & ventus est vita nostra super terram. Num Deus inæstimabilis fortitudinis cõtra foliũ, quod a vento rapitur, ostendere vis potentiã tuã, & stipulam siccã persequeris? Num dãnabis rex Israel æterne canem mortuum? Num damnabis culicem vnum? Audiuimus de misericordia tua Domine, quoniam tu mortem nõ facis, nec lætaris in perditione morientium. Si enim doles de perditione, quid te prohibet Domine qui omnia potes, ne semper læteris de nostra saluatione? In tua volũtate cũcta sunt posita, & nõ est qui possit resistere volũtati tuæ Domine vniuersorum principatum tenens, omnia cernis, & quæcũq; vis facis in cælo, & in terra, in mari, & in omnibus abyssis. Ne pereat ergo

Sap. 15. Psal. 38. Iob 7. 1. Reg. 24. Sap. 1.

26

hoc nobile plasma tuum. Et quis homo natus
Psal.88. de muliere qui viuat & non videat mortem, & eripiat animam suam de manu inferi, nisi tu solus eripias vita vitalis omnis vitæ, per quã omnia viuunt? *infra*: Recordare misericordiæ tuæ
Psal. 21. antiquæ, qua nos a principio in benedictionibus dulcedinis tuæ præuenisti. Antequã enim nascerer ego filius ancillæ tuæ Domine, spes mea ab vberibus matris meæ, tu me præuenisti præparans mihi semitas, quibus incederem, & venire ad gloriã domus tuæ. Spes mihi magna subest de te, mitissime princeps Deus meus, & consideratio multitudinis miserationum tuarum quæ apud te sunt, subleuat mentem meã, & præcedentia signa misericordiæ tuę, quæ me antequam nascerer præuenerunt, & nunc specialiter in me effulserunt, de futuris benignitatis tuæ melioribus, & perfectioribus muneribus, quæ amicis tuis reseruas, spem meam admonent, vt in te lætetur Domine Deus meus lætitia sancta & viua, qua semper lætificas iuuentutem meam.

27 In sermone S. Io. Bapt. *Ioan.1. Ioan.3.* BERNARDVS sic ait: Ibo ad Ioannem & audiam vocem lætitiæ, misericordię vocem, sermonem gratiæ, verbũ remissionis & pacis. Ecce, inquit, Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et alibi: Qui habet sponsam sponsus est. Ostendit igitur quia venit Deus, quia sponsus, quia agnus, quia Deus; certum est quòd peccata remittere possit. Vult etiã quia sponsus est, quia amabilis est. Et licet velit gloriosam sponsam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid eiusmodi; non tamen quærit talem. Vbi enim illam inueniret? Sed talem potius ipse facit, talem sibi exhibet ipse. Audi
Hiere. 3. denique quid dicat per Prophetã, Vulgo dicitur, Nũquid mulier, si dormierit cum altero viro, reuertetur ad virum suum priorem? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, & ego suscipiã te. Audi, agnus est in mansuetudine, venit cum lana, & lacte, solo verbo iustificans impium.

28 In serm. 2. de septẽ misericordijs. *Psal. 85.* IDEM ait: Misericordias Domini in æternum cantabo. Quis in nobis est qui non confiteri possit, quoniam misericordia tua magna est super me? Itaque de tanta multitudine miserationum Domini, septẽ ego in me video. Prima est quòd a multis peccatis me adhuc in sæculo positum custodiuit. Quis enim non videat, quòd sicut in multis cecidi, sic & in alia poteram cecidisse peccata, nisi omnipotentis pietas cõseruasset? Fateor & fatebor, nisi quia Dominus adiuuit me, paulominus cecidisset in omne peccatum anima mea. Et hæc quanta dignatio pietatis, quòd ingratum & paruipẽdentem, sic gratia conseruabat, quòd in multis cõtrarium, & cõtemnentem, nihilominus ab alijs benignissime protegebat? At secunda miseratio tua super me Domine, quonam poterit explicari sermone, quàm benigna, quam liberalis, quamq. gratuita fuerit? Ego peccabam, & tu dissimulabas. Non continebam a sceleribus, & tu a verberibus abstinebas. Prolongabã ego multo tempore iniquitatem meam, & tu Domine pietatẽ tuã. Sed quid prodesset expectatio, nisi sequeretur pœnitudo? Cumulus esset
Psal. 49. damnationis dicente Domino, Hæc fecisti & tacui. Tertia proinde miseratio fuit, quòd visitauit cor meum & immutauit, vt amara fierẽt,
29 quæ male dulcia prius erant, qui lætabar cum malefacerẽ & exultabam in rebus pessimis, inciperẽ demum recogitare ei annos meos in amaritudine animæ meæ. Et nunc Domine com
Psal. 50. mouisti terrã cordis mei, & cõturbasti eã, sana cõtritiones eius, quia cõmota est. Itaque & hęc miseratio quarta fuit, quòd pœnitentẽ misericorditer suscepisti, vt in eorũ numero inuenirer, de quibus Psalmista, Beati, inquit, quorum
Psal. 31. remissæ sunt iniquitates. Sequitur misericordia quinta per quã mihi continendi, deinceps & emendatius viuendi præstitisti virtutem, ne recidiuũ paterer, & esset nouissimus error peior priore. Omnino enim manifeste tuæ est (Domine Deus) & non humanæ virtutis, susceptum semel peccati iugum, a ceruicibus excutere: Quoniam omnis qui facit peccatum seruus est peccati, nec est liberari nisi in manu forti. Iam vero postquam in his quinque miserationibus a malo liberaueris, vt fiat quod scriptũ est, De*Psal.33.* clina a malo & fac bonũ, in duabus alijs bona largiris. Hæ duæ sunt gratia promerendi, quia videlicet munus bonæ cõuersationis indulges, & spes obtinendi, qua donas homini indigno, & peccatori de tua experta bonitate, vsque ad cælestia speranda præsumere.

30 In sermone de fragmentis septẽ misericordiæ. IDEM sic habet: Si factæ sunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, quanto magis diuinæ miserationes? Multo enim dulcius istæ sapiunt, reficiunt multo melius, ampliusq. confirmant cor hominis. Verũ multa nobis ex his pa
31 nibus cecidere fragmẽta. Primus panis, conseruatio gratiæ fuit, qua licet indignum me a multis peccatis adhuc in sæculo positũ custodiuit. Huius ergo tria teneo fragmẽta. Tribus siquidẽ modis a peccato me memini conseruatũ, occasionis subtractione, resistẽdi data virtute, affectionis sanitate. Multa enim in peccata facile cecidissem, si data esset occasio, sed Dei misera
Psal. 37. tione nõ me talis opportunitas apprehẽdit. In multa quoq; paulominus cecidissem graniter impulsus violẽtia tẽtationis, sed virtutẽ dedit Dominus rex virtutũ, vt sub me esset appetitus meus, & ei, quã sentiebam, cõcupiscentiæ mini me cõsentirem. Sed & a quibusdam tam longe me fecit miseratio tua Domine, vt penitus abominarer ea; & ne vlla quidem eorum me tentatio molestaret. Secundus panis fuit expectatio, qua tardabat vltionem, indulgentiam cogitabat. Et huius ergo panis tria fragmenta accipite cogitantes longanimitatem, quam exhibuit, electionem prædestinationis suæ, quam impleri voluit, & charitatem nimiam, qua nos dilexit. Propter hoc enim expectans
Psal. 39. expectauit me Dominus, & non intendit mihi, 31 sed oculos suos auertit a peccatis meis, quasi nolens aduertere quantum delinquerem. Propter hoc inquam dissimulabat, vt commen daret patiẽtiam suam, vt impleret electionem suam, vt confirmaret charitatem suam. De tertio quoque pane eius misericordiæ, qua conuertit nos ad pœnitentiam, tria frusta vobis appono. Tunc enim vt bene memini concussit cor meum excitãs illud, vt aduerteret suorum vulnera peccatorum, & vulnerum sentiret dolorem, etiam & terruit deducens ad portas inferi, & preparata iniquis supplicia monstrans. Et vt nihil iam noxiæ remaneret delectationis, meliorem mihi consolationem inspirans, spem indulgentiæ dedit. In his tribus ego conuersus sum, credo quod & vosipsi. Iam vero quarti panis fragmenta salubria sunt, & dulciora super mel & fauum. Sic enim ex toto indulsit, & tam liberaliter omnem donauit iniuriam, vt iam non damnet vlciscendo, nec confundat improperando, nec minus diligat imputando. Sunt enim aliqui sic donantes iniuriã,
32 vt non vlciscantur, sæpius autem improperent. Sunt & alij qui fileant licet, manet tamen alta mente reposita, & rancorem tenent in animo, quarum vtique neutra plena indulgentia est. Longe ab his omnibus benignissima est diuinitatis natura, liberaliter agit, ignoscit plenarie, ita vt propter fiduciam peccatorum, vbi abundauit delictum, soleat & gratia superabundare. In continentia ipsa, quæ est panis quintus, tria inuenio, vnde merito clamare possim, Quia fecit mihi magna qui potens est. Forte paruum aliquid reputatis continentiam vestram, sed ego non ita. Scio enim quos habeat oppugnatores. Et quantæ illam necesse sit esse virtutis, vt possit resistere talibus. Primus siquidem continentiæ meæ hostis, caro est aduersus spiritum concupiscens. Aliunq. adhuc habeo qui circumcinxit, & obsedit me vndique, hostis iste est præsens sæculum nequam. Tertius est malleus vniuersæ terræ, serpens callidior cunctis animantibus. Et ad hæc toleranda, ne dicam superanda, quis idoneus? Credo iam vobis aliquatenus innotescit continentiæ difficultas, vt iuxta Apostolũ sciatis quæ a Deo donata sunt vobis. Omnino enim in Domino facimus hanc
33 virtutem, & ipse ad nihilum deducit tribulantes nos. Ipse est qui modo carnem nostram cũ concupiscentijs suis, sed & præsens sæculum nequã cum curiositatibus suis, & vanitatibus, etiam & ipsum cum tentationibus suis contemnit satanam sub pedibus nostris. Iam vero sexti panis fragmenta accipite. Est autem panis iste, gratia promerendi bona vitæ æternæ. Quã gratiam in tribus maxime cõstare arbitror, in odio præteritorum malorum, & contemptu præsentium bonorum, & desiderio futurorum. Septimus quoque panis est spes obtinendi, cuius nihilominus teneo fragmenta tria. Tria inquam sunt, quæ sic roborant, & confirmant cor meum, vt nulla me penuria meritorum, nulla consideratio propriæ vilitatis, nulla æstimatio cælestis beatitudinis, ab altitudine spei deijcere possit. Tria considero, in quibus tota spes mea consistit, charitatem adoptionis, veritatẽ promissionis, potestatem redditionis. Murmuret iam quantum voluerit insipiens cogitatio mea dicens. Quis enim es tu, aut quanta est illa gloria, quibusve meritis hanc obtinere speras? Et ego fiducialiter respondebo. Scio cui credidi, & certus sum quia in charitate nimia adoptauit me, quia verax in promissione, quia potẽs in exhibitione, licet enim ei facere quod voluerit. Hic est funiculus triplex, qui difficile rumpitur, quem nobis a patria nostra in hunc earcerem vsque demissum firmiter obsecro teneamus, vt ipse nos subleuet, ipse nos trahat, & pertrahat vsque ad conspectum gloriæ magni Dei.

34 In sermone de triplici misericordia, & quatuor miserationibus. IDEM sic habet: Sicut sunt peccata minimas, unt mediocria, sunt & magna, sic est misericordia parua, mediocris & magna. Paruam misericordiam dico, expectationem, qua non statim punit peccantem, sed expectat ad pœnitentiam. Paruam autem non in se, sed ad comparationem aliarum. Alioquin magna plane, magna omnino misericordia, expectatio Domini est. Nam peccantem Angelum omnino non expectauit, sed præcipitauit; hominem quoque peccantem non distulit, sed protinus expulit de paradiso. Nunc iam expectat, dissimulat, sustinet decem annis, viginti, vsque ad senectutem & senium. Et si consideremus quanta & quàm plurima peccata quotidie fiunt; nonne leuia reputamus illa quæ tam cõtinuo damnationis excepere sententiam? Hæc est gratia crucis Christi & virtus. Viuo ego dicit Dominus, *Ezec. 18.* Nolo mortẽ peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat. Hanc ergo misericordiã Domini, qua tardat ferire paratus ignoscere aliarũ comparatione paruam nominaui, quia hæc siquidẽ sola fuerit, nullatenus sufficit ad salutẽ, immo vero iudicium damnationis accumulat, vt dicatur, Hæc fecisti, & tacui. Apostolum proinde au *Psal.49.* diamus more suo terribiliter intonantem. An diuitias bonitatis eius, inquit, & longanimitatis contẽnis? Ignoras quia patiẽtia Dei ad pœ *Rom. 2.* nitentiam te adducit. Tu autem secundum duritiã tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ. Thesaurizas, inquit, tibi thesauros iræ pro prærogatis thesauris misericordię, quos contemnis, & euacuas in te misericordiã Dei. Sed secundum quid? Secundum duritiam tuam, ait, & cor impœnitens. Quis autem scindet duritiam istam, nisi qui passione sua petras scidit? Quis dabit cor pœnitens, nisi a quo est 35 omne datum optimum? Hæc est secunda misericordia omnino maior priore, quę facit ne prima sit infructuosa, & cõuertatur in damnationem mortis, dando scilicet pœnitentiam, sine qua expectatio, non modo nõ prodest, sed obest multũ. Et hæc quidẽ in leuibus peccatis potest sufficere; quoniã in his a quibus abstinere non possumus, dũ gestamus corpus peccati, ad salutẽ sufficere potest pœnitẽtia quotidiana. At in grauioribus quidẽ, & quæ peccata ad mortem sunt; opus est etiã continentia. Difficilis prorsus res, & soli diuinæ virtuti possibilis, susceptũ semel peccati iugum a ceruicibus excutere, quod nisi in manu forti fieri non potest. Hæc est magna misericordia, magnis necessaria

peccatoribus, de qua dicatur. Miserere mei Deus secũdum magnam misericordiam tuam. Quattuor filiæ huius magnæ misericordiæ sũt, immissio amaritudinis, subtractio opportunitatis, virtus resistendi, & sanitas affectionis. Quandoque enim ei, qui peccato quouis obligatus tenetur, pie immittit Dominus amaritudines quasdam, quæ mentem occupant hominis, & expellũt pernicioſam delectationem peccati. Quandoque subtrahit opportunitatem, nec tentari patitur infirmitatem. Quandoque virtutem donat resistendi, quod maius est, vt scilicet tentationẽ sentiẽs viriliter agat, & non consentiat. Quandoque affectionem sanat, quod perfectissimum est, & in quo prorsus tentatio tollitur, vt non solum non consentiatur ei, sed nec sentiatur quidem.

Deus patienter & misericorditer expectat peccantes ut resipiscant, quo dono abutuntur mali. Cap. VIII.

1 Libro 2. in epist. ad Roman. to. 3. *Rom. 2.*

ORIGENES explicans illa verba Pauli: An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis eius contẽnis &c. sic ait: Diuitias bonitatis Dei, ille agnoscere potest, qui considerat quãta in terris mala quotidie homines gerant, & quomodo pene omnes declinantes, & simul inutiles facti, latam & spatiosam perditionis ambulant viam. Si quis consideret quanti in Deum quotidie blasphemãt, & in cælum extendunt linguas suas. Iam quid de fraudibus, de vitijs, de scelere, de sacrilegijs, & piaculis dicam? Si quis ergo hanc bonitatẽ Dei, & sustentationem eius, & patientiam contemnit, ignorat, quòd per hæc ad pœnitẽtiam prouocatur. Fert ergo Deus patienter & expectat vniuscuiusque pœnitentiam. Sed non nos dissoluat hoc, & tardos ad conuersionem faciat; quia rursus patientiæ eius, & sustẽtationis certa mensura est. Nam sicut omnia in mensura fecit Deus & pondere, & numero; ita etiam patientiæ eius certa mensura est, quam mẽsuram credendum est esse consumptam, vel ab his qui diluuio periere, vel ab his qui in Sodomis cælesti igne vastati sunt. Vnde & de Amorrhæis dicitur: Nondum completæ sunt iniquitates Amorrhæorum vsque nunc. Tu autem secundum duritiam tuam, & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ. Cor durum in scripturis dici videtur, cum mens humana velut cera frigore iniquitatis obstricta, signaculum imaginis diuinæ non recipit. Cum igitur scit quæ bona sunt, & non agit bona, per duritiam cordis, contemptum omnium bonorũ habere credendus est, & ita cor impœnitens effectum thesaurizat sibiipsi iram in die iræ, dum opus bonum non agitur per duritiam.

Sap. 11.

Gen. 15.

CHRYSOSTOMVS sic ait: Idcirco incertum voluit Deus esse, quanto tempore duraturi sumus, vt expectatione incerta, virtutẽ amplexemur semper. At misericors est, inquit. Quamdiu frigidum hoc, & ridiculum verbum dicimus? Ego non quòd misericors Deus sit dico solum, & ibi sermonem sisto, sed quòd nihil sit misericordius illo, & quòd vtiliter omnia quæ nobiscum sunt, dispensat. Quot vides per omnem ætatem morbis grauibus elaborare? Quot item a prima ætate oculos orbos, vsque in senectã, & alios postèa excæcatos, alios egestate premi, alios in vinculis, alios in bello perimi, alios ad fodienda meralla damnari? Nõ sunt hæc misericordiæ opera, dic oro? Non posset hæc si vellet prohibere? Sed finit, vt Deũ qui misericors est, discas timere. 2 Homil. 13. Act. Apost. to. 3.

IDEM ait: Loquens de seuera Dei punitione. Nonne vides homines vno interdum furto, vno adulterio minimo temporis spatio commisso, in carcere & catenis totam vitam consumere, fame perpetua, & innumeris mortibus torqueri. Verum dixeris, homines id faciunt, Deus autem benignus est. Et Deus quẽadmodum benignus est, ita & vlciscitur. Secundum enim misericordiam suã multa reprehensio eius. Cum igitur benignum Deum appellaueris, tunc maiorem mihi supplicij adducis occasionem, quòd in talem peccemus. Quare Paulus inquit: Horrendum est incidere in manus Dei viuentis. 3 Homil. 5. in 1. epist. Pauli ad Cor. to. 4. *Heb. 10.*

HIERONYMVS ait: Postquam dixerat Dominus: Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est, ne videretur in eo esse crudelis, quòd peccantibus locum pœnitentiæ non dedisset, adiecit. Sed erũt dies eorum centumuiginti anni, hoc est, habebunt centumuiginti annos ad agendam pœnitentiam. Quia vero pœnitentiam agere contempserunt, noluit Deus tempus expectare decretum, sed viginti annorum spatijs amputatis induxit diluuium. 4 Lib. Quæstionum in Genesim. tom 3. *Gen. 6.*

IDEM exponens illa verba: Qui dicitis, festinet, & cito veniat opus eius, vt videamus, & appropiet, & veniat consilium sancti Israel, & sciemus illud, sic habet: Dixerat Dominus ad principes Iudæorum. Væ, qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi uinculum plaustri peccatum. Non plangit Dominus eos, qui peccare cœperint, statimq. desierint; non enim est iustus super terram, qui faciat bonum, & aliquando non peccet; sed qui longo funiculo peccata protraxerint. Dicũtur autẽ hæc ad eos, qui supra arguti sunt in auaritia, atq; luxuria, quòd prouocati a Domino ad pœnitentiã; & postea ab Apostolis eius usq; hodie perseuerãt in blasphemijs, & ter per singulos dies in omnibus synagogis sub nomine Nazareorum anathematizent vocabulũ christianum. Est autem sensus væ vobis, qui putatis diẽ iudicij non futurum, uel non uenturam captiuitatem, quam propheticus sermo prædicit. Qui dicitis ad Prophetã. Vsquequo nobis Dei minaris iram? Volumus eam scire, iam veniat. 5 Lib. 2. in c. 5. Isa. to. 4.

niat. Hoc autem per ironiam loquuntur, quoniam eam non putant esse venturam, sed simulari a propheta.

6 Lib. 3. in c. 5. Isaiæ. IDEM exponens illa verba de vinea: Ego Dominus qui seruo eam repente propinabo illi, ait, dicit Dominus, multo se eam tempore custodisse, & locum dedisse pœnitentiæ, & quia conuerti noluerit subito inebriandam. Et subditur. Indignatio non est mihi, quis dabit me spinam, & veprem in prœlio? Iuxta Hebraicum hic sensus est, Ego qui diebus ac noctibus semper meam vineam conseruaui, ne exterminaret eam aper de silua, ne bestiæ deuorarent, nunquid indignationem non habeo, & nescio ferire peccantem, & reddere vnicuique quod meretur? Vbi Aquila posuit spinam, & veprem. Alij legunt adamantem, & loca sentium. Vnde dicit. Quis me docebit vt durus sim, & meam vincam clementiam, & in prœlio, atque certamine truculentus incedam, vt gradiar super vineam, quam antea seruaui, & succendam eam, quam meo sepseram muro? An potuis id aget fortitudo mea, vt iram differam, & saluem eos Euangelij clementia, qui nequaquam sunt legis auctoritate seruati? Iuxta Hebraicum is est sensus. Quis me faciet durum atque crudelem, vt vincam naturam meam? Hoc quippe in deserto significatur, & in spinis, vt eam quasi in prœlio conteram atque succendam, quam semper mea diligentia custodiui.

7 Lib. 3. in c. 5. Isaiæ. IDEM explicans illa verba: Quia manda remanda, mãda remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi, modicum ibi, ait: Hæc verba de illis accipienda sunt, qui prophetis ventura annunciantibus, & nisi fecissent quæ præcepta erant, tormenta minitantibus solebant dicere subsannatores, Manda remanda, manda remanda, idest præcipe, præcipe, impera quæ facere debeamus. Cũque abuterentur Dei patientia, qui differt iram, vt præbeat misericordiam, solebant etiam hoc ex persona Prophetarum ludentes dicere, expecta paulisper, expecta modicum, venient quæ futura prædiximus. Hæc autem vniuersa loquebatur in populo, quia Dei sermonibus non credebant, statimque infert propheta, Nequaquam vobis Deus his verbis loquitur, vt præcipiat quid facere debeatis, & præstolemini quæ ventura sunt, sed loquetur vobis in furore præsenti, qui prius dixerat ad populum. Hæc est, requies mea, reficite lassum, multo tempore laborabis, in nullo inueni requiem. Et hoc est, meum refrigeriũ, vt in vobis aliquãdo requiescam. Qui noluerunt audire, & mea monita contempserunt, quamobrem hoc, quod soledant ludentes dicere Prophetis, Manda remanda, manda remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi, modicum ibi, & irridere patientiam meam, dum me arbitrantur minitari, quæ nunquam facturus sim, sentient rebus expleri, vt vadant in interitum, & cadant retrorsum, & conterantur, & illaqueẽtur, & vel a Babylonio, vel a Romano capiantur exercitu, & infra explicans illa verba: Qui crediderit non festinet, ait, hoc est dicere, ne tardus ei Christi videatur aduentus. Si enim tardauerat, iuxta Habacuc, nemo desperet, quia veniens veniet, & sua promissa complebit. *Infra*: Flagellum inundans cum transierit non veniet super nos, veniet, & eritis ei in conculcationem, hoc est omnia tormenta patiemini, quæ vos putabatis numquam esse passuros. Semper enim irruet vobis, & tam in prosperis, quàm in aduersis iram Domini sentietis, & mors vos sæue populabitur. Quid dicam de pœnis? Pœnarum sola formido, & tormentorum metus vos corriget ad salutem, & mala vestra intelligere faciet. Cumque vexati fueritis, tunc scietis prophetas meos verasse dixisse. *Infra*: Sicut enim in monte diuisionum stabit Dominus, sicut in valle Gabaon irascetur, vt faciat opus suum, alienum opus eius vt operetur opus suum, peregrinum est opus ab eo. Lapidẽ pretiosum in fundamentis Sion positurum se Dominus repromisit vt subuerteret grando mendacium, & impiorum spem, fœdusq. cum morte, & pactum cum inferno tempestas valida deleret, quẽ quia susçipere illusores principes noluerunt, sicut quondam contra Philistæos regnante Dauid in monte diuisionũ Dominus concidit aduersarios suos, vnde, & locus nomen accepit, & sicut in valle Gabaon sub Iosue principe quando fiducia habitantis in se Dei locutus est, Stet sol in Gabaon, & Luna contra vallem Aialon, & stetit sol spatio vnus diei, multique de aliengenis perierunt, sic contra impios. & illusores irascetur Dominus vt faciat opus suum. Non est, enim opus Domini perdere quos creauit, sed facere opus alienũ, quòd ad crudelitatem magis, quàm ad clementiam pertinet. Non est, opus eius punire peccantes, sed preregrinum, & alienum ab eo, vt puniat, qui Saluator est. Quoniam igitur de patientia sua resurrecturus est Dominus, & nequaquam parciturus sicut non pepercit in monte Pharasim, & in valle Gabaon, moneo vos o viri illusores, vt nequaquã rideatis de prophetis meis, & non putetis ventura quæ nunciant, ne si permanseritis in illudendo constringantur vincula peccatorum vestrorum. Si quidem quod tanto tempore Dominus differebat, vincula, captiuitatem, atque supplicia, iam rebus expleturus est, consummaturus, & abbreuiaturus; hæc ego propheta quæ a Domino Deo futura cognoui super vniuersam terram, hæc vobis nuncio, vt imminentem iram pœnitentia præueniatis. Ideo ait, Consummationem, & abbreuiationem audiui a Domino Deo exercituum super vniuersam terram *Et infra*: Nunquid tota die arabit arans, vt serat, proscindet, & sarriet humum suam. Nonne cum adæquauerit faciem eius, seret gith, & cyminum sparget, &c. Non enim in serris tuturabitur gith, nec rota plaustri super cyminum circuibit, sed virga excutietur gith, & cyminum baculo, &c. vbi intelligitur quòd Deus varie genus dispensat humanũ nunc punit, nunc miseretur, nunc corripit, nunc

Abac. 2.

Ioſue 10.

Prou. 5. 10

nunc defendit, ideſt nunc arat, nunc ſerit, nunc maturas fruges metit, orbemque ſuum gubernat, vt voluerit.

11 In c. 30. Eſaiæ. IDEM explicans illa verba: Propterea expectat Dominus, vt miſereatur veſtri, & ideo exaltabitur parcens vobis, ſic ait: Grandis clementia Dei, vt expectet noſtram pœnitentiam, & donec nos a vitijs conuertamur, ille potentē contrahat manum ne ferire cogatur. Ideo autem miſeretur, & parcit, vt exaltetur illius miſericordia, & bonitas creatoris nota cūctis fiat.

12 Lib. 16. in c. 57. Eſaiæ. IDEM explicans illa verba: Neque cogitaſti in corde tuo, quia ego tacens, & quaſi non videns, & mei oblita es, inquit: Ego ſum, qui qui ſemper tacui peccata tua, & ſcelera quæcumque faciebas, quaſi non viderem diſſimulatione neglexi, vt ſi non timore, mei ſaltem patientia ad me redires, qui non oculis, ſed palpebris interrogo filios hominum. At tu è contrario oblita es mei, & audire meruiſti, oblita es legis Dei tui, & ego obliuiſcar filiorum tuorum. Et iterum ipſi ambulauerunt contra me peruerſi, & ego ambulabo contra eos in furore peruerſo. Ego annunciabo iuſtitiam tuam, & opera tua non proderunt tibi. Qui ſemper tacui, & quaſi non viderem tua peccata neglexi, nequaquam vltra reticebo, ſed dicam, quod ante iam dixi, Tacui, numquid ſemper tacebo? Et annunciabo iuſtitiam tuam, & opera tua. Quod per Ironiam legendum eſt, velut ſi quis in ſceleribus deprehenſo dicat, vide bona opera tua. Propter quod ſi quando tibi tribulationis tempus aduenerit, & cœperis non ad idola, quæ coluiſti, ſed ad cælum manus tendere, & Dei implorare auxilium, audiant te illi, & liberēt te a periculo, quos ſecura coluiſti. Et ideo ſubdit. Cum clamaueritis, liberent te congregati tui. Quod & per Hieremiam ad eandem loquitur Deus. Vbi ſunt dij tui, quos feceras, reſurgant, & ſaluam te faciant in tempore malorum tuorum?

Oſee 4.

Can. 2.

13 Lib 3. in c. 17. Hierem. IDEM explicans illa verba: Ecce ipſi dicunt ad me, Vbi eſt verbum Domini, veniat? ſic ait, Qui non putant ventura, quæ dicta ſunt, diſſimulationem, ſententiæ dilationem arbitrantes. *Infra*: Hæc dicit Dominus Ad me: Vade, & ſta in porta filiorū populi, per quam ingrediuntur reges Iuda, & egrediuntur in cunctis portis Hieruſalem, & dices ad eos. Audite verbum Domini reges Iuda, & omnis iuda, cunctique habitatores Hieruſalem, qui ingredimini per portas has. Quoniam, inquit, verba tua audire contemnunt, nec ad te veniūt vt requirant, quæ ſit ſententia Dei, tu perge ad locum celeberrimum, vel portarum templi, vel vrbis, & per quas reges, & omne vulgus ingreditur, & egreditur, vt neceſſitate cogantur audire, & importune, opportune prædices verbum Domini, nec vlla apud eos remaneat excuſatio, quod ideo non fecerint, quia non audierint.

14 Lib. 2. in c. 3. Threnor. IDEM explicans illa verba: Tantū in me vertit, & conuertit manū ſuam tota die, ait: Conuerti ſæpe in ſcripturis ponitur pro placari, vt eſt illud, Conuertere Domine aliquantulū, & deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos. Vertit enim Dominus manum ſuam, quando iuſte in reos debitam vltionem immittit. Et conuertit manum ſuam, quando miſericorditer a vindicta ſententiam ſuſpendit. Scriptum eſt enim de illo. Dominus mortificat, & viuificat, humiliat, & ſubleuat.

15 Lib. 3. in c. 11. Oſee. 10. 5. IDEM explicans illa verba: Non faciam furorem iræ meæ, non conuertar vt diſperdā Ephraim, quoniam Deus ego, & non homo, in medio tui ſanctus, & non ingrediar ciuitatem, ſic ait. Hunc locum quidam ſic interpretati ſunt, vt dicerent, Domino populum reſpondiſſe, quia conuerſum eſt cor tuum in te, & non ſecundum peccata noſtra feciſti nobis, ſed imitaris clementiam tuam, & noſtra delicta non punis, & polliceris te ſanctum, clementem in noſtri medio verſaturum, idcirco & ego malorum hominum non ingrediar ciuitatem, nec ero de numero peccatorum, ſed ambulabo poſt Dominum Deum meum. *Infra*: Circumdedit me in mendacio Ephraim, vt verterunt ſeptuaginta, & in dolo domus Iſrael, nunc cognouit eos Deus, & populus ſanctus vocabitur Dei. Ephraim, & Domus Iſrael, & Iudas circundederunt Deum in mendacio, & in impietate, & tantæ clementiæ fuit Deus, vt non ab eis abſcindat ſpem ſalutis; ſed cognoſcat illos, & paratus ſit vocare populum ſanctum, & populū Dei, qui nunc impietate peruerſus eſt.

16 Lib. 1. in c. 1. Amos. IDEM explicans illa verba: Hæc dicit Dominus ſuper tribus ſceleribus Gazæ, & ſuper quattuor non conuertam eos, ſic habet: In tertia, & quarta generatione peccata patrum ſe Dominus comminatur in lege filijs redditurum non inæqualitate iudicij, vt alij puniantur, ſed magnitudine clementiæ dum ſemper expectat pœnitentiam, & quod in prima generatione delinquitur, non prius corripit, & emendat, niſi tertia, & quarta generatio venerit. Tale quid, & Paulus loquitur ad Romanos, An diuitias bonitatis eius, & ſuſtentationis, & patientiæ contemnis ignorans quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum duritiam autem tuam, & impœnitens cor theſaurizas tibi iram in die iræ. Quod ergo dicit, hoc eſt expectaui multo tempore, vt agerent pœnitentiam, & ideo nolui punire peccantes, vt aliquando conuerſi reciperent ſanitatem; verum quia tertio, & quarto eadem faciunt, cogor mutare ſententiam, & plagis corripere delinquentes.

Rom. 2.

17 Lib. 2. quæſtion. in Exod. qu. 4. AVGVSTINVS explicans illa verba, Exodi 32. Et percuſſit Dominus populum propter fracturā vituli, quem fecit Aaro, ſic habet: Merito quæritur, cur non ſit percuſſus Aaron propter vitulū, quem ipſe fecerat, ſed populus? Quia nouit iſle, cui parcat vſque ad commutationē in melius, & cui pareat ad tempus, quamuis eum præſcierit in melius non mutari, & cui non parcat, ita vt uitæ mutationem eius expectet, & id totum ad id redit, quod Apoſtolus dicit axclamans, Quàm inſcrutabilia ſunt iudicia

dicia eius, & inueſtigabiles viæ eius.

18 Ibi a. contra Fauſtū. n. 6. IDEM ſic habet: Numquid ſi quiſquam legens factum Dauid, cuius eum Domino arguente, ac minante pœnituit, inde ſibi ad peccādū præbeatoccaſionē, illa ſcriptura culpāda eſt, ac nō tanto ſeuerius ille damnandus, quanto potius ad ſe vulnerandum, aut occidendum abuti voluit ea re, quæ ad ſanandum, liberandumque conſcripta eſt? Quia enim homines in peccatum lapſi, vel ſuperbia negligunt pœnitentiæ medicinam, vel recipiendæ ſalutis veniæque promerēdæ diffidētia penitus pereunt; de tanto viro. exemplum propoſitum eſt, quo ſanentur ægri, non quo hi qui ſani ſaucientur. Neque enim medicinæ vitium eſt, ſi vel inſani ſeipſos, vel maligni alios ferramentis medicinalibus perimant.

19 In Pſal. 9. n. 8. IDEM exponens illa verba: Dixit enim in corde ſuo, Oblitus eſt Deus, auertit faciem ſuam, ne videat vſque in finem, ſic habet: Præmiſerat. Inclinabit ſe & cadet, vnde autē inclinabitur, & cadet? Dixit enim in corde ſuo oblitus eſt, Deus auertit faciem ſuam, ne videat vſque in finem. Hæc inclinatio, & caſus miſerrimus dum animus humanus in ſuis iniquitatibus quaſi proſperatur, & parci ſibi putat cum excæcetur, & ſeruetur ad vltimam opportunamque uindictam, de qua iam loquitur cum dicit: Exurge Domine Deus, & exaltetur manus tua, & ne obliuiſcaris pauperum, ideſt manifeſta ſit potentia tua. Superius autem dixerat: Exurge Domine, non præualeat homo, iudicentur gentes in conſpectu tuo, ideſt in occulto, vbi ſolus Deus videt. Hoc factum eſt cum impij ad magnam, quæ videtur hominibus, felicitatem peruenerunt, ſuper quos conſtituitur legiſlator; qualem habere metuerunt. De quo dicitur. Conſtitue Domine legiſlatorem ſuper eos, vt ſciant quoniā homines ſunt. Nunc autem poſt illam occultam pœnam atque vindictam dicitur: Exurge Domine Deus, & exaltetur manus tua, non vtique in occulto, ſed iam in manifeſtiſſima gloria. Propter quid irritauit impius Deum? ideſt quid profecit tanta mala facere? Dixit enim in corde ſuo non requiret. Vnde abtuntur ipſius miſericordia, dum punire diſſimulat.

20 In Pſal. 6. IDEM: In expoſitione illorum verborum mirifica miſericordias tuas. Eſt hoc verbum, non vileſcant miſericordiæ tuæ, ne minus amē tur, vileſcunt enim Dei miſericordiæ his, qui male viuendo abutuntur illis.

21 Tom. 83. de tempore. c. 10. Exod. 9. Pſal. 33. IDEM in expoſitione illorum verborum: Exodi, Indurauit Dominus cor Pharaonis, ſic ait: Cum ſemel, & ſecundo, & tertio vnuſquiſque grauia peccata commiſerit, expectat tamē illum Deus, ſicut per Prophetam dicit, vt conuertatur, & viuat, cum vero in peccatis ſuis cœperit permanere de multitudine peccatorum naſcitur obduratio. Dum homines negligentes in primis deſpiciunt peccata ſua, quia parua ſunt, creſcentibus minutis peccatis adduntur etiam crimina, & cumulum faciunt, & demergunt. Quod cum factum fuerit impletur quod ſcriptum eſt. Peccator, cum in profundū venerit malorum, contemnit. De talibus, & Apoſtolus dicit: Ignoras quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Tu autem ſecundum duritiam tuam, & cor impœnitens theſaurizas tibi iram in die irę. Et de tali obduratione etiam alibi legimus, Equus indomitus euadit durus, & filius remiſſus euadit præceps. Et alibi de corrigendo ſcriptura dicit. Tunde latera filij tui, dum infans eſt, ne induret, & non conſentiat tibi. Iſta teſtimonia ſcripturarum inſinuaui, vt intelligatis, quia obduratio nō Dei potentia compellente perficitur, ſed Dei remiſſione vel indulgentia generatur, ac ſic Pharaonē non diuina potentia, ſed diuina patientia credenda eſt obduraſſe. Denique quotiens eum Dei plaga percuſſit, afflictus pœnituit, at vbi ei remiſſio diuina indulgentiam dedit, iterum ſe in ſuperbiam elatus erexit. Quando ergo Dominus dixit, ego indurabo cor Pharaonis, nihil aliud intelligi voluit, niſi ego, inquit, ſuſpendo plagas meas, & flagella, vnde eum per indulgentiam meam contra me obdurari permitto. Sed dices, quare illum Deus parcendo indurari fecerit, & quare flagella remouerit? Hoc loco ſecurus reſpondeo, ideo Deus toties flagella remouit, quia Pharao pro ingenti cumulo peccatorum ſuorum, non tamquam filius ad emendationem meruit corripi, ſed tamquam hoſtis permiſſus eſt indurari. Tantæ enim illius iniquitates præceſſerunt Deum ſacrilego auſu cōtemnens, vt in illo impleretur, quod de talibus Spiritus ſanctus dixit. In labore hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabūtur. Ideo tenuit eos ſuperbia, operti ſunt iniquitate, & impietate ſua, prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum. Ecce qualiter obduratur, qui ad correctionem caſtigari a Domino non meretur. Et idem de Iudæis ſcriptum eſt. Induraſti cor noſtrum ne timeremus te. Quod vtique non eſt aliud, niſi deſeruiſti cor noſtrum, ne conuerteremur ad te. Quam rem multis præcedentibus ſacrilegijs in populo Iudæorum impletam eſſe cognouimus.

Eccls. 30.

22

Pſal. 72.

Eſaiæ 63.

Deus, quia in hoc ſæculo mitis vult exiſtimari, exhibet potiora, & plura opera miſericordiæ, quàm iuſtitiæ. Cap. IX.



1 Hom. 9. in c. 17. Numerorum to. 1 ORIGENES ſic habet. Verumtamen de virgis vnum promiſit Deus fructum in virga & plures dedit. Sed attendite diligentius ſi forte poſſimns liberalitatem Dei largiorem etiam ipſis ſuis promiſſionibus edocere, cum eum largiorem in præſtando, quàm in promittendo videamus. Igitur ſermo ſcripturæ, de qua nunc loquimur ita habet. Et erit, inquit, homo quemcumque elege-

elegero, virga eius germinabit. Hoc est solum quod promisit Deus, vt virga eius, quem elegerit, germinet. Vbi vero ad rem venitur, vt quod promissum est ostendatur impletum, non vnum illud, quod promissum fuerat, effectum dicitur. Sed vide quanta addantur. Ait enim. Et ecce germinauit virga Aaron in domo Leui. Hoc est vnum, quod fuerat promissum, sed adduntur alia, & dicitur. Er produxit frondes, & protulit flores, & germinauit nuces. Cum ergo de solo germine fuisset promissum, vide quanta largitur Deus, vt non solum germen produxerit, sed & frondes, & non solum frondes, sed & flores, & non solum flores, sed & fructus germinauerit. *Infra*: In pœnis autem infligendis non ita Deus se habet. Vnde in comminatione, quæ ad Dauid facta est, triduo pronunciata est futuræ mortis vastatio, & intra sex horas abbreuiatum videtur esse tempus supplicij. Scribitur etiam Deus malis quidem reddens in tertiam, & quartam progeniem, bonis autem faciens misericordiam, non solum in tertiam, & quartam progeniē, sed vt dicit scriptura, in mille generationes.

2 Lib.3. in c. 26.Esaiæ. to.4. HIERONYMVS explicans illa verba: Cum feceris iudicia tua in terra, iustitiam discent habitatotes orbis. Misereamur impio, & non discet iustitiam, sic habet: Dicunt homines Deo, quandiu non exerces iudicia tua super terram, & nec bonis bona, nec malis retribuis mala, iustitia tua o Domine Deus ignoratur in terra. Ita vt vnus sanctorum quoque diceret. Mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei; quia zelatus sum in iniquis pacem vides. Ad quod respondet Dominus, Misereamur impio. Et est sensus, Magis impius misericordiam consequatur, & discat clementiam meam, sum enim ipse Saluator. Rursumque loquenti Domino ex persona humanæ impatientiæ propheta respondit, & non discet iustitiam, estque sensus, & quomodo poterit tuam nosse iustitiam, si tantum clementiam fuerit expertus? Redditque causas, quare cum uelit Dei iustitiam discere, quia in terra sanctorum inique gessit, & contra sanctos iugiter dimicauit, debet sentire tormenta. Rursumque Dominus sententiam temperat, & non videat, inquit, siue non videbit gloriam Dei. Estque sensus, sufficit ei pro vniuersa pœna quòd me cum sanctis meis non videbit in mea maiestate regnantem. *Infra*: Indulsisti Domine, indulsisti genti? nunquid glorificatus es? Dixerat Dominus, Misereamur impio. Propheta responderat, Et vbi est iustitia tua? Præsertim cum tanta mala in sanctos tuos operatus sit. Ad quod Dominus, & non videbit, inquit, gloriā Domini. Rursum propheta. Exaltetur manus tua ad percutiendum, & non videant gloriam tuam, quam non merentur aspicere. Ad quod Dominus; Videant magis, & confundātur. Rursum propheta; Domine da pacem, & posside nos, qui tui nominis recordamur, impij autem, & superbi non viuant, nec resurgant in gloria, sed contere omnem memoriam eorum, causasque reddit, cur eos cupiat interire. Indulsisti genti Domine, indulsisti genti, nunquid glorificatus es? Et est sensus sæpe misertus es gentibus, idest humano generi, & exercuisti in eas incredibilem clemētiam, nunquid te cognouerunt? Nunquid glorificauerunt nomen tuum? Nonne e contrario a te longe recesserunt? securitas enim negligentiam, negligentia contemptum parit. Domine in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis, idest quia indulgens sæpe contemptus es, nec glorificatus sed e contrario omnes a tua scientia recesserunt; propterea Domine percute eos, vt in angustia te requirāt, & in tribulatione murmuris doctrina tua sit eis, quando tantum eis malorum pondus incumbet, vt ne clamare quidem audeant confidenter, sed dolorem suum silentio deuorēt *Infra exponens illa verba*: Vade populus meus intra in cubicula tua, claude ostia tua super te, absconde modicum ad momentum, donec pertranseat indignatio. Absconde modicum, & ad momentum dicit Dominus iusto, vt doceat breue tempus esse, & momentum quo Dei pertransit indignatio. Ecce enim egreditur Dominus de loco suo, vt visitet iniquitatem habitatoris terræ. Si quidem egreditur Dominus de loco suo quia misericors, & miserator Dominus, & clementissimus, pater filios negligentes ferire compellitur, & quodammodo de sua sententia commutari, vt visitet, & inducat iram suam super habitatores terræ.

4 Lib.4.in c. 51. Esaiæ. IDEM explicans illa verba: Ego, ego ipse consolabor vos, sic ait: Credentium populus brachium Domini, qui ipse est, Dei virtus Deique sapientia, fuerat deprecatus, vt consurgeret & sibi præberet auxilium, & illo pugnante pro sanctis gaudium, atque lætitiam fugato dolore & gemitu possiderent. Et Dominus ipse respondit. Ego sum, ego sum, & nequaquam per prophetas, sed ipse vos consolabor, Deus misericordiarum, & pater totius consolationis.

Lib.16.in 4.Cap.11 IDEM explicans illa verba: Clama ne cesses quasi tuba exalta vocem tuam, annuncia populo meo scelera eorum, ait: Præcipit Deus Esaiæ prophetæ, vt clamet in fortitudine, & instar tubæ exaltet vocem suam, & peccata ac scelera populi Israel dicere, non formidet, nequaquam mortem metuens, nec impiorum terricula, & conuitia, sed magis consideret imperantem Dominum. Et quia peccatores erant, quibus nunciandum est, & morabantur deorsum, iubetur propheta, vt exaltet sicut tuba vocem suam, & annunciet bella ventura. Et quomodo in die iudicij ad vocem tubæ mortui sunt iudicandi, sic Israel peccato mortuus audiat scelera sua, simulque appellatur populus Dei, vt discat qualem Patrem perdiderit, qui etiam peccatorem vocet populum suum.

5 Lib.3. in c. 11. Ezech. IDEM explicans illa verba: Fili hominis in medio domus exasperantis tu habitas, habet: Pro exasperatione quoque dici amaritudinem crebro docuimus, vt sit sensus in medio domus ad amaritudinem conuertentis tu habitas

habitas, quæ Deum natura dulcem, atque clementem vitiorum suorum amaritudine amarū facit, atque crudelem. Alioquin de Deo legimus: Gustate & videte quoniam suauis est Dominus siue dulcis. Habitat ergo Propheta in medio populi Deum ad amaritudinem prouocantis, & huic populo prædicat, &c.

Psal.33.

6 Lib.4.in c. 16.Exechiæ. IDEM explicans illa verba: Vt portes ignominiam tuam, sic inquit: Iubet Dominus vt portet ignominiam suam populus ille, & confundatur, & erubescat super his, quæ peccauerat. Et ideo confundatur, & erubescat, quia Deum ad iracundiam prouocauerit. Ex quo perspicuum est non esse naturalem iram Dei, sed nostris vitijs clementissimum, & mansuetissimum Deum ad iracundiam prouocari, dicente Apostolo: An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis, ignorans quia benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum duritiam autem tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi irā, quā Deus naturaliter non habet. Vnde & in alio loco scriptū est. Immisisti iram tuā, quæ deuorauit eos sicut stipulam. Quod enim coniunctum est, & in vno corpore copulatum mitti non potest, sed illud quod extra corpus est, verbi gratia lancea, telum, sagitta, & gladius, sic est in Deo ira, misericordia autem ipsi coniuncta.

Rom.2.

Exod.15.

7 Lib.1.in c. 2.Osee. IDEM exponens illa verba: Et sponsabo te mihi in sempiternum, & sponsabo te mihi in iudicio, & iustitia, & in misericordia, & miserationibus, ait: O quanta clementia Dei meretrix, quæ cum multis amatoribus fornicata est, & ob crimen bestijs tradita, postquam reuertitur ad virum, nequaquam recōciliari ei dicitur, sed desponsari. Et vide quid sit inter Dei coniunctionē, & hominum, homo cum vxorem acceperit, de virgine mulierem facit, idest nō virginem. Deus etiam meretricibus copulatus eas mutat in virgines, iuxta illud, quod adulteræ dicitur per Hieremiam. Non vt Dominum inuocasti, aut patrem, aut principem virginitatis meæ. Vnde & Apostolus post fornicationem & idolorum cultum credentibus Corinthijs loquitur. Despondi vos vni viro virginem castā exhibere Christo. Primo desponsatur Deo in sempiternum, desponsatur in Abraham, siue in Aegypto, vt vxorem habeat sempiternam. Secundo in monte Sinai dans ei pro sponsalibus legis iustitiam, atque iudicium, & iunctam legi misericordiam, vt quando peccauerit tradatur captiuitati, cum egerit pœnitentiam reuocetur in patriam, & misericordiam consequatur. De his sponsalibus in diuersis locis Psalmista decantat. Misericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine. Et misericordia, & veritas obuiauerūt sibi, iustitia & pax oscultatę sunt.

Psal.74. Quos duos calices in septuagesimo quarto Psalmo legimus. Calix in manu Domini vini meri plenus mixto, & inclinauit ex hoc in illum, de iustitiæ calice in calicem misericordiæ, & rursum de calice misericordiæ in calicem iustitiæ. Si iniquitates, inquit, obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? Quia apud te propitiatio est. Ista igitur meretrix, quæ primum voto spōsi in æternos fuerat iuncta complexus, vt numquam à vinculo recederet maritali, quia recessit, & in Aegypto fornicata est, rursum per legē assumitur, quam quia præterijt, Prophetis quasi sponsi sodalibus, qui ad se missi fuerant interfectis, nouissime venit Dei Filius Dominus Iesus, quo crucifixo & à mortuis resurgente despōsatur nequaquā in legis iustitia, sed in fide & gratia Euangelij, & miserebor eius, quæ fuit absque misericordia, & dicam non populo meo, Populus meus es tu, & ipse dicet, Deus meus es tu.

9 Lib.3. in c. 6.Amos. IDEM exponens illa verba: Numquid currere queunt in petris equi, aut arari potest in bubalis? Quoniam conuertistis in amaritudinem iudicium, & fructum iustitiæ in absynthiū, sic habet: Domus Israel, & Iuda ruinas, & scissiones equis, & bubalis comparat, quorum prior es in petris currere nequeunt, posteriores tam indomiti sunt, vt iugū ceruicibus non recipiāt, & cum siluestres boues sint, propter feritatem nolint terram vomere scindere. Vos autem cū equi, & bubali naturam suam mutare non possint, mutastis naturam Dei, vt dulcem amarum faceretis, & fructum iustitię eius in absynthium verteretis, quæ est herba amarissima.

10 Lib.1. in c. 4.Ionæ. IDEM exponens illa verba: Obsecro Domine numquid non hoc est verbum meum, cum adhuc essem in terra mea? Propter hoc præoccupaui, vt fugerē in Tharsis, scio enim quia tu Deus clemens, & misericors, patiens, & multæ miserationis, ignoscens super malitia, sic ait: Numquid nō hoc est verbum meum, cum essem in terra mea? Sciui te hoc esse facturum, non ignorabam misericordem, propterea seuerum, & truculentum nunciare nolebam; ideo fugere volui in Tharsis, dimisi domum meam, reliqui hereditatem meam, egressus sum de sinu tuo, & veni. Si misericordem dicerem, atque clementem, & ignoscentem malitiæ, nullus ageret pœnitentiam, si crudelem, & tātum iudicium minstrarem, sciebam hoc tuæ non esse naturæ. In hoc ergo ambiguo positus malui fugere, potius quàm aut pœnitentes lenitate decipere, aut te prædicare quod non eras. *Infra*. Dixit Dominus ad Ionam, Putasne bene irasceris tu super hederam? Et dixit. Bene irascor ego vsque ad mortem. Supra Niniuitis agentibus pœnitentiam, & gentium vrbe saluata, interrogatus ipsum Propheta, Putasne bene irasceris tu? Nihil respondit, sed interrogationem Dei, silentio comprobauit. Sciens enim clementem esse Deum, & misericordem, & patientem, & multæ miserationis, & ignoscentem malitijs, super salutem gentium non dolebat. Hic autem postquam in siccata cucurbita, aut hedera Deum flagellantem, & arefacientem Israel agnouit, confidenter respondit. Bene irascor etiam vsque ad mortem.

11 Lib.1. in c. 1. Michææ. IDEM explicans illa verba: Ecce Dominus egredietur de loco suo, & descendet, & calcabit super excelsa terræ, & consumentur montes subtus eum, & valles scindentur sicut cera à facie ignis, sic ait: O Samaria, & Hierusalem audite

audite Dominum prædicentem quæcumque facturus est. Ecce egredietur de loco suo. Qui enim mitis est, & benignus, & cuius natura clementia est vestri causa cogitur personam, quam non habet, crudelitatis assumere. Et descendet & calcabit super excelsa terræ. Calcare terrã, est potentes quosque conterere. Et consumentur, inquit, siue tabescent montes, & valles sub eo, quos principes intelligamus & populos. Hoc autem totum fiet propter scelera decem tribuum, quas vocat Iacob & Israel, & propter præuaricationem Iuda.

12 IDEM explicans illa verba: Et egredietur Dominus, & præliabitur contra gentes illas, sicut præliatus est in die certaminis, sic ait: Hoc quod scriptũ est, Egredietur Dominus, & præliabitur, iuxta illud accipiendum est, quod in Michæa legimus, quia ecce Dominus egredietur de loco suo, & descendet, & calcabit super excelsa terræ. Et in Esaia quoque, Dominus virtutum egredietur, & conteret bellum, & suscitabit zelum, & clamabit super hostes suos cũ fortitudine. Egreditur ergo Deus de loco suo, quando quietem, & mansuetudinem, & clementiam suam pro emendatione peccantium rumpere cogitur, qui cum per naturam dulcis sit, vitio nostro amarus efficitur, non sibi, sed peccantibus, & patientibus, quibus amara tormenta sunt. Iste apud quem non est transmutatio egreditur, & præliatur, sicut in die certaminis, quando Pharaonem in mari submersit rubro, & pro Israelitico populo dimicauit. Et stabunt pedes eius in die illa super montem oliuarum. Stabunt pedes eius, his quorum misertus fuerit, & nequaquam mouebuntur, vt rursum de eo dici possit. Et Dominus tuba canet, & ambulabit in commutatione iræ suæ.

Lib. 13. in c. 14. Zachariæ.

Mich. 1.

13 AVGVSTINVS ait: Deus bonus iustus & misericors est, misericors, quia peccantibus non facile reddit, sed sustinet, vt conuersis ignoscat. Est etiam seuerus, vt terrore, quæ ab eo bene condita sunt, conseruentur, ne negligentia pareret vitæ præcipitium. Et ne quod mirabilius est, prætermittamus, tanta est eius clementia, vt contumelias passus ab his quos fecit, sufferat, & prior vocet ad pacem. Nunquid nõ maioris virtutis hoc est, quàm cõdidisse creaturam, in quo si permaneret nimia bonitas eius obesset creaturę? Vnde aliquando diligi, aliquãdo timeri se vult, ne aberrantes ab eo depereant, vnde ne patientia eius non vtique ad dãnum ipsius, sed ad nostrum omnino contemnenda putetur ait: Tacui nunquid semper tacebo. *Infra exponens illa verba*: Reddens peccata parentum in filijs in tertiam, & quartam generationem, & faciens misericordiam in millia millium his, qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea, ait: In hoc clementia Dei laudabilis est, vt odio habentibus se, vsque in tertiam, & quartam reddat progeniem, & non in millia millium.

Lib. Quæstionum veteris, & noui testamenti to. 4.

Esaiæ 42. *Exo.* 20.

14 BERNARDVS in quo explicat locum Pauli: Benedictus Deus, & pater Domini nostris Iesu Christi pater misericordiarũ, & Deus totius consolationis, sic habet: Benedicitur Pater misericordiarum, cui proprium est, misereri semper, & parcere. Sed forte quis dicat. Quomodo illi proprium est misereri, cuius iudicia abyssus multa? Neque enim dicitur omnes viæ eius sola misericordia, sed misericordia & veritas. Non minus iustus quàm misericors est, cui misericordia, & iudicium decantatur. Verum id quidẽ cuius vult miseretur, & quem vult indurat, sed quod miseretur proprium illi est. Ex se enim sumit materiã, & velut quoddam seminarum miserendi. Nam quod iudicat & condemnat, nos eum quodammodo cogimus, vt longe aliter de corde ipsius miseratio quàm animaduersio procedere videatur. Ipsum audi dicentem. Nunquid voluntatis meæ est mors impij, dicit Dominus, & non magis vt conuertatur, & viuat? Recte igitur non Pater iudiciorum, vel vltionum dicitur, sed Pater misericordiarum, non modo quod pater videatur misereri potius quàm indignari, & quemadmodum pater filiorum, misereatur timentium se, sed eo magis quòd miserendi causam, & originem sumat ex proprio, iudicandi vel vlciscendi, magis ex nostro. Vocat autem Paulus Dominum patrem, non vnius tantum misericordiæ, sed misericordiarum, & Deum nõ vnius sed totius consolationis, qui consolatur nos non modo in hac vel in illa, sed in omni tribulatione. Misericordiæ Domini multæ, ait, quidem, videlicet quia multæ tribulationes iustorum, & de omnibus his liberabit eos Dominus. Miseria nostra multiplex est, non modo magnam misericordiam, sed, & multitudinem quærit miserationum. Patrem misericordiarũ Iesum vocamus, quia duplicem venit tollere miseriam, animæ condonando peccata, & corporis, ea resuscitans, & configurans corpori claritatis suæ. Vnde & bis dixit Propheta, Consolamini consolamini populo meus, dicit Deus vester, vt videlicet certi simus, quod vtrumque fecit saluaturus, qui neutrum suscipere est dedignatus.

Serm. 5. in die Natalis Domini.

2. *Cor.* 1.

Psal. 35.

Psal. 24.

Esaiæ 40.

Trem. 3.

15 IDEM sic habet: De Domino scriptum legimus: Spiritus Domini super me, eo quod vnxerit me ad annunciãdum mansuetis, misit me, vt mederer contritis corde, vt prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem, vt prædicarem annum placabilem Domino, & diẽ vltionis Deo nostro. Veniebat, vt audis, vngere contritiones nostras, ac linire dolores. Ideoque venit vnctus, venit mansuetus, & mitis, & multæ misericordiæ omnibus inuocantibus se. Sciebat se ad infirmos descendere, exhibuitque qualem oportuit. Et quoniam multæ erant infirmitates, multa quoq. prouidus medicus medicamina curauit afferre. Medicus multa præparauit ad curationem illius miseri, qui incidit in latrones. Ex his profecto infudit oleum meis vulneribus, infudit & vinum, sed minus quàm olei, sic nempe cõgruebat infirmitatibus meis, vt misericordiam superexaltaret iudicio, quẽadmodum vino oleum superfertur infusum. Attulit proinde quinque cados olei, vini non nisi duos. Vinum siquidem timor tãtum, & fortitudo fuere, reliqua quinque oleũ propria suauitate designant. Propterea scriptum legimus de Christo Domino. Requieuit super eum spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilij, & scientiæ, & pietatis. O sapientia quanta arte medendi in vino, & oleo animæ meæ sanitatem restauras, fortiter suauis, & suauiter fortis pro me, & suauis mihi! Sana me Domine, & sanabor, & cõfitebor nomini tuo, & dicã, Oleũ effusum nomẽ tuũ. Nõ vinũ effusum (nolo enim vt intres in iudiciũ cum seruo tuo) sed oleum, Quia coronas me in misericordia, & miserationibus. Oleum plane, quod supernatat cunctis, quibus miscetur liquoribus.

Esaiæ 11.

16 AMBROSIVS ostẽdit propensiorẽ Christum ad misericordiã, quàm ad punitionẽ. ex eo quod Matt. 10. dicit: Omnis, qui confessus me fuerit corã hominibus, confitebor, & ego eũ coram patre meo; qui autẽ negauerit me corã hominibus, negabo & ego eũ corã Patre meo, qui est in cælis. Vbi cõfitetur pro omnibus confitetur, omnes complectitur. Vbi negat, non omnes negat, &c. consequẽs enim erat, vt infra quoque diceret. Omnis autem qui negauerit me. Sed ne omnes negare videretur, ita subiecit. Qui autẽ negauerit me coram hominibus, negabo, & ego eũ. Gratiã promittit omnibus, nõ omnibus minatur iniuriã. Quod est miserationis exaggerat, quod vltionis extenuat. Sed non solũ hoc apud Matthæũ sic scriptũ est: Sed etiam Lucæ 12. Vt scias nõ otiose id posuisse vtrũq. Quod amplius declarat cap. 3. sic. Cum dicitur omnis, qui me cõfessus fuerit, nullus a remuneratione qui fuerit cõfessus excluditur. Nõ similiter omnis qui negauerit, negabitur: potest enim fieri, vt aliquis victus supplicijs, sermone neget, & corde adoret. Numquid eadem causa est eius, qui sponte neget, & eius quem tormenta inclinauerint ad sacrilegiũ, non voluntas? Itẽ quos proijcit, non in æternum proijcit, dicit enim Dauid: Non in æternũ proijcit Deus, &c. Et cap. 4. ostẽdit id ipsum ex illo Oseæ 11. sic ait, Quod enim promptius edere possumus insigne eius misericordiæ, quam quod ipse per Prophetã Osee, vbi quibus tamquã iratus mirabatur continuo, tam quam reccõciliatus indulget: Ait enim, Quid tibi faciã Effren, aut quid tibi faciã Iuda. *Et infra.* Quomodo te cõstituam? velut Adama efficiam te, & sicut Seboim in ipsa indignatione velut patrio quodam affectu. Hæret quomodo ad pœnam tradat errantem, & continuo subiunxit. Conuersum est cor meum, in eo ipso conturbata est pœnitentia mea, non faciam secundũ iracundiã furoris mei. Nonne apparet, quod ideo nobis peccantibus indignetur Dominus Iesus. Vt indignationis suæ nos furore conuertat? Indignatio ergo eius, non vltionis executio, sed magis absolutionis operatio est, sic enim dixit: Si conuersus ingemueris, saluus eris. Expectat gemitus nostros, sed temporales, vt remittat perpetuos. Expectat lachrymas nostras, vt propfundat pietatem suam. Sic in Euangelio, viduæ matris lachrymis compassus, filium eius resuscitauit. Sed quia peccatis nostris contrahimus offensam, indignatur vt humiliemur, humiliamur, vt digni simus magis miseratione, quàm pœna. Quod docet Hieremias dicens: Quia non repellet in æternum Dominus; quoniam cum humiliauerit, inquit, miserebitur secundũ multitudinem misericordiæ suæ, &c. Sed nec toto corde humiliat peccatorem, vsque ad terram, qui etiam de terra suscitat innopem, & de stercore erigit pauperem. Quod si non ex toto corde humiliat peccatorem omnem, quãto magis eum, qui non ex toto peccauit? Nam sicut dixit de Iudæis, Populus hic, labijs me honorat cor autem eorum longe est a me fortasse, & de aliquibus lapsis dicat. In labijs me negarunt, sed corde mecũ sunt, vicit eos pœna, nõ auertit perfidia. Hoc dicit Ambrosius contra Nouatianos, qui peccantibus negabant pœnitentiã, &c.

Trem. 3.

Psal. 112

18 IDEM explicans illud Psal. 114. O Domine libera animam meam misericors Dominus, & iustus, & Deus noster miseretur, sic ait: Bis misericordiã posuit, semel iustitiam. In medio iustitia est gemino septo inclusa misericordiæ, superabundant enim peccata, superabundet ergo misericordia. Neque tamen iustitia, sine misericordia est, neque sine miseratione iustitia, quia scriptum est. Noli esse iustus nimis: non enim impedit iustitia misericordiam, quia misericordia ipsa iustitia est. Psal. 111. Dispersit, dedit pauperibus iustitia eius manet in æternum: Nouit enim iustus debere se infirmis, atque in opibus subuenire, &c.

In oratione de obitu Theodosij Imperatoris, ante mediũ orationis to. 5

Luc. 7.

Deus misericors multum, aliquando occasiones tollit peccãtibus, aliquãdo rogat læsus, & promittit bona, vt reuertamur ad ipsum. Cap. X.

1 IERONYMVS explicans illa verba (quæ habentur in expositione septuaginta interpretum) operare terram tuam, etenim naues nequaquam veniunt de Carthagine, & manus tua nequaquã prævalet quæ in mari prouocat reges, sic habet: Supra dixerat, Ite Charthaginẽ, vlulate qui habitatis in insula. Nunc contrariũ loquitur, quia naues de Chartagine vltra non veniunt, operare terram tuã. Profuit enim Tyro naues interire peregrinas, vt cogatur operari terrã suã, de qua in prouerbijs dicitur. Qui operatur terrã suã, saturabitur panibus, vt nequaquã de incerto naufragorumque discrimine, sed operis sui viuat frugibus, De quibus in psalmis ad iustũ canitur. Labores manuum tuarum manducabis. Scriptũ est, in osea, meretricis vias septas esse a Domino spinis, ne sequi possit amatores suos, vt hac necessitate compulsa reuerteretur ad virum suũ pristinum. Quod, & in sæculi rebus frequenter animaduertimus multos, qui per prospera, & abundantiã omnium rerum Dominum sentire nõ poterãt, intelligere per inopiã, & cõuerti ad opera iustitiæ, postquã manus eorũ nõ

Lib. 7. in c. 23. Esaiæ to. 4.

2

præualuerit felicitate huius seculi perfrui, quæ prius in mari prouocabat reges. Atque vtinã & nos maris huius negotiatione cõtempta ope remus terram nostram, & nequaquam expecte mus naues Carthaginis, siue Tyri, quæ carthaginem ire consueuerant, ne subijciamur potestati draconis, qui dominatur in mari. Sed stabilem grãdum figamus in terrã, immo ad cælestia festinantes operemur terram nostram, vt hic seminantes ibi metamus. Manus quoque nostra quæ prius in mundi negotijs versabatur, & prę potentia, ac felicitate, etiam reges idest sanctos de statu suo poterat cõmouere, fiat imbecilla in rebus maris, vt fortis sit in opere terræ suę, vt de illa a qua occasiones peccãdi Deus tollit dicatur. Et manus tua nequaquam præualet, quæ in mari prouocat reges. *Luc. 15.*

3 Lib. 15. in c. 54. IDEM explicans illa verba: Ad punctũ in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te, sic habet: Verba hæc ad animã possunt referri peccatricem, quę abiecta a Deo fit, non ob odium, sed ob dispensationẽ; vt malorum pressa pondere reuertatur ad virum suum pristinum. & perdita substantia de patris clementia non desperet.

4 Lib. 1. in c. 3. Hieremię. IDEM explicans illa verba: Vulgo dicitur. Si dimiserit vir vxorem suam, & recedens ab eo duxerit virum alterum, numquid reuertetur ad eã vltra? Et tu fornicata es cũ amatoribus multis: tamen reuertere ad me dicit Dominus, sic ait: Post fornicationem susçipit pœnitentẽ, & hortatur læsus Dominus, vt reuertatur ad se. Vnde. *Infra*: Subdit. Ergo saltẽ amodo voca me Pater meus, dux virginitatis meæ. Ipse despondit animam vestram amplexibus suis, & docet quomodo orare debeat, & agere pœnitentiam. Quanto autem ille clementior, qui salutis post fornicationẽ ostẽdit viã, tanto miserior meretrix, quę nõ vult post vulnera recipere sanitatẽ.

5 Lib. 4. in c. 16. Ezechielis. IDEM explicans illa verba: Transiens autem per te vidi te cõculcatam in sanguine tuo, & dixi cum esses in sanguine tuo, viue, dixi, inquam, tibi, in sanguine tuo viue, sic habet: Postquam proiecta es super faciem terræ propter prauitatem animæ tuę, meum vltra non merebaris auxilium; attamen transiens per te vidi te conculcatã, siue commixtam in sanguine tuo, idest ream mortalium criminũ, & dixi tibi, Viue, pronocaui te tribuẽs pœnitẽtiã, dixique licet sis in sanguine tuo, tamen viue conuersa, tãtaque fuit in te omnium rerum abundantia, vt agri vberrimi haberes similitudinem, & benedictionem Iacob, qua benedixit ei pater tuus dicens, Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Et post pauca. Et transiui per te, & vidi te, & ecce tempus tuum tempus amantium. Et expandi amictum meum super te, & operui ignominiam tuã. Quãta clementia. Non sufficerat semel vidisse eam cõculcatam in sanguine, & ad pœnitẽtiam prouocasse, sed peccantẽ rursum inuisit. Et quia erat nuda, & coufusionis plena, rursus venit, & visitat. *Infra*: Et iuraui tibi, & ingressus sum pactũ tecũ, ait Dominus Deus: quia expandi amictũ meũ super te, & operui cõfusionẽ tuã: propterea inraui tibi, & ingressus sum pactũ meũ tecũ, vt mihi potius quã ceteris, qui ad te volebant diuertere iungereris. Et vnxi te oleo, & vestiui te discoloribus, & calciaui te Hyacintho. *Gen. 27.*

6 Lib. 1. in c. 2. Oseæ. to. 6. IDEM exponens illa verba: Propter hoc ecce ego sepiam viam tuam spinis, & sepiã eã maceriam, & semitas suas nõ inueniet, sic ait: Dixerat meretrix, Vadam post amatores meos, qui omniũ rerum abundantiam mihi præbuerunt. Respondit Dominus: Ego sepiam viam tuã spinis, siue sudibus, ne possis ire quo desideras, & interponam maceriam, siue murum, & semitas tuas quas crebro trueras pedẽ, nõ inuenies, ne apprehẽdas eos, quos tãto studio sequebaris, & rerũ necessitate cõpulsa reuertaris ad virũ tuũ & dicas illud de Euãgelio. Quãti mercenarij in domo patris mei abũdãt panibus, ego autẽ hic fame pereo. Surgam ibo ad patrẽ meũ, & dicã illi. Pater, peccaui in cælũ, & corã te, iã nõ sum dignus vocari filius tuus, sed fac me sicut vnum de mercenarijs tuis. Ex quo intelligimus, quòd pro uidẽtia Dei sæpe nobis accidant mala, ne habeamus ea, quę cupimus, & varijs calamitatibus huius sæculi, ac miserijs, ad Dei seruitutem redire cogamur. *Luc. 15.*

7 In cap. 3. Oseæ. IDEM explicans illa verba: Et fodi eam mihi quindecim argenteis, & choro hordei, ait: Fodit adulterã sibi, siue cõduxit quindecim argẽteis. Quãdo dicit fodi, ostẽdit vineã, quæ a Domino plãtata est. Sin autẽ legimus conduxi, adulteræ pretiũ est, non vt cum Propheta dormiat, sed vt contenta mercede sua adulterare desistat, nec passim ceteris copuletur. Sed audiat dies multos expectabis me, non fornicaberis, & non eris viro, sed & ego expectabo te. Hoc est nec alijs amatoribus turpiter te prostitues, nec mihi viro, a quo cõducta es legitime cõiungeris. In quibus verbis vides bona, & mercedem quã Deus promittit animæ peccatrici, & adulteræ, vt reuertatur ad ipsum.

8 Lib. 3. in c. 11. Oseæ. IDEM explicans illa verba: Ego quasi nutritds Ephraim portabã eos in brachijs meis, Pro quo septuaginta interpretes, verterũt, ego colligaui Ephraim, suscepi eũ super brachium meũ, ait: Ego clemẽtissimus Dominus ligabam pedes Ephraim, ne a me longius fugerent. Hoc enim significat ligabam, & quasi repugnantes vinculis meæ dilectionis astrinxi.

9 Lib. 2. in c. 5. Michææ. IDEM exponens illa verba in expositione septuaginta interpretũ. Nunc obstruetur filia obstructione, vbi vulgata editio habet. Nunc vastaberis filia latronis, sic ait: Hoc de Ecclesia possumus accipere, quæ obstruitur obstructione, quãdo cõtingit, quod in Osea scriptum legimus. Vadam post amatores meos, qui dabãt mihi panes meos, & aquã meã, & vestimẽta mea, oleũ meũ, &c. Et postea Deus volens impedire cogitationẽ pessimã, non eã facit, quod desiderat adimplere: sed obstruit vias eius, ne cõsequatur amatores suos, & amplius fornicetur. Ait quippe. Propterea ecce ego obstruã vias eius, & semitã suã nõ inueniet, & persequetur amatores suos, & non apprehẽdet eos, & quæret eos, & non

non inueniet, & dicet. Vadã, & reuertar ad virũ meũ priorẽ, quia bene mihi erat. Animaduerte opus Domini profecisse. Adultera enim non inueniẽs viã suã, nec valens pergere quo volebat necessitate obstricta ad maritũ reuertitur priorẽ, & cõfitetur melius sibi in domo viri esse prioris, quàm quondam apud amatores suos fuerat.

10 In c. 2. Sophoniæ. IDEM exponens illa verba: Conuenite, congregamini gens non amabilis, antequam veniat super vos ira furoris Domini ait: Gens non amabilis quæ Dei amore indigna es, siue gens inerudita (vt septuaginta transtulerunt) Sicut in Hieremia scriptum est, Sine causa percussi filios vestros, disciplinam non recepistis, prius quàm pariat iussio, quasi puluerem transeuntem diem, antequam veniat super vos ira furoris Domini. Vbi cerne clementiam. Suffecerat prudentibus malorum venientium impetum descripsisse: verum quia non vult inferre supplicia, sed tantum terrere passuros, ipse ad pœnitẽtiam prouocat, ne faciat quod minatus est, vbi Dominus gentem non amabilem vocat, vt ad sanam mentem redeant, &c. *Hier. 13.*

11 In Psal. 144 ante m. AVGVSTINVS exponens illa verba: Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt, ait: Quid est memoriam suauitatis tuæ? Memoriam abundantiæ, quia nos oblitus nõ es, cum nos obliti te fueramus. Omnis enim caro oblita erat Deum, ille tamen opera sua nõ est, oblitus. Hæc memoria eius super nos, quia non nos oblitus est, prædicanda est, enarranda est, & quia valde dulcis est, manducanda, & eructanda est. Quomodo non sufficit memoriam tuam, nec memoriam abundantiæ tuę, vel memoriam suauitatis tuæ, sed memoriam abundantiæ suauitatis tuæ? Etenim quid prodest si abundet, & insuaue est? Item molestum, si suaue & parum est. Ergo memoriam abundãtiæ suauitatis tuæ eructabunt, quia non es tu oblitus nostri, & non oblitus commonuisti nos, vt & nos reducas in memoriam. Commemorabuntur enim, & conuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ. *Psal. 21.*

12 Hom. 2. in Ezech. to. 2 GREGORIVS ait: Paulus prædicator egregius, ait, Pro Christo legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. Ecce inter nos, & Deum discordiam peccando fecimus; & tamen ad nos Deus suos legatos prior misit, vt nos ipsi qui peccauimus, ad pacem Dei rogati veniamus, post culpam nostram, vt ei reconciliari debeamus, & ipse qui offensus est legatis interuenientibus obsecrat Deus. 2. Cor. 5.

Dei opera sunt misericordia, & iudicium, quæ simul sunt considerãda, quibus vtitur in bonum nostrum. Cap. XI.

1 Lib. 1. in Epist. ad Rom. to. 3. ORIGENES exponens illa verba: Nõ est sanitas in carne mea a facie iręe tuę, sic ait: Propterea ergo rogo, nõ ipsius iræ tuæ potentiã experiri, quoniã iudiciũ eius tantũmodo accipiens, & solã quodãmodo faciẽ eius videns, quæ ex solis verbis diuinæ scripturæ efformatur, iam doleo omne corpus meũ, & conturbor, nec est vlla sanitas in carne mea, neque pax in ossibus meis, tantũ quòd faciẽ iræ tuæ ex scripturis sanctis, non tamẽ ipsam irã sentire, vel videre visus sum. Et si ex hac sola talia sunt quæ patior: propter hoc oro, vt non ipsam irã patiar. Nunc dicit non est sanitas in carne mea a facie iræ tuæ. Quoniam quidem sola facies iræ tuæ, ideſt consideratio ipsa indignationis, ita me perterruit, & conuertit, vt iræ tuæ iam in me locus esse non debeat.

2 Homil. in Psal. 68. to. 1. CHRYSOSTOMVS explicans illa verba: Exaudi me Domine, quoniam suauis est misericordia tua, sic habet: Non audio iactare merita mea, sed nõ taceo gratiã tuã. Ergo suauitas quę est in Deo nostro dulcis est, sapore sancto repleta est, nutrit, fouet, defendit, & fortificar, cõsolationẽ præstat, tolerantẽ facit. Ista ergo suauis misericordia perducit vsque ad præsentiam Dei. Nec ita vnusquisq. sibi blandiatur de misericordia Dei, vt cogitet, quia nõ erit iudicium. Erit & iudiciũ, nã quid clamabat in Psalmo ore prophetico sanctus Dauid, Misericordiã, & iudiciũ cantabo tibi Domine? Hic misericordia, ibi iudiciũ iudicis. Ne cũ non hic placuerint Dei misericordiæ, in iudicio inueniãt Dei veritatẽ. Quia vero multa sunt mala generis humani, & multa misericordia est Dei nostri. Si enim misericors nõ fuisset, quodie peccatores occideret. Sed quia benignitas Dei vnumquẽque ad pœnitentiã vocat, duri, & insulsi secundũ duritiã cordis sui thesaurizãt sibi irã in die iræ secundũ reuelationẽ iusti iudicij Dei, qui reddit vnicuiq. secundum opera sua. Ergo iste Deus multũ misericors, qui non in finem irascitur, neque in finem indignatur, ideo dicit ei. Secundum multitudinem misericordiæ tuæ non pro vita mea, non pro facinore meo respice in me. *Psal. 102* *Rom. 2.*

3 Hom. 3. in epist. ad Philemonem to. 4. IDEM de illis, qui Dei misericordia abutuntur, sic ait: Medici febre laborãtes, eo incẽdio liberãt, non vt sanitate abutãtur in malum, atque in pernicię suam. Nam præstaret morbo consenescere, quã ea ratione sanũ fieri; vt in lectum deterius decidat: sed vt discentes infirmitatis incõmoda, & mala, non iam in ea incidãt, vt sanitatẽ charius amplexi omnia gerant, quæ ad eam cõferri possint. Vbi est igitur, inquies, Dei illa infinita clementia, nisi & malos sæpius saluet? Audio enim plerosq. ista dicere, Quia benignus est, omnino saluabit omnes. Ne itaque nos frustra fallamus. Diluuio in mediũ adducto, malisq. prioribus videmus possibile non esse, vt qui illa intulit peccãtes modo impunitos esse permittat. Si enim eos, qui ante legẽ peccabãt tanta seueritate puniuit, eos qui post gratiã deteriora peccarũt, qua ratione impunitos dimissurus est? Deus bonus, atq. ideo bonus, si quidẽ cruciat. Cũ nihil nostri indigeret Deus sola bonitate cõdidit nos. Cælũ quoque, terrã, mare, & quæ in eis sunt, propter nos cõdidit omnia. Quã tæ hoc benignitatis indiciũ? Qui solem suũ oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos. Nonne id supremæ bonitatis est? Non, dixit Marcionita quidam, cum quo ego contendebam, sed asseruit hoc bonitatis *Matt. 5.*

illius indicium videri posse, si peccatorum rationem minime exigeret, si autem hanc exigit nõ esse illa bonitatis indicia. Ego autem ex abũdanti ostendi, nisi rationem exigeret non esse bonum, atque adeo in primis esse bonum, quia hanc exigit. Dic enim quæso, nisi ille a nobis rationem exigeret, esset ne uita humana? Non ne feris quoque ipsis immaniores euaderent homines? Si enim metu quoque pœnarum, ac iudiciorum imminente pisces trãgressi sumus inuicem deuorantes, leones ac lupos quoque transcendimus, dum singuli quæ sunt aliena diripimus, nisi rationem a nobis exigendam pro indubitato teneremus, quanta confusio res humanas inuolueret? Quis iam labyrinthus mũdanas perplexitates posset æquare? Quàm plena omnia iniquitatis, ac temeritatis vidisses? Quis esset reueritus patrem? Quis peperciſſet matri? Quis vllum voluptatis, vllum vitij genus omisisset? Quod autem hæc ita se habeant ex vestra sola domo conabor ostendere. Si seruis alicuius vestrum persuadeatur, quæ libet in nos patrauerint, siue illi iugum dominationis excutiant, siue in corpora ipsorum dominorum effrenata ferantur audacia, siue asportent omnia, siue vniuersa confundant, & deteriora etiam hostibus faciant, illi non intentabunt minas, nec cruciatus admouebunt, nec digna plectent pœna, nec verba quidem molesta audiẽt, num ista bonitatis esse videntur? At ego summæ immanitatis esse monstrabo, non modo per hanc plane insulsam benignitatem vxores, ac filios perdere: verum illos ipsos per viscera perire permittere. Namque, & ebrioſi, & impudici ac petulantes, & iniurioſi, bestijsque omnibus stolidiores euadent. Hæccine oro benignitatis est ingenuam pessundare animam, & nos ipsos atque alterutrum perdere. Videsne vt pœnas repetere, id tandem clementiæ plerumque sit opus? Et quid seruos dicam per huiusmodi impunitatem ad scelera prõptius currere? Et filios si quis impune permittat cuncta præsumere, neque castiget errantes, ad quæ non prærupta vitiorum euasuri sunt? Quòd si coram hominibus ea castigatio meretur laudem, ac bonitatis insigne est, esset autem non castigare crudelitas; quanto magis id in Deo erit? Igitur quoniam supreme est bonus est, idcirco gehennæ præparauit iucendium. Vultis & alia ex parte diuinam agnoscere benignitatem? Non modo eo metu coercet improbos, verum & qui boni sunt, non eos sinit fieri malos. Nam si nulla esset meritorum discretio, neque secundum opera cuique præmia recõpensarentur, omnes profecto mali fierent. At nunc quoque istud non mediocriter consolatur bonos. Audi denique quid Propheta testatur. Lætabitur iustus cum viderit vindictã, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Non gratulando insultans, abſit, sed metuẽs ne patiatur eadẽ, emẽdare intima sua, vitãq. omnẽ corrigere studet. Quãtæ vero istud prudẽtiæ est? Ita sane, inquies; sed si tantũmodo cõminatus esset, nõ etiã supplicia inferret, satis esse poterat. Si modo, quando supplicia infert, minas tamẽ esse arbitraris, atque ideo negligen

Psal. 57.

tior sis, si tantũmodo minatus esset, tũc omnino desidiæ manus dedisses. Niniuitæ si scissent minas sibi tantũ intentari, numquam profecto pœnitentiã egissent. Quoniam vero pœnituerunt, ad verba vsque minæ illæ peruenerunt. Melior euade, & ad verba vsque minæ desæuient, si autẽ em contemnis minas, rem ipsam experieris. Hi qui sub diluuio fuerunt si minas timuissent, nũquam ad experimentum rei peruenissent.

Tom. 3.

IDEM sic ait: Recordemur perpetuo terribilis illius tribunalis, fluminis ignei, vinculorum insolubilium, profundarum tenebrarum, stridoris dentium, venenosique vermis, sed benignus est Deus. Ergo hæc omnia verba sunt, & neque punitur diues ille Lazari cõtemptor, neque fatuæ virgines a sponso reijciuntur? Ergo qui sordidis est vestibus non peribit manus, ac pedes vinctus? Qui centum denarios a conseruo suo exegit, non tradetur tortoribus? Quod de Mœchis dictum est, nimirum, quod vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, verum non erit? Sed minatur ista tantummodo Deus, vtique inquies. Et vnde dic quæso tantam rem audes publice loqui, atque ex te ipso ferre sententiam? Ex his quæ fecit Deus contrarium probare potero. Non enim minæ sunt, & verba tãtummodo, quæ facta sunt, & in opus ipsum exierunt. Quis igitur totum orbem inducto diluuio stagnauit, ac graue illud naufragium omnimodamq. generis nostri perditionem effecit? Quis deinde fulmina illa, telaque flãmantia super terram Sodomorum demisit? Quis vniuersum Aegypti exercitum in mari demersit? Quis sexcenta Israelitarum milia in eremo consumpsit? Quis Synagogã Abiron combussit? Quis subter eos, qui Core, & Dathan adhæserunt, telluris os aperuit, deuoraque iussit? Quis septuaginta illa millia propter Dauidis peccatum, vno temporis momento peste occidit? Commemorabone & eos, qui priuatim puniti sunt? An Cain illum continuo traditum supplicio? An lapidatum cum omni suo genere Charmi? An eum, qui propterea quod Sabbato ligna collegisset, idem passus est. An quadraginta illos pueros a bestijs consumptos, quibus neque propter ætatem parcitum est? Si vero etiam post gratiam eadem videre volueris, perpende quãta Iudæi passi sint. Quomodo liberos suos comederint mulieres, illæ quidem assantes, istæ vero aliàs consumentes? Quomodo extremę fami belliſque varijs, ac grauibus traditi, omnes superiores tragœdias calamitatum suarum abundantia superauerint? Et Ananias, & Saphira quantas ob modici argenti furtum dederint pœnas, omnes scitis. Non vides & hodie, qui & fame pereant, vel elephãtiasi, vel alio corporis nocumento corripiãtur, qui continua paupertate viuãt, qui innumera mala, eaque incurabilia patiãtur? Multos punit Deus hic, vt cum minarũ verbis nõ creditur, vel supplicij rebus credatis. Et quoniã vetera nos non vsque a Deo territa, per ea quæ cuique generationi accidũt, quoquo tẽpore socordes corrigit,

6 Serm. 3. de epist. Pauli ad Roman.

Num. 11

7

8

IDEM explicans illa verba: Sponsabo te mihi in iustitia, & iudicio, & misericordia, sic ait:

Lib. 1. in c. 3. Osee.

ait: Sponsata est Synagoga in monte Sinai, dãs ei pro sponsalibus legis iustitiam, atque iudicium, & iunctam legi misericordiam, vt quando peccauerit, tradatur captiuitati, cum egerit pœnitentiam reuocetur in patriam, & misericordiam consequatur. De his sponsalibus in diuersis locis Psalmista decantat. Misericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine. Et misericordia, & veritas obuiauerunt sibi, & iustitia, & pax deosculatæ sunt se. Quos duos calices in Psalmo legimus. Calix in manu Domini vini meri plenus mixto, & inclinauit ex hoc in illum, de iustitiæ calice in calicem misericordiæ, & rursum de calice misericordiæ in calicem iustitiæ. Si iniquitates obseruaueris Domine, inquit, Domine, quis sustinebit? Quia apud te propitiatio est.

Psal. 129.

9

IDEM explicans illa verba: Ad iracundiam me prouocauit. Ephraim in amaritudinibus suis, & sanguis eius super eum veniet, sic habet: Cum ergo Ephraim tanta præstiterim, vt nudum, & exulem, & solum, diuitem Dominumque reducerem, & multorum filiorum parentem, deseruit me Ephraim, immo ad iracundiam prouocauit, & amaritudine sua amarum fecit esse, qui dulcis sum. Vnde sanguis eius super eum veniet, idest, ipse causa morti suæ, secundum id quod Dauid loquitur ad eum, qui Saulis nunciauit interitum, & a se regem Israel cæsum esse memorabat, Sanguis tuus super caput tuum. Non mea sententia, sed Saulis sanguine tuus sanguis effundetur. Semper hæretici ad iracundiam prouocant clementem Dominum, & qui mauult pœnitentiam peccatoris, quàm mortem duritia cordis sui punire cõpellunt, & sanguis eorum, quo, & suum, & multorum effuderunt sanguinem, venit super caput eorum, & opprobria, quibus Dominum blasphemauerunt, restituet eis Dominus suus.

Lib. 3. in Ezech. Osee. Matth. 18. Mar. 9.

2. Reg. 1.

10

IDEM explicans illa verba, sic ait: Mos est scripturarum semper aduersis læta subiungere, & postquam tristia Deus fuerit commiratus, ad pœnitentiam eos, quos terruit, prouocat, iuxta illud quod in Esaia legimus. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis. Cumque dixisset, Terra vestra deserta, ciuitates vestræ succẽsæ igni, regionem vestram coram vobis alieni deuorãt; loquitur ad eos meliora promittens, Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum, discite benefacere, & venite, arguite me dicit Dominus. Quomodo ergo in Esaia quos seuera voce terruerat, blanda oratione sustentat, ita & in hoc Propheta quibus dixerat, Domus Israel cecidit, non adijciet, vt resurgat, virgo Israel errauit, in terra nõ est, qui suscitet eam, nunc loquitur ad eos, & dicit, domus Israel, idest decem tribus quærite me, & viuetis. Et nolite quærere Bethel in qua erat vitulus aureus, & Galgalam locum idolatriæ.

Lib. 3. in c. 1. Michæ.

11

IDEM exponens illa verba: Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei, donec causam meam iudicet, & faciat iudicium meum, & educet me in lucem, & videbo iustitiam eius

ait: Omnis correptio ad præsens non videtur esse gaudij; sed mæroris, & postea fructum pacatissimum iustitiæ reddet eis, qui per eam fuerint eruditi. Sentiens igitur anima se peccasse, & habere vulnera peccatorum, & in mortuis carnibus viuere, & indigere cauterio, constanter dicit ad medicum. Vre carnes meas, reseca vulnera, humores omnes noxios dura hellebori potione, constringe. Mei vitij fuit, vt vulnerarer, mei doloris sit, vt tot tormenta sustineam, & postea sanitatem recipiam. Denique post cruciatus, atque supplicia educta de tenebris exterioribus anima, & reddito nouissimo quadrante dicit. Videbo iustitiam eius, & loquar, iustificata sunt iudicia tua Deus. Si autem Christus factus est nobis a Deo sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio, qui iustitiam post iram Dei videre se dicit, Christi sibi repromittit aspectum.

1. Cor. 1.

IDEM explicans illa verba: Filius honorat patrem, & seruus Dominum suum: Si ergo Pater ego sum, vbi honor meus est. Et si Dominus ego sum, vbi est timor meus, ait: Licet prius quàm nascaremini, in Iacob quasi filios amare vos cœpi, tamen eligite quo me vocabulo nominetis, aut Pater sum vester, aut Dominus. Si Pater, debitum patri honorem reddite, & dignam parente offerte pietatem. Si Dominus, cur me contemnitis, cur Dominum non timetis? Loquitur autem ad eos, qui sub Zorobabel, & Iesu Filio Iosedech de captiuitate Babylonica sunt reuersi, & nihilominus in peccatis pristinis permanebant, Deum nec amore, nec timore venerantes. *Infra*: Vult primum Deus, vt filij eius simus, & bonum voluntate faciamus, si hoc consequi nolumus, vt saltem seruos nos habeat, & a malis per suppliciorum formidinẽ recedamus.

12 In c. 1. Malachiæ.

IDEM explicans illa verba: Ecce venit dicit Dominus exercituum, & quis poterit cogitare diem aduentus eius? inquit. Supra legimus motam Domino quæstionem ab his qui dicunt, omnis qui facit malum bonus est, in conspectu Domini, & tales ei placent, aut certe si displicent vbi est Deus iudicij? Hoc est, vbi est iustitiæ veritas? Ad quam dissoluendam Domini sermo respondit. Mittam Angelum meum, qui præparabit viam meam, dominator quem vos quæritis, qui iudex est veritatis, de quo dicitur in Psalmo. Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis. Et ille est Angelus testamenti, quem vos quæritis, cui mala non placent, qui personam in indicio non accipit, qui nulla nec misericordia, nec seueritate mutatur; calix enim in manu Domini vini meri plenus mixto, & inclinauit ex hoc in hoc. Idest misericordia iustitiam temperat, & in iustitia misericordiã. Iste igitur statim veniet, & velociter ad templum suum, idest ad Ecclesiã. Et quis poterit cogitare diem aduentus eius? Si cogitare præ potẽtia maiestatis eius nemo potest, ferre quis poterit?

13 In c. 3. Malachiæ.

Psal. 71.

IDEM explicans illa verba: Dulcis & rectus Dominus, sic ait: Dulcis, quia est panis vi-

14 In Psal. 24. to. 2.

tæ. Dulcis quia promittit præmia futura Rectus, quia reddit vnicuique secundum opera sua. *Infra*: Vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas. Quia & ipsa misericordia, æquis est librata ponderibus, misericordia, quia nos redemit, & veritas quia impios iudicabit.

15 Lib. 4. contra duas epistolas Pelagianorũ to. 7.

AVGVSTINVS in fine, sic habet. Dei misericordiam gratia largitur per Iesum Christum Dominum nostrum, qui est Dei sapientia, de qua scriptum est. Legem, & misericordiam in lingua portat, legem qua terreat, misericordiam qua subueniat, legem per seruum, misericordiam per seipsum, legem tamquam in baculo? quem misit Eliseus ad filium viduæ suscitandum, & non resurrexit. Misericordiam vero tãquam in ipso Eliseo, qui figuram Christi gerens mortuo viuificando coniunctus est.

4. Reg. 4.

16 Expositione in Psal. 84. to. 8.

IDEM explicans illa verba: Dulcis, & rectus Dominus, ait: Dulcis est Dominus, quandoquidem & peccantes, & impios ita miseratus est, vt omnia priora donaret; sed etiam rectus est Dominus, qui post misericordiam vocationis, & veniæ, quæ habet gratiam sine meritis, digna vltimo iudicio merita requiret. Propter hoc legem statuit delinquentibus in via, quia misericordiam prærogauit, vt perduceret in viam. *Infra*. Vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas. Quas autem vias docebit eos, nisi misericordiam, quia placabilis est, & veritatem, quia incorruptus est? Quorũ vnum præbuit donando peccata, alterum merita diudicando. Et ideo vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas. Duo aduentus Filij Dei, vnus miserantis, alter iudicantis. Cauet examinantis seueritatem, qui clementiam subuenientis expertus est. Requirentibus testamentum eius & testimonia eius. Intelligunt enim Dominum misericordem, primo aduentu, & secundo iudicem, qui mites, & mansueti requirunt testamentum eius.

17 In Psal. 32.

IDEM explicans illa verba: Diligit misericordiam, & iudicium, vno verbo ait: Diligit misericordiam, quam nũc prærogat, & iudiciũ, quo id quod prærogauerit exigit. Misericordia Domini plena est terra. Per orbem peccata dimittuntur hominibus, in misericordia Domini. Verbo Domini cæli firmati sunt, non a seipsis, sed verbo Domini iusti firmati sunt.

18 Cõtione 1. in enarratione eiusdem Psal.

IDEM diligit misericordiam, & iudicium, ait: Intendite istam misericordiam, & iudiciũ. Misericordiæ tempus modo est, iudicij tempus post erit. Vnde est misericordiæ tempus. Vocat modo auersos, donat peccata conuersis. Patiens est super peccatores, donec conuertantur. Quandocumque conuersi fuerint, præterita obliuiscitur, futura promittit. Hortatur pigros, consolatur afflictos, docet studiosos, adiuuat dimicantes, neminem deserit laborantem, & exclamantem ad se, donat vnde sibi sacrificetur, ipse tribuit vnde placetur. Magnum tempus misericordiæ, non nos pertranseat fratres. Venturum est iudicium. Erit tunc infructuosa pœnitentia. Dicent enim intra se, pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes. Quid nobis profuit superbia, & diuitiarum iactantia, quid contulit nobis? Transierunt omnia tamquam vmbra. Modo dicamus fructuose transeunt omnia tamquam vmbra, ne tunc dicamus infructuose omnia transierunt. Hoc est ergo tempus misericordiæ, erit & iudicij. Ne putetis autem fratres, quia 19
ista possunt à se in Deo aliquo separari modo. Videntur enim sibi aliquando contraria, vt qui misericos est, non seruet iudicium, & qui iudicij tenax est obliuiscatur misericordiam. Omnipotens est Deus, nec in misericordia amittit iudicium, nec in iudicio misericordiam. Miseretur enim, considerat imaginem suam, fragilitatem nostram, errorem nostrum, cæcitatem nostram, conuersis ad se donat peccata, nõ conuersis non donat, misericors est, & iustus. Nũquid autem iudicium amisit, aut non debuit iudicare inter conuersos, & non conuersos? An vobis iustum videtur, vt conuersus, & non conuersus æqualiter habeantur, vt eo modo suscipiatur confitens, & mentiens, humilis, & superbus? Ergo habet, & iudicium in ipsa misericordia. Rursus in illo iudicio habet misericordiam, in eos vtique quibus dicturus est: Esurui, & dedistis mihi manducare. Si non esset misericordia cum iudicio, non diceret Dominus: In qua mensura mẽsi fueritis, remetietur vobis. 20 In Psal. 58.

IDEM explicans illa verba: Non absconди misericordiam tuam, & veritatem tuam a concilio multo, ait: Non celemus misericordiam Domini, & veritatem Domini. Vis audire misericordiam Domini? Recede a peccatis, condonabit peccata. Vis audire veritatem Domini? Tene iustitiam, coronetur iustitia. Modo enim misericordia tibi prædicatur, postea veritas exhibebitur. Non enim sic est Deus misericors, vt iniustus sit, nec sic iustus est, vt misericors non sit. Paruane misericordia tibi est? Nõ imputabit priora omnia. Male vixisti vsque in hodiernum diem, adhuc viuis, bene viue hodie, hanc misericordiam non celabis. Si hæc est misericordia, quæ veritas? Congregabuntur ante eum omnes gentes, & segregabit eas, sicut segregat pastor oues ab hædis, oues statuet ad dexteram, hædos ad sinistram, quibus dicet: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum; hædis, Ite in ignem æternum. Ibi pœnitentiæ locus non est. Quia misericordiam Dei contempsisti, veritatem senties; si autem non contempsisti misericordiam, veritate gaudebis. *Infra*. Misericordia tua, & veritas tua semper susceperunt me. Non auderem conueniti, nisi securus de remissione, non auderem perseuerare, nisi securus de promissione. Misericordia tua, & veritas tua semper susceperunt me. Attendo quia bonus es, attendo quia iustus es, amo bonum, timeo iustum. Amor, & timor perducunt me: quia misericordia tua, & veritas tua semper susceperunt me. Quare ista suscipiunt, & ab eis oculos auertendi locus non est? Quoniam circumdederunt me mala, quorum non est numerus. Quis numerat peccata aliena, & propria? Sub quo cumulo gemebat, qui

Sap. 5.

Psal. 18.

qui dicebat: Ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce seruo tuo. Timeo mihi, timeo bono fratri, tolero malum fratrem. Et sub isto cumulo, quid erimus, si cesset misericordia Dei?

21 In Psal. 60.

IDEM exponens illa verba: Misericordiã & veritatem eius quis requiret? inquit: Dicit & alio loco. Vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas requirentibus testamẽtum eius, & testimonia eius. Misericordia dicitur, quia non merita nostra attendit Deus, sed bonitatem suam, vt peccata nobis omnia dimitteret, & vitam æternam promitteret. Veritas autem quia non fallit reddere quæ promisit: sic & nos faciamus hic misericordiam & veritatem, misericordiam circa egentes infirmos, & inimicos nostros, veritatem non peccando, nec adijciẽdo peccatum super peccatum, quoniam qui multũ sibi pollicetur de misericordia Dei, surrepit in animum ipsius, vt faciat iniustum Deũ, & putet quia si permanserit peccator veniat ille, & ibi eũ positurus sit, vbi ponet seruos suos. Et iustum hoc erit, vt ibi te ponat perseuerantem in peccatis, vbi positurus est illos, qui recesserunt a peccatis? Sic vis iniustus esse, vt & Deum facias iniustum? Quiduis ergo conuertere Deum ad voluntatem tuam? Tu conuertere ad voluntatem Dei. Quis est ergo qui hoc facit, nisi ex illis paucis, de quibus dicitur: Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit? Vnde merito dicit hic, Misericordiã & veritatem eius quis requiret? Addit Augustinus, & legit quis requiret ei, quod additũ putat, quia multi requirunt misericordiam eius, & veritatem discere in libris eius; & cum didicerint, sibi viuunt non illi, sua quærũt, non quę Iesu Christi. Prædicant misericordiam & veritatem, & non faciunt misericordiam & veritatem, sed prædicando illam, norunt illam. Sed qui Deum amat & Christum, in prædicando misericordiã & veritatem ipsius, ipse illam requiret ei, non sibi, vt qui viuit iam non sibi viuat, sed ei qui pro omnibus mortuus est.

22 In Psal. 61.

IDEM exponens illa verba: Semel locutus est Deus, duo hæc audiui, quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia, sic habet: Multum ad nos pertinent hæc duo, quæ semel locutus est Deus, potestas & misericordia Dei. Intelligite potestatem Dei, intelligite misericordiam Dei. His duobus continentur prope omnes scripturæ, propter hæc duo Prophetæ, propter hæc duo Patriarchæ, propter hæc lex, propter hæc ipse Dominus noster Iesus Christus, propter hæc Apostoli, propter hæc annunciatio omnis, & celebratio verbi Dei in Ecclesia, propter hæc duo propter potestatem Dei, & misericordiam. Potestatem eius timete, misericordiam eius amate, nec sic de misericordia eius præsumatis, vt potestatem contemnatis, nec sic potestatem timeatis, vt de misericordia desperetis. Apud illum potestas, apud illum misericordia, hunc humiliat potestate, hunc exaltat misericordia. Sic enim Deus volens ostendere iram & demonstrare potentiam suam pertulit in multa pacientia vasa iræ, quæ perfecta sunt in perditionem. Audisti potestatem, quære misericordiam, vt notas, inquit, faceret diuitias suas in vasa misericordiæ. pertinet ergo ad eius potestatem damnare iniquos. Et quis illi dicit quid fecisti? Tu enim homo quis es qui respondeas Deo? Time ergo & treme eius potestatem, sed spera eius misericordiam. Attende hæc duo, quia potestas Dei est & tibi Domine misericordia. Fortiora te ne quæsieris, & altiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper. *Eccli. 3.*

23 In psal. 88.

IDEM exponens illa verba: Veritas mea, & misericordia mea cum ipso, ait: Vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas. Memẽtote quantum potestis, quantum sæpe nobis commendentur duo hæc, vt reddamus illa Deo. Sicut enim ipse exhibuit nobis misericordiam, vt deleret peccata nostra, & veritatem vt impleret promissa sua, sic & nos ambulantes in via eius, debemus ei reddere misericordiam & veritatem, misericordiam vt miserorum misereamur, veritatem vt non inique iudicemus, non tibi tollat veritas misericordiam, nec misericordia impediat veritatem. Si enim per misericordiam iudicaueris contra veritatem, aut quasi rigida ueritate oblitus fueris misericordiam, non ambulabis in uia Dei, ubi misericordia & ueritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax osculatæ sunt.

24 In Psalm. 98.

IDEM exponens illa uerba: Confiteantur nomini tuo magno quoniam terribile & sanctum est, ait: Modo parcit populis blaspheman tibus, quia patientia Dei ad pœnitentiam te adducit; non enim qui modo parcit, semper habet parcere, aut qui modo prędicatur, ut timeatur non est uenturus ut iudicet? Venturus est, fratres mei, uenturus est, timeamus illum, & sic uiuamus, ut ad dexteram illius inueniamur, & honor regis iudicium diligit. Sic ergo timeant eum populi, ut corrigant se, non quasi multum præsumentes de misericordia ipsius male uiuant. Diligit enim misericordiã, sed diligit & iudicium. Putas quia sic semper erit misericordia, ut neminem puniat? Nolo sic putare terribile & sanctum nomen eius, & honor regis iudicium diligit.

25 In Psalm. 100.

IDEM exponens illa uerba: Misericordiã & iudicium cantabo tibi Domine, sic habet: Nemo sibi ad impunitatem blandiatur de misericordia Dei, quia est iudicium, & nemo in melius commutatus exhorreat iudicium Dei, quia præcedit misericordia Dei. Homines enim aliquando uicti misericordia faciunt contra iustitiam, & uidetur in eis esse misericordia & non iudicium; aliquando uero rigidum nolentes tenere iudicium, perdunt misericordiam. Deus autem nec in bonitate misericordiam perdit iudicij seueritatem, nec in iudicando cum seueritate, amittit misericordiæ bonitatem. Ecce si temporibus distinguamus hæc duo misericordiam & iudiciũ; forte enim non sine causa ipso ordine posita sunt, ut nõ diceret iudicium & misericordiam, sed misericordiam

cordiam & iudicium. Modo enim si per tempora distinguamus,hæc duo inueniemus, nunc tempus esse misericordiæ; futurum autem tempus iudicij. Quando vides iustos & iniquos eundem solem intueri, eandem lucem capere, eosdem fontes bibere, eadem pluuia saginari, ijsdem fructibus terræ repleri; similiter aerem istum ducere, habere æqualiter bona mundi; noli putare iustum esse Deũ,qui dat ista æqualiter iustis & iniustis. Misericordiæ tempus 26
est, nondum iudicij. Nisi enim primo Deus per misericordiã parceret,non inueniret quos per iudicium coronaret. Est ergo misericordiæ tempus,quando patientia Dei ad pœnitentiam adducit peccantes. Audi Apostolum dicentem vtrumque tempus, & distingue & tu. *Rom. 2.* Existimas autem, inquit, o homo, qui iudicas eos qui faciunt ea, & eadem agis quoniam tu effugies iudicium Dei? Generi humano talia dicebat se committere multa mala quotidie, & tamen viuere, nihil mali sibi contingere, & putabat aut dormire Deum, aut res humanas non attendere, aut amare facta hominum mala,tollit istam cogitationem de corde,sed bene intelligentibus. Quid ergo ait? Existimas o homo qui iudicas eos qui talia agunt & facis ea, quoniam tu effugies iudicium Dei? Et quasi diceret, quare facio tanta mala quotidie, & nihil mali mihi contingit? Secutus ostendit illi tempus misericordiæ. An diuitias benignitatis,& patientiæ, & longanimitatis eius contemnis? Ignoras, inquit,quòd benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Ecce tempus misericordiæ. Ne autem hoc ille semper putaret futurum, quomodo secutus eum terruit? Tu autem iam tempus iudicij audisti, audi tempus misericordiæ. Propter misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. Tu autem,inquit,secundum duritiã cordis tui,& cor impœnitens thesaurizas tibi iram in die iræ,& reuelationis iusti iudicij Dei,qui reddet vnicuique secundum opera sua. Ecce misericordiam & iudiciũ cantabo tibi Domine. Vt commendet Paulus tem- *1. Tim. 1.*
pus misericordiæ in quo sumus, vt nos erigat, inquit. Qui prius fui blasphemus & persecutor, 27
& contumeliosus, sed misericordiam consecutus sum, vt in me ostenderet Christus Iesus omnem longanimitatem ad informationem eorũ, qui crediturí sunt illi in vitam æternam. Vt in me ostenderet, ideſt vt vnusquisque peccator, & sceleratus videret, quia Paulus accepit veniam, & non desperaret, inuenit eum donatorem tempore misericordiæ, tenet debitorem *2. Tim. 4.*
tempore iudicij. Ideo dicit bonum certamen certaui &c. Reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus iustus iudex. Non dixit donat,sed reddet. Quando donabat,misericors erat,quando reddet iudex erit,quia misericordiam & iudicium cãtabo tibi Domine. Sed donando delicta, fecit se debitorem coronæ, ibi misericordiam consecutus sum. Misericors ergo Dominus primo,hic autem reddet mihi coronam iustitiæ. Vnde reddet? Quia iustus iudex est. Quia bonum certamen certaui, cursum consummaui,fidem seruaui. Ideo iustus non potest nisi coronare ista, inuenit enim ista quæ coronaret. Antea vero quid inuenerat,qui prius fui blasphemus & persecutor. Ista donauit,illa coronauit. Donauit hæc tempore misericordiæ,coronauit illa tempore iudicij,quia misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. Ergo,fratres,quoniam habemus tempus misericordiæ non nobis blandiamur,non dicamus,semper parcit Deus, ecce feci heri & percit Deus, facio hodie & parcit Deus, faciã & cras,quia parcit Deus. Attendis ad misericordiam & non times iudicium. Si vis cantare misericordiam & iudicium, intellige quia ideo parcit vt corrigaris, non vt in malignitate permaneas. Noli tibi thesaurizare iram in *Rom. 2.*
die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, quia tempus misericordiæ in alio Psalmo dicitur: Peccatori autem dixit Deus, Vt quid tu enar- *Psal. 49.*
ras iustitias meas, & assumis testamẽtum meũ per os tuum? Tu vero odisti disciplinam, proiecisti sermones meos retrorsum. Si videbas furem currebas cum eo,& cum adulteris portionem tuam ponebas, hæc & fecisti & tacui. Et quia tacuit Deus, ideſt non vindicauit,quid si- *Psal. 93.*
bi dixit in corde suo peccator? Audi,suspicatus es, inquit, iniquitatem quòd ero tibi similis, ideſt parum est quòd tu talis eras,& me talem putabas. Et cum ostendisset illi tempus misericordiæ,terruit de tempore iudicij. Arguam
te,& statuam ante faciem tuam. 29
IDEM exponens illa verba,quæ Ioannis 8. *Tract. 33. in Ioannem to. 9.*
dixit Dominus adulteræ, Nec ego te condemnabo, vade & iam amplius noli peccare,sic ait: Non dixit Dominus, nec ego te condemnabo, vade & viue vt vis. Intendant ergo qui amant in Domino mansuetudinem & timeant veritatem: etenim dulcis & rectus Dominus. Amas *Psal. 24. Esa. 42.*
quòd dulcis est, time quòd rectus est. Tamquã *Psal. 102.*
mãsuetus dixit,tacui,sed tamquam iustus, Nũquid semper tacebo? Misericors & miserator Dominus. Ita plane,adhuc adde longanimis, adhuc adde & misericors, sed time quod est in nouissimo & verax, quod enim modo sustinet peccantes, iudicaturus est contemnentes. An diuitias longanimitatis eius contemnis? Ignoras quia patientia Dei ad pœnitentiam te ad- *Rom. 2.*
ducit? Tu autem secundum duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ. Mansuetus Dominus,longanimis Dominus, misericors Dominus, sed & iustus Dominus,& verax Dominus. *Infra*: Ex vtroque homines periclitantur, & sperando, & desperando, contrarijs rebus, contrarijs affectionibus. Sperando decipitur,qui dicit. Bonus est Deus, misericors est Deus,faciam quod mihi placet, quod libet,laxem habenas cupiditatibus meis, impleam desideria animæ meæ. Quare hoc? Quia misericors est Deus,bonus est Deus,mansuetus est Deus. Spe isti periclitantur. Desperatione autem qui cum inciderint in grauia peccata putantes sibi nó posse iam ignosci pœnitentibus, & statuentes se ad damnationem sine dubio destinatos dicunt apud semetipsos, iam

iam damnandi sumus, quare nõ quod volumus facimus? Istos desperatio necat,illos spes. Metuendum est,ne te occidat spes,& cum multum speras de misericordia, incidas in iudicium. Metuendum est rursum,ne te occidat desperatio. Illis qui spe periclitantur, ait Dominus. *Eccls. 5.* Ne tardes conuerti ad Dominum,neque differas de die in diem: subito enim veniet ira illius & in tempore vindictæ disperdet te. Illis, qui *Ezec. 18.*
desperatione periclitantur, dicit: In quacumque die ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor. 30
IDEM sic habet: Fratres cum ingenti tre- *Serm. 102. de tempore to. 10.*
more considerem us, quia de sexcẽtis millibus, duo tantum terrã repromissionis ingressi sunt. *Num. 14.*
Hoc ergo audiãt,qui ita Dominum misericordem esse volunt, vt iustum esse non credant. Si enim diligenter attẽdimus fratres charissimi, & erga illa sexcenta millia,quæ in eremo mortua fuerant,Deus noster misericors fuit. Quomodo non fuit misericors, qui eos per quadraginta annos reseruauit,& expectauit ad pœnitentiam, & non solum conuerti noluerunt, sed etiam frequenti rebellione contra Dominum murmurantes,ad peccatorum suorum cumulum grauiorem semper sarcinã addiderũt? Quomodo non est misericors qui nos tanto tẽpore expectat, vt corrigamur? Numquid tam prolixa misericordia potest Deo auferre iustiam? Quanto enim diutius expectat, tanto grauius vindicat. Quando enim prolixis temporibus peccamus, & nihil mali a Domino sustinemus, patientia est, non negligentia. Non ille potentiam perdidit;sed nos ad pœnitentiã reseruauit. Ergo & in illis qui in eremo mortui sunt,misericors fuit,quos tanta longanimitate sustinuit,& circa illos duos qui terram repromissionis intrauerunt,iustus apparuit,promissa compleuit, quos fidei merito in terram repromissionis induxit.
31
BERNARDVS sic ait: Sicut apis habet *Serm. 1. Ad Rogat. Psal. 100.*
mellis dulcedinem, habet etiam aculei pũctionem. Huius apis (quæ Christus est)mel & aculeum non ignorat, qui misericordiam & iudicium ei decantat,cum Propheta. Attamen ad nos veniens solum mel attulit,& non aculeum,ideſt misericordiam,& non iudicium. Ita *Luc. 9.*
vt suadentibus quandoque discipulis, vt ciuitatem,quæ susciperе eum noluit,prẽciperet igne consumi, respondеrit filium hominis non venisse vt iudicaret, sed vt saluaret mundum. Non habebat aculeum apis nostra, quodammodo deposuerat eum,quando tanta indigna patiens misericordiam exhibebat,& non iudicium. Sed nolite sperare in iniquitate, nolite peccare in spe. Habet enim apis nostra quandoque assumere aculeum suum, & acriter nimis infigere illũ *Num. 9.*
in medullas hominum peccatorum. Quoniam Pater omne iudicium dedit Filio. Nunc autem paruulus noster butyrum & mel comedit.
32
IDEM ait: Non solum cogitetis fratres *Sermone 4. Aduentus.*
aduentum, quo venit Dominus quærere,& saluum facere,quod perierat: sed & illum quo veniet & assumet nos ad seipsum. Vtinam circa hos duos aduentus iugi meditatione versemini. Vtinam certe dormiatis inter medios cleros. Hæc sunt enim duo brachia sponsi, inter quæ sponsa dormiens aiebat: Læua eius sub *Cant. 2.*
capite meo, & dextera illius amplexabitur me.
IDEM sic ait: Deus,licet vnus sit,& vnum 33
sit; tamen non sui varietate, sed animi nostri *In sermone 36. ex paruis.*
mutatione gustantibus nobis diuersos habere videtur sapores. Sapit enim timenti iustitiã,& potentiam, sapit amanti bonitatem & misericordiã. Vnde dicitur: Semel locutus est Deus, *Psal. 61.*
duo hæc audiui, quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia. Idem quippe est audire hic,quod gustare: quia vtrumque fit vna & simpliciſſima mẽte. Itaque semel locutus est Deus, quia vnum genuit Verbum. Ceterum nos per vnum Verbum duo hæc audiuimus, & sapimus quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia. At is quidem penitus insipiens est, cui nec timorem Deus sapit,nec amorem. Discat quantum vult, ego sapientem non dixerim, dũ nec timebit, nec diliget Deum. Cui nec iustitiam sapit Deus per timorem, nec misericordiam per amorem, is plane dicit in corde suo, *Psal. 52.*
non est Deus. Deum enim non putat, qui nec iustum, nec ipsum reputat.
IDEM sic habet: Pedes Dei alterum iusti- 34
tiam,alterum misericordiam nominemus. His *Serm. 6. in Cantica.*
pedibus deuotas perambulat mentes,incessanter lustrans,scrutansq. corda & renes fidelium. Vide autem ne forte hæc illa sint sponsi crura, *Cant. 5.*
quæ sponsa tam magnifice commendat,compa rãs ea columnis marmoreis fundatis super bases aureas. Pulchre omnino, quoniam quidem incarnata Dei sapientia (quæ auro designatur) misericordia & veritas obuiauerunt *Psal. 48.*
sibi. Denique vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas. Felix mens, cui semel Do- *Psal. 24.*
minus Iesus vtrumque infixerit pedem, timor & spes, ille iudicij, ista misericordiæ repræsentans imaginem. Merito beneplacitum est *Psal. 146.*
Deo super timentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius. Curato,vt neutro frauderis illorum. Porro enim si iam dolore peccati & iudicij timore compungeris,veritatis, iudicijq. vestigio labia impressisti. Quòd si timorem,doloremq. diuinæ intuitu bonitatis,& spe consequendæ indulgentiæ temperas,etiam misericordiæ pedem amplecti te noueris. Alioquin alterum sine altero osculari non expedit, quia & recordatio solius iudicij in barathrum desperationis præcipitat, & misericordiæ fallax assentatio pessimã generat securitatẽ. Datum est & mihi misero nonnumquam sedere secus pedes Domini Iesu, & modo hunc, modo illum tota deuotione amplecti, inquantum me sua benignitas dignabatur admittere. At si 35
quando miserationis oblitus stimulante conscientia iudicio paulo durius inhærerem, mox metu incredibili,ac miserabili confusione deiectus, & tenebroso circumfusus horrore,hoc solum palpitans de profundo clamabam, Quis nouit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo

iram

iram tuam dinumerare ? Quòd si eo relicto pedem misericordiæ plus tenere contingeret, tanta e contrario incuria,& negligentia dissoluebar, vt confestim & oratio tepidior, & actio pigrior,& risus promptior,& sermo incautior, & omnis denique vtriusque hominis status inconstantior appareret. Proinde magistra iam instructus experientia nõ iudicium iam solum, aut solam misericordiam, sed misericordiam pariter & iudicium cantabo tibi Domine. In
Psal.100. æternum non obliuiscar iustificationes istas.
Psal.70. Cantabiles mihi erunt ambæ pariter in loco peregrinationis meæ, quousque misericordia superexaltata iudicio, miseria conticescat, ac sola cantet tibi de cetero glotia mea, & non compungar.

36 IDEM explicans illa verba: Similis est
Serm. 55. in Cantica. dilectus meus capreæ, hinnuloq. ceruorum, ait: Christus iustus, & misericors Saluator, &
1. *Tim.* 2. iudex,& quia amat,vult omnes homines saluos fieri,& ad agnitionem veritatis venire,& quia iudicat,nouit qui sunt eius. Igitur duo hæc bona sponsi misericordiam, scilicet & iudicium in his duobus animantibus commendata, a Spiritu sancto nobis interim sentiamus, vt in testimonium integriratis & perfectionis fidei nostræ,nos quoque Prophetam imitantes,misericordiam & iudicium cantemus Domino.

Deus punit prouocatus peccatis & quasi inuitus, ideoque tam frequenter antequam puniat minatur, flagellatque aliquando, vt amicus, quandoque vero velut inimicus. Cap. XII.

1 BASILIVS explicans illa verba: Quoniam ira indignatio-
Homil. 7. in Psal. 29. to. 1. nis eius,sic ait: Ira & indignatio Dei plurimum differunt. Indignatio enim iudicium est ad infligendum talia, & talia commerito; ira vero labor,suppliciumq. quod cuique pro modo, mensurave iniustitiæ imponitur a iudice iusto. Quod dico, exemplo colliqueſcet magis. Medicus vbi signo quopiam deprehendit partem corporis aliquam inflammatione affectam,& sanie refertam,iudicat incisionem necessariam esse faciendam male affecto. Post vero medici iudicium ac sententiam afferẽdi remedij,venitur ad rem,& ea exequendà quæ sunt visa & iudicata, hoc est, ad ferrum incidens,& dolorem ei,qui inciditur,afferens, indignatio comparatur iudicio secandi,ira sectioni. Ait ergo,quoniam ira in indignatione eius,& vita in voluntate eius. Pœna secundum iustum Dei iudicium; vita vero in voluntate eius. Quid ergo dicit? Quod hoc vult Deus, vt omnes eius vitæ participes sint. Circũstantiæ vero pœnarum non ipsius voluntate fiunt, sed pro merito eorum qui peccauerunt, inferuntur. Vitam itaque Deus cuique propria vo-
Rom. 2. luntate tribuit; iram vero sibi quisque thesaurizat in die iræ, & reuelationis, & iusti iudicij Dei.

2 CHRYSOSTOMVS sic habet: Vita, fratres, multa difficultate plena est, & oportet
Serm. 3. de Spiritu sancto to. 5. omnino iustum, & iniustum, pium & impium affligi: sed magna est varietas. Aliud enim est corripi,vt domesticum,aliud flagellari,vt alienum. Verberatur filius,verberatur & famulus, Plagæ illæ non faciunt æqualem honorem. Non ideo si patiatur pius, quæ patitur impius, eiusdem conditionis erit cum illo,sed cõgruit correptio iusto in afflictionem & probationem; impio autem in flagella & pœnas. Propterea
Psal. 31. Dauid de iustis quidem dicit: Multæ tribulationes iustorum, sed vide quid subdit: Et de omnibus illis liberabit illos Dominus. Nondũ dixit afflictionem, & monstrauit curationem.
Psal. 31. De aduersarijs autem dicit. Multa flagella peccatoris, & non subdit quod de iustis dicebat,Multæ afflictiones iustorum, de his autem omnibus liberabit eos Dominus.

3 HIERONYMVS exponens illa verba:
Lib. 18. in c. 65. Isaiæ to. 4. Isti fumus erunt,in furore meo ignis ardens tota die, sic habet: Propter opera vestra & incredibilem mentis arrogantiam,vt immundi mũdos putaretis immundos,eritis fumus,ignis ardens,qui de meo furore succensus est.Furorem autem, iram, pœnitudinẽ, ita in Deo debemus accipere, quomodo pedes, manus, & cetera membra. Non quo his pateat perturbationibus, qui eas dono gratiæ suæ extinguit in nobis: sed quo per nostra verba Dei erga nos intelligamus affectum. Neque enim ira quæ est vltionis libido,ita definitur in Deo,vt in hominibus,quæ materiam habet in nostris vitijs, nõ in Domini voluntate, qui thesaurizamus nobis irã in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei,
Rom. 2. vt tribulos nostros,& spinas,& zizania,quę pro semine Dei attulimus,ligna quoque & fœnum, & stipulam,quæ super fundamentum Pauli ædi
1. *Cor.* 3. ficauimus, sapiens flamma consumat. De hoc igne & in Moysi cantico legimus. Ignis succen-
Deut. 32. sus est in furore meo, deuorabitq. terram cum germine suo, comburet fundamenta montium, & sagittæ meæ consument eos. Cuius testimonij sensus est, quòd ignis Dei, atque vindicta semper ardeat peccatoribus, & eos vsque ad inferos persequatur. Terram quoque,ideſt carnem nostram,& genimina eius,ideſt carnis desideria eadem flamma comburet,& fundamenta montium, quæ se eleuant contra scientiam Dei. Ipsos quoque montes Dei iacula dispergent, vt humiliati in pœnis, montes esse desistant.

4 IDEM exponens verba illa: Viæ tuæ, & cogitationes tuæ fecerunt hæc tibi,ista malitia
Lib. 1. in c. 4. Hieremiæ. tua,quia amara tetigit cor tuum,sic ait: Loquitur ad vrbem Hierusalem,quòd viæ illius,& cogitationes, quibus & opere, & sermone peccauit, fecerint ei euenire omnia quæ euenerunt, malitiamq. illius,quæ per se amara sit,tetigisse cor illius, & animæ interna penetrasse. Quicquid ergo nobis accidit, nostro accidit vitio, qui dulcem Dominum in amaritudinem vertimus,& cogimus sæuire nolentem. Ventrẽ meũ ventrem meum doleo, sensus cordis mei turbati sunt in me. Vox est hæc Dei loquentis per Prophetam,quòd doleat super contritione populi sui, & instar hominis viscera eius interna lacerentur; omnisq. clangor buccinæ & fremitus prœliorum illius turbat affectum,dum mala cumulantur malis, & vniuersa duarum tribuum terra vastatur. Repente vastata sunt tabernacula mea,subito pelles meæ; dum non putabam, inquit, tabernacula quondam & pelles meæ Babylonio exercitu furẽte populata sunt, & in prædam hostium mea quondam cessere hospitia. Causam autem contritionis,vastitatis,fugæq. & buccinæ subiungit: Quia stultus populus meus, me non cognouit, filij insipientes sunt, & vecordes.

5 IDEM explicans illa verba: Ecce populus
Lib. 2. in c. 6. Hieremiæ. venit de terra Aquilonis, & gens magna consurget a finibus terræ &c. Vox eius: Quare mare sonabit, & super equos ascendent, præparati quasi vir ad prœlium aduersum te filia Sion, ait: Proprie hoc de Babylonijs prophetatur, qui venturi sunt contra populum Hierusalem, & omnis armaturæ ordo describitur, & impetus prœliantiũ, vt vocis terrore concussi agant pœnitentiam,& clementissimum placent Deũ. Denique dat occasionem rogandi, dum dicit: Aduersum te filia Syon. *Et infra*: Quia repente veniet vastator super nos,septuaginta super vos posuerunt cum multo Deus misericordius dixerit,vt quicquid super suum venturum est, populum,super se quoque venire testetur.

6 IDEM exponens illa verba: Scio Domi-
Lib. 3. in c. 10. ne,quia non est hominis via eius,nec viri est,vt ambulet,& dirigat gressus suos,sic habet: Præmiserat, ecce venit commotio magna de terra Aquilonis, vt ponat ciuitates Iuda in solitudinem,& habitaculum draconũ. Et subdit: Quia non est hominis via eius, hoc est, quod a Babylonijs sustinemus, non est eorum fortitudinis, sed nostri meriti & indignationis tuæ. Corripe me Domine, verumtamen in iudicio,& non in
Psal. 6. furore tuo,ne forte ad nihilũ redigas me. Hunc locum & in Psalmo legimus: Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Et est sensus,meremur quidem omnia quæ sustinemus, & multo meremur maiora quàm patimur: verumtamen hoc obsecro,vt quasi pater me corripias, non quasi aduersarius, vt me
Heb. 12. emendes quasi filium,& nõ punias quasi inimicum. Castigas enim omnem filium,quem recipis,& per omnem dolorem,& flagellum emendas Hierusalem.

7 IDEM exponens illa verba: Verumtamen
Lib. 1. in c. 4. Hieremiæ. manus Ahican filij Sapham, erat cum Hieremia, vt non traderetur in manus populi, & interficerent eum,ait: Hieremias reseruatus est
Isaiæ 38. iudicio Dei ne occideretur, vt reliquijs infelicis populi prædicaret, & eos retraheret ad pœnitentiam. Liberatus autem est de periculo mortis, quando de cisterna luti Abdemelech consilio,atque præsidio eductus est.

8 IDEM exponens illa uerba: Plaga inimici
Lib. 6. in c. 30. Hiere. percussi te,castigatione crudeli,sic habet: Aliter amicus,aliter inimicus percutit, aliter pater,aliter hostis. Ille cædit vt corrigat,iste percutit vt occidat. Vnde Propheta lachrymabiliter dicit: Domine ne in furore tuo arguas me,
Psal. 6. neque in ira tua corripias me. Hoc autem factum est,quia propter multitudinem iniquitatis tuæ dura facta sunt peccata tua. Et est sensus, vt inimici te plaga percuterẽ, & cæderem castigatione crudeli; fecit multitudo iniquitatis tuæ,& dura peccata tua, quæ sanari non poterant, nisi mordacissimo puluere, & ardenti cauterio & ferro acutissimo,quo putridas carnes, & insanabiles amputarem. Et tamen propter multitudinem iniquitatis tuæ,& dura peccata feci hæc tibi, non mea voluntate, sed medicinæ ratione cogente.

9 IDEM exponens illa verba: In consilio
Lib. 4. in c. 13. Ezechielis. populi mei non erunt,ait: Pro eo quod nos vertimus, In consilio populi mei non erunt,septuaginta transtulerunt,In disciplina,siue in correptione populi mei non erunt. Alia enim aduersariorum, alia filiorum correptio est. Vnde & Hieremias: Corripe nos Domine, inquit:
Hier. 10. Verumtamen in iudicio, & non in furore; vt
Psal. 78. nequaquã nos paucos facias. Effunde furorem tuum super gentes, quæ te non nouerunt, & super regna quæ nomen tuum non inuocauerunt.

10 IDEM explicans illa verba: Quid faciam
Lib. 2. in c. 6. Oseæ to. 6. tibi Ephraim, quid faciã tibi Iuda: Misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens, propter hoc dolaui in Prophetis,& occidi eos in verbis oris mei, & iudicia tua quasi lux egredientur,ait: Quid faciam tibi Ephraim, quid faciam tibi Iuda? Parentis in perditos filios monstrat affectum. Misericordia nostra, qua vobis semper misertus sum, quasi nubes matutina pertransijt, & quasi ros mane consurgens, qui orto sole siccatur. Iam enim captiuitas prope est, iam vos cerno duci in Assyrios,& in Babylonios catenatos. Dolaui vos in Prophetis,& verbis terribilibus commi natus sum: scalpellum, ignes, & cauteria protuli,vt qui clementem contemnebatis, timeatis offensum. Et occidi negligentes in verbis oris mei: Vt ante peccatores verborum terrore punirem, quàm captiuitas immineret. Et hæc vniuersa feci,vt iudicij,quo te iudicaturus sum, veritas appareret, nullusq. dubitaret vos iuste,quę patimini,fuisse perpetuos. Vbi nostra lectio habet, Dolaui in Prophetis, septuaginta interpretes verterunt, Succidi Prophetas vestros, ipsos Pseudoprophetas occisos a Domino intelligentes, vt qui causa erroris fuerant prospera promittentes interfecti verterentur in occasionem salutis. Et est sensus,ne dicerẽtis Prophetis credidimus etiam ipsos interfeci, vt omnis vobis peccãdi tolleretur occasio.

11 IDEM exponens illa uerba: Si clanget tu-
Lib. 1. in c. 3. Amos. ba in ciuitate, & populus non expauescet, sic inquit:

inquit: Quicquid in Scripturis sanctis dicitur: Tuba comminans est, & grandi voce aures credentium penetrans. Si peccatores sumus, audiuimus, quæ simus tormenta passuri, si erit malum in ciuitate quod Dominus non fecerit. Vocat autem malum, cruciatum, & afflictionē. *Infra*: Non faciet Dominus Deus verbum, nisi reuelauerit secretum ad seruos suos Prophetas. Reuelauerit scilicet punitionem, quam in *Gen. 6.* terris facturus est. Reuelauit Noe seruo suo, *Gen. 18.* quod esset inducturus diluuium. Reuelauit Abraham, & Loth seruis suis, quòd arsurus esset *Gen. 41.* & Sodomam, & Gomorrham, Adamam & Seboim. Reuelauit Ioseph interpretationē somnij septem annorum famis in Ægypto, & Ionæ *Ionæ 3.* Prophetæ subuersionem Niniue: vt qui audirent ventura supplicia, aut agerent pœnitentiam, & tormenta vitarent, aut contemnentes iustius punirentur. Ita & nūc Deus reuelat per Amos seruum suum & Prophetam, quid facturus sit decem tribubus, vt si fuerint ad meliora conuersæ, & idola deseruerint, de imminenti periculo liberentur. Et nota quòd clemens & benignus Deus semper futura prænunciat, ne cogatur inferre supplicia. Et quod hæretici calumniantur in Creatore, quasi seuero & truculento crudeli, & tantum iudice, quòd nullum sit malum in ciuitate, quod ille non faciat, hoc nos referimus ad magnitudinē misericordiæ, quod non inferat pœnas, nisi ante prædixerit. Qui autem prædicit, non vult punire peccantes. Leo inquit rugiet, & quis non timebit? Dominus Deus locutus est, & quis non prophetabit. Est sensus iuxta historiam, si ad leonis vocem omnia contremiscunt, & cuncta animantium natura terretur, nos iubente Deo, vt loquamur, & annunciemus populo ventura supplicia, non prophetabimus? Non loquemur?

12 IDEM explicans illa verba: Quapropter
Lib. 2. in c. 4. Amos. hæc faciam tibi Israel, postquam autem hæc fecero tibi, præparare in occursum Dei tui Israel, inquit: Præmiserat Dominus, dedi stuporem dentibus vestris, & non redijstis ad me dicit Dominus. Prohibui a vobis imbrem, & plui super ciuitatem vnam, & super alteram non plui, & venerunt duæ & tres ciuitates ad vnā, vt biberent aquas, & non sunt satiatæ, & nec sic redijstis ad me, dicit Dominus. Percussi vos in vento vrente, & aurigine hortos vestros, & vineas, & olueta, atque ficeta, & non redistis ad me, dicit Dominus. Misi in vos mortem in via Ægypti, & percussi in gladio iuuenes vestros, & ascendere feci putredinem castrorum vestrorum in nares vestras, & non redijstis ad me, dicit Dominus. Subuerti vos sicut subuertit Dominus Sodomam, & Gomorrham, & facti estis quasi torris raptus de incendio, & non redistis ad me, dicit Dominus. Idcirco hæc faciam tibi o Israel, vt qui præterita contempsisti, saltim ad ea quæ illaturus sum, corrigaris. Cumque dixerit, hæc faciam tibi, quod facturus sit, tacet, vt dum ad singula pœnarum genera Israel pendet incertus, quæ ideo terribiliora sunt, quia omnia suspicantur, agat pœnitentiam, ne Deus inferat quæ minatur.

13 IDEM explicans illa verba: Ecce oculi
Lib. 3. in c. 9. Amos. Domini super regnum peccans, & conteram illud a facie terræ: verumtamen conterens nō conteram domum Iacob, dicit Dominus, ait: Oculi Domini super omnia sunt regna peccantia, quæ ostēdit diabolus Domino, & de quibus *Matth. 4.* Apostolus dicit: Non regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obediēdum desiderijs *Rom. 6.* eius. Verumtamen cum in virga visitet peccatores, & cōterat eos, atque percutiat: qui permanserint in peccato, eas animas quæ appellantur domus Iacob, & supplantant peccatum, & in certamine superant, & plantam cruenti fratris inuadunt, in æternum perire non patitur. Ecce enim ego mandabo, & concutiam in omnibus gentibus domum Israel, sicut concutitur in cribro, & non cadet lapillus super terram. Deus qui mensus est aquas manu, & cælum pal- *Esaiæ 40.* mo, & omnem terram concludit pugillo, ipse pro magnitudine sua vtraque manu tenēs margines terræ, quasi cribrum huc, illucq. concutiet, vt paleis, ac sordibus peccatorum in terram cadentibus, purum frumentum remaneat, quod condatur in horrea: paleas autem comburet igni inextinguibili, de quibus loquitur *Hier. 23.* per Hieremiam. Quid paleis ad frumentum, dicit Dominus? Et hoc patientur qui propter sordes, & pulueres peccatores populi nominantur. Et hoc patientur, quia non credunt vaticinia Prophetarum: nec putant esse ventura, quæ per eos Dominus comminatur. Cumq. sibi prospera repromittant mala, postea sustinebunt, e regione sanctis timentibus, & non peccantibus. Et idcirco nequaquam morientibus gladio, quia dixerunt. Appropinquabunt nobis mala, & venient super nos supplicia, quæ peccata nostra meruerunt. De quo plenius in Hieremia loquitur Deus. Assumam & loquar *Cap. 18.* super gentem & regnum, vt auferam eam, & dispergam. Si conuersa fuerit gens illa a malis suis, & ego agam pœnitentiam de his, quæ cogitaueram facere ei. Non ergo Deus mutatur qui semper est immutabilis: sed nos eum nostra conuersione mutamus. Sæuit, irascitur, comminatur, & dicit se illaturum esse supplicia; si agamus pœnitentiam, ipsum quoque suæ pœnitebit sententiæ. Rursum iuxta eundem Hieremiam promittit prospera, si negli- *Hier. 17.* gentia dissoluamur, & illum pœnitebit sponsionis suæ, promissaq. mutabit. Cuius rei exemplum Niniuitas, & Hierusalem habere possumus, quorum alij de imminentibus supplicijs liberati sunt, alij quæ patribus promissa fuerant, perdiderunt.

14 IDEM exponens illa verba: Cum iratus
Lib. 2. in c. 3. Amos. fueris misericordiæ recordaberis, sic ait: Non debemus putare obliuisci Deum, & post iram suæ misericordiæ recordari: sed quòd nos eum in pœna positi putamus obliuisci, iuxta illud: Vsquequo Domine obliuisceris me in finem? *Psal. 12.* Nam etsi quando tentationibus quasi fluctibus operimur, & rapida dæmonum aduersum nos procella desæuit, velut ad dormientem loquimur. Exurge quare obdormis Domine? Simulq. Dei clementiam cerne. Non dixit cum intuleris supplicia, misericordiæ recordaberis; sed cum iratus fueris. Qui autem irascitur interdum non percutit: sed tantummodo *Rom. 1.* comminatur. Quod & Apostolus sentiens, ait: Reuelatur enim ira Dei de cælo super omnem impietatem & iniquitatem hominum. Vbi autem reuelatur non infertur, non percutit, sed reuelatur vt terreat, & territis non inferatur.

15 IDEM explicans illa verba: Congrega-
In cap. 2. Sophoniæ. mini gens non amabilis, priusquam pariat iussio quasi puluerem transeuntem diem, antequā veniat super vos ira furoris Domini, antequam veniat super vos ira indignationis Domini, ait: Cerne clementiam Dei. Suffecerat prudentibus malorum venientium impetum descripsisse. Verum quia non vult inferre supplicia, sed tantum terrere passuros: ipse ad pœnitentiam prouocat, ne faciat quod minatus est, & dicit antequam fiat quod prophetatum est, antequam præceptum sequatur effectus, quod ita facile veniet, quasi puluis pertransiens, antequam super vos furor Domini compleatur, congregamini gens quæ amore Dei indigna est.

16 AVGVSTINVS sic ait: Tribulationem
Lib. de continentia quæ post. to. 4. Psal. 2. significat illa virga ferrea, de qua in Psalmo legitur: Reges eos in virga ferrea, cum superius dixisset, Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius. Reguntur enim etiam boni in virga ferrea, de quibus di- *1. Pet. 4.* citur: Tempus est, vt iudicium incipiat a domo Domini. Et si initium a nobis, qualis finis erit eis, qui non credunt Dei Euangelio? Ad quos pertinet quod sequitur. Tamquam vas figuli conteres eos. Reguntur enim boni per hanc disciplinam, mali vero comminuuntur.

17 IDEM differens de incommodis, quæ bo-
Lib. 1. de Ciuit. Dei cap. 8. & 9. nis, ac malis plerumque communia sunt, ait: Quicumque boni, maliq. pariter afflicti sunt; non ideo ipsi distincti non sunt, quia distinctum non est, quod vtrique perpessi sunt. Manet enim dissimilitudo passorum, etiam in similitudine passionum; & licet sub eodem tormento non est idem virtus & vitium. Nam sicut sub vno igne aurum rutilat, palea fumat, & sub eadem tribula stipulæ comminuuntur, purgantur frumenta, nec ideo cum oleo amurca confunditur, quia eodem præli pondere exprimitur, ita vna, eademq. vis irruens bonos probat, purificat, eliquat, malos damnat, vastat, exterminat. Vnde in eadem afflictione mali Deum detestantur, atque blasphemant: boni autem laudant. Tantum interest non qualia, sed qualiscunque patiatur. Nam pari modo exagitatum putorē suum exhalat horribiliter cænum, & suauiter fragrat vnguentum.

18 IDEM sic ait: Summus ille vitis agrico-
Ad 22. cap. Matthæi to. 6. la, aliter parat falcem sarmentis fructuosis, aliter infructuosis; tamen non parcit, nec probis, nec reprobis illis purgandis, illis amputandis. Nullus enim hominum est tanta iustitia prædi-

tus, cui non sit necessaria tentatio tribulationis, vel ad perficiendam, vel ad cōfirmandam, vel ad probandam virtutem, nisi forte nec Paulum isti Apostolum inter iustos numerant. An vero illi parcebat qui dicebat: Ne magni- *2. Cor. 12.* tudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis, Angelus satanæ qui me colaphizet. Propter quod ter Dominum rogaui, vt auferretur a me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Ecce nec iusto parcebat, vt eius virtutem in infirmitate perficeret, qui ei declarat colaphizantem Angelum satanæ. Hinc intelligitur quomodo non parcatur impijs tamquā sarmentis præcisis ad combustionem, quando iustis non parcitur propter perficiendam purgationem. Non parcam nec iusto, nec peccatori illum flagellando, vt filium, illum puniendo vt impium.

19 IDEM sic habet: In Psalmo scriptum est:
Libro 2. de peccatorum meritis, & remiss. contra Pelagianos to. 7. Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius. Licet sint homines tanta excellentes iustitia, etiam de talibus scriptum est. Tu propitius fuisti eis, vlciscens in omnes adinuētiones eorum. In filios quippe damnationis vindicat iratus; in filios autem gratiæ vindicat propitius, dum quem diligit, corripit, & flagellat omnem filium quem recipit. *Psal. 98.*

20 IDEM ait: Omnes viæ Domini, misericor-
Lib. de prædestinatione & gratia eod. to. dia & veritas. *Infra*: Nabuchodonosor post innumeras impietates flagellatus pœnituit, & regnum quod perdiderat, rursus accepit. Pharao autem ipsis flagellis est durior effectus, & perijt. Hic mihi rationem reddat, qui diuinum consilium nimium altum sapienti corde dijudicat, cur medicamentum vnius medici confectum, alij ad interitum, alij valuerit ad salutem: nisi quia Christi bonus odor alijs est, odor vitæ in vitam, alijs odor mortis in mortem? Quantum ad naturam ambo homines erant, quantum ad dignitatem ambo reges, quantum ad causam ambo captiuum populum Dei possidentes, quantum ad pœnam ambo flagellis clementer admoniti. Quid ergo fines eorum fecit esse diuersos, nisi quòd vnus manum Dei sentiens in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit, alter libero contra Dei misericordissimam veritatem pugnauit arbitrio? *Psal. 24. Dan. 13. Exod. 14.*

21 IDEM explicans illa uerba: In ira con-
Cōcione 2. in Psal. 58. to. 8. summationis, & non erunt, inquit: Est ira consummationis, & est ira consumptionis; nam & omnis vindicta Dei ira dicitur, sed aliquando ad hoc vindicat Deus, vt perficiat, aliquando ad hoc vindicat, vt damnet. Quomodo ad hoc vindicat, vt perficiat? Flagellat om- *Heb. 12.* nem filium quem recipit, quomodo ad hoc vindicat, vt damnet? Quando posuerit impios ad sinistram, & dixerit eis, Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Illa ira consumptionis est, non consummationis. Annunciabuntur autem consummationes in ira consummationis, & non erunt

vtique in ſuperbia ſua, in qua comprehenſi ſunt.

22 GREGORIVS exponens illa verba Iob cap. 6. Quis det vt veniat petitio mea, & quod expecto tribuat mihi Deus, & qui cœpit ipſe me conterat, & hæc mihi ſit conſolatio, vt affligens me dolore non parcat, ſic ait: Sciendum, quia aliquando nos aduerſarius, aliquando autem conterit Deus. Ex contritione autem aduerſarij a virtute deficimus: per contritionem vero Domini fracti a vitijs in virtute roboramur. Hãc contritionem Propheta proſpexerat, cum dicebat: Reges eos in virga ferrea, & tamquam vas figuli conteres eos. In virga ferrea nos Dominus regit & conterit, quia exterius affligit. Nam quo virtutem carnis humiliat, intentionem ſpiritus exaltat. Vnde hæc eadem contritio figuli vaſi comparatur. Sicut & per Paulum dicitur: Habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus. Qui ſimul contritionem & regimen exprimens, ait: Licet is, qui foris eſt noſter homo, corrumpatur, tamen is qui intus eſt, renouatur de die in diem. *Infra*: Qui cœpit ipſe me conterat. Ac ſi aperte dicat: Hoc quod in me exorſus eſt perficere feriendo, non deſinat. Soluat manum ſuam, & ſuccidat me. Sæpe namque fiducia longæ proſperitatis inflati, in quodam ſtatu elationis erigimur. Cumque nos extolli conditor conſpicit: ſed amorem ſuum erga nos per verba non exercet, quaſi ad ferienda noſtra vitia manum ligatam tenet. An non affectus ſui manum ligauerat cum peccanti populo dicebat. Iam non iraſcar tibi, & receſſit zelus meus a te? Soluere ergo manum ſuam dicitur, cum exercet affectum. Et ſuccidat me, cum enim ſecuros nos, ac de virtutum affluentia elatos repentinus flagelli dolor percutit, protinus ab ſtatus ſui vertice mentis noſtræ elatio ſucciſa cadit, vt de ſemetipſa nihil audeat, ſed infirmitatis ſuæ ictu proſtrata manum leuantis quærat. Et hæc mihi ſit conſolatio, vt affligens me dolore non parcat. Electi quique cum perpetraſſe ſe illicita nouerunt, ſed perſcrutantes inueniunt, quia nulla pro illis aduerſa perpeſſi ſunt, in immẽſæ formidinis terrore tabeſcunt, pauore æſtuant, ſiniſtris agitati ſuſpicionibus laborant, ne in æternum ſe gratia deſerat, quos in præſenti vita mali ſui retributio nulla caſtigat. Timent ne vltio quæ ſuſpenditur, grauior in fine ſeruetur, feriri paterna correptione deſiderant, & dolorem vulneris medicamina ſalutis putant. Recte ergo nunc dicitur: Et hæc mihi ſit conſolatio, vt affligens me dolore non parcat. Ac ſi aperte diceretur: Quia ideo hic quibuſdam parcit, vt eos in perpetuum feriat; ideo me hic feriat non parcendo, vt in perpetuum parcat.

Lib. 7. Moral. c. 7. to. 2.

Pſal. 2.

2. *Cor.* 4.

23

Ezec. 16.

24 IDEM explicans verba illa Iob cap. 27. Emittet ſuper eum & non parcet, ait: Peccatorem Deus quoties feriendo corrigit, ad hoc flagellum emittit vt parcat: cum vero eius vitam in peccato permanentem feriendo concludit, flagellum emittit, ſed nequaquam parcit.

Lib. 18. Moral. c. 13.

Qui enim flagellum emiſit, vt parceret, ad hoc emittit quandoque, vt non parcat. In hac namque vita Dominus, tanto magis ſtudet vt parcat, quanto magis expectando flagellat; ſicut ipſe voce angeli ad Ioannem, ait: Ego quos amo, arguo, & caſtigo. E contra Io. *Apoc.* autem de flagello damnationis ſcriptum eſt. 3. In operibus manuum ſuarum comprehenſus *Pſal.* 9. eſt peccator. De quo per Hieremiam Dominus dicit: Dum incorrigibiliter delinquentes *Hier.* 30. populos videt, quos non iam ſub diſciplina filios, ſed ſub diſtricta percuſſione hoſtes intuetur, Plaga inimici percuſſi te, caſtigatione crudeli. Et quod hic dicitur, Non parcam, ibi quoque verbis alijs declaratur: Quid clamas ſuper contritione tua? Inſanabilis eſt dolor tuus. Vnde hoc ſemper electi prouident, vt ante ad iuſtitiam redeant, quàm ſeſe ira iudicis inextinguibiliter accendat, ne vltimo flagello deprehenſis ſimul eis finiatur vita cum culpa. Omnis ergo diuina percuſſio, aut purgatio in nobis vitæ præſentis eſt, aut initium pœnæ ſequentis. Propter eos enim qui ex flagello proficiunt, ſcriptum eſt. Qui fingis dolorem in præcepto. Quia dum flagellatur iniquus & corrigitur, audire præceptum noluit, audit dolorem. Dolor ergo in præcepto fingitur ei, qui a malis operibus quaſi præcepti vice dolore cohibetur. De his vero, quos damnant flagella, & non liberant, dicitur: Per- *Hier.* 5. cuſſiſti eos, nec doluerunt, attriuiſti eos, & renuerunt accipere diſciplinam. His flagella ab hac vita inchoant, & in æterna percuſſione perdurant. Vnde per Moyſen Dominus dicit: *Deut.* 32. Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit vſque ad inferni nouiſſima. Quantum ad præſentem enim percuſsionem ſpectat, recte dicitur: Ignis ſuccenſus eſt in furore meo. Quantum vero ad æternam damnationem apte mox ſubditur. Et ardebit vſque ad inferni nouiſſima. Licet a quibuſdam dici ſoleat, Non iudicat Deus bis in idipſum, quod in Prophetis ſcriptum eſt. Qui tamen hoc quod per Prophetam *Hier.* 7. de iniquis dicitur, Non attendunt, Et duplici contritione contere eos, & quod alias ſcriptũ eſt, Ieſus populum de terrà Ægypti ſaluans; ſecundo eos qui non crediderunt, perdidit. Quibus tamen ſi conſenſum præbemus quamlibet culpam bis feriri non poſſe, hoc ex peccato percuſsis, atque in peccato ſuo morientibus debet æſtimari: quia eorum percuſsio hic cœpta, illic perficitur, vt incorrectis vnum flagellum ſit, quod temporaliter incipit, ſed in ęternis ſupplicijs conſummatur, quatenus eis, qui omnino corrigi renuunt, iam præſentium flagellorum percuſsio ſequentium ſit initium tormentorum.

AMBROSIVS exponens illud: Arcum meũ ponam in nubibus, &c. ait: Nõ enim ſicut plerique arbitrantur, arcum iſtum dicit, quem aiunt homines eſſe, quo pluuiarum ſigna aliqua declarantur, in quo colores diuerſi tamquã radiorum Solis figurantur, quem irim quidam appellant. Ergo videamus, ne quia arcus quos ſagittæ

26 Lib. de Noe & arca cap. 17. to. 1.

ſagittæ iaciuntur, nũc tenditur, nũc reſoluitur, quandam extenſionem, & remiſſionẽ videatur Scriptura ſignificare, per quam neque penitus per nimiam extenſionem vniuerſa rumpantur; ſed ſit quædam menſura, & quoddam diuinæ virtutis examẽ. Eſt ergo virtus inuiſibilis Dei, quæ & ſpecie iſtius arcus extendendi, & remittendi moderatur pro diuina voluntate, miſericordia, poteſtate, quæ neque omnia confundi nimia ſolutione, neque dirũpi nimia irruptione patiatur. Quam ideo in nubibus dicit poni, quia tunc maxime opus eſt diuinæ auxilio prudentiæ, quando agmina nubium in procellas, tempeſtateſq. coguntur, ideo dicit: Arcum meum ponam, non ſagittam ponam. Arcus enim inſtrumentũ ſagittę iaculandæ eſt. Itaque non ipſe arcus vulnerat, ſed ſagitta; & ideo Dominus in nubibus arcum magis, quàm ſagittam ponit, ideſt, non illud quod vulnerat, ſed quod habeat terroris indicium, vulneris effectum habere non ſoleat &c.

Deo cuncta ſunt præſentia, eſtq. vtiliſsimum id ſemper conſiderare. Cap. XIII.

1 In reſponſione quintæ interrogat. quæ eſt de cohibenda mẽtis ad ſuggeſtiones cogitationes ſuas. *Pſal.* 15. *Hier.* 23. *Matt.* 18.

BASILIVS ſic ait: Chriſtianus quiſque, vt actiones ſuas omnes ad Dei voluntatẽ dirigat, dicat, Prouidebam Dominum in cõſpectu meo ſemper, quoniam a dextris eſt mihi, ne commouear. Memores aſſidue verborum Domini, Numquid nõ cælum & terram impleo ego? Dicit Dominus & Deus appropinquans ego ſum, & non Deus de longe, & vbi ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ego in medio illorum ſum, ſic omnia tamquam in oculis illius agere debemus, & cogitare. Hac enim ratione & perpetuus in nobis timor permanebit, odio habens iniquitatem (ſicut ſcriptũ eſt) animiq. elationem ac ſuperbiam. Cum hæc firmiſſime in animis noſtris hæreat perſuaſio, & quæ recte gerantur ea iudici ac remuneratori actionum noſtrarum placere, & quæ contra flagitioſe, ab eodem condemnari. Ex quo quidem illud ego etiam neceſſario exiſtimo ſequi, vt qui ita ſit animatus, is ne mandata quidem Domini ad gratiam hominum exequi poſſit. Neque enim eſt quiſquam, qui vbi vere præſtãtiorem adeſſe aliquem ſibi perſuaſit, eo ſpreto ſe ad minus præſtantem conuertat. Quin contra potius ſi aliquando inciderit, vt quæ facit, ea clarioris illius opinione ac iudicio approbentur, ab altero autẽ illo reprehẽdenda videãtur, haud dubie ille ſpreta inferioris vituperatione clarioris illius approbationem antiquiorẽ habebit. Quòd ſi hoc in hominibus contingit, qui tandem putãdum ſit animum, qui modo ſanus ſit ac ſobrius, ſi vere Deum adeſſe ſibi perſuaſerit, omiſſis his quæ placere intelligat Deo, conuerſum iri ad aucupandam ab hominibus ſui exiſtimationem? Aut neglectis Dei præceptis hominum eſſe conſuetudini, & ingenio ſeruitutum? Aut de vulgari exiſtimatione pendens vinci ſe ſinet? Aut vlla vllius dignitate exteritus de ſtatu dimouebitur?

2 In interrogat. 21.

IDEM vbi quærit, quę cauſa eſt cur animus temere vagetur, & varijs cogitationibus replea tur, & eas quomodo emendabimus, ait: Sane inanis quę ſolet eſſe mẽtis agitatio, ea naſcitur ex inertia ipſius quandocũque ſcilicet in rebus neceſſarijs minime ſe occupat. Iners autẽ ex eo efficitur mẽs, ſeq. iuſto plus dedit otioſæ ſecuritati, quòd Deũ adeſſe nõ credit, qui ſcrutetur corda & renes. Si enim hoc crederet, prorſus illud faceret quod dictũ eſt. Prouidebam Domi *Pſal.* 15. num in conſpectu meo ſemper, quoniam a dextris eſt mihi ne commouear. Qui vero hoc, & quæ huic ſimilia ſunt, facit; hic neque audebit vmquam, neque otij tantum ſupererit cogitandi, ne eorum quidem quicquam, quę etſi ſuapte natura bona ſunt, ad fidei tamen ędificationem non pertinent, nedum eorum quæ vetita ſunt, & Deo non placent.

3 In libro cui titulus eſt, regulæ breuiores in reſponſ. 127. interrog.

IDEM ait: Dicunt quidam, fieri nõ poſſe, quin homo iraſcatur. Et reſpondens, inquit: Eſto fieri poſſe, vt miles præſente rege iraſcatur; non tamen eo etiam id rationi conſentaneum eſt, quod dicitur. Etenim ſi hominis præſentia eouſq; valet, vt qui in æquali naturæ conditione conſtitutus ſit: propter dignitatis tamen excellentiam turbatũ alicuius animi motum poſſit comprimere; quì non tandem hoc facilius futurum exiſtimãdum eſt, ſi alicui perſuaſum ſit Deum cogitationes ſuas omnes inſpicere? Siquidem longe melius qui ſcrutatur *Pſal.* 7. corda & renes Deus motiones animi peruidet, quàm homo ea, quæ oculis ſubiecta ſunt.

4 Lib. de vera virg. ad Latoiũ Melitenſem Epiſcopum.

IDEM: Caueat virgo ne aut aſpectum, aut motum, aut ſermonem ſuum affectu nimis pudico in quempiam ferat, motuſq. omnes & animi, & corporis in ſponſi ſui ſeruitium redigat. Vbique enim ille eius intuetur cor, & motus omnes diligenter explorat. Diligenter ille omnia rimatur & diſcutit, non ea ſolum quæ mortalibus patent obtutibus; ſed quæ in intimis animæ receſſibus latent, ipſiuſq. oculos nulla peccatricis conſcientiæ latebra vnquam effugere poterit. Nam ille quidem quæ mortalibus viris copulatæ ſunt, quoties ad id nequitiæ proruperint, vt adulterij ſcelus perpetrare geſtiant virorum ingreſſus, atque exitus ſollicite obſeruant, aſpectuſque illorum quantum licet cuſtodientes. At vero Domini ſponſa cum eius obtutus, neque præſentiam queat effugere, omnia in eius oculis gerit. Quapropter ſcire oportet virginem, quòd ſiue ſola aliquid loquatur, in ſponſi auribus loquitur, ſiue ſola quippiam agat, hoc ille diligenter intuetur, ſiue cogitet quicquam, hoc in ipſo cordis motu citius ille cognitum, & exploratũ habet. Faciet enim, inquit, quiſpiam in abditis & 5 ignorabo? Et quo modo qui plantauit aurem non audiet? Aut qui finxit oculum non conſiderat? Qui docet hominem ſcientiam, iſtę quo pacto non omnia agnoſcet, cuius omnia nuda,

& aperta ſunt oculis? Idcirco homo peccati pro iniquitatis merito cæcatus,& ſeipſum fallens dicat vt vult; Tenebræ operuerunt me, & parietes in circuitu meo. Quis me videt? Quæ
Eccli.23. vero ſponſi candidiſſimã lucem ſemper in ſuo pectore ſuſcipit,per ſingula ita clamabit. Quia
Pſal.138. tenebræ non obſcurabuntur a te, & nox ſicut dies illuminabitur, ſicut tenebræ eius, ita & lumen eius. *Infra*: Incorporeus ille cum ſit & ſuſurrij, & aſpectus, & cogitationũ, atque intentionũ cordis, teſtis intimus,atque arbiter ſemper aſſiſtit. *Infra*: Impie in ſponſum contumelioſa eſt,quòd hominum plus eſſe verecundam, quàm ipſius faciem iudicat,quanto ante illorũ oculos ne exiſtimationem ſuam fœdet,indecẽs aliquid agere non audet, ſub eius autem obtutibus qui præſto ſemper eſt,ſine vllo pudore gerit omnia. Quaſi igitur præſente ſponſo, & inſpectante omnia & audiente, virgo ſe habebit in omnibus.

6 In epiſt. ad Cyprianũ, in qua exponitur *Pſ.* 89. to. 3.

HIERONYMVS exponens illa verba: Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo, ſæculum noſtrum in illuminatione vultus tui, ſic ait: Quod inquit in illuminatione vultus tui,hũc habet ſenſum,nihil te noſtrorum latuit peccatorum; ſecreta quoque noſtra tuus oculus inſpexit,iuxta illud quod ſcriptum eſt: Tenebræ non obſcurabuntur a te (vel vt alij legũt) non abſcondentur a te. Et ſcrutans corda & renes Deus. Et iterum: Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Homo enim videt in facie, Deus autem corde.

7 In epiſt. cui titulus eſt, de his quæ Deo in ſacr. litt. attrib. to 9.

IDEM ait: Oculos Deus dicitur habere, pro eo quòd omnia videt, & nil eum latet, in cuius conſpectu ait Apoſtolus,nulla creatura inuiſibilis eſt, omnia enim nuda & aperta ſunt oculis eius.
Heb.4.

8 Lib. 7. in c. 18. Eſaiæ. to.4.

IDEM explicans illa verba: Quieſcam & conſiderabo in loco meo, & ſicut meridiana lux clara eſt,inquit: Quieſcit & contemplatur Deus in loco ſuo, ſiue iuxta Aquilam in firmamento,ideſt in Eccleſia,quæ eſt columna & firmamentum veritatis. Contemplatur autem ea,quæ fiunt in Eccleſia, & ſicut meridiana lux clara eſt, ita vniuerſa perluſtrat, iuxta illud,
1. Tim.3. quod in Pſalmo ſecundum Anagogem de ſole
Pſal. 18. iuſtitiæ dicitur: Nec eſt qui ſe abſcondat a calore eius.

9 Lib.9. in c. 29. Eſaiæ.

IDEM exponens illa verba: Væ qui profundi eſtis corde,vt a Domino abſcondatis conſilium,quorum ſunt in tenebris opera,& dicũt, Quis videt nos,& quis nouit nos,ſic habet: De
Pſal. 63. his rectiſſime ſcriptum eſt: Defecerunt ſcrutantes ſcrutinio, cum ſcriptũ ſit de Dei ſapien
Sap. 3. tia: ſi enim quis perfectus fuerit in filijs hominũ, abſque tua ſapiẽtia in nihilo reputabitur. Qui idcirco arbitrantur Deum ſua neſcire conſilia,quia in tenebris ſunt opera eorum, & dicunt.Quis videt nos,& quis nouit nos? Hæc dicunt ſapientes huius ſæculi, non recordantes
Pſal.138 eius,quod ad eum dicitur: Tenebræ non obſcurabũtur a te,& nox ſicut dies illuminabitur, & ſicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Hoc erro-
Gen.3. re decepti Adam & Eua, audiẽtes ſonitum pedum deambulantis in paradiſo Dei,abſconderunt ſe ſub arbore, in qua erat ſcientia boni & mali. Cain quoque dicens, Si eijcis me hodie a *Gen.4.* facie tua abſcondar,ſimili ſtultitia Deum arbitratus eſt ignorare. Et per Amos de impijs & *Amos 9.* peccatoribus dicitur,Si abſcõderint ſe ab oculis meis in profundo maris,ibi mãdabo draconi & mordebit eos. Peruerſa eſt,inquit,hæc veſtra cogitatio, vt factorẽ putetis neſcire quod fecit, & creatorem ignorare creaturam ſuam.

10 Lib.3. in c. 9. Exechielis.

IDEM explicans illa verba: Et repleta eſt terra ſanguinibus, & ciuitas repleta eſt auerſione. Dixerũt enim, Dereliquit Dominus terrã,& Dominus non videt. Igitur & meus non parcet oculus, neque miſerebor,vias eorum ſuper caput eorũ reddã, ſic habet: Non modicus ſanguis effuſus eſt, ſed a porta vſque ad portã, & omnis ciuitas declinauit a cultu Dei, & pro eo plena eſt immunditia,idololatriæ videlicet ſordibus. Cauſa autẽ tãtorum ſcelerum illa eſt, quòd putauerunt prouidentiam non eſſe ſuper terram, nec eum curare mortalia, iuxta illud quod alibi legimus,ſcilicet is ſuperis labor eſt, ea cura quietos ſollicitat. Quia igitur illi vel putauerunt non eſſe prouidentiã, vel quę ante fuerat in populis,hoc tẽpore ſuum populũ reliquiſſe;propterea & Dei non parcet oculus,nec miſerebitur,viaſq. eorũ atque peccata reddet ſuper caput eorũ, uel ſuper principale cordis.

11 Lib.14. in c. 46. Ezech.

IDEM exponens illa verba: Princeps autem in medio eorum cum ingredientibus ingredietur, & cum egredientibus egredietur, ait: Princeps in medio eorum erit; ingredientium ſcilicet,& egredientium,iuxta illud,quod ſcriptum eſt. Medius inter vos ſtat, quem vos *Ioan.1.* ignoratis. Ingreditur autem princeps cum ingredientibus, & egreditur cum egredientibus, vtrorumque virtutis, ac peccati teſtis aſſiſtens.

Lib.1. in c. 4. Amos to. 5.

IDEM explicans illa verba: Ecce formans montes, & creans ventum,& annuncians homini eloquium ſuum, ait: Annunciat Deus homini eloquium eius, qui cogitationum ſecreta cognoſcit, & quid latens animus tacito ſermone tractet, intelligit, iuxta illud quod in Hieremia, ſecundum Hebraicum legimus. Prauum *Hier.17.* eſt cor hominis, & inſcrutabile, & quis cognoſcet illud? Ego Dominus ſcrutans cor, & probans renes. Quod & in Pſalmo Scriptura teſtatur. Imperfectum meum viderunt oculi tui. *Pſal.138.* Et eſt ſenſus antequam conderer, priuſquam efformarer in membra, dum adhuc in ſemine continerer, viderunt me oculi tui. Et Hieremias audit a Domino: Priuſquam te formarem *Cap.1.* in vtero,noui te. Et Euangeliſta, Videns, ait, *Luc.11.* Dominus cogitationes eorum.

12 Lib.1. in c. 4. Zachar.

IDEM exponens illa uerba: Septem iſti, oculi ſunt Domini, qui diſcurrunt in vniuerſa terra. Habere autem ſeptem oculos,qui diſcurrunt in vniuerſa terra,& cuncta dijudicant, ſupra expoſuimus ſeptem eſſe ſpiritus, & quòd Deum nihil lateat,qui & præteritorum,& præſentium, & futurorum conſcius eſt, & reddit vnicuique ſecundum opera ſua.

IDEM

13 In c.1. Prouerb. to.8.

IDEM exponens illa verba: Reſpicit Dominus vias hominis,& omnes greſſus illius cõſiderat,inquit: Non putent ſe adulteri tenebris noctis,ac parietum obtegi,nõ hæretici ſua mo-
Pſal.138. limina poſſe celari: quia tenebræ non obſcurabuntur a Domino,& nox ſicut dies illuminabitur. *Infra*: Ipſe morietur, quia non habuit diſciplinam,& multitudine ſtultitiæ ſuę decipietur. Multitudinem ſtultitiæ dicit, cum hæretici opera tenebrarum facientes, & iniqui Dominum hæc non videre putant.

14 In Pſal.7. to.1.

AVGVSTINVS explicans illa verba: Dirigens iuſtum,ſcrutãs corda, & renes Deus, ait: Quomodo dirigitur iuſtus in tanta confuſione, niſi dum ſcrutatur corda & renes Deus, videns omnium cogitationes,quæ nomine cordis ſignificatæ ſunt,& delectationes quæ nomine renum intelliguntur? Scrutans ergo cor noſtrum Deus, & proſpiciens ibi eſſe, vbi eſt theſaurus noſter, ideſt in cælis, ſcrutans etiam renes, & perſpiciens non nos acquieſcere carni, & ſanguini, ſed delectari in Domino, dirigit iuſtum in ipſa conſcientia coram ſe, vbi nullus hominum videt, ſed ſolus ille qui perſpicit quid quiſque cogitet,& quid quemque delectet. Videt igitur curas noſtras qui ſcrutatur cor, videt autem fines curarum, ideſt delectationes qui perſcrutatur renes.

15 In Pſalm. 93.

IDEM explicans illa verba: Dixerunt, non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob,ſic habet: Præmiſerat regius vates, Populum tuum Domine humiliauerunt, & hereditatem tuam vexauerunt, viduam & aduenam interfecerunt,& pupillos tuos occiderunt. Vnde tanta ſcelera patrati ſunt? dixerunt,Non videbit Dominus, non attendit iſta, negligit iſta, alias res curat, non intelligit. Hæ duæ
Pſal.49. voces ſunt malorum. Vna quam iam dixi, Hæc feciſti & tacui, & exiſtimaſti quòd ero tui ſimilis. Putas, quia video peccata tua, & placent mihi, quia non vindico. Alia eſt vox iniquorum, quia nec attendit iſta Deus, nec aduertit vt ſciat quemadmodum viuam, non me curat Deus. Infelix homo vt eſſes curauit, vt bene viuas non curat? *Infra*: Qui plantauit aurem non audiet, aut qui finxit oculum non conſiderat, qui docet hominem ſcientiam. Ipſe non ſcit,qui fecit te ſcire? Non habet vnde audiat, qui tibi fecit vnde audias? Dominus ſcit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt. Nam etſi tu neſcis cogitationes Dei, quoniam iuſtæ ſunt, ille tamen ſcit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt.

16 In lib. Solliloquiorum to.9. *Pſal.138.* Sap. 11.

IDEM ſic ait: Imperfectum meũ viderunt oculi tui,oculi inquã tui multo lucidiores ſunt ſole, circumſpiciẽtes omnes vias hominum, & profundum abyſſi,& in omni loco contemplantur ſemper bonos & malos. Cum enim cunctis præſides, ſingula implens,totus ſemper vbique præſens,cũctorumq. curam agens,quæ creaſti, quia nihil odiſti eorum, quæ feciſti, ſic greſſus meos,ſemitaſq. cõſideras,& die, noctuq. ſuper cuſtodiam meam vigilas, omnes ſemitas meas diligenter notans,ſpeculator perpetuus,veluti ſi totius creaturæ tuæ cæli & terrę oblitus tantum me ſolum conſideres; & nihil ſit tibi curæ de alijs. Neque enim tibi creſcit lux incommutabilis viſionis tuæ,ſi tatum vnum aſpicias, neque minuitur ſi innumera videas & diuerſa. Quia ſicut vnum totum ſimul perfecte conſideres, ſic ſingula quælibet licet diuerſa perfecte ſimul, totaq. totus conſpicit viſus tuus. Sed ſicut omnia ſic vnum,& ſicut vnum ſic ſingula, totus ſimul ſine diuiſione, aut commutatione, vel diminutione conſideras. Itaque totus tu in toto tempore ſine tempore, totum me ſimul, ſemperq. conſideras, ac ſi nihil aliud cõſiderare habeas. Sic igitur ſuper cuſtodiam meam ſtas,ſicut ſi omnium oblitus ſis, & mihi ſoli intendere velis. Semper quippe te præſentem exhibes, ſemper te paratum offers, ſi me paratum inuenis. Quocumque iero tu me Domine nõ deſeris,niſi prior ego te deſeram. Vbicumque fuero non recedis, quoniam vbique es, & quocumque iero inueniam te. Fateor quidem quia quicquid facio, & qvæcumque facio, ante te facio, & illuc quicquid eſt quod facio, melius tu vides, quàm ego qui facio. Quidquid enim ſemper operor, tu pariter ſemper præſens aſſiſtis,vtpote perpetuus inſpector omniũ cogitationum, intentionum,delectationum, & 17
omnium operationum mearum. Domine ante *Pſal.37.*
te eſt ſemper omne deſiderium meum, ante te tota cogitatio mea. Tu Domine vides vnde veniat ſpiritus, vbi ſit, & quo vadat, quia tu es omnium ſpirituum ponderator,& vtrum radix ſit dulcis, an amara, de qua foris pulchra folia emittũtur,vt iudex internus melius ipſe noſti, & etiam medullas radicum ſubtilius perſcrutaris,& nõ ſolum intentionem, ſed radicis eius medullam intimam diſertiſſima tuę lucis veritate colligis, numeras, contueris,& conſignas, vt reddas vnicuique non ſolummodo ſecũdum opera, vel intentionem, ſed etiam ſecundum ipſam interiorem abſconditam medullam radicis, de qua procedit intentio operantis. Ad quod tendo cum operor, quicquid cogito, in quocumque delector tu uides, oculi tui uident & conſiderant,ſignas,attendis,notas,ſcribis in libro tuo, ſiue bonum fuerit,ſiue malum. Hoc eſt quod de te Domine dicitur, Vniuerſorum finẽ ipſe conſiderat. Cumq. hæc diligenter conſidero Domine Deus meus terribilis & fortis, timore pariter & ingenti rubore confundor, quoniam nobis magna eſt indita neceſſitas iuſte,recteq. uiuẽdi, qui omnia facimus ante oculos iudicis cuncta cernẽtis. Fortiſſime, magni- *Hier.32.*
potẽs Deus, cuius oculi ſunt ſuper omnes uias filiorum Adam, a die natiuitatis eorum, vſque in diem exitus eorum, ut reddas vnicuique ſecundum opera eorum bona, uel mala, oſtende mihi,ut confitear tibi paupertatem meam.

18 Lib.16. Moral.c.3.to.2

GREGORIVS explicans verba illa Iob cap.22.Et dicis,Quid enim nouit Deus,& quaſi per caliginem iudicat. Nubes latibulũ eius, nec noſtra conſiderat, & circa cardines cæli perambulat,ſic ait: Sunt plerique ita hebetes, ut formidare neſciant, niſi quod corporaliter

vident, vnde fit vt Deum non metuant, quem videre non possunt. Hæretici autem verba irrisionis contra Catholicos proferunt, atque ab eis illum non timeri suspicantur, quem videre corporaliter nequeunt, qui cælo excelsior est, & super stellarum vertices sublimatur, ex longinquo videre non posse; & quia inter nos, & cælestem sedem partes aereæ intersunt, quasi in nube latens per caliginem iudicet; & superioribus intentus minus ima perpendat, & dum cæli cardines ambiendo constringit, inferiora non videat. Sed quis de Deo ista, vel desipiens suspicetur? Qui nimirum cum sit semper omnipotens, sic intendit omnibus, vt assit singulis. Si quosdam peccantes deserit, eisdem tamen ipsis adest per iudicium, quibus deesse cernitur per adiumentum. Sic itaque exteriora circumdat, vt interiora impleat, sic interiora implet, vt exteriora circumdet, sic summa regit vt ima uon deserat, sic imis præsens est, vt a superioribus non recedat. Sic adest vt videri nequeat, Sic videri non valet, vt tamen eius præsentiam ipsa sua iudicia testentur.

19 IDEM in illa verba Iob cap. 31. Nonne ipse considerat vias meas, & cunctos gressus meos dinumerat? ait: Iusti semetipsos solerter inspiciant, & in cunctis actionibus suis a Domino se videri pertimescant. Viarum enim nomine actiones intelligit, & per gressus motus mentium. Sic autem Dominus, vniuscuiusque considerat vias, sic dinumerat gressus, vt ne minutissimæ quidem cogitationes eius iudicio, ac verba tenuissima, quæ apud nos vsu viluerunt indiscussa remaneant. *Infra*: Hanc subtilitatem considerationis eius Propheta aspexerat, cum dicebat: Fortissime, magne, & potens, Dominus exercituum nomen tibi, magnus consilio, incomprehensibilis cogitatu, cuius oculi aperti sunt super omnes vias filiorum Adam, vt reddas vnicuique secũdum vias suas, & secundum fructum adinuentionum manuum eius. Sic easdem vias Dominus subtili examinatione considerat, ut in vnoquoque nostrum nec ea, quæ remuneret bona, prætereat, nec mala, quę videlicet displicẽt, sine increpatione derelinquat. Vnde sancti uiri tanto se subtilius in cogitatione constringunt, quanto a superno iudice districtius considerari perspiciunt. Mentem quippe discutiunt, inuenire si quę deliquerint, quærunt, ut tanto fiant irreprehensibiles iudici, quanto semetipsos quotidie, & sine cessatione reprehendunt. Nec tamen hac de re iam gaudia securitatis sumunt, quia ab illo se uideri considerant, qui in eis & illa uidet, quæ uidere ipsi in semetipsis non ualent.

Lib. 21. Moral. cap. 4.

Hier. 32.

20 IDEM exponens uerba illa Iob cap. 34. Non sunt tenebræ & non est umbra mortis, ut abscondantur ibi, qui operantur iniquitatem, ait: Deus quia mala hominum, nec cogitata ignorat, nec perpetrata obliuiscitur, nisi ab eius oculis pœnitendo deleantur, congrue dictum est, Non sunt tenebræ, & non est umbra mortis, ut abscondantur ibi qui operantur iniquitatem. Ac si diceret. Idcirco eius iudicio nullus absconditur, quia nullatenus potest, aut non uidere, quod facimus, aut obliuisci quod uidet. *Infra*: Lux æterna quæ Deus est, quanto immutabiliter fulget, tanto penetrabiliter uidet, & neque occulta nescit, quia cuncta penetrat, neque penetrata obliuiscitur, quia incommutabilis durat. Proinde quoties indignum aliquid corde concipimus, toties in luce peccamus, quia ipsa nobis & non sibi præsentibus præsto est. Cum uero nos uideri non credimus, in sole clausos oculos tenemus. Illum uidelicet nobis abscondimus, non nos illi.

Lib. 21. Moral. cap. 4.

21 AMBROSIVS, omnia esse nuda & aperta oculis Domini probat testimonijs sacræ Scripturæ, ex Psal. 93. Hierem. 17. Luc. 5. & 6. & sic dicit: Auctores huius erroris (scilicet quod Deo non sint omnia præsentia) nolunt supra se esse iudicem, quem nihil fallat, Nolunt ei dare occultorum scientiam, qui metuunt occulta sua prodi &c. *Et infra*: Quid autem tam stolidum, quàm putare quod Deum quidquam prætereat, cum sol qui minister luminis est, etiam abdita penetret, & in fundamenta domus, uel secreta conclauia uis caloris eius irrumpat? Quis neget uerna temperie tepefieri interiora terrarum, quas glacies hiberna constrixerit? Norunt ergo arborum occulta uim caloris, uel frigoris, adeo ut radices arborum, aut urantur frigore, aut fotu solis uirescant. Denique ubi clementia cæli arriserit, uarios terra se fundit in fructus. Si ergo radius solis fundit lumen suum super omnem terram, & in ea quæ clausa sunt se inserit, nec uectibus ferreis, aut grauiũ ualuarum obicibus, quominus penetret, impeditur: quomodo non potest intelligibilis Dei splendor in cogitationes hominum, & corda semet, quæ ipse creauit, inserere? Sed ea quæ ipse fecit, non uidet, & fecit ut meliora sint quæ facta sunt, & potentiora quàm ipse est, qui ea fecit, ut possent quando uolunt cognitionẽ sui operatoris latere? Tantam ergo uirtutem & potestatem inseruit mẽtibus nostris, ut eam comprehendere cum uellit, ipse non possit?

Lib. 1. offic. cap. 14. n. 4.

22 IDEM ostendit quomodo scrutari testimonia Dei ad beatitudinem conducat, & ad ambulandum in uia Dei, sic ait: Vt quis uictus libidine, uel indulgens flagitijs, conuersus huc atque illuc, si neminem uideat flagitij sui testem in facinus ruit: idem tamen quamuis inueniat paratam occasionẽ potiendi explorat diligenter omnia sollicitus famæ, erubescens testimonium erroris, qui non erubescit errorem, ac si quem forte spectatorem cognouerit facinoris sui, uerecũdia sequestrat intemperantiã: quanto magis si quis alleuet mentis oculos, & considerat plena esse Angelorũ omnia, aerẽ, terras, mare, ecclesias, quibus Angeli præsunt, cõcepto potest renũciare peccato? Sed dicit impius, Tenebræ in circuitu, & parietes me operiunt, &c. Nonne reueritus esses Angelorũ præsentiam, si præsentes esse crederes? Non metueres, non dicam facere, sed & loqui, aut cogitare, quod prauum est, si tibi diuina scriptura suasisset, quia Deus cogitationum arbiter, secretorum testis est verax, sicut ipse ait: Estote mihi testes, & ego testis dicit Dominus Deus. Hominem vereris præsentem, Dei Patris, & Filij non vereris præsentiam? Noli sicut cæcus oculis, aut sicut surdus, qui eo quòd non potest videre, neque audire præsentes, solum esse se credit, & in plurimorũ cœtum, dum putat nullum esse præsentem, perpetrare adoritur, quod arbitratur esse secretum. Similiter & tu mentis cæcatus oculis noli æstimare, quòd sine teste delinquas, quia hominis præsentiam declinare potuisti. Plures sunt, qui redarguãt, quàm quos cauere potuisti, ipsum te fugere tui accusatorẽ non potes, quem conueuit propria cõscientia, & si negas alijs, tibi non negas. Eliseo assistebant Angeli, quos videbat, & ideo agmina hostium non timebat, sed timebat puer eius, qui Angelos non videbat. Scrutare ergo tu testimonia eius. Lege Prophetam, qui dicit tibi. Cælum, & terram ego impleo, &c. *Infra ait*: Sed acquiesco tibi, quòd Iesus te nolit videre, nolint videre Angeli; sed videt diabolus, qui tecum ad alienam introibit, immo qui te introduxit. Vident ministri eius, qui te circumdederunt, ne videres Angelos Dei, &c. Noli putare, quòd colludium tibi præstet silentij, qui volet tecum supplicij habere consortium. Studet plurimos similes sui videre, & in eo habet gloriam, quòd plures perditos fecerit, &c.

Esai. 43.

23

4. Reg. 6. Hier. 23.

Dei auxilium efflagitandum est, & quia necessarium est ad bene operandum, ipsum dat Deus. Cap. XIV.

1 Epist. ad Cyprianum de expositione Psal. 70. to. 3.

HIERONYMVS explicans illa verba: Reuertere Domine vsquequo, & exorabilis esto super seruos, tuos, vbi nostra lectio habet: Conuertere Domine vsque quo, & deprecabilis esto super seruos tuos, ait: Quia agimus pœnitentiam, & scientes vitę nostræ breuitatem ad te corde sapienti cupimus peruenire, & tu Domine reuertere ad nos. Peccatis enim nostris longe recesseras, & dimiseras nos vt ambularemus secũdũ voluntatem, & cogitationes nostras. Quod autem infert, Vsquequo, illam habet intelligentiam, quam in duodecimo Psalmo diximus. Vsquequo Domine obliuiscris me in fine. Qui enim in angustia constitutus est, serum ei videtur Dei auxilium, & propterea impensius deprecatur, vt cito adiutorem Deum sentiat, & nequaquam iratum iudicem, sed placatum. Imple nos matutina misericordia tua, & laudabimus, & lætabimur in cunctis diebus nostris.

Psal. 12.

2 Tom. 6. in c. 14. Esaiæ.

IDEM explicans illa verba: Semen pessimorum præparate filios vestros occisioni, &c. sic ait: Quia omnis qui facit peccatum seruus est peccati, & ex patre diabolo est, huic præcipitur, vt filios suos omnes scilicet cogitationes, & opera mala præparet occisioni, quæ ex impijs nata sunt patribus, haud dubium quin contrarias significet fortitudines. Qui pessimi filij ideo trucidantur in iniquitatibus patrum suorum, ne vltra consurgant, & possideant terram, quæ a sanctis possidenda est, & implenda, vt ciuitates in ea Domini construantur. Et quia non est hominum perfecta victoria, nisi enim Dominus custodierit ciuitatem frustra vigilat, qui custodit eam; ideo Dominus ipse consurget aduersus filios pessimorum, & disperdet de confusione nomẽ eorum, & reliquias & omne germen, & progeniem, ne vltra pullulent in vrbibus Domini. Et ponam eam in possessionem hericij, & in paludes aquarum, scopabo eam in scopa terens, dicit Dominus exercituum. Cũ perdiderit Dominus exercituum, nomẽ Babylonis, & reliquias, & vniuersam progeniem, non erit eius perditione contentus, nisi dederit eam possessionem hericij, & paludes aquarum, & scopauerit eam non leuiter, sed terens, vt nihil in ea antiquarum sordium resideat, vt Babyloniæ semina pereant.

Psal. 126

3 IDEM exponens verba illa: Consurge consurge, induere fortitudine brachium Domini, ait: Dominus credentes in se fuerat cohortatus dicens; nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metuatis, salutemque suam, & iustitiam sempiternã eis promiserat in auxilium, quæ non est alia præter Christum, brachium Domini, de quo supra dixerat, & in brachio meo gentes sperabunt. Vnde populus loquitur ad brachium Domini, & promissum implorat auxilium dicens; Consurge consurge, induere fortitudine brachium Domini. Consurge sicut in diebus antiquis, & omnem tuam exerce fortitudinẽ, vt qui per multa sæcula sanctos tuos de periculis liberasti, etiã nos tua fortitudine protegas. Tu es enim qui percussisti superbum, vulnerasti draconẽ, regẽ videlicet Ægypti Pharaonem, qui, & in Ezechiel draco magnus appellatur. Tu siccasti mare rubrum, vt per aquas vehementissimas, & profunda maris, viam tuus populus inueniret, & Ægyptios fugeret persequentes. Qui igitur ista fecisti, nũc quoque redemptos, & liberatos sanguine tuo, reduc in Sion, & in cælestẽ Hierusalẽ siue in Ecclesiã quã tibi tuo sanguine præparasti, in qua cũ fuerint, gaudebũt lætitia sempiterna, & dicent, Domine vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. *Infra*; Ego ipse consolabor vos. Credentium populus brachiũ Domini, qui ipse est, Dei virtus Deique sapientia, fuerat deprecatus, vt consurgeret, & sibi præberet auxilium, & illo pugnante pro sanctis gaudium atque lætitiam fugato dolore, & gemitu possiderent. Itaque brachium Domini, vel Dominus ipse respondit, Ego sum, & nequaquam per Prophetas, sed ipse vos consolabor Deus misericordiarum, & Pater totius consolationis.

Lib. 14. in c. 51. Esaiæ

Psal. 5.

IDEM

4 IDEM explicans illa verba: Scio Domine, quia non est hominis via eius, nec viri est, vt ambulet, & dirigat gressus suos, inquit. Erubescant noui prædicatores, qui dicunt vnumquemque suo arbitrio regi, cum & hic Prophetæ dicat, Non est hominis via eius. Et Dauid in lyrico canat carmine, A Domino gressus hominis dirigentur, & viam eius volet.
Lib. 2. in c. 10. Hiere. Psal. 36.

5 IDEM explicans illa verba: Conuerte me, & conuertar, quia tu Dominus Deus meus. Postquam enim conuertisti me, egi pœnitentiam. Dixerat antea, Castigasti me, & eruditus sum sicut iuuencus indomitus, & non didici, hoc significat, quòd multo labore, atque verberibus eruditus sit, vt ad pœnitentiam conuerteretur, & non profecerit. Conuerte inquit, me & conuertar. Ergo idipsum, quòd agimus pœnitentiam, nisi Dei vtamur auxilio, implere non possumus. Postquam enim conuerteris me, & ad te conuersus fuero, tunc cognoscam, quia tu Dominus Deus meus, & nequaquam errores mei, atque peccata interficient me. Et postquam conuertisti me, egi pœnitentiam. Vide quantum sit auxilium Dei, & quàm fragilis humana conditio, vt hoc ipsum quòd agimus pœnitentiam, nisi nos Dominus antea conuerterit, nequaquam implere valeamus. Et postquam ostendisti mihi ipsam pœnitentiam, vel tui notitiam percussi femur meum. Quòd dolentis, & plangentis, & super errore pristino plorantis indicium est, vt femur manu percutiat, & stultum se ante fuisse fateatur.
In cap. 31. Hieremiæ.

6 IDEM explicans illa verba: Et ingressus est in me spiritus, postquam locutus est mihi, & statuit me supra pedes meos, inquit. Præceperat Prophetæ sermo diuinus, & iusserat, Sta super pedes tuos, sed sine auxilio Dei, & aduentu Spiritus sancti stare non poterat, propterea ingreditur in eum, siue assumit, & suscitat, vt firmo sit gradu, & possit dicere, Statuit supra petram pedes meos.
Lib. 1. in c. 2. Ezechielis. Psal. 39.

7 IDEM explicans illa verba: Et Dominus Deus exercituum, qui tangit terram, & tabescet, & lugebunt omnes habitantes in ea, & ascendet sicut riuus omnis, & defluet sicut fluuius Aegypti, sic ait: Cum Deus omnipotens tetigerit terram eorum, atque cõcusserit, & tabescere fecerit cuncta terrena, intelligẽtes scelera sua vertentur in luctum, & ascendet super sanctos, quasi fluuius consummationis eius, id est terræ, vt opera eorum terrena consumat.
Lib. 3. in c. 9. Amos to. 5.

8 IDEM exponens illa verba: Omnes qui ingrediuntur ad eam non reuertentur, nec apprehendent semitas vitæ, sic ait: Omnes qui ingrediuntur ad eam, scilicet ad meretricem, siue ad domũ eius, non reuertentur, quia quantum attinet ad naturam iniqua sua voluntate deprauatam, recursum per semetipsam non habet, sed per Dei gratiam qua adiuuatur, & instauratur, vt semitas vitæ apprehendat. Designatum est enim hoc dicto pondus iniquitatis, vt cum reuertitur quis sibi non tribuat, sed gratiæ Dei, non ex operibus ne forte glorietur.
In c. 2. Prouerbiorum to. 8.

9 IDEM explicans illa verba: Verti me ad aliud, & vidi sub sole, nec velocium esse cursum, nec fortium bellum, nec sapientium panem, nec doctorum diuitias, nec artificum gratiam, sic habet: Qui vinctus est compedibus ferreis, & grauibus plumbi nexibus prægrauatur, iniquitas enim sedet super plumbeum talentum, & in Psalmo loquitur, Sicut onus graue grauatæ sunt super me; non est aptus ad cursum illum, de quo dicitur, Cursum consummaui, fidem seruaui. Qui autem leuis est, & anima illius non grauatur, nihilominus, & ipse absque adiutore Deo, ad calcem non potest peruenire. Sed, & cum prœlium fuerit aduersum cõtrarias potestates, de quo scriptum est, sanctificate bellum, licet robustus, tamen proprijs viribus vincere non valebit. Perfectus quoque in filijs hominum, & sapiens viuentem panem atque cælestem habere non poterit, nisi per sapientiam cohortantem, Venite, comedite panes meos. Et quoniam non desunt diuitiæ, de quibus Apostolus ait, Diuites fieri in operibus bonis. Et alibi; Diuites facti estis in omni sermone, & in omni scientia. Sciendum prudentem virum has nõ posse diuitias congregare, nisi eas a Domino acceperit, cuius ipsæ diuitiæ sunt. De quibus & alibi dictum est, Redemptio animæ viri propriæ diuitiæ. Ceterum vt simplicius disseramus, epistola ad Romanos huic loco cõgruit, quia non volentis, neque currentis, sed miserentis Dei sit.
In c. 9. Ecclesiastes. Zach. 5. Psal. 37. 2. Tim. 4. Hier. 6. 1. Tim. 6. 1. Cor. 4. Prou. 13. Rom. 9.

10 AVGVSTINVS sic ait: Et tota spes mea, non nisi in magna valde misericordia tua. Da quod iubes, & iube quod vis. Imperas nobis continentiam, & cum scirem, ait quidam, quia nemo potest esse continens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientiæ scire, cuius esset hoc donum.
Lib. 10. cõfessionum c. 29. to. 1. Sap. 8.

11 IDEM ait: Quod attinet ad naturam iniqua sua voluntate deprauatam, recursum per semetipsum non habet, sed per Dei gratiam, qua adiuuatur, & instauratur. Neque enim desperandi sunt homines in illa sententia, in qua scriptum est, Omnes qui ambulant in ea, non reuertentur. Dictum est enim secundum ponderus iniquitatis suæ, vt quòd reuertitur, qui reuertitur non sibi tribuat, sed gratiæ Dei, non ex operibus, ne forte extollatur.
Lib. 10. de Genesi ad litteram. to. 3. Prou. 2.

12 IDEM ait: Hæc prima sit induendæ humilitatis cogitatio, ne a se sibi putet esse Dei virgo, quòd talis est, ac non potius hoc donũ optimum a Deo descendere. Ita enim non putabit modicum sibi dimissum, vt modicum diligat, & ignorans Dei iustitiam, ac suam volens constituere, iustitiæ Dei non subijciatur. Sed cautius, & verius cogitabit omnia peccata sic habẽda, tamquam dimittantur, a quibus Deus custodit ne committantur. Testes sunt voces piarum deprecationũ in scripturis sanctis, quibus ostenditur ea ipsa, quæ præcipiuntur a Deo non fieri, nisi dante, atque adiuuãte, qui præcipit. Vnde dicitur, Tu mandasti mandata tua custodiri nimis. Deinde quid sequitur? Vtinam dirigantur vię meæ ad custodiendas iustificationes tuas.
Lib. de sancta virginitate to. 6. Rom. 11. 1. Cor. 4. Hier. 10. Psal. 118. Psal. 118.

tuas. Quod Deum præcepisse supra posuit, hoc vt in se impleretur optauit, hoc fit vtique ne peccetur. Quod si peccatum fuerit præcipitur, vt pœniteat, ne defensione, & excusatione peccati pereat. Etiam hoc a Deo petitur, vt intelligatur non fieri, nisi eo præstante a quo petitur. Pone, inquit, Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labijs meis. Non declines cor meum in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis. Si ergo, & obedientia, qua eius mandata seruamus, & pœnitentia qua peccata nostra non excusamus, sed accusamus, optatur, & petitur, manifestum est, quia cum fit, illo dante habetur, illo adiuuãte completur. Apertius etiam dicitur propter obedientiam, a Domino gressus hominis dirigentur, & viam eius volet. Et de sapientia; Si quis indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter. Quisquis ab initio pudicus permanet, ab illo regitur, & quisquis ex impudico pudicus fit, ab illo corrigitur, ipso adiuuante perficitur.
Psal. 140. Psal. 36. Iac. 1.

13 IDEM sic ait: Ad peccandum non adiuuamur a Deo, iusta autem agere vel iustitiæ præceptum omni exparte implere non possumus, nisi adiuuemur a Deo. Sicut enim corporis oculus non adiuuatur a luce, vt ab eadem luce clausus auersusue discedat, vt autem videat adiuuatur ab ea, neque hoc omnino nisi illa adiuuerit, potest: ita Deus qui lux est hominis interioris adiuuat nostræ mentis obtutum, vt non secundum nostram, sed secundum eius iustitiã boni aliquid operemur. Si autem ab illo auertimur nostrum est, & tunc secundum carnem sapimus. Conuersus ergo Deus adiuuat, auersos deserit. Sed etiam, vt conuertamur ipse adiuuat: Cum ergo nobis dicit; Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos, nosque illi dicimus; Cõuerte nos Deus salutarium nostrorum, & Deus virtutum conuerte nos, quid aliud dicimus, quàm da quod iubes, cum iubet dicendo. Intelligite ergo qui insipientes estis in populo, & nos illi dicimus; da mihi intellectum vt discam mandata tua, quid aliud dicimus quàm da quod iubes? Cum iubet dicendo post concupiscentias tuas ne eas, nosque dicimus, scimus quia nemo potest esse continẽs, nisi Deus det, quid aliud dicimus quàm da quod iubes? cum iubet dicẽdo. Facite iustitiam, nosque dicimus, doce me iustificationes tuas, quid aliud dicimus quàm da quod iubes. *Infra*: Dei gratia non solum ostendit, quid faciendum sit, sed adiuuat etiam, vt possit fieri, quod ostenderit. Quid enim habemus, quod non accepimus. Vnde & Hieremias dicit. Scio Domine quia non est in homine via eius, nec viri est, vt ambulet, & dirigat gressus suos. Hinc & in Psalmis, cum quidam dixisset Deo, Tu mãdasti mandata tua custodiri nimis, continuo non de se præsumpsit, sed optauit, vt faceret. Vtinam, inquit, dirigantur vię meæ ad custodiendas iustificationes tuas, tunc non confundar, dum inspicio in omnia mandata tua. Quis autẽ optat, quod in potestate sic habet, vt ad faciendum nullo indigeat adiumento? A quo autem optet in subsequentibus ostendit, cum dicit; Gressus meos dirige secũdum eloquium tuum, vt non dominetur mei omnis iniustitia. *Infra*: Ignorantia, & infirmitas vitia sunt, quæ impediunt voluntatem, ne moueatur ad faciendum opus bonum, vel ab opere malo abstinendum. Vt autẽ innotescat, quod latebat, & suaue fiat, quod non delectabat, gratiæ Dei est, quæ hominum adiuuat voluntates, qua vt non adiuuentur in ipsis itidem causa est, non in Deo. Vnde Hieremias cum dixisset, Scio Domine, quia nõ est in homine via eius, nec viri est, vt ambulet, & dirigat gressus suos, cõtinuo subiunxit. Corripe me, Domine, verumtamen in iudicio, & nõ in furore tuo. Tamquam diceret. Scio ad correptionem meam pertinere; quod minus abs te adiuuor, vt perfecte dirigãtur gressus mei. Et iudicia tua adiuuabunt me. *Infra*: Ideo quisque nostrum, bonum opus suscipere, agere, implere nunc scit, nunc nescit, nunc delectatur, nunc non delectatur, vt noverit non suæ facultaris, sed diuini muneris esse, quod scit, vel quod delectatur, & sciat quàm vere non de terra ista, sed spiritualiter dictum est; Dominus dabit benignitatem, vel suauitatem (vt nos legimus) & terra nostra dabit fructum suum. *Infra*. Bonam voluntatem ex Deo habemus, vnde scriptum est, a Domino gressus hominis dirigentur, & viam eius volet. Et quod Apostolus ait: Ipsius est velle, & perficere pro bona voluntate sua.
Lib. 2. de peccatorũ meritis, & remissione contra Pelagianos. Hier. 10. Psal. 118. Hier. 10. Psal. 118. Psal. 84. Psal. 36. Phil. 2.

14 IDEM ait; Qui per gratiam liberantur non vasa meritorum suorum, sed vasa misericordiæ nominantur ab Apostolo. Vasa autem misericordiæ illius, qui Christum Iesum misit in hunc mundum peccatores saluos facere. *Infra*. Sicut claudicans, ideo curatur, vt sanato malo præterito, futurus dirigatur incessus: sic mala nostra, non ad hoc solum supernus medicus sanat, vt illa iam non sint, sed vt de cetero recte ambulare possimus; quod quidem etiam sani, nisi illo adiuuante, non poterimus. *Infra*. Sicut oculus, corporis etiam plenissime sanus, nisi candore lucis adiutus non potest cernere, sic homo etiam perfectissime iustificatus, nisi æterna luce iustitiæ diuinitus adiuuetur, recte non potest viuere. Sanat ergo Deus non solũ, vt deleat quod peccauimus, sed vt præstet etiã ne peccemus. *Infra*. Reuela Domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet, non sicut quidam putant; quòd ipse faciat, operamur quidem nos, sed illo operante cooperamur, quia misericordia eius præuenit nos. Præuenit autem, vt sanemur, quia & subsequetur, vt sanati vegetemur. Præuenit vt pie viuamus, subsequitur, vt cum illo semper viuamus, quia sine illo nihil possumus facere. Vtrumque enim scriptum est, & Deus meus misericordia eius præueniet me, & misericordia tua subsequetur me per omnes dies vitæ meæ. *Et infra*. Dominus ostendat viam suam, cum dicitur: Ostende nobis Domine misericordiam tuam, & ipse det salutem, vt ambulare possimus, cum dicitur:
Lib. de natura, & gratia contra Pelagianos 1. Tim. 1. Psal. 36. Psal. 58. Ibid. Psal. 22. Psal. 84.

Et

Et salutare tuum da nobis, in eadē via deducat cui dicitur, Deduc me Domine in via tua, & ambulabo in veritate tua. Ipse ad illa, quo via
Psal. 138. ducit, perducat, cui dicitur: Etenim illuc manus tua deducet me, & perducet me dextera tua.

15 IDEM ait: Hominis est præparare cor, &
Lib. 2. cōtra duas epistolas Pelagianorum ad Bonifacium a Domino responsio linguæ, quia homo præparat cor, non tamē sine adiutorio Dei, qui tāgit cor. Quamuis autem nisi adiuante illo, sine quo nihil possumus facere, os nō possumus aperire, de quo scriptum est, Aperi os tuum, &
Psal. 80. implebo illud: tamen nos aperimus illius adiumento, & opere nostro, implet autem illud Dominus opere suo. Nam quid est præparare, nisi voluntatem parare, & tamen in eisdem litteris legitur, Præparatur voluntas a Do-
Psal. 50. mino, & Labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuuā. Ecce Dominus admonet, vt præparemus voluntatem in eo, quod legimus. Hominis est præparare cor, & tamē, vt hoc faciat homo adiuuat Deus, quia præparatur voluntas a Deo. Quare multa facit Deus in homine bona, quæ non facit homo: nulla vero facit homo, quæ non facit Deus, vt faciat homo. Auertat Deus hanc amentiā, vt in do-
Psal. 58. nis eius nos priores faciamus, posteriorem ip-
Psal. 20. sum, quoniam misericordia eius præueniet me, & ipse est, cui fideliter, veraciterque cantatur, quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, Benedictio dulcedinis est, gratia Dei qua fit in nobis, vt nos delectet, & cupiamus, hoc est amemus quod præcipit nobis, nisi Deus nō præuenit nos, nō solum non perficitur, sed nec inchoatur a nobis. Si enim sine illo nihil possumus facere, profecto nec incipere, nec perficere, quia, vt incipiamus, dictum est,
Psal. 58. Misericordia eius præueniet me; vt perficia-
Psal. 22. mus, Misericordia tua subsequetur me. *Infra*: Hominis bonum propositum adiuuat quidem subsequens gratia, sed nec ipsum esset, nisi præcederet gratia.

16 IDEM ait: Metuendum est, ne diuina testi
Lib. de gratia, & libero arbitrio ad Valentinū. monia quæ sunt in defensione liberi arbitrij sic intelligantur, vt ad vitam piam, & bonam conuersationem, cui merces æterna debetur, adiutorio Dei locus non relinquatur, & audeat miser homo spem recte vinendi, in seipso ponere, vt sequatur eum maledictum Hieremiæ Prophetæ dicentis: Maledictus homo qui spem ponit in homine, & firmat carnem brachij sui, & a Domino discedit cor eius. Quia non dixit Propheta, maledictus homo qui spem habet in seipso, posset alicui videri, ideo dictum esse, maledictus homo qui spem habet in homine, vt nemo spem habeat in altero homine, sed in se. Vt ergo ostenderet sic se admonuisse hominem, vt nec in seipso haberet spem propterea cum dixisset, maledictus homo, qui spem habet in homine, mox addidit, Et firmat carnē brachij sui. Brachiū pro potentia posuit operandi, in nomine carnis intelligenda est, humana fragilitas, ac per hoc firmat carnē brachij sui, qui potentiam fragilem, atque inualidam, ideest humanam sibi sufficere ad bene operandum putat, nec adiutorium sperat a Domino. Propter hoc enim subieci, & a Domino recedit cor eius. Nos ergo ad bene operandū spem non habeamus in homine firmantes carnem brachij nostri, nec a Domino discedat cor nostrum, sed ei dicat; Adiutor meus esto, nederelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus. *Infra*: Bonum certamen certaui, *Psal. 26.*
dixit Paulus, sed qua uirtute certauerit, audi *Deut. 8.*
Dominum dicentem; Ne dicas in corde tuo fortitudo mea, & potentia manus meæ fecit mihi virtutem magnam hanc, sed memoraberis Domini Dei tui, quia ipse tibi dat fortitudinem facere & virtutem.

17 IDEM explicans verba illa: Domine vt
Expositione in Psal. 5. to. 8. scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos, sic inquit. Bona voluntas Dei præcedit bonam volū tatem nostram, vt peccatores vocet in pœnitentiam. Et ipsa sunt arma, quibus expugnatur inimicus, contra quem dicitur; Quis accusabit aduersus electos? Et si Deus pro nobis, quis contra nos.

18 IDEM explicans illa verba: Ne repellas
In Ps. 118. Contione quinta. me a mandatis tuis, sic habet: Ecce orat, vt adiuuetur ad custodienda verba Dei, in quo dixerat viam suam corrigere iuniorem. Nam vtique hoc est, ne repellas me a mandatis tuis. Quid est enim a Deo repelli, nisi non adiuuari? Mandatis quippe eius rectis, atque arduis humana non contemperatur infirmitas, nisi pręueniens eius adiuuet, & charitas. Quos autem non adiuuat, hos merito perhibetur repellere. Indebita Dei misericordia sanatur nostra miseria. Nam iste qui loquitur, & dicit; In toto corde *Psal. 118.*
meo exquisiui te, & hoc vnde posset, nisi eum *Psal. 34.*
aduersum se ipse conuerteret, cui dicitur, Deus tu conuertens viuificabis nos, & ille perditū quæreret, & errantem ille reuocaret, qui dicit quod perierat requiram, & quod errauerat *Ezec. 34.*
reuocabo? Inde est, quod, & corrigit viam suam in custodiendo verba Dei illo regente, illo faciente, neque enim per se ipse posset, cū *Hier. 10.*
Hieremias Propheta fateatur, & dicat; Scio Domine quia non est hominis via eius, neque vir ibit, & corriget viā suam. A Domino quippe hoc etiā iste superius optauit, vbi ait, Vtinā dirigantur viæ meæ, & hic vbi addidit, In cor-
de meo abscondi eloquia tua, vt nō peccē tibi; continuo diuinum quæsiuit auxilium, nam in corde eius Dei eloquia sine fructu absconderē tur, nisi opera iustitię sequerentur. Cum enim hoc dixisset adiunxit; Benedictus es Domine doce me iustificationes tuas. Eas vult faciendo discere non loquendo, vel memoria retinendo. Quoniam ergo sicut in alio Psalmo legitur; Benedictionem dabit legislator, ideo benedi-
ctus es Domine doce me, inquit, iustificationes *Ibid.*
tuas. Quia enim in corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi, legem dedisti, da etiam benedictionem gratiæ, vt faciendo discam, quod intimando iussisti.

19 IDEM exponens illa verba: Quoniam
Contione 17. in Psal. 118. mandatis tuis credidi, inquit. Cum dixit, Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me adiunxit; Quoniam mandatis tuis credidi. Credidi quòd tu illa mandaueris, nō aliquis homo. Si enim homo hæc mihi iuberet forinsecus, nun quid etiam, vt facerem quod iubebat adiuuaret intrinsecus? Doce ergo me suauitatem, inspirando charitatem, doce me disciplinam, donando patientiam, doce me scientiam illuminando intelligentiā, quoniam mandatis tuis credidi. Te illa credidi mandasse, qui Deus es, & homini donas vnde facias eum facere, quod mandas.

20 IDEM explicans illa verba: Expandi ma-
In Psal. 142. Psal. 84. nus meas ad te anima mea, sicut terra sine aqua tibi, ait: Complue me ad faciendum fructum bonum. Dominus enim dabit suauitatem, vt terra nostra det fructum suum. Extendi manus meas ad te, anima mea, velut terra sine aqua tibi. Sitire tibi possum, me irrigare non possum. Anima mea sicut terra sine aqua tibi, abū
Gen. 1. dat mare, inundat, copiosum est, fluctuat, sed amarum est. Discreta est aqua, apparuit arida anima mea, irriga eam, quia velut terra sine aqua tibi.

Dei solius maiestas incomprehensibilis, quam expedit, sic frequenter considerare.

Cap. XV.

1 ORIGENES explicans illa
Hom. 1. in Esaiā to. 2. verba ex capite 6. Seraphim stabant super illud sex alæ vni & sex alæ alteri, duabus velabant faciem, &c. ait: Duabus velabant faciem, non propriā sed Dei, duabus alis velabant pedes non proprios, sed Dei; duabus autem alis volabāt. Operiebant faciem Dei, exordium enim Dei ignotum est, sed & pedes. Nouissimum enim quod in Deo nostro est, non comprehenditur. Sola media videntur, ex ijs quæ sunt intelligo Deum.

2 BASILIVS explicans illa verba: Ego
Hom. 17. in Psal. 115. to. 1. autem humiliatus sum nimis, ait: Nisi quis mētem, intellectumue suum modestæ humilitati substrauerit, adeo vt ad Apostoli imitationem secum dicat; Fratres ego non me arbitror apprehendisse, sed superflue ad apprehendendā Dei substantiam mentem sustollit, & propriæ cogitationi admetitur arcana nullius creaturę viribus attingibilia, adde quod is tantum esse Deū existimat, quantum esse ipse sua secum ratiocinatione assequi potuit, sensumque suum prorsus vniuersorum mensuram constituit, is neutiquam recta reputat quanto sit procliuius mare vniuersum exiguæ manus cauo admetiri, quàm vt mens humana inenarrabilem illam Dei maiestatem queat vlla circumspectione complecti.

3 IDEM sic inquit: Quæ sunt Dei sermone
Homil. 15. ex variis, quæ est de fide. prosequi, ac enarrare audax profecto facinus fuerit, cum infra materiam tam arduam nostra sit longe cogitatio. Rursus quæ de Deo cogitata seu cognita, nec sermo vllus satis aperte explicare possit. Si igitur mens nostra diuinarum rerum cōsideratione ac notitia multo reperiatur inferior, & oratio infra mentem ipsam, & cognitionem maxime existat, quomodo non erit necessarium silere, ne Theologiæ dignitas verborum penuria, & tenuitate periclitari videatur? Cunctis tam doctis quām indoctis natura quidē est insitum hominibus, vt Deū glorificare cupiāt, enarrare autē ipsius magnitudinē nullus sane inuenitur idoneus. Nemo ita demens, aut tāta mentis cæcitate est, vt ad summam Dei cōprehensionē sese peruenisse existimet, sed quāto magis ad ipsius notitiā accedere videbitur, tanto maiorē sentiet infirmitatem. Talis erat Abraham, talis Moyses. Quando enim Deum videre, quantum fas erat homini potuerunt; tunc maxime vterque se humilem, tenuemque putauit, Abraham se terram, ac cinerem nominans, Moyses vero se lingua balbum, ac sermone tardum appellans. Videbat enim se rerum cognitarum magnitudini, nequaquam linguæ debilitate posse respondere, *Infra*. Nec Angelorum linguæ qualescumque, aut quātæcumque hæ sunt, neque item Archangelorum cum omni rationali natura congregatæ, vel minimam illius diuinitatis partem, satis congrue prosequi, nedū toti explicandæ pares esse valebunt. Tu autem si aliquid de Deo dicere, aut audire cupis, mitte corpus vna cum sensibus corporeis, relinque terram, mare, & aerē sub tuis ponito pedibus, supra æthera mentis oculos attolle, siderum cursus, mirandamque naturam præteri, ordinem, magnitudinem, quantos omnibus vsus præbeant, splendorem, motum, collocationem, quemadmodum inter se iungantur, ac distent, omnia mente sublimior factus despice. Deinde supra cælum ascende, & animo pulcherrima quæ ibi adsunt contemplator, cælestes exercitus, Angelorum choros, præsulatus Archangelorum, gloriam dominationum, sedes thronorum, virtutes priucipatus, potestates, singulas percurrendo creata, mentem amore diuino incensus altius illis attolle, ac omnium conditricem naturam diuinam intuere stabilem, immobilem, nihil in se alienum retinentem, simplicem, impassibilem, indiuisibilem, incompositā, lucem habitantem inaccessam, potentiam ineffabilem, magnitudinem incircumscriptam, gloriam supermicantem, bonitatem desiderabilem, pulchritudinem inenarrabilem. Ibi nāque Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, increata natura, Dominica maiestas, naturalis bonitas. Pater omnium principium, omnium causa existentium, animantium radix, vnde vitæ fons ortus est, sapientia, potentia, imago pijssima inuisibilis Dei. Filius ex Patre genitus, Verbum viuens, Deus existens. Manens igitur in essentia Filius, omnia est, quæ Pater est, æqualis in bonitate, æqualis in potētia, eiusdem socius gloriæ, est enim imago totum in se Patrē ostendens.

dens. Idem docet de Spiritu sancto, qui in cælo est, & terram impleuit, vbique adest, & nusquam circumscribitur, totus in quolibet inhabitat, & totus cum Deo est, Dominica, ac principali potestate charismata diuidit.

5 In libro de Spiritu sancto ad sanctum Amphilochiū Episcopum Iconij. *Esaiæ* 40.

IDEM sic habet: De verbo Dei Prophe-ta locutus est, cum diceret; Quis mensus est pugillo aquam, & cælum palmo, & totam terram pugno? Quis statuit montes libra, & rupes statera? Quis cognouit mentem Domini, aut quis consiliarius illius fuit? Deus est qui continet terram, eamque pugno complexus est, hic qui cuncta in ordinem decentem digessit, qui & montes æqualiter librauit, & mari terminos præscripsit, & omnibus quæ in mundo sunt, suū designauit ordinem. Qui totum cælum minima suę potestatis particula comprehendit, quē sermo propheticus figurate palmum appellauit.

6 Tractatude vera Fide. to.2.

IDEM sic ait: Infinitum quid est, quod de rerum diuinarum cognitione diuinæ litteræ sentiunt, neque vllo modo vires humanas, quamdiu hic in terris vitam ducimus earum arcana penitus posse comprehendere, cum maioribus in dies singulos progressibus faciendis aliquid noui assidue semper acquiratur, neque sit quisquam, qui ad summum illud prius queat peruenire, quàm venerit quod perfectum est, quo sane tempore euacuabitur, quod ex parte est. Quocirca cum ad omnes simul de Deo notiones explicandas, omnemque pariter depromendam gloriam, non vnicum nomē sufficiat, atque neque singula, si cum integra ipsorum significatione seruetur, sine periculo assumātur. Si quidem vt dixerit aliquis Deus, nō protinus tamen eum Patrem esse declarauit, porro huic ipsi vocabulo Pater, abest ea significatio, quòd sit Creator. Rursus in iam dictis desiderantur bonitas, sapientia, potentia, & quæ de Deo in sanctis litteris reliqua pronunciantur. Quod vsu venit etiam Creatoris vocabulo, nostro enim loquēdi vsu notio huius nominis, tempus, materiam, instrumenta, adiumenta requirit, a quibus omnibus vacua penitus sit, oportet ea, quæ pia de Deo habenda intelligentia est, eatenus id tamen, quoad præstare humana facultas potest. Nam rem ipsam plane vti suapte natura est, etsi omnes omnium mentes vna ad inuestigandum coirent, itemque ad enunciandum linguæ concurrerent: tamen qui assequi posset existeret nemo. Istum sane scripturæ esse sensum luculenter sapientissimus declarat Salomon dicens; Dixi sapiens efficiar, & ipsa longius recessit a me multo magis, quàm erat. *Eccls.7.* Non quidem quod reuera illa fugeret, sed quod ij maxime intelligunt, cum ea omnem cuiusuis ad ipsam comprehendendam captum exuperet, qui Dei beneficio ampliorem, ipsi quam ceteri cognitionem sunt consecuti.

7 Hom. 1. in c.6. Esaiæ. to.1.

CHRYSOSTOMVS sic habet: Seraphim illa ineffabili gloria conditoris fruuntur incomprehensibilem eius pulchritudinem contemplantia. Non dico illam, vt est natura, hæc enim incogitabilis est, nec spectari potest, nec figura exprimi, absurdumque est, sic de illa opinari, sed quātum concessum est, quantum ex illo splendore possunt comprehendere. Quoniā enim assidue famulātur in circuitu throni regalis, in iugi gaudio perseuerant, in sempiterna delectatione, in exultatione finem non habitura gaudentia, saltantia, citra vllum silentium gloriam canentia. Nam stare in conspectu maiestatis illius, deque splendore illinc refulgente illuminari, hoc illis est gaudium, hoc illis voluptas, hoc denique gloria. Quomodo fit igitur, vt illa Seraphim, cū eiusmodi voluptate fruātur, hanc cum timore misceant? Audi quid dicit Propheta: Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum. *Esaiæ 6.* Quam ob causam cum dixisset excelsum, adiecit eleuatum? An non satis erat per celsitudinem rem totam significare, declarareque dignitatis eminētiā? Quapropter ergo addidit, & eleuatum? Vt cathedram incomprehensibilem significaret, quā doquidem apud nos, quod excelsum est cogitationem quandam præbet comparationis ad ea, quæ humilia sunt, & submissiora. Veluti excelsi sunt montes ad campestria, locaque terrę supina comparati, excelsum autem cælum super omnia terrena sublatum est. Ceterum hæc eleuatio, sublatioque solius est illius naturæ incōprehensibilis, quā neque cogitatione cōcipere neque verbis eloqui, quispiā potest, eoq. dicit, Vidi Dominū sedentē super solium excelsum, & eleuatū. Sed quid præterea vidisti o Propheta? Quid circa illum spectasti? Et Seraphim stabant, inquit, in circuitu eius. Quid faciebant, & quid dicebant, & qua fiducia fruebantur? Fiducia quidem, inquit, nulla, verum timoris, ac stuporis erant plena, ipsa etiam specie metum ineffabilem declarantia. Duabus enim alis velabant faciem, simul excludentia radium e throno prodeuntem, eo quod ferre non possent immensam illius gloriam, simul autem, & suam religionem, ac reuerentiam significantia, quam habent erga Dominum. Tali gaudio gaudent illa, tali lætitia exultant. Nec solum facies velant, verum & pedes. Quamobrem hoc faciūt? Facies quidem merito velant propter metuendum spectaculum, quòdque nō possint inaccessam gloriam obtueri. Verum pedes quare simul velant? Inexplebilem erga conditorem reuerentiam exhibere student, multamque anxietatem, tum ipso habitu, tum voce, tum aspectu, denique ipsa statione. Quoniam igitur id quod desiderant, quodque conueniebat non assequuntur, declarant eo quod vndique velātur. Nam ita defectum circumtegunt. Age, vt hoc faciam dilucidius ex rerum nostrarum exemplis manifestum facere conabor. Assistit aliquis terreno regi omnibusque modis molitur, vt quamplurimam erga illum reuerētiam exhibeat, quo per hoc maiorem illius erga se conciliet beneuolentiam. Cuius gratia non solum specie capitis, verum etiam ipsa voce, ipsa manuum compositione, ipsa pedum coniūctione, totiusque corporis contractione, talem reuerentiam conatur ostendere. Hoc & ab illis in-

corporeis virtutibus fit. Cum enim plurimam habent erga conditorem reuerentiam, & hanc vndiquaque conantur præstare, deinde quoniā non assequuntur, quod expetūt, quod deest affectui, hoc velo obtegunt. Hanc ob causam igitur facies, ac pedes tegere dicuntur. Sic oportet nos assistere talem Deo glorificationem offerentes, metuentes, ac trementes, ac tamquam illū ipsum mētis oculis intuentes. Adest enim hic omnino, nec tamen illo modo circunscribitur, vocesque nostras recensēt. Sic igitur cōtrito corde, & submisso laudē depromētes reddamus eā acceptā, & velut incensum boni odoris ad cælū submittamus. Cor enim, inquit Prophe ta, cōtritum, & humiliatū Deus non despicies. *Psal.50.*

10 Hom. 2. in expositione eiusdem capitis.

IDEM sic habet: Seraphim stabant in circuitu eius, sex alæ vni, & sex alæ alteri, ac duabus quidē velabant faciē, duabus pedes, & duabus volabant, & clamabant alter ad alterum dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus. Atque interim me horror, ac tremor corripuit huius cantilenæ gratia. Et quid mirum si me corripuit luteum, ac terrenum, cum etiam ipsas supernas virtutes semper maximus obtineat stupor, ca propter auertunt facies, alasque vice murorum obijciunt, non ferentes radios illinc proficiscentes, & tamen id quod apparebat ad nostram imbecillitatem sese demittebat. Ipsa Seraphim, nec demissionem quidem Dei sustinuerunt intueri, & homo ausus est dicere, immo potius homo ausus est animo concipere, quod naturam ipsam summam possit ad plenum clareque videre. Quid ais: Demissio erat quod vidēbatur? Erat, sed Dei. Etenim si Daniel, cui erat multū familiaritatis, ac fiduciæ apud Deū, non sustinuit Angelum sese ipsi demittentem videre, sed cecidit, iacuitque pronus vinculis oculorum illius dissolutis; quid mirum si Seraphim expauefacta sunt, non sustinentia maiestatem illam intueri? Neque enim tantum discriminis est inter Danielem, & angelum quantum inter Deum, & virtutes illas. Hoc diximus, vt vestros animos in stuporem adigamus. *Dan.8.*

11 Lib. 3. in c.6. Esaiæ. to.4.

HIERONYMVS explicans visionē illam: Qua Propheta vidit Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum, &c. ait: Pulchre iuxta hebraicum non ipse Dominus implebat templum, cuius cælum thronus est, & terra scabellum pedum eius, & in alio loco de illo legimus, Dominus in templo sancto suo, Dominus in cælo sedes eius, sed ea quæ sub pedibus eius erant, implebant templum. *Infra*: Et dixi, Væ mihi quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum. Abraham postquam vidit Dominum, & audiuit vocem eius, terram, & cinerē se esse dicit, & Esaias iuxta septuaginta interpretes compunctum se esse testatur dicens, O miser ego, quoniam compunctus sum. *Psal.109. Psal. 10.*

12 Lib. de spi. & anima. to.3.

AVGVSTINVS ait: Dic anima mea Deo, dic, quis es Domine, & quē te intelligā? Certe tu solus es, quod es, & tu es, qui es, ideſt, quo nihil maius cogitari potest, nec melius, nec iucūdius, vita es, sapiētia, lux es, veritas, bonitas, æternitas, summū bonū, tu tibi omnia sufficiens, nullo indigens, quo omnia indigent, vt sint, & vt benē sint. Inueniſti cū esse quoddā summū omniū, quo nihil maius cogitari potest, & hoc esse vitā, sapientiam, lucem, veritatē, bonitatē, æternitatē, beatitudinē, & beatā æternitatē, & omne verum bonum, hoc bonum es tu Deus. *Infra*: Tues summa essentia, summa vita, summa sapiētia, summa salus, summa lux, summa bonitas, summa æternitas, summa magnitudo. Excita nunc anima mea, & erige totum intellectum, & cogita quantū potes, & quale, & quantū sit Dei bonū. Si enim singula bona delectabilia sunt, cogita intente quā delectabile sit illud bonū, quod continet iucunditatem omnium bonorū, & non qualē in rebus creatis sumus experti, sed tanto differentē, quāto differt creator a creatura. Si enim bona est vita creata, quàm bona est vita creatrix, si ita iucūda est salus facta, quā iucunda est salus, quæ fecit omnē salutē. Si amabilis est sapientia in cognitione rerū conditarū, quā amabilis est sapiētia, quæ omnia creauit ex nihilo. Denique si multę, & magnæ delectationes sunt in rebus delectabilibus, qualis & quāta delectatio est in illo, qui fecit ipsa delectabilia. Cur ergo per multa vagaris homūcio quærēdo bona animæ tuæ, & corporis tui? Ama vnū bonū, in quo sūt omnia bona, & sufficit. Desidera simplex bonū, quod est omne bonū, & satis est.

13 Tract.13. in cap.3. Ioannis to.9.

IDEM sic ait: In terra aliud est fons, aliud lumen. Sitiens quæris fontē, & vt peruenias ad fontē quæris lucem. Fons qui est Deus, ipse est lux, sitiētibus fons est, cæco lux est. Quod bibis, hoc vides, hoc audis, totū tibi fecit Deus, quia horū quæ diligis totū tibi est. Si visibilia attendis, nec panis est Deus, nec aqua est Deus, nec lux ista est Deus, nec vestis est Deus, nec domus est Deus. De° tibi totū est, si esurieris panis tibi est, si sitieris aqua tibi est, si in tenebris es lumē tibi est, si nudus es immortalitatis vestis tibi est, cū corruptibile hoc induerit incorruptionē, & mortale hoc induerit immortalitatē, omnia enim possunt dici de Deo, & nihil digne dicitur de Deo, nihil latius hac inopia. Quæris, congruum nomen, non inuenis, quæris quoquo modo dicere omnia, non sic inuenis. *1.Cor.15.*

14 Serm. 1. de verbis Apostoli. to.1.

IDEM sic ait: Si tanta, & talia sunt bona æterna cælestia, quæ Dominus omnipotēs prępparauit sanctis suis, quid est ipse Deus, qui talia & tanta præparauit? Quid est inquā omnipotēs Deus? Quid nisi inæstimabilis, ineffabilis, incōprehensibilis vltra omnia, extra omnia, præter omnia? Omnem enim creaturā suam excedit, vniuersa præcellit. Si enim quæras magnitudinē maior est, si pulchritudinē pulchrior, si dulcedinem dulcior, si splendorē fulgidior, si iustitiā iustior, si fortitudinē fortior, si pietatem clemētior. Sap. 13. sic legitur, qui fecit fortia, fortior est, & qui fecit pulchra pulchrior illis est.

15 Lib. 8. de trinitate to.3.

IDEM ait: Non paruæ notitiæ pars est, cum de profundo isto in illam summitatem respiramus, si antequam scire possumus, quid sit Deus, possumus iam scire quid non sit. Non est enim certe, nec terra, nec cælum, nec quasi terra, & cælum nec tale aliquid, quale videmus in cælo, nec tale aliquid quicquid non videmus, & est fortassis in cælo. Nec si augeas imaginatio- *Sap.18.*

ne cogitationis lucem, solis quantum potes, siue quo sit maior, siue quo sit clarior, millies tantum aut innumerabiliter, neque est Deus, nec sicut cogitãtur Angeli mũdi spiritus cælestia corpora inspirantes, atque ad arbitrium, quo seruiunt Deo mutantes, atque versantes, nec si omnes, cũ sint millia millium in vnũ collati unus fiant, nec tale aliquid Deus est.

16 Lib. 17. moral. cap. 15. to. 2. GREGORIVS explicans illa verba: Iob 26. cap. Qui tenet vultum solij sui, & expandit super illud nebulam suam, sic ait: Solij eius vultus tenetur, quia a nobis in hac vita Deus plene cognosci non potest. Vnde recte per Psalmistã dicitur, Caligo sub pedibus eius, & ascendit super Cherubim, & volauit, volauit super pennas ventorum, & posuit tenebras latibulũ suũ. Caligo nãque est ei sub pedibus, quia non in ea claritate ab inferioribus cernitur, qua in superioribus dominatur. Ascendit enim super Cherubim, & volauit. Cherubim quippe plenitudo scientiæ dicitur. Proinde super plenitudinem scientiæ ascendisse perhibetur, & volasse, quia maiestatis eius celsitudinem scientia nulla comprehendit. Volauit igitur, quia longe in altum ab intellectu nostro se rapuit. Volauit super pẽnas ventorum, quia scientiam transcendit animarum. Qui posuit tenebras latibulũ suũ, quia dum caligine nostræ infirmitatis obscuramur, per ignorantiam nostram nobis absconditur, ne a nobis modo in æterna, & intima claritate videatur. Vnde ei, & in Canticis canticorum a sponsa dicitur; Fuge dilecte mi, fuge. Ac si diceret, tu qui ex carne cõprehensibilis factus es, ex diuinitate tua intelligentiam nostri sensus excede, & in teipso nobis incomprehensibilis permane. Tenet ergo vultum solij sui, qui maiestatis suæ potentiam mortalibus abscondit. Et expandit super illud nebulam suã, quia proculdubio, & cor nostrum ad quærendum subleuat, & tamẽ occulta moderatione agitur, vt ipsa requisitionis suæ immensitate reprimatur. Vnde scriptum est. Dedit abyssus vocem suam ab altitudine phantasiæ suæ (nos legimus altitudo manus suas leuauit.) Exclamare enim mens humana in admiratione compellitur, dum altitudine considerationis in requisitionibus suis eo ipso, quo latius extenditur, angustatur.

Psal. 17. *Cant. 8.* *Abac. 3.*

17 Lib. 35. moral. cap. 2. IDEM explicans illa verba: Iob cap. 42. Scio quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio, ideo insipiẽter locutus sũ ait: Beatus Iob ea quæ dixerat, sapienter se dixisse crederet, si verba superioris sapientiæ nõ audiret. In cuius cõparatione stultũ est nostrũ omne quod sapit. Et qui sapienter quidẽ loquitur hominibus, fuerat diuinas tamen sententias audiens, sapiẽtius se cognoscit, nõ esse sapientẽ. Hinc est, quod Abrahã inter verba Dominica nil se nisi puluerẽ vidit, dicẽs, Loquar ad Dominũ meũ cum sim puluis, & cinis. Hinc est, quod Moyses omni Ægyptiorum sapientia instructus, ex quo loquẽtẽ Dominũ audiuit, impeditioris, & tardioris linguæ se esse deprehendit dicens, Obsecro Domine nõ sum eloquens, ab heri, & nudius tertius, ex quo locutus es ad seruũ tuum, impeditioris, & tardioris linguæ sum. Hinc est quòd postquam Esaias sedentẽ Dominũ super solium excelsum & eleuatũ vidit, postquã seraphim duabus alis faciẽ velare, duabus pedes, & duabus volare cõspexit, postquã alterũ ad alterũ clamare audiuit, Sanctus, Sanctus, Sãctus, ad seipsum rediẽs, ait: Væ mihi, quia tacui quia vir pollutus labijs ego sũ. Moxq. ipsam pollutionẽ, vnde cognouerat subdens ait: Et regem Dominum exercituũ vidi oculis meis. Hinc etiam Hieremias diuina verba audiẽs, verba se non habere cognouit dicens, Aaa Domine Deus ecce nescio loqui. Hinc Ezechiel loquẽs de quattuor animalibus dicit, Cum fieret vox supra firmamentũ, quod erat supra capita eorũ, statim submittebant alas suas. Quia cum internam vocem supernæ sapientiæ audiũt, quasi volatus sui alas deponũt, quia videlicet ipsam veritatis altitudinem minus contẽplari posse cognoscunt. Ad vocẽ ergo desuper venientũ alas deponere, est cognita superna potentia, virtutes proprias humiliare, & consideratione Creatoris nil de se aliud, quàm abiecta sentire. Sancti itaque viri dum diuinitatis arcana audiũt, quanto magis contẽplando proficiunt, tanto amplius despiciẽdo quod sunt, aut nihil, aut prope nihil se esse cognoscũt.

Hier. 1.

18 I DEM exponens illa verba: Inuenies tres viros ascendentes ad Deum, ait: Reuelatio conditoris, quia tanta immensitas lucis est, vt illuminet omnia, & angustetur in nullo dum videtur, & non cõprehenditur, lux est inaccessibilis. Viri ergo hi tres ad Dominũ ascẽdunt, quia qui se in secretiori vita custodiunt in diuinæ lucis contemplatione sublimantur. Sed quia ad ipsam Dei omnipotẽtis speciẽ adhuc pertingere non possunt, in Bethel ascendere dicuntur. Quicquid enim de omnipotenti Deo humana mens potest cogitare, Deus non est. Sed dũ cogitando cuncta transcendit, dum quicquid potest intimæ lucis, quicquid internæ suauitatis, & dulcedinis, quicquid spiritualis delectationis sibi fingere, minus illa esse creditur, ad quãdam lucem tamen peruenit, quæ non est Deus, sed quam inhabitat Deus. Et quia tunc electi anima mirabiliter inflammatur, mirabiliter reficitur, ineffabiliter delectatione fruitur, cogitare compellitur quàm ineffabilis lux dulcedo, & delectatio sit, quæ ipse est, si tam immensa lux est illa, quam inhabitat, & non est ipse. Cum Deo Moyses in monte loquebatur, sed qui ad lucem peruenerat, quam inhabitat Deus, lucem, quæ ipse Deus erat, quærebat dicens, Ostende mihi faciem tuam. Deo quo etiam scriptum est, quia loquebatur Moysi Dominus facie ad faciem. Facie ad faciem cum Domino loquitur, & obsecrat, vt ei faciem suam ostendat. Moyses perfectionem electorum designat, quia iam speculum illius summæ lucis intuentur, sed tamen ad ipsam lucis veritatem pertingere vehementer cupiunt. Ista quidem cognitio lucis electorum desideria satiare non nouit, sed excitare, illa vero, & satiare, & excitare. Nam tam iocũda res est, vt ineffabiliter concupiscatur, & tam plena, vt qui iam semper hanc in magno desiderio viderunt, semper ineffabili plenitudine satiẽtur.

Exod. 4. *Gen. 18.* *Osee 6.* *Exod. 33.*

AMBRO-

19 Lib. 2. de virginibus to. 4. AMBROSIVS loquens de Dionysio tyranno ostẽdens, quomodo irridebat deos suos, ait: Is cum venisset in templũ Iouis amictũ aureũ, quo operiebatur simulachrũ eius, detrahi iussit, & imponi laneũ dicens, aurũ hieme frigidum, æstate onerosum esse, sic Deũ irrisit suum, vt neque onus ferre posset, neque frigus putaret. Itẽ cum Aesculapij barbã vidisset auream tolli imperauit, incongruũ esse appellans, vt filius barbã haberet, cum Apollo pater eius adhuc non haberet. Item simulachris tenentibus aureas pateras ademit, allegans accipere se debere, quod dij darent, quoniã hæc sunt vota, inquit hominũ, vt a dijs quæ bona sunt adipiscantur, nihil autẽ auro melius. Quod tamen si malum nõ est, habere magis homines debere, qui vti scirẽt. Ita ludibrio habiti sunt dij, vt neque Iupiter vestem suã deferre potuerit, neque barbam Aesculapius, neque Apollo pubescere adhuc cœperit, neque omnes qui dicuntur dij retrahere potuerint pateras, quas tenebãt. At in templo Dei, nonne cũ Hieroboã rex sceleratissimus dona quæ pater eius posuerat, auferret, ac super sanctum altare libaret idolis dextera eius, quam tetendit, aruit, nec sua ei, quæ inuocabat idola profuerunt.

20 Lib. de Fide contra Arianos. c. 6. to. 2. IDEM quærens quòd sit Deus, dicit: Certe hic est, de quo & cum dicitur, non potest dici, cum æstimatur non potest æstimari, cũ comparatur non potest cõparari, cum definitur ipsa sua definitione crescit. Qui cælum manu sua operit, pugno omnem ambitũ mundi claudit, quem totũ omnia nesciunt, & metuẽdo sciunt, cuius nomini, & virtuti famulatur hic orbis, & ipsa elementorũ sibi succedentium momentanea vicissitudo testatur. *Infra:* Varia quibus in sacra Scriptura Dei Filius nuncupatur, explicat sic. Quid est, ait? Filius, de eo quod Pater est, alius idẽ. Nam verbum nuncupatur, quia ex proprio diuino ore processit, & nihil Pater sine eo aut iussit, aut fecit, virtus dicitur, quia vere de Deo, & semper cum Deo est, & omnis potestas Patris in eo consistit. Sapientia, quia arcana cælestia credentibus reuelauit. Dextera, quia per eũ omnia opera diuina perfecta sunt. Brachium, quia ab ipso omnia cõtinentur. Margarita, vt nihil illo pretiosius habeatur. Thesaurus, vt in ipso omnes opes cælestes conditæ cognoscantur. Retia, quia per ipsum de mari sæculi gentium multitudo per aquã baptismatis in Ecclesia congregatur. Aratrũ, quia signo crucis suæ dura pectora subijciũtur. Fons, quia ex ipso sitientia corda cælestis aquę gratia irrigãtur petra, quia credentibus fortitudinẽ, incredulis duritiam præstat. Lapis angularis, quia vtrosque parietes noui, & veteris testaméti in semetipso copulauit. Agnus vt innocẽtia Christi, & passio demõstretur. Homo, quia secundũ carnẽ propter nos homines nasci dignatus est. Vitulus, quia propter nostrã salutem pati sustinuit. Aquila, quia post venerabilẽ resurrectionem, vt rex altã ad Patris peruolat sedem. Leo quia i pse est rex regũ, qui mortem, ac zabulum virtutis suæ potestate cõminuit. Via est, quia per ipsum ascensus est. Veritas, quia mendaciũ nescit. Vita, quia vniuersa viuificat, &c. Vides ergo per hæc vocabula significationes dispositionũ, & operum diuinorum præostensas, non tamen ipsum Deum proprie definitum.

21 Lib. 5. epist. epist. 19. to. 3. IDEM ait: Quod Iudææ proiecit Christus in Golgothã, & ibi susceptit Ecclesiã, vbi Adę sepulchrũ, & illũ mortuũ in sua cruce resuscitaret. Vbi ergo in Adam mors omnium, ibi in Christo omnium resurrectio.

22 Super epist. ad Ephesios to. 5. IDEM super illud ad Ephesios 3. vt in charitate radicati, & fundati possitis cõprehendere cũ omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & altitudo, & profundũ, ait: Hoc præstare dicit habitantẽ spiritũ, vel Christũ in nobis, vt fundati simus in charitate Dei, deuincti beneficijs eius, & possimus cũ sanctis, qui sunt Apostoli & Prophetæ immẽsum, & inæstimabilem cognoscere Deũ omnia excedentẽ maiestate virtutis suæ. Cum enim dicit latitudo, & lõgitudo & altitudo, & profundũ hoc vtique significat; vt sicut in sphæra tãta longitudo est, quãta latitudo, & tanta altitudo, quantũ & profundũ; ita & in Deo omnia æqualia sunt immẽsitate infinitatis. Sphæra enim definito modo concluditur, Deus autẽ non solũ implet omnia, sed & excedit. Neque enim clauditur, sed omnia intra se habet, vt solus ineffabilis, & infinitus habeatur, & gratiæ huic insufficienter agantur, qui cum tantus sit, dignatus est per Christum hominem visitare peccatis, & morti subiectum.

Deus velociter adest his, qui in veritate quærunt illum, & vocant Cap. XVI.

1 Hom. 7. in Psalm. 29. to. 1. *Psal. 6.* *Psal. 40.* BASILIVS exponens illa uerba: Domine Deus meus clamaui te, & sanasti me, sic ait: Beatus qui propriam plagã, quã interne habet, nouit, vt medico accedẽti, dicere veleat, Sana me Domine, quoniã cõturbata sunt omnia ossa mea. Et ego dixi Domine miserere mei, sana animã meam quia pec caui tibi. Vox hæc Domine Deus meus, Clamaui ad te, plena est affectu fiduciæ, & iustorũ vox, quorũ Dominus specialiter dicitur Deus. Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. Clamaui ad te, & sanasti me, nihil medium, nullumque interuallum fuit inter meam vocem, & tuã gratiam, sed simul atque clamaui, & sanitas prodijt. Etiã te adhuc loquente dicã, Ecce adsum. Magna itaque loqui oportet, loqui ad Deũ, vt velocius exoriatur sanitas. *Infra:* Ad te Domine clamabo, & ad Deum meum deprecabor. Sæpe clamare ad Dominũ dictum est, quòd clamor sit eius tantũ, qui magna, & cælestia desiderat. Si quis autẽ parua, & terrena a Deo petierit, parua is, & humili cõperietur vsus voce, nõ ad sublime, nec ad ipsius Dei aures peruenietẽ.

Psal. 29.

2 Hom 12. in Psal. 45. IDEM explicans illa verba: Deus noster refugium, & virtus adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis, sic habet. Homo omnis ob sibi adiacentem, & inolitam suapte natura debilitatem, tot adeo rebus in se irruentibus mæroris, periculi, & la-

boris, per quam plenus non mediocri eget auxilio. Hic tot cinctus se circumstantibus calamitatum procellis refugium inquirit, ac veluti asylum quoddam, & ad tutiorem se recipiens locum, aut certe ad montis cuiusplam præacutum verticem valido, ac forti circumseptum muro, hostilem incursum veritus defugit. Itidem & hic confugit ad Deum, ipsum sibi ducens vnicam esse requiem, tantisper dum in eo permaneat. Nam quod ad Deum refugium vere pateat in confesso est omnibus. *Infra*. Vnum in malis tibi refugium sit Deus. Nolite confidere in principibus, nec in incerto diuitiarum gloriemini. Maledictus homo, qui confidit in homine, aut in aliquo rerum humanarum sperat. Ergo Deus noster refugium, & virtus. Illi enim, qui vt Apostolus dicere valet omnia possum in Christo, qui me confortat, virtus est Deus. Multorũ est dicere Deus noster refugiũ, sed eodẽ quo Propheta noster testatur affectu præditum esse, nimis quàm paucorũ est. Pauci admodũ sunt, qui non admirãtes humana præsidia, vt qui ex ipso Deo toti pendeant ad ipsũ respirẽt, spem omnẽ suam, atque fiduciã in ipso collocantes. Etenim cum tribulatione quapiam afflictamur, ad omnia potius, quàm ad ipsum Deũ nostrum recurrimus. Vnus tibi paruulus ægrotat, quaqua versum circumfers oculos requirens incantatorem, vel ad postremum ad medicũ venis, & medicinas, eo interim contemptim omisso, qui restituere potest sospitati. Si forte insomniũ te sollicitat, ad somniorũ cõiectorẽ properas. Si quẽ timueris inimicũ, patronum vnũ aliquẽ tibi ex hominibus deligis. Et vt cõpendio dicam in quacumque necessitate imminente deprehenderis, verbo tantũ testendis Deũ refugium habere, re autẽ ipsa ex inutilibus vanisque rebus auxilium adsciscere. Est autẽ iusto verum auxiliũ Deus. Quasi enim vnus aliquis Imperator exercitus armis promittentibus generositatẽ animi instructus, nullo non tẽpore paratus, auxiliũ opemue vt ferat fatiscẽti, ac destitutæ viribus parti: sic & Deus adiutor noster, & omni militanti cõtra omnes diaboli insidias ministros spiritus in salutem indigentium emittens.

Psal. 145. *Hier.* 17. 1. *Tim.* 6. *Phil.* 4.

4 Epist. 2. ad Damasum in expositione cap 6. Esaiæ. to. 3. HIERONYMVS explicans illa verba: Et volauit ad me vnus de Seraphim, sic ait: Volare dicitur Seraphim, vt intelligas velocẽ diuini sermonis aduentum super eos, qui digni societate illius iudicantur.

5 Lib. 7. in c. 21. Esaiæ to. 5. IDEM exponens illa verba: Si quæritis, quærite, conuertimini, & venite, sic inquit. Si vere me quæris, dicit Dominus Ecclesiæ, opere ostende quòd me quæras, nec semel tibi quæsisse sufficiat, sed quem inueneris semper inquire, & vt perfectius teneas, obliuiscere populũ tuum, & domum patris tui.

6 Lib. 14. in c. 51. Esaiæ. IDEM exponens illa verba: Consurge, cõsurge, induere fortitudine brachium Domini, ait: Populus diuinũ implorat auxiliũ, vt omnẽ suam exerceat fortitudinẽ, vt qui per multa sæcula sanctos tuos de periculo liberasti, etiã nos tua fortitudine protegas. Et nunc qui redempti sunt a Domino, reuertentur, & venient in Sion laudantes, & lætitia sempiterna super capita eorũ, gaudium, & lætitiã tenebunt, fugiet dolor, & gemitus, ipse porriget manum, & reducet eos in Sion speculam, culmenq. virtutũ cum gaudio, atque lætitia sempiterna, & ponet in capite eorũ laudem, atque lætitiã. Et hanc habebũt coronã, istoque diademate protegentur, vt semper gaudeãt, & laudẽt Dominũ, quia pro dolore, mærore, & gemitu successerint gaudia. Ego ipse consolabor vos. Credentiũ populus, brachium Domini, qui ipse est Dei virtus, Deique sapientia fuerat deprecatus, vt consurgeret, & sibi præberet auxiliũ, & illo pugnante pro sanctis gaudiũ, atque lætitiã fugato dolore & gemitu possiderent. Respondetque Dominus; Ego sum, ego sum, & nequaquam per Prophetas, sed ipse vos consolabor Deus misericordiarum, & Pater totius consolationis.

7 Lib. 2. in 3. lamentationum Hieremiæ. IDEM explicãs illa verba: Appropinquasti in die quando inuocaui te, dixisti ne timeas, sic habet: Præmiserat, inundauerunt aquæ super caput meũ, dixi perij, inuocaui nomen tuũ Domine de lacu nouissimo, vocẽ meam audisti, ne auertas aurẽ tuam a singultu meo, & clamoribus, & statim appropinquasti in die, quando inuocaui te, dixisti, Ne timeas; appropinquauit Dominus seruis suis cum tribularentur, & de necessitatibus eorũ liberauit eos, quoniã a timore inimici animas eorum eripuit, sic enim ipsi orabant in Psalmo, Exaudi Deus orationẽ meam, cum deprecor a timore inimici eripe Domine animam meam.

Psal. 63.

8 In c. 9. Danielis. IDEM explicans verba: Adhuc me loquente in oratione ecce vir Gabriel, quem videram in visionis principio cito volans tetigit me in tempore sacrificij vespertini, ait: Principium vocat præteritam visionem, quam hæc sequitur, & grandis orationis effectus est, impletaque promissio Domini, qui ait: Adhuc te loquente dicam ecce assum. Volare dicitur, quia vt vir apparuerat, & in tempore sacrificij vespertini, quia oratio prophetiæ a sacrificio matutino vsque ad sacrificium vespertinũ perseuerat, & propterea Dei in se flexit misericordiã.

9 In Psal. 1. to. 8. IDEM explicans illa verba: Intellige clamorem meum, inquit. Clamor in scripturis nõ vocis sed cordis est, vnde Apostolus ait, Clamãtes in cordibus nostris, abba pater. Quando igitur gemitus noster, & cõscientia deprecatur iustũ clamorẽ intelligit Deus, vnde dicit, & Hieremias, nõ taceat pupilla oculi tui. Videte quid dicat, nõ taceat pupilla oculi, clamat ad Deum vtique si clamat, lingua clamat, nõ pupilla oculi sed quomodo clamamus in cordibus nostris, quãdo cũ gemitu Dominũ deprecamur, sic quãdo lachrymas ad D eũ fundimus, eo tẽpore pupilla oculi nostri clamat ad Dominũ. Mane audies vocem meam. Mane statim vt tenebræ fugere cœperint, exaudit, statim in principi boni operis me exaudis, nõ quæris finẽ. Est enim meum velle, tuũ perficere. Mane, astabo tibi, nõ alijs, cũ autẽ mane fuerit, & stetero, & tibi stetero, tunc merebor te videre.

Gal. 4. *Tren.* 2. *Psal.* 5.

10 Lib. 22. con Faustũ. to. 6. AVGVSTINVS loquens de, Dauid, ait: Quid aliud quã cordis eius profunda cernebat tra spi-

2. Reg. 12 spiritus Dei, quãdo correptus per Prophetã dixit, Peccaui, cõtinuoque ad hoc vnũ verbũ audire meruit, quòd acceperit veniam, cur autem Saul per Samuelẽ correptus, cum diceret etiã ipse peccaui, non meruit audire, quod Dauid, quòd ei Dominus ignouisset? Num personarum acceptio est, apud Deum? Absit. Sed in simili voce quam sensus humanus audiebat, dissimile pectus erat, quod diuinus oculus discernebat. Quid talibus docemur exemplis, nisi regnum cælorum intra nos esse, & de intimis nostris Deum colere nos debere, vt ex abundãtia cordis os loquatur, non autem vt populus eũ labijs honoret, cor autẽ eorũ lõge sit ab eo.

11 In Psal. 34. to. 2. IDEM exponens illa verba: Exquisiui Dominum, & exaudiuit me, inquit. Ex omnibus tribulationibus meis eripuit me. Quare? Quia cum fueris illuminatus, cum cœperis hic habere bonam conscientiam, restant tribulationes,

1. Cor. 15 quia restat aliquid infirmum. Donec mors absorbeatur in victoria, & mortale hoc induat immortalitatem, necesse est, vt hoc sæculo flagelleris, necesse est, vt aliquas tentationes patiaris. Mundabit Deus omnia, eruet te ab omni malo, & tribulatione, ipsum quære. Et inquisiui Dominum, & exaudiuit me. Qui ergo non exaudiuntur, non Dominum quærunt. Intendat sanctitas vestra, non dixit inquisiui aurum a Domino, & exaudiuit me, inquisiui a Domino senectutem, & exaudiuit me, inquisiui a Domino hoc, aut illud, & exaudiuit me. Aliud est aliquid inquirere a Domino, aliud ipsum Dominum inquirere. Ergo noli aliquid a Domino extra illum quærere, sed ipsum Dominũ quære, & exaudiet te, & adhuc te loquente dicet, ecce assum. Quid est ecce assum? Ecce præsens sum quid vis? Quid a me quæris? Quicquid tibi dedero, vilius est quàm ego. Me ipsum habe, me fruere, me amplectere. Cetera onera tua ego a te deponã, vt totus mihi inhæreas, cũ hoc mortale tuum ad immortalitatem conuertero, vt gaudium tuum nemo auferat a te, quia inquisisti Dominum, & exaudiuit te, & ex omnibus tribulationibus eruit te, iste pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eum.

Psal. 33.

12 In Psal. 45. IDEM explicans illa verba: Deus refugium nostrum, & virtus, adiutor in tribulationibus, quę inuenerunt nos nimis, sic habet: Sunt quædam refugia vbi non est virtus, quo quisque cum fugerit magis infirmatur quam confirmetur, confugis verbi gratia ad aliquem in sæculo magnum, vt facias tibi potẽtem amicũ, refugium tibi videtur. Tanta tamen huius sæculi in incerto sunt, & ita potentũ ruinæ quotidianæ crebrescunt, vt cum ad tale refugeris, & confugeris plus ibi timere incipias. Non est, refugium nostrum tale, sed refugium nostrum virtus est. Cum illuc confugerimus, firmi erimus. Adiutor in tribulationibus, quę inuenerũt nos nimis. Multæ sunt tribulationes, & in omni tribulatione ad Deum cõfugiendum est, siue sit tribulatio in re familiari, siue in salute corporis, siue de periculo charissimorum, siue de aliqua re ad huius vitæ sustentaculum necessaria, omnino aliud refugium non debet esse homini christiano, quàm Saluator eius, quã Deus eius, quo cũ confugerit, fortis sit. Nõ enim ipse in se fortis erit, aut sibi ipse fortitudo erit, sed ille illi fortitudo erit, qui refugiũ eius factus est.

13 In Psal. 56. IDEM explicans illa verba: Clamabo ad Deum altissimũ, ait: Si altissimus est, quo modo te audit clamantem? Nata est experimento fiducia. Deum, inquit, qui benefecit mihi. Si antequam eum quærerem benefecit mihi, clamantem me non exaudiet; Pro qualibus mori voluit Filium suum? Pro impijs. Impij autem non quærebant Deum, & quæsiti sunt a Deo. Sic est ergo ille altissimus, vt non sit ab illo lõge miseria nostra, & gemitus noster, quia prope est Dominus his qui obtriuerunt cor.

Psal. 33.

14 Enarratione 1. in Ps. 70. IDEM explicans illa verba: Inclina ad me aurem tuam, ait: Qui dicit inclina ad me, confitetur, quia iacet tãquam æger prostratus, medico stanti æger loquitur, inclina ad me aurem tuam, & saluum me fac, esto mihi in Deum protectorem. Non ad me iacula inimici perueniant, ego enim me protegere non possum. Et parum est in protectorium, addidit, & in locum munitum mihi esto, vt saluum me facias, tu esto locus munitus meus. Vbi est quod ab illo fugiebas Adam, & te inter paradisi ligna abscondebas? Vbi est, quod eius faciem formidabas, ad quem gaudere consueueras? Abisti, & peristi, & captiuatus, es, & ecce visitaris, & ecce non dimitteris, & ecce dimittuntur nonaginta nouem oues in montibus, & quæritur ouis perdita. Ecce ipse Deus factus est locus refugij tui, quo primo erat metus fugæ tuæ. In locum munitum tu, inquit, esto mihi, vt saluum facias me. Non ero saluus, nisi in te, nisi tu fueris requies mea, sanari non poterit ægritudo mea, esto mihi in locum munitum. Ego si mihi alium locum elegero, saluus esse non potero. Nõ est quo fugiatur ab illo, nisi ad illũ, si vis euadere iratum, fuge ad placatum. Quoniã firmamentum meum, & refugiũ meũ esto. Per te sum firmus, & ex te sum firmus, vt fiã firmus ex te, sicubi fuero, infirmatus in me, refugiã ad te.

15 In lib. Soliloquiorum. to. 9. IDEM sic ait: Imples Domine tu eos, qui nihil aliud desiderant præter te, & facis dignos te, sanctos, beatos, immaculatos, qui omnia reputant, vt stercora, vt lucrifaciant te solũ. Ecce Domine Deus meus summe, optime, omnipotentissime, inueni locum, vbi tu habitas, quia in anima, quã creasti ad imaginem tuã, quæ te solum quærit, & desiderat, quia non in illa quæ te nõ quærit, & desiderat. Ergo erraui sicut ouis quæ perierat quærens te exterius, qui es interius, & multum laboraui quærens te extra me, & tu habitas in me, si tamen ego desiderem te. Circumiui vicos, & plateas ciuitatis huius mũ di quærens te, & nõ inueni, quia male quærebã foris, quod erat intus. Misi nũcios meos omnes sensus exteriores, vt quærerent te, & nõ inueni quia male quærebam, quia ipsi, vbi intraueras, nesciebant. Nã oculi dicũt, si coloratus nõ fuit, per nos nõ intrauit. Aures dicunt, si sonitũ non fecit, per nos nõ trãsiuit. Nasus dicit, si nõ oluit, per me nõ venit. Gustus dicit, si nõ sapuit, per me nõ intrauit. Tactus etiã addit si corpulẽtus

Phil. 3.

non est,nihil me de hac re interroges. Non ista igitur sunt in te Deus meus. Et tamē cum Deū meū quæro,quæro nihilominus quamdam lucē super omnē lucem,quam nō capit oculus, quādam vocem super omnem vocem,quam non capit auris, quendam odorem super omnem odorem,quem non capit naris, quendam dulcorē super omnem dulcorem,quem nō capit gustus, quendam amplexum super omnem amplexū, quem non capit tactus. Hoc quæro cum Deum meum quæro,istud amo,cū Deum meum amo.

16
Serm. 9. in Cantica. BERNARDVS explicās illa verba: Osculetur me osculo oris sui,ait:Non quiesco nisi osculetur me osculo oris sui. Gratias de osculo pedū,&manus,sed secura est illi vlla de me,ait spōsa,Osculetur me osculo oris sui. Accepi fateor meritis potiora,sed prorsus inferioravotis.Desiderio feror,non ratione. Ne quæso causemini præsumptionem,vbi affectio vrget. Pudor sane reclamat, sed superat amor. Nec ignoro quòd honor regis iudicium diligit,sed pręceps amor
Psal. 98. nec consilium præstolatur, nec consilio temperatur, nec pudore frenatur,nec rationi subijcitur. Rogo, supplico, flagito, Osculetur me osculo oris sui. Meliora sunt vbera tua vino. Et hæc verba cuius sint, auctor non loquitur, relinquens nobis libere cōmentari cui potissimum personæ conueniant. Et sponsæ primum qualiter congruant indicabo. Interim confabulantibus illa pariter,atque illis accesit ipse, de quo sermo erat. Vtique libens appropiat de se loquentibus, sic solet, sic euntibus in
Luc.22. Emmaus,& conferetibus inter se iucundum se,
Matt.18. facundumque exhibuit comitem. Nempe hoc est, quod in Euangelio pollicetur, vbi duo vel tres congregati in nomine meo fuerint, ibi
Esa. 65. sum in medio eorum, & per Prophetam. Ante quam, ait, clamet, ego exaudiam, adhuc loquentibus illis dicam, ecce adsum. Ita ergo nunc non vocatus affuit, & delectatus verbis, præuenit preces. Arbitror quòd interdum nec verba expectat,sed solis cogitationibus aduocetur. Denique ait homo, qui inuentus est,
Psal.9. secundum cor Dei. Desiderium pauperum exau-
Psal. 32. diuit Dominus, preparationem cordis eorum audiuit auris tua. Attendite, & vos vobis in omni loco scientes,quoniam omnia vestra nouit scrutans corda, & renes Deus, qui finxit sigillatim corda eorum, & intelligit omnia opera eorum. *Infra*: Hæc ipsa verba quæ sponsæ data sunt, an & sponso congruant, videamus sponsa loquente de sponso repente (vt dixerā) adest ille,annuit voto, dat osculum, impletque in ea sermonem, qui scriptus est. Desiderium
Psal.20. cordis eius tribuisti ei, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. Dicat ergo,habes spōsa quod petisti, & hoc tibi signum,quia meliora facta sunt vbera tua vino.

17
Serm. 75. IDEM explicans illa verba: Canticorū 3. In lectulo meo quæsiui per noctes quem diligit anima mea, ait: Quærendum est si forte repe riatur quæsitus, qui vocatus non venit dicente Domino:Omnis qui quærit inuenit.Porro verbum reuocationis tale est. Reuertere, assimilare dilecte mi capreæ, hinnuloque ceruorum. Ad quam vocem dum non est reuersus, hinc ista quæ amat facta cupidior, mox se se ad requirendum tota auiditate dedit.Et primo quidem quærit illum in lectulo,sed minime inuenit, surgit inde,circuit ciuitatem, it, & redit per plateas, & vicos, & non occurrit neque apparet. Neque vici vnius, aut vnius noctis quæsitio,hæc frustratio cū dicat ista,quia quæsiui per noctes. Quid hoc desiderij est,& ardoris, vt surgens de nocte publicum non erubescat,percurrat ciuitatem, percontetur palam, & passim de dilecto, atque a vestigandis semitis eius nulla valeat ratione auerti, nulla præpediri difficultate, non retineri amore quietis,non sponsæ verecundia, non vel timore nocturno? Et tamen in his omnibus frustrata est, vsque adhuc a desiderio suo. Cum requiritur, & ita requiritur,quid iam cōferre poterit dissimulatio? *Infra*: Is spōsus quid est,quòd nō inuenitur quæsitus,cum requiratur tam studiose & impigre, nunc quidem in lectulo, nunc vero in ciuitate,aut etiam in plateis, vel vicis, ipse autem dicat, Quærite & inuenietis,& qui quærit,inuenit,Propheta quoque loquitur ad eum; *Matt.7.* 18
Bonus es Domine animæ quærenti te. Et sanctus Esaias: Quærite Dominum dum inueniri *Trem.3.* *Esai.55.*
potest. Sed attendite tres esse causas, quæ quærentes frustrari solent, cum aut videlicet non in tempore quærunt,aut non sicut oportet,aut non vbi oportet. Si enim omne tempus aptū est ad quærendum, cur dicit Propheta, quod iā memoraui, quærite Dominum, dum inueniri *Ibid.*
potest? Erit absque dubio cum inueniri non poterit, & ideo addit, vt inuocetur dum prope est,quia futurum est,iam non prope futurū. A quo enim tunc requiretur? Mihi inquit curuabitur omne genu, nec tamen inuenietur ab impijs, quos vltores Angeli arcebunt profecto & tollent, ne uideant gloriam Dei. Ceterum nunc tempus acceptabile, nunc dies salutis, tempus plane quærendi,& inuocandi, quando plerumque, & antequam inuocetur adesse sentitur. Audi denique quid pollicetur, antequā *Esai.65.*
me inuocetis,inquit,dicam esse adsum. Nec latuit benignitas hæc,& facilitas temporis,quod *Psal.9.*
nunc est,illum,qui in Psalmo loquitur: Desiderium pauperum exaudiuit Dominus,præparationem cordis eorum audiuit auris tua. Quod si per bona opera quæritur Deus,ergo dum tēpus habemus operemur bonum ad omnes, Tu- *Gal.6.*
ne aliud ad quærendum Deum,ad operandum, quod bonum est, reperturus es tibi tempus in sæculis venturis,præter hoc quod constituit tibi Deus, in quo recordetur tui? Et ideo dies 19
salutis, quam Deus operatus est in medio terræ. Ergo nunc tempus acceptabile,& aptum *2. Cor. 6.*
ad quærendum, in quo plane qui quærit, inuenit,si tamen vbi & vti oportet, quærit. Et hæc vna causa, quæ impedire potest, ne inueniatur spōsus a quærentibus se, cū non quærunt in tēpore opportuno. At non ea impedit sponsā,nēpe inuocantē,& quærentē in tempore opportuno. Sed ne illa quidem eum tepide, aut negligenter,seu perfunctorie quærit, nam corde ardenti,& omnino infatigabiliter quærit, plane vt decet. Restat,vt de tertia videamus, ne videlicet,vbi non decet, quærat. In lectulo meo quæsiui quem diligit anima mea. Quia lectulum dixit suum, continuo vocauit sponsa, quia omne quod infirmum est Dei, non de proprio inesse illi manifestum est,sed de nostro. Ex nobis assumpsit,quæ pro nobis sustinuit,nasci,lactari, mori, sepeliri. Mea est mortalitas nati, mea infirmitas paruuli. In lectulo meo quæsiui. Quid in tuo quærebas, qui se iam in sua receperat? Iam cælum tumulo commutauit, & stabulo,& tu illum in tuo adhuc lectulo quæris? Quid quæris in lecto fortem,in lectulo magnū, clarificatum in stabulo? Introiuit in potentias Domini,decorem induit & fortitudinem,& ecce sedet super Cherubim. Aut sedet iudicans, aut stat adiuuans,& tu quæris iacentem?

Dei iudicia inscrutabilia, & incognita nunc malis, fient tamen ipsis patentia, sed sero. Cap. XVII.

1
Prom. 8. in Psal. 32. BASILIVS exponens illa verba: Ponens in thesauris abyssos,sic ait: Communi sententiæ congruere magis videbatur,si dixisset: Ponens in abyssis thesauros,hoc est in mysterio,& arcano suas diuitias cōtinens. Nunc autem quasi quædam pretiosa digna diuinis thesauris,abyssos dicit esse. Non satis scio,an ipsæ rationes quæ de diuino sunt iudicio, arcanæ quidem illæ, nec vlli humanæ menti comprehensibiles,hic vocentur abyssi;propterea quòd rationes hæ diuinæ tantum cogitationi reseruatæ sunt, quibus singula dispensantur. Quòd enim iudicia singulorum abyssus vocata sint,in alio Psalmo didicimus:Iudicia tua abyssus multa. Si igitur quæris, cur peccatoris vita prorogetur; iusti autem incolatus huius dies abbreuientur, quare iniustus prosperetur, iustus affligatur, cur vnus aliquis pusio ante ætatis perfectionem hinc auferatur; vnde sint bella, vnde naufragia, vnde terræmotus, siccitates, imbres immodici,cur quæ hominibus sunt exitialia Deus creauit, cur hic seruus, ille liber, hic ditescit, ille pauperescit? Deinde multa est in peccatis, multa etiam in recte factis differentia. Et hæc quidem femina lenoni venditur per vim quodammodo in peccato detinetur, illa autem quæ ab initio heram nacta est bonam, in virginitate nutrita est, cur hæc beneficio affecta est, illa vero cōdemnata. Et quæ sit in singulos quosque a iudice retributio.Hęc sane omnia vbi inciderint menti tuæ, fac memineris,quia iudicia Dei sunt abyssus.Et quòd in diuinis recondita sunt, & inclusa thesauris, nec quibusuis facile comprehensibilia. Et credenti quidem ex Deo promissio est; dabo tibi thesauros absconditos, & inuisibiles. Nos vbi habebimur digni cognitione ea qua perspicitur Deus facie ad faciem,tunc in thesauris Dei eas abyssos contemplabimur.

2
Homil. 27. in Matt.10. CHRYSOSTOMVS explicans illa verba Matthæi 8. Multi ab oriente venient, & recumbent cum Abraham,Isaac, & Iacob, filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores, ait: Non Iudæis solum hoc accidit, sed multis *Matt. 19.*
quoque fidelibus. Nam Iudas filius regni erat, audiuitq.cum alijs discipulis illud,Sedebitis super sedes duodecim, factus est autem gehennæ filius. At vero Æthiops quamuis barbarus *Act.8.*
quidem esset homo; vnus tamen eorum factus est,qui ab ortu, atque occasu erant,suntq. venturi, ut cum Abraham, Isaac, & Iacob æternis bonis fruantur. Non ergo nimium confidant, *1.Cor.10.*
qui stant, sed secum crebro illud reputent, qui stat,videat ne cadat. Nec desperent qui ceci- *Psal.40.*
derunt,sed dicant secum, numquid qui cadet, non adijciet vt resurgat? Nouimus enim mul- *Hier. 8.*
tos ad ipsius cæli fere verticem conscendisse, omnes virtutes numero habuisse, deserta, deuiaq. loca a vita hominum aliena coluisse, ac denique feminam,neque in somnis quidem vidisse: & tamen negligentia lapsos ad vitiorum barathrum deuenisse. Contraq. non ignoramus fuisse nonnullos qui a vitiorum barathro commoti, cælibem vitā acceperunt tantumq. virtute potuerūt,vt dæmones deijcerent, alijsque multis signis præfulgerent.

3
In epist. ad amicū quēdam, quem instruit in scientia diuinæ legis. to.9. HIERONYMVS sic ait: Saul & Iosaphat reges fuerunt populi Israel, & dum misericordiam his,quos Deus oderat,præstiterunt, Dei offensam in opere pietatis incurrunt. E contrario Phinees, filijq. Leui gratiam Dei humana cæde, & suorum parricidio meruerunt. Vides quantum ab humanis sensibus per nostram imperitiam discrepat diuina sententia, vt nobis interdum cælestis iudicis dispēsationem nescientibus iniusta videantur, quæ per causarum scientiam iuste satis, & recte facta probantur? Rursum ea quæ nostro iudicio bona probantur, apud Deum plerumque reproba, & ingrata videntur. Quis hodie patris Abrahæ exemplo innoxium volens filium trucidare, humano iudicio non crederetur insanus? E contra quis in tactu arcæ diuinæ imitatus Ozam hominum sententia damnaretur?

4
Lib. 1. in c. 3. Micheæ. to.5. IDEM exponens illa uerba: Non vestrum est cognoscere iudicium, qui odio habetis bonum,& quæritis mala (quæ 'verba in editione nostra vulgata interroganter leguntur) sic ait: Non vestrum est,idest non meremini Dei scire iudicium,quod est abyssus multa,& profundum iustitiæ eius mens praua non inuenit.Aut quomodo potestis scire iudicium Dei, qui odistis bonum,& quæritis malum,qui detestamini sanctos pauperes,& honoratis diuites peccatores?

5
In caput 3. Ecclesiastes to.5. IDEM explicans illa verba: Quis nouit si spiritus filiorum Adam ascendat sursum, & si spiritus iumentorum descendat deorsum? ait: Non inter pecudes, & hominem secundum animæ dignitatem nihil interesse contendit, sed adijciendo quis,difficultatem rei uoluit demōstrare

strare. Quantum autẽ ad spiritualem intelligentiam pertinet, quoniam homines & iumenta saluos faciet Dominus, & in omnibus Prophetis, homines, & pecora in Hierusalem saluanda dicuntur, & impleri terram promissionis pecoribus, & armentis: Quis scit vtrum sanctus, qui hominis appellatione dignus est, ascendat in cælum, & utrum peccator qui iumentum uocatur, descendat in terram? Fieri enim potest utrumque pro incerto uitæ huius, & lubrico statu, ut & iustus cõcidat, & peccator resurgat, & nõnumquam euenit, ut rationabilior, & eruditus in scripturis, ideſt homo non circumspectè, & vt scientiæ suæ dignum est, viuat, & deducatur ad inferos, & simplicior quisque, atque rusticior, qui iumentum hominis comparatione dicatur, melius viuat, & paradisi sit colonus.

6 IDEM explicans illa verba: Indica mihi, si nosti omnia, in qua via lux habitet, & tenebrarum quis locus sit, vt ducas vnumquodque ad terminos suos, & intelligas semitas domus eius, sic habet: In via sanctæ conuersationis hominis, lux virtutum habitat, tenebrarum vero, ideſt vitiorum locus est homo peccator, vel ille locus, de quo dicitur: Ite maledicti in ignem æternum. Nosti ergo Iob discernere vniuscuiusque meritum, & secundum iustitiam vnumquemque horum ad terminos præfinitos retributionis perducere, cogitationes cordiũ istorum tamquã semitas domorum suorum intelligere potuisti. Per quas semitas tendant boni & mali secundum meritum ad domum æternæ conuersationis iusto, & bono Domino ducente perueniunt. *Infra*: Numquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grãdinis aspexisti, quæ præparaui in tempus hostis, & in diẽ pugnæ? In hac secreta cordis sui dispositione diuina, vbi essent isti thesauri istarum rerum, cum adhuc in se corporaliter non existerent, interrogatur Iob si intrare poterit. Nemo enim secretum illud diuinæ maiestatis potest adire, siue cognoscere, nisi Filius, qui est in sinu Patris. Hæc ergo præparata dicuntur a Deo in tempus hostis, pugnæ, & belli. Multis igitur modis, ac diuersis alijs innumerabilibus iudicijs suis, Deus flagellat & corripit genus humanum. *Infra*: Vel thesauri niuis, & grandinis dæmones, qui a charitate Dei longe sint, qui præparantur in diem hostis, quia dispensatione diuina magistri pœnarũ effecti sunt, vt alios Dei iudicio ad emẽdationem flagris correptionum castigent; alios vero secundum iustam sententiam Dei puniant, alios duris tribulationibus affectos constituant clariores.

In cap. 38. Iob eo. to.

Matt. 25.

7 AVGVSTINVS sic ait: Nescimus quo iudicio Dei, bonus ille sit pauper, malus ille sit diues, iste gaudeat, quẽ pro suis perditis moribus, cruciari debuisse mæroribus arbitramur, contristetur ille, quem vita laudabilis gaudere meruisse persuadet, exeat de iudicio non solum inultus, verum etiam damnatus innocens, aut iniquitate iudicis pressus, aut falsis obrutus testimonijs. E contrario scelestus, aduersarius eius non solum impunitus, verum etiam vindicatus insultet, impius optime valeat, pius languore tabescat. Latrocinentur sanissimi iuuenes, & qui nec verbo quempiam lædere potuerunt, diuersa morborum atrocitate affligantur, infantes vtiles rebus humanis immaturamorte rapiantur, & qui videntur, nec nasci debuisse, diutissime insuper viuant, plenus crimi nibus sublimetur honoribus, & hominem sine querela tenebræ ignobilitatis abscondant, & cetera eiusmodi quæ quis colligat, quis enumeret? Quæ si haberent in ipsa velut absurditate constantiam, vt in hac vita, in qua homo, sicut sacer psalmus eloquitur, vanitati similis factus est, dies eius uelut umbra prætereunt, non nisi mali adipiscerentur trãsitoria bona ista, atque terrena, nec nisi boni talia paterentur mala, posset hoc referri ad iudicium iustum Dei, uel etiam benignum, ut qui nõ erant assecuturi bona æterna, quæ faciunt beatos, his tẽporalibus uel deciperentur pro malitia sua, uel pro Dei misericordia consolarentur bonis, & qui non erant passuri æterna tormenta temporalibus, uel pro suis quibuscumque, uel quantuliscumque peccatis affligerentur, uel propter implendas uirtutes exercerentur malis. Nunc uero quando non solum in malo sunt boni, & in bono mali, quod uidetur iniustum, uerumetiam plerumque & malis mala eueniunt, & bonis bona proueniunt, magis inscrutabilia fiunt iudicia Dei, & inuestigabiles uiæ eius. Quamuis ergo nesciamus, quo iudicio Deus ista, uel faciat, uel fieri sinat, apud quem summa uirtus est, & summa sapientia, summaq. iustitia, nulla infirmitas, nulla temeritas, nulla iniquitas; salubriter tamen discimus non magnipendere, seu bona, seu mala quæ uidemus esse bonis, maliſq. communia, & illa bona quærere quæ bonorũ, atque illa mala maxime fugere, quæ propria sunt malorum. Cum uero ad illud Dei iudicium uenerimus, quod erit in die Domini, de hoc quoque manifestabimur, quã iusto iudicio fiat, ut nunc tam multa, ac pene omnia iusta iudicia Dei sensus, mentesq. mortalium lateant; cum tamen in hac re piorum fidem non lateat, iustum esse quod latet.

Lib. 20. de Ciuit. Dei c. 2. to. 5.

Rom. 11.

8

9

IDEM sic ait: Hoc in sapientiæ, atque scientiæ thesauris in Christo absconditis præcipue docetur, & discitur, cur unusquisque nostrum bonum opus suscipere, agere, implere nunc scit, nunc nescit, nunc delectatur, nunc tra Pelagianos to. 5. non delectatur, ut nouerit non suæ facultatis, sed diuini muneris esse, uel quod scit, uel quod delectatur. *Infra*: Quare illos uelit conuertere, illos pro auersione punire, quam quam & in beneficio tribuendo, nemo iuste reprehendat misericordem, & in uindicta exercenda nemo iuste reprehendat ueracem, sicut in illis euangelicis operarijs, alijs placitam largientem nullus iuste culpauerit. Consilium tamen occultioris iustitiæ penes ipsum est.

Libro 2. de bono perseuerantiæ.

10

IDEM sic habet: In hoc quòd Deus suam gratiam alijs dat, alijs non dat, cur nolunt homines cantare Domino misericordiam & iudicium? Cur autem potius illis, quàm istis detur, quis cognouit sensum Domini? Quis inscrutabilia scrutari valeat? Quis inuestigabilia vestigare? Dando quibusdam quod non merentur, profecto gratuitam, & per hoc veram suam gratiam esse voluit. Non omnibus dando, quid omnes mererentur, ostendit. *Et ante*: Cur me potius Deus, quàm illum puniat, aut illum quã me potius liberet; fateor me non inuenire quid dicam. Quia in hac re sicut iusta est ira eius, sic & magna est misericordia eius; ita inscrutabilia iudicia eius. Adhuc pergat & dicat, cur quibusdam qui eum coluerunt bona fide perseuerare vsque in finem non dedit? Hominibus videtur, omnes qui boni apparent fideles perseuerantiam vsque in finem accipere debuisse, Deus autẽ melius esse iudicauit miscere quosdam non perseueraturos certo numero sanctorum suorum, vt quibus non expedit in huius vitæ tentatione securitas, non possint esse securi; bonum est enim non altum sapere, sed timere, *Infra*: Ex duobus ætate iam grandibus impijs, cur iste vocetur, ita vt vocantem sequatur, inscrutabilia sunt iudicia Dei. Ex duobus autem pijs, cur huic donetur perseuerãtia vsque in finem: illi autem non donetur, inscrutabilia sunt iudicia eius. *Infra*: Si quæratur cur apud eos tanta miracula facta sunt, qui videntes ea non fuerant crediturі, & apud eos facta non sint, qui crederent si viderent, dicente Domino, Væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, olim in cinere & cilicio pœnitentiam egissent, quid respondebimus, nisi hæc ad diuina iudicia pertinere? *Infra*: Dei occulto, iusto tamen iudicio contingit, quosdã etiam post baptismum pessime viuendo perituros; in hac tamen vita quousque pereant detineri, qui non perirent si eis corporis mors, lapsum eorum præueniens subueniret. *Et concludit infra*: Itaque misericordiam eius in his qui liberantur, & veritatem in his qui puniuntur sine dubitatione credamus, neque inscrutabilia scrutari, neque inuestigabilia vestigare conemur.

Rom. 11.

Luc. 10.

Rom. 9.

11 In expos. inch. 41. to. 1.

IDEM explicans illa verba: Ingrediar in locum tabernaculi admirabilis, ait: Cum proposuisset Dauid in alio Psalmo, quãdam duram Psal. 72. & difficilem quæstionem, quare in hac terra plerũque bene est malis, & male est bonis, ait: Suscepi cognoscere, hoc labor est ante me, donec eam in sanctuarium Dei, & intelligam in nouissima. Ibi enim est fons intellectus in sanctuario Dei, in domo Dei. Ibi intellexit iste in nouissima, & soluit quæstionem de felicitate iniquorum, & labore iustorum. Quomodo solsine fine reseruantur, & boni cum hic laborant, exercentur, vt in fine hereditatem consequantur. *Infra*: Abyssus abyssum inuocat in voce cataractarum tuarum. Ego qui contremisco, cum Psal. 35. ad me perturbata est anima mea, a iudicijs tuis timui vehementer. Iudicia enim tua abyssus multa, & abyssus abyssum inuocat. Nam sub hac carne mortali, laboriosa, peccatrice, molestijs & scandalis plena, concupiscentijs obnoxia; damnatio quædam est de iudicio tuo, quia tu dixisti peccatori morte morieris, & in sudore vultus tui edes panem tuum. Hæc abyssus prima iudicii tui. Sed si male hic vixerint homines abyssus abyssum inuocat, quia de pœna, in pœnam transeũt, & de tenebris ad tenebras, & de ardore cupiditatis in flammas gehennarum. Ergo hoc timuit fortassis homo iste, cum ait: Ad meipsum anima mea turbata est, propterea memoratus sum tui Domine de terra Iordanis & Hermonii. Humilis esse debeo, Iordanis enim interpretatur descensio, & Hermoniũ anathematizatio, anathematizo me displicendo mihi. Exhorrui enim iudicia tua, vehementer timui ea, ideo ad me anima mea turbata est. Magna sunt iudicia tua, dura sunt, molesta sunt, sed vtinam sola essent, abyssus abyssum inuocat in voce cataractarum tuarum, quia tu minaris, tu dicis, & post illos labores restare alteram damnationem, in voce cataractarum tuarum abyssus abyssum inuocat. Quo ego abibo a facie tua, & a spiritu tuo quo fugiã, si abyssus abyssum inuocat, si post istos labores timentur graviores?

Gen. 2. & 3.

Psal. 138.

13 IDEM exponens illa verba: Delectasti me Domine in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo, ait: Quid agimus de illis qui male viuunt, & florent? Hi enim perturbatum animum habent, & perdunt sabbatum. Et perdit sabatum, qui videt se quotidie in bonis operibus versantem, & laborantem in angustia rerum, forte in inopia rei familiaris, forte in fame, & siti, & nuditate, forte se in carcere bona facientem, & illum a quo in carcerem missus est, malefacientem, & exultantem, & subintrat in cor pessima cogitatio aduersus Deum & dicit, Deus quare tibi seruio? Videt se non peccasse, & contristatur quia talia mala patitur. Peccat impius, & floret in diuitijs, in honoribus, in excellentia mundi huius. Videt eum ille miser bene operans, & mala patiens perturbatur, & dicit, Deus puto mali tibi placent, boni displicent. Deus autem patiens est, quia æternus est, nouit diem iudicij sui, vbi omnia examinat. Hoc nos docens quid ait? Quàm magnificata sunt opera tua Domine, nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ. Reuera fratres mei nullum mare tam profundum est, quã est ista cogitatio Dei, vt mali floreant, & boni laborent. Nihil tam profundum, nihil tam altum, vbi naufragat omnis infidelis. *Infra*: Nimis profundæ factæ sunt cogitationes Dei. Vbi est cogitatio Dei? Ad præseus habenas laxat, sed postea astringet. Noli gaudere ad piscem qui in esca sua exultat, nondum traxit hamum piscator, nam iam hamum ille habet in faucibus, & quod tibi videtur longum, breue est, omnia ista cito transeunt. Vis esse longanimis. Vide æternitatem Dei, nam attendis ad dies tuos paucos, & diebus tuis paucis vis impleri omnia. Quæ omnia? Vt damnentur omnes

In Psal. 91.

nes impij, & coronentur omnes pij. Implet ca Deus in tempore suo.

14 In lib. Soliloquiorum to. 9.

IDEM sic habet: Ego Domine hoc considerans expauesco, & obstupesco de altitudine diuitiarum sapientiæ, & scientiæ tuæ, ad quam ego non pertingo, & incomprehensibilia iudicia iustitiæ tuæ, quoniam ex eodem luto alia facis vasa in honorem, alia vero in contumeliam sempiternam. Eorum quos elegisti numerum, & nomina tu nosti, qui scripti sunt in libro vitæ, quibus omnia cooperantur in bonum. Cum cadunt non colliduntur, quia tu supponis manum tuam, custodiens omnia ossa eorum, vt vnum ex his non conteratur. Attamen mors peccatorum pessima, illorum quos secundum abyssum multam iudiciorum tuorum occultorum, semper autem iustorum præsciuisti ad mortem æternam, quorum dinumeratio nominum, & meritorum prauorum apud te est, qui numerum arenæ maris dinumerasti, & dimensus es profundum abyssi, quos reliquisti in immunditijs suis, quibus omnia cooperantur in malum, & ipsa etiam oratio vertitur in peccatum, vt si etiam vsque ad cælos ascenderint, & caput eorum nubes tetigerit, & inter sidera cæli collocauerit nidum suum, quasi sterquilinium in fine perdentur. Magna enim sunt hæc iudicia tua Domine Deus, iudex iuste & fortis, qui iudicas æquitatem, & inscrutabilia facis, & profunda, quæ cum considero, contremiscunt omnia ossa mea, quoniam non securatur homo viuens super terram, vt non sit seruitium sine timore, neque gaudium sine tremore, & non glorietur accinctus, æque vt discinctus, neque glorietur ante te omnis caro, sed paueſcat, & contremiscat a facie tua, videns quòd omnia in futurum reseruantur incerta. Vidimus enim multos Domine, & audiuimus a patribus nostris, quod vtique sine magno tremore non recolo, sine multo timore non confiteor ascēdisse primitus quodammodo vsque ad cælum, & inter sidera nidum suum collocasse; postmodū autem cecidisse vsque ad abyssos, & animas eorum in malis obstupuisse. Vidimus Stellas de cælo cecidisse ab impetu ferientis caudæ draconis, & eos qui iacebant in puluere terræ a facie subleuantis manus tuæ Domine, mirabiliter ascendisse. Vidimus viuos morientes, & mortuos a morte resurgentes, & eos qui inter filios Dei ambulant in medio lapidum ignitorum, quasi lutum ad nihilum defluxisse. Vidimus lucem obtenebrasse, & de tenebris lucem processisse, quia publicani & meretrices præcedunt incolas in regno cælorum; filij autem regni eijciuntur in tenebras exteriores.

Rom. 9. *Psal. 33.* *Abdiæ 1.* *Matt. 21.*

16 Serm. 7. de verbis Domini in Matthæū to. 10. *Matt. 8.* *Luc. 9.*

IDEM ait: Dixit quidam Domino, Domine sequar te quocumque ieris. Quid tam prōptum, quid tam impigrum, quid tam paratū, & quid ad tātum bonum aptissimum, quàm sequi Dominum quocumque ierit? Displicuit tamen paratus. Sciebat enim magister qui futura præuidebat istum hominem, si sequeretur Christū, sua quæsturum fuisse, non quæ Iesu Christi. Ipse enim dixit, non omnis qui dicit mihi, Domine Domine intrabit in regnum cælorum. Et, iste de ipsis fuit, nec ipse sic nouerat quomodo medicus inspiciebat. Quid ergo respondit? Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos; filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. Vulpes foueas habent in corde tuo, quia dolosus es, volatilia cæli habent nidos in corde tuo, elatus es, dolosus & elatus non me sequeris. Et ad alterū continuo tacentem, nihil promittentem dicit, sequere me. Quantum mali in illo, tantum boni videbat in isto. Sequere me, dicis nolenti. Ecce habes hominem paratum, sequor te quocumque ieris, & tu dicis nolēti, Sequere me? Istum, inquit, declino, quia video ibi foueas, video nidos. Quid ergo molestus es, huic quem prouocas, & excusat? Ecce iam compellis, & non venit, hortaris & non sequitur. Quid enim dicit? Ibo prius sepelire patrem meum. Fides cordis eius, Domino se ostendebat, sed pietas differebat.

Matt. 8. *Luc. 9.*

17 Lib. 5. moral. c. 1. to. 1.

GREGORIVS sic exorditur: Cum valde occulta sint iudicia diuina, cur in hac vita nonnumquam, bonis sit male, & malis bene, tunc occultiora sunt cum & bonis hic bene est, & malis male, hoc fortasse deprehenditur, quia & boni si qua deliquerunt, hic recipiunt, vt ab æterna plenius damnatione liberentur, & mali bona, quæ pro hac vita faciunt, hic inueniunt, vt ad sola in posterum tormenta pertrahātur. Vnde & ardēti in inferno diuiti dicitur, Recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. At cum bonis hic bene est, & malis male, incertum est valde, vtrum boni indicio bona accipiant, vt prouocati ad aliquid melius crescant, an iusto, latentiq. iudicio hic suorum operum remunerationem percipiant, vt a prēmijs vitæ sequētis inanescant, & vtrum malos idcirco aduersa feriāt, vt ab æternis supplicijs corrigēdo defendant, an hic eorum pœna incipiat, vt quandoque complenda eos ad vltima gehennæ tormenta perducat. Quia ergo inter diuina iudicia graui incertitudinis caligine humana mens premitur, sancti viri cū sibi suppetere prospera huius mundi conspiciunt, pauida suspicione turbantur. Timent enim ne hic laborum suorum fructus recipiāt, timent ne quod diuina iustitia latens in eis vulnus aspiciat, & exterioribus eos muneribus cumulans, ab intimis repellat. Vnde fit vt sancti viri magis in hoc mūdo prospera, quàm aduersa formident. Sciunt namque quia mens dum blanda occupatione premitur, aliquando libēs ad exteriora deriuatur. Vnde Iob dicit: Quare misero data est lux, & vita his, qui in amaritudine animæ sunt?

Luc. 16. *Iob 3.*

18 Eodem lib. cap. 33.

IDEM explicans illa verba Iob cap. 4. Pauor tenuit me & tremor, & omnia ossa mea perterrita sunt, inquit: Quid per ossa nisi fortia facta signantur? De quibus & per Prophetam dicitur: Dominus custodit omnia ossa eorum. Et sæpe ea quæ agunt homines esse alicuius momenti æstimāt, quia districtionis intimæ, quàm sit subtile iudicium, ignorant. Sed cum per cōtemplationem rapti superna conspiciunt, ab ipsa

ipsa aliquo modò præsumptionis suæ securitatis liquescunt, & tanto magis in diuino conspectu trepidant, quanto nec bona sua digna eius examine, quem conspiciunt, pensant. Hinc est enim quòd is qui fortia operando profecerat, per spiritum subleuatus clamabat, Omnia ossa mea dicent, Domine quis similis tibi. Ac si diceret carnes meæ verba non habent, quia infirma mea apud te funditus silent. Ossa autem mea tuæ magnitudinis laudem dicunt, quia ipsa quoque, quæ esse in me fortia credidi, tua cōsideratione contremiscunt. Hinc est enim quòd Manue viso Angelo pertimescens dicit, morte moriemur, quia vidimus Dominum. Quē vxor protinus consolatur dicens: Si Dominus nos vellet occidere, de manibus nostris holocaustū & libamenta nō suscepisset. Quid est hoc quòd ad visionem Angeli vir fit timidus, & mulier audax, nisi quòd nobis quoties cęlestia demōstrantur; spiritus quidem pauore se concutit, sed tamen spes præsumit? Quia igitur cum altiora secretorum cælestium subleuata mens conspicit, cuncta humanarum virium soliditas contemiscit, recte nunc dicitur: Pauor tenuit me & tremor, & omnia ossa mea perterrita sunt. Ac si aperte diceretur. Subtilitatis intimæ arcana percipiens, vnde me apud me fortem credidi, ante conspectum iudicis inde titubaui. Districtionem quippe diuinæ iustitiæ contēplantes, etiam de ipsis operibus iure pertimescimus, quæ nos fortia egisse putabamus.

Psal. 33. *Iudi. 13.*

19 Lib. 18. Moral. cap. 6.

IDEM explicans illa verba Iob cap. 38. Indica mihi, si habes intelligentiam, quis posuit mensuras eius si nosti, vel quis tetendit super eam lineam? ait: In carne Dominus ad Ecclesiam veniens mensuras terræ lineis mensus est, quia fines Ecclesiæ occulti iudicij subtilitate distinxit. Huius terræ, occultæ mensuræ, & lineæ tendebantur, quando prædicatores sancti agente spiritu in alias partes mundi vocabantur vt irent, ab alijs autem partibus arcebantur ne accederent. Paulus namque Apostolus cum Macedoniæ prædicare negligeret, per visum illi apparuit vir Macedo, qui diceret, Trāsiens in Macedoniam adiuua nos. At contra ficut scriptum est, Tentabant Apostoli ire in Asiam, & non permisit eos spiritus Iesu. Dum ergo Prædicatores sancti, & vocantur ad Macedoniam, & ab Asia prohibētur, ista occultarum mensurarum linea illic ducta est, hinc reducta. Illic tenditur vt Macedonia intra sanctæ Ecclesiæ spatia colligatur, hinc attrahitur vt extra fines fidei Asia relinquatur. Intra has ergo mensuras sunt omnes electi, extra has omnes reprobi, etiam si intra fidei limitem esse videantur. Istę spiritales lineæ occulto iudicio tendebantur, quando cuidam dicenti, magister sequar te quocumque ieris, eiusdem magistri voce responsum est, Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos; filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Istæ mensuræ & lineæ tendebantur, cum cuidam dicenti, Domine permitte me primum ire, & sepelire patrem meum, eiusdem magistri voce responsum

Act. 16. *Ibid.* *Matt. 8.* *Luc. 9.* 20

21 Lib. 2. in 1. Reg. cap. 3. to. 1.

est; Sine mortuos sepelire mortuos suos; tu autem vade, annuncia regnum Dei. Ecce alius secuturum se promittit & repellitur, alius relaxandum se postulat & retinetur. Vnde hoc, nisi quia super occulta cordis spatia supernorum iudiciorum lineæ tendebantur, vt & hunc intus incomprehensibiles mensuræ constringerent, & ille foris non iniuste remaneret? Sed cum nullus nesciat, quia Deus has occultorum iudiciorum lineas tendat, cur ad Iob dicitur: Indica mihi, si habes intelligentiā, quis posuit mensuras eius si nosti, vel quis tetendit super eam lineam? An idcirco requiritur, vt quod nosse, sed tamē prætermittere poterat, memoretur, quatenus pondus secretorum Dei sollicitus pēset, dispensationem videlicet hominis nō in humanis viribus, sed in manu consistere conditoris, vt dum considerat inuisibiliter ista quis agat, suæ virtuti nihil tribuat, nec iam de se audeat aliquid, cum Dei iudicia occulta formidat, sed perpendens desuper mensuras, & lineas incomprehensibiliter tensas, tanto magis in humilitate formidinis consistat; quanto magis pendere videt omnia in potestate mensoris.

IDEM explicans illa verba, quæ dixit Dominus Samueli contra Heli: Ecce ego facio verbum in Israel, quod quicūque audierit, tinnient ambæ aures eius, ait: Inter dona sublimia electa mens eo cautius ab elatione compescitur, quo per omnipotentis Dei iustitiam etiam illos repulsos aspicit, qui donis sublimioribus fulti esse videbantur. Quare & de verbo quod facturum se esse Dominus minatur: tinnire aures audientium prædicuntur. Aures quippe corporis tinniunt, quando intolerabili sonitu impetuntur. Nam cum vltra auditus capacitatem ei clamor infunditur, hunc, quē orificij angustia sonitum reijcit, in tinnitum cōuertit, quia dum per aurium antra vox sibilat, quæ infusa simul ad interiora non intrat. Ad aures ergo mentium intolerabilis clamor est, & velut de clauso magnæ vocis sonitu aures tinniunt, quando de diu cōsiderata magnorum virorum reprobatione, iustorum corda pertimescunt. Ambæq. audientis aures tinnient, quia cum summorum virorum ruina ostenditur, electorum intentio vtraque turbatur, quia & pauenti corde ad contemplanda æterna se erigunt, & sine ingenti formidine temporalia non disponunt. Hunc namque aurium tinnitum passus fuerat, qui Domino loquebatur, dicens; Iustitia tua sicut montes Dei, iudicia tua abyssus multa. Montes quippe Dei summi & electi viri intelliguntur. Quibus profecto montibus Dei iustitia æquatur, cum ardua eius mandata opere perficiūt; sed tamen diuina iudicia abyssus multa sunt, quia etsi in sanctorum virorum oculis recta sunt ea quæ agunt, ante omnipotētis Dei oculos qualia sunt, scire non possunt. Vnde & bona quæ præualent, incessanter agunt, & super se tonātem illam iudiciorum abyssum pertimescunt, quia de facto Domini verbo quod audiunt, tinnitu magni terroris eorum corda quatiuntur. Apte autem non nisi audientium

22 *Psal. 85*

aures

aures tinnire prædicũtur. Qui enim tota intentione ad ea, quæ foris sunt, vigilant, hunc timoris tinnitum nesciunt, quia super se diuinorum iudiciorum altitudinem nequaquam pensant. Sed ecce qui subtilia Dei iudicia super se pensare noluit, de eo iudiciorum sententiæ quàm acutæ replicantur. Nam subdens dicit: Prædixi enim quòd iudicaturus essem domum eius vsque in æternum propter iniquitatem, eo quòd nouerat filios suos indigne agere, & non corripuit eos. Idcirco iuraui domui Heli, quòd non expietur iniquitas domus eius victimis, & muneribus in æternum.

23 Lib. de Noe & arca cap. 14. to. 1.

AMBROSIVS dicit: Diluuium tunc factum est, quando augentur nascentia, scilicet in secundo mense (idest Aprili) quando ager parturit, terrarum pariter, atque animantium fetura se fundit. Tunc ergo fecit diluuium Deus, quando dolor eorum maior foret, qui in sua abundãtia puniebantur. Tunc vltio terribilior tamquam dicentis Dei: Ecce omnia secundum liberalitatis diuinę prouidentiæ gratiam diues natura generauit, omnia in vsum hominum germinauit terra fecũdior, segetes expectãtur, tritico & hordeo campi replẽtur, comæ arborum venturi fructus floribus vestiuntur. Non deest terra obsequijs suis, non bestiæ desunt muneribus suis, quæ solemnes soluuntur in partus, vt homini nihil desit. Homo solus partibus suis deest, nescit auctorem suum, a quo ei omnia ministrantur, negligit conditorem, despicit homo remuneratorem suum, cum Deus opus suũ non despexerit. Pereant cum homine omnia, propter quem facta sunt omnia, in suis diuitijs consumatur homo, cum sua dote moriatur, nihil ante hominem terra deliquerat, nullis crenit in fructibus in homine solo se degenerasse cognoscit, spinas & tribulos pro fructibus ferens, ideo ergo non post susceptos fructus infunditur aqua, ne beneficium magis, quàm diluuium terra sentiret &c.

Deus acriter punit homines, maxime autem proceres Ecclesiæ, quando expectante ipso patienter non emendantur. Cap. XVIII.

1 In proœm. In lib. Ethicorum, hoc est de moribus to. 2.

BASILIVS sic ait: Cum diuinarum litterarũ memoriam animo colligo, reperio, tam in veteri, quàm in nouo testamẽto, neque in numero, neque in magnitudine peccatorum, sed in vna tantummodo cuiuscumque tandem generis præcepti violatione contumeliam aduersus Deum iudicari, a Deoq. in omnes promiscue, qui dicto ipsius audientes non fuerint, supplicium constitutum. Atque in veteri quidem quãdo horribile illud Achan exitium lego, aut historiam illius, qui sabbato ligna collegerat; de quorum neutro quòd aut aliter in Deũ peccauerit, aut hominem quempiam vlla in re, vel magna, vel mediocri prorsus violauerit, nusquam reperitur. Atqui tamen alter ob vnam modo, eamque primam lignorũ collectionem, pœnas inexpiabiles luit, & ne spatij quidem tantum inuenit, in quo posset pœnitere, si quidem Dei iussu confestim a cuncto populo lapidibus obruitur, alter autem quod nescio quid tantummodo sublegerat eorum, quæ Deo fuerant dedicata, neque tamen adhuc intra synagogã importata, neque ab ijs recepta, ad quos rerum huiusmodi receptio pertinebat, non sibi modo, sed filijs etiam, & coniugi exitio fuit, atque vna cum ipso tabernaculo, vniuersis etiam propinquis suis. Iamque in eo res erat, vt hæc peccati lues cunctum populum ignis instar populatura videretur, & quod magis mirandum est, qui neque peccati auctorem sciret, & si sciret, nullo modo ei condonaturus fuisset, nisi quã primum ex ipsa virorum, qui occiderant, calamitate, animaduersa Dei indignatione misere se afflictare cœpissent, & nisi Iesus Filius Naue vna cum senioribus capite puluere conspersos se in terram abiecissent. Quo facto, & eductis fortibus deprehensus sceleris auctor suppliciũ, quod diximus, luit. Mariæ sororis Moysi virtutes nullũ arbitror fidelẽ esse, qui non cognouerit. Hęc quod semel aliquãdo, secus nescio quid de Moyse locuta est, idque ipsum vere (mulierem enim inquit Aethiopissam accepit sibi) adeo vehementer Deum aduersum se irritauit vt ne ipse quidem supliciter pro ea deprecans Moyses, quominus mulctam peccato irrogatã sustineret, ipsi impetrare potuerit. Quoties igitur animo mecum Moysem ipsum intueor Dei ministrum, magnum illum uirum, cui talis a Deo, ac tantus fuerat honos delatus, magnificaque adeo summæ virtutis data testimonia, vt audire promeruerit illud; Noui te præter ceteros, & inuenisti gratiam coram me, hunc ipsum quoties considero ad aquam contradictionis, nullam aliam ob rem, nisi quod tãtummodo dixerat populo propter aquæ penuriam murmuranti: Num de petra hac aquam vobis poterimus eijcere? hac sola de causa confestim ei fuisse denunciatum, non ingressurum illum in terram promissionis, quæ omnium, quæ Iudæis promissa fuerant, erat tunc caput. Quoties igitur orantem hunc video, & nihil exoratem, quotiesque reputo mecũ nihil ei prodesse potuisse, præclara adeo multaque fecerat, vt veniam tam breui verbo impetraret, vere (vt est apud Apostolum) rigidam Dei seueritatem vi deo, vereque illud dictum esse persuadeo mihi, Si iustus vix saluabitur, impius, & peccator vbi parebunt? Verum quid hæc ego commemoro? Quoties horrendam illam Domini sententiam audio aduersus illũ qui vnum modo, idque ex ignorantia mandatum transgressus est, profecto non reperio quomodo digne satis iræ illius magnitudinem extimescam. Scriptum est enim, & anima quæ peccauerit per ignorãtiã, feceritque vnum ex his, quæ lege Domini prohibentur, & peccati rea intellexerit iniquitatem

2

3

Exod. 33.

Num. 12.

Rom. 11.

1. Pet. 4.

Leuit. 5.

tem suam, afferet arietem immaculatum de gregibus pretio argenti in delictum a sacerdote, iuxta mensuram, æstimationemq. peccati qui orabit pro eo, quia nesciens fecerit, & dimittetur ei, quia per errorem deliquit coram Domino. Quòd si de delictis ijs, quæ ex ignorantia committuntur, indicium habetur adeo durum, & pro eorum expiatione necessarium est sacrificium, quid obsecro de illis dicendum est, qui scientes peccant. *Infra*: Huiusmodi sunt plurima, quæ in veteri testamento aduersus eos iudicia reperio, qui quacumque in re Dei dicto audientes non fuerint. Cum vero ad nouum deueni in eo Dominum ipsum animaduerto, cum ne ea quidem quæ ex ignorantia peccata committuntur, libera a supplicio dimiserit; illis tamen vehementius comminatum, quæ a scientibus commissa de industria sint, idque illis in verbis; ille autem seruus qui cognouit voluntatem Domini sui, & non fecit vapulabit multis. Qui autem non cognouerit, & fecerit digna plagis, vapulabit paucis. Quoties igitur ipsius vnigeniti Filij Dei, huiuscemodi sententias considero, & sanctorum eius Apostolorum aduersus peccantes indignationem contemplor, calesq. ac tantas ijs, qui vel vna in re qualicumque offenderint, oblatas aspicio, sine dubio animaduersionis seueritatem in hoc nihilo minorem, immo maiorem etiam quàm in veteri intelligo. Siquidem cui multum datum est, multum exigetur ab eo. Animaduerte enim quæ Beatus Paulus, simul & christianæ vocationis dignitatem, & imminentem cuiuis peccato pœnam subindicans dicat. Arma enim iustitiæ nostræ, inquit, non carnalia sunt, sed potentia Deo, ad destructionem munitionum consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, non solum autem hoc, sed in promptu habentes vlciscI omnem inobedientiam. Ait, consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, quia omne peccatum propter contumeliam, quæ ex eo in Deum, negligendo illius mandato redundet, altitudo appelletur extollens se aduersus scientiam Dei. Et in promptu habentes vlciscI omnem inobedientiam non hanc, aut illam, sed omnem. *Infra*: Vbi vero omnis altitudo destruitur, quæ se aduersus Dei scientiam extollit, & omnis intellectus captiuus ducitur in obsequium Christi, & sine vllo discrimine supplicium sumitur de quauis inobedientia, nihil non punitum relinquitur, ac remittitur. Qui apud Corinthios vxorem patris habebat, cum hoc vno exceptо, alterius criminis insimularetur nullius, non solum ipse traditur satanæ ad interitum carnis quoadusque peccati labem emẽdet, sed simul Ecclesiam itidem etiam vniuersam, quod facinus illud merita pœna persecuta non esset, secum in criminis societatẽ adducit. Sic enim scriptum est. Quid vultis? in virga veniam ad vos? Et paulo inferius, & vos inflati estis, & non magis luxistis, vt tollatur de medio qui hoc opus fecit? Quid vero Ananias, cuius historiam scriptam in actis legimus? Quid? numquid ille quoque aliud fecisse maleficium reperitur, præter id vnum, propter quod acerbe a Deo mulctatus est? Vbi igitur apparet grauem a Deo pœnam fuisse illum commeritum? Prædium suum vendiderat, pretium attulerat, idque ante Apostolorum pedes statuerat; attamen quòd partem de eo clam malitiose compilasset: propterea eodem ipso tempore vna cum vxore morte afficitur, non dignus habitus, qui de agenda ob admissum peccatum pœnitentia quicquam audiret, non qui spatij saltem tantum nancisceretur, per quod vel leniter animo indoleret, & compungeretur, non qui moram denique ad seipsum redeundi vllam inueniret. *Infra*: Verum enim si omnia singulatim velim recensere, quæ in veteri, nouoq. testamento exempla in hoc genere reperiuntur, narrantẽ fortasse me tempus deficiet?

4

Luc. 12.

5

1. Cor. 10.

6

Act. 5.

HIERONYMVS explicans illa verba: Abiecerunt enim legem Domini exercituũ, & sermonem sancti Israel blasphemauerunt, ait: Antea dixerat, Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. Qui dicitis, Festinet, & cito veniat opus eius, vt videamus, & appropriet, & veniat consilium sancti Israel, & sciemus illud, idest, Væ vobis qui putatis non futurã captiuitatem, quam propheticus sermo prædicit, qui dicitis ad Prophetã. Quousq; nobis Dei minaris iram? Volumus eam scire, iam veniat. Hoc autem per Ironiam loquuntur, quoniam eam non putant esse venturã, sed simulari a Prophe ta. Propter quod sicut deuorat stipulam lingua ignis, sic radix eorũ quasi fauilla erit, & germẽ eorum vt puluis ascendet, propter superiores causas, ideo radix malitiæ eorum redigetur in fauillam, & omnis flos, & pulchritudo diuitiarum, & corporis pulueri comparabitur. Non enim solum ista fecerunt, sed his gradibus peruenerunt ad blasphemiam, vt legem Domini non reciperent, & sermonem sancti Israel blasphemarẽt. Ideo iratus est furor Domini in populum suum, & extẽdit manum suam super eũ, & percussit eum, & conturbati sunt montes, & facta sunt morticina eorũ quasi stercus in medio platearum. In omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. Quoniam abiecerunt legem Domini exercituum; idcirco iratus est furor Domini in populum suum, qui prius iratus fuerat contra principes, & potentes, qui sapientes erant in oculis suis, & iustificauerunt impium pro muneribus, & deuorauerat eos quasi stipulam lingua ignis, & calor flammæ exusserat, vt potentes potenter tormenta paterentur, & extendit manum suam aduersus eum, quem vocat populum suũ, eo quòd fuerit pars hereditatis eius. Extendit autem manum, vt percutiat, & furor eius irascatur, de quo & in alio loco legimus: Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Et Hieremias, Corripe nos Domine, inquit, verumtamen in iudicio, & non in

Lib. 2. in c. 5. Esa. to. 4.

7

Sap. 6.

Psal. 6.

Hier. 10.

furore. Furere autem Dominus dicitur, non quòd humanis perturbationibus subiaceat, sed quòd nos, qui delinquimus, nisi irascentem viderimus Dominum, non timeamus. Quæ sit autem manus, quæ extenditur, vel eleuatur super populũ peccatorem, Iob loquitur manifestius; Cap. 19. manus enim Domini tetigit me. Vnde & diabolus sciens potentem manum Domini, & brachium, quod vniuersis gentibus reuelatum est, dicit ad Dominum, Mitte manum tuam, & tange omnia quæ habet, nisi in faciem benedixerit tibi. Quòd autem quasi præteritum dicitur, quod futurum est, cõsuetudinem sequitur prophetalem, in qua tam certa sunt, quæ futura dicuntur, vt putentur esse præterita. Quodque 8 sequitur, Et percussit eum, ideſt populum suũ, & conturbati sunt montes. Quod hyperbolice dictum putamus, quod pro magnitudine malorum imminentium etiam montes commoueãtur, & cadaueribus mortuorum repleantur omnes plateæ vrbium. Hoc accidisse Iudæis post passionem Domini sub Vespasiano, & Hadriano nemo dubitat. Cumque hæc facta sint, non est auersus furor Domini, sed adhuc manus eius extenta, siue excelsa, quæ habitum irascentis, & percutientis ostendit. Et leuabit signum in nationibus procul, & sibilabit ad eum de finibus terræ, & ecce festinus velociter veniet. Vbi describit sermo diuinus velocitatem venientis exercitus, qui non sua, sed Domini venerit voluntate, immo attractus sit, & sibilo illius prouocatus, quod non defecerit, nec tanto itinere laborauerit, & cupiditate prædandi, somnum oculis non admiserit, calciamenta quoque illius non sint attrita, sagittariorum multitudinem, equitum turmas, curruum, quadrigarumq. feruorem, quòd instar leonis non tam ad pugnandum, quàm ad prædandum, & vorandum venerit, & vlulatus vincentis exercitus, marinis fluctibus comparatur. Cum igitur venerit Romanus exercitus, & tenuerit prædam, & non fuerit qui eruat, Propheta compatientis affectu subiungit populo, & ait: Aspiciemus in terram, & ecce tenebræ tribulationis; cælum enim aspicere non audebimus, cuius habitatorem offendimus, & lux nostra, quam semper habebamus in Deo, tribulationum caligine obscurata est.

9 IDEM explicans illa verba: Ecce nomen Lib. 10. in c. 30. Esaiæ. Domini venit de longinquo, ardens furor eius, & grauis ad portandum. Labia eius repleta sunt indignatione, & lingua eius quasi ignis deuorans, sic habet: Quia bonis & obedientibus præmia repromissa sunt, nunc e contrario malis, & contemptoribus supplicia nunciantur, quòd Dominus impleat cogitationem suã, & ad puniẽdos longo post tempore veniat peccatores, & in cunctos sententiam proferat, spirituq. oris sui interficiat impium, quẽ frenum appellat fuisse populorum. Spiritus eius velut torrens inundans vsque ad medium colli, ad perdendas gentes pro nihilo. Ponit similitudinem torrentis vsque ad collum inundantis, vt finem omnium venisse testetur. Sicut enim torrens suffocat eum, ad cuius collum vsque peruenerit, sic iudicium Dei neminem impunitum abire patietur. *Infra*: Dicitur autem nomen Domini venire post multum tempus, loquente humana impatientia, vsquequo Domine obliuisceris me in finem, quamdiu auertis Psal. 12. faciem tuam a me? Ardens quoque furor eius venit cum gloria, vt quem in humilitate contempsimus, in maiestate timeamus. Hoc ipsum 10 & in Psalmis scriptum est, Deus manifeste ve- Psal. 49. niet, Deus noster & non silebit. Ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida. Rursus in alio Psalmo legitur, Vox Psal. 28. Domini intercidentis flammam ignis, vt quicquid in mundo est fœni, lignorum, & stipulæ rapiens flamma consumat. Ira furoris eius quasi ignis deuorabit. Plerique nostrorum irã furoris Domini diabolum interpretantur, cui tradimur ad puniendum, sicut Apostolus lo- 1. Cor. 5. quitur tradere huiusmodi satanæ in interitum carnis. Hic autem ipse furor, & ira furoris Domini, nihil suo faciet arbitrio, sed quod sibi fuerit imperatum. Vnde sequitur, eloquium labiorum eius, eloquium iræ plenum, & spiritus eius, sicut aqua in valle (sicut septuaginta interpretes transtulerunt) trahens veniet vsq; ad collum, vt supplicia super peccatores faciat redundare. *Infra*: Voce Domini pauebit Assur virga percussus, & erit transitus virgæ fundatus, quam requiescere faciet Dominus super eum. Et est sensus. Nequaquam eum virga percutiet, & eam rursus leuabit, ac more cædentium, finem faciet verberandi, sed quasi fundatam, & alta radice defixam, in pœnis eius faciet permanere. In tympanis, & in citharis, & in bellis præcipuis expugnabit eos, omnes videlicet impios, cum gaudio omnium Dominus expugnabit.

IDEM exponens illa verba: Et cognoscetur manus Domini seruis eius, & indignabi- 10 Lib. 18. in c. 66. Esaiæ. tur inimicis suis. Quia ecce Dominus in igne veniet, & quasi turbo quadrigæ eius reddere in indignatione furorem suum, & increpationem suam in flamma ignis, sic inquit: Manus Domini pro potẽtia eius accipitur, quòd possit Deus omnia facere quæ promittit, iuxta illud, quod ex persona Dei Moyses loquitur ad Pharaonẽ: Exod. 4. Nunc mittam manum meam, & percutiam te, & populum tuum interficiam, & deleberis de terra. Et rursum ipse ad eundem tyrannum, Ec- Exod. 9. ce manus Domini erit super iumenta tua, de qua ad Deum Psalmista dicebat, Manus tua, Psal. 43. gentes disperdidit. Quam notam faciet Dominus seruis suis, & timentibus se, & commi- nabitur incredulis, & inimicis suis, vt alijs promittat præmia, alijs supplicia commine- tur. In quo considerãda verborum proprietas, quod non dixerit, inferet inimicis suis, sed cominabitur, vt per comminationem deterriti, & ipsi ad Domini transeant seruitutẽ. Manus autẽ Domini cõminatur inimicis suis, vt si non egerint pœnitentiã sustineant, quæ sequũtur. Ecce enim, inquit, Dominus in igne veniet, & quasi turbo, sive tempestas currus eius, non quo Domi-

12 Dominus ignis sit, sed quo sustinentibus pœ- Esai. 66. nas, esse ignis videatur. Quod autem sequitur, Quasi tempestas currus eius (secũdum septuaginta interpretes) vel quasi turbo quadrigæ eius, hæc vniuersa narrantur, non quo Deus, aut currus habeat, aut quadrigas, aut equorum velocitate portetur, qui ambulat super Psal. 103. pennas ventorum. Sed quomodo in solio sedere dicitur, quando assumit habitum iudicantis, sic quando ad vindictam venit, vt debellet aduersarios suos, in habitu victoris, & triumphantis ostenditur. Et in gladio suo ad omnem carnem, & multiplicabuntur interfecti a Domino. De hoc gladio & in Amos scriptum Amos 9. est, Gladio interibunt omnes peccatores populi, cum vtique & alia sint genera pœnarum. Quicquid ergo pungit, & percutit, & torquet, & cruciat in Scripturis sanctis gladius appellatur, quo gladio interficientur, qui Dei non Rom. 2. fecerint voluntatem, de quo & Paulus ait: Iuxta duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique secundum opera sua &c. his qui acquiescunt iniquitati, ira, & furor, tribulatio, & angustia super omnes homines, qui operantur malum.

13 IDEM explicans illa verba: Negauerunt Lib. 1. in c. 1. Hiere. Dominum, & dixerunt non est ipse, nec superueniet super nos malum, gladius & fames non fuit eis, sic ait: Quia dixerunt non euenient quæ nobis Prophetarum voces minantur, nec videbimus gladium, nec famem sustinebimus obsidionis, & quicquid locuti sunt Prophetæ, in uentum sunt locuti, & irrita omnia transierunt, & sermo Domini non fuit in eis; ideo sustinebunt, quæ sequens sermo describit. Hæc dicit Dominus Deus exercituum, quia locuti estis verbum istud, Ecce ego do verba in ore tuo in ignem, & populum istum in ligna, & deuorabit eos. Dixistis Prophetæ fuerunt locuti in ventum, nec ventura sunt, quæ minantur; propterea o Propheta do verba mea in ore tuo, quæ ignis habeant potestatem, & populum istum in ligna conuertam, vt sermone tuo increduli concrementur. Ecce ego adducam super vos gentem de longinquo domus Israel, dicit Dominus, gentem robustam, gen- 14 tem antiquam, gẽtem, cuius ignorabis linguã, nec intelliges quid loquatur. Nequaquam mul to post tempore, sed iam nunc adducam super vos gentem Babyloniorum, quæ veniet de longinquo, gentem robustam, cuius ignorabis linguam, siue vt in Hebræo scriptum est, nec intelliges quid loquatur; est enim nialorum solatium, si illos habeas hostes, quos possis rogare, & qui tuas intelligant preces. Pharetra eius quasi sepulchrum patens, vniuersi fortes. Et comedet segetes tuas, & panem tuum, deuorabit filios tuos, & filias tuas, comedet gregem tuum, & armenta tua, comedet vineam tuam, & ficum tuam, & conteret vrbes munitas tuas. Quod dicit, Pharetra eius sepulchrum patens, Babyloniam significat armaturam. Nec dubium quin regnum Assyriorum, Babyloniorũ, Medorum, atque Persarum sagittandi peritissimum sit, simulq. describit vastitatem terræ Iudææ, interfectionemq. multorum, abactionem pecorum, subuersionem vrbium, atque murorum, quòd gladio hostili cuncta capiantur; & tamen in tantis malis, non eos perdat vsque ad internecionem, sed reliquias saluas faciat, vel eorum qui in Babylonem ducti sunt, dimissisque ad agriculturam terræ Iudææ, vel eorum, qui post persecutionis ardorem, vel fuga, vel confessione fidem Domini seruauerunt.

IDEM explicans illa verba: Et dixit Do- 15 minus ad me, Si steterit Moyses, & Samuel Lib. 3. in c. 15. Hierem. coram me, non est anima mea ad populum istum, sic ait: Hos legimus iræ Domini pro populo restitisse, & iam impendentem auertisse sententiam. Etsi, inquit, illi steterint in conspectu meo, vel contra me, quorum vni dixit Deus: Dimitte me, & percutiam popu- Exod. 32. lum istum, tamen non exaudiam, quoniam consummata sunt scelera populi delinquentis. Eijce illos a facie mea, & egrediantur, non loco recedunt a Deo peccatores, sed voluntate. Quòd si dixerint ad te, quo egrediemur? dices ad eos, hæc dicit Dominus, Qui ad mortem ad mortem, & qui ad gladium ad gladium, & qui ad famem ad famen, & qui ad captiuitatem ad captiuitatem. Et visitabo super eos quattuor species, dicit Dominus, gladium ad occisionem, & carnes ad lacerandum, & volatilia cæli, & bestias terræ ad deuorandum & dissipandum. Quattuor plagas, quibus traditus est populus Iudæorum, etiam Ezechielis prophetia demonstrat, gladium, pestilen- Ezec. 14. tiam, famem, bestias, & captiuitatem. Inter bestias autem, canes quoque, & volatilia intellige, quibus laceranda, & deuoranda, & dissipanda corpora tradita sunt. Neque enim fieri poterat, vt creatore neglecto non vniuersa 16 creatura consurgeret in peccatores. *Infra*: Et extendam manum meam super te, & interficiam te, laboraui rogatus, siue rogans, vt nos legimus. Manus extenta percutiẽtis indicium est, interfectio peccatorum iram significat consummatam. Quòd autem intulit, laboraui rogatus, siue rogans, duplicem habet sensum, quòd iam defecerit Deus crebro eis ignoscendo, & lassus sit semper eos prouocans ad salutem. Et dispergam eos ventilabro in portis terræ (siue populi mei) interfeci & perdidi populum meum, & tamen a vijs suis non sunt reuersi. Quid prodest sæpius me rogari, cum a vijs suis pessimis non reuertantur? Dispersi enim eos quasi ventilabro, vt purgarem aream meã. Et dispersi in portis terræ, vt inferni quodãmodo calcarẽt limina. Et interfeci & perdidi populum meum, vt coacti malorum necessitate impendentia vitarent mala. Multiplicatæ sunt mihi viduæ eius super arenam maris, induxi eis super matrem adolescentis vastatorem meridie, misi super ciuitates repente terrorem. Diuersis medicaminibus cupit Deus saluare peccantes, vt qui contempse-

rant blandientem, timeant comminantem. Viduæ multiplicatæ sunt super arenam maris, interfectis viris, matres perditis liberis sensere valentem, non in nocte, & per insidias, sed clara luce vt ostendat apertam vim aduersarij fortioris. Misi super ciuitates, haud dubium, quin iuda & populi peccatoris, repente terrorem, vt quanto fuit subitum malum, tanto difficilius esset effugium. Infirmata est quæ peperit septem, defecit anima eius, & occidit ei Sol, cum adhuc esset dies, & residuos eius in gladium dabo in cõspectu inimicorum eorum, ait Dominus. Quæ erat dies liberis, orba subito facta est, & clara luce disperijt. Reliquum autem, ait, populum tradam gladio, vt mortem
Malac. 4. & iram Dei nullus effugiat. Et occidit ei Sol iustitiæ, in cuius pennis est sanitas.

17 IDEM explicans illa verba: Terra cum
Lib 4. in c. 14. Ezech. peccauerit mihi, vt præuaricetur pręuaricans, extendam manum super eam, & conteram virgam panis eius, & immittam in eam famem, & interficiam de ea hominem, & iumenta. Etsi fuerint tres viri isti in medio eius Noe, & Daniel, & Iob, ipsi iustitia sua liberabunt animas suas, &c. & nec filios, nec filias liberabunt, ait: Quæritur cum Abraham, & Isaac, & Iacob, Moyses quoque, & ceteri Patriarchæ, & Prophetæ iusti fuerint, cur horum tantum-
Gen. 6. 7. modo fiat mentio. Quod facile soluitur. Noe enim imminens orbi terrarum diluuium, quia omnis terra polluerat vias Domini, prohibe-
Dan. 1. re non potuit. Daniel quoque imminentem captiuitatem populi Iudæorum, nullis fletibus mitigauit. Sed & Iob non ob peccata, sed
Iob 1. ob probationem, nec domum, nec filios liberauit. *Infra*: Cum hæc ita se habeant, & terram peccatricem a singulis plagis tantorum virorum non saluet deprecatio, sic dicit Dominus Deus, quia Hierusalem nefanda peccauit, quattuor simul plagas inducam super eam, gladium quo ab hostibus trucidatur, & famem, quam in obsidione sustinet, & bestias, quibus fugientes in desertis, & saltibus deuorantur, & pestilentiam, quæ semper famem, ac penuriã sequitur, pro qua vulgata editio mortem transtulit. Hæc autem, inquit, inducam super eam, vt nec homines in ea remaneant, nec iumenta.

18 IDEM explicans illa uerba: Hæc dicit
Lib. 7. in c. 24. Ezech. Dominus Deus, Pone ollam, & mitte in eam aquam. Congere frusta eius in eam, omnem partem bonam, femur & armum, electa & ossibus plena. Pinguissimum pecus assume, compone quoque strues ossium sub ea, efferbuit coctio eius, & discocta sunt ossa illius in medio eius, sic habet: Carnes diligenter ab ossibus separa, & carnibus missis in lebetem, ossa compone sub lebete. Vis autem scire Propheta quis sit iste lebes, vel quæ carnes, aut ossa? Loquere, hæc dicit Dominus Deus, Væ ciuitati sanguinum, ideſt Hierusalem, lebeti, cuius rubigo, ideſt malitia magna est, & licet ignis suppositus sit, tamen rubigo eius non exiuit de ea. Perseuerauerunt enim captiui, atque cruciati in scelere suo. Per partes & sigillatim consumite eam, nemo remaneat in salutem. Non cecidit super eam sors, vt alij perirent, & alij saluarentur, sed cunctis communis venit interitus; sanguis enim eius, ideſt homicidia, & filiorum neces in medio illius sunt. Quem sanguinem effudit super limpidissimam petram, vt pateret omnibus, nec terra operiretur, aut puluere, ne transiret videlicet indignatio mea, sed super apertissimum sanguinem vltio properaret. *Infra*: Ecce ego grandem in te pyram faciam, & non solum in te carnes molles, & teneras, sed durissima quoque ossa succendam, vt nihil in te remaneat, quod non cremetur incendio. Cumque & carnes, & ossa consumpta fuerint, & cremata, ipsum lebetem vacuum pone super prunas, vt æs quoque illius incalescat, & consumatur, & ære consumpto, rubigo quoque illius pereat, ideſt ciuitate incendio concremata malitia cum vrbe dispereat. Sed quid prodeſt fecisse quod iussum est? Ne per ignem quidem rubigo, atque malitia lebetis, & vrbis potuit auferri, sed permanet in ea immunditia execrabilis. Et apostropham ad ipsum lebetem, id est ad ipsam vrbem facit. Mundare te volui, & non es mundata sordibus tuis, nec vltra poteris emundari, donec in te compleam indignationem meam. Ego Dominus locutus sum, & sententia mea non potest præterire, venit iam vrbs obsidio, faciã quod minatus sum, nec transibo sicut sæpe feci scelera tua, & vltra nõ parcam, nec placabor tibi, etiamsi multiplicaueris preces, sed vias tuas, & adinuentiones tuas reddam tibi. *Infra*: In captiuitate posito Ezechiel, & his qui cum eo erant, & tradiderant se cum rege Ieconia, similitudo lebetis ponitur, vt quomodo carnes & ossa congesta in lebetem incendio concremantur, sic cunctæ ciuitas cum suis interitura sit ciuibus, & nullus remaneat eorum, qui obsessi sunt, quin fame, gladio, pestilentia consumantur, & pars reliqua captiua ducatur in Babylonem. Potest hæc eadem prophetia, & ad tempus pertinere dominicæ passionis, propter quam exercitu circumdata est Hierusalem, & interfecti filij eius, & obsidente Tito filio Vespasiani, ad salutem nullus euasit, templumq. subuersum est, & post quinquaginta annos, sub Hadriano, ciuitas æterno igne consumpta est. Præsentem autem captiuitatem, quando Ezechiel in Babylone ista cernebat, & Hieremias in principio ponit volumi-
Hier. 1. nis sui: Quid tu vides Hieremia? Qui respondens ait, ollam succensam, & faciem eius a facie Aquilonis.

19 IDEM explicans illa verba: Ego quasi leæna Ephraim, & quasi catulus leonis domui Iuda. Ego ego capiam, & vadam, & tollam, & non est qui eruat, vadens reuertar ad locum meum, donec deficiatis, & quæratis faciem meam, sic ait: Ero quasi leæna Ephraim. Pro leæna, septuaginta interpretati sunt pantherem, quæ Græce similiter dicitur, & Latine, & tam nomen bestiæ, quàm omnis bestia accipi potest, vt quicquid sæuum in bestijs est, hoc in Dei indignatione cognoscas. Nihil panthere velocius, nihil leone fortius, in panthere velox per Assyrios regni Samariæ significatur interitus, & in leone fortissimum contra Hierusalem & Iudam, aliquanto post tempore regnum ostenditur Chaldæorum. Ego ego capiam, & vadam, & tollam, &c. Quæritur si rapiente & tollente, & tenente Deo, nullus de manibus eius potest eri
Ioan. 10. pere, iuxta illud quod scriptum est: Nemo potest rapere de manu Patris mei, quomodo Iudas de manu Dei proditione sit raptus? Ad quod respondebimus nullum posse rapere de manu Dei, posse autẽ eum, qui tenetur, propria voluntate de manu Dei excidere. Quodque sequitur, vadens reuertar ad locum meum. Locum Dei magnificentiam & maiestatem eius debemus accipere, vt nequaquam pro dispensatione descendat ad homines, irascatur, misereatur, obliuiscatur, fiat quasi panther, vertatur in leonem, mutetur in bestias, sed res spernat humanas, & permittat eos, quos antea protegebat hostibus subiacere, vt tabescant, & de-
Psal. 79. ficiant, & intereant; & postea quærant faciem Domini, & dicant, Illumina faciem tuam, & salui erimus. *Infra*: Alij locum Dei cælum putant, quo offensus Deus ab his, qui in terra habitant, reuertatur, & eos faciat disperire, qui clementissimum Dominum magnitudine peccatorum in ferarum sibi rabiem conuerterunt.

11 AVGVSTINVS sic ait: Postquã exeunte igne a Domino incensi, & mortui sunt filij
Lib. 3. Quæstionum in Leuit. to. 4. Aaron, qui ausi sunt in batillis suis, adhibito igne alieno incensum imponere Domino, quod ideo nõ licebat, quia ex illo igne, qui diuinitus ad altare venerat, deinceps custodito, omnia erant accendenda, quæ in tabernaculo accendi oportebat; mortuis ergo illis, ait Moyses. Hoc est quod dixit Dominus dicens, In eis qui mihi appropinquant, sanctificabor, & in omni synagoga glorificabor, eos appropinquare Domino volens intelligi, qui in tabernaculo sacerdotio fungebãtur, sanctificari autem in eis etiam
1. Pet. 4. vindicando, sicut factum est. Vt hinc sciretur, quàm minus alijs parcat, si illis nõ parcit, quo sensu dictum est, si iustus vix saluabitur, impius
Luc. 22. & peccator vbi parebunt? An potius secũdum illud, cui plus datur, plus exigetur ab eo. Et illud; Seruus qui non cognouit voluntatem Domini sui, & facit digna plagis vapulabit paucis, seruus autem qui cognouit voluntatem Do
Sap. 6. mini sui, & facit digna plagis vapulabit multis. Et illud: Exiguo conceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur.

20 IDEM exponens illa verba: Quibus iura-
22 in Psal. 94. to. 2. ui in ira mea, si introibunt in requiem meam, inquit: Magnus terror. Ab exultatione cœpimus, sed ad magnum timorem concluſit Psalmus iste. Loqui Dominum magnum est, quanto magis iurare Deum? Iurantem hominem debes timere, ne propter iurationem faciat, quod contra voluntatem eius est, quanto magis Deum, qui nihil temere iurare potest? Iurationem ad confirmationem voluit esse, iuramento confirmat minas suas: iurauit ergo illis in ira sua, ne intrent in requiem ipsius.

23 GREGORIVS sic ait: Moyses cum Dei
Lib. 9. epist. epist. 58. to. 5. populum ex Ægypto educeret, mira signa in Ægypto operatus est. In Sina monte quadraginta diebus & noctibus ieiunans legis tabulas accepit, inter coruscos tonitruos pertimescente omni populo omnipotentis Dei seruitio solus familiari etiam collocutione coniunctus est, rubrum mare aperuit, in itinere ducem habuit nubis columnam, esurienti populo manna de cælo pluit, carnem desiderantibus vsque ad satietatem nimiam in eremo per miraculum ministrauit. Sed cum iam sitis tempore ad petram ventum fuisset, diffisus est, seque de eadem aquam educere posse dubitauit, quam iubente Domino percussit, atque aquas effluentes aperuit. Quanta autem post hæc per triginta & octo annos in deserto miracula fecerit, quis enumerare, quis inuestigare valeat? Quoties res dubia animum pulsasset, recurrens ad tabernaculum, secreto Dominum requirebat, atque de ea protinus Deo loquente docebatur. Iratum populo Dominum placabat suæ precis interuentione, surgentes in superbia, atque in discordia dissidentes, dehiscentis terræ hiatibus absorbebat, victorijs premebat hostes, signa monstra- 24
bat ciuibus. Sed cum iam ad repromissionis terram ventum fuisset, vocatus in montem est, & quam culpam ante annos triginta & octo, vt dixi, fecerat, audiuit, quia de educenda aqua dubitauit. Et propter hoc, quia terram repromissionis intrare non posset, agnouit. Qua in re considerandum nobis est, quàm timendum sit omnipotentis Dei iudicium, qui per illum famulum suum tot signa faciebat, cuius culpam longo tempore adhuc seruabat in cogitatione. Igitur frater charissime, si & illum agnoscimus post signa pro culpa mortuũ, quem omnipotẽti Deo nouimus præcipue electum, quanto nos debemus metu contremiscere, qui necdum adhuc nouimus, si electi sumus?

Dei præsentia quàm plurium bonorum est causa, sicut & ipsius absentia multa causat nocumenta. Cap. XIX.

PRÆTER multa quæ de re hac disseruntur infra libro 7. cap. 8. & 9. & libro 14. cap. 6. & sequentibus.

1 ORIGENES explicans illa verba: Aduena ego sum apud
Homil. 2. in Ps. 38. to. 2. te, & peregrinus sicut omnes patres mei, remitte mihi vt refrigerer priusquã abeã, & amplius

non ero,ait: Ego si dignus efficiar esse apud te incola, tamen sum & peregrinus apud te, quia omnes patres mei incolæ fuerunt, & peregrini apud te, & Abraham peregrinus est apud te, quia non erat semper,sed tunc esse cœpit,quando tu voluisti, & Isaac, & Iacob, & omnes iusti. Remitte mihi vt refrigerer,priusquam abeam, & amplius non ero. Quoniam incola sum,donec apud te sum, tamdiu sum;si autem a te exiero, perdidi etiam hoc ipsum quod sum, & ero tamquam qui non sum. Denique propterea de peccatoribus dicit,& erunt tamquam qui non sunt. *Sap. 2. Rom. 4.* Et alibi, qui vocauit ea quæ non sunt. Sciendum tamen est, quòd in nobis est, siue vt simus,siue vt non simus. Donec enim adhæremus Deo, & inhæremus ei,qui vere est, etiam nos sumus. Sin autem absceſſerimus ab eo, & non adhæserimus Deo, nostro vitio in contrarium decidimus. Et per hoc non substantialis animæ designatur interitus,sed nõ esse dicitur, cum in eo nõ permanet, qui vere & semper est, ex quo ipse est.

2 IDEM sic ait: Cum egressus esset Cain a facie Dei,habitauit in terra Naid cõtra Eden. Naid in Græca lingua interpretatur cõmotio. Qui enim derelinquit Deum, qui deserit sensum de eo iugiter cogitandi,iste habitat in terra Naid, in turbatione mali cordis, & mentis commotione consistit. Vnde ait Hieremias. *Hier. 51.* Biberunt gentes, propterea commotæ sunt, & subito cecidit Babylon, & contrita est. Vnusquisque nostrum consideret seipsum, si in alicuius corde non cecidit ciuitas confusionis, huic Christus necdum aduenit. Veniente quippe eo Babylon ruere consueuit, & omnis malitia eius, & reædificat pro his, quæ subuersa sunt, pro Babylone,quæ fuerat ante constructa in ipso principali cordis vestri, Hierusalem ciuitatem sanctam Dei. *Infra*: Curauimus Babylonem,& non est sanata,relinquamus eam. Stetерunt medici sub magno medico,Angeli Dei volentes curare imbecillitates nostras, volentes animam liberare de vitijs, sed nosipsi repellimus eos,dum consilijs eorũ non acquiescimus. Vident se operam perdere cum loquuntur inuicem,& dicũt, Relinquamus eam,& abeamus vnusquisque in terram suam. Hoc est credita nobis est a Deo medicina, vt animam curaremus humanam, adhibuimus adiutorium,medicinam imposuimus,multum contumax est,non vult obseruare quod dicimus,studium nostrum non sequitur effectus. Relinquamus eam, & abeamus vnusquisque in terram suam,ideſt domesticum locum & proprium. Caue homo ne quando relinquat te medicus. Si enim te dereliquerit,manifestũ est enim quia absceſſio eius condemnatio tua sit, vt irremediabilis, nolentisq. curari. Cum autem te deserit, quid tibi aliud euenturum est,nisi quod solet his accidere,qui a medicis dispensantur,vtentes voluntate morbi sui, vt ad peiora demergantur?

3 BASILIVS explicans illa verba: Dominus diluuium inhabitare facit,& sedebit Dominus rex in æternum,ait: Anima peccatis abluta,& purgata excusso a se veteri homine,domicilium deinceps fiat accommodum Deo in spiritu. Meæ huic expositioni concinunt ea quæ in Psalmo conscripta sunt. Postquam enim dixit,Delictum meum cognitum tibi feci,& peccatum meum non abscondi, & item hoc, Pro hac orabit ad te omnis sanctus, sequitur: Verumtamen in diluuio aquarum multarum ad eum non approximabunt. Non enim deinceps peccata appropinquant ei,qui iam accepit baptisma in remissionem peccatorum. Huic sententiæ cognatum & affine,quod in Micheæ prophetia inuenitur, Quia volens misericordiam *Mich.7.* est,conuertet se & miserebitur nostri. Demerget peccata nostra, & proijcientur in profundum maris, & sedebit Dominus rex in æternũ. Splendenti namque animæ statim post diluuiũ baptismi Deus insidens, veluti thronum eam sibi cõstituit & efficit: Dominus virtutem(seu fortitudinem vt Basilius legit) populo suo dabit,populo enim iustitiam sedulo operanti suggerit Deus vires & robur. Dominus benedicet populo suo in pace. Iam quisquis animum confirmauit ad efficacem perfectionem bonorum operum; is vtique Dei benedictione efficitur dignus. Inter porro benedictionis diuinæ species pax perfectissima esse videtur, cum status sit mentem procul intemperie omni constabiliens, adeo vt pacificus vir hoc insigni tamquã proprijs notis internosci possit, siquidem qui sedatis est, & peramænis moribus, vocatur filius pacis, ac diuinæ benedictionis fit particeps.

4 IDEM explicans illa verba: Adiuuabit eam mane diluculo, sic inquit: Prædixerat regius vates, Sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Per hoc tabernaculum quod fixit & certe habitauit Deus, in medio illius fuit, donans illi tantum roboris ne commoueatur, in medio autem ciuitatis est Deus,æquales vndiquaque emittens radios. Adiuuauit eam Deus mane diluculo. Sol enim iste sensilis matutinum tempus apud nos facit, quando supra nostrum horizontem eminuerit illustris,& conspicuus. Matutinum autem in anima, iustitiæ Sol perficit in ortu lucis spiritualis edẽs diem apud eum, qui ipsum recepit. In nocte autem nos homines sumus,tantisper dum ignorantiæ tenebris obuoluimur. Adiuuabit ergo ciuitatem Deus per proprium ortum & manifestationem,lucem ipsi inducens matutinam. Ecce enim homo,dicit Propheta,Oriens nomen illi. *Zach.6.* Quibus igitur lux oritur spiritualis tenebris iniquitatis & ignorantiæ discussis,matutinum his fit, quoniam lux in mundum venit,vt in ipsa ambulans non offendat. Auxilium namque ipsius matutinum præbet tempus. *Infra*, exponens illa verba: Vacate & videte quoniam ego sum Deus,ait: Domui mentis nostræ vacemus, vt in nobis Christum per spiritum promoueamur habere inhabitantem. Vacemus ab omni peccato,vt anima nostra in tranquillo,ac quieto statu consistente, nec vlla vitiosæ affectionis turbella eam agitante in ea tãquam in speculo irra-

irradiato,& affulgentia Dei pura sit, nec vlla obscuretur caligine.

5 HIERONYMVS explicans illa verba: Quærite Dominum, dum inueniri potest, ait: Quærite Dominum dum inueniri potest, dum estis in corpore, dum datur locus pœnitentiæ, & quærite,non loco sed fide. Quomodo autem quæratur Deus in alio loco plenius dicitur,sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum,quia inuenitur ab his qui non tentant eum,& apparet his qui non sunt incredduli. Vnde, & nos scientes illud dictũ de peccatoribus, Qui longe recedunt a te peribunt, loquamur ad Dominum. Quo ibo a spiritu tuo, & quo a facie tua fugiam? Et inuocemus eum dum prope est, ne nostris vitijs atque peccatis procul recedat. Appropinquat enim appropinquantibus sibi, & filio longo post tempore reuertenti lætus occurrit. Quam obrem sanctus in psalmo canit, Mihi autem adhærere Deo bonũ est. Et per Hieremiã loquitur Deus, ego Deus appropinquans,& non de longe. Appropinquans eis,qui mihi appropinquant,& nõ de longe. Appropinquans eis,qui mihi appropinquant, & longe recedens ab his, qui a me procul infidelitate recedunt. Propter quæ dicitur ad credẽtes, Appropinquate Deo,& appropinquabit vobis.

6 IDEM explicans illa verba: Depopulata est regio, luxit humus, confusum est vinum, elanguit oleum, confusi sunt agricolæ, vlulauerunt uinitores,&c. ait: Postquam sponsa quæ receperat doctrinã Dei a spõso fuerit separata & pro byssinis lineisque vestibus cilicio circũdata ideſt habitum lugentis assumpserit, tunc perijt sacrificium de quo scriptũ est,Sacrificiũ Deo spiritus contribulatus,& vini libatio,quod lætificat cor hominis de domo Dei. Principes populi videbunt multiplicata iniquitate campos, & plana credentium fructus non afferre virtutum, sed omnia vitijs inhorrescere,quando frumentum, & hordeum,vineasque & oleũ, eruca, locusta,brucus, rubigo consumpserint. Quia perijt messis agri, vinea confusa est, & ficus elanguit, malogranatum, & palma, & omnia ligna agri aruerunt, quia confusum est gaudium a filijs hominum. Quid necesse est omnes arbores percurrere,cum vniuersa aruerint,& pro gaudio, atque lætitia filios hominũ mæror oppresserit,& confusio?

7 IDEM explicans illa verba: Et in omnibus vineis erit planctus,quia pertrãsibo in medio tui dicit Dominus,inquit. Præmiserat Propheta,propterea hęc dicit Dominus Deus exercituum dominator, in omnibus plateis planctus,& in cunctis,quæ foris sunt,dicetur væ væ. Et vocabunt agricolam ad luctum, & ad planctum eos qui sciunt plangere. Præcepi vt quęreretis bonum,& non malũ, vt viueretis, essetque Dominus vobiscum. Et iterum intuli ne semel tantum vos monitos diceretis, Odio habete malum,& diligere bonum,quod quia facere noluistis mea præcepta calcãtes, & vertistis ad me scapulam recedentẽ, ideo hæc dicit Dominus omnipotens,vbiq. planctus,vbiq. mæstitia. Agricolæ vocabuntur ad luctũ,& qui sciũt more prouinciæ præcinere ad concitandas lachrymas vocabuntur, vt nequaquam in omnibus plateis,sicut supra dictum est, sed in vineis sit planctus, atque luctus, vt vbi quondam fuit materia lætitiæ,sit origo lachrymarum. Et hæc omnia fient,quia pertransibo, inquit, in medio tui. Verbum hebraicum pertransibo, quoties in scripturis sãctis ex persona Dei ponitur pro pœna accipiendum, vt nequaquam apud eos maneat,sed pertranseat,ac relinquat. *Infra*. Et hæc vniuersa patientur, quia pertransibit per medium eorum Dominus,vt non habitet inter eos. Et inambulabo. Et,ecce ego uobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi. *Matt. 28.*

8 IDEM explicans illa verba: Et accubabũt in medio eius greges,omnes bestiæ gentium,& Onocrotalus,& Hericius in liminibus eius morabuntur. Hæc est ciuitas glorioſa habitans in confidentia,quæ dicebat in corde suo,ego sum, & extra me non est alia amplius, quomodo facta est in desertum cubile bestiæ? Omnis,qui transit per eam,sibilabit, mouebit manum suã, ait: Vbi prius habirabat Pater,& Filius,& Spiritus sanctus, & Angeli eius ministerijs præsidebant, tunc habitabunt bestiæ, de quibus, & Propheta complorat dicens, Ne tradas bestijs animas confitentes tibi. Omnis qui transibit *Psal.73.* per eam,sibilabit,& mouebit manus suas. Quod si de Angelis intellexerimus, ita interpretabimur. Cum transierint per eam Angeli, & non transierint in ea, vt prius facere consueuerant, stupebunt,& mirabunturs, & non eam fulcient, & sustentabunt ruentem manu sua, sed leuabũt manus, & pertransient. Vel certe cum sibilo attollent manus,& quasi plangentes in morem lugentium concrepabunt. Si autem hoc de diabolo voluerimus accipere, qui vineam quoque quæ de Aegypto translata fuerat, vastauerit, dicemus per animam, de qua Christus recesserit, & quæ prius templum Dei fuerat, & esse desiuit, transire serpentem, & sibilare in ea,& venena suæ malitiæ euomere.

9 IDEM exponens illa verba: Et dispersi eos per omnia regna,quæ nesciunt,& terra desolata est ab eis, eo quòd non esset transiens, & reuertens, & posuerunt terram desiderabilem in desertum, inquit. Possumus hæc ad eos referre, qui in Ecclesia delinquẽtes proiecti sunt de terra confessionis, quia noluerunt audire Dominum,& verterunt ad eum scapulã, & aures suas aggrauauerunt, & cor posuerunt, vt Adamantem. Et facta est super eos indignatio Domini,& dispersi sunt per omnia regna vitiorum,& desolata est terra eorum, vel anima, vel corpus non habens habitatorem Dominum, nec in se spiritum reuertentem. Et terra quõdam desiderabilis, quæ erat hospitium Trinitatis,versa est in desertum, habitationemque draconum.

10 AVGVSTINVS exponens illa verba: Qui astitit a dextris pauperis, vt saluam faceret

Universidad de Sevilla Biblioteca

ret a persequentibus animam eius, ait: De Iuda dictū erat, diabolus stet a dextris eius, quia suas diuitias augere voluit Christo vendito. Hic autē Dominus astitit a dextris pauperis, vt diuitiæ pauperis sint ipse Dominus. Astitit quippe a dextris pauperis, non vt ei multiplicaret annos vitæ, quandoque finiendæ, nec vt eius augeret pecuniam, aut eum faceret corporis viribus fortem, vel ad tempus incolumem, sed vt saluā faceret, inquit, a persequētibus animam meam. Salua fit autem a persequentibus anima, si non eis consentiatur ad malum. Non eis autem consentitur, cum assistit Dominus a dextris pauperis, ne ipsa paupertate, ideſt infirmitate succumbant. Hoc adiutorium præstitū est corpori Christi in sanctis eius.

11 Tract. 19. in Ioannem to. 9. IDEM sic ait: Quia vita animæ est Deus, quomodo cum ipsa est in corpore præstat illi vigorem, decorem, mobilitatem, officia membrorum, sic cum vita eius Deus in ipsa est, præstat illi sapientiam, pietatem, iustitiam, charitatem. Veniente itaque verbo resurget anima a morte sua ad vitam suam, hoc est ab iniquitate, ab insipientia, ab impietate ad Deum suū, qui est illi sapientia, iustitia, charitas. Accedite inquit ad eum. Et quid nobis erit? Et illu- *Psal. 33.* minamini. Si ergo accedendo illuminamini, & recedendo tenebramini, non erat in vobis lumen vestrum sed in Deo vestro; Accedite, vt resurgamini, si fecesseritis moriemini. Si ergo accedendo viuitis, recedendo morimini, non erat in vobis vita vestra, ipsa est enim vita ve- *Psal. 35.* stra, quæ est lux vestra; quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.

12 Serm. 1. de tēpore Dominica 1. Aduentus to. 10. *2. Cor. 6.* *Apoc. 3.* IDEM ait: Dominus non solum animam dignatur uisitare sed, & requiescere, & in perpetuum in illa dignabitur habitare, sicut scriptum est, & inhabitabo in illis, & inambulabo. Et iterum, ecce sto ad ostium, & pulso, si quis surrexerit, & aperuerit mihi, intrabo ab illum, & cenabo cum illo, & ille mecum. Quàm felix est illa anima quæ uitam suam, ita Deo auxiliante studuerit gubernare, vt Christum hospitem, & habitatorem mereatur excipere. Sicut econtrario, quam infelix est illa conscientia toto lachrymarum fonte lugenda, quæ se ita malis operibus cruentauit, vt in ea Christus nō requiescere, sed diabolus incipiat dominari. Talis enim anima, si medicamentum pœnitentiæ non cito subuenerit, a luce relinquitur, a tenebris occupatur, vacuatur dulcedine, impletur amaritudine, a morte inuaditur, vita repudiatur.

13 Lib. 9. moral. cap. 34. to. 2. GREGORIVS exponens illa verba: Iob cap. 10. Reuersusque mirabiliter me crucias. Sic ait: Cum ab autore relinquimur, nec ipsa vllatenus destitutionis nostræ damna sentimus. Quo enim longe nos conditor deserit, eo mens nostra insensibilius obdurescit, nulla quæ Dei sunt, diligit, nequaquam superna concupiscit, & quia amoris intimi calorem non habet, frigida deorsum iacet, ac miserando modo fit quotidie tanto securior, quanto peior, cumque vnde sit lapsa non meminit, & suppliscia secutura non metuit, quantum lugenda sit nescit. At si afflatu sancti spiritus tangitur, ad considerationem protinus suæ perditionis euigilat, in cælestium inquisitione se excutit, amoris summi æstibus inardescit, quæ se circumprimunt, damna considerat, & plorat proficiēs, quæ prius læta torpebat. Bene ergo conditori dicitur, Reuersusque mirabiliter me crucias, quia omnipotens Deus unde mentem nostram visitans ad amorem suum erigit, inde hanc per lachrymas grauiter affligit. Ac si aperte dicat relinquendo me, nequaquam afficis, quia insensibilem reddis, sed cum reuerteris crucias, quia dum te insinuas mihi, me quàm sim lugendus demonstras. Vnde nequaquam se pœnaliter, sed mirabiliter asserit cruciari, quia dum per fletum mens ad summa rapitur, compunctionis suæ pœnam gaudens miratur, & libet affici, quia afflictione sua se conspicit ad alta subleuari.

14 In Psal. 7. Pœnitentiales to. 2. IDEM explicans illa verba: Anima mea sicut terra sine aqua tibi, inquit, quasi terra, sine aqua, est anima sine gratia. Sicut enim terra quæ imbre non perfunditur, non vestitur herbis, non venustatur floribus, non abūdat messe: sic anima gratia carens, non operitur virtutibus, non cogitat de cęlestibus, non insistit vtilibus. Vitiato namque in primo parente libero arbitrio, iam nec velle quidem bonū possumus, *Phil. 2.* nisi illius gratia adiuuemur, apud quem gressus hominis diriguntur. Deus est, qui operatur in nobis velle, & perficere pro bona volūtate sua.

15 Serm. 16. in Cantica. BERNARDVS explicās illa verba: Cāt. 2. En ipse stat post parietem nostrū, sic habet: Sponsus æqualiter, & indifferenter præsto, vbique est diuinæ vtique presentia maiestatis, & magnitudine virtutis suæ, gratiæ tamen exhibitione quibusdam longe, quibusdam prope esse *Psal. 118.* dicitur. Longe enim a peccatoribus salus. Et sanctus Dauid nihilominus dicit; Vt quid Domine recessisti longe? Ceterū a sanctis pia dispensatione ad tempus, & non ex toto, sed iuxta aliquid aliquando longe se facit. Peccatoribus autem de quibus dicitur, Superbia autem *Dan. 13.* eorum, qui te oderunt, ascendit semper, & iterum, Inquinatæ sunt viæ illorū in omni tempore, semper valdeque longe est, atque in ira hoc, *Psal. 36.* non in misericordia. Quamobrem orat ad Deū sanctus, & ait: Ne declines in ira a seruo tuo. Sciens quia, & in misericordia potuerit reclinare. Prope est ergo Dominus sanctis, & electis suis, etiam quando longe videtur esse. Prope enim est omnibus inuocantibus eum in veritate, & iuxta est his, qui tribulato sunt corde.

16 Serm. 86. in Cantica IDEM sic ait: Non recte oras si orando, præter Verbum aliquid quæris, quoniam in ipso sunt omnia. Ibi remedium vulnerū, ibi subsidia necessitatum, ibi resarcitus defectuum, ibi profectuum copiæ, ibi denique quicquid accipere vel habere hominibus expedit, quicquid decet, quicquid oportet. Plura de re hac differuntur lib. 14. cap. 6. &c. vbi de peccatorum miserando statu agitur, & etiam de nocumentis, quæ peccata inferunt animæ, & etiam lib. 7.

lib. 7. cap. 8. & 9. de bonis quæ in anima confert diuina gratia.

17 Lib. 4. epist. epistola 17. quæ est ad Clericos quosdam &c. AMBROSIVS explicans illud Eccles. 4. Melius est duos esse simul, quàm vnum, &c. sic ait: Vbi sunt duo optimi super vnum, nisi vbi Christus est, & is quem Christus tuetur? quia si ceciderit, qui cum Domino est Iesu, eriget eū Iesus. Vnde in Eliseo figura Domini præcessit. 4. Reg. 4. Qui proiecit se, vt mortuum erigeret. In quo symbolum est, quod nobis Christus commortuus sit, vt nobis resurgeret. Proiecit itaque se vsque ad nostram Christus fragilitatem, vt nos erigeret, proiecit se, non cecidit, sed erexit consortem. Vnde pulchre ait Ecclesiastes, *Eccls. 4.* quoniam qui ceciderit alter erigit socium suū, non ipse erigitur, Christus autem non alterius auxilio erectus est, sed ipse se resuscitauit, neque immerito erectus non est, quia nō cecidit, nam ille qui a secundo erigitur cecidit. Si dormierint duo fouebunt tūr mutuo. Cōmortui sumus Christo, & ideo conuiuimus, Christus nobis commortuus est, vt nos calefaceret, qui ait, Ignem veni mittere in terram. Mortuus eram, sed quia in baptismate commortuus Christo sum, accepi lumē vitæ a Christo, & qui in Christo moritur, per Christum calefactus vitæ, & resurrectionis vaporem accipit. Frigidus erat puer, calefecit eum Eliseus spiritu suo, dedit ei vitæ calorem. Calefieri non potest, cui ignis ardens non appropinquat, frigidus itaque est, qui non moritur in Christo.

18 Odonario 17. super Psal. 118. to. 2. IDEM super illud, Faciem tuam illumina super seruum tuum, probat claritatem vultus Moysi ex diuino colloquio, sic: Vsu solis multis etiam pallore confectis totius corporis figura mutatur, & ignis vapore calefactis speciēs vultus rutilātis offunditur, oriente die rubent terræ croceo colore perfusæ, imaginem de beneficio mutuatæ. gemmarum quoque monilia corruscantia transfundūt finitimis, quod ipsa radiauerint, & miraris, si Moysi vultus diuinæ infectus sit claritate præsentiæ?

Deo subdi, ad eumque accedere grandes affert vtilitates. Cap. XX.

1 Hom. 1. in Genesim to. 2. ORIGENES sic ait: Sicut nō æqualiter oculi corporis nostri illuminantur a sole, sed quanto quis in loca altiora conscēderit, & ortus eius editioris speculæ intuitione fuerit contemplatus, tanto amplius & splendoris eius vim percipiet, & caloris: ita etiam mens nostra, quāto altius, & excelsius appropinquauerit Christo, ac se viciniori splēdori lucis eius obiecerit, tanto magnificentius, & clarius, eius lumine radiabitur, sicut & ipse ait per Prophe- *Isc. 4.* tam; Appropinquate mihi, & appropinquabo *Hier. 23.* vobis, dicit Dominus. Et iterum dicit, Deus appropinquans ego sum, & non Deus de longe. Non similiter tamen venimus ad eum omnes. Aut enim cum turbis venimus ad eum, & per parabolas nos reficit, ad hoc tantummodo ne multis ieiunijs deficiamus in via, aut certe semper, & indesinenter eius pedibus assidemus, vacantes ad hoc solum, vt audiamus verbum eius, nequaquam erga multum ministerium, sed optimam partem eligentes, quæ nō auferetur a nobis. Et vtique qui sic accedunt ad Deum, multo amplius ex eius lumine consequuntur. Si vero sicut Apostoli nusquam omnino moueamur ab eo, sed semper cum eo permaneamus, in omnibus tribulationibus eius, tunc nobis secreto ea, quę ad turbas locutus fuerat, exponit, & multo clarius illuminat nos. Si uero etiam talis quis fuerit, vt possit, & in montem ascendere cum eo, sicut Petrus, & Iacobus, & Ioannes, iste non solum Christi lumine, sed etiā Patris ipsius illuminabitur voce.

2 Hom. 4. in c. 3. Iosue. IDEM exponēns illa verba: Populus longe sit ab arca testamenti duo millia cubitorum, sacerdotes vero, & Leuitę proximi, & satis proximi, ita vt in humeris ipsorum arca Domini, & legislatio diuina portetur, sic habet: Beati qui merēntur proximi esse Deo, sed memento quod scriptum est: Qui approximant mihi, approximant igni. Si aurum vel argentum fueris, & igni approximaueris, multo per ignem splendidior, & rutilantior effulgebis. Si vero supra fundanentum in te fidei positum conscius tibi es superædificasse te ligna, fœnum, stipulam, cum tali ædificatione, si igni approximaueris, consumeris. Beati igitur qui proximi sunt, & qui ita proximi sunt, vt ignis eos illuminet, nō adurat.

3 Hom. 4. in Psalm. 36. to. 2. IDEM exponens illa verba: Apud Dominum gressus hominis dirigentur, ait: Ne cadat, Dominus gressus eius dirigit, si autem ceciderit non prosternitur, Dominus, inquit firmat manum eius. Vides ergo quia Domini semper auxilio indigemus. Primo ne cadamus, tum deinde etiam si ceciderimus, vt resurgamus. Iunior fui etenim senui, & non vidi iustū derelictum, nec semen eius quærens panem. *Infra*: Hoc de interiori homine sentiendum est, alioquin secundum exteriorē hominē, sic derelinqui a Deo putandus est iustus, cum ægritudo corporis aduenit, cum tribulatio, cum paupertas, & singulæ quæque huius vitæ molestiæ generantur. Hæc maxime iustis accidere solēt, quibus, & persecutionem pati pro nomine Dei solemne est, sed non derelinquūtur, cum patiētes hæc omnia, & tolerantes dicunt; Quis nos separabit a charitate Dei? &c. Neque tribula- *Rom. 8.* tio, neque fames, nec angustia, nec nuditas, nec gladius, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia. Denique Prophetæ, qui circuibant in deserto per cauernas petrarum, & spelūncas, egentes, tribulati, afflicti, licet in *Heb. 11.* desertis oberrarent, & essent ab hominibus derelicti, multitudo tamen eos Angelorum circundabat. Sic denique Eliseus, cum esset ab hominibus derelictus cælesti circūdabatur exercitu, secundum quod scriptum est. Aperi ocu-

oculos pueri huius, vt videat quia plures nobiscum sunt, quàm cum illis, & vidit totum montem equitibus, & curribus plenum. Nunquam enim solus est iustus, sed ne vnius quidem, aut duorum vel trium tantummodo Angelorum societate subnixus est, sed exercitus ei cælestium virtutum præsto est. Et Iacob cum solus iter ageret Mesopotamiam, dormiuit in loco, quem appellauit Castra, pro eo quòd vidit sibi, non vnum, sed plura Castra Dei.

4. Reg. 6.

4 Hom. 2. expositionis 3. in Cant.

IDEM explicans illa verba: Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea, inquit: Alibi scriptum est. Numquid in fluminibus iratus es Domine, &c. qui ascendis super equos tuos, & equitatus tuus salus. Sunt ergo equi Domini quibus ascēdit, & equitatus eius, quos ego nō alios esse puto, quàm illas animas, quæ frenum disciplinæ eius accipiunt, & iugū portant suauitatis eius, & quæ spiritu Dei agūtur, & in hoc est eis salus. In reuelatione Ioannis legimus, quòd apparuit ei equus, & sedens super eum quidam fidelis, & verax, & cum iustitia iudicans, cuius nomen est Verbum Dei, &c. & exercitus eius erat in cælo, & sequebantur eum in equis albis induti byssino albo, & mundo. *Infra*. Huic ergo equo albo, quo ipse vehitur, qui Verbū Dei appellatur, vel huic equitatui cælesti, qui eum sequitur, in albis nihilominus equis comparat, & similem facit Christus Ecclesiam suam. *Infra*: Beatæ ergo sunt illæ animæ, quæ dorsum suum curuauerūt, vt suscipiant sessorem Verbū Dei super se, & frena eius patiuntur, vt quocumque ipse voluerit, flectat eas, & agat habenis præceptorum suorum, quia iam non propria voluntate incedunt, sed ad omnia ducuntur, & reducuntur voluntate sessoris.

Apoc. 19.

5 Hom. 15. in Psalm. 61. to. 1.

BASILIVS explicans illa verba: Nonne Deo subiecta erit anima mea, sic habet: Ne superbiæ carnis se substernens anima ad varios iræ, ac mæroris impetus irritetur, cur, inquit, prauorum affectuum animam facio seruam, cū ipsi a suo Creatore Deo concreditus est principatus, quo regere debeat, ac moderari corpus affectionesque corporis omnes. Hi igitur affectus animi imperio veniunt coercendi, sed & Deo seruiendum est. Atqui impossibile sit animam a peccato simul, & a Deo regi. Conuenit potius, vt ipsa malitiæ dominetur, Domino autem vniuersorum se subijciat, causam autem dicit, cur subijci Domino contēdat, & ait: Nōne Deo subiecta erit anima mea? Ab ipso enim salutare meum. Causam dicit, cur subijci Domino contendat, quoniam ex Deo salutare est. Proprium autem conditoris est eorum, quæ fecit, curam gerere vti seruentur. Subdamur itaque Deo, quoniam ex ipso salutare. *Quid autem sit salutare declarat*: Non est nuda quædam, aut leuis actio vnam aliquam nobis suppeditās gratiam, qua ab infirmitate liberemur, ac temperatam corporis habitudinem adipiscamur. Ceterum quid est salutare? Ipse etenim Deus meus, & Saluator meus, susceptor meus non mouebor amplius, Deus noster est, ex Deo Filius idem, & Saluator humani generis est, nostram corroborans debilitatē, ac nostram corrigens per multimodas tentationum salebras inolitam animis fluctuationem. Non mouebor amplius, inquit; fluctuationem sui confitetur animi, humanum morem secutus per dictionē amplius. Impossibile namque est in hominis anima aliquam a tentationum flatibus non excitari commotionem. Ait ergo, ego vt homo commotus sum, amplius autem non commouebor, quoniam dextera manu Saluatoris firmabor.

6 Lib. de vera virginitate ad Letoium Mediolanēsem Episcopum to. 2.

IDEM sic ait: Sicut qui adhæret meretrici vnum corpus est, ita & qui adhæret Domino vnus spiritus est, dum & corporis purgatur vitijs, & animam in diuinæ imaginis excellentiam transfert. *Infra*. Sicut enim corporalem communione coniugij, voluptate affectus, corruptione concubitus per conspirationem ad actum vnum fiunt: ita & rationalis anima maritali consortio ad Deum Verbum, virtute, & incorruptione, & vera tranquillitate perfruetur, vt his freta muneribus per veracem consensum, quo ad sanctificationem ex eo Verbo sibi prouenientem nititur, purissima fiat. Quo circa quæ Christo copulata est, tamquam sapientiæ de verbi Dei sponsa sapiens, ac prudens sit necesse est, vt omni stultitiæ, & insipientiæ nota iugi diuinarum rerum meditatione longius exposa, sapientiæ, cui coniuncta est, ornetur pulchritudine; donec æternam sapientiam sibi penitus iungat, vnūque cum eo, cui inhæsit effecta, ex corruptibili fiat incorruptibilis, ex imperita prudens, ac sapientissima tamquam Verbi cui inhæsit cōsita, atque (vt breuiter dicam) ex homine mortali, immortalis Deus, sic vt ille cui coniuncta est omnibus manifestetur. Sicut enim sponsus eius thronos, & dominationes deserens, illi ratione mortalitatis adhæsit, vt vnum cum illa misericorditer factus, sua illam gloria, & immortalitate donaret, ita, & ipsa ei qui sui gratia exuit principatus, & seipsum a forma Dei ad serui formam, per nimiam amoris vim exinaniuit; immortalitatis ratione inhærere debet. Propter hoc enim, inquit, relinquet homo patrem suum, & matrem suam, & adhærebit vxori suæ, & erūt duo in carne vna.

7 Hom. 5. in Genesim to. 1.

CHRYSOSTOMVS explicans illa verba: Gene. 26. quibus dixit Dominus ad Isaac; Ne descendas in Ægyptum, &c. Ego enim ero tecum, ait: Ne sis anxius, neque sollicitus cum suppeditatorem bonorum omnium habeas, ego enim Dominus omnium ero tecum. Quid hoc iusto beatius, qui talē promissionem a Deo accepit? Quia ero tecum, hoc te deelarabit omnibus feliciorem, hoc te affluentem rebus omnibus faciet, hæc est summa gloria, hæc est vera securitas, hæc est summa, & caput bonorum, quia ego tecum sum.

8 Homil. 46. ex imperfecto in Matthæum to. 2

IDEM explicans illa verba: Cap. 23. quoties volui congregare filios tuos, &c. ait: Sicut pulli frequenter a matre vocati cum non obaudierint, neque secuti fuerint matrem, magis longius abeunte aut venit accipiter, & diripit eos, aut longius euagantur, & pereunt, sic, & Domino frequenter Iudæos vocante quoniam non obaudierunt, neque secuti sunt eum, recedente illo ab eis venit quasi accipiter rex Romanus, & partem quidem eorum comedit fames, & gladius, alij autem per singulas prouincias dispersi sunt, vt perirent.

9 Lib. 7. de Genesi ad literam to. 3.

AVGVSTINVS exponens illa verba Gen. Et sumpsit Dominus Deus hominem, &c. inquit. Nullo modo vacare arbitror, sed nos aliquid, & magnum aliquid admonere, quod ab ipso diuini libri huius exordio, in quo ita cœptus est, In principio fecit Deus cælum, & terram, vsque ad hunc locum, nusquam positum est, Dominus Deus, sed tantummodo Deus. Nunc vero vbi ad id ventum est, vt hominem in paradiso constitueret, eumque per præceptū operaretur, & custodiret, ita scriptura locuta est. Et sumpsit Dominus Deus hominem, quē fecit, & posuit eum in paradiso operari eum, non quod supradictarum creaturarum Dominus non esset Deus, sed quia hoc nec propter Angelos, nec propter alia, quæ creata sunt, sed propter hominem scribebatur, ad eum admonendum quantum ei expediat habere Dominū Deum, hoc est sub eius dominatione obedienter viuere, quàm licentiose abuti propria potestate, nusquam hoc prius ponere voluit, nisi vbi peruentum est ad eum in paradisum collocandum, operandum, & custodiendum, vt non discederet, & sumpsit Deus hominem, sed sumpsit Dominus Deus hominem, & posuit illum in paradiso operari eum, vt iustus esset, & custodire vt tutus esset, ipsa vtique dominatione sua

10 quæ non est illi, sed nobis vtilis. Ille quippe nostra seruitute non indiget, nos vero dominatione illius indigemus vt operetur, & custodiat nos, & ideo verus, & solus est Dominus, quia

Psal. 15. non illi ad suam, sed ad nostrum vtilitatem salutemque seruimus. Vnde in psalmo merito dictum est; dixi Domino Deus meus es tu, quoniā bonorum meorum non indiges. Nec ita sentiē dum est quod diximus, nos illi ad vtilitatem nostram salutemque seruire tanquā aliud aliquid ab illo expectemus quàm eum ipsum, qui summa vtilitas, & salus nostra est. Sic enim eum gratis secundum illam vocem diligimus, Mihi

Psal. 72. autem adhærere Deo bonum est. Neque enim tale aliquid est homo factus, vt deserente eo qui fecit, possit aliquid agere bene tanquam ex seipso, sed tota eius actio bona est conuerti ad eum a quo factus est & ab eo iustus, pius, sapiens, beatusque semper fieri, non fieri, & recedere, sicut a corporis medico sanari, & abire, quia medicus corporis operarius fuit extrinsecus, seruiens naturæ intrinsecus operanti. Non ergo ita se debet homo ad Deum conuertere, vt cum ab eo factus fuerit iustus, abscendat, sed ita vt ab illo semper fiat. Ipsius enim præsentia iustificatur, illuminatur, & beatificatur operante, & custodiente Deo, dum obedienti subiectoque dominatur.

11 IDEM ait: Accedo ad Deum, illuminatur ignorantia, & cotroboratur infirmitas, data sibi, & intelligentia qua videat, & charitate qua ferueat.

In lib. sentētiarū ex Augustino.

12 Lib. de saluberibus documentis. to. 4.

IDEM sic habet: Seruiamus Deo metu, & reuerentia, etenim Deus noster ignis consumens est, qui consumpturus est aduersarios. Accedamus ad eum antequam consumamur ab illo, postulantes vri renes nostros, cor nostrum.

13 Lib. 19. de ciuit. Dei. c. 21. to. 5.

IDEM inquit: Deus homini, animus imperat corpori, ratio libidini, ceterisque vitiosis animi partibus. quo exemplo satis edoctum est quibusdam esse vtilem seruitutem, & Deo quidem vt seruiatur vtile esse omnibus. Seruiens autem Deo animus, recte imperat corpori, inque ipso animo ratio Domino Deo subdita, recte imperat libidini, vitijsque ceteris. Quapropter vbi homo Deo non seruit, quid in eo putandum est inesse iustitiæ? Quandoquidem Deo non seruiens, nullo modo potest iuste animus corpori, aut humana ratio vitijs imperare.

14 Concione 2. in ps. 33. to. 8.

IDEM exponens illa verba: Accedite ad eum, & illuminamini, dicit. Christianus aliquis spiritualis ad ipsum Dominum nostrum Iesum Christum inuitat, vt accedamus ad eum. Sed accedamus ad eum vt illuminemur, non quomodo ad eum accesserunt iudæi, vt tenebrarentur. *Infra*: Vnde accedunt gentes? fidem sectando, corde inhiando, charitate currendo, accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestræ non confundentur (vel vt Augustinus legit, vultus vestri non erubescent) noli timere, accede ad eum, & non erubesces.

15 In psal. 62.

IDEM explicans illa verba: : Et in velamento alarum tuarum sperabo, ait: Hilarescō in bonis operibus quia super me est velamē pēnarum tuarum. Si me non protegas, quia pullus sum, miluus me rapiet. Paruuli sumus, ergo protegat nos Deus sub vmbra alarum suarum. Adhæsit anima mea post te, vel agglutinata est anima mea post te. Videte desiderantem, videte sitientem, videte quomodo hæret Deo. Agglutinata est anima mea post te dicit, qui sequitur Christum, & subdit bonum inde prouenies illi, inquiens: Me suscepit dextera tua. Ipsi vero in vanum quæsierunt animam meam. Non enim rapturi erant gluten, quo adhæsit anima mea, post te. Quis enim nos separabit a

Rom. 8. charitate Christi? Tribulatio, angustia, an nuditas, &c. Dextera tua suscepit me. Ergo propter illud gluten, & propter potentissimam dexteram tuam, in vanum quæ sierunt animam meam.

16 Concion. 2. in ps. 70.

IDEM ait: Homo vt sit aliquid, conuertit se ad illum a quo creatus est. Recedendo enim frigescit, accedendo ignescit, & feruescit, recedendo tenebrescit, accedendo clarescit. A quo enim habet vt sit, apud illum habet vt ei bene sit. Denique filius minor qui voluit in

Luc. 15. sua potestate habere substantiam suam, quæ illi apud patrem optime seruabatur, factus suæ potestatis profectus est in regionem longinquā hæsit principi malo, porcos pauit, fame correctus est, qui saturitate superbus abscesserat.

Ergo

Ergo quisquis ita vult esse similis Deo vt ad illum stet, fortitudineq. suam, sicut scriptum est, ad illum custodiat, non ab illo recedat, ei cohærendo signetur tanquam ex annulo cera, illi affixus habeat imaginem eius faciens quod dictum est, Mihi autem adhærere Deo bonum est, vere custodit similitudinem, & imaginem ad quam factus est.

17 Lib. 7. epist. epistola 56. ad Romul. to. 5.

AMBROSIVS exponens illud, Exo. 32. Occidat vnusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum, sic ait: Ea est enim vera pietas, quæ præponit diuina humanis, perpetua temporalibus, neque vero aliquid durum videtur pro vindicta iniuriæ cælestis. Denique sanctiora ceteris ad hoc munus eliguntur ministeria Leuitarum, quorum portio Deus. Nesciunt enim suis parcere, qui nihil suum norunt, quoniam sanctis omnia Deus est. Quid autem tam proximum, quàm caro animæ? Est ergo ille Leuita verus vltor, & vindex, qui carnem interimit, vt seruet spiritum.

18 Octon. 8. super psl. 118. to. 2.

IDEM super illud, Deprecatus sum faciē tuā in toto corde meo, adducit historiam Moysi, qui petiuit a Deo, Ostende faciem tuam, sic ait: Homines qui sunt, & si quem nobilem, si quem fortem, si quem sapientem audiunt, tamquam supra hominem arbitrantes concupiscūt videre. Procedit imperator, concurrunt omnes, & in tanta multitudine illum solum aspicere gestiunt, & de fulgore purpurę plus quiddam esse in vultu Imperatoris existimant. Miraris si Dei desiderabilis vultus est, cum conformem sui hominē humanus omnis miratur affectus. Hinc datur intelligi etiam illud, quòd Imperatori vnusquisque nullius reus criminis gestit occurrere, qui autem bene sibi conscius est nullius criminis reus, quasi innocens procedit in medium. Ex his ergo sancti Moysi comprehendamus affectum, videre Dei vultum, quasi innocēs volebat, & ipse sanctus Dauid, qui alibi ait, Proba me Domine, & tenta me.

19 Super epist. ad Roman. to. 5.

IDEM super illud Rom. 12. Obsecro vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuētem, sanctam, Deo placentem, ait: Commonitio est, vt memores sint, quia misericordiam acceperunt, & vigilent circa obsequium eius, a quo illis data est, per quem ex impijs gratis iustificati sunt, scientes hanc esse hostiam viuam, sanctam, & Deo acceptabilem, si corpora nostra incontaminata seruemus, dissimiles a sæcularibus qui voluptatibus studeant. Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra. Nam corpora subiecta peccatis non viua habentur, sed mortua, sub desperatione enim promissæ vitæ sunt. Ad hoc enim peccatis dono Dei adluimur vt de cetero mundam vitam agentes Dei amorē in nos prouocemus, non irritum facientes opus gratiæ eius. Nam apud veteres ideo oblata occidebatur hostia, vt homines peccati causa morti subiectos significaret, nunc autem quia per donum Dei purificati sunt homines, & a morte secunda liberati viuam hostiam debent offeire, vt signum vitę æternæ. Non enim sicut tunc corpora pro corporibus immolantur, nunc vero nō corpora, sed vitia corporis perimenda sunt.

Deus, etsi ad horam in nostrum commodum abscondatur, nos non derelinquit, nisi relinquatur prius.

Cap. XXI.

1 Hom. 3. ex positio. in Cantica. to. 2.

ORIGENES explicans illa verba: Ecce iste venit saliens in mōtibus, &c. ait: Quamuis promittat sponsus & dicat ad sponsam suam, Ecce ego vobiscū sum omnibus diebus vsq. ad consummationem sæculi, tamen iterum per parabolas dicit, quia paterfamilias dedit seruis suis bona sua, & peregre profectus est. Et iterum dicit, quia abijt accipere sibi regnum, & reuerti. Et iterum quasi de absente sponso dicitur, quia media nocte clamor factus est, ecce sponsus venit. Sic ergo nunc præsens est sponsus, & docet, nunc absens dicitur, & desideratur, & vtrūque vel Ecclesiæ, vel animæ studiosæ conueniet. Cum enim pati persecutiones, & tribulationes permittitur Ecclesia, absens ei videtur. Et rursum cū in pace proficit, & in fide, ac bonis operibus floret, præsens ei esse intelligitur. *Infra.* Alia est visitatio, in qua anima visitatur paululum, & iterum deseritur, vt probetur, ac rursus requiritur vt caput eius sustentetur, & vt tota complectatur, ne forte aut in fide titubet, aut corpus eius tentationum pondere prægrauetur. *Infra*: exponens illa verba: Dilectus stat post parietem nostrum respiciens perfenestras, inquit. Dilectus stat post parietem, vt neque omnino in promptu sit. Verbum enim Dei non in publico, & palam positus neque conculcandus pedibus apparet, sed cum quæsitus fuerit inuenitur, & inuenitur obtectus, & quasi post parietem latens. *Infra*: Post parietem stare dicitur sponsus, & prospicere sponsam ideſt anicam, & nondum quidem apertum se ei, & totum se manifestet, sed quasi per retia prospiciens hortetur eam, & prouocet non sedere intrinsecus segnem, sed exire ad se foras, & conari, vt non eam per fenestras, & retia neque per speculum in ænigmate, sed procedens foras facie ad faciem videat eum. Nunc vero quia nondum potest ita eum intueri, propterea nō ante sed retro ei, & post parietem stet. Incūbit autem per fenestras, quæ sine dubio patebāt ad recipiendum lumen ad illuminandam domū per has ergo verbum Dei incumbens, & prospiciens prouocat exurgere, & ad se venire animam

2 Matth. 25.

3

HIERONYMVS explicans illa verba: Hæc dicit Dominus, Quis est hic liber repudij matris vestræ, qua dimisi eam? ait: Loquitur ad populum Iudæorum super Sion, quæ prius dixerat, Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei. Putatis mea duritia matrē vestram terrenā Hierusalem esse proiectam, & quòd ego mentis rigidæ dederim ei libellū repudij, & nō potius, quod verum est intelligitis illam suo a me vitio recessisse? Dicente enim me ad eā, Quiescite inique agere, discite bonū facere, audire me noluit, sed vertit contra me scapulam recedentem. Vnde locutus sum filijs eius, Væ illis quoniam recesserūt a me. Sed forsitan libellum repudij ostendere nō potestis, & aliquis creditor meus exigens pecuniam, me non habēte quod redderē, vos in debiti cōpensationem suscipit, hoc est dicere. Aut quis est creditor meus cui vendidi vos? Non est ita: Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis, & in sceleribus vestris dimisi matrem vestram, quia veni & non erat vir, vocaui, & non erat qui audiret. Ideſt ego ostendā vobis quamobrē matrē cum filijs dereliquerim. Scelera vestra atque peccata vos dæmonibus vēdiderunt, vt præsentis sæculi voluptatibus irretiti, & vos parentē, & illa coniugem derelinqueret. Vnde adulterā matrem vestram vltra tenere non potui, sed volentem abire, permisi. *Infra*: Vt autē sciatis non a me repudiatam matrē vestram, sed voluntate propria recessisse, post multa beneficia humanum corpus assumpsi, & nequaquam per Prophetas, sed presens locutus sum, veni & nō erat vir. Omnes enim, viri & hominis imaginem relinquentes, bestiarum, & serpentium sumpsere imagines, vocaui, & non erat qui audiret, vn de relictus prius dereliqui vos.

4 Lib. 12. in cap. 40. Ezec. Cant. 3.

IDEM ait: Vbicumque oculus cordis aperitur, & me aliquid videre æstimauero, & tenere sponsum, & gaudens dixero: Inueni quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam, rursum me deserit sermo diuinus, fugitq. sponsus e manibus, & claudūtur oculi cæcitate, ita vt cogar dicere: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, inuestigabiles viæ eius! Et quod alibi scriptum est: Iudicia Domini abyssus multa,

Rom. 11.

Psal. 35.

&, De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi vocem meam, & illud Elisei qui raptum a se magistrum cordis oculis sequebatur

4. Reg. 2.

dicens: Pater mi, pater mi currus Israel, & auriga eius.

7 Lib. 13. de Ciuit. Dei c. 1. 5. 6. Gen. 2.

AVGVSTINVS ostendens quòd Adam peccans prius reliquerit Deū, quàm relinqueretur a Deo, ait: Quamobrē etiā si in eo quod dictū est, morte moriemini, quoniā nō est dictū mortibus, si eam solā intelligamus, quę fit cum anima deseritur sua vita, quod illi Deus est; nō enim deserta est vt desereret, sed vt desereretur deseruit. Ad malū quippe eius prior est voluntas eius, ad bonum vero eius prior est voluntas creatoris eius, siue vt eam faceret quę nulla erat, siue vt reficiat quæ lapsa perierat, etiamsi erga hāc intelligamus Deū denunciasse mortē in eo quod ait, Qua die ederitis ex illo, morte moriemini, tāquā diceret, qua die me deseruerit is per inobedientiā, deserā vos per iustitiā.

5

6 Lib. 3. moral. cap. 17. to. 4.

GREGORIVS explicans illa uerba Iob cap. 7. Visitas eū diluculo, & subito probas illū, ait: Diluculo nos Dominus visitat, quia erroris

nostri tenebras luce suæ cognitionis illustrat, contēplationis munere subleuat, in arcē virtutis exaltat. Sed notandū quòd postquā Deus diluculo visitat, subito hominē probat, quia & accedendo corda nostra ad virtutes prouehit, & recedendo concuti tentatione permittit. Vt ergo & firmitatis dona habeat, & infirmitatē suā humiliter agnoscat, per accessum gratiæ ad alta sustollitur, & per recessum quid ex semetipso sit probatur. Quod bene nobis ex historia sacrę lectionis innuitur, qua Salomō & diuinitus accepisse sapientiā; & tamen post acceptā eā, meretricū statim pulsatus quæstione memoratur, Mox enim vt tātæ reuelationis gratiā accepit. certamen turpiū mulierū protulit. Sic & Elias visitatus diluculo sermone cælos aperuit; & tamen probatus subito infirmus per deserta fugiens vnam mulierem expauit. Sic Paulus ad tertiū cælū raptus ducitur, paradisi penetrans secreta considerat; & tamen ad semetipsum rediens contra carnis bellum laborat, legē aliam in membris sustinet, cuius in se rebellione fatigari spiritus dolet. Diluculo ergo Deus hominem visitat, sed subito post visitationē probat, quia & collato munere subleuat, & abstracto ad paululum ipsum sibi hominem demonstrat.

3. Reg. 19.

2. Cor. 12.

7 Lib. 20. Moral. cap. 19.

IDEM exponēs verba illa Iob cap. 30. Dissipauerunt itinera mea, insidiati sunt mihi, & præualuerunt, & non fuit qui ferret auxilium, ait: Mirum est quòd sanctus Patriarcha dicit, & non fuit qui ferret auxilium, cum de diuino adiutorio Psalmista clamet, Adiutor in opportunitatibus in tribulatione. Et sperēt in te qui nouerunt nomen tuū, quoniam nō derelinques quærentes te Domine. Et cum rursum scriptū sit: Quis sperauit in Domino, & cōfusus est, permansit in mandatis eius, & derelictus est? Qua itaque ratione nunc dicitur, non fuit qui ferret auxiliū, nisi quia omnipotens Deus, eos quos in æternum diligit, aliquando ad tēpus relinquit? Vnde scriptum est: Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abscondi faciem meam parumper a te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui. Hinc etiam Psalmista deprecatur docens: Non me derelinquas vsquequaque. Derelinqui igitur se, sed ad modicum posse, vtiliter nouerat, qui né usquequaque relinqueretur, petebat. Sanctos etenim suos Dominus ueniendo adiuuat, derelinquendo probat, donis firmat, tribulationibus tētat. *Infra*: In fine plerumque iusti tribulatione deprehensi tardam manum subuenientis ęstimāt, cum se persequentiū immanitas paulo longius angustat. Et concita quidem sunt ereptoris remedia, sed hoc, quod ab erectore citius agitur, dolori tardum uidetur. Cumq. adesse postulationi auxilium quæritur, si uocē non statim sequitur, quia desit æstimatur. Vnde nūc dicitur, & non fuit qui ferret auxilium. Qua uidelicet in uoce ipsa uis passionis exprimitur, quia supernum auxiliū etsi adest quantum ad ordinatam prouidentiam protectoris, deesse tamen creditur quantum ad concita uota patientis.

Psal. 9.

Eccli. 2.

Esaiæ 54.

Psal. 118.

8 IDEM sic ait, exponens illa verba: Hæc
Hom. 5. in Ezech. to. 2 erat visio discurrens in medio animalium. In sanctorum cordibus iuxta quasdã virtutes sem per permanet, iuxta quasdã vero recessurus ve nit, & vẽturus recedit. In fide etenim spe & cha ritate, & in bonis alijs, sine quibus ad cælestem patriã non potest veniri, sicut & humilitas, ca stitas, iustitia, atque misericordia, perfectorum corda non deserit. In prophetiæ vero virtute, doctrinæ facundia, miraculorum exhibitione, electis suis aliquãdo adest, aliquando se subtrahit. Adest vt eos ostensa virtute glorificet, rece dit, vt semetipsos subtracta eius virtute cogno scant. Adest, vt ostendat quid per semetipsum sint, recedit, vt patefaciat, qui vel quales rema neant sine ipso. In his itaq; virtutibus, sine qui bus ad vitam minime peruenitur Sanctus spiri tus in electorum suorum cordibus permanet. In his vero per quos sanctitatis virtus ostendi tur, aliquando misericorditer præsto est, & ali quando misericorditer recedit. Discurrens er go & mobilis spiritus dicitur, quia in signis, & virtutibus iuxta vniuscuiusque votum cõtinue non habetur. Bene autem inter sancta animalia discurrere perhibetur. Discursus quippe ad ce leritatem pertinet. Inter perfectos autem dis currit spiritus, quia etsi ab eorum corde ad mo mentum recesserit, citius redit.

9 BERNARDVS explicans verba illa,
Serm. 74. in Cant. Cant. 2. Reuertere dilecte mi, similis esto ca præ, hinnuloq. ceruorũ super montes Bethel, sic habet: Reuertere, ait: Bene. Abibat, reuoca tur. Quis mihi referet huius mutabilitatis sa cramentum? Quis mihi digne explicet ire, & redire Verbi? Numquid leuitate vtitur spõsus? Vnde, quo venire, seu denuo ire queat, qui totũ implet? *Infra*: Verbo abeunte vna interim, & continua animæ vox, cõtinuum desideriũ eius, tamquã vnum, continuumq. reuertere, donec veniat. Reuocationis autẽ uerbum reuertere est. Et forte ideo subtraxit se, quo auidius reuo caretur, teneretur fortius. Nã & aliquãdo simu
Luc. 24. lat se longius ire, non quia hoc uolebat, sed uole bat audire, Mane nobiscum Domine, quoniam aduesperascit. Et rursum alia uice, super mare
Mar. 6. ambulans, cum Apostoli nauigarent, & labora rent in remigando, quasi uolens præterire eos, nec tunc quidem istud uolebat, sed magis pro bare fidem, & elicere precem. Præteriens tene
Iob 7. ri uult, abiens reuocari. It & redit pro benepla cito suo quasi uisitans diluculo, & subito pro bans. Et ire quidem illi quodammodo dispen satorium, redire uero semper uoluntarium est, utrumque autem plenum iudicij. At penes ip sum horum ratio. Nunc uero constat in anima fieri huiusmodi uicissitudines euntis, & redeun
Ioan. 14. tis Verbi, sicut ait, Vado & uenio ad uos. Item
Ioan. 16. modicum & non uidebitis me, & iterum modi cum & uidebitis me.

10 AMBROSIVS super illud: Non me dere
Oct. on. 1. su per Ps 118. to. 2. linquas usquequaque, ait: Plerũque derelinquit Deus, quos uult probari, penitus autem derelin quit, quos deserit. Dereliquit penitus Iudã, non dereliquit sanctũ Iob, in cuius corpus & patri moniũ ius tyrannidis aduersario tribuit, in ani mam autẽ non dedit; & ideo relictus est Iob, vt probaretur, probatus coronaretur. Alios Apo stolos non reliquit vsquequaque, quibus dixit, *Ioan. 17.* Iterum venio & accipio vos ad meipsum, vt vbi ego sum & vos sitis. Et Petro Dominus in mari porrexit dexteram, ne penitus derelictus peri ret. Nemo autẽ debet inflari quòd numquam relinquatur, vel dolere quòd aliquãdo relinqua tur. Siquidẽ ipse Filius dicit se derelictum, sicut habes Psal. 21. Deus, Deus meus respice in me, quare me dereliquisti. Quæ vox secundum cor pus in quo est traditus passioni processit, quo niam derelinqui nobis videmur, quando sumus in periculis constituti.

Deus adest quando humana desunt auxilia, et non solum quando quæ vtitur medijs, quæ videntur contraria fini, sed hominum pessimas cogitationes, & media retorquet, vt suam exequatur voluntatem. *Cap. XXII.*

1 ORIGENES loquẽs de Balaam
Homil. 14. in Num. & In c. 22. & 23. Num. to. 1. contendit ostendere, quòd homi nibus malis vtitur ad necessa rias causas, & bona, & ait: Venia mus ad Ioseph. Tolle malitiam fratrum eius, tolle inuidiam, tol le omne illud parricidale cõmentũ, quo sæuie runt in fratrem vsquequo vendiderunt eum. Si hæc auferas, vide quantam simul peremeris di spensationem Dei. Simul enim abscindes cun cta illa, quæ apud Ægyptum per Ioseph pro fa lute omniũ, gesta sunt. Non fuisset interpreta tio somnij Pharaonis, si per inuidiam fratrum non fuisset Ioseph distractus, & venisset in Ægy ptũ. Nemo intellexisset quæ Deus reuelauerat regi, nemo frumẽta cõgregasset in Ægypto, ne mo necessitatẽ famis sapienti prouisione curas set. Periisset Aegyptus, periissent & finitimæ regiones fame; interijsset etiam & ipse Israel, & semen eius quærens panem, si ipsam Aegy ptum non fuisset ingressus, nec egressi fuissent ex ea filij Israel cum mirabilibus Domini. Ne mo rubrum mare siccis uestigijs incessisset. Ci bum mannæ mortalis uita nescisset, nulla de se quenti petra aquarum fluenta prorupissent. Lex a Deo hominibus data non fuisset, quæ in Exodo, quæ in Leuitico, in Numeris etiam, & Deuteronomio referuntur ad humani generis scientiam non uenissent, hereditatem certe pa ternam, & terrã promissionis nullus intrasset. Et ut ad hæc quæ habentur in manibus uenia mus, tolle Balac huius regis pessimi malitiam, qua maledici desiderat Israelem, aufer eius astutiam, qua inuitabat Balaam ad maledicen dum populum, pariter abstuleris erga filios Is rael

rael dispensationem Dei, & prouidẽtiæ eius fa uorem, nusquam prophetiæ illæ erunt, quæ per os Balaam, & filijs Israel, & gentibus prophetã tur. Quòd si etiam noui testamenti cupis hæc testimonijs confirmari, si auferas malitiam Iu dæ, proditionemq. eius perimas; abstuleris pa riter & crucem Christi, & passionem eius, etsi non sit crux, non exuuntur principatus, & pote states, nec triumphantur in ligno crucis. Si non fuisset mors Christi vtique, nec resurrectio fuis set, nec extitisset aliquis primogenitus ex mor tuis. Quòd si non fuisset primogenitus ex mor tuis, nec spes nobis resurrectionis fuisset. *Infra*: Ex quibus omnibus colligitur, quia Deus non
Rom. 9. solum bonis vtatur ad opus bonum, sed & ma lis. In magna enim hac huius mundi domo non sunt tantummodo vasa aurea & argẽtea, sed & lignea & fictilia, & alia quidem ad honorem, alia autem ad contumeliam, vtraque tamen necessaria.

3 CHRYSOSTOMVS sic habet: Hoc
Homil. 54. in Act. Apostol. to. 3. mirabile est quòd non per ea quæ vidẽtur secu ritatis esse, sed plane per contraria, omnia pro
Exod. 1. nobis fiunt. Et vt discas, iussit Pharao in flumen proijci pueros, vt perirent Iudæi, nisi proiecti fuissent pueri, non fuisset seruatus Moyses, non in aula educatus fuisset. Quando seruabatur nõ erat in honore, quãdo expositus est, tunc factus in honore. Hoc faciebat Deus declarans suam
Exod. 2. omnipotentiam, ac sapientiam. Minatus est illi Iudæus dicens, Numquid occidere me tu vis, & hoc illi profuit, singulari q. dispensatione factũ, ita vt ipse videret visionem illam, quæ est in so litudine, vtque philosopharetur in solitudine, ac secure viueret. Et in omnibus Iudæorũ con tra illum insidijs idem fuit, tunc clarior pro dijt, vt cum insurgerent contra eum, & Aaronẽ, clariorem eum fecerunt, vt indubitata fieret eius ordinatio; & ita etiam in posterum lami næ æreæ admirationi factæ sunt.

4 IDEM vt probet hãc sententiã quòd fide
Libro 1. de providẽtia Dei ad Seuerum Mo nachũ to. 5. lem, ac religiosum virum adeo constanter & fir miter promissa Dei tenere cõuenit, vt quantũ libet effectus contrarios aspiciat, nec sic quidẽ perturbetur, neque desperet euentũ, ait: Intue
Gen. 13. re fidelis, Abraham cuiusmodi pollicitationem acceperit, & qualia facere sit iussus? Nã promis
Gen. 12. sio quidem erat ex Isaac implẽdum esse orbem vniuersum; iussio autẽ hunc ipsum Isaac immo lare vrgebat, ex quo orbis totus erat implen dus. Quid igitur? Istud ne perturbauit iustum virum? Minime uero, immo cum tanta dissonã tia & repugnãtia esset præcepti, & promissi, in nullo penitus turbatus est, nec hæsitauit, neque aliquid huiusmodi locutus est. Quid est hoc? Alia promisit mihi Deus, alia facere iubet? Ex puero isto nepotũ ingentẽ mihi multitudinem promiserat, & hunc ipsum modo necare mihi præcepit? Quomodo igitur hoc erit excisa radi ce? Fefellit me igitur, atq; delusit? Nihil pror sus huiusmodi locutus est, sed ne cogitauit qui dem. Et merito sane. Cum enim Deus aliquid pollicitus fuerit, etiamsi millia sunt, quæ polli citationem huiusmodi obtundant, atque inter cipiant, turbari minime conuenit, aut de fine dubitare. Hoc enim maxime Dei potentiã cõmendat, dum in rebus ambiguis finẽ certũ, atq; exitum reperit, sicuti tunc beatus secum repu tabat. Non modo autẽ ipse, uerum ipsius quo que pronepos Ioseph, cum per lõgum tẽpus, & 5
uarios casus promissionem periclitari perspi ceret, rigidus, atque immobilis perstitit; sola enim promissa intuebatur, neq; humanis cogi tationibus motus de fine desperauit. Nam & o stensa sibi uisio, & fratrum, & patris adoratio- *Gen. 37.*
nẽ pollicebatur. Quæ uero illi cogitabant, non erant huiusmodi, sed ab his longissime remota. Primum enim illi ipsi fratres, quos se præuide rat adoraturos, in lacum illum proijciunt, ac barbaris hominibus venditum in alienam, atq; remotissimam regionem immittunt, atq; adeo contraria promissis ea, quæ cõtingebant, vide bantur, vt miseri illi dicerent; Ecce somniator venit, venite occidamus eum, dicemusq. Fera pessima deuorauit eum. Postea vero hi qui illũ emerant, non saltem libero homini, sed seruo illum regio vendunt. Neque hactenus aduersa steterunt, sed petulantis dominæ calumniã in cidit, damnatusque, carceres annos plurimos habitat, & effugientibus ceteris ampliore illic tempore ipse perdurat. Cumq. tãta essent, quæ illius animum perturbare possent; constans ta men perseuerat, atque inuiolabilis. Eiusmodi vero etiã, nostra sunt, immo vero longe perple xiora. Quæ enim promissa sunt nobis, regnum cælorũ est, & vita æterna, & incorruptio, & in finita illa bona, atque immortalia. Quæ autem iterum contingunt, valde ab his remota, atque aliena sunt. Mors enim nos, & corruptio sequi tur, & pœna, & supplicium, & tẽtationes variæ, ac perpetuæ. Non plane absque ratione hoc fa cit Deus, sed vt certissimum potentiæ suæ argu mentum capiamus, quod scilicet possit despe ratissima promissa sua spe, atque opinione me lius perficere.

6 HIERONYMVS exponens illa verba:
Lib. 11. in cap. 38. Esa. to. 4. Et iussit Esaias, vt sumerent massam de ficis, & cataplasmarẽt super vulnus, & sanaretur, dicit: Aiunt Hebræi vlcus Ezechiæ morbum regium intelligi, cui contraria putantur, vel sumpta in cibo, vel apposita corpori quæcumque sunt dul cia. Ergo vt Dei potentia monstraretur per res noxias & aduersas, sanitas restituta est.

7 IDEM explicans illa verba: Dominus au
In caput 1. Ionæ to. 5. tem misit ventum magnum in mare, & facta est tẽpestas magna in mari, & nauis periclitabatur cõteri, sic habet: Potest fuga hæc Ionæ ad homi nis referri personã, qui Dei præcepta cõtẽnẽs, recessit a facie eius, & se mũdo tradidit, vbi po stea malorum tẽpestate, & totius mundi contra se sæuiente naufragio cõpulsus est sentire Deũ, & reuerti ad eum quẽ fugerat. Vnde intelligi mus etiã, ea quæ sibi homines æstimant salutaria, Deo nolente verti in pernicie, & nõ solum nõ prodesse auxiliũ his, quibus præbetur, sed & ipsos, qui præbent, pariter conteri. Sicut legi mus victã ab Assyrijs Aegyptum, quia opitulabatur Israeli contra Domini voluntatem. Peri

elitatur nauis, quæ periclitantem susceperat vento maria concitantur in tranquillitate tempestas oritur, nihil Deo aduersante securũ est.

8 IDEM sic ait explicans illa verba: Forsitan enim ideo discessit ad horã a te, vt æternũ illũ reciperes iam non sicut seruũ, sed plus seruo fratrẽ charissimum. Nonnumquã malũ occasio fit bonorum, & hominũ praua cõsilia Deus vertit ad rectũ. Quod dico manifestius exẽplo fiet. Ioseph fratres sui zeli stimulis incitati Ismaelitis viginti aureis vẽdiderunt. Hoc initiũ & patri, & fratribus, & omni Ægypto bonorũ omnium fuit. Denique ipse postea ad fratres, Vos, inquit, cogitastis de me mala, & Deus cogitauit de me bona. Simile quid & in Onesimo possumus intelligere, quòd mala principia occasiones fuerint rei bonæ. Si enim dominũ non fugisset, numquã veniisset Romam, vbi erat Paulus vinctus in carcere. Si Paulũ in vinculis non vidisset, non recepisset fidem in Christũ, si Christi nõ habuisset fidẽ, nũquã Pauli effectus filius, in opus Euangelij mitteretur. Ex quo paulatim & per gradus suos reciprocante sentẽtia, ideo minister Euãgelij est factus Onesimus, quia fugit a domino. Pulchre autem ardens forsan sententiã tẽperauit. Occulta sunt quippe iudicia Dei & temerariũ est quasi de certo pronunciare quod dubiũ est. Forsitan, inquit, ideo discessit, caute, timide, trepidanter, & non toto fixo gradu, vt si non posuisset forsitan, omnibus seruis fugiendum esset, vt Apostolici fierent.

In epist ad Philemonẽ to. 8. Gen. 50.

9 AVGVSTINVS exponens illa verba; Misit ante eos virum, in seruum venundatus est Ioseph, ait: Quando hoc factum est, peccatum erat fratrum; & tamen Deus misit Ioseph in Ægyptum. Intuenda ergo est res magna & pernecessaria, quomodo Deus bene vtatur malis operibus hominum, sicut illi contra male vtuntur bonis operibus Dei.

Enarratione in Psal. 104. to. 8. Gen. 39.

10 IDEM sic habet: Loquens de egressu filiorum Israel ex Ægypto. Stabant Hebræi vindicta dominante illæsi, quos non tantum propria salus lætos reddiderat, sed & hostium plaga lætiores effecerat. Exeunt læti, eunt securi Domino protegente inuicti. Tunc pœnitet Pharao, quòd viuat, & euasisse eum tanta eius scelera non sustinebant, vt qui in tantis plagis nullam emendauerat culpã, quæ fuerat competens exquirebat. Iungit currus, exercitum præparat, aciẽ dirigit, nemo relinquitur qui saluari mereatur. Includuntur persequentibus Ægyptijs Hebræi inter mare & hostes, inter vndas & gladios. Hinc mare spumat, inde arma coruscant. Hinc aquarum, inde armorum strepitus. Sic operari Deus suis assueuit, vt vbi defecit humanum consilium, illic intercedat diuinum adiutoriũ. Quibus visis populus territus formidabat cum cõspiceret rapidos cursus influere littoribus mare, & vniuersi exclamabant ad Moysen. Dum Pharaonis dominio carere volumus, discrimen inquiunt inuenimus. Quibus Moyses, sanctissimus, ait, Ne formidetis estote fide armati, credite victoriam vestrã iam properare, & gentis furentis interitum. Non cõsentien tibus ventis aquarũ volumina imperfectis cursibus refrenãtur, ne hostes vestros ante puniãt, quàm iubentur. Statim diuino iussu, virgæ ictu rumpitur mare, & diuisis vndis campos quos natura nõ nouerat, exhibuit. Erigitur in cumulum pelagus, & murorum instar suspensos exhibet fluctus, fit littus vbi fuerat pelagus, & limite recto via porrigitur, vbi populus Domini mirabiliter graderetur. Ambulabat securus, Domino pugnãte inuictus, sequitur Pharaonis exercitus aquarũ supplicio periturus. Sicq. Dominus locutus est Moysi, nunc aduenit Aegypti interitus. Ad pristinum statum redeat mare, vt salutem iustis, interitum operetur iniustis.

GREGORIVS explicans illa verba Iob cap. 5. Qui comprehendit sapientes in astutia eorum, consilia prauorum dissipat, sic habet: Sæpe nonnulli humana sapientia inflati, dũ desiderijs suis diuina iudicia contraire conspiciunt, astutis eis reluctari machinationibus conantur, & quoad votum suum vim supernæ dispositionis intorqueãt callidis cogitationibus insistunt, sed inde voluntatẽ Dei peragũt, vnde hanc immutare cõtendunt, atque omnipotẽtis Dei cõsilio dũ resistere nituntur, obsequuntur. Sapientes ergo Dominus in ipsa eorum astutia cõprehendit, quando eius consilijs humana facta etiam tunc congrue seruiunt, cũ resistũt. Ioseph somnium viderat, quòd suo manipulo, fratrũ eius se manipuli prosternebant. Quæ quia pure fratribus retulit, eorum corda protinus furæ dominationis inuidia, pauorq. percussit. Cumq. hunc ad se venire cõspicerent, dixerũt. Ecce somniator venit, venite occidamus eũ, & videamus quid illi prosint somnia sua. Cumq. se eius dominio subijci metuunt, somniatorem in puteũ deponunt, eumq. Ismaelitis transeuntibus vendunt, qui in Aegyptum ductus, seruituti subditus, luxurię accusatione damnatus, castitatis merito adiutus, prophetiæ iudicio ereptus, omni Aegypto prælatus est, per supernã vero sapientiam prouidus frumenta congessit; cumq. in orbem fames irruit, de alimentorum præparatione sollicitus Iacob filios suos in Aegyptum misit, qui frumentorum dispensationi præpositum Ioseph nescientes inueniunt, atque vt mererentur alimenta percipere eorum dispensatorem compulsi sunt pronis in terram ceruicibus adorare. Pensemus ergo gestæ rei ordinem, pensemus quomodo sapientes in ipsa sua astutia vis diuina comprehendat. Ideo ab eis venditus fuerat Ioseph, vt non adoraretur, sed ideo est adoratus, quia venditus. Astute namq. aliquid agere ausi sunt, vt Dei consilium mutaretur, sed diuino iudicio, quod declinare conati sunt, renitendo seruierunt. Timuerunt fratres, ne Ioseph super eos excresceret, sed hoc quod diuinitus dispositum fuerat, cauendo factum est, vt eueniret. Sic Saul dum Dauid subiectum quotidiano succrescere virtutum successu conspiceret, suam ei in coniugium filiam spopondit, atque in eius dotem centum dare ab eo Philistinorum præputia petijt, vt cum prouocatus miles vltra se

Lib. 6. moral. cap. 12. to. 2.

11

13

se excresceret quæreret, inimicorum gladijs traditus vitam finiret, sicut scriptum est, Non habet rex necesse sponsalia, nisi tãtum centum præputia Philisthinorum, vt fiat vltio de inimicis regis. Porro Saul cogitabat tradere Dauid in manus Philisthinorum, sed Dauid dispositionis intimæ fauore roboratus centum se dare prohibuit, & ducenta præputia reportauit. Cuius nimirum operis Saul argumẽto superatus superna prouidentia in sapientiæ suæ est consilio deprehensus, quia vnde succrescentis militis vitam se extinguere credidit, virtutis eius gloriam inde cumulauit. Prudenter Ionas sapere voluit, cum ad prædicandum Niniuitarum pœnitentiam missus, prædicationis officium implere recusauit. Nauim petijt, fugere Tharsis elegit, sed protinus tempestas exoritur, sors mittitur, vt videlicet cognoscatur, cuius culpa mare turbetur. Ionas in culpa deprehenditur, in profundum mergitur, ceto sorbente, repente deuoratur, atque illuc, gestante belua peruenit, quo ire sponte contempsit. Ecce fugitiuum Dei tempestas inuenit, sors ligat, mare suscipit, belua includit; & qui auctori suo obedire renititur, ad locum quo missus fuerat, suo reus carcere portatur. Iubente Deo ministrare homo prophetiam noluit, aspirante Deo belua Prophetam vomuit. Comprehendit ergo Dominus sapientes in astutia eorum, quando & hoc in vsum suæ voluntatis redigit, per quod sibi voluntas humana contradicit. Cum ad Redemptoris nostri miracula credentium turba conflueret, cum sacerdotes populi inuidiæ facibus accensi, mundum post eum ire cernerent, dixerunt: Videtis quia nihil proficimus, ecce mundus totus post eum abijt, vt ab illo vim tantę concursionis abscinderent, finire eius potẽtiam morte conati sunt dicentes, Expedit vt vnus homo moriatur, ne tota gẽs pereat. Sed Redemptoris mors ad coniunctionem sui corporis, ideſt Ecclesiæ valuit, non ad separationem. Vnde & per legem turturi, vel columbæ secari guttur præcipitur, & non penitus abscindi, vt & post mortem corpori caput inhæreat, quia videlicet mediator Dei & hominum, ideſt caput omnium nostrum, & veræ mũdationis hostia, vnde pro nobis mortem pertulit, inde nobis verius inhæsit. Persecutores igitur peregerunt hoc, quod pernicioſe moliti sunt, intulerunt mortem, vt ab eo abscinderent fideliũ deuotionem, sed inde fides creuit, vnde hanc se extinguere infidelium crudelitas credidit. Cumque se æstimant eius miracula persequendo abscindere, hæc nimirum compulsi sunt nesciendo dilatare. Iustus itaque & misericors mortalium acta disponens, alia concedit propitius, alia permittit iratus, atque ea quæ permittit, sic tolerat, vt hæc in sui cõsilij vsum vertat. Vnde miro modo fit, vt quod sine voluntate Dei agitur, volũtati Dei contrariũ non sit, dum in bonum vsum mala facta vertũtur, cuius cõsilio militãt, etiã quę eius consilio repugnãt. Hinc enim per Psalmistã dicitur: Magna opera Domini exquisita in omnes volũtates eius.

1. Reg. 18

Ionæ 1.

13

14

Ioan. 12.

Psal. 110.

Sic quippe eius opera magna sunt, vt per omne, quod ab hominibus agitur, eius volũtas exquiratur. Nam sæpe inde perficitur, vnde repelli putabatur. Hinc rursum dicitur, Omnia quæcumque Dominus voluit, fecit in cælo, & in terra. Hinc Salomon ait: Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum.

Psal. 134.

Prou. 21.

Dei tum potentia, tum misericordia declaratur in conuersione peccatorum hos mutans in sanctos. Cap. XXIII.

IERONYMVS exponens illa verba: Et erunt campestria in caulas gregũ, & vallis Achor in cubile armentorum populo meo, sic ait: Et erunt cãpestria, siue saltus in caulas gregũ. Omnis regio circa Lydam, Iopem, & Iamniã apta est pascendis gregibus. De quo & in actibus Apostolorum scriptum est. Saltus autem vertentur in ouilia, iuxta illud quod in Psalmo canitur: Vox Domini perficientis ceruos, & reuelabit saltus, siue condensa siluarum, vt latrones ibi latitare desistant, & bestiæ, venenataq. animalia, & loca quondam insidiarum, & sanguinis in ecclesias Domini trãseant, & pascantur ibi greges ab eo, qui posuit animã pro ouibus suis. De quo scriptũ est, Ipse pascet nos in sæcula. Ista vox Domini perficiẽs ceruos, & reuelans cõdensa siluarum, per Ioannẽ clamabat in eremo: Iam securis ad radicem arborũ posita est. Omnis arbor quę non facit fructũ bonum excidetur, & in ignem mittetur. Et iterũ: Omnis vallis implebitur, de qua & nunc dicitur, Et vallis Achor in cubile armentorũ, & in requiẽ populo meo. De qua & in libro Iosue legimus, Quòd ibi interfectus sit Achan, qui furatus est de anathemate, & de spolijs Hiericho, & cũ omni domo sua interfectus, atque ex eo quòd turbauerit populũ locus ipse, in quo hoc accidit, Achor, ideſt turbationis, ac tumultus nomen accepit. Vallis igitur Achor in quo quondã maledictio fuit, atque supplicium, erit in armẽtorũ requiẽ. De hac valle & in Osea mystice scriptũ est: Loquar ad cor eius, haud dubium quin Hierusalẽ, & dabo possessores illius, inde & vallem Achor, vt aperiat intelligentiã illius. Idcirco enim vallis Achor in possessionem traditur armentorum populi Dei, & saltus vertuntur in caulas gregũ, vt Domini veritas cognoscatur.

1 Lib. 18. in c. 65. Esaiæ. to. 4.

Act. 9.

Psal. 28.

Matt. 3.

Luc. 3.

Iosue 7.

Osee 2.

IDEM exponẽs illa verba: In die qua mũdauerovos ex omnibus iniquitatibus vestris, & inhabitari fecero vrbes, & instaurauero ruinosa &c. Dicẽt terra illa inculta facta est, vt hortus voluptatis, & ciuitates desertę & destructæ, atq; suffossę munitæ sederunt, ait: Ecce Populus Dei, si sanctificatus fuero in medio eorũ. *Infra*: Tũc saluabũtur ab omnibus inquinamẽtis suis, & multiplica-

2 Lib. 11. in c. 36. Ezec.

Ezec. 34.

tiplicabitur eis frumẽtũ; de quo efficitur cæleſtis panis. Nec erũt vltra opprobriũ in gẽtibus, ſed poſtquã miſertus fuerit eorum Deus, recordabuntur viarum ſuarum peſſimarum, & ſciẽt vbi fuerint, & diſplicebũt ſibi in iniquitatibus ſuis. Quod dicit Dominus nõ propter illos, ſed propter ſuam ſe facere clementiã, vnde & cohortatur errantes, vt omnia quæ in eis corruerant, ædificentur, & ad priſtinas redeant cærimonias, & terra quondam deſerta quæ accolis, & peregrinis, & mundi huius conuerſationem tranſeuntibus viſa fuerat deſolata, reuertatur in priſtinũ ſtatum, omneſq. mirentur & dicant: Terra illa inculta, terra deſerta, in qua omnes quondam periere virtutes, nunc facta eſt quaſi hortus voluptatis, & paradiſus Dei, & ciuitates quondam deſertę, quæ Deum hoſpitem non habebant, & deſtitutæ erãt a Spiritu ſancto munitæ erunt fide Chriſti, vt ſciant omnes in circuitu, quòd Dominus ędificauerit animas diſſipatas, & plantauerit in eis, atque conſeuerit cũctarum virtutum arbores, & ipſe rebus præſtiterit, quæ ſermone promiſerit.

3 In cap. 38. Ezech. IDEM explicans illa verba: Ecce ego ad te Gog ponam frenum in maxillis tuis &c. ait: Quæ eſt iſta cõtra Gog cõminatio? Circũagam te, ſiue conuertã, & ponam frenum in maxillis tuis. Primũ a ſententia tua fluctuare te faciam, atque cõuerti, & ponã frenum in maxillis tuis, *Pſal.31.* de quo ſcriptũ eſt, In chamo & freno maxillas eorũ conſtringe qui non approximant ad te, vt indomitus equus, atque laſciuiens, & corruens per præcipitia freno Domini ſubiugetur, ad quẽ Propheta dicit: Aſcende ſuper equos tuos, & equitatio tua ſalus. Et ad Iob per nubẽ & turbinem dicitur: Numquid tu circũdediſti equo *Abac.3.* fortitudinẽ? Tales erant equi, & equites, quos *Cap.36.* Ioannes uidit in cælo. Dicit ergo ad Gog: Educam ſiue congregabo te, & omnem exercitum, *Apoc. 6.* vel fortitudinẽ tuam. Qui educitur & de diſperſione congregatur, retrahitur ad ſalutem, iuxta illud quod in lege promittitur, ſi fuerit diſperſio tua a ſummitate cæli vſque ad ſummitatem *Deut. 30.* eius, inde congregabo te. Equos quoque eius, & equites veſtitos loricis, qui imitantur armatu- *Epheſ.6.* ram Apoſtoli, & loricas iuſtitiæ habere ſe iactant, multitudo nimia eſt, omneſq. arripiunt contra Eccleſiam clypeum & gladium, & ſunt gẽtes ſæuiſſimæ & inimicæ Iſrael, Perſæ, Æthiopes, & Libyes; quorũ aduerſum populũ Dei, in Scripturis ſanctis bella narrantur; illos tamen Dominus tuebitur, vt in bono conſeruentur, oſtendens potentiam ſuam contra tantã inimicorũ tum fortitudinẽ, tum etiam multitudinẽ.

4 In Abdiam Prophetam to.5. IDEM exponens illa uerba: In monte autem Sion erit ſaluatio, & erit ſanctus, & poſſidebit domus Iacob eos, qui ſe poſſederant. Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioſeph flamma, & domus Eſau ſtipula, & ſuccendentur in eis, & deuorabunt eos, & non erunt reliquiæ domus Eſau, quia Dominus locutus eſt, ſic habet: Deſtructis carnis operibus, & terreno imperio deſolato erit in Eccleſia ſaluatio eorum, qui a matre non exierint. Et in ipſa morabitur ſanctus, de quo in Eſaia dicitur, Sanctus, Sanctus, *Eſaiæ 6.* Sanctus Dominus Deus Sabaoth, quia qui ſanctificat, & qui ſanctificantur ex vno omnes. Et poſſidebit domus ſupplantatoris Iacob eos qui ſe hereditate poſſederant, de perſecutoribus faciens chriſtianos, & ipſos Idumæos in Eccleſiæ fidem recipiens, domus autem Eſau vertetur in ſtipulam. Et quia eloquia Domini igne ſunt examinata, & flammã Ioſeph domus Eſau ſuſtinere non poterit, ſed deuorabuntur in ſalutem ſuam. Quia vero Eſau ſuper fundamentum Chriſti vitio ſuo extruxerat fœnum, ligna, & ſtipulam; idcirco domus Iacob, & Ioſeph in ignem vertetur, & flammam, imitans Dominũ ſuum, qui dicit, Ego ſum Deus ignis conſumẽs, *Deut. 4* vt deuoratis paleis peccatorum frumentum purum in horrea congregetur.

5 In c. 39. Iob to. 7. IDEM explicans illa verba: Numquid volet Rhinoceros ſeruire tibi? aut morabitur ad præſepe tuum? Numquid alligabis rhinocerota ad arandum loro tuo? ait: Rhinoceros qui vnicornis dicitur populi gentilis imaginem præfigurat, cuius etiam ſuperbia ſignificatur in cornu, ſicut quibuſdam peccatoribus, & ſuperbis a Deo dicitur per Prophetam: Dixi iniquis, nolite inique agere, & delinquentibus nolite exaltare cornu, nolite extollere in altum cornu veſtrum. Hic rhinoceros qui tumore ſuperbiæ erat in ſublime erectus, numquid ſibi ſubijcietur, ait Dominus ad Iob, vt per fidem in ſanctitate, & iuſtitia ſeruiens obedientiæ colla ſubmittat, & manſuetus effectus, atque humilis ad dominicum præſepe recurrat, ac verbis Dei, hominiſq. aſſumpti ſacris cibarijs ſaturetur. *Infra*: Numquid alligabis rhinocerota &c. Lorum hoc loco dictam ipſam charitatẽ Chriſti, quæ eſt inter omnes virtutes præcipua, intelligere debemus. Cuius vinculis colligandos Propheta olim prædixerat dicens ad Deum: Labor Ægypti, & negotiatio Æthiopiæ, & Sabaim viri ſublimes ad te tranſibunt, & tui erũt, & poſt te ambulabunt vinctis manicis pergent, & Dauid quemadmodum charitatis Dei vinculis per miniſtros verbi Dei vinciẽdi eſſent credentes, ita loquitur dicens: Ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Quorum vinculorũ nominibus charitatis Chriſti fortitudinem voluit demonſtrare, quę etiã fortis & potens in manicis ferreis, ad amorem Domini conſtringit. Hic ergo rhinoceros, ideſt populus quondã incircũciſus, præputio ſcilicet carnalium voluptatum, & infidelitate immundus, hoc loro charitatis Chriſti fortiſſimo alligatus, ita vt nulla eũ creatura ſeparare poſſit a Chriſto, cõfringit in corpore glebas conualliũ, duritiã ſcilicet peccatorũ, & colit in corpore ſuo terrã dominicã ſecundum Apoſtolum, qui ait: Non eſtis veſtri. Et ideo ſpecialiter hic Domini eſt terra, in qua primitus fit omniũ peccatorum quaſi vepriũ, ſpinarũq. purgatio. Deinde aratro crucis, & ferro dominicæ paſſionis duritia cordis atteritur, & confringuntur valliũ glebæ. Valliũ glebas rhinoceros cõfringit, quando humiliati corporis terrã

1. Cor. 6.

edomat, & ſuſcipiendis cæleſtium præceptorũ ſeminibus ac reddẽdis fructibus præparat, quã do cum Apoſtolo caſtigat corpus ſuum, & in ſeruitutem redigit, quando omnem hebetũdinem obſtinati cordis, duramque ſtoliditatem a ſe auferre contendit, quod tamen afficere nequaquam poterat ait Dominus, niſi rectorem, & gubernatorẽ ſuum obedienter me fuerit ſecutus. Vnde ait Dominus ad Iob. Aut confringit glebas valliũ poſt te ſicut habemus in pſalmo, Adhæſit anima mea poſt te. Et propheta *Pſal.62.* *Nahum 3* de huiuſmodi, Poſt te ambulabunt inquit, vincti compedibus vbi admiratione dignos video tales pedes, qui quanto magis compediti, tanto velocius ſine offenſione egrediuntur.

7 In c. 40. Iob IDEM explicans illa verba: De diabolo, concident eum amici, diuident illum negotiatores ait. Amici, & negociatores iſti, ſancti accipiendi ſunt, per quos ad fidem Chriſti perditorum multitudo quamplurima ſeparatur. Nam multi de potentibus eius, & in malitia fortibus ab eius conſortio veluti membra *Abac. 3.* illus ſecernuntur, ſicut, & Habacuc propheta ait ad dominum, præcidiſti in ſtupore mentis capita potentium, & de quibus rurſus, ait ad Dominum, Miſiſti in capita inimicorum mortem, mortem vtique vitiorum, vt iam non ſibi viuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit. *Infra*. Nunquid implebis ſagenas pelle eius, & gurguſtium piſcium capite illius? Om- *2. Cor. 5.* nes qui conſenſione malitiæ, & imitatione adhærent diabolo, recte pelles eius eſſe dicuntur, quos ideo pellis nomine arbitror dictos, eo quod indiſſociabili cõnexione ei cõiuncti ſunt, & ſeparari ab eo nunquam aut certe vix poſſunt. De his ergo dicit Dominus ſagenas implendas eſſe.

8 In Pſal. to. 8. AVGVSTINVS explicans illa verba: 7. Exurge Domine in ira tua, & exaltare in finibus inimicorum tuorum, ait: Cum iuſtificatur impius ex impio fit iuſtus, & ex poſſeſſione diaboli migrat in templum Dei. Et quoniam pœna eſt vt cuique auferatur poſſeſſio, in qua dominari deſiderat, hanc pœnam dicit iram Dei aduerſus diabolum, vt deſinat poſſidere, quos poſſidet. Exurge Domine in ira tua, exurge ideſt appare. Exaltare in finibus immicorũ tuorũ. Fines dixit ipſam poſſeſſionem, vbi vult Deum exaltari potius ideſt, honorari, & glorificari, quàm diabolum, dum impij iuſtificantur, & laudant Deum.

9 In Pſal. 61. IDEM explicans illa verba: Verumtamen pretium meum cogitauerunt repellere, cucurri in ſiti, ſic ait: Honorem meum cogitauerunt repellere. Retribuebant mala pro bonis. Illi interficiebant, illi repellebant, ego eos ſitiebam. Illi honorem meum cogitauerunt repellere, ego eos in corpus meum ſitiebam traijcere. Bibendo enim quid facimus, niſi humorem foras poſitum in membra mittimus, & in corpus ducimus noſtrum. Hoc fecit Moyſes in illo capite vituli. Caput vituli magnum ſacramentum. Caput vituli corpus eſt impiorum in ſimilitudinem vituli mandu-

Exo. 32. *Eſai. 40.*

cantis fœnum, & terrena quærentium, quia omnis caro fœnum. Erat ergo vt dixi caput impiorum. Iratus Moyſes in ignem miſit, commi nuit, in aqua ſparſit, bibendum populo dedit, & ita prophetæ adminiſtratio facta eſt prophetia. Corpus enim illud in ignem mittitur tribulationum, & verbo Dei comminuitur. Paulatim enim deſiſtunt ab vnitate corporis ſui. Conſpirati oderunt, comminuti credunt. Et quid iã euidẽtius, quã quòd in corpus ciuitatis Hieruſalem, cuius imago erat populus Iſrael, traijciendi erant homines? Iden in aqua ſparſum eſt vt in potum daretur. Hoc vſque in finem ſitit, iſte currit, & ſitit. Multos enim bibit ſed nunquam erit ſine ſiti. Inde eſt enim, Sitio, Mulier da mihi bibere. Samaritana illa ad puteum ſitientẽ Dominum ſenſit, & a ſitiẽte ſatiata eſt, ſenſit prior illa ſitientem, vt biberet ille credentem. Et in cruce poſitus ſitio dixit, quanuis illi non hoc dederint, quod ſitiebat. Ipſos enim ille ſitiebat. *Ioan. 4.* *Ioan. 19.*

10 In Pſal. 67. *Pſal. 142.* IDEM explicans illa verba: Dixit Dominus ex Baſan conuertam, conuertam in profundum maris, ait: Baſan ſiccitas interpretatur, ex qua Dominus animas conuertit, de anima quippe ſicca illi dicitur: Expandi ad te manus meas, anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. Conuertam in profundum maris. Forte fallit latina locutio, & pro eo poſitum eſt in profundum, quod eſt in profundo. Non enim Deus ſe conuertit, ſed ſibi conuertit eos, qui in profundo huius ſeculi iacent demerſi pondere peccatorũ. Vbi conuerſus ille dicit, De profundis clamaui ad te Domine. Si autem legẽdum non eſt. *Pſal. 129* conuertam, ſed conuertar in profundum maris, hoc intelligitur dixiſſe Dominum noſtrũ, quòd ſua miſericordia conuerteretur etiam in profundum maris ad eos quoque liberandos, qui eſſent etiam deſperatiſſimi peccatores. Vt intingatur pes tuus in ſanguine. Quod ad ipſum Dominum propheta dicit, vt intingatur pes tuus in ſanguine, ideſt, vt ipſi qui ad te conuertuntur, vel ad quos liberandos conuerteris licet in profundo maris onere iniquitatis depreſſi fuerint, intantum gratia tua proficiant, quoniam vbi abundauit peccatum, ſuperabundauit, & gratia, vt fiant pes tuus inter membra tua ad annunciandum Euangeliũ tuum, & pro *Rom. 5.* nomine tuo diu ducentes martyrium vſque ad ſanguinem certent. Denique adiungit; lingua canum tuorum ex inimicis ab ipſo ideſt eosdẽ ipſos, qui vſque ad ſanguinem fuerant pro fide euangelica certaturi, etiam canes vocat tãquã pro ſuo domino latrantes. De quibus, & alibi dicitur; Conuertentur ad veſperam, & famem patientur vt canes. *Infra*: Hæc lingua canum *Pſal. 58.* ex inimicis futuram dicit propheta per illam ſcilicet conuerſionem, de qua ſuperius loquebatur, Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipſo, ipſius vtique dilectione, ipſius miſericordia, ipſius gratia. Nam quando id poſſent à ſeipſis? Etenim cum inimici eſſemus reconciliati ſumus Deo per mortem Filij eius. *Ibid.*

11 In Pſ. 146. IDEM explicans illa verba; Qui dat niuem

uem ſicut lanam, ſic habet. Ecce nos pigri in hac terra quaſi congelauimus hic, & quomodo contingit nitibus, ſurſum enim gelant, & in ima decidunt, ſic frigeſcente charitate decidit humana natura in has terras, & pigro corpore inuoluta velut nix facta eſt. Sec in iſta niue ſunt prædeſtinati filij Dei. Dat enim ille niuem ſicut lanam, ideſt, de niue, quam dedit, de iſtis pigris adhuc ſpiritu, & frigidis, quos prædeſtinauit, adhuc facturus eſt aliquid, lana enim materies veſtis eſt. Lana cum videtur veluti præparatio eſt aliquid ad veſtem. Ergo quia prædeſtinauit hos, qui ad tempus frigidi repũt in terra, & nondum feruent ſpiritu charitatis, de prædeſtinatione enim adhuc loquitur, veluti lanam dedit hos Deus, & facturus eſt inde
Matt. 17. veſtem. Merito in monte veſtis Chriſti fulſit ſicut nix, tanquam de illa lana iam facta erat tunica. De qua lana? Ideſt de niue quã dedit ſicut lanam. Pigri erant, ſed ſicut lanam dedit eos Deus, fit inde tunica. Quomodo enim dicitur Eccleſia corpus Chriſti, dicitur, & veſtimentum Chriſti, faciat ſibi veſtem de illa lana, quam predeſtinauit in niue. *Infra*: Mittit cryſtallum ſuam ſicut bucellas, ante faciem frigoris eius quis ſuſtinebit. Nix multorum annorũ tempore durata, & ſerie ſæculorum cryſtallum dicitur, & hoc mittit velut fruſta panis. Quid hoc ſibi vult? Fuerunt nimis duri non iam niui, ſed cryſtallo comparandi, & ipſi vocati ſunt, & quidam eorum ita vt paſcerent alios, & eſſent vtiles, & alijs. Et quid opus eſt vt numeremus multos forte, quos nouimus illum aut illum? occurrit vnicuique cogitanti ex ijs, quos
12 nouit, quàm forte duri, & pertinaces, & obtinẽtes aduerſus veritatẽ fuerũt, & modo prædicant veritatẽ, facti ſunt fruſtra panis. Vnus panis, multi ſumus. Ergo ſi vnus panis totũ corpus Chriſti, membra Chriſti fruſta panis ſunt. Ecce cryſtallus erat Apoſtolus Paulus, durus obnitẽs veritati clamans aduerſus Euangeliũ, tamquam indurans aduerſus ſolem, non audiebat Prophetas Chriſtum prædicantes. Certe gentes non audierant Prophetas, non audierãt Moyſem, frigidi erant, ſed cryſtallũ non erãt. Paulus cryſtallum erat, nitidus videbatur, & candidus, ſed durus & nimium gelidus. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, &c. Infelix ego homo, quis
2. Cor. 10. me liberabit de corpore mortis huius? Ecce frigeſco, ecce congelaſco, quo calore ſoluar, vt curram? Quis me liberabit de corpore mortis huius? In faciem frigoris eius quis ſubſiſtet? Et quis liberabit? gratia Dei per Ieſum Chriſtũ. Audi & hic gratiam Dei, Qui emittit cryſtallum ſuum, vt fruſta panis, in faciem frigoris eius quis ſubſiſtet? Ergo deſperatio eſt? Abſit. Sequitur enim, Emittet verbum ſuum, & liquefaciet ea. Non ergo deſperet nix, non deſperet nebula, non deſperet cryſtallum. De niue tamquam de lana conficitur & tunica, nebula illa in pœnitentia ſalutem inuenit, & licet ſicut cryſtallum facti fuerunt, non erunt duri miſericordiæ Dei. Clamauit Chriſtus, Sau le Saule quid me perſequeris, vna voce tanta illa duritia cryſtalli reſoluta eſt. Sed quare ſoluit cryſtallum Deus? Ne deſe nix ipſa deſperet. Aut enim ideo miſericordiam conſecutus ſum, vt in me primum oſtenderet Chriſtus Ieſus omnem patientiam ad informationem eorum, qui crediturí ſunt ei in vitam æternam. *Infra*: Ecce cryſtallum, & niues reſoluuntur, *Pſal. 115.* eunt in aquas ſicut alibi dictum eſt, Conuerte Domine captiuitatem noſtram, ſicut torrẽs in Auſtro. Captiua enim Hieruſalem tamquam congelauerit in Babylonia, flat auſter, ſoluitur rigor captiuitatis, & currit in Deum feruor charitatis.

IDEM explicans illa verba Pauli, Fidelis 13 *Serm. 9. de verbis Apoſtoli. 10. 1. Tim. 1.* ſermo, & omni acceptione dignus, quia Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere, quorum primus ego ſum. Primus ideſt omnibus peior ego ſum, & tamen miſericordiam conſecutus ſum, vt in me primũ oſtenderet Chriſtus Ieſus omnem longanimitatem propter eos, qui crediturí ſunt illi in vitã æternam, vt dicant ſibi omnes, ſi Paulus ſanatus eſt, ego quare deſpero? Si a tanto medico tam deſperatus æger ſanatus eſt, ego cur vulneribus meis illas manus non aptabo, ad illas manus non feſtinabo? Vt hoc dicerent homines ideo Saulus factus eſt ex perſecutore Apoſtolus, quia quo venit medicus quærit aliquem ibi deſperatum, & ipſum ſanat, &c. Pauperrimum inueniat, tamen deſperatum inuenit, non ibi quærit mercedem, ſed commendat artem.

Deus aliter ſe habet cum bonis, aliter cum malis, aliter cum perfectis, aliter cum imperfectis. Cap. XXIV.

1 RIGENES exponens illa verba: Cælum mihi ſedes eſt, *Hom. 1. in Genesim to. 1.* terra autem ſcabellum pedũ meorum, ait. Quod dicit, Cælum mihi ſedes eſt, ita digne de Deo intelligitur, vt ſciamus, quia in his quorum in cęlis cõuerſatio eſt, Deus requieſcit, & reſidet, in his autem qui adhuc terrenum propoſitum gerunt, vltima pars eius prouidentiæ inuenitur, quod in pedũ apellatione figuraliter indicatur.

2 IDEM explicans, de Balaam, quæ dixit ili- *Hom. 14. in Numeros.* li Deus, ſi vocare te venerint homines iſti, ſurge, & vade cum eis, ſic habet: In hoc voluntati cupiditatis eius cedit Deus, vt compleatur illud quod ſcriptum eſt. Dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus ſuis, vel in volnptatibus ſuis, vt Origenes legit, ſed tamen conſilium diuinæ diſpẽſationis expletur. Dicitur enim ad eum. Verbum quodcumque dedero in ore tuo, hoc loqueris. Si dignus fuiſſet Balaam verbũ ſuum Deus nõ in ore eius, ſed in corde poſuiſſet. Nunc autẽ quoniam

quoniam in corde eius deſideruum mercedis erat, & cupiditas pecuniæ, verbum Dei non in corde, ſed in ore eius ponitur.

Hom. 1. ex Poſitio. 2. in Cantica. IDEM explicans illa verba: In odorem vnguentorũ tuorũ curremus ait: In quo odorationis ſenſus ſanus eſt, & integer, odore Chriſti accepto ex vita adducit ad vitam, ſi vero nõ ſit ſanus, hoc odore ſuſcepto de morte in mortem deijcit ſecundum illum qui dicebat; Quoniam Chriſti bonus odor ſumus, alijs quidem odor vitæ in vitã, alijs vero odor mortis in mortem. Denique, & hi quibus intellectus herbarum eſt, pigmentorumque peritia, ferunt quædam eſſe pigmenta, quorum ſi odorem ceperint nonnulla animalia continuo intereunt, alia vero eodem odore recreantur vitamque recipiunt.

4 *Hom. 2. in Cantica.* IDEM explicans illa verba: Nolite me conſiderare quòd fuſca ſim, quia decolorauit me ſol, ſic ait: Si ſol iſte viſibilis ea corpora quibus a ſummo libramine inſederit, infuſcat, ea vero quæ procul ſunt conſeruat in cãdore ſuo, nec omnino vrit ea, ſed illuminat. Sol vero iuſtitiæ in cuius pennis ſanitas eſſe dicitur, e contrario eos quidem, quos recti cordis inuenerit, illuminat, ſed, & cum fulgore circundat, eos autem, qui oblique incedunt cum eo, neceſſario etiam ipſe oblique non tam reſpicit quàm deſpicit, hoc eis præſtante inconſtantia ſua, & inſtabilitate. Et ideo feſtinandum eſt ad vias rectas, & ſtandum in ſemitis virtutum, ne forte ſol iuſtitiæ rectus incedens, ſi nos oblicos ſtare inuenerit, & peruerſos, deſpiciat nos, & efficiamur denigrati, inquantum vero capaces fuerimus lucis eius intantum tenebris, & nigredini dabimus locum. Si autem ab iſto lumine nos peruerſi inceſſerimus deſpici dicimur, & ipſum nobis peruerſe incedentibus, peruerſe quoque incedit, ſicut ſcriptum eſt in maledictionibus Leuitici. Etſi inceſſeritis (inquit) mecum peruerſi, & nolueritis obedire mihi, adijciam vobis plagas ſeptẽ. Et poſt pauca. Etſi, inquit, non fueritis emendati, ſed inceſſeritis mecum peruerſi, incedam & ego vobiſcum peruerſus. Siue vt in alijs exemplaribus legimus, Si inceſſeritis mecũ obliqui, incedam, & vobiſcum obliquus. Et poſt aliquanta iterum dicit ad vltimum, Et quoniam ambulauerunt in conſpectu meo obliqui, ego ambulabo cum eis in furore obliquus. Sol duplicis videtur eſſe virtutis, vnius qua illuminat, alterius, qua adurit. Sed pro rebus, aut materijs ſubiacentibus, aut illuminat aliquid luce, aut infuſcat, & obdurat aliquid ardore. Secundum hoc ergo fortaſſis, & induraſſe dicitur Deus cor Pharaonis, quòd ſcilicet talis fuerat materia cordis ipſius, quæ præſentiam ſolis iuſtitiæ non ea parte qua illuminat, ſed qua adurit, & indurat, exceperit, propter hoc ſine dubio quòd & ipſe affligebat Hebræorum vitam in operibus duris, & quòd luto, & latere cõficiebat eos. Et erat vtique cor eius ſecundum ea, quæ cogitabat, luteum, & ſicut materiam luti ſol iſte viſibilis indurat, & ſtringit, ita ſol iuſtitię his eiſdem radijs, quibus illuminat populum Iſrael, Pharaonis cor, cui inerant luteæ cogitationes, pro ipſis motuum ſuorum cogitationibus indurabat. *Infra*. Sol noſter iuſtos illuminat, peccatores autem adurit. Denique ob hoc & Deus ignis dicitur eſſe conſumens, nihilominus lux in quo tenebræ non ſunt, lux ſine dubio iſtis, & ignis efficitur peccatoribus, vt conſumat in eis omne, quod in anima eorum corruptibilitatis, aut fragilitatis inuenerit.

6 BASILIVS explicans illa verba: Vox Domini confringentis cedros, & confringet Dominus cedros Libani, ſic habet: Cedrus quãdoque vt reliquis quidẽ arboribus longæuitate præſtantior & putrilagine ſuperior, & odoratu, & obumbrans tectorium præbere apta apud ſacra volumina laudatur; quandoq. vero, vt infructuoſa, & flecti neſcia, ſicque impij adimplens ſimilitudinem in malam traducitur partem. Vidi impium (inquit Propheta) ſuperxaltatum, & eleuatum, ſicut cedros Libani; veluti & nunc accipitur, vox Domini confringentis cedros. Sicut enim in magnifica anima fit vox Domini, ſic etiã temere inflatos ſuperbia, tumidoſque ob ea, quæ in hac vita ſublimia altaue exiſtimantur, vt ſunt gloria, imperium, elegãs corporis forma, vires, ac robur, confringere Deus dicitur. Et confringet Dominus cedros Libani. Sicut enim cedri per ſe altæ cũ ſint, per hoc quoque quod in ſublimi quopiam monte prognatæ ſunt, ob montanæ altitudinis acceſſionẽ, tanto efficiuntur ſplendidiores, & eminus ſpectandæ: ſic qui iſtius mundi rebus plane corruptiuis nituntur, cedri quidem ſunt per mentis elationem, ac faſtum. Quin ijdem appellari promerentur cedri Libani, quod aliena ſubnixi altitudine, intempeſtiuo gaudio diffunduntur, & a terra terrenisque rebus, quaſi a vertice Libani ſubnecti in ſublime, in ſuperbiã eriguntur, & inſoleſcunt. Non autem omnes cedros confringit Dominus, ſed Libani tãtum, quoniam Libanus eſt idololatriæ locus. Quæcumque igitur animæ aduerſus Dei ſcientiam extolluntur, ipſę Libani cedri ſunt, & dignæ quę conterantur. Sunt autem quædam cedri Dei quas arbuſtiuæ vites tranſlatæ ex Aegypto operiunt ſicut in pſalmis didicimus, Operuit montes vmbra eius, & arbuſta eius cedros Dei. Quoniam vero vitis, & Dominus noſter dicitur. Cedri Dei ſunt illi qui hactenus quidem ſteriles, & apti ad comburendum fuerunt, vbi vero ſub velamen, & integumentum Chriſti venerunt, illumque veluti induti ſunt, per ipſius gratiam propriæ vitæ ſterilitatem contegunt. Cedros ergo Dei arbuſta fructuoſa circumplexa cuſtodiunt; Cedros autem Libani conteret Dominus, & comminuet.

8 CHRYSOSTOMVS ſic ait: Deus ſciẽs *Serm. de Iob, & Abraham to. 1.* cui confidebat permiſit diabolo, vt abraderet beati Iob facultates. Vide autem Dei prouidentiam, imperfectum petit diabolus, ſed non *Luc. 22.* obtinet, vnde Saluator Simoni dicit. Satanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum, ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua.

Quam-

Quamdiu imperfecti sumus nobis parcitur, quamdiu lactamur, paterne fouemur, vbi autē perfectiores facti fuerimus, perfectorum certamina etiam suscipimus. Dicit enim, Ablactati a lacte, auulsi ab vbere afflictionem super afflictionem sustinete, spem super spem. Non dixit ablati ab vbere, sed auulsi, proficiens enim ad perfectionem cogitur, vt recedat a lactendo. *Esai.28.*

9 HIERONYMVS exponens illa verba: Filij tui de longe venient, filiæ tuæ de latere surgent (vel lac sugent, vt ipse vertit, vel secundū septuaginta super humeros portabuntur) sic inquit. Filij robusti de longe venient, quia vos qui eratis lōge, facti estis prope, & filiæ tuæ lac sugent, hoc significat, quòd animæ in Christo latentes, de quibus Petrus dicit, quasi modo geniti infantes rationabiles sine dolo lac concupiscite, sugant lac Apostolorum. Quibus paruulis, atque lactentibus loquebatur Paulus, Filioli mei, quos iterum parturio donec formetur Christus in vobis. Et in alio loco, quasi nutrix fouens filios suos, Sic desiderantes vos cupimus impertire non solum Euangelium Christi, sed & animas nostras. Quòd autem in editione 70. interpretum dicitur, Ad vbera portabuntur, diligentius attendendum est. Filij enim robusti sunt, ipsi per se de longe veniunt, filiæ autem quæ imbecilliores sunt, & pro fragilitate sexus, necdum in virum venere perfectum, Apostolorum portantur humeris. *Lib. 17. in c.60 Esaiæ. to.4.* *Ephes.2.* *1.Pet.2.* *Gal.4.* *1.Thess.2.*

10 IDEM explicans illa verba: Induit me vestimentis salutis, & indumentis iustitiæ circumdedit me, quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis, sic habet: Ponit similitudinem duorum in Ecclesia agminum perfectorum, atque incipientium. Perfectos sponsi comparat pulchritudini, incipientes sponsæ assimilat ornatui. Perfectus erat Paulus, qui quasi sponsus decoratus corona, siue coronandus dicebat, Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, de reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. Incipiens autem erat comparatione plenitudinis, quando ex persona incipientium loquebatur, Cum essem paruulus, loquebar vt paruulus, cogitabam, vt paruulus. Et ideo sponsæ assimilatur ornatui, quæ ornatur monilibus suis. *In cap. 6. Esaiæ.* *2.Tim.4.* *1.Cor.13*

11 IDEM explicans illa verba: Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & Prophetabūt filij vestri, & filiæ vestræ, senes vestri somnia somniabūt, & iuuenes vestri visiones videbunt, &c. sic habet: Per effusionem Spiritus sancti diuersas gratias consequūtur homines, alij Prophetiā, vt filij, & filiæ, qui maioris sunt meriti, alij somnia, vt senes iam prouectioris ætatis, alij visiones, vt iuuenes, qui vicerunt malignum. Serui vero & ancillæ, qui adhuc spiritū timoris habent, & non dilectionis, quia perfecta charitas foras mittit timorem, nō habebūt Prophetiam, non somnia, non visiones, sed Spiritus sancti effusione contenti fidei tantum, & salutis gratiam possidebunt. *In c.2. Ioel to.5.* *1.Ioa.4.*

12 AVGVSTINVS sic habet explicans illa verba: Oculi Domini super iustos. Forte dicunt mali, ergo securus facio mala, quia non super me sunt oculi Domini. Iā Deus ad iustos attendit me non videt, & quicquid fecero securus faciō, statim subiecit Spiritus sanctus videns hominum cogitationes, Vultus autem Domini super facientes mala, sed vt perdat de terra memoriam eorum. *Concione 2. in ps. 33. to.8.* 13 *In Psal.33.*

IDEM exponēs illa verba: Quā bonus Israel Deus his, qui recto sunt corde, inquit. Quā bonus Israel Deus, sed quibus? Rectis corde. Peruersis quid? peruersus videtur. Sic, & in alio psalmo dicit, Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris, & cum peruerso peruerteris. Quid est peruersus eris cum peruerso? Peruersum te putabit peruersus, non quòd vllo modo peruertatur Deus. Sed quēadmodū sol oculos puros, sanos, vegetos, fortes habēti tranquillus apparet, in oculos autem lippos quasi tela aspera iaculatur, intuentem illum uegetat, hunc excruciat non mutatus sed mutatum, sed cum cœperis esse peruersus, & tibi Deus peruersus esse videbitur, tu mutatus es, non ille. Ergo erit tibi pœna, quod bonis gaudium. 14 *In Ps. 13.*

IDEM exponens illa verba: Saluum me fecit dextera tua, sic ait: Est quædam salus in dextera tua, nam est altera salus in sinistra. Salus temporalis, & carnalis in sinistra est, salus æterna cum angelis in dextera est. Ideo iam in ipsa immortalitate positus Christus dicitur sedere ad dexteram Dei. Non enim Deus habet in seipso dexteram, aut sinistram, sed Dextera Dei dicitur felicitas illa, quæ quoniam oculis ostendi non potest, tale nomen accepit. Hac dextera tua saluum me fecisti, non secundum salutem temporalem. Aliquando ergo nō saluat in sinistra sanctos suos, sed semper saluat eos in dextera. Impios autem plerumque saluat in sinistra, non saluat in dextera. 15 *Serm. 99. de tempore to.10.*

IDEM sic habet: Sicut in virga Aaron, quæ fronduerat, primo germinauit, secundo produxit frondes, tertio flores, & postremo protulit fructus, sic in ea virga, quæ exijt de radice Iesse, & flos de radice eius ascendit, supra quem requieuit spiritus Dei. In quo nec hoc ipsum videtur otiosum, quòd exire dicitur virga, & flos ascendere. Quamuis enim vnus sit Christus, singulis tamē diuersus efficitur, prout indiget is, qui operatur. Qui ergo senior est, & negligentior pro disciplina, Christus ei effi- citur virga, & in virga non ascendere dicitur, sed exire. Exeundum namque est ei, qui inutilis, & ignauus est de eo statu, in quo non recte consistit, transeundum ad alium statum tanquam virgæ compulsione ideſt seueritate doctrinæ rigidioris admonitu. Qui vero iustus est, quia iustus sicut palma floret, in hoc ascendere dicitur Christus. sic ergo qui verberibus indiget, exit ad eum virga, qui auten proficit ad iustitiam, ascendit ei in florem. Ascendit autem, quousq. afferat fructus spiritus, qui sunt Charitas, pax, patientia, & reliquæ virtutes in Christo Iesu. *Num.17.* *Esaiæ 11.* 16

BERNARDVS inquit: Est Deus in omni lo-

ni loco omnia vniuersaliter continens omniaque disponens, sed longe tamen aliter atque aliter. Apud homines malos est præstans, atque dissimulans, apud electos homines operans, & seruans, apud superos pascens, & cubans, apud inferos in feritate sua. Vbi pluit super iustos, & iniustos Pater est, Pater misericordiarum expectans homines ad pœnitētiam, vbi damnat obstinatos iudex est, & horrendum incidere in manus Dei viuentis. Vbi cubat spōsus est, & beata anima quam introduxerit in cubiculum suum. *Infra*: Testantur sacræ litteræ in paradiso olim positum primū Adam vt operaretur, & custodiret illum. Sic secundus Adam in Ecclesia sanctorum in cōgregatione suorum in horto deliciarum (si quidem deliciæ suæ esse cum filijs hominum) Ita inquam, & ipse Dominus est in loco isto, vt operetur atque custodiat. Alioquin sicut nisi quia Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui ædificant eam, sic nihilominus nisi ipse custodierit ciuitatem, frusta vigilat, qui custodit eā. *Serm. 6. in Dedic. Eccles.* *Heb. 10.* *Gen. c. 2.* *Psal. 126.* 17 *Serm. 4. ex parvis.*

IDEM inquit: Qui soli Deo vacant, considerant, quia Deus est mundi rector, & gubernator, hominum liberator, & adiutor, Angelorum sapor, & decor, in seipso principium, & finis, reproborum terror, & horror. In creaturis mirabilis, in hominibus amabilis, in Angelis desiderabilis, in seipso incomprehensibilis, in reprobis intolerabilis. 18 *Serm. 36.*

IDEM sic habet: Deus licet vnus sit, & vnum sit, tamen non sui varietate, sed animi nostri mutatione, gustantibus nobis diuersos videtur habere sapores. Sapit enim timenti, iustitiam, & potentiam, sapit amanti, bonitatem, & misericordiam. Vnde ait Propheta. Semel locutus est Deus, duo hæc audiui, quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia. Idem quippe est audire hoc, quod gustare, quia vtrūque fit vna, & simplicissima mente. Per vnum verbum duo hæc audiuimus, siue sapimus, quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia. At is quidem penitus insipiens est, cui nec timorem Deus sapit, nec amorem. Cui ergo nec iustitiā sapit Deus per timorem, nec misericordiam per amorem, is plane dicit in corde suo, non est Deus. Deum enim non putat, quem nec iustum, nec pium reputat. *Psal. 61.*

19 IDEM explicans illa verba: Trahe me post te, in odorem vnguētorum tuorum curremus, inquit: Oritur quæstio, cur simpliciter cum se petijt trahi, etiam adolescentulas non adiunxit, vt nō trahe me, sed trahe nos diceret. O pulchta, o felix, o beata edissere nobis huius distinctionis rationem. Trahe me ais. Quare me, & non nos? An hoc bonum inuides nobis? Absit. Neque enim protinus dixisses adolescētulas tecum esse cursuras, si sola post sponsum ire voluisses. Cur ergo pluraliter mox subiungitur curremus, trahi te singulariter postulasti? Disce per hoc verbum a me in spirituali exercitio duplex auxiliū desuper sperare, correptionem, & consolationem. Altera foris exercet, altera visitat intus. Illa operatur humilitatem, ista pusillanimitatem consolatur. Illa cautos, ista deuotos facit. Timorem Domini docet illa, ista ipsum timorem infuso temperat gaudio salutari, sicut scriptum est, Lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum. Item seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Trahimur cum tentationibus, & tribulationibus exercemur. Currimus cum internis consolationibus, & inspirationibus visitati tāquam in suaueolentibus vnguētis respiramus. Ergo quod austerum, & durum videtur retineo mihi tamquam forti, tamquam sanæ, tamquam perfectæ, & dico singulariter trahe me. Quod suaue est, & dulce tibi tamquam infirmo, communico, & dico curremus. Noui ergo adolescentulas delicatas, & teneras esse, & minus idoneas sufferre tentationes, & propterea mecum volo. vt currant, sed non vt mecum trahantur. Volo habere socias consolationis, non autem & laboris. Quare? Quoniam infirmæ sunt, & vereor ne deficiant, ne succumbant. Me, inquit, o sponse corripe me, exerce me, tenta me, trahe post te, quoniam ego in flagella paratus sum, & potens ad sustinendū. Certatim simul curremus, ideſt sola trahar, sed simul curremus. *Serm. 4. in Cantica.* *Psal. 85.* *Psal. 2.*

IDEM sic ait: Existimo sponsum varias aromatum atque vnguentorum habere species & non paucas, & alias quidem esse in quibus singulariter oblectatur sponsa, tamquam propinquior ac familiarior, alias vero, quæ vsque ad adolescentulas perueniunt, alias quæ pertingunt etiam ad longe positos, & extraneos, vt non sit qui se abscondat a calore eius. Sed licet suauis Dominus vniuersis, maxime tamen domesticis. Et quanto quis ei familiarius pro vitæ meritis ac mentis puritate appropiat, tāto eum arbitror recentiorum aromatum, & vnctionis suauioris sentire fragrantiam. Porro in huiusmodi non capit intelligentia, nisi quantum experientia attingit. Nouit sponsus quibus delicijs spiritus foueat dilectam, quibus singulariter refocillet inspirationibus, & mulceat odoramentis. Sit tibi fons proprius, in quo ei non cōmunicet alienus, nec indignus bibat ex eo. Est quippe hortus cōclusus, fons signatus. Ceterū deriuētur aquę inde in plateas. 20 *In serm. 22 Cant.* *Cant. 4.*

Deus solus verax in promissis implendis, plus dans sæpe, quam promiserit, nec contrarium est huic veritati, quòd ipsius sententia comminatoria quandoque non impleatur. Cap. XXV.

ORIGENES sic habet: Vnū promisit Deus fructum in vir ga, & plures dedit, sed attendite diligentius, si forte possimus liberalitatem Dei largiorem etiā ipsis suis promissionibus 1 *Hom. 9. in c.7. Numerorum to.1*

nibus edocere, si forte, & ex ijs illam ineffabilem bonitatē Dei, quæ in scripturæ littera semper tegitur, rimari atque inuestigare potuerimus, cum eum largiorem in præstādo quàm in promittendo videamus. Igitur sermo scripturę de qua nunc loquimur, ita habet. Et erit, inquit, homo quemcunque elegero, virga eius germinabit. Hoc est solum quod promisit Deus, vt virga eius, quem elegerit, germinet. Vbi vero ad rem venitur, vt quod promissum est ostendatur impletum, non vnum illud, quod promissum fuerat effectum dicitur, sed vide quanta addantur. Ait enim. Et ecce germinauit virga Aaron in domo Leui. Est hoc vnum illud sine dubio quod fuerat repromissum, sed adduntur, & alia, & dicitur, & produxit frondes, & protulit flores, & germinauit nuces. Cum ergo de solo germine fuisset promissum, vide quamtā largitur Deus, vt non solum germen produxerit, sed & frondes, & non solum frondes, sed, & flores, & germinauit non solium flores, sed, & fructus. *Infra*: In comminatione autem e contra res se habet. In comminatione enim quæ ad Dauid facta est, triduo pronunciata est futuræ mortis vastatio, & intra sex horas abbreuiatum videtur esse tēpus, sed hæc ibi proficere possunt, vt pœnitentiæ tempus, & satisfactionis concedatur locus. Scribitur enim Deus malis quidem reddens in tertiam, & quartam progeniem, bonis autem faciens misericordiam, non in tertiam, & quartam progeniem, sed vt scriptura dicit, in mille generationes.

Exod. 20.

2 HIERONYMVS exponens illa verba:: Non enim cogitationes meæ cogitationes vestræ, neque viæ meæ viæ vestræ dicit, Dominus sic inquit: Dixerat Dominum multum esse ad ignoscēdum, & ne putetis difficile esse, quod spondeo, & vobis incredibile videatur impium & iniquum posse saluari, hoc considerate, quod multa inter mea, vestraque consilia sit differentia, & quanta naturæ, tanta voluntatis diuersitas. Multæ enim cogitationes in corde uiri, consilium autem Domini in sempiternum manet. Vos autem homines sæpe promissi pœnitentes veterem voluntatem, nouella voluntate subuertistis. Dominus enim dissipat consilia gentium, & reprobat cogitationes populorum & irritas facit voluntates principum. Cogitationes autem cordis eius a generatione in generationem, & quidquid decreuerit, non potest immutari. Vultis scire diuersitatem mei, vestrique consilij? Quantum loci cælum distat a terra, & aliud Angelorum, aliud hominū habitaculum est, tantum meæ cogitationes a vestris consilijs separantur. De vestris cogitationibus dicitur, cogitauerunt consilia, quæ non potuerunt stabilire. Et in alio loco, quodcumque inieritis consiliū dissipabitur, & quicquid locuti fueritis, non permanebit in vobis. *Infra*. Quomodo descendit imber, & nix de cælo, & illuc vltra non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti, sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcumque volui. Ideſt quomodo imber, & nix descēdit de cælo, & inebriat terram, & varia semina pullulat, vt plenis segetibus panes in vsus hominum procreentur, sic repromissionis meæ verbum, quod semel pollicitus sum, & quod egressum est de ore meo irritum non erit, sed omnia opere complebūtur, quia Verbum, quod erat in principio apud Deum, non reuertetur vacuum, nisi Patris fecerit voluntatē, & vniuersa compleuerit.

Lib. 15. in Esaiā to. 4.

Psal. 32.

Psal. 20.

3 IDEM exponens illa verba: Creaui fructum labiorum, pacē his qui longe, & pacem his qui prope, ait: Creaui fructum labiorum, hunc habet sensum. Impleui quod pollicitus eram dicens. Viuo ego dicit Dominus, nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat. Siue omnia tribui quæ antea promiseram. Quæ est autem Domini pollicitatio? pacem super pacem non vni tantum genti, sed omni mundo, his videlicet qui erant longe, & his qui prope.

Lib. 16. in c. 65. Esa.

Ezech. 33.

4 IDEM: In visione quam vidit Nabuchodonosor rex Babylonis, Daniel exposuit quòd septem annis fœnum vt bos comederet in similitudinem bestiæ, & hæc dixit statuta esse, & firmata diuina voluntate, nihilominus prophetæ ei dixit. Quamobrem consilium meum tibi placeat o rex, peccata tua eleemosynis redime, &c. forsitan, ignoscet Deus delictis tuis. Hæc explicans Hieronymus sic habet: Si prædixit sententiam Dei, quæ non potest immutari, quomodo hortatur ad eleemosynas vt Dei sententia commutetur? Quod facile soluitur Ezechiæ regis exemplo, quem Esaias dixerat esse moriturum, & Niniuitarum, quibus dictum est ab hinc quadraginta dies, & Niniue subuertetur, tamen ad preces Ezechię, & Niniue Dei sententia cōmutata est, nō vanitate iudicij, sed eorum conuersione, qui mernerunt indulgentiā. Alioquin, & in Hieremia loquitur Deus se minari super gentem, & si bona fecerit, minas clementia commutare. Rursum bona agēti se asserit polliceri, & si mala fecerit, dicit se suam mutare sententiam, non in homines sed in opera quæ mutata sunt. Neque enim Deus hominibus, sed vitijs irascitur, quæ cum homine non fuerint, nequaquam punit quod mutatum est. Fecit Nabuchodonosor iuxta Danielis consilium misericordias in pauperes, & idcirco vsque ad mensem duodecimum ineum est dilata sententia, sed quia postea ambulans in aula Babylonis gloriatur, & dicit, Nonne hæc est Babylon magna, quam ego ædificaui in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei, bonum misericordiæ perdidit malo superbiæ.

In c. 4. Danielis.

Hier. 8.

5 IDEM exponens illa verba: Et vidit Deus opera eorum, quia conuersi sunt de via sua mala, & misertus est Deus super malitia, quam locutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit, inquit: Deus populis comminatur, vt agant pœnitentiam, qui si conuersi fuerint, ipse quoque vertet sententiam suam, & populi conuersione mutatur. Quod Hieremias, & Ezechiel manifestius explicāt, nec bona videlicet implere Dominū, quæ promiserit, si boni vertantur ad vitia; nec mala, quæ pessimis comminatur, si illi reuersi fuerint ad salutē. Ita igitur, & nunc vidit Deus opera, quia conuersi sunt a via sua pessima, non verba audiuit, quæ solebat Israel sæpe promittere, Omnia quæcumque dixerit Dominus faciemus, sed opera conspexit, quia mauult pœnitentiam peccatoris, quàm mortem, libenter mutauit sententiā, quia vidit opera cōmutata.

Lib. 1. contra Maximinum arianū to. 6.

Ioan. 3.

Deum aspicere iustos, cognoscere, & memorari bonum est grande, & quod id non faciat, multa habet damna. Cap. XXVI.

1 CHRYSOSTOMVS exponens illa verba: Secundū multitudinem miserationum tuarum respice in me, sic ait: Nō pro facinore meo, non pro vita mea, sed propter multitudinem misericordiæ tuæ respice in me. Quando respicit Deus, fugiunt peccata, extinguūtur delectationes, liquefiunt omnia mala collecta desideria, tantum ut respiciat claritas, statim fugit peccatorum obscuritas.

Homil. in Psal. 68. to. 1.

Homil. 4. in Marcum to. 2.

IDEM explicans illa verba: Et progressus inde pusillum vidit Iacobum, & Ioannem, &c. Et secuti sunt eum, inquit. Dicat aliquis temeraria fides est. Etenim quid signi viderāt, quid maiestatis aspexerant, vt vocarentur, & statim sequerentur eum? Sane hic ostenditur nobis, quòd oculi quoque ipsius Iesu, & vultus diuinū quid spirabant, & ad se contuentiū oculos facile conuertebant. Alioqui nūquam dicente Iesu sequimini me, secuti fuissent eū. Hoc enim, si secuti fuissent eum sine causa, non tam fides erat, quàm temeritas.

2 HIERONYMVS explicans illa verba: Cōfringit in ira furoris omne cornu Israel, ait: Quando offenso Deo non miremur ab inimicis liberari, quasi traditi videmur, cum defensorē nullū habemus. Vnde & Propheta quasi desertum a Domino populū Iudæorū conquestus in Psalmis ait, Vt quid auertis faciē tuam de medio sinu tuo? Quasi offenso, quasi irato Domino dicit, qui nolit peccatores populos intueri, vt adhuc in sua videātur permanere nequitia. Ille enim, quos dispēsatione mirabili placatus attēderit, corrigit, quos propitius intuetur, emēdat.

Libro 1. in c. 3. Amos to. 4.

Psal. 73.

3 IDEM explicans illa verba: Tantummodo vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ, idcirco visitabo & vos omnes iniquitates vestras, inquit. Qui solos vos cognoui, qui creator sum omnium, & vos habui peculiarē populum meū, idcirco super solos vos omnia peccata vestra restituā. Et quos ex omnibus tribubus terræ cognouit Dominus, dicente Apostolo, Nunc autē cognoscentes Deū, magis autem cogniti a Deo, & in alio loco, Qui ignorat, ignorabitur. Non ergo omnes cognoscit Deus, sed eos, qui eius cognitione sunt digni, loquēs in Euāgelio, Recedite a me operarij iniquitatis, nescio vos. Hi enim, quòd operarij iniquitatis sunt, ignorātur a Deo, idcirco inquit, quia solos vos cognoui, & meos habui, visitabo super vos omnes iniquitates vestras. Et pulchre dixit visitabo, non percutiā, quia plaga Dei visitatio est, atque curatio. Et omnes, inquit, iniquitates vestras visitabo, ne quid impercussum remaneat, ne quid non recipiat sanitatem.

Gal. 4.

1. Cor. 14. Luc. 13.

4 AVGVSTINVS sic habet: Narrantur generationes de Cain aliæ, aliæ de illo quē genuit Adā in eius successione, quē frater occidit, & appellauit nomē illius Seth, dicēs, Suscitauit mihi Deus semē aliud pro Abel, quē occidit Cain. Cū itaque istæ duæ series generationū, vna de Seth, altera de Cain, has duas, de quibus agimus distinctis ordinibus insinuēt ciuitates, vnā cælestē in terris peregrinantē, alteram terrenā terrenis gaudijs inhærentē, vel inhiantē, nullus de progenie Cain, cū dinumerata sit, connumerato Adā vsq. ad octauā generationē quot annorū fuisset expressus est, quādo genuit eū, qui cōmemoratur post eū. Noluit enim spiritus Dei, in terrenæ ciuitatis generationibus tēpora notare ante diluuiū, sed in cælestis maluit, tāquā essent memoria digniores, & hac de causa prætermissis alijs multis ante diluuium memorantur Seth, & Enos.

Lib. 15. de ciuitate Dei c. 15. to. 5.

5 IDEM ait: Deus omniū futurorū est conscius, tamē ait Apostolus, nūc autē cognoscentes Deū, immo cogniti a Deo. Si nūc eos cognouit Deus, non eos nouerat, non elegerat, nō præ destinauerat ante mūdi constitutionē, sed sic dixit, nūc autē cognoscētes Deū, immo cogniti a Deo, vt intelligerēt Deū fecisse in eis cognitionem suā cognoscentes Deū. Quid est cognoscētes Deū? Nolite vobis arrogare, nolite superbire, cogniti estis a Deo. Quid est cogniti estis a Deo? cognitores suos vos Deus fecit. Deus vobis dedit, vt cognoscatis, facit Deus cognoscentē in immolatione Isaac, quòd timeat Dominū & ideo ait, nunc cognoui, quòd timeas Deum.

Lib. 1. contra Maximinum arianū to. 6.

Gen. 22.

6 IDEM referens Ambrosium lib. 10. Super Lucam cap. 96. habet: Quos Iesus respicit plorant delictū. Negauit primo Petrus, & non fleuit, quia nō respexerat Dominus, negauit secūdo, & non fleuit, quia adhuc non respexerat Dominus, negauit & tertio, respexit Iesus, & ille amarissime fleuit. Legant Heretici Euangeliū, & videant Dominū Iesum tunc intus fuisse, cū a sacerdotibus principibus audiretur, Apostolum vero Petrum foris, & deorsum in atrio cū seruis ad focum tunc sedentē. Vnde non potest dici, quod corporalibus oculis eum Dominus visibiliter admonēdo respexerit. Et ideo quod ibi scriptum est, Respexit eum Dominus, intus actum est, in mente actum est, in voluntate actū est. Misericordia Domini latēter subuenit, cor tetigit, memoriam reuocauit, interiore gratia sua visitauit Petrum, interiorē hominē vsque ad exteriores lachrymas mouit, & produxit affectum. Quæ omnia significat Euangelista cum ait, Respexit Dominus Petrum.

Lib. de gratia Christi contra Pelagium c. 4. to. 7.

7 IDEM explicans illa verba: Vsque quo Do-

In Psal. 12. to. 8. mine obliuiſceris me in finem auertis faciem tuã a me, ſic habet: Sicut nõ obliuiſcitur Deus, ſic nec faciẽ auertit, ſed more noſtro ſcriptura loquitur. Auertere autem Deus faciẽ dicitur, dum non dat animæ notitiã ſui, quæ adhuc purum mentis oculum non habet. Quandiu ponam conſilia in anima mea, tandiu domine obliuiſceris me in finem, & tandiu auertis faciẽ tuam a me, quandiu ponam conſilium in anima mea. Vt niſi quiſque poſuerit conſilium in anima ſua, vt perfecte operetur miſericordiã, non eum dirigat Deus in finem.

8 In Psal. 31. IDEM exponens illa verba: Firmabo ſuper te oculos meos, ait: Præmiſerat, Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac qua gradieris, ſtatuam te in via hac vt hæreas ibi, & ab eo non aberres. Dabo intellectum vt cognoſcas te ſemper, & ſemper gaudeas in ſpe ad Deum, donec ad patriam peruenias, obfirmabo ſuper te oculos meos, non a te auferam oculos meos quia, & tu non aufers a me oculos tuos. Iam iuſtificatus, iam poſt remiſſionẽ peccatorum leua oculos tuos ad Deum. Putruerat enim cor tuum cum eſſet in terra. Cum hæc audis, ſurſum cor erige ne putreat. Ergo, & tu leua iam oculos tuos ſemper in Deum, vt firmet ſuper te oculos ſuos. Sed quid times? Ne cũ habeas oculos ad Deum offendat, ne non reſpicias ante te, & forte incurras in laqueum? Noli timere, ibi enim ſunt oculi ipſius, quos obfirmat ſuper te. Omnẽ ſollicitudinẽ veſtrã proijcientes in eum, ait Petrus, quoniam ipſi cura eſt de vobis. Audi alium
1. Pet. 5. Psal. 24. pſalmũ, Oculi mei ſemper ad Dominũ. Et quaſi diceretur illi, Quid agis de pedibus tuis cum non ante te attendis, quoniam ipſe, inquit, euellet de laqueo pedes meos, Firmabo ſuper te oculos meos dãs tibi intellectũ, & protetionẽ meã.

9 In Psal. 39. IDEM explicans illa verba: Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi, ſic habet: Nõ vides teneros agnos capitibus pulſare vbera matrũ, vt lacte ſatientur? Expectans inquit expectaui Dominũ. Et quid ille? An auertit ſe a te, an ſuſtinentem contempſit? An forte non vidit? Non plane iſta, ſed quid? Et attendit mihi, & exaudiuit precem meam. Attendit, & exaudiuit, Ecce nõ fruſtra ſuſtinuiſti, ſuper te oculos
Psal. 33. eius, ad te aures eius, oculi enim Domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum. Quid ergo cum male feceras cũ eũ blaſphemares non videbat. Et vbi eſt quod in alio pſalmo dictũ eſt, Vultus autem Domini ſuper faciẽtes mala? ſed vt quid? Vt perdat de terra memoriam eorum. Ergo, & cum malus eſſes attendebat te, ſed Dominus attendebat tibi. Proinde iſti qui ſuſtinuit Dominũ parũ ei fuit dicere attẽdit me, ſed attendit mihi, inquit, ideſt cõſolando attẽdit, vt mihi prodeſſet. Attẽdit, & eduxit me de lacu miſerię, & de luto fęcis. Lacus miſerię, profunditas eſt iniquitatis ex carnalibus concupiſcentijs.

10 In Psal. 65. IDEM ſic ait: Reſpicere pro diligere poni quotidianũ eſt, primo quia de Deo dicimus reſpexit me. Quid eſt reſpexit me? Ante enim te non videbat? Aut rurſum attendebat, & precibus tuis commonitus eſt, vt in te oculos mitteret? Videbat te, & ante, ſed reſpexit me, dicit dilexit me. Et homini qui te videt, & rogas eum dieis, vt miſereatur tui, reſpice me. Videt te, & dicis reſpice me. Quid eſt reſpice me? Dilige, attende, miſerere mei.

11 Concione 15. in Psal. 118. Psal. 45. IDEM explicans illa verba: Memor eſto verbi tui ſeruo tuo, inquit. Nũquid obliuio ſicut in hominẽ, cadit in Deum? cur ergo ei dicitur, Memor eſto, quanuis in alijs ſanctæ ſcripturæ locis ipſum verbum omnino ponatur, vt eſt quare mei oblitus es, & obliuiſceris inopię noſtræ & tribulationis noſtræ, & ipſe Deus per prophetam, omnes imquitates eius obliuiſcar, ſed non vt hominibus iſta contingunt, ita intelliguntur in Deo. Nam ſicut Deum pœnitere dicitur, quando præter hominum ſpem res mutat
Psal. 32. conſilio non mutato, quia conſilium Domini manet in æternum, ita dicitur obliuiſci quando tardare videtur adiutorium, vel promiſſum, vel non retribuere digna peccantibus, vel ſi quid huiuſmodi, tanquam eius memoria ſit elapſum quod ſperatur ſiue timetur, & non fit. Dicuntur iſta locutione morali, qua humanus mouetur affectus, quanuis enim Deus faciat certa diſpoſitione, non deficiente memoria, nec obſcurata intelligentia, nec voluntate mutata. Cũ itaque dicit, Memor eſto verbi tui ſeruo tuo, orãtis deſideriũ eſt, quia promiſſum poſcit, oſtẽditur, Memor eſto ideſt imple promiſſum ſeruo tuo.

12 In Psal. 138. IDEM exponens illa verba: Imperfectum meum viderunt oculi tui ſic habet: Imperfectũ meum, Petrum pollicentem, & negantem, præſumentẽ, &, viderunt tamen oculi tui, nã quòd eum, & ipſe Dominus reſpexit ſicut ſcriptũ eſt Luc. 22. in Euangelio, & egreſſus foras, fleuit amare. Flectus ille de reſpectione Dei fuit, quia imperfectũ meum, inquit, viderunt oculi tui. Nam ille imperfectus titubans in Domini paſſione proculdubio periret, ſed viderunt eum oculi tui.

13 Lib. 17. mo ral. cap. 1. to. 2. IDEM explicans illa verba: Iob. 24. cap. non ſit in recordatione ſed cõteratur quaſi lignũ infructuoſum, ait: In recordationẽ cõditoris non reducitur, quisquis vſque ad finẽ vitijs ſubiugatur. Nã ſi hũc ſuperni reſpectus memoria tãgeret, proculdubio ab iniquitate reuocaret, eius quippe merita exigunt, vt funditus ab auctoris recordatione deleatur. Sciendũ vero eſt, quòd proprie Deus non dicitur recordari, qui enim obliuiſci nõ poteſt, quomodo recordari poteſt? Sed quia eos nos quorũ recordamur, amplectimur, ab his autẽ quorum obliuiſcimur, elongamur, humano vſu, & recordari Deus dicitur, cũ dona tribuit, & obliuiſci, cum in culpa derelinquit. Sed quia cuncta pẽſat, cũcta ſine intermiſſionis alteratione cõſiderat, & recordatur bonorũ, quorũ tamen numquã obliuiſcitur, & nullatenus recordatur malorũ, quos tamen per iudiciũ ſemper intuetur. Quaſi enim redit ad bonorum memoriam, quam tamen numquam deſeruit, & quaſi nequaquam malos reſpicit, quorum tamen facta conſiderat, ſed ſuper hæc damnationis iudicium in vltimis ſeruat. Hinc enim ſcriptum eſt, Oculi Domini contemplantur bonos, & malos. Hinc per Pſalmiſtam dicitur, Vultus autem Domini ſuper facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Cõ

Matth. 7. ſiderat igitur quos puniat, ſed eoſdem ipſos ante non vidit, quos neſcit. Nam quibusdam in fine dicturus eſt, Neſcio vos vnde ſitis. Miro igitur modo prauorum vitam, & intuetur & obliuiſcitur, quia quos per diſtrictionem ſententiæ iudicat, quantum eſt ad memoriam miſericordiæ ignorat, qui quoniam in eius recordationẽ non veniunt, quaſi infructuoſum lignum ex eius iudicio conteruntur.

14 Lib. 32. mo ral. c. 6. Hier. 2. Esaiæ 49. IDEM exponens illa verba: Si habet brachium ſicut Deus, Iob. 40. ait: Aliquando Deus amentibus hominum ſimilitudinem trahit, ſicuti per Prophetam ad Iſrael dicit, Recordatus ſum tui miſerans adoleſcentiam tuam. Et rurſum per ſponſæ comparationem loquens ait, & ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui, Quis enim neſciat quia Dei memoria, nec obliuione rũpitur, nec recordatione ſarcitur, ſed dum aliqua deſerens prætermittit, more mentium obliuiſci dicitur, & cum poſt longum tempus, quæ voluerit viſitat, noſtrę mutabilitatis conſuetudine recordatus vocatur. Quo enim pacto diuinitatis eius vim obliuio diſſipat, cui ipſa quoque laudabilis memoria eſſentialiter concordat? Nulla namque niſi aut preterita, aut abſentia recordantur, Deo autem cuncta ſunt præſentia.

15 Lib. 31. c. 7. IDEM explicans illa verba Iob 40. cap Et reſpiciens omnem arrogantem humilia, inquit: Duobus modis a Domino peccator vnuſquiſque reſpicitur, cum aut a peccato conuertitur, aut ex peccato punitur. De reſpectu enim
Luc. 22. conuerſionis dicitur, quia reſpexit Dominus Petrum, & recordatus Petrus verbi Ieſu fleuit amare. De reſpectu vltionis rurſus dicitur, Vultus autem Domini ſuper faciẽtes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Vtriſque autem modis in humilitate arrogans ſternitur, quia aut pœnitendo cognoſcit culpam, aut perPſal. 33. eundo percipit pœnam.

16 Lib. de spu Sto. Dr. cap. 1. AMBROSIVS vbi exponit Pſalmum Miſerere mei Deus, ſuper illud, Ne proijcias me a facie tua, cap. 14. ait: Si quis nos offenderit ſeruulorum auertere ab eo vultus ſolemus, & hæc pœna grauior æſtimatur. Si apud homines hoc graue dicitur, quãto magis apud Deum? Vides enim quòd faciem ſuam Deus a Cain muneribus auertit, reſpexit autem ſuper munera Abel, itaque tacito vultu alterum innocentem pronunciauit, alterum peccatorem. Ideo Dauid obſecrat, vt flagelletur, potius quã
Psal. 118 proijciatur a facie Domini, ideo iuſtus ait, Vultum tuum Domine requiram. Vbi enim Domini vultus, ibi lumen eſt, ſicut ſcriptum eſt, faciem tuam illumina ſuper ſeruum tuum, & vbi primum intuitus eſt, Petrum vidit, & illuminauit. Grande ergo ſupplicium proijci a facie Dei. Profectus eſt Adam de paradiſo, neque immerito, ipſe enim ante ſe abſconderat a facie Dei. Exiuit & Cain a facie Dei non ſolum poſt particidale commiſſum, ſed etiam quia putauit Deum eſſe fallendum, vt crimen negaret. Quomodo proijciat Deus a facie ſua audi
Genes. 3. dicentem, Tollite illum in tenebras exteriores ibi erit fletus. Peccator igitur excluditur a facie Dei, iuſtus autem dicit; Ecce ego, vt Dauid videns interitũ populi dixit, Ego qui peccaui.

17 Oct. 17. ſuper Pſ. 118. to. 2. IDEM ſuper illud aſpice in me & miſerere mei, ſic ait: Pulchre addidit, reſpice in me, & miſerere mei, quia reſpicit, & iratus, vt reſpexit ſuper caſtra Aegyptiorum, & ligatis axibus curuum omnes eos deiecit in fluctus. Reſpexit ſuper Sodomam, & Gomorrhã, quarum vtraq. peccatorum ſuorum luitura ſupplicium diuinæ pretium ſoluit offenſæ, ſcriptum eſt etiam, Aſpicies ſuper terram, & facies eam tremere. E contra reſpexit ſuper munera Abel, ſuper Cain autem munera non reſpexit. Quid autẽ ſit reſpicere Deum illo teſtimonio declaratur, Quia reſpexit ſuper filios pauperum, & nõ deſpexit preces eorum, oculus enim Domini non aſpernatur iuſtorum munera. Denique oculos noſtros, cum in aliquem mouemur, auertimus, quaſi indignum eum aſpectu iudicemus, quem oderimus affectu.
Psal. 101.

18 Oct. 19. ſuper Pſ. 118 eod. to. Psal. 138. IDEM oſtendit Deum, vbique præſentem ex illo, Cælũ, & terram ego implebo, & ex illo, Quo ibo a ſpiritu tuo, ſi aſcẽdero in cælũ, tu illic es. An cum de ſole dubitare nequeamus, quòd procedẽs toto orbe radios diffundat ſuos & omnibus lumen infundat, quẽ etiam illi, qui videre non poſſunt, ſentiunt tamen aeris ipſius fotu eſſe præſentẽ. Vbi enim deeſt calor illius? Quo radij eius non perueniunt? In cælo fulget, in mari rutilat, feruet in terris. De ſole ergo non dubitas, quòd vbicũque reſplẽdeat, de Deo dubitas, quòd non vbique fulgeat ſplendor gloriæ eius, & imago ſubſtantiæ? quòd non penetret Verbũ Dei, qui etiã occulta mentis illuminat, quæ non poteſt iſte ſol penetrare? animæ vigor per corpus omne diffunditur, ſiue manus, ſiue pes, ſiue digitus particeps ſenſus eſt, Dei poteſt alicubi deeſſe ſapientia, alicubi eius deeſſe maieſtas? verũtamen ſicut animæ noſtrę vigor putrem corporis refugit portionẽ, quòd eius gratiã corrupti artus ſentire non poſſunt, ſic Deus corruptæ animæ membra quædam non dignatur inhabitare.

Deus inſpirationibus, et modis mirã dis alloquitur homines, ſi illi attendãt, & ſint capaces. Cap. XXVII.

1 Hom. de ieiunio, & Geneſ. to. 1. CHRYSOSTOMVS ſic habet: Intuere magnificentiam Dei, ex initio per ſemetipſum loquebatur hominibus Deus ſecundũ quod audire eis poſſibile erat. Sic denique cum Adam locutus refertur, ſic increpaſſe eum, ſic cum Noe ſermocinatus, ſic apud Abraham hoſpitio ſuſceptus, & cõuiuij cõfabulatione vſus. Verum vbi humanum genus procliuius in malitiam declinauit, & a parente, & a conditore ſuo, quaſi lõga quadam peregrinatione diſceſſit confabulatione ceſſante, litteris ad eos tamquam longe a ſe poſitos, & epiſtolis vtitur,

quibus eos veteris cuiusdam amicitiæ,& familiaritatis admoneat. Primam quidem epistolam ad homines per Moysem direxerit Deus, cuius exordium est,In principio creauit Deus cælum,& terram.

2 Epist. cuius titulus est de his quæ Deo in sacris litteris attribuuntur to. 9.

HIERONYMVS sic habet: Loqui Dei, est inuisibiliter sine voce,vel quolibet strepitu in mentibus sanctorum voluntatem suam, atq. rectum intellectum inspirare. Quæ locutio Dei,vt quidam volunt tribus modis accipitur. Primo siamque modo per subiectam creaturã, sicut ad Moysem in igne, & Rubo apparuit,vel sicut ad Abraham,atque Iacob, & ceteros sanctos,quibus in Angelis apparuit. Secundo vero modo in somnis,sicut ad Iacob & ad Zachariam Prophetam, & ad Ioseph sponsum Mariæ, & alijs sanctis, quibus secreta reuelare voluit. Tertio autem modo nec per creaturam inuisibilem,neque hominem,sed occulta tantum inspiratione inuisibiliter corda eorum tangendo afficir,sicut in libro Prophetarum scriptum est cum ipsi Prophetiæ subito afflati Spiritu sancto exclamant dicentes,Hæc dicit Dominus.

3 Lib. 9. in cap. 28. Esa. to. 4.

IDEM exponens illa verba: Quem docebit scientiam,aut quem intelligere faciet audi tum? ablactatos a lacte auulsos ab vberibus,inquit.Quis ait dignus est doctrina Domini,quis verbis Saluatoris dicẽtis, Qui habet aures audiendi audiat, vt quod auribus hauserit cotde intelligat? Quinã illi sint sequens versus ostendit. Ablactati a lacte, auulsi ab vberibus. Qui nequaquam lacte nutriuntur infantiæ, sed solido vescuntur cibo,qui auulsi sunt ab vbere cum Isaac,propter quam lætitiam fecit Abraham grande conuiuium, ij merentur Domini audire mysteria,& intelligere quæ sacerdos,& Propheta nesciunt,inebriati,& absorpti a vino,qui errauerunt, & nescierunt videntem, quia omnes mensæ eorum repletæ sunt vomitu, sordiũque,qui Prophetis ventura annumerantibus,& nisi fecissent, quæ præcepta erant, tormenta minitantibus, solebant dicere subsannatores, Manda remanda, manda remanda, idest præcipe,præcipe, impera quæ facere debeamus.

Gen. 11.

4 Libro 2. in c. 5. Hiere.

IDEM explicans illa verba: Metuamus Dominum Deum nostrum qui dat nobis pluniã temporaneam, & serotinam, ait: Possumus imbrem temporaneum, & serotinum uarias Dei, & diuersas vocationes accipere a prima hora vsque ad vndecimam, in quibus operarijs vineæ vnum æternæ vitæ præmium pollicetur. Cur autem declinaret ab eis imber temporaneus, & serotinus, & bona omnia non venirent, causam subijcit dicens, Iniquitates vestræ declinauerunt hæc, & peccata vestra prohibuerunt bonum vobis, quia inuenti sunt in populo meo impij.

Matt. 20.

In cap. 38. Iob to. 7.

IDEM explicans illa verba: Numquid eleuabis in nebula vocem tuam, & impetus aquarum operiet te, dicit: Vocem eleuo, ait Dominus,quando hominibus clamo,Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & pietatis affectu pulso secreta mentis ipsorum,vbi est velut nebula caligo peccati, & nominis mei valde obscura obliuio, vt obedientibus voci meæ innumeris populis circundatus quasi impetu influentibus aquis operiar, quibusque velut vestimento induar vt in eis habitem sicut propheta ait: Sicut sponsa induit me vestimento. Alij dixerunt, vocabis nubem voce,& in tremore aquæ validæ obediet tibi. Aquæ valida tremendum diuinæ voluntatis præceptum est, quod Deus quemlibet sanctum voce idest, affectu clamoris, & insinuationis instinctu,vt obediendo saluetur, obseruare iubet. *Infra*: Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & reuertentia dicent,Tibi assumus? Fulgura sunt inspirationes diuinæ quibus illuminantur corda sanctorum,vt eis accensis in amore charitatis Christi conflagrent. Hæc autem fulgura illuminationis Dei reuertentur ad Deum, qui ea ad desiderium sui excitandum emiserat,quã do per eandem visitationem diuinam ardenti animo, & feruenti opus suę illuminationis effecerunt.

Esai. 61.

5 Lib. 2. de serm. Domini in mõte to. 4.

AVGVSTINVS ait: Nulla est anima quamuis peruersa,quæ tamen vllo modo ratiocinari potest, in cuius conscientia non loquatur Deus. Quis enim scribit in cordibus hominum naturalem legem nisi Deus? De qua lege Apostolus ait, cum enim gentes quæ legẽ non habent,naturaliter quæ legis sunt faciunt, ij legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis contestante conscientia ipsorum. Vnde hominis anima rationalis etiam cupiditate cæcata cum cogitat, & ratiocinatur quicquid in ea ratiocinatione verum est, non ei tribuendum est,sed ipsi lumini veritatis, a quo vel tenuiter pro sui capacitate illustratur,vt verum aliquid in ratiocinando sentiat. *Infra*: Quamuis etiam per creaturam corporalem atque visibilem Deus plerumque locutus est,seu bonis, seu malis, tanquam omnium Dominus, & rector, & pro cuiusque rei meritis ordinator, sicut per angelos, qui hominum quoque aspectibus apparuerunt, & per prophetas dicentes, hæc dicit Dominus.

Rom. 2.

6 In Psal. 49. to. 8.

IDEM exponens illa verba: Audiam quid loquatur in me Dominus Deus,sic habet: Propheta dixit, loquebatur in illo Deus intus, & mundus faciebat illi strepitum foris. Cohibẽs ergo aliquantum a strepitu mundi, & auertens se ad se,& a se in illum, cuius vocem audiebat interius, quasi obturans aurem contra tumultuantem vitæ huius inquietudinem, & contra animam corpore, quod corrumpitur,aggrauatam,& sensum terrena inhabitatione deprimẽtem multa cogitantem,& ait,Audiam quid loquatur in me Dominus Deus,& audiuit.Quid? Quoniam loquetur pacem in plebem suam, & super sanctos suos, & in eos qui conuertuntur ad cor.

Sap. 9.

7 In lib. 50. Homil. homilia 18. to. 10. 1. Reg. 19

IDEM sic habet: Dixerat Dominus Eliæ vade in Sarepta Sidoniorum, ibi enim mandaui mulieri viduæ,vt te pascat. Videtis quomodo mandet Deus,non in aure,sed in corde.Nũquid legimus, quia missus est aliquis Propheta ad illam mulierem, & dictum est ei, hæc dicit Dominus, Venturus est ad te esuriens seruus meus,ex eo quod habes ministra illi,inopiam noli metuere,ego supplebo quod dederis? Hoc ei dictum non legimus. Nec hoc legimus,quod in somnis ad eam missus fuerit Angelus,& præ nunciauerit Eliam esurientem esse venturum, aut de illo pascendo aliquis mulierem illam admonuerit.Sed mandat Deus miris modis qui in cogitationibus loquitur. Dicimus mandasse Deum, loquendo in corde, suggerendo quod opus erat,persuadendo quod vtile erat rationali animæ viduæ mulieris.Sic enim in prophetis legimus quod Dominus mãdauerit vermi, vt roderet radicem cucurbitæ. Quid est mandauit, nisi cor præparauit? Inspiratione itaque Domini uidua illa mulier cor præparatum habebat ad obediendum. Talis venerat, talis cum Elia loquebatur. Qui erat in Elia, vt præciperet, ipse erat in vidua, vt obediret.

Ionæ 4.

8 Lib. 4. moralium cap. 20.

GREGORIVS exponens illa verba Iob. cap. 4.& quasi furtiue suscepit auris mea venas susurrij eius, ait: Venas superni susurrij auris cordis furtiue suscepit, quia subtilitatem locutionis intimæ afflata mens,& raptim,& occulte cognoscit. Nisi enim se ab exterioribus desiderijs abscondat,interna non penetrat. Occultatur autem vt audiat, & audit vt occultetur, quia, & subtracta a visibilibus inuisibilia conspicit,& repleta inuisibilibus,visibilia perfecte contemnit. Notandum vero quod non ait,quasi furtiue suscepit auris mea susurrium eius,sed venas susurrij eius. Susurrium quippe occulti verbi,est hæc ipsa locutio aspirationis internę. Venæ autem susurrij dicuntur causarum origines, quibus hæc ipsa aspiratio ad mentem ducitur.Quasi enim venas susurrij sui aperit,cum nobis Deus latenter insinuat,quibus modis ad nostræ intelligentiæ aurem venit. Aliquando enim nos amore,aliquando terrore compũgit, aliquando præsentia quãm nulla sint ostendit, & ad æterna diligenda desiderium erigit, aliquando prius æterna indicat, vt post temporalia vilescant. Aliquãdo nostra nobis mala aperit, & ad hoc nos vsque, vt alienis etiam malis condoleamus extendit. Venas itaque diuini susurrij furtiue audire,est occultos diuinę inspirationis modos tenuiter,& latẽter cognoscere.

9 Lib. 4. moralium cap. 20.

IDEM explicans illa verba Iob 37. Audiet auditionem in terrore vocis eius, & sonũ de ore illius procedentem, inquit: Vox Dei nõ in gaudio,sed in terrore audiri perhibetur, quia nimirum peccator quisque dum sola, quæ terrena sunt, cogitat, dum cor oppressum infamis cogitationibus gestat, si repente diuinæ gratiæ inspiratione tangitur,hoc autem omnia intelligit, quòd cuncta quæ agit districta æterni iudicis animaduersione puniantur. Auditio igitur vocis Dei prius in terrore fit,vt post vertatur in dulcedinem,quia ante nos districti iudicis timore castigat, vt iam castigatos superdicis dulcedinis castigatione reficiat, & sonũ de ore illius procedentem. Sonus ex Dei ore est, vis timoris de superna irruẽs aspiratione,quia cũ nos de venturis Dominus aspirando replet, proculdubio de male gestis præteritis terret.

10 Eod. lib. cap. 13. Iob 37.

IDEM explicans illa verba: Et non inuestigabitur, cũ audita fuerit vox eius sic habet: vox Domini auditur cum gratiæ eius aspiratio mente concipitur, cum insensibilitas occultæ surditatis rumpitur, & cor ad studium summi amoris excitatum, virtutis intimæ amore penetratur. Sed istam vocem superuenientis spiritus, quæ se in aures cordis insinuat, nec ipsa mens quæ per hanc illustrata fuerit, inuestigat. Pensare enim non valet, inuisibilis virtus quibus sibi meatibus influat, quibus ad se modis veniat,quibus recedat. Vnde,& bene per Ioannem dicitur, Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audit,sed nescis vnde veniat,& quo vadat. Vocem enim spiritus audire, est vim compunctionis intimæ in amore inuisibilis conditoris assurgere. Sed nemo scit vnde veniat,quia ignoratur per ora prædicantium quibus se ad nos occasionibus fundat. Et nemo scit quo vadat, quia cum vnam prędicationẽ multi audiant,intelligi proculdubio non potest,quem deserens abijciat,aut cuius ingrediens in corde requiescat. Vna quippe res foris agitur, sed non per hanc vno modo intuentium corda penetrãtur, sed ij occultæ aspirationis modi quia comprehendi nostra cogitatione nequeunt, nimirum diuinæ vocis vestigia nesciuntur. Bene ergo dicitur, & non inuestigabitur cũ audita fuerit vox eius.Vnde, & adhuc subiungitur. Tonabit Deus voce sua mirabiliter.Voce sua Deus mirabiliter tonat,quia occulta vi corda nostra incomprehensibiliter penetrat. Quæ dũ latentibus premit in timore, & format in amore,quãto ardore sequendus sit, aliquo modo silenter clamat, & fit cuiusdam impulsionis nimietas in mente,cum nihil sonet in voce. Quæ tanto apud nos valentius perstrepit,quanto,& ab omni exteriori strepitu aurem nostri surdescere cordis facit. *Infra*. Et quia cũ hac voce torporis nostri surditas rumpitur,vetustæ vitæ protinus vsus mutatur, & anima superno spiritu afflata, & in summis appetat,quę contemserat,& contemnat in infimis,quæ appetebat,recte subiungitur,Qui facit magna,& inscrutabilia. Vt enim homo terrenis vsibus deditus, iniquis desiderijs pressius subito ad noua efferueat,atq. ad cõsueta frigescat,exterioribus curis renunciet,interni cõtemplationibus anhelet,quis hãc virtutẽ superne vocis considerare sufficiat? Quis cõsiderando cõprehẽdat? Magna sunt quæ per vocẽ suam Dominus facit,sed minus magna essent,si perscrutari potuissent. Voce sua foris etiã per Apostolos insonat,sed corda audientiũ per seipsum interius illustrat Paulo attestante qui ait,Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit.

Ioan. 3.

11

1. Cor. 3.

12 Lib. 28. moral cap. 2.

IDEM exponens verba illa Iob 38. cap. Respondẽs autem Dominus Iob de turbine dixit, sic habet: Notandum videó,quia si sano,atque incolumi loqueretur ex trãquillitate,Dominica locutio facta diceretur, sed quia flagellato loquitur de turbine, locutus fuisse describitur,

aliter enim Dominus seruis suis loquitur, cum eos intrinsecus per compunctionem prouehit, aliter cum per districtionem, ne extollantur premit. Per blandam enim locutionem Domini, amanda dulcedo eius ostenditur, per terribilem vero potestas eius metuenda monstratur. In illa persuadetur animæ, vt proficiat, in ista reprimitur quæ proficit. In illa discit quod appetat, in ista quod metuat. Per illam, dicitur gaude, & lætare filia Sion, quia ecce venio, & habitabo in medio tui. Per istam dicitur Dominus in tempestate veniet, & in turbine viæ eius. Blandus quippe est, qui vt in medio inhabitet venit. Cum vero se per tempestatem, & turbinem insinuat, nimirum quæ tangit corda perturbat. Sciendum præterea est, quia duobus modis diuina locutio distinguitur. Aut per semetipsum namque Dominus loquitur, aut per creaturam angelicam eius ad nos verba formatur. Sed cum per semetipsum loquitur, sola nobis vis internæ inspirationis aperitur. Cum per semetipsũ loquitur, de verbo eius sine verbis, ac syllabis cor docetur, quia virtus eius intima quadam subleuatione cognoscitur. Ad quam plena mens suspenditur, vacua grauatur. Pondus enim quoddam est, quod omnem animam quam replet, leuet. Sine strepitu sermo est, qui & auditum aperit, & habere sonitum nescit. Quod enim de aduentu Spiritus sancti scriptum est, factus est repente de cælo sonus tamquam aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domũ, & apparuerunt illis dispertitæ linguæ quasi ignis, seditque supra singulos eorum, per ignem quidem Dominus apparuit, sed per semetipsum locutionem inferius fecit. Et neque ignis Deus, neque ille sonitus fuit, sed per hoc, quod exterius exhibuit, expressit hoc, quod interius gessit. Quia enim discipulos, & zelo succẽsos, & verbo eruditos intus reddidit, foris linguas igneas ostendit. In significatione igitur admota sunt elementa, vt ignẽ, & sonitum sentirent corpora, igne vero inuisibili, & voce sine sonitu docerentur corda. Et cum Reginæ Candacis Eunuchus currui præsidens iter caperet, atque Esaiam non intelligẽs in manibus haberet, in corde nimirum spiritus Philippo dixerat, adiunge te ad currum. Et cũ ad euocandum Petrum, timentes Deum milites Cornelius dimisisset, in mente proculdubio a spiritu Petrus audiuit, Ecce tres viri quærunt te, surge, descende, & vade cum eis. Spiritum enim Dei, quasi quædam nobis verba dicere, est occulta ui, ea quæ agenda sunt, intimare, & cor hominis ignarum non adhibito strepitu, & tarditate sermonis peritum repente de absc̃oditis reddere. Nam quia auditus ea quæ ad se fiunt nõ simul omnia dicta comprehendit, quippe qui, & causas per verba, & particulatim verba per syllabas percipit, visus autem noster in eo quod se dirigit totum subito, & simul apprehendit, Dei locutio ad nos intrinsecus facta, videtur potius quàm audiatur, quia dum semetiptum sine mora sermonis insinuat, repentina luce nostræ ignorantiæ tenebras illustrat. Vnde, & Baruc, cum requisitus exponeret quemadmodum verba Hieremiæ prophetantis audisset ait, ex ore suo loquebatur quasi legens, & ego scribebam. Qui enim legens loquitur alio intendit, sed alio verbum facit, quia quod videt dicit. Prophetæ ergo Dei, quia eius verba vident potius in corde quã audiunt, quasi legentes loquuntur. Cum vero per angelum voluntatem suam Dominus indicat, aliquando eam verbis, aliquando, factis demonstrat, aliquando simul verbis, & rebus, aliquando imaginibus cordis oculis ostensis, aliquando, & imaginibus, & ante corporeos oculos ad tẽpus ex aere assumptis. Nonnunquam vero etiam per angelum humanis cordibus ita loquitur Deus, vt ipse quoque angelus mentis obtutibus præsentetur. Verbis namque per Angelum loquitur Deus, cum nihil in imagine ostenditur sed supernæ verba locutionis audiuntur, sicut cum vox ad Christum facta est, & clarificani, & iterum clarificabo. Aliquando, rebus per Angelos loquitur Deus, cum nil verbo dicitur, sed ea quæ futura sunt assumpta de elementis imagine significantur: Sicut Ezechiel nil verborum audiens. Electri speciem in medio ignis vidit, vt videlicet dũ solã speciẽ aspiceret quæ essent in nouissimis ventura sentiret. Electrum quippe ex auro argento que miscetur, in qua permixtione argentum quidẽ clarius redditur, sed tamen fulgor auri temperatur. Quid ergo in electro, nisi mediator Dei, & hominum demonstratur? Qui dum semetipsum nobis ex diuina, atque humana natura composuit, & humanam per deitatem clariorem reddidit, & diuinam per humanitatem nostris aspectibus tẽperauit. Aliquando per Angelos verbis simul, & rebus loquitur Deus, cum quibusdam mentibus insinuat hoc, quod sermonibus narrat. Ne que enim Adam post culpã in diuinitatis substantia videre Deum potuit, sed increparionis verba per Angelum audiuit. Increpauit ergo Adam deambulans, vt cæcis mentibus nequitiam suam nõ solum sermonibus, sed etiam rebus aperiret, quatenus peccator homo, & per verba, quod fecerat, audiret, & per deambulationem amisso æternitatis statu mutabilitatis suæ inconstantiam cerneret, & per auram feruore charitatis expulso torporé suum animaduerteret, & per declinationem Solis cognosceret, quòd ad tenebras propinquaret. *Infra:* Post multa alia concludit. Cum vero beato Iob respondisse Dominus de turbine dicitur vtrũ per semetipsum, an ei per Angelum sit locutus ambigitur. Potuerunt quippe per Angelum commotiones aeris fieri, & hæc ei, quæ subiuncta sunt per eum verba mandari. Rursumque potuit, & exterius Angelus in turbine aerem excutere, & tamen interius per semetipsum Dominus vim suæ sententiæ cordi eius, sine verbis insonare, vt credatur, quod dicta Dominica quæ sequuntur, ipse iam per verba protulit, qui repletus Deo, hæc sine verbis audiuit.

Deus

Zach. 2. Esai. 66.

13

Act. 2.

Act. 8.

Act. 10.

14

Baruch 1.

Ioan. 17.

Ezech. 1.

15

Deus solus & virtus sunt animæ, diuitiæ, cibus, & indumenta iustorum, quibus carent peccatores. Cap. XXVIII.

1 Hom. 11. in Psal. 44. to. 1.

BASILIVS explicans illa verba: Omnis gloria eius filiæ regis ab intus in fimbrijs aureis, sic habet: Gloria sponsæ Christi, quæ deinceps in filiã Regis est adoptata, intus est. Quin & fimbriæ aureæ, quibus tota est circumamicta anima talis, & variegata, vtique in intimis sunt repositæ. Ne tu quicquam quæras in externo isto auro, aut variegato corporis amictu, magis cultum quendam mihi hic insinuari intellige, qui dignus sit cohonestare, ac redimere hominem, qui ad sui conditoris imaginẽ creatus est, iuxta verbum Apostoli, exuti veterem hominẽ, & induti nouum, qui renouatur ad agnitionem secundum imaginem sui conditoris. Et qui induit se viscera misericordiæ, bonitatem, humilitatem, longanimitatem, mansuetudinẽ, talis interiori amictu indutus est, & secundum interiorem hominẽ probe adornatus, & exultus. Paulus item monet, Induite Dominum Iesum non secundum exteriorem hominem, sed mens nostra Dei memoria circumamiciatur. Puto enim spiritalem pertexi tũc vestem cum operatio comes attexitur verbo doctrinæ. Quemadmodum enim pallium tegendo corpori, tunc detexitur, dum subtegmen innectitur stamini, sic vbi verbum primas in ordiẽdo obtinuerit, si mox actiones verbo consentaneæ attexentur, tunc exornandæ animę decẽtissimus, & plurimum habens honestatis amictus confici possit animæ inquam secundum virtutem, & verbo, & opere suam absoluenti vitam. Eiusmodi fimbriæ spirituales sunt, eoq. astruuntur esse aureæ.

2 Serm. 2. in epist. ad Philipp. to. 4.

CHRYSOSTOMVS sic habet: Dignus es lachrymis tu qui eges, non ideo quòd eges, sed quòd teipsum pro misero habes. Deploramus enim illos qui cum nihil habeant mali, nihilominus molestẽ sortem suam ferunt, nõ quòd male habeant, sed quòd cum non habeant male, habere se putant, vtpote si quis a febri liberatus, ardore nihilominus mæreat, & cum sanus sit; in lecto tamen plusquam febricitantes ipsi soleant, circumferatur, nonne is dignus fuerit, qui deploretur? Ita & tu pauper dignus es lachrymis, ob hoc quòd miserum teipsum æstimas, non ideo quòd pauper es. Paupertatis quippe gratia beatissimus etiam es. Vt quid inuides diuiti? Quòd seipsum pluribus curis obnoxium fecit? Quòd grauiori seruituti se subdidit? Quòd innumeris veluti catenis canis instar pecunijs suis ligatus est? Non est pauper qui nihil habet, sed qui multa concupiscit. Viciissim non est dives qui multa possidet, sed qui nullis eget. Quid enim fuerit; si orbem quidem vniuersum possederis, vitam vero duxeris tristiorem, quàm soleant qui nihil habẽt? Voluntates hominum & diuites faciunt, & pauperes, non pecuniarum, vel abundantia, vel defectus. Vis dives fieri, qui pauper es? Licet, si volueris, atque id nemine etiam prohibente, contemne mundi pecunias. Cogita illas nihil esse, quemadmodum nihil sunt. Reijce abs te diuitiarum cupidinem, & plane ditatus es. Iste demum vere dives est, qui ditescere non cupit. Et in fine sermonis concludit. Vides quòd neque paupertas, neque diuitiæ bonum quid sint, sed nostrum ipsorum propositum & voluntas? Voluntatem itaque nostram dirigamus, illam ad philosophiæ studium instruamus. Si illa bene habuerit, neque diuitiæ nos Regno Dei eijcere poterunt, neque paupertas efficere, vt minus quid habeamus.

3 Lib. 2. contra vituperatores vitæ monast. to. 5.

IDEM vt explicet paupertatem in monacho præferendam esse cunctis opibus, ait: Dic quæso te, vtrum omnes beatum dicimus, atque inodiosum, & plane felicissimum, eumne qui siti semper æstuat, quiq. antequam priorem calicem sorbuerit, rursus alio indiget, atque semper in hoc perseuerat statu, an eũ qui superior ea necessitate constitutus sine siti semper durat, numquam penitus vlla potationis necessitate constringitur? Nonne alius quidem his, qui graui febrium ardore cruciantur, simillimus videtur, atque violentissimæ necessitati addictus, etiamsi ex fontibus haurire purissimos, atque vberrimos latices possit, alius vero vera profecto libertate liber est, veraq. sanitate sanus, ipsamq. naturam excedit humanã? *Infra*: Quæso te idcirco lamentaris, & luges filium tuum, quòd hac tanta vesania, tamquã desperato morbo liber euasit? Quòd à bello hoc & pugna manfit immunis? quòd hoc irremediabili, insanoq. amore caruit? Ad id numquã passus ille fuisset, inquies, neque plura cõcupisset, verum his quæ haberet contentus, nihil inquisisset amplius. Rem quidem dicis impossibilem, ipsiq. vt ita dixerim, naturæ contrariã, Verum si istud quoque concedamus fieri potuisse, vt ea esset moderatione animi, vt his quę haberet nihil vellet adijcere; ego sic quoque illum maiori modo in quiete, ac voluptate commorari docebo. Quid enim leuius, ac tranquillius esse censebimus, tantisne, tãtarumq. rerum curis implicari, eiusmodiq. custodiæ, ac seruituti obnoxium, quotidieq. sollicite metuere, ne quid rei familiaris pereat; an vero his curis, atque vinculis omnino expediri? Nam etsi sarcinas alias non appetat, vt interim id concedamus; nonne multo melius est, iam impositas abijcere, quàm ab eis ipsis opprimi? Denique si vt concessum est maximum bonum elicitur, plurimis non indigere, minimisq. contentum esse, necessitate omni celsiorem euadere, maioris profecto felicitatis erit. Is enim qui neque sitit vmquam, neque amat, multo profecto beatior, multoq. glorioſior esse monstratus est, non modo eis qui semper sitiunt, ac semper amant, sed eis quoque qui quantumlibet parum id passi sunt, suæque concupiscentiæ satisfecerunt,

4

cum

cum ipse numquam eiusmodi necessitati se subdiderit.

5 IDEM ait: Diuitibus huius sæculi præcepit Paulus non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum. Qui dixit, Diuitibus huius sæculi demonstrauit, & alios futuri sæculi diuites esse, qualis ille Lazarus erat, in præsenti quidē vita pauperrimus, in futura vero dives, non auro & argento, & vlla tali corruptibili, & marcescibili materia affluens, sed arcanis illis bonis, quæ nec oculus vidit, nec in cor hominis ascenderunt. Hæ namque veræ diuitiæ, & opulentia, quando & immarcescibilia sint bona, & nullam capiant mutationem. Sed nō talis erat ipse esplicatus dives, sed omnium pauperrimus factus est. Post hæc igitur stillam obtinere quærens, nec ipsius factus est compos in tam extremam deuenerat paupertatem. Idcirco præsentis sæculi diuites appellauit, vt discas; quòd cum præsenti vita, & copia pariter dissoluitur, non procedit vlterius, non simul migrat cum possessoribus migrantibus; sed ipsos sæpius & ante finē deserit, quod & ipsum demonstrat dicens. Neque in incerto diuitiarum. Nihil enim tam infidum, quàm diuitiæ quod cum sæpe dixerim, & dicere non quiescam, quòd fugitiuus est, & ingratus seruus fidē non habens, etsi innumera ipsi vincula circumponas, & sic vincula ipsa attrahens abit. Nec audiunt Prophetam dicentem: Væ qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarū gloriantur. Dic quare væ? Thesaurizat & ignorat, cui congregabit ea. Et quoniam labor quidem certus, fructus vero incertus, sæpius inimicis laboras, & ærumnis conficeris. Sæpius post mortem tuam ad eos qui te affecerunt iniuria, & innumeris circumuenerunt iniurijs & insidijs, hereditas veniens, tibi quidem peccata; possessionem vero alijs præbuit. *Infra*: Auarus custos est nō dominus, pecuniarum seruus non possessor. Facilius enim alicui ex proprijs carnibus, quàm ex defosso auro cōmunicaret. A suis tamquam ab alienis abstinet; & quippe sunt aliena, quæ enim alijs erogare numquam pateretur, neque in necessarijs impendere, etiā si infinitas sustineret pœnas, quomodo hæc esse propria putare posset? Quomodo vero eorum habet possessionem, quorum nec vsum, nec fructum cum libertate habet?

Hom. 2. ad Populū Antioch. 1. Tim. 6. Luc. 16. 1. Tim. 6. Psal. 48. Psal. 38.

6 HIERONYMVS exponens illa verba: Cumq. ingredientur portas atrij interioris vestibus lineis induentur, ait: Esse indumenta sancta & spiritualia docet Apostolus dicens. Induimini Dominum Iesum Christum. Et in alio loco, Induimini, sicut electi Dei sancti, & dilecti viscera misericordiæ, benignitatem, modestiam &c. Et iterum expoliate veterem hominem cum actibus suis, & induite nouum, qui renouatur in agnitionem iuxta imaginem eius, qui creauit illum. Quod & illud significare puto; oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. *Infra*: Hæc uestimenta proprio nobis labore conficimus, quæ texta sunt desuper, qualem & Dominus habebat tunicā, quæ scindi non potuit, quibus induimur quando secreta Domini & arcana cognoscimus, & habemus spiritum, qui scrutatur etiam alta & profunda Dei, quæ non sunt monstranda uulgo, nec proferenda ad populum, qui non est sanctificatus. Esse autem e contrario pessima uestimenta docet Scriptura diuina, ut est illud quod in Psalmis de Iuda proditore cantatur: Indutus est maledictione, sicut uestimento. Et post paululum. Fiat ei sicut uestimentum quo operitur, & sicut zona qua semper præcingitur. Vnde & Dominus qui pro nobis doluit, & nostra peccata portauit, in Zacharia sordida habere dicitur uestimenta, de quibus scriptum est. Et Iesus erat indutus uestibus sordidis, quæ postea deponit dicente Scriptura: Auferte ab eo uestimenta sordida, & induite eum podere &c.

Lib. 13. in Exech. to. 4 Rom. 13. Coloss. 3. 1. Cor. 15 Ioan. 18. Psal. 108. In cap. 1. Sophon. to. 5.

7 IDEM explicans illa verba: Et erit in die hostiæ Domini visitabo super principes, & super omnes, qui induti sunt veste peregrina, sic ait: Visitabo, inquit, super eos, qui induti sunt vestimentis alienis, qui recesserunt a protectione, & indumento Dei, & suo errore cooperti sunt. *Infra*: In die autem iudicij visitabit Dominus super omnes, qui induti sunt vestimentis alienis. Vestis filiorum Regis, & principum indumentum Christus est, quod accipimus in baptismo iuxta illud, Induite vos Christum Iesum, & induite vos viscera misericordiæ &c. In quibus præcipitur, vt induamur nouo homine cælesti, iuxta creatorem nostrum, & proijcimus indumentum veteris hominis cum operibus eius. Cum ergo debeamus talibus indui vestimentis, pro misericordia induimur crudelitate, pro patientia impatientia, pro iustitia iniquitate, & vt semel dicam, pro virtutibus, vitijs, ideſt pro Christo antichristo. Vnde dicitur de istiusmodi homine, & indutus est maledictione, sicut vestimento.

Gal. 3. Coloss. 3. Psal. 108.

8 IDEM explicans illa verba: Deus meus & Rex meus, ait: Ille ausus est dicere vere Rex meus, & Deus meus, cui non regnat peccatum in mortali corpore. Rex meus & Deus meus, quia regnas in me, & non regnat peccatū; propterea Deus meus es. Tu es Deus meus, quia non est venter Deus meus, quia non est libido Deus meus, quia non est libido Deus meus. Quoniam tu virtus es, & ego cupio habere virtutes, proptetea tu es Deus meus, hoc est virtus mea.

In Psal. 5. to. 7.

9 AVGVSTINVS sic habet: Tu Deus noster illuminabis tenebras nostras. Ex te oriuntur vestimenta nostra, & tenebræ nostræ sicut meridies erunt. Da mihi te Deus meus, redde mihi te. En amo, etsi parum est, amem validius. Non possum metiri vt sciam quātum desit mihi amoris ad id, quod satis est, vt currat vita mea in amplexus tuos, nec auertatur, donec abscondatur in abscondito vultus tui. Hoc tantum scio, quia male mihi est præter te, non solum extra me, sed in meipso, & omnis mihi copia, quæ Deus meus non est, egestas est.

Lib. 13. cap. 8. to. 7. Psal. 17.

IDEM

10 IDEM ait: Diuitiæ si diliguntur, ibi seruentur, vbi perire non possunt, honor si diligitur illic habeatur, vbi nemo indignus honoratur, salus si diligitur, ibi adipiscenda desideretur, vbi adeptæ nihil timetur, vita si diligitur, ibi acquiratur, vbi nulla morte finitur.

Epist. 45. ad Armētarū de contēptu mundi to. 2

11 IDEM explicans versum Psalmi 21. Quoniam tu extraxisti me de ventre, spes mea ab vberibus matris meæ, in te iactatus sum ex vtero, De uentre matris meæ, inquit, Deus meus es tu, tamquam diceret, de alia re, & ab alia re in aliam rem me traiecisti, vt tu sis mihi bonū pro terrenis bonis mortalitatis huius, quam in matris ventre fortitus sum, cuius vbera suxi. Hæc enim uetustas est, de qua tu me extraxisti, & illa carnalis natiuitatis bona sunt, a quibus tu spes mea es. Inde enim ad te conuersus sum ex vtero, ideſt ex ijs, quæ in vtero inchoaui, in te iactatus sum, ad te, scilicet transiens, totum me tibi committens, ideoque de ventre matris meæ, ideſt de bonis carnis, quam sumsi in ventre matris meæ. Deus meus es tu, vt de his tu sis bonum meum, a locutione dictum est, ac si diceretur, verbi gratia, de terra cælum habito, hoc est hinc illo emigraui.

In epist. 10. quæ est ad Honoratū de gratia noui testamenti.

12 IDEM sic ait: Scribens contra Adimantum Manichæi discipulum. Quod scriptum est in lege, Ego sum qui diuitias do amicis meis, & paupertatē inimicis meis, contrarium videtur quod Dominus dixit: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est Regnum cælorum, & Væ vobis diuitibus qui habetis hic consolationem vestram. Sed intelligendum est non loqui Dominum de diuitijs temporalibus, nam istas diuitias, & in veteri scriptura esse contēptas innumerabilibus locis, qui legere voluerit, inueniet, vnde est etiā illud, Melius est modicum iusto super diuitias peccatorū multas. Et illud, Iudicia Domini desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum multum. Et etiam, Beatus vir qui inuenit sapiētiam, & qui affluit prudentia, melior est negotiatio eius acquisitione auri & argenti, primi & puriſſimi fructus eius &c. Et illud, Optaui & datus est mihi sensus, inuocaui, & venit in me spiritus sapientiæ, & præposui illam Regnis, & sedibus, & diuitias nihil esse duxi in comparatione illius, nec comparaui illi lapidem pretiosum, quoniam omne aurum in cōparatione illius arena est exigua, & tamquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius. *Infra*: Apostolus scribens ad Timotheum, ita loquitur: Diuitibus huius sæculi præcipe, non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo, qui præstat nobis abundanter omnia ad fruendum, benefaciant, diuites sint in operibus bonis. Quis his non intelligat, non esse culpabile habere ista, sed amare, & spem in eis ponere, & ea præferre, aut etiam conferre veritati, iustitiæ, sapientiæ, fidei, bonæ conscientiæ, charitati Dei & proximi, quibus omnibus anima pia diues est in secretis suis coram oculis Dei?

Lib. contra Manichæos to. 6. Psal. 36. Psal. 118. Prou. 3. Sap. 7. 1. Tim. 6.

13 IDEM explicans verba illa: Dominus pars hereditatis meæ, ait: Verba hæc nomine Christi dicta sunt, quasi diceret, possidebūt mecum hereditatem ipsum Deum. Eligant sibi alij partes, quibus fruantur, terrenas, & temporales, portio sanctorum Dominus æternus est. Et calicis mei. Bibant alij mortiferas voluptates, portio calicis mei Dominus est. Quod dico mei, adiungo Ecclesiam, quia ubi caput, ibi & corpus, nam in hereditatem congregabo conuenticula eorum. *Infra*: Funes ceciderunt mihi in præclaris. Limites possessionis meæ in tua claritate tamquam sorte ceciderunt, velut possessio Sacerdotum & Leuitarum Deus est. Etenim hereditas mea præclara est mihi. Præclara est non omnibus, sed videntibus, in quibus quia ego sum, mihi est. Benedicā Dominum qui tribuit mihi intellectum, seu oculum, quo ista hereditas videri, & possideri potest.

In Psal. 15.

14 IDEM exponens illa verba: Edent pauperes, & saturabuntur, inquit: Edent humiles & contemptores sæculi, & imitabuntur; ita enim nec copiam huius sæculi concupiscent, nec timebunt inopiam. Et laudabunt Dominum, qui requirunt eum. Nam laus Domini est eructatio saturitatis illius. Viuent corda eorū in sæculum sæculi. Nam cibus ille cordis est. Manducauerunt & adorauerunt omnes diuites terræ. Manducauerunt corpus humilitatis Domini sui, etiam diuites terræ. Nam sicut pauperes saturati sunt vsque ad imitationem, sed tamen adorauerunt. Et anima mea illi viuet. Et anima mea, quæ in contemptu sæculi huius quasi mori videtur hominibus, non sibi, sed ipsi viuet.

Expositi. 1. in psal. 21.

15 IDEM exponens latius eadem verba: Edent pauperes & saturabuntur, sic habet: Beati pauperes, quia ideo edunt vt saturentur. Edunt enim pauperes, qui autē diuites sunt, non saturantur, quia non esuriunt, ille saturatur qui imitatur. Edent pauperes, sed quare pauperes? Et laudabunt Dominum qui requirunt eum. Diuites se laudant, pauperes Dominū laudant. Quare sunt pauperes? Quia Deum landant, & Dominum quærunt. Dominus est diuitiæ pauperum. Ideo inanis est domus, vt cor plenum diuitijs sit. Diuites quærant vnde arcam impleant, & pauperes quærant, vnde cor impleāt. Et cum impleuerint laudant Dominum, qui requirunt eum. Et videte fratres, qui vere pauperes sunt, cuius rei diuites sint, quia non in arca, non in horreo, non in apotheca.

Expositione 2. eiusdē Psalmi.

16 IDEM explicans illa verba: Sitiuit in te anima mea (vel tibi ut Augustinus vertit) sic habet: Videte quomodo hic sitit, sed videte quid hic bonum est, sitiuit tibi, sunt enim qui sitiunt, sed non Deo. Omnis qui sibi vult aliquid præstari, in ardore est desiderij, ipsum desiderium sitis est animæ. Et videte quanta desideria sint in cordibus hominum, alius desiderat argentum, alius desiderat possessiones, alius desiderat hereditates, alius desiderat pecuniam amplam, alius multa pecora, alius domū magnam, alius vxorem, alius honores, alius filios. Videtis desideria ista, quomodo ardent in cordibus hominum? Ardent omnes homines desiderio,

In psal. 62.

& vix

& vix inuenitur, qui dicat, Sitiuit tibi anima mea. Sitiunt enim homines sæculo, & non se intelligunt in deserto esse Idumææ, vbi debet sitire anima ipsorum Deo.

17 IDEM exponens illa verba: Superbo oculo, & insatiabili corde cum hoc non edebam, ait: Habet epulas suas cor pium, habet epulas suas cor superbum. Nam propter cibos ipsos cordis superbi, ideo dixit, insatiabili corde. Cor superbum vnde pascitur? Si superbus est, inuidus est, aliter esse non potest; & si inuidus est, malis alienis pascitur, vnde dicit Apostolus, Si mordetis & comeditis inuicem, videte ne ab inuicem consumamini. Videtis ergo comedentes, nolite his conuesci, fugite tale conuiuium. Neque enim se satiant gaudendo de malis alienis, quia insatiabili corde sunt. Caue ne capiaris in epulis eorum laqueo diaboli. Cibis talibus pascebantur Iudęi quando crucifixerunt Dominum, sed quia pascebantur tamquam de pœna Domini, pascebantur cibo crudelitatis suæ, & Dominus pascebatur cibo misericordiæ suæ. Illi ergo habebant alias epulas; ille alias. Sed quid dictum sit de mensa superborum audite. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributionem, & in scandalum. Pasti sunt, capti sunt. Quomodo enim aues ad muscipulã, & pisces ad hamum non pascuntur, sed capiuntur, sic & ipsi. Habent ergo impij epulas suas, habent & pii. Audi epulas piorum, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Si ergo pius pascitur cibo iustitiæ, & impius superbiæ, non mirum si insatiabilis corde pascitur cibo iniquitatis. Noli pasci cibo iniquitatis, & non tibi conuescetur superbus oculo, & insatiabilis corde.

In Ps. 100. *Gal. 5.* *Psal. 69.* *Matt. 5.*

28 IDEM explicans illa verba: Gloria & diuitiæ in domo eius, ait: Domus eius cor eius est, vbi Deo habitante opulentius habitat, cum spe vitæ æternæ, quam hominibus habitãtibus in marmoratis, laqueatisq. tectis cum timore mortis æternæ. Huius enim iustitia manet in sæculum sæculi, ipsa eius gloria, ipsæ diuitiæ; illius enim purpura, & byssus, & epulæ splendidæ, & cum præsto sunt, transeunt, & cum ad finem venerit aquæ guttam, & digito stillantem desiderans ardens lingua clamabit.

In Psalm. 111.

19 IDEM ait: Eorum quæ diligis totum tibi est Deus. Si visibilia attendis, nec panis est Deus, nec aqua est Deus, nec lux est Deus, nec vestis est Deus, nec domus est Deus. Omnia enim hæc visibilia sunt, & singula sunt. Quod est panis, non hoc est aqua, & quod est vestis nõ hoc est domus, & quod sunt ista non hoc est Deus, visibilia enim sunt. Deus tibi totum est, si esurieris, panis tibi est, si sitieris, aqua tibi est, si in tenebris es, lumẽ tibi est, quia incorruptibilis manet, si nudus es, immortalitatis vestis tibi est cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem, omnia enim possunt dici de Deo, & nihil digne dicitur de Deo.

Tract. 13. in Ioann. to. 9. *1. Cor. 15.*

20 IDEM inquit: Quid stultius, quid insanius quàm vmbra, & imagine, & similitudine veræ gloriæ, & veræ delectationis, veræ pulchritudinis, veri decoris, veri honoris, more infantium decipi, & superari, & ipsam gloriam non quærere, non desiderare? Quis imaginem auri in aqua ipso auro neglecto eligeret, & non statim a cunctis fatuus & insanus crederetur? Quis orbem Solis in speculo redditum, vel in qualibet materia formatum plus diligeret, quàm ipsum Solem, & non ab omnibus derideretur? Sic irridendus, sic æstimandus est quisquis mundi huius caducam fragilitatem, & inutilem carnis voluptatem diligit, quęrit, contendit, neglectis veris gaudijs.

In libro de triplici habitaculo.

21 GREGORIVS explicans illa uerba Iob cap. 4. Et faciem eius præcedet egestas, inquit: Sciendum quòd in sacro eloquio egestas aliter electorum ponitur, atque aliter reproborum. Egestas namque electorum est, cum veræ diuitiæ cælestis patriæ ad eorum animum redeunt, & in hoc ærumnoso presentis vitæ exilio positi pauperes se esse meminerunt. Illas quippe diuitias sine cessatione suspirant, de quibus Paulus dicit, Vt sciatis quæ sit spes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hereditatis eius in sanctis. Et quia adhuc eas nequaquam conspiciunt; studiose interim in ærumna istius paupertatis gemunt. Hanc proculdubio pauperta tem Hieremias inspexerat cum diceba vir videns paupertatem meam, in virga indignationis eius. Virga enim indignationis Dei est percussio districtionis. Quam indignationẽ tunc homo pertulit, cum ex paradiso pulsus veras interni gaudij diuitias amisit. Hãc paupertatem Dauid Propheta intuens, ait: Infirmata est in paupertate virtus mea. In paupertate etenim virtus infirmari dicitur, quia lapsus in hac peregrinatione animus, & corruptionis suæ molestijs reuerberatus, hoc quod perdidit contemplari præpeditur. Sed hanc paupertatem reprobi considerare nesciunt, quia dum sequuntur ea, quæ conspiciunt, cogitare inuisibilia negligunt, quæ perdiderunt. Vnde & egestas eorum proprie dicitur, quia dum replẽtur vitijs, virtutum diuitiis uacuantur. Quibus sæpe euenit, vt per elationis dementiam subleuati, dum nequaquam ruinæ suæ damna considerant, esse se etiam a bonis actionibus inopes nõ cognoscant. Vnde voce angelica prædicatori Laodiceæ dicitur. Dicis, quia diues sum, & locupletatus, & nullius egeo, & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & nudus. Quasi diuitem se asserit, qui per arrogantiam sanctitatis extollitur, sed pauper, cæcusq. & nudus aguitur. Pauper vtique quia virtutum diuitias non habet, cæcus quia nec paupertatem quam patitur videt, nudus quia primam stolam perdidit, sed peius, quia nec se perdidisse cognoscit. Quia ergo, vt diximus, egestas reproborum, est defraudatio meritorũ, recte de Leuithan dicitur, faciem eius præcedet egestas. Nemo quippe cognitioni eius iungitur, nisi prius virtutum diuitiis denudetur. Egestas ergo faciem illius præcedere dicitur, quia prius facultas

Lib. 3. de Mor. c. 3. to. 1. *Ephes. 1.* *Apoc. 3.* *Tren. 3.*

facultas virium perditur, vt quasi per familiaritatem postmodum eius notitia cognoscatur. Vel certe faciem eius egestas præire perhibetur, quia cum in dies tentat, priusquam videatur spoliat. Hinc est quòd de Ephraim per Prophetam dicitur: Comederunt alieni robur eius, & ipse ignorauit. Alieni apostatæ angeli intelligi solent, qui robur comedunt, dum virtutem mentis peruertendo consumunt. Quod Ephraim & pertulit, & nescivit, quia in tentatione malignorum spirituum, & robur animæ perdidit, & hoc ipsum quia perdiderit, non intellexit.

Osee 7.

23 AMBROSIVS probat in abundantia temporalium non esse felicitatem, sed in bona cõscientia quod probat in Iob. Et ibi dicit tres amicos suos fuisse Reges, sic dicit: Non secundum forensem abundantiam æstimanda est, & beatitudo singulorum, sed secundum interiorem conscientiam, quæ innocentium, & flagitiosorum merita discernit. Moritur innocens sicut adipe repletam animam gerens, at vero peccator quamuis foris abundet, & delicijs diffluat, & odoribus fragret, in amaritudine animæ vitam exigit, & vltimum diem claudit, bonorum. nihil secum afferens, nisi pretia scelerum suorum; ipsa enim quę videtur, etiam dum viuunt, impiorum requies, in inferno est, viuentes enim in inferna descendunt. Vides conuiuium peccatoris? interroga eius cõscientiam, nonne grauius omnibus fœtet sepulchris? Intueris lætitiam eius, & salubritatem mitatis corporis, filiorum, atque opum abundantiam? Introspice vlcera & vibices animæ eius, cordisq. mæstitudinem, nã de opibus quid loquar? Cũ scias, quia & si tibi videatur diues, sibi pauper est, & tuum iudicium suo refellat? Et cum legeris quia non in abundantia cuiusquam vita est eius. Impius ergo ipse sibi pœna est, iustus autem ipsi sibi gloria &c.

Lib. 7. offic. c. 12. to. 1. *Psal. 54.*

Deus eisdem medijs, quibus punit impios, consolatur iustos, quibus ex Dei misericordia mala prosunt. Cap. XXIX.

PRÆTER ea quæ docuimus in hoc libro superius cap. 22. hæc habentur.

2 Hom. 4. in c. 7. Iosue fin.

ORIGENES sic exordiatur: Peccatori quidem omnis creatura hostis est, sicut de Ægyptijs scriptum est. Terra eos impugnabat, fluuius impugnabat, aer ipse impugnabat. Iusto vero etiam quæ inaccessibilia videntur, plana efficiuntur & procliuia. Mare rubrum iustus tamquam per aridam transit, Ægyptus vero si transire voluerit, submergetur, nec fiet ei aqua murus dextra, læuaque; iustus etiam si eremũ horribilem ingrediatur & vastam, cibus ei ministratur e cælo. Ita ergo & in Iordanem arca testamenti duxerat populum Dei. Consistit ordo sacerdotalis & leuiticus, & aquæ velut reuerentiã quandam Dei mysterijs referentes cursum suum refrenant, & coaceruantur in cumulum iter Dei populo innoxium concedentes. Et ne mireris cum hęc gesta tibi erga priorem populum referũtur, tibi Christiane, qui per baptismi sacramentum Iordanis fluẽta digressus es, diuinus sermo maiora multo & celsiora promittit, iter tibi per aera & transitum pollicetur. Audi etenim Paulum dicentem de iustis. Nos autem simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera, & ita semper cum Domino erimus. Nihil omnino est quod metuat Iustus, omnis ei creatura famulatur. Audi denique quomodo etiam per Prophetam repromittat Deus dicens: Si transeas per ignẽ, flamma non comburet te, quoniam ego Dominus Deus tuus. Omnis igitur locus susciput iustum, & omnis creatura exhibet debitum famulatum. *Infra*: Tu vero tantarum ac talium virtutum Dei memor, quòd tibi mare diuisum est, & quòd aqua fluminis stetit conuersus ad eadices. Quid est tibi mare quòd fugisti, & tu Iordanis quia conuersus es retrorsum? Montes exultastis sicut arietes, & colles sicut agni ouium. Sed respondebit tibi sermo diuinus, & dicet. A facie Domini mota est terra, a facie Dei Iacob. Qui conuertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum. Mare rubrum pedibus transitum est, manna de cælo datum est, fontes in eremo disrupti sunt.

1. *Thess. 4.* *Psal. 113.*

2 AVGVSTINVS inquit: De generibus animalium venenosis, & pernicioſis quæri solet, vtrum post peccatum hominis ad vindictam creata sint, an potius cum iam creata essent innoxia, nonnisi postea peccatoribus nocere cœperint. Neque istud mirum est, quandoquidem etiam temporibus huius vitæ laboriosæ, atque ærumnosæ, cum ita sit nemo iustus, vt perfectum se audeat dicere, cumq. adhuc exercendæ, atque adeo in infirmitate perficiendæ virtuti necessariæ sint molestiæ corporales, dicente Apostolo, Ne magnitudo reuelationũ extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ, qui me colaphizet: propter quod ter Dominum rogaui, vt discederet a me, & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur; tamen & sanctus Daniel inter leones saluus, atque intrepidus vixit, qui non vtique Deo mentiens in oratione peccata sua fateretur. Et in ipsius Apostoli manu mortifera vipera adhæsit, nec læsit. Potuerunt ergo ista creata nihil nocere, si causa non extitisset, vel terrendorũ, puniendorumq. vitiorum, vel probandę, perficiendæq. virtutis, quia & exempla sunt monstranda patientiæ ad profectum cæterorũm, & ipse sibi homo in tentationibus certius innotescit, & iuste salus illa perpetua, quæ turpiter amissa est per voluntatem, fortiter recipitur per dolorem. *Infra*: Talis etiam quæstio de spinis ac tribulis solet oboriri, cur vel quãdo creata sint. De quibus absoluta potest esse responsio,

Libro 3. de Genesi ad litterã to. 3. 1. *Cor. 12* *Dan. 4. & 14.* *Act. 28.*

Gen. 3. sio, quia post peccatum dictum est homini de terra, Spinas ac tribulos germinabit tibi. Nec tamen facile dicendum est, tunc cœpisse ista oriri ex terra; fortassis enim quoniam in ipsis quoque generibus seminum multæ reperiuntur vtilitates, poterant habere locum suum sine vlla pœna hominis. Sed vt in agris, in quibus iam pœnaliter laborabat etiam ista nascerentur, hoc ad cumulum pœnæ valere credi potest, cum possent alibi nasci, vel ad auium, pecorumq. pastus, vel ad ipsorum hominum aliquos vsus. Quamquam & ille sensus non abhorret ab his verbis, quo ita intelligitur dictũ, spinas ac tribulos germinabit tibi, vt hæc etiã antea terra pariens, non tamen homini pareret ad laborem, sed cuiusque modi animalibus conuenientem cibum. Tunc autem cœperit ista homini parere ad ærumnosum negotium, cum post peccatum cœpit in terra laborare, non quòd alijs locis hæc antea nascerentur, & post in agris, quos homo ad capiendas fruges coleret, sed & prius, & postea in eisdem locis, prius tamen non homini, post autem homini, vt hoc significetur quod additum est, tibi, quia nõ est dictum, Spinas ac tribulos pariet, sed pariet tibi, idest vt tibi iam ista nasci ad laborem incipiãt, quæ ad pastum tantummodo alijs animalibus antea nascebantur.

4 IDEM ait: Moyses in Ægyptum descendens, primo percussu virgæ in sanguinem vertit aquas, ita vt omnes aquæ per totam Ægyptum mutatæ in sanguinem, & per interitum sitis hominibus pœnale faceret exitium. *Infra*: Postea ranarum inundatio repleuit terram, Postea cynifes ebulliunt. Postea iubente Moyse locustæ, & muscæ veniunt, & mors iumẽtorum consequitur. Præterea Moyses sumptum de camino puluerem in cælum sparsit, & vesicæ in hominibus, & iumentis, & vlcera manantia, vt puluis in tota terra Ægypti nascuntur, & postea assumens virgam in cælum extendit, & grandinis, fulgurumq. insolens copia in terram ruit; iterumq. eandem virgam in cælum direxit, & tribus diebus, totidemque noctibus permanẽtes tenebras, crassitudine palpabiles, & admodum ferales super terram induxit. Vltimo autem Angelus Domini per Aegyptum transiens cuncta Aegyptiorum primogenita deleuit. Istarum quoque modus plagarum vndique hoc est, a terra, aquis, animantibus, aere, igne, nubibus, cælo, & angelis conuenerat, vt ostenderetur, quòd contra Deo rebelles, & contumaces sese pariter vniuersus orbis armat.

Lib. de mirabilibus sacrę Script.

Sap. 5. Sicut autem ijs quos Deus punire voluit omnis creatura irascitur, sic & illis quibus auxiliũ præbuit, omnis creatura suffragatur. Etenim hos ambos populos mare rubrum diuisit, vbi eorum alteri totius pressuræ finis, initium alteri cunctæ felicitatis fuit. Cum dimissum tot plagis attriti Israeliticum populum Aegyptij a se exire compulissent, mala rursus pœnitudine acti, cuncti cum Rege suo exercitus pergũt, vt quos dimiserant, iterum ad seruitutem traherent. Tunc Israel in angusto maris rubri sinu coarctato, Moyse virgam super pelagus extendente, subito maris vnda rubri diuiditur, & ingrediente populo pedibus siccis, hostibus succedentibus via dilatatur, immissoq. vento per totam noctem Deus mare diuisum etiã in siccum vertit, & inter ambos populos nubem, quę diuideret tenebrosam, & noctem ipsam illuminantem columnam immisit, nam & Pharaonis exercitus mare post Israel intrauit, sed vni refugium, alteri laqueus fuit. Quapropter & illa nubes media Aegyptijs erat tenebrosa, vt per totam noctem precedentibus coniungi non valerent; Israeli vero noctem ipsam illuminabat, vt profundi maris lucida via incederent: orto autem diluculo defensus vtroque periculo hostiũ & pelagi, totus Dei populus euasit ad imagines deserti, cum totus exercitus Pharaonis tumentibus vndis ad suas metas reuertentibus concidit in glarea profundi.

6 Lib. de natura & gratia contra Pelag. Psal. 35. IDEM inquit: Sunt mala quæ prosunt mirabili misericordia Dei. Numquid ille boni aliquid passus est, qui dixit: Auertisti faciem tuam a me, & factus sum conturbatus? Non vtique, & tamen hæc ei conturbatio contra superbiam fuit medicinalis quodammodo. Dixerat enim in abundantia sua, non mouebor in æternum, & sibi tribuebat quod a Domino habebat; quid enim habebat, quod nõ accepetat? Quare ostendendum ei erat, vnde haberet, vt reciperet humilis, quod superbus amiserat. Ideo Domine, inquit, in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem, in qua ego abundantia mea dicebam, non mouebor, cum hoc mihi esset abs te non a me; denique auertisti faciem tuam, & factus sum conturbatus.

7 Lib. de Paradiso c. 12. to. 1. Gen. 2. AMBROSIVS ostendit quòd licet arbor scientiæ boni & mali parentibus fuerit occasio ruinæ, non ideo mala fuit, quia licet illis nocuit propter illam omnes Apostolos coronauit, qui malitiæ diaboli tentamenta vicerunt, & diaboli malitiam etiam ipso repugnante ad salutem cõuertit nobis Dominus, & sæpe quod malum putamus in commune est vtile. Capemalum exemplum de ipsa conditione humani corporis, habet enim amaritudinem quandam fellis, ipsa tamen est ad salutem hominis vtilis, maliad salutem; huius enim malitia fecit Iob sanctiam ergo diaboli conuertit nobis Dominus rem, Ioseph quoque castimonia numquam ad nostri memoriam peruenisset, nisi mulier domini eius ignitis diaboli spiculis incitata tentasset eius affectum, nisi postremo affectasset eius interitum, qui mortem pro castitate contempsit &c.

Diabolus acriter tentat in fine vitæ, & quando suadet vitia fuco virtutum, quod mali non intelligunt. Cap. XXX.

1 Epist. 7. quę est ad Lætã de institutione filiæ to. 1. HIERONYMVS ait: Cur non prouides, ne filia tua bibat de aureo calice Babylonis? Ne egrediatur cum Dina, & velit videre filias regionis alienæ? Venena non dantur, nisi melle circumlita, & vitia non decipiunt, nisi sub specie, vmbraq. virtutum.

2 In epist. 52. quæ est omnium vltima de vita Malchi captiui monachi. IDEM sic habet: Ait Malchus: Perueni tandem ad eremũ. Ibi repertis monachis eorum me magisterio tradidi, manuum labore victum quæritans, lasciuiamq. carnis refrenans ieiuniis. Post multos annos incidit mihi desiderium, vt ad patriam pergerem. Et dum adhuc viueret mater, iam enim patrem mortuum audieram, solarer viduitatem eius; & exinde venundata possessiuncula partem erogarem pauperibus, partem monasterio constituerẽ. Quid erubesco confiteri infidelitatem meam? Partem in sumptuum meorum solatia reseruarẽ. Clamare cœpit abbas meus diaboli esse tentationem, & sub honestæ rei occasione latere antiqui hostis insidias. Hoc esse reuerti canem ad vomitum suum. Sic multos monachorum esse deceptos, nusquam diabolum aperta fronte se prodere. Proponebat mihi exempla de scripturis plurima, inter quæ illud quòd Adam & Euam spe diuinitatis supplantauerit. Et cum persuadere non posset, prouolutus genibus obsecrabat, ne se desererem, ne me perderem. Væ misero mihi, vici monitorem pessima victoria, putans illum nõ meam salutem, sed suum solatium quærere. Prosecutus ergo me de monasterio quasi funus efferret, & ad extremum valedicens, ait: Video te fili satanæ cauterio notatum, non quæro causas, excusationes non recipio, ouis quæ de ouilibus egreditur, lupi statim morsibus patet. Discessi & in manus incidens latronum Saracenorum, dixique, O nihil vmquam tutum apud diabolum! O multiplices & ineffabiles eius insidiæ!

3 Lib. 3. in c. 3. Osee to. 1. IDEM explicans illa verba: Comederunt alieni robur eius, & ipse nescivit, sed & cani effusi sunt in eo, & ipse ignorauit, ait: Comederunt dæmones robur eius; isti sunt enim alieni, & hostes omnium Christianorum, & ipse nescivit, aduersarios amicos putans, & deuoratores suos arbitrans esse conuiuas, sed & cani effusi sunt in eo; immo effloruerunt, ideſt multo

Hos. 8. errauit tempore, & nihilominus ignorauit senectutem & vetustatem suam, de qua scriptum est, Quod antiquatur & senescit prope interitum est.

4 Lib. 3. in c. 3. Amos. IDEM explicans illa verba: Numquid auferetur laqueus de terra, antequam quid capiat, sic habet: Laqueus iste non in cælo positus est, sed in terra, de quo quòd euaserit sanctus gloriatur, & dicit, Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium, laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Iste est contritus laqueus, de quo Paulus clamat, Deus conterat satanam sub pedibus vestris velociter. Rursumq. in Dauid legimus, Iuxta semitam scandalum posuerunt mihi. Non enim possunt decipere simplices quosque credentium, nisi nomen Christi proposuerint, vt dum putamus nos Christum inuenire pergamus ad Antichristum.

Psal. 123 Rom. 16. Psal. 139.

5 In c. 20. Iob to. 7. IDEM explicans illa verba: Gladius eductus & egrediens de vagina sua, & fulgurans in amaritudine sua, inquit: Quia diximus arcum trãslato nomine diabolum posse intelligi, quia maxime in insidijs & dolo homines inopinantes interimere non definit, arcu enim inopinantibus plerumque tela iaciuntur, nunc eundem dicit gladium eductum de vagina sua, ideſt paratum semper ad interimendum fugientem se. Qui etiam fulgurat, hoc est transfigurat se in angelum lucis.

6 In cap. 41. IDEM exponens illa verba: Quis reuelabit faciem indumenti eius, & in medium oris eius quis intrabit, sic habet: Hic indumento velatam faciem diaboli Iob, ait, quia se transfigurat in angelum lucis. Reuelatur autem facies a Domino, cum artes nequitiarum illius deteguntur. *Infra*: Sternutatio eius splendor ignis, & oculi eius, vt palpebræ diluculi. Diabolus qui totus sordidus & fœtidus est, in hoc lumine se videtur ostendere, cum transfigurãs se in angelum lucis malitiæ suæ sordes in perniciem hominum cum delectatione operatur, & effundit, & de inuidia, ideſt de malorum omnium capite venena sua cõmouet ac producit. Diaboli sicut palpebræ sunt diluculi, quia videntur loqui ea quæ vicina sunt veritati; cum tamen nihil luminis Dei possideant, mẽdaciorum enim tenebras specie veritatis obducunt.

7 In Psal. 9. to. 7. IDEM explicans illa verba: In conuertẽdo inimicum meum retrorsum, inquit: Qualem inimicũ? Diabolum, quia Dominus dixit: Vade retro satana. Ante Aduentum Christi dia bolus dux itineris mortis fuit, sed postea, retro Eccleſiã sequens, est quasi canis. Vnde alibi dicit: Tu conteres caput illius, & tu insidiaberis calcaneo eius, hoc eſt finem vitæ vniuscuiusque diabolus obseruat, quia tunc acrius tentat.

Marc. 8. Gen. 3.

8 Lib. Quæstionum vtriusque testam. mixtim to. 4. AVGVSTINVS sic ait: Quædã applicat diabolus quasi velamina, quibus iniquitatem contegat, vt videntes fallantur. Non potest enim sola impietas proponi, quia non inuenit emptorẽ, & vbi lux diaboli est, si ipse nominetur, horretur. Sed sicut mel veneno admiscetur per quod lateat, ita & legi diaboli quædam iusta admiscent, & nomen applicãt veritatis, sed vniuscuiusque sensus est iudicandus, quia ideo aliquando aliquid verum ostendit, vt fallat, vt cum maligna prædicat, bona putentur.

9 In Ps. 139. to. 8. IDEM explicans illa verba: Venenum aspidum sub labijs eorum, ait: In serpente maxima astutia est, & dolus nocendi, propterea etiã serpit. Non enim vel pedes habet, vt eius vesti-

gia cum venit, audiantur. In eius itinere velut lenis est tractus, sed non est rectus. Ita ergo repunt & serpunt, ad nocendum habentes occultum venenum sub leni contactu. Et ideo sequitur, Venenum aspidum sub labijs eorum. Ecce est illud sub labijs, vt aliud sub labijs, aliud in labijs aduertamus. Quos etiam aperte manifestat alio loco cum dicit, Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. *Psal. 27.*

10 In lib. Soliloquiorum to. 9. *Apoc. 12*

IDEM sic habet: Venit tentator transfiguratus in angelum lucis, & vt eum cognoscerē, tu me illuminasti, ipse est enim Draco ille magnus & ruffus, serpens antiquus vocatus diabolus & satanas, habēs capita septē, & cornua decem quē creasti ad illudendū huic mari magno & spatioso, in quo reptāt animalia pusilla & magna, idest diuersa dæmoniorum, qui nihil aliud die, noctuq. operātur, nisi quia circumeūt quærentes quem deuorent, nisi tu eripias. *Infra*: Et ideo Deus meus ad te clamamus, libera nos ab aduersario nostro quotidiano, qui siue dormiamus, siue vigilemus, siue comedamus, siue bibamus, siue quodcūque opus operemur omnibus modis instat die ac nocte, fraudibus, & artibus, nunc palam occulte sagittas venenatas contra nos dirigens, vt interficiat animas nostras. Laqueos posuit in diuitijs, laqueos posuit in pauertate, laqueos tetendit in cibo, in potu, in somno, & in vigilia, laqueos posuit in verbo, & in opere, & in omni via nostra. Sed tu Domine libera nos de laqueo venantiū, & a verbo aspero. Et tu Domine lux mea illumina oculos meos, vt videam lumen, & ambulem in lumine tuo, & non impingā in laqueos eius. Quis enim euadet laqueos istos multos, nisi videat eos? Et quis videbit eos, nisi quem illuminaueris lumine tuo? Ipse enim pater tenebrarum laqueos suos abscondit in tenebris suis, vt capiantur in eis omnes qui sunt in tenebris suis, qui sunt filij tenebrarum harum.

11 Lib. 3. Moral. c. 19. in 2. cap. Iob to. 2.

GREGORIVS explicans illa verba: Exclamantes ploranerūt, sciscisq. vestibus sparserunt puluerem super caput suum in cælum, & sederunt cum eo in terra septem diebus, & septem noctibus, ait: Antiquus hostis quo in vitiis fortiter deprehendi se conspicit, eo illa sub virtutum imagine altius abscondit. Signatur autem in his verbis pietas per ploratū, discretio per scissionem vestiū, affectus operum per puluerem capitum, humilitas per sessionē. Aliquando enim quasi pium quid hostis insidians simulat, vt ad crudelitatis terminum deducat, sicut est cum plecti per disciplinam culpā prohibet, quatenus quæ hic non reprimitur, igne gehennæ feriatur. Aliquando discretionis imaginem oculis obijcit, vt ad indiscretionis laqueos perducat, sicut est cum impulsu eius pro infirmitate nobis plus alimentorum, quasi discrete concedimus, sed indiscrete contra nos bella carnis excitamus. Aliquando affectum simulat bonorum operum, sed per hunc inquietudinem irrogat laborum, sicut est cū quis quiescere non valet, & quasi de otio iudicari timet. Aliquando imaginem humilitatis ostendit, vt effectum vtilitatis subtrahat, sicut est cū quosdam plusquam sunt, infirmos, atque inutiles sibimetipsis asserit, vt dū se nimis indignos considerant, res, in quibus prodesse proximis poterant, ministrare pertimescant. *Infra*: Sæpe autem si forti nos studio contra vitiorum incentiua stringimus; ipsa etiam vitia ad vsum virtutis immutamus. Nonnullos namque ira possidet, sed hanc dum rationi subijciunt in sancti zeli ministerium vertunt. Nonnullos superbia erigit, sed dum diuinæ formidini animum incli nant, hanc ad defensionem iustitiæ in vocem liberę auctoritatis immutant. Nonnullos fortitudo carnis illecebrat, sed dum exercendis pijs operibus corpus subdunt, vnde iniquitatis stimulos passi sunt, inde pietatis lucra mercātur. Hoc dicit, quia dixerat, quòd insidiantia vitia virtutum faciem sumunt, nam sæpe immoderata ira, iustitia, & sæpe dissoluta remissio misericordia vult videri, sæpe incautus timor humilitas, sæpe effrenata superbia appetit libertas apparere. Hæc vitia virtutum specie palliata, blanda quidem superficie inchoant, sed aspera nos contrarietate perturbant.

13 Lib. 31. Moral. c. 17. in c. 40. Iob

IDEM explicans verba illa: In occursum pergit armatus, inquit: Hostes armati sunt immundi spiritus innumeris contra nos fraudibus accincti, qui cum suadere nobis iniqua nequeunt, ea sub virtutum specie nostris obtentibus opponunt, & quasi sub armis se contegunt, ne in sua malitia nudi a nobis videantur. Quibus armatis hostibus in occursum pergimus, quando eorum insidias longe præuidimus. Effossa igitur terra armatis hostibus in occursum pergere, est edomita carnis superbia dolos immundorum spirituum mirabiliter explorare.

14 Lib. 31. Moral. cap. 17. in c. 40. Iob

IDEM explicans illa verba: Ossa eius sicut fistulæ æris, sic habet: Per ossa Behemoth istius eius consilia designantur. Nam sicut in ossibus positio corporis, roburq. subsistit, ita in fraudulentis consilijs tota se eius malitia erigit. Neque enim vi quempiam premit, sed calliditate pestiferæ persuasionis interficit. Per hæc quasi ex bono consulens ad culpam trahit, & velut consulendo supplantat. Vnde bene eius ossa, idest hæc consilia æris fistulis comparantur. Aeris quippe fistulæ sonoris aptari cantibus solent, quæ admotæ auribus dum blandum carmen subtiliter concinunt, interiora mentis in exteriora delectationis trahunt, & dum dulce est, quod auribus sonant, virilitatem cordis in voluptatis fluxu debilitant, cumque auditus ad delectationem trahitur, sensus a statu suæ fortitudinis eneruatur. Ita quoque astuta eius consilia, dum quasi blanda prouisione consulunt, cor a forti intentione inuertunt, & dum dulcia resonant, ad noxia inclinant. Hoc enim Behemoth iste magnopere ad exequendam deceptionem satagit, vt dum peruersitatis suæ consilium quasi vtile ostendit, suauiter valeat sonare, quod dicit, quatenus & ostensa vtilitate

tate mentem mulceat, & absconsa iniquitate corrumpat. Ecce enim quidam rebus contentus proprijs decreuit nullis mundi huius occupationibus implicari, valde formidans quietis suæ commoda perdere, & valde despicies cum peccatis lucra cumulare. Ad hunc hostis callidus veniens dicit, Deesse potest, citius etiam quod adest, si sollicitudo prouida cesset parare 15 quod deest. An nō & terrena potest actio peragi; & tamen in actione culpa declinari. Hæc interim blandiens insinuat, & seorsum iam in negotio terreno quod prouidet, peccati laqueos occultat. Alius quoque non solum decreuit terrena commoda nō quærere, sed etiam cunctis, quæ possidet, renunciare, vt in discipulatu cæleſtis magisterij, tanto se liberius exerceat, quanto & expeditior redditus ea quæ possidentem premere poterant, deserens calcat. Huius cor hostis insidians occulta suggestione alloquitur dicens, Vnde hęc temeritatis tantæ surrexit audacia, vt credere audeas quòd omnia relinquēdo subsistas? Robustiorem, valentioremq. te fecisset Deus, si sequi te sua vestigia cum inopiæ necessitate voluisset. An non plerique & terrena patrimonia nequaquam deserunt; & tamen ex his per misericordiæ opera supernæ sortis bona æterna mercantur? Hæc blandiens suggerit, seorsum vero in eisdem rebus, quas retinere admonet, ante retinentis oculos delectationes pestiferas decipiens apponit, quatenus seductum cor ad exteriora blandimenta pertrahat, & intima perfectionis vota peruertat. Alius dum intimas frangere voluptates parat, vt cuncta quæ sibi agenda sunt ex alieno arbitrio obseruet. Hunc hostis callidus tanto mollius al- loquitur, quanto ab excellētiori deijcere ar- 16 tius conatur, moxq. virulenta suggestione blandiens dicit: O quanta per temetipsum miranda agere poteris, si nequaquam te iudicio alterius subdis, cur profectum tuum sub studio meliorationis imminuis? Qui ergo tibi plene ad bene viuēdum sufficis, alienum super te indicium cur requiris? Hæc blandiens intimat, seorsum vero in voluntatibus eius proprijs exercendæ superbiæ causas parat. Alius tanto maiori zelo contra aliena peccata accenditur, quanto sibimetipsi funditus mortuus iniquitatibus proprijs non tenetur. Hunc hostis callidus, quia zelo instītiæ etiam ceteris prodesse cognoscit, quasi prospere consulentibus verbis impetit, dicens: Quid te ad aliena curanda dilatas? Vtinam tua considerare conualescas? An nō perpendis, quia cum ad aliena extenderis; erga ea curanda quæ tua sunt, minor inueniris? Hæc dum quasi consulens dicit, zelū charitatis admit, & omne bonum quod prodire ex charitate poterat gladio subintroducti torporis extinguit. Tunc Behemoth duriores tentationes excitat, quando ante tentati oculos iniquitatis laqueos sub specie virtutis occultat. Vnde & recte subiungitur: Cartilago eius quasi laminæ ferreæ. Quid enim per cartilaginem nisi simulatio eius accipitur? Cartilago namq. ossis ostendit speciē, sed ossis nō habet firmitatem. Et

17 sunt nonnulla vitia quæ ostēdunt in se rectitudinis speciem, sed ex prauitatis prodeunt infirmitate. Hostis enim noster tāta se arte palliat, vt plerumque ante deceptę mentis oculos, culpas, virtutes fingat, vt inde quisque quasi expectet præmia, vnde dignus est æterna inuenire tormenta. Plerumque enim in vlciscēdis vitijs crudelitas agitur, & iustitia putatur, atque immoderata ira iusti zeli meritum creditur, & cum a distortis moribus peccantes dirigi caute debeant violenta inflexione franguntur. Plerumque dissoluta remissio quasi māsuetudo ac pietas habetur, & dum plusquam decet delinquentibus temporaliter parcitur, ad æterna supplicia crudeliter reseruantur. Nōnumquam effusio misericordia creditur, & dum male seruare culpa sit, peius spargi, quod acceptum est, non timetur. Nonnumquam tenacia parcitas putatur, & cum graue sit vitium non tribuere, virtus creditur accepta retinere. Sæpe malorū pertinacia constantia dicitur, & dum mens a prauitate sua flecti non patitur, quasi ex recti defensione gloriatur. Sæpe inconstantia quasi tractabilitas habetur, & quo quisque fidem integrā nulli seruat, eo se amicum omnibus æstimat. Aliquando timor incompetēs humilitas creditur, & cum temporali formidine pressus quisque, ad defensionem veritatis tacet, arbitratur, quòd iuxta Dei ordinem humilē se potioribus exhibeat. Aliquando vocis superbia, veri libertas ęstimatur, & cum per elationem veritati contradicitur, loquendi procacitas veritatis defensio putatur. Plerumque pigritia quasi continentia quietis attenditur, & cum grauis culpæ sit recta studiose non agere, magnæ virtutis meritum creditur a praua tantum actione cessare. Plerumque inquietudo spiritus vigilans sollicitudo nominatur, & cum quietem quisque non tolerat, agendo quæ appetit virtutis debitæ implere se exercitium putat. Sæpe ad ea quæ agenda sunt incauta præcipitatio, laudandi studij feruor creditur, & cum desideratum bonum intēpestiua actione corrūpitur, eo agi melius, quo celerius æstimatur. Sæpe accelerandi boni tarditas, consilium putatur, & cum expectatur vt ex ratione proficiat, hoc insidians mora supplantat. Igitur cum culpa velut virtus aspicitur, necessario putandum est, quia tanto tardius mens vitium suum deserit; quanto hoc quod perpetrat non erubescit, & tanto mens tardius vitium deserit, quanto per virtutis speciem decepta præmiorum etiā de eo retributionem quærit. Facile antē culpa corrigitur, & quæ erubescitur, quia esse culpa sentitur. Quia itaque error cum virtus creditur difficilius emēdatur, recte dicitur, cartilago eius quasi laminę ferreę. Hinc est quòd nonnumquam ij, qui quasi viam sanctitatis appetunt, in errorem lapsi tardius emendantur. Rectum existimant quod agunt, & sicut excolendæ virtuti, sic vitio perseuerantiā iungūt. Vnde bene Hieremias cū diceret, Cādidio *Tren. 4.* res Nazarai eius niue, nitidiores lacte, rubicūdiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores,

denigrata facies eius super carbones dicitur, & nō sunt cogniti in plateis, illicoq. adiunxit, Adhæsit cutis eorum ossibus, aruit, & facta est quasi lignum. Quid enim Nazareorum nomine nisi abstinentium, & continentiū vita signatur, quæ Niue & lacte nitidior dicitur? Quid per ninem nisi candor vitæ cælestis? quid per lac nisi temporalis dispensationis administratio demonstratur? Et quia plerumque continentes viri in Ecclesia tam mira opera faciūt,
19 vt ab eis multi, qui cælestem vitam tenuerunt, multi qui terrena bene dispensauerunt superari videantur, & candidiores niue, & nitidiores lacte referuntur. Qui etiam quia per feruorem spiritus antiquorum, ac fortium patrum nonnumquam vincere vitam videntur, recte dicuntur rubicundiores ebore antiquo. Dum enim ruboris nomen imprimitur, sancti desiderij flamma signatur. Sapphiro pulchriores. Ætherei quippe coloris est sapphirus. Et quia præcedentes multos, atque ad superna tendentes per cælestem conuersationem videntur vincere, narrātur Sapphiro pulchriores extitisse. Sed plerumque dum virtutum copia etiam plusquam expedit, properatur, in quādam sui fiduciam mens adducitur, & decepta præsumptione propria repente peccato surripiente fuscatur, vnde recte subiūgitur, denigrata est facies eius super carbones, & quia post amoris ignē ad frigus torporis veniunt extinctis carbonibus ex comparatione præferuntur. De quibus recte subiungitur, non sunt cogniti in plateis? Qui per fiduciā sanctitatis postposito meliorū iudicio se sequuntur, quasi per plateas pergūt. Sed non sunt cogniti in plateis, quia de vita sua aliud ostenderant, quando frangendo volūtates proprias in angusto se calle retinebāt. Et bene additur, Adhæsit cutis eorum ossibus. Quid in osse nisi duritia fortitudinis? Quid in cute nisi mollities exprimitur infirmitatis? Cutis ergo eorū adhærere ossibus dicitur, quia ab eis praua sentiētibus infirmitas vitij, duritia virtutis putatur. Vnde & recte adiungitur, Aruit & facta est quasi lignum. Culpa quippe eorum tanto insensibilior redditur, quanto apud eos etiā laudabilis habetur. Quā recte aridā asserit, quia nulla sui cognitione viridescit. Quod ergo apud Hieremiam per infirmitatem cutis, hoc apud Beatum Iob per fragilitatem, dicitur cartilago, & quod illic ossa per duritiā, hoc hic laminæ ferreæ dicuntur.

20 IDEM explicans verba illa Iob cap. 41. Quis reuelabit faciē indumenti eius, sic habet; Leuiathan iste aliter religiosas hominū mētes, aliter vero huic mundo deditas tentat, nā prauis mala quæ desiderant aperte obijcit, bonis autem latenter insidians sub specie sanctitatis illudit. Illis velut familiaribus suis iniquum se manifestius insinuat; istis vero velut extraneis cuiusdam quasi honestatis prætextu se palliat, vt mala quæ eis publice non valet tecta bonæ actionis velamine subintromittat. Vnde & mēbra eius sæpe cum aperta nequitia nocere non possunt, bonæ actionis habitum sumunt, & prauis quidem se opere exhibent, sed sancta specie mentiuntur. Iniqui enim si aperte mali essent, a bonis recipi omnino non possent, sed sumunt aliquid de visione bonorum, vt dum boni viri in eis recipiunt speciem, quam amant, permixtum sumāt etiam virus, quod vitāt. Vnde quosdam Paulus Apostolus intuens sub prædicationis velamine ventris studio seruientes, ait: Ipse enim satanas transfigurat se in angelum lucis. Quid ergo si ministri eius transfigurātur, velut ministri iustitiæ? Hanc transfigurationē Iosue timuit, quando videns angelum, cuius esset partis inquisiuit, dicens: Noster es, an aduersariorum? Vt videlicet si aduersæ virtutis esset, eo ipso quo se suspectum cognosceret, ab illusione resiliret. Quia ergo Leuiathan iste in eo, quòd iniquitatis opus molitur sæpe specie sanctitatis induitur, & quia nisi per diuinam gratiam simulationis eius detegi indumenta eius non possunt: bene dicitur, Quis reuelabit faciem indumenti eius? Subaudi, nisi ego qui seruorū meorum mentibus gratiam subtilissimæ discretionis inspiro, vt reuelata malitia faciem eius nudam videant, quam coopertam, ille sub habitu sanctitatis occultat. Et quia aliquando fidelium mentes corrūpere ostensione sua, aliquando suggestione conatur, agit enim modo opere, modo persuasione, recte subiungitur, Et in medium oris eius quis intrabit? Subaudis nisi ego, qui per discretas electorum mentes suggestionum eius verba discutio, & non ita hęc esse, vt sonuerunt, manifesto. Bonum namq. videtur promittere, sed ad perditum finem trahunt. In medium igitur oris eius intrare, est calliditatis eius verba penetrare, vt nequaquam pensetur quid resonant, sed quo intendant. Intrare Adam in medium oris eius noluit, quando intentionem persuasionis illius caute pensare neglexit; diuinitatem quippe se per illum accipere credidit, & immortalitatem amisit. Vnde ergo ab intellectu verborum eius incaute exterius stetit, inde se ori illius deuorandum funditus præbuit.

BERNARDVS explicans uerba illa: Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas, ait: In initiis quidem nostris tamquam nouellarum teneris floribus plantationum in euidenti vis algoris incumbit, iam vero proficientium sanctioribus studijs, minime quidem sese opponere contrariæ virtutes aperte audent, sed solent ex occulto insidiari, quasi quædam fraudulentæ vulpeculę, specie quidem virtutes, re autem vitia. Vidi ego hominē currentē bene, & ecce cogitatio (quòd in vulpecula fuit?) Quantis inquit bonū, quo solus fruor, si essem in patria, possem impertiri fratribus & cognatis, notis & amicis? Amant me, & facile acquiescerent suadenti, vt quid perditio hæc? Vado illuc & saluo multos ex illis, & me pariter. Nec verendū in loci mutatione. Etenim dum benefaciam, quid interest vbi, nisi quòd illic proculdubio satius, vbi fructuosius degam? Quid plura? It & perit miser, non tā exul ad patriam, quàm carnis reuersus ad vomitum. Et se

perdidit infelix, & suorum acquisiuit neminē. *Et infra*: Interdum bene proficientis cuiuspiā, cum sibi profusius aliquid supernæ gratiæ senserit irrorari, subit animum desiderium prædi
23 candi. Caute omnino. Sane timet propheticū
Prou. 11. incurrere maledictum, si quæ abscondito accepit frumenta, abscondat in populis, & contra
Matt. 10. Euangelium facere, nisi quæ in aure audiuit, prædicauerit super tecta. Vulpes est atque illa priore eo nociuior, quo occultior veniens. Sed capio tibi eam, primus Moyses dicit, Non arabis in primogenito bouis, hoc Paulus interpre-
Deut. 25. tans, Non neophytum, inquit, ne in superbiam elatus incidat in iudicium diaboli. Item ipse
Rom. 10. Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? Et scimus monachi officium esse non docere, sed lugere. Ex his similibusq. collectis, mihi texo rete, & capio vulpem ne demoliatur vineam. Sed aspice aliam, quantos ex monasteriis spiritu feruentes eremi solitudo suscepit, & aut tepefactos euomuit, aut tenuit contra eremi legē, nō modo remissos, sed etiam dissolutos, sicq. appa ret vulpeculam fuisse, vbi tanta facta est vastatio vineæ, idest vitæ & conscientiæ hominis detrimentum. Cogitabat si solus degeret multo se copiosiores fructus spiritus percepturum, quippe qui in communi vita tantū spiritualis gratiæ fuisset expertus. Et bona visa est sua cogitatio sibi, sed rei exitus indicauit, magis eandem illi cogitationē vulpem demolientem fuisse. *Infra*: Pusillas autem dixerim vulpes non malitia, sed subtilitate. Astutum siquidem natura hoc genus est animantis, promptumq. admodum ad nocendum in occulto, & videtur mihi cōuenientissime designare, subtilissima quædā vitia specie palliata virtutum. Neque enim aliter nocere queunt, nisi quòd se virtutes, virtutū
24 quadā similitudine mentiuntur. Sunt autē cogitationes hominū, aut vanæ, aut factæ immis-
2. Cor. 11 Psal. 10. siones per angelos malos, angelos satanæ qui se trāsfigurant in angelos lucis, parantes sagittas suas in pharetra, hoc est in occulto, vt sagittent in obscuro rectos corde. Vnde & pusillas eas propter hoc reor dici, quòd cum cetera vitia quadam quasi corpulētia sui manifesta se præbeant, hoc genus pro sui subtilitate haud facile agnosci; & ideo nec caueri possit, nisi dūtaxat a perfectis & exercitatis, & qui habeant illuminatos oculos cordis ad discretionē boni & ma-
1. Cor. 2. li, maximeq. ad discretionem spirituum, qui cū Apostolo possint dicere, quia non ignoramus astutias satanæ, neque cogitationes eius. Et inde ne forte ob hoc a sponso iubeantur, non quidē exterminari, aut abigi, vel occidi, sed capi, quod videlicet huiusmodi spirituales, dolosasq. bestiolas omni vigilantia & cautela obseruari oporteat, & examinari, & sic capi, idest comprehendi in astutia sua. Ergo cum proditur dolus, cum fraus aperitur, cum conuincitur falsitas, rectissime tūc dicitur capta vulpes pusilla, quæ demoliebatur vineam. Solum hoc malignitatis genus id proprium habet, vt agnitum iam minime noceat, ita vt agnosci sit illi expugnari. Quis enim nisi demens cōperta decipula sciēs, & prudens pedem mittit in illam? Sufficit proinde si capiantur, quæ eiusmodi sunt, hoc est, si prodas & deducas in medium, quibus quippe apparere perire est.

IDEM ait: Sæpe diabolus per spiritum boni vult decipere seruos Dei, quando se simulat in angelum lucis, sed discretio sanctorū tanta debet esse, vt inter bonum & malum valeat discernere, ne eos diabolus fraudulēter valeat decipere. Propter hoc & Hieremiæ Prophetæ dicitur: Si separaueris pretiosum a vili quasi os meum eris. *Infra*: Amplius tentat diabolus hominē in fine vitæ. Et hoc est qood in principio serpēti dictū est, Tu insidiaberis calcaneo eius. Tunc diabolus calcaneo hominis insidiatur, quādo eum in fine vitæ decipere conatur. Quia nimirum diabolus hominem, quem spatio vitæ non decipit, in fine decipere disponit. Proinde quamuis homo sit iustus, numqnam tamen necesse est, vt sit in hac vita securus, sed semper humilis caueat, semperq. ne in fine decipiatur sollicitus pertimescat.

25 In lib. cuius titulus est modus bene viuendi ad Soro rem serm. 67.

Diabolus ad homines perdendos varia habet media secundum uniuscuiusque conditionem & inclinationem. Cap. XXXI.



RIGENES sic habet: Cum steterimus contra diabolū eo modo, quo Apostolus dicit: Succincti lumbos in veritate, cū hoc modo steterimus aduersus ipsum, ille artifex antiquus, & callidus etiam vinci se simulabit, & cedere, si forte per hoc negligentiores nos efficiat ad certamen. Sed & pœnitentiam simulabit, & deprecabitur nos discedere quidem, sed non longe discedere. Vult nos esse sibi aliqua ex parte vicinos, vult nos a suis finibus non longe discedere. Sed nos nisi ab eo longe recedamus & transeamus mare, & dicamus quantum interiacet ortus ab occasu, elongauit a nobis iniquitates nostras, salui esse non possumus. 1 Homil. 4. in Exod. to. 1. *Ephes. 6.*

IDEM explicans illa verba Leuitici 36. Dormietis & non erit qui vos exterreat, ait: Iustus confidit vt leo; & ideo nō timet leonem diabolū, nec draconem Satanam, nec angelos eius, sed dicit secundū Dauid, Non timebo a timore nocturno, a sagitta volante per diē, a negotio perambulante in tenebris, a ruina, & dæmonio meridiano. Et iterum, Si cōsistant aduersum me castra, non timebit cor meum. Post hęc exterminabo, inquit, bestias malas de terra vestra. Bestię istæ sunt, de quibus Paulus ait: Cōtra spiritalia nequitię in cælestibus. Et illa est mala bestia, de qua dicit Scriptura: Serpens autem erat callidior cunctis animantibus, quæ sunt super terrā. Ipsa ergo est hæc mala bestia, quam promittit Deus exterminaturum se de terra nostra. Vis videre & alias bestias? Audi Esaiam dicentem, In tribulatione & angustia leo & 2 Homil. 16. in Leuit. *Gen. 3.*

catulus leonis, inde & nati aspidum volãtium, qui portabãt super aspides & camelos diuitias suas ad gentem, quæ non proderit eis. Vbi euidenter contrarias potestates dæmonum pessimorum, Propheta Spiritu Sancto repletus enumerat, eosq. collocare diuitias deceptionum suarum super animas stolidas, peruersasq. quas camelis & asinis per figuram comparat, designauit. Et ijs bestijs ne traderetur anima Deũ timens, orabat Propheta Dauid dicens, Ne tradas bestijs animas confitentes tibi. Et extermi nabo, inquit, bestias malignas de terra vestra, & pugna non transibit per terrã vestram. Multæ sunt pugnæ, quæ transeunt per terram nostram, si legem Dei non custodimus. Redeat vnusquisque ad animam suam, & ipse se interna recordatione discutiat, & videat quomodo terra nostra, ideſt caro nostra, nunc spiritu fornicationis, nunc iræ, & furoris, & auaritiæ vrgetur, nunc telis pulsatur inuidiæ, nunc spiculis libidinis terebratur, & in quibuscumque concupiscit caro aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, internis prœlijs semper agitatur. Quid autem dicam de cogitationum pugnis, quas cordi nostro suggerit inimicus, vt nos exuat a fide Christi, & a spe vocationis nostræ?

3 Tract. 1. super cap. 1. Iob to. 2. IDEM explicans illa verba: Dominus dedit, Dominus abstulit &c. inquit: Si Iob sciisset, quia diabolus cum illo hoc bellũ faciebat, & quia malignus inimicus rem familiarem, & filios ei abstulerat, omnino ad nihilum ipsas tentationes deduceret, & in derisionem illum habens, euidenter aduersus inimicum resisteret, & aperte aduersus apertum hostem staret. Nunc vero inimicus quidem hoc celauit diabolus, cum istos ei inferret labores. Clementissimus autem Dominus in suspicione erat, & incusabatur his omnibus. Nam cum diceret diabolus, Ignis cecidit de cælo, & subito ventus venit a deserto, Deum incusabat istis doloribus. Similiter cum audisset Iob, quòd ignis cecidit de cælo, & combussit oues, & quia spiritus venit de deserto, & ruina occidit eius filios, quid aliud suspicari poterat, nisi quòd Deus illi ipsos dolores cælitus immisisset? quæ omnia diabolus disponebat, vt sic beatum Iob ad blasphemiam prouocaret.

4 Hom. 2. exposit. 2. in Cantica. IDEM explicans illa verba: Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea, inquit: Animæ quæ sunt sub illo spirituali Pharaone, & sub spiritualibus nequitijs positæ currus dicuntur esse Pharaonis, & quadrigæ eius, quas ipse agit, & ducit ad persequendũ populum Dei, & ad opprimẽdum populum Israel. Certum enim est, quòd tentationes, & tribulationes, quas excitant dæmones sanctis, per animas aliquas excitant ad hoc ipsum aptas, & conuenientes. Quibus tamquã curribus ascensis exagitant & impugnant, vel Ecclesiam Dei, vel singulos quosdam fidelium.

5 Homil. 3. IDEM explicans illa verba: Vulnerata charitate ego sum, sic habet: Sicendũ est quòd sicut Deus habet sua iacula, ita & sunt iacula maligni ignita, quibus anima quæ non est scuto fidei munita, & protecta vulneratur in mortem. De ipsis dicit Propheta: Ecce peccatores intẽderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra sua, vt sagittent in obscuro rectos corde. Hic peccatores de occulto sagittantes dæmones inuisibiles dicit, & ipsi sunt habentes quædam iacula fornicationis, alia cupiditatis, & auaritiæ, quibus quamplurimi vulnerantur. Habent enim spicula iactantiæ, & vanægloriæ; sed ista valde subtilia sunt, ita vt confixam sẽ anima ab eis, sauciatamq. vix sentiat, nisi sit induta armis Dei, & sit vigilans, & immobilis erga astutias diaboli, scuto semetipsam fidei per omnia cõtegens, & nullam partem nudam relinquens. Quantacumque autem dæmones fecerint tela, si inueniant mentem hominis fide munitam, etiamsi fuerint ignita, etiamsi cupiditatum flammis, & incendijs ardeant vitiorum, fide plena cuncta restringit. Psal. 10.

6 Hom. 3. in Genes. CHRYSOSTOMVS sic habet: Multum sum anxius, non ignorans quàm malignus sit hostis, qui vestræ saluti insidiatur. Et quemadmodum piratæ quando vident nauem multis mercibus oneratam, & plurimas adducentem diuitias, tunc potissimum varijs moliũtur insidijs, vt possint mercibus omnibus nauigantes illos spoliare. Ita sane & diabolus cũ viderit spirituales diuitias coaceruatas, alacritatẽ feruidam, mentem vigilem, & quotidie diuitias augeri; cruciatur, & dentibus frendit, & quasi pirata circuit, & innumeras excogitat artes, vt si qua vel paruum inueniat aditũ, quicquid in nobis est spiritualium diuitiarum deprædetur. Igitur sobrij simus obsecro, & quanto magis spirituales nostræ facultates crescunt, tanto & vigiliæ nostræ intendantur. Mala enim bestia est, & multiplices machinationes struit. Et quãdo non potest recta nos ad vitia allicere, & suis dolis inescare, quando manifeste salutẽ nostram lædere nequit, sæpe per opera carnis, quę agimus clãculo esca illata diuitias nostras auehit omnes. Quando videt nos a manifestis vitijs abhorrere, & fugere intemperantiam, continẽtiam vero amplexari, & iterum auersari auaritiam, odio habere iniustitiã, ridere, & contemnere delicias, ieiunijs autẽ & precibus vacare, ac eleemosynis dare operã, tunc alium cõmini scitur dolũ, quo pessundet omnes nostras opes, operaq. nostra faciat inutilia. Nam eos qui magna constantia machinationes suas vicerunt, facit vt bonis operibus inflentur, & ad humanam spectent gloriam, quo scilicet a vera eos gloria faciat excidere. *Infra*: Hoc nobis manifestum est ex ijs, quæ Pharisæo acciderũt, qui vt magna de se sensit, & publicanum contẽpsit, subito deterior factus est publicano, & se nudans, exhaurienſque, & omnes virtutum diuitias linguæ sua effudit, pertulitq. rarum & nouum naufragium; apprehenso enim littore, omnes merces suas simul perdidit, talisq. in portu naufragium facit. *Infra*: Etsi ad summum virtutis apicem pertigerimus, nõ obliuiscamur veterũ delictorũ exẽplo eius, qui dicebat, Ego sum minimus Apostolorũ, & nõ sum dignus vocari Apostolus.

IDEM

7 Hom. de lapsu primi hominis. IDEM sic ait: Callidus serpentina cogitatione diabolus, in specie serpentis assumens mendacium, quia semper, & ab initio mendax fuit, venit ad fragilem sexum rudem, & incautum, & in illo peccato primi hominis facta est de vna cupiditate trina cupiditas, ita vt omne 1. Ioa. 2. quod est in mundo, vt ait Apostolus, Concupiscentia sit ventris, quod est lignũ suaue ad escã, concupiscentia oculorum, quod est speciosum oculis ad videndum, & ambitio sæculi, quod est esse vt Deus. *Infra*. Adueniens ergo Dominus Matt. 4 noster Iesus Christus voluit sanare labem primi hominis. Nam cum ieiunaret quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, cum esuiret, diabolus accessit tentare eum æstimans, quòd sicut primi hominis rudimenta deceperat, ita Christum deijceret. Accessit, tentauit eum, & dixit, Si Filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Et ille vt deijceret tentationem eius, & sanaret primi hominis peccata, quæ est concupiscentię ventus, repulit eum dicens, Nõ in solo pane viuit homo. Secunda itidem tentatio oboritur, ita vt leuaret eum in montem excelsum valde ostendens ei omnia regna mundi, & ait, Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Hæc tentatio dicitur concupiscentia oculorum, & ille repellens etiam istam tentationẽ ait, Vade Satana, scriptum est enim, Dominum Deum tuũ adorabis. Tertia in elatione, quod est, esse vt Deus, est ambitio sæculi, leuauit eum similiter in pinnam templi, & ait ei, Mitte te deorsum. Et respondit ei Dominus, Non tentabis Dominum. Ecce trinã tentationem istã vicit Saluator mundi, vbi primus homo peruersa suasione, male deceptus erat. Nam quomodo ille deceptus est, cui suaue lignum ad escam ostendit, sic Christus vicit dicens, Non in solo pane viuit homo. Ille speciosum putauit oculis ad videndum, Christus regna mundi, & diuitias contemnens vicit, in quo ille victus est. Quod illi persuasit esse, vt Deus, hoc isti dictũ est, Angelis suis Deus mandauit de te, &c.

8 In expositio ne Psal. 90. IDEM explicans illa verba: Non timebis a timore nocturno, a sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris, a ruina & dæmonio meridiano, ait: Quis est timor nocturnus ambulans in tenebris, nisi tentationes diaboli quas mittit in damnificationibus, in detractionibus, in vituperationibus? A timore isto nocturno nõ timet Christianus, quia vituperationibus non frangitur. Sagitta volans per diẽ potest intelligi laus humana, quæ etiam ipsa percutit, vt elatione pereat. Quid est negotiũ perambulans in tenebris? Audi negotia, quæ rationabilia videntur esse Christianis, & sunt tenebrosa. Malum negotium pecuniarũ, quod animam inuiscat, & captiuat. De hoc aiebat Psal. 70. Psaltes, Quoniam non cognoui negotiationem introibo in potentias Domini. Ergo ab isto negotio perambulante in tenebris, a ruina, & dæmonio meridiano non timemus.

9 Homil. 37. in Matt. to. 1. IDEM sic habet: Veterator malorũ diabolus, cũ sit magna malitia prędituș, multa opera, ingenti studio, condescensioneq. nonnulla ad perditionem hominum vtitur. A minimis enim plerumque incipit, quod intueri hoc modo licet. Studebat in Phitonissæ derisionem Saul regem detrudere, iterum quia non adhibuisset ille mentem, ad Phitonissas paulatim illum inducit. Nam quoniam Samueli non obtemperauit, & holocausta offerri præparauit, illo absente accusatus, ait necessitas hostium facta est maior. Cumque flere oportuisset, quasi nihil feciſſet lætabatur. Iussit deinde nonnulla de Amalechitis Deus, ea quoque transgressus fuit, hinc aduersus Dauid illum insaniuit, ac sic pau latim, atque paulatim labens non stetit, quousque ad ipsum perditionis barathrum seipsum immisit. Similiter etiam de Cain factum esse videmus. Non enim confestim cædem fratris illi suggessit, ne magitudine rei commotum tã scelestum facinus abominaretur, sed prius persuasit deteriora offerre, nullum esse id dicens peccatum, deinde inuidiæ veneno succendit, nihil etiam hinc mali secuturum persuadendo, ita sensim in eum illapsus, ad cædem fratris, & ad negationem sceleris impulit, nec prius cessauit, quàm malorum omnium verticem imposuit. *Infra*. Nemo repente ad extremam improbitatem insilijt. Habet quippe insitũ quædam anima pudorem, atque innatum, quem subito calcare, atque proijcere non potest, sed sensim, atque paulatim ex negligẽtia perit, hoc pacto etiam Idolorum cultus aditum inuenit, cum vltra quam oportet viui, atque defuncti nonnulli honorarentur, hoc pacto simulachra, & statuæ adoratæ sunt, hoc pacto denique forni catio, & cetera vitia dominantur. Consideremus autem, si nimium quidam, ac importune risit. Dicit, quid enim est risus, aut quid numquam ex risu mali sequetur? Orta tamen ex immoderato risu paulisper scurrilitas, a scurrilitate turpiloquiũ, a turpiloquio operatio turpis profecta. Cum alius proximo ex incuria malediceret reprehensusque esset, contempsit, dicens nihil esse mali huiusmodi verbis vti, sed hinc diffidia, & odia orta sunt, inde inimicitiæ capitales, hinc contumeliæ, a contumelijs porro pulsatio, ac inde cædes plerumque secuta est. Sic a minimis ad maxima gradatim diabolus ducit, & inde ad desperationẽ derrudit, & hanc via priore non minorem adinuenit. 1. Reg. 28

11 Hom. 4. ex imperfecto in Matt. IDEM sic habet: Omnes species iustitiæ quas habent serui Dei in veritate possunt habere, & serui diaboli in simulatione. Habet enim diabolus, & mansuetos, & humiles, habet castos & elemosynarios, & ieiunos, & omnem speciẽ boni quam creauit Deus ad salutem, ipsam speciem, & diabolus introduxit ad seductionem, vt inter bonum verum, & bonum simulatum confusio fiat, vt simplices homines qui boni veri, & boni simulati differentiam intelligere caute nõ possunt dum quærunt bonos Dei viros incurrant in seductores diaboli. Solam autem charitatem sancti Spiritus non potest immundus spiritus imitari.

12 Hom. 4. in c. 2. epist. 2. ad Corint. to. 4. IDEM explicans illa verba: Ne circumueniamur a Satana, neque enim illius cogitationes

nes ignoramus, sic ait: Non ignoramus cogitationes eius, videlicet quòd sub pietatis specie perdit. Non enim solum illiciendo ad stuprum verum, & diuersa ratione potest exitium adferre, puta immodico pœnitentiæ dolore. Proinde cum simul suis & nostros vsurpet, dum & ad peccandum incitans perdit, & nobis ad pœnitentiam prouocantibus rapit. Nec enim illi satis est per peccatum deijcere, sed idem facit per pœnitentiam nisi vigilemus, vnde frequenter vicit nos per nostra. Nam per peccatum vsurpare, proprium illius est, non item per pœnitentiam, quòd hæc nostra sunt arma non illius. Quum igitur & hinc possit arripere, considera quàm turpiter vincemur, quomodo vt imbecilles ac miseros deridebit, atque incursabit, si nostris nos armis aggressurus est. Nam vehementer ridiculũ est, atque extremũ dedecoris, illum per nostra remedia procurare vulnera. Eoque dixit, non enim illius cogitationes ignoramus, vafriciem eius, dolositatem, molitiones, malitiam, sub pietatis imagine factos in cursus declarans. *Infra*: Dum non inuenit quo pacto recta via perdat, alia via ingreditur, labores quidem intendens fructibus autem spoliãs, eisque persuadens, quasi totum recte peregerint, vt iam reliqua negligant.

13 Epist. 50. quæ est de vita Pauli Primi Eremitæ to. 1.

HIERONYMVS sic ait: Multas apud Ægyptum, & Thebaidã Ecclesias tempestas sæua populata est. Verum hostis callidus tarda ad mortem suplicia conquirens, animas cupiebat iugulare non corpora. Cuius vt crudelitas notior fiat, duo memoriæ causa exempla subiecimus. Perseuerantem igitur infidelem martyrem, & inter equuleos laminasque victorem, iussit melle perungi, & sub ardentissimo sole ligatis manibus post tergum resupinari, scilicet vt muscarum aculeis cederet, qui ignitas sartagines ante superasset. Alium iuuenili ętate florentem in amænissimos hortos præcepit abduci, ibique inter lilia candentia, & rubentes rosas cum leni iuxta murmure aquarũ serperet riuus, & molli sibilo arborum folia ventus præstringeret, super extructum plumis lectum resupinari, & ne se inde posset excutere blandis serico nexibus irretitum relinqui. Quo cum recedentibus cunctis meretrix speciosa venisset, cœpit delicatis stringere colla complexibus. Quid ageret miles Christi, & quo se verteret nesciebat. Quem tormenta non vicerant, superabat voluptas. Tandem cælitus inspiratus præcisam morsu linguam in osculantis se faciẽ expuit, ac sic, libidinis sensum succedẽs doloris magnitudo superauit.

14 Lib. 2. in c. 3. Trenorũ to. 4.

IDEM explicans illa verba: Vrsus insidians factus est mihi, leo in absconditis, sic ait: Per duas bestias ferociss imas nimis dolosam, & crudelẽ persecutionẽ antiqui hostis exprimit, qui per ministros suos, aliũ blandimentis, alium vero supplicijs a semita rectæ fidei subuertit, & a spe cælestis auxilij quasi desolatos atterere cupit, vnde subdit semitas meas subuertit. De huius leonis insidijs Propheta in Psalmis testatur dicens, Sedet in insidijs cum diuitibus, in occultis. Actus Antichristi latronum consuetudini comparauit qui occultas vias insidẽt, vt interficiant innocentes. *Psal. 9.*

15 In c. 39. Iob to. 7.

IDEM explicans illa verba: Et de longe oculi eius prospiciunt, inquit. Sagacis valde atque peruigilis aduersarij nostri animum ad inquirendas vires sanctorum dimicantium, nomine oculorum appellauit Deus. Quod autem ait de longe, mentis eius intuitus subtili intentione prospicit, eo quòd etiam in posterum exercitatæ malitiæ sagaci suspicione præuideat, non locorum spatia intelligenda sunt, sed initia dispositionis humanæ ad recte viuendum. Hoc inquam de longe prospicit, quod est ab ipsis vtique exordijs subtilis spiritus, & ad omne malũ nimium mobilis intuitus, vt illic antequam conatus hominis saltem in aliquo roborentur, pullulantia bona exprimat, & extinguat, & interemptum hominem faciat fœtere peccato.

16 Lib. 3. in c. 6. Pauli ad Ephesios to. 6.

IDEM explicans illa verba: Induite armaturã Dei, vt possitis stare aduersus insidias, vel versutias diaboli, vt Hieronymus legit, sic habet: Diabolus quasi vir bellator, & fortis multimoda ingenia ostendit, quibus nos capere nitatur per ea loca, in quibus non omni custodia seruemus cor nostrum. Quæ loca methodias eius, ideſt adinuentiones vel versutias eius Paulus nominauit. Si enim abstinuerimus nos a corporum voluptate, parum cautos in auaritia capit. Quòd si, & auaritiam cum voluptate contemnimus, per luxuriam irrepit, & facit nobis ventrem esse Deum, & per hanc etiam illa, quæ fortia esse videbantur, expugnat. Et quomodo solent sapientes exercituum principes ea vel maxime oppugnare vrbium loca, quæ parum munita sunt, vt cum per illa irruperint, facile munita capiantur ita, & diabolus per ea, quæ patere videt, aut certe non firmiter clausa, quærit irrumpere, & ad ipsam arcem cordis & animæ peruenire. *Infra*: Non est nobis colluctatio aduersus carnẽ, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates. Existimo aduersus carnem, & sanguinem esse certamina, quas Paulus ad Corinthios vocat tentationes humanas, quando caro concupiscit aduersus spiritũ, & prouocat nos facere opera sua, fornicationẽ, immunditiam, luxuriam, inimicitias, contentiones, rixas, iras, dissẽsiones, ebrietates, comessationes, & reliqua his similia. Porro non est humana tentatio, nec aduersus carnem, & sanguinem pugna, quando aut ipse Satanas transfiguratus in Angelum lucis persuadere nititur, vt eum Angelum lucis arbitremur, aut aliquid horum simile facit in omni virtute, signis, & portentis mendacibus, in omni deceptione iniquitatis. Nam cum aliquem illaquearit inimicus, vt recipiat se, & loquatur in eo, hæc dicit Dominus, non quasi caro, & sanguis eum decipit, aut quasi humana tentatio, sed quasi principatus, & potestates, rectores tenebrarum, & nequitia spiritualis. *Gal. 5.*

17 In Psal. 30. to. 8.

AVGVSTINVS explicans illa verba: Educes me de laqueo, quem absconderunt mihi (vbi Augustinus educes me de muscipula ista, quam occultauerunt mihi) ait: Muscipulam suam diabolus tendit vsque in finem, & væ illi qui in illam muscipulam cadit. Extenta est, & parata muscipula inimici. Posuit in muscipula errorem, & terrorem, errorem, quo illiciat, terrorem quo frangat, & rapiat. Tu claude ianuã cupiditatis contra errorem, tu claude ianuam timoris contra terrorem, & educeris de muscipula. Huiusmodi pugnæ exemplum imperator tuus in se demonstrauit. Et primo tentatus est illecebris, quia tentata est in illo ianua cupiditatis, quando diabolus illi dixit, dic vt lapides isti panes fiant, adora me, & dabo tibi Regna ista, mitte te deorsum. Omnia hæc per illecebram cupiditatem tentant. At vbi clausam inuenit cupiditatis, in eo qui tentabatur pro nobis conuertit se ad tentandam ianuam timoris & præparauit passionem illi. Denique hoc dicit Euangelista, & consummata tentatione diabolus recessit ad tempus ab eo. Quid est ad tẽpus? Tamquam rediturus, & tentaturus ianuã timoris, quia clausam inuenit ianuam cupiditatis.

Luc. 4.

18 In Psal. 39. Psal. 90.

IDEM sic ait: Hostis noster tunc leo fuit, cum aperte sæuiebat, modo draco est, cum occulte insidiatur. Ille autem, cui dictum est, Conculcabis leonem, & draconem, quoniam corpus eius, & membra eius sumus, sicut cõculcauit leonem pedibus patrum nostrorum aperte sæuientem, & ad passiones martyres attrahentem, ita modo draconem conculcabit, ne nobis insidietur. De quo dracone nos cautos faciens Apostolus ait: Timeo ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, sic & mentes vestræ corrumpantur a castitate, quæ est in Christo Iesu. Serpens ergo iste adulter antiquus virginitatem corrumpendam cordis inquirit. Sicut autem adulter homo lætatur in nequitia sua, cum carnem corrumpit, sic & diabolus lætatur, quando mentem corrumpit. Sicut autem patribus nostris aduersus leonem opus erat patientia, sic nobis aduersus draconem vigilantia. Persecutio autem siue a leone, siue a dracone numquã cessat Ecclesiæ, & magis metuendus est cum fallit, quàm cum sæuit, illo tempore ingerebat violentias, nunc insidias, videbatur tunc fremens, lubricus, nunc & oberrans difficile videtur. Apertum malum fremitus leonis, a longe auditur, a longe cauetur. Applicat se lubricus draco occultis lapsibus, serpens leni tactu surrepens, astuto sibilo immurmurans.

19 In Psal. 90.

IDEM explicans illa verba: Non timebis a timore nocturno, &c. ait: Quid est timendũ in nocte, & quid in die? cum quisque ignorans peccat, tamquam in nocte peccat, cum autem sciens peccat, tamquam in die peccat. Tentationem quæ fit in ignorantibus leuis, timorem nocturnum appellauit, & tentationem quæ fit leuis in scientibus, Sagittã volantem per diem appellauit. Quæ sunt leues tentationes? Quæ non sic instant, non sic vrgent, vt cogãt, sed possunt cito declinata transire. Eadem rursus facit grauia, si persecutor instet, & vehementer terreat ignorantes, ideſt nondum firmos in fide, nec scientes, quòd ad hoc sunt Christiani, vt futuram vitam sperent, cum cœperint terreri de malis temporalibus putant, quòd deseruit illos Christus, & sine causa sint Christiani. Non enim norunt, vt dixi, quia ad hoc sunt Christiani, vt præsentia superent, & futura sperent, inuenit illos negotium perambulans in tenebris, & capit eos. Sunt autem quidam, qui nouerũt se ad futuram spem vocatos, quia quod nobis promisit Deus non est de ista terra, non de ista vita, quia omnes istæ tentationes tolerandæ sunt, vt illud acquiramus, quod nobis promisit Deus in æternum. Norunt ista, sed quando cœpit persecutor instare vehementer, agitare minis, pœnis, tormentis, aliquando cedunt, & scientes tamquam in diem cadunt. Quare autem in meridie? Quia multum feruet persecutio. Maiores æstus dixit meridiem. Sicut granum quod cecidit inter petrosa, quia non habens altas ralices exorto Sole aruit. Ij sunt qui ad tempus credunt, & in tempore tẽtationis recedunt, quia deerat firma radix, quæ est charitas, de qua ait Paulus, vt in charitate radicati, & firmati. Dæmonium ergo meridianum propter æstum vehementis persecutionis positum est. Quicumque ergo imperatorum persecutione sæuiente, noluit feriri, & ideo negauit se esse Christianum sciens, quòd malum faceret, peruenit ad illum sagitta volans per diẽ. Quicumque autem non curauit præsentem vitam, sed certus sperauit futuram, declinauit sagittam volantem per diem. Cum vidissent inimici, quod multi festinarent ad martyrium, & fideles crescerẽt, dixerunt, Quicumque confessus fuerit nomen Christi non occidatur, sed torqueatur, & tamdiu torqueatur quousque neget se esse Christianum. Quis fidelis eam mortis celeritatem declinaret? illud autem, Qui se confitetur Christianum non occidatur, sed torqueatur donec neget, si negauerit dimittatur, dæmonium meridianum erat. Multi ergo non negantes, in tormentis deficiebãt, tãdiu enim torquebantur, donec negarent.

20 *Matt. 13.* *Eph. 5.*

21 In Ps. 141.

IDEM explicans illa verba: In via hac qua ambulabã, absconderunt superbi laqueum mihi, sic habet: Via hæc qua ingrediebar Christus est, ibi illi absconderunt laqueum me persequentes, quia Christianus sum. Quantum ad eorum cupiditatem, & conatum pertinet, in ipsa via me voluerunt habere laqueum, quo caperer. Hoc dictum est iuxta cupiditatem ipsorũ, nam expresse alibi dictũ est, iuxta semitas scãdalum posuerunt mihi. Reuera enim non ponunt in semita, non ponunt in via quæ Christus est, non eos Christus sinit ponere in via, vt non sit, qua eamus, sinit tamen eos ponere iuxta viam, vt de via non declinemus. Non egrediar a Christo, & non incidam a via in laqueum, tutus ero, si de via non recessero. Ignoras quia in medio laqueorum ingredieris, ait Scriptura? Quid est in medio laqueorum? In via Christi. Et hinc laquei, & hinc laquei. Laquei a dextris, laquei a sinistris. Laquei a dextris prospe ritas sæculi, laquei a sinistris aduersitas sæculi. *Psal. 139.* *Eccli. 9.*

Laquei

Laquei a dextris promissiones, laquei a sinistris terrores. Tu in medio laqueorum ingredere, a via noli discedere, nec promissio te capiat, nec terror elidat.

22 Tract. 2. in 1. Canonicam Ioannis to. 9

IDEM exponens illa verba: Omne quod est in mundo concupiscentia carnis est, concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ inquit. Desiderium carnis est desideriũ rerum, quæ pertinent ad carnem, sicut cibus, & concubitus, & cetera huiusmodi. Desiderium oculorum dicit omnem curiositatem. Ambitio sæculi superbia est, iactare se vult in honoribus, magnus tibi videtur homo, siue de diuitijs siue de aliqua potentia. Tria sunt ista, & nihil inuenies vnde tẽtetur cupiditas humana, nisi aut desiderio carnis, aut desiderio oculorum, aut ambitione sæculi. Per ista tria tentatus est Dominus a diabolo. Desiderio carnis tentatus est quando dictum est ei, Dic, vt lapides isti panes fiant, quando esuriuit post ieiunium. Tentatus, est desiderio oculorum quando ei dixit, Mitte te deorsum. De ambitione sæculi tentatus est, quando ei dictum est, Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.

Matt. 4.

23 Tract. 5. in Ioannis Apocal.

IDEM explicans illa verba: Et exijt alius equus ruffus, & sedẽti super eum datum est tollere pacem de terra, ait: Equus ruffus populus est malus ex sessore suo diabolo sanguinolẽtus. Quem ideo dixi ruffum, eo quòd multorum esset sanguine rubicundus. Quod autem datus est ei gladius acutus, & tollere pacem de terra, hoc est, quod diabolo suadente homines mali iugiter inter se lites, & discordias vsq. ad mortem excitare non cessant.

24 Lib. de symbolo ad Catechumenos.

IDEM ait: Duo sunt genera armorum diaboli valde fortia, voluptas & timor. Alios enim voluptate capit, alios timore frangit. Contra timorem diaboli assit timor Domini sanctus permanens in sæculum sæculi. Contra voluptatem turpissimæ delectationis non desit fides orationis. Plures tamen noueritis dilectissimi capere aduersarium per voluptatem quàm per timorem. Nam quare quotidie mu scipulam spectaculorum, insaniam studiorum, ac turpium voluptatum proponit, nisi vt his delectationibus capiat?

25 Serm. 8. ex 17. varijs, qui est de beato martyre Vincẽtio to. 10.

IDEM sic habet: Bene vincere diabolum est vniuersas machinas vincere, illecebras dũ ministrat, vincitur per continentiam, pœnas & tormenta infligit, vincitur per patientiam, errores suggerit, vincitur per sapientiam. Ad extremum cum omnia hæc victa fuerint, suggerit animæ, euge, euge, quantum potuisti, quantum certasti. Quis tibi comparatur? Quàm bene vicisti? Respondeat illi anima sancta, Auertantur statim erubescenees, qui dicunt mihi euge, euge.

Psal. 33.

26 Lib. 1. moral. cap. 20. to. 2.

GREGORIVS sic habet: Bona nostra tribus modis antiquus hostis insequitur, vt videlicet aliquando in bono opere intentionem polluat. Aliquando vero intentionem boni operis vitiare non præualet, sed in ipsa actione se quasi in itinere opponit, vt cum per propositum mentis securior quisque egreditur, subiuncto latenter vitio quasi ex insidijs perimatur. Aliquando vero nec intentionem vitiat, nec in itinere supplantat, sed opus bonũ in fine actionis illaqueat, quantoque vel a domo cordis, vel ab itinere operis, longius recessisse se simulat, tanto ad decipiendum bonæ actionis terminum astutius expectat, & quanto incautũ quemque quasi recedendo securum reddiderit, eo illum repentino nonnumquam vulnere durius, insanabiliusque transfigit. Intentionem quippe in bono opere polluit, quia cum facilia ad decipiendum corda hominum cõspicit eorum desiderijs auram transitorij fauoris apponit, vt in his quæ recta faciunt ad appetenda iura fortitudine intentionis inclinentur. Vnde recte sub Iudææ specie de vnaquaque anima miseræ intentionis laqueo capta per Prophetam dicitur, Facti sunt hostes eius in capite, ac si aperte diceretur. Cum bonum opus non bona intentione sumitur hinc aduersantes spiritus ab ipso cogitationis exordio principantur, tantoque eam plenius possident, quanto & per initium dominantes tenent. Cum vero intentionem vitiare non prævalent, in via positos laqueos tegunt, vt in eo quod bene agitur, cor exaltans se extatere ad vitium deriuetur, quatenus quod inchoans aliter proposuerat, in actione longe aliter quàm cœperat percurrat. Sæpe enim bono operi dum laus humana obuiat, mentem operantis immutat, quæ quamuis quæsita non fuerat, tamen oblata delectat. Quia enim etiam bene inchoantibus subesse in itinere laqueos Psalmista conspexerat recte prophetico plenus spiritu dicebat, In via hac qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi. Quod bene ac subtiliter Hieremias insinuat, qui dum gesta foris referre studuit, quæ intus apud nosmetipsos gererentur indicauit dicens, Venerunt octogin ta viri de Sichem, & de Silo, & de Samaria, rasi barba, & sciffis vestibus, squalentes manera, & thus habebant in manu, vt offerrent in domo Domini. Egressus autem Ismael filius Nathaniæ in occursum eorum de Maspha incedens, & plorans ibat. Cumque occurrisset eis dixit ad eos. Venite ad Godoliam filium Ahicham. Qui cum veniissent ad medium ciuitatis interfecit eos. Barbam quippe radunt, qui sibi de proprijs viribus fiduciam subtrahunt, vestes scindunt qui sibimetipsis in exterioris decoris laceratione non parcunt. Oblaturi in domo Domini thus, & munera veniunt, qui exhibere se in Dei sacrificio orationem cum operibus pollicentur. Sed tamen si se in ipsa sanctæ deuotionis via, caute circumspicere nesciunt, Ismael Nathaniæ filius in eorum occursum venit, quia nimirum quilibet malignus spiritus, prioris sui, Satanæ videlicet exemplo in superbiæ errore generatus, se ad laqueum decæptionis opponit. De quo, & bene dicitur, Incedens, & plorans ibat, quia vt deuotas mentes interimere feriendo prævaleat, semetipsum quasi sub velamine virtutis occultat, & dum cõcordare se vere lugentibus simulat ad cordis intima securius admissus hoc quod intus de virtute latet. Qui plerumque se spondet ad altiora prouehere vnde, & dixisse perhibetur, Venite ad Godoliã filium Ahicham, atque dum maiora etiã ostendit, minora subtrahit. Vnde, & recte dictum est, qui cum venissent ad medium ciuitatis interfecit eos. Viros ergo ad offerenda Deo munera venientes in medio ciuitatis interfecit, quia diuinis deditæ operibus mentes, nisi magna se circumspectione custodiant hoste surripiente, dum deuotionis hostiam portant, in ipso itinere perdunt vitam. *Infra.* Cum vero antiquus hostis, nec in exordio intentionis ferit, nec in itinere actionis intercipit, duriores in fine laqueos tendit. Quem tanto nequius obsidet, quanto solum sibi remansisse ad decipiendum videt. Hos namque fini suo laqueos oppositos Propheta conspexerat, cum dicebat, Ipsi calcaneum meum obseruabunt. Quia enim in calcaneo finis est corporis, quid per hunc, nisi terminus signatur actionis? Maligni ergo spiritus calcaneum obseruant, cum actionis bonæ finem vitiare desiderant. Vnde & eidem serpenti dicitur, Ipsa tuum obseruabit caput, & tu calcaneum eius. Caput quippe serpentis obseruare, est initia suggestionis eius aspicere, & manu sollicitæ considerationis, a cordis aditu funditus extirpare. Qui tamen cum ab initio deprehenditur, percutere calcaneum molitur, quia etsi suggestione prima intentionem non percutit, decipere in fine tẽdit.

Psal. 55.

Gen. 3.

30 Lib. 2. in c. 1. Iob cap. 24. moral.

IDEM explicans illa verba: Cum veniissent filij Dei, vt assisterent coram Domino, affuit inter eos etiam Satan, sic habet: Cum filij Dei assistunt coram Deo, inter eos quoque assistet, & Satan, quia plerumque bonis nostris cogitationibus, quæ in corde nostro aduentu Spiritus sancti seminãtur, sic interserit, vt bene cogitata perturbet, maleque perturbata dilaniet. Vnde venis? Callidum namque hostem requirere est eius nobis insidias declarare, vt quo eum subintrare ad cor cernimus, forti contra illum circumspectione vigilemus. Circuiui terram, &c. Satan terram circuire est carnalia corda perscrutari, & vnde occasionem accusationis inuenire possit exquirere: terram circuit, quia humana corda circumuenit, vt bona tollat, mala inferat. Et non transuolasse, sed perambulasse se asserit, quia quem tentat nequaquam velociter deserit, sed vbi molle cor inuenerit, ibi pedem miseræ persuasionis figit, vt immorando actionis praue vestigia imprimat.

31 Lib. 3. moral. cap. 6.

IDEM explicans illa verba Iob cap. 2. adhuc tu permanes in simplicitate tua, sic habet: Antiquus hostis humanum genus duobus modis tentare consueuit, vt videlicet corda stantium, aut tribulationibus frangat, aut persuasionibus molliat. In vtrisque contra beatum Iob se vehementer exercuit. Nam prius patrifamilias intulit damna rerum, orbauit patrem filiorum morte, percussit incolumem putredine vulnerum. Sed quia putrescentem foris, sanum adhuc interius stare conspexit, & quẽ exterius nudum reddidit, hunc interius ditiorem fieri per exhibitam laudem conditoris inuidit, callide cogitans pensat, & ad subtilia tentandi argumenta conuertitur. Nam antiquæ artis insidias repetit, & quia scit, quomodo Adam decipi soleat, ad Euam recurrit. Quæritur ab aduersario, in hanc arcem munitissimam, quibus gradibus ascendatur. Vicina est autem viro mulier, atque subiecta. Cor igitur mulieris tenuit, & quasi scalam, qua ad cor viri ascendere posset, inuenit. *Infra.* Ex verbis autem malæ persuadentis coniugis vigilanter debemus aspicere, quod antiquus aduersarius non solum per semetipsum, sed per eos etiã, qui nobis adhærent, statum satagit nostræ mẽtis inclinare, cum enim cor nostrum, sua persuasione nonsubruit, ad hoc nimirum per linguas adhærentium repit. Callidus namque aduersarius cum a bonorum cordibus repelli se conspicit, eos, qui ab illis valde diliguntur, exquirit, & per eorum verba blandiens loquitur, qui plus ceteris amãtur, vt dum vis amoris cor perforat, facile persuasionis eius gladius ad intima rectitudinis munimina irrumpat. Post damna igitur rerum, post funera pignorum, post vulnera, scissurasque membrorum, antiquus hostis linguã mouit vxoris. *Infra:* Ecce tentando omnia abstulit, ecce tentando mulierem relinquit, & sancto viro callide cuncta diripuit, sed valde callidius adiutricem suam mulierem reseruauit. Sed Adam noster fortis in sterquilinio iacet, qui in Paradiso quondam debilis stetit.

Psal. 54.

32

33 Lib. 14. moral. cap. 7.

IDEM explicans illa verba: Iob. 18. abscondita est in terra pedica eius, & decipula illius super semitam, inquit. In terra pedica absconditur, cum culpa sub terrenis commodis occultatur. Inimicus quippe insidians ostendit humanæ menti in terreno lucro quid appetat, & occultat peccati laqueum, vt eius animam strin gat, quatenus videat quid est, quod cõcupiscere valeat, & tamen nequaquam videat in quo culpæ laqueo pedem ponat. Decipula vero a decipiendo dicta est. Et tunc ab antiquo hoste super semita decipula ponitur, quando in actione huius mundi, quam mens appetit, peccati laqueus paratur, quæ videlicet non facile decipere, si videri potuisset. Sic quippe decipula ponitur, vt dum esca ostenditur nequaquam ipsa videatur a transeunte. Quasi esca quippe in laqueo est, lucrum cũ culpa, & huius mundi prosperitas cum iniquitate. Sæpe ergo proponuntur animo cum culpa honores, diuitiæ, salus, & vita temporalis, quæ mens infirma dum quasi escam videt, & decipulam nõ videt, per escam, quam videns appetit, in culpa constringitur, quæ non videtur. EXISTVNT etenim qualitates morum quæ certis uitijs sunt vicinæ. Nam mores asperi aut crudelitati aut superbiæ solent esse coniuncti, mores autem blandi, & quàm decet paulo amplius lætiores nonnumquam, & dissolutioni. Intuetur ergo inimicus generis humani vniuscuiusque mores, cui vitio sint propinqui, & illà opponit ante faciem ad quæ cognoscit facilius inclinari mentem, vt blandis ac lætis moribus sæpe luxuriam, nonnunquam vanam gloriam, asperis vero mentibus iram

superbiam vel crudelitaté proponat. Ibi ergo decipulã ponit, vbi esse semitam mentis conspicit, quia illic periculum deceptionis inserit, vbi viam esse inuenerit propinquæ cogitationis.

34 IDEM explicans illa verba Iob. 28. cap. Volucres quoque cæli latet. Sic ait: Per volucres nonnumquam virtutes aereæ designantur, bonorum studijs aduersæ, vnde veritatis voce dicitur, quoniam semen quod secus viam cecidit venerunt volucres, & comederunt illud, quia nimirum maligni spiritus humanas mẽtes obsidentes dum cogitationes noxias ingerunt, verbum vitæ a memoria euellunt. Hinc rursum cuidam diuiti superba sapienti dicitur, Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, Filius autem hominis non habet, vbi caput suum reclinet. Vulpes valde fraudulenta sunt animalia, quæ in fossis vel specubus se absondunt, cum que apparuerint, numquam rectis itineribus sed tortuosis anfractibus currũt; volucres vero, vt nouimus, alto volatu se in aera subleuant. Nomine ergo vulpium dolosa atque fraudulenta, nomine autem volucrum, hæc eadem superba dæmonia designantur. Ac si dicat, fraudulenta, & elata dæmonia in corde vestro, idest, in cogitatione superbiæ inueniunt habitationem suam, Filius autem hominis vbi caput suum reclinet, non habet, humilitas mea requiem in superba mente vestra non inuenit.

Lib. 19. moral. cap. 1.
Luc. 8.
Matt. 8.
Luc. 9.

35 IDEM explicans illa verba Iob 38. Per quã viam spargitur lux, diuiditur æstus super terrã, ait: Accepta luce conuersionis, mox ab occulto aduersario contra fulgentem mentem tentamenta succrescunt, & ideo subdit, diuidatur æstus super terram. Hostis namque callidus, quos iustitiæ luce enitescere cupit, eorum mentes illicitis desiderijs inflammare contendit, et plerumque plus se vrgeri tentationibus sentiunt, quàm tunc cum lucis internæ radios non videbant. Vnde & Israelitæ, postquam vocati sunt, contra Moysen, & Aaron de excrescente labore conqueruntur dicentes, Videat Dominus, & iudicet, quoniam fœtere fecistis odorem nostrum coram Pharaone, & seruis eius, & præbuistis ei gladium vt interficeret nos. Recte vero etiam diuidi æstus dicitur, quia nimirum non singuli omnibus, sed quibusdam vicinis, ac iuxta positis vitijs fatigantur. Prius enim complexionẽ vniuscuiusque antiquus aduersarius perspicit, & tunc tentationis laqueos ponit. Alius namque lætis, alius tristibus, alius timidis, alius elatis moribus existit. Quo ergo occultus aduersarius facile capiat, vicinas cõplexionibus deceptiones parat. Quia etenim lætitiæ voluptas iuxta est lætis moribus, luxuriã proponit. Et quia tristitia in iram facile labitur, tristibus poculum discordiæ porrigit. Quia timidi supplicia formidant, pauentibus terrores intentat. Et quia elatos extolli laudibus conspicit, eos ad quæque voluerit blandis fauoribus trahit. Singulis igitur hominibus vitijs conuenientibus insidiatur. Neque enim facile captiuaret, si luxuriosis, aut auaris scorta proponeret, si aut voraces de abstinentiæ gloria, aut abstinentes de gulæ imbecillitate tentaret, si mites per studium certaminis, aut iracundos capere per fauorem formidinis quæreret. Quia ergo in tentationis ardore callide singulis insidians vicinos motibus laqueos abscondit, recte dicitur, diuiditur æstus super terram.

Lib. 19. moral. cap. 12.
Exod. 5.

36 IDEM explicans illa verba Iob cap. 39. Gloria narium eius terror, inquit: Nomine narium in sacra Scriptura aliquando antiqui hostis instigatio solet intelligi, & exhalãtes eius insidiæ, quod in hoc eodem libro de illo Dominus attestatur dicens, De naribus procedit fumus. Ac si dicat, de peruersa instigatione illius in humanis cordibus caligo nequissimæ cogitationis surgit, pèr quam videntium oculi tenebrescant.

Lib. 31. moral. cap. 12.
Iob 41.

37 IDEM exponẽs illa verba Iob cap. 40. Stringit caudam suam quasi cedrum, sic habet: Prima quidem serpentis suggestio mollis, ac tenera est, & facile virtutis pede conterenda, sed si hæc inualescere negligenter permittitur, cẽq. ad cor aditus licenter præbetur, tanta se virtute exaggerat, vt captam mẽtem deprimens vsque ad intolerabile tobur excrescat. Caudam itaque quasi cedrum stringere dicitur, quia semel eius in corde recepta tẽtatio in cũctis quę subsequẽter intulerit, velut ex iure dominatur. Huius ergo Behemoth caput herba est, cauda vero cedrus, quia ex prima quidem suggestione blandiens substernitur, sed per vsum vehementer inualescens succrescente tentationis fine roboratur. Superabile namque est omne quod initio suggerit, sed inde sequitur, quod vinci vix possit. Prius enim quasi consulens blanda ad animum loquitur, sed cum semel dẽtem delectationis infixerit, violenta post cõsuetudine pene insolubiliter innodatur, vnde & ne stringere caudam dicitur. Dente enim vulnerat, cauda ligat, quia suggestione prima percutit, sed percussam mẽtem, ne euadere valeat, inualescente fine tentationis astringit. Behemoth ergo iste prius illicita suggerens, linguã exerit, post ad delectationem pertrahens dentem figit, ad extremum vero per consensionem possidens, caudam stringit. Quidam ergo dum Behemoth istius caput non conterunt, plerumque cauda, & nolentes ligantur. Quæ contra eos cedri more induruit, quia a blanda voluptate exordij, vsque ad violentiam retentionis excreuit. Dicatur ergo stringit caudam suam quasi cedrum, vt tanto quisque debeat initia tẽtationis fugere, quanto finem eius intelligit ci tius solui non posse, & quos per praua initia cepit, ad finem deteriores reddit, vt tentamenta eius quo citius cessatura sunt, eo valentius compleantur.

Lib. 31. moral. cap. 14.

38 IDEM explicans illa verba: Iob cap. 40. nunquid illudes ei, quasi aui, sic inquit. Quid est quod aduersarius noster prius Behemoth, post modum Leuiathan dicitur, at nunc aui in perditionis suæ illusione comparatur? Behemoth quippe belua interpretatur, quæ quadrupes ostenditur, dum sicut fœnum comedere perhibetur. Leuiathan vero, quia hamo capitur, proculdubio serpẽs in aquis innotescitur, nunc vero ad auis similitudinem ducitur. *Infra*. Irrationabile, & quadrupes animal est per actionis immundæ fatuitatem, draco per nocendi malitiam, auis per subtilis naturæ leuitatem. Quando latenter mordet, serpens est, quando per indomitam superbiam se etiam Angelum lucis simulat, auis est. Humanum etenim genus quamuis inexplicabili iniquitatis arte lacessat, tribus tamen vitijs valde tentat, vt videlicet, alios sibi per luxuriam, alios per malitiam, alios per superbiam subdat. In eis, quos ad stultitiam luxuriæ excitat, iumentum est, in eis, quos ad nocendi malitiam inflammat, draco est, in eis vero, quos in fastum superbiæ quasi alta sapientes eleuat, auis est, in illis vero, quos pariter in luxuria, & superbia, & malitia polluit, iumentum, draco simul, & auis existit. *Infra*: Cum hunc per carnis luxuriam tentat, & tamen minime superat, mutata suggestione cor illius in malitiam inflammat. Quia ergo ad eum venire belua nou valuit, draco venit. Illum veneno malitiæ corrumpere non valet, sed tamen bona sua eius oculis opponit, & cor illius in superbiam extollit, cui quasi auis volauit. Quæ nimirum auis tanto contra nos immanius extollitur, quanto nulla naturæ suæ infirmitate præpeditur.

Lib. 31. moral. cap. 12.
Iob 41.

39 Pœne terribilis curæ pastoralis admonitione. IDEM sic habet: Admonendi sunt qui peccata lugent, vt de misericordia Dei, quam postulant, præsumant, ne vi immoderatæ afflictionis intereant. Rursumque admonendi sunt, vt sic de spe fiduciam habeant, ne tamen incauta securitate torpescant. Plerumque enim hostis callidus mentem quam peccato supplantat, cũ de ruina sua afflictam respicit, securitatis pestiferæ blanditijs seducit. Quod figurate exprimitur cum factum Dinæ memoratur. Scriptũ quippe est, Egressa est Dina, vt videret mulieres regionis illius, quam cum vidisset Sichem princeps terræ illius, adamauit, & rapuit, & vi oppressit eam, & conglutinata est anima eius cum ea, tristemque blanditijs deliniuit. Dina quippe vt mulieres videat extraneæ regionis egreditur, quando vnaquæque mens sua ĩstudia negligens, actiones alienas curans extra ordinem proprium vagatur. Quam Sichẽ princeps terræ illius opprimit, quia videlicet inuentam in curis exterioribus, diabolus corrumpit. Et conglutina est anima eius cum ea, quia vnitam sibi per iniquitatem respicit. Et quia cum mens a culpa resipiscit, ad se ducitur, atq. admissum flere conatur, corruptor autem spes & securitates vacuas ante oculos reuocat, quatenus vtilitatem tristitiæ subtrahat, recte illic subiungitur, Tristemque blanditijs deliniuit. Modo enim aliorum facta grauiora, modo nihil esse quod perpetratum est, modo misericordem Deum loquitur, modo adhuc tempus subsequens ad pœnitentiam pollicetur, vt dum per hæc decepta mens ducitur, ab intentione pœnitentiæ suspendatur, quatenus tunc bona nulla percipiat, quam nunc mala contristant, & tunc plenius obruatur supplicijs, quę nunc etiam gaudet in delictis.

Gen. 34.

40 BERNARDVS sic habet: Scuto circundabit te veritas eius. Ad quid fratres scuto circundabit te veritas eius. Ad quid fratres scuto circumdamur, nisi quia nos vndique bella circundant? Non timebit, inquit, a timore nocturno. A sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris, ab incursu, & dæmonio meridiano. Ab inferiori enim parte timor nocturnus insurgit, a sinistris sagitta volat, in die a dextris perambulat negotium tenebrosum, & vt nihil sit vacuum, a superiori parte dæmoniũ meridianum insurgit. *Infra*: Hoc fratres quod me vehementius terret, quod inter tanta pericula minus timorati, minus exercitati, minus quàm necesse sit solliciti videamur. Si quidem unũ e duobus hæc nostra negligentia probat, aut omnino traditos nos hostibus, & nescire, aut si inter hæc conseruamur ei, qui tuetur nos, ingratos nimirũ inuenire. *Infra*: Simus ergo solliciti cõtra timorem nocturnum, idest aduersus pusillanimitatem, quæ de carnis afflictione procedit, vt corpus nostrum castigantes subijcere seruituti studeamus. Si quis vero nobis in faciem maledicit, si quis aperte mala suadere conatur, in die volat sagitta, & a sinistris est. Quòd si adulatur, si quasi consulentis animo venenum propinat fraternæ detractionis, & odium seminare conatur, si denique iniquum aliquid tan quam iustum persuadere tentat, a dextris est mihi iste, sed Iudas est, & osculo me prodit, & negotium perambulans in tenebris necesse est propulsari. Sed ecce dæmonium meridianum, superbiæ scilicet spiritus, qui nimirum in splendore maiori virtutum acrius insurgere solet.

Serm 2. in festo beati Andreæ. Psal. 90.

41 IDEM exponens illa verba: Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium, ait: Qui sunt venatores isti? venatores vtique pessimi & nequissimi, callidissimi, & crudelissimi. Venatores qui cornu non sonant, vt nõ audiantur, sed sagittãt in occultis immaculatũ. Ipsi rectores sunt tenebrarũ harum, astutissimi astutia, & versutia diabolicæ fraudis, ita vt sicut est ante venatorem bestia, sic ad eorum comparationem sit quilibet astutissimus hominum, præter eos dumtaxat, qui cum Apostolo non ignorant cogitationes eorum. Obsecro vos nouellæ plantationes Dei, qui nondum exercitatos habetis sensus ad discretionem boni, & mali, nolite abundare in sensu vestro ne vos tanquam rudes adhuc versutus ille venator decipiat. Nã siluestribus illis, & omnino bestialibus bestijs (sæculares homines loquor) apertos satis expandit laqueos, vt pote quos facile capiendos esse non dubitat. Vobis autem qui tanquã prudentiores cerui serpentes necatis, & desideratis ad fontẽ viuũ subtiliores occultat laqueos, & callidiora fraudis suæ argumenta conquirit. *Infra*: Laqueus diaboli, diuitiæ sunt huius sæculi. *Infra*: Laqueus etiam est corpus nostrum, vnde, & oculus legitur animam deprædari. Mi nime ergo decet esse securum hominem, qui secum portat laqueum suum, sed tandiu timen-

Serm. 3. in Psal. qui habitat.
Thren. 3.

dum est donec laqueus contritus sit, donec anima corpus istud deposuerit.

42 Serm. 6. in Psal. qui habilar. IDEM exponens illa verba: Ab incursu, & dæmonio meridiano, inquit: Quos perfectos boni nouerit amatores malum eis sub specie boni non mediocris, sed perfecti persuadere conatur, vt cito consentiat qui magnopere diligit bonum, & facile qui currit incurrat. Hoc est dæmonium non modo diurnum, sed & meridianum. An non hoc timuit Maria, quando ad nouam Angeli salutationem expauit? An non hoc insinuabat Apostolus cum diceret, Non enim ignoramus cogitationes eius. Ipse enim Angelus satanæ transfigurat se in Angelum lucis. An non denique hoc ipsum metuebant discipuli quando videntes Dominum super mare ambulantem, clamabant phantasma esse.

43 In lib. meditationum cap. 14. Psal. 16. Psal. 7. Psal. 63. IDEM sic ait: Diabolus quē videre nō possum, & ideo minus ab eo mihi cauere, tetendit arcū suū, & in eo parauit sagittas suas, vt vulneret me repente, narrauit vt abscōderet laqueos suos, & dixit, quis videbit eos? Laqueum posuit in auro, in argento, & in omnibus quibus abutimur, cum illis male delectamur, & illaqueamur. Nec solum laqueum posuit, sed & viscum. Viscus est amor possessionis, affectus honoris, & carnis voluptas, quibus anima inuiscatur, & irretitur. Sagittæ diaboli sunt ira, inuidia, luxuria, & cetera, quibus anima vulneratur. Heu mihi, quia vndique bella mihi video, vndique tela volant. vndique tentamenta, vndique pericula. Quocunque me vertam, nulla securitas est. Et quæ mulcent, & quæ tristant, vel molestant omnia timeo, Esuries, & refectio, somnus, & vigiliæ labor, & quies pugnant contra me. Non minus suspectus est mihi iocus, quàm ira. Nec minus prospera vereor quàm aduersa, prospera namque suauitate sua incautum me faciunt, & decipiunt. Aduersa vero quia aliquid amaritudinis habent, velut potiones amaræ suspectum, & timidum faciūt, vnde sicut in hostili regione versantibus hac illacque circumspiciendum est, & ad omnem strepitum circumagenda est ceruix.

Diabolus victus est a Christo Domino, & iustis, vincit autem nos, quia incuruamur illi, et arma damus. Cap. XXXII.

1 Lib. 22. cōtra Faustū Manicheū cap. 90. to. 6 Exod. 2. DE re hac multa adnotata sunt in anterioribus lib. 2. potissime autem cap. 8. quibus addenda sunt hæc, quæ docet Augustinus, vbi sic habet: Quòd Moyses fratrem defendens occidit Aegyptium, cuiuis facillime occurrit, iniuriosum nobis in hac peregrinatione diabolum, a Domino Christo nobis defensis occidi. Quòd vero in arena obruit interemptū, manifestum est eius iam mortificatam præsentiam, in eis latere, qui non habent stabile fundamentum. Qui ædificati super arenam viri stulti, & tentati in eis ruina fit magna.

2 Lib. de natura, & gratia contra Pelagianos to. 7. IDEM sic ait: Dicunt aliqui, diabolus nobis aduersatur. Prorsus huic obiectioni illa verba respōdemus, quæ beatus Iacobus dicit, Resistite diabolo, & fugiet a vobis. Vnde animaduertendum est, quid possit his nocere, quos fugit, vel quam virtutem habere intelligendus sit, qui solis præualere non resistentibus potest. Iac. 4.

3 Expositione in Psal. 37. to. 1. IDEM explicans illa verba: Tu confregisti capita draconis, dedisti eum escam populis Aethiopum, inquit. Confractum est caput draconis, diaboli scilicet, sub quo omnes dracones militant dæmones, confracta est eius superbia diabolica. Et quid de illo fecit, qui operatus est salutem in medio terræ? Dedisti eum escam populis Aethiopum. Et quomodo acceperunt Aethiopes draconem istū in escam? Puto quòd magis Christum acceperunt isti in escam, sed Christum quo consummarentur, diabolum quē consumerent. Moyses adoratum vitulum comminuit, & potandum populo apostatæ dedit. Quid est hoc, nisi quia adoratores diaboli, corpus ipsius facti erant? corpus diaboli consumēdum erat, & hoc ab Israelitis consumendum. Ex illo enim populo Apostoli, ex illo prima Ecclesia, & dictum erat Petro de gentibus, Occide, & manduca. Quid est occide, & manduca? Occide quod sunt, & fac quod es. Hic comminue, & bibe, quia oportebat vtique, vt corpus quod erat diaboli, credendo transiret in corpus Christi, sic diabolus consumitur amissis membris suis? *Infra*: Illud quoque intelligi potest, dedisti eum escam populis Aethiopum, quia nunc eum omnes mordent. Quid est mordent? Reprehendendo, culpando, accusando diabolum. *Infra*: Tu siccasti fluuios Ethan. Ethan verbum Hebræum est, quod interpretatur fortis, robustus. Quis est iste fortis, & robustus, cuius fluuios siccat Deus? Quis nisi ille ipse draco? Nemo enim intrat in domum fortis, vt vasa illius diripiat, nisi prius alligauerit fortem. Ipse est enim fortis de virtute sua præsumēs qui ait, Ponam super aquilonem solium meum, & ero similis altissimo. Aruit doctrina diaboli, inundentur montes Euangelio veritatis, & tunc siccantur fluuij Ethan.

4 In Ps. 143. IDEM exponens illa verba: Benedictus Dominus Deus meus qui docet manus meas ad prœlium, inquit: Ergo bellum gerimus aduersus rectores tenebrarum harum, rectores scilicet infidelium, diabolum, & Angelos eius rectores gladij eius, de quo pugnat diabolus aduersus fideles. Sed quomodo Goliæ prostrato tollitur gladius, vt ipsi Goliæ caput de gladio suo amputetur, ita cum credunt ipsi infideles, dicitur eis, fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, pugnastis de manu Goliæ, iam in manu Christi tollite caput Goliæ.

Diabolus multa mala intulit mundo, multosque habet irretitos, sibique subiectos. Cap. XXXIII.

1 Lib. 6. in c. 14. Esaiæ. to. 4. HIERONYMVS exponens illa verba: Nūquid hic est vir, qui conturbauit terram? qui concussit regna? qui posuit orbem desertum, & vrbes eius destruxit, & vinctis eius non aperuit carcerem, sic habet: Qui dixerat, Ero similis altissimo, & se iactabat Deum, homo esse cōuincitur, de quo in nono Psalmo, qui prōprie contra diabolum est, dicitur, Exurge Domine non confortetur homo. Et in Euangelio inimicus homo superseminauit zizania. Et ad eundem sub figura principis Tyri dicitur, Pro eo quod exaltatum est cor tuum, & dixisti, Deus ego sum, tu autem es homo, & non Deus. Iste vir, & iste homo conturbauit vniuersam terram, eos videlicet, qui audiunt cum Adam terra es, & in terram ibis, & concussit regna, siue reges, quorum cor in manu Domini est. Concussit, inquit, non subuertit. Vnde vnus de his, qui cōcussi fuerant, & tamen non ruerat, loquebatur, Mei autem pene moti sunt pedes. Et Apostolus loquitur ad credentes, vt arripiant armaturam Dei, & stent contra insidias diaboli. Domus autem quæ supra petram fundata est, nulla tempestate concutitur. Qui posuit orbem terrarum desertum, vel vt alij verterunt, quasi desertum. Vitijs enim suis, atque peccatis orbē fecit esse desertum, vt nullam haberet virtutē, vel eisdem subiaceret vitijs, quibus gentium plena est solitudo. Vrbes quoque eiusdem destruxit orbis, vt de ecclesijs Christi faceret synagogas diaboli, & munditiam veræ fidei hæretica prauitate pollueret. Sed & vinctis eius non aperuit carcerem, funibus enim peccatorum suorum vnusquisque constringitur.

Pſal. 9. Matt. 13. Ezech. 28. Gen. 3. Pſal. 72. Ephes. 6. Matt. 7. Matt. 12.

2 In c. 7. in c. 19. Esaiæ. IDEM explicans illa verba: Et tradam Ægyptum in manus dominorum crudelium, & Rex fortis dominabitur eorum, inquit. Dominus tradidit eos, qui in errore pristino permanserunt in manus dominorum crudelium, iuxta illud Apostolicū, Quos tradidi Satanæ, vt discant non blasphemare, quo seruitute durissima oppressi ad clementissimum Dominum reuertantur. Pulchreque dæmones crudeles dominos vocat, quibus nihil crudelius est. Rex quoque fortis qui dominus est eorum, perspicue diabolus intelligitur, quem, & in Euangelio Dominus fortē vocat. Et arescet aqua de mari, & fluuius desolabitur, atque siccabitur. Quādo rex fortis, & durus dominatus fuerit in Ægypto, arescet omnis doctrina, & pulchritudo eloquentiæ secularis, & ipse fons fluuiorum omnium dominus, a quo oriuntur vniuersa mendacia, desolabitur, ita vt deficiant cetera flumina, & riui, qui de turbidis Nili aquis implebantur.

3 Lib. 1. in c. 4. Hierem. 1. Pet. 5. Psal. 9. Iob 2. Ioan. 14. 1. Ioa. 2. 2. Cor. 1. IDEM explicans illa verba: Ascendit leo de cubili suo, & prædo gētium se leuauit, egressus est de loco suo, vt ponat terram tuam in solitudinem, sic habet: Iste est aduersarius noster diabolus, qui tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Ascēdit autem vel de abyssis, in quas religandus est, & ne mittatur exorat, & prædo siue vastator gentium se eleuauit, de quo dictum est, omnium inimicorum suorum dominabitur, & qui gloriatur in conspectu Domini, Circuiui omnem terram, & conculcaui eam (nostra lectio habet, & perambulaui eam.) Quis est enim quem diaboli venena non tangant, nisi qui dicere potest, Venit princeps mundi huius, & in me non habet quidquam? Iste crebro ponit omnem terram Ecclesiæ in solitudinem, vt egressi de Ecclesia pugnēt contra Ecclesiā. De quibus loquitur Ioānes, Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis, quia si fuissent ex nobis permansissent vtique nobiscum. Ciuitates vastantur terrę Iudeæ, & Hæreticorum flo rent conciliabula. Et erit in die illa peribit cor regis, & cor principum, & obstupescent sacerdotes, & Prophetæ consternabuntur. Tunc peribit cor Regis, cuius cor debet esse in manu Domini, & cor principum, qui putabantur esse sapientes, stultā enim fecit Deus sapientiā huius mundi. Ipsi quoq. sacerdotes qui legē Domini docere deberēt, & subiectos sibi populos a leonis furore defendere, quodam stupore infatnati vertentur in amentiam. Et Prophetæ consternabuntur, siue vt Aquila transtulit, Amentes erunt. Quis enim nōn insaniat, non perdat cor, quando principes, & reges, & sacerdotes, & Prophetas quondam suos sub leone cōspexerit. *Infra*. In tempore illo dicetur, populo huic, & Hierusalē, ventus vrens in vijs, quæ sunt in deserto. Ventum vrentem quem iuxta historiam vocat Nabuchodonosor, iuxta tropologiam aduersariam potestatem, quæ omnia consumat possumus accipere, quæ veniens de deserto, & de solitudine vbi nullum hospitium Dei est, Ecclesiā eius conetur euertere. Et de eodem diabolo. *Infra*: Dicit. Et ecce quasi nubes ascendet, & quasi tempestas currus eius, velociores aquilis equi illius, væ nobis quoniā vastati sumus. Hoc refertur ad Ecclesiam quòd quotidie veri Nabuchodonosor diaboli nos impugnet exercitus, & currus Pharaonis, omnisque eius equitatus, aquilarum impetum, ac velocitatem superet, cuius currum rotarumque strepitus tempestati sæuissimæ comparatur. Quod cum Propheta dixisset, & quasi venientes hostes digito demonstrasset, populus non futura, sed facta iam sentit dicens, Væ nobis quoniam vastati sumus.

5 In c. 1. Ioel to. 5. IDEM exponēs illa verba: Gens ascendit super terram nostram fortis, & innumerabilis, dentes eius, vt dentes leonis, & molares eius, vt catuli leonis. Posuit vineam meam in desertum, & ficum meam decorticauit, nudans spoliauit eam, & proiecit, albi facti sunt rami eius, sic habet: Ascendit gens super terram Dei, animam videlicet humanam, &

ascendit gens principum mundi istius,& tenebrarum, & spiritualia nequitiæ in cælestibus, aduersum quos nobis est lucta,atque certamẽ, de quibus dicitur, Si spiritus potestatẽ habentis ascenderit super te,locum tuũ ne dimiseris. *Eccl. 10.* Cuius gentis dentes sunt sicut dentes leonis, de quo Petrus Apostolus dicit, quòd aduersarius noster diabolus tamquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Et molares illius quasi catuli leonis. Catulum leonis eum intellige, qui eleuatur contra omne quod dicitur Deus. De cuius contritis molaribus,qui intrinsecus latent,& non videntur, ne facile vitẽtur, etiam Psalmista lætatur dicens, Molares leoni confringet Dominus. Si ergo dederimus locũ huic genti, vt ascendat in nobis, statim ponet vineam nostram in desertum, de qua vinum facere solebamus,quod lætificat cor hominis, & ficus nostras decorticat,siue confringit, ne habeamus in nobis Spiritus sancti dona dulcissima, ne sub nostra vineã, & ficu vir sanctus requiescat, sub quibus cum fuerit, aduersariorũ impetus non timebit. Nec sufficit huic genti vineam disperdere, ficumque confringere, nisi scrutans scrutetur eas,& quicquid in illis vitale fuerit interficiat, vt omni virore cõsumpto, albi, atque emortui ramusculi remaneant, & compleatur in nobis, si in viridi ligno hæc faciunt,in arido quid fiet. *Psal.57.* *Luc.23.*

6 IDEM sic ait: In libro Iudicum vadunt infructuosa ligna,vt constituant Regem super se, dicuntque per ordinem,vineæ,ficui,& oliuæ,vt regnent super ea, nec dignãtur super infructuosa ligna regnare, in his autem tribus vinea, ficu,& oliua,Patrem,& Filium, & Spiritum sanctum accipimus. Tunc illa veniunt ad dignum sterilitatis suæ regem,idest, ad rhamnũ spinosum fruticem, & arbusculam sentibus contextam,quæ teneat quicquid attigerit, & retentũ vulneret,& vulneratorum sanguine delectetur, insuper & ignem emittat a se, & regnata ligna consumat. Referimus autem rhamnum ad diabolum,& secundum virgulti naturam,quam diximus,illius naturam interpretabimur, quia sibi subditos vulnerat, irretit, & tenet, ne ab ipso secedant. *In c.2. Aggæi.* *Iudi. 19.*

Diaboli cibus, & habitatio sunt peccatores, etsi ad horã iusti, illi subdantur, quod frequenter cedit in ipsorũ vilitatẽ. Cap. XXXIV.

1 ORIGENES explicans illa verba: Circuiui terram, & perambulaui eam,sic habet: Terram circuis o diabole ad desolandũ, ad exterminandũ eã. Ea quæ sub cælo sunt peragras,ad perturbãdum,& peruertẽdum. Sed adhuc aliter circuiui totam terram,omnes terrenos,eos qui terrena sapiunt,tãtum eos qui terrena sola cogitãt, & meditantur,diligunt,atque requirunt. Istos ergo circuis,exploras, exquiris, & conculcas, quia introitus,& exitus, viam,atque iter in eis habes. Sic inquam circuis o diabole terram,& peragras ea,quæ sub cælo sunt. Quæ sunt hæc? Corda quæ non sunt in cælo, quæ in cælum nũquam ascenderunt,neque fidei integritate, neque mẽtis desiderio, neque Domini memoria, neque resurrectionis expectatione,neque iudicij timore,neque spe vitæ æternæ,sed horũ omniũ,quæ in cælo sunt,obliuiscuntur,despiciunt, ac derelinquunt. Talia sunt corda peccatorũ. Huiuscemodi corda circuit diabolus persuadens,atque infatuans, obtundens,atque obdurans,eorum qui ea quæ super cælũ sunt in corruptione super terram requirunt. De istis ergo omnibus dicit,circuiui totã terrã. A nobis autem auertitur, cum donat Deus cor mundũ. *In cap. 1. Iob to.2.* *Iob 1.*

2 HIERONYMVS explicans illa verba: Et cibabo hostes tuos carnibus suis,ait: Aduersarias potestates cibabit carnibus suis, vt nequaquam aliorum nece,sed sua morte saturentur,& qui carnes sunt,quia Dei spiritum perderunt,suis vescantur carnibus. Quod quidem & sanctus loquitur in Psalmis,Cum appropinquarent mihi, qui affligebant, vt comederent carnes meas. Non enim spiritus, qui incorporalis est, sed caro comeditur ferocium bestiarum morsibus patens. *Lib. 13. in cap. 49. Esai. to. 4.* *Psal.26.*

3 IDEM exponẽs illa verba: Lupus,& agnus pascentur simul,& serpenti, puluis panis eius, inquit: Serpentes terram siue puluerem quasi panem comedẽt,quia diabolus,qui prius hominum mortibus pascebatur, eos tantum comedat,qui puluis,ac terra sunt. *Lib.1.& 2. c. 65. Esaiæ*

4 IDEM exponens illa verba: Numquid rugiet leo in saltu, nisi habuerit prædam, sic habet: Leo rugiens non versatur in agris consitis,non in vineis, non in oliuetis, nec inter ligna pomifera,quæ laudant Deum, sed vbi siluæ sunt,& inculta humus,& bestiæ commorantur, & ij non solum leonum patebunt morsibus, sed apprehendet eos catulus leonis,& ducet ad cubile suum fugiens lucem, & pergens ad tenebras. De quibus & in Psalmo legimus,Posuisti tenebras,& facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiæ siluæ, catuli leonum rugientes, vt rapiant, & quærant a Deo escam sibi. Quærit enim catulus leonis non eam prædam, quã possidet,quæ suæ est potestatis, sed vt de Ecclesia Christi rapiat,de quo & in Habacuc scribitur, Escæ eius electæ. *Lib. 1. in c. 3. Amos to.5.* *Psal.103.*

5 IDEM explicans illa verba: Ne lætaris inimica mea super me,quia cecidi,consurgam cum sedero in tenebris,Dominus lux mea est, inquit: Videtur mihi omnis anima Hierusalem,in qua ædificatum fuit templum Domini, & visio pacis,& notitia scripturarum,& postea superata a peccatis ducta est in captiuitatem, tormentisque tradita dicere contra Babylonẽ, ideſt aduersus contrariã fortitudinẽ, quæ huic mundo præsidet, noli insultare mihi inimica mea,quia cecidi, & resurgam, Dominus enim erigit elisos,& loquitur per Prophetam,Numquid *Lib. 2. in c. 7. Michæ.* *Psal. 144.* *Hier. 8.*

Ezec.33. quid qui cadit,non resurget? Et nolo mortem peccatoris,sed vt conuertatur, & viuat. Quia si ambulauero in tenebris, Dominus lux mea est. Licet enim rectores tenebrarum istarum me deceperint,& sedeam in tenebris,& vmbra mortis, & pedes mei impegerint in mõtes tenebrosos,tamen sedentibus in tenebris,& vmbra mortis,lux orta est eis,& lux lucet in tenebris,& Dominus illuminatio mea. *Esaiæ 9. item. 1. Psal.26.*

6 IDEM exponens illa verba: Ecce ego suscitabo Chaldæos gentem amaram,& velocem ambulantem super latitudinem terræ,vt possideant tabernacula non sua, sic habet: Calumniatur Deus aduersus contemptores suscitaturum se Chaldæos, angelos pessimos significãs, qui ministrant furori eius, & iræ,& tribulationi, quam infert in peccatores. Ij autem Chaldæi, gens amara est,& velox non parcens, & cito explens,quod sibi fuerit imperatum. Et ambulat super latitudinem terræ,lata enim, & spatiosa via est, quæ ducit ad mortẽ, per quam ambulat,& ille dives in Euangelio,qui induebatur purpura,& bysso,& illi de quibus dicitur, qui dormiunt super lectos eburneos, & delicijs affluunt in stratis suis,qui comedunt vitulos de armentis, & bibunt defecatum vinum,qui quia in lata ambulant via latitudo terræ appellantur, quæ Chaldæorum vestigijs premitur. Noluerunt enim ambulare per arctam viam,quæ ducit ad vitam. Ambulant autem Chaldæi super latitudinem terræ,vt possideant tabernacula non sua, omnis enim rationabilis anima licet per vitium & culpam suam hospitium facta sit Chaldæorum, tamen per naturam tabernaculum Dei est. Et quanquam in Euangelio pessimus dæmon loquatur, reuertar in domũ meã, vnde exiui,non est ei credendum,siquidem nulla rationalis creatura facta est, vt habitaculum dæmonis sit. *Lib. 1. in c. 1. Habacuc.* *Matt.12.*

7 IDEM explicans illa verba: Pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ, inquit. Æthiopes tætri,& amantes tenebras, & ab omni luce alieni, qui draconis carne vescuntur, de quo scriptum est, dedisti eum escam populis. Æthiopum, dæmones intelliguntur, quorum fit tabernaculum quicumque in hoc sęculo propter honores, & diuitias laborarit, quod significanter sub vno verbo iniquitatis ostenditur, omnis enim dives aut iniquus, aut iniqui heres est. Vide homines maria transire, pati omnia,quæ seruorum conditio vix patitur, & pro laboribus suis efficiuntur hospitium dæmonum, & qui templum Dei esse debebant, fiunt tabernaculum Æthiopum. *Lib. 2. in c. 3. Habacuc.* *Psal. 73.*

8 IDEM exponens illa verba: Nunquid, ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum, sic habet: Hic potestas aduersaria aquila dicitur, quæ ex permissu Dei elata in superbiam multum possit. Quæ in arduis, ponit nidum suum, scilicet in magnis quibusque, & eminentibus sæculi huius, ac malis hominibus sedem sibi constituit, vt in eis velut durus Dominus, & Rex trux, ac potentissimus commoretur. In petris manet. In excelsis videlicet duris, & in malitia fortibus manet, & habitat. Et in præruptis silicibus commoratur. Præruptæ silices intelliguntur blasphemi, qui sunt nimium duris, & indomitis cordibus, atque in ruinam suam inclinato peccatorum pondere dependentes. Atque in inaccessis rupibus. Inaccessæ vero rupes sunt homines porrecti in altum nimia elatione cordis sui, ad quorum superbiam,quæ eis supra ceteros quasi singulare malum sit,nullus accedat. *In cap. 39. Iob to.2.*

9 IDEM exponens illa verba: Signati estis spiritu promissionis sancto,ait: Sicut Spiritus sanctus, sanctum facit eum, cui fuerit infusus, e contrario immundus spiritus immundum facit, & spurcam sibi domum præparat spurcus habitator, fornicationis quoque spiritus efficit scortatores,nequaquam spiritus,nequaquã facit homines,atque peruersos,& dæmoniacus dæmones,qualisque fuerit liquor, qui nouæ testæ infusus est, talem diu testa, & odorem retinet,& saporem. *Lib. 1. in c. 1. ad Ephesios to 6.*

10 AVGVSTINVS explicans illa verba Genesis cap.3. Terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ, sic habet: Omnibus diebus quibus agis hanc potestatem,ante illam vltimam pœnam iudicij. Terram manducabis, ideſt ad te pertinebunt, quos terrena cupiditate deceperis,ideſt peccatores,qui terræ nomine significantur. *Lib. 2. de Genesi contra Manicheos to. 1.*

11 IDEM ait: Princeps huius mundi missus est foras ab animis,scilicet eorum, qui non diligunt mundum,cuius ille princeps est,quia dominatur eis, qui diligunt tẽporalia bona, quæ hoc visibili mundo continentur. Non quia ipse Dominus est huius mundi, sed princeps cupiditatum earum, quibus concupiscitur omne quod transit, vt ei subiaceant, qui negligunt æternum Deum,& diligunt instabilia,& mutabilia,quoniam radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt a fide, & inseruerunt se doloribus multis. Per hanc cupiditatem regnat in homine diabolus, & cor eius tenet. Tales sunt omnes qui diligunt istum mundum. Mittitur autem diabolus foras, quando ex toto corde huic mundo renunciatur. Vnde qui in nobis ipsis vincimus temporalium rerum cupiditates,necesse est,vt in nobis ipsis vincamus, & illum, qui per ipsas cupiditates regnat in homine. Quando enim dictum est diabolo,Terram manducabis,dictum est peccatori, Terra es, & in terram ibis. Datus est ergo in cibum diabolo peccator. Non simus terra,si nolumus manducari a serpente. Sicut enim quod manducamus in nostrũ corpus cõuertimus,vt cibus ipse secũdũ corpus hoc efficiatur,quod nos sumus, sic malis moribus per nequitiã,& superbiã,& impietatẽ hoc efficitur quisque, quod diabolus est, ideſt similis eius, & subijcitur ei, sicut subiectum est nobis corpus nostrũ. Et hoc est quod dicitur mãducari a serpente. *Infra:* Dicuntur etiam dæmones rectores tenebrarum harum,quoniam peccatores homines tenebras appellat, quibus isti dominãtur. *Lib. 1. de Agone Christiano to. 3.* *1. Tim. 6.*

12 IDEM sic ait: Moyses occisum Ægyptium in arena obruit, vt intelligas diabolum a Christo Domino occisum in eis latere, qui non habent stabile fundamentum.
Lib. 22. contra Faustũ c. 90. to. 6.

13 IDEM explicat locum Amos: Et si celauerint se ab oculis meis in profundo maris, ibi mandabo serpenti, & mordebit eos, ideſt, & si permanserint in operibus malis auertent se abocu lis meis, a præceptis meis, qui legem dedit in fundo maris, in altitudine videlicet desperationis, ibi mandabo serpenti, & mordebit eos, ibi in eadem desperatione contemptns mandabo, potestatem dabo serpenti, hoc est diabolo, qui ab initio serpens est nominatus, & mordebit eos, morsu vtique diuersarum concupiscentiarum, quo peccantes occidit mortifica bit eos, sed morsu mortem facit.
Lib. 1. Hypognosticõ contra Pelagianos c. 7.

14 IDEM explicãs illa verba: Misit in eos irã, indignationem, & immissiones per Angelos malos, ait. Vtitur Deus Angelis malis non solum ad puniendos malos, sicut in istis omnibus quibus loquitur iste psalmus, sicut in Rege Achab, quem fallax spiritus ex Dei voluntate seduxit vt caderet in bello, verum etiam ad probandos, & manifestandos bonos, sicut fecit in Iob. *Infra*: In filijs diffidentiæ tanquam in suis mancipijs operatur quemadmodum homines in pecoribus suis, & illic tamen quantum de iusto iudicio finitur. Sed aliud est quando potestas eius etiam suis sicut ei placet tractandis maiori potestate prohibetur, aliud quando ei potestas etiam in eos qui ab illo alieni sunt datur: Sicut homo de pecore suo pro humano captu facit quod vult, nec sane facit si prohibeatur a potestate maiore, de alieno autem pecore vt faciat expectat sibi potestatem dari ab illo cuius est. Ibi ergo potestas quæ fuerit prohibetur, hic autem quæ non fuerat tribuitur. Quæ cum ita sint, si per angelos malos Deus illas plagas inflixit Ægyptijs, numquid audebimus dicere, & aquam in sanguinem per eosdẽ angelos versam, & ranas per eosdem angelos factas, quorum similia etiam magi Pharaonis veneficijs suis facere potuerunt, vt angeli mali ex vtraque parte consisterent, hinc illos affligentes, inde fallentes, secundum iudicium, & dispensationem iustissimi, & omnipotentissimi Dei iuste vtentis etiam iniquorum malitia?
In Psal. 77. to. 8.
Eph. 2.

15 IDEM exponens illa verba: Et mutauerũt gloriam suam in similitudine vituli comedentis fœnum, ait. Vno verbo gloriam suam, ideſt Deum mutauerunt in similitudine vituli comedentis fœnum, vt ab eo comederentur, a quo comeduntur, qui sapiunt secundum carnem, omnis enim caro fœnum.
In Psal. 105

16 GREGORIVS explicans illa verba: Vadent, & venient super eum horribiles, ait: Quid hoc loco horribiles, nisi maligni spiritus appellantur, bonis videlicet mentibus pauẽdi, atque fugiendi? Et quia ijdem maligni spiritus, certis quibusque vitijs singuli obsequi sunt credenei, cum peruersus iste alia quidem vitia ad momentum deserere videtur, sed alia agere incipit, super hunc profecto horribiles vadunt, & veniunt, quia peruersi mentem, etsi alia mala deserunt, alia occupant. Sæpe namque videas iniquum in terrena potestate constitutum, gra ui furore commoueri, quicquid ira suggesserit exequi, & cum furor absceſſerit, mox eius mentem luxuria deuastat, cum luxuria ad tempus intermittitur, elatio protinus quasi de continẽ tia in eius cogitatione subrogatur. In cuius ergo mentem vitia vitijs succedunt, recte de eo dicitur, vadent, & venient super eum horribiles, quia quot vitijs decedentibus, & succedentibus premitur, tot malignis spiritibus eius animus, quasi euntibus, ac redeũtibus vastatur.
Lib. 15. moral. cap. 16. to. 2.
Iob 20.

17 IDEM explicans illa verba Iob 40. cap. Omnes bestiæ agri ludent ibi, sic ait: Quid per bestias, nisi immundi spiritus? quid per agrum nisi præsens sæculum designatur? Vnde de ipso malignorũ spirituũ principe contra Ephraim dicitur, Bestia agri scindet eos. Bestiæ in herbis ludunt, cum reprobi spiritus humana corda in illicitas cogitationes pertrahunt. An non immundis spiritibus ludere, est mentes hominum ad imaginem Dei conditas modo ficta promissione decipere, modo vacuis terroribus irridere, modo eis transitoria gaudia quasi mãsura imprimere, modo mansuras pœnas quasi transitorias leuigare? Harum proculdubio bestiarum illusionem pertimuerat, qui dicebat, Deus meus in te confido non erubescam, neque irrideant me inimici mei. Quia igitur superborum cor ad omne vitium sternitur, vt cuilibet maligno spiritui irruenti praua cogitatione præparetur, recte de herbis montium dicitur, Omnes bestiæ agri ludent ibi. Pro eo enim quòd superbi quique nullum malum cogitando prætereunt, nulla est agri bestia, quæ non horũ montiũ herbis satietur. Nam etsi quando carnis luxuriam fugiunt, interioris luxurię vitium de ipsa castitate gloriando committunt. Huius ergo Behemoth montes herbas ferunt, & omnes bestiæ agri ludunt ibi, quia in superborum corde quilibet malignus spiritus, tanto latius pascitur, quanto & omne vitium de superbia generatur.
Lib. 33. moral. cap. 1.
Psal. 34.

18 IDEM explicans illa verba Iob 40. Sub vmbra dormit, in secreto calami, in locis humẽtibus, sic inquit: Iste Behemoth sub vmbra dormit, quia in illis quasi quandam requiem inuenit, quos a veri solis ardore subtrahendo frigidos facit. In frigidis enim mentibus securus iacet. Dormire enim in sanctorum mentibus non potest, quia etsi quando se in eis ad breue momentum collocat, ipse eum desideriorum cælestium æstus fatigat, & quasi toties, vt recedat pungitur, quotiens ab eis amore intimo ad æterna suspiratur. Tantæ eum voces excitant, quantæ ex illorum mentibus sanctæ cogitationes ad cælum clamant. Vnde fit, vt bonarum actionum armis territus, ac suspiriorum spiculis percussus fugiat, & ad corda reproborũ frigida rediens, eam quam securus possideat, malitiæ vmbram quærat. Quæ vbi ab illo inueniatur, ostenditur, cum ait, in secreto calami. Per calamum, seu arundinem aliquando
Cap. 3.

mentis mobilitas designatur, & nitor etiam gloriæ tẽporalis exprimitur, sicut de iustis per sapientiam dicitur, Fulgebunt iusti, & tamquã scintillæ in arundineto discurrent. Arũdinem namque vitam sæcularium appellat, qui more arundinum per temporalẽ gloriam foris quasi ad alta proficiunt, sed intus a soliditate veritatis inanescunt. *Infra*: Qui dum ad exteriorem gloriam per superficiem defluunt, nulla intus firmitate solidantur. Vnde recte nunc Behemoth iste in secreto calami dormire perhibetur, quia quorum studia ad appetitum temporalis nitoris, atque altitudinis commouet, eorum corda tenacius tenet, & quasi ipse ibi quietus dormit, vbi eos quos possidet, quiescere nõ permittit. Dum enim excedere ceteros bonorum altitudine ambiunt, dum more calami per nitorem exterioris mundiciæ iustorum specie quasi solidarum arborum corticem vincunt in hoc, quòd ipsi interius vacui remanent, locum Behemoth isti, vbi apud se requiescere debeat, præbent. Vnde & in Euangelio Dominus dicit, Quòd spiritus exiens, qui in locis aridis & inaquosis requiem non inuenit, quia domũ, quam reliquerat vacuam, scopisq. mũdatam, reperit, hanc multiplicior intrauit. Quia enim fluxa fit terra quæ infunditur, loca arẽtia & inaquosa sunt corda iustorum, quæ ab omni carnalis concupiscentię humore siccantur. Dormit etiã in locis humentibus. Loca humentia sunt terrenorum hominum mentes, quas humor carnalis concupiscentiæ, quia replet, fluidas facit. In quibus Behemoth iste iniquitatis suæ vestigia tanto altius imprimit, quanto in eisdem mentibus pertransitus illius, quasi influxa terra descendit. Loca quippe humentia sunt opera voluptuosa. In his Behemoth dormit, quia in reproborum hominum lubrica operatione requiescit.
Luc. 11.

20 IDEM exponens illa verba: Circumdabũt eum salices torrentis, sic habet: Per sterilitatem salicum vita peccantium designatur. Vnde ex voce prædicantium contra Babylonem Psalmista dixit: In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra. Babylonis quippe medio inesse salices describuntur, quia nimirum infructuosi quique, atque ab amore cælestis patriæ alieni totis visceribus cordis, in hac sæculi confusione radicantur. Vnde & prædicatores sancti in istis salicibus non exercent organa, sed suspendunt, quia cum infructuosas ac reprobas mentes aspiciunt, vim suæ prædicationis non exhibent, sed potius lugẽtes silent. Quid etiam per torrentem nisi huius mortalis vitæ cursus exprimitur? Quid est ergo quod de Behemoth isto dicitur: Circumdabunt eum salices torrentis, nisi quòd amatores vitæ mortalis a bonis actibus quasi a fructibus alieni, tãto illi arctius inhærent, quanto eos largius delectatio transitoriæ voluptatis infundit? Hos enim quasi in radicibus torrens rigat, dum in suis cogitationibus amor vitæ carnalis inebriat. Bene igitur dicitur: Circumdabunt eum salices torrentis, quia infructuosi quique dum amori vitæ temporalis inseruiunt, antiquo hosti peruersis moribus familiarius obsequuntur.
Iob 40.
Psal. 136.

21 IDEM exponens verba illa Iob cap. 40. de Leuiathan, numquid pones circulum in naribus eius, aut armilla perforabis maxillã eius? inquit: Maxilla perforata intelligitur, vt in ore tenere dicatur, non quos iam perfecte peccato implicauit, sed quos iam adhuc peccati persuasionibus tentat, quatenus ei, quemlibet mandere, sit de peccati eũ delectatione tentare. Mandendum quidem, sed non deglutiendum acceperat Paulum, quando illud post tot reuelationum sublimia stimulis carnis agitabat. Tunc ergo cum contra illum licentiam tentationis accepit, in maxilla eum tenuit, sed perforata. Qui vero elatus perire poterat, tentatus est ne periret. Tentatio ergo illa non vorago vitiorũ, sed custodia meritorũ fuit, quia Leuiathan iste fatigando eum in afflictione contriuit, sed non in culpa capiendo deuorauit. Elatos autem in sanctitate viros non amitteret, nisi tentaret. Sancti quippe non essent, qui de sanctitatis gloria superbirent, & tanto sub eius iure caderẽt, quanto se in suis virtutibus eleuarent. Sed miro dispensationis ordine dum tentantur, humiliantur, dum humiliantur, eius esse iam desinũt. Bene ergo maxilla Leuiathan istius perforata dicitur, quia electos Dei vnde conterit, inde amittit, vnde tentat, vt perdat, agit inde ne pereant. Antiquus itaque hostis occultis Dei dispensationibus seruiens, sanctorum animas ad interitum tentat volens, sed ad regnum tentando seruat inuitus. Quod quia non humana, sed diuina prouidentia agitur, vt vtilitati iustorũ, ipsa vetusti aduersarij astutia suffragetur, quatenus cum electos tentat, eo magis tentando custodiat, bene ad beatum Iob dicitur, Aut armilla perforabis maxillam eius? Subaudi, vt ego qui prouide cuncta disponẽs electos meos, inde robustius in integritate custodio, vnde eos per maxillam Leuiathan istius, labefactari aliquo modo ab integritate permitto.
Lib. 33. Moral. cap. 11.
2. Cor. 12.

22 IDEM explicans illa verba: Et ascendentes castrametati sunt in Machmas ad oriẽtem Bethauen, sic habet: Malignis spiritibus ascendere est ad decipienda sanctorum corda per cæleste desiderium alta conari. Bene autem dicitur, Castrametati sunt in Machmas, quia in illis cordibus resident, quę in alto amore cælestium sublimata non vident. Machmas quippe humilitas interpretatur. Humiliari vero in sacro eloquio, sæpe pro defectu virtutis accipitur. Sicut Thamar violata ab Amnon humiliata perhibetur. Bene ergo in Machmas castra ponere Philistijm perhibentur, quia per iniqua consilia in eis dæmonia habitant, qui alta virtutum culmina tenere non curant. Nam dũ terrena quærunt, velut plana & humilia incolunt, vbi inuisibiles hostes castra ponere leuiter possunt. De quibus nimirum hostibus per Prophetam dicitur, Qui dicunt animæ tuæ incuruare, vt transeamus. Erecta quidem sublimis est anima, incuruata humilis, quia per virtutum celsitudinem, & cæleste desiderium in alta sustollitur, sed
Lib. 5. c. 3. in c. 13. Ios. 1. Reg. to. 1.
2. Reg. 13
Esai. 61.

sed quando ad vitia, vel ad sæculi amorem defluit, sed illuc quidem cadit, vbi hanc hostis irruens leuiter atterit. Dicunt ergo animæ tuæ incuruare vt transeamus, quia si hanc ad agenda, vel cogitanda terrena non humiliant, nec malignis persuasionibus penetrant, nec vitiorum bello perturbant. Hinc ergo colligere possumus, quantũ a sæculo, actu, verbo, & cogitatione longe fieri debeamus. Verba quippe nostra, cogitationes & opera plana, & humilia sunt, quando sæcularia. Per hæc quidem ibi sumus, vbi occultorum hostium castra libere ponuntur, vbi tanto facilius capi possumus, quanto nulla munitionis arce subleuamur. Locus ergo hostium humilis dicitur, vt profecto nobis insinuet, quia verbo, cogitatione, & opere semper sublimes esse debeamus.

23 Lib. de apologia Dauid c.2.to.1

AMBROSIVS narrans peccatum Dauid cum Betsabe, ait: Prodesse peccata iustorũ, possumus comprehendere & prouidentia Domini sanctis obrepsisse delicta; positi enim ad imitandum nobis sunt, & ideo curatum est, vt & ipsi aliquando laberentur, nam si inoffensum a vitijs inter tot lubrica huius sæculi curriculum peregissent, dedissent nobis occasionem infirmioribus æstimandi cuiusdam superioris eos naturæ, ac diuinæ fuisse, vt delictum & culpæ consortium habere non possent, quæ opinio vtique vt exortes nos illius substantiæ ab impossibili imitatione reuocaret. Ergo dum lapsus eorum lego, consortes etiam illos infirmitatis agnosco, & sicut innocentiæ, ita & pœnitentiæ magisterium de eorũ actibus sumamus. Secundo ne vel reuelationum sublimitate, humanus etiam in sanctos extolleretur affectus, ne sibi deputarent, virtutiq. attribuerent suæ, quod diuina sibi operatione collatum foret. Ergo ne in tantum iudiciũ ruerent, passus est Dominus illis subintrare culpam, vt aduerterent diuinis se auxilijs indigere, vt Paulus fatetur, 2.Cor.12. Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ &c. In cap.3. 24 Ponit aliam rationem quare Deus sanctos cadere permittat, videlicet experiri quomodo sancti se habeant cum peccatis, sic ait: Plerosque cũ probauerimus in aliquo officio eosdem quasi industrios, atque impigros in alio munere volumus experiri, athletæ cũ isto certandi genere præualuerunt, ad aliud genus vocantur certaminis; quid si & te Dominus Deus cum aliquod specimen virtutis dederis tuæ, in alio virtutum genere vult probare? Iob currẽtem inoffense tentari tamen filiorum interitu & vlceribus passus est, vt in hoc quoque eius virtutem probaret, sic Dauid fide nobilẽ, præstantissimum mansuetudine, manu fortem probare voluit, quemadmodum vitiũ tegeret, lapsum emẽdaret, vt nos doceret quemadmodum admissum possimus emendare delictum, operire peccatum, nisi forte vilis causa alicui videtur, vt propter nostram correctionem tantus erraret Propheta, cum propter omnium redemptionem infirmitates nostras Christus susceperit, qui peccatum pro nobis factus est, cum peccatum non cognouerit; & indignum æstimatur, nec verisimile creditur, quòd Dauid propter posteritatis profectum vnius lapsus opprobriũ inciderit, cum ipse Dominus sit pro nobis factus opprobrium, sicut ipse ait: Ego autem sum vermis & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis. Et Psal.68. Et opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt super me. Ergo futuræ dispensationis mysterium in suis ante præmisit &c. *Psal.21.*

IDEM explicans illud: Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta &c. Loquens de pœnitentia Dauid, ait: Plerumque illustribus & beatis viris grauia peccata fuisse reperies, vt quasi homines tentationi patuisse cognoscas, ne virtutibus egregijs pluſquam homines crederentur. Si enim Dauid qui præsumptione virtutis elatus dixerat, ego dixi, In abũdantia mea non mouebor in æternum. Et alibi: Si reddidi retribuentibus mihi mala, &c. statim insolentiæ huius pœnam se subisse memorauit dicens, Auertisti faciem tuam a me, & factus sum conturbatus. Quanto magis nos ceteri peccatores, quibus nulla suffragatur prærogatiua meritorum, insolentiæ scopulum timere debemus, in quo naufragium sit bonorum; præsertim cum tantus vir nobis, & magisterij auctor sit, & exempli, qui quasi palinodiam quandam ad repropitiandum Dominum in posterioribus canendam putauit dicens, Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei, & Dominus a dextris meis ne commouear; sciuit enim quando se sibi credidit, esse lapsum &c. *Psal.25. Lib.3.in Lucam to.5. Psal.50. Psal.130.*

Diabolus infatigabilis contra nos, cuius tota mens est animas perdere, etsi quandoque in rebus temporalibus inferat damna, eius tamen audaciã moderatur Deus. Cap. XXXV.

1 Hom.11.in cap.1.Exo. to.1.

ORIGENES explicans illa verba: Cum obstetricabitis Hebræas, & tempus partus aduenerit, si masculus fuerit, occidite eum; si femina, reseruate, sic habet: Sensum rationabilem, qui potest cælestia sapere, qui potest intelligere Deum, & quæ sursum sunt, quærere; hunc odit Pharao Rex, & hunc necari cupit, ea autem, quę carnis sunt, viuere & augeri vult, vt omnes carnalia sapiant, temporalia desiderẽt, nemo eleuet ad cælum oculos suos, nemo requirat unde huc uenerit, nemo patriã paradisum recordetur. Cum ergo uideris homines in uoluptatibus uitam ducere, luxu fluitare, epulis, uino, conuiuijs, cubilibus, & impudicitijs operam dare, in istis scias, quòd Rex Ægypti masculos necat, & uiuificat feminas; si uero rarum quemque videas oculos ad cælum erigere, quæ perpetua sunt, & æterna quærere, odisse delicias, amare continentiam, excolere virtutes, istum quasi masculũ necari cupit Pharao, persequitur, insectatur, mille aduersus eum machinis pugnat, odit tales, viuere eos in Ægypto non sinit.

2 Hom.4.in cap.17.Hie rem.to.2.

IDEM explicans illa verba: Perdix fouit quæ non peperit, fecit diuitias, & non in iudicio, in dimidio dierũ suorum derelinquet eas, & in nouissimo suo erit insipiens, inquit: Perdix dicitur animal esse malignum, fraudulentum, callidum, multumq. decipiens venatores. Zabulus congregat quæ non peperit. Non proprias creaturas congregat diabolus, non ea colligit quæ ipse generauit, sed cum clamauerit alienas congregans creaturas facit eas suas. *Infra*: Diues factus est perdix. Ecce eius quanta sunt millia, ingens turba, multi sunt populi captiuorum, & facit diuitias suas non cogitans iudicium, nec habens in corde iustitiã, sed omnia sine lege gerẽs. Exinanita est, & deleta eius potentia & opulentia. In medio dierum eius derelinquent eum. Non omnes qui quondam fuimus sub clamantis potestate perdicis. Quia eruit nos Dominus Iesus de presenti sęculo nequam; idcirco in medio dierũ eius dereliquimus eum. Et nouissimum eius erit insipiens. Quando autem sapiens fuit, vt nouissimũ eius merito insipiens fiat? Sed dicamus eum fuisse sapientem; serpens enim sapientior erat cunctis animantibus terræ. Sapiens fuit iuxta id quod scriptum est, Adducam super vos grandẽ principem Assyriorum. Dixit autem, violẽtia mea faciam, & sapientia intellectus auferam fines gentium, & virtutes eorum depascam, & commouebo ciuitates inhabitatas. Nouissimũ eius erit insipiens. Quando nouissimum eius erit insipiens? Oportet Christum regnare vsque dum ponat omnes inimicos eius Deus sub pedibus eius. Cum omnia ei subiecerit nouissimus inimicus destruetur mors. Cum destructa fuerit mors, tunc extrema perdicis erunt, & nouissimum eius fiet insipiens.

3 Basil.15. in Psal.61. to.1.

BASILIVS exponens illa verba: Quousque irruitis in hominem, interficitis vniuersi vos tamquam parieti inclinato, & maceriæ depulsæ, sic ait: Rursus cum malignis diaboli ministris dimicat hic sermo, accusatque ex ipsis procedentium insidiarum magnitudinem, quoniam homo quidem animal est debile, vos autem irruitis. Nec contenti prima irruptione, secundam ac tertiam inuehitis, donec sic animam prolapsi subuertatis, vt similis sit parieti inclinato, & maceriæ depulsæ. Paries enim tantisper dum rectitudinem conseruat sui status, & positurę solidus stat ac firmus, mox vbi in alterutram inclinat partem, prorsus necesse sit, dissolutus vt concidat. *Infra*: Verumtamẽ pretium meum cogitauerunt repellere, cucurri in siti. Pretium hominis sanguis Christi est, quod cogitauerunt inutile nobis reddere, qui semel liberatos in seruitutem, rursus nos admoliũtur retrahere maligniſſimi milites diaboli. Cucurri in siti. Peruicacem & intentam vim dæmonum nos ex insidijs appetentium dicit, impressionem suo excursu aduersum nos facientium, quòd nostram cupientissime sitiant perditionem. *Infra*: Verumtamen Deo subiecta esto anima mea, quoniam ab ipso patientia mea... Magnitudinem tentationum ostendit, & illud Apostoli dicit, Fidelis Deus qui non patietur 1.Cor.10 nos tentari supra id, quod possumus sustinere. Ab ipso enim patientia mea, in Deo salutare meum, & gloria mea, Deus auxilij mei, & spes mea in ipso est.

4 Hom.21.ex varijs to.1.

IDEM ait: Diaboli sunt quasi germina, crudelitas, asperitas, & quæcumque verbo veritatis repugnant, hæc omnia sunt diaboli aduersum nos tela infesta. Osor est hominis, quoniam & aduersum Deum rebellis est, primum odio habuit, deinde & repugnauit omnipotenti, contempsit Dominum, alienatus est a Deo, vbi vidit hominem ad ipsius imaginem factũ, cum non posset in auctorem ipsum, quem ante omnes lædere cupit, in eius imaginem suam exercuit malignitatẽ. Velut si quis homo quando Regem inimicum attingere non valet eius simulachrum cæderet. Vidi ego, iam partim audiui, res certa est inter animalia hominibus inimicissima, pardalim quandoque in stadijs hominis oculos præira inuadentem. Qui feræ deludere furorem quęrunt, hominis imaginem ei ex charta ostendunt. Illa statim furibunda eam concerpit, atque dilacerat, hoc argumẽto satis ostendens quanta sit eius aduersus hominem inimicitia. Sic item diabolus in Dei imagine, quo sit erga Deum odio ostendit, quando Deum ipsum attingere nequit; sic & cõtra nos bellum ipsius satis ostẽdit Dei esse illum aduersarium, & ante omnia Deum petere.

5 Serm.6.in epistolã ad Ephes.to.4. Psal.39.

CHRYSOSTOMVS inquit: Vastauit vineam Aper syluestris, & fera agrestis cõsumpsit eam. Sed illic quidem de Rege Medorum, & Babylonico dixit Dominus, hic vero non de eo dici potest, sed Aper & fera siluestris diabolus est, atque omnis illius virtus agrestis, ferocitas est impura eius audacia. Nam quando ra pacitatem eius ostendere vult dicit, tamquam 1.Pet.5. leo rugiens circuit quærens quẽ deuoret. Quando vero quàm sit venenosus, & letalis, ac pernicioſus, serpentem vocat, & scorpionem, Calcabitis inquit super serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici. Quando vero quàm potens simul, ac venenosus sit, draconem Luc.10. eum vocat, vt cum dicit, Draco iste quem formasti ad illudendum ei. Et draconem ipsum, & serpẽtem tortuosum, & aspidem vbique vocat. Est enim bestia multiplex, & nodosa, ac varia, multæq. virtutis, nihil non mouet, omnia turbat, omnia sursum ac deorsum volutat, & subuertit? Verum ne timeatis, ne vereamini, vigilate dumtaxat, & erit instar passerculi, inquit, calcabitis enim supra serpentes & scorpiones, conculcationem pedum nostrorum, si voluerimus fecit eum. Vide igitur quàm ridiculum sit & miserum, supra caput nostrum stantem videre eum, quem conculcandum suscepimus. Si

nos voluerimus magnus est, si nos voluerimus paruus est. Si attenderimus nobisipsis & cum Rege nostro fuerimus, contrahetur, & nihil habebit ab exili puero melius in hac aduersum nos pugna. Non enim aggreditur, nisi permiserit Deus. Neque enim gregem porcorum inuadere ausus fuit Deo non permittente, multo minus animas hominum. Cum enim in Iudam insiliret quousque eum Christus a sacro Apostolorum choro non abscideret, non ausus fuit totum eum rapere, inq. ipsum introgredi. Itq. tum quidem eum externe inuaserat, introgredi vero in eum nondum audebat. Postquã vero cognouit eum a sacro cœtu auulsum, vehementius in ipsum insilijt, quàm quouis sermone dici queat, nec prius destitit quousque eum duplici morte interemit.

6 IDEM sic ait: Quemadmodum ij qui pa-
Lib. 2. de prouidẽtia Dei to. 5. rietes suffodiunt, noctis tempore extincto lumine & furari opes, & earum dominos cum omni facultate iugulare possunt: ita & diabolus per cæcæ noctis horrorem, ac tenebras mærorem effundens, cogitationes omnes quæ ad munimẽ nostrum esse possunt, subducere prius, ac furari nititur, vt desertam, & sine adiutorio animam inuadens, plagis eam innumeris confodiat. At vero cum quis ad Solẽ iustitiæ confugerit, protinus cogitationum suarũ tumultum in latronem illum impurum transfundet. Nam & qui furta noctu aucupantur, cum quis illos deprehenderit, ac lumen ostenderit, tremũt, fluctuãt, atque perturbantur, sic & dæmon cum clarissimum iubar, totis anima finibus recondere studuerit.

7 HIERONYMVS explicans illa verba:
In c. 2. Ioel to. 5. Sicut fortes current, quasi viri bellatores ascendent murum &c. ait: Diaboli crudelis aspectus frementium equorum habebunt similitudinem & sic discurrent ad cruciandos quos in potestatem acceperint, quasi equites huc, illucq. volitantes, terribilis erit sonitus eorum quasi quadrigarum per prona currentium, & super capita montium exilient, excelsos quoque & in Ecclesiæ culmine constitutos cruciare cupientes. Ita expediti erunt & parati, vt populus fortis ad prœlium. Ascendent murum, inhiabunt miserorum supplicijs, nec tormentis eorum satiabuntur. Sed & per fenestras intrabunt, & in iaculis eorum cadent ij, quos acceperint consumendos. Hæ sunt fenestræ, de quibus & Hieremias dicit, Mors intrabit per fenestras nostras,
Cap. 9 per omnes enim sensus nostros ingredi hostes desiderant, & capere vrbem bonæ conscientiæ, & per nostra munimenta discurrere, domosq. quas nobis bonis operibus ædificauimus destruere. Omnia autem faciunt introeuntes per fenestras quasi fur, libere enim non ingrediuntur, vt sagittent in obscuro rectos corde. A facie istius populi, qui est multus & fortis terra contremuit, & cæli commoti sunt.

8 IDEM exponens verba illa: Quia ecce
Lib. 1. in c. 1. Habacuc. ego suscitabo Chaldæos gentem amaram, & velocem &c. Leuiores pardis equi eius, & velociores lupis vespertinis, &c. Volabunt quasi aquila festinans ad comedendum, omnes ad prædam venient &c. Domine in iudicium posuisti eum & fortem vt corriperes, fundasti eũ, sic habet, loquens de diabolo, quantum ad vires eius nullus nostrum potest resistere, quantum autem ad misericordiam tuam, tuum est omne quod viuimus, quòd non ab eo interfecti sumus, & ad mortis opera perducti. Tu enim Domine ad iudicãdum posuisti eum, vt ipse sit inimicus & vltor. Sed quia semel Chaldæos super dæmonibus interpretati sumus, & Nabuchodonosor super eorum Regem diabolum, debemus descriptionem diaboli, & potentiã eius breuiter perstringere, vt recte Propheta dicat, Domine in iudicium posuisti eum, & fortem vt corriperes, fundasti eum. Suscitatur aduersus incredulos & contemptores natio dæmonum amara ad puniendum, & vbique præsens. Horribilis atque terribilis est, & difficile ab aliquo superari potest, nec ante frangitur, nisi cum magnitudine peccatorũ, & iniquitatis suæ pondere prægrauata ad consummationem venerit. Equi eius & equites in similitudinem pardorũ, & luporum semper sanguinem sitient, & desiderabunt prædas, simulabunt absentiam, & dum non sperantur, cito de longe venient. Volabunt quasi aquila, quæ exaltans volatum ponere vult inter sidera cæli nidum suum, & semper festinat ad prædam. Et in Ezechiele sub figura Nabuchodonosor Regis Aegypti super diabolo describitur. Nullus est dæmonum qui parcat, omnes ad prædam festini venient, ante faciem eorum ventus vrens, quicquid aspexerint, quicquid vultui eorum obuium fuerit vrere desiderabunt, & perdere. Rex autem potentissimus erit in medio captiuorum, & eorum numerum quasi arenam maris a satellitibus suis, hinc inde susciepiet, & ipse de Regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt. Multos enim sanctos sua supplantatione decipiet, & eos qui sibi videbantur potentissimi, & tyrannidem exercere contra dæmones, & eijcere illos de corporibus obsessis subijciet seruituti suæ, & risui deputabit. Ipse vero fortissimus coacta manu, & perditorum exercitu congregato, de omni munitione ridebit, & quicquid fuerit nitetur euertere. Comportabit enim aggerem, idest circumdabit opera terrena, & cum terra fuerit aggerata, facile omnem capiet munitionem. *Infra*: Mundi sunt oculi tui ne videas malum, & respicere ad iniquitatem non poteris. Quare non respicis super iniqua agentes, & taces deuorante impio iustiorem se? Nemo potest Domine de tua dubitare iustitia: verumtamen cur pateris diabolum tanta crudelitate iactari? Cur diabolus tantum valet in sæculo, & te dominante iste exercet tyrannidem. Noui Domine Deus meus, quia te prouidente, & defenden te non morimur; & scio quia propterea posuisti aduersarium, vt in ipso quasi carnifice corriperes, & non occideres peccatores.

IDEM exponens illa verba: Tria sunt difficilia mihi, & quartum quod penitus ignoro, viam aquilæ in cælo, viam colubri super petrã, viam

viam nauis in medio mari, & viam viri in adolescentia, sic inquit: Via aquilæ in cælo difficile inuenitur, hoc est, subtilitas inimici quæ circa cælestium virorum corda volitat, magno labore deprehenditur. Similiter & via colubri supra petrã, idest astutia hostis venenati insidiari non desinit eis, quos in petra fidei fundatos esse conspicit. Nec non & via nauis in medio mari, hoc est, via iniquitatis quæ per amaras sæculi huius vndas immundorum spirituum flatibus agitatas tanta sublimitate discurrit, vt vel vix, vel nullatenus eius possit iter deprehendi. Nam quòd aquila malignum spiritum sIsaiæ 30. gnificet, testatur Propheta, qui ait: Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis cæli, ideſt, homines qui nos persecuti sunt, tam sæui fuerunt, vt ipsis dæmonibus crudeliores esse viderentur. Quòd coluber diabolum sæpe insinuet in primi hominis transgressione probatum est. Nauis quoque quòd leuitatem designet eorũ, qui circumferuntur omni vento doctrinæ de-Ezec. 33. monstrat Propheta, qui ait: Et Chaldæos in nauibus suis gloriantes, hoc est immundos spiritus de fragilitate, atque instabilitate mentis humanæ sese extollentes, & de illius ruina quasi victores lætantes. Sicut ergo illa tam callida sunt, vt inueniri nequeant, sic adolescens qui viã veritatis deserit, difficile est cogitatu, quo se per omnes horas, & in quot cogitamenta vecors vaga mente declinet.

11 IDEM explicans illa verba: Feruescere fa
In c. 41. Iob to. 8. ciet quasi olla profundum maris, sic habet: Mare hoc sæculum est, quod est nimia stultitiæ cæcitate tenebrosum, quod ita diabolus carnali accendit concupiscentia, vt ferueat ad amanda terrena.

12 IDEM explicans illa verba: Diabolus stet
In Ps. 108. to. 7. Zach. 3. a dextris eius, sic ait: Oremus vt Deus stet a dextris nostris, diabolus autem a sinistris, sicut scriptum est: Et ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum stantem coram angelo Domini, & satan stabat a dextris eius, vt aduersaretur ei. Si ergo a dextris diabolus stat, quomodo nunc de Iuda dicit diabolus stet a dextris eius? Sed videte quid dicit, diabolus stabat a dextris Iesu vt aduersaretur ei, hoc est dexteræ eius aduersari volebat. Diabolus ibi contra dexteram desiderat pugnare, hic autem dominatus est dexteræ Iudæ. In illo tempore stabat a dextris Domini vt aduersaretur ei, quando Iesus habebat vestimenta sordida, ideſt, quamdiu portat peccata nostra, in peccatis nostris aduersatur illi diabolus. Quando autem dicitur in Zacharia, Tollite vestimenta eius sordida, & induite eum mutatorijs; continuo dicit Iesus ad diabolum, Increpet Dominus te satana.

13 IDEM exponens illa verba: Non est nobis
Lib. 3. in c. 6. Ephes. to. 6. colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed contra principatus, & potestates aduersus mũdi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiæ in cælestibus, inquit: Hoc ideo dicit Paulus, vt doceamur ne ea quidem quæ nobis ministrari vitia putamur ex carne, carnis esse vel sanguinis, sed a quibusdam spiritualibus nequitijs suggeri. Sunt enim quidam dæmones amoribus & amatorijs canticis seruiẽtes. Alij vero iracundias & furores, & bella cõmittere, alij præesse inimicitijs, & inter homines odia concitare solent; ideo ait Paulus, Quia hęc mala a dæmone veniunt aduersus principes, & potestates colluctari &c. *Infra*: Cõtra spiritualia nequitiæ in cælestibus, nõ quòd dæmones in cælestibus cõmorentur, sed quòd supra nos aer hoc nomen acceperit. Hæc autem omnium doctorum opinio est, quòd aer iste qui cælum & terram medius diuidit, plenus sit contrariis fortitudinibus. *Infra*: Dæmones ex proprii arbitrii libertate, insidiarum, fraudum, scelerum, & reliquam vitiorum prouinciam esse sortitos videmus, vt sint rectores tenebrarum, quia esse lucis principes noluerunt. Hi ergo rectores mundi, atque tenebrarum, cum aduersum aliquem colluctantes supplantauerint eum, fecerintq. corruere, statim illum suo mundo, & suis tenebris, quibus principantur, annectunt.

AVGVSTINVS exponens verba illa: 14
Quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia, ait: Time & treme eius potestatem, sed In Psal. 61. to 8. spera eius misericordiam. Diabolo potestas quædam est, plerumque tamen vult nocere, & non potest, quia potestas ista sub potestate est. Nam si tantum posset nocere diabolus, quantũ vult, non aliquis iustorum remaneret, aut aliquis fidelium esset in terra. Ipse per vasa sua impellit, quasi parietem inclinatum, sed tantũ impellit, quantum accepit potestatem. Vt autem non cadat paries Dominus susciepiet, quoniam qui dat potestatem tentatori, ipse tentato præbet misericordiam. Ad mensuram enim permittitur tentare diabolus. Et potabis nos *Psal. 79.* in lachrymis, in mensura. Tantum permittitur ille tentare, quantum tibi prodest, vt exercearis, vt proberis, vt qui te nescies, a teipso inueniaris. Nam vbi vel vnde, nisi de hac Dei potestate, & misericordia securi esse debemus? Secundum illam Apostoli sententiam, Fidelis Deus qui non patietur vos tentari, su- *2. Cor. 10* pra id quod potestis.

IDEM sic habet: Quia nox est, tentatio- 15
nes abundant. Quasi de ipsa nocte dixit Psal- In Ps. 100. mus: Posuisti tenebras, & facta est nox, in ipsa *Psal. 103.* pertransibunt omnes bestiæ siluæ, catuli leonum rugientes vt rapiant, & quærant a Deo escam sibi. In nocte quærunt istam Catuli leonum. Qui sunt Catuli leonum? Principum & potestatum aeris huius dæmones, & angeli diaboli. Quomodo quærunt sibi escam? Quando tentant. Sed quia non accedunt, nisi eis Deus dederit potestatem, ideo dictum est quærentes a Deo escam sibi. Petiit Iob tentandum quærens a Deo escam sibi, & accepit tentandum, sed non opprimendum, purgandum non euertendum, aut forte nec purgandum, sed probandum.

IDEM explicans illa verba: Illic naues 16
pertransibunt, inquit: Hic habet potestatẽ dia- In Ps. 103. bolus in isto mari, vbi naues commeant, sed

non

non tantam vt faciat aliquid nesciente, aut nolente domino suo. Draco iste quem formasti ad illudendum ei. Nam vis videre quàm non tibi noceat, nisi permissus? Omnia a te expectant Domine, vt des illis cibum in tempore, omnia animalia pusilla, & magna, & ipse draco, & omnis creatura tua. Si bene vixeris, cibum Christum habebis, si a Christo recesseris, cibus draconis eris. Quid dictum est ipsi draconi? Terram manducabis cunctis diebus vitæ tuæ. Audisti cibum draconis, non vis vt det te Deus manducandum draconi? Noli esse cibus draconis, idest, noli relinquere verbum Dei; vbi enim dictum est draconi, Terram mãducabis, ibi iam dictum est & præuaricatori, Terra es. Cibus serpentis esse non vis, noli esse terra, noli terrena sapere. Cibum suum dat Deus serpenti, quando vult quem vult. Bene autem iudicat, falli non potest, nõ ei dat aurum pro terra. Omnia a te expectant, vt des illis cibum in tempore. Cum dederis eis colligent. Ante illos sunt, sed nõ colligent, nisi cum dederis. Ante diabolum Iob erat, & quidem non deuorauit Iob, sed vel tentare non ausus est, nisi cum ille dedisset. A te expectant, cum dederis eis colligent, si non dederis, non colligent.

Iob 1.

Diabolus semper inimicus habẽdus, etsi minister sit Dei, ac iustorum, illorumq. est flagellum, sicut & peccatores. Cap. XXXVI.

1 Hom. 6. in c. 15. Exodi to. 1.

ORIGENES exponens illa verba: Equum & ascensorem proiecit in mare, inquit: Homines qui nos insequuntur equi sunt, & (vt ita dicam) omnes qui in carne nati sunt, figuraliter equi sunt. Sed hi habent ascensores suos. Sunt equi quos Dominus ascendit, & circumeunt omnem terram, de quibus dicitur: Equitatus tuus salus. Sunt autem equi, qui ascensorem habent diabolum, & angelos eius. Iudas equus erat, sed donec ascensorem habuit Dominum, de equitatu fuit salutis. Sed vbi se diabolo substrauit, ascensor ipsius effectus est satanas, & illius habenis ductus aduersus Dominum & Saluatorem nostrum cœpit equitari. Omnes ergo qui persequũtur sanctos equi sunt hinnientes, sed habent ascensores, quibus agun tur angelos malos, & ideo feroces sunt. Si ergo videris aliquãdo persecutorem tuum nimium sæuientem; scito quia ab ascensore suo diabolo perurgetur, & ideo sæuus, ideo truculentus est. Quadrigas Pharaonis, & exercitum eius proiecit in mare. Non illi satis est vnum equum ascendere, sed plures simul agitat, plures simul plagis torti verberis cogit. Quoscumque videris in luxuria turpiores, in crudelitate sæuiores, in auaritia tætriores, in impietate flagitiosiores, scito hos de quadrigis esse Pharaonis. Ipsis sedet, ipsos currui suo subiungit, in ipsis fertur & volitat, & per apertos scelerum campos effusis eos agit habenis. Sunt & alij electi ascensores, electi sine dubio ad malitiam.

2 Homil. 3. in Psal. 36. to. 2.

IDEM explicans illa verba: Gladius eorum intret in corda ipsorum, & arcus eorũ confringatur, sic habet: Sermones quos inspirante diabolo iniqui proferunt aduersus iustos, vt trucident rectos corde, conuertentur aduersus ipsos, qui eos proferunt, atque arcus eorum confringit, dum Dominus de insidijs eorum liberat iustum.

3 Hom. 9. ex variis to. 1.

BASILIVS sic habet: Aduersarius noster est diabolus ob antiquam ex eius insidijs ruinam, ita Domino disponente vt cum illo luctaremur. Postquam ab auctore suo diabolus defecit inimicus Dei, inimicus item hominis ad ipsius imaginem constituti factus est. Ille igitur sapiens & prouidentissimus rerum humanarum dispensator eius vtitur ad nostram exercitationem malignitate, quemadmodum medicus viperæ veneno ad salutarem medicamentorum præparationem. Satanas voce Hebræorum significat, quod bono aduersatur. Diabolus vero dicitur, quoniam idem & in peccato nobis cooperatur, & accusator noster est.

4 Serm. in illud Genes. 3. to. 1.

CHRYSOSTOMVS: Inimicitias ponam inter te & mulierem, sic ait: Inter diabolum & mulierem, & inter vtriusque semen inimicitiæ diuina auctoritate firmãtur, vt exinde homo cognoscat sociare cum hoste amicitias non debere, nec fœdera cum serpente coniungere, nec amoris cum inimico consortia copulare. Numquam enim cum hoste concordia iungitur, nisi imperator proprius offendatur, nec imperatoris aliter iussa seruantur, nisi hostis decreta soluantur. Vnde qui amicitias cum hoste coniungit, & imperatoris voluntatem offendit, & inimico sese ipse addicit; renunciat enim amicitijs Christi, qui se amicitijs coniunxerit diaboli. Inimicitias, inquit, ponam inter te & mulierem, & inter semen tuum & semen illius. Male cum hoste coniungitur, qui separari sententia diuina præcipitur, nec sine vtilitate ab inimico separatur, qui pernicioſe hosti coniungitur. Duplex enim malum in ipso contemptu consistit, quòd separari iussus se hosti coniungit, & quòd adiunctus hosti sine periculo esse non poterit. Certe quale est, vt diuersa ista, hominum peruersitati conueniant, vt & charitas cum Domino fœderata rumpatur, & amicitiæ hostiles diuinitus interdictæ perniciosa concordia copulentur? Nam etsi numquã nobis hostilis malitiæ nocuisset audacia, Domini tamen fuerant obseruanda præcepta, aut si parentibus serpens tantummodo nocuisset, & nobis nocere non posset, pro affectu, pro charitate, pro ipsa denique causa naturæ, inimicitijs parentum fuerant iniuriæ vindicandæ. At cum nos cum parentibus nostris occidit, nec vlli nostrum aliquando pepercit, cur inimicum, cur hostem, cur serpentem antiquum diligimus, & cum eo fœdera illicita commiscemus? Nã etsi separamur ab illo, & nocet, qualis erga nos esse poterit

poterit, si ei contra interdictum Domini copulemur. Nullus inimicum suum, homo hominem diligit. Nã etsi diligere inimicos præcipimur, tamen eos vt caueamus, admonemur. Tunc inimicus diligitur, cum eius blandimenta seruantur, & iussa cælestia contemnuntur. Numquam enim contraria impune iunguntur, nec diuersa sine pernicie copulantur. Vt enim neque lupus agnum, aut hædum pardus patitur. Nonne cum mulierem interrogat serpens, & mulier serpenti respondet familiaritate sermonis mulier afflata decipitur, & colloquendi consortio iugulatur? Cuius si colloquia mulier deuitasset, & serpens fallendi astutiam perdidisset, & mulier mortis sententiam declinasset. Colloquium serpentis venenum fuit mulieris. Nemo se fallat, Dominus & diabolus ab vno pariter amari nõ possunt. Quid acturus es homo, si instructus contempseris, quod in origine mulierem instructã decepit? aut deceptus quomodo te vindicabis, qui ne decipiaris, instrueris? Pendet edictum, inimicitias cum hoste & simultates cũ serpente firmari. Cur iungis quod Dominus separauit, aut cur non separas, quod Dominus iungi vetuit, aut cui tutum est iungere quod constat Dominum in origine separasse? Adeo inimicitiarũ istarum pugnam Dominus prosequitur, & certamen atrox inter mulierẽ, & serpentem sua auctoritate præfatur. Nam postquam dixit ad serpentem, Inimicitias ponã inter te & mulierem, & semen tuum, & semen illius, addidit dicens, Illa tuum obseruabit caput, & tu obseruabis eius calcaneum. Magnum inter mulierẽ & serpentem certamen attendo, magnum bellum dispositum esse considero, magnam sollicitudinem habendam esse cognosco. Directa est inter vtrumque acies, paratum bellum, vt cautela adsit, sollicitudo intendat, securitas conquiescat. Stat mulier serpentis caput obseruãs, & vitans, obseruans vt calcet, vitans vt serpentis morsus declinet. Adest paratus & serpens callidus & subtilis. Callidus ne mulieris pede calcetur, subtilis vt eius morsu incauta mulier prosternatur. Hãc pugnam lætus aspicit Deus, libenter attendit; si tamen illæsa mulier serpentem calcando deuincat.

7 Homil. 3. de patientia Iob.

IDEM sic habet: Assistere satan corã Domino dicitur, quia vt Dei creatura, congruentia sibi facere iubetur. Sicut in hominum potestatibus, manifesti quidam sunt milites, qui honoribus ministrando insistunt, atque certissimi sunt milites, qui ad exigẽdas pœnas segregantur. Sic & hoc in loco ad ministeria quidem bona, atque ad hominum dispensationes sancti angeli; ad malorum vero hominum pœnas postulandas dæmones transmittuntur. Vnde Dauid ait: Misit Deus in Aegyptum iram indignationis, immissiones per angelos malos. Praui itaque & immundi dæmones, etsi proposito defecerunt, iugo tamen seruitutis subiacent, atque vt carnifices quidam iubentur mãdata perficere. Et miraris Deum præcipere dæmonijs? Apostoli veluti carnifice vtuntur dæmonio, dicit enim Paulus, Quoniam aliqui circa fidem naufragauerunt, hos tradidi satanæ vt discant non blasphemare. Et iterum de quodam, qui fuerat fornicatus, Iudicaui, ait, tradere huiusmodi satanæ in interitum carnis suę, vt spiritus saluus fiat in die Domini. Nam ne putent dæmones aduersus diuinam potentiam, tyrannico se prorsus more habere posse, iubentur mandata facere, res non ad lętitiam tendentes, sed ad pœnam trahentes. Quapropter Deo aduersum Achab sentẽtiam laturo, & dicente, Quis ibit & cadet? respondit spiritus nequam, Ecce me; sciebat enim diabolus se ad id deputatum esse. Itaque mittuntur pessimi dæmones præcipue ad exigendas malorum pœnas. Mittuntur autem & ad iustos, non vt puniant, sed vt tentent. Transmittuntur non iubente, sed Deo permittente.

Psal. 77.

1. Tim. 1.

1. Cor. 5.

3. Reg. 22.

8 Homil. 24. ex imperfecto.

IDEM exponens illa verba Matthæi cap. 10. Attendite vobis ab hominibus, ait: In his verbis ostẽdere voluit Dominus, quia præ omnibus malis homo pessimum est malum. Nam si bestijs comparare volueris eum peiorem inuenies. Bestia enim quamuis sit crudelis, tamẽ quia est irrationabilis, declinabitur ab homine crudelitas eius. Homo autem crudelis cum sit, & rationabilis, non facile euadetur crudelitas eius. Si comparaueris hominem serpenti, peiorem inuenies hominem, quoniam serpens etsi malitiam habet, tamen hominis timorem habet. Ideo si quem absconse potuerit, mordet, si autem non potuerit, fugit: Homo autem & malitiam habet serpentis, & timorem non habet sicut serpens. Adhuc autem anguis, si quidem irritata fuerit, sæuit; si autem irritata non fuerit in silentio transit. Homo autem & non irritatus insanit, & magis super illos insanit, a quibus non fuerit irritatus. Denique homo malus peior est, quã ipse diabolus. Diabolus enim si videat iustum, non est ausus ad eum accedere, homo autem malus quamuis hominem sanctum viderit, non solum illum non timet, sed adhuc magis contemnit. Nõ enim diabolus homini præstat virtutem, sed homo diabolo. Arma enim diaboli est malus homo. Sicut enim homo sine armis non potest aliquid facere contra hostem, sic diabolus etiam sine homine non valet aliquid contra sanctos.

9 Homil. 21. ad Pop. to. 5.

IDEM sic ait: Vocis illius recordare, quam dum sacris institueris emisisti, Abrenuncio tibi satana, & pompæ tuæ, & cultui tuo. Nihil hac tutius voce, si ipsam per opera exhibeamus. Hæc enim vox confœderatio cum Domino est. Quando Christus debet te in seruitutẽ capere, prius interrogat an velis illum crudelem tyrannum dimittere, & immitem, & a te fœdera suscipit. *Infra*: Sicut sine vestimentis, & calceamentis nemo in forum descendere eligeret, ita sine verbo hoc numquam in forum prodeas, sed cum es ianuæ vestibula transgressurus, hoc prius loquere verbum, Abrenuncio tibi satana, & coniungor tibi Christe. Nec vmquam absque hac voce exeas, hæc erit tibi baculus, hæc armatura, hæc turris inexpugnabilis. Cum hoc verbo & crucem in fronte

imprimę, sic enim non tantum homo occurrēs, verum nec ipse diabolus te quicquam lædere poterit, cum his te cernens armis, vbique apparentem. Et hæc teipsum iam hinc doce, vt cum signis ceteris sis miles paratus, & contra diabolum trophæum erigens iustitiæ coronā capias.

10 In c. 2. Ioel to. 5. HIERONYMVS exponens verba illa: Dominus dedit vocem suam ante faciē exercitus sui, sic habet: Quomodo enim Babylonij punientes Hierusalem Dei vocātur exercitus, sic & angeli pessimi (de quibus scriptum est: Furorē, & iram, & tribulationem, immissionem per angelos malos) Dei exercitus dicūtur, & castra illius nominantur, dum Domini faciunt voluntatē. Ideo subdit, quia multa sunt nimis castra eius, quia fortia, & facientia verbum eius.

11 In Psal. 73. to. 8. AVGVSTINVS explicans illa uerba: Quanta malignatus est inimicus in sancto, &c. Posuerunt signa sua, signa, & non cognouerunt, ait: Gentes persequentes Israel dæmonijs seruiebant, & non cognouerunt, quia facti sunt instrumentum irati, facit enim hoc Deus, quod plerumque facit homo. Aliquādo iratus homo appre hendit virgam iacentem in medio fortas se qualecumque sarmentum, cædit inde filium suum, ac deinde proijcit sarmentum in ignem, & filio seruat hereditatem. Sic aliquando Deus per malos erudit bonos, & per temporalem potentiam damnandorum exercet disciplinam liberandorum.

12 In Psal. 97. IDEM exponens illa verba: Cantate, & exultate, & psallite in tubis ductilibus, ait: Ductiles tubę æreæ sunt, quę tūdendo producūtur, si tūdendo ergo vapulando eritis tubæ ductiles ad laudē Dei productæ. Tuba ductilis erat Iob, quando repente percussus tantis damnis tunsione illa tantæ tribulationis factus tuba ductilis sonuit, Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum, sit nomen Domini benedictū. O sonum fortē! O sonum dulcē!

Hier. 50. Contritus est malleus vniuersæ terræ diabolū voluit intelligi. De isto malleo in manu Dei posito, idest in potestate Dei tunduntur ductiles tubæ, vt resonēt laudes Dei. De isto malleo etiā Apostolus tundebatur,

2. Cor. 12 Ne magnitudo reuelationū, inquit, extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ, qui me colaphizet. Ecce tunditur, videamus quemadmodū sonet, Propter quod, inquit, ter Dominum rogaui, vt auferret eum a me, & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Audi ipsam tubam ductilem & bene sonantē, dum infirmor tunc fortior sum & potēs. Tradidit & Paulus malleo tūdendos illos, quos tradidit satanæ, vt discant nō blasphemare. Male sonabant antequam producerentur, forte producti, & facti tubæ ductiles amissa blasphemia laudes Domini sonuerunt.

1. Tim. 1.

13 In Ps. 141. IDEM exponēs illa verba: Erue me a persequētibus me, inquit: Ipsi homines sunt hostes nostri, habemus & alios hostes inuisibiles, qui aliter persequuntur, vt illaqueent animas. Et ideo per vasa sua, quia de illo dictum est, quòd

Ephes. 2. operatur in filijs diffidentiæ per vasa sua, idest per homines, in quibus operatur, agit persecutionem corporis, vt intus fiat ruina cordis. Nā si cadente corpore stat anima, muscipula comminuta est, & nos liberati sumus.

14 Lib. 29. moral. cap. 1. to. 2. GREGORIVS exponens illa verba Iob cap. 38. Nūquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti, quæ præparaui in tempus hostis, & in diē pugnæ, & belli, sic habet: Quid niue, vel grandine, nisi frigida ac dura intelligenda sunt corda prauorum? Scriptum namq. est, sicut frigidam facit cisterna aquam suā, sic frigidam facit animā malitia sua. In frigore ergo niuis, vel in duritia grandinis, quid accipi aptius potest, quàm vita prauorū, quæ & per torporē frigescit, & per duritiæ malitiā percutit? Quorumdā tamen vitam Dominus tolerat, quia eos ad iustorum suorū probationem seruat. Vnde & recte subiūgit, quæ præparaui in tempus hostis in diem pugnæ & belli, vt cum aduersarius noster diabolus tētare nos nititur, eorum moribus quasi suis contra nos armis vtatur. Per ipsos quippe nos fæuiens cruciat, sed nesciens purgat, quia dum eorum tali vita percutimur, ab æterna morte liberamur. Vnde agitur vt electorum vitæ proficiat etiam perdita vita reproborū, & vtilitati nostræ, dum illorum perditio militat, mira dispensatione fiat, quatenus electis Dei non pereat, etiam omne quod perit.

Hier. 6.

15 Lib. 39. moral. cap. 19. IDEM exponens illa verba Iob capite 40. Numquid feriet tecum pactum, & accipies eū seruum sempiternum, sic habet: Valde solerter intuendum est, quòd pactū cum Domino Leuiathan iste feriat, vt sempiternus ab eo seruus habeatur. In pacto enim discordantium partium voluntas impletur, vt ad votum suū quæq. perueniat, & iurgia desiderato fine concludat. Antiquus itaque hostis a sinceritate diuinæ innocentiæ malitiæ suæ face succēsus discordat, sed ab eius iudicio etiam discordando non discrepat, nam viros iustos semper maleuole tentare appetit, sed tamen hoc Dominus vel misericor diter fieri, vel iuste permittit. Hæc ergo ipsa tentationis licentia pactum vocatur, in qua & desiderium tētatoris agitur; & tamen per eam miro modo voluntas iusti dispensatoris impletur. Erudiendos enim electos suos Dominus sæpe tentatori subijcit, sicut post tertij cæli secreta, ne reuelationum magnitudine Paulus extolli potuisset, ei satanæ angelus datus est. Secreto ergo dispensationis ordine, vnde sequire permittitur iniquitas diabolo, inde pie perficitur beni gnitas Dei. Et bene ex hoc pacto quod cum Domino ferire dicitur, seruus accipi perhibetur, quia inde obtemperat nutibus supernæ gratiæ, vnde exercet iram nequissimæ voluntatis suæ. Seruus ergo ex pacto est, qui dum voluntatem suam implere permittitur a superni consilij voluntate ligatur, vt electos Dei uolens tentet, & tentando nesciens probet.

Diabolus cruciatur nimis vita bona hominum, in quibus cum regnat, misericordiæ Dei cessant. Cap. XXXVII.

1 Hom. 27. in Ioh. 633. Numer. to. 1. ORIGENES sic habet, explicans illa verba: Nam & in dijs eorum (scilicet Ægyptiorum) exercuerat vltionē. Sed in Exodo ita dicit, Et in omnibus dijs Ægyptiorum faciet Dominus vindictā. Sunt quidam qui dicuntur dij, siue in cælo, siue in terra, Apostolus ait, sed & in Psalmis dicitur: Omnes dii gentiū dæmonia. Non ergo simulacra, sed dæmones, qui simulacris assident, deos dicit, in quos fecit Dominus vindictam. Et hāc ego puto in dæmones fieri vindictā, cum is, qui illis deceptus fuerat, vt Idola coleret, per verbum Domini cōuersus Dominum colit, & ex ipso opere cōuersionis in eum vindicta, qui deceperat, datur. Similiter si is, qui a dæmonibus deceptus fuerat ad fornicandū, conuertatur ad pudicitiā, diligat castitatem, errasse se defleat, pœnitentię ipsius lachrymis vritur, & incenditur dæmon, & sic vindicta datur in deceptionis auctorem. Similiter etiā si quis de superbia ad humilitatē, de profusione ad parsimoniam redeat, per hæc singula dæmones, qui se in his deceperant, flagellat, & cruciat. Quantis eos putatis agi tormentis, si quē videant secundū verbum Domini vendere omnia sua, quæ possidet, & dare pauperibus, & tollere crucem suā, & sequi Christum? Super omnia vero eis est tormentorum genera, & super omnes pœnas, si quem videant verbo Dei operam dare, scientiam diuinæ legis intentis studijs perquirentem. In hoc eorum omnis flamma est, in isto vruntur incendio, quoniam quidem ignorantiæ tenebris humanas obscurauerant mentes; & per hæc obtinuerant, vt Deus quidem ignoraretur, ad ipsos vero diuini cultus studia transferrentur. Quæ putas in illos vindicta datur, cum videt hæc lumine veritatis aperiri, & fraudis suæ nebulas per agnitionem legis diuinę reserari? *Infra*: Neque sine ipsis cōsummatur omne peccatū. Nam cum adulteriū cōmittit, cum diripit aliena, cū detrahit, nō est vtique sine dæmone. Et ideo omnimodo agendum est nobis, ne forte deos Aegyptiorū, quos Dominus percussit, & extinxit, resuscitemus in nobis, si eis locum dederimus operandi in nobis ea, quæ odit Deus. Si autem ab ijs omnibus continecamus nos, dedit vindictā in omnibus diis Aegyptiorum, pœnasq. ex nostra emēdatione, & conuersatione dæmones suscipiunt.

Exod. 13. et 14.

3 Ioh. 1. in c. 1. Ioh. to. 2. IDEM exponens illa verba: Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est, sit nomē Domini benedictū, inquit: Lamentabiles ad me misisti nuncios o diabole, atq; immisericordes tuæ nequitiæ legatos, per quos me crudelibus tuæ iniquitatis sagittasti sagittis, quas ego (inquit Iob) omnes identidē in te conuertam, crudeliora efficiens tibi in spiritu vulnera. Dominus dedit, Dominus abstulit, hoc fuit diabolo vulnus, hoc fuit diabolo afflictio, & dolor, tribulatio quoque atque angustia, quia cū putat, & vult blasphemiam audire a Iob, & reprehensionē, ac maledictū in Deum, cōfessionem, atque gratiarum actionem audiuit. Hoc factum est illi ignis deuorans, hoc factū est illi incēdium perurens, quia hoc audiuit quod non sperabat, Dominus dedit, Dominus abstulit &c. Nō enim tantum tetigerunt Iob la mētabiles istæ diaboli sagittæ, quantū vulnerauerunt eum sinceræ eius gratiarum actiones.

4 Libro 3. in Iob. IDEM sic habet: Non solum omnes homines, sed puto quod & audeo dicere etiam ipsos angelos, atque omnes dæmones perterruit Iob tolerantia, atque constantia, cū terra & lutū superauit omnē virtutem, ac fortitudinem, atque omnem versutiam malignissimi diaboli, qui cū acciperet in eū potestatē, cuncta hæc in eo exercuit, quæ omnia corda in pauorem deducunt, & omnē animā stupere faciunt. Cuius enim alterius potestatem accepit aliquādo diabolus, nisi solius Iob? *Infra*: Solā vxorē pro supplantatione illi reliquit, per quā nouissimā ac sæuissimā illā sagittā seductionis, ac supplantationis in eū dimisit. Sed quemadmodū qui ad petrā sagittauerit, petræ quidē nihil facit, omnes vero sagittas in semetipsum conuertit, ita nequissimus diabolus, cū inuiolabilē petrā Iob, atque inconcussum sagittaret, ad adamantem semetipsum vulnerauit ac deiecit, Iob vero nihil fecit.

5 Sermo. de Iob & Abraham to. 1. CHRYSOSTOMVS ait: Postquā diabolus circuisset omnia, tētasset q. omnes, ab vno autē hoc forti fugisset, cum eo congredi timens ne proderet se ignominiosē victum, ipsum cauillatus est. Dicebat diabolo Deus, Considerasti seruum meum Iob, quòd non sit ei similis in terra? Testificatur Deus, vritur diabolus. *Infra*: Diues erat, vtebaturq. pro necessitate diuitijs, ita vt satiando pauperes, diabolum mirum in modum contristaret. Bona enim opera humana, plagæ, & vulnera sunt dæmonibus.

6 Hom. 27. in Matt. to. 2. IDEM inquit: Multo magis dæmon dolet, si peccato superiorē animam perspexerit, quā si ab homine fuerit eiectus; maxima enim eius virtus est peccati amplificatio, quàm vt extinguat Christus in patibulo pependit. Id igitur si destruxeris, neruos diaboli omnes incidisti, caput eius contriuisti, vires resoluisti, ac vniuersum eius exercitum fudisti, atque fugasti.

7 Hom. 22. in c. 11. epist. ad Hebr. to mo 4. IDEM sic habet: Mens cum pennas acceperit, cum a sæcularibus abscesserit, nihil eam apprehendere poterit, omnibus erit eminētior, etiā iaculis ignitis diaboli. Nō est ita perfectus sagittator diabolus, vt possit ad illā altitudinē pertingere, sed dimittit quidē iacula, est enim impudens, non autē attingit, sed reuertitur ad eum inane iaculum. Et non solum inane, verum etiā in eius capite reuertitur. Oportet quippe vt iaculum quod ab eo mittitur, omnibus percutiat modis, sicut enim ab hominibus iaculum emissum, aut illum aduersus quē emittitur

percutit, aut quem fortasis, aut vestimentum, aut lignum, aut aerem ipsum secat, sic etiã diaboli iaculum; oportet quidem omnibus modis, vt percutiat, & si illum ad quẽ dirigatur, non percusserit, omnibus modis percutit dirigentẽ. Et quando nos non fuerimus percusi, ille percutitur. Insidiatus est Iob, non eum vulnerauit, sed vulneratus est ipse. Vbique sic est, si euigilemus, si respiscamus ad videndum quod sit, quando quidem percusserit, percutietur, & multo amplius tunc. Insidiatus est Paulo, non vulnerauit illum, sed vulneratus est ipse. Conuertamus igitur in illum gladios, & scuto fidei nosmetipsos armantes cum cautela obseruemus, ne captimi efficiamur.

8 Sermone 8. In epist. ad Ephes.

IDEM vno verbo, inquit: Pro Christo pati maius donum est, quàm dominari dæmonibus, aut dæmones expellere. Illos quippe non adeo male habet, quòd fide nostra eijciuntur, quemadmodum si quando nos pro Christo vinctos, ac male affici viderint.

9 Lib. 3. in c. 6. Esaiæ. to. 4.

HIERONYMVS explicans illa verba: In anno quo mortuus est Ozias, vidi Dominũ, sic habet: Oziam, quia sibi illicitum sacerdotiũ vindicabat, lepra fuisse percussum sacra narrat historia, quo mortuo Dominus videtur in templo, quod ille polluerat. Ex quo animaduertimus regnante in nobis leproso Rege nos Dominum in sua maiestate regnantem videre non posse. Vnde & in Exodo postquam mortuus est Pharao, qui opprimebat Israel luto, & paleis, & lateribus, populus clamauit ad Dominum, qui illo viuente clamare non poterat, & Ezechiel mortuo Phaltia filio Bananiæ pessimo principe cadit in faciem suam, & voce excelsa clamabat ad Dominum. Sic regnante in nobis diabolo misericordię Dei cessant, emortuo autem ipso Deus misericors se homini communicat. Viuente diabolo nullus nostrum videt Dominum cum Esaia, nec suspirat cum filijs Israel, nec in pœnitentiam corruit cum Ezechiele.

2. Par. 26. Exo. 2. Ezec. 11.

10 In Psal. 12. to. 8.

AVGVSTINVS exponens verba illa: Ne quando dicat inimicus prævalui aduersus eum, sic ait: Diaboli insultatio metuenda est. Qui tribulant me, exultabunt, si motus fuero. Diabolus & angeli eius, qui non exultauerunt de viro iusto Iob, cum eum tribularent, quia non est motus, ideſt de stabilitate fidei non recesit.

11 In Ps. 139.

IDEM explicans illa verba: Ne tradas me Domine a desiderio meo peccatori, inquit: Tu desiderio tuo locũ facis diabolo. Ecce enim diabolus proposuit lucrũ, & inuitauit ad fraudem, sed lucrũ esca est, fraus laqueus. Sic attende escam vt videas & laqueum, quia lucrum nõ potes adipisci, nisi fraudem feceris, fraudẽ autem si feceris, capieris. Frena desideriũ & noxa cades in laqueum. Si autẽ vicerit te desiderium escæ, mittet tibi collũ in laqueum, & capiet te auceps animarũ. Ne tradas me a desiderio meo peccatori, inde obũbratur in die belli. Desiderium enim æstus facit, vmbraculum autem Domini tẽperat desiderium, vt possimus refrenare quo rapiebamur, vt non ita æstuemus, vt ad laqueum perducamur. Cogitauerunt cõtra me, Psal. 11. Ne derelinquas me, ne forte exaltentur. Habes & in alio loco, qui tribulant me, exultabunt, si motus fuero. Talis est ipse diabolus. Quando seduxerit hominem gaudet, triumphat de illo, exaltatur ipse, quia ille humiliatus est. Ne derelinquas me ne forte exaltentur, ideſt, non de me triumphent, non de me gaudeant.

12 Lib. 3. in 7. primi lib. regum. cap. 2.

GREGORIVS explicans illa verba: Intonuit Dominus super Philistæos, & exterruit eos, sic habet: Dum per gratiã suã electis mẽtibus superna desideria Deus infundit, quia etiã terrena omnia facit contemnere, eos etiã, qui ea eis appetere suggerũt, nequam spiritus in fugam vertit. Velut enim tonitruo territi fugiunt, dum in electis mentibus, quas tentando pulsauerant, ingentem sonitum diuinæ virtutis expauescũt. Quia vero fragore magno intonuit se Dominus dicitur, Quid est aliud, nisi quia imperfecta Christianorum desideria dæmonibus terribilia non sunt? Fragor enim magnus tonitrui, perfectum est vniuscuiusque electi desiderium. Cum igitur fragore magno super Philistæos Dominus intonat, tunc a filijs Israel cæduntur, quia dum electorum mentem perfecta deuotio ad superna gaudia erigit, omne quod aduersæ parti militat a se penitus abscindat. Be ne quoque prius territi Philistæi, deinde a filijs Israel cædi memorantur, nam terrentur electorum deuotione, cæduntur opere. Et quia opere deuotio prior est, terreri prius; postea vero cædi recte perhibentur. Nam prius donum bonæ voluntatis a Domino accipimus, vt consilia malorum spirituum postmodum confutare valeamus.

13 Serm. 3. in dedic. Eccle sia.

BERNARDVS sic habet: Quid enim putatis fratres? Grauis equidem nobis est inimici tentatio, sed longe grauior illi oratio nostra. Lædit nos iniquitas eius, atque versutia, sed multo amplius nostra eum simplicitas & misericordia torquet. Humilitatem nostram non sustinet, vritur charitate nostra, mansuetudine & obedientia cruciatur.

Diuitias vilipendere expedit, non autem diuites, neque eos malos credere, quia temporalibus abundant rebus. Cap. XXXVIII.

1 Hom. 64. in Matt. to. 2.

MVLTA de diuitiarũ contemptu disseruimus lib. 1. cap. 17. & 25. & libro 2. cap. 15. vsque ad finem libri, præter illa autem adnotanda sunt, quæ sequuntur. In primis.

CHRYSOSTOMVS explicans ex cap. 19. de illo adolescente, qui dixit Christo Domino, Magister quid faciam vt vitam æternam habeam, ait: De isto Marcus inquit, quòd accurrens & genuflectens rogabat eũ. Verũ tã atrox est pecuniarum cupiditas, vt licet alioquin virtutis simus alumni; nihil tamen diuitiarum appetitione impediti proficere possimus. Quare non iniuria Paulus eam malorum radicem appellauit. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quæ habes, & veni sequere me. Hæc ille cum audisset, mærore deiectus abijt; habebat enim possessiones multas. Numquam magna voce prædicare cessabo accessione pecuniarũ cupiditatem habẽdi magis, atque magis adeo inflammari, vt rerum copia crescente paupertas quoque augeatur. Nã qui maiori desiderio ardent, egere se magis sentiunt. Perspice igitur quãta huius passionis vis sit, cum magna diues ille lætitia Christum adijsset, ita obrutus fuit, quia eiiciendam pecuniam esse audiuit, vt nec respondere quidem potuerit, sed mæstitia pressus decesserit. *Infra*: Quemadmodum qui acutæ bilis feruore febricitant, non solum extinguunt ardorem potu, verumetiam incendunt, atque inflammant: sic qui auaritia laborant, cum huic cupiditati omni bile acerbiori pecuniam afferunt, maiori seipsos flamma incendunt. Nihil quippe istam sitim ita extinguit, quemadmodũ si ab isto desiderio te liberum constituas: sicut etiã acuta bilis non potu, sed e cõtrario potius extinguitur. Quod fiet si perspexeris nũquã rerũ copia huius te ardorẽ sitis extincturũ, sed solo diuitiarum despectu ab hoc te tabifico morbo eripere posse. Noli ergo multa cõquirere, & incurabili peste laborare decet, vt omnibus miserior intolerabili hoc dolore sis. Respõdeas enim mihi, quẽnam putas magno dolore cruciari, vtrũ qui edendi, atque bibẽdi cupiditate cõficitur, cum nõ possit desiderio satisfacere suo, an eum qui nec tali quidẽ cupiditate vexatur? Non dubito quin eum respõdebis, qui animum suũ explere nõ potest. Quamobrẽ qui pecunias despicit, is cupiditati terminum constituit, qui vero ditari desiderat, plura indies cõquirit maiore siti compulsus, numquã ad finẽ deueniet, sed si mille adipisceretur talenta, mille alia continuo quærit, ac ita progrediens, mõtes, terrã, maria, cuncta sibi aurum fieri precatur, eo furoris genere insaniẽs, quod numquam hac ratione deprimi potest. Facilius est hominem volare, quàm acquisitione, ac accessione pecuniæ, cupiditatem habendi terminare.

1. Tim. 6.

2

3 Hom. 5. in c. 16. Lucæ.

IDEM exponens illa verba: Factum est autem, vt moreretur mẽdicus, & portaretur ab Angelis in sinũ Abrahæ, sic habet: Portabatur ab Angelis, ne saltem ambulans, laboraret. Et portabatur ab Angelis. Non sufficerat ad portandum, pauperi vnus angelus; sed propterea plures veniunt, vt chorum lætitiæ faciant. Et portabatur ab angelis. Gaudet vnusquisque angelorum tantum onus tangere, libenter talibus oneribus prægrauantur. Mortuus est autem dines, & sepultus est in inferno. Eleuans autẽ oculos, cum esset in tormentis. In tormentis erat, oculos suos liberos habebat, vt alterius lætitiã posset aspicere, & magis ex hoc torqueretur. Cum esset in tormentis. Non dixit in tormẽto, sed in tormentis. Diuitiæ & auaritia talia præmia suscipiunt. *Infra*: Recepisti bona tua in vita tua, bona tua, quæ reuera bona non sunt. Diuitiæ non possunt esse in terra, & in inferno.

4 Cõcione 2. de Lazaro.

IDEM inquit: Discamus non pro beatis habere diuites, neque pro miseris habere pauperes. Immo si verum fateri licet, ne diues quidem ille est, qui multis opibus circumuallatus est, sed qui non eget multis. Nec is pauper est, qui nihil possidet, sed qui multa concupiscit. *Infra*: Breuiter res commutatæ sunt, vniuersi cognouerunt vter fuerit diues, vter pauper, quòdq. Lazarus quidem omnium fuerit opulentissimus, ille contra omniũ paupercimus. Quẽadmodum actores in scena Regum, ac ducum personas, iterum medicorum, rhetorum, philosophorum, ac militum assumentes ingrediũtur, cũ ipsi nihil horum sint: sic sane & in præsenti vita paupertas, ac diuitiæ, nihil aliud sunt, quã personæ. Sicut igitur in theatro sedẽs, si quem videris, ex ijs, qui extra scenam pedibus ingrediuntur, personam gestantẽ Regis, non iudicas eum beatum, neque Regem credis; immo nec ipse optas esse talis, sed cum scias, quòd sit quispiam ex his, qui versantur in foro, funium opifex, aut faber ærarius, aut aliud quicquam tale, non iudicas illum beatum ob personam, aut ob vestem ad talos demissam, neque ex hisce rebus æstimas, illorum vitam, sed despuis illũ potius ob aliã vilitatẽ. Sic sane & hic velut in theatro, videlicet in mundo sedens, & in scena ludentes spectãs, vbi videris quamplures diuites, ne putes vere diuites esse, sed diuitũ obtectos personis. Hic enim diues crebro pauperior est omnibus. Quod si detraxeris illi personã, si cõsciẽtiam explices, multam ibi offendes virtutũ inopiã, comperiesq. omnium hominum abiectissimũ. Et sicut tunc cũ habitũ fabulæ deposuerint, qui prius Reges, ac duces esse uidebantur, post apparent hoc quod sunt, ita sane & nunc, postquã mors aduenerit, theatrumq. dimissum fuerit, cum diuitiarum paupertatisq. personas deposuerint, omnes illuc profecti, atque ex solis operibus iudicati declarant, qui vere sint diuites, & qui pauperes, sicut in diuite hoc & Lazaro contigisse cernimus, ille enim adeo pauper erat, ut ne guttam quidem aquæ haberet in sua potestate, sed pro hac rogaret, neque quod petebat, consequi potuerit.

5

6 Cõcione 4. de Lazaro.

IDEM inquit: Quemadmodum conspicientes in pariete pictum diuitẽ ac pauperem, nec illi inuidemus, nec pauperem despicimus, eo quòd quæ uidemus umbra rerum est, non veritas, sic & diuitiarum, & paupertatis, aliarũq. rerum omnium, siue tristium, siue lætarum naturam, si pernouerimus, liberabimur a turbatione, quæ ex harum unaquaque in nobis gigni solet. Hæc enim omnia quauis umbra fallaciora sunt, nec quicquam habent sublime, neque præclarum; si autem hæc aduerterimus, non aliter quàm afficimur picturis in pariete additis, erga hæc utraque afficiemur.

7 Hom. 23. in Ioan. to. 3.

IDEM inquit: Diuitiarum fraudes Christus Dominus spinas uocauit, & merito. Nam quẽadmodũ spinæ steriles sunt, ita & diuitiæ. Quẽadmodũ illæ eos, qui tangũt, laceranr, ita harũ cupiditas. Sicut facile igni comprehenduntur,

& odio habentur agricolis, ita huius sæculi negotia. Postremo vt inter spinas feræ, viperæ, scorpij delitescunt, ita in fraudibus diuitiarũ.

8 Hom. 13. in epistolã ad Rom. to. 4. IDEM sic habet: Auaritia ebrietas est pestilentior ea, quæ ex vino generatur. Neque enim tam detrimentosa fuerit ebrietas, quàm pecuniarum concupiscentia; illic enim detrimentũ intra perturbationẽ, atque afflictionem consistit, terminaturq. sensus stupore, atq; ebrij exitio. At hic damnum ipsum infinitas animas peruadit, varia vndequaque bella succendens. Ebriorũ horum inter se cõparationẽ faciamus. Affectus ipsi consimiles sunt, vterq. enim absurdæ cõcupiscentiæ seruit. Nã & qui vino ebrius est, is quo plures vini calices hauserit, eo plures appetit, qui autem pecuniarũ amori seruit, quo magis diteſcẽdi desiderio capitur, eo maiorem concupiscentiæ flammam incendit, pestilentio remq. sibi desiderii sitim accersit. In hoc igitur vno similes ambo sunt. At in altero rursus auarus superiora omnia habet. Ebrius enim patitur rem eã, quæ iuxta naturam est, vinum enim natura cũ sit calidũ, insitamq. siccitatẽ intẽdat, facit qui eo poti, ebriiq. sint, ij vt sitiãt adhuc. Auarus vero ille vnde plura semper cõcupiscit? Vnde? Certe cum magnopere diteſcit, tum maxime pauper est. Sicut ebrius delirat, desipitq. oculis apertis neminem videt, sed temere huc illucq. circumfertur, atque ad vnumquemque sibi obuiũ offendit pedibus, dilaceratur, indecore denudatur, mirum in modũ ludibrio habetur. Auarus hic vt ille omnes ignorans, & amicos & inimicos, similiter oculis quidẽ apertis obcæcatus est, ac quomodo illius oculis omnia vinũ; sic huius omnia pecuniæ sunt. Adde quòd qui a vinolentia possidetur, transacta nocte ad

9 sobrietatẽ redire potest, hic autẽ continenter ebrius est, & interdiu, & noctu, & euigilans, & dormiẽs, maiori in cruciamẽto cõstitutus, quã constituatur, vel qui vinctus in custodia degit, vel qui ad effodiẽda metalla relegatus est, uel si quis est, qui grauiori supplicio addictus sit. *Infra*: Quid pestilentius esse queat, quã ab omnibus passim odio haberi, quàm omnes odisse, quam semper rixari, nemini se comem, nemini suauẽ præbere, quàm nũquam satiari, nũquam non sitire, famẽ perpetuã, & quidem ea, qua omnes assueuere, grauiorẽ pati, cumq. ea colluctari, angoribus quotidianis affligi, nũquam sano, ac trãquillo esse animo, assidue in tumultuationibus, perturbationibusq. versari? Hæc enim omnia & his item plura auari sustinẽt, etenim lucrum, capturamq. aliquã dum faciunt, vt omnium etiam bona habeãt, nullam inde voluptatem capiunt, plura semper appetentes, ijdem iacturam dum faciunt, vt vel obolum perdant, grauissime omnium se affligi, ac vel vitam amisisse arbitrantur.

10 Hom. 14. in 1. epist. ad Corinth. IDEM ait: Auarus numquã finem imponit sue cupiditati, non solũ quòd non possit omniũ solus facultates occupare, sed etiam quòd quantumcũque complectitur, nihil se habere putat. Qui vero pecunias despicit, omnia superflua arbitratur, neque animã immensis cruciabit cupiditatibus. Nihil enim adeo animam torquet, quã cupiditas, cum eam satiare nõ possis. Animaduerte eum qui pecunias desiderat, & plura possidet, ita huiusmodi homo, ac si nihil haberet, afficitur. Nũquid posset quippiã hoc morbo grauius esse, quem qui habet non videtur habere, quæ possidet, & tamquam non habeat, torquetur; & licet omnia cõsequatur, magis dolet, & quanto plura possidet, tanto fit pauperior. Cum sitimus nõne propterea bibẽtes lętamur, quòd sitim sedamus, & idcirco voluptas est bibere, quòd magno nos liberat cruciatu, hoc est cupiditate bibendi? Sane perspicuum, quòd si deberemus semper in hac cupiditate versari, nihilo minus diuite illo qui Lazari temporibus fuit, quantum ad supplicium haberemus. Illi enim hoc erat suppliciũ, quòd cum paruã aquę guttam desideraret, non haberet qui eã præberet. Quod & auari mihi pati perpetuo videtur, & quemadmodũ illũ dignos esse qui puniantur, & nihil impetrent. Fugiamus igitur peregrinũ hunc, & nouum morbum, fugiamus præsentem gehennam. Gehenna namq. horum desiderium est. Vtriusque igitur animũ aperiamus, & eius, qui pecunias cõtemnit, & eius, qui eas admiratione prosequitur, & videbis alterum insanientibus similem, nihil videre, nec audire volentẽ; alter vero portui tranquillo assimilari. Hic omnium amicus est, sicut ille hostis.

11 Hom. 9. in eandẽ epist. IDEM inquit: Si adhuc opus est, vt discas, quòd nihil magnum sint diuitiæ, quòd vmbra præsentia & somnium, quòd more fumi dissoluuntur & euolant, nondum ingressu ad superna regna dignus es. Nam si instabilem horum naturam, & continuo fluentem diiudicare non nosti, quomodo ea despicere poteris?

12 Hom. 5. in eandẽ epist. IDEM sic habet: Quanto præstat is, qui nõ quærit opes, sed ferre omnia nouit, quàm qui diteſcit per omnia. Primum in se posita hic omnia sua habet, ille in aliis, vt miles uiribus, & arte certandi ualens, melior est eo, qui in armis fiduciam omnem habet, sic opibus confiso præstat, certe quem ipsa uirtus muniuit. Deinde solidæ sint opes, & paupertatis periculum nullum, tamen quietus dives esse non potest, infinitas tempestates, infinitos tumultus diuitiæ secum trahunt. Et quemadmodum inter animantia ceruus & lepus ob natiuam timiditatẽ, omnium maxime captu sunt facilia, sus autem & leo, & taurus haud facile in potestatẽ insidiatoris cadunt, tale videre in diuitũ, & pauperũ gẽte licet. Hic leoni, & tauro similis est, ille lepori & cerno. Quẽ enim nõ metuit dives? An non latrones? An non potẽtes? Quid dico latrones? Familiares suos suspectos habet & domesticos.

13 Hom. 16. in eandẽ epist. IDEM sic habet: Inexhaustas opes defodias licet, ueniente nocte nudo tibi migrandũ hinc erit, & recte quidem. Nam qui somno diteſcũt, postquã euigilarunt, nihilo magis quæ habere uidebantur, habent. Par diuitum ratio, immo deterior. Nam qui per somnum diteſcit, ut opibus quibus uidebatur, nõ potitur; sic malis tamen surgẽs caret, dives uero ut pecunia caret, sic vitiis, quæ opes comitantur, plenus abit. Et opulentus mala, quæ secum opes ferunt, imaginatus, ea non imaginatione quadam iam, sed re vera experitur. Rursum in somnis voluptas quædam est, hic autem voluptatem, si qua est, pœna sequitur, non in somnis, sed quam persentiscas, quin ante pœnam illam, etiam hic extremam quandam pœnam pendit, mille perturbationibus, curis, accusationibus, conuitijs, tumultibus, turbisque afflictus.

14 Hom. 39. in 1. epist. ad Corinthios IDEM inquit: Peccatores semper lugere oportet, præsertim verò cum opibus, & trãquillitate fruuntur: quemadmodum ægrotos cum crapulantur, & inebriantur. Qui autem felicẽ rem opes iudicat, innumerabilibus lachrymis est deplorandus. Nam si quis sanus, valensque felicem iudicet, molli lecto ex morbo decũbentem, miserior est quàm æger ipse, qui bonorum suorum nullum habeat sensum, quod accidere in his quoque videre licet. *Infra*: Siccitas quõdam inuasit regionem nostram, trepidabant vel

Luc. 16. ut in extremis, omnes, Deum inuocabant, vide re erat, quod est in Moyse scriptum cęlum æreũ redditum, & nihil iam quàm mortem omnium terrimam expectari. Verum aliter visum benigno Deo, pluuia quippe præter omnium expectationem largissima, & immensa desuper ruebat, itaque omnes iam gaudio exultare, vt qui ab ipso mortis limine reduces se putarent. In istis tantis bonis, in communium omnium lætitia præopulentorum illorum quispiam tristis, tæter, exanimis dolore circuibat, rogantibus multis causam, continere grauem animi dolorem homo non potest, sæuitia morbi incitatus, causam in mediũ prorduxit, mille frumẽti metra domi cum possideam, inquit, non reperio, quomodo faciam auctionem. Quid homo ais? Dolet tibi non omnes perijsse, vt faceres quæstum? Non audis, quod Salomon dicat, qui abscondit frumentum, maledicetur in populo? Sed

Prou. 11. citius bonorum omnium totius orbis communis hostis, benignitati infensi, mammonæ amici, immo vero serui excindi linguam istam, contundi pectus, ex quo verba ista fluunt, oportebat. vides vt aurum homines esse homines non sinat, sed in beluas, & dæmonas mutet. Quid sit obsecro huiusmodi viro miserandum magis, qui famem precibus optet, vt auro potiatur? Equidem morbus illi in contrarium postea cedit, abundantia enim facultatum suarum non gaudet. Vides quod dixi, auaris non esse e rebus præsentibus voluptatis tantũ, quãtum est ex affectatis perturbationum. Nam qui myriades immensi frumenti tenet, famelico quouis mendico magis alget, sæpius gemit. Nã hic quidem victum necessarium adeptus triũphat, exultat, Deo gratias agit, ille vero, qui tãtum possidet, indignatur, periisse se putat. Non est affluentia igitur, quæ voluptatem parit, sed animus recte institutus, sine quo, si quis omnia possideat, etiã velut omnibus priuatus fit, vinet

15 Aug. ad Bonif. lib. 2. c. 5. AVGVSTINVS sic habet: Non est desperandum de hominibus bonis, si per eos terrenum aliquid administretur, nec rursum continuo gratulandum hominibus, qui cælestia agere dignoscantur negotia, cum plerumque illi, qui negotijs sæcularibus implicati sunt, cor semper sursum habeant, & isti, qui cælestia semper prædicant, cor habeant in terra. Sed mixta sunt ista genera hominum. Inuenimus modo ciuem Hierusalem, administrare aliquid in terra, vt puta purpuram gerit, magistratus est, proconsul est, imperator est, Rempublicam gerit terrenam, sed cor sursum habet, si christianus est, si contemnens in quibus est, & sperat in quibus nondum est. De quo genere fuit illa sancta mulier Ester, quæ cum esset vxor Regis, ventum est ad periculum deprecandi pro ciuibus suis, & cum oraret coram Deo in oratione sua dixit, ita sibi fuisse illa ornamenta regalia sicut pannum menstruatæ. Non ergo desperemus de ciuibus Regni cælorum, quando eos videmus aliqua gerere Babyloniæ negotia, aliquid terrenum in republica terrena. Nec rursus continuo gratulemur omnibus hominibus, quos videmus agere negotia cælestia, quia, & filij pestilentiæ sedent aliquando in cathedra Moysi, de quibus dicitur, Quæ dicũt facite, quæ autem faciunt, facere nolite; dicunt enim, & non faciunt. Illi in terrenis rebus, leuant cor in cælum, isti in cælestibus verbis trahunt cor in terra. *Est.* 14. *Psal.* 1. *Matt.* 23.

16 Lib. 8. epistolarum epist. 28. to. 5. AMBROSIVS ad Vercellensem Ecclesiã scribens, prope finẽ epistolæ, sic ait: Cupiditatibus omnis diuitiarũ abundãtia inopia est. Deni que nemo pauper nascitur, sed fit, non enim naturæ paupertas, sed opinionis est, ideoque cito inuenitur, dives naturę difficile, cupiditatis etenim, quo plus vnusquisq. acquisierit, plus sitit, & quasi quadam inardescit ebrietate cupiditatum suarum. Quid quasi necessarium quæritis cumulum diuitiarum? nihil tam necessarium, quàm cognoscere, quid nõ sit necessariũ. Quid in carnem extorquetis excusationem? Non corporis venter insatiabilem, sed mentis auaritia facit. Numquid caro spem futuri abstulit? numquid caro spiritualis gratiæ suauitatẽ ademit? numquid caro fidem impediuit? nũquid caro aliquid furoris dominis vanis opinionibus adiudicauit? plus amat caro moderatam frugalitatem, qua exuitur honore, induitur salubritate, qua sollicitudinẽ deponit, assumit tranquillitatem, &c. Sed neque ipsæ diuitiæ vituperabiles, redemptio animæ viri diuitiæ eius, quoniam qui pauperi donat, redimit animam suã. Est ergo, & his materialibus diuitijs virtuti locus, quasi gubernatores estis in magno mari, si bene quis gubernat suum nauigium, cito transit fretum, vt perueniat ad portum, qui autem nescit regere suum cẽsum, onere suo mergitur, ideo scriptum est. Possessio diuitum ciuitas firmissima. Quæ est ista nisi Hierusalem, quæ in cælo est, in qua regnum Dei, &c. Iste dicit, portio mea Dominus, &c. *Prou.* 13. 17 *Prou.* 10.

18 In eod. to. & libro epist. 84. IDEM scribẽs ad sacrã virginẽ Demetriadẽ paulo post principium, sic ait: Quamuis tota vita hominis tentatio sit super terrã, & tam abundantia, quàm inopia materia soleant esse peccati, extiterunt tamen in omni tempore, & in no-

in noſtra quoque ætate non deſunt, ſicut & boni pauperes, ita, & boni diuites, qui poſſeſſionibus ſuis non aliter, quàm rebus pauperum præeſſent, vt Eccleſiaſticæ vtilitati ſub quadã procuratione famulentur elaborantes ſinguli pro ſuarum virium portione, vt ad victum, atque veſtitum familiæ Dei neceſſaria conferantur, & ſimul proſpicientes, vt in domibus ipſorum ſub iuſto, ſanctoque moderamine omnes & benignitas foueat, & diſciplina contineat, dicente Apoſtolo, Si quis autem ſuorum, & maxime domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior, &c.

18 IDEM Quis maior eſt in regno cælorum de diuitibus loquẽs dixit, & addit: Ideo nudi in ſæculo naſcimur, nudi etiã accedimus ad lauacrũ, vt nudi quoq. & expediti ad cęli ianuam properemus, quàm autem incõgruum eſt, & abſurdũ, vt quem nudum mater genuit, nudum ſuſcipit Eccleſia, diues intrare velit in cælum? Ideo adoleſcenti illi diuiti in Euangelio a Saluatore dicitur. Si vis perfectus eſſe, vende omnia tua, & da pauperibus, vſque adeo enim nuda virtus apta cælo eſt, vt quamuis iuſtus, quãuis ſanctus aurũ, vel diuitias poſſidens non poſſit eſſe perfectus. Talẽ enim voluit adoleſcentem illũ Dominus ad paradiſum redire, qualis Adam fuerat de paradiſi ſublimitate deiectus, nudus enim Adam incola paradiſi fuit, &c.

Serm. 10. de eo quod ſcriptũ eſt. to. 5.

Matt. 18.

Matt. 19.

19 IDEM ſuper illa verba, Væ vobis diuitibus, qui habetis cõſolationẽ veſtrã, ait: Licet in pecuniarijs copijs multa ſint lenocinia delictorũ, pleraq. tamen ſunt etiam incentiua virtutum, quãquã virtus ſubſidia non requirat, & cõmendatior ſit collatio pauperis, quàm diuitis liberalitas, tamen non eos qui habent diuitias, ſed eos, qui vti his neſciant, ſententia cæleſtis auctoritate condemnat. Nã vt ille pauper laudabilior, qui prompto largitur affectu, nec repagulis impẽdentis egeſtatis inhibetur, inopemque ſe non putat, qui habet, quod naturę ſatis eſt: ita hic criminoſior diues, qui vel Deo referre gratiam de eo debuit, quod accepit, nec cenſum ad communem vſum datum ſine vſu abdere, defoſſisque terræ incubare theſauris. Non cenſus igitur, ſed affectus in crimine eſt, & quamquam tota ætate cuſtodiæ miſerabilis ſollicitas auara mens tendat excubias, quo nulla pœna grauior eſt ſucceſſorum, pro futura compendijs anxio timore ſeruare: tamen quoniam auaritiæ ſtudia, & deſideria congerendi inani quadam voluptate paſcuntur, qui conſolationem vitæ præſentis habuerunt, remunerationem perpetuæ perdiderunt, &c.

Lib. 5. in Lucam circa illud to. 3.

20 IDEM ſuper Ecce vir nomine Zachæus, &c. ait: Nemo facile Ieſum videt, nemo poteſt Ieſũ videre conſtitutus in terra, & quia nõ Prophetas, non alibi regnum habebat, aſcẽdit in Sycomorum, vanitatem ſcilicet Iudæorum veſtigio ſuo proterens, errata quoque corrigens ſuperioris ætatis, & ideo Ieſum interioris domus recepit hoſpitio, &c. Et hic diues erat. Nolumus offendere diuites, qui volumus, ſi fieri poteſt, ſanare omnes, diſcant non in facultatibus crimen hærere, ſed in his, qui vti neſciant facultatibus. Nam diuitiæ, vt impedimẽta improbis, ita bonis sũt adiumẽta virtutis. Diues certe Zachęus electus a Chriſto, ſed dimidium bonorum ſuorum pauperibus largiendo, reddendo etiam in quadruplum, quæ fraude ſubſtulerat, alterum enim non ſat eſt, neque habet gratiam liberalitas, ſi iniuria perſeuerat, quia non ſpolia, ſed dona quæruntur, vberiorem mercedem, quam conferebat, accepit, &c.

Lib. 8. in Lucam circa illud to. 3.

Contra diuites auaros, ſuperbos, delicijs deditos, pauperum iniuriatores acriter inuehuntur ſancti. Cap. XXXIX.

1 BASILIVS ſic habet: Qualia præcepta contemnis, poſteaquam auaritiæ aures reſeraſti? Triſtis es, & rogatu difficilis, occurſus pauperum vitas, ne forte aliquid, vel modicum e manibus coacto exeat. Vnam tantum noſti vocem, Non habeo, non dabo, nam & pauper ego quoque ſum. Pauper es profecto, pauper, & omnium egens bonorum, charitate pauper, pietate pauper, fide erga Deum pauper, pauper æterna ſpe. Dicis cui facio iniuriam, ſi mea retineo conſeruoque? Quæ illa hic mihi tua? Vnde accepta hæc ad traducendam præſentem hanc vitam inuexiſti? Perinde enim facis, ac ſi quis in theatro locum ſpectandi mox, vt anteuertit alijs arripere, ceteros abarceat ingreſſu, ſuo vnius vſui id adiudicans, quod ad omniũ communem vſum proponitur. Tales, & diuites exiſtunt, communia namque cum priores obtinuerint, propria faciunt occupando. Nonne nudus ex vtero matris excidiſti, nudusque rurſus reuerteris ad humum? Hæc tibi bona præſentia vnde? Quod ſi ex Deo te illa habere fateris, cur tu diues es, ille pauper? Profecto non ob aliam cauſam, niſi vt tu benignitatis, ac fidelis adminiſtrationis mercedem accipias, ille vero patientiæ maximis præmijs honoretur. Tu vero auarus ea, quæ ad diſtribuendum recepiſti, tibi propria facis. Num qui veſtẽ diripuerit ſpoliator nominabitur, qui autem nudũ non texerit, modo poſſit, alterius cuiuſdam nominis appellatione dignus erit? Eſurientis eſt panis, quem tu retines, nudi eſt veſtis, quam in arca cuſtodis, diſcalceati calceus, qui apud te marceſcit, egentis argentum, quod tu terræ infoſſum poſſides. Quare tot iniurius es hominibus, quot poteras opem conferre?

Hom. 6. in c. 12. Luc. ex variis huius tomi to. 1.

2 IDEM ſic habet: Cui mors ob diuitias parcit, a quo morbus ob pecuniam abſtinet? Quouſque igitur opes erunt animarũ laqueus, mortis hamus, peccati eſca? Quouſque diuitię erunt belli materia, per quas fabricantur arma, & enſes acuuntur? Propter opes propinqui cognati naturam negant, fratres inter ſe digladiantur,

Hom. 7. contra diuites auaros.

loca

loca deſerta graſſatoribus plena ſunt, mare piratis, ciuitates calumniatoribus complentur. Quis mendacij pater eſt? Quis falſæ accuſationis miniſter? Quis periurij genitor? Nonne diuitiæ, ac circa diuitias ſtudium? Ad ſubſidium vitæ non malorum incitamentum pecunia data eſt, animæ redemptio eſt, non exitij occaſio. Sed inquis ob filios neceſſaria eſt. Plauſibilis eſt iſta auaritiæ excuſatio, liberos prætexitis, ac interea cordibus veſtis ſatisfacitis. Ex alio vitam accepit, non ex te ipſo vitæ ſubſidia expectat. Cum Deum oraſti, vt fieres liberorum pater, addidiſti ne illud, Da liberos, ne veniam in Regnum cælorum? Preterea quis tibi ſponſor de ipſorum fuerit voluntate ac ingenio, vt recte datis relictiſque vtantur? An non audiſtis Eccleſiaſtem dicentem, Vidi ſtultitiam multam, & grauem, diuitias in malũ cuſtodiendibus ipſas conuerti? Et rurſus, Relinquo ego homini poſt me, & quis nouit ſi ſapiens erit, aut ſtultus? conſidera ne cum multis ærumuis opes cumulatas peccatorum materiam alijs tradas, duplicique plectaris poſtmodum pœna, & tuorum criminum cauſa & aliorum, quibus cauſam dederis. Nonne cunctis liberis coniunctior eſt tibi anima tua? Qui vero liberis carent, quam parſimoniæ cauſam obijciunt? Nolo inquiunt vendere, nolo pauperibus dare ob vitæ neceſſarios vſus. Ego quidem bonis, dum uixero frui uolo, poſt mortem vero in teſtamento heredes facultatum mearũ, ac dominos pauperes aſcribam. Heu miſer tunc benignus, ac liberalis hominibus eris, cum amplius inter homines non ages? cum te cadauer aſpiciam, tunc fratris amantem appellabo? Magna dignus eris liberalitatis laude, magnus tibi honor debebitur, aut gratia, ſi in ſepulchro iacens, & in terram conuerſus magnificus, ac ſumptuoſus apparebis. Si tempore, quod ad promerendum datur, in voluptatibus, ac delitijs abſumpto pauperes nequaquam aſpexiſti, mortuus cuiusnàm actionis, aut operis mercedem petiturus es? Nullus enim poſt mercatum ſolutum negotiatur, neque demum poſt certamina accedẽs coronatur, nec poſt bellum fortia gerit, nec item poſt vitam pietatis laudem præmium ve capiet. Sed quis exitus tui tempus nunciabit? Quis de mortis genere ſponſor? Quot videmus repentino caſu extinctos, qui ne vocem quidem emittere potuerunt? Quot etiam febris a ſenſu alienos ferit? Quid igitur tempus expectas in quo ſæpe rationis tuæ compos non eris? Enimvero nox profunda, morbus grauis, nullus circa adiutor immo potius qui hereditati inſidiatur paratus aderit, omnia tantum quæ ad eius faciunt vſum adhortans, ac tua irritare conſilia quærens. Tunc tandem deſtitutum te videns, tuam imprudentiam, & ſtultitiã grauiter ſuſpirijs damnare incipies. Cupies, & eo tempore dare mãdata, cum & lingua ſemiextincta ad loquendum, & manus ad ſcribendum inualida tremenſque fuerit. Ex quo nec voce, nec item litteris tuam oſtendere mentem valebis. Quid igitur miſer te ipſum decipis, nunc opibus in luxu viuendo abutens, ac tibi ea promittens, quorũ poſtea, vt dixi, dominus non eris. Tunc Abraham tibi quoque dicet, Recepiſti bona in vita tua. Si arcta eſt via quæ ducit ad vitam, non te diuitijs oneratum, ac opum ſarcinam ferentem excipiet. *Infra*: Si tu nobilem hoſpitem domi exciperes, eine menſæ reliquias apponeres? Quomodo ergo exiſtimas, ex reliquijs Deum placari? Igitur vos, alloquor diuites ac locupletes, reſpicite finem, a cupiditate deſiſtite, ſi poſſidetis, non amate.

Luc. 16.

4 IDEM ait: Si forte te auaritia vt Regina illa Ægyptia Ioſeph tentauerit, ſciderit quoque tibi veſtẽ, vt mandatum diuinum contemnas, vt ſe aurum ac res terrenas amantem contra Domini tui præceptum amplectare, vt cogitatio ſubierit præcepto Domini repugnans, animumque ſobrium ad auaritiam impellens, & ad negligendam fraternam dilectionem cogens, atque ad ſe cohibens, rumpe, & tu illius veſtem reique indignitate motus ſecede, Domino fidem ſerua, vt ille Putipharo ſeruauit. Ne cuncta voluptati tribuas, nonnihil animæ tuæ reſerua. Duaſque tibi puta eſſe filias mundanæ conuerſationis, proſperitatem, & vitam cæleſtem, ſi meliori cuncta dare nolueris, diuide ſaltum ex æquo intemperanti filiæ, & modeſtæ, ne videlicet præſentem vitam & opibus ac delicijs affluentem reddat, vt alteram inopẽ ac laceris opertam veſtibus relinquas. Vt ſi te oporteat in conſpectu iudicis, ſponſæ formam ac vitam ſecundum virtutem habẽtem venire, noli ſponſam inornatam ſponſo offerre, ne conſpiciens ille vultum auertat, deſpiciat, complexum neget, ſed eam decenti veſte ornatam nuptiarum tempori ſeruabis, vt in thalamum recipiatur. Denique vt prophetica illa verba, quæ ad animam tota referri videntur, re atque actione laudabili roborentur, Aſtitit Regina a dextris tuis in veſtitu deaurato circundata varietate. Audi filia, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui, & concupiſcet Rex decorem tuum. Quæ verba ad animæ decorem rectius traducuntur.

Hom. 8. in in diuites auaros.

Pſal. 44.

5 HIERONYMVS ſic ait: Illa tibi ſemper in ore vox reſonet, Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Et nihil intulimus in hunc mundum, haud dubiũ quia nec auferre quid poſſumus. At nunc pleroſque videas armaria ſtipare veſtibus, tunicas mutare quotidie, & tamen tineas non poſſe ſuperare. *Infra*: Radix omnium malorum eſt auaritia, ideoque ab Apoſtolo idolorum ſeruitus nominatur. Petrus Apoſtolus dicit, Argentum, & aurum non eſt mihi, quod autem habeo hoc tibi do, ſurge, & ambula. At nunc multi licet ſermone taceant, opere loquuntur, fidem & miſericordiam non habeo, quod autem habeo, argentum, & aurum, hoc tibi non do. Habentes autem victum, & veſtitum his contenti ſimus. Audi Iacob quid ſua oratione poſtulet, ſi fuerit Dominus mecum in via hac, & dederit mihi panem ad edendum, & veſtimentum, quo operiar. Tantum neceſſaria deprecatus eſt, & poſt

Epiſt. 22. ad Euſtochiũ e cuſtodia virginitatis to. 1.

Iob 2.

1. Tim. 6.

Act. 3.

annos

annos viginti dies in terram reuertitur Chanaan. Quid ante non plures annos Nitriæ gestum sit referemus. Quidam ex fratribus parcior magis quàm auarior centum solidos, quos lina texendo acquisierat, moriens dereliquit. Initum est inter monachos consilium (nam in eodem loco circiter quinque millia diuisis cellulis habitabant) quid facto opus esset. Alij pauperibus distribuendos esse dicebant, alij dandos Ecclesiæ, nonnulli parentibus remittẽdos. Macarius vero, & Pambo, & Isidorus, & ceteri quos patres vocant, sancto in eis loquente spiritu, decreuerunt infodiendos esse cum eodem dicẽtes, Pecunia tua tecum sit in perditionem. Nec hoc crudeliter quisquam putet factum, tantus cunctos per totam Ægyptum terror inuasit, vt vnũ solidum dimisisse sit criminis.

6 Lib. 6. in c. 14. Esaiæ. to. 4. 1. *Tim.* 6. IDEM exponẽs illa verba: Perdã Babylonis nomẽ, & ponã eã in possessionẽ hericij, & in paludes aquarũ, ait: Iuxta doctrinã Saluatoris, qui curas istius sæculi, & seductionem diuitiarũ spinas appellauit, hericius mihi videtur, qui iuxta Apostolum gaudet in incerto diuitiarum, & armatum se non armatura Dei, sed spinis atque peccatis huius mundi esse confidit, cui rectissime dicitur illud Euangelicum, Stulte hac nocte repetent a te animam tuam, quæ autem cõgregasti cuius erunt? Tales habitatores habet Babylon deserta virtutibus, vbi non est ager irriguus, qui offerat fructus diuersorum seminũ, sed paludes infertiles, & limosæ, ac lutosæ, in quibus cæno gaudentia reptant animalia. Quãobrem clementissimus Dominus scopauit eam vehementissime terens, & quasi quodam verriculo ad purum vsque mundauit, vt Babyloniæ semina pereant, & a solis habitentur hericijs. Quando videremus aliquem diuitiarum immersum luto, & vt septuaginta interpretati sunt profunda voragine, & quasi cænosa palude circumdari, non dubitemus eum appellare hericium habitatorem desertæ Babylonis.

Luc. 12.

7 Lib. 3. in c. 17. Hiere. IDEM exponens illa verba: Perdix fouit quæ non peperit, fecit diuitias suas non cum iudicio, in dimidio dierum suorum relinquet eas, sic habet. Aiunt scriptores naturalis historiæ, quorum principes sunt apud Græcos Aristoteles, & Theophrastus, apud nos Plinius secũdus, hanc perdicis esse naturam, vt ova alterius perdicis, idest aliena furetur, & eis incubet, foueatque, cumq. fœtus adoleuerit, ipsũ auolare ab ea, & alienum parentẽ relinquere. Huiuscemodi, diuites sunt, qui aliena diripiunt, & absque cogitatione iudicij Dei, faciunt diuitias non cum iudicio, quas in medio tempore relinquunt, subita morte substracti, quando dicitur eis, Stulte hac nocte repetẽt a te animam tuam, quæ autẽ præparasti, cuius erunt? Nihilque insipientius, quàm non prouidere nouissima, & breuia putare perpetua.

Luc. 12.

8 Lib. 11. in c. 34. Ezechielis. IDEM exponẽs illa verba: Hæc dicit Dominus Deus ad eos, Ecce ego ipse iudico inter pecus pingue, & macilentum, pro eo quod lateribus, & humeris vestris impingebatis, & cornibus vestris ventilabatis omnia infirma pecora, donec dispergerentur foras, sic habet: Iudicat Deus inter pecus forte, & infirmũ, fortes enim lateribus, & humeris suis impingunt, satque collidunt infirma pecora, & cornibus ventilant nescientes in Lege taurum cornupetam debere puniri. Impingebant autem lateribus, & cornibus ventilabant, donec dispergerent, & eijcerent oues foras, superbia enim maiorum, & diuitum hoc facit.

9 In c. 3. Danielis. IDEM explicans illa verba: Nabuchodonosor fecit statuam auream altitudine cubitorum sexaginta. Tunc congregati sunt satrapæ, magistratus, & iudices, & duces, & tyranni, & optimates qui erant in potestatibus constituti, & vniuersi principes regionum, vt conuenirent ad dedicationem statuæ, quam erexerat Nabuchodonosor Rex, ait: Excelsa periculosius stãt, & citius corruunt, quæ sublimia sunt. Principes congregantur ad adorandum statuam, vt per principes seducantur & gentes. Qui enim diuites sunt, & potentes, dum timẽt carere diuitijs, & potentia, facilius supplantantur, subditi populi maiorum exemplo pereunt. *Infra*: Post hæc igitur statim, vt audierunt omnes populi sonitum tubæ, fistulæ, citharæ, &c. cadentes omnes populi, tribus, & linguæ adorauerunt statuã auream. Eodem sensu accipiendum, quo supra, vt omnes populos intelligamus in principibus. Neque enim adesse vniuersæ simul potuerant nationes, sed affuerunt nobiles, & diuites prouinciarum.

10 Lib. 3. in c. 12. Oseæ. to. 5. IDEM exponens illa verba: Chanaan in manu eius statera dolosa, calumniam dilexit, & dixit Ephraim, verumtamẽ dites effectus sum, inueni idolum mihi, omnes labores mei non inuenient mihi iniquitatem, quam peccaui, sic ait: Dicit Chanaan, hoc est Ephraim habere in manu sua stateram dolosam, siue iniquam ibente scriptura, Aequa sint tibi pondera, & non solum habere stateram iniquam, ac dolosam, sed diligere calumniam, & opprimere homines per potentiam. Dixit Ephraim verumtamen dites effectus sum, ideſt non refert, vnde possideam, dummodo possideam. Hoc morbo laborant plurimi, de quibus scriptũ est, Diuitiæ congregatæ inique euomentur, redemptio enim animarum viri propriæ diuitiæ. Ephraim autem qui gloriatur & dicit, Dites effectus sum, inueni idolum mihi, hoc est, quòd non prosit possidenti, casso labore sudauit: sicut autem gulosi, & luxurioſi venter Deus est, ita & auarus adorat auri idolũ, & dicit in corde suo, Inueni quod quærebam, sed audiet, Stulte hac nocte rapietur a te anima tua, quæ autem præparasti cuius erunt? Cumque semel oculos eius diuitiarum non dicã fulgor, sed cæcitas occuparit, loquitur, Omnes labores mei nõ inueniẽt iniquitatem meã, in qua peccaui, & est sensus, quicquid peccauero, si habuero diuitias ab his, qui meo indigent auxilio, mihi non poterit imputari, secundum illud, & iniqua agẽs benedicitur, diuitum enim amici multi.

Leuit. 19

Prou. 13.

Ibidem.

11 Lib. 2. in c. 4. Amos to. 6. IDEM explicãs illa verba: Audite verbum hoc vaccæ pingues, quæ estis in monte Samariæ, quæ calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes, sic habet: Loquitur ad principes Israel, & ad optimates quosque decem tribũ, qui deliciis ac rapinis vacabant, vt audiant sermonem Dei, & non aratores boues, sed vaccas pingues de armento se esse nouerint, ac per hoc significat eos non labori, sed immolationi, & esui præparatos. Vos vaccæ pingues estis in monte Samariæ, & humiles quosque confringitis, & dicitis dominis vestris, ideſt pastoribus, per quos Reges intelligimus, date nobis, & bibemus ideſt iubete tantum, & nos cuncta vastabimus. Iurauit Dominus Deus in sancto suo, quia ecce dies venient super vos, & leuabunt vos in contis, & reliquias vestras in ollis feruentibus. Hoc autem significat quòd capiantur in prælio, & portentur, atque auferantur iure victoriæ, vt quas esse vaccas pingues dixerat, earum carnes narret in contis, vel scutis esse portandas. Et sicut lebes feruentissimus minutos pisces pariter inuoluit, ita & vaccas Basan absque vllo ordine captiuitatis miserijs opprimendas.

12 In c. 3. Amos. IDEM explicans illa verba: Pro eo quod diripiebatis pauperem, & prædam electam tollebatis ab eo, domos quadro lapide ædificabitis, & non habitabitis in eis, vineas amantissimas plantabitis, & non bibetis vinum earum, quia cognoui multa scelera vestra, & fortia peccata vestra, hostes iusti, accipientes munera, & pauperes in porta deprimentes, sic ait: Diripiebatis pauperem vt ab eo tolleretis, quæ victui necessaria vix habebat, & quicquid pretiosum videbatis, & pulchrum, vestris vsibus tradebatis. Vnde, & ex pretio eorum, quæ rapiebatis, & tollebatis a paupere, domos quadro lapide ædificastis, vt spoliantes homines, parietes marmoribus vestiretis, quas quia ædificastis de rapinis, & pulchritudini, & delicijs præparastis repentina captiuitate, vel morte subtracti non habitabitis in eis, quia ego vniuersa scelera vestra cognoui, quæ meam iracundiam prouocarunt. Qui estis hostes iustitiæ suæ, omnis iusti, & accipitis munera, & pauperes in iudicio deprimitis, ideo qui pauper, & prudens est cum furentem iudicem viderit, tacebit in tempore illo, quia tempus malum est.

13 Lib. 3. in c. IDEM explicans illa verba: Vt qui opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samariæ, optimates capita populorũ ingrediẽtes põpati cedomũ Israel, sic ait: Prophetæ sermo maxime est ad eos, qui optimates sunt, & principes, & vacabant delicijs in exemplum illius diuitis purpurati, qui lætabatur in conuiuio, & in tantam erigebatur superbiam, vt Lazarum ante ostium suum plenum vlceribus dedignaretur aspicere, & ne hoc quidem ei tribueret, quod periturum esset ex mensa. Isti sunt capita populorum, qui confidunt in diuitijs, & opulenti sunt in Sion, & habent fiduciam in monte Samariæ, & ingrediuntur pompatice domum Israel, vt tumorem animæ corpus ostendat, & pomparum ferculis similes esse videantur.

Luc. 16.

14 In c. 1. Amos. IDEM exponens illa verba: Audite hoc

qui conteritis pauperem, & deficere facitis egenum terræ dicentes, Quando transibit mensis, & venundabimus merces, & sabbatum, & aperiemus frumentum, vt imminuamus mensuram, & augeamus siclum, & supponamus stateras dolosas, vt possideamus in argento egenos, & pauperes pro calciamentis, & quisquilias frumenti vendamus, sic habet: Ne frustrà videatur vas aucupis esse monstratum, & per hæc vicina imminere captiuitas, causæ offensæ Dei breuiter describuntur. O tu Iuda, & Israel audite, quæ scelera feceritis, de nocte surgere debentes ad orandum, studium habetis opprimendi, siue conterendi pauperes, vt fame, & egestate confecti auferantur de terra. Qui expectatis calendas vt negotiemini, & vsuras augeatis de vsuris, & sabbata, vt aperiatis horrea detisque frumentum amplius recepturi, & Dei solemnitates turpis lucri gratia in vestra compendia vertitis, qui minorem in vendendis mercibus mensuram facitis, & maiora pondera in accipiendis, & stateram iniquam, vt possideatis pecunia pauperes, & tam viles habeatis homines, vt impleatis illud, quod supra de vobis dixeram, Pro eo quod vendidistis argento iustum, & pauperem pro calciamentis, & in tantam lucri rabiem prosiliſtis, vt non frumenta quorum esu hominum corpora sustentantur, sed quisquilias, & purgamenta frumenti vendatis pauperibus, puluerem, & paleas tritico commiscentes. *Infra*: Iurauit Dominus in superbiam Iacob, si oblitus fuero vsque in finem omnia opera eorum. Nunquid super isto non commouebitur terra, & lugebit omnis habitator eius, & ascendet quasi fluuius vniuersus, & eijcietur, & defluet quasi riuus Ægypti, & conuertam festiuitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum, & inducam super omne dorsum vestrum saccum, & super omne caput caluitium, & ponam eam quasi luctum vnigeniti, & nouissima eius quasi diem amarum. Iurat contra superbiam Iacob, vt, si non credunt comminanti, credant iuranti in humanam similitudinem, qui iuramentum tunc assumunt, quando simplicibus eorum verbis non creditur. Iurat autem quod non obliuiscatur vsque in finem operum eorum, sed eorum superbiam iurat Dominus æternis supplicijs deuorandam. Et erit in die illa occidet sol meridie, ideſt quando vterque populus ducetur in Assyrios, & Chaldæos captiuus præ tristitiæ magnitudine occidet sol meridie, & clara omnibus luce, tenebræ cuncta complebunt, quando festiuitates eorum, & omnia cantica in luctum planctumque conuersa sunt, & iuxta cõsuetudinem veterum lugentium super dorsum erit cilicium, & super capita caluitiũ; & tanta erit magnitudo luctus atque tristitiæ, vt vnici filij morientis, matrique charissimi vincat dolorem, & omnia planctu, & amaritudine compleantur. Quæ omnia euenient, eo quòd pauperes a diuitibus contererentur, &c.

15

16 In c. 3. Nahum. IDEM ait: Si hi qui principes putantur in populo, voluptatũ sint amatores, dicere nõ timebis,

bis, duces populi mei de domo deliciarum suarum electi sunt. Si autem videris eos voluptatibus, & hinc inde ambiente luxuria præpeditos nullam habere misericordiam in pauperes, nec de populo Dei esse sollicitos, aptabis eis, quod sequitur. Qui dormiunt in lectis eburneis & fluunt voluptate in stratis suis, qui comedũt hædos de gregibus, & vitulos lactentes de armẽtis, qui bibunt defecatum vinum, & primis vnguentis delibuti sunt, & non patiebantur quicquam super contritionem Ioseph. Dicit autem Nahũ, Comedit ignis vectes tuos, ideſt, si quid naturalis boni in anima tua videbatur esse, quod in similitudinem vectium hostes, qui per portas sensuum tuorum conabantur irrumpere, prohibere posset, & repellere, hoc Babylonico igne succensum est.

Amos 6.

17 IDEM exponens illa verba: Et taces deuorante impio iustiorem se, & facies homines quasi pisces maris, ait: Mundi sunt, inquit Propheta, Domine oculi tui, & scio quoniam malũ iniustumque non libenter aspicias, nec potest quisquam de tua dubitare iustitia. Verumtamen cur pateris Babylonios tanta crudelitate iactari, & ab impio Nabuchodonosor iustũ opprimi Israel, non quòd perfectus sit, qui opprimitur, sed quod opprimente se iustior sit? Et quomodo pisces, qui non habent principem, & irrationabilia iumenta, & multitudo reptilium subiacet fortiori, & quicũque plus valuerit viribus dominatur in alterum, sic inter homines, non valebit ratio, non merita, sed vires corporis, & irrationabilis fortitudo?

Lib. 1. in c. 1. Habacuc.

18 IDEM explicans illa verba: Pro iniquitate vidi tentoria Aethiopiæ turbabuntur pelles terræ Madian, sic habet: Septuaginta verterũt, Pauebunt, & tabernacula terræ Madian. Postquam enim ditati fuerint homines, & per fas, ac nefas ad altissimum gradum conscenderint, tunc conscientia peccatorum suorum semper mortem, semper iudicium formidabunt, & ad breuem febriculam quasi latrones in carcere, ita de æternis supplicijs suspirabunt, semper enim in formidine sunt.

Lib. 2. in c. 3. Habacuc.

19 AVGVSTINVS ait: Diuitiæ solis iniquis sunt diuitiæ, qui in eis constituunt spem, atque copiam beatitudinis suæ. A iustis vero cum hæc possidentur, est quidem ista pecunia, sed non sunt tamen illis diuitiæ, nisi cælestes & spirituales, quibus indigentiam suam spiritualiter supplent excluſa egestate miseriæ. Vnde dicit Dominus, Si in alieno fideles non fuistis. Alienas appellat terrenas facultates, quia nemo eas secum moriens aufert, ne timueris cum diues factus fuerit homo, quoniam cum interierit non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius. *Infra*: Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud, vt scilicet, quis diuitias contemnat, & linguas deridentiũ se talia contemnentem. *Infra*. Sepultus diues in inferno dicitur, quia sepultura inferni est pœnarum profunditas, quæ superbos, & immisericordes post hanc vitam vorat. Extremum autem digiti, vel minimam operationem misericordiæ significat, qua diuiti crudeli subuenitur. Cum autem ei dicitur, recepisti bona in vita tua, illud tangitur, quia felicitatem dilexit sæculi, nec aliam vitam præter istam, in qua superbus tumebat, amauit.

Lib. 1. quæstionum Euangelicarum to. 4.

Luc. 16.

Psal. 48.

20 IDEM explicans illa verba: Quoniam nõ cognoni litteraturam. Augustinus legit, quoniam non cognoui negotiationem introibo in potentias Domini, & ait: Audiant negotiatores, & mutent vitam. Hinc enim auiditate nescio qua acquirendi, O negotiator, quando damnum passus fueris, blasphemas. Quando autem pro pretijs rerum, quas vendis, non solum mentiris, verum etiam falsum iuras, quomodo in ore tuo tota die laus Dei? Et propter te dicũt pagani, Ecce quales sunt Christiani! Possem dicere, tanto emi, tanto vendam, si placet eme, non enim istam veritatem audiens emptor repelleretur, & non omnes potius accurrerent?

In Psal. 70. Cõcione 2. to. 8.

21 IDEM sic habet: Dulcedo huius sæculi ad tempus fauces indulcat, sed in magnã amaritudinem postea conuertetur. Ecce peccasti, & lucrum feciſti. Vt lucrum faceres, offendisti Deũ, vt augeres pecuniam, fides diminuta est, & aurum crescit. Quid perdidisti, & quid acquisisti? Quod acquisisti aurum vocatur, quod perdidisti fides vocatur. Compara fidem auro, si venalis esset in nundinis fides, haberet pretium. Lucra tua cogitas, damna tua non cogitas. De arca gaudes, de corde non plangis? Abunda t, nescio quid, in arca tua, sed vide quid imminutum sit in corde tuo, cum aperueris arcam inuenies solidos, qui non erant. Bene quia gaudes esse ibi, quod ibi non erat. Attende arcam cordis. Erat ibi fides & non est. Plus perdidisti, quàm acquisisti. Amatores huius sæculi passi sunt naufragium, & nudi omnes exierunt, illi & quod habebant foris amiserunt, & domum cordis sui inuenerunt inanem; Paulus autem in corde habebat patrimonium fidei suæ, nullis fluctibus, nullis tempestatibus potuit auferri, nudus exijt, & diues exijt. Tales diuitias debemus quærere. Qui auro vti nõ nouit, habetur, non habet, possidetur, non possidet. Estote domini auri, & non serui auri, quia & aurum Deus fecit, & te super aurum fecit. Aurum fecit ad subsidium tuum, & te ad imaginem suam. Vide quod supra te est, & calca quod infra te est.

In Ps. 145.

Act. 27.

22 IDEM sic habet: Diues ille cui successerat regio, & non inueniebat, vbi poneret fructus suos, & se consiliũ inuenisse gaudebat destruẽdi veteres apothecas, & construendi nouas ampliores, vt impleret eas, & diceret animæ suæ, Anima habes multa bona, in multum tempus lætare epulare. Nunquid ergo iste diues aliena quærebat? Fructus suos colligere disponebat, non de cuiusquã vicini agris, non limite perturbato non expoliato paupere, non circumuento simplice, sed tantummodo de suis colligendis cogitabat. Audite quid audierit, qui tenaciter seruabat sua, & hinc intelligite, quid expectent, qui rapiunt aliena. Cum ergo se prudentissimũ consilium inuenisse lætaretur de fructibus suis colligendis, & recondendis, non alienis concu-

Serm. 25. de verbis Apost. Paralip. 10. *Luc. 12.*

piscen-

piscendis, atque rapiendis, ait illi Deus, Stulte, vbitibi sapiẽs videris, ibi stulte. Stulte hac nocte repetunt a te animam tuam, quæ autem congregasti, cuius erunt? Si seruaueris, tua non erunt, si erogaueris, tua erunt. Si stultus est qui recondit sua, vos inuenite nomen eius, qui tollit aliena. *Infra*: Ille diues ante cuius ianuam iacebat pauperrimus vlcerosus, non est dictus raptor rerum alienarum. Erat quidam diues, inquit, qui induebatur purpura, & bysso, & epulabatur quotidie splendide. Diues, inquit, erat, non dixit calumniator, non pauperum oppressor, nõ dixit rerum alienarum raptor, non dixit pupillorum spoliator, non dixit viduarum persecutor, nihil horum, sed erat quidam diues. De suo diues erat, cui aliquid tulerat? Quod ergo eius crimen? Iacens ante ianuam eius vlcerosus, & non adiutus. Propter hanc solam inhumanitatem, qua contemnebat pauperem ante ianuam suam iacentem, nec pascebat, mortuus est, & sepultus in inferno, & desiderauit guttã, qui non dedit micam. Si ergo hæc pœna est auarorum, quæ erit raptorum? *Infra*: Dicturus est Dominus Christus, cum in iudicio suo sederit, & alios ad dexteram, & ad sinistram alios separauerit, Ite maledicti in ignem æternum. Quia quando pascis christianum, pascis Christum, & quando spolias christianum, spolias Christum. Ite in ignem æternum, quia nudus eram, & non operuistis me. Si ergo in ignem æternum ibit, cui dicturus est Christus, Nudus fui, & non vestisti me, quem locum in igne æterno habebit, cui dicturus erit, Vestitus fui, & spoliasti me?

Lib. 3. epist. 70. to. 1.

23 AMBROSIVS explicans illud Psal. qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, sic dicit: Vir Christianus si habet, det pecuniam, quasi non recepturus, aut certe sortem, quam dedit, recepturus, quid enim durius, quàm vt des pecuniam tuam non habenti, & ipse duplum exigas? qui simplum non habet vnde soluat, quemadmodum duplum soluet? exemplo nobis sit Tobias, qui numquam requisiuit pecuniam, quam dederat, nisi extremo vitæ suæ tempore, magis ne fraudaret heredem, quàm vt depositam pecuniam cogeret, ac recuperaret. Populisæpe concilerunt fœnore, & ea publici exitij causa extitit, &c.

Psal. 14.

24 IDEM: Hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit, sic ait: Duplex est tentationum species, aut enim tribulatio cor vexat humanum, aut interdum etiam ipsa vitæ prosperitas ad tentationem cedit hominibus, quòd non debeamus animo deijci aduersis, exemplũ habemus in Iob, exempla vero eorum, qui per secundos vitæ successus, prosperitatesque tentantur, multa quidem habemus & alia, sed huius euangelici diuitis exemplum videamus. Homines, ait, cuiusdam diuitis fructus vberes ager attulit. Dicis forte, cur ager hominis nihil boni operaturi vberes attulit fructus? vt magis, magisque Dei patientia nosceretur, dum ad huiusmodi homines beneficia suæ benignitatis ex tendit, pluit enim super iustos, & iniustos, & solem suum oriri facit super bonos, & malos, verum ista benignitas sicur per nimiam patientiam facultatem conuersionis, & emendationis indulget: ita maiora, & graviora supplicia coaceruat, vt conuertat ingratos. Igitur quæ a Deo præbentur etiam ingratis, ista sunt terræ fœcunditas, aeris temperies, fructuum lætitia, & boum subsidia, & omnia quibus anni prouentus fœcundis successibus adimpletur; quæ vero ab homine procedunt, qualia sunt videamus. Angustus animus, & parum putans omne quod nascitur, cuius abundantiæ deesse semper aliquid computans, tum deinde inhumanum propositum impartiendi cuiquam causam nullam idoneam putat. Vide beneficijs diuinis quàm ingratus diues extitit, horrea diruit, & maiora reædificata fructibus largioribus replet, auaritia tamen diuitis cor & propositum non repletur, &c. Quid inquit faciam? Quis non talem misereatur? angustatur ex abũdantia, constringitur ex opulentia, infelix in præsentibus bonis, infelicior in futuris, & vt video ager ei tam redditus largiores, quàm gemitus attulit graviores, &c. Denique & regni vox ista est, quid faciam? vnde cibus? vnde vestitus? eadem conqueritur & diues quid faciam? vbi recondam? ijsdem cruciatibus pro sollicitudine facultatum, quibus pauper pro egestate torquetur. Et quidem mihi videtur talis hæc passio animæ similis esse ijs, qui tantum gulæ indulgent, vt dirumpi magis nimio cibo eligant, quàm alicui indulgere reliquias. Tu quicumque es, qui diuitiarum dispensationem in hoc mundo sortitus es, te in illo terribili Dei iudicis tribunali astantem intuere, cũ interrogari cœperis commissas tibi opes cum quibus egentibus diuisisti, quibus necessitatẽ patientibus subueniſti, quos de carceribus, de vinculis, de gladio profusa pecunia liberasti, quibus pupillis pater, cui viduæ vir castis prouisionibus extitisti? Pecunia mea, fructus mei quid apud te operis, quid vtilitatis habuere? tu ad hæc sine dubio respondebis, omnia simul composita, aut recondita claustris validissimis & signaculis tutissimis communiui, nulli quidquam tribui, quinimmo ad custodienda ea vigilias meas addidi, sollicitudines tribui, sed stulto consiliario vsus es temetipso, dicis, Quid faciam? consequens enim erat te dicere, aperiam horrea mea, & replebo esurientes animas pauperum, imitabor beatũm Ioseph, & humanitatis voce proclamabo, Si quis indiget panibus veniat ad me, &c. Sed tu nihil tale non solum proloqueris verum, nec cogitas quidem, hominibus diuina inuides beneficia, & tuam animam malignis consilijs affligis. Aderant qui animam repeterent, & ille ad animam de opulentia loquebatur. Anima mea habes multa bona, &c. Sed vide dispensationem iusti iudicij Dei, indulget ei prodere omnia consilia sua, publicare sententiam suam, vt & ipse dignam tali mente, ac voto condemnationis sententiam ferat, &c.

27 IDEM comparat homines piſcibus ſic. Sũt
Li. 5. Hexameron c. 5. to. 1. piſces, qui inuicem ſe deuorent, minor apud illos eſca maioris eſt, rurſus ipſe maior a validiore inuaditur, & fit eſca alterius prædator alieni, itaque in ſignum facti ſunt, vt in his noſtrorum morum vitia videremus, & caueremus exempla, ne quis potẽtior inferiorẽ inuaderet daturus in ſe potentiori exemplum iniuriæ, itaq. qui alterum lædit, ſibi laqueum parat, in quem ipſe incidat, & tu piſcis es, qui viſcera inuadis aliena, qui demergis infirmum, qui cedentem perſequeris vſque in profundum, caue ne dum illum ſequeris, incidas ipſe inualidiorem, & deducat te in alienas inſidias, qui tuas vitat, priuſque tuam ſpectet ærumnam, qui te proſequentem propriam reformidabat. Quid intereſt inter diuitem abſorbentem infirmos patrimonia & Silurum minorum piſcium viſceribus aluum replentem? Defunctus eſt dives, & nihil ei ſua ſpolia profuerunt, immo magis eum rapinarum ſuarum deteſtabiliorem fecit infamia. captus eſt Silurus, & inutilis præda detecta eſt,
28 quanti in eo reperiuntur, qui alios deuorauerunt? & tu dives habes in ſinu tuo alterius deprædatotem, ille habebat facultates pauperis, quas inuaſerat, tu eum opprimens duo patrimonia tuis facultatibus addidiſti, & adhuc tanto non ſatiaris augmento, & dicis, quòd alios vindicaueris, cum eadem committas, quæ vlciſceris iniuſto iniuſtior, & iniquo iniquior, auaro auarior, vide ne idem te qui piſcem illum finis inueniat, hamum caue, caue retia, &c. Sine dubio & hominum iniquitas, quo grauiora commiſerit, eo magis ſcelere ſuo tuta eſſe non poterit, quin aliquando diſſoluat, quod ſcelerum pretio conſtat difficile poſſe vitari, &c.

Lib. 5. Exameron cap. 14. eod. to. IDEM multas differentias auium oſtendit, & de aliquibus dicit, quòd non incedunt ſimul, quia intendunt rapinis, vt ſunt aquilæ, accipitres, &c. nam propter auiditatem prædandi, vel propter inſidias explorandi, neque ipſis inter ſe conuenit, & ideo declinant ſui copulam. Refugit enim auaritia conſortium plurimorum, &c. contra vero palumbes, grues, cornices, &c. gaudent plurimorum connexione, quia ſine fraude, & rapinis incedunt, &c.

29 IDEM ſic ait: Nabuthe hiſtoria tempo-
Lib. de Nabuthe Iezrahelita cap. 1. to. 1. re vetus eſt, vſu quotidiana, quis enim diuitum non quotidie concupiſcit aliena? quis opulentiſſimorum non exturbare contendit agello ſuo pauperem? quis contentus eſt ſuo? cuius non inflammat diuitis animum vicina poſſeſſio? nõ igitur vnus Achab natus eſt, ſed quod peius eſt, quotidie Achab naſcitur, & numquam huic ſæculo moritur, ſi vnus occidat, aſſurgunt plurimi, plures qui rapiant, quàm qui amittant. Non vnus Nabuthe pauper occiſus eſt, quotidie Nabuthe ſternitur, quotidie pauper occiditur. Hoc metu percitum humanum genus cedit iam ſuis terris, migrat cum paruulis pauper onuſtus pignore ſuo, ſequitur vxor illũ lachrymans, tamquam ad buſtum proſequatur maritum, &c. Quouſque extenditis diuites inſanas cupiditates? num quid ſoli habitabitis ſuper terram? in commune omnibus diuitibus, & pauperibus terra fundata eſt, cur vobis ius proprium ſoli diuites arrogatis? neſcit natura diuites, quæ omnes pauperes generat, nudos fudit in lucem, egentes cibo, amictu, poculo, nudos recipit terra, quos edidit, neſcit fines poſſeſſionum ſepulchro includere, &c. *Infra*. Heredes relin
30 quis, qui litigent, ſi frugi heredes ſunt, cuſtodiunt, ſi luxurioſi exhauriunt, itaque aut bonos heredes perpetua cõdemnas ſollicitudine, aut malos dimittis, quo ſua facta condemnent, &c. In cap. 5. O dives neſcis quàm pauper ſis, quàm inops tibi ipſi videaris, qui te diuitem dicis? Quanto plus habueris, plus requiris, inflamatur lucro auaritia non reſtringitur. Rex ſibi egere viſus eſt, quia vineam habebat pauper vicinus. Quis igitur tibi pauper videtur, qui contentus eſt ſuo, an qui concupiſcit alienum? alter certe pauper cenſu videtur, alter pauper affectu, &c. In eodem cap. 3. loquens etiam contra diuites auaros inter alia, ſic ait: Fugiunt conhabitare hominibus, & ideo fugiunt vicinos. Auis auibus ſe aſſociat, denique ingentis plerumque agminis volatu cælum obtexitur, pecus pecori adiungitur, piſcis piſcibus, neque damnum ducunt, ſed commercium viuendi, cum plurimum comitatum capeſcunt, & quoddam munimentum ſolatio frequentioris ſocietatis affectant, ſolus tu homo conſortem excludis, includis feras, ſtruis habitacula beſtiarum, deſtruis hominum, inducis mare intra
31 prædia tua, &c.

Cap. 4. IDEM proſequitur de auaris ſic. Diuites eripitis quidem pauperibus vniuerſa, pœnam tamen pauperum vos potius ſuſtinetis, illi ieiunant, cum non habent, vos ieiunatis cum habeatis, a vobis prius pœnam exigitis, quàm pauperibus irrogetis, vos igitur veſtro affectu luitis paupertatis ærumnas, & vos ipſi non vtimini, neque alios vti ſinitis, eruitis aurum demetalli venis, ſed rurſum abſconditis. Quantorum vitas in illo infoditis auro? Cur illa ſeruatis, cum legeritis, Theſauros condit, & ignorat, cui congregat eos? Heres otiõſus expectat, heres, & faſtidioſus increpat, quod ſero moriamini. Quid igitur miſerius, quàm quòd neq. apud illum, cui laboratis, gratias dereliquiſtis? propter illum totis mæſtam diebus toleratis famẽ, quotidiana menſæ veſtræ damna metuentes, propter illum diurna adamatis ieiunia. Noui ego diuitem in agrum proficiſcentẽ panes brevi
uiores vrbe delatos numerare ſolere, vt pro numero panum æſtimaretur, quot dies in agro futurus eſſet, nolebat obſignatum aperire horreum ne quid de condito minueretur, panis vnus ſingulis diebus deputabatur, qui tenacem vix ſatiare poſſet. Comperi etiam viri fidem, ſi quando ei ouum eſſet appoſitum, quæri quod pullus eſſet occiſus, hoc ideo ſcribo, vt cognoſcatis vindicem eſſe Dei iuſtitiam, quæ lachrymas pauperum veſtro vlciſcatur ieiunio, &c.

IDEM

32 Cap. 5. IDEM oſtendit quod menſæ diuitum multorum pauperum conſtent ſanguine. Quanti, ait, necantur, vt vobis, quod delectat, paretur, ille de ſublimi arboris cacumine decidit, dum genera vuarum explorat, quo deferat, quibus digna conuiuio tuo vina fundantur, ille mari merſus dum veretur, ne piſcis menſæ tuæ deſit, aut oſtrea, ille brumali frigore, dum lepores inueſtigare, aut laqueis ſtudet aues captare diriguit, ille ante oculos tuos, ſi quid forte diſplicuit, verberatur ad mortem. Denique dives erat, qui ſibi ad menſam caput Prophetæ pauperis iuſſit afferri, & aliud vnde ſaltatrici præmiũ ſolueret, non habebat, niſi vt pauperem iuberet occidi. Vidi ego pauperem duci, dum cogeretur ſoluere, quod non habebat, trahi ad carcerem, quia vinum deeſſet ad menſam potentis, deducere in auctionem filios ſuos, vt ad tempus pœnam differre poſſit, inuento forte aliquo, qui in illa neceſſitate ſubueniret, redit ad hoſpitium cum ſuis pauper diruta ſpectãs omnia, nihil ſibi ad cibum relictum ingemiſcens, filiorum famem dolens, quod non potius eos, ei qui poſſet paſcere vendidiſſet, redit ad conſilium vendendi, compugnabant tamen inopiæ iniuria & paternæ pietatis gratia, vicit tamen in eo ne ceſſitas, non voluntas, ſed ait: Quem vendam priorem? primogenitum offeram? ſed prius me patrem vocauit, ſed iuniorem dabo? at iſtum teneriore amore complector, ille mihi plus blanditur, iſte plus verecundatur, circumuallant me facies calamitatum, ærumnarum chorus, &c. *Denique poſt aliqua ait*: Hæc pau-
33 per odiues te præſente deplorat, & tibi auaritia aurem obſtruit, totus populus ingemiſcit, & ſolus dives non flecteris, neque audis ſcriptu
Eccl. 29. ram dicentem, Perde pecuniam propter fratrem, & amicum, & non abſcondas eam ſub lapide, & quia non audis, ideo exclamat Eccleſiaſtes cap. 5. dicens. Eſt languor malus, quem vidi ſub ſole diuitias cuſtodiri in malum poſſidentis. Sed fortaſſe redeas ad domum, cũ vxore conferas, illa te hortetur, vt redimas venundatum, immo magis te hortabitur, vt mundum muliebrem conferas, vnde pores dicet, vel pauper pauperem liberare? Illa tibi componit ſumptuum neceſſitatem, vt gemma bibat, in oſtro dormiat, in argentea ſponda recumbat, auro oneret manus, ceruicem monilibus. Delectantur & compedibus mulieres, dummodo auro ligentur, non putant onera eſſe, ſi pretioſa ſint, delectant & vulnera, vt aurum auribus inſeratur, & margaritæ dependeant, habent & gemmæ pondera ſua, habent & veſtimenta frigora ſua, ſudatur in gemmis, algetur in ſericis, tamen pretia iuuant, & quæ natura auerſatur, commendat auaritia. Smaragdos, & hyacinthos, berillum, topazium, &c. ſummo quærunt furore, vel ſi dimidium patrimonij petatur, non parcunt diſpendio, dum indulgeant cupiditati, non abnuo gratiam quamdã lapidum iſtorum eſſe fulgorem, ſed tamen la-
Eiuſdem ca. to. pidum, &c.

IDEM ad inſtar Achab, qui quia non potuit habere vineam Naboth, triſtatus eſt, & noluit comedere, ait: Talem eſſe diuitum triſtitiam, 3. Reg. 21 contriſtantur enim, ſi aliena non rapiant, renunciant cibo, ieiunant, non vt peccatum minuant, ſed vt crimen admittant, videas illos tunc conuenientes ad Eccleſiam, tunc officioſos, humiles, aſſiduos, vt effectum ſceleris impetrare mereantur, ſed dicit illi Deus. Non Eſai. 58. hoc ieiunium elegi, &c. ſed ſolue colligationẽ iniuſtitiæ, diſſolue obligationem violentarum commutationum, &c. Tu mihi tabulas offers, ego tibi recito Dei legem, tu atramento ſcribis ego ſpiritu Dei inſcripta repeto oracula Prophetarũ, tu teſtimonia falſa componis, ego teſtimonium conſcientiæ tuæ poſco, quia iudicem tuum effugere, & declinare non poteris, cuius teſtimonium non poteris recuſare in die, qua reuelabit Dominus occulta hominum, &c.

34 IDEM contra Mercatores nauigantes ait:
Lib. de Elia cap. 19. to. 4. Mare non ad nauigandum fecit Deus, ſed propter elementi pulchritudinem, & vt freto includeret terras, ne longius tu vagus, & exul errares. Dominus dixit, Dominamini piſcibus maris, non dixit nauigate in fluctibus; denique & Propheta Ionas qui miſſus eſt in Niniuem, vt pœnitentiam prædicaret, quia voluit nauigare vt fugeret a facie Dei tempeſtate turbatur, & ſorte ductus, & iactatus in mare, & exceptus a ceto eſt. Dauid quoque ait, volucres cæli, & ipſius maris, qui perambulant ſemitas maris, piſcibus dedit non hominibus perambulare ſemitas maris, ad eſcam tibi mare datum eſt, nõ ad periculum, cur tibi periculum generas de voluptate, &c. O inexplebilis auaritia mercatorum! denique toties recurrentibus mercatoribus exaratum erubeſce Sidon, ait, mare, tamquam fatigati elementi vox iſta eſt, Erubeſce Sidon, hoc eſt, meos fluctus negotiator arguis, cum ſis ipſe fluctibus inquietior, & erubeſce velut pudore, quoniam periculo non moueris. Verecundiores venti ſunt, quàm veſtræ cupiditates, illi ſiabent otia ſua, numquam veſtra quærendi ſtudia feriantur, & cum otioſa tempeſtas ſit, numquam veſtra otioſa ſunt nauigia, verſatur vnda ſub remige, quando quieſcit a flamine. Non parturiui, inquit, nec peperi, nec nutriui iuuenes, Quid me inquietant, quos neſcio, quos non agnoſco, &c.

35 IDEM cõmendans Tobiam, quòd pecuniã
Lib. de Tobia cap. 2. & 3. to. 2. ſuam non ad fœnus, ſed mutuo dederit increpãs fœneratores inter alia, ſic ait: Quid vobis iniquius, qui pecuniam datis, & vitam obligatis, & patrimonium, accipitis aurum, argentumq. pro pignore, & adhuc illum debitorem dicitis, qui vobis plus reddidit, quàm accepit? vos creditores afferitis, qui amplius debetis; vos inquã dicitis creditores, qui non homini, ſed pignori credidiſtis. Bene fœnus appellatur, quod datis, ita vile, ac fœnum eſt, ſortẽ dicitis, quod debetur. Etenim velut vrna ferali miſera ſors voluitur, perituri debitoris luenda ſupplicio. Stant pallẽtes rei ad ſortis euentũ, nõ ſic trepidãt, de quorũ damnatione ſors ducitur, &c. Et fortaſſe ideo ſors, quia in euentu ſunt patrimonia, quæ

sub hac arte voluuntur, magnũ beneficiũ memoratur, quod in patres Deus contulit, quia ex vsuris, & iniquitate liberauit eos, & proprie-ait ex vsuris liberauit, quia vsuræ inferunt seruitutẽ, quasi diceret, ex seruitutis vinculo ereptos reddidit libertati, &c. In cap. 5. ostẽdit miseriam illius, qui accipit ad vsuras. In bello incerta victoria, hic certa inopia, illic miles sclypeo tegit, hic nudus occurrit, illic lorica pectus includit, hic totus carcere includitur, illic manus telis onerat, armat sagittis, hic ære vacuas offert vinculis alligandas, ille habet, quem accuset aduersum belli euentum, hic præter se quem accuset non habet, tunc secum reputat, Quid profuit, quòd publicare paupertatem meam verecundatus sum? Ecce alius publicauit, melius fuerat in principio tenuare sumptũ, quàm vt ad horam ditatus alienis, postea exuereris, & ex proprijs, &c. Vsque ad caput 12. de dantibus ad vsuras, & de malitia eorum, & de miseria accipientium agit, & in eodem cap. 12. dicit, contractus vsurariorum esse partus viperæ, generationes viperarum visera generantis rumpentes, &c. Cap. 13. sic ait: Vsura ab vsu arbitror dictam, quòd vt vestes vsu, ita vsuris patrimonia scindantur, lepores ferunt generare simul, & educare, & continuo parturire, sic istis vsura enutritur, ac nascitur, & nata iam parturit, radices quoque arborum primo plantantur, vt prendant, cum prenderint, tunc virescere incipiunt, postea pullulare, at vero pecunia fœnoris vix plantata iam pullulat. Semina tempore erumpunt, animalia tempore pariũt, tempus enim pariendi, & tempus moriendi, tempus plantandi, & tempus euellendi, quod plantatum est, &c. Pecunia fœnoris hodie seminatur, cras fructificat, semper parit, & numquã interit, semper plantatur, vix euellitur, non satiabitur oculus videndo, auris auditu non satiabitur, Ecclesiastes ait, nec fœnerator expletur accipiendo. Omnes torrentes vadunt in mare, & mare non adimpletur. Mare istud fœnerator est omnium patrimonia tãquam fluctus absorbet, & ipse nescit expleri, mari tamen pleriqne vtuntur ad quæstum, fœneratore nemo vtitur, nisi ad dispendium. Multa sunt animantia, quæ cito generare incipiunt, sed cito etiam generare desistunt. Sus cito generat, & numquam desinit, immo cum exordium crescendi acceperit in infinitum extendit augmentum, omne denique, quod crescit, cum ad naturæ suæ formam, atque mensuram, magnitudinemque peruenerit vacat incremento, sed fœneratorum pecunia tempore semper augetur, & vltra formam maternæ sortis se extendens nodum non continet, pleraque etiam animantium cum cœperint ea, quæ ex his orta sunt, generare, tamquam effetis viribus vsum generationis amittũt, sors autem fœnoris cum fuerit crescentibus exequata centesimis, & vetustatem sui renouat, & partus solitos adiunctione multiplicat, &c. In cap. 14. ostendit ex Catone, quòd fœnerare sit hominem occidere, &c. vide, &c.

36

Eccls. 3.

37 IDEM explicat illud Deuteron. 23. fratri tuo non fœnerabis ad vsurã, sed ab alienigena exiges, & dicit, quod alienigenis hoc est Amalechitis, Amorrheis, & alijs hostibus licitum erat dare ad vsuras, ibi, inquit, vsuram exige, cui merito nocere desideras, cui iure inferũtur arma, ab hoc vsuram exige, quem non sit crimen occidere, & vbi ius belli, ibi etiã ius vsuræ, si mecum ferro dimicat, qui vsuram flagitat sine gladio, & de hoste vlciscitur, qui fuerit vsurarius, & exactor inimici, &c.

In cap. 15. eiusdem lib.

In diuitiarum amissione, quæ nos debent consolari. Cap. XL.

1

ORIGENES exponens illa verba: Scidit Iob vestimenta sua, ait: Ecce maligni inimici peculium cõsumpsistis, substantiam diripuistis, nec quicquam aliud, nisi solũ corpus, atque hanc vestem mihi reliquistis. Tollite, inquit, & hanc vestem, proijcio etiam hanc vobis, nihil apud me remaneat ex his, quæ in potestatem nequitiæ vestræ data sunt. Non sit mihi ex vobis hoc beneficium, oleo peccatorum non vngetur caput meum. *Infra*. Totondit comam capitis sui, vt pote superfluam, otiosam, atque inutilem. Ecce inquit, tollite & hanc. Arbor, inquit, sum fructifera, omnia, quæ superflua sunt, a me proijcio, vt illibatus perfectum fructum afferam. Vitis sum abscindo a me omnia superflua, vt incongruis omnibus dicar purgatus. Totondit, & comam capitis sui. Sicut Ioseph cum de carcere a Pharaone educeretur, & alij innumeri, qui quandiu lugebant, non tondebant comam, depositio autem luctu confestim tondebant, ita & nunc beatus Iob totondit comam capitis sui. *Infra*. Cum vnum ex pluribus videretur Iacob filium perdidisse a ceteris omnibus consolari non potuit, sed dixit, Descẽdam lugens in infernum. Magnanimus autem Iob post peculij perditionem, & post omnium bonorum direptionem, omnium filiorum miserabilem interitum, pariter simul cum audisset, non suspirauit, non ingemuit, non maledixit, non blasphemauit, non culpauit. *Infra*. Vestimenta sua conscidit ob hoc, quia ex his quæ diabolo data sunt, apud se nihil residere voluit. Comam vero capitis totondit, quia depositã diuitiarum abundantia etiam comæ nimietatẽ deponeret, & vt aduersario ostenderet, quia sicut passus est nihil, quia comam totondit, ita cum multitudinem bonorum deponeret, atque amitteret, nihil se passum fuisse æstimasset, auferre inquiens omnia superflua, nihil mihi superesse ex his, quæ tibi tradita sunt. Non lugeo inquit rei familiaris direptionem, ablatę namque sunt mihi, cum peculio pariter etiam molestiæ atq. curæ. Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Nihil habui cum venissem, nihil requiro cum iero. Nihil attuli natus, nihil hinc auferam sublatus. Nudus exiui de vtero matris meæ, non peculium, nec filios

Lib. 1. in c. 1. Iob 10.

filios habens, néque diuitijs, vel possibilitatibus indutus, nudus, & ibo sub terram. Nudus ibo, nudus peculio, sed, & peccato. Nudus diuitijs sed, & impietatibus, nudus substantia sed, & iniustitia. Sicut enim de carnalibus possibilitatibus vniuersis nudus effectus sum, ita, & ab omnibus illicitis nudus ibo sub terram. Nudus malis omnibus ibo, bonis vero omnibus indutus. Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium, quia nec auferre quid possumus. Nudus exiui de vtero matris meæ. Tanquam si diceret. Quod est mortale hoc indumentum, quæ est hæc superuacua gloria, quæ sunt terrenæ hæ, atque infidæ diuitiæ, quæ sunt hodie, & crastina die non sunt, quę hodie arrident isti, crastina vero die eunt ad alium? Fumus est deficiens, flos est transiens, herba est arescens. Et qui habent illas tanquam non habeant, quia diutius non habent. Et qui non habent illas, tanquam nihil amiserint, quia non permanentes relinquuntur. Quæ accepi corpus scilicet, & animam habeo, quæ attuli non amisi, superflua omnia derelinquens, nudus ibo illuc. *Infra*: Dominus dedit, & Dominus abstulit. Quando voluit, inquit, dedit vt bonus, & quando voluit identidem, vt habens potestatem abstulit. Dominus dedit, & Dominus abstulit. Dedit sua, & iterum abstulit sua, ego nihil amisi, nullum passus sum detrimentum. Merito postquam vsus sum reddidi mutuanti mihi ea, gratias agens. Omne quod Deo placuerit bonũ, & iustum est. Placuit illi, vt daret? Bene placuit. Placuit illi identidem vt auferret? Iuste placuit. Quandiu illi placuit, habuimus, quando placuit ei non habemus. Quando habuimus, non propria nostra habuimus, sed Domini, & cum perdemus omnia, non propria perdidimus, sed abstulit quæ sua erant Dominus. Sicut Domino placuit, ita & factum est. Omne quod vult Dominus vita est, requies est, æterna beatitudo est, vita enim in voluntate eius, & ira in indignatione eius: Quodcumque ergo placuit Domino siue percutere, siue mulctare, siue ditare, siue pauperem facere, omnia beatitudo est incorruptibilis. Sic oportet omnes christianos dicere, & facere, & cogitare in omnibus quæ eos circundederint, atque eis occurrerint, siue pecunias perdant, siue paupertas incumbat. Dicant in his omnibus cum sinceritate, sicut Domino placuit, ita & factum est, sit nomen Domini benedictum in sæcula.

3

4 Homil. 33. ad populum Antiochen.

CRYSOSTOMVS exponens illa verba: Genesis cap. 13. & Loth, qui cum Abrahã ibat, erant oues, & boues, & pecora, neque capiebat eos terra, vt simul habitarent, erat quippe substantia eorum multa, & non poterant habitare simul, sic habet: Vide quòd facultatum multitudo statim causa sit discessus, diuisionem operatur, concordiam impedit, & cognationis uinculum dirimit. *Infra*. Cogita quantum ex diuitijs damnum, en & multæ substantiæ uariętas. Aucta sunt armenta, multiplicati greges, affluxerunt diuitiæ multæ, & statim scinditur concordia. Antea erat pax, & charitatis uinculum, nunc rixa, & contentio. Vbi enim meũ, & tuum, ibi omne litium genus, & contentionis occasio, vbi autem hæc non sunt ibi secura versatur pax, & concordia. Et vt discas, audi quid dicat beatus Lucas de ijs, qui ab initio ad fidem cõuersi sunt, Erat, inquit, omniũ cor vnũ, & anima vna, quia erant illis omnia communia, ex hoc concordiã illorũ nobis demonstrat.

Act. 4.

IDEM explicans illa verba: Genesis 35. cap. venit Iacob in Sichem, & possedit partem agri ab Hemior patre Sichem centum agnis, & erexit ibi altare, ait: Cogita obsecro istius viri philosophiam, qui videns augeri suas facultates pecora dico, & tantum numerum filiorum circunstantem non in extruendis ædificijs amplis, & præclaris fuit occupatus, neque villas, & agros emere curauit, qui sufficere poterant, vt distribuerentur filijs. Hæc enim, & similia agere solent, qui alios opibus antecellũt, & sæpe qui vnum tantum habet filium decem millia talenta auri colligere quærit, vt agros emat, & domos claras extruat, & vtinam ex iustis laboribus tantam affluentiam colligeret. sed quod omnibus grauius est, facit, ab alijs rapit, alios circunuenit, & ita alienas substantias suas facit, Sed iustus ille nihil talium consultauit, neque cogitauit, sed cum opus haberet agro centum agnis datis eum emit. Emit autem, vt gratias agat Domino, vt altare erigat. Oportebat imitari omnes, qui sub gratia sunt, hunc, qui ante legem, & non sic insanire in opes. Quare enim dic mihi, & tibi ipsi hæc onera spinarum congregas, & filijs tuis materiam, & occasionem malitiæ te relinquere non sentis? Nescis quod Dominus maiorẽ curã pueri tui gerit, tu autẽ plurimã tui ipsius causa occasionem illi relinquere studens, quæ submergi animam eius faciat? Nescis quod sicut ignis cum fomitem inuenit validioribus flammis exurgit, ita & quando in iuuenem materia pecuniarum inciderit, tantam accendit fornacem, vt animam iuuenis totam flagrare faciat. An non audis Christum dicentem, curæ huius sæculi, & deceptio diuitiarum suffocant mentem, & sterilis fit, quas & spinas nominauit? Et bene spinis cõparauit sollicitudinem huius sæculi. Sicut enim spinæ non sinunt semen radicare, sed densitate sua seminatum supprimunt, ita & curæ temporales spirituale semen non sinunt fructum afferre, sed adurunt, & suffocãt, sicut spinæ profectum eius retardantes. Et deceptio diuitiarum, inquit. Bene dixit deceptionem diuitiarum. Etenim vere deceptio est, generant enim diuitiæ quotidianas turbationes, & amaritudines. Et mare fluctibus non, ita intumescit, vt talem animam a cogitationibus, & affectionibus infestari videmus. Et si quã do partem illorum auferat quis, multa enim accidunt, & multi insidiantur, tunc vtique, tunc inuenies tales vitam agere absque vita. Qualibus igitur lamentis tales non fuerint digni, qui omnia facere studeant, quæ contra se sunt, & in perniciem animæ suæ talia colligere volunt?

5

Hom. 59. in Genesim.

6

Luc. 8.

7 IDEM ait: Quid igitur tota mente diuitijs inhiamus, quandoquidem nos istę in cælum euehere non possunt? Respondę quæso, si terrenus forte Rex diceret, nō posse diuitum quemquam in ipsius fulgere regno, aut aliquo honore decorari, numquid nō omnes certatim abijcerent in honoratas repulsasq. diuitias? Si igitur apud terrenum regem honorem nobis auferrent opes, continuo conspicabiles fierent, Rege vero cælorum inclamante nobis, ac dicente, quia difficile sit nos cum diuitijs diuinæ illius habitationis intrare vestibulum, non impendimus omnia? Et qua tandem digni venia sumus, qui his nos omni ambitione circundamus, quibus reiectis intercluſam hanc nobis viam facile possumus aperire. *Infra*. Tu propter reconditas tibi opes nō solum sollicitudinis anxietate cruciaris, sed etiam mala cetera, multoque his grauiora perpeteris, formidando mortes, pugnas, & insidias. Neque enim facile videas aliquos inopiæ necessitate deficere.

8 Possunt, quippe multa varijs modis ad huiusce miseriæ solatium prouideri, propter pecunias vero atque diuitias, ceteraſque huiusmodi causas, plurimos tum occulte, tum publice interemptos esse monstrauerim. Et multis quidem talium exemplis malorum, viæ, agri, fora, omniaque iudiciorum loca plena sunt. Quinimmo si respicias mare ipsum humano sanguine videas cruentari. Nam hic quidem congregandi auri cupidus natabat, alter vero propter ipsum necatur aurum, & vna atque eadem tyrannis alium mercatorem, alium fecit homicidam, quid igitur potest ærumnosius amore pecuniæ, aut etiam perniciosius inueniri, quando propter eam plurimi, & peregrinantur, & periclitantur, & sæpe etiam trucidantur? Oportebat autem vt scientes hanc crudelissimam tyrannidem, procul eius refugerent seruitutem, atque a tam inutili, & imperioso amore requiescerent. *Infra*: Quid est hac igitur peste iniquius? Quidve perniciosius, non dico de materia pecuniarum, sed importuna ista cupiditate, hominum atque furiosa. Nam crebro, & pugnas ciet, & multo sanguine mortalium madet, omnique fera prorsus immanior incidentes sibi rabido ore dilaniat, quodque his multo est grauius, ne ipsos quidem facit sentire laniatus, sed e diuerso delectantur, & gratificantur his morsibus. Quo quid vnquam potest infelicius, quidve furiosius iudicari?

9 IDEM exponens illa verba: Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ait: Prohibet nos Dominus in terra thesaurizare, vbi omnia infirma sunt, & caduca. Contrarium est enim saluti hos terrenos thesauros expetere, diuitias sæculi quærere, facultates mundi sectari, quas quicumque magis in terra thesaurizare voluerint, quàm in cælo, thesauros illos cælestis vitæ habere non possunt, dicente Domino, quoniam diuites difficile intrabunt in Regnū cælorum. Similiter, & Apostolus, Nam qui volunt diuites fieri in hoc sęculo, incidunt in tentationem, & muscipulam diaboli. Recordemur illius diuitis, qui omnem gloriam suam in sęculi thesauris constituit, qui sub eadem nocte, & omnia sua, & animam perdidit. Cogitemus, & illum adolescentem, qui cum prope omnia præcepta legis implesset, quia thesauros magis terrenos habuit, quàm cælestes, vitę æternæ thesaurum obtinere non potuit. *Infra*: Non potest cor in cælo habere, qui cupiditate sæculi captus thesaurizare sibi in terra maluerit. Vnde Paulus etiam diuites sęculi, quomodo hunc thesaurum consequi possint hortatur dicēs, Diuitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, sed in Deum viuum, qui præstat nobis abundanter omnia ad fruendum, benefaciant, diuites sint in operibus bonis.

10 IDEM ait: Licet diabolus non esset, licet nullus qui impugnet appareat, innumeræ tamē viæ sunt, quæ diuitiarum amatores ad gehennam trahunt. *Infra*: Si quidem ethnicus esses & præsentia solum admirareris, fortasse multa esset difficultas, vt diuitias cōtemneres, quāuis illi id virtutis exercuerint. Homo autem cælum expectans, & ea quæ in cælis, dicis, quomodo repellam? Si contrarium dicerem, tunc oportebat hæsitare, si dicerem concupiſce diuitias, & quomodo concupiscam diuitias diceres talia uidens? Dic oro, si auro proposito, & lapidibus pretiosis dicerem, concupiſce plūbum, non opus erat hæsitatione? Dixisses enim quomodo possum? Si autem dicerem, non concupiscas, hoc facilius. Non admiror despicientes, sed eos qui non contemnunt. Vestem accepturus regiam, dicis quomodo contemnam pannosam? In Regis ingressurus Domum dicis, quomodo despiciam pauperem illam casam? Hoc est animæ multa ignauia impletæ, nihil muscis, & culicibus præstantioris, humique repentis. Vitam hereditaturus es æternam, & dicis, quomodo contemnam has res?

11 HIERONYMVS ait: Remittite pallium, tunicam detrahenti. Pecunia eorum cum ipsis sit in interitum, qui Christo pecuniam preferunt. Exeuntes semel de Sodoma cuncta retulerunt. Exeuntes semel de Sodoma cuncta re linquamns incendijs. Noluit vobiscum Gerontius in cælestibus habere partem, cur vos partem ex censu eius desideratis in terris? Mundus iste vos cum Domino vestro non agnouit. Si de iste mundus sæculo essetis, sæculum vos amaret. Reges sæculi a filijs suis tributa non poscunt. In domibus Regum sunt, qui mollibus vestiuntur. Zebedæus Iacobum, & Ioannem non sequitur. Sinite Geruntium in nauicula remanere cum retibus, dūmodo cum Apostolis Christi iaceatis in pectore. Væ diuitibus quoniam receperunt consolationem suam. Vobis autem filiæ in futuro consolatio vestra debetur, vobis exheredatio illa futuræ hereditatis in cælestibus fecit augmentum, vobis sua mundus ipse subduxit, vbi vos nō suas esse cognouit, immo diues diris ardoribus, Lazaro in sinu patris Abrahæ recumbente torquetur. Et quid mirum si pauperculus, & peregrinus in terra quidem aliena sepulchrum emit Abraham a filijs Heth? Sepulchrū locus est quietis, vbi defunctorum corpora collocantur. Locum ergo requietionis pater Abraham fide sua, & contemptu pecuniæ comparauit. Possideat ergo pater vester pecunias, vos sepulchrum.

12 IDEM explicans illa verba: Ecce excoxi te, sed non quasi argentum, elegi te in camino paupertatis, inquit: Excoxi te, ideſt non in diuitijs, sed in fornace paupertatis probare te volui. Ex quo ostenditur & diuitijs, & paupertate plerosque tentari, si aut illis male abutantur, aut penuriam nequaquā virtute sustineant. *Infra*: Propter quod Salomon diuitias & paupertatem habere non vult, sed tantum victui necessaria postulat, ne aut illis eleuetur cor eius in superbiam, aut in ista compellatur facere quod non vult, & Deum pressus inopia blasphemare. Vnde & Apostolus, Habētes victum, & quibus tegamur, his contenti simus.

13 IDEM explicans verba illa: Argentum eorum, & aurum eorum non poterit liberare eos in die iræ Domini, sic habet: Argentum in die mortis non poterit liberare diuites audiente eo qui moritur, Stulte hac nocte tolletur anima tua a te, quæ autem parasti cuius erunt? Nō quòd negemus aurum & agentum diuites liberare de morte; Redēptio enim viri animæ propriæ diuitiæ, sed quòd eo tempore liberare nō possunt, quando diuitias necessitate dimittunt. Omnis enim terra, & vniuersa quę terrena sunt zelo Domini deuorabuntur. Et hoc faciet Dominus cum festinatione, cunctis habitantibus terrā, his qui se penitus terræ dederunt, & non fuerunt aduenæ & peregrini, sicut iustus qui loquitur, Aduena ego sum apud te & peregrinus sicut omnes patres mei.

14 IDEM exponens illa verba: Anima saturata calcabit fauum, & anima esuriens etiam amarum pro dulci sumet, inquit: Anima diuitum, qui habent consolationem suam, & quibus dicitur a Domino, Væ vobis qui saturati estis, quia esurietis, spernit auditam cælestis Regni dulcedinem. Anima autem eorum, qui esuriunt & sitiunt iustitiam, etiam aduersa sæculi pro Domino, immo etiam ipsam mortem perpeti dulce habet, sciens, per poculum amaritudinis, ad gaudia perpetuæ salutis esse venturam.

15 AVGVSTINVS ait: Temporalia ista sicut adiutoria nouit ille medicus, cui semel nos totos commisimus, & a quo habemus promissionem vitæ præsentis & futuræ, quando apponat, quando detrahat, sicut nobis iudicat expedire quos consolandos & exercendos in hac vita, & post hanc vitam in perpetua requie stabiliendos atque firmādos gubernat ac dirigit. Non enim & homo cum plerumque iumento suo cibaria detrahit, deserit illud cura sua, ac non potius curando hæc facit.

16 IDEM vbi ostendit quòd sanctis in amissione rerum temporalium nihil pereat, sic habet: Amiserunt omnia quæ habebant. Nūquid fidem, numquid pietatem, numquid interioris hominis bona, qui est ante Deum dies? Hæ sunt opes christianorum, quibus opulentus dicebat Apostolus, Est autē quæstus magnus pietas cum sufficientia, nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium, quia nec auferre quid possumus; habētes autem victum, & quibus tegamur his contenti simus. Nam qui volunt diuites fieri in hoc mundo incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli & desideria multa stulta & noxia, quę mergunt homines in interitum & perditionem; radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt a fide, & inseruerunt se doloribus multis. Quibus ergo terrenæ diuitiæ illa vastatione perierunt, si eas sic habebant, quemadmodum ab isto foris paupere, intus diuite audierant, ideſt si mundo vtebantur tamquam nō vtentes potuerunt dicere, quod ille grauiter tentatus, & minime superatus, Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc, Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita & factū est. Sit nomen Domini benedictū. Vt bonus seruus magnas facultates haberet, ipsam sui Domini voluntatē, cui pedisequus mente diteſceret, nec contristaretur eis rebus viuens relictis, quas fuerat cito moriens relicturus. Illi autem infirmiores, qui terrenis his bonis, quamuis ea non præponerent Christō; aliquantula tamen cupiditate cohærebant, quantum hæc amando peccauerint, perdendo senserunt. Tantum quippe doluerunt, quātum se doloribus inseruerunt. Nam cum dixit Apostolus, Qui volunt diuites fieri, in tentationem incidunt &c. Profecto in diuitijs cupiditatem reprehendit, non facultatem, qui præcipit alibi dicens, Diuitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendum, benefaciant, diuites sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendāt veram vitam. Hæc qui de suis faciebāt diuitijs magnis sunt lucris leuia damna solati, pluſq. lætati ex his quæ facile tribuendo tutius seruauerunt, quam contristati ex his, quæ timide retinendo facilius amiserunt, hoc enim potuit in terra perire, quod piguit inde transferre. Nam qui iuxta consilium Domini non thesaurizauerunt sibi in terra, sed in cęlo, tribulationis tempore probauerunt, quàm recte sapuerint non contemnendo veracissimum præceptorem, & thesauri sui custodem. Nā si multi sunt gauisi ibi se habuisse diuitias suas, quo cōtigit vt hostis non accederet, quanto certius & securius gaudere potuerunt, qui monitu sui Dei illuc migrauerāt, quo accedi omnino non posset. Vnde Paulinus nostер Nolensis Episcopus ex opulentissimo diuite voluntate pauperrimus, & copiosissime sanctus, quando & ipsam Nolam barbari vastauerunt, cum ab eis teneretur, sic in corde suo, vt ab eo postea cognouimus, precabatur, Domine non excrucier propter aurum & argētum, vbi enim sint omnia mea, tu scis. Ibi enim habebat omnia sua, vbi eum condere & thesaurizare ille monuerat, qui hęc mala mundo ventura prædixerat.

Hom. 8. in c. 2. Matt. to. 2.
Matt. 19. Mar. 10.
Hom. 10. ex varijs in Matt.
Matt. 19. 1. Tim. 6. Luc. 12.
Matt. 10.
Ibidem.
Hom. 7. in Acta Apostolorum to. 3.
Epist. ad filias Geruntij de contemnenda hereditate, quam abstulit pater. to. 9.
1. Tim. 5.
In cap. 1. Sophoniæ to. 5. Luc. 12.
Prou. 13.
Psal. 38.
Lib. 13. in c. 48. Esaiæ. to. 4.
Prou. 30.
Lib. 2. de serm. Domi. in mon. to. 4.
Lib. de ei sione rerum temporalium Dei bet: to. 1
1. Tim. 1. 17
Matt. 6.

xerat. Ac per hoc qui Domino suo monenti obedierant, vbi, & quomodo thesaurizare debebāt, nec ipsas terrenas diuitias barbaris incursantibus amiserunt. Quos autem non obedisse pœnituit, quid de talibus rebus faciēdum esset, si non præcedente sapiētia, certe consequente experientia didicerunt. At quidam boni Christiani tormentis excruciati sunt, vt bona sua hostibus proderent. Illi vero nec prodere, nec perdere potuerunt bonum, quo ipsi boni erant. *Infra: In commentarijs huius capitis Ludouicus Viues refert, Ciceronem dixisse in Paradoxis, Si opes sunt bona, cur non reddunt possidentes bonos? Vnde constat solam virtutem, quam nemo eripere potest, possidenti inuito mereri nomen boni.*

Diuites quales futuri sunt, ne diuitiæ eos obruant, quòd si tales non fuerint, plangendi sunt valde. Cap. XLI.

1 Hom. 2. de patiētia Iob to. 1.

CHRYSOSTOMVS sic ait: Exponuntur facultates Iob, quoniam habuit ouium septē millia, camelorum tria millia, quingenta quoque iugaboum, & quingentas asinas. Quare scriptor hæc exponit? Non Iob diuitias admiratus, sed tibi auditori relinquens in obiectum substantiæ multitudinem, quo si eundem videris post hæc vniuersis nudatum bonis, minimeq. ingemiscentem, mireris quantum priuatus bonis donatorem non repulerit, neque conditorem maledictis incesserit. Hæc itaque scripta sunt, non vt diuitias in admiratione habeas, sed quo iusti constantiam, patientiamque laudes, atque præ oculis Deum semper habeas. Etenim diabolus quandoquidem eum diteſcentem eisdem temporalibus diuitijs vidit, atque ex eisdem æternas sibi thesaurizare diuitias putauit, sic exiſtimauit quòd sicut eo diteſcente diteſcebat iustitia; sic ad paupertatem ductus, eadem quoque virtus paupercula apparebat. Hic aduertant diligenter qui dicunt, nōne Iob dives fuit, quare igitur nobis ipsa rerum proponitur renunciatio? Dicam ego ad te: Fias iuxta Iob dives, & ego tibi maiores diuitias exoptabo, fias iuxta Abraham, atque omnis terra diuitias cooptabit. Dic & tu sicut ille dicebat, Ianua aperiebatur omni tribulato, dic, os viduæ benedixit mihi, atque diuitijs quibusuis diteſce. Nam pauperibus necessaria præbendo, ianuamq. omni tribulato apertam exhibendo tibiipsi benefacis.

Iob 31.

2 Hom. 4. in in Matt. to. 2.

IDEM inquit: Si quis de magnitudine & pulchritudine domus, de scalis potius, gradibusq. marmoreis se esse honorabiliorem putet, quàm quòd homo genitus, & rationis nobilitate donatus est. Hunc plurimi nunc inueniuntur imitari. Vt enim ille tunc de imagine aurea, sic modo alij de veste pretiosa, de equis alij, vel curribus, de amplitudine columnarum, ac picturis parietū opinantur se esse meliores. Quia enim quod erant homines perdiderunt, sollicite huc, illucq. circumeunt aliūde sibi gloriam colligentes, omni sane irrisione dignissimam. *Infra*: Sicut pueris quondam statua; aurea Nabuchodonosoris proposita est, vt adoraretur, etiam nunc aurea imago proposita est, scilicet pecunia, quæ ad seruiendum sibi cupidorū corda sollicitat. Sed nequaquam nos, aut sonitus tubarum, aut tibiarum, citharæq. concentus, aut reliqua diuitiarum incentiua commoueāt, vt adoremus imaginem auaritiæ, sed etiam si ardentem fornacem intrare cogamur, paupertatem dico; eam tamen & inter ignem positi diligamus; tunc enim nos in medio flammarum blanda circumdabit roris aspersio. Ne igitur paupertatis fornacem horrescamus. Nam tunc quoque in ignem coniecti per ipsum ostensi clariores sunt, qui vero imaginem adorauerunt aream, subito ignis perierunt voratu. Hic qui ne mammonam adorent, eligunt sentire paupertatem; & hic quidem magna, sed multo maiori in futuro claritate fulgebunt. Qui vero hic imaginem adorantes auream de iniquitate ditantur, tunc profecto extrema supplicia persoluēt. De huiusmodi enim fornace Lazarus, non minus quàm illi tres viri clarus egressus est, at contra ille dives purpuratus, ac splendidus, qui in parte adorantium iure numeratur, gehēnæ est deputatus incendio. *Infra*: Audiant diuites, qui fornacem iniquitatis accendunt, & qui pauperibus nihil nocent diuina illis virtute rorante, se vero in illius horribilis flammæ prædā sponte præcipitant, quam proprijs certe manibus accendunt. Tunc itaque angelus descendit ad pueros, nunc vero nos descendamus ad eos, qui in egestatis fornace torrentur, eisq. refrigeria de misericordiæ rore præstemus, vt ab illis flāmam inopiæ repellentes possimus, coronarum quoque eorum esse participes. Atque ita flammam gehēnæ, Christi a nobis vox illa depellat, *Matth. 25.* esurientem me vidistis & pauistis, nudum & operuistis. Hæc enim tunc nobis vox roris loco erit per mediam ad nos flammam relata. Descendamus cum misericordia in fornacem inopiæ, intueamur illos qui securi per huiusmodi gradiuntur ignem. *Infra*: Ros magnus est nequaquam amore diuitiarum ab inopum miseratione reuocari, suntq. omnibus ditiores, qui diuitijs contemptis virtute claruerunt. Nam & illi tunc contemnendo Regem, Rege ipso effecti sunt clariores. Et tu itaque si mundi opes fideli mente despicias toto eris mundo pretiosior, & deridens præsentia dignus cælestibus bonis efficieris.

3 *Luc. 16.*

4 Hom. 5. ex imperfecto in Matt.

IDEM explicans illa verba Matthæi 4. Duxit illum diabolus in mōtem excelsum &c. ait: Hac tentatione Dominus tentatus est, dicente diabolo, Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me, vt tu non desideres magnus fieri in hoc mūdo. Ascensio enim montis illius est processio ad magnitudinem, vel altitudinem diuitiarum

tiarum, & gloriæ huius mundi. Tertio loco posita est ei conditio, vt si adorasset diabolum omnia fierent eius. Sic & tibi contigit, cum enim volueris fieri magnus, quod est ascendere in montem, diabolo te ducente incipis die ac nocte cogitare de diuitijs acquirendis, de suscipiendis honoribus, & ante oculos mentis tuæ semper illa vniuersa proponere, scito quia princeps mundi gloriosa regni sui tibi ostēdit, cum autem senserit in te diuitinis huiusmodi cogitationibus in concupiscentia eorumdem bonorum accensum, in tertio loco tales tibi prouidet causas, vt necesse sit tibi si volueris illa consequi, diabolum adores, & seruias ei negligens iustitiam Dei. Vnde ait Paulus, Obsecro vos fratres, vt quieti sitis, & vt vestrum negotium agatis operantes manibus vestris, & nullius desiderium sit vobis ad ea, quæ foris sunt. Et iterum habentes alimenta, & quibus tegamur his contenti simus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in laqueum, & in tentationem diaboli, & desideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & in perditionem. Ergo omnia Christo promissa sunt, & omnia Christus contempsit, vt ne gloriam Dei diabolo daret, vt & tibi etiam si totus mundus fuerit datus tantum vt dimittas Deum, non facias amplius diuitias quàm gloriam Dei. Nec enim iustum est propter creaturam contemnere creatorē, sed propter creatorem creaturam. Quoniam diuitias tibi Deus dare potest, diuitiæ autem tibi Deum dare non possunt.

1 Thess. 4

1 Tim. 6.

5 Homil. 16. ex imperfecto in Matthæum.

IDEM exponēs illa verba ex cap. 16. Non potestis Deo seruire & mammonæ, inquit: Nō dixit, non potest habere Deum & diuitias, sed nemo potest Dei esse seruus & diuitiarum. Si habes diuitias, & diuitiæ illæ non te faciunt superbum, aut violentum, sed secundum quod potes das impotentibus, dominus es diuitiarum tuarum non seruus, quia non te diuitiæ tuæ tenent, sed tu diuitias tuas. Si autem diuitiæ tuæ superbum te faciunt, aut violentum, & constrictus auaritia nemini aliquid præstas, tunc seruus es diuitiarum tuarum, quia diuitiæ tuæ te tenent, non tu diuitias tuas.

6 Homil. 25. ex verijs in Matth.

IDEM inquit: Tu habes inmensa tua, & deuoras phasianos, turtures, & omnia cęli volatilia, & quod pauperi repleat ventrem non largiris; tu quidem veste serica leporina, & diuerso vestimento vteris, & pauperi nudo, nec lineū vestimentum largiris. Tu habes in domo tria laquearia deaurata, parietes pretiosos vestitos marmore, columnas purpureas, & capita earum deaurata, & pauperem nec prospicere quidem permittis. Sed cum irreuocabilis finis aduenerit, pergēs ad inferos nudus bonis operibus remanente domo cum omni ornatu suo in testimonium auaritiæ tuę, vnusquisque enim prætereuntium dicet, hæc domus illius fuit raptoris, prædonis, & auari, quantas viduas afflixit, quantos orphanos denudauit, quantos miseros fecit, vt hanc domum possideret? Nolo mihi dicas, quia dives, consul sum, vel præfectus, aut comes, aut senator. De dignitatibus nunc non disputo, quę a Deo ad benefaciendum omnibus conceduntur, sed de illis dico, qui inflati superbia dignitatum putant se immortales cū ipsa dignitate futuros, & non considerant conditionem suam quia de terra sunt, & in puluerē redigentur. Attendis pauperem, & despicis, nec cogitas quoniam homo est, sicut & tu. Homo est chara possessio Dei, homo cuius causa firmatum est cælum, extensum mare, fundata est terra, propter quem sol oritur, & incumbit, luna crescit, & decrescit, astra micantia surgunt, propter quem diuersa animalia, propter quem terra producit herbam, & dat cibaria in tempore suo omni animæ, propter quem montes, & colles, fontes, & flumina, propter quem tempora, & menses, & anni, propter quem Angeli, & Archangeli, Principatus, & potestates. Et quid multa loquar? Propter quem vnigenitus Filius Dei sanguinem suum fudit, & vt pauperes nō despicerentur formam serui susćepit.

7 Homil. 63. in Ioānem. to. 3.

IDEM ait: Lugeamus cū Esaia diuites dicētes: Væ qui coniungitis domū domui, & agrū agro, vt a vicino aliquid auferant. Numquid habitabitis soli in terra? domus magnæ, & pulchræ, & non erunt qui eas habitent. Lugeamus cum Nahum, & dicamus cum eo, Væ qui ędificant in altum domū suam, immo lugeamus eos Christum imitati dicentem, Væ vobis diuitibus, quia recepistis mercedē vestram. Lugeamus sine intermissione, & nisi turpe sit etiam plangamus, dicamus cum Propheta, Nolite lugere mortuum, sed raptorem, auarum, cupidum, insatiabilem. Sed nobis lugentibus, ipsi fortasse rident, etiam & hoc lugendum, cum rident quod flendum esset. Cum nullo doloris sensu tanguntur, perstemus in dolore. Lugeamus non diuites simpliciter, sed auaros, raptores, cupidos, auaritia enim criminanda est, atque accusanda.

Luc. 6.

Hier. 22.

8 Hom. 13. in epist. 2. ad Corinth. to. 4.

IDEM sic habet: Quid in Regnum cælorū inducit, diuitiæ, vel paupertas? Audiamus illū cælorum Dominum dicentem; de illis quidem, quòd facilius sit camelum intrare per foramen acus, quàm diuitem in regnum cælorum. De pauperibus vero contra, Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælis. Si autem volueritis vtrūque, videamus quod dictum est, Arcta est via quæ ducit ad vitam, quis igitur vadit per viam angustam? Ille ne qui in delicijs, vel qui in paupertate, qui solus vel qui innumera onera gestat, qui solutus & liber a curis, vel curas & sollicitudines multas habens? Sed dices, etiam pauperes pereunt, & multi etiam diuites illis ineffabilibus bonis fruentur. Ceterum contrarium licet videre, nam pauci quidem diuites, multo autem plures pauperes saluantur. Considera impedimenta diuitiarum, primum est superbia mater malorum, & quæ diabolum fecit esse diabolum, cum antea non esset talis. Item radix omnium malorum est auaritia. Quis igitur est propior apud hanc

Matt. 19.

Matt. 7.

radicem

radicem dites an pauper? Nonne manifestum est quod dives? Nam quanto quis plus diuitiarum possidet, tanto plura cupit. Nullus pauper tãta operabatur mala propter indigentiã, quãta ditari volentes, vt plura habeant, & quæ habent, ne perdant. Non enim pauper necessaria sic desiderat, vt dives superflua. Non ita formidat famem pauper, sicut rerum suarum iacturam dives tremit ac formidat, & quod nondum quicquid alij habent, accipit.

9 AVGVSTINVS ait: Hac lege & condi
Epist. 89. ad Hilariũ to. 2. tione non illi tantum qui mentis excellentia perfectionis consilium receperunt, vt vendita sua pauperibus distribuerent, & humeris ab omni sæculi huius sarcina liberioribus leuem Christi sarcinam ferrent, sed etiam quisquis infirmior & illi glorioßißimę perfectioni minus idoneus; qui tamẽ se meminit veraciter esse Christianũ, cum audierit sibi proponi, quòd nisi hæc omnia dimiserit dimissurus est Christũ, apprehendet potius turrim fortitudinis a facie inimici, quia hoc animo acceßit ad fidem, vt huic sæculo non solum verbis renunciaret, quia etsi emit aliquid tamquam non possidens erat, etsi vtebatur hoc mundo tamquam non vtens erat, non sperans in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo. Cum enim omnis qui renunciat huic sæculo, sine dubio renunciet omnibus, quæ sunt eius, vt possit Christi esse discipulus; ipse enim cum de sumptibus ad turris ædificium necessarijs, & de bello aduersus Regem alterum præ-
Luc. 14. parãdo similitudines posuisset, adiunxit; Sic qui non renunciat omnibus quæ sunt eius, non potest meus esse discipulus; profecto renunciat etiam diuitijs suis, si quas habet, aut sic vt eas omnino non diligens totas distribuat indigentibus & superfluis exoneretur sarcinis, aut sic vt plus diligens Christum, spem ab eis transferat in ipsum, atque ita vtatur illis, vt facile tribuens, & communicans thesaurizet in cælo, paratusq. sit quemadmodum parentes, & fratres, & filios, & vxorem, hoc modo & istas relinquere, si talis conditio proposita fuerit, vt nisi dimisso Christo eas habere non possit. Nam si aliter huic sæculo renunciat, facit quod de lapsis Beatus Cyprianus ingemuit dicens. Sæculo solis verbis renunciantes, & non factis. De hoc
Ibid. quippe dicitur, Cum veniente tentatione magis ista metuit amittere, quàm Christum negare, ecce homo qui cœpit ædificare, & nõ potuit consummare. Ipse est etiam, qui cum adhuc longe esset aduersarius eius misit legatos quærens
10 pacem, id est nondum affligente, sed adhuc imminente ac minante tentationẽ, vt ijs non careat, quæ plus diligit, ad relinquẽdum Christũ, negandumq. consentit. Sed non sunt tales diuites Christiani, qui licet ista teneant; nõ tamen tenentur ab eis, ita vt hæc Christo anteponant, quia veraci corde sæculo renunciarunt, vt nullam spem in talibus ponant. Horum domus hospitalitate feruẽtes recipiunt iustum in nomine iusti, vt mercedem iusti accipiant, frangunt, esurienti panem suum, nudum vestiunt, thesaurizant sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam. Et si forte pro fide Christi pecuniaria damna, perpetiẽda sint, oderunt diuitias suas, si suorum orbitates, vel separationes pro Christo minatur hic mundus, oderunt parentes, fratres, filios, vxores; postremo si de ipsa huius corporis vita cum aduersario paciscendum est, ne desertus deserat Christus, oderunt insuper animam suam. De ijs quippe omnibus mandatum acceperunt, quòd aliter discipuli Christi esse non possunt.

IDEM sic habet: Domus hominum, qui
11 Lib. 19. de Ciuit. Dei cap. 17. non viuunt ex fide, pacem terrenam ex huius temporalis vitæ rebus, commodisq. sectatur. Domus autem hominum ex fide viuentium, expectat ea, quę in futurum æterna promissa sunt, terrenisq. rebus ac temporalibus tamquam peregrina vtitur, non quibus capiatur, & auertatur, quo tendit in Deum, sed quibus sustentetur ad facilius toleranda, minimeq. augenda onera corporis corruptibilis, quod aggrauat animam. Idcirco rerum huic vitæ, huic mortali necessariarum vtrisque hominibus fidelibus, & infidelibus, & vtrique domui cõmunis est vsus, sed finis vtendi, cuiq. suus proprius, multumq. diuersus.

IDEM explicans illa verba: Dominus pro-
12 In Ps. 120. to. 8. tectio tua super manum dexteram tuam, ait: Sinistra nostra dicitur, quicquid temporaliter habemus, dextera nostra dicitur quicquid nobis æternum, & incommutabile Dominus pollicetur, si autem ille qui dabit æternam vitam, ipse & de istis temporalibus consolatur præsentem vitam, ipse fecit dexteram & sinistram. Omnis homo qui felicitatem non putat esse hominis, nisi solum in istis temporalibus facultatibus, & delicijs, & affluentia, & copia huius mundi, iste est stultus, atque peruersus, qui sinistram fecit sibi dexteram. Tales erant, de quibus scriptum est, Quorum os locutum est vanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis, & sequitur, Quorum filij sicut nouellæ plantationes, filiæ eorum ornatæ sicut similitudo templi, promptuaria eorum plena eructantia ex hoc in illud &c. Magnam felicitatem quorumdam describit. Posset autem & istam felicitatem aliquis iustus habere, sicut habuit Iob, sed Iob pro sinistra illam habebat non pro dextera. Nam dexteram non habebat, nisi apud Deum perpetuam felicitatem. Ideo concessa est percutienda sinistra, & suffecit ei dextera. Consolatus est damna, exultauit in Domino, quia nõ est passus damnum, de interioribus diuitiis Dei plenum cor habebat, Dominus, inquit, dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est. Isti autem de quibus dicit Dauid, Quia os eorũ locutum est vanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis, non hinc eos reprehendit, quia his omnibus abundabant, sed quia os eorum locutum est vanitatem. Cum enim enumeraret eorum copias dixit: Beatum dixerunt populũ cui hæc sunt, hæc est vanitas quam locutus est os eorum, quòd beatum dixerunt populum, cui hæc sunt. Tu quid dicis, qui nosti quid sinistra, & quid est dextera? Beatus populus, cuius Dominus

Cant. 2. minus Deus eius. Audi hoc confirmatum in Canticis Canticorum, Sinistra eius sub capite meo, spõsa dicit de sponso, de Christo in Ecclesia, in amplexu pietatis, & charitatis. Quid ait? Sinistra eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Quid autem quia sursum erat dextera, deorsum sinistra, & sic complectebatur sponsus sponsam, supponens sinistram ad consolationem, imponens dexteram ad protectionẽ? Sinistra, inquit, eius sub capite meo, Deus omnia ista temporalia dat. Ergo si est sinistra, sit sub capite; supra illam sit caput tuũ, id est supra illam sit fides tua, vbi habitat Christus. Noli temporalia præponere fidei tuæ, & non erit sinistra super caput tuum, sed omnia temporalia subde fidei tuæ, & hanc præpone omnibus temporalibus, & erit sinistra sub ca-
Prou. 3. pite tuo, & recte dextera eius complectetur te. *Infra*: Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra diuitiæ & gloria, id est æterna vita in dextera eius, at vero diuitiæ, & gloria, id est sufficientia vitæ huius, ea quæ bona existimantur ab hominibus, sinistra est.

14 IDEM ait: Manna colligebatur duplum
Serm. 91. de tempore to. 10. die sexto in repositionem pro sabbato. Qui autem contra Domini præceptum seruauerunt de manna, ebullierunt vermes, & computruit. Diuites auari & cupidi hæc recondunt, quæ in hoc sæculo, immo cum sæculo corrũpantur; qui autem bona opera recondunt, illa permanent vsque in crastinum, illud autem quod pro die sabbati reponebatur, non est corruptum, neque vermes ebullierunt ex eo, sed permansit integrum. Et tu ergo si propter præsentẽ vitã tantummodo, & propter amorem sæculi thesaurizes, continuo vermes ebulliunt. Denique audi
Isa. 66. de peccatoribus, & his qui præsens sæculum diligunt, quid Propheta dicat: Vermes, inquit, eorũ non morientur. Isti sunt vermes, quos gerat auaritia, & diuitiarũ cæca cupiditas his,
1. Ioan. 3. qui habent pecunias, & videntes in necessitate fratres suos claudũt ab eis viscera sua. Propter-
1. Tim. 6. ea, & Apostolus dicit: Diuitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, sed diuites sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, & thesaurizent sibi veram vitam.

Dominis multis, ipsisq. inter se contrarijs simul seruire non valemus. Cap. XLII.

VLTRA illa quæ disseruimus li-
1 Hom. 2. in Iudic. to. 1. bro 1. cap. 18. de amore proprio, quòd amor Dei & mundi nõ cohærent, aduertenda sunt, alia nonnulla, & in primis. ORIGENES explicans verba illa Iudic. cap. 2. Fecerunt filij Israel malum in conspectu Domini, & seruierunt Baalim, ac dimiserũt Deũ patrum suorum, ait: Quotiescũque peccamus, & captiui ducimur in lege peccati, genua nostra curuamus Baalim. Sed quid mihi prodest, si genua corporis mei ad orationem veniens flectam Deo, & genua cordis mei flectã diabolo? Si enim nõ stetero firmus aduersus astutias diaboli, flexi genua mea diabolo. Et si non constanter stetero aduersum iram, flecto genua mea iræ, similiter etsi non constanter libidini restitero, flexi libidini genua mei cordis. Et in singulis quibusque, quæ contraria sunt Deo, hoc facere videbor, nisi fortiter stetero, sicut & illi fecerunt, qui coluerunt Baalim, & dereliquerũt Deum patrum suorum. Non igitur putemus, quia videmur simulachra nõ colere; propterea hæc non & ad nostrum aliquos pertinere. Vnusquisque quod præ ceteris colit, quod super omnia miratur, & diligit, hoc ei Deus est. Denique hoc est, quod ante omnia, & super omnia per mandatũ suum Deus deposcit ab homine. Diliges, inquiens, Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex omnibus viribus tuis; præoccupare quodammodo erga se cupiẽs totos humanæ mentis affectus; & sciens, quia quod ex toto corde dilexerit quis, atque ex tota anima, & ex viribus totis, hoc ei Deus est. Discutiat nunc vnusquisque seipsum, & tacitus ex suo corde recenseat, quæ in eo potissimum, & super cetera omnia flamma amoris exæstuet, quis sibi ardentior ceteris foueatur affectus, & si quid est, quod in dilectionis lance præponderat, hoc tibi Deus est. Sed vereor ne apud quamplurimos præponderet amor auri, & auaritiæ pondus pressa satis lance demergat. Et vtique dicitur ad hunc, Non potes Deo & mammonę, id est auaritiæ seruire. Vereor ne in alijs libidinis, & voluptatis amor intantum præponderet, vt vsque ad terram demergat, in alijs amor gloriæ sæcularis, & humanę dignitatis cupiditas super omnia prægrauet, & valde paucos esse arbitror, qui intra semetipsos scientes affectus suos, & in stateræ eos æqualitate pensantes inueniunt, quòd dilectionis Dei pondus super omnia cetera quæ sunt humana præponderet. *Infra*: Annon totius gentilitatis error hinc accipit exordium, dum ea quæ multum diligunt homines, deos esse volunt, & humanis quibusque vitijs, & cupiditatibus diuinum nomen ascribunt? Pecuniæ namque cupidi, & auaritiæ amore flagrantes; mammonam quidem apud Syros deũ cupiditatis istius dicunt, libidinis & voluptatis amatores Venerem deam sibi huius vitii, quo agitantur, ascribunt. Similiter & in ceteris vitiis hunc ipsum, quo vrgentur, affectum Deum sibi fecerunt. Vnde & Apostolus dicit: Auaritiam idolorum seruitutem. Vides ergo quia non solum adorare simulachrum, sed quia auaritiæ studere idolorum cultus, & seruitus reputatur? Sic ergo & nos cum aliquibus vitiis ita dediti sumus, vt ea ex toto corde, mente, & viribus diligamus, adorare Idola, & abiisse post deos alienos dicimur. *Infra*: Iratusq. Dominus cõtra Israel, tradidit eos in manus diripientiũ. Cum enim dereliquerunt Dominum, tunc seruire cœperunt passionibus suis, & tunc dicitur de eis, Quia tradidit eos Deus in passiones igno-

ignominiæ. Et iterum, Tradidit eos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea, quæ non conueniunt. Quare? Quia repleti sunt, inquit, omni iniquitate, nequitia, fornicacione, auaritia. Nos, propter quos hæc scripta sunt, scire debemus, quia si peccauerimus Domino, & animi nostri voluptates ac desideria carnis velut Deũ colamus, tradimur etiam nos in manus Zabuli.

3 Regula secunda moralium sententiarum to. 2. *Matt. 6.* *2. Cor. 6.*

BASILIVS vbi ostendit quòd nequaquã is Deo potest seruire, qui etiam se alienis a pietate negocijs immisceat, ait: Nemo potest duobus dominis seruire; aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget, aut vnum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire, & mammonæ. Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cũ iniquitate, aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christo ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Quis autem consensus templo Dei cum idolis?

4 Hom. 22. in ca. 6. Matt. to. 2.

CHRYSOSTOMVS explicans illa verba: Nemo potest duobus dominis seruire, inquit. Ne tu dixeris hoc esse possibile, quando te vnus Dominus proprijs quoque exui iubet, alter vero etiam aliena diripere, quando ille tibi imperat castitatem, iste luxuriam, quando hic tibi castigationẽ ventris indicit, ille ebrietatem atque delicias, quando te alter omnia ista iubet despicere, alter vero inhærere atque inhiare præsentibus. Cum hic quidem præcipit lecta, marmora, parietes pictos, & laquearia deaurata mirari, ille vero inhorrescere huiusmodi omnia, ac morum ornamenta suscipere, quomodo possibile est tam contraria hæc pariter conuenire? Dominum autem pecuniam nominauit non ob probam ipsius naturam, sed ob eorum miseriam qui se ad illius in clinauerunt seruitium. *Phil. 3.* Sic etiam ventrem Apostolus appellat Deum, non vtique a dignitate dominãtis, sed ab infelicitate famulantium. Quod supplicio certo omni etiam maius est, satisque idoneum, etiam ante pœnam punire captiuum. Quibus enim captiuis non infeliciores putandi sunt, qui cum Dominum habeant Deum, ab illo Rege mitissimo recedẽtes, tyranno se huic sæuissimo dederunt.

5 Epist. 13. ad Paulinum Monachũ to. 1.

HIERONYMVS dicit: Crates ille Thebanus homo quondam ditissimus cum ad philosophandum Athenas pergeret, magnum auri pondus abiecit, nec putauit se simul posse, & virtutes, & diuitias possidere. Nos suffarcinati auro Christum pauperem sequimur, & sub prætextu eleemosynæ pristinis opibus incubantes, quomodo possumus aliena fideliter distribuere, qui nostra timide reseruamus.

6 In c. 3. Sophoniæ to. 6.

IDEM explicans illa verba: Non audiuit vocem, & non suscepit disciplinam, in Domino non est confisa, ad Dominum suum non appropinquauit, inquit, Non est confisa in Domino: quia noluit appropinquare ad Dominum Deũ suum, vt mereretur veniam peccatorum, frustra enim quis vocem Domini Dei sui audire se dicit, & confidere in Domino, quando operibus fidem destruit, & magis mammonæ iungitur, quàm Domino Deo suo, & duplici corde accedit ad eum, & duobus dominis sæculo, & Deo militare posse se credit.

7 Lib. 1. in c. 6. Matt. to. 9.

IDEM explicans illa verba: Vbi thesaurus tuus, ibi est & cor tuum ait. Hoc non solum de pecunia, sed, & de cunctis passionibus sentiendum est. Gulosi Deus venter est, ibi ergo habet cor, vbi est thesaurus. Luxuriosi thesaurus epulæ sunt, lasciui ludicra, amatoris libido, huic seruit vnusquisque quo vincitur. *Infra:* Non potestis Deo seruire & mammonæ. Audiat hoc auarus, audiat qui censetur vocabulo Christianus, non posse se simul diuitijs, Christoq. seruire. Et tamen non dixit, Qui habet diuitias, sed qui seruit diuitijs. Qui enim diuitiarum seruus est, diuitias custodit vt seruus, qui autem seruitutis excussit iugum, distribuit eas, vt dominus.

8 Lib. 2. in c. 3. ad Ephesios to. 6.

IDEM explicans illa verba: Flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Iesu Christi, sic habet: Quomodo igitur quicumque subiectus est Saluatori, flectere ei genu dicitur: sic qui peccati seruus est, & habet spiritum seruitutis genu scribitur flexisse peccato. Dereliqui mihi, *3. Reg. 19* ait Dominus, septem millia virorum, qui non curuauerũt genu ante Baal, idolo scilicet atque peccato. Qui fornicator est, & per lupanaria discurrit, libidini flectit genu suum. Qui furiosus est, flexo adorat iram genu. Qui mammonã suscipit; & Deus eius est venter, flectit genua auaritiæ, atque luxuriæ. Et quid me necesse est singula peragrare? Toties diabolo flectimus genua, quotiescumque peccamus.

9 Lib. 2. de serm. Domini in mõte. to. 4.

AVGVSTINVS sic habet: Inquit Christus: Duobus dominis seruire non potestis. Duobus autem dominis seruire conatur, qui & Regnum Dei pro magno bono appetit, & hęc omnia temporalia. Non poterit autem simplicem habere oculum, & vni Domino seruire, nisi quæcumque sunt cetera, si sunt necessaria, propter hoc vnum assumat, ideſt propter regnum Dei.

10 Lib. 4. de symbolo ad catechumenos to. 9. *3. Reg. 18*

IDEM ait: Quid tibi Christiane cum pompis diaboli, quibus renunciasti? Renũciate non verbis, & lingua, sed opere, ne diabolus vos attrahat in seruitutem suam. Vt quid claudicatis in duas partes dixit Elias populo, Si Deus est, ite post illum, si mundus est, ite post illum, si Deus eligitur, seruiatur illi secundum ipsius voluntatem, si mundus eligitur vt quid fictum cor quasi Deo accommodatur? Quisquis concempto Deo sequeris mundum, & ipse te detserit mundus. Non vis bonus implere voluntatem Dei, & de te malo impletur voluntas Dei. Sequere adhuc quantum potes fugitiuum, & si potes apprehende eum, tene eum, sed video non potes, fallis te. Ille enim labiles motus suos torrentis ictu percurrens, dum te videt inhærentem sibi, & tenentem se, ad hoc te rapit, non vt saluet, sed vt perdat te. Quid tibi cũ pompis diaboli amator Christi? Nolite fallere, odit enim tales Deus, nec inter suos deputat professores, quos cernit vite suæ desertores. Ecce ruinosus est mundus, ecce tantis calamitatibus

tatibus repleuit Dominus mundum, ecce amarus est mundus, & sic amatur, quid faceremus si dulcis esset? O munde immunde teneri vis periens, quid faceres si maneres? Quem non deciperes dulcis, si amarus alimẽta mẽtiris? Vultis dilectissimi non inhærere mũdo, eligite amare Creatorẽ mundi, & renunciate põpis mũdanis, quibus princeps est diabolus cum angelis suis.

11 Libro de Cain & Abel cap. 4. to. 1.

AMBROSIVS ait: Illud aduerte, quia cum interficitur impius, Christus infunditur, & vbi abominatio aboletur, sanctificatio congregatur, quia Dominus dixit; in ea die qua interfecero omne primogenitũ Ægypti, sanctificabo mihi omne primogenitum Israel. Quòd non ad vnum diem afflictionis Ægypti referes, sed ad omne tempus, cum enim renunciatur improbitati, statim ascisitur virtus, egressus enim malitiæ virtutis operatur ingressum, eodemq. studio quo crimen excluditur, innocẽtia copulatur. Habes hoc in Euangelio: Quia vbi *Ioan. 13.* satanas immisit se in corde Iudæ, Christus recessit ab eo, momẽtoq. eo, quo illum recepit, hunc amisit; sic enim scriptum est, Et post buccellam introiuit in eum Satanas. Dixitq. illi Iesus, Quod facis, fac celerius. Quid illud? Vt quia introierat in illum satanas, ipse abiret a Christo. Eiicitur itaque & excluditur, eo quòd iam cum Domino Iesu esse non posset, quia cœperat esse cum diabolo; nulla enim conuenientia Christi ad Belial, vndẽ sic factum est, quia cum *2. Cor. 6.* accepisset buccellam, dicit Euangelista, Exiuit continuo, & non solum exiuit continuo, sed de nocte, quia noctis tenebras habebat, qui Christum deserebat. Econtra Zachæus renuncians auaritiæ Christum recepit: Zachæe festinans *Luc. 19.* descende, quia hodie in domo tua oportet me manere, & descendit festinans, & excepit illum gaudens, sed excipiendo Christum, exclusit auaritiam, relegauit perfidiam, renunciauit fraudibus: aliter enim non ingreditur Christus, nisi vt vitia excludat, deinde de tẽplo eiecit nummularios, quia ipse volebat habitare &c.

Finis Libri Quarti.

LIBER QVINTVS LOCORVM COMMVNIVM AD CONCIONES.

Ebrietas, quæ in omnibus animæ paſsionibus contingit, in bonam partem accipitur aliquando.
Caput Primum.

DE ebrietate, quæ vitium eſt fœdum, contrariumq. ſobrietati, diſſeruimus libro 1. c. 22. hãc tamen reperiri in omnibus paſſionibus animæ docuit ipſe

2 Hom. 7. in c. 10. Leuit. ORIGENES explicans illa verba: Dixitq. Dominus ad Aaron, Vinum, & omne quod inebriare poteſt, non bibetis tu, & filij tui, quando intrabitis in tabernaculum teſtimonij, ne moriamini, quia præceptum ſempiternum eſt in generationes veſtras, vbi ſic habet: Si diſcutiamus quot modis mens inebriatur humana, inuenimus ebrios, etiam eos, qui ſibi ſobrij uidentur. Iracundia inebriat animam, furor vero eam pluſquam ebriam facit. Si quid tamen eſſe ebrietate amplius poteſt, cupiditas & auaritia non ſolum ebrium, ſed & rabidum hominem reddunt, & obſcænæ concupiſcentiæ inebriant animam, ſicut e contrario & ſanctæ concupiſcentiæ inebriant eam, ſed ebrietate ſanc-

Pſal. 22. ta illa, de qua dicebat, Quidam ſanctorum, & calix tuus inebrians, quàm præclarus eſt. Sed poſtmodum de ebrietatis diuerſitate videbimus; nunc interim vide quanta ſunt, quæ inebriant animam, & formido inebriat eam, & vana ſuſpicio. Inuidia autem & liuor ſupra omnem ebrietatem macerant eam. Sed enumerari non poſſunt, quanta ſunt, quæ infelicem animam vitio ebrietatis afficiant. *Infra*: Dicebamus in ſuperioribus promiſſionem ſanctis bonæ ebrietatis datam, cum dicunt, Et poculum tuum inebrians, quàm præclarum eſt. Sed & in aliis multis ſcripturæ locis ſimilia legimus, vt ibi. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis, vel bonitatis tuæ, vt Origenes vertit, potabis eos. In Hieremia quoque dicit Dominus, Inebriabo populum meum. Et Eſaias dicit, Serui mei bibent, & vos ſitietis. Quæ ebrietas ſine dubio pro gaudio animæ, & lætitia mentis accipitur. Vnde Chriſtus Dominus proximus paſſioni, ait: Non bibam amodo de hoc genimine vitis, donec illud bibam nouum in Regno meo. Quomodo poteſt ille qui aduocatus eſt pro peccatis noſtris bibere vinum lætitiæ, quem ego peccando contriſto? Quomodo poteſt iſte, qui accedit ad altare, vt repropitiet me peccatorem, eſſe in lętitia, ad quem peccatorum mæror aſcẽdebat?

Hier. 51. Eſai. 63.

3 Hom. 2. in c. 51. Hieremiæ. IDEM exponens illa verba: Calix aureus Babylon in manu Dei inebrians omnem terram, inquit: Quomodo calix iſte vniuerſam terram inebriabit, facile ſcies, ſi conſideraueris omnes homines ebrios. Inebriamur ira, inebriamur triſtitia, inebriamur & mente, excedimus amore, & concupiſcentiis. Quanta pocula temperauerit, quot inebriantes perrexerit calices calix iſte, quid neceſſe eſt dicere? Calix aureus Babylon inebrians omnem terram. Animaduerte omnem terram plenam eſſe peccatis, & non quæres quomodo Babylon omnem terram inebriauerit. Sed ſi forte uideris iuſtum ebrium non eſſe de calice peccatorum, noli putare ſcripturam eſſe mentitam, quæ dixerit, Inebriãs omnem terram, cum iſte non inebrietur a Babylone, & tamen conſtat in terra. Audi quia iuſtus non ſit terra, ſed

ſed in cælo, portat enim imaginem cæleſtis. Igitur calix aureus inebriat omnem terram, ideſt omnes ab eo inebriamur, quamdiu terra ſumus. De vino eius biberunt gentes, propter hoc commotæ ſunt. Sicut in his qui bibunt, iſtũ qui in vſu eſt, vini liquorem, ſi ſuper menſuram biberint, videmus ebrij corpus motum, vacillãtes pedes, caput, ac tẽpora prægrauata, os diſſolutũ, linguam nõ ſignificantẽ, ſermones ebrij, & hærentibus labijs verba præciſa, ſimiliter eſt videre eos, qui de calice aureo biberint Babylonis, quomodo moueãtur, quomodo inſtabiles greſſu ſint, quomodo debilitata mente, & fluctuante cogitatu nihil firme teneãt, ſed ſemper in cogitationibus agãtur incerti. Quãobrem Scriptura diuina de iſtiuſmodi hominibus, ait: Commoti ſunt ſicut ebrius. Et Cain cum egreſſus eſt a facie Dei habitauit in terra Naid contra Eden. Naid lingua Græca interpretatur cõmotio. Qui enim derelinquit Deum, qui deſerit ſenſum de eo iugiter cogitandi iſte in terra Naid habitat, ideſt in turbatione mali cordis, & mentis commotione conſiſtit.

3 Oratione 1. aduerſus Iudæos to. 5 CHRYSOSTOMVS ſic exorditur: Eſt abſque vino ebrietas, eſt & in ſobrietate temulentia. Quòd ſi nemo poſſet abſque vino temulentus eſſe, nequaquam Propheta diceret, Væ eis, qui ebrij ſunt, & non a vino, ſi non eſſet ſine vino ebrietas, haudquaquam dixiſſet Paulus,

Epheſ. 5. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. Nam quemadmodum vino, ſic & alio modo poteſt quis inebriari, & ideo dixit: Nolite inebriari vino. Eſt enim ebrietas & in ira, & in abſurda concupiſcentia, & in auaritia, & in amore gloriæ; denique & in aliis innumeris affectibus. Ebrietas enim nihil aliud eſt, quàm excidiſſe a recta ratione, deliratioq. & ſanæ mentis priuatio. Nõ ſolum igitur qui multum exhaurit merum; verum etiam qui alium quempiam morbum alit in animo, vehementer ebrius eſſe iudicabitur. Etenim qui mulieris alienæ tenetur amore, qui ſcortis vacat, ebrius eſt. Et quemadmodum is, qui multum ebibit merum, ſeſeq. ingurgitauit, illiberales voces effundit, aliudq. pro alio videt, ſic & hic veluti mero quopiam ſua cupiditate repletus, neque ſana profert verba, ſed obſcæna omnia, ſed pernicioſa, riſuſq. plena, aliaq. pro aliis videt, cæcutiens ad ea, quæ cernuntur. Quòd ſi cui mulieri ſtuprum inferre concupiſcit, hanc vbique imaginans, non aliter quàm mente captus, ac delirans, in conuenticulis, in conuiuijs, in omni tempore, in omni loco, etſi innumera hominum millia ipſum alloquantur, ne audire quidem videtur, ſed ad illam tantum intentus eſt animus, nec aliud ſomniat, quàm peccatum, habetq. ſuſpecta omnia, metuit omnia. Rurſumq. quem tenet ira, ebrius eſt. Similiter & huic turget facies, vox fit aſperior, oculi fiunt ſanguinolenti, mens obtenebratur, prudentia ſubmergitur, lingua tremit, oculi intorquentur, aures alia pro aliis audiunt, nimirum ira longe grauius, quàm vllum merum ſoleat percellente cerebrum, tempeſtatem concitante, turbationemq. gignente inſedabilem. Quòd ſi ebrius eſt, quem tenet concupiſcentia, irave, multo magis homo impius, & in Deum blaſphemus, illiuſq. legibus repugnans, ebrius eſt, inſanitque, deterius affectus, quàm ii qui comeſſantur, quique mente capti ſunt, licet iſte morbum ſuum non ſentire videatur. Nã id maxime conuenit ebrietati etiam ſenſu vacare malorum, quæ turpiter committit. Quemadmodum igitur illud eſt grauiſſimum in mẽte captis, & attonitis, quòd cum ægrotent, nec hoc ipſum ſentiant ſe eſſe ægrotos; ſic iſti cum ſint ebrii, non ſentiunt tamen morbum ſuum, quod eſt omni ebrietate fœdius.

IDEM inquit: Cum impudentius quid agit homo, dum debacchatur, id dumtaxat lucrifacit, quòd ſe irrideri non ſentit, vbi vero dies illuxit, amittit omnem quam ex laſciuia acceperat voluptatem. Siquidem familiam obmurmurantem, & inſectantem ſe iurgio coniugem, obiurgantes amicos, & inimicos ludibrio ſe habentes recognoſcit. Quid ergo hac vita dici poteſt miſerius irrideri ab omnibus interdiu, & rurſus eadem illa turpiter iactare? Vis etiam cupidos in medium proferam? Eſt enim & hæc deterior, alia quædam debacchatio, quæ etſi dici ebrietas poteſt, etiam & mors eſt. Neque adeo etiam vino madere tã moleſtũ, quàm ipſa eſt pecuniarum affectatio moleſta. Ibi enim iactura ad ægritudinẽ vſque prouehitur, torporeq. & inſenſibilitate ſubſiſtit, finitq. in ipſius ebrietatis perniciem; hic vero in habente, ſcilicet cupiditatẽ, detrimentum, & per innumeros hominum diſcurrit animos, & varia vbique ſuſcitat bella. *Infra*: Vino grauis quo plures hauſerit calices, eo magis ſitim incendit. Item & qui pecuniæ fuerit amore captus, quanto plura accumulauerit, tanto maiorem ſibi excitat cupiditatem, & grauius ſe diuexantem ſitim ſubminiſtrat. Videmus ebriũ præ vino delirantem apertis oculis, nec quempiam diſcernentem, oberrantem fruſtra, in obuios: quoſque offendentem, euomentem, lacerũ, & informiter nudum vſque adeo, vt cunctis abunde riſum moueat. Auarus eſt, cuius res geſtæ, & actus nõ riſum modo, ſed execrationem, iram, & fulmina merebuntur; verum reliquis omiſſis, quàm ſit irridendus, conſideremus, ſiquidem is, atque uinaticus ille apertos gerens oculos, captus luminibus eſt, neminem, uel amicum, nec hoſtem diſcernit, vtq. ille præter merum nihil habet acceptum, ita & is præter pecunias, nil aliud ſpectat, longe uero huic grauior eſt vomitus, ſiquidem non cibũ, potumue remittit, ſed uerba cõuiuii, diſſenſionis, & mortis plena, cuius anima non ſecus ſe habet, quàm ebriantis corpus, quod maculoſum eſt imbecille, ac fluidum, quia iſte quod grauius eſt curis capitur, ira & uigiliis uſque ad interitum diuexatur, & ſenſim abſumitur; quippe qui uinolentia opprimitur nocte tranſacta, poteſt & ſobrius fieri, hic uero & dies, & noctes auaritię ebrietate detinetur.

5 Serm. contra gulam.

6 HIERONYMVS inquit: Meliora ſunt

Lib. 1. adu. Iouinianū to. 2.

uera tua uino. Quod istud uinū est, quod sponsę mammas pulcherrimas facit, & pudicitiæ lacte fœcundat. Nempe illud, de quo sponsus in consequentibus loquitur, Bibite amici, & inebriamini charissimi, bibi uinum meum cum lacte meo, unde & Apostoli dicebantur musto pleni. Hoc est uinum quod cum inebriauerit adolescentes, & puellas, statim uirginitatem sitiūt, & in crapulam castitatis eructant, & expletur illud uaticinium Zachariæ. Quod bonum eius, & quod pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & uinum germinans uirgines? Istæ sunt

Psal. 44. uirgines, de quibus scriptum est, Adducentur regi uirgines post eam, proximæ eius afferentur tibi in lætitia, & exultatione.

7 IDEM exponens illa uerba: Væ qui con-

Lib. 2. in c. 5. Esai. to. 4. surgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum usque ad uesperam, ut uino æstuetis, ait: Potest iuxta altiorem intelligentiam omnis animæ perturbatio ebrietas appellari, quæ concipitur de uino furoris draconum, & de ueneno aspidum insanabili, quod nonnulli bibunt ab adolescentia usque ad senectutem, hoc est de mane usque ad uesperam. His dicitur:

Ioel 1. Expergiscimini qui ebrij estis a uino. Super hoc uinū, & super huiuscemodi uuas, ac uineas pluit Dominus sulphur & ignē, & quicumque ex earum uino biberit, æstuat, atque comburitur a Domino. Requirit citharam, & psalterium, nec

Leuit. 10. audit Dominum dicentem ad Aaron, Vinum, & siceram non bibetis tu, & filij tui, quando ingredimini tabernaculum testimonii, ut accedatis ad altare. *Infra*: Væ qui potentes estis ad bibendum, & uiri fortes ad miscendam siceram. De quibus supra dixerat, Væ qui cōsurgitis ad mane ad ebrietatem sectandam, & potandum usque ad uesperam, ut uino æstuetis; de his etiā nunc loquitur, qui potentes sunt ad bibendū uinum, & uiri fortes ad miscendam siceram, idest ebrietatem. Iuxta tropologiam ante iam diximus, quòd sacerdotes ingressuri tabernaculum Dei, non debeāt uinum bibere & siceram, quibus nunc addimus, quòd Nazaræis quoque præceptum sit, qui se sanctificant Domino, ut uinum, & siceram, & omne quod de uuis est, non bibāt, nec comedant, ne uuam quidem passam, & acetum ex uino. Sed & in prouerbijs præcipitur,

Pron. 31. Potentes si iracundi sunt, uinum non bibant, ne cum biberint obliuiscantur sapientiæ. Inter uinum & siceram, iuxta anagogem hoc esse arbitror, quod uinum e pluribus una perturbatio est, uerbi gratia, auaritiæ, libidinis, luxuriæ, inuidiæ: sicera autem, idest ebrietas omnes in se uitiorum continet passiones, quas rectius latino sermone perturbationes possumus dicere, quòd statum mentis euertant, & ebrios faciant nescire quid agant. Miscet siceram, qui cum ebrietate plenus sit ad decipiēdos homines umbras quasdam, & imagines simulat se habere uirtutum.

8 IDEM exponens illa uerba: Et uinum non

Lib. 13. in c. 43. Ezec. bibet omnis sacerdos, quando ingressurus est atrium interius, ait: Perspicuum est ebrietate, & sicera statum mentis euerti, & non plene nos sapere, quādo uini satietate animus occupatur. Ebrietas autem non solum in potione uini, sed in omnibus rebus ostenditur, quibus & in contractibus, & in negotiis sæculi, & damnis, ac lucris, amore, & odio mēs inebriatur, & fluctuat, & statum suum tenere non potest. Et quia fragili carne circumdamur, & cogimur pro uictu, atque uestitu, & necessarijs, quæ ad corpus pertinent, aliqua facere, quę facere non debemus, saltem hoc a nobis exigitur, ut quando in nos reuertimur, & scimus cur nati sumus, & interiora, atque adyta templi ingredimur, recedamus a uitiis sæculi; & ne minima quidem peccata faciamus. Per quæ ostenditur, & peccare nos pro necessitatibus carnis peccata leuia, & rursum esse tempus quando atrium ingredientes interius, ab omni ebrietate mundi, atque alieni esse debemus.

9 IDEM explicans illa uerba: Fornicatio & uinū, & ebrietas auferūt cor, inquit: Sicut uinū & ebrietas eum qui biberit mentis suæ impotē facit; ita fornicatio & uoluptas peruertit sensum, animumq. debilitat, & de rationabili homine brutum efficit animal. Cumq. ita cor lomine brutum efficit animal. Cumq. ita cor loco suo motum fuerit, ligna, & lapides deos putat, & adorat opera manuum suarum. Insaniunt & inebriantur, & perdito mentis iudicio adorant idola, ideo ait, Populus meus in ligno suo interrogauit; spiritus enim fornicationum decepit eos.

Lib. 1. in c. 4. Oseæ to. 5.

10 IDEM exponens illa uerba: Viuent tritico, & germinabunt quasi uinea, ait: Vbi nostra lectio habet, Viuent tritico, septuaginta uerterunt, Bibent, & inebriabuntur tritico, hoc est, rerum omnium abundantia. Quod autem hic ebrietas non euersionem mentis, sed copiā rerum omnium significet uersiculus ille declarat dicens: Visitasti terram, & inebriasti eam. Et Ioseph conuiuium, in quo inebriasse dicitur fratres suos, & Dominus loquēs ad Apostolos, Comedite, & bibite amici, & inebriamini charissimi. Siue quia Dominus noster ipse est frumentum & uinea, quicumque crediderit in eo, inebriari dicitur.

Lib. 1. in c. 4. Oseæ to. 5.

Psal. 64. Gen. 43.

11 IDEM exponens illa uerba: Expergiscimini ebrii, & flete, & ululate omnes, qui bibitis uinum in dulcedine, sic habet: Nulla res ita inebriat, ut animi perturbatio. Est tristitia quę ducit ad mortē, hæc abominanda ebrietas est. Est ira quæ iustitiam Dei non operatur, & furori proxima, mentis suæ impotem facit, intantum ut labia tremant, & dentes concrepent, uultus pallore mutetur. Quid referam de gaudio, & uoluptate, & maxime amore, qui excæcat cordis oculos, & nihil aliud amantem, nisi id quod amat, cogitare permittit? An non est dicendum de ebrietas, cum propter uile scortum, & ignominiosam corporis partē animæ libertas in seruiles blanditias inclinatur? Cum furto, scelere, atque periuriis opes futuræ præparet uoluptati, & cum uideatur ab omnibus, se existimat non uideri dummodo potiatur eo, quod desiderat. Sed & auaritia excæcat animum eius, cui nihil satis est, & muliebris timor, & dulcium

In c. 1. Ioel.

& dulcium cupido uitiorum. Vnde dicitur ad eos: Euigilate & expergiscimini, qui ebrij estis. Nequaquam uino, ut in solis septuaginta interpretibus continetur, sed omni perturbatione uitiorum. Flete, & plāgite, & assumite tristitiā, quæ ducit ad uitam, & ululate omnes, qui bibitis uinum in dulcedine, siue in ebrietate, ut septuaginta uerterunt. Dulcia enim sunt uitia, quia mel distillat in labijs mulieris meretricis. Quoniam perijt, siue ablatum est de ore uestro, uinum, ebrietas, atque dulcedo, quæ uos decepērat. Iuxta hunc sensum audiant habitatores terræ de illo uino nunc præcipi, in quo est luxuria, & quo qui inebriati fuerint, regnum Dei possidere non possunt. Qui uini ebrietate sopitus est euigilet, & ploret ebriū se fuisse, ut postea gaudeat se ebrietatis materiam non habere, quæ eum per abundantiam ebrium fecerat, & uesanum.

Prou. 6.

12 IDEM exponens illa uerba: Quid bo-

Lib. 2. in c. 9. Zachar. num eius, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & uinum germinans uirgines, inquit: Christus Dominus qui frumentū est electorum, ipse & uinum est, quod lætificat cor hominis, & bibitur ab his uirginibus, quę sunt sanctæ corpore & spiritu, ut inebriatæ, atque gaudentes sequātur Ecclesiā, & dicatur de eis, Adducentur Regi uirgines post eā, proximæ eius afferētur tibi in lætitia & exultatione. Quomodo etiā lætitiam non habebunt, quæ inebriatæ poculo Saluatoris generātur in uirgines, & audent dicere, Introducite me in cellulam uini, confortate me in unguentis? Vinum hoc boni odoris est, unde in eodem carmine dicitur, Potabis me de uino unguentarij, de riuis malogranatorum tuorum. Hoc uino inebriati sunt, qui sequuntur Agnum Dei, quocumque uadit, uestiti candidis uestibus, quia uirgines sunt.

Psal. 44. Cant. 2.

13 IDEM exponens illa uerba: Noli Regibus

Lib. 3. in c. 31. Prouer. to. 7. dare uinum, quia nullum secretum est, ubi regnat ebrietas, ait: Præcipit ne uino inebrientur mentes fidelium, qui sunt membra Regis æterni. Date siceram mærentibus, & uinū his, qui amaro sunt animo. Bibant & obliuiscantur egestatis suæ, & doloris sui non recordētur amplius. Siceram & uinum hoc loco supernam diuinæ sapientiæ consolationem dicit, quæ illis est exhibenda cordibus, quæ in infimis consolari refugiunt, & quicquid occurrit in præsenti amaro suscipiunt animo, solis quæ nondum uident gaudijs cælestibus tota mente inhærentes iuxta eum qui dixit, Renuit consolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus sum. Itē date siceram mærētibus, & uinum bibere his, qui amaro sunt animo. His qui pro pœnitudine actuum pristinorū mærore, atque tristitia depriuuntur, spiritualis scientiæ iucunditatē, uelut uinum quod lætificat cor hominis, affluēter infundite, eosq. salutaris uerbi crapula refouete, ne in abundantiori tristitia absorbeantur.

Psal. 76.

14 IDEM exponens illa uerba: Et calix tuus

Ezechiel. in c. 23. to. 7. inebrians, quàm præclarus est, ait: Mystico me calice inebriasti, ut obliuioni traderē delectationes prioris uitæ. Vel calix inebrians dicitur uerbum Dei, quia per prædicationem compungitur homo in mente, quando separat hominē, ideſt, patrem a filio, filium a patre suo, matrem a filia, & filiam a matre sua, & nurum aduersus socrum suam. Tunc nos inebriat quando ista facit.

15 IDEM exponens illa uerba: Inebriabuntur

In Psal. 35. ab ubertate domus tuæ, inquit: Ipsi filij inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, a pinguedine gratiæ Spiritus Sancti. Domus tuæ, sanctæ Ecclesiæ. Vel inebriabuntur ut oblitis flagitiis uirtutibus copulentur.

16 AVGVSTINVS exponens benedictionem Iudæ, Lauabit in uino stolam suā, &c. Pul-

Lib. 12. contra Faustū Manichæū. chriores sunt oculi eius uino, ait: Fulgere oculos eius a uino, illa in corpore eius membra, cognoscunt, quibus donatum est sancta quadam ebrietate alienatæ mentis ab infra labentibus temporalibus, æternā lucem sapientię cōtueri. Vnde cum Paulus ait, Siue mente excedimus Deo, hi sunt fulgentes oculi a uino.

Gen. 49. 1. Cor. 6.

17 IDEM explicans illa uerba: Et calix tuus

In Psal. 22. to. 8. inebrians, quàm præclarus est, ait: Et poculum tuum obliuionem præstans priorum uanarum delectationum, quàm præclarum est.

18 IDEM exponens illa uerba: Inebriabun-

In Psal. 35. tur ab ubertate domus tuæ, inquit: Hoc calice inebriati erāt martyres, quando ad passionem euntes suos non agnoscebant. Quid tam ebriū, quàm non agnoscere uxorem flentē, non filios, non parentes? Non agnoscebant, non eos ante oculos esse arbitrabantur. Nolite mirari, ebrii erant. Unde ebrii erant? Videte, acceperunt calicem, unde inebriarentur. Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam. Ergo fratres simus filii hominū, & speremus sub tegmine alarum eius, & inebriemur ab ubertate domus eius.

Psal. 115.

19 IDEM explicans illa uerba: Et uinum læ-

In Ps. 103. tificet cor hominis, sic habet: Nemo se ad ebrietatem paret; immo se omnis homo ad ebrietatem paret. Calix tuus inebrians, quàm præclarus est, nolumus dicere, nemo se inebriet. Inebriamini, sed uidete unde. Si uos inebriat calix Domini præclarus, uidebitur ista ebrietas in operibus uestris, uidebitur in sancto amore iustitiæ, uidebitur postremo in alienatione mentis uestræ, sed a terrenis in cælum. *Infra*: Et uinum lætificet cor hominis. Videtur iam dicere de spirituali uino, nā id lætificat cor hominis. Est ergo uinum, quod uere lætificat cor, & non nouit aliud, nisi lætificare cor.

Psal. 22.

20 BERNARDVS exponens illa uerba Cā-

Serm. 49. in Cant. ticorū 2. Introduxit me Rex in cellā uinariam, ordinauit in me charitatē, inquit: Habito pro uotis dulci admodū, familiariq. colloquio cum dilecto, illo abeunte spōsa regreditur ad adolescentulas aspectu ita ipsius, affatuq. refecta, accensaq. quatenus ebriæ similis appareret. Et quasi illis stupentibus nouitatē, & quærentibus causam respondit, mirū minime esse, si uino æstuaret, quæ in cellam uinariā introisset. Secundum litterā ita. Secundum spiritū quoque non negat ebriam, sed amore non uino, nisi quòd

amor vinum est. *Infra*: Introduxit me Rex in cellam vinariã. Ad Ecclesiam refertur sermo, cũ repleti Spiritu Sancto discipuli musto ebrij a populo putarentur, tunc tamquã amicus spõsi pro sponsa stans Petrus in medio eorum, dixit: Non sicut vos æstimatis hi ebrij sunt. Attende interim, quòd non omnino ebrios, sed ebrios sicut ab illo æstimati sunt, denegauit. Erant enim ebrij, sed Spiritu Sancto nõ musto. Et quasi testificarentur ad plebem reuera in cellam se fuisse vinariam introductos, rursum Petrus pro omnibus. Sed hoc est, ait, quod dictum est per Cap. 2. Prophetam Ioel, Et erit in nouissimis diebus effundam de spiritu meo super omnem carnem. Act. 2. An non tibi cella videtur fuisse vinaria illa domus, in qua erant discipuli congregati, Cum factus est repente de cælo sonus, tamquam aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam 21 domum? Et nonne vnusquisque illorum exiens inebriatus ab vbertate domus illius, & torrẽte voluptatis tãtæ potatus, dicere merito quibat, Quoniam introduxit me Rex in cellã vinariã? Sed & tu quoque si collecto tuo spiritu, mente sobria, & vacua curis orationis domum solus introeas, in Dei præsentia miserãdus deplores miserias & calamitates, quas pateris, crebris suspiriis & gemitibus inenarrabilibus prodas necessitatẽ, si perseueraueris pulsans, non egredieris vacuus. Verũ cum te nobis reddideris plenum gratia & charitate, nec poteris spiritu feruens dissimulare munus acceptum, quod sine inuidia cõmunicabis, erisq. cunctis admirãdus, poteris & ipse veraciter protestari, quia introduxit me Rex in cellam vinariã. Si quis orando obtineat diuino amore vehemẽtissime flagrãs, & æstuans iustitiæ zelo, mẽte excedat Deo, nec non & in cunctis spiritualibus studiis pernimium feruens, ita vt dicere possit, Concaluit Psal. 83. cor meũ intra me, & in meditatione mea exardescet ignis, is plane cum ex charitatis abundantia beatam, & salutarem vini lætitiæ ructare crapulam cœperit, in cellam vinariam non immerito perhibebitur introisse.

Ecclesijs ac Templis exhibenda est reuerentia maxima, de qua re parum curant homines. Cap. II.

BASILIVS explicans illa verba: Et in templo eius omnes dicent gloriam, sic habet: Audiant hæc Psalmi verba, & confusi suppudescãt ii, qui in templo prolixissima intertexunt colloquia. Quid dicit Psalmus? Qui in templo Dei est, non maledicentiam, non vanitatem, ac ne obscœnis rebus plenos sermones pronũciet, sed in templo eius quisque dicet gloriam. Assistunt angeli verba describentes, adest & Dominus affectus intrantium considerans. Preces cuiuslibet Deo manifestæ sunt. Alius ex affectu tãtum orat, alius scite, ac prudenter cælestia quærit, quidã perfunctorie, nec acri attentione, summis labris verba loquitur; cor autẽ eius longe est a Deo, etsi etiã orat; carnis tamen prosperam valetudinem, corporis bona, insuper diuitias & gloriã quærit humanam. Oportet autem nihil horum committere in templo, vt sermo Dei docet, sed in templo eius quisque dicat gloriam. Cæli enarrant gloriã Dei. Angelorũ opus laudare Deũ, omnibusq. cælestibus exercitibus vna hæc cura gloriam transcribere creatori. Reliquæ itẽ creaturæ omnes, siue cælestes, siue terrestres, seu rationales, siue rationis expertes, demũq. inanimatæ, seu voce, siue gestis, aut aliqua significatione, summũ omniũ conditorẽ Deũ extollere, ac prædicare videtur. Homines vero miserabiles relictis ædibus suis ad tẽplum concurrunt, quasi emolumenti quicquã inde laturi; cum tamen nec accõmodent aures verbis Dei, nec suæ intelligant conditionẽ naturę, nec peccato quopiã præoccupati mærore afficiuntur, ac ne tum quidem contristantur, cũ ad memoriã, quæ admiserunt, recurrunt. Nullo corripiũtur diuini iudicij metu, adeo vt sibi arridentes domũ orationis in locũ vertant effusissimæ loquacitatis, minus obtemperãtes Psalmo huic contestanti ac dicenti, In tẽplo eius omnes dicent gloriã. Tu autẽ non solum dicis, sed alteri cuipiã impedimento es, cumq. tibi vni reddis attentũ, dum obstrepero tuo clamore obtũdis, & exuperas personantẽ Spiritus Sancti doctrinam. Vide ne cum hinc emigraris, loco mercedis recipiendæ pro diuinis laudibus, vna cũ iis, qui nomen Dei execrantur, & blasphemis vocibus inceſſunt, condẽneris. Lingua psallat, mens sensum eorum, quæ dicta sunt, scruretur, vt psallas spiritu, psallas & mente. Noa enim gloriã Deus indiget, sed vult te dignum reddi, vt laudem, & gloriam promerearis. Quod enim seminat homo, hoc & metet, semina diuinæ laudis sementẽ, vt coronas, honores, laudes in Regno cælorũ metas. In Tẽplo Dei quidã nullo vnquã fine se totos effundũt in futiles & aniles nugas, ac proinde nullo suo fructu illud ingrediũntur, atque adeo vtinã frustra tantum subirent templum, non etiam magno suo incommodo.

CHRYSOSTOMVS sic habet: Optarem millies domi nostræ contẽptus esse, quã in hoc loco prædicans, tanto mihi hoc quàm illud molestius esse videtur, quãto hæc domus, quàm vestra excellentior est. Nam hic magnæ nobis sunt possessiones, hic omnis spes nostra sita est, omnia quæ hic sunt, sublimia certe sunt, atque fulgẽtia, hæc mensa pretiosior multo est, atque iucundior. Arca etiã hæc melior, quàm tua est, magisq. necessaria; non enim pretiosas vestes, sed misericordiã inclusam cõtinet, qua qui priuantur, culpa sua priuantur. Hic & lectulus est valde tuo præstantior, diuinarũ enim Scripturarum lectio omni magno lecto suauior est, & certe bene nobiscum ageretur, si nullam aliam domum præter hanc possideremus, Quod dictũ ne graue nobis videatur, recte dictũ, tria millia hominum, & quinque millia illi testantur, qui domum vnam, & mensam vnam, & animam vnam

habuerunt. Verum quoniam nimium longe a virtute illorum absumus, saltim quando huc conuenimus omni studio faciamus. Nam si in alijs rebus pauperes, & inopes non sumus, nihilominus, cũ Pax vobis, dicimus, Et spiritui tuo, non voce solum, sed animo quoque respondeatis, non ore magis, quàm mente id proferentes. *Infra*. Domus priscis temporibus Ecclesiæ erant, nunc ipsa etiam Ecclesia in domum redacta est. Nihil autem in priuata domo carnale loquebatur, nihil nunc in Ecclesia spirituale meditatur, sed huc etiã fori, & iudicij negotia introducitis. Cumque Deus loquatur non modo ipsum silentio non auditis, verum etiam contraria inferentes inculcatis, atque vtinam ad hanc vitam saltem vtilia, & ad vos ipsos pertinentia & non illa, quæ nihil ad vos pertineãt, & diceretis, & audiretis, quas ob res acerbe fleo, & numquam flendi finem faciam.

4 Hom. 74. in Matthæum. IDEM sic ait: Multi ad formas mulierũ aspiciendas in Ecclesiam veniunt, deinde non miraris, quomodo vndique fulmina non deferuntur, quomodo cuncta funditus non euertuntur. Hæc enim non fulminibus solum, sed etiam gehennæ supplicio dignissima. Verum Deus cum longanimis, & misericors sit, vt in pœnitentiam te adducat, iram suam interea retinet. Quid facis homo, mulierum speciem curiosius in Ecclesia perscrutaris, nec horrescis tanta tẽplum Dei afficiens contumelia? Prostibulum ne tibi videtur Ecclesia, & foro ignobilior? Nã in foro erubescis, etiam times, ne quis te videat mulierem sectari, in Ecclesia vero Dei, cum ipse Deus te alloquatur, & ab istis deterreat, eo ipso tempore maxime fornicatione, atque adulterio vteris, quo tibi magna voce intonatur, vt ab his fugias, nec horrescis, nec stupes. Sane multo melius esset cæcos, aut aliter ægrotos esse, quàm ita oculis turpiter abuti. Oportet quidem interiore pariete a mulieribus diseparari, verum quoniam non vultis, necessarium esse patres nostri putauerunt, saltem his ligneis parietibus vos disseparare. Audiui autem ego a senioribus non fuisse hos parietes ab initio. Apostolorum etiam tempore vna viri, & mulieres orabant, & mulieres veræ mulieres, & viri similiter viri erant. In cenaculo viri, ac mulieres simul congregati receperunt Spiritum sanctum, & cælo conuentus ille dignus fuit.

5 Hom. 35. in cap. 19. Matth. IDEM exponẽs illa verba: Domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus, vos autem fecistis illam speluncam latronum, ait: O infelicitatem nostram, o nos omni lachrymarum fonte plangendos, domus Dei facta est spelunca latronum. Ista est domus, de qua dicitur in Hieremia, Nũquid spelunca hyenæ facta est domus mea mihi. *Infra*. Vtinam de præterito populo esset tantum dictum, vtinã de Iudæis legeretur, non autem de Christianis, Domus mea, domus orationis est, vos autẽ fecistis illam speluncam latronum, & domum negotiationis, vt Ioannes ait: Si de Iudæis tantum ista dicerentur, ploraremus quidem illos, sed de nobis gauderemus. Nunc vero in multis locis domus Dei, fit domus negotiationis. Res tam manifesta est, vt expositione non indigeat. Vtinam esset obscurum, & non intelligeremus, domus Patris in multis locis domus negotiationis est.

6 Hom 24. in acta Apostolorum to. 3. IDEM ait: Et hoc profecto terribile, quod non venis ad Ecclesiam, vt saltes in ludo, & chorea, & stes sine ordine, nescis quòd cum Angelis stas, cum illis cantas, cum illis hymnos dicis, & stas ridens? Etenim non esset mirum, si fulmen demitteretur nõ solũ in illos, sed etiam in nos. Digna enim fulmine sunt hæc. Adest Rex considerare exercitũ, & tu in illorum conspectu stas, ac rides, vel ridentem negligis? Verum quamdiu obiurgamus? quandiu reprehendimus? Nonne vt damnosos, vt fures, vt corruptos, & pernicioſos tales, & innumeris malis plenos ab Ecclesia excludi oportebat? Vnde hi qui horrenda hora rident, abstinebunt a risu, vnde abstinebunt a nugis, qui in tempore bene dictionis garriunt, non reuerentur præsentes, nec Deum timent. Non sufficit nobis, quòd ipsa mente sumus ignaui, neque quòd orãtes alio euagamur, sed etiam risum, & cachinnos multos afferimus? Numquid theatrica sunt hæc, quę in Ecclesia geruntur?

7 Hom. 36. in primam epistolã Pauli ad Corinthios to. 4. IDEM sic habet: Olim domus Ecclesiæ erant, nunc vero Ecclesia domus, immo domo qualibet profana magis, nam in domo quidem ordo seruari solet. Hera thronum occupat omni cum venustate, famulæ tacitæ sedentes texunt, familiarium quisque quod imperatum est in manibus habet, hic vero magnus tumultus, magna confusio, nihilque a caupona differunt nostra, tanta turba, tantus risus, quantus in balneis, quantus in foro clamantibus, & tumultuãtibus omnibus, atque hæc quidem in vrbe nostra solum. Nam alibi ne amicum quidem, inquem post longum tempus incidisti, compellare licet, sed foris ista fiunt. & recte quidem, neque enim vnguentaria taberna Ecclesia est, aut officina forensis, sed locus Angelorum, locus Archangelorum, regia Dei, cælum ipsum. Quẽadmodum igitur, si cælum quispiam in angustũ redactum illuc inducat, etiamsi patrem, etiamsi fratrem videas, tamen præ stupore non alloquare, sic neque hic aliud quicquam quàm sancta sonare decet. Nam & hic cælum dubitas? mensam istam vide, cuius gratia constituta sit, & quapropter, cogita quis hic sit progressurus, ante progressum certe horrebis. Nam & thronum modo regis videns, animo consurgis, quisquis egressum Regis expectat, & tu igitur ante illud horrendum tempus animo tremisce, animo commoueare priusquam vela reducta, & chorum Angelorum progressum vides, in ipsum vltro cælum ascende; Sed ista profanus ignorat, alia igitur producemus. Tu igitur qui hæc ignoras, vbi prophetam ita dicẽtem audis, Hęc dicit Dominus migrato terra, cælũ tu quoque ascende, cogita quis sit, qui per illum tibi loquatur. Atqui in theatris histrione risum excitante, theatrum totum summo cum silentio sedet auscultans, atque hoc quidem silentium

nemine

7 Hom. 13. in Matthæum. Mat. 11.

Hier. 7.

Ioan. 2.

Act. 4.

Hom. 9. in epist. ad Timoth.

1. Cor. 14.

1 Homil. 5. In Psal. 28. to. 1.

nemine imperante, & nec ſtrepitus, nec clàmor, nec rumor ne minimus quidem exiſtit. 8
Domino vero cælitus de tam ſtupeſcendis rebus nobiſcum loquente canibus impudentiores ſumus, ſcortis reuerentiæ pluſquam Deo exhibemus. Inhorreſcitis cum iſta auditis, quin magis adeo facientes horreſcite. Quod de pauperum cõtemptoribus ſeorſimque edẽtibus Paulus aiebat, Nũquid domos non habetis ad manducandum? An Eccleſias Dei contẽnitis? Et confunditis eos, qui non habent. Idem mihi cum his quoque, qui hic tumultuando, clamando omnia complent, expoſtulare permittetis. Quid enim domos ad nugandum non habetis? Eccleſiam Dei contemnitis, ſi quis eſt qui modeſtus, qui tacitus eſſe velit corrumpitis? Atqui iucundum colloqui cum familiari? Eſto, ſane non veto, ſed domi, ſed foris, ſed in balneis fiat. Eccleſia enim non diſceptandi, ſed diſcendi locus eſt. Nunc autem a foro nihil differt, & ſi non ſit temerarium dictu fortaſſe nec ſcena ipſa, adeo proſtitutis ſcortis petulantius, quæ huc mulieres congregantur, ſeſe comunt, & ſine dubio non paucos etiam hic ſollicitant homines intemperatos. Si quis corrumpere matronam conatur, locum hunc maxime idoneum putat. Emere quid, aut mercari lubet, magis idonea Eccleſia eſt, quàm forum. Sæpius enim de his rebus hic, quàm in ipſis offi cinis loquuntur. Dicere vis male, audire mala vis, etiam hoc frequẽtius hic, quàm foris. Ciuilium domeſticorum negotiorum ſermonem quæris, non eſt cur ad iudicium accedas, ſunt enim hic, hic ſunt qui accuratius adeo etiam iſta tibi exponant, omnia denique facilius hic quàm Eccleſiam deprehendas. *Infra*: Si ſilere non potes, exi ne alijs obſtes. Vnam in Eccleſia velut vnius corporis eſſe vocem oportet, ſemper itaque, & qui prælegit loquitur ſolus, & ipſe qui epiſcopatum tenet, ſedet interim ſilẽs, & qui pſallit, pſallit ſolus, & vbi omnes ſuccinuerunt, velut vno ex ore vox defertur, & qui verba populo facit, facit ſolus. Quòd ſi multi multa, & diuerſa inculcent, quid nos tumultuamur fruſtra? certe enim niſi me de tantis rebus temere, fruſtraque loquentem crederetis, numquam de inutilibus, & friuolis vos hic tantum effutiretis.

1. Cor. 11

9 Hom. 9. in epiſt. 1. ad Thimoth.

IDEM explicans illa verba: Mulieri docere non permitto, ait: Magnam a mulieribus beatiſſimus Paulus verecundiam exigit, dum ſilere perpetuo imperat. Nihil inquit, in Eccleſia loquatur mulier. Id quod, & ad Corinthios ſcribens dixit, Turpe eſt mulieribus in Eccleſia loqui. *Et infra*. Si quid autem diſcere volunt domi viros ſuos interrogẽt. At nunc ingens vbique tumultus, maximus clamor, collocutio plurima, atque confuſa, neque vſquam alibi tantum loqui mulieres, neque in foro, neque in balneis, quantum intra Eccleſiam videas, quaſi ob hoc ipſum eo conueniant, vt quæ velint, licite loqui poſſint, ita inutilibus fabulis occupatæ ſunt omnes, idcirco permixta ſunt omnia, ordoque confuſus eſt. Adeo autem, inquit, oportet illam ſtudere ſilentio, ne non modo de ſecularibus rebus, verum deſpiritualibus quidẽ nõ loquendũ ſibi in Eccleſia noverit. *Infra*: Eſt quippe ferme loquax muliebris ſexus, idcirco omni ex parte fluentem reſtringit, ac comprimit.

1. Cor. 14.

10 Serm. 1. ex 25. varijs primi tomi

IDEM inquit: Quid facit homo? Non promiſiſti ſacerdoti, qui dixit, Surſum corda, & dixiſti, Habemus ad Dominum? Non reuereris, & erubeſcis? Et illa ipſa hora mendax inueniris. Papæ! menſa myſterijs inſtructa eſt, & agnus Dei pro te immolatur, ſacerdos pro te angitur, ignis ſpiritualis ex ſacra mẽſa refluit, Seraphim adſtant ſex alis faciem tegentia, omnes incorporeę virtutes pro te cũ ſacerdote intercedunt, ignis ſpiritualis e cælo deſcendit, ſanguis in cratere in tuam purificationem ex immaculato latere hauſtus eſt, & non erubeſcis, reuereris, & confunderis, neque Deum tibi propitium facis? Centum ſexaginta octo horas habente hebdomada vnam, & ſolam horam ſibipſi ſegregauit Deus, & hanc in opera ſæcularia, & in ridicula inſumis? *Infra*. An non vides eos, qui corruptibili temporali, ac terreno Regi aſſiſtunt, quàm ſint immobiles, non loquentes, non oculos huc, & illuc mittentes, ſed mæſti, territi, lugentes? Ex ipſis documentum accipite homines, & ſic aſſiſtite Deo quaſi terrenum Regem acceſſuri. Multo magis cæleſti Regi cum timore adſtare oportet. Hoc ſæpe dico, & dicere non ceſſabo, donec correctos videam. Ingredientes in Eccleſiam, vt decet Deũ accedamus.

11 Serm. 6. in dedicatione Eccleſię

BERNARDVS ait: Vere Dominus eſt in loco iſto, dixit Iacob dormiens, cum vidiſſet Angelos aſcendentes, & deſcendentes. Miratur gratiam, & dignationis magnitudinem expaueſcit. Quàm terribilior eſt iſte locus, quàm euidentius certiuſque Dominus eſt in loco iſto, vbi nimirum non modo duo, aut tres, ſed tam multi in ipſius congregati nomine perſeuerãt. Terribilis plane locus, & dignus omni reuerentia, quem fideles viri inhabitant, quem Angeli ſancti frequentant, quem ſua quoque præſentia Dominus ipſe dignatur. Vere Dominus eſt in loco iſto, vbi in eius nomine homines ſimul, & Angeli congregantur. *Infra*. Teſtantur ſacræ litteræ in paradiſo olim poſitum primum Adã, vt operaretur, & cuſtodiret illum. Sic ſecundus Adam in Eccleſia, in loco iſto, in horto deliciarum ſuarum (ſiquidem deliciæ ſuæ eſſe cum filijs hominum) in loco iſto, vt operetur, atque cuſtodiat. Porro Angelos aſcendentes, & deſcendentes ſunt in loco iſto. Aſcendentes, vt videant faciem Patris, deſcendentes, vt prouideant nobis. Quid ergo nos? Quomodo hic eſſe debemus, in quanta reuerẽtia ſtare in loco iſto, vbi Deus eſt operans, & ſeruans aſcendentes, & deſcendentes?

Gen. 28.

12 Lib. 2. officiorum ca. 29. to. 4.

AMBROSIVS oſtendit, quantum iuuandæ ſint viduæ, & templum debeamus reuereri aducens exemplum 2. Machab. 3. quando Heliodoro volente tollere depoſita viduarum apparuit eques armis præfulgens aureis, & duo alij iuuenes, qui flagellis eum cædebant vſquedum pene emitteret ſpiritum, qui adiutus precibus, & oratione Oniæ recepto ſpiritu hoſtiã Domino obtulit, & Oniæ ſacerdoti gratias egit & reuerſus ad Regem dixit. Si quem habes hoſtem, aut inſidiatorem rerum tuarum, illuc eum dirige, & flagellatum recipies eum, &c. ibi ponit aliam hiſtoriam vide, &c.

13 Lib. 2. de virginibus to. 4.

IDEM damnat loquẽtes in Eccleſia, & ait: Maxima eſt virtus tacendi præſertim in Eccleſia. Nulla te diuinarum ſententia fugiet lectionum, ſi autem admoneas, vocem premas. Conſeruabat enim Maria, vt legimus omnia in corde ſuo, quæ de Filio dicebantur, & tu cum legitur aliquid, quo Chriſtus, aut venturus annunciatur, aut veniſſe oſtenditur, noli fabulando ob ſtrepere, ſed mentem admoue, an quidquam eſt indignius, quàm oracula diuina circũſtrepi, ne audiantur, cum gentiles idolis ſuis reuerentiã tacendo deferant? vnde illud exemplum proditur Alexandro ſacrificante Macedonum Rege puerulùm barbarum, qui ei lumen accenderat excepiſſe ignẽ brachio, atque aduſto corpore manſiſſe immobilem, nec dolorem prodiſſe gemitu, nec tacito pœnam indicaſſe fletu, tanta in puero barbaro fuit diſciplina reuerentiæ, vt naturam vinceret. Frequens ſermo eſt, cum plurima ranarum murmura religioſæ plebis auribus obſtreperent ſacerdotem Dei præcepiſſe, vt conticerent, ac reuerentiam ſacræ deferrent orationi, tunc ſubito circumfuſos ſtrepitus quieuiſſe, ſilent igitur paludes, homines non ſilebunt, &c.

Eccleſia Catholica varie comparatur, in qua mali permixti ſunt bonis. Cap. III.

1 Hom. 3. in Hieremiã to. 2.

ORIGENES explicans illa verba ex capite 50. Aperuit Dominus theſaurum ſuum, & protulit vaſa iræ ſuæ, ſic habet: Quæro de alia ſcriptura vaſa iræ Dei, ibique inuenio Apoſtolum mihi ſubijcientem vaſa irę Dei. Ait enim. Si autem volens Deus oſtendere iram ſuam, & notam facere potentiam ſuam pertulit vaſa iræ in multa patientia, vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam. Generaliter Apoſtolus omnes homines diuiſit bifariam, dicens quoſdam eſſe vaſa miſericordiæ, & quoſdam vaſa iræ. Verbi gratia, Pharaonem, & Aegyptios vaſa iræ, rurſus eos, qui in tempore de Iudæis, & gentibus crediderunt, vaſa miſericordię nuncupauit. Sunt ergo in theſauro Dei vaſa iræ, ſcriptum eſt enim, Aperuit Dominus theſaurum ſuum, & protulit vaſa iræ. Quis eſt iſte theſaurus Domini, in quo vaſa iræ inueniuntur? Theſaurum Domini ego confidens dicam eſſe Eccleſiam eius, & in iſto theſauro, ideſt Eccleſia ſæpe homines latitare, qui ſunt vaſa iræ. Veniet igitur tempus, quando aperiat Dominus theſaurum Eccleſiæ, nunc enim clauſa eſt Eccleſia, & vaſa iræ, cum vaſis miſericordiæ inhabitant, & paleæ cum frumento ſunt, & piſces perdendi, ac proijciendi, cum bonis piſcibus, qui in retia incideranr, continentur. Quam cum aperuerit iudicij tempore, & protulerit exinde vaſa iræ ſuæ, dicet forſitan is, qui eſt vas miſericordiæ de egredientibus vaſis iræ ſuæ, Ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis, quia ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent vtique nobiſcum. 1. Cant. 10

2 Hom. 4. in c. 6. Eſaiæ to. 1.

CHRYSOSTOMVS vocans Eccleſiam nauem, ait: Nauem detrahamus veli loco expandentes linguam, pro zephyro ſpiritus gratiam inuocantes, pro temone, clauoque cruce gubernatrice vtentes. Nam mare quidem illud habet aquam ſalſam, hoc autem aquam viuam. Illic enim ſunt animalia rationis expertia, hic vero animæ rationales. Illic qui nauigant e mari in terram, hic vero qui nauigant e terra in cælum appellunt. Illic nauigia, hic eloquia ſpiritualia, illic zephyri flatus, hic ſpiritus præſentia, illic homo gubernator, hic vero gubernator Chriſtus; eoq. ſane iactatur quidem nauis, at non mergitur. Poterat quidem & in tranquillo nauigare, verum non paſſus eſt gubernator, quo ſimul, & nauigantium perſpicias tolerantiam, & gubernatoris prudentiã plenius cognoſcas. A quàm multis oppugnata eſt Eccleſia, nec vnquam tamen uicta? Quot tyranni, quot duces, quot imperatores? Auguſtus, Tiberius, Caius, Claudius, Nero, homines litteris ornati, potentes, tot modis oppugnarunt recentem, ac teneram, at non deiecerunt. Quin potius, qui oppugnarunt, ſilentur obliuioni traditi, illa vero oppugnata cælum tranſcendit. Neque enim id mihi ſpectato, quod in terris ſita eſt Eccleſia, ſed quòd in cælo verſatur. In cælo Eccleſia radices fixas habet, potius quàm in terra. Facilius eſt ſolem extingui, quàm Eccleſiam obſcurari. Eſt enim cælo honoratior Eccleſia. Quare conditum eſt cælum? Propter Eccleſiam. Eccleſia non eſt condita propter cælum? cælum conditum eſt propter hominem, non homo propter cælum.

3 Hom. 3 in ca. 1. Matt. to. 2.

IDEM ſic habet: Et conſidera quæ in Ruth facta ſunt, & inuenies noſtri figuram fuiſſe. Hæc enim erat alienigena, & in extremam delapſa pauperiem, ſed videns eã Booz, nec ob ipſius paupertatem deſpexit, nec ob impietatem gentis exhorruit: ſicut etiam & Chriſtus Eccleſiam ſuſcipiens, & alienigenam, & magnorum oppreſſam egeſtate bonorum ſuo conſortio copulauit. Sed quemadmodum Ruth illa ex alienigenis mulier, niſi prius reliquiſſet parentes, niſi domum contempſiſſet, & gentem, & patriam, atque cognatos numquam profecto tali fuiſſet nobilitata connubio, ita Eccleſia etiam non ante amabilis efficitur ſponſo, quàm priorem conuerſationem relinquat. Quod Propheta quoque ad ipſam loquens, ait: Obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui, & concupiſcet Rex decorem tuum. Hoc enim Ruth etiam

etiam feciſſe legitur, & idcirco in Eccleſiæ ſimilitudinem, mater regum effecta eſt. Ipſius enim ex ſtirpe Dauid alijque Reges fuerunt.

4 Hom. 23. ex imperfecto, in c. 8. Matthæi. IDEM explicans illa verba: Aſcendẽte Ieſu in nauiculam, &c. ſic dicit. Non dubium eſt nauem iſtam Eccleſiam figuraſſe, ſecundum quod per Salomonem de ea Spiritus ſanctus loquitur dicens, Facta eſt quaſi nauis inſtitoris de longe portans panem ſuum, ideſt, Eccleſia quæ nauigantibus Apoſtolis, gubernante Domino, flante Spiritu ſancto, prædicationis verbo vbique diſcurrit portans ſecum magnum, & inæſtimabile pretium, quo omne genus hominum, nec potius totum mundum ſanguine Chriſti mercata eſt. De quo alio quoque loco idem

Prou. 31.

Sap. 5. Salomon retulit dicendo, inter cetera veſtigiũ nauis pelagizantis inueniri non poſſe, oſtendens conuerſationem Eccleſiæ non terrenam

Phil. 3. eſſe, vel ſæculi, ſed cæleſtem dicente Apoſtolo, Conuerſatio noſtra in cælis eſt. Mare ſæculum intelligitur, quod a diuerſis peccatis, & varijs tentationibus, velut quibuſdã fluctibus æſtuat. De quo ſcriptum legimus, Hoc mare magnum,

Pſal. 103 & ſpatioſum manibus, illic reptilia, quorum nõ eſt numerus, animalia puſilla cum magnis. Venti autem nequitiæ ſpirituales intelliguntur, qui ad naufragium Eccleſiæ per diuerſas ſeculi tentationes velut per fluctus maris deſæuiunt. Dormire vero Dominus in hac naui tunc intelligitur, cum ad probationem fidei Eccleſiam ſuam preſſuris, & perſecutionibus mundi iſtius tempore permittit. Oratio vero diſcipulorum, & excitantium Dominum, & auxilium implorantiũ vt liberarẽtur, preces ſanctorũ omniũ intelliguntur, qui orta tempeſtate perſecutionis, ſæuiente diabolo, & Angelis eius, deuota fide, ac iugi oratione patientiam Domini velut de ſomno excitant, vt miſericordiæ ſuæ auxilio per timorẽ humanę infirmitatis periclitãtibus ſubuenire dignetur, quo increpatis vẽtis immũdis ſcilicet ſpiritibus, & mitigata omni ſeculi tẽpeſtate, Eccleſiam ſuam in pace, & tranquillitate reſtituat. *Infra*: Vnde quamuis infeſtatione inimici Eccleſia, vel ſæculi tempeſtate laboret, quibuſuis tentationum fluctibus pulſetur naufragium facere non poteſt, quia Filium Dei habet gubernatorem. Inter ipſos enim turbines mundi, inter ipſas ſæculi perſecutiones, plus gloriæ ac virtutis acquirit, dum in fide firma, & indiſſolubili permaneat. Nauigat enim inſtructa fidei gubernaculo, felici curſu per huius ſeculi mare, habens Deum gubernatorem, Angelos remiges, portans choros hominũ ſanctorum, erecta in medio ipſa ſalutari arbore crucis, in qua Euangelicæ fidei vela ſuſpendens flante Spiritu ſancto, ad portum paradiſi, & ſecuritatem quietis æternæ deducitur. Et hæc nauis quamuis per hoc tempus vitę, per has tẽtationes ſæculi nauiget, non eſt tamen ſæculi nauis, ſed Dei. Eſt enim, & alia ſeculi nauis, non Dei, ideſt collectio hæreticorum, quæ ſibi huius nomen Eccleſiæ vendicat. Aduerſum quam diẽ iudicij futurum Eſaias manifeſte declarat dicens, Dies, inquit, Domini aduerſus omnem

Eſa. 2. contumelioſum, & ſuperbum, & poſt aliquantulum ait, & aduerſus omnem nauem maris, ideſt omnem Eccleſiam hæreticorum. De qua alibi idem Eſaias retulit, dirupti ſunt, inquit funes tui, quæ non valuit arbor tua, inclinauerunt vela tua, & non laxabunt vela tua. Nauem vero hanc maris eſſe dixit, quia huiuſmodi Eccleſia nõ Dei eſt, ſed ſæculi, quæ licet habere in ſe prædicationem dominicæ crucis videatur, inualidam tamen hanc arborem eius oſtendit, quia vbi non eſt veritas fidei, infirma crucis aſſertio eſt. Vnde inclinata, & laxata vela eius ſunt oſtenſa, quòd nullo flatu ſancti Spiritus diriguntur. Et ideo huiuſmodi nauis, hoc eſt Eccleſia hæreticorum amiſſo veræ fidei gubernaculo, dominantibus aduerſis ſpiritibus in naufragium mortis æternæ demergitur, quæ gubernari a Chriſto Domino non meretur.

Eſai. 33.

6 In dialogo contra Luciferianos to. 2. HIERONYMVS ſic habet: Arcæ Noe Eccleſiæ typus fuit dicente Petro Apoſtolo, in arca Noe pauci, ideſt octo animæ ſaluæ factæ ſunt, quod & nunc nos ſimilis formæ ſaluos facit baptiſma; vt in illa omnium animalium genera, ita & in hac vniuerſarum, & gentium, & morum hominis ſunt. Vt ibi pardus, & hædus, lupus, & agni, ita & hic iuſti, & peccatores, ideſt vaſa aurea, & argentea cum ligneis, & fictilibus cõmorantur. Habuit arca nidos ſuos, habet Eccleſia plurimas manſiones. Emittitur de arca coruus, & non redijt, & poſtea pacem terræ columna nunciat, ita & in baptiſmate Eccleſiæ, tæterrimo alite expulſo, ideſt diabolo pacem terræ noſtræ columba Spiritus ſancti nunciat. Periclitata eſt arca in diluuio, periclitatur Eccleſia in mundo. Egreſſus Noe vineam plantauit, & bibens de ea inebriatus eſt, natus quoque in carne Chriſtus Eccleſiam plantauit, & paſſus eſt. Nudatum patrem irriſit maior filius, & minor texit, & Deum crucifixũ illuſerunt Iudæi, & honorauerunt Gentiles. Non ſolum in Eccleſia morantur oues, nec aues tantum mundæ volitant, ſed frumentum in agro ſeritur, & inter nitentia culta lappæque, & tribuli, & ſteriles dominantur auenæ. Hæc ſunt vaſa iræ, & miſericordiæ, quæ in domo Dei ab Apoſtolo prędicantur. Veniet ergo dies quando theſauro Eccleſiæ aperto proferet Dominus vaſa iræ ſuę, quibus exeuntibus ſancti dicent, Ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis, ſi enim fuiſſent ex nobis, manſiſſent vtique nobiſcum. Si iam mundata eſt Eccleſia, quid Domino reſeruamus? Eſt via quę videtur eſſe apud homines recta, nouiſſima autem eius veniunt ad profundum inferni.

IDEM exponens illa verba: Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit, vitulus, & leo, & ouis ſimul morabuntur, & puer paruulus minabit eos. Vitulus & vrſus paſcentur, ſimul requieſcent catuli eorum, & leo quaſi bos comedet paleas, ait: Pardus qui prius non mutabat varietates ſuas lotus in fonte Domini accubuit cum hædo, non qui a ſiniſtris eſt, ſed qui immolatur in Paſcha Domini. Et hoc notandum, quòd non aguus, & hædus habitent & accubent cum lupo, & pardo, ſed lupus, & pardus, agni & hædi imitentur innocentiam. Leo quoque prius ferociſſimus, & ouis, & vitulus pariter morabuntur. Quod quotidie cernimus in Eccleſia, diuites, & pauperes, potentes, & humiles, Reges, atque priuatos pariter commorari, & a pueris parnis, quos Apoſtolos intelligimus, & apoſtolicos viros imperitos ſermone, ſed non ſcientia regi in Eccleſia. *Infra*. Quam diuerſorum prius morum coniunctionem, etiã beatus Apoſtolus Petrus in vaſe linteo quod de

Act. 18. cælo dimiſſum eſt, ſe vidiſſe teſtatur, habente quattuor principia, quæ quattor mundi plagas intelligimus, vt repletam terram Dei ſcientia cognoſcamus. In quo vaſe erant quadrupedia, & ſerpentes, & beſtiæ, & volatilia cęli, vt quod arca in diluuio, hoc Eccleſia præſtet in mundo.

8 Lib. 3. in c. 11. Zachariæ. 9 Epiſt. 119. alias 111. Pſal. 10. Pſal. 88. 10 Lib. de ca. baptizan. dis. cap. 4. 11. Eſaiæ to. 4.

7 IDEM comparans Eccleſiam malo granato, ait: Nihil hoc pomo pulchrius, in rubore Eccleſiæ ſignificat verecundiam, in granorum ordine gradus & membra totius corporis per ſingula officia diſtributa.

In cap. 13. Zachariæ. IDEM explicans illa verba: In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hieruſalem in ablutionem peccatoris, & mẽſtruatæ, ſic habet. De hoc fonte, qui egreditur de domo Dauid, & in Ezechiele Propheta ſcribitur, quòd erumpat fons in domo Domini, & crescat in fluuium, qui appellatur remiſſionis, & indulgentiæ, & pergat ad ſolitudinem, & ad mare, quod nunc vocatur mortuum, piſceſque omnes viuificet, & ex vtraque ripa fluminis varij generis conſurgant arbores, per ſingulos menſes ſemper nouis fructibus abundantes. Et vt ſciamus, domum hoc eſt templum Dei, ipſam eſſe domum Dauid, quæ in Ezechiele domus Dei, & hic fons de domo Dei egrediens appellatur refertur ad Eccleſiam, vt omnes renaſcamur in Chriſto, & in aqua baptiſmatis noſtra nobis peccata donentur. Nihil immundius mẽſtruata, quæ quicquid attigerit immundum facit, & huius tamen ſordes Chriſti abluuntur baptiſmate.

AVGVSTINVS ſic ait: Eccleſia adhuc in iſta mortalitate carnis conſtituta propter ipſam mutabilitatem, Lunæ nomine in ſcripturis ſignatur. Vnde eſt illud, parauerunt ſagittas ſuas in pharetra, vt ſagittent in obſcura Lunæ rectos corde, obſcura videtur Eccleſia in tempore peregrinationis ſuæ, inter multas iniquitates gemens, & tunc ſunt timendæ inſidiæ fallacium ſeductorum, quas nomine ſagittarum intelligi voluit. Vnde alio loco propter nuncios fideliſſimos veritatis, quos vbique parit Eccleſia, dicitur, Luna teſtis in cælo fidelis.

IDEM ait: Reprobos ad tempus portat Eccleſia, ſicut area vſque ad tempus ventilationis paleam ſuſtinet, ſi non ſe correxerint, & propter futuram ſempiternam requiem Chriſtiani eſſe cœperint, in fine ſeparabuntur. Nec ſibi blandiantur, quòd in area poſſunt eſſe cum frumento Dei, quia in horreo cum illo non erunt, ſed igni debito deſtinabuntur. *Infra*. Frumentum in comparatione palearum valde pauciorem habet numerum. Sed ſicut agricola nouit, quid faciat de ingenti acerno paleæ, ſic nihil eſt Deo multitudo peccatorum, qui nouit, quid de illis agat, vt adminiſtratio regni eius ex nulla parte turbetur, atque turpetur. Duæ itaque ciuitates vna iniquorum, altera ſanctorum ab initio generis humani vſque in finem ſæculi perducuntur, nunc permixtæ corporibus, ſed volũtatibus ſeparatæ ſunt. Omnes enim homines amantes ſuperbiam, & temporalem dominationem, cum pompa arrogantiæ, omneſque ſpiritus, qui talia diligunt, ſimul vna ſocietate deuincti ſunt, morum, & meritorum ſimilitudine coniunguntur, & ſi ſæpe aduerſum ſe pro his rebus terrenis dimicent. Et rurſus homines omnes humiliter Dei gloriam quærẽtes ad vnam pertinent ſocietatem.

11 Lib. 13. de Ciuit. Dei cap. 21. to. 5 IDEM ſic ait: Poſſumus paradiſum terre ſtrem Eccleſiam vocare, ſicut de illa legitur in Cantico Cãticorum, Emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum, cum pomorum fructibus. Quattuor autem paradiſi flumina quattuor Euangelia, ligna fructifera ſanctos, fructus autem eorum opera eorum, lignum vitæ Sanctum ſanctorum Chriſtum, lignum ſcientiæ boni, & mali proprium voluntatis arbitrium.

12 Lib. 20. de Ciuit. Dei cap. 17. IDEM intelligit de Eccleſia locum Apocalypſis 21. & ciuitatem magnam Hieruſalem nouam vidi deſcendentem de cælo a Deo aptatam quaſi nouam nuptam ornatam viro ſuo. Et audiui vocem magnam de throno dicẽtem, Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipſi erunt populus eius, & ipſe Deus erit cum eis. De cælo deſcendere iſta ciuitas dicitur, quoniam cæleſtis eſt gratia, qua Deus eam fecit. Et de cælo quidem ab initio ſui deſcẽdit, ex quo per huius ſęculi tẽpus gratia Dei deſuper veniente per lauacrum regenerationis in Spiritu ſancto miſſo de cælo, ſubinde ciues eius accreſcunt.

13 Lib. 12. contra Fauſtũ Manichæũ to. 6. IDEM inquit: De lignis quadratis arca Noe fabricatur, ſicut Eccleſia de ſanctis conſtituitur ad omne opus bonum ſemper paratis. Quadratum enim quacumq. verteris firmiter ſtat. Quòd bitumine glutinantur arcæ ligna intrinſecus, & extrinſecus, vt in compage vnitatis ſignificetur tolerantia charitatis, ne ſcandalis Eccleſiam tentantibus, ſiue ab eis, qui intus ſunt, ſiue ab eis, qui foris ſunt, cedat fraterna iunctura, & ſoluatur vinculum pacis. Eſt enim bitumen fortiſſimum, & violentiſſimum gluten ſignificans dilectionis ardorem vi magna fortitudinis ad tenendam ſocietatem ſpiritalem omnia tolerantem. Quòd cuncta animalium genera in arca clauduntur, ſicut omnes gentes quas etiam Petro demonſtratus diſcus ille ſignificat, Eccleſia continet. Quòd, & munda, & immunda ibi ſunt animalia, ſicut in Eccleſia boni, & mali verſantur. Quòd ſeptena ſunt munda, & bina immunda, non quia pauciores ſunt mali quàm boni, ſed quia boni ſeruant vnitatem ſpiritus in vinculo pacis, ſanctum autem ſpiritum diuina ſcriptura in ſeptiformi operatione commendat. Mali autem in bina-

Gen. 6. Act. 19. Eph. 4.

rio

rio numero ad schisma faciles, & quodam modo diuisibiles ostenduntur. Quod præter arcam omnis caro quam terra sustentabat diluuio cõsummata est, quia præter Ecclesiæ societatem nihil valet ad salutem.

14 Hom. 18. in Apocalyp. to. 9. IDEM sic habet: Ciuitas quam Ioannes Apocalypsis 21. cap. vidit, Ecclesia est, Ecclesia autem aurea est, quia fides eius velut aurum splendet, vitrum autem ad puritatem fidei retulit, quia quod foris videtur hoc est, & intus, & nihil est simulatum. In medio plateæ eius fontem baptismi ostendit. Et ex vtraque parte fluminis lignum vitæ faciẽs fructus duodecim. Hoc de cruce Domini dixit, nullum est lignum, quod omni tempore fructificet, nisi crux quam gestant fideles, qui rigantur aqua Ecclesiastici fluminis, & reddunt fructum perpetuum omni tempore.

15 Lib. de Abraham Patriarcha ca. 9. to. 1. AMBROSIVS loquens de Rebecca, quæ descendit ad fontem, & dedit potum Eliezer, & camelis suis, dicit Rebeccã significare Ecclesiã, virgo enim est, quia nulli viro nisi soli Christo est iuncta, speciosa valde, quia spõsus speciosus præ filijs hominũ, habet hydriã qua lauat actus hominum, ideoque habuit, quod daret sitientibus, quia credidit, & non solum puerum, sed etiam camelos adaquauit, ideſt, quia non solum iustos, sed etiam iniustos satiat. Samaritana autem illa venit ad fontem, sed non descendit, vidit fontem, sed non impleuit hydriam, quia qui extra Ecclesiam sunt, non habẽt vnde actus suos lauent, sola ergo Rachel cognouit fontem verũ, de quo Dauid, Quia apud te est fons vitæ, &c.

Ioan. 4.

Psal. 35.

16 Lib. de Salomone ca. 3. to. 1. *Prou. 30.* IDEM explicat tertium, quod Salomon dicit se ignorare videlicet, viam nauis in mari. Nauem ait, Ecclesiam debemus accipere in salo mundi istius constitutam, quę crebris ventorum fluctibus, ideſt tentationum plagis, & verberibus fatigatur, quam turbidi fluctus, ideſt, huius sæculi potestas conatur ad saxa perducere, quæ etsi vndarum procellis sæpe vexetur, tamen numquam potest sustinere naufragium, quia in arbore eius, ideſt in cruce Christus exigitur, in puppi Pater residet gubernator, prorã Paracletus seruat spiritus. Hanc per angustã huius mundi freta duodeni in portum remiges ducunt, ideſt duodecim Apostoli, & similis numerus Prophetarum, inde Mõtani latratũ falsi carminis tamquã Scyllã, inde Photinianã Charybdim in ista naue Ecclesiæ ea feliciter præterimus, inde Arrium archipiratã, qui nos per mare sæculi ad instar Pharaonis insequitur non timemus, illam stellam seruantes in cælo, quæ Magos perduxit ad Christum; de hac naui Ecclesię præcipitatũ Marcionẽ mare absorbuit, in de Sabellius pirata nos non cepit, inde nobis aquilo nocere non poterit, quamuis inde sint antichristi violenta flabra ventura, sicut scriptũ est, Ex aquilone exardescent mala, inde syrtes gentilium, & periculosas hæreses, & scopulos euitamus, quos superiacens aquæ tenuis occultat allapsus, quia Hæretici sub prætextu nominis Christiani absconsa perfidię saxa fallaci confessione oris obducunt, in quæ homines impingunt, dum illis, quòd Christiani sint credunt, &c. Hæc ergo nauis Ecclesia est, quæ etsi quotidie sæculum istud tamquam aliquod pelagus fortitur infestum, numquam eliditur ad saxum, nec mergitur ad profundum. Sed quod ait, vias nauis nauigantis proprie significat, quod in tempore miro modo persecutionis comprehendi omnino non possit, quemadmodum vinida per interitum, & diues per damna reddatur: sicut in persona ipsius Psalmographus ait, In tribulatione dilatasti me, &c.

Hier. 1.

Psal. 4.

17 Serm. 16. in Psal. 118. to. 2. IDEM super illud, Oculi mei defecerũt in salutare tuum, explicat illud Cant. 4. Capilli tui sicut gregis caprarum, &c. de Ecclesia loquens, ait: Vides quòd in altis grex iste pascitur, itaque vbi alijs præcipitia, ibi capris nullũ periculum, vbi alius periculum, ibi gregis huius alimentum, ibi cibus dulcior, ibi fructus electior, &c. Spectantur a pastoribus suis dumosa de rupe pendentes, vbi luporum incursus esse non possunt, &c. ideo elegit eas Spiritus sanctus, quibus cœtum venerabilis Ecclesiæ compararet, & vt mystice audias, capillamentum verbi est altitudo, & eminentia quædam iustarum animarum, quoniam sensus sapientis in capite eius, in altitudine enim cogitationis humanæ certum est esse sapientiam, &c. Dentes tui, &c. Iustis non carnis humanæ officia, sed diuinæ gratiæ munera prædicantur. Qui sunt igitur iustarum dentes animarum, nisi qui informem, ac durum accipientes cibum, vel frigidũ plerumque, vel supra modum calentem, nunc comminuunt, nunc fouent, nunc temperant, prout qualitas fuerit alimentorum? dura comminuunt, ne asperitas litteræ in testamento, & sæcularis intellectus rigor, nisi fuerit spirituali dente solutus vitalia ipsa interclusis meatibus ciborum salutarium, & gulam quandam animæ in curiosa edacitate suffocet. Par est igitur, vt diuidas primum, & si solida tibi videtur esca, quæ sumitur, & distinguas eam, atque emollitã sine noxa aliqua animæ in omnia eius membra naturali diuisione transfundas, vt vitalem succum omne eius corpus epuletur, nihil cadaueroſum, nihil mortuum ore tuo sumas, ne dicatur, Sepulchrum patẽs est guttur eorum, sed virtuum haurias verbum, vt in tuæ mentis visceribus possis operari, hi dentes super lac candidio res, quia dentes iustorum sunt, &c.

Gen. 49.

Ecclesia, quæ licet multum impugnetur, non est deiecta, caretque antiqua pulchritudine, quam quisque suo modo debet iuuare. Cap. IIII.

1 ORIGENES exponens illa verba: Et audierũt omnes Reges Amorrhęorũ, & qui trans Iordanem, & qui in montanis, & qui in campis, & qui super ora maris magni, & qui erant in Antilibano, & Cethęi,

Hom. 9. in c. 8. & 9. Ioſue to. 1.

Cethæi, & Amorræi, & Chananæi, & Pherezæi, & Hiebusæi, & conuenerunt in vnum, vt expugnarent Iesum, & Israel simul, sic habet: Ex ijs quæ gesta sunt visibilibus, nostri Domini Iesu Saluatoris bella, ac triũphos, quos egerit contemplemur. Conuenerunt enim Reges terræ, senatus Populusque, & principes Romani, vt expugnarent nomen Iesu, & Israel simul. Decreuerunt enim legibus suis, vt non sint christiani. Omnis ciuitas, omnis ordo, christianorum nomen impugnat. Sed sicut tunc omnes illi Reges conuenientes contra Iosue nihil facere potuerunt: ita vel principes, vel potestates istæ contrariæ, vt non christianorum genus latius, ac profusius propagetur, obtinere non valebunt. Scriptum namque est, quia quanto magis eos humiliabant, tanto magis plures fiebant, & inualescebant valde. Confidimus autem quia non solum non nos poterunt obtinere visibiles inimici, & aduersarij nostri, verum etiam visibiliter Iesu Domino nostro vincente conterentur satanas sub pedibus seruorum eius. Illo enim duce semper vincent sui, ita vt nos dicamus sicut in Esdra scriptum est, Quia a te Domine est victoria, & ego seruus tuus, benedictus es Deus veritatis.

1 Esdr. 4.

2 Lib. quæſt. in Geneſim to. 3. HIERONYMVS exponens illa verba: Domini sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem, inquit: In Hebræo ita habetur, Domini sunt afflicti terræ. Afflictos terræ Hebræi pauperes spiritu, & humiles corde intelligunt, super quos Dominũ orbem posuisse dicunt, quia eorum meritis terram stare autumant.

3 In epiſt. de celebratione Paſchæ. to. 9. *Pſal. 10. Coloſſ. 3.* IDEM ait: Ecclesia adhuc in ista mortalitate carnis constituta propter ipsam mutabilitatem Lunæ nouæ appellatione in scripturis significatur. Vnde est illud, Parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscura Lunarectos corde. Prius enim quàm fiat illud, quod dicit Apostolus, Cũ autem Christus apparuerit uita vestra, tunc & vos apparebitis cũ ipso in gloria, obscurabitur Ecclesia in tempore peregrinationis suæ inter multas iniquitates gemens, & tunc sunt timendæ insidiæ fallacium seductorum, quas nomine sagittarum intelligi voluit. Vnde alio loco propter nuncios fidelissimos veritatis, quos vbique parit Ecclesia, vt eam tueãtur dicitur, Luna testis in cęlo fidelis. Et cum de regno Domini Psalmista caneret, Orietur, inquit, in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec auferatur siue interficiatur Luna, ideſt, abundantia pacis intantum crescet, donec omnem mutabilitatem mortalitatis absumat. Perfecta pax tunc erit cum corruptibile hoc induerit incorruptibilitatem. Sunt, & alia testimonia scripturarum quæ nobis ingerunt per commemorationem Lunæ Ecclesiæ significationem, quæ in ista mortalitate ab illa Hierusalem, cuius ciues sunt Angeli sancti in ærumnis, & laboribus peregrinatur.

Pſal. 88. Pſal. 71.

4 Lib. 16. in Eſaiæ c. 54. IDEM explicans illa verba: Et vocaberis ædificator maceriæ, aut sepium cõuertens semitas in quietẽ, ait: Aedificator sepiũ est, qui se opponit Dei iracundiæ sæuienti. Et Symmachus transtulit. Murum opponens cædenti, qualis fuit Moyses, & Aaron, & Samuel, qui iræ Domini restiterunt, & quasi ædificato muro in dignationi eius posuerunt terminũ. Quod, & Hieremiæ dicitur, ne occurrat Domino, ne iræ eius velit resistere, & indignationem ita precibus quasi quodã muro intercludere. Et Moysi quasi teneretur ab eo Dominus, Dimitte me, inquit, & percutiam populum istum. Istiusmodi ergo ædificator sepium, & murorum conuertet semitas in quietem, vt nequaquã Dei ira desæuiat, sed placatus sit eis Dominus, & omnes indignationes eius conquiescant.

Exod. 32.

5 Lib. 17. in cap. 62. Eſa. IDEM exponens illa verba: Super muros tuos Hierusalem constitui custodes, tota die, & tota nocte perpetuo non tacebunt, qui reminiscimini Domini ne taceatis, & ne detis silentiũ ei, donec stabiliat, & donec ponat Hierusalẽ laudem in terra, sic habet: Hic introducitur persona Dei loquentis ad Hierusalem ideſt Ecclesiã primitiuorum, & eam quæ in Apostolis, & per Apostolos ædificata est. Super muros tuos constitui custodes, quos Apostolos vel omnes principes eius atque doctores accipere possumus. Qui custodiunt muros Ecclesiæ, ne aduersarius noster diabolus, qui quærit quomodo possit intrare, occasionem accipiat ad gregem Domini deuastandum. Qui custodes nec diebus debent nec noctibus tacere, nec in lætis, nec in tristibus, sed semper Domini clementiam deprecari, vt grex illius, & muri Hierusalem custodiantur, & vallentur eius auxilio. Vnde, & ad eosdẽ custodes sermo dirigitur. O uos qui recordami ni Domini, eiusque clementiam die ac nocte precibus fatigatis, cauete ne vnquam in ore vestro sileat oratio. Ne detis silentium, ei, subauditur Domino, sed semper molesti sitis opportune, & importune, & imitemini interpellatricem duri iudicis. Nec tacendum est donec stabiliat, & ponat Hierusalem laudem in terra, quod fit, cum correcta fuerit Ecclesia.

6 Lib 12. in c. 40. Ezec. IDEM inquit: Ego in tabernaculum Dei pelles caprarum pilosque offeram, vnde peccatorum spinæ, & aculei protegantur, & arceantur pluuiæ, & tempestates, alius qui dines est pro qualitate meritorũ vel ferrum, vel æs, vel argentũ aurũq. & pretiosissimos lapides offerat, & nõ nostra quia sunt minora cõtemnat, sed proprijs gaudeat opibus. *In quibus verbis docere intendit Hieronymus quòd fideles omnes iuuare debent Ecclesiam vnusquisque pro suo posse, sicut ad opus tabernaculi alij offerebant pelles, alij aurum & pretiosissimas gemmas, sic Ecclesiam alij multis laboribus, meritis ingentibus adiuuant, alij verò minora offerunt, grata tamen Deo inter quos ex humilitate se numerat Hieronymus, qui magnopere Ecclesiam iuuit.*

7 Lib. 3. in c. 14. Zachar. to. 5. IDEM explicans illa verba: Et erit in die illa exibunt aquæ viuæ de Hierusalem, in æstate, & in hieme erunt, ait: Ita erunt aquæ istæ, vt nec gelu constringantur hiemis, nec æstatis nimio calore ficcentur. Aqua quæ egreditur de Hierusalem hoc est de Ecclesia, doctrinam indicat Saluatoris. De Siõ enim exiuit lex, & verbũ Domini de Hierusalem, iuxta illud quod alibi scriptum est, Repleta sunt omnia scientia Do-

Eſa. 2. Eſai. 11.

mini, sicut aqua multa operiens mare. Istæ aquę viuentes Ecclesiæ, & in pace, & persecutione manare non cessant. In quo perpetuitas, & stabilitas Ecclesiæ intelligenda est.

8 In c. 9. Iob to. 7. IDEM explicans illa verba: Sub quo curuantur, qui portant orbem, inqnit, Portantes orbem recte sancti intelliguntur, qui gloria meritorum suorum magni, & potentes sunt apud Deum. Hi ergo cordis humilitate ad interueniendũ pro peccatoribus in conspectu eius sunt incuruati. Ita sancti portant mundũ, dum eũ ne ruat, ac pereat, orationum fortitudine sustinẽt.

9 In lib. annotationum in Iob, to. 4 AVGVSTINVS exponens illa verba cap. 29. Quis mihi tribuat, vt sim iuxta menses pristinos, secundum dies, quibus Deus custodiebat me, sic habet: Hæc ex persona dici videntur Ecclesiæ. Eo enim tempore, quo Dominus erat in terra, nulla erat sollicitudo, quamuis adhuc populo paruo Christiano, nulla sollicitudo, ne aut a malis male gubernaretur Ecclesia, aut schismatum laniaretur insidijs. Loquitur itaque Iob ex persona hominis, hoc est populi ad nouum testamentum pertinentis, desiderantis illos dies sicut prędixerat Dominus. *Infra.* Quãdo lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei, vel vt Augustinus legit, Cũ flueret per vias meas butyrum, ideſt, per mores meos exultatio fidei, & bonorũ operũ fluebat.

10 In Psal. 23. to. 8. IDEM explicans illa verba: Quia ipse super maria fundauit eam, & super flumina prępa rauit eam, sic ait: Cum clarificatus Dominus annunciatur in fidem omnium gentium, & vniuersus orbis terrarum sit Ecclesia eius. Ipse super maria fundauit eam, ipse firmissime stabiliuit eam super omnes fluctus sæculi huius, vt ab ea superentur, nec nocerent ei. Et super flumina præparauit eam. Flumina in mare fluunt, & cupidi homines labuntur in sæculum. Etiam istos superat Ecclesia quæ deuictis per Dei gratiam cupiditatibus sæcularibus, ad recipiendũ immortalitatis claritatem parata est.

11 In Psal. 76. IDEM explicans illa verba: Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ, inquit: Rectæ insulæ multæ dicuntur omnes Ecclesiæ. Quare insulæ? quia circundantur fluctibus omnium tentationum. Sed quomodo insula circumstrepentibus vndique luctibus mundi tundi potest, frangi non potest, magis magisque ipsa frangit fluctus venientes, quàm frangantur ab eis, sic & Ecclesiæ Dei pullulãtes per totũ orbem terrarum passæ sunt persecutiones vndiq. frementum infidelium, & ecce stant insulæ, & iã placatũ est mare, ideo iucundentur insulæ eius.

12 In Ps. 128. IDEM explicans verba illa: Sæpe expugnauerunt me a iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi, sic habet: Ecclesia loquitur de his, quos tolerat. Ex quo vocantur sancti, est Ecclesia in terra. Aliquando in solo Abel erat Ecclesia, & expugnatus est a fratre malo & pessimo Cain. Aliquando in sola domo Noe Ecclesia erat, & pertulit omnes, qui diluuio perierunt, & sola arca natauit in fluctibus, & euasit ad siccũ. Aliquando in solo Abraham Ecclesia erat, & quanta pertulit ab iniquis nouimus. In solo Loth, & in domo eius in Sodomis Ecclesia erat, & pertulit Sodomorum iniquitates, quousque Deus eum de medio ipsorum liberauit. Cœpit esse, & in populo Israel Ecclesia, pertulit Pharaonem, & Aegyptios. Cœpit & in ipsa Ecclesia, ideſt in populo Israel numerus Sanctorum Moyses, & ceteri sancti, pertulerunt iniquos Idæos. *Infra*: Modo dicit Ecclesia, Sæpe expugnauerunt me a iuuentute mea. Sed non timẽs dicat, Etenim non potuerunt mihi. Numquid ideo non peruenit Ecclesia ad senectutem, quia non cessauerunt illi expugnando? numquid delere potuerunt? consoletur seipsam Ecclesia de præteritis exemplis, & dicat, sæpe expugnauerunt me a iuuentute mea, etenim non potuerũt mihi. Quid est non potuerunt mihi? Non potuerunt mihi fabricare, non potuerũt mihi, ideſt nõ illis consensi ad malum. Ideo enim malus persequitur bonum, quia nõ illi consentitad malũ.

13 Serm. 79. in Cantica BERNARDVS explicans illa verba: Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illũ in domum matris meæ, sic ait: Ita est ex tunc, & deinceps non deficit genus humanum, nec fides de terra, nec charitas de Ecclesia. Venerũt flumina, flauerunt venti, & impegerunt in eam, & non cecidit eo quòd fundata esset supra firmam petram, petra autem erat Christus. Itaq. nec verbositate philosophorum, nec cauillationibus hæreticorum, nec gladijs persecutorum potuit ista, aut poterit aliquando separari a charitate Dei, quæ est in Christo Iesu, adeo fortiter tenet, quem diligit anima sua, adeo illi adhærere Deo bonum est. Quid hoc tenacius glutino, quod nec aquis eluitur, nec ventis dissoluitur, nec scinditur gladijs? Denique aquæ multæ nõ potuerunt extinguere charitatem. Tenui eum, nec dimittã. Nec minus forsan ille teneri vult, cũ perhibeat dicẽs, Deliciæ meę esse cum filijs hominum. Quodque pollicens ait: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad cõsum mationem sæculi. Quid hac copula fortius, quæ vna duorum tam vehementi voluntate firmata est? Tenui eum, inquit. Sed nihilominus ipsa vicissim tenetur ab eo, quem tenet, cui alibi dicit, Tenuisti manum dexteram meam. Tenet fidei firmitate, tenet deuotionis affectu. At nequaquam diu teneret, nisi teneretur, teneretur autem potentia, & misericordia Domini.

1. Cor. 10. Prou. 8. Matt. 28.

Ecclesia primitiua qualis erat, & eadem in fine sæculi nimis destituta est bonis, ac oppressa. Cap. V.

1 Hom. 3. in acta Apostolorum CHRYSOSTOMVS ait: Antiquorum Ecclesia talis erat, qualis est in cælis, nihil habens rerum mundanarum, nõ parietibus, non marmoribus, sed feruore eorum, qui conuenerant relucens.

2 Hom. 3. & 6. in primam epist. Pauli ad Corinthios tom. 3. IDEM sic habet: Cælum Ecclesia tunc fuit spiritu cuncta administrante, cũcta Ecclesiæ capita moderante, afflatu suo vnumquemque corripiente. Nunc vero vestigia tantum illarum rerum tenemus. Videtur Ecclesia hodie mulieri, quæ mansuetudine veteri exciderit, similis, quæque symbola tantum felicitatis illius referat quædam, arcas, & scrinia rerum prætiosissimarum adhuc seruans, thesauro destituta, huic similis Ecclesia hodie videtur. Neque de donis hoc dico, neque enim referebat admodum, si illis solis careremus, sed de vita, de virtute. Viduarum multitudo, virginum chorus, Ecclesiæ totius ornamẽtum quondam euanuit nunc, nunc nihil est prorsus, symbola extãt quędam, sunt enim, & nunc viduæ, sunt & virgines, sed ornamento isto carent, quo indutos esse genus hoc certaminis ingressos oportet. Nam hoc tunc præclarum virginum insigne fuit diuina cogitare, sola, & felix quædam sedulitas omni tristitia vacans, & viduæ non tantum hoc argumentum fuit fecundis nuptijs non conglutinari, sed hospitalitatis studiũ in pauperes, constãtia precum, & reliqua omnia, quæ Paulus ad Timotheum scribens plane requirit. Iam quæ nuptæ sunt hodie magnam venustatem ostendunt quidem, atqui non est hoc, quod quæritur solum, studio in miseros diligenti est opus, quo præsertim matronæ veteres splendebant, nõ eo modo quo nostræ. Illæ auri loco misericordiæ officijs velut mundo quodam uestiebantur, nostræ relictis his, e vitiorum catena funiculis aureis implexis vndique cinguntur. Scriniũ aliud paterni thesauri exinanitum hodie, dicã. Quondam psallebant in vnum omnes, facimus & nos, sed tunc vna omnium mens, cor omnium vnũ fuit, hodie ne vna quidem in mente concordiã vllã reperias, sed bellis vndique omnia feruẽt. Pacem, & nunc episcopus velut paternã domũ ingressus omnibus optat, sed pacis eius nomẽ frequens quidem extat, res prorsus nulla. Tunc etiam domus Ecclesiæ erant, nũc vero Ecclesia domus, immo domo qualibet profana magis.

3 Hom. 2. in opus ad Tit. IDEM sic habet: Antiquis viris vita omnis erat operosa, totaque in labore, atque in certamine, nobis autem non sic, sed tempus omne per negligentiam ducimus. Nouerant profecto illi, ideo se in hunc mundum fuisse deductos, vt placita ei, qui se condiderat, gererent, illique per bona opera placere studerent, nos quasi idcirco fuerimus conditi, vt comedamus, & bibamus, ac delicijs operam demus, ita nullam spiritualium rerum rationẽ habemus. Non autem de solis Apostolis loquor, verum, & de his, qui post illos fideles euasere, denique eos omnes in spicias præsentem vitam viatorum more percurrere, idque sibi opus peculiare feciſſe, vt sem per velut peregrini, atque hospites essent non habentes in terra ciuitatem.

4 Hom. 6. in opus ad Ephes. IDEM ait: Antiquorum temporum discipuli meliores erant, quàm nunc sunt doctores, qui tunc in medijs populis, & a tyrannis minarum insultus passi, omnesque in vniuersum fere mortales hostium loco habentes, neque tamen vel tantillum deiecti, aut a sentẽtia deflexi sunt. Audi quippe quid Philipẽsibus dicat, Quoniam vobis inquit, datum est pro Christo, vt non solũ in ipsum credatis, sed & pro illo patiamini. Et Thessalonicensibus iterũ, Quoniã inquit, imitatores estis Ecclesiarum Dei, quæ in Iudæa sunt.

Et Hebręis scribẽs dicit, Et direptionẽ facultatum vestrarum cũ gaudio accepistis. Colossensibus autem testimoniũ fecit dicẽs, Mortui estis & vita vestra abscondita est cũ Christo in Deo. Et hos ipsos multa tulisse pericula testatur. Galatis vero scribẽs dicit, Tãta passi estis sine causa, si tamẽ sine causa. Et vides istos omnes iustitię studio deditos fuisse. Et Corinthijs quos multis modis culpauerat dicit, Sed zelum vestrum, sed desiderium vestrũ. Et quæ rursus de his rebus ad eos dicit, illa nũc nec in doctoribus quisquam deprehenderit. Itaque illa omnia cessarunt, ac perierunt.

Heb. 10. Colos. 3. Gal. 3. 2. Cor. 7.

5 Lib 8. in c. 24. Esaiæ to. 7. HIERONYMVS explicans illa verba: Quomodo si paucæ oliuæ, quæ remanserint, excutiantur ex olea, & racemi, cũ fuerit finita vindemia, sic habet: In his verbis significatur paucitas sanctorum, quæ in fine mundi erit, & paucitas eorum baccis oliuarum rarissimis comparatur, quæ cum excussæ fuerint, atque demessæ, vix paucæ remanent in ramorum cacumine, & quomodo cum fuerit finita vindemia solent pauperes egestate cogente vacuas circuire vites, & pauca vuarum grana colligere.

6 Lib. 2. in c. 7. Michææ to. 5. IDEM explicans illa verba: Væ mihi quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ, non est botrus ad comedendũ. Periit Sanctus de terra, & rectus in hominibus non est, sic habet: Vbique insidiæ, vbique fraudulentia, innoxius sanguis effunditur, prę auaritia, & libidine germanitas ignoratur. Qui enim optimus inter eos est, quasi paliurus pungens vulnerans appropinquantem sibi, & qui rectus fuerit inuentus quasi spina de sepe, vt ibi inueniatur dolor, vbi putabatur auxiliũ. *Infra*: Vbi nos legimus, Væ mihi, quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemię, Septuaginta trãstulerunt, Væ mihi, quia factus sum sicut qui cõgregat stipulã in messe. Quę locum sunt, qui ad cõsummationẽ referant sęculi, quã & significanter messem interpretantur, & dicunt illo tempore hãc Prophetiam posse compleri, quãdo multiplicata iniquitate refrixerit charitas multorum, & veniens Filius hominis rarã fidẽ inuenerit super terrã, tunc enim quasi post messem stipulã, & quasi post vindemiam racemos vix in his reperiri, qui fidẽ in omniũ vastitate seruauerint, vocemque hanc ex persona Christi Domini putant de sequentibus approbari. Væ mihi. Perijt reuerens (vertunt septuaginta) de terra. Hoc ad magnitudinem scandalorum cunctis corruentibus debet referri. Omnes in sanguine iudicãtur. Non in leuibus paruisque peccatis, sed in maximus, & ad sanguinẽ pertinentibus. In malũ manus suas præparant (70. interpretes) vt etiã qui malũ facere nõ potuerit, tamen dum manus præparat, voluntate delinquat.

7 In c. 2. Sophoniæ. IDEM explicãs illa verba: Et ponet speciosã in solitudinẽ, & in inuiũ, & quasi desertũ. Et accubabũt in medio eius greges, omnes bestię gẽtium, & onocrotalus, & heritius in liminibus eius morabuntur, vox cantãtis in fenestra, coruus in superliminari, quoniam attenuabo robur eius, inquit. De Ecclesia videtur prima fronte

esse blasphemũ, quod ea futura sit inuia & deserta, & bestię habitẽt in ea, & postea ei cũ insultatione dicatur, Hęc est ciuitas malis dedita, quæ habitabat in spe, quæ dicebat in corde suo, Ego sum, & non est prẽter me amplius, quomodo facta est in solitudinẽ pascua bestiarum? Sed qui cõsiderauerit illud Apostolicũ, in quo dicitur,

2. Tim. 3. In nouissimis tẽporibus instabũt tempora pessima (vel vt nos legimus, periculosa) & erũt homines sui amatores, auari, arrogantes, superbi, blasphemi, parentibus non obediẽtes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, accusatores, intẽperantes, crudeles, odio habẽtes bonũ, proditores, temerarij, inflati, voluptatũ amatores, magis quã Dei, habẽtes formã pietatis, virtutẽ

Matt. 24. autem eius abnegãtes. Necnon & hoc, quod in Euãgelio scriptũ est, quòd multiplicata iniquitate refrigescet charitas multorũ in tantũ, vt in

Luc. 16. illo tẽpore impleatur, Putas cum venerit Filius hominis, inueniet fidem in terra? nõ mirabitur de extrema Ecclesię vastitate, quòd regnante antichristo redigẽda sit in solitudinẽ, & tradenda bestijs, & passura quęcumque nunc Propheta

Thoma. 15. describit. Si enim Deus propter infidelitatem naturalibus ramis non pepercit, sed fregit eos, & posuit flumina in desertũ, & fontes aquarum in sitim, terrã frugiferam in salsuginẽ a malitia habitantiũ in ea, cur non econtrario eos, de quibus dixerat, Posuit desertũ in stagna aquarũ, &

Psal. 106. terrã sine aqua in fõtes aquarũ, & collocauit ibi esurientes, & quos inseruit de oleastro in radicẽ bonæ oliuæ, si immemores beneficij recesserũt a conditore suo, & adorauerũt Assyriũ, euertat, & ad eandẽ sitim reducat, in qua prius fuerãt.

8 IDEM exponens illa verba: Et erit in die illa, non erit lux sed frigus, & gelu, ait: Manifeste hæc verba de secundo Saluatoris prędicãtur aduentu, quando non erit lux, sed gelu, refrigerata omnium charitate, & præ multitudine malorum, quæ superuentura sunt, frigescentibus cunctis, & calorem pristinæ fidei perdentibus.

Lib. 3. in c. 14. Zachariæ.

9 AVGVSTINVS exponens illa verba: Et pedes eius similes aurichalco tamquam in camino ardenti, ait: In pedibus ignitis Ecclesia intelligitur, quæ imminente die iudicij nimietate pressurarũ probanda, & igne examinanda est. Et quia pes nouissima pars est corporis, & pedes ignitos dixit esse, ideo in pedibus Ecclesiã nouissimi temporis esse dixit multis tribulationibus velut aurum in fornace probãdã. Quam rẽ qui bene considerat, iam nunc ex multitudine iniquitatũ fieri videt. Ideo aurichalco similauit, quod exæret, & igne multo, & medicamine perducitur ad auri colorẽ, sic Ecclesia per tribulationes, & oppressiones purior redditur.

Hom. 1. in Apocalyp. to. 9.

Lib. de rectitudine catholicæ cõuersationis. IDEM inquit: Vigilate sollicite, quia quãto proximiorem finem mundi diabolus prospicit, tanto crudelius contra Christianos sæuit, vt qui cito se damnandũ cognoscit, plures sibi in pœna multiplicet, cũ quibus vtiq; sine fine crucietur.

10 Serm. 42. in Cantica. BERNARDVS explicans illa verba: Dũ esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum, inquit: Primitiuę Ecclesiæ potes hũc congruentissime aptare sermonem, si recordaris dies illos, quibus assumpto Domino, vbi erat prius, & sedente in dextera Patris illo suo nobili, & antiquo accubitu, discipuli erant congregati in vnum, perseuerantes in oratione, cum mulieribus, & Maria matre Iesu, & fratribus eius. Nonne tibi videtur reuera, tunc temporis nardum paruulæ, & trepidantis sponsæ dare odorẽ suum? An cũ factus esset repente de cælo sonus tamquã aduenientis spiritus vehemẽtis, & replete totã domũ, vbi erant sedentes, an non meritò paupercula, tũc dicere potuit, Cum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suũ?

11 In epistola 137. ad dominum Paulinum Augustinum. IDEM sic habet: Quis mihi det antequam moriar videre Ecclesiã Dei, sicut in diebus antiquis, quando Apostoli laxabant retia in capturam, non in capturam argenti, vel auri, sed in capturam animarũ? Quam cupio illius te hereditare vocẽ, cuius adeptus es sedem? pecunia tua tecum sit in perditionem. O vox tonitrui, o vox magnificentiæ, & virtutis, ad cuius terroré confundantur, & conuertantur retrorsum omnes, qui oderunt Sion. Hoc vehementer expectat, & omnino expetit a te mater tua, hoc filij matris tuæ pusilli cum maioribus desiderant, hoc suspirant, vt omnis plantatio, quã non plantauit Pater cælestis, tuis manibus eradicetur. Ad hoc enim constitutus es super gẽtes, & regna, vt euellas, & destruas, & ædifices, & plantes. Iam securis ad radicẽ arborũ posita est. Tempus putationis aduenit, in quo sacramenta sterilia recidentur, vt ea, quæ prævalẽt, vberius fructum afferant. Confortare igitur, & esto robustus, manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum.

12 In serm. ad pastores in synodo. IDEM inquit: Merito clamat sancta Ecclesia hodie, ecce in pace amaritudo mea amarissima. Multa est hodie, & longe grauior, quam credi possit persecutio sanctæ Ecclesiæ, & talis incumbit, qualis a principio non fuit. Multis modis persecutus est eam diabolus, sed numquam grauius, quàm hodie, quia numquam fuit maior perditio Christianorum, nec liberior, aut securior transgressio diuinorum præceptorum. Ecclesiam incipientẽ persecutus est per tyrannos, proficientem persecutus est per hæreticos, iam lætam, & florentem prosequitur per motus illicitos. Fuit ergo amaritudo Ecclesiæ amara quidem in persecutione tyrannorũ, sed amarior in versutia hæreticotũ, sed amarissima hodie per prauitatem desideriorũ. Pacem habet Ecclesia apud extraneos, sed filij nequã, filij scelerati sæuiunt in ea, qui propriã matrem euiscerant, vt se pariant in honorem. Pacem vbique habet exteriorẽ, sed interiorẽ in paucis habet, quia vbique, aut quasi vbique iudicio rationis non consentit voluntas, sed captiuam eam ducit in lege peccati. Euigilate iusti, abijcite diabolum, & sedem Dei expurgate, quia iustitia, & iudicium correctio sedis eius.

Esa. 38.

13 Lib. de bono mortis cap. 3. & 10. AMBROSIVS in fine capitis ait: Comparatur vtero mulieris partus huius sæculi, quo niã fortiores sunt, qui in virtute iuuẽtutis nati sunt, infirmiores qui tẽpore senectutis, defecit enim multitudine generationis hoc sæculũ tãquam vulua generantis, & tamquam senescens creatura robur iuuentutis suæ vel marcenti jã virium suarum vigore deponit, &c.

Ecclesia firma est, quam Dominus fundauit, & ditauit, quæ etiã traditionibus gubernatur. Cap. VI.

1 Lib. de Spiritu sancto ad Gratianum Augustum Epistolarum Ico nycap. 27. tom. 2.

BASILIVS vt probet traditiones Ecclesiæ, sic habet: Dogmata, quæ in Ecclesia prædicantur quædam habemus e doctrina scripto prodita, quædã rursus ex Apostolorum traditione in mysterio, idest in occulto tradita recepimus. Quorum vtraque parem vim habent ad pietatem, nec his quisquam contradicit, quisquis sane, vel tenuiter expertus est, quæ sint iura Ecclesiastica. Quod genus est, vt eius quod primum est, & vulgatissimum primo loco commemorem, vt signo crucis eos, qui spem collocarunt in Christum signamus, quis scripto docuit? Vt ad orientẽ versi precemur, quæ nos docuit scriptura? Inuocationis verba cum oftenditur panis Eucharistiæ, & poculum benedictionis quis sanctorũ in scripto nobis reliquit? Neque enim his contenti sumus, quæ commemorat Apostolus, aut Euangelium, verum alia quoque, & ante, & post dicimus tanquam multum habentia momenti ad mysterium, quæ ex traditione citra scriptum accepimus. Consecramus autem aquam baptismatis, præterea ipsum qui baptismum accipit, ex quibus scriptis? Nonne a tacita secretaque traditione? Reliqua item quæ fiunt in baptismo veluti renuntiare Satanæ, & Angelis ex qua scriptura habemus? Nonne ex doctrina, quam patres nostri in silentio, quod curiosos, & otiosos submouet seruarunt? Pulchre quidem illi nimirum docti arcanorum venerationem silentio conseruari. Nam quæ nec intueri fas est non initiatis, quomodo conueniebat horum doctrinam publicitus circumferri scripto? Aut quid tandem sibi voluit magnus ille Moyses, quæ non omnia, quæ erant in templo, passus sit omnibus esse peruia, sed profanos extra sacros cancellos statuit, sed priora atria purioribus permittens, Leuitas solos dignos censuit numinis ministerio, mactationes autem, & holocaustomatum oblationes reliquumque ministerium sacerdotibus assignauit, atque vnum ex omnibus selectum in adyta recepit, at ne id quidem semper, sed vno tantum die quotannis, rursus, & huius diei certam horam qua fas esset ingredi præstituit, quo propter nouitatem, & insuetudinem cum stupore intuerentur sancta sanctorum, probe sciẽs pro sua sapientia res vsu tritas expositas esse contemptui, ceterum ei, quod sepositum est, quodque rarum est, huic natura coniunctam esse summam admirationem, ac studium. Ad eundem profecto modum, & qui in primordijs Ecclesiæ certos ritus prescripserunt Apostoli, & patres in occulto silentio voluerunt suam seruare dignitatem. Neque enim omnino mysterium est, quod ad populares, ac vulgares aures effertur. Hæc est ratio cur quædam citra scriptum tradita sunt, ne dogmatum cognitio propter assuetudinem vulgo veniret in contemptum. Est autem silentij species etiam obscuritas. Hanc ob causam omnes prospicimus ad orientem, cum precamur, pauci tamen nouimus, quod id facientes antiquam requirimus patriam videlicet paradisum, quem plantauit Dominus in Eden ad orientem. At in Dominica die erecti perficimus deprecationes, sed rationem non omnes nouimus. Non solum enim quod velut simul, cum Christo resuscitati, quæ sursum sunt quærere debemus, sed quòd is dies videatur aliquo modo imago venturi sæculi. Necessarium igitur in hoc die Ecclesia suos alumnos docet stantes absoluere preces suas, vt assidua commonitione vitæ illius numquam de situræ, non negligamus ad eam demigrationem parare viaticum. Quin & totum tempus vsque ad Pentecosten admonitio est resurrectionis, quam in illo sæculo expectamus. Insuper & quoties genua flectimus, & rursus erigimur, ipso facto ostendimus, quòd ob peccatum in terram delapsi sumus, & per humanitatem eius, qui creauit nos, in cælum reuocati sumus. Deficiet mihi dies, si Ecclesiæ mysteria citra scriptum tradita pergam recensere. 3

4 Lib. 1. in c. 9. Prouerb. to. 7. HIERONYMVS explicans illa verba: Sapientia ædificauit sibi domũ, inquit: Sapientiæ domus Ecclesia Christi est, ex lapidibus viuis hoc est sanctis in tabernaculum sibi constructa? Columnæ autem doctores sanctæ Ecclesiæ septiformi spiritu pleni, quas nimirum columnas sapientia excidit, quia ab amore præsentis sæculi seiunctas ad portandam eiusdem Ecclesiæ fabricam mentes prædicantium erexit. Immolauit victimas suas. Suis passionibus Ecclesiam consecrauit. Miscuit vinum, & proposuit mensam. Diuinitatis suæ arcana capere non valentibus, assumptæ humanitatis sacramenta patefecit, & scripturæ sacræ pabulum nobis aperiẽdo præparauit. Venite comedite panẽ meũ, & bibite vinum, quod miscui vobis. In pane corpus Domini, in vino mixto sanguinis sacrosancti mysteriũ, quo in altari mensa videlicet eius satiamur, ostenditur.

5 In Psal. 86. to. 7. Apoc. 21 Esai. 62. IDEM exponens illa verba: Diligit Dominus portas Sió super omnia tabernacula Iacob, ait: Hæc de Ecclesia, super omnes ciuitates Iudæ istam tantũ diligit ciuitatẽ. Ista est ciuitas, de qua in Apocalypsi legimus, quòd ædificatur ciuitas Hierusalẽ, & duodecim portæ ipsius dicũtur esse de duodecim lapidibus pretiosis constructæ, & ipsa ciuitas de cælo descẽdit, & dicuntur muri eius aurei, & dicuntur plateæ eius stratæ esse smaragdo, & dicuntur singulæ portæ ex singulis lapidibus pretiosis. Hæ sunt totæ Domini diuitię, & hoc diligit Dominus, quod & homines? Prohibet Dominus auaritiam, & ipse de auaritia construit ciuitatẽ. Mihi videntur portæ Sion esse virtutes: Sicut enim portæ mortis sunt peccata, ita portæ Sion videntur mihi esse virtutes. Super omnia tabernacula Iacob. Videte quomodo Iacob hoc est vetus populus non habet domũ a fundamẽtis positam, sed tabernacula, quæ cito pertranseunt. Glorioſa dicta sunt

de te ciuitas Dei. In omnibus Prophetis dictum est de hac ciuitate, quę est Ecclesia. Esaias dicit, Exurge exurge Hierusalē induere fortitudinē brachij tui. Iterū ipse Esaias, Ego ciuitas firma, ciuitas quæ non oppugnatur. Dicit, & Dauid, Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Et in alio loco, Domine in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Et Saluator gloriosa locutus est de hac ciuitate, Non potest ciuitas abscondi supra montem posita.

Cap. 45. Psal. 45. Psal. 72.

6 Lib. 1. in c. 2. ad Titum to. 6.

IDEM explicans illa verba: Qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum egregium sectatorem, vel æmulatorē bonorum operum, inquit: Christus Iesus, magnus Deus noster atque Saluator redemit nos sanguine suo, vt sibi christianum populum peculiarem faceret, qui peculiaris tunc esse posset, si bonorum operum sectator, & æmulator existeret.

7 Lib. 17. de Ciuit. Dei c. 4. to. 5.

AVGVSTINVS ait: Quando Dauid Saule reprobato ita regnum primus obtinuit, vt eius deinde posteri in terrena Hierusalem diuturna successione regnarent, dedit figuram rei gestæ significans, quod non est silentio prætereundum rerum mutationem, vbi sacerdotium regnumque mutatum est, per sacerdotem eundemque Regem nouum, ac sempiternum, qui est Christus Iesus. Nam, & Heli sacerdote reprobato substitutus est in Dei ministerium Samuel, simul officio functus sacerdotis, & iudicis, & Saule abiecto Rex Dauid fundatus in regno, hoc quod dico figurauerunt. Mater quoque ipsa Samuelis Anna, quæ prius fuit sterilis, & posteriore fœcunditate lætata est prophetare aliud non videtur. *Infra*: Dicat ergo Ecclesia Christi, ciuitas regis magni, gratia plena, prole fœcunda, dicat quod tanto ante de se prophetatum per os huius pię matris Annæ agnoscit, Confirmatum est cor meum in Domino, & exaltatum est cornu meum in Deo meo, lætata sum in salutari tuo, dicat hoc Ecclesia, Quia nō est sanctus sicut Dominus, & non est iustus sicut Deus noster, tamquam sanctus, & sanctificans, iustus, & iustificans, non est sanctus præter te, quia nemo fit nisi abs te.

8 Lib. 22. de Ciuit. Dei.

IDEM inquit: Vt in exordio generis humani de latere viri dormientis costa detracta femina fieret, Christum, & Ecclesiam tali facto iam tunc prophetari oportebat. Sopor quippe ille viri, mors erat Christi, cuius exanimis in cruce pendentis latus lācea perforatum est, atque inde sanguis, & aqua profluxit, quæ sacramenta esse nouimus, quibus ædificatur Ecclesia. Nam hoc etiam verbo scriptura vsa est, vbi non legitur, Formauit aut finxit, sed ædificauit eam in mulierem.

9 Lib. 5. Hexameron c. 2. to. 1.

AMBROSIVS: Producant, aquæ reptilia, &c. ait: Plura in mari, quam in terra animantia sunt, & ea quæ timemus in terris, amamus in aquis, & noxia in terris, in aquis innoxia sunt, atque ipsi angues sine veneno. Leo terribilis in terris, dulcis in fluctibus. Quid loquar coruorum? quid etiam luporum teneritudines? nescit hos lupos agnus timere. Hoc ipsum quid miraris, si in Ecclesia aquæ operantur, vt prædonum abluta nequitia cum innocentibus comparentur, & propheticum illud Ecclesiæ conueniat, Lupi, & agni simul pascentur, leo & bos simul paleas manducabunt, &c. *Esai. 65.*

10 Lib. de benedictionibus Patriarcharum cap. 5. to. eod. *Gen. 49.*

IDEM benedictionem Zabulon exponit de Ecclesia, quæ habitat iuxta mare immunis periculi, vt spectet alios fluctuantes in freto istius mundi, qui circumferuntur omni vento doctrinæ ipsa fidei radice immobilis perseuerat. Circa fluctus itaque habitat Ecclesia, vt si qui tempestatibus acti confugere ad portum velint, præsto sit Ecclesia tamquam portus salutis, quæ expansis brachijs in gremium trāquillitatis suæ vocet periclitantes locum fidæ stationis ostendens dicens, Ecce credentibus refugium præparatum, quo ventis quassata nauigia possunt se subducere. In his Ecclesijs sunt principes Zabulon, & principes Nephtalim, vt dicitur Psal. 67. Isti sunt, qui cum essent in tenebris lucem viderunt magnam, sicut Propheta Esaias testatur dicēs, Terra Zabulō, & terra Nephtalim, via maris trans Iordanem, populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam, qui sedebant in regione vmbræ mortis lux orta est eis, hæc prætendit terminos vsque ad Sidonem, hoc est vsq. ad gentes peruenit, vt Domini misericordia peccata abluat nationū. Sidon enim primitiuus est Filius Cham. Patris ergo liberatio nocturna tamquam in excubijs posita propugnaculi spiritualis, ne quis scopulosa vitæ huius itinera possit incidere prætendit vsque ad grauissimorum criminum peccatores, & vbi maior reatus erat, ibi nunc vberior sit gratia, &c. *Esa. 9.*

Ecclesiā ex gētibus Deus elegit, synagoga reiecta, ipsius culpa. Cap. VII.

1 Hom. 8. in lib. Iudicū. to. 1.

ORIGENES inquit: Cum videamus quòd in primo signo, quod Gedeon postulauit, ros cecidit super uellus lanæ, in omni autem terra facta est siccitas, & in secundo super omnem terram cecidit ros, siccitas autem fuit in vellere, in quo, & fiduciam accipit Gedeon, quia Dominus in manu eius saluū faciat Israel, videnda est huius mysterij ratio, de qua memini etiam quendam ex prædecessoribus meis in libellis suis vellus lanæ populum dixisse Israel, reliquam autem terram, reliquas gētes posuisse, & ros qui cecidit super vellus verbum Dei esse, quod illi soli populo cælitus fuisset indultum. Supra solum namque Israel ros diuinæ legis aduenerat. Siccitatem autem habebant omnes gentes, quia nullus eis humor diuini infundebatur eloquij. Secundi vero ratio signi in contrarium permutatur, in quo ait vt supra omnem terram ros descendat, supra vellus autē maneat siccitas. Vide omnem hunc populum, qui per omnem terram ex gentibus congregatus est habentem nunc in se rorem diuinum. Vide eum Moysi rore infundi, Prophetarū litteris irrorari. Vide eū etiā in Euangelico, & Apostolico

lico humore viridantē. Illud autem vellus, ideſt Iudaicum populū ſiccitatem, & ariditatē verbi Dei patientem, ſecundum quod ſcriptum eſt, Quia erunt filij Iſrael multo tempore, ſine Rege, ſine Principe, ſine Propheta, non erit altare, neque hoſtia, neque ſacrificium. Intueris quanta apud illos ſiccitas permanet, quanta eis ariditas diuini ſermonis euenit? Deſcendit Dominus ſicut pluuia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram. Deſcendit ergo in illud vellus populi circumciſionis, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram, hoc eſt ſuper reliquam terram deſcendit Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ſtillans etiam ſuper nos, & guttas nobis quoque afferens roris cæleſtis, vt & nos bibamus, qui eramus ſuper omnem terram iugi ariditate ſiccati. Hunc igitur myſterij ordinem Gedeon ſanctus prophetico ſpiritu contuens, non ſolum primum ſignum poposcit a Deo, ſed & ſecundum conuerſo ordine repetit. Sciebat enim rorem diuinum, qui eſt aduētus Filij Dei, non ſolum Iudæis, ſed & poſtmodum etiam gentibus eſſe venturum, quoniam quidem ex incredulitate Iſrael ſalus fit gētibus. Et hoc eſt, quòd pro ariditate velleris vniuerſa terra gratia diuini roris infunditur. *Pſal. 71.*

3 Hom. 2. ex. poſt. 2. in Cant. to. 2.

IDEM explicans illa verba: Nigra ſum, ſed formoſa, inquit: Hæc ſponſa quæ loquitur Eccleſiæ perſonam tenet ex gentibus congregatæ. Filiæ autem Hieruſalem, ad quas ei ſermo eſt, illæ ſunt animæ, quæ propter electionem patrum chariſſimæ quidem dicuntur, inimicæ autem propter Euangelium. Iſtæ ſunt filiæ Hieruſalem ciuitatis terrenæ, quæ videntes Eccleſiam ex gentibus, quamuis pro eo ignobilem, quòd generoſitatem ſibi Abraham, Iſaac, & Iacob non poſſit aſcribere, obliuiſcentem tamen populum ſuum, & domum patris ſui, atque ad Chriſtum venientem ſpernūt eam, & pro ignobilitate generis offuſcant. Quod ſponſa ſentiēs filias prioris populi imputari ſibi, & pro hoc etiam nigram ſe appellari, reſpondens ad hæc dixit, Nigra ſum quidem o filiæ Hieruſalē, pro eo quòd non deſcendo de ſtirpe clarorū virorū, neque claritatem legis Moyſi accepi; habeo tamen pulchritudinem meam mecum. Miror vos o filiæ Hieruſalem coloris velle exprobrare nigredinem. Quomodo non meminiſtis quòd in lege veſtra ſcriptum eſt, quod paſſa ſit Maria, quæ derogauit Moyſi, cum Aethiopiſſam nigrā accepiſſet vxorem? Quomodo ignoratis illius imaginis adumbrationem in me nunc veritate compleri? Ego ſum illa Aethiopiſſa. Ego ſum, nigra quidē ignobilitate generis; formoſa vero propter pœnitentiā, & fidem. Suſcepi enim in me Filium Dei, recepi Verbū carnem factū. Acceſſi ad eum qui eſt imago Dei, qui eſt ſplendor & gloria, & fulgor ſubſtantiæ eius, & facta ſum formoſa. *Infra*: Iterum in tertio regnorum libro ſcriptum eſt de Regina Sabba, quæ venit a finibus terræ audire ſapientiam Salomonis. Hæc autem conuenit perſonæ Eccleſiæ, quæ ex gentibus venit ad Chriſtum. *Infra*: Venit ergo hæc, immo & ſecundum figuram eius Eccleſia venit ex gentibus audire ſapientiam Salomonis veri, & veri pacifici Domini noſtri Ieſu Chriſti. Venit ergo in Hieruſalem, ad viſionem ſcilicet pacis cum multitudine & virtute multa; non enim cum vna ſola gente, vt prius ſynagoga ſolos habuit Hebræos, ſed cum totius mundi gentibus venit, deferens etiam munera digna Chriſto, odoramentorum ſiquidem ſuauitates opera ſunt bona, quæ ad Deum per odorem ſuauitatis aſcendunt. Cum ergo apparatu intrat ad pacificum Regem Chriſtum, & ipſi aperuit cor ſuum in confeſſione & pœnitentia, ſcilicet præcedentium delictorum, & locuta eſt ei omnia, quæ erant in corde ſuo; propter quod & Chriſtus, qui eſt pax noſtra, enunciauit ei omnia verba eius, & non eſt verbum quod omiſerit Rex, & non enunciauerit ei, ideſt Eccleſiæ ex gentibus congregatæ. *Infra*: Sed in Pſalmo etiā dicitur: Aethiopia præueniet manus eius Deo, ſi enim intuearis, quomodo ex delicto Iſrael fit ſalus gentibus, & quòd illorum lapſus introeundi viam nationibus dedit; aduertes quomodo præuenit, & præcedit Aethiopia manus, hoc eſt gentium populos illos ad Deum, quibus primis data ſunt eloquia Dei, & in hoc compleri, Aethiopia præueniet manus eius Deo, & ſit nigra iſta formoſa, etiamſi nolint, etiamſi inuideant, & obtrectent filiæ Hieruſalem. Eſt & locus apud Sophoniam de hac eadem figura, De vltra flumina ſuſcipiant eos Aethiopiæ, qui diſperſi ſunt, & afferent ſacrificium mihi. Vltra flumina Aethiopiæ eſſe dicitur ille, qui nimiis, & ſuperabundantibus peccatis infuſcatus eſt, & atro malitiæ fuco infectus, niger, & tenebroſus eſt redditus; & tamen ne hos quidem repellit Dominus, ſed omnes qui ſacrificia contribulati ſpiritus, & humiliati cordis offerunt Deo confeſſionis, ac pœnitentiæ titulo ad eum conuerſi non repelluntur ab eo. *Infra*: Vbi Abdemelech Aethiops vir Eunuchus cum audiſſet, quia Hieremias in lacum miſſus eſt a principibus populi, educit eum inde. Et puto inconueniens non videri ſi dicamus, quē principes Iſrael condemnauerunt, & in lacū mortis miſerunt, iſte alienigenæ & obſcuræ gentis homo, & degeneris, ideſt populus gentium educit eum de lacu mortis, reſurrectionem ſcilicet eius a mortuis credens. Et ideo Dominus relinquens populum Iſrael pro peccatis, ad Aethiopem uerba dirigit, & ad ipſum mittit Prophetam, & ipſe dicit. Ecce ego adduco verba mea ſuper ciuitatem iſtam, in malo, & non in bono, & ſaluabo te in die illa, & non te dabo in manus hominum, ſed ſaluans ſaluabo te.

6 Hom. 29. in Gen. to. 1.

CHRYSOSTOMVS exponens illa verba Geneſis 9. In quibus Noe benedixit duos filios ſuos Sem, & Iaphet, ait: Opinor quòd benedicēdo hos duos duorum populorum vocationem ſignificare voluerit; & per Sem quidem Iudæos, ex illo enim & Abraham, & Iudæorum genus multiplicatum eſt, per Iaphet autem gētium vocationē. Dilatare inquit Deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem. Hoc in gentibus adimpletum videmus. Dicendo enim dilatare,

tare, omnes gentes significauit, sed dicendo habitet in tabernaculis Sem, quia gentes frui cœperunt iis, quæ Iudæis parata erant, & erit Chanaam seruus eius. Vidistis quales & ij gratitudinis acceperunt mercedes, & quanta ille propter temeritatem, & impudentiam ignominia punitus est?

7 IDEM explicans illa uerba: Onus Duma ad me clamat ex Seir, custos quid de nocte, custos quid de nocte, sic inquit: Legimus in parabola Euangelii missos seruos, qui uocarent bonos & malos, ac patrisfamilias de quibuslibet implerent conuiuium, quia priores Iudæi venire noluerunt. Potest & Ecclesia narrare quòd Dominus de Seir, hoc est de terrenis locis ad se vociferetur, seq. prouocet ad salutem, & dicat ad ipsum Dominum. O custos quid de nocte consurgens versaris in tenebris, quid absque peccato in carne es peccatrice, qua causa voluisti humanum corpus assumere? Respondit custos, hoc est Samaritanus qui in Euangelio vulneratum suis humeris ad stabulum reportauit, venit mane & nox. Et est sensus gentium multitudini est ortus Sol iustitiæ, & Iudeis venerunt tenebræ, iuxta quod dicitur a Domino, ego in iudicium veni in hunc mundum, vt qui non vident videant, & videntes cæci fiant. Et ipse custos qui dixerat, venit mane & nox, loquitur ad gentium multitudinem, Si me quæritis, studiosius quærite. Conuertimini ad me filij conuertentes, & ego sanabo contritiones vestras, & venite ad me.

Lib. 2. in c. 21. Esaiæ to. 4. — Matt. 22. — Luc. 9. — Ioan. 9.

8 IDEM explicans illa uerba: Lætabitur deserta, & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium &c. sic habet: Quoniam Hierusalem conuersa est in picem, & ascendit fumus illius sempiternus, & habitat in ea Onocrotalus, & Hericius, ibis, & coruus, dracones, & struthiones, dęmonia, & onocẽtauri, lamia, & pilosi, & Domini super eam impleta est sententia, relinquetur vobis domus vestra deserta; propterea quòd prius deserta fuerat, de qua in Psalmo dicitur: Vox Domini concutiens desertum, & commouebit Dominus desertum Cades, vox Domini præparantis ceruos, & reuelabit condensa siluarum; mutabitur in rerum omnium abundantiam, & pugnantibus ceruis, de vniuersis saltibus nationum, bestiæ, quæ eas prius possederant, expellentur, vt impleatur illud quod in hoc eodem Propheta dicitur: Lætare sterilis, quæ non paris, erumpe & clama, quæ non parturis, quoniam plures filij desertæ magis, quàm eius, quæ habet virum. Hæc erat prius sitiens, sine in via non habẽs vitales aquas, & Dominus non gradiebatur per eam, quæ florebit vt liliũ, vt cum Apostolo dicat, Bonus odor Christi sumus in omni loco. Et illud Canticorum, Flores visi sunt in terra nostra, mandragoræ dederunt odorem suum. *Infra*: Gloria Libani data est ei decor Carmeli, & Saron. Hoc iuxta priorem explanationem debemus accipere, in qua diximus per Libanum templũ, siue Hierusalem intelligi, & Carmelum priorem significare populum, de quo supra dictum est, Et erit desertum in Carmel, & Carmel in saltum reputabitur. Et Saron eandem habet intelligentiam dicente Scriptura: Factus est Saron sicut desertum. Omnis igitur candor cultus Dei, & circumcisionis scientia, & loca vberrima, atque campestria, quæ appellantur Saron, dabuntur desertæ quõdam Ecclesiæ, & habitatores illius uidebunt gloriam Domini, & decorem, siue altitudinem Dei nostri. Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. Apostolis præcipitur, vt confortent manus in gentibus dissolutas, & genua debilia roborent, vt qui prius manibus dissolutis opus facere nõ poterant, & aridam habebant dexteram, extendant eam ad bona opera. Et qui dudum inter Idola diuersis erroribus claudicabãt firmo super veritatem incedant gradu, & pusillanimes, siue formidolosos fide Domini confirmantes faciant nõ timere, vniusq. Dei metus, vniuersi erroris expellat timores. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt, tunc saliet sicut cernus claudus, & aperta erit lingua mutorũ. Hoc quotidie expletur in gentibus, quãdo qui prius cæci erant veritatis lumen aspiciunt, & qui scripturarum verba surdis auribus audire non poterant, nunc ad Dei præcepta lætãtur, quando qui prius claudi erant; & rectam viam non tenebant, saliunt sicut cerui, imitantes doctores suos. Et aperta erit lingua mutorum, quia scissæ sunt in deserto aquæ, & torrentes in solitudine. Eruperunt in deserto quondam Ecclesiæ aquæ baptismi, & torrentes in solitudine, diuersæ scilicet gratiæ spirituales, & quæ erat arida in stagnum, paludesq. versa est, vt non solum careret ardore sitis, sed nauigabilis esset & irrigua, & haberet fontes plurimos, quos ceruus desiderat, quos qui biberit potest beneDicere Domino de fontibus Israel. In cubilibus animalium gẽtilium, in quibus prius dracones habitabant, erunt calamus & iuncus, in quibus fessa prius membra requiescant, vt dicere possint, Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit, super aquas refectionis educauit me.

Luc. 13. — Psal. 28. — Esa. 54. — Gal. 4. — 2. Cor. 2. — Cant. 7. — Esai. 32.

9 — 10 — 11 — Lib. 11. in c. 40. Esaiæ. — Psal. 22. — Cap. 35.

IDEM exponens illa uerba: Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri, inquit: Animaduertendum est, quòd rectæ viæ Domini, & semitæ Dei nostri impletio vallíũ & montium, colliumq. humiliatio, & prauorum correctio, & asperorum, rupiumq. campestria, & gloria Domini, & salutare Dei nostri non prędicetur in Hierusalem, sed & in solitudine Ecclesiæ, & in deserta gẽtium multitudine, de qua supra legimus, Lætabitur deserta sitiens, exultet solitudo, & floreat quasi lilium. Hęc enim deserta erat notitia Dei, & ab idolis tenebatur humilis in confessione, erecta in superbia, aspera, & intractabilis in feritate: sed postquam apparuit gloria Domini, & vidit omnis caro salutare Dei, cuncta repente mutata sunt, & via Domini præparata, ita vt appareret in solitudine gloria Dei. Et omnis caro vidit salutare Dei. Quæ propterea appellabatur caro, quia prius sanctum

Gen. 6. — Ioel 2. — Matt. 3. — 12 — Lib. 12. in 40. Esiæ. — Gal. 4.

Spiritum non habebat. De qua dicit Dominus, Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est. Illa autem caro videbit salutare Dei, de qua per Ioel dicitur: Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Quod non solum illo tempore clamabat Ioannes, qui vox appellabatur Domini, sed vsque hodie in deserto gentilium, ecclesiarum clamant magistri, vt rectas faciamus vias, & semitas in cordibus nostris Deo.

IDEM explicans illa uerba: Lætet desertum, & ciuitates eius, in domibus habitabit Cedar, laudate habitatores Petræ, de vertice montium clamabunt, ait: Cedar quæ quondam inhabitabilis fuit regio trãs Arabiam Saracenorum. Et habitatores Petræ, quæ & ipsa vrbs Palæstinæ est. Hoc autem significat quòd gentium populus desertus prius notitia Dei, & idololatriæ erroribus obligatus ad laudes Domini conuertatur. *Infra*: De gentibus intelligit, & Iudæis desertos faciam montes, & colles, & ponam flumina in insulas, & stagna arefaciam. Et educam cæcos in viam, quam nesciunt, & in semitis quas ignorant ambulare eos faciam. Ponam tenebras coram eis in lucem, & prauа in recta. Flumina enim doctrinæ suæ in insulis gentium currere fecit, & stagna Iudæorum redegit in ariditatem, vt in gentibus sit scientia Scripturarum, & in Iudæis ariditas doctrinæ; ducamq. cæcos per viam, quam ante nesciebant, de quibus supra dicitur: Dedi te in lucem gentium.

13 Libro in c. 14. Esiæ. — Gal. 4. — Cap. 36. — Hier. 15. — 1. Reg. 2. — Psal. 112. — 14 — Hier. 3. — Tren. 1.

IDEM exponens illa verba: Lauda sterilis quæ non paris, decanta laudem, & hinni, quæ non parturiebas, quoniam plures filij desertæ, magis quàm eius quæ habebat virum, dicit Dominus, sic habet: Vas electionis assumens de Esaia testimonium, quod nunc habemus ad repromissionis retulit filios, & ad Ecclesiam de gentibus congregatam, quæ deserta in Iudæis fuerat ei relicta, quæ virum non habuerat Deũ, nec legem acceperat, nec Prophetas, vnde compellimur desertam eam dicere, de qua supra legimus, Lætare deserta, & reliqua his similia. De qua & in Hieremia scriptum est ex persona Dei, Vacua facta est quæ pariebat septem, defecit & anima eius, occidit ei Sol adhuc meridie. Et in Samuelis volumine, Sterilis peperit septem, & quæ plures habebat filios infirmata est. Et in Psalmis, Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lætantem. Synagoga ergo quæ quamdiu virum habebat Deum, sermonemq. diuinum, & legi iuncta erat, generabat Deo plurimos filios, quoniam accepit libellum repudij, & vocanti Deo noluit respondere, & audiuit, Filia matris tuæ tu es, quę dereliquisti virum tuum. Et iterum, Non vt Dominum me vocasti, neque vt patrem, & principem virginitatis tuæ. Propterea in hoc eodem Prophetа plangitur, Quomodo facta est meretrix, ciuitas fidelis, Sion plena iudicij, in qua iustitia dormit in ea, nunc autem latrones. Sed hoc notandum, quòd quando dicit, plures filij desertæ, magis quàm eius quæ habet virum, non penitus

synagoga excludatur a partu, sed multitudo gẽtium ei præferatur, & ipsa enim in Apostolis, & per Apostolos primum populum genuit de Iudæis. *Infra*: Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, longos fac funiculos tuos, & clauos tuos consolida. Ad dexteram enim, & ad lævam penetrabis, & semen tuum gentes hereditabit, & ciuitates desertas inhabitabit. Hoc de ecclesiarum magnitudine, quæ pro vno Iudææ loco, & ipso angustissimo in toto orbe terrarum suos terminos dilatabunt; ad dexteramq. & sinistram penetret Ecclesia gentium, & nequaquam Iudaici tabernaculi imitetur angustias, quod centum cubitorum longitudinis, & quinquaginta latitudinis ambiebat, nec templi breuitate claudatur, quod sexaginta cubitos habebat in longum, & viginti in latum, sed ad dexterã & ad sinistram locum capere non cesset.

15 Lib. 14. in c. 46. Ezec. — Cant. 4. — Hier. 1.

IDEM explicans illa verba: Et cum intrabit populus terræ in conspectu Domini in solemnitatibus, qui ingreditur per portam Aquilonis, vt adoret, egrediatur per viã portæ meridianæ, egrediatur per viam portæ Aquilonis, inquit: Populus cui istud præcipitur populus est Gentilium, vt qui derelinquens portam Aquilonis, a quo exardescũt mala super terram, ingressus fuerit templum, non egrediatur nisi per viam portæ meridianæ, ad portam luminis, ad portam caloris, ad portam in qua sponsus cubat in meridie. Denique dicitur in Cantico Canticorum, Surge Aquilo & veni Auster. Qui vero ingreditur per viam portæ meridianæ, egrediatur per viam portæ Aquilonis. Populus Iudæorum est iste qui derelinquens portam viæ luminis, uadit ad portam Aquilonis, de quo dicitur, Aquilo ventus durissimus. Nam & olla Hieremiæ a facie Aquilonis accenditur.

16 In c. 1. Ionæ to. 5.

IDEM explicans illa verba: Et factum est verbum Domini ad Ionam dicens, Surge & vade in Niniuem ciuitatem magnam, & prædica in ea. Et surrexit Ionas, vt fugeret in Tharsis a facie Domini, sic habet: In condemnationem Israelis Ionas ad gentes mittitur, quòd Niniue agente pœnitentiam illi in malitia perseuerẽt. Surrexit Ionas vt fugeret. Scit Propheta sancto sibi spiritu suggerente, quòd pœnitentia gentium ruina sit Iudæorum, idcirco amator patriæ suæ, non tam saluti inuidet Niniue, quàm non vult perire populum suum. Timebat ne per occasionem prædicationis suæ illis cõuersis ad pœnitentiam, Israel penitus relinqueretur. Noverat enim eodem spiritu, quo illi gẽtium præconium credebatur, quod quando nationes credidissent, tunc periret domus Israel, & quod aliquando futurum erat, hoc ne in suo fieret tempore verebatur.

17 Lib. 1. in c. 2. Michææ.

IDEM exponens illa verba in uersione septuaginta interpretum, Ponam auersionem eorum sicut oues in tribulatione, ait: Reliquias de Israel, quas postquam omnes suscepero suscepturus sum, nunc interim quia auersi sunt a me, ponam in tribulatione, & coangustabo, & faciam sedere sine sacerdote, sine altari, & sine

Pro-

Propheta. *Infra*: Ascende per diuisionem. Locus iste manifestus fiet, si de Genesi sumpserimus exemplum, vbi nascuntur gemini de Thamar, cum qua Iudas Patriarcha concubuit. Factum est, inquit, cum pareret, & haberet geminos in vtero, in ipso partu vnus protulit manū, & tulit obstetrix, & ligauit in manu eius coccinum dicens, Hic egredietur prior, cum autem contraxisset manum, statim egressus est, frater eius, & illa ait, Quare diuisa est propter te maceria? Et vocauit nomen eius Phares, quod interpretatur diuisio. Et post hæc egressus est frater eius, in cuius manu erat coccinum, & vocauit nomen eius Zara, quod in lingua nostra interpretatur semen, vel oriens. Ostendit ergo senior populus, in quo erat ortus, & semen antequam de gentibus Ecclesia nasceretur manū suam in operibus; & postea contraxit eam audiens per Esaiam, Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Cumq. ille contraxisset manus, & a iustitiæ cessaret operibus, frater eius egressus est gentium populus, & propter ipsum diuisa est sepes, & destruxit Dominus, atque Saluator, vt ille posset incedere parietem, & fecit vnum gregē, & duos creauit in semetipso in vno nouo homine faciens pacem.

Gen. 38.

Esa. 2.

18 IDEM explicans illa verba: Fluuios scindes terræ, ait: In aduentu Christi impletum est, Posuit Flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim, terram fructiferam in salsuginem a malitia habitantium in ea. Posuit desertum in paludes aquarum, & terram sine aqua in fontes aquarum, & habitare fecit ibi esurientes, & constituerunt ciuitatem ad habitandum. Postquam enim Dominus venit in mundo, & completum est illud, quod dixit in Euangelio, Ego in iudicium veni in hunc mundum, vt qui non vident videant, & vidētes cæci fiant, tunc terra Israel, de qua fluuij ante manabant, & irrigabant vniuersæ Iudææ populum, aruit, & fontes illius obturati sunt: Vniuersus autem orbis qui erat desertus & sterilis, & aquas prædicationis dominicæ non habebat, versus est in paludes aquarum, & quot doctores emisit, tot habuit & fontes. Nec sufficit eis fontibus, atque fluminibus irrigare orbis populos, sed in vnaquaque prouincia eos qui esuriebant, & patiebātur famem sermonis Dei in vnum populum congregantes extruxerunt Ecclesiam, quæ dicitur ciuitas ad inhabitandum, & quam lætificat impetus fluminis.

Lib. 2. in c. 3. Habacuc.

19 IDEM exponens illa verba: Et assumpsi mihi duas virgas, vnam vocaui decoram, & alteram vocaui funiculos, ait: Virga vna vocatur decora & pulchra, quia nihil iustius est, quàm vniuersitatis parentem vocare omnes æqualiter, quos æquali conditione generauit. Et alteram vocauit funiculos; quando enim diuidebat altissimus gentes, & separabat filios Adam, facta est pars Domini populus eius Iacob, funiculus hereditatis eius Israel. Et succidi tres pastores in mense vno. Hi intelliguntur in sacerdotibus, & falsis Prophetis, & Regibus Iudæorum, quòd post passionem Christi vno omnia

Ioan. 9.

Zach. 11.

Dent. 32.

succisa sint tempore, de quibus loquitur Hieremias, Sacerdotes non dixerunt, Vbi est Dominus, tenentes legem meam nescierunt me, & pastores prævaricati sunt in me, & Prophetæ prophetabant in Baal, & idola secuti sunt. Cap. 2.

20 AVGVSTINVS: Anna mater Samuelis, ait, cecinit Domino, Arcum potentium fecit infirmum, & infirmi præcincti sunt virtute, pleni panibus minorati sunt, & esurientes transierunt terram, quia sterilis peperit septem, & multa in filijs infirmata est. Pleni panibus Iudæi sunt, quibus credita sunt eloquia Dei. Gentes autem quibus lex illa non erat data; posteaquam per nouum testamentum ad eloquia illa venerunt, & multum esuriendo terram transierunt, quia in eis non terrena, sed cælestia sapuerunt. Tunc sterilis peperit septem, vbi est vniuersa Ecclesiæ significata perfectio. Sterilis enim erat in omnibus gentibus Dei ciuitas, antequam iste fœtus, per quem eam factam fœcundam cernimus, oriretur. Cernimus etiam quæ multa in filijs erat, nunc infirmatam Hierusalem terrenam. Nunc enim, quoniam ibi littera est, & spiritus non est, amissa virtute infirmata est. Dominus mortificat & viuificat, mortificauit illam, quæ multa erat in filiis, & viuificauit hanc sterilem, quæ peperit septem. Lib. 17. de Ciuit. Dei c. 4. to. 5. 1. Reg. 2.

21 IDEM inquit: Quòd expoliauit Deus Ægyptios, & vasa aurea, & argentea, & vestes pretiosas dedit populo, hoc significat quòd ex ipsis gentibus animæ pretiosæ, tamquam uasa aurea & argentea cum suis vtique corporibus, quod vestes significant, adiungunt se populo Dei, vt simul de hoc sæculo tamquam de Ægypto liberentur. *Infra*: Vitulum aureum cōminuit Moyses, & potandum dedit populo, hoc vitulo significata est omnis societas Gētilium idololatriæ deditorum. Hanc sacrilegam societatem Dominus Iesus Christus illo igne comburet, de quo in Euangelio dicit, Ignem veni mittere in terram, vt quoniam non est qui se abscondat a calore eius dum in eum credunt gentes, igne virtutis eius, diabolica in eis forma soluatur. Totum deinde corpus illud comminuitur, idest ab illa malæ conspirationis conflatione diffissum verbo veritatis humiliatur, & comminutum in aquam mittitur, vt eos Israelitæ, idest, Euangelij prædicatores ex Baptismo in sua membra, hoc est in corpus dominicum transferant, vnde dictum est Petro, Occide & manduca. Lib. 12. con tra Faustū Manichæū. to. 6. Exod. 3. Act. 10.

22 IDEM inquit: Moyses a matre sua proiicitur, & a Pharaonis filia inuenitur, atque colligitur, & Christus Dominus a synagoga, de qua natus est repudiatur, & ab Ecclesia inuenitur, atque susc ipitur. Postquam autem creuit Moyses abijt in regionem longinquam, & accepit Aethiopissam vxorem. Agnoscite fratres hoc non paruum esse mysterium, Aethiopissa illa ex gentibus erat, quam beatus Moyses duxit vxorem, quia & Christus ex gentibus sibi sociaturus erat Ecclesiam. Moyses dereliquit populū suum in longinquis regionibus, & Aethiopissæ coniungitur, & Christus derelicto populo Iudæorum de extremis regionibus Ecclesiæ sociatur, Serm. 86. de tempore to. 10. Exod. 1.

Psal. 60. Cant. 1. ciatur, illi vtique qui dicit in Psalmis, A finibus terræ ad te clamaui. Audi ex persona Ecclesiæ in Cantico Canticorum dicit Ecclesia, Nigra sum & formosa, nigra per naturam, formosa per gratiam.

23 Serm. 100. de tempore Num. 13. IDEM inquit: Vua de terra promissionis duorum obsequio defertur inserto vecte pendens. Possunt isti duo, Christianum, & Iudaicū populum figurare synagogæ, & Ecclesiæ populi. Et quia prior fuit Iudæorum, populus præcedit Iudæus, sequitur Christianus, salutem suam hic ante conspectum suum gerit, ille post dorsum. Hic obsequium præfert, ille contemptū.

Psal. 68. Vnde de Iudæis Propheta testatur, Obscurētur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua. Christianus præsenti munere fruitur, Iudæus solo onere prægrauatur. Quia Christus sicut credenti salus, ita onus non credenti. Iudæis enim ille specialiter annunciatus, de quibus dictum est, In sua venit, & sui eum non receperunt, factus est eis lapis offensionis, & petra scandali, & quem Israel non cognouit, gentium fides recepit. Portat quidem Christum in lege Iudæus, sed a gratia quam in mysteriis portat auersus est, quia quem prædicatione suscepit electus, corde perdit incredulus, & quem vnus aspernatur in lege, alter admiratur in corpore. Vnde amborum Dominus, & Redemptor noster, ab hoc adorante gestatur, ab illo se auersante suspēditur, ac sic impletum est in Iudæis, verterunt ad me terga, & non faciem. Et Christum Dominum quem prior populus Iudæorū, & post dorsum reliquit, & crucifixit; nos postea venientes adorare, & portare meruimus. Vnde quantum possumus cum ipsius adiutorio laboremus, ne a ceruicibus nostris tam sanctam sarcinam malis operibus deponamus. Isai. 1. 1. Pet. 2.

24 Serm. 106. de tempore IDEM ait: Senior populus qui egressus est de Aegypto in deserto sepultus est; iunior autem qui ei successit Iesu duce in terram promissionis inducitur. Senior ille populus typum habuit Iudæorum; iunior vero figurā habuit gentium. Ille populus senior transito mari rubro sepelitur in eremo, iunior vero ad hoc transiit Iordanis fluuium, vt acciperet regnum.

25 Serm. 108. de tempore IDEM inquit: Afferens historiam Gedeonis de rore in vellere, & in area. Ros in vellere fides erat in Iudæa, quia sicut ros verba Dei descendunt. Vnde & Moyses ait, Expectetur sicut pluuia eloquium meum, & sicut ros verba mea. Ergo quando totus orbis infructuoso æstu Gentilis superstitionis arebat; tunc erat ros ille cælestis visitationis in vellere, idest in Iudæa. Postquam vero quæ perierant domus Israel fontem aquæ viuæ negauerunt, ros fidei exaruit in pectoribus Iudæorum, meatusq. suos fons ille diuinus in corda gentium deriuauit. Inde est, quòd nunc fidei rore totus orbis humescit; at vero Iudæi Prophetas suos, & consiliarios perdiderunt. Nec mirum si perfidiæ subeunt siccitatem, quos Dominus Deus prophetici imbris vbertate priuauit dicens, Mandabo nubibus ne pluant super vineam istam. Etenim prophēticæ nubis pluuia salutaris, sicut Dauid dixit, Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram. Hanc nobis Scripturæ diuinæ totius mundi pluuiā pollicebantur, quæ spiritu diuini roris sub Domini Saluatoris aduentu orbē rigaret. Venit ergo iā ros, venit & pluuia, venit Dominus stillicidia secū cælestia deferens, & ideo iam nos bibimus, qui ante sitiebamus, & diuinum illū spiritum haustu interiore potamus. Hoc ergo præuidit sanctus Gedeon, quia verū & spiritalē rorem etiā gentes, nationesque, erant fidei perceptione bibituræ. *Infra*: Et quia primo tempore ros verbi Dei in sola Iudæa fuit, & totus mundus in siccitate remanserat, ideo primum ros in vellere venit, & area sicca fuit; postea vero quando Iudæi Christum Dominum occiderunt, per passionis iniuriam expressum est vellus, & remansit Iudæorum populus aridus & siccus, & in totam aream, idest vniuersum mundum ad omnes gentes, non solum ros, sed etiam pluuia verbi Dei, & Apostolorū flumina peruenerunt. Denique in vniuersa terra quasi area rore gratiæ perseuerante in nobis, spiritalis irrigatur Ecclesia, & infelix synagoga ab omni humore, & pluuia diuini verbi sicca remansit, & arida. Iudic. 6. Psal. 71. 26

27 Libro 1. de Spiritu sancto in prologo to. 4. AMBROSIVS explicat figuram Iudi. 6. De vellere Gedeonis quando ros fuit in vellere tota area erat sicca, & quando ros descēdit in aream, mansit vellus siccum, sic ait: Ros in vellere fides erat in Iudæa, quia sicut ros Dei verba descendunt, ergo quando totus orbis infructuoso æstu Gentilis superstitionis arebat, tunc erat ros ille cælestis visitationis in vellere; postea vero quam oues quæ perierunt domus Israel (vnde puto Iudaici velleris adumbrā tam) oues inquam illę fontem aquæ viuæ negarunt, ros fidei humentis exaruit in pectoribus Iudæorū, meatusq. suos fons ille diuinus in corda gentium deriuauit. Hinc est quod nunc fidei rore totus orbis humescit: at vero Iudæi Prophetas suos, & consiliarios perdiderūt, nec mirum si perfidiæ subeant siccitatem, quos Dominus Deus prophetici imbris ubertate priuauit dicens: Mandabo nubibus meis ne pluant super vineam istam. Est enim propheticæ nubis pluuia salutaris: sicut & Dauid dixit, Descendit sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram. Hanc nobis Scripturæ diuinę totius mundi pluuiam pollicebantur, quæ rigaret orbem sub Domini Saluatoris aduentu spiritus rore diuini. Venit ergo iam Dominus, venit & pluuia; & ideo iam nos bibimus, qui ante sitiebamus; non tamen otiose vellus non in campo posuit, vel in prato, sed posuit in area, vbi messis est tritici; messis enim multa, operarii autem pauci, eo quòd per fidem Domini futura esset messis fœcunda virtutum. Neque illud otiosum, quod exsiccauit vellus Iudaicū, & rorem eius misit in peluem, vt repleretur aqua; non tamen ipse eo rore pedes lauit, alijs debebatur tanti prærogatiua mysterij, expectabatur ille, qui sordes omnium posset abluere, non enim Gedeon, sed filius hominis venit, non ministrari, sed ministrare, hoc prophetabatur quod

quòd illo rore cælesti discipulorum suorum Dominus Iesus pedes lauaret, vt habes in Euangelio Ioan. 13. &c.

28 Lib. 2. de Spiritu sancto cap. 11.

IDEM explicat illud, quando Hieremias missus fuit in lacum a Iudæis, sic ait: Verbum propheticum despiciens in lacum demerserat populus Iudæorum, neque quisquam inuentus est de Iudæis, qui leuaret Prophetam, sed vnus Aethiops Abdemelech, in quo nomine figura pulcherrima est, quia sermonem propheticum, quem Iudæi velut in cænum suæ mentis, carnisq. detruserant, nos videlicet ex gentibus peccatores nigri ante delictis, & quondam infructuosi eleuauimus de profundo; scriptum

Psal. 67. est enim Aethiopia præleuabit manus suas Deo, in quo sanctæ Ecclesiæ species significa-

Cant. 1. tur, quæ ait in Canticis Canticorũ, Nigra sum, & decora filia Hierusalem, nigra per culpam, decora per gratiam, nigra per conditionem, decora per redemptionem, aut certe nigra exercitij sui puluere, nigra ergo dum prœliatur, decora dum victoriæ suæ insignibus coronatur, & bene funibus leuatur Propheta, fidelis enim dixit: Funes ceciderunt mihi in præclaris. Bene pannis quia ipse Dominus excusantibus his, qui primo ad nuptias vocati fuerant ad exitus viarum misit, vt quotquot inuenirentur & boni, & mali ad nuptias vocarẽtur, His itaque pannis propheticum verbum leuauit e cæno &c.

29 Lib. de Iacob & vita beata c. 2. to. 1.

IDEM loquens quomodo Iacob surripuit benedictionem, & stolam fratris, offerens hædũ &c. Dicit quod vestimenta Esau prius erant in occulto, & sine vsu suo, hæc accepit populus Christianus stolam veteris testamenti, stolam propheticam, & sacerdotalem, stolam regalem Dauidicam, hæc dedit Ecclesia populo Christiano, qui vti sciret amictu accepto, quoniam populus Iudeorum eam sine vsu habebat, & proprios nesciebat ornatus. Iacebat hæc stola in vmbra abiecta, atque neglecta, obscurabatur enim tenebrosa impietatis caligine, neque in angusto corde populi Iudaici latius poterat explicari, induit eam Christianus populus, & refulsit, illuminauit eam suæ fidei claritate, & piorum luce factorum agnouit Isaac, notũ odorem generis sui, recognouit stolam Scripturæ veteris, sed vocem plebis veteris non recognouit, & ideo cognouit esse mutatam; manet enim hodie stola eadem, sed populi deuotioris canora cœpit esse confessio &c.

30 Lib. de apologia Dauid cap. 4. to. 1. *Num.* 12

IDEM dicit: Quòd quia Aaron, & Maria murmurauerunt contra Moysen, quòd duxerit Aethiopissam, Mariam lepra percussam, quo loci, ait: Euidentis fuit figura mysterij, quod sacerdotalis ille populus patrum fraterno populo posterioribus tẽporibus derogaret Aethiopissæ illius nescius sacramentũ, nam si cognouissent, non reprehendissent, quod cum veteri mysterio conuenerit; itaque cum Iudæus eum, qui ex gentibus credidit dicit esse communem, & vult a lege secernere, lepram habet, quam nõ poterit euadere, nisi spiritualis ei legis agnitio ad ueniam fuerit suffragata &c.

IDEM loquens de baptismo, & adducens historiam de Naaman Syro, ait: Recognoscet nunc quæ sit illa puella ex captiuis, iunior scilicet ex gentibus congregatio, id est Ecclesia Domini depressa ante captiuitatẽ peccati, quando libertatem adhuc gratiæ non habebat, cuius consilio vanus ille populus nationum verbum audiuit propheticum, de quo diu ante dubitauit; postea tamen vbi credidit exequendũ, ablutus est ab omni contagio vitiorum, & ille dubitauit antequam sanaretur, tu iam sanus dubitare non debes &c.

31 Lib. de his qui initiantur mysterijs cap. 3. to. 4. 4. *Reg. 6.*

IDEM super illud: Lætabor ego super eloquia tua, quasi qui inuenit spolia multa, sic ait: Sicut Dauid abstulit Goliæ gladium, & ipsius gladio caput eius execuit: sic verus Dauid humilis, & mansuetus Dominus Iesus intelligibilis Goliæ caput armis ipsius amputauit; arma enim diaboli gentes erant, fide autem gentium vulneratus caput, quod habebat, amisit, distracta sunt spolia prostrato, vasa eius direpta, quia alligatus est fortis. Vas diaboli caro erat hominis peccatoris, sed posteaquã in Christum credidimus, caro nostra cœpit esse vas electionis, vt de Paulo Apostolo dixit Dominus Iesus ad Ananiam. De Iudæis etiam Dominus abstulit spolia, hoc est regnum cælorum, & dedit genti facienti fructum eius. Merito exulto, sicut qui inuenit spolia multa, sine labore meo inueni spolia, quæ non habebam, inueni pentateuchũ, libros Regnorum, Prophetarum scripta &c. Habent illi libros, sed sensum librorũ non habent, habent Prophetas, sed non habent quẽ illi prophetauerunt; ideoq. & cum Moyse, & Elia mihi apparuit, quia ab illis recessit &c. Hebræi spoliauerunt Ægyptios, & vasa eorum abstulerũt, Iudæorum spolia habet populus Christianus, & totum habemus, quod illi habere se nesciebant, illi aurum & argentum materiale abstulerunt, nos aurum mentis accepimus, nos acquisiuimus cælestis sermonis augmentum. Merito ergo vocatum est nomen Christi, Velociter spolia detrahe, cito prædare, quia priusquam sciat puer vocare patrem, aut matrem &c.

32 Oseæ 1. fu per phra. to. 2. *Esai. 8.*

IDEM loquens de Ruth, ait: Cũ lex Moysi prohiberet Moabitas intrare Ecclesiam Domini, quomodo intrauit Ruth in Ecclesiam, nisi quia sancta, & immaculata moribus supra legẽ facta est, & in illa nostrum omnium, qui collecti ex gentibus sumus, ingrediendi in Ecclesiam Domini figura præcessit, vt & nos quoque propter morum electionem in Ecclesiam Domini meritis suffragantibus allegemur; illius enim sanctitatem erga socrum, pietatem erga defunctum, religionem erga Deum, & mores, cum cognouisset Booz proauus Dauid, eam sibi elegit vxorem &c.

33 Lib. 3. in Lucam super cap. 3. to. 3. *Deut. 23.*

34 Super epist. ad Rom. to. eod.

IDEM super illud Rom. 10. Ideo primus Moyses dicit: Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem &c. ait: Indignantis verba sunt, propter quod semper diffidentes inuenti sunt Iudæi, æmulatio ergo illis data est inuidentiæ, dum vident gentem, quæ prius, quia sine Deo fuit, sensu bruta erat, Deum suum appellare

pellare qui fuerat Iudæorũ, & donum illis promissum assecutam, per quam zelum passi iracundia distenderentur, vt malitiæ, & incredulitatis suæ mercedem exoluerent. Nulla enim res sic consumit hominem, nisi zelus, quẽ ideo Deus vltorem posuit incredulitatis, quia graue peccatum est, nam semper in ira missi excruciantur, quando audiunt legem, & Prophetas ad nos pertinere, qui in Christũ credimus &c.

35 Super 2. epist. ad Corinth. to. 3.

IDEM super illud 2. Cor. 3. Habentes autem talem spem multa fiducia vtimur &c. ait: Spem. Habere nos dicit videndi gloriam, non talem qualis fuit in vultu Moysi, sed eam quam viderunt tres Apostoli in monte reuelante se Domino. Hinc igitur conijcere debemus quantum nobis contulit diuina clementia, quantumque nos superioris gratiæ dono ditare dignata est, quam dederat Iudæis. Iudæi enim cum minor esset gloria vultus Moysi, eam speculari non poterant, nos vero non Moysi gloriam, quæ inferior est, sed excellentem Saluatoris gloriam visuros nos credimus, Iudæi ergo serui gloriam non meruerunt videre, nos autem Domini communis gloriam sumus visuri; ideoque & nos vicem reddere, inquantum possumus, debemus beneuolentiæ Dei, vt propensiores simus in eius amore, qui nobis fiduciam dedit, abluens nos a peccatis, videndi gloriam Dei &c.

In Ecclesia boni & mali, perfecti et imperfecti sunt, eam tamen & mundum tutantur iusti ab ira Dei. Cap. VIII.

1 Hom. 2. in Ezech. to. 1.

ORIGENES ait: Sicut olim dictum est ad Noe, vt faceret arcã, & introduceret in eam secum nõ solum filios & proximos suos, verum etiam diuersi generis animalia, ita etiam ad nostrum Noe, qui vere solus iustus, & solus perfectus est, Dominum nostrum Iesum Christum in cõsummatione sæculorum dictum est a Patre, vt faceret sibi arcam ex lignis quadratis, & mensuras ei daret cælestibus Sacramentis repletas. Hoc enim designatur in Psalmo, cum dicit, Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Construit ergo arcam, & facit in ea nidos, id est promptuaria quædam, quibus diuersi generis animalia recipiantur. De quibus & Propheta dicit, Perge populus meus intra in promptuaria tua, absconde te parumper, donec transeat furor iræ meæ. Confertur ergo populus hic, qui saluatur in Ecclesia illis omnibus, siue hominibus, siue animalibus quæ saluata sunt in arca; verum quoniam non est omnium vnum meritum, nec vnus in fide profectus; idcirco & arca illa non vnam præbet omnibus mansionem, sed bicamerata

Psal. 2.

Isa. 26.

sunt inferiora, & tricamerata superiora, & nidi distinguuntur in ea, vt ostendat, quia & in Ecclesia licet omnes intra vnam fidem contineantur, atque in vno baptismate diluantur, nõ tamẽ vnus omnibus, atque idem profectus est, sed vnusquisque in suo ordine. Hi quidem qui per rationabilem scientiam viuunt, & idonei sunt, non solum semetipsos regere, sed & alios docere, quoniam valde pauci inueniuntur, qui cum ipso Noe saluantur, & proxima ei propinquitate iunguntur. Sicut & Dominus noster Iesus verus Noe paucos habet proximos, paucos filios & propinquos, qui verbi eius participes sint, & sapiẽtiæ capaces. Et hi sunt, qui in summo gradu positi sunt, & in summitate arcæ collocantur. Ceterum multitudo irrationabilium animalium, vel etiam bestiarum in inferioribus locis habetur, & eorum maxime, quorum feritatis sæuitiam, nec fidei dulcedo molliuit. Superiores tamen aliquantulo ab his sunt, qui licet minus rationis; plurimum tamen simplicitatis, innocentiæq. custodiunt. Et sic per singulos habitationum gradus ascendentibus peruenitur ad ipsum Noe. *Infra*: Huic dicitur facies tibi arcam ex lignis quadratis. Quadratum est quod nulla vacillat ex parte, sed quocũque verteris, fida, & solida stabilitate consistit. Ista sunt ligna, quæ omne pondus, vel animalium intrinsecus, vel fluctuum extrinsecus ferũt. Quos ego arbitror doctores esse in Ecclesia, & magistros, atque æmulatores fidei, qui & populos intrinsecus positos verbo cõmonitionis, & doctrinæ gratia consolantur, & impugnantibus extrinsecus, vel gentilibus, vel hæreticis, & quæstionum fluctus, ac procellas certaminum commouentibus virtute verbi, ac sapiẽtia rationis obsistũt. *Infra*: Hæc ligna intrinsecus & extrinsecus bitumine liniuntur, ne sint vt illi, qui de foris apparent hominibus iusti, intus autem sint sepulchra mortuorum. Sed vult te & corpore sanctum esse extrinsecus, & corde intrinsecus purum. Cautum vndique & castitatis, atque innocentiæ virtute munitum, hoc est intus & foris bitumine esse oblitum.

3 Hom. 1. expos. 2. in Cant. to. 2.

IDEM inquit: Currunt adolescentulæ post spõsum in odorem eius; unaquæque tamen pro uiribus; alia quidẽ uelocius, alia paulo tardius, alia tamen inferius ceteris, alia etiam primo loco. Verumtamen currunt omnes, sed una est perfecta. Introducitur in cubiculum Regis, & ipsa est Regina effecta, & ipsa est, de qua dicitur, Astitit Regina a dextris tuis in uestitu deaurato circumdata uarietate. De his autem adolescentulis, quæ post ipsam cucurrerant, & procul ab ea in ipsis currendi spatijs remanserant, dicitur: Adducentur Regi uirgines post eam, proximæ eius adducentur tibi. Adducentur in lætitia, & exultatione, adducentur in templum Regis. *Infra*: Quod autem dicit: Exultemus & iucũdemur in te, uidetur ex persona adolescentularum dici, uel optantium, uel petentium a sponso, ut quemadmodum sponsa consecuta est, quæ perfecta sunt, & exultat, ita etiam ipsæ suum implere cursum,

Psal. 44.

& peruenire vsque ad Regis cubiculum mereantur, vt perfectis, & intuitis omnibus his, de quibus illa gloriatur etiam ipsæ exultent, sicut & illa, & iucundentur in eo. Sponsa postquam oscula meruit ab ipso sponsi ore suscipere, & vberibus eius perfui, ait ad eum. Meliora sunt vbera tua vino. Adolescentulæ vero quæ nondum ad id beatitudinis venerũt, neque summam perfectionis acceperãt, neque vsu & operibus fructus perfectæ charitatis expleuerant, vt quasi expertæ pronunciarent de vberibus eius quia bona sunt; videntes tamen sponsam delectari, & refici ex vberibus sponsi, tamquam imitatrices perfectionis eius, & desiderantes eisdem vestigijs incedere dicunt, & promittunt, Diligemus vbera tua super vinum, idest nos quidem nondum in id perfectionis ascendimus, vt iam diligamus vbera tua plusquam vinum; gerimus tamen spem, vtpote adolescentulæ in id ætatis proficere, quo possimus non solum pasci, & ali ex vberibus verbi Dei, sed & diligere alentem. Dilecturas se promittunt vbera sponsi super vinũ, & non quòd iam in præsenti diligant, neque integram vim charitatis ostendant.

4 Hom. 24. in Gen. to. 1. CHRYSOSTOMVS exponẽs illa verba Geneseos 7. Ingrediens autem in arcam tu, & filij tui, vxor tua, & vxores filiorum tuorum, inquit: Filij Noe salute potiti sunt, volente id Deo in honorem iusti. Consuetudo enim misericordiæ Dei est honorem hunc dare seruis suis, vt propter eos saluentur, & alij. Id quod & beato Paulo concessum est. Quandoquidem cum ille Romam nauigaret orta in mari tempestate magna, ita vt multi saluti suæ timerẽt, nullamq. bonam spem propter procellarũ magnitudinem haberent, vocatis omnibus dicit, Bono animo estote viri; amissio enim animæ nullius erit ex vobis, præterquam nauis: astitit enim mihi nocte hac Dei, cuius sum, angelus dicens, Ne timeas Paule, dedit enim tibi Deus omnes qui tecum nauigant. Vidisti quomodo virtus viri, salutem illis conciliauit? Ita simili modo & hic factum est, dum propter Noe iustum, filios, & horum vxores Dominus a diluuio liberauit. Act. 27.

5 Hom. 42. in Genesim. IDEM disputans qua ratione cùm in mundo modo tot sint mala similia Sodomorum flagitijs, de quibus Genesis 18. Locutus est Dominus Abrahæ, cur non inferat Dominus flagella, quæ tunc intulit, & ait: Quia propter gratiam Dei sunt, & nunc multi virtute præditi, qui placare possunt Dominum, sicut tunc Patriarcha. Tametsi nos cum nosipsos attendimus, & nostram videmus desidiam, putamus miram virtutis raritatem; attamen propter illorum virtutem, longanimitatem Deus in alios seruat. Et vt scias, quòd talium fiducia nobis longanimitatem Dei conciliet; audi ex hac ipsa historia; dicit enim Patriarchæ, Si decem inuenero, non perdam ciuitatem. Et quid dico decem iustos? Nullus inuentus illic ab iniquitate alienus, nisi solus Loth iustus, & duæ eius filiæ. Vxor enim propter illos forte pœnam ciuitatis effugit; postea tamen pœnam dedit propter suam malitiam. Nunc autem propter ineffabilem Dei misericordiam, quia pietas incrementum sumpsit, multi etiam in medijs ciuitatibus ignorati possunt placare Deũ, & alij in montibus, & in speluncis, aliorumq. virtus, multorum tegere valet malitiam. Multa enim Domini bonitas est, & sæpe solet etiam propter paucos multis dare salutem. Et quid dico propter paucos iustos? Sæpe quando non inuentus est in præsenti vita, iustus propter defunctorum virtutem viuentium miseretur, & curam habet. Vnde clamat dicens, Protegam ciuitatem hanc propter me, & propter Dauid puerum meum. Quasi diceret, Licet ipsi indigni sint, & nullam salutis habeant occasionem; verum quia solitus sum misericorditer agere, & ad miserendum promptus sum propter puerum meum Dauid faciam, qui ante hos annos e vita migrauit, hic auctor erit salutis, his, qui sua sese perdiderunt desidia. Vidisti misericordiam Domini, quomodo eos qui virtute pollent toti multitudini opponit, & respondit? 4. Reg. 19. & 20.

6 Homil. 55. in Act. Apost. tom. 3. IDEM explicans illa verba Actuum 27. Cum autem vehemẽti tempestate iactaremur, sequenti die iactũ fecerũt, ac tertio die nostris manibus armamenta nauis proiecimus; porro neque Sole, neque Luna, neque sideribus apparentibus ad complures dies, & tempestate non exigua imminente, iam ablata erat omnis spes salutis nostræ, inquit ei Angelus, Donauit tibi Deus omnes qui tecũ nauigant, sic habet: Quòd dictum est Paulo, donauit tibi eos, tantumdem est, ac si diceret, digni quidem erant qui perirent, verumtamen in tui gratiam hoc fit, erant autem in naui animæ ducentæ septuaginta sex.

7 Serm. de pœnitentia & confessione. IDEM inquit, referens historiam Exodi 32. In qua Moyses deprecabatur Dominum pro populo. Non intulit Deus pœnam, sed ne fierent ignauiores, voluit ut discerent, quòd non suo merito, sed Moysi patrocinio iram dominicam effugerint. Hæc & nos sæpe facimus, & famulos qui peccauerunt dignos supplicijs, nolentes punire, neque a supplicij metu liberari amicos iubemus, ut illos e nostris eripiant manibus, atque ut ita timor illorum in eis crescat, & nostra effugiant uerbera. Hoc & Deus fecit. Et quòd hoc sit uerum ex ipsis uerbis manifestum est. Dimitte me, inquit, & irascar. *Infra*: Non hic autem solum hoc fecit, sed ad Hieremiam, & ad Ezechielem idem hoc dicit: Circuite & uidete in uijs Hierusalem, num sit qui faciat iudicium, & iustitiam, & misericors ero eis. Multi enim impii unius uirtute simul fruuntur. Multorum autem malitia, quamuis unus sit, qui recte agat in medio magni populi non ruit. Sed unus quidem homo recte uiuens populum integrum eripere potest ab ira Dei. Moyses solus potuit tanto populo impetrare ueniam. Mihi autem aliud magius est indicium diuinæ misericordiæ. Cum enim non inuenit homines uiuos, qui possint intercedendo ueniam obtinere confugit ad defunctos, & per illos inquit se remissurum peccata, quemadmodum Ezechiæ dicit, Protegam ciuitatem hanc propter me, & propter Dauid puerum meum. Olim enim mortuus erat Dauid. Hier. 5.

8 Lib. 13. in Esaiæ c. 49. IDEM exponens illa verba: Viuo ego, dicit Dominus, quia omnibus his velut ornamento vestieris, & circumdabis tibi eos quasi sponsa, ait: Felix qui tanti meriti est, tantæq. virtutis, vt ornamentum dicatur Ecclesiæ. Puto autem has diuersas significari gratias spirituales, per quas sponsæ ornatur ambitio. Esai. 37.

Psal. 44. De qua & in Psalmo canitur, Astitit Regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate.

9 Lib. 1. in c. 3. Hierem. IDEM exponens illa verba: Circuite vias Hierusalem, & aspicite, & considerate, & quærite in plateis eius, an inueniatis virum qui faciat iudicium, & quærat fidem, & propitius ero ei, inquit: Grandis amor iustitiæ, vt nequaquam iuxta interrogationem Abrahæ, & responsionem Dei pro decem viris iustis Deus liberauerit ciuitatem, sed si vnum inuenerit, iamiamq. peritura Hierusalem, qui faciat iudicium, & quærat fidem, siue vt Symmachus transtulit veritatem, tamen Deus misereatur Hierusalem. Gen. 18.

10 Enarrat. in Psal. 93. to. 8. AVGVSTINVS explicans illa verba: Adhæsit in terra venter noster, sic habet: Venter dicuntur qui carnales sunt, vt os Ecclesiæ in sanctis sit, in spiritualibus sit, venter Ecclesiæ in carnalibus sit. Itaque os Ecclesiæ eminet, venter absconditus est, tamquam mollior, & infirmior. Hoc significat quodam loco Scriptura, vbi quidam dicit se accepisse librum, & ipse liber dulcis erat, inquit, in ore meo, & amarus in ventre meo. Quid est hoc, nisi quia præcepta summa, quæ accipiunt spiritales, non accipiunt carnales, & de quibus gaudent spiritales, contristantur carnales? Liber iste fratres quid habet? Vende omnia quæ habes, & da pauperibus, quàm dulcis est in ore Ecclesiæ, ab omnibus spiritalibus factum est. At vero carnali cuicumque dixeris, hoc fac, a te tristis recedit: sicut ille diues, cui a Domino dictum est, Vende omnia quæ habes, & da pauperibus, qui recessit tristis, quia liber ille dulcis est in ore, & in ventre amarus. Positus in angustijs, aut damno pecuniæ, aut damno iustitiæ, dicitur tibi, perde potius pecuniam, ne perdas iustitiam; tu autem cui non dulcis est in ore iustitia, sed adhuc in illis membris infirmus es, quales in ventre deputat Ecclesia, contristatus eligis aliquando magis amittere aliquid de iustitia, quàm vel nummum de pecunia, & percutis te damno grauiore implens sacellum tuum, & exinaniens cor tuum. Fortassis ergo de illis dixerit, Hęsit in terra vẽter noster. Exod. 3. Apoc. 10. Matt. 19.

11 In Psal. 73. IDEM explicans illa verba: Æstatem, & ver tu plasmasti ea, inquit: Feruens spiritu æstas est, tu inquam fecisti spiritu feruentes, tu fecisti & nouellos in fide, ver, & æstatem & ver tu fecisti ea, non glorientur quasi non acceperint, tu fecisti ea.

12 Serm. 14. in Cant. Psal. 132. BERNARDVS inquit: Vnguentum descendit a capite in barbam, & in oram vestimenti. Refundat & inferioribus membris quod accepit ipsa desuper. Exuberet adhuc quæso, & perueniat vsque in oram vestimenti, in me vtique omnium nouissimo, atque indignissimo, de vestimento tamen. *Infra*: Ecclesia recumbit intus, sed Ecclesia interim perfectorum. Spes tamen est & nobis. Excubemus pro foribus, qui minus perfecti sumus, spe gaudentes. Sponsus & sponsa soli intus interim sint mutuis, secretisq. fruantur amplexibus, nullo strepitu carnalium desideriorum, nullo corporeorum phantasmatum perturbante tumultu. Turba vero adolescentularum, quæ absque huiusmodi inquietudinibus nondum possunt esse foris expectet, expectentq. secure, scientes ad se illud spectare quod legunt. Adducentur Regi virgines post eam, proximæ eius afferentur tibi. Frequenter ego ipse (quod fateri non verecundor) maximeq. in initio conuersionis meæ corde durus, & frigidus, & quærens quem vellet diligere anima mea, nec adhuc enim diligere poterat, quem nondum inuenerat, aut certe minus quàm vellet, diligebat, & ob hoc quærebat, vt magis diligeret, quem nequaquam quæreret, nisi iam aliquatenus dilexisset. Cum ergo eum quærerem, in quo recalesceret, atque requiesceret spiritus meus, vtique torpens & languens, nec vlla de parte occurreret, qui succurreret, per quem videlicet pruina rigens, quæ sensus stringebat internos dissolueretur, & vernalis illa suauitas, ac spiritualis amænitas reuerteretur, tunc magis ac magis languebat, & tædebat, & dormitabat anima mea præ tædio tristis pene, & desperans, & musitans secum illud, A facie frigoris eius quis sustinebit? Cum subito forte flebat spiritus, & fluebant aquæ, & erant mihi lachrymæ illæ panes die ac nocte. Quidnam istud nisi odor exhalantis vnctionis, quæ ad me peruenerat, & non pinguis aspersio. Existimo & aliquos vestrum idem esse expertos, & experiri interdum adhuc. *Psal.* 54. *Infra.* *Psal.* 147. *Psal.* 41.

13 Lib. 1. de pœnitentia c. 8. to. 1. AMBROSIVS respondet Nouato hæretico neganti peccatoribus pœnitentiam, propter illum locum 1. Reg. 2. Si peccauerit homo in hominem orabunt pro eo ad Dominum; si autem in Dominum peccauerit homo, quis orabit pro eo? sic ait: Nõ scriptum est, nullus orabit pro eo, sed quis orabit? hoc est, quis ille sit qui in tali causa orare possit, quæritur non excluditur. Sic habes in Psal. 14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, &c. Non enim nullus, sed probatus habitabit. Et Psal. 23. Quis ascendet in montem Domini, &c. Et illud ita opinor dictum, Deus quis similis tibi non vtique nullus, quia imago Patris Filius Dei est. Similiter igitur accipiendum, quis orabit pro eo, hoc est, singularis vitæ aliquis debet orare pro eo, qui peccauit in Dominum, quia quo maior culpa, eo maiora sunt quærenda suffragia. Non enim quicumque de vulgo pro Iudæorum populo, sed Moyses rogauit quando *Psal.* 82.

uituli caput fidei immemores adorauerunt, qui non errauit, sed quod rogauit, & meruit, & impetrauit &c. Cap. 9. Similitudo exponit illud 1. Ioan. 5. Est peccatum ad mortem, non de illo dico vt oret quis, non enim ad Moysen, & Hieremiam loquebatur, sed ad populum, qui suorum peccatorum alium precatorem deberet exhibere, cui satis est, si pro leuioribus delictis Deum precetur grauiorum veniam iustorum orationibus reseruandam putet. Nam quomodo Ioannes diceret non orandum pro delicto grauiore, qui legisset Moysen rogasse, & impetrasse vbi erat præuaricatio voluntaria, qui sciret etiam Hieremiam rogasse? Quomodo Ioannes diceret non orandum pro peccato, quod esset ad mortem, qui in Apocalypsi
Apoc. 2. scripsit mandatum angelo Ecclesiæ Pergami, vt ageret pœnitentiam, eo quòd haberet tenentes doctrinam Nicolaitarum? Cognoueratque ipse Ioannes Stephanum pro persecutoribus suis, qui Christi nomen audire non poterant, deprecatum, cuius precationis effectum in Apostolo vidimus; Paulus enim qui lapidantium Stephanum vestimenta seruabat, nõ multo post per gratiam Christi factus Apostolus est, qui fuerat ante persecutor &c.

14 IDEM ostendit Dei iustitiam in varia collatione donorum, sic dicit: Si de parentum carLib. 2. de vocatione gentium c. 10, to. 4. nalium iudicijs conqueri non audemus, cum aliquos filios suos ante vlla morum examina, ante aliqua pietatis obsequia indulgentiore amplectuntur affectu; in dominis quoque erga famulos libera est dispositio, nec iuste a quoquam reprehenditur, qui de vnius conditionis familia quosdam sibi, quos benignius honestaret, & quos liberius erudiret, elegit; numquid de summi Patris, & veri Domini beniuolentissima æquitate causandum est, quòd in magna domo eius innumeris differentijs vniuersa variãtur? Cumq. nemo aliquid boni habeat, quod non ille donauerit, non omnes tamen ijsdem virtutibus micant, aut eadem charismatum dote ditantur &c.

15 IDEM sic ait: Quàm beata ciuitas, quæLibro 2. de Cain & Abel cap. 3. to. 1. plurimos iustos habet, quàm gaudeo cũ aliquos mites, ac sapientes diu viuere video, cum virgines castas, viduas graues aspicio longæuas; non enim ipsis gaudeo cum viuendi multa subeant tædia sæculi, sed quia prosunt pluribus; similiter cum aliquis huius mundi decidit, qui amoris longæua senectute depositus afficior, quia destituitur grex iuuenum muro senili; perituræ enim vrbis, & malorum imminentium hoc primũ indicium est, si decidant viri sapientes & boni, &c.

Aegritudo corporis multa habet conuenientia, quibus consolandi sunt infirmi. Cap. IX.

1 ORIGENES explicans verba illa Apostoli: Tribulatio patientiam operatur, patientia vero spẽ, ait: Tribulatio proprie sanctorum est, impiorum autem tribulatio flagella appellantur. Vnde in Psalmo dicitur: Multæ tribulationes iustorum; de istis autem ait: Multa flagella peccatorum. Tribulationes ergo iustorum non solum eas debemus accipere, quæ extrinsecus veniunt ex istis rebus, damnis, vel languoribus, vel ex quolibet corporis circuitu, sed & in eo quòd etiam in requie positi semetipsos affligunt. *Infra*: Tribulatio hæc non potest indifferens dici, sed aperte bona, per quam bona virtutis implentur. Tribulatio autem iusti non angustat animi virtutem, sed potius dilatat, vt *2. Cor. 4.* Paulus Corinthijs scribens, ait: In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur, desperamur, sed non perimus.

Lib. 4. in 5. epist. Pauli ad Rom. to. 3.

2 CHRYSOSTOMVS ad Stargyriũ Monachum arreptitium, quem grandi quadam infirmitate grauatum consolatur, inquiens: Aiebas mihi in hoc morbo primo ea te consideratione turbari, ac fere in desperationem præcipitari, quòd cum priori tempore laxius, & negligentius viueres, nihil huiusmodi perpessus sis; postea vero quàm teipsum mundo crucifixisti, tũc demũ te iste morbus inuaserit, secũdo quòd quãplurimos noueris, dum delicate viuerent hac peste correptos; eos tamen paruo post tempore; ita ea infirmitate liberatos, vt perfectæ integritati restituti, & vxores ducerent, & plurimos procrearent filios, omnibusque vitæ præsentis voluptatibus diu, ac iucunde frueren tur, contra tu cum tantum tempus in ieiunijs, ac pernoctationibus, & reliqua propositi, & vitæ austeritate contrieris, nullam ærumnarum tuarum liberationem, nullum finem hactenus inueneris. Ad hæc, alia ex parte nimium te angi dicebas, quòd ita animum tuum incredibilis vis mæroris occupauerit, vt sæpius ad laqueum fere, fluuiumq. ac præcipitiũ proueharis. Quare deinceps loco, quòd æquales tuos, & contubernales, qui tecum sacrã hanc, cælestemq. conuersationẽ inierunt tranquille agentes aspicis, te vero sæuissimæ procellæ expositũ. Dura sunt profecto ista, & quæ animũ maxime perturbare possint, ingẽtiq. implere tumultu, sed animum remissum, imperitum, ac desidẽ. At vero nos si respirare paululũ voluerimus, cogitationesque pacis admouere, has omnes mæroris causas veluti tenuissimũ puluerẽ excutiemus. Caue autẽ putes me modo ista, idcirco tãta facilitate polliceri, quòd extra dolorẽ hũc, vexationẽq. perstã. Cũ inuasit animã tuã scelestus ille dẽmõ ab initio, non tũc ego præsens aderã, didici tamen omnia

3 Lib. 1. de prouidẽtia Dei to. 5.

omnia diligentissime. Nã Theophilus Ephesius vtriusque nostrum amantissimus profectus ad me cuncta mihi per ordinem tristis, ac mærens retulit, distortas manus, toruos oculos, oris spumam, horrendam illam, & confusam vocem, diabolicum tremorem, sensus per multam horam priuationem. *Infra*. Si morbis affecti, nec sic quidem peccare desistimus, quo scelerum progressa non esset audacia nostra, si nos affluere delicijs, & otio constituisset Deus. Attestantur autem, & nostræ huic rationi, & quæ quotidie fiunt, & quæ maioribus nostris contigerunt, se-
Exod. 32. dit, inquit, populus manducare, & bibere, & sur-
Deut. 32. rexerunt ludere. Ac rursus, incrassatus est dilectus, & recalcitrauit. Consona quoque his beatus Dauid loquitur dicens, Cum occideret eos,
Psal. 77. quærebant eum, & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum. Ad Hierusalem quoque per
Hier. 6. Hieremiam loquitur Deus, Per omnia erudire Hierusalem, ne recedat anima mea a te. Quòd autem non solum malis, sed & bonis humiliari, atque incuruari salutare sit, rursum significat
Psal. 118. Propheta, cum dicit, Bonũ mihi Domine quòd humiliasti me, vt discam iustificationes tuas. Post hunc & Hieremias hæc eadem, sed non
Thren. 3. eisdem verbis exclamat, Bonum inquiens viro, si iugum tulerit grauelab adolescentia sua, sedebit solitarius, & tacebit. Beatus etiam Paulus,
2. Cor. 12. qui tanto munere gratiæ cælestis effulsit, boni tamen huius vtilitate indigebat, vnde aiebat, Datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Satanæ, qui me colaphizet, ne extollar. Propter quod ter Dominum rogaui, vt discederet a me,
Matt. 7. & dixit mihi, Sufficit tibi gratia me, nam virtus in infirmitate perficitur. Cupientibus itaque cæleste regnum ingredi angustam viam arripiendam iubet, quasi non aliter intrare liceat, ideo pressuræ, & quæque nobis tristia contingunt, quæ non minus Dei prouidentiam summamque clementiam indicant, quàm læta, & iucunda. *Infra*: Præterea in peccatoribus etiam futurum cruciatum leuius, ac tolerabilius præsentis temporis pœna constituit, ea enim, quæ nobis in hac vita inferuntur supplicia, diuinitus futurorum cruciatuum partem haud exi-
Luc. 16. guam succidunt. Nam cum Christus Dominus discipulos alloquens de diuite, & Lazaro differet, Abraham retulit, cũ rogaretur a diuite, vt mitteret Lazarum, qui extrema digiti parte paululum aquæ ardenti linguæ instillaret, dixis-
1. Cor. 3. se ad illum, Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus mala, nunc autem hic cõsolatur, tu vero cruciaris. Paulus quoque dum Corinthijs scriberet, aliquando iubet eum, qui
Ibid. grauissime fornicatus fuerat tradi Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini. Rursusque cum eosdem de his, qui indigne sacra mysteria percipiebant, admoneret, Propterea, inquit, inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. Cum iudicamur autem a Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. Vidisti vt omnia agat, atque moliatur Deus, vt post peccatum quoque mitiore, quàm debuimus plectamur pœna, aut

etiam omnino liberemur?

5 IDEM inquit: Omnes hominum calamitates, si dinumerare velimus, non ipsi solum, sed Lib. 3. de prouidẽtia. tu quoque lamenta tua, ac ploratus fortasse ridebis. Denique non solum omnes, sed ne breuissimam quidem earum partem eloqui nobis possibile esset. Neque enim scimus illas, neque si sciremus tempus omni narrationi sufficeret. Memento quæso senis illius optimi, atque amãtissimi (Demophilum dico) ex magna illustrique familia. Hic iam quintum, & decimum annum agit, ex quo nihil agere plus potest, quàm mortuus, nisi quod tremit iugiter, & loquitur, sensumque disertissimum suorum habet malorum. Ceterum in summa paupertate vitam agit, ministro tantum vno adolescẽte comitatus, bono quidem, non tamen calamitatem illam sedare, ac consolari idoneo. Neque enim inopiã iuuare potest, neque resolutionis illius tremorem sistere, sed buccellam tantum ori domini apponere (quippe neque ad hoc illum iuuare possunt manus) & offerre calicem, & purgamẽta nariũ abstergere præualet, aliud autem plus inferre nihil. Ego autem illum de Euangelio *Ioan. 5.* considero, qui triginta, & octo annis hoc morbo consumptus fuerat. Tu velim præterea Aristonum quoque ex Bithynia cogites, qui diebus singulis, ac noctibus dolores illum adeo torquent, vt apud ignaros illius morbi vesanus credatur. Porro clamores illius ac gemitus lamenta parturientium superant, adeo vt sæpius hi etiam, qui longinquius ab illius habitaculo remoti infirmi sunt, præ vigiliarum tædio, ac nimietate turbati mittant, culpantes quòd ex illius clamoribus infirmis suis deterius sit, quod illi non ex longinquis interuallis, sed sæpius diebus singulis ac noctibus contingit. Sextusque iam hic annus vertitur, ex quo molestissimo huic flagello, permissus est, neque seruus vllus adest, qui curam eius habeat neque medicus, qui consoletur, id propter inopiam, istud quia superat 6 omnem artis industriam is morbus. Neque amicorum aliquis eum iam videre vult, sed eũ omnes deseruerunt, & hi qui plurimis antea ab eo beneficijs fuerant affecti. Quod si quis vnquã ingreditur protinus resilijt, tanto fœtore domus illa plena est, eo quod nullus adsit, qui curã eius gerat, vna enim & sola illi ancilla assidet, tantum illi ministrans, quantum potest mulier, cum sit sola, & ex opere manuum viuens. *Infra*. Verum ne per singulos enumerãs eos, qui eiusmodi aduersis casibus afflicti sunt fastidium legentibus faciam, perge quæso ad illum, cui Xenodochij cura commissa est, ac iube te ad ibi iacentes introduci, vt omnium morborum inspicias radicem, nouaque infirmitatum genera, omnesque materias mæroris. Inde proficiscere ad balnea, vbi iacent nonnulli nudi frigore, morbo, fameque perpetua obsessi, aspectuque solo, ac tremore corporis, & sonitu se collidentium dentium prætereuntes ad misericordiam flectentes, neque vocem emittere, neque manũ extendere valentes, eo quòd iam his malis penitus attriti sunt. Neque hactenus persistas ve-

lim, sed ad pauperum diuersorium quòd ante vrbem est egredere, perspicies eum, quo detineris mærore, portum esse tranquillissimum. Quid enim dicere necesse est vel elephãtia consumpta virorum membra, vel cancro mulierum? Ambo enim isti, & longi sunt, & insanabiles. Horum vero alter quos occupauerit suis vrbibus eliminat, neque lauacri eos, neque fori, neque alterius cuiusquam illorum loci participes fieri fas est.

7 Hom. 1. ad populũ Antiochenum

IDEM vbi exponit verba: Pauli 1. Timot. 5 Modico vino vtere propter stomachum, & frequentes infirmitates tuas, ait: Non leuiter ęgrotabat, sed continue, sed alternis, & iugibus infirmitatibus. Non enim dixit propter ægritudinem, sed propter multas ægritudines, neque simpliciter propter infirmitates, sed ipsarum continuationem significans dicebat frequentes tuas infirmitates. Audiant qui modico traditi languori ægre ferunt, & indignantur. Non solum autem hoc est quod quæritur, quòd cum esset sanctus ægrotabat sic continue, sed quòd communia mundi negotia ipsi erant credita. Si enim vnus esset illorum qui in montium vertices secesserunt, & in solitudine cellulas compegerunt, nõ esset tam dubium quod quæritur, in medium vero prouectum, & tot ecclesiarum curas habentem creditas, & vrbes totas, & gentes tanta cum sedulitate, & studio administrantem infirmitatis necessitati traditum esse, hoc est quod maxime non animaduertentem omnino in stuporem agere potest. Etsi enim inquit, nõ propter se, saltem propter alios ipsum valere oportebat. Hic infinitos ad veritatem ducere poterat, & ægrotabat. Si nullum præterea damnum ex imbecillitate rebus inferebatur, hoc solum fideles pigriores reddere poterat. Nam si milites ducem suum lecto detentum cernentes segniores fiunt, & ad pugnam tardiores, multo magis par erat, & fidelẽ præceptorem tot signa operatũ intuentes continue ægrotantem, & corporis morbo laborantem humanum quiddam esse perpessos. Nec vero hæc tantum, sed & aliud quiddam dubitantes quærunt, qua de causa, neque seipsum, neque ipsius præceptor, ita confectum curauit, sed mortuos quidem suscitabant, & dæmones expellebant, & mortem facile vincebant, corpus vero ægrotum non instaurabant. Et qui in alienis corporibus etiam mortuis, tãtam exhibuere virtutem, stomachũ lapsum nõ releuabant. Et quod maius est, non veretur, nec erubescit Paulus, post tot, & talia signa, quę nudo præstitit verbo, Timotheo scribere, vt modico vino vteretur, quasi nõ posset absque illius auxilio, vnum laborans membrum erigere. *Infra*. Variæ enim, & omnimodæ sanctorum afflictionis causas numero octo charitati vestræ dicere possum. Prima est, quòd cum facile in arrogantiam, propter meritorum magnitudinem, & miraculorum tollantur, ipsos finit affligi. Prophetam Dauid, & Paulum audiamus, hæc dicentem. Ille quidem dicit, Bonum mihi Domine, quòd humiliasti me, iste autem raptus in Paradisum, ait: Ne magnitudo reuelationũ extollat me, datus est mihi stimulus carnis meę angelus Satanæ. Quid hoc apertius? Ne extollar, inquit, propter hoc, permisit Deus angelos Satanæ colaphizare me. Angelos autem Satanæ, non dæmones aliquos dicit, sed homines diabolo ministrantes, infideles tyrannos, qui continue ipsum tribulabant, & insequebantur. Quod autem dicit, huiusmodi est, poterat Deus continere persecutiones, & tribulationes assiduas, sed quoniam in tertium raptus fuit cælum, & in paradisum delatus, ne extollar, permisit persecutiones has. Quia ergo sancti, & admirabiles Paulus, & Petrus, & omnes quicumque tales, qualescumque sunt, tamen homines sunt, & multæ cautionis, ne facile extollantur, indigent. Secunda ratio, ne ceteri maiorem habeant de ipsis opinionem, quàm humana patitur natura, & ipsos deos, non autem homines esse arbitrentur. Quòd humana natura maiora multi sæpius de ipsis suspicaturi erant, nisi talia patientes vidissent, audi, quomodo Paulus timeat, Nam etsi voluero, inquit, gloriari, non ero insipiens, parco autẽ, ne quis me existimet, supra id, quod videt in me, aut audit aliquid ex me. Quid autem est, quod dicit? Poteram multo maiora dicere miracula, sed nolo, ne forte ignorum magnitudo maiorẽ de me hominibus suspitionem inducat. Diabolus persuasit, vt homines crederentur dij, & templis, & aris honorarentur, sicut Lystris Paulo, & Barnabæ tauros, & coronas duxerũt, ipsisque immolare aggrediebantur. Ne hoc, & in sanctis fieret, permisit ipsos Deus, contiuuo flagellari, in varios incidere morbos, vt nimia corporis imbecillitas, & tẽtationum turba præsentibus persuaderet, quòd homines erant, talia edentes miracula, nihilque de suo afferebant, sed Dei gratia illa operabatur. Et hæc sit tertia ratio, vt Dei virtus appareat per ægrotantes, & compeditos, exuperans, & prædicationem augens. Quarta, vt ipsorum illorum patientia manifesta fiat, nõ propter mercedem Deo seruientium, sed & tantum exhibentium gratitudinem, vt & post tot mala, sincera in ipsis beneuolentia ostendatur, ne propter præsentis felicitatis spem, sancti Deum colere putentur. Quoniam multis erat circumdatus diuitijs Iob, diabolus ad hanc stãtim confugit defensionem dicẽs, Numquid Iob gratis colit Deum? Circumuallasti interiora, & exteriora eius, propter mercedem, inquit, ille virtutem sequitur, tanta opulẽtia fruens. Volens ergo Dominus ostendere, quòd non ipsum sancti colunt propter mercedem, omnem ipsius substantiam abstulit, & in grauem morbum incidere permisit. *Infra*. Omnes ipsius animi hebitudinem admirati sunt, non solum autem ex rerum ablatione demonstrabatur, sed etiam ex patientiæ lucta circa ægritudinem. Quinta ratio, vt de resurrectione cogitemus. Cũ enim virum iustum, & multa plenum virtute, innumera passum mala, & sic hinc digressum videris, oportet ex hoc omnino aliquid de illo iudicio cogitare. Si enim homines pro se laborantes, sine

Psal. 118
2. Cor. 12

9 Ibid.

Act. 14.

11 Hom. 6. ad populum.

sine præmijs, & retributione migrare nõ permittit; multo magis eos, qui tantum laborauerunt, numquã incoronatos remanere Deus decerneret. Si autem ipsos laborum suorũ retributione, priuare nõ elegit, omnino necesse est, quoddam aliud tẽpus esse post præsentiũ finem, per quod, præsentis vitæ laborũ retributiones reciperẽt.

1. Cor. 15. 10

Vnde Paulus aiebat: Si secũdũ hominẽ cum bestiis pugnaui Ephesi, quid mihi prodest, si mortui nõ resurgũt? Et iterum, Si in hac vita, tantũ in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Innumera patimur mala, in præsenti vita, inquit: Si igitur non speratur altera vita, quid nobis esse potest miserabilius. *Infra*: Itaque cũ videris iustũ angustiari, affligi, imbecillitate, pauperie, & innumeris alijs ærumnis præsentem vitã transire, dic intra teipsum, quòd nisi resurrectio esset, & iudiciũ, numquã Deus tãta propter se passum mala, nullo potitũ bono, hinc migrare permisisset. Vnde patet, quòd alteram ipsis vitam præsenti iucundiorem, & multo meliorem parat. Quaprooter, Deus tolerat iustũ quidem affligi; impium vero delicijs indies affluere. Sexta ratio, vt omnes in grauia incidentes, sufficientem consolationem, & mitigationem habeant, in eos respicientes, & malorũ, quæ ipsis acciderunt, recordantes. Vt autem discas, quos hic oporteat putare beatos,

1. Cor. 4. Heb. 12.

nos docet Paulus dicẽs: Et esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur. Et quẽ diligit Dominus castigat, flagellat autem omnem filium, quẽ recipit. Certum est, quòd non remissione fruentes, sed propter Deũ angustiatos laudemus, & beatos censeamus. Sic & Propheta dicit: Dextera eorũ, dextera iniquitatis, filię eorũ cõpositæ, circumornatæ, vt similitudo tẽpli &c. Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt. Tu vero quid dicis? Beatus populus, cuius Dominus Deus eius. Hunc beatum puto, etsi innumeratiatur mala. Est & alia, quòd tribulatio spectabiliores facit tribulatos. Tribulatio enim, patientiam operatur, patientia vero probationẽ, probatio autẽ spem, spes autem non cõfundit. Vides, quòd in tentationibus manere, de futuris bene sperare facit? Quemadmodum enim in fornace aurũ examinatur, sic & homo acceptus in humiliationis camino. Est & alia causa, quòd si aliquas habeamus maculas, & hic eas deponimus, sicut Abraham ad diuitem dicebat, quoniã Lazarus recepit sua mala, vnde consolationem accipit. Præterea etiã, vt coronæ, & præmia nobis augeãtur. Quanto enim tribulationes intenduntur, tãtum & retributiones ampliabuntur, immo vero & multo plus.

Psal. 143. Exod. 2. Luc. 16. Ioh. 1.

IDEM inquit: Propterea, Deus laboriosam vitam nostram, & grauem constituit, vt præsenti tribulatione cõpulsi, futurorum desiderium capiamus. Si enim nunc cum sint tot tristia, & pericula, & timores, & curæ, nos vndique circũeuntes, tam libẽter præsenti immoramur vitæ, si nihil horum esset, & absque tristitia, & ærumnis omnibus, tota foret vita nostra, quando vmquam futura desideraremus? Sic & Iudęis Deus fecit, volens enim & illos in reditus cupiditatẽ inducere, & vt Ægyptum odissent, persuadere, permisit eos lateritio opere, & luto laborare, vt laborum, & ęrumnæ illius magnitudine cruciati, ad Deũ de reditu clamarent. Si enim egressi, quamuis hæc accidissent Aegypti iterũ meminerunt, & pristinæ seruitutis, & ad grauem tyrannidẽ redire festinabãt, nisi tales fuissent experti barbaros, quãdo vnquam alienã dimittere terram voluissent? Ne igitur & nos terræ affixi, & præsentibus inhiantes doleamus, & futurorum obliuiscamur, vitam nobis fecit Deus laboriosam. *Infra*: Nihil igitur eorum timeamus, quæ nobis natura afferuntur, sed illa, quæ ex mala nobis proueniunt voluntate. Illa enim nobis pœnam pariunt, hocq. cogitemus continue, in his, quæ nobis inexpectata accidunt, quod non correximus illa dolentes. Et præter hoc, illud quoque, quòd si quid graue in præsenti patimur vita iniuste, multa peccata dissoluimus. Idcirco magnum bonum est, hic luere peccata, & non illic. Etenim purpuratus dies graue nihil recepit; & propterea illic torquebatur. Et quod hoc esset in causa, ne vlla illic frueretur cõsolatione, audi, quid dicat Abraham, Fili recepisti bona tua, itaque nunc dolorem patere. Quòd autẽ Lazaro bona data sunt, quia hic cum virtute infinitas passus molestias fuerit, Patriarcham & hoc dicentẽ audi. Cũ enim dixisset diuiti, Recepisti bona tua, intulit, Et Lazarus mala; & propterea, cõsolationes capit. Sicut enim in virtute viuentes, & tribulati, duplex habẽt emolumẽtũ, sic & vitio viuens & gaudens, duplicẽ habebit pœnã.

Num. 11

Luc. 16.

12 In epist. ad Cyprian. in qua exponitur Psal. 89. to. 3.

HIERONYMVS explicãs illa uerba: Lætifica nos pro diebus, quibus nos afflixisti, vel humiliasti, annis quibus vidimus mala, inquit: Et Lazarus qui recepit mala in vita sua, in sinu Abrahæ æterno quiescit gaudio. Mala autem appellat afflictiones & angustias. Quãta igitur magis in hoc sæculo, persecutionibus, paupertate, inimicorum potentia, vel morborũ cruciatibus fuerimus afflicti, tãto post resurrectionẽ in futuro maiora præmia cõsequemur? Pulchre autem non dixit sustinuimus mala, sed vidimus.

13 In epist. ad amicũ ęgrotum to. 9.

IDEM ait: Qui curãdus est nõ dicit medico, qua lege curetur, nec miles eligit quo mittatur, nec seruus quo verbere castigetur. Quod enim ex maioris pendet arbitrio, non est in potestate subiecti. Ergo qui superna regimur potestate, & inter mũdi miserias multiformes corrigẽdi versamur, nec nostrũ est de potestate Domini, aut plagas eligere, aut alia certamina, quæ ferendo vincamus, sicut nec seruorũ est eligere de domi nis genera flagellorum. Potestatis est emẽdare, conditionis est subiacere, Regis est onus imponere, & militis sustinere. Quippe cum & ab ipso rege nihil geratur iniustum, qui suis legionibus pro virium qualitate bellicos sudores imponens, fortes mittit ad fortia, inferioribus competentia iubet, vt nec inferior contra proprias vires, certamine potẽtioris arceatur, aut potentior inferioris certamine degradatis meritis humilietur. Nec inimicus est medicus, qui ferit, vt periculũ tollat, & vulnere vulnus excludat. Nec aduersatur paternus affectus, si liberos

docet

doceat amplexibus flagellorũ. Paterna enim flagella exercitia sunt innoxię pietatis. Ergo quoniã castigatio corrigẽtis amoris est causa, cum de pietate desciscẽdat, ama medicũ percussorem,
Deut. 32. cuius plaga mater est medicinę. Ego, inquit Dominus, occidam, & viuere faciam, percutiam, & ego sanabo. Cum non desit in homine quod curetur, ferit, vt curet, vt sunt manus medici, quæ multũ lædendo conferunt sanitatem, non
14 sine murmure patientis. Aggredere igitur frater sustinentię remedium, quo valeas grauidam tentationibus sarcinam leuigare, & periculadum pateris superare. Iacentia membra animus rigidus consoletur, & curet. Regnum teneat virtus intra corpus anxietatibus captiuatum, vt anima inclusa periculis vigeat ipsius libertate virtutis, quæ in ipso vestibulo dominicæ seruitutis contra infestas calamitates iussa est armari. Fili, inquit, accedens ad seruitutẽ Dei, sta in iustitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Coniungere Domino, & sustine ait Salomon, vt crescat in nouissimo vita tua. *Infra*: In labore hominum non sunt, & cũ hominibus non flagellabuntur, ideo tenuit eos superbia. Cernis igitur medicinali flagello, immeritos despici, & meritos amicabiliter castigari. Parens enim omnium Deus, vt est medicus fidelis erga susceptos, & genitor circa liberos suos, quos amat. Sic ferit, vt corrigat, non vt occidat. Ergo felix est, qui vapulat, vbi amoris est plaga. Beatus quem superni verberis remedium curat, corrigit, emendat, cum Dauid dicat, Beatus quem tu emendaueris Domine, & de lege tua docueris eum. Nec mirandum est enim quòd malorum frequentium stragibus varijs, sic mortalium vita populetur in mundo, in quo nemo nascitur ridens, in quo nemo lumen vitæ nisi cum lachrymis auspicatur. Cum nos denique maternæ vuluæ tentorium ostenderet mundo, flentes didicimus mundum, vt quasi malorum primitias in primis lachrymis gustaremus. Vnus est omnibus introitus ad vitam. Primam vocem, ait Salomon rex, similem omnibus emisi plorans, & similis etiam est exitus. Quid ergo prosperitatis aut lætitiæ potest nobis occurrere, vbi primo discitur flere, & inter ipsa cunabula nascẽtis infantiæ, & in ipso vitæ vestibulo nihil aliud noui de mundo, quàm fletus occurrit? Limina mundi cum fletu calcauimus, flebimus equidem transituri. O angustum, & satis anxium tempus vitæ mortalis!
15 vbi cum initio nominatur, & finis. Quis enim inter anxietates vagantis sæculi, ærumnasque morborum lædentium, non magis mortem desideret, quàm longam satis, & languidam vitã dicente Salomone. Melior est mors quàm vita amara, & requies æterna quàm languor perseuerans. *Infra*: Sæculum pelago comparatur in quo rara sunt prospera, expauescitur, timetur, morbi quoque nou desunt, solus exitus securitatis est portus. Hinc atque illinc ingruunt calamitatis incursus infestæ, sed vsque ad portum idest ad exitium virtutis est tolerare. Inter calamitates animus rector hominum gubernat, & regit, quamuis aliquis periculis paululum temperatis nauigium tractabile ducat, sed potius illa expectatur, atque triumphis maioribus excipitur nauis, quæ turbido flumine coactos in verticem fluctus potenter excussit. Hãc excipit profundo cum gaudio turba in portu. Sua felicitate miser est, qui cũ infelicitatibus, quibus gloria gignitur, nunquam meruit habere conflictum. Nec suam virtutem didicit, quẽ calamitas non excussit. Nec eum sequitur felicitas præmiorum, qui sarcinam non vult gestare armorum. Superatur morbus in corpore, si discat animus sustinere, & ideo vbi corpus iacet infirmum in recessibus maior habenda est 16
virtus. *Infra*. Profecto illi sani sunt quos morbus inuoluit atque iactat insanus. Incolumis est, quem quolibet verbere corrigit Deus, qui se hominis amatorem castigando testatur dicens. Ego quos diligo, arguo, & castigo. Et ideo se sanum non iudicet, qui aut morbis, aut fordibus caret, nec infirmitatis remedio confouetur. Illi vero sunt miseri, qui nimiæ felicitatis inerti tranquillitate torpescunt, quibus fucata sanitas vt fallat, & decipiat adulatur, quos æterna tenebit ægritudo, æterno tortore totũ hominem post modum vexatura. Et quid prodest per discrimina prospere cucurrisse, si post cursum contigerit interire? Fruſtra denique nauis per superbum pelagus, & insanum amicis fluctibus commoda prosperitate cucurrit in portum, si cum naufragio peruenit, & perituram portus acceperit. Cum iudicamur, ait Paulus, a Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur. *Infra*. Tentat vos Dominus Deus vester, vt sciat si diligatis eum ex toto corde vestro, & ex tota anima vestra. Et iterum. Correptionem Domini, ne abijcias, ipse enim vulnerat, & medetur, percutit, & manus eius sanabunt. *Infra*: Omne quod tibi applicitum fuerit accipe, & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe, quoniam igne probatur aurum, & argentum, homines vero receptibiles in camino humiliationis. Dic si bona suscepimus de manu Domini, mala quare non sustineamus. Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit ita, & factum est, sit nomen Domini benedictum. Aduersum igitur satisque contrarium est probationis tempore in Dominum murmurare, qui aut vitæ nostræ pestiferam labem ærumnarum iactatione vexat, vt liberet, aut iustitia ventilat vt coronet, ac vexatione membrorum, aut delictum vapulat, aut iustitia probatur, vt vincat.

IDEM in fine, sic habet: Si intemperate cibus sumptus, aut immoderate potus acceptus leuem corporis febriculam concitarit, deijcimus animum, affligimur, suspiramus; nulla cura tunc est sæculi, nulla villarum, nemo de foro, omnes calamitatis incursus infestæ, sed vsque ad portum trimonio cogitat, nemo de patrimonio, omnes calumniæ, omnia lucra in periculis corporis conquiescunt. Curritur ad medicos, & pro remedio promittuntur munera, aurum, argentum. Interdum etiam mancipia traduntur, & pene totum patrimonium, aut negligitur, aut donatur.

Si

Si autem contigerit, vt inter ceteros languidũ visitantes, aut clericus, aut sacerdos, aut etiam laicus Dei seruus aduenias, rogatur vt oret, & qui sæpe pro nihilo contemptus fuerat, necessitatis tempore supplicatur, vt precibus suis cõmeatum vitæ longioris obtineat. Et cum sic Dominus conferat sanitatem, cito succedente obliuione in contrarium omnia permutantur. Timor in insolentiam, gratia vertitur in contẽptum, & quasi nihil vnquam incõmodi senserimus, aut quasi reuocare cursus ad talia nequeamus, rebellamus, efferimur, & cõcessum ad pœnitentiam vitæ spatium negligimus, & peccata non pœnitendo cumulamus. Legamus Esaiam Prophetam, & necessarium Ezechiæ regis, quæramus exemplũ, cui morituro anni quindecim ad superiorem vitam proprijs fletibus, & Prophetæ precibus augentur; quique accepta tãti muneris gratia, non peccatis, non voluptatibus, non delicijs, sed soli Domino indultum vitæ spatium humilis, & sanctus exhibuit.

18 Lib. 2. in e. epist. Pauli ad Galatas. 6. IDEM ait: Tradunt Paulum grauissimum capitis dolorem sæpe perpessum, & hunc esse angelum Satanæ, qui appositus ei sit, vt eum colaphizaret in carne, ne extolleretur. Ideo hic inquit, & tentationem vestram, quæ erat in carne mea, non spreuistis, neque respuistis. Hæc infirmitas, & languor hic corporis apud eos, quibus annunciabatur Euangeliũ, tentatio fuit, an contemnerent eum sublimia promittẽtem, quem languoribus corporis subiectũ videbant. Nec non & illud dici potest, quod in principio aduentus sui ad Galatas contumelias, & plagas corporis ab his, qui contraibant Euangelio, sustinuerit, & hanc fuisse tentationem, vel maximam Galatis Apostolum Christi cernentibus verberari.

19 Pertia pars curæ pastoralis ad monitione 3. cap. 4. GREGORIVS inquit. Aliter admonẽdi sunt incolumes, vt salutẽ corpotis exerceant ad salutem mentis, ne si acceptæ incolumitatis gratiam ad vsum nequitiæ inclinãt, dono deteriores fiant, & eo postmodum supplicia maiora mereantur. Admonendi sunt incolumes, ne opportunitatem salutis in perpetuum promerendæ despiciant. Ne des alienis honorem tuũ, & annos tuos crudeli, ne forte extranei viribus tuis, & labores tui sint in domo aliena, & gemas in nouissimis, quando consumpseris carnem, & corpus tuum. Honorem suum alienis dat, qui ad Dei imaginem conditus vitæ suæ tempora malignorum spirituum voluntatibus administrat. Annos etiam suos crudeli tradit, qui ad voluntatem male dominantis aduersarij accepta viuendi spatia expendit. Quisquis autem per acceptam valetudinem corporis, non exercendis virtutibus, sed perpetrandis vitijs laborat, nequaquam suis viribus suam domum, sed extraneorum, & dæmonum habitacula, ideſt facta multiplicat luxuriando, vel superbiendo. Be
19 ne autem subditur. Et gemas in nouissimis, quã do consumpseris carnem, & corpus tuum. Plerumque accepta salus corporis per vitia expenditur, sed cum repente subtrahitur, cum molestijs caro atteritur, cum iam egredi anima vrge

tur, diu male habita, quasi ad bene viuendum salus amissa requiritur. Et tuuc gemunt homines, quòd Deo seruire noluerunt. Vnde dicitur. Cũ *Psal. 77.* occideret eos, quærebant eum, & reuertebantur. At contra admonendi sunt ægri, vt eo se filios Dei sentiant, quo illos disciplinæ flagella castigant. Nisi enim correctis hereditatem dare disponeret, erudire eos per molestias non curaret. Hic namque ad Ioannem Dominus per angelum dicit. Ego quos amo, arguo, & castigo. *Apoc. 13* Hinc rursum scriptum est. Fili mi noli negli- *Heb. 12.* gere disciplinam Domini, neque fatigeris cum ab eo argueris, quem enim diligit Dominus castigat, flagellat autem omnium filium, quem recipit. Hinc Psalmista ait: Multæ tribulationes *Psal. 33.* iustorum, & de omnibus his liberauit eos Dominus. Dicendum est ægris, vt si cælestem patriã suam esse credunt, necessario in hac labores velut in aliena patiantur. Hinc est enim, quod lapides extra tunsi sunt, vt in constructione templi Domini absque mallei sonitu ponerentur, quia videlicet nũc foris per flagella tundimur, vt intus in templum Dei, postmodum sine disciplinæ percussione disponamur, quatenus quicquid in nobis est superfluũ, modo percussio resecet, & tunc sola nos in ædificio concordia charitatis liget. Admonendi sunt ægri, vt consi- 21
derent pro percipiendis terrenis hereditatibus, quomodo dura carnales filios disciplinæ flagella castigent. Quæ ergo nobis diuinæ correptionis pœna grauis est, per quam, & numquam amittenda hereditas percipitur, & semper mansura supplicia vitantur? Admonendi sunt ægri vt considerent quanta salus cordis sit molestia corporalis, quæ ad cognitionem sui mentem reuocat, quã plerumque salus abijcit, infirmitatis memoria reformat, vt animus qui extra se in- *Num. 22.* elationem ducitur, cui sit conditioni subditus, ex percussa quam sustinet carne memoretur. Balaam vt peruenire ad propositum tendit, sed eius votum animal, cui præsedit, præpedit. Prohibitione quippe immorata asina angelum videt, quem humana mens non videt, quia plerũque caro per molestias tarda, flagello suo menti Deum indicat, quem mens ipsa carni præsidens non videbat, ita vt anxietatem spiritus proficere in hoc mundo cupientis, velut iter tendentis impediat, donec ei inuisibilem, qui sibi obuiat, innotescat. Vnde bene Petrus dicit, Cor- *2. Pet. 2.* reptionem habuit suæ vesaniæ subiugale mutũ, quod in hominis voce loquens prohibuit Prophetæ insipientiam. Insanus quippe homo a 22
subiugali muto corripitur, quando elata mens humilitatis bonum, quod tenere debebat ab afflicta carne memoratur. Admonendi sunt ægri, vt considerent quanti sit muneris molestia corporalis, quæ & admissa peccata diluit, & ea quæ admitti poterant, compescit. Vnde scriptum *Prou. 20.* est, liuor vulneris abstergit mala, & plagæ in secretioribus ventris. Mala enim liuor vulneris abstergit, quia flagellorum dolor, vel cogitatas, vel perpetratas nequitias diluit. Quia dum exterius percutimur, ad peccatorum nostrorum memoriam taciti, afflictique reuocamur, atque

ante

ante oculos noſtros cuncta quæ a nobis ſunt male geſta reducimur. Et per hoc quod foris patimur, magis intus quod fecimus dolemus admonendi ſunt ægri quatenus patientiæ virtutem ſeruent, exemplo Chriſti. Cur enim aſperum creditur vt a Deo homo toleraret flagella pro malis, ſi tanta Deus ab hominibus pertulit mala pro bonis? Aut quis ſana intelligentia de percuſſione ſua ingratus exiſtit, ſi ipſe hinc ſine flagello non exijt, qui hic ſine peccato vixit.

23 Enarrationum in Iob cap. 2. to. 2.

AMBROSIVS põderat ſanctitatem Iob, qui in ſtercore poſitus myſteria loquebatur, neque aquirendis proprie remedijs ægritudinis, ſed ſacris vacabat ſermonibus, fortioreſq. erãt ſermones ægri hominis, quàm illorum, qui non ægrotabant, & quid dicam fortiorem inuentum ceteris? fortior æger quam cum ſanus eſſet ſeipſo inuentus eſt, fortior enim æger Iob, quàm cum ſanus fuerat, ſecundum quod ſcriptum eſt,

2. Cor. 12 Virtus in infirmitate cõſummatur, ergo & Iob cum infirmaretur, tunc validior erat, non enim ægrotabat animo, & ſi doleret corpore, &c.

24 Super epiſt. ad Phil. to. 3.

IDEM ſuper illud Phil. 2. Neceſſarium arbitratus ſum Epaphroditũ fratrẽ, &c. mittere ad vos, &c. etenim infirmatus eſt prope mortẽ, ait: Quid ergo eſt, vt præſente Apoſtolo, qui mortuos ſuſcitabat, hic Epaphroditus infirmaretur vſque ad mortẽ? numquid non orauit pro illo Apoſtolus, & non impetrauit, vt citius ſanaretur, ſed digna infidelium cauſa fuit, nam huic non ad detrimentum contigit ægrirudo, ſed ad augmentum, probationes enim diuerſæ ſunt credentium, alius enim per ægritudinem, alius amiſſione charorum, alius per damnum pecuniæ, alius per tribulationes probatur, ſi in neceſſitate ſtabilis inueniatur auxilium a diuerſa parte non quærens, vt augmentum faciat meritorum. Non ergo contempta eſt poſtulatio Apoſtoli, ſed melius prouiſum ei pro quo

1. Thc. 4. petebat; quid autem illud eſt, vt cum de exceſſu fratrum in alia epiſtola non cõtriſtari debere admoneat, in hac autem contriſtandum ſe, ſi exiſſet Epaphroditus de corpore ſignificat? Sed ſic ſe triſtem futurum dixerat de exceſſu Epaphroditi, quia ſolatium eius, & auxilium requirebat, non tamẽ vt quaſi perditum lugeret, &c.

Eleemoſyna eiuſque neceſſitas, & modus in ea ſeruandus, quam diferre non expedit. Cap. X.

1 Hom. 5. in cap. 19. Geneſis to. 1.

ORIGENES ſic habet: Miſſi Angeli ad ſubuerſionem Sodomorum cum iniunctum cuperẽt maturare negotium, curam prius gerunt hoſpitis Loth, vt eum de imminenti ignis excidio contemplatione hoſpitalitatis eximerent. Audite hæc qui peregrinis clauditis domum, audite hæc qui hoſpitem velut hoſtem vitatis. Loth in Sodomis habitabat, alia eius bene geſta non legimus. Hoſpitalitas in eo ſola ex vſu veniens memoratur. Euadit ignes, euadit incendia, ob hoc ſolum quòd domum ſuam patefecit hoſpitibus. Hoſpitalem domum Angeli ingreſſi ſunt, clauſas hoſpitibus domos ignis ingreſſus eſt.

2 Lib. 1. in Iob to. 2.

IDEM inquit explicans illa verba: Beatus vir qui poſt aurum non abijt nec ſperauit in pecuniæ theſauris. Vere inæſtimabilis atque æterna beatitudo eſt vt cum quis diues effectus fuerit, non confidat in auro, nec intendat in argenti repoſitione, ſed recondat hæc in mandato altiſſimi, & det ea in eleemoſyna pauperibus, ſed ſeminet atque ſpargat ea late per animas miſerorum, per ora eſurientium, per deſtitutos atque miſeros, Iuxta hoc quod dictum eſt. Seminate vobis ad iuſtitiam, vt metatis fructum vitæ, & diſperſit, dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi. Eiuſmodi vero metet multipliciter in die reſurrectionis. Eiuſmodi eleemoſynarum iuſtificationibus tanquam lux effulget coram Angelis Dei. Talis fuit beatus Iob, apud quem nũquã hoſpes foris manſit, cuius ianua omni aduenièti patuit, quẽ inualidi nunquam prætermiſerunt rogare de his quæ opus habuerunt, qui non dimiſit pauperem exire de domo ſua vacuum. Ad cuius tonſuram ouium omnium pauperum ſcapulæ calefactæ ſunt. Ob hoc enim, & iſtam multitudinem pecorum nutriuit, & maximam agriculturam exercuit, vt plurimis impertiret, vt plurimis benefaceret, vt plurimorum memor eſſet. Non propter os ſuum tantum, ſed vt multos eſurientes ſaturaret, atque plurimos nudos veſtiret, & multis miſerabilibus atque infelicibus refrigeraret, & miniſterium eius nimis copioſum quod miniſtrabat hoſpitibus, & 3 infirmis miſerantibus deſtitutis, & peregrinis & pauperibus. Pro horum ergo omnium ſuſceptione nimium copioſum habuit miniſterium, puto quod, & in cælo, & in excelſis copioſum nimis habuerit miniſterium. Plurimi miniſtrauerunt ei ſuper terram pro miſerorum ſuſceptione, ſed pluriores miniſtrabant ei in cælis cæleſtes Angeli incorruptibiles eleemoſynas, atque bona opera eius in memoriam coram Deo in cælum deferentes. Sicut dictum eſt ad Cornelium, Orationes tuæ, & eleemoſynæ aſcenderunt ſurſum coram Deo. Atteſtantur autem Angeli non ſoli Iob, ſed, & omnibus qui ſimiliter vt Iob eleemoſynas miſeris, ac beneficia infelicibus impertiunt. *Infra*: Hæc Iob opera hic ſunt perfecta in cælo vero demoſtrata, hic ſeminata, illic vero meſſa, hic diſperſa, illic autem collecta, hic Deo fœnerata, illic vero cum gloria a Deo fœnerantibus reddita. Qui enim miſeretur pauperi fœneratur Deo, ſecundum autem datum illius, retribuet illi Dominus,

4 Lib. 9. In c. 12. ad Romanos.

IDEM explicans illa verba: Hoſpitalitatem ſectantes, ait, Quam digne hoſpitalitatem ſectantis magnificentiam vno ſermone comprehendit. Dicens enim ſectandam eſſe hoſpitalitatem, non illud ſolum oſtendit vt venientem ad nos hoſpitem ſuſcipiamus, ſed, & requiramus, & ſolliciti ſimus, & ſectemur, ac perquiramus vbique hoſpites, ne forte in plateis ſedeant, ne extra tectum iaceant. Recordare Loth, & inuenies quòd non illum hoſpites, ſed ipſe quæſierit hoſpites, & hoc erat hoſpitalitatem ſectari.

5 Hom. 6. ex variis locis ueteris testamenti.

BASILIVS ſic habet: Non communis meminit naturæ, nec quæ ſupererant putauit egentibus diſtribui oportere, nec vllam inibat rationem illius præcepti ne deſieris benefacere inopi. Itemque eleemoſynæ, & fides ne te deſerant. Item frange eſurienti panem tuum, ſed horrea multitudine fructuum grauata dirumpebantur, cor autem eius parcum ac tenax minime exaturatum eſt. Quid faciam inquit? Agnoſce o homo eum qui dedit, qua gratia tam multis ſis prælatus? Dei optimi miniſter es, tuorum diſpenſator conſeruorum. Ne puta omnia ventri tuo præparari, quæ in manibus habes, vt aliena exiſtima, parno te exhilarabunt tẽpore, demde diffluentia præteribunt, quorum ratio abs te acriter exigetur. Plane imprudenti veteris conſiliario, quid faciam? Parata tibi reſponſio fuerat, eſurientium animas explebo, aperiam horrea, & omnes vocabo indigos, imitabor Ioſeph præconio exhibitæ hominibus benignitatis celebrẽ, vocem emittam magnificam, quicumque panibus egetis venite ad me ſinguli, participes futuri quod ſatis fuerit, gratiæ a Deo mihi collatæ quaſi profilientis e cornibus fontium ſcatebris. *Infra*: Imitare o homo vel terram, vt illam fructus proferto, vt ne illa conſpiciaris eſſe deterior, quæ inanimis eſt. Sane illa nõ in ſuum vſum, aut commodum, ſed in tuum miniſtrare contendit. Tu autem quem debueras oſtendere beneficẽtiæ fructum, illum tibi ipſi congregas? Non benefactorum gratiæ in dantes reuertuntur. Dediſti eſurièti, tibi conſuluiſti, quod dediſti, ad te cũ augmẽto redibit. Quemadmodum enim frumentum in terrant cadens lucrum proijcienti parit, ſic, & 6 panis in eſurientem proiectus multam in poſterum tibi reddet vtilitatem. Seminate inquit vobis ipſis in iuſtitia. Si autem diuitias ob honorem inde prouenientem admiraris, conſidera quanto ad gloriam magis faciat multorum filiorum parentem appellari, quàm mille ſtateres in marſupio repoſitos habere. Pecuniam enim hic vel nolens relinques, honorem vero ex benefactis ad Dominum referes, quando populus omnis communem iudicem circunſtans te, & nutritorem, & in inopes beneficum, & demum omnibus, quæ ad humanitatem pertinent, nominibus appellabunt. *Infra*: Tuas opes in pauperum varios vſus diſpone ac diſpenſa, clarus ac venerabilis ob ſumptus in egẽtes eſto. De te illud dicatur, Diſperſit, dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi. Ad horrea tua aperienda noli annonæ caritatem expectare. *Infra*. Putei continuo exhauſti, & copioſiore, & pulchriore admodum fluunt aqua, dimiſſi vero, & quieti facile putẽt. Sic & opes conditæ quieſcentesve inutiles, motæ autem, & tranſlatæ publicum commodum, & fructum pariunt. *Infra*. Deſtruam horrea mea. Habes ſi vis apothecas ventres pauperum, theſauriza tibi theſauros in cælo. Quæ illic reconduntur ea non depaſcuntur tineæ, nec furantur latrones. Dixeris atqui tum in pauperes diſpartiar, cũ horrea ſecũda cõpleuero, longa tibi vitæ tẽpora præfixiſti, vide ne te illud tẽpus, quod certo, ac præſtituto termino accelerare ſolet, forte corripiat. Vitam nãque tibi polliceris, nõ vt poſthac ſis liberalior, ac tribuas, ſed vt inſtãtem mendicum a te propulſes. Iam quãdo ſuppetit, quid prohibet, quominus liberaliter impartiare? Nonne inops adeſt? Non ſunt plena horrea? non merces a Domino parata? Non mandatum manifeſtum? Eſuriens fame abſumitur, nudus frigore rigeſcit, & tu eleemoſynã in craſtinum differs? Audi Salomonem. Ne dicas regreſſus reuertere, & cras dabo, ignoras enim quid ſequens pariat dies. Quantam te Deo beneficẽtiſſimo gratiam habere, quàm hilarem eſſe te ſimul, & in inopes liberalem oportebat, quòd non ipſe pro foribus alienis cogeris obſtreperus eſſe, & querulus, ſed tuas alij occupant. Nunc autem triſtis es, & rogatu difficilis, occurſus pauperum vitas, ne forte aliquid vel modicum e manibus coacto exeat. Vnam tantum noſti vocem. Non dabo, non habeo, nã & pauper quoque ego ſum. Pauper inquã charitate, benignitate in indigos, pauper fide, erga Deũ pauper, pauper æterna ſpe. Quamobrẽ frumẽti, quodcumque poſſides, tuos fac fratres participes. Cras forte marceſcet, hodie egenti da. Dixeris cui facio iniuriã, ſi mea retineo? Quæ illa dic mihi tua? Vnde accepta hæc ad traducendam præſentem hanc vitam inuexiſti? Nonne nudus ex vtero matris excidiſti, nuduſq. rurſus reuerteris ad humum? Cur tu diues es, ille pauper? Profecto non ob aliam cauſam, niſi vt tu benignitatis, ac fidelis adminiſtrationis mercedem accipias. Eſurientis eſt panis, quẽ tu retines, nudi eſt veſtis, quã in arca cuſtodis, diſcalceati calceus, qui apud te marceſcit, egentis argentum, quod tu terræ infoſſum poſſides. Quare tot iniurius es hominibus, quot poteras opem conferre. 7 Prou. 3.

8 Hom. 7. cõtra diuites auaros. Matt. 19.

IDEM loquens de adoleſcente illo, qui cũ audiſſet a Chriſto Domino, Vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, qui receſſit triſtis, inquit: Mihi eueniſſe huic adoleſcenti, vel propinquis ipſius videtur, quod illi ſolet euenire, qui iter facit ciuitatis alicuius ſpectaculi videndi ſtudio, properatque vſque ad mœnia, ibi reperto diuerſorio requieſcit, modicumque quod reſtat viæ ob pigritiam, atque deſidiam ire detrectat, ſimul & toleratum itineris laborẽ inanem reddens, & ſpectaculo bonorum, quæ videre poterat in vrbe, excludens. Sic & huiuſcemodi ſunt homines, qui cetera quidem mandata obſeruant, ad bonorum vero ſuorum erogationem claudicant. Vidi ego multos ieiunantes, orantes, præteritorum pœnitentia ſuſpirantes, omnem denique ſine ſumptu pietatẽ oſtendentes, egentibus vero ne obolum quidem præbentes. Quid his cetera virtutum diligentia pro-

prodeſt? Non propterea regnũ Dei conſequen
tur. Idcirco inquit Dominus, Difficilius eſt
Ibid. diuitem intrare in regnum cælorum, quàm ca-
melum per foramen acus. Hoc teſtimonium
validum, qui teſtatur verus, perſuaſi vero pauci.
Infra. Quid quæſo grauaris? Quid doles audiẽs
vende omnia quæ habes? Si enim te in futurum
ſæculum ſequerentur, profecto præ illis pertio-
ſioribus, quæ ibi reperies, & hæc nihil pẽderes.
Sed quando neceſſe eſt ea hic remanere, cur ex
eorum actione non lucrifacis maiora longe re-
periendo? Nam ſi alacri lætoque animo das au-
rum, vt equos poſſideas, cur id regno Dei po-
tius commutari ſuaſus, doles, petenti denegas,
& abnuis, mille ſumptuum occaſiones commemorando? Quid miſer iudici reſpondebis. Pa-
rietes veſtis, hominem non veſtis? Equos pha-
leris ornas, fratrem tuum laceris amictum pan-
nis aſpernaris? Frumentum retinendo perdis,
eſurientes non reſpicis? Aurum in terram con
9 dis, & oppreſſum non curas? *Infra*: Sed inquis
ego quidem bonis dum vixero frui volo, poſt
mortem vero in teſtamento heredes facultatũ
mearum, ac dominos pauperes faciã. Heu mi-
ſer tunc benignus ac liberalis hominibus eris,
cum amplius inter homines non ages? Cum te
cadauer aſpiciam, tunc fratris amantem appel-
labo? Magnæ dignus eris liberalitatis laude,
magnus tibi honor debebitur, aut gratia, ſi in
ſepulchro iacens, & in terram cõuerſus magni-
ficus, ac ſumptuoſus apparebis. Dic cuius mer
cedem temporis potiſſimum expõſces, vitæne,
an mortis? Nam ſi tempore, quod ad promerendum datur in voluptatibus abſumpto, pauperes nequaquam reſpexiſti, mortuus cuius nã
actionis aut operis mercedem petiturus es?
Oſtende opera, & tunc primum mercedem repete. Nullus enim poſt mercatum ſolutum ne
gotiatur, neque demum poſt certamina acce-
dens coronatur, nec poſt bellum fortia gerit,
nec item poſt vitam, pietatis laudem præmiũve capiet. Atramento, & tabulis pulchra opera, & commendanda gerere ſtudes? Quis de
mortis genere ſponſor? Quot uidemus repentino, ac vi, caſuque extingui qui præ doloris, &
ſpiritus anguſtia nec vocem quidem emittere
potuerunt? Quot etiam febris a ſenſu alienos
fecit? Quid igitur tempus expectas, in quo ſæ-
pe rationis tuæ compos non eris? Immo qui
hereditati inſidiatur paratus aderit, omnia
tantum quæ ad eius faciant vſum adhortans, ac
tua irritare conſilia quærens? Quòd ſi nihilominus contigerit vt, & verbo, & ſcripto res
tuæ palam mandentur, vna tantum tranſpoſita
littera, vnum non probe appoſitum ſignum totam ſententiam mutare ac irritam facere vale-
bit. Duo item aut tres improbi teſtes totam
hereditatem in alios conuertent.

10 IDEM quando imminente ficcieitate gran
Hom. 8. ex vari's. di fames Cæſareæ inualuit, inquit, hiems ſoli-
tum humorem cum ſicco non retinuit, ſed in
glaciem tota abijt niuis, & imbris penitus
expers. Vernum tempus alteram quidem ſui
officij partem oſtendit caliditatem dico, humiditatem vero nullam illi coniunxit. Æſtus vero
immenſus, & frigora naturæ leges prætereuntia, ac in nos damnumque noſtrum coniurata
mortales advictus, vitæque ſimul trahunt diſcri
mina. Quæ igitur fratres huius tantæ confuſionis contrarietatisque cauſa? Vnde talis rerum
temporumque nouatio? Illæ ſunt cauſæ, cur no-
bis cõſueta gubernatio ſublata ſit, quod cum ex
Deo accipiamus, alijs non damus, conſeruos nõ
miſeramur, egentibus deſumus. Eſurientes non
nutrimus, inopibus alimẽta negamus. Cum in-
deficientem theſaurariũ Deum habeamus, er-
ga pauperes tenaces ſumus. Ouium gregẽ fœ-
tura implet, ouibus vero nudos plures eſſe ſini-
mus. Graues rerum apothecas, & cellas habe-
mus, his autem carentes nequaquã reſpicimus.
Hac de cauſa, & Deus omnipotens manum non
aperit, quoniam fraternitatis charitatem occlu
ſimus. Ob hoc, & campi ſteriles, quoniam cha-
ritas friguit. Supplicantiũ vox fruſtra clamat,
& in aera euaneſcit, ac diſſipatur, nam & nos ro
gantes minime audimus. *Infra*. Imitare viduã
Sareptanam, quæ Eliæ egenti panem porrigens
a miſeria leuata eſt. Si eges Deo diuiti fac fœ-
neres, crede, inquam illi, qui quod afflicto datur
perpetuo quaſi ſuæ perſonę datum amplectitur,
& de ſuo reddit dignus, vbique fideiuſſor, terra,
marique apertos habens theſauros. Magnificus
eſt Deus in dando fœnore. *Infra*. Si ſenem eſu-
rientem videris fac nutrias, vt Ioſeph, Iacob. Si
inimico occurras afflicto parce iræ, ne expellas
vindictę cupidus, ſed potius nutrias, vt ille quõ-
dam fratres, a quibus venditus fuit. Cum in iu
niorem incideris indigẽtem funde lachrymas,
vt ille ſuper Beniamin fratre ſenectutis filio.

11 IDEM inquit: Antequam ad conſummatã
Homil. 23. ex varijs. perditionem perueniat homo plurimũ ex one-
ribus deponat, & antequã ſubmergatur ſcapha
ſarcinarum iacturam faciat, quas præter deco-
rum congeſſit, atque ita imitetur eos, quibus in
mari negotium eſt. Illi namque etiam, vbi ne-
ceſſariorum aliquid naui intulerunt, tempeſtas
autem feruens ex pelago inſurgat, ac nauẽ one-
ribus preſſam fluctibus obruere minitetur, quã
poterunt citiſſime plurimum de pondere tol-
lunt, & abijciunt, & merces ſuas abſque vlla de-
trectatione in mare profundunt, vt nauem ſu-
pra fluctus ſublimiorem reddant, & animabus
tantum, ſi ita poſſibile ſit, & corporibus e peri-
culo euadere liceat. Multo autẽ magis nos iſta,
& conſultare conuenit, & facere. Nã illi quidem
quicquid ſit quod abijciunt mox pereunt, &
paupertatis deinceps neceſſitas illos occupat,
nos vero quanto magis prauum hoc onus effu-
derimus, tanto plures, & melioret animabus
noſtris diuitias coaceruabimus. Pecuniæ ſane
bene iectæ, nec pereunt eijcientibus ac diſper
gentibus, ſed velut in alias quaſdam tutiores
naues, pauperum videlicet ventres tranſlatæ
conſeruantur, & ad portus pertingunt, & proij
ciens euadit periculum. Adigamur itaque, fra-
tres eo, vt, & in nos ipſos humani ſimus, & fa-
cultatum noſtrarum pondus, ſi quidem omni-
no quæſtum facere voluerimus in multos diui-

damus, qui, & portent illud alacriter, & in
ſinus Domini, veluti tuta penetralia recõdant,
vbi nec tinea corrumpit, nec fures effodiunt,
neque furantur. *Infra*. Si nos pauper aliquis ac-
ceſſerit vix etiam præ fame loquens auerſamur
hominem eiuſdem nobiſcum naturę, faſtidimus
& ſtudioſe aufugimus, quaſi veriti ne, & de ip-
ſa miſeria nonnihil ſi tardius progrediamur cõ
trahamus. Et ſi vultu fuerit in terram ex cala-
mitatis pudore demiſſo hypocriſeos artificem
eſſe dicimus. Si vero nos libere ac fidenter,
grauiter a fame ſtimulatus aſpexerit, impuden
tem rurſum, & raptorem vocamus. Quòd ſi
dono alicuius veſte indutus eſt integriore tan-
quam inſatiabilem pellimus, & paupertatem
illum ſimulare iuramus, ſi vero marcidis fue-
rit ac laceris panniculis obtectus vt graueolen
tem iterum abigimus. Neque immitem hunc
animum noſtrum flectere poteſt, ſiue conditoris noſtri nomen precibus ſuis adhibeat, ſiue
continuo iuramento nos talibus paſſionibus
haudquaquam fore obnoxios ſi commiſereamur confirmet. Qua propter ſuſpicor ignem
gehennæ nobis grauiorem quàm diuiti epuloni
futurum.

12 CHRYSOSTOMVS in re hac diſertiſ-
Serm. 5. in Gen. 10. 1. ſimus eſt, de qua tertio quoque verbo elegan-
tiſſime diſſerit, & in primis, ait: Pecuniarum
abundantiam in animarum noſtrarum ſalutem
expendamus, ſuperfluaque indigentibus inſu-
mamus. Quare enim dic mihi permittis filium
aurum, & argentum prodigere, quæ oporte-
bat in pauperum ventres euacuare, reponendo
in tutum promptuarum, vt tempore quo ma-
xime opus habes eorum adiutorio, conſolatio-
nem inuenias. Et qui a te hic paſti ſunt, alibi
fiduciæ fores tibi aperiant, & accipiant te in
æterna ſua tabernacula. Veſtes quoque non ſi-
namus a vermibus rodi, & abſque vſu in arcu-
lis putreſcere, cum tot ſint, qui indigeant, &
obambulant nudi, ſed veneremur honoremque
demus nudo Chriſto, potius quàm tineis, & in-
duamus eum, qui propter noſtram ſalutem nu-
dus obambulare vult, vt cum ipſum indueri-
Matt. 25. mus, audiamus in die illa, nudus eram, & ve-
ſtiſtis me. Num oneroſa ſunt præcepta? Ea
quæ pereunt, inquit, quæ a vermibus arrodun-
tur, quæ abſque vſu, & fruſtra conſumuntur,
hæc diſpenſa vt tibi fiant vtilia, vt & detrimen
ti damnum effugias, & ex ipſis lucrum maxi-
mum tibi pares. Excellentis enim, & magnæ
inhumanitatis eſt poſt tot ſpirituales admo-
nitiones arculis, & muris includere ſuperfiua,
& non illis ſubleuare proximorum inopiam,
ſed ſinere a rubigine, & tinea potius corrum-
pi, & propter illa ſupplicijs potius plecti quam
dignam pro eis remunerationem accipere.

13 IDEM ait: Videamus quantam abun-
Serm. 5. in Genesim. dantiæ vim poſſideat larga eleemoſyna, vt
cum didiceris lucrum, quod inde naſcitur, ala-
criter eam facias. Forte enim tanta eius po-
teſtas, vt non ſolum peccata purgare, ſed, &
mortem fugare valeat. Et quis, dicet aliquis
eleemoſynam faciens ſuperior morte effectus
eſt? Sane omnes vidimus ſub mortis poteſta- *Act. 9.*
tem veniſſe. Ne turberis dilecte, ſed diſce
quomodo eleemoſynæ vis, & mortis vicit ty-
rannidem. Tabita veſtiebat viduas, & alios
ſumptus eis præbebat. Factum eſt autem vt in-
firmata moreretur, ſed quę ab illa curabantur,
& quas veſtiebat, ſtabant circa Apoſtolum, &
oſtendebãt ei veſtes, quas faciebat illis Dorcas,
atque ad miſerationem Apoſtolũ prouocabant,
qui genibus flexis orans dixit. Tabita ſurge, Il-
la autem aperuit oculos ſuos, & viſo Petro reſe-
dit, & dans ei manum erexit eam, & accerſitis
ſanctis viduis aſſignauit eam viuã. Vidiſti quan
ta retributio beneficentiæ in viduas etiam in
præſenti vita. Quid enim in tantum præbuit
illa viduis, quantum illæ ei rependunt? Veſtes
præbuit, & alimenta, ſed illæ ad vitam hanc re-
duxerunt, & mortem fugere fecerunt. Vidiſti
pharmaci potentiam? Hoc omnes nobis ipſis
paremus, neque enim ſumptuoſum eſt, quamuis
tantæ ſit virtutis, ſed & vili emitur, nec multo
ſumptu indiget. Magnitudo enim eleemoſynæ
non in multitudine pecuniarum, vel opum ſita
eſt, ſed ex alacritate dantium iudicatur. Pro-
pter hoc, & qui potum aquæ frigidæ dedit, ac- *Matt. 10.*
ceptus eſt, & quæ duo minuta in corbonam mi- *Luc. 11.*
ſit grata eſt, vt diſcamus quòd vbique mentem 14
requirit Deus. Effundamus igitur facultates
noſtras in indigos mente liberali, ex his quæ
nobis Dominus dedit, & quæ ab eo data ſunt
ipſi iterum demus, vt ſic iterum noſtra cum lu-
cro fiant. Tanta enim eius eſt liberalitas quod
licet accipiat de his, quæ ipſe dedit, non tamen
putet propria ſe accipere, ſed magna munifi-
centia nobis ea redditurum ſe pollicetur. Tan
tum nos, & quæ noſtra ſunt facere velimus, &
ſic pauperibus erogemus, quaſi deponentes ea
in manus Domini, ſcientes quòd quæcumque
acceperit manus eius ea non ſolum reddit, ſed
multiplicatiora nobis iterum largitur. Et non
ſolum illa reddit multiplicata, ſed cum illis re-
gnum cælorum donat, & innumera bona largi-
tur, modo ex datis paruum quiddam inferre
voluerimus. *Infra*. Si agricolæ penu ſuum eua-
cuant, & ſemina terræ concredunt, idque cum
voluptate faciunt ſpe maiora recipiendi ſe ſo-
lantes, & quanuis ſciant quod aeris intempe-
ries nonnunquam, & terræ ſterilitas, & alia
multa accidentia ſpe excidere faciant, attamẽ
bona ſpe ſe alentes ea, quæ ſunt in promptua-
rijs, collecta terræ concredunt, multo magis
nos, quæ abſque vſu recondita ſunt, diſpergere
in pauperum vſus, & educationẽ conuenit. Hic
nunquam ſpes eluditur, neque timenda aliqua
terræ ſterilitas. Dicit enim. Diſperſit, dedit pau *Pſal. 111.*
peribus, iuſtitia eius manet in ſęculum ſęculi.
Breui tempore diſtribuit, & perpetuo ſęculo iu
ſtitia eius permanet. Et poſtquã dixit, Diſperſit
dedit pauperibus, ne putes diſperſa perire, ſta-
tim ſubdidit, Iuſtitia eius manet in ſęculũ ſęculi.

15 IDEM: Recenſitis peccatis Nabuchodo-
Homil. in Pſal. Canta te 1. qui eſt 95. noſor ingentibus, ait illi Daniel. Conſilium
meum tibi placeat! O rex; peccata tua elee-
moſynis redime, & impietatem tuam commi-

ferationibus pauperum. Vide quantam vim habeat eleemosyna, quantum valeat humanitas, quàm efficax iustitiæ opus operetur erga egenos misericordia. Admonuit propheta cui si obedisset ille legis transgressor gratia fuisset consecuta promissum.

16 IDEM inquit exponens verba illa Matthæi 10. Quicumque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ, non perdet mercedem suam, sic habet: Si mendicus ac pauper ipsius etiam panis indigens, te adierit, quibus tu non vteris maledictis, quæ crimina, qnas contumelias, quæ conuitia non obijcies? Cum nec tecum ipse reputas, quanta etiam tu desidia vitam trahas, & cum Deus multa tibi bona in dies præbeat. Quare cum pauperem videris, nulla dedignatione mouearis, si iuuenis, atque saluus abs te alimenta petat, ne si quidem sicut seruus sit fugitiuus, sed ea quæ diximus tecum versa. Deinde audes otium ceteris obijcere, qui tot delicta tibi non obijcis, non insidias, non periuria, non mendacia, non latrocinia, non alia mille facinora recordaris. Hæc autem dico, non quia velim legem pro otiosis condere, sed quia valde desidero bonis vos esse operibus occupatos. Nam & Paulus cum multũ conquestus fuerat dicens, Si quis operari nõ vult non manducet, addit bonum facientes non deficiatis, quæ certe contraria esse videntur. Nam si iussisti ne comedamus, quomodo alijs dare otiosis mones? Sed hæc contraria non sunt. Vult enim Paulus pauperem ab otio liberare, diuitem autem vt liberalis sit. Sed multa inquies mendacia, multas fabulas pauperes fingunt. Ego vero hac etiam de causa maiori misericordia moueor, cum in eam necessitatem incidisse homines videam, vt impudentissime mendacijs viuere cogantur, quorum nos non modo non miseret, sed verbis etiam asperis eos laceramus, non accepistis dicentes semel iam, atque bis? An ergo cibo rursus non indigent, quia semel, atque bis acceperunt? Cur non tuo quoque ventri eandem legem imponis? Sed ventrem quidem tuum etiam vltra mensuram replendo disrumpis, a paupere autẽ modica petente faciem auertis, cuius vel hac de causa misereri debes, quoniam quotidie te adire non parua premitur necessitate. Nam si nulla alia esset ratio, quæ ad misericordiam flecteret, propterea tamen misericors erga pauperem esse deberes, quoniam necessitate coactus ad te venit. Tu vero non modo benigno animo non es, quoniam illum impudentem vides, qui paupertate superatus est, nec solum te illius non miseret, verum etiam paupertatem multis ptæsentibus exprobras. Cumque Deus iubeat occulte, & in abdito præbere, audes tu publice pauperem afficere opprobrijs, qui a te misericordia esset subleuandus. Dare misericorditer non vis? Quid igitur criminaris? Quid tribulas calamitosam, atque miseram animã? Refugit ille ad manus tuas, vt in tranquillum portum, cur tu omnem fluctuum vim in illum concitas, & maioris hiemis sibi reddis procellas? Credis quia si talia se putasset abs te percipere, venisset ad te? Quòd si talia se auditurum abs te putauit, & tamen venit multo magis tamen eius miserandum est, quã tuam illiberalitatem pertimescendum, qui cũ ita inuictam necessitatem imminere illi videas, mitior factus non es, nec opinaris satis ipsi esse ad excusationem impudentiæ ingentes famis vires, sed impudentiam ei obijcis, qui maioribus in rebus impudentissimus sæpe fuisti. Hæc ita in memoria teneamus, vt humiliores facti non irrideamus miseros, nec vulneremus eos, qui remedium a nobis quærunt. Nam si præbere non vis, cur cædis? Non est tibi animus largiendi, cur contumeliaris? Sic ergo fac, quemadmodum vir quidam sapiens iussit. Pacifice, ac mansuete pauperi respondete, qui certe inuitus ita impudens est, non est enim homo, qui nisi inuitus impudentiæ crimine velit confundi. *Infra*. Audiamus Dominum, qui iubet omni petenti dare, & alibi ait: Estote misericordes, sicut & pater vester. Ita cum pleraque alia dixit de nullo id præterquam de misericordia dixit, sitis misericordes, sicut & Pater vester. Nihil enim certe nos vsque ad similitudinem Dei sic effert, quemadmodum libera, benefica, & copiosa collatio. *Infra*: Non sum nescius ad tantam crudelitatem nonnullos deueniisse, vt ex desidia fame pereũtes neglexerint, & ad hæc verba impudenter proruperint, nullus in præsentiarum mihi famulus adest, procul ab ædibus meis absum. O immanitatem ab humanitate omni alienam, ne paululum itineris defatigeris labore, inedia mendicus peribit! Nec cogitas tanto maiorem mercedem tibi esse repositam, quanto magis laboras. Nam quando de tuo solummodo præbes pro eo solum, quod dedisti, quando vero ipse quoque ad dandum profectus es, huius etiam laboris retributio tibi debetur. Sic & Patriarcham, ideo magis admiramur, quo niam cum trecentũ decem, & octo haberet vernas, non alium misit, sed cursu ad boues contendit, & vitulũ attulit. Nunc vero ita inflati nonnulli sunt, vt non vereantur per famulos misericordiæ vti virtute. Illud obsecro, atque obtestor, ne contumelijs, atque criminibus inopem turpiter cædas, remedio indiget, qui te adijt, nõ vulneribus, misericordiæ ope, nõ acuto gladio. Nam si quis lapide percussus ceteris omnibus neglectis ad genua tua sanguinolentus refugerit, alio ne tu iterũ lapide caput eius percuteres, & vulnus vulneri adderes? Nequaquam certe id faceres, sed priori etiã vulneri mederi curares. Cur igitur in paupere oppositum facis, &c. *Infra*. Cogita etiam quo illæ contumeliæ, atque iniuriæ peruenerint, cum Deus quidẽ ad te pauperem miserit, quia dandi potentem fecit, præbere illi iussit, tu autem non modo non dederis, sed conuitijs turpiter expuleris Huius delicti magnitudinem si facile percipere non potes, considera in his temporalibus rebus, & videbis quàm atrox facinus commisisti. Nam si famulus tuus ad alium famulum similiter tuum argentum repetiturus, quod illi dederis

Thren. 3.

17

derit iussu tuo profectus sit, nec inde solum inanis, verum omni conuitio atque contumelia pulsus redierit, dic quo supplicio famulum tuũ punires, cum te ipsum ab eo contemptum conferes. Pariter ergo de Deo etiam cogita. Ipse enim est qui ad nos pauperes mittit, nec nostra, sed Dei damus, si quicquam dederimus. Quòd si non dederimus, verum etiam iniuria lacessitos repulerimus, ipse tecum animo volue quibus supplicijs, quo fulmine rẽ dignam egerimus. Hæc omnia cogitantes linguam domitam quasi freno tenete, & omnem illiberalitatem eijcite, nec pecunijs solum, & rebus nostris verumetiam suauitate sermonis consolemur pauperes.

19 IDEM sic habet: Non potes omni ex parte pecuniam eijcere, offeras partem egentibus. graue videtur onus æqualiter cum Christo partiri quæ habes, vestem vnam petenti tradas, & quoniam ad medietatem præstare grauaris, tertiam saltem partem concedas. Frater tuus est, atque coheres in regno cælorum, fac etiam hic coheredem, præsertim cum omnia, quæ ei præstas, ad te ipsum refundantur. Audi Prophetam dicentem. Carnem tuam (vel propinquos seminis tui, vt Chrysost. legit) ne despexeris. Deus te cælorum heredem statuit, tu nec ex istis terrenis quicquam ipsi concedis? Ipse nullius te boni auctorem, sed hostem atque inimicum Dei reconciliauit, tu nec etiam amico, & benefactori quippiam retribues? Dominus te seruum primus ad mensam suam inuitauit, primus ad tecta sua subduxit, tu vero etiam nec secundo loco inuitare sustines. Nudum te induit, tu nec peregrinum conducis, primus tibi calicem suum obtulit, tu vel aquam frigidam ei negas. Potauit te Spiritu sancto, quamuis indignus esses, tu nec corporalem hanc sitim suã mitigare studes, præsertim cum omnia hæc ipse tibi dederit. Ego Christus inquit, non tantum postulo, quantum dedi. Sanguinem dedi, aquam flagito. Vestimentum te induit salutare, & hoc per se ipsum, tu saltem ipsum per famulum indue. Glorioſum te fecit in cælis, tu nuditate, deformitate, frigore ipsum eripe. Angelorum te conciuem effecit, tu in tecto saltem suscipias, & sicut vnum famulorum domo tua contegas. Non renuo, inquit hoc ego diuersorium, qui tibi ad cælum viam construxi. Qui te a durissimo erui carcere, peto nunc abs te si liberare me a carceribus non potes, non paruum mihi solamẽ est, si vinctum visites. Ego te mortuũ suscitaui, nec tale quid abs te requiro, sed ad videndum ægrotum solummodo venias. Quando igitur ita se res habeant, & magna nobis largitus sit, pro quibus minima quædam repetat, negligentes iure ad ignem intrudemur, cum vel lapides ipsos ac duros silices insensibilitate superemus.

20 IDEM explicans illa verba Esaiæ: Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque inducs in domum tuam, cum videris nudum operi eum, & carnem tuam ne despexeris, sic habet: Dices quis hæc omnia poterit facere? Immo vero dic quæso, quis non potest? Quid enim ex illis difficile, aut quid arduum? Quæ certe ita facilia factu sunt, vt multi mensuram eorum in agendo excesserint non iniusta chirographa solum lacerando, verum etiam omnibus suis se nudantes non tecto, & mensa pauperes tãtummodo recipientes, verum etiam magno se sudore conficientes vt inopes nutriant, qui non cognatis tantummodo, verum etiam inimicis beneficia contulerunt. Si vero tu difficilia putas, magnitudinem præmiorum considera diligentius, & facillima tibi reddentur. *Infra*. Ideo ait. Tunc erumpet quasi mane lumen tuũ. Erumpet vel scindetur dixit, non apparebit, vt velocitatem, & copiam dantis exprimeret, vtque hoc verbo intelligamus valde illum nostrę salutis cupidum esse, quodque muneribus plenus ex largiendi festinatione quasi prorumpit, cum nihil sit quod inæstimabile dandi desiderium prohibere possit, quibus omnibus infinitam profecto bonorum copiam paratam nobis esse ostendit. Matutinale autem lumen est, quando adhuc te loquente dicit, Ecce adsum.

21 IDEM inquit: Zachæi domum cogitatione ingredere, & considera, cum audisset Christum apud se mansurum, quomodo eam ornauit. Non enim curriculo ad vicinos contendit mensas, sedes, subsellia petens eburnea, nec extraxit e loculis Laconica quædam mensarum velamina, sed ornatu Christo gratissimo decorauit. Quod porro istud? Dimidium bonorum meorum do dauperibus. Sic, & nos oro domus nostras exornemus, vt Christum susscipere mereamur, hæc pulcherrima portarum velamina. Hæc in cælis solummodo fiunt, ibi texuntur, ibi cælorum rex habitat. Sic Matthæus, sic Centurio domum suam eleemosynis ornauit. Vnde factum est, vt vsque in hodiernam diem fulgentissimam habitet regiam.

22 IDEM inquit: Mulier illa Sunamitis pauper erat, ad quam venit Elias in tempore famis quando totus siccitate plene aruerat mundus, & inopia ingenti tabefactis animantibus victum negabat, quando cælum æstiuo igne exaruerat, quando non herbæ, non flores neque vlla germina pullulabant. Tunc Elias, vir cui totus erat mundus inferior, ad illam inopem viduam venit. Quare ergo vir ille, qui in verbo ignem de cælo eduxerat, non similiter ipse sibi panes deposuit. Nunquid non poterat? Vtique poterat. Sed non hoc facit ne præparata ad bonum opus vidua hospitalitatis mercedibus priuaretur, vt, & illam modicum pugillum farinæ, & stillicidium olei more Prophetæ susscepti, viduæ domus multiplicata benedictione rependeret. Non enim pro sua tantum requie ad eam missus est Propheta, vt ab inope pasceretur, quantum vt egentem pasceret. *Infra*: Illa simpliciter quod habebat confessa est dicens, Viuit Dominus, si est in repositione nisi hoc modicũ farinæ, & exiguum olei. O rem laudabilem,

Homil. 36. in Matth. to. 2.

18

Psalm. 46. in Matthæum

Luc. 6.

Ibid.

Gen. 14.

Ibid.

Homil. 84. in Matthæum

Luc. 19.

Act. 10.

Homil. 15. ex varijs in Matthæum

quod in tanta escarum penuria, ipsum modicum, quod ei residuum erat non denegauit! O detestanda, & insatiabilis hominum auaritia! Quanti vero nunc qui aurum, & argentum velut lutum habent cum rogantur vt indigentibus opem præstent, scripturas, & cautiones ordinant, insuper fidei iussores, & interuentores fœnoris commodati accipiunt. Illa autem paupercula nostra ab vna voce quod postulata est habere non negauit pugillum farinæ. Et illa quidem necdum Christum loquentem vt
Matt. 10. nos audierat. Qui recipit Prophetã in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet & qui potauerit sitientem calice aquæ frigidæ, non perdet mercedem, suam. Quòd autem ait festina, docere illam voluit prompto animo, & feruenti spiritu, & hilarem, & manu paratam
2. Cor. 9. ad boni operis effectum, non ex tristitia, aut necessitate præbentem. Hilarem enim datorem diligit Deus.

23 IDEM inquit: Rapina est pauperibus, non
Hom. 7. in Lucã, quæ est cõcio 2. de Lazaro. impertiri de tuis facultatibus. Ac fortassis uobis mirum esse videtur, quod dico, verũ ne miremini, testimoniũ enim vobis ex diuinis scripturis proferam. Itaque Dominus iudæos accusans per prophetam dicit. Produxit terra
Esai. 3. prouentum suum, & non intulistis decimas, sed rapina pauperis est in domibus vestris. Quoniam inquit oblationes solitas non dedistis, rapuistis ea, quæ sunt pauperis. Hoc autem dicit declarans diuitibus quòd res pauperum possident, etiamsi paternæ hereditates obuenerint. *Ac rursus alibi dicit.* Ne spolies vitam pauperis. Qui vero spoliat, aliena tollit. Propter hoc igitur discamus quòd quoties eleemosynam non præstiterimus, pari cum his qui spoliant supplicio afficiemur. Heriles enim pecuniæ sunt, vndecumque eas collegerimus, & ideo tibi plura possidere concessit Deus, non vt in scortationes, temulentiam, ingluuiem, in vestes sumptuosas, aliamque mollitiem consumeres, sed vt ea distribueres egentibus. Quemadmo-
Ibid. dum enim receptor quispiam, qui regias pecunias accepit, si neglexerit his, quibus iussus est, distribuere, inque proprias consumpserit delicias, pœnas dat, ac perditur: ita sane, & diues receptor est pecuniarum, quę pauperibus distribui debebant. Parcamus igitur ijs tanquam alienis vt fiant nostra, quod erit si pauperum manibus impertiuerimus. Diues Lazarum in sinu vidit Abrahæ. Hospitalis erat Abrahã, vt igitur redarguatur diuitis inhospitalitas, propterea Lazarum cum illo videt. Ille etiam prætereuntes venabatur, & in Domum pertrahebat suam, hic vero etiam intra domum iacentem despexit, cumque talem thesaurũ haberet, salutis parandæ materiam præteribat quotidie, nec in quod oportebat vsus est pauperis propinquitate. At Patriarcha pro foribus sedens introducebat prætereuntes omnes, &
24 *Ibidem.* quemadmodum piscator iacto in mare rete piscem quidem attrahit, attrahit autem frequenter aurum, & margaritas, & hic itidem reti captans homines piscatus est, tandem, & Angelos, quodque mireris, etiã insciens. In quod, *Heb. vlt.* & Paulus in huius laudibus dixit, Sectare hospitalitatem, per hanc enim quidam inscientes hospitio receperũt angelos. Ac recte dixit inscientes. Nam si sciens illos excepisset tanta cum humanitate nihil magni miriue fecisset, sed eos credens homines viatores cum alacritate vocauit intro. Abraham non excutiebat, quales essent prætereuntes, nec vnde venirent, quemadmodum & nos nunc facimus, sed sine delectu prætereuntes excipiebat omnes. Nam eum, qui præstat humanitatẽ nõ oportet exposcere vitæ rationẽ, sed inopiæ mederi. Vnicum habet opus patrocinium pauper, quo eget, ne quid ab illo postules amplius. Sed etiam si fuerit omniũ improbissimus, & necessario victu eguerit, se-
Matt. 5. demus eius famen. Ita enim Dominus dixit. Estote similes Patris vestri, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos. Portus est in necessitate constituti homo misericors. Portus autem omnes qui in naufragium inciderint, excipit, liberatque siue mali fuerint, siue boni. Tu proinde si videris hominem qui in necessitatis naufragium inciderit ne iudica, ne vitæ gesta examina, sed medere miseriæ, liberauit te Deus omni tali sollicitudine, & curiositate. Cur ergo curas superuacaneas nobis accersimus? Aliud est iudex, aliud eleemosynæ largitor. Ideo vocatur eleemosyna, quòd eam & indignis damus.
Gal. 6. Vnde & Paulus dixit. Quod bonum est facite erga omnes, maxime erga domesticos fidei. Vn de etiam infidelibus etiam benefaciendum docuit. Et Iob Abrahæ nepos aiebat. Ostium meum iugiter patebat cuiuis aduenienti. Non sic huic patebat, vt alteri esset occlusum, sed indifferenter apertum erat omnibus.

25 IDEM ait: Hoc pacto hinc emigrantes
Hom. 2. in Ioannem. diuites apparebimus, si pecunias non hic relinquamus, sed per pauperum manus ad perpetuos transferamus thesauros. Si Christo mutuabis, cui multa debemus, non quidem pecunias, sed peccata; nolimus in hoc sæculo despicere esurientem, vt in futuro nos nutriat. Hic eum vestimento operiamus, ne suo nos auxilio nudos destituat. Si ei potum dederimus, *Luc. 16.* non dicemus cum diuite. Mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aqua, vt refrigeret linguam meam. Si hic domi hospitem accipiemus, multa nobis in regno suo habitacula præparabit. Si in carcerem intrusum visitabimus, ipse nos vinculis liberabit. Si peregrinum colligemus, nos cælestis regni peregrinos non despiciet, sed supernæ ciuitatis participes faciet. Si infirmo operam præstabimus, quàmprimum nostras curabit infirmitates. Paruam igitur saltem exhibeamus, vt pro paruis maxima accipiamus, & mercemur. Dum tempus est seminemus, vt metamus antequam hiems adueniat, dum mare navigari potest, dum huius negotiationis sumus domini.

26 IDEM inquit: Peccata tua eleemosynis
Hom. 8. in Ioannem. redime, & iniquitates tuas in miserationibus paupe-

rum, & suspende eas in collo tuo. Neque hodie quidem facias, & cras desistas. Eleemosyna medicina est, quæ omnibus vulneribus exhiberi potest. Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Hæc omnia munda facit, hæc ieiuniũ, hæc humi dormire exuperat, quamuis molestiora, & laboriosiora sint, hæc tamen lucrosior illuminat, animam saginat, pulchram, & decoram facit. Non adeo athletas oleæ præmium excitat, vt pietatis certatores hoc oleum corroborat. Vngamus ergo animas, vt aduersus hostem certemus audenter.

27 IDEM sic habet: In Cornelio vide eleemo
Hom. 22. in Acta Apostolorum. synæ vim. Vide etiam quanti fecerit, vt credat, vt Angelus missus, & spiritus operatus, & princeps Apostolorum accersitus, visionemq. talem vidit, & nihil omnino intermissum est. Eleemosyna fons purissimus est, iuxta quem non pini, & quercus, & cypariss, sed plantæ illis multo proceriores, amor Dei, laus hominum, gloriaque in Deo, beneuolentia ab omnibus, peccatorum abolitio, multa fiducia, opum contemptus, eleemosyna autem per quã charitatis planta nutritur. Hic ramos in sublime erigi facit. Hic fons melior eo, qui est in paradiso, non in quattuor diuisus initia, sed in cælum ipsum surgit. Hic parit flumen illud, quod salit in vitam æternam, in hunc si mors incideriit tamquam flamma a fonte consumitur, sic vbi irrorarit magna operatur bona. Hic, ignis flumen extinguit vt scintillam. Quemadmodum in horto fons non nunc quidem profundit flumina, nunc vero aresci, alioqui non esset iam fons, sed semper scaturit, ita & noster semper largius profundit flumen in eos, qui maxime indigent misericordia, vt maneat fons. Si tu huius fontis aperueris ora, fontis Dei talia erunt ora, vt omnium abyssum vincant. Occasionem solam quærit a vobis accipere Deus, & profundit ex penuarijs suis bona, si fontem tuum non obturaueris, nec ille obturabitur. Planta in pauperum manibus quæcumque volueris, nihil hac terra pinguius, in ipsum peruenit cælum arbor, quæ plantatur. Iam quod plantatur in terra, priusquam fruaris, præripit mors. Hæc arbor quando mortuus fueris, fructum tibi afferet.

28 IDEM ait: Rapinæ atque auaritiæ incum
Hom. 11. in epist. Pauli ad Rom. c. 4. bis, non paupertate pressus, non fame te ad id impellente, sed quo equi tui frenum, domus tectum, columnarum capita copiose inaurentur. Hoc ipsum vero quantam gehennam meretur? Cum tu fratrem tuum, qui videlicet bonorum arcanorum tecum particeps effectus, atque eo vsque a Domino honoratus est tuo, in infinitas calamitates præcipitem agis, vt lapides, vt domus tuæ pauimentum, vt animantiũ ratione carentium corpora exornes? Tene tã sollicitam alendi canis curam gerere, hominem autem seu verius dicam Christum ipsum propter canem ad summam famem adigi? Quid hac confusione pestilentius? Quid hac iniquitate letalius? Quot tandem ignei fluuij ad hui usmodi animam depascendam satis esse possint? Hem qui ad Dei similitudinem expressus est, pannosus, indecorusque iacet, per tuam inhumanitatem, muli autem vxorem tuam portantes, tum autem pelles, & ligna, quibus tectũ illud texitur, multo auro splendescunt, ac si sedile, si scabellum conficiendum est, vbique aurum, vbique argentum, Christi autem membrum, isque propter quem Deus de cælo ad nos descendit, sanguinemque pretiosum effudit, auaritia tua ne necessarium quidem cibum habet? Et lectuli quidem argento vndique cincti, vndique ornati sunt, sanctorum vero corpora, vel necessario operculo carẽt, ac tibi minoris fit ipse Christus quàm muli, quàm lectus, quàm sedile, quàm scabellum.

29 IDEM sic inquit: Induimini, ait Paulus, si-
Hom. 14. in eandem epistolam. cut electi Dei viscera misericordiæ. Vt perpetuam misericordiã a nobis deposcat, non dixit miseremini, sed induimini, vt sicut vestis semper nobiscum esse solet, ita sit & misericordia. Neque vero simpliciter misericordiam dixit, sed misericordiæ viscera, nimirum vt naturalẽ imitemur pietatem, & necessitudinem. At nos secus facticamus, si ad nos accesserit quis obolum vnũ flagitans iniurij sumus, conuitiamur, aggressorem vocamus. Non horrescis ob panis frustum aggressorem vocare? Quòd si ille vrgens aggressionem facit, hac certe de causa misericordia dignus est, vt qui sic fame prematur, vt talem coactus personam induerit, estque hoc crudelitatis nostræ crimen. Nam quandoquidem faciles nos illis exhibere non sustinemus, artificia mille commentari coguntur, vt inhumanitatem nostram decipiant, tuã autem duritiem emolliant. *Infra*: Si tantam tibi Deus potestatem faceret, vt collabens cælum erigere, ac restituere posses, nonne hoc facto interpretareris honore te eo honestatum, qui conditionem maxime superaret tuam? Ecce igitur maiori te honore dignatus ille est. Nam quod cælis ipsis honoratius est huius tibi erigendi, restituendique curam credidit. Deus enim inter omnia, quę videntur, homine nihil maioris æstimat, propter quem & cælum, & terram, & mare fecit, in quo ipse sane inhabitare magis gaudet, quàm in cælo.

30 IDEM ait: Cibus corporis membris com
Hom. 10. in epist. 1. Pauli ad Corinthios. muniter distributus, si in vnum membrum venerit ab illo quoque alienus fit, cum digeri nequeat, neque præbeat nutrimentum. Si autem cum alijs communicauerit, & illius, & omnium proprius erit: sic in pecunijs, si tu solus his frueris, etiam tu eas amittes, non enim earum fructum accipies, si cum alijs possederis tunc longe magis tuæ erunt, tunc accipies vtilitatẽ. Nonne vides quod manus ministrat, os mandit, venter accepit. Nunquid venter dicit postquam ego accepi, omnia mihi seruare debeo. Noli igitur, & tu hoc de pecunijs dicere; accipientis namque est vt in alios conferat. Quemadmodum igitur ventris vitio fit, vt cibi in eo desideant neque digeran tur in membra, si quidem toto corpore corrumpuntur; sic suo ipsorũ vitio diuites quæ habent si seruant, & se, & alios

perdunt. Oculus item totam lucem accipit non tamen ob hoc in suum duntaxat vsum, sed totum illuminat corpus. Nares præterea odoris sensu mouentur, sed non solæ detinent, verũ ad cerebrum mittunt, & stomachum in odoris partem admittunr, & totum ex se hominem recreant. Soli pedes ambulant, non tamen seipsos tantum mouent, sed, & vniuersum corpus. Sic, & tu quæcumque habes noli in tuum vsum recondere, quoniam totum corrumpis, & te primum. Neque solum in membris id videre licet sed, & in artibus. Etenim si faber nulli tradere vellet artis suæ opera, & seipsum, & reliquas artes euerteret. *Infra*: Dicat igitur ille meam filiam nuptui tradidit, alius filium meum virum euadere fecit, alius vero calamitate me, alius periculis liberauit. Hæc autem aureis coronis præstantiora sunt verba, longe satius est hos propriæ benignitatis in ciuitate præcones habere, quàm innumeros qui te præcedant satellites. Hæ voces suauiores sunt vocibus prꝛconum præcedentium principes, cum scilicet, & saluator, & beneficus, & patronus, quæ Dei nomina sunt, appellaris, non cupidus, non insatiabilis, non superbus, non pusilli animi. Et si in hac vita hæc verbo adeo clarum hominem reddunt, cum in cælo scribentur & Deus ea in venturum diem prædicet, intelligam velim quanta frueris gloria.

31 Hom. 21. in eandem epistolam. IDEM inquit: Acriter contra diuites loquens qui dicunt pauperes simulare tremorem & infirmitatem. His verbis non timuisti ne fulmen cælitus ardens deferatur. Etenim si simulat ex inopia, & necessitate, simulat propter crudelitatem tuam, & inhumanitatem, huiusmodi personarum simulationibus egẽtem, quæ nulla commouetur misericordia. Itaque simulatio illius tuæ est inhumanitatis preco. Cum enim rogans, & supplex, & miserabilibus verbis, & anxius, & lachrymans toto die circuneundo mendicans ne necessarium quidem victum comparat, fortasse hanc artem inuenit, quæ non tantum illi, quamtum tibi affert ignominiam, & culpam. Nam si facile moueremur numquam sane ille eiusmodi sustinere eligeret. Et quid nuditatem, & tremorem memoro? Dicam quod longe horribilius est, quod nõnulli suos cæcare filios ætatis florem agentes coacti sunt, vt in stupiditatem nostram inueherent. Siquidem cum sensu visus fruentes, & nudi circummendicantes neque ætate, neque calamitate inhumanos atque immisericordes mouerent, tantis malis aliam addiderunt calamitatem, & quidem maiorem, & vt famem lenirent, leuius fore arbitrati sunt hoc communi lumine, & solaribus radijs omni humano genere concessis priuari, quàm perpetuo cum fame pugnare, & miserrima morte perire. *Infra*: Alij quidem sine calceis incedunt, alij capiti acutos clauos infigunt, alij per ipsum gelu nudo corpore mendicantes petunt, alij etiam ijs grauiora ferentes miserabile de se præbent spectaculum. *Infra*: Quomodo autem dicis, Miserere mei Deus secũdum magnam misericordiam tuam, cum tu non secundum magnam miserearis? Fortasse autem neque secundum paruam.

32 Hom. 43. in eandem epistolam. IDEM exponens illa verba Pauli 1. Corinth. c. 16. De collectis quæ fiunt in sanctos, sicut ordinaui ecclesijs Galatiæ, ita & vos facite, & unusquisque apud se reponat recondens, quidquid commodum fuerit, inquit: Ecclesiam tibi constitue domum tuam, arculam vero gazophylacium, & sic ipse sanctarum fias diuitiarum custos, & tuo ipsius suffragio miseris æconomus designatus. Ipsa autem misericordia hoc te sacerdotio initiabit. *Infra*. Et profecto non minus est iuxta lectum eleemosynam reponere, quàm si isthuc Euangelium suspendas. In hac enim arcula aduersus diabolum armaturam habes repositam, hac orationem tuam penetrantem efficis, domum sanctam reddis, in hac conclusas habes regias dapes. Constituenda nostris in ædibus arcula pauperibus in eo loco, vbi quisque consistere, & orare solitus est reponatur. Ita vt eleemosynam primum quoties accesseris oraturus imponas, & deinde orationẽ proferas. Ad lectum deponatur illa, & sic absque phantasijs tranquille noctem transiges. Si aliquid vendiderit artifex, sutor vel coriarius, vel faber ærarius, sui artificij primitias eius pretij offerat Deo, & Domino partem diuidat, huc pauculum conijciendo.

33 Serm. de eleemosyna, & collatione in sanctos. IDEM ait: Deus eleemosynam non ob hoc solum instituit, vt pascantur indigi, sed etiam vt dantibus accrescerent beneficia, atque adeo magis propter dantes, quam propter accipientes. Et propterea vera eleemosyna est sic dare, vt gaudeas te dare, putesque te accipere, magisquam dare, non ex tristitia, aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit Deus. *Infra*: Vbi venero quoscumque probaueritis eos mittam, vt deferant gratiam vestram. Eleemosynam vocat gratiam, demonstrans quòd sicut mortuos excitare, & dæmones effugare, & leprosos mundare, gratiæ opus est, sic pauperes iuuare. *Infra:* An non potuit Deus præcipere telluri, vt proferat aurum elaboratum? Etenim qui dixit, Germinet terra herbam fœni, & ipsa mox protulit viridantem faciem, non potuit præcipere vt fontes, & flubij auri vbique manent? At noluit, sed permisit multos inopes tam ob illorum, quàm tuam vtilitatem. *Infra*: Dicis pauperes isti fugitiui sunt, & peregrini, & nebulones, relictaque patria sua in nostram confluunt. Et tu hac ne de causa stomacharis, ciuitatisque huius coronam præcipuam vellicas quoniam communem patriã, & portum omnes eam putant, & alienam propriq; præferunt? Ne tantum prꝛconium adulteres, ne principalem hanc patriæ laudem decurtes. Olim cum fames totum orbem inuasura esset habitatores huius ciuitatis his, qui Hierosolymis erant per manũ Barnabæ, & Sauli subsidia miserũt nõ parua. Qua ergo veniadigni erimus, quomodo excusabimur cum patres nostri suis opibus pauebant eos, qui a longe habitabant, & ad ipsos currebant; nos vero etiam aliunde ad nos

ad nos confugientes fugamus, & vt de eis pœnæ sumantur petimus? Quod si Deus ita diligenter nos scrutaretur, vti nos causam pauperum, nullam vnquam misericordiam, vel veniam assequeremur.

34 Hom. 19. in eadẽ epist. IDEM inquit: Vt ad liberalitatem Corinthios prouocet Paulus, adducit regium vatem dicentem, Disperfit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in sæculum sæculi. Cum dicit, disperfit, nihil aliud manifestat, quam quòd cum liberalitate dedit. Nam quamuis hæc non maneãt, manent tamen quæ ex illis nascuntur. Et manent semper, iustitiam autem hoc loco misericordiam vocauit. Etenim iustos facit eleemosyna, peccata quasi ignis consumens, quando cum liberalitate effuderitis. Non vides quanta alij dant mimis, & mulieribus scortis, & si dimidium Christo dederis, quæ illi saltantibus dant, & liberaliter his, qui in fornicibus, tanta tu, vel esurienti da. Nam illi quidem corpus scortorum auro multo vestiunt; tu vero neque tenui veste Christi carnẽ, eamq. nudam videns, quali hoc venia dignum, quantum hoc non meretur supplicium? Ad ventrem, & ebrietatem, ac intemperantiam complendam, nullius paupertatis memor es, vbi autem paupertatem iuuare oportet, omnibus es pauperior. Et parasitos quidem pascens, & adulatores quasi ex largis fontibus fouens gaudes; si autem pauperem alicubi videas, tunc tibi paupertatis metus incidit. *Infra*: Vidua quæ Eliam pauit non de paupertate, sed de morte periclitabatur, non solum sua, sed & filiorum, neque ab alijs expectabat, se recepturam, sed statim morituram. Verum Prophetam vidit, dicet quis, & inde liberalis facta est? An non & vos videtis innumeros sanctos? Et quid dico sanctos? Prophetarum Dominum videtis mẽdicantem, & nec sic efficimini misericordes, & habentes promptua ria eructantia ex hoc in illud, neque ex hac abũdantia communicatis. Cogita igitur quantum supplicium paratum sit, quando magis habemus, & infirmiores sumus muliere ista vidua, paupere, alienigena, barbara, filiorum matre, & nihil eorum, quæ nos scimus, sciente. *Infra*: Dispergе pecuniam vt colligas iustitiam, neq; enim illa cum pecunijs adesse vult, sed & per illas quidem, non cum illis.

35 Hom. 6. in 2. epist. ad Timoth. Matt. 25. IDEM sic habet: Virginibus fatuis non incestus, non adulterij, non inuidiæ, non liuoris, non ebrietatis, non infidelitatis, aut peruersæ fidei crimen inuritur, sed olei tãtum defectus, quia scilicet misericordiam non exercuerant, neque eleemosynas fecerant; id enim significat oleum. Et illi item qui supremæ damnationis sententiam luent, quibus dicitur, Discedite maledicti in ignem æternum, solum quòd Christum non pauerint crimine exagitãtur, nulliaq. ceterorum mentio fit. Vides certe vt eleemosyna sola neglecta gehennæ ignibus tradat? Ad quid enim eris vtilis, qui eleemosynam non facis? Ieiunas quotidie? At virginibus non profuit huiusmodi studium. Oras? At sine eleemosyna infructuosa erit oratio, absque illa inutilia sunt omnia. Qui non diligit fratrem suũ, ignorat Deum. Illum quomodo diligis, qui ne minima quidem ista, & vilia pateris ei tecum esse communia? *Ioan. 4.*

26 Homil. 32. in epist. ad Hebræos. IDEM ait: Domum in cælis manus pauperum ædificant. Pennata est misericordia, & valde leuis habens alas aureas, & volatum, quæ Angelis magnam gratiam dilectionis apportet. Scriptum est enim. Pennæ tuæ sicut pennæ columbæ deargentatæ, & collum eius in fulgore auri. Sicut columba quædam nitens, & aurea venustate decorata, mites & affabiles oculos habens per cuncta peruolat. Pennata est & leuis semper ante solium regale consistit. Quando iudicamur repente subuenit, & nos a supplicijs liberat imminentibus, alis suis nos contegens. Hanc amplius desiderat Deus, quàm sacrificia numerosa. Ex eius uocabulo Deus desiderat appellari. Miserator & misericors Deus, longanimis, & multum misericors. Ego autem sicut oliua fructifera in domo Domini, ait Propheta. Tales ergo efficiamur, sicut oliua fructifera, ex omnibus partibus misericordias germinemus. Non enim sufficit oliuam esse, sed opus est eam esse fructiferam. Sunt enim misericordes, sed parua per totum annum tribuẽtes. Isti oliuæ quidem sunt, sed non fructiferæ, quin etiam aridæ, & quandoquidem miserentur oliuæ sunt, quoniam vero nõ longe, neque magnifice non sunt fructiferæ. Nos efficiamur oliuæ fructiferæ. Sæpius iam dixi, & nunc quoque dico, quoniam non mensura, vel quantitate datorum iudicatur misericordiæ magnitudo, sed ex voluntate largientis. Scitis enim illius viduæ factum, quæ duo æra minuta contulit, vt neque pauper de opere suo desperet, neque dives glorietur, cum de magnis parua largitur. Obtulerunt quidam etiam setas, & pilos in templi cõstructionem, sed hi si aurum habentes capillorum munera deportarent, maledicti potius extitissent. Si vero istud tantum habentes, obtulerunt, acceptibiles in suo munere facti sunt. Quantum habet manus tua, inquit Salomon, benefacito. *Psal. 67.* *Psal. 31.* *Mar. 12.* *Eccls. 9.*

37 Serm. 21. in epist. Pauli ad Rom. IDEM explicans illa verba ad Roman. 12. Necessitatibus sanctorum communicantes, hospitalitatem sectantes, inquit: Non dicit necessitatibus sanctorum subuenite, sed necessitatibus illorum communicantes, ostendens quòd plus accipiant, quam præstent, & quòd res ista negotiatio sit, communicatio siquidem est. Tu pecuniam das, illi fiduciam tibi erga Deum adferunt. Non dicit hospitalitatem facientes, sed sectantes, instruens nos vt nõ expectemus egenos, donec ad nos veniant, sed ad ipsos curramus & sectemur, sicut Loth & Abraham. Totũ namque diem in hoc consumebat bonam expectans venationem. Et si quando quempiam videbat, occurrebat, ad terram supplicando procidebat dicens. Si inueni gratiam in conspectu tuo, ne transeas seruum tuum. Non sicut nos qui cum peregrinũ, aut pauperem viderimus, supercilia attollimus, neq; dignos æstimamus, quos alloquamur. Et si quando innumeris supplica- *Gen. 18.*

plicationibus; vix tandem molliti modicum argenti per famulos dare iusserimus, vniuersum quod ad beneficētiam attineat, probe nos præstitisse putamus, Abrahã vero non ita, sed sumptam famuli personam induit; tametsi ignoraret quosnam susceperturus esset. *Infra*: Ne curiose scruteris pauperum vitam, atque negotia, nam extremæ illud insolentiæ est pro vno pane totam hominis miseri vitam curiose inquirere. Nam etiamsi homicida, si latro, aut aliud eiusmodi fuerit, an non videtur tibi, vel pane, vel modico argento dignus? Et tamen Dominus tuus solem suum illi producit, tu vero quotidiano cibo indignum iudicas? Illius es tu seruus qui percutientem se curauit, qui se crucifigentium salutem cupiebat; pro quibus in cruce Patrem orabat, conuitianti Latroni paradisum promisit, & dedit.

38 IDEM ait: Sine plumis eleemosynæ pœ-
Hom. 5. de pœnitentia to. 5. nitentia volare non potest. Quapropter Cornelio bene pœnitenti religionis, & pietatis pena eleemosyna fuit. Eleemosynæ enim tuæ, in-
Act. 10. quit, & orationes in cælum ascenderunt. Videmus in foro captiuos pauperes lachrymãtes, nundinæ nobis profecto mirabiles sunt, harum nulla est alia professio, & negotiatori nulla alia intẽtio, quàm paruo quidem emere, magno vendere, nam ea cuiusque negotiãtis industria. Tales Deus nobis nundinas proposuit, modico iustitias eme, quo multo vendas in sæculo futuro. Hic iustitia modico emitur pro panis fragmento, vili pro vestimento, pro calice aquæ frigidæ.
Mar. 9. Amen dico vobis (inquit spiritualis mercaturæ doctor) non perdet mercedem suam, calix aquæ frigidæ dignus est mercede. Frigida aqua in qua, nec ligna cõsumis, vt calefiat, mercedem
Prou. 19. habet. Qui miseretur pauperis fœneratur Deo.
Eccli. 29. Si Deo fœneramur, is ergo nobis debitor erit. Quem ergo eum tibi esse velis debitorem, an iudicem? Debitor veneratur fœnerantem, iudex nequaquam mitigatur ab eo, cui ipse fœneratus est. Fœneranti dicit Deus: Non credis huic per inopiam, mihi per diuitias crede. Vidit pauperem, nec spreuit Deus, sed semetipsum dedit pignus, nihil habenti, atque inopi a-
Psal. 108. stitit sua multa bonitate, astitit a dextris pauperis.

49 IDEM intendens probare, quòd eleemo-
Homil. 33. ad populũ. syna est omnium artium quæstuosissima, ait: Eleemosyna ex manibus mortis nos eripit, & vtraque vita claros exhibet, & mansiones ædificat in cælis, & æterna parat illa tabernacula: Hæc lampades nostras non sinit extingui, nec sordidis indutos vestibus in nuptijs videri, sed lauat, & niue mundiores reddit.

40 IDEM multa pulchre differit de eleemosy-
Homil. 34. & 35. na, quæ in anterioribus dixerat homil. autẽ 36. inquit: Dans eleemosynam sicut oportet dare, discit aspernari diuitias, qui pecunias didicit aspernari, malorum radicem excidit, itaque non minus accipit, quàm præstat beneficium. Qui dat eleemosynam discit non admirari pecunias, neque aurum. Hoc autem instructa mente maximum in cælum ascendendi principium accepit, & innumeras contentionis, & litis, & inuidiæ, ac tristitiæ sustulit occasiones. Docuit eleemosyna ne res proximi concupiscas. Quomodo namque id faciet qui sua dispergit & largitur. Non vltra locupleti inuidet, quomodo namque cum velit pauper fieri? Tanta est vis eleemosynæ, vt suos in cælum introducat alumnos. Est enim cæli nota ianitoribus sponsalis thalami fores obseruantibus, quin & venerabilis, & quos sui cultores agnouerit, cum multa introducet libertate, & cõtradicet nemo. Nam si Deum in terram deduxit, & hominem fieri persuasit; multo magis in cælum hominem poterit reducere. Hanc diligamus non vno die, vel altero, sed in omni tẽpore, vt nos agnoscat. Si ipsa nos agnouerit, & Dominus agnoscet, si non agnouerit ipsa, ignorabit & Dominus, & dicet: Nescio vos. Multo maius est, quàm in nomine Iesu mortuos suscitare, esurientem pascere Christum. Nam hic quidem tu de Christo bene mereris, illic autem ipse de te. Hic insignis ipse Deo debes, in eleemosyna vero Deum habes debitorem.

41 IDEM inquit: Hæc erant apud Apostolos
Homil. 69. ad populũ. amicalia, omnes in mediũ sua ponebãt, vt communia essent. Ego vero non omnia, sed aliquam partem, quam quisque probauerit, inquit: Definiat vnusquisque per vnam sabbatorum, vt aliquem censum pro septem ferat diebus, & deponat, & ita det eleemosynam, siue paruum, siue magnum. Ait enim: Non apparebis vacuus
Exod. 16. coram Domino. Iudæis hæc dicebantur, quan-
Exod. 23. to magis nobis? Propterea pauperes ante fores positi sunt, ne quis vacuus ingrediatur, vt introeat cum eleemosyna, si vt misericordiam consequaris intras, prius misere re. Fac tibi Deum debitorem, & tunc eum pete, vt cum fœnore recipias. Mutua, & tandem Deum repete. Non in manuum extensione satis est audiri. Extende manus tuas non in cælum, sed ad pauperum manus. Si ad pauperum manus extenderis manum, ipsum cæli verticẽ tetigeris, qui enim illic sedet, eleemosynam suscipit; si vero porrexeris vacuas, nihil profeceris. Audi namque
Esai. 1. Esaiam Prophetam dicentem: Si extenderitis manus vestras, auertam oculos meos a vobis, & si multiplicaueritis orationem, non exaudiã vos. Sed quid ait? Iudicate pupillo, & humili, & iustificate viduam, & discite benefacere. Ita licet deorsum manus habeamus, audiri poterimus, licet nihil loquamur, aut petamus. *De re hac plura habet Chrysostomus, sed hæc sunt selectiora.*

HIERONYMVS Fabiolæ laudes refe-
42 Epist. 3. ad Oceanũ epitaphium Fabiolæ to. 1. rens, ait: Omnem censum quem habere poterat (erat autem amplissimus, & respondens generi eius) vendidit, & inde pecuniam congregatam vsibus pauperum præparauit, & prima omnium Xenodochium cõstruxit, in quo ægrotantes colligeret de plateis, & consumpta languoribus, atque inedia miserorum membra foueret. Quoties morbo regio, & pedore confectos humeris suis ipsa portauit? Quoties lauit purulentam vulnerum saniem, quam alius aspicere

cere non valebat? Præbebat cibos propria manu, & spirans cadauer sorbitiunculis irrigabat. Ille quem despicimus, quem videre non possumus, ad cuius intuitum nobis vomitus erũpit, nobis similis, de eodem nobiscum formatus est luto, ijsdem compactus elementis. Quidquid patitur, & nos pati possumus. Vulnera eius existimemus propria, & omnis animi in alterum duritia clementi in nosmetipsos cogitatione frangetur. Non mihi si linguæ centum sint, ferrea vox omnia morborum percurrere nomina possim, quæ Fabiola in tanta miserorum refrigeria commutauit, vt multi pauperum sani languentibus inuiderent. Quamquam illa simili liberalitate erga clericos, monachos, ac virgines fuerit. Quod monasterium non illius opibus sustentatum est? Quem nudum non Fabiolæ vestimenta texerunt? In quorum se indigentiam non effudit præceps, & festina largitio? Angusta misericordiæ eius Roma fuit. Peragrabat ergo insulas, & totum Etruscũ mare, Volscorumq. prouinciam, & reconditos curuorum littorum sinus, in quibus monachorum consistunt chori, vel proprio corpore, vel transmissa per viros sanctos, ac fideles munificentia circumibat.

43 IDEM statim in exordio, ait: Abdiã aiunt
In exposit. Abdiæ Prophetæ to. 5. fol. 218. Hebræi esse illũ, qui sub rege Samariæ Achab, & impijssima Iezabel pauit centum Prophetas in specubus. Hic igitur, quia centum Prophetas aluerat, accepit gratiam prophetalem, & deduce exercitus fit dux Ecclesiæ. Tunc in Samaria paruum gregem pauerat, nunc in toto orbe, Christi pascit ecclesias.

44 IDEM exponens verba illa: Honora Do-
Lib. 1. in c. 3. Proverb. to. 1. minum de tua substantia, & de primitijs frugũ tuarum da pauperibus, & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia redundabunt, inquit: Multi multa pauperibus, sed de aliena substantia, ac frugibus, quas vi, vel fraude rapuerant, tribuunt. Multi largiuntur de suo, sed largiendo Dominum non honorant, quia fauoris humani, & non amore superni inspectoris faciunt. Qui ergo proficuum sibi eleemosynæ fructum fore desiderat, & de suis proprijs, & inconditoris honorem tribuant, vt scilicet homines, qui eius plasma sunt, & ad eius imaginem facti recreentur. Qui autem terrena subsidia largitur inopibus ditior dando cælesti remunerat ione redditur; & ideo ait, Et implebuntur
49 horrea tua &c.
Lib. 1. in c. 3. Proverb. IDEM exponens illa verba: Multi cibi in
noualibus patrum, & aliis congregantur absque iudicio, sic habet: Absque iudicio recto facit, qui diuitiis congregandis sedulus insistit, & has aggregatas non ipse pro redemptione animæ suæ pauperibus dispensat, sed aliis post se dispensandas reseruat. Iuxta quod in superiore versu, iuxta litteram dicitur. Et custoditur iusto substantia peccatoris, maxime cum sibi uictus abundet, & iure paternæ hereditatis, neque vlla pecunias colligendi necessitas sit.

46 IDEM exponens illa verba: Supportantes
Lib. 1. in c. 4. Epist. ad Galat. to. 6. inuicem in charitate, ait: Hoc est quod alibi scriptum est. Alter alterius onera portare, & alterutrũ onera portare, vel sufferre inuicem, in charitate eos complere dicimus, qui diuites sunt, & inopiam pauperum subleuant. Si quis ægrotãti fratri præbet obsequium, suffert eum in charitate. Si quis in cælibatu beatam transigens vitam, alium qui & vxorem habet, ac liberos, & seipsum vix potest pascere adiuuauerit, alienum onus portasse laudabitur. Et qui matrem, vel sororem viduam cernens egestate tabescere non potest adiuuare, huic si quis porrexerit manum, sustinuit eum in charitate. *Gal. 6.*

IDEM explicans illa verba: Estote inui- 47
Lib. 3. in c. 5 epist. ad Ephesios. 3 cem benigni, misericordes donantes vobismetipsis, inquit: Donãtes vobismetipsis, quia quod bene in alium fit magis ei reponitur, qui præstitit, quàm cui datum est. Qui miseretur pauperis, ipse saturatur, & qui dat ei, Deo fœnerat?

AVGVSTINVS explicans illa verba: 48
Enarr. in Psal. 44. to. 8. Filiæ Tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur, omnes diuites plebis, inquit: Adorẽt eum in muneribus. Quid est in muneribus? Nolite vobis condere thesauros in terra, vbi ti-
Matt. 6. nea & rubigo exterminant, & vbi fures effodiunt, & furantur, sed thesaurizate uobis thesauros in cælo. Venite cum muneribus, date
Luc. 11. eleemosynam, & omnia munda sunt vobis. Venite cum muneribus ad eum, qui dicit, Miseri-
Oseæ 6. cordiam volo magis, quàm sacrificiũ. Ad illud templum, quod erat ante vmbra, & figura futuri, veniebatur cum tauris & arietibus, cum diuersis quibusque animalibus. Modo venit rex, & ipse munera vult? Quæ munera? Eleemosynas. Ipse est enim iudicaturus, & munera imputabit quibusdam. Venite, inquit, percipite
Matt. 25. regnum, quoniam esuriui, & dedistis mihi manducare &c. Hæc sunt munera, in quibus adorãt filiæ Tyri regem, qui dicit, Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Et quæ sunt filiæ Tyri, & quomodo adorabunt eum in muneribus planius voluit dicere, cum subiunxit, Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis. Hæ filiæ Tyri adorantes in muneribus, diuites sunt plebis, quos ille alloquitur amicus Sponsi, Præcipe diuitibus huius sæculi non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarũ, sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abundanter. Diuites sint in operibus bonis, facile
1. Tim. 6. tribuant, communicent, adorẽt in muneribus, sed non perdant. Securi ponant, vbi semper inueniant. Thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam adorando in muneribus. Vultum tuum deprecabuntur diuites plebis. Ad Ecclesiam enim concurrunt, & ibi eleemosynas faciunt.

IDEM sic habet: Capilli superflua rerum 49
In Psal. 51. temporalium significant. Qui capilli non superflue facti sunt, sed ad aliquod ornamentum. Sed aliquando aliquid boni de capillis operandum est, quando frangis panem esurienti, egenum sine tecto inducis in domum tuam, si vide-
Esa. 58. ris nudum vestis. Quia ergo de ipsis capillis, boni aliquid fieri potest, significauit, & illa mulier

pecca-

peccatrix, quæ cum fleuisset super pedes Domini, terſit capillis ſuis, ſignificans, quia cum
Luc.7. miſertus fueris alicuius flens, debes & ſubuenire ſi potes. Cum enim miſereris, tamquam lachrymas fundis, cum ſubuenis, capillis tergis.

50 IDEM explicans illa verba: Dormierunt
In Pſal.75. ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis, inquit: Venerunt diuites in hanc vitam, & per cupiditates temporales quaſi obdormierunt hic, & exceperunt illos diuitiæ, & vanę pompæ volaticæ, & tranſierunt, non intellexerunt quantum inde boni poſſet fieri. Nam ſi noſſent illic ſibi theſaurizarent quod hic erat periturum, ſicut Zachæus, qui Dominum recipiens in domum ſuã, dixit. Dimidium bonorum meorum do pau-
Luc.19. peribus, Non erat iſte in vanitate ſomniantium, ſed in fide euigilantium. Dormierunt in cupiditatibus ſuis viri diuitiarum, ſed tranſijt ſomnus iſte, tranſijt vita iſta, & nihil inuenerunt in manibus ſuis, quia nihil poſuerunt in manu Chriſti. Vis inuenire aliquid in manibus tuis poſtea? Noli contemnere modo manum pauperis, & reſpice manus inanes, ſi vis habere manus plenas. Dixit enim Dominus: Eſuriui, & dediſtis mihi manducare, &c. Eſurire in pauperibus voluit, qui diues in cælo eſt, & tu dubitas homo dare homini, cum ſcias te Chriſto dare quod das, a quo accepiſti quicquid das?

51 IDEM explicans illa verba: Qui ſemi-
In ſal. 125. nant in lachrymis, in exultatione metent, ait: In iſta vita, quæ lachrymis plena eſt, quid ſeminabimus? Opera bona, opera miſericordiæ ſemina noſtra ſunt. De quibus ſeminibus ait
Gal. 6. Apoſtolus: Bonum autem facientes non deficiamus, tempore enim ſuo metemus bona. Itaque, Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domeſticos fidei. Loquens autem de ipſis eleemoſynis, quid ait:
2. Cor.9. Hoc autem dico, qui parce ſeminat, parce & metet. Ergo qui multum ſeminat, multum metet, & qui nihil ſeminat, nihil metet. Seminate quantum poteſtis. Sed parum habes vnde eleemoſynam facias? habes voluntatem? Quomodo nihil eſſet, quod habes; ſi non adeſſet bona voluntas, ſic & quia non habes, noli eſſe triſtis, ſi eſt tibi dandi bona voluntas. Quid enim ſeminas? Miſericordiam. Quid metes? Pacem. Numquid dixerunt Angeli, Pax diuitibus in terra? Non, ſed pax hominibus bonæ vo-
Luc.2. luntatis. In vidua magna voluntas, in Zachæo magna voluntas, multum dedit, multum ſemi-
Luc.19. nauit. Ergo vidua illa, quæ duo minuta miſit, parum ſeminauit? Immo vero tantum quantum Zachæus. Minores enim facultates ferebat, ſed parem voluntatem habebat. Miſit duo minuta de tanta voluntate, de quanta Zachæus dimidium patrimonij ſui. Fac aliquem non habere vel duos nũmos. Eſt aliquid vilius quod ſeminemus, vt metamus illam meſſem? Eſt. Calicem aquæ frigidæ qui dederit diſcipulo, non perdet mercedem ſuam. Quòd ſi nec hoc habeat, ſecurus ſit, Pax in terra hominibus bonæ voluntatis, tantum illum timeat ne habeat, & non faciat.

IDEM docens, quòd diuites non requiſiti, 52
debent pauperes quærere, vt eleemoſynas fa- In pſ. 146.
ciant, adducit locum Pſal. 40. Beatus qui intel- Pſal.40.
ligit ſuper egenum, & pauperem. Cum dicit, qui intelligit ſuper egenum, & pauperem, non expectat, vt petat. Intelligite ſuper illum. Alius te quærit indigens, alium tu debes quærere indigentem. Vtrumque dictum eſt fratres mei, Et omni petenti te da, modo lectum eſt, & alio loco ſcriptura dicit. Sudet eleemoſyna in manu tua, quouſque inuenias iuſtum, cui eam tradas. Numquam hoc facietis, niſi aliquid de rebus veſtris ſepoſitum habueritis, quod cuiq; placet pro neceſſitate rei familiaris ſuæ, tamquam depoſitum quaſi fiſco redden dum. *Infra*: Verba illa, Qui producit in fontibus fœnum, & herbam ſeruituti hominum, de diuitibus intelligit, quibus Deus dat fœnum, bona ſcilicet temporalia, ſeruituti hominum pauperum, quos eleemoſynis ſubleuare debent. Exime aliquam partem redituum tuorum. Decimas vis, decimas exige quanquam parum ſit. Dictum eſt enim, quia Phariſæi decimas dabant, Ieiuno bis in ſabbato, decimas do omniũ, quæ poſſideo. Et quid ait Dominus? Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam Scribarum, & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cęlorũ. Et ille ſuper quem debet abundare iuſtitia tua decimas dat, tu autem nec milleſimam das.

IDEM inquit: Conſolatur nos ſcriptura, 53
quæ hortatur ad miſericordiam faciendam, vt In Pſ.147.
omnino crebreſcamus in erogando, quòd amplius habebamus. Multa autem ſuperflua habemus, ſi non niſi neceſſaria teneamus. Nam ſi inania quæramus, nihil ſufficit, & videbis quam pauca ſint. Quære quantum tibi Deus dedit, & extolle quod ſufficit. Cetera quæ ſuperflua iacent, aliorum ſunt neceſſaria, ſuperflua diuitum, neceſſaria ſunt pauperum. Res alienæ poſſidentur, cum ſuperflua poſſidentur; facieus ergo, & feruens in ipſis bonis operibus miſericordiæ, expectabis ſecurus iudiciũ, non tam ſecurus de iuſtitia tua, quàm de miſericordia Dei, quia tu miſericordiã prærogaſti. Iudicium enim ſine miſericordia fiet illi, *Iac.2.* qui non facit miſericordiam, ſuperexaltat autẽ miſericordia iudicium. Quid tam iuſtum quàm reddere miſericordiam prærogranti? Quid tam *Matt.7.* iuſtum quàm vt in qua menſura menſi fueritis, remetiatur vobis? Deus egere a te voluit, & tu manum retrahis? Audi ſcripturam. Non ſit *Eccli.4.* manus tua porrecta ad accipiendum, & ad dandum collecta. Erogari ſibi vult Deus ex illo quod dedit. De illis das qui iubet, vt des. 54

IDEM inquit: Noli parcere theſauris ca- Lib. de de-
ducis, theſauris vanis. Noli ſub imagine pie- cẽ chordis
tatis augere pecuniã. Filijs inquis meis ſeruo, to.9.
quare non illi potius impendis omnia, qui te fecit ex nihilo? Qui te fecit ipſe te paſcit, & filios tuos. Neque enim melius committis filio tuo patrimonium tuum quàm creatori tuo. Et mentiuntur quidem homines, & palliare volũt nomine pietatis, vt quaſi propter filios videantur ſeruare homines, quod propter auaritiam ſeruant. Nam vt noueritis, quia ſic plerumque contingit, dicitur de quodam. Quare non facit eleemoſynam, quia ſeruat filijs ſuis. Contigit vt amittat vnum, ſi propter filios ſeruabat, mittat poſt illum partem ſuam. Quare illam tenet in ſæculo, & illum relinquit ab animo? Redde illi quod ſuum eſt, redde quod illi ſeruabas. Mortuus eſt, inquit, ſed præceſſit ad Deum, pars ipſius debetur pauperibus. Illi debetur ad quem perrexit, Chriſto debetur; ad ipſum
Matt.25. enim perrexit. Et ille dixit: Quod vni ex minimis meis feciſtis. Qua fronte venturus es ad filium tuum, qui præceſſit, cui præcedenti non mittis partem ſuam in cælum?

55 IDEM explicans quòd Moyſes leuabat ma-
Exod.17. nus, & vincebatur Amalech, inquit: Quando vni ex minimis Chriſti eleemoſynam das, extendis manum, & vincitur Amalech. Quando aliquid das pauperi eſurienti, forte id, quod dederis minus habebis, ſed in domo non in cælo. Operarius Dei es, quando das egenti ſeminas hieme, quod metas æſtate. Quid ergo metuis infidelis, ne in hac magna domo tantus paterfamilias non paſcat operarium ſuum? Erit & ibi quod ſufficiat tibi. Dabit Deus totum neceſſitati non cupiditati. Operare ergo intrepidus, extende manus, vt vincatur Amalech.

56 IDEM explicans verſum Pſalmi 40. Bea-
Pſal.40. tus qui intelligit ſuper egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus, ait: Nullam patietur perniciem, qui cõparauerit eleemoſynis pietatem. De hoc Eſaias dicit: Solue colligationes impietatis. Frange eſurienti panem tuum, & egenos, uagoſq. induc in domum tuam, cum videris nudũ, operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris. Tunc erumpet quaſi mane lumen tuum, & ſanitas tua citius orietur. Tum clamabis, & Dominus exaudiet te, vocabis, & dicet, Ecce adſum. Perfecta miſericordia eſt fratres, vt ante occurrat eſurienti cibus, quàm roget mendicus. Non enim eſt perfecta miſericordia, quæ precibus extorquetur. Sed ſi tacet mendicus, loquitur pallor in facie. Imitare Deum tuum, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Et ecce veniet tibi pluuia, antequam roges, deſcendet vbertas nocte dum ſtertis, dum adhuc in lecto es, ex præcepto uigilat dies, excubant elementa, fructus te neſciente effunduntur. Iactat cælum, & parturit terra, tot cellaria meſſium dũ neſcimus, ſic accipimus & tantas opes
Mat.6. antequam rogemus. Et tu homo, modicus eſt ipſe panis, & precibus vendis? Non rogauerũt quattuor millia Ieſum in deſerto, vt infinita agmina pranderent. Dedit nobis Deus ſecun-
Rom.3. dum baptiſmum. Quis enim ſine peccato? Nã ſicut aqua extinguit ignem, ſic eleemoſyna extinguit peccatum. In horreis noſtris habemus abundantiam, quæ flammas noſtras oblatione vnius panis extinguat, & ante fores gehennæ ſtat miſericordia, & neminem permittit in car cerem mitti. Et quicumque miſertus fuerit, miſerebitur ei, & ſi quis non fuerit miſertus non miſerebitur ei. Da panem cum potes, quia non habebis poſt mortem frumentum, nec inuenies illic aliquando mendicum, quia non erit tempus miſerendi.

IDEM in exordio quadrageſimæ ieiunium 57
conſulens, ait: Si non potes ieiunare amplius, In ſerm.62.
debes erogare pauperibus, vt peccata quæ non de tempore
potes ieiunãdo curare, poſſis eleemoſynas dando redimere. *Infra*: Per Prophetam fratres Do- *Eſai.67.*
minus ita hortatur, & admonet eleemoſynam fieri, vt prope nullus pauper ſit, qui ſe valeat excuſare. Sic enim ait: Hoc eſt ieiunium quod elegi. Frange eſurienti panem tuum. Non dixit vt integrum daret, cum forte pauper ille alium non haberet, ſed frange, inquit, hoc eſt dicere. Etiamſi tanta paupertas tibi eſt, vt non habeas niſi vnum panem, ex ipſo tamen frange, & pauperi tribue. Ac egenum, inquit, & ſine tecto induc in domum tuam. Si aliquis ita pauper eſt, vt non habeat vnde tribuat pauperi cibum, vel in vno angulo domus ſuæ peregrino præparet lectulum. Quid nos ad hæc dicturi ſumus, quam excuſationem habebimus, qui amplas, & ſpatioſas domus habentes vix aliquãdo dignamur excipere peregrinum ignorantes, immo non credentes, quòd in omnibus peregrinis Chriſtus excipitur, ſicut ipſe dicit, Hoſpes erã, & collegiſtis me? Laborioſum & faſtidioſum no bis eſt in pauperibus recipere Chriſtum in patriam noſtram, timeo ne nobis ille vicem reddat in cælo, & nõ nos recipiat in beatitudinem ſuam. Contemnimus illum in mundo, timeo ne nobis ille iterum contemnat in cælo, & dicat: Ite maledicti in ignem ęternum, qui paratus eſt *Matt. 25.* diabolo, & angelis eius. Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare, &c. Et quamdiu non feciſtis vni ex minimis iſtis, nec mihi feciſtis.

GREGORIVS explicans locũ Iob cap. 58
27. Diues cum dormierit, nihil ſecum auferet, Lib.18.mo
ait: Res ſuas cum moreretur, ſecum tolleret, ral. cap.12.
ſi ad petentis vocem cum viueret, ſibi tuliſſet. to.1.
Nam terrena omnia, quæ feruando amittimus, largiendo ſeruamus, patrimoniumq. noſtrum retentum perditur, manet erogatũ. Diu enim cum rebus noſtris durare non poſſumus, quia aut nos illas moriendo deſerimus, aut illæ nos viuentes quaſi deſerunt pereundo. Agendum ergo nobis eſt, vt res abſolute perituras, in non pereũntem cogamus tranſire mercedem.

IDEM exponens illa verba Iob cap. 31. Si 59
deſpexi prætereuntem, eo quòd non haberet Lib.21.mo
indumentum, & abſque operimẽto pauperem, ral.cap.14.
ſi non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mearum calefactus eſt, ait: Quòd pauperem non deſpexit virtutem humilitatis exhibuit, quòd autem operuit pietatis. Nam ſunt nonnulli, qui mox vt ab egenis fratribus fuerint neceſſaria poſtulati, poſt dona largituri in eos prius contumelioſa verba iaculantur. Qui etſi rebus miniſterium pietatis perficiunt; verbis tamen gratiam humilitatis perdunt, ita ut plerumque uideatur, quia illatæ iam iniuriæ ſatisfa-

satisfactionem soluunt, cum post contumelias dona largiuntur. Quibus bene per Ecclesiasticum dicitur: Omni dato non des tristitiam verbi mali. Et rursum: Adde verbum super datū bonum, & vtraque cum homine iustificato. Videlicet vt datum exhiberi debeat per pietatē, & bonum verbum tribui per humilitatem. At contra alij egenos fratres non studeant rebus fulcire cum possint, sed blandis tantum sermonibus fouere, quos Iacobus vehementer reprehendit dicens. Si autem frater, aut soror nudi sint, & indigent victu quotidiano, dicat autem aliquis ex vobis, ite in pace, calefacimini, saturamini, non dederitis autem eis, quę necessaria sunt corpori, quid vobis proderit? Quos Ioannes quoque admonet, dicens: Filioli non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate. Multum vero ad edomandam superbiam dantis valet, si cum terrena tribuit, verba cælestis magistri penset, qui ait: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Si enim eorum amicitijs æterna tabernacula acquirimus dantes, proculdubio pensare habemus, quia patronis potius munera offerimus, quàm egenis dona largimur. Hinc per Paulum dicitur. Vestra abundantia illorum inopiam suppleat, vt & illorum abundantia vestræ inopiæ sit supplementum. Vt videlicet sollicite perpendamus, quia eos quos nunc inopes cernimus abundantes, quandoque videbimus, & qui abundātes aspicimur, si largiri negligimus, quandoque inopes erimus. Qui itaque nunc tēporale subsidium pauperi tribuit, ab eo postmodum perpetua recepturus, vt ita dicam, quasi ad frugem terram excolit, quæ quod acceperit, vberius reddit. *Infra*: Quia sunt nonnulli, qui pietatis viscera tendere vsque ad incognitos nesciunt, dum quibusdam necessaria, non quia homines, sed quia noti sunt, largiuntur. Bene Iob dicit: Si despexi prætereuntē, co quòd non habuerit indumentum. Ignoto enim proximo misertum se indicat, quem prætereuntem vocat, quia apud piam mentem plus natura valet, quam notitia. Nam & vnusquisque qui indiget eo ipso, aut homo est, ei iam incognitus non est.

Cap. 18. *Iacob. 2.* *1. Ioan. 3.* *2. Cor. 8.*

61 Lib. 1. efficiorum ca. 11. to. 4.

AMBROSIVS commendans misericordiam, sic dicit: Bona est misericordia, quæ & ipsa perfectos facit, quia imitatur perfectū Patrem. Nil tam commendat christianam animam, quàm misericordia, primum in pauperes, vt communes iudices partus naturæ, quæ omnibus ad vsum generat fructus terrarum, vt quod habes largiaris pauperi, & consortem, & conformem tuum adiuues. Tu nummum largiris, ille vitam accipit, tu pecuniam das, ille substantiam suam æstimat salutis. Si nudum vestias, teipsum induis iustitia. Si peregrinū sub tectum inducas tuum, si suscipias egentem ille tibi acquiret sanctorum amicitias, & æterna tabernacula. Corporalia seminas, & recipis spiritualia. Miraris iudicium Domini de beato Iob? Mirare virtutem eius qui poterat dicere. Oculus eram cæco, & pes claudo Eram infirmorum pater, velleribus agnorum meorum calefacti sunt humeri eorum, foris non mansit peregrinus &c.

Iob 29.

62 In eod. lib. 1. offic. cap. 30.

IDEM tradit modum dandi eleemosynā, & benefaciendi proximis, sic dicit: Perfecta liberalitas fide, loco, causa, & tempore cōmendatur, vt primum opereris circa domesticos fidei. Grandis culpa si sciente te fidelis egeat, si scias eum fame laborare, ærumnā perpeti &c. Nam si omnibus debetur misericordia, tamen iusto amplius. Si tempore afflictionis suæ nihil a te impetret, si tempore periculi quo rapitur ad mortem, plus apud te pecunia tua valet, quā vita morituri, de quo pulchre Iob dixit: Benedictio perituri ad me veniebat. *Infra dicit proximos consanguineos anteponendos esse*, sic ait: Est etiam illa probanda liberalitas, vt proximos seminis tui non despicias, si egere cognoueris. Melius est enim, vt ipse subuenias tuis, quibus pudor est ab alijs sumptum deposcere; non tamen vt illi ditiores eo fieri velint, quod tu posses conferre inopibus; neque enim propterea te Domino dicasti, vt tuos diuites facias, sed vt vitam tibi perpetuam fructu boni operis acquiras, & pretio miserationis peccata redimas tua. Accusat quòd eum diuitem non feceris, cum te ille velit æternæ vitæ fraudare mercede &c. *In fine capitis dicit*: Plus largiendum senibus. Cōsideranda etiam est in largiendo ætas, atque debilitas, nonnumquam etiam verecundia, quæ ingenuos prodit natales, vt senibus plus largiaris, qui sibi labore iam non queunt victū querere similiter, & debilitas corporis iuuanda est promptius, tum si quis ex diuitiis cecidit in egestatem, & maxime si non vitio suo &c.

Iob 29.

63 In cap. 31.

IDEM probat, quomodo grati esse debemus, & beneficia rependere, sic ait: Pulchrum quoque est propēsiorem eius haberi rationem, qui tibi, aut beneficium aliquod, aut munus cōtulit, si ipse in necessitatē incidit; quid enim tā contra officium, quàm non reddere, quod acceperis? Nec mensura pari, sed vberiore reddendum arbitror, & usum pensandum beneficii, ut tanto subuenias, quanto eius ærumnam repellas; etenim superiorem non esse in referendo, quàm in conferendo beneficio, hoc est minorem esse. Quoniam qui prior contulit, tempore superior est, humanitate prior. Vnde imitanda nobis est, in hoc etiam natura terrarum, quæ susceptum semen multiplicatiori solet numero reddere, quàm accepit. Ideo est tibi scriptum. Sicut agricultura est homo insipiens, & tamquam uinea homo egens sensu, si reliqueris eum desolabitur. Sicut agricultura ergo etiam sapiens, ut tāquam fœnerata sibi maiore mensura semina suscepta restituat. Terra ergo, aut post annuos fructus germinat, aut creditos ubertiore cumulo refundit, ac reddit. Non dare cuiquam uix licet, non reddere uero non licet. Humanitatis exemplū ipsa terra suggerit, spontaneos fructus ministrat, quos non seueris, multiplicatum quoque reddit, quod accepit &c. Et quid

quid aliis vtar exemplis, cum Dominus ipse remunerationem vberiorem sanctorum meritis in Euangelio polliceatur dicens. Mensuram bonam, & supereffluentem dabunt in sinus vestros &c.

Luc. 6.

64 Lib. 2. officiorum ca. 16. to. 4.

IDEM dicit esse aliquos, qui sub prætextu paupertatis egentes defraudant suis eleemosynis, sic ait: Veniunt validi, veniunt nullam causam, nisi vagandi habentes, & volunt subsidia vacuare pauperum, exinanire sumptum, neque exiguo contenti maiora quærunt ambitu vestiū captantes petitionis suffragium, & natalium simulatione licitantes incrementa quæstuum, his si quis facile deferat fidem, cito exinanit pauperum alimonijs profutura compendia. Modus adsit largiendi, vt neque illi inanes recedant, neque transcribatur vita pauperum in spolia fraudulentorum. Plerique simulant debita. sit veri examen. Exutos se per latrocinia deplorant, aut iniuria fidem faciat, aut cognitio personæ, quo propensius iuuentur &c.

65 In eod. lib. cap. 28.

IDEM agit de misericordia, quod non sit omittenda propter detrahentium linguas, & ponit se in exemplum, sic ait: Melius est pro misericordia causas præstare, vel inuidiam perpeti, quam prætendere inclementiam, vt nos aliquando in inuidiam incidimus, qui confringeremus vasa mystica, vt captiuos redimeremus &c. Quam causam nos, & si non sine ratione aliqua gessimus; tamen ita in populo persecuti sumus, vt confiteremur, multoq. fuisse commodius astrueremus, vt animas Domino, quàm aurum seruaremus. Qui enim sine auro misit Apostolos, & Ecclesias sine auro congregauit. Aurum Ecclesia habet, non vt seruet, sed vt eroget, & subueniat in necessitatibus &c. Nonne dicturus est Dominus: Cur passus es tot inopes fame mori. Et certe habebas aurum, vt ministrasses alimoniam, cur tot captiui deducti sunt, nec redempti? Cur tot ab hoste occisi sunt? Melius fuerat, vt vasa viuentia seruares, quàm metallorum. His non posset responsum referri. Quid enim diceres? Timui ne templò Dei ornatus deesset? Responderet, Aurum sacramenta non quærunt, neque auro placent, quæ auro non emuntur. Ornatus sacramentorum redemptio captiuorum est. Et vere illa sunt vasa pretiosa, quæ redimunt animas a morte. Ille verus thesaurus est Domini, qui operatur quod sanguis eius operatus est. Tunc vas dominici sanguinis agnosco, cum in vtroque videro redemptionem, vt calix ab hoste redimat, quos sanguis a peccato redemit. Quàm pulchrum, vt cum agmina captiuorum ab Ecclesia redimuntur, dicatur, hos Christus redemit. Ecce aurum Christi, quod a morte liberat, agnosco infusum auro sanguinem Christi non solum irrutilasse, verum etiam diuinæ operationis impressisse virtutem redemptionis munere. Tale aurum sanctus martyr Laurentius Domino reseruauit, a quo cum quærerentur thesauri Ecclesiæ promisit demonstraturum se, & sequenti die pauperes duxit. Interrogatus vbi essent thesauri, quos promiserat ostendit pauperes dicens: Hi sunt thesauri Ecclesiæ. Et vere thesauri, in quibus Christus est, in quibus Christi fides est. Denique Apostolus ait: Habemus thesaurum in vasis fictilibus. Quos enim meliores thesauros habet Christus, quàm eos, in quibus se esse dixit. Esuriui, & dedistis mihi manducare, sitiui, & dedistis mihi bibere, &c. Quod enim vni horum feciſtis, mihi feciſtis &c. Hos thesauros monstrauit Laurentius, & vicit, quòd eos nec persecutor potuit auferre. Quantum autem auri & argenti Assyrii de templo abstulerunt? Itaque Ioachim, qui aurum in obsidione seruabat, & aurum vidit diripi, & se in captiuitatem deduci. Laurentius qui aurum Ecclesiæ maluit erogare pauperibus, quàm persecutori reseruare, pro singulari interpretationis viuacitate sacram martyrij accepit coronam. Numquid dictum est sancto Laurentio, Non debuisti erogare thesauros Ecclesiæ, vasa sacramentorum vendere? &c.

Matt. 25.

97 Lib. de viduis to. 4.

IDEM ostendit, quomodo omnia communia facere debeamus. Si quis de gentilibus dixit communia omnia amicorū esse debere, quanto magis debent esse communia cognatorum? Cognati enim sumus, qui in vnā seriem corporis copulamur. Cur enim proprium id, quod in sæculo est putes, cum commune sit sæculum? Aut cur priuatos terræ deputes fructus, cū terra communis sit. Respicite, inquit, volatilia cæli, quoniam non serunt, neque metunt; etenim quibus nihil est proprium, nihil deest, & sententiæ suæ Deus arbiter nouit seruare promissum. Denique aues non congregant, & redundant, quia pater cælestis pascit illas, nos autem congregando egemus, & congregando euacuamur &c. *Infra*: Ostendit Dominum plus animum, quàm munus dantis respicere exemplo viduæ euangelicæ &c. Dominica voce illa vidua omnibus antefertur, de qua dictum est. Vidua hæc plus omnibus misit. In qua moraliter Dominus instituit vniuersos, ne quis a collatione ministerij paupertatis pudore reuocetur, nec sibi diuites blandiantur, quòd plus videantur conferre, quàm pauperes. Vberior est enim munus e paruo, quàm thesaurus e maximo, quia non quantum detur, sed quantum resideat, expenditur. Nemo plus tribuit, quā qui nihil sibi reliquit. Quid tu diues egeni cōmparatione te iactas, & cum onereris auro pretiosam per humum trahens vestem honorari desideras, quia inopē collatione vicisti. Et flumina superfluunt cum redundant; gratior tamen haustus e riuulo est &c. Non ergo quid fastidio expuas, sed quātum deuotione conferas æstimandum est. Denique nulla plus tribuit, quam illa quę de filiorum alimentis pauit Prophetam &c.

Matt. 6. *Luc. 21.*

68 Lib. 5. epist. to. 5.

IDEM in oratione de basilicis tradendis, quæ est post epistolam 32. in fine orationis, sic ait: Si Imperator tributum petit non negamus, agri Ecclesiæ soluunt tributum. Si agros desiderat Imperator, potestatem habet vindicandorū, nemo nostrum interuenit, potest pauperibus collatio populi redundare. Non faciant de agris inuidiā, tollant eos si libitum est,

Imperatori non dono, sed non nego. Aurum quærunt possum dicere, Argentum & aurum nõ quærunt, sed inuidiam faciunt, quia aurum erogatur. Neque ego hanc inuidiam perhorresco. Habeo ærarios, erarij mei pauperes Christi sũt. Huc noui congregare thesauros. Vtinam hoc mihi semper crimen ascribant, quia aurum pauperibus erogatur. Quod si obijciũt, quòd defensionem ab ijs requiram, non nego, sed etiã ambio. Habeo defensionem, sed in orationibus pauperum. Cæci illi & claudi, debiles & senes, robustis bellatoribus fortiores sunt. Denique munera pauperum Deum obligãt, quia scriptum est, *Prou. 19.* Qui largitur pauperi Deo fœnerat &c.

69 IDEM exponit illud Ecclesiastici 3. Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum, & in fine sermonis 31. sic dicit: Ita eleemosyna extinguit peccata, sicut aqua baptismi gehennæ extinguit incendium. Ergo eleemosyna quodammodo animarum aliud est lauacrum, vt si quis forte post baptismum humana fragilitate deliquerit, supersit ei, vt iterum eleemosynis emũ detur, sicut ait Dominus. Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis, nisi quod salua fide dixerim indulgẽtior est eleemosyna, quàm lauacrum. Lauacrum enim semel datur, & semel veniam pollicetur, eleemosynam autem quoties feceris, toties veniã promereris. Hi ergo duo misericordiarum fontes sunt, qui & vitam tribuunt, & peccata condonant. Qui vtrumque custodierit, regni cælestis honore ditabitur; qui autem maculato fonte viuo ad misericordiæ fluenta se contulerit, & ipse misericordiam consequetur &c.

Serm. 30. & 31. de eleemosyna to. 5.

Luc. 11.

70 IDEM ait: Aliquibus hominibus cum dixeris, vt aliquid pauperibus elargiantur, statim tibi obiiciunt necessitates infinitæ sunt, tributa grauia fiscalia non possumus explicare, & tanta tibi ingerunt, vt quasi reum te statuant, cur hoc ipsum volueris commonere, non intelligentes, quod omnibus necessitatibus salutis sit necessitas præferenda, & quòd tributum reddere, alii prodest, eleemosynam facere ipsi proficiat, qui largitur. Tributi enim redditio illi præstat beneficium, qui accipit, eleemosynæ autem operatio sibi confert meritum, qui ministrat. Ditior enim fit vir misericors, posteaquam minus habere incipit pauperibus largiendo. Beata igitur est eleemosyna, quæ & accipientem reficit, & lætificat erogantem. Vides ergo o diues, quia sunt tuæ incertæ diuitiæ. Quid ergo aurum congregas, in quo nulla certa fiducia est? Aurum enim & argentum vilis est, & abiecta materia, quem non pretiosum natura instituit, sed hominum voluntas effecit &c.

Serm. 39. de ieiunijs, & eleemosynis in processu sermonis to. 3.

71 IDEM increpans inclementiam Diuitis, adhortatur ad misericordiam, sic ait: Quod si difficile tibi putas o homo magnificentiam diuinæ largitatis imitari, imitare terram. Si leuare sursum oculos non potes, saltim ea quæ deorsum sunt, & in pedibus tuis intuere. Affer tu fructum sicut terra, noli esse deterior insensibili elemento. Illa enim fructus quos affert non suis vsibus vendicat, sed tuis ministrat obsequiis. Tu vero fructus illius solus inuadis, & tibi soli concludis. Quòd si tantum auiditatis te morbus astringit, vt tua velis facere omnia, accipe & adhuc salutare remedium. Beneficium largientis præbenti magis permanet, quàm suscipienti. Nam misericordia quidem ad indigentem peruenit, gratia autem multiplicatæ mercedis permanet tribuenti. Esurienti dedisti panem, illæ quidem pastus est, sed ad te redit, quod dedisti cum fructibus, & vsuris. Quod si difficile putas, considera frumentum quod seminatur in terra, si non ad seminantis potius, quàm ad suscipientis lucra- *Osee 10.* cedit. Ita etiam dum cibus tribuitur indigentibus, cum multo fœnore diuinæ gratiæ restituetur in posterum. Sit ergo tibi finis agricturæ huius, initium cælestium sationum. Seminate enim, inquit, vobis ad iustitiam &c. Si ergo tu gloriam ex diuitiis quæris, cognosce quia melius est mille filiorum, quos per misericordiam filios acquisieris, patrem vocari, quã mille aureorum dominum dici. Et considera quanta tibi tunc erit gloria, cum te omnis ille populus, qui ex promptuariis tuis pastus est, & refectus pro tribunali magni illius, & iustissimi Iudicis caterua constipante circumdabit, pastorem te suum, ac tutorem pium, & misericordiæ patrem omni gratiarum voce testabitur. Quòd si magistratus in theatris, mimis, & athletis, & gladiatoribus, alijsq. huiusmodi generibus hominum totum pene patrimonium suum largitur, ac prodigit, vt vnius horæ fauorem vulgi acquirat, nihil sibi vlterius profuturum, tu dubitas, & cunctaris munificus esse in huiusmodi largitionibus, in quibus iudex residet Deus fauentium, & acclamantium vulgus est Angeli, vbi omnes, qui a sæculo fuerunt sancti laudatores, & prædicatores tui sunt. Vbi laus, & fauor non simul cum die cessat, sed cum sæculis permanet, vbi corona tibi non auri, sed iustitiæ dabitur &c. Et hæc omnia conquiruntur per misericordias pauperum, in quibus cibi corruptibilis pretio incorruptibilem regni cælorum gloriam mercaris, &c. Nec te pigeat visitare ægrum, & eis, qui per debilitatem ad misericordiam poscendam venire non possunt, præsta sumptum. Memento quoniam & nos cum decumberemus ingrato, cum essemus debiles, & non possemus ipsi per nos ire ad Dominũ, Deus ipse venit ad nos. Misit enim Filium suum, qui nobis attulit cibum seipsum, ipse enim panis vitæ, qui de cælo descendit. Et quo ore quæso, qua impudentia panem de cælo accipientes, nos panem de terra non damus fratribus? Quid agis o diues? Quid deliberas? Christo esuriente tu horrea tua claudis? Christo egente tu aurum quæris? Omnia aurum vides, aurum tibi vigilanti cogitatio est, & somnia dormienti. Sicut enim hi, qui per insaniam mente translati sunt, non iam res ipsas, sed passionis suæ phantasias vident, ita etiam mens auari auri semel vinculis cupiditatis astricta semper aurum, semper argentum videt, semper reditus computat. Gratius aurum intuetur, quàm solem videt. Ipsa enim supplicatio, & oratio eius ad Dominum aurum quærit, & vellet vt omnia ei in aurum conuerterentur &c. Sed quid agis? Nec satietas vnquam, nec finis aderit cupiditati. Nam interdum pueris gulæ nimium deditis indulgemus, desideratos cibos auidius sumere, vt nimietate ipsa satiati horrescant, & auertant se de reliquo ab huiusmodi cupiditate, auaritia tamen nihil tale patitur, sed quanto plus inuenerit, tanto amplius quærit &c.

74 IDEM miranda dicit de ciconijs, quas fe- Lib. 5. Bzaron cap. runt collecto proficisci agmine. Cornices dedu 16. to. 1. cunt eas, ac dirigunt, vt defendant aduersus inimicas aues, cuius rei indicium est, quia nullæ in illis locis residere reperiuntur per interuallum aliquod temporis, & quia cũ vulneribus reuertentes manifesta quadam sanguinis sui voce loquũtur grauium se certaminum subiisse conflictum. Quis igitur illis pœnam desertionis indixit? Discant homines hospitalia seruare, cornices etiam pericula sua negare nõ solent. His igitur nos ianuas claudimus, quibus aues animas suas conferunt, & quos illæ consortio prosequũtur discriminis, eos tecti prohibemus hospitio, & quorum illæ bella suscipiunt, his nos bella frequenter inferimus. Mentior si non Sodomitanis hæc fuit causa supplicii, aut Aegyptius furor genti hospiti, dum bellum conatur inferre, inhospitalitatis pœnas infidæ naufragio plebis exsoluit &c.

75 IDEM agit de hospitalitate Abrahæ, quan- Lib. 1. de Abrahã Patriarcha c. do angelos hospitio recepit. Ante ostium sede- 4. to. 1. bat Abraham in meridie, quãdo alii requiescebant, iste hospitum explorabat aduentus. Merito illi Deus apparuit, quia fructum hospitalitatis studiosissime requirebat. Non otiosus sedet, qui longe aspicit, neque aspexisse contentus cucurrit obuiam, festinauit occurrere. Quia non satis est recte facere, nisi etiam maturare quod facias. Festinanter enim manducare pascha lex iubet, vberiores enim fructus habet celerata deuotio. Disce ergo quàm impiger esse debeas, vt possis præuenire hospitẽ, ne quis præueniat, & te boni muneris defraudet. Omnes in hoc incolatu hospites sumus, caueamus ne si nos duri, aut negligentes fuerimus hospitibus, etiam nobis post vitæ huius cursum sanctorum hospitia denegentur. Vnde in Euangelio Saluator dicit: *Luc. 19.* Facite vobis amicos de iniquo mammona, qui vos recipiant in æterna tabernacula sua. Quod ergo aliis negaueris, id inte ipse decernis. Si omnes eam sententiam non recipiendi hospites sequantur, vbi erit requies peregrinantibus? Relictis igitur humanis habitaculis captabimus 76 recessus ferarum, cubilia bestiarum? Sed paupe- *Prou. 15.* riem prætendis, non opes a te hospes requirit, sed gratiam, non ornatum conuiuium, sed cibũ quium. Melior est hospitalitas cum oleribus ad amicitiam, quàm si vitulos occidas cum inimicitiis &c. Et Dominus in Euangelio eum qui cumque dederit hospiti potum aquę frigidæ, cæ lestium asserit præmiorũ non exortem futurũ.

Denique quì scis, an Deum suscipias cũ hospitẽ putas suscipere? Abraham dum peregrinantibus defert hospitium, Deũ, atque angelos eius hospitio suscepit. Et cum hospitem suscipis, Deum suscipis dicente Domino. Hospes eram *Matt. 25.* & collegistis me, quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis, Vnius horæ hospitio vidua illa quæ suscepit Eliam, & exiguo cibo perpetuum toto tempore famis inuenit alimentum, & mercedem accepit mirabilem, vt numquam de hydria farina deficeret. Elisæus quoque defuncti pignoris resuscitatione donata resoluit hospitii pensionem. Non sola tamen facilitas susceptionis, sed etiam sedulitas suscipientis, & affectus quæritur vtrumque te Abraham docet &c.

77 IDEM agens de diuitum iactantia in diui- Lib. de Nabuthe Iezraelita cap. tiis suis, ait: Parietes uos diuites vestitis auro, 13. to. 1. homines nudatis. Clamat ante domum tuam nudus, & negligis, & tu sollicitus es, quibus marmoribus pauimenta vestias. Pecuniam pauper quærit, & non habet, panem postulat homo, & equus tuus aurum sub dentibus mandit. Sed delectant te ornamenta pretiosa, cum alii frumenta non habeant. Quantum o diues sumis tibi iudicium, populus esurit, & tu horrea tua claudis, populus deplorat, & tu gemmam tuam versas infelix, cuius in potestate est tantorum animas a morte defendere, & non est voluntas. Totius vitam populi poterat annuli tui gemma seruare. Aliter Iob: Liberaui pauperem de ma- *Iob 29.* nu potentis, & orphanum, cui non erat adiutor, adiuui. Benedictio perituri super me venit, os autem viduæ me benedixit &c.

78 IDEM agens de curatione hominis haben- Lib. 5 in Lutis manum aridam super illud, Extẽde manum cam to. 3. tuam, sic ait: Communis ista, generalisq. medicina est, & tu qui putas manum habere te sanã, caue ne auaritia, caue ne sacrilegio contrahatur, extende sæpius eam, extende ad illum pauperem, qui te obsecrat, extende vt proximum iuues, vt viduæ præsidium feras, eripias iniuriæ, quam vides iniustæ contumeliæ subiacere. Extende ad Deum pro peccatis tuis. Sic manus extenditur, sic sanatur. Sic Hieroboam manum cum idolis sacrificaret, contraxit, & rursus cum Deum rogaret, extendit &c.

79 IDEM super illud Rom. 15. Debitores enim Super epist. ad Rom. to. sunt eorum &c. ait: Intantum nos humanos & 3. misericordes vult esse Apostolus, vt & debitores nos dicat circa eleemosynam largiendam, & bonis operibus exercendum cum alacritate cordis. Quia qui misericordiam a Deo sperat, debet esse misericors, vt probet se recte hanc sperare. Quia si homo miseretur, quanto magis Deus; retributio enim hæc est, vel merces, vt qui accipiunt misericordiam, misericordiam faciant. Vnde Dominus: Beati misericordes *Matt. 5.* ipsorum enim miserebitur Deus &c.

Episcopatus & prælaturæ, & officia appetenda non sunt, ad quæ officia assumptus homo non ditet consanguineos. Cap. XI.

1 Hom. 20. in Num. to. 1.

DE re hac plura dicenda sunt infra lib. 14. cap. 50. & infra, interim tamen.

ORIGENES explicans verba illa Numerorum 25. Et iratus est furore Dominus contra Israel, & dixit Dominus ad Moysen: Assume principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis, vt auertatur furor meus ab Israel, inquit: Nescio si de ijs differentes non offendamus aliquos, sed & si offendamus obedire magis, & deseruire oportet verbo Dei, quàm gratiæ hominum. Peccauit Israel, & dixit Dominus ad Moysen, vt assumat omnes principes, & suspendat eos contra solem. Populus peccat, & principes suspenduntur. Vides quæ sit conditio principũ populi non solum pro suis proprijs arguuntur delictis, sed & pro populi peccatis coguntur reddere rationem, ne ipsorũ sit culpa, quòd populus deliquit, ne forte non docuerint, ne forte nõ monuerint, neque solliciti fuerint arguere eos, qui initium culpæ dederint, vti ne contagio dispergeretur in plures. Hæc enim omnia facere principibus imminet & doctoribus. Si enim illis hæc non agentibus, nec sollicitudinem gerentibus circa plebem peccauerit populus, ipsi suspenduntur, & ipsi ad iudicium producuntur. Arguit enim eos Moyses, ideſt lex Dei velut negligentes, & desides, & in ipsos cõuertetur iracundia Dei, & cessabit a populo. Hæc si cogitarent homines nũquã cuperent, nec ambirent ad populi principatum. Sufficit enim mihi pro meis proprijs peccatis, & prò meipso reddere rationem. Quid mihi necesse est etiam pro populi peccatis suspendi? Et suspendi contra solem, ante quem nihil potest abscondi, nihil obscurari?

2 Hom. 6. in Esaiam.

IDEM exponens illa verba: Quẽ mittam & quis ibit ad populũ istũ, & respondit Propheta: Ecce ego mitte me, ait: Inuenio aliud fecisse Moysen, aliud Esaiam. Moyses enim electus ad eductionẽ populi Israel de terra Ægypti, ait: Prouide aliũ quem mittas, etiã videtur cõtradicere Deo. Esaias vero non electus, sed audiens quem mittã, & quis ibit: Ecce, inquit, ego sum, mitte me. Dignũ est quærere qui e duobus melius fecerit, Moyses qui postquã electus est, recusauit, an Esaias, qui neglectus quidẽ ipse se obtundit, vt mitteretur ad populum. Ego audacter feci comparans duos sanctos, & decernens, & dicẽs verecundius Moysem fecisse, quàm Esaiã. Moyses quippe magnitudinẽ cõsiderabat, præesse populo ad educendum eũ de terra Aegypti, propter hoc ait, Prouide aliũ quem mittas. Iste autẽ non expectans audire quid ei iuberetur, vt diceret, ac si electus fuisset, Ecce, inquit, ego mitte me. Vnde quia ignorans quid ei iuberetur, vt diceret, ait: Ecce ego mitte me, hæc iubetur, vt dicat, quæ erant inoptata dicenti. An non erat inoptabile statim iussum prophetizare a maledictionibus incipere dicentẽ, Aure audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non videbitis; incrassatum est enim cor populi huius? &c. Forte ergo (si tamen audenter expedit dicere (audaciæ & temeritatis præmiũ consecutus est, vt ea iubeatur dicere, quæ prophetizare nolebat. Quia autẽ cõparauimus Esaiã, & Moysen cõponamus, & aliam proximam cõparationem Esaiæ, & Ionæ. Ille mittitur prędicare euersionẽ Niniuitis post tres dies, & piget eum proficisci nolentem causa malorũ ciuitatis. Iste autem nõ expectans quid ei imperaretur, vt diceret, ait: Ecce ego mitte me. Bonum est non prosilire ad eas, quæ a Deo sunt, dignitates, & principatus, & ministeria Ecclesiæ, sed imitari Moysen, & dicere cum eo, Prouide alium quem mittas. Neque enim ad principatũ Ecclesiæ venit, qui saluari vult, etsi præest, sed ad seruitutẽ Ecclesiæ, dicente Domino. Principes gentiũ dominantur eorum &c. non sic erit in vobis, sed qui maior est erit minister vester. Qui vocatur ergo ad Episcopatũ, non ad principatum vocatur, sed ad seruitutẽ totius Ecclesiæ. *Infra*: Expedit ergo facere quod factũ est a Moyse, vt etiam si vocatur aliquis ad principatũ dicat, Prouide aliũ quem mittas. Deo dicit non sum dignus, ab heri, & nudiustertius tardioris linguæ sum. Et quia id dixit, humiliter audit a Deo, Quis dedit os homini, & quis fecit surdum & mutum, videntem & cæcum? Nõne ego Dominus Deus? Crede Deo conseruate ei, licet tardioris linguæ sis, trade te sermoni Dei. *Exod. 4.*

3 Hom. 1. in 2. epistola Pauli ad Timotheum to. 4.

CHRYSOSTOMVS sic habet: Quantalibet enim quisque animi virtute polleat, cũ tamen clauum, & Ecclesiæ gubernacula suscipit insperatis fluctibus quatitur, & variis vndique negotijs actus pene submergitur.

4 Homil. 34. in cap. 13. epist. Pauli ad Hebræos

IDEM explicans illa verba: Obedite præpositis vestris, & subiacete eis; ipsi enim vigilãt rationẽ reddituri pro animabus vestris, ait: Audiant & principes non soli illi, qui reguntur a principibus, quoniam sicut obedientes oportet esse qui reguntur, sic etiam rectores, & principes vigilãtes esse decet & sobrios. Periculũ nãq, suscipere super caput eius eminet, subiectus est vltionibus peccatorũ tuorũ, & propter te reus existit, timoribus subiicitur. *Infra*: Quid dicamus infelicius illis & miseris, qui semetipsos ad alios regẽdos præcipitant, & se in tãtorũ suppliciorũ abyssum iactãt. Omniũ quos regis, mulierũ, puerorũ, virorũ, tu rationẽ redditurus es, tãto igni tuum subiicis caput. Miror si potest saluari aliquis rectorũ. Post tantã enim commissionem, quam negligentiæ videmus illatam, video aliquos etiam concurrere, & præcipitare semetipsos tantæ moli, ac tantæ difficultati regiminis. Si enim qui necessitate compelluntur nullum poterunt habere refugium, nec vllam excusationem reperient, quando res malle tractauerint, & quando negligenter administrationem gesserint suam. Nam & Aaron necessitate compulsus est; & tamen in periculum venit, sed & Moyses pericula sæpius sustinuit, qui regimen illud sapere recusauerat, & Saul, cui alius commissus est principatus, postquam recusauit in pericula incidit, quia male sui regiminis administrauit officium. Quanto ergo amplius, qui cum studio, & ambitione petunt principatus, & semetipsos præcipitant, seuerius punientur? Huiusmodi enim homo, multo amplius sibi locum veniæ claudit. Oportet ergo timere, ac tremere, & propter conscientiam, & propter molem, ac magnitudinem curæ. Et neque dum quis ad principatum trahitur recusare, & neque dum non trahitur, quispiam semetipsum præcipitare, sed considerantes tantæ dignitatis amplitudinem oportet effugere; comprehensos autem obsequium, & reuerentiam oportet ostendere. Nihil immoderate faciendum est, sed antequam fiat præsentiens, quis refugiat, persuadeat sibimetipsi, quòd ad illam rem sumẽdam indignus existat, comprehensus autem similiter reuerentiam exhibeat. Vbique modestiam, & ingenuitatem debes ostendere.

5 Libro 1. de sacerdotio. to. 1.

IDEM ait: Cum inter nos Basilius, & ego versaremus, vt monasticam vitam amplectẽtes vale diceremus sæculo, remq. ille assiduis vrgeret precibus, ecce exortus de repente rumor quidam, nostrũ vtriusque animum commouit. Percrebuerat autẽ fore, vt ad episcopalẽ dignitatẽ vterque perduceremur. Quo ad me rumore perlato hinc formidine, hinc hæsitantia perculsus sum. Formidine ne forte vel inuitus eo ip se raperer, hæsitantia dũ identidẽ animo versarer, vnde nã in illorũ patrũ animo obrepsisset, vt de nobis tale quiddam cogitarẽt? Nam mihi quidem ingenij mei vires inspicienti nõ succurrebat quicquã, quod honorẽ illum mereretur, tempore haud multo elapso cum iam dies aduenisset, in quo eligendi vterque essemus, me ipse occultaui, Basilius harũ rerum ignarus cũ esset, apprehensus ducitur quidẽ a patribus, tãquam alio prætextu, nec æquanimiter se captum ferebat ferox, resiliẽs, & obsiliẽs apparebat. Tãdem parens postquã intellexit me subterfugisse, tristis admodũ ad me adijt, & mihi prior cũ assedisset; eloqui quidem nescio quid velle videbatur, ceterũ ab animi angustia oppressus, cũ oratione vim eã, qua premeretur assequi nequiret, in ipso oris hiatu fari prohibebatur animi consternatione, orationẽ priusquam ea dentes trãsijsset interrumpẽte. Itaque ego illum intuitus lachrymis permadentẽ, ac multa animi perculsum perturbatione mali causam cũ intelligerẽ in risum prorupi Deo acceptum referens, quòd æstus meus felicem tandẽ fuisset exitũ fortitus.

6 Lib. 3. de sacerdotio.

IDEM sic habet: Si vsu venit, vt quibus ciuitatum principatus concreditus est, ii nisi valde prudentes pariter, ac vigilantes fuerint, tum ciuitates ipsas euertant, tum seipsos perditum eant, quid de illo dicendũ est, cui sorte obtigit, vt Christi sponsam colat, ornetque? Christum nemo est, qui Paulo vehemẽtius dilexerit, nemo qui apud Deũ gratiosior; tamen post tot priuilegia a Deo accepta, veretur adhuc, ac tremit principatus istius, subditorumq. curam. Metuo enim, inquit, ne sicut serpens Euã decepit versutia sua, ita corrumpantur sensus vestri a simplicitate, quæ erat in vobis. Et alibi: In timore ac tremore multo vobiscum cõuersatus sum. Si igitur Paulus Dei mãdata sic obseruans, vt maiora etiã quàm ipsi a Deo iniũcta fuissent, præstaret, numquã suo ipsius, sed subditorũ tantum commodo studens, sic vbique formidauit magistratus sui molẽ extendens, quid faciemus ipsi, qui multi vbique sumus in quærẽdis, quę nostra sunt? Quis infirmatur, ait Paulus, & ego non infirmor, quis scandalizatur, & ego non vror? Immo ait, optabã anathema esse a Christo pro fratribus meis. Quòd si quis existit, qui vocem hanc obsecrans enunciare possit, is demum dignus est, qui si oblatum Episcopi munus detrectet insimuletur; si uero a Pauli virtutibus illis pari nobiscum interuallo distat; is nimirũ odiũ ac uituperationem meretur, cum munus idem delatum amplectitur, nõ cum reiicit. Nam si id vnum satis sit pastorem simpliciter uocari, & prouincia ista vtcumque defungi, nec ullum prorsus inde periculum exoriri possit; equidem nihil moror, quin me quisquis uolet, reprehendat, quia episcopatum recusaui; sin uero rara prudentia, rara item adeo data gratia, quæ prudentiã etiam ipsa præcedat; præterea si morum integritate, si uitæ puritate, denique si maiori, quàm pro humano captu uirtute eum prædituum esse oportet, qui administrationis istius curam in se fuscipit, ne me uenia priuatum per tuelis, si frustra ac temere uitæ meæ mihi accersere exitium noluerim. Etenim si nauem quis agens ampliſſimam, & quæ decem millia pondo ferat, quæque ea remigibus suis sit instructa, ac sumptuosarum mercium pondere onerata me illius gubernaculo præfectũ iuberet Ægeũ Tyrrhenum ne mare traiicere, nimirum fieret; ut ad primam statim auditionem, mãdatum id detrectarem. Ac si quis me interrogaret quid ita? Ne nauem submergam utique respondere: Ita ne igitur ubi pecuniæ tãtum iactura subest, nec nisi corporis interitus periclitatur, nemo est, qui incuset, reprehẽdatq. si quis magna cautione, prouidentiaq. hic utatur, ubi autem nauẽ frangentibus, non in hoc, uel illud pelagus, sed in ignis æterni abyssum corruendum est, ubi item eosdem naufragos interitus manet, non qui corpus ab anima dirimit, sed qui animam ipsam una cum corpore in sempiternum exigit supplicium, hic mihi uos succẽsebitis? Hic mihi odium, inimicitiasq. præferetis, si me ipse temere in tantam non coniecerim perniciem? Noui profecto animi mei uires, quam sint exiguæ, atque infirmæ, noui quanta sit functionis illius moles, noui quàm ingens negotii ipsius difficultas. Episcopi enim fluctus animum concutientes, uentis mare identidem conturbãtibus crebriores, infestioresq. esse solent. *Infra*: Multa Prælatum, ac Episcopum seruare oportet, inter quæ illud est præcipuũ, sacerdotis animum honoris illius desiderio, undique uacare oportere.

Leiro 1. de sacerdotio. to. 1. — 7 — 8

Nam si eum principatum adipiscendum vehementi animi affectu rapiatur, eo adepto impotentiorem sane ambitionis suæ flammã incendet, ac vi tandem captus, vt sibi adeptum honorem stabiliat, nulli non peccato seruiet. Oportet autẽ puto tanta cum religione, ac cautione ad rem ipsam accedere, vt illius molẽ, magnitudinemq. primũ prorsus detrectes, deinde adepto honore aliorũ iudicia, sententiasq. non expectes, si quod forte cõmissum deprehendatur, propter quod te oporteat honorẽ illũ deponere, quin potius illis anteuertens te ipse munere abdices. At vero constantiam hanc præstare nullus valet, tam pestilens, tamque letale est appetentiæ virus. Neque id dico cum Paulo pu-
1. *Tim.* 3. gnare volens, qui ait · Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. At ego non operis ipsius, sed dominationis, ac potentiæ desideriũ pestilens esse dixi. Atque hoc ego desiderio toto studio ab animo abijciendum esse censeo, vt ne animum quidẽ ipsum prorsus permittas ab illo occupari, vt is rerũ omnium libere agendarum potestatẽ habeat. Nam quẽ nulla cupiditas trahit, vt sese in eo munere collocatum ostẽtet, ac tamquam digito ab aliis mõstretur, is certe ab eo solio deturbari non formidat. Porro autẽ qui id nõ formidat, hic cũ ea libertate, quę christianas mentes decet omnia exequi potuerit. Dura enim & acerba, atque adeo multis referta incommodis illorũ est seruitus, qui honoris huiusmodi casum reformidant. Sed quemadmodũ in prælijs videmus generosissimos quosq; milites alacriter manum cũ hoste conserere, tum si ita res ferat, fortiter occũbere: ita oportere puto animatos esse, qui ad ministerii istius functionem se cõferunt, vt quod vere christianos viros decet, & consecrari, & summoneri parati sint, cũ intelligant summotionẽ, priuationemq. huiusmodi non inferius præmium afferre solere, quàm honor ipse afferat. Illud igitur oportet vndique circumspicere, necubi desiderij istius morbo laboramus, quæ res vna cum aliis omnibus, non parum nos exterruit, atque in fugã hãc vertit. Nam quemadmodũ qui corporũ amore capti sũt ij, donec propinquos eos habẽt quos amant, grauius quidẽ morbi sui tormentũ, vimq. sustinent, cũ autẽ quã longissime sese ab illorũ conspectu abduxerint, tũ furorem ipsum ab animo excutiunt, sic & qui honoris istius, quẽ dico cupiditate titillantur, dum propius adsunt, malo ferẽdo impares sunt, cũ autẽ sese illic summouerint, honoremq. desperauerint, fit vt desideriũ vna cum expectatione extinguat. Verũ & alia quædã subest causa præcedenti nequaquã inferior. Quænam tandẽ ea est?
1. *Tim.* 3. Sobrium, modestumq. Episcopum esse oportet, eundemq. pespicacẽ, atque innumeros quoquo versum oculos circumferre, quippe qui nõ sibi vni tantũ, sed & in multis viuat populis. Ceterũ quòd nos segnes simus, ac remissi, ac vix nostræ ipsorũ saluti sufficientes, vel tute fateare. Absit enim vt mihi hic iactes, vel ieiunia, vel noctes insomnes, vel corpus humi decubare assuetum, vel si qua est alia corporis indurati afflictio. Nãtibi satis innotuit (Basiliũ alloquitur) quantum ab his virtutibus absimus, quas vt nos etiã exacte, atque absolute præstiterimus, ne sic quidem possent cum huius animi segnitie coniunctæ nobis ad præfecturæ illius, quam dico administrationem obeundam præsidii quicquam afferre. Homini enim in cubiculum aliquod incluso de suis tantum rebus sollicito magnũ res eæ adiumentũ ferre possunt, ei vero qui in tot populos scissus est, curas, sollicitudinesq. suas in subditos suos singulos partiens, nõ video quid idonei adiumẽti ad illorũ profectum conferre queant, nisi idẽ acrẽ, fortissimumq. animum nactus sit.
10 Libro 6. de sacerdotio. *Hebr.* vlt. *Matt.* 18. IDEM sic habet: Nos pro ijs sigillatim omnibus, qui nobis concrediti fuerint rationẽ reddere cogemur. Huius cõminationis terror animũ mihi concutit. Nã si ei qui vnum aliquem dumtaxat offenderit, expedit, vt mola asinaria demergatur in profundũ maris, qui non vnum, nõ duos, nõ tres tantũ, sed tam multos etiã populos perdiderint, illis quid tandẽ fiet? Neque enim licet imperitiam excusare, neque ad ignorantiã cõfugere, neque aut necessitatis, aut violentiæ speciẽ obtendere. Si enim dũ tomphæa *Ezec.* 33. imminet, populo tuba signũ non dederit, neque prænunciauerit (inquit ille) speculator, aut gladius animã inuaserit, ipsa autẽ anima a sua iniquitate capta fuerit, sanguinẽ ipsius de speculatoris manu requirã. *Infra*: Ab eo ipso die, quo tu mihi Episcopatus suspicionẽ hanc iniecisti, factũ est identidẽ, vt corpus hoc ab anima propemodũ dissolueretur, tam ingens pauor, tam ingens mæstitia animũ meum occupauit. Nam cum apud me considerarem Christi sponsæ gloriam, sanctimoniam, venustatẽ spiritalem, prudentiã, ornatũ, tum vero animi mei vitia expenderem, fiebat ut assiduis tum illã, tum etiã me gemitibus, luctibusq. prosequerer, quo in animi angore, doloreq. dum versarer hisce memet uerbis conueniebã. Quisnam consilii huius auctor fuit? Quid tandẽ tãtum peccauit Dei Ecclesia? Quænã tanta res ipsius Ecclesiæ Dominũ excitauit, induxitq. ut illã tanto cum eius dedecore mihi mortalium omnium ignominiosissimo regendã traderet? Hæc ipsa mecũ reputans, indignitatisq. huius, cũ ne cogitationẽ quidẽ animo sustinere ualerẽ stupẽs, attonitus, neque cernere, neque audire quicquã possem. A cõsternatione huiusmodi cũ animus tandẽ meus fuisset dimissus, succedebãt lachrymæ, atque mæstitia, tum uero post lachrymarum satietatem, rursus insinuabat sese timor animũ hunc commouẽs, conturbans, concũtiens. At quia cor detectum nudare tibi nõ possum, obscura quadã imagine utcũque potero mæstitiã nostrã colligito. Fingamus puellam aliquã regis filiam totius terræ dominã, a proco quodã expeti, tum uero demus nouam quandã in ea inesse formæ uenustatem, quæ sic humanam naturam transcendat, ut per eam puella muliebre genus uniuersum magno admodum discrimine superet; præterea tantam illi inesse animi uirtutem, ut uirorum genus longo post se interuallo relinquat, denique talem esse, ut proprii aspectus gratia, oculorumque uenustas uniuersam illam corporis totius elegantiam obscuret. Addamus si placet procum illum non eam diligere, sed furore nescio quo erga illam affici amore tam grandi qui in insaniam vertatur, postea procum hunc alicunde accepisse futurum vt puellam illam quam miro amore depereat, homuncio nescio quis humilis, abiectus, obscuro genere natus, quique idem corpore sit mutilo, denique mortalium omnium iniquissimus in vxorem eam ducat. Tibi ne hic exiguam doloris nostri partem repræsentauimus. Aliam etiam descriptionem ad idem subijciam. Ponito exercitum ex militibus, tum peditibus, tum equitibus, tum nauticis viris constantem, ac mare quidem obtegat triremium numerus. Rursus ipsas camporum planities, ipsos montium vertices, hinc peditum, hinc equitum phalanges contegant, æs item armorum oppositum Soli splendorem reddat atque a solaribus radijs, & galearum, & clypeorum coruscatio vibretur, hastarum fragor, equorumque hinnitus in cælũ feratur, neque terra, neque mare appareat vbique æs, vbique ferrum. Tum sint contra hos armati instructique efferi quidam, & truces viri.
11 Instet iam, & conflictus tempus, postea rapiat quis adolescentem in agro educatum atque nullius prorsus artis gnarus, sitque nisi solius lyræ pastoricæ, eundemque armatura ærea cum induerit per torum illum exercitum circumiens deducat, iubeatque illum continuo in equum ascendere vniuersique illius exercitus ducem agere. Hic tu adolescentem illum censes parem esse posse gubernando exercitui, ac non potius, vel a primo statim aspectu animo defecturum? Vides hic eo, prælio aliud tum maius, tũ horribilius, si tibi forte caliginosissimam illam diaboli arcem, conflictumque insanum oculis istis cernere liceat. *Infra*: In hoc campo voluit nos Christi militibus duces esse? Hoc ipsum vero, quid aliud erat quàm diabolo potius duces esse? cum enim is qui ceteros debet, tum in ordines partiri, tum militaribus armis instruere, omnium simul infirmissimus omnium imperitissimus fuerit, fit nimirum vt suæ fidei creditos ptodat, & diabolo magis quàm Christo ducem agat.
13 Serm. 21. ad fratres in eremo. cap. 9. AVGVSTINVS inquit: Non ergo habere debemus temporalia ad possidendum, nec ego qui Episcopus sum habere deheo, nisi tantũ ad dispensandum, quia bona Ecclesiarum patrimonium pauperum sunt. Vnde ego summe cauere debeo, ne res pauperũ, quas Ecclesia Hipponensis conseruare videtur diuitibus largiantur, quod bene feci hucusque. Nam consangui neos habeo, & nobiles se esse non erubescunt, & ad me Episcopum veniunr, aliquando cum minis, aliquando cum blandimentis dicentes, da nobis aliquid Pater, nam caro tua sumus. Et tamen Dei gratia, & vestris orationibus mediãtibus consanguineum aliquem me dotasse non recolo. Chariores enim mihi reputo pauperes quàm diuites, quia habentes victum, & vestitũ fideles omnes contenti esse debent, maximenos clerici in cuius rei signum capita tonsa, & rasa habere debemus, ne diuitiarum capilli occupent mentem setuorum Dei.

GREGORIVS ait: Ab imperitis pastoribus magisteriũ pastorale suscipitur in magna temeritate, quoniam ars est, artiũ regimen animarũ. Et tamen sæpe, qui nequaquam spiritualia præcepta cognouerunt cordis se medicos profiteri non metuunt, dum qui pigmentorum vim nescium, videri medici carnis erubescunt. Sunt nonnulli qui intra sanctam Ecclesiam per speciem regiminis gloriam affectant honoris, primas cathedras quærentes, & salutationes in *Matt.* 23. foro, qui susceptum curæ pastoralis officium ministrare digne tanto magis nequeunt quanto ad huius humilitatis magisterium ex sola elatione peruenerunt. Contra quos Dominus *Oseæ* 3. per Prophetam queritur dicens, ipsi regnauerunt, & non ex me, principes extiterunt, & ego ignoram. Ex se autem, & non ex arbitrio summi rectoris regnant, qui nullis fulti virtutibus, nequaquam diuinitus vocati, sed sua cupiditate accensi culmen regiminis rapiunt potius quàm assequuntur. Quos tamen internus iudex, & prouehit, & non agnoscit, quia quos permittendo tolerat, profecto per iudicium reprobationis ignorat.
14 Lib. 1. & parte curæ pastoralis c. 1. to. 4.

15 Eadem parte cap. 8. *1. Tim.* 3. IDEM ait: Plerumque qui præesse concupiscunt ad vsum suæ libidinis Apostolum pertrahunt qui ait: Qui Episcopatum desiderat bonum opus desiderat: qui tamen laudans desiderium in pauorem vertit protinus, quod laudauit cum subiungit, Oportet autem Episcopũ irreprehensibilem esse. Et fauet ergo ex desiderio, & terret ex præcepto, ac si aperte dicat, laudo quod quæritis, sed prius discite quid quæratis, ne dum vosmetipsos metiri negligitis, tanto fædior vestra reprehẽsibilitas appareat, quãto & a cunctis conspici in honoris arce festinatis. *Infra*. Quamuis notandum quòd illo intẽpore hoc dicitur, quo quisque plebibus præerat, primus ad martyrij tormenra ducebatur. Tunc ergo laudabile fuit Episcopatum quærere, quando per hunc quemquam dubium non erat ad supplicia grauiora peruenire.

16 Lib. 1. Dialogorũ statim in exordio. IDEM sic habes: Quadam die cum afflictus valde, & diu tacitus sederem dilectissimus filius meus Petrus diaconus affuit, qui graui excoqui cordis languore me intuens ait, Nũquid non noui tibi aliquãdo accidit, quod plus te solito mæror tenet? cui ille. Mæror Petre, quem quotidie patior, & semper mihi per vsum vetus est, & semper per augmentum nouus. Infelix quippe animus meus occupationis suę pulsatus vulnere meminit qualis aliquando in monasterio fuit, quomodo ei labentia subiecta erant, quantum rebus omnibus, quæ voluuntur, emineret, quod nulla nisi cælestia cogitare consueuerat, quod etiam retentus corpore, ipsa iam carnis clausura contemplatione transibat, quòd mortem quoque quæ pene cunctis pœna est, vt ingressum vitæ, & laboris sui prẽmium amabat. At nunc ex occasione curæ pastoralis sæcularium hominum

hominum negotia patitur, & post tam pulchrã quietis suæ speciem, terreni actus puluere fœdatur. Perpendo itaque quid tolero, perpendo quod amisi. Dumque intueor illud, quod perdidi, fit hoc grauius quod porto. Ecce etenim nunc magni maris fluctibus quatior, atque in naui mentis tempestatis validæ procellis illidor. Et cum prioris vitæ statum recolo, quasi post tergum reductis oculis viso littore suspiro. Quodque adhuc grauius est, dum immensis fluctibus turbatus feror, vix iam portum videre valeo, quẽ reliqui. Vnde hoc agitur, quod præmisi, quia cum nauigamus lõgius, iam nec portum quietis, quem reliquimus videmus.

17 Lib. 1. epist. ex regist. to. 5. IDEM in epistola quam scripsit Theoctistę sorori Imperatoris, sic habet: Sub colore Episcopatus ad sæculum sum reductus, in qua tantis terræ curis inseruio, quantis me in vita laica nequaquam deseruisse reminiscor. Alta enim quietis meæ gaudia perdidi, & intus corruens, ascendisse exterius videor. Vnde me a conditoris mei facie longe expulsum deploro. Conabar namque quotidie, extra mundum, extra carnem fieri, cuncta phantasmata corporis ab oculis mentis abigere, & superna gaudia incorporabiliter videre, & non solum vocibus, sed medullis cordis ad Dei speciem anhelans dicebam, Tibi dixit cor meum, quæsiui vultum tuum, vultum tuum Domine requiram. Nihil autem in hoc mundo appetens, nihil pertimescens, videbar mihi in quodam rerum vertice stare, ita vt in me pene impletum crederem, quod pollicente Domino per Prophetam didici, Sustollam te super altitudines terræ. Super enim altitudinem terræ sustollitur, qui & ipsa quæ alta & glorioſa præsentis videntur sæculi per mentis despectũ calcat. Sed repente a rerum vertice tentationis huius turbine impulsus ad timores, pauoresque corrui. Vndique causarũ fluctibus quatior, ac tempestatibus deprimor, ita vt recte dicam, Veni in altitudinem maris, tẽpestas demersit me. Redire post causas ad cor desidero, sed vanis ab eo cogitationum tumultibus exclusus redire non possum. Stultus pressus cogitationibus solummodo exclamare cõpellor, Cor meum dereliquit me. *Infra*. Pressus in hoc honore tumultu sæcularium negotiorũ ex eis me esse video, de quibus scriptum est, Deiecisti eos dum alleuarentur. Alleuatio ergo ipsa ruina est, quia dum falsa gloria subnixi sunt, a gloria vera euacuantur. *Infra*: In epistola 6. Ego quasi filios perdidi, quia per terrenas curas recta opera amisi, nolite ergo me vocare Nohemi, id-est pulchrum, sed vocate me Maram, quia amaritudine plenus sum.

Psal. 26. *Esai.* 58. *Psal.* 68. *Psal.* 39. *Psal.* 72.

18 Serm. 30. in Cantica. BERNARDVS explicans illa verba: Posuerunt me custodem in vineis vineam meam non custodiui, inquit: Ego loci huius occasione meipsum reprehendere soleo, quod animarum 1. *Tim.* 3. susceperim curam, qui meam non sufficerẽ custodire, vineas meas interpretans. Non audientes arguentem magistrum, ac dicentem, Si quis domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit? Miror audaciam plurimorum, quos videmus de suis vineis non colligere, nisi spinas & tribulos, vineis tamen dominicis, etiã se ingerere non vereri. Fures sunt & latrones, non custodes, neque cultores.

19 Serm. 77. in Cantica. IDEM sic habet: Intuere Episcopos, quomodo incedunt nitidi, & ornati circumamicti varietatibus. Vnde vero hanc illis exuberare existimas rerum affluentiam, vestrum splendorem, mensarum luxuriem, congeriem vasorum aureorum, & argẽteorum, nisi de bonis spousæ? Inde est quòd illa pauper, & inops, & nuda relinquitur facie miseranda, inculta, hispida, exanguis. Propter hoc non est hoc tempore ornare sponsam, sed spoliare, non est custodire, sed perdere, non est defendere, sed exponere, non est instituere, sed prostituere, non est pascere gregẽ, sed mactare, & deuorare, dicente illis Domino, qui deuorant plebem meam, vt cibum panis, & *Psal.* 13. quia comederunt Iacob, & locum eius desolauerunt. Peccatorum pretia exigunt, & peccantibus debitam sollicitudinem non impendunt. Quẽm dabis mihi de numero præpositorũ, qui non plus inuigilet subditorum vacuandis marsupijs, quàm vitijs extirpandis? Sanctorum sortiti sunt ministerij locum, sed non zelum. Successores omnes cupiunt esse, imitatores pauci. O vtinam tam vigiles reperirentur ad curam, quàm alacres currunt ad cathedram.

20 In epist. 42. ad Henricũ Senonensẽ Archiepiscopum. IDEM ait: Curritur in clero passim ab omni ætate, & ordine, a doctis pariter, & indoctis ad ecclesiasticas curas, tamquam sine curis iam quisque victurus sit, cum ad curas peruenerit. Videntes quippe illos, qui iam proprios humeros cupitę sarcinæ summiserunt non solum, non gemere tamquam sub onere, sed insuper appetere plus onerari, non deterrentur periculis, qui cupiditate cæcati non vident, sed fauoribus amplius, quos illis inuident prouocantur. O infinita semper ambitio, & insatiabilis auaritia! Cum primos honorũ gradus meruerint in Ecclesia, meruerint autem vel vitæ merito, vel pecunia, sine etiam carnis, & sanguinis (quæ regnum Dei non possidebunt) prærogatiua, non ideo corda quiescunt, duplici semper æstuantia desiderio, quo vtique magis, ac magis, & dilatẽtur in plura, & ad celsiora sublimentur. Verbi gratia. Cum factus quis fuerit in quacumque Ecclesia decanus, præpositus, archidiaconus, aut aliquid huiusmodi, non contentus vno in vna, plures sibi, immo quotquot valet conquire honores satagit tã in vna, quàm in pluribus. Quibus tamen omnibus si locus euenerit, libenter vnius præferet Episcopi dignitatem. Factus Episcopus, Archiepiscopus esse desiderat. Quo forte adepto, rursus nescio quid altius somniãs, laboriosis itineribus, & sumptuosis familiaritatibus Romanum statuit frequentare palatium, quæstuosas sibi quasdam exinde comparans amicitias.

21 In epistola 236. IDEM hanc scripsit epistolam Romanæ curiæ, quando elegerunt Abbatem sancti Anastasij in Papam Eugenium 3. Et exordium illius est. Parcat vobis Deus. Quid feciſtis? Sepultum hominem reuocastis ad homines, fugitantem

tem curas, & turbas curis denuo implicuistis, & immiscuistis turbis. Feciſtis nouissimum primum, & ecce nouissima illius periculosiora prioribus. Crucifixus mundo per vos reuixit mundo, & qui elegerat abiectus esse in domo Dei sui, ipsum vos in dominum omnium elegistis. Cur consilium inopis confudistis? Cur pauperis hominis, & mendici, & compuncti corde iudicium perturbastis? currebat bene, quid vobis visum est sepire vias eius, auertere semitas, gressus inuoluere? Quasi descenderet de Hierusalem, & non magis ascenderet de Hiericho sic incidit in latrones. Et qui se, diaboli manibus, carnis illecebris, & gloriæ sæculi potenter excusserat, non valuit effugere manus vestras? Num idcirco Pisam deseruit, vt reciperet Romam? Num qui in una Ecclesia, non sustinuit vicedominatum, dominatum in omni Ecclesia requirebat? Quid igitur rationis seu consilij habuit defuncto summo Pontifice repente irruere in hominem rusticanum, latenti inijcere manum, leuare in cathedram, in palatium trahere, induere purpura, & byſſo, accingere gladio ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis, ad alligan- *Psal.* 149. dos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. *Infra*: Quid putatis gerere animi nunc hominem illum, qui de secreto internæ contemplationis, & amica solitudine cordis tamquam infans e gremio, & sinu matris subito perturbatus tractum se ad medium videt, & quasi ouem ad victimam ductum ad tam insueta, & insuauia? Nisi Dominus supponat manum suam, heu necesse est obruatur, & opprimatur onere insueto, & nimio, quod, & gigantinis (vt aiunt) vel ipsis quoque angelicis humeris formidabile videatur.

Eucharistia hominibus data ex Dei beneficio, reuerenter, frequenter, et considerantèr sumenda est. Cap. XII.

1 Hom. 13. in Leuiticum to. 2. ORIGENES sic habet: Panes propositionis in cõspectu Domini proponendi erant, & si referatur ad mysterij magnitudinem inuenies commorationem istam habere ingentis repropitiationis effectum. Si redeas ad illum panem, qui de cælo descendit, & dat huic mundo vitam, illum panem propositionis, quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine eius, & si respicias ad illam commemorationem, de qua dixit Dominus, Hoc facite in meam commemorationem, inuenies quòd ista est commemoratio sola, quæ propitium facit hominibus Deum. *Infra*: Et manducabunt eam in loco sancto, ideſt in anima pura. Neque enim conuenit vt sancta, anima non sancta suscipiat, sed cum purificauerit se ab omni inquinamento carnis, & morum tunc locus sanctus effecta capiat panem illum, qui de cælo descendit. Ecce ista tibi proponuntur, vt cũ acceperis panem mysticum in loco mundo manduces eum hoc est, ne in anima contaminata, & peccatis polluta dominici corporis sacramenta percipias. Quicumque enim manducauerit panem, & biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis, & sanguinis Domini. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Sancta e- 1. *Cor.* 11 nim sanctorum sunt. Vides quomodo non dixit sancta tantummodo, sed Sancta sanctorum, ac si diceret, cibus iste sanctus non est communis omnium, neque cuiusque indigni, sed sanctorum est.

2 Hom. 16. in Numeros. IDEM explicans locum Numerorum. 24. Accubans dormiuit vt leo, & quasi leæna ait: Verba ista de populo christiano acipienda sunt, de quo dicitur, non dormiet donec comedat prædam, & sanguinem vulneratorum bibat. Quis est iste populus, cui in vsu est sanguinem bibere. Hæc erant quæ, & in Euangelio audientes ij, qui ex Iudæis Dominum sequebãtur scãdalizati sunt, & dixerunt, Quis potest manducare carnem, & sanguinem bibere. Sed populus christianus, populus fidelis audit hæc, & amplectitur, & sequitur eum qui dicit, Nisi manducaueritis meam carnem, & biberitis meum sanguinẽ non habebitis vitã in vobis, Quia caro *Ioan.* 6. mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Est ergo ipse vulneratus, cuius nos sanguinẽ bibimus, si tamen simus, vt catuli leonis exurgentes, & vt leo exultantes. Hic est sanguis vuæ meraciſſimus, de quo loquitur Moyses, quẽ *Deut.* 32. Christiani bibũt ex illa vite, de qua Saluator dicit, Ego sum vitis vera. *Ioan.* 15.

3 Hom. 2. in Psalm. 37. to. 2. IDEM inquit: Cum anima tua ægrotet, & peccatorum languoribus vrgeatur, securus es, contemnis gehennam, iudicium Dei paruipendis, & commonentem te Ecclesiam despicis. Communicare non times corpus Christi accedens ad Eucharistiam quasi mundus, & purus, quasi nihil in te sit indignum, & in his omnibus putas, quod effugias iudicium Dei. Non recordaris illius, quod scriptum est, propter hoc multi infirmi, & imbecilles, & dormiũt multi. Quare multi infirmi? Quoniam non seipsos diiudicant, neque seipsos examinant, neque intelligũt quid est accederc ad tanta, & tam eximia sacramenta: patiuntur hoc quod febricitantes pati solent, cum sanorum cibos præsumunt, sibimetipsis inferentes exitium. 1. *Cor.* 11.

4 Hom. 35. in Matthæum IDEM explicans verba illa Domini: Qui intingit mecum manum in paropside, hic metradet, sic habet: Si potes spiritalem mensam, & spiritalem cibum, & Dominicam intelligere cenam, quibus omnibus dignificatus fuerat a Christo abundantius videbis multitudinem malitiarum eius, quibus magistrum cum cibo diuinæ mensæ, & calicis tradidit Saluatorem. Tales sunt omnes in Ecclesia, qui insidiãtur fratribus suis, cum quibus ad eandem mensam corporis Christi, & ad eundem potum sanguinis eius frequenter simul fuerunt.

BASI-

5 Hom. 5. in Psalm. 28. to. 1.

BASILIVS explicans illa verba: Afferte Domino filij Dei, ait: Quoniam non cuiusuis donum est Domino Deo acceptum, sed eius tantum, qui corde puro offert illud, ideo dicit, vt offerant illud, qui filij sunt Dei. Non enim est accepta oblatio ex meretricis mercede. Et rursus Hieremias, numquid carnes sanctæ auferēt a te malitias tuas, aut per hæc purus eris? Ideo Psalmus prius nos vult esse filios Dei, deinde vltroneos accedere ad offerenda Deo dona.

6 Hom. 1. de baptismo in tractatu cuius titulus est.

IDEM quod qui per baptismum regeneratus est, participatione deinceps diuinorum mysteriorum nutriri debeat, inquit: Induti nouū hominem per baptismum, opus est deinceps, vt nutriamur cibo, de quo scriptum est, Amen amen dico vobis, vbi replicat amen ad confirmādum, quæ inferebat, & persuadendum auditoribus. Amen, amen, inquit, dico vobis, Nisi māducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis, Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Qui māducat meam carnem, & bibit meum sanguinē, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Caro enim mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. *Infra*. Accersit sibi qui communicat indigne iudicium Dei dicente Apostolo, Qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus Domini. Non enim terribile tantum iudicium habet, qui in carnis, ac spiritus inquinamento ad sancta accedit indigne, sed & otiose, & inutiliter edens, ac bibens, in eo quod non per memoriam eius, qui pro nobis mortuus est, & resurrexit, videlicet Iesu Christi Domini nostri custodit illud Apostoli, Charitas Christi vrget nos scientes, quia pro omnibus mortuus est Christus, vt qui viuunt iā non sibi viuāt, sed ei qui ipsis mortuus est. Quēadmodū enim qui sine cōscientia, & inutiliter tantū, ac tale bonū irritū facit, & sicut qui absque vlla gratiarum actione accedit ad tale mysterium iudicium habet segnitiei, cum Dominus nec eos innoxios esse sinat, qui verbum aliquod otiosum proferunt, & vehemētius quoque otiositatis indicium declaret in eo, qui talentū acceptum in otio, & segnitie integrum seruauerat, Apostolus vero tradiderit nobis, quòd & is qui bonum verbum prolatum nō ad ædificationem fidei dispensat, contristet Spiritum sanctū. Debemus itaque attendere, quod sit iudicium eius, qui indigne edit, & bibit. Nam si qui fratrem per cibum contristat a charitate excidit, sine qua magna charismata nihil prosunt, quid de eo dicendum est, qui otiose, & inutiliter edere audet corpus, & bibere sanguinem Domini, & hac ratione plus contristat, infestat Spiritum sanctū, dum sine socia charitate vescitur? Oportet igitur accedentem ad corpus, & sanguinem Domini, non solum purum esse, a quouis inquinamento carnis, ac spiritus, ne ad iudiciū edat, & bibat, sed ostendere in vita memoriam eius, qui pro nobis mortuus est, in eo quod & mortificatus est peccato, mūdo, ac sibiipsi & Deo viuit.

Ioan. 6.

1. Cor. 11.

2. Cor. 5.

7

8 Hom. 7. in c. 2. Matth. to. 2.

CHRYSOSTOMVS explicans illud quod Herodes dixit Magis, Ite, & interrogate diligenter de puero vt, & ego veniens adorem eum, inquit: Caue ne Herodi efficiaris similis, & dicas, vt, & ego veniens adorem eum, cumque veneris interimere coneris. Huius similes sunt qui indigne abutuntur communione mysterij, reus enim est iste corporis, & sanguinis Domini. Qui enim eiusmodi sunt habēt in se tyrannum, & regno Christi iugiter inuidentem. Is suos cultores simulat, & mittit ad Christum, vt specie quidem adorare videantur, quantum vero in ipsis est, interimunt eum, quem adorare se simulant.

Ibid.

9 Hom. 83.

IDEM sic habet: Oquot modo dicunt vellem formam, & speciem Christi, vellem vestimenta ipsa, vellem calceamenta videre, ipsum nunc vides, ipsum tangis, ipsum comedis. Nemo igitur nauseans accedat. Nam si iudæi stantes calceati, & baculos in manibus habentes cum festinatione comedebant, quanto magis nobis vigilandum est? Vigilandum igitur est, non enim paruum supplicium indigne communicantes expectat. Qua igitur re mundiorem esse non oportet eum qui hoc sacrificio participaturus est, quos radios solares non deberet excedere manus illa quæ hanc coronam pertractat, os quod igne impletur spirituali, lingua quæ cruentatur hoc admirabili sanguine? Veniat in mentem tibi quo sis honore honoratus, qua mensa fruaris. Ea namque re nos alimur, quam Angeli videntes tremunt, nec absque pauore propter fulgorem, qui inde resilit, aspicere possunt, & nos in vnam cum illo massam reducimur, Christi corpus vnum, & caro vna. Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius? Quis pastor vnquam membris suis oues suas nutriuit? Multę matres post partum alijs nutricibus infantes dederunt, quod ipse facere noluit, sed proprio corpore nos alit, & sibi coniungit atque conglutinat. Singulis fidelibus per hoc mysterium se coniungit, & quos peperit non alij nutrientes tradit, sed ipse studiosissime alit. Tantos igitur charitate atque honore affecti non torpeamus. Non videtis quanta infantes animi alacritate mammillas arripiunt, qua pressione papillis infigunt labio? Non minore cupiditate nos quoque ad hanc mensam, & ad huius calicis spiritalem accedamus papillam, immo veri desiderio quasi lactentes pueri gratiam spiritus fugamus. Vnus sit nobis dolor, vna mæstitia si hoc alimento spirituali priuamur. *Infra*. Dico horribile quoddam atque tremendum, non est ita malum dæmoniacos intra Ecclesiā esse sicut istos qui peccatorum sordibus polluūtur. Illud enim pessimum est, sicut Paulus ait: Christum conculcare, & sanguinem pollutum ducere, & spiritui gratiæ contumeliam facere. Multo igitur dæmoniaco peior est, qui peccati sibi conscius accedit, qui enim indigne adeunt æternis tradentur tormentis. Nullus cō municet nisi ex discipulis sit, nullus impuro animo sicut Iudas panē assumat, ne similia patiatur

Hebr. 10.

IDEM

11 Homil. 45. in Ioannē. to. 3.

IDEM inquit: Panem vitæ seipsum appellat Christus, quoniam vitam nostram, & hanc, & futuram corroborat. *Infra*. Cum amorem suū Deus indicare vellet per corpus suum se nobis commiscuit, & in vnum nobiscum redegit, vt corpus cum capite vniretur, hoc enim amantiū maxime est. Hoc Iob significabat de seruis, a quibus maxime amabatur, qui suum amorem præseferentes dicebant, Quis det de carnibus eius, vt saturemur? Quod Christus fecit, vt maiori nos charitate adstringeret, & vt suum in nos ostenderet desiderium, non se tantum videre permittens desiderantibus, sed & tangi, & manducari, & desiderio sui omnes impleri. Ab illa igitur mensa tamquam leones ignem spirātes, surgamus diabolo formidolosi. Vester ego fratres esse volui ait Dominus, & communicaui carnem propter vos, & sanguinem, & per quæ vobis conuinctus sum, ea rursus vobis exhibui. Hic sanguis facit, vt imago in nobis regia floreat, hic sanguis pulchritudinem atque nobilitatem animæ, quam semper irrigat, & nutrit languescere non sinat. Dæmones cum Dominicum sanguinem in nobis vident in fugam vertuntur, Angeli autem procurrunt. Hic sanguis nostrarum animarum salus est, hoc lauatur anima, hoc ornatur, hoc incenditur, hic igne, & Sole clariorem animam nostram reddit. Admiranda sane Ecclesiæ mysteria admirabile sacrarium. Ex paradiso fons scaturijt a quo sensibiles fluuij emanarent. A mensa hac prodijt fons, qui fluuios spirituales diffundit, iuxta hunc fontem non steriles salices germinant, sed quercus cælum ipsum attingentes, quæ fructus tempestiuos, & solidos semper producunt. Si quis æstuat ad hunc fontem se conferit, & recreabitur. Mundat squalorem & sordes, æstus mitigat non solares, sed quos ignitæ sagittæ imprimunt. Multi huius fontis riui, quos paracletus diffundit. *Infra*. Sed sicut magnum est admirabile, ita si pure accesseris, ad salutem accessisti, sin praua conscientia ad pœnam, & supplicium.

Iob 31.

12

1. Cor. 11.

Qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit. Nam si qui regiam purpuram coinquinant, haud secus quàm qui scindunt, puniuntur, quid mirū si qui nō munda conscientia Christi corpus accipiunt, idem supplicium habeant, quod qui eum clauis cruci affixerunt? Vide quàm formidandā pœnā his minetur Paulus. Irritam quis faciens legem Moysi sine vlla miseratione duobus, aut tribus testibus moritur, quāto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum dixerit?

Hebr. 10.

13 Hom. 24. in epistolā 1. ad Corinth. to. 2.

IDEM inquit: Aquilæ in hac vita facti ad ipsum cælum euolemus, vel potius supra ipsum cælum, vbi enim fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ. Cadauer Domini corpus propter mortem, aquilas autem appellat, vt ostendat ad alta eum oportere contēdere, qui ad hoc corpus accedit, & nihil cum terra debere ei esse commune, neque ad inferiora trahi, & repere, sed ad superiora semper volare, & insolem iustitiæ intueri, mentisque oculum acutissimum habere? Aquilarum enim non gracculorum hæc mensa est. *Infra*. Ad eum igitur cum feruore accedamus, & dilectione quàm vehementissima ne grauius subeamus supplicium. Quanto enim maius beneficium accipimus, tanto magis puniemur, quando eo indigni apparebimus. Hoc corpus in præsepe reueriti sunt Magi, & barbari longo itinere confecto cum timore, & tremore plurimo adorauerunt. Imitemur igitur saltem barbaros nos, qui cælorum ciues sumus. *Infra*. Hæc autem non dico ne accedamus, sed ne temere accedamus. Quemadmodum enim frigida accessio periculosa est, ita nulla mysticæ illius cenæ participatio pestis est, & interitus. Ipsa namque mensa animæ nostræ vis est, nerui mentis, fiduciæ vinculum. Si hinc hoc sacrificio muniti migrabimus maxima cum fiducia sanctum ascendemus vestibulum tamquam aureis quibusdam armis vndique contecti. Et quid futura commemoro? Nam dum in hac vita sumus, vt terra nobis cælum sit, facit hoc mysterium.

14 Homil. 28.

IDEM explicans verba illa: Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat, inquit. Si febre laboraremus, sensibili non communicaremus mensam, ne perderemur, longe magis tangere nefas est, absurdius cupiditatibus impediti, qui febribus grauiores sunt. Qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit. Quid dicis? Dic quæso. Tantorum bonorum causa, & quæ vitam exhibet mensa iudicium fit? Minime propter eius naturam, sed propter accedentis voluntatem. Non diudicans corpus Domini, hoc est non inuestigans, non considerans, vt oportet magnitudinem propositorum, non reputans muneris magnitudinem, propter hoc multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi.

1. Cor. 11.

15 Homil. 17. in epist. ad Hebræos.

IDEM sic habet: Plurimi ex hoc sacrificio semel accipiūt in toto anno, alij bis, alij sæpius. Ad omnes ergo nobis sermo est, non ad eos qui hic sunt tantum, sed etiam ad eos, qui in eremo sedent. Illi enim semel in anno participantur fortassis, & post duos annos. Quos magis acceptamus? Eos ne qui semel, an eos qui sæpius, an illos qui raro accipiunt? Neque illos qui semel, neque qui sæpius, neque qui raro, sed eos, qui cū munda conscientia, qui cum mundo corde, cum vita irreprehensibili. Isti semper accedant. Qui vero tales non sunt, neque semel, quia iudicium sibi accipiunt, & damnationem, & supplicium. Et non mireris, sicut enim cibus naturaliter nutritorius extans, si in eum qui prauis cibis corruptus est, incidat omnia perdit, & corrumpit, efficitur occasio morbi, sic etiā ista, quæ ad hæc terribilia pertinent sacramenta. Frueris mensa spiritali, mensa regali, & iterum polluis cæno os tuum? Perungis vnguento pretioso, & iterū fœtoribus illud imples? Dic mihi rogo post annum perceptionem participaris, quadraginta dies putas tibi sufficere ad mundationem peccatorum totius temporis, & iterum septimana transeunte trades te ipsum sordibus primis? Dic enim mihi, si saluus factus quadraginta diebus

bus ab ægritudine longa, iterum te illis morbificatoribus cibis tradas, nonne & primum labo rem perdes? Sanctis hæc sancta conceſſa ſunt. Hoc etiã diaconus inſinuat in illa hora ſanctos vocans ad communionem, & dicens, ſancta ſanctis. Ac ſi diceret, ſi quis non eſt ſanctus, non accedat. Non ſimpliciter dicit a peccatis mundus, ſed ſanctus. Sanctum enim non mundatio peccati tantum facit, ſed etiam præſentia ſpiritus, & bonorum operum opulentia. Si enim Rex Babylonius ex captiuitate eligens iuuenes, honeſtos forma, & decoros facie elegit, multo magis & nos adſtantes menſæ regali honeſtos ſpecie animæ eſſe oportet, ornatum habentes aureum, ſtolam mundam, calceamenta regalia, vultũ animæ formoſum, oportet eam ornatu aureo circumdatam eſſe, cingulum veritatis habere.

16 Serm. 3. in epiſt. Pauli ad Epheſios 1. Cor. 11

IDEM inquit: Cum puritate, & animæ ſinceritate ad ſumendum hunc cibum accede ſemper, ſine hac ne præſumas vnquam. Quoties hęc facitis ait Paulus, Mortem Domini anunciatis, hoc eſt ſalutis veſtrę memoriam inſtauratis, nẽpe munificentiæ meæ, Chriſti ſcilicet omnibus collatæ. Conſidera nunc quanta illi veteris ſacrificij participes vitæ frugalitate vtebantur. Quid enim non hi faciebat? Omni tempore purificabantur, & tu ad ſalutarem hanc hoſtiã acceſſurus, quam Angeli ipſi cum tremore ſuſpiciunt, rem tantam circumſcribis temporis ambitu? Qua fronte te ipſum ſiſtes ad tribunal Chriſti præſentem, qui impuris manibus, ac labijs ſic impudenter ipſius corpus auſus ſis attingere? Atrox ſane contumelia eſt res huiuſmodi. Dic tu mihi, num eligas illotis manibus ad tam venerabilem victimam accedere? Non puto. At interim in paruo tam religioſus cum ſis, animam autem habens cæno vitiorum ſqualentem accedis, & audes impudens contingere? Quin perſpicis variam illam vaſorum ſupellectilem ſic perfuſam aquis tanto ſplendore interlucentem? Atqui noſtras animas par eſt reddi iſtis longe puriores, ſanctiores, ac multo ſplendidiores virtutum ornamentis. Iam vero nolis eo vti vaſe, quod ſordet, & anima ſic contaminata accedis? Menſæ iſti Angeli adminiſtrant, ipſe Rex adeſt, & ſqualet ſordibus vitiorum pallium animæ tuæ? Sed pura eſt animæ tuæ ſtola inquies. Igitur accumbe menſæ, & eſto particeps dominici corporis. Venit quotidie Rex,
Matt. 22. vt interuiſat diſcumbentes, texit cum vniuerſis ſermones familiariter, & nunc quidem in quorumdam conſcientia tacitus inſuſurrat, amici quomodo hic vos præſentaſtis non habentes veſtem illam nuptialem? Quomodo huc intraſti ait, & non quomodo diſcubuiſti? Omnis enim qui non eſt ſacramentorum particeps, impudẽs admodum ſit, hic oportet vt qui ſic temere adſtiterit ſacris. Ob hoc enim qui flagitijs noſcuntur eſſe contaminati prius eliminantur templi foribus, quàm communio ſumenda dignis proponatur, ſcriptum eſt, Beſtia, quæ tetigerit mon-
Exod. 19. tem lapidibus obruetur. Vſque adeo indigni cenſebantur montis illius aſcenſu, quid ſacra communione qui ſancti non ſunt?

17 Hom. 2. ad populũ Antiochenum.

IDEM ſic habet: Tanquam maximam hereditatem melotem Eliæ Eliſeus ſuſcepit, rapto in curru igneo magiſtro illius, hereditas omni auro pretioſior. Et erat duplex Elias ille, & erat ſurſum Elias, & erat deorſum Elias. Illo multo magis nos omnes ſacro myſterio imbuti recepimus. Elias nempe pallium diſcipulo reliquit, filius autem Dei aſcendens ſuam nobis carnem dimiſit, ſed Elias quidem exutus, Chriſtus autem, & nobis reliquit, & ipſam habens aſcendit, hanc reliquit vt inſtantia fugiamus pericula.

18 Homil. 60. ad populũ.

IDEM ſic ait: Quænam nobis erit excuſatio cum talibus paſti talia peccemus? Cum lupi fiamus agnum comedentes, cum tanquam oues paſti more leonum diripiamus? Hoc enim myſterium non a rapina tantum, verum & ab omni vel tenui inimicitia purum eſſe penitus iubet, eſt enim pacis myſterium. Itaque iudæis quidem annuatim propriorum monumenta beneficiorum ſollemnitates Deus alligauit, tibi vero (vt ita dicam) per ſingulos dies per hæc myſteria. *Infra*: Si vis honorare ſacrificium offer animam propter quam, & immolatus eſt, hanc fac auream, ſi vero plumbo maneat, & teſta deterior, vas autem aureum, quid vtilitatis? Itaque ne hoc conſideremus, vt aurea vaſa duntaxat offeramus, ſed etiam vt ex iuſtis laboribus. Non erat illa menſa temporibus Apoſtolorum ex argento, nec aureus calix, pretioſa tamen erant illa omnia, & tremenda, quoniam erant ſpiritu plena. Nec enim aureis vaſis Deus eget, ſed aureis animabus.

19 Homil. 61.

IDEM ſic habet: Hic ſanguis dæmones expellit, & procul eſſe facit, ad nos autem Angelos vocat, & Angelorum Dominum. Vbi nanque Dominicum viderint ſanguinem dæmones quidem fugiunt, concurrunt autem Angeli. Hic ſanguis adyta mundauit, & ſancta ſanctorum. Si vero figura ipſius tantam habuit vir Exod. 12.
tutem, & in Hebræorum templo, & Ægypti medio ſuperliminaribus tinctis, multo magis veritas. Hic ſanguis aureum altare ſanctifica- Leu. 16.
uit, ſine hoc Pontifex adyta non audebat intrare. *Infra*: Si quis æſtuat ad hunc veniat fontem, & æſtum refrigeret. *Infra*: Dic mihi ſi quis Rex ſtatuiſſet, atque dixiſſet ſi quis hoc facit menſæ meæ ſit particeps, nonne propter hoc omnia feciſſetis? Ad magni Regis menſam Deus nos vocauit, & retrocedimus, & ceſſamus, & non feſtinamus nec ad rem accurrimus, & quæ nobis eſt ſalutis ſpes? Non vacat imbecillitatem accuſare, non naturam, ſola nos negligentia facit indignos. *Multa de euchariſtia docet in tota hac homilia, ſed quæ iam in alijs tomi quarti dixerat.*

20 In apologia pro libris contra Iouinianũ. lib. 2.

HIERONYMVS ait: Panes propoſitionis diximus ex lege non potuiſſe comedere Dauid, & ſocios eius niſi de triduo mundos ſe a mulieribus reſpondiſſent, non vtique a meretricibus, quod damnabatur a lege, ſed ab vxoribus quibus licite iungebantur. Populum quoque quando accepturus erat legẽ in monte Sina, tribus diebus iuſſum eſſe ab vxoribus abſtinere

nere. Scio Romæ hanc eſſe conſuetudinem, vt fideles ſemper Chriſti corpus accipiant, quod nec reprehendo, nec probo. Vnuſquiſque enim in ſuo ſenſu abundat, ſed ipſorum conſcientiam conuenio, qui eodem die poſt coitum communicant. Probet ſe vnuſquiſque, & ſic ad corpus Chriſti accedat, non quòd dilatæ communionis vnus dies, aut biduum ſanctiorẽ efficiat chriſtianum, vt quod hodie non merui, cras, vel perendie merear, ſed quod dum doleo me non communicaſſe corpori Chriſti, abſtineam me pauliſper ab vxoris amplexu.

21 In epiſt. Euſebij ad Damaſum de morte Hieronymi, to. 9.

Apud eũdem legitur: Frater quidam corpus Chriſti Hieronymo obtulit. Quod vbi vir Dei videre potuit, nobis ei auxiliantibus proſtrauit ſe in terram pronus voce, & lachrymis quantum poterat clamans, Domine quis ego ſum, vt ſim dignus, quod ſub tectum meum intres? Meruit hoc peccator homo? Numquid ego melior ſum, quàm omnes patres mei? Tu noluiſti Moyſi vno ictu oculi te monſtrare, cur nunc tantum te humilias, vt patiaris ad hominem deſcendere publicanum, & peccatorem? Et non ſolum cum illo manducare, ſed teipſum manducari ab illo iubes. Cumque prope illum eſſet ſacerdos, erigens ſe vir glorioſus genubus flexis eum cunctis tenentibus magnus lachrymis, & ſuſpirijs, & quàm pluries percutiens pectus ſuum multa dicebat. *Infra*. O eſca ſacratiſſima, quam vere comedens Deus efficitur iuxta illud, ego dixi dij eſtis, & filij excelſi omnes, liberatur a malis, impletur bonis! O ſacrum peregrinationis noſtræ viaticum, quo de hoc nequam ſeculo peruenitur ad cæleſtis Hieruſalem conſortium! Patres noſtri in deſerto manna comedentes, non peruenerunt ad terrã promiſſionis. Qui vere te comedit in fortitudine tui ambulabit vſq. ad montẽ Dei Oreb. Eia ergo fidelis anima gaude, epulare, ne moreris his delicijs, ne pigriteris hoc frui conuiuio, in quo nõ carnes hircorũ, aut taurorũ, ſed ſaluatoris tui corpus ſumẽdũ proponitur. O ſignũ dilectionis inopinabilis, vt idẽ ſit donũ, quod dator!

22 Lib. 7. in c. 31. Eſaiæ. 24.

IDEM exponens illa verba: Pone menſam, contemplare in ſpecula comedentes, bibentes, ſurgite principes arripite clypeum, ſic ait: Dicitur per Prophetam ad omnes credentes, vt comedentes, & bibentes corpus, & ſanguinem Chriſti vertãtur in principes Eccleſię, & cum Apoſtolis audiant, ſurgite, arripiantque clypeum fidei de armatura Apoſtoli Pauli, in quo poſſint ignita diaboli iacula extinguere.

23 Lib. 17. in c. 61. Eſaiæ.

IDEM explicans illa verba: Si dedero triticum tuũ vltra cibum inimicis tuis, & ſi biberint filij alieni vinum, in quo laboraſti, quia qui congregant illud comedent, & laudabunt Dominũ, & qui comportant illud, bibent in atrijs ſanctis meis, ſic habet locũ interpetans de ſacramento Euchariſtiæ. Hoc eſt triticum, & hoc vinũ, quod non comedent, niſi laudantes Dominum, & non bibẽt, niſi in atrijs ſanctis eius. Quę ex parte cõplentur in Eccleſia, quando dicit Dominus diſcipulis ſuis, Bibite amici, & inebriamini chariſſimi, quod vinũ lætificat cor hominis, & in pleCant. 5.
na luce bibitur a Ioſeph cum fratribus ſuis. Triticum quoq. de quo panis cęleſtis efficitur, illud eſt, de quo loquitur Dominus, Caro mea vere Ioan. 6.
eſt cibus. Rurſumque de vino, & ſanguis meus vere eſt potus.

IDEM locum iſtum: Ecce ſerui mei comedent, & vos eſurietis, ecce ſerui mei bibent, & 24 Lib. 18. in cap. 65.
vos ſitietis, ecce ſerui mei lætabuntur, & vos confundemini, de ſacra Euchariſtia intelligit, quæ lignum eſt vitæ, de qua Saluator loquitur, Ego ſum panis qui de cælo deſcẽdi. Et ſapiens, Aperi oculos tuos, & ſaturare panibus. Et Pſal- Prou. 20.
miſta, Iuuenis fui, etenim ſenui, & non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem. Tota die miſeretur, & fœnerat, & nomen illius in benedictione erit.

IDEM explicans illa verba: Ecce ego con- 25 Lib. 1. in c. 4. Ezech.
teram baculum panis in Hieruſalem, & comedent panẽ in pondere, & ſollicitudine, & aquam in menſura, & anguſtia bibent, vt deficientibus pane, & aqua, corruat vnuſquiſq. ad fratrẽ ſuũ, & contabeſcant in iniquitatibus ſuis, ſic habet: Vereor ne iſta panis cõtritio in noſtra inueniatur Hieruſalem, quem conterit Dominus quando iraſcitur, & indignos nos ſuo iudicat pane. Deficiente autem pane, & aqua Eccleſiæ corruet vir contra fratrem ſuũ, ſcriptum eſt in Hie Tren. 4.
remia: Paruuli petierunt panem, & non erat qui Pſal. 103.
frangeret eis. Nihilque ita veſcentis animũ roborat, quomodo panis vitę, de quo ſcriptum eſt, & panis cor hominis confirmet.

IDEM explicans verba illa: Princeps ip- 26 Lib. 13. in c. 44. Ezec.
ſe ſedebit in ea, vt comedat panem coram Domino, inquit: Clauſam dixit portam, quia nemo poteſt corporis, & ſanguinis Domini pro maieſtate rei ſacramenta cognoſcere. Tantæque bonitatis eſt, & clementiæ princeps noſter, vt cum ſolus ſedeat in porta, quæ clauſa eſt, & panem coram Domino comedat, velit menſæ ſuæ, atque conuiuij plures habere conſortes, & dicat, Ecce ego ſto ad oſtium, & pulſo, & ſi quis Apoc. 3.
aperuerit mihi cenabo cum illo, & ipſe mecum. *Infra*. Vittæ lineæ erunt in capitibus eorum, cũ ingredientur portas atrij interioris. Per quæ diſcimus nõ quotidianis, & quibuſlibet pro vſu vitæ communis pollutis veſtibus, nos ingredi debere in Sancta ſanctorum, ſed munda conſciẽtia, & mũdis veſtibus tenere Domini ſacramẽta.

IDEM explicans illa verba: Et declinaui 27 Lib. 3. in c. 11. Oſeæ. to. 5. Lib. 2. in c. 9. Zach.
ad eum, vt veſceretur, inquit: Dedi eis eſum corporis mei, ipſe & cibus, & conuiua.

IDEM exponens illa verba: Quid enim bonum eius, & quid pulchrum eius, niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines, ſic habet: Electorum frumentum Chriſtus Dominus eſt. De hoc tritico efficitur ille panis, qui de cælo deſcendit, & qui confirmat cor hominis. Hunc panem comedunt, qui in Chriſto robuſti ſunt, de quibus dicitur, Scribo vobis iu- 1. Ioan. 2.
uenes, quia ſermo Dei in vobis manet, & fortes eſtis, & viciſtis malignum. Qui frumentum eſt electorum, ipſe eſt, & vinum quod lætificat cor hominis, & bibitur ab his virginibus, quæ ſunt ſanctæ corpore, & ſpiritu, vt inebriatæ,

Psal.44. atque gaudentes adducantur Regi in lætitia, & exultatione. Quomodo etiam lætitiam non habebunt, quæ inebriatæ poculo Saluatoris generantur in virgines, & audent dicere illud: Introducite me in cellulam vini, confortate me in vnguentis. Hoc vino inebriati sunt, qui sequuntur agnum, quocumque ierit vestiti candidis vestimentis, quia cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim permanserunt.

Cant. 2.

28 IDEM explicans illa verba: Panem otiosa non comedit, inquit. Panem otiosa non comedit anima, cum sacrificium Domini corporis percipiens, studet imitari actu, quod in mysterio celebrat; multum sollicita ne indigne panem Domini comedendo, & calicem bibendo iudicium sibi manducet, & bibat.

Lib. 3. in c. 31. Prouer. to. 7.

29 IDEM explicans illa verba: Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos, ait: Hæc de his qui Deum post acceptum manna dereliquerunt, intelligit. Et nunc in Ecclesia, si quis carne, & sanguine Christi reficitur, & declinat ad vitia, nouerit sibi Dei iudicium imminere, sicut Paulus Apostolus ait, Qui manducauerit panem, vel biberit calicem Domini indigne, iudicium sibi manducat, & bibit.

In Psal. 77. to. 7.

1. Cor. 11.

30 AVGVSTINVS ait: Alij quotidie cõmunicant corpori, & sanguini Dominico, alij certis diebus accipiunt, alibi nullus dies intermittitur, alij Sabbato tantum, & Dominico, alibi tantum Dominico, & si quid aliud huiusmodi animaduerti potest totum hoc genus rerum liberas habet obseruationes. Dixerit aliquis, non quotidie accipiendam esse Eucharistiam, quoniam inquit eligendi sunt dies, quibus purius homo continentiusque viuit, quo ad tantum sacramentum dignius accedat, Qui enim manducauerit, & biberit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit. Alius contra, immo inquit, si tanta est plaga peccati, atque impetus morbi, vt medicamenta talia differenda sint, auctoritate antistitis debet quisque ab altario remoueri ad agendam pœnitentiam, & eadem auctoritate reconciliari. Hoc est enim indigne accipere, si eo tempore accipiat, quo debet agere pœnitentiam, non vt arbitrio suo auferat se communioni, vel reddat. Ceterum si peccata tanta non sunt, vt excommunicandus quisquam homo iudicetur, non se debet a quotidiana medicina Dominici corporis seperare. Faciat ex his duobus vnusquisque, quod secundum fidem suam pie credit esse faciendum. Neuter enim eorum exhonorat corpus, & sanguinem Domini, si saluberrimum sacramentum certatim honorare contendat. Neque enim litigauerũt inter se, aut quisquam eorum se alteri præposuit Zachæus, & Centurio, cum alter gaudens in domũ suam susceperit Dominum, alter dicit, Non sum dignus, vt intres sub tectum meum, ambo Saluatorem honorificantes diuerso, & quasi contrario modo, ambo peccatis miseri, ambo misericordiam consecuti. Vnus honorando non audet quotidie sumere, & alter honorando non audet vllo die prætermittere. Contemptum solum non vult cibus ille, sicut manna fastidium. Inde enim & Apostolus indigne dicit acceptũ ab eis, qui hoc non discernebant a ceteris cibis veneratione singulariter debita, continuo quippe cum dixisset, Iudicium sibi manducat, & bibit, addidit, Non diiudicans corpus Domini.

Epist. 118. ad Ianuarium to. 2.

1. Cor. 11.

Luc. 19.

Matt. 8.

31 IDEM explicans titulum Psalmi, Psalmus Dauid, Cum mutauit vultum suum coram Abimelech, & dimisit eum, & abijt, ait: In corpore, & sanguine suo voluit Dominus esse salutem nostram. Ecce cibus sempiternus, sed manducant Angeli, manducant supernæ virtutes, & manducant, & saginantur, & integrum manet, quod eos sanat, & lætificat. Quis autem homo posset ad illum cibum? vnde cor tam idoneum illi cibo? oportebat ergo, vt mensa illa lacteſceret, & ad paruulos perueniret. Vnde autem fit cibus lac? vnde cibus in lac conuertitur, nisi per cibum traijciatur? Nam mater hoc facit, quod manducat mater, hoc manducat infans, sed quia minus idoneus est infans, qui pane vescatur, ipsum panẽ mater incarnat, & per humiditatem mammillæ, & lactis succũ, de ipso pane pascit infantem. Quomodo ergo de ipso pane pauit nos sapientia Dei? Quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Videte ergo humilitatẽ, quia panem Angelorum manducauit homo, id est verbum illud, quo pascuntur Angeli sempiternum, quod est æquale Patri, manducauit homo cum formam serui accepit, & semetipsum exinaniuit in similitudinem hominum factus. Nouum sacrificium, quia mutauit vultum suum coram Abimelech, ideſt coram regno Patris.

In Psal. 33. to. 8. 1. Reg. 21.

Psal. 77.

32 IDEM sic habet: Accepit buccellam Iudas, & introiuit in eum Satanas. Quãm multos Iudas diabolus implet indigne accipiẽtes buccellam ad iudicium suum. Qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit. Non malum est quod datur, sed bonum malo iudicium datur. Bene esse non potest male accipienti, quod bonum est.

In Psal. 40.

33 IDEM explicat verba illa Prouerbiorum 23. Si sederis cenare ad mẽsam potentis sapienter intellige, quæ apponuntur tibi, & mitte manum tuam sciens, quia talia te oportet præparare, & ait: Mensa potentis quæ sit, nostis vbi est corpus, & sanguis Christi, qui accedit ad talem mensam præparet talia, Et quid est præparare talia? Quomodo ipse pro nobis animam suam posuit, sic & nos debemus ad ædificandam Ecclesiam animas pro fratribus ponere.

Tract. 50. in Ioannem. to. 9.

Serm. 244. de tempore to. 10.

IDEM inquit: Quoties ad Ecclesiam in aliqua solemnitate venitis, & sacramenta Christi percipere volueritis, ante dies plures castitatem seruate, vt cum secura conscientia ad altare Dei possitis accedere. Qui enim bonus Christianus est, non solum ante dies plures, quàm communicet castitatem seruat, sed & vxorem suam excepto desiderio filiorum non agnoscit.

34 IDEM ait: Scitis fratres, quòd die quadam Dauid venit ad Achimelec sacerdotem, & ait Dauid esuriens, Da mihi aliquid cibi, & ad fratres respondit, non habeo panes laicales ad manus, sed

Serm. 37. ad fratres in eremo.

sed tantum panem sanctum, & ideo dic mihi, o Dauid, Sunt mundi pueri tui a mulieribus, & ait, Sunt ab heri, & nudius tertius. En sic dedit sacerdos eis sanctificatum panem. Si ergo interrogauit sacerdos, vtrũ serui Dauid mundi essent propter panes propositionis accipiẽdos, quid facere nos debemus miseri sacerdotes propter corpus Domini, accipiendum? O fratres mei, sic, & sacerdotes paganorum dum offerre, debent dijs suis incensa ab omni malo, vt possunt, abstinent. Ecce iam Episcopus Hipponensis eram, & cum quibusdam seruis Christi ad Aethiopiã perrexi, vt eis sanctum Euangelium Christi prædicarem, & vidimus ibi multos homines, ac mulieres capita non habentes, sed oculos fixos in pectore, inter quos sacerdotes eorum vidimus vxoratos, tantæ tamen abstinentiæ erant, quòd licet vxores sacerdotes omnes haberent, numquam tamen, nisi semel in anno eas tangere volebant, quo die ab omni sacrificio abstinebant. Vidimus, & in inferioribus partibus Aethiopiæ homines vnũ oculum tantum in fronte habentes, quorum sacerdotes a conuersationibus hominum fugiebant, ab omni libidine carnis se abstinebant, & in septimana, in qua dijs suis offerre debebant, ab omni labe carnis abstinebant se, nihil sumebant nisi metretam aquæ per diem, & sic contenti manentes dijs suis sacrificia offerebant digne. O grandis christianorum miseria: Ecce pagani doctores fidelium facti sunt, & peccatores, & meretrices præcesserunt fideles in regno Dei.

Lib. 3. in c. 4. primi libri Regũ. to. 1.

35 GREGORIVS explicans illa verba: Percussit autem Dominus de viris Bethsamitis eo quòd vidissent arcam Domini, & percussit de populo septuaginta viros, & quinquaginta millia plebis, inquiuntque aspicientes hęc, Quis poterit stare in conspectu Domini Dei sancti huius? Inquit. Si ij qui indigni sunt videndo moriuntur, contrectantes quomodo viuunt? Bethsamitæ quippe in sancta Ecclesia sunt mortui sacerdotes, & ministri sacri altaris reprobi, quia de domo quidem solis iustitiæ sunt dignitate ministerij, non virtute, & gratia sanctitatis. Bethsamitæ quidem sunt, quia per sanctæ oblationis officium in domo Dei cõuersantur, sed tanto sunt acriori damnatione percutiendi, quanto non solum videre audent sacra mysteria, sed contrectare, quanto non iam veteris testamenti arcam respiciunt, sed quod omnia superat indigne se corpori, & sanguini ingerunt redemptionis. Quos percussos insinuat Paulus dicens, Qui manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit. Veri etenim fideles dicunt, Quis poterit stare in conspectu Domini Dei sancti huius? Altitudinem quippe tantæ administrationis considerant, & tanti sacramenti dignitatem formidant. Sed dum tantę rei officium metuunt, qui id exhibere valeant digniores quærunt. Vnde sequitur. Et ad quem ascendet a nobis? Quasi ergo sacra mysteria humiliter fugientes dicant, quia nos infirma conuersatione percutimur ministri ex altiori vita quærendi sunt, quos dum in altissimam virtutum sanctificationẽ conuersatio sublimis erigit, assistere Deo per officium tantę oblationis possint.

1. Cor. 11.

36 BERNARDVS sic habet: In casu primi hominis cecidimus omnes, cecidimus autem super aceruum lapidum, & in luto, vnde non solum inquinati, sed etiam vulnerati, & graiter quassati sumus. Lauari quidem cito possumus, ad sanandum vero opus est curatione multa. Lauamur igitur in baptismo, quia deletur chirographum damnationis nostræ, atque ita tamquam sanies inueterati vlceris remouetur concupiscentia ne noceat, si tamen a consensu abstineamus. Sed quis poterit tam efferos motus frangere? Quis pruritum vlceris huius ferre? Confidite quia, & in hoc gratia subuenit, & vt securi sitis sacramenti dominici corporis, & sanguinis pretiosi inuestituram habetis. Duo enim illud sacramentum operatur in nobis, vt videlicet, & sensum minuat in minimis, & in grauioribus peccatis tollat omnino consensum. Si quis vestrum non tam sæpe modo, non tam acerbos sentit iracundiæ motus, inuidiæ, luxuriæ, aut ceterorum huiusmodi, gratias agat corpori, & sanguini Domini, quoniam virtus sacramenti operatur in eo, & gaudeat, quòd pessimum vlcus accedat ad sanitatem.

Sermone in cœna Domini.

37 AMBROSIVS ad Ireneum quærentem, cur Deus manna pluerit populo patrum, & nũc non pluat, respondet. Immo quotidie pluit de cælo manna seruientibus sibi, nam perfectum manna, panis de cælo corpus ex Virgine, quod qui manducauerit, viuet in æternum. Sed est, & aliud spirituale manna, hoc est pluuia spiritualis sapientiæ, quæ ingeniosis, & quærentibus de cælo infunditur, & irrorat mentes piorum, & obdulcat fauces eorum, qui igitur intellexerit infusionem diuinæ sapientiæ, delectatur, neque alium cibum requirit, neque in solo pane viuit, sed in omni verbo Dei. Hæc alimonia alit animam sapientis, & illuminat, atque obdulcat, &c. Minutum est, & subtile, corporea enim crassa sunt, & pinguia, sed spiritualia mollia, & subtilia, vt non possint comprehendi oculis, quia spiritus intelligentiæ sanctus vnicus, multiplex, subtilis, & mobilis, &c.

Lib. 8. epist. 62. to. 5.

Psal. 77.

38 IDEM agit de sacramento Eucharistiæ, de quo cœperat agere cap. præcedenti ostendens, quòd est præstantius, quàm manna Iudæorum, sic ait: Manna illud e cælo, hoc supra cælum, illud cæli hoc Domini cælorũ, illud corruptioni obnoxium, si in diem alterum seruaretur, hoc alienum ab omni corruptione, quod quicumque religiose gustauerit corruptionem sentire non poterit, &c. Sed dicis aliud video, quomodo tu dicis, quòd Christi corpus accipiam? probemus non hoc esse, quod natura formauit, sed quod benedictio consecrauit, maioremque vim esse benedictionis, quàm naturæ, quia benedictione etiam natura ipsa mutatur. Virgam tenebat Moyses proiecit eam, & facta est serpens, rursus apprehẽdit caudã, & in virgæ naturã reuertitur, vides igitur prophe-

Lib. de his qui initiantur mysterijs cap. 9. to. 4.

Exod. 4.

tica gratia bis mutatã esse naturam, & serpentis, & virgæ. Currebant Aegypti flumina puro aquarum meatu, subito de fontium venis sanguis cœpit erumpere, rursus ad Prophetæ preces cruor cessauit fluminum, aquarum natura remeauit, virgam eleuauit Moyses, separauit se aqua, & in murorum speciem congelauit, Iordanis retrorsum conuersus contra naturam in sui fontis reuertitur exordium, tetigit Moyses petram & aqua de petra fluxit, Marath fluuius amarissimus erat, missus est lignum in aquam, & amaritudinem suam aquarum natura deposuit. *Exod. 15.* Vni ex filijs Prophetarum excisum est ferrum de securi, & mersum in aquam, misit Eliseus lignum in aquam, & ferrum natauit, &c. Aduertimus igitur maioris esse virtutis gratiam, quã naturam. Quòd si tantum valuit humana benedictio, vt naturam conuerteret, quid dicemus de ipsa consecratione diuina, vbi verba ipsa Domini Saluatoris operantur? Nam sacramentum istud, quod accipis Christi sermoue conficitur, quòd si tantum valuit sermo Eliæ, vt ignẽ de cælo deponeret, non valebit Christi sermo, vt species mutet elementorum? de totius mundi operibus legisti, Quia ipse dixit, & facta sunt *3. Reg. 18* &c. Sermo ergo Christi potuit ex nihilo facere *Psal. 32.* quod non erat, non potest ea quæ sunt in id mutare, quod erat? &c. Vtamur etiam exemplis liquet, quod præter naturæ ordinẽ Virgo generauit, & hoc quod conficimus corpus ex virgine est, quid hic quæris naturæ ordinem in Christi corpore, cum præter naturam sit ipse Dominus Iesus partus ex Virgine, &c.

39 IDEM quærit Ambrosius, quare misceatur *Lib. 5. de sacramentis, c. 1. to. 4.* aqua vino in sacramento Eucharistiæ cum Melchisedech obtulerit panem, & vinum solum, & ait: Primo omnium figura, quæ ante præcesserit tempore Moysi, quid habet? quia cum sitiret populus tetigit Moyses petram, & petra vndã *Exo. 17.* fudit. Vide mysterium, Moyses hoc est Propheta, virga hoc est verbum Dei, sacerdos vero Dei tangit petram, & fluit aqua, & bibit populus Dei, tangit ergo sacerdos calicem, redundat aqua in calice, salit in vitam æternam, & bibit populus Dei, qui Dei gratiam consecutus *Ioan. 19.* est, &c. Accipe aliud, tempore Dominicæ passionis vnus de militibus lãcea tetigit latus eius, & de latere eius aqua fluxit, & sanguis, quare aqua? quare sanguis? aqua vt emendaret, sanguis vt redimeret, quare de latere? quia vnde culpa, inde gratia, culpa per feminam, gratia per Christum, &c. In cap. 4. eiusdem libri 5. de sacramentis explicat orationem dominicã, & illud, Panem nostrum quotidianum explicat de sacramento Eucharistiæ, ait: Si quotidianus est panis, cur post annum illum sumis? accipe quotidie, quod quotidie tibi prosit, sic viue, vt quotidie mereari accipere, quomodo Iob sanctus pro filijs suis offerebat quotidie sacrificium, ne forte aliquid vel in corde, vel in ore peccassent; ergo tu audis quod quotiescunque offertur sacrificium mors Domini, resurrectio Domini, eleuatio Domini significetur, & remissio peccatorum, & panem istum vitæ non quotidianum assumis? qui vulnus habet medicinam requirit, vulnus est, quia sub peccato sumus mediciua est cælestе, & venerabile sacramentum, &c.

Exempla Sanctorum maxime iuuant homines ad bonum, quorum vita imitanda est.
Cap. XIII.

1 BASILIVS ait: Dum vitam eorum, qui in pietate conuersati sunt exponimus, Ioseph dum audimus, aut legimus vitam, illius assequi castitatem magnopere cupimus, si vero Samsonis narratur historia, ad illius imitandam fortitudinem accendimus, cum Moysi vitam, morumque lenitatem narrante Spiritu sancto audimus statim æmulamur. Quemadmodum ex igne naturaliter emicat splendor, ex vnguento quoque prestanti diffunditur odor, sic e sanctorum commemoratione gestorum ad omnes prouenit vtilitas. *Homil. quę est in Gordium Martyrem to. 1.*

2 IDEM inquit cap. 27. Qui modo in ordinem aliquem adscriptus est miles, neutiquam is operam dat, vt reliquos, qui in eo ordine sunt ad consuetudinem suam traducat, sed ipse se potius ad ordinis disciplinam ac morem accõmodat. Quamobrem conuenit etiam vt qui in spiritualem societatem allectus sit nequaquam illos ad morem suum velit detorquere, sed contra ipse morem suum debet aliorum fratrum moribus institutisque conformare. *Lib. constitutionum monasticarum to. 4.*

3 IDEM sic habet: Beatorum hominum vitę memoriæ proditæ tanquam simulachra quædã animata proposita sunt vitæ ad normam diuinam iustitiæ, ijs quidem qui bonorum operum exemplaria imitari cupiunt. Proinde in qua re quisque nostrum senserit se eo quod oportet defici, in illo assidue incumbens tanquam ab officina quadam medicinæ appositum suæ infirmitati medicamentum inuenire poterit. Ac temperantiæ quidem homo cupidus historiam Ioseph assidua lectione euoluat. At vero in fortitudine instruetur lector ex historia Iob, qui tam fortiter tulit aduersa. Rursus aliquis reputans quomodo magnanimus idem, & clemens esse posit ita, vt animo obfirmato aduersus peccatum, clementia vero vtatur erga homines, illic Dauid inueniet generosum in bellicis facinoribus, clementem in inimicis vlciscendis. Quemadmodum autem pictores cum imaginem ex imagine pingunt, exemplar identidem respectantes lineamenta eius transferre conantur magno studio ad suum opificium, ita qui sese meditatur omnibus numeris virtutis absolutum reddere, veluti simulachra quędam spirantia, ac actuosas sanctorum vitas aspicere oportet, probaque opera illorũ, sua imitando facere. *In epist. 1. Basilij ad sanctũ Gregorium Theologum.*

IDEM

4 IDEM ait: Inueni multos apud Alexandriã nec paucos apud reliquam Aegyptum, deinde & alios in Palæstina, & in Cælesyria, & Mesopotamia, quorum admiratus sum, cum in seruata diæta temperantiam, tum in obeundis laboribus tolerantiam, ad quorum obstupui precandi vigorem, & constantiam, cum obseruarem quo pacto nec somno victi, nec aliqua alia naturæ necessitate deflexi, sublimem semper, & inuictum animæ sensum, in fame & siti, in frigore, ac nuditate seruarent, nec corporis rationem habentes ipsi, sed quasi in aliena carne degerent ipso opere ostendentes, quid sit in rebus huius vitæ peregrinum esse, & conuersationem in cælo habere. Cum illa admirarer vitamque illorum ideo beatam iudicarẽ, quòd mortificationẽ Domini nostri Iesu Christi in corpore suo circumferrent, cupiebam, & ipse quantum mihi possibile esset illos æmulari. Huius itaque gratiam cum viderem quosdam in patria mea illorum institutum sectari cœpisse, commoditatem aliquam reperisse me ratus, inuisibilium animi affectuum in ijs quę videre possunt experimentum cœpi. Et licet multa essent quæ me ab illorum consuetudine auocarent, non acquiescebam tamen, cernens eos delicatæ vitæ laborum tolerantem præferre, sed magis propter conuersationis admirabilem, & insuetam rationem zelotypia quadam erga illos tenebar. *Epist. 79. ad Rusticum Episcopum Sebastiæ.* *1. Cor. 4.*

5 CHRYSOSTOMVS sic habet: Virtutum studiosis fit multarum coronarum materia alijs exempla virtutum præbere, quod docens Christus dicebat, Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in cælis est. Quoniam si virtutem exercueritis, videtes vos homines ad glorificandum Patrem vestrum, qui est in cælis, prorumpẽt. Omnia igitur faciamus dilecti vt glorificetur Dominus noster, & nulli simus offendiculi occasio. Omnia mihi licẽt, ait Apostolus, sed non omnia ædificant. Etiamsi licet, inquit, mihi aliquid facere, nihilque hinc mihi damni accedat, sed quia non facit hoc ad proximi ædificationem, nequaquam hoc fieri finam. *Hom. 7. in Gen. to. 1.* *Matth. 5.* *1. Cor. 10.*

6 IDEM inquit: Si virtutis cultores sæpius tecum recenseas in humilitatem, & compunctionem, in virtutum studia facile teipsum perduces. Recordare Pharisæi qui cum ad probos non respexerit, sed peccantis opprobria viderit, labores suos amisit. E contrario considera quomodo mirabilis Dauid factus est, maiorum enim suorum virtutes præ oculis ponebat. Advena inquit ego apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei, neque is solum sed omnes ei similes, non peccatores, sed virtutibus coruscantes tenaci mente aduertebant. Clarorũ opera virorum curiosius inuestiga, vt tum ex memoria delictorum nostrorum, tum ex æmulatione alienæ virtutis quasi stimulo quotidie compuncti humiliores, & diligentiores facti æterna perfruamur beatitudine. *Hom. 61. in Matthæum to. 2.* *Psal. 38.*

7 IDEM: Existentibus in carcere Paulo, & Sila repente terræmotus factus est magnus ita vt commouerentur fundamenta carceris; apertæ autem sunt statim omnes ianuæ, & omnium vincula soluta sunt. Expergrectus autem custos carceris videns apertas ianuas carceris accepto gladio seipsum interempturus erat putans effugisse vinctos, clamauit autem voce magna Paulus dicens, Nihil mali tibi feceris, vniuersi enim hic sumus. Admiratus magis est humanitatem Pauli, obstupuit fortitudinem, quia, & fugere cum posset non fugit, sed a cæde prohibuit. Tremefactus autem procidit ante Paulum & Silam, & dixit, Domini quid me oportet facere, vt saluus fiam? Vidisti quanta illum cepit admiratio? Et assumptis illis in eadem hora noctis lauit a plagis, & baptizatus est ipse, & omnes qui illius erant continuo. Et cum perduxisset illos in domum apposuit mensam, & exultauit, cum tota domo credens Deo. Non ob hoc diligebat Paulum quia seruatus erat, sed quia virtutem obstupescebat. *Hom. 36. in Act. Apostolorum.* *Act. 16*

8 HIERONYMVS sic habet: Habet vnũquodque propositum principes suos. Romani duces imitentur Camillos, Fabricios, Scipiones. Philosophi proponant sibi Pythagoram, Socratem, Platonem, Aristotelem. Poetæ æmulentur Homerum Virgilium Menandrum, Terentium. Historici Sallustium, Herodotum, Liuium. Oratores Lysiam, Demosthenem, Tullium. Et vt ad nostra veniamus episcopi, & presbyteri habeant in exemplum Apostolos, & Apostolicos viros, quorum honorem possidentes, habere nitantur, & meritum. Nos autem habeamus propositi nostri principes, Paulos, & Antonios, Iulianos, Hilariones, Macarios. Noster princeps Elias, noster Eliseus, nostri duces filij Prophetarum, & qui habitabant in agris, & solitudinibus, & faciebant sibi tabernacula iuxta fluenta Iordanis. *Epist. 13. ad Paulinũ de institutione monachi to. 1.*

9 IDEM inquit: Quòd regressus Antonius ad monasterium suum viso Paulo, & interrogatus a duobus discipulis, qui ei longo iam tempore ministrare consueuerant, vbi tandiu moratus esset respondi. Væ mihi peccatori, qui falso monachi nomen fero. Vidi Eliam. Ore compresso manu verberant pectus ex cellula pallium protulit. Rogantibusque discipulis vt plenius quidnam rei esset exponeret, ait. Tempus tacendi, & tempus loquendi. Tunc egressus foras, & ne modicum quidem cibi sumens per uiam, qua venerat, regressus est, illum sitiens, illum videre desiderans, illum oculis ac mente contemplans. Profectus inuenit Paulum iam mortuum, & tunicam eius sibi vendicauit, quam in sportarum modum de palmæ folijs ipse sibi contexuerat, diebusque solemnibus, & paschæ, & pentecostes semper Pauli tunica vestitus est. *Epist. 50 in qua narrat vitam Pauli Eremitæ*

10 IDEM explicans verba illa psalmi: Educens nubes ab extremis terræ, fulgura in pluuiam fecit, ait. Aiunt naturalium causarum scrutatores quòd fulgura ex nubium collisione generentur more silicum duriorum, quos cum comploseris sibi, medius ex his ignis extritus elabitur, atque ita cum fulgore pariter, & tonitrua mugire. Si intellexisti exemplum cõsi- *Epistola de tribus virtutibus to. 4.*

dera nunc nubes rationales. Moyses nubes erat, Iosue nubes erat, isti si secum colloquantur, ex sermonibus eorum fulgura micant. Hieremias, & Baruch nubes erant, sermocinentur ambo, & videbis rutilare fulgura. Paulus, & Siluanus duæ nubes erant in vnum conuenerunt, & ecce totum mundum eorum fulgor illuminat.

11 Lib. 8. confessionum cap. 6. to. 1. AVGVSTINVS inquit: Potitianus quidam ciuis noster venit ad nos, & ortus est sermo ipso narrante de Antonio Ægyptio monacho, cuius nomen excellenter clarebat apud seruos tuos, nos autem vsque ad illam horam latebat. Quod ille vbi comperit immoratus est in illo sermone ignorantiam nostram admirans. Stupebamus autem audientes tam recenti memoria, & prope nostris temporibus mirabilia tam magna. Inde sermo eius deuolutus est ad monasteriorum greges, & mores suaueolentiæ tuæ, & vbera deserta eremi quorum nos nihil sciebamus. Pertendebat ille, & loquebatur adhuc, & nos intenti tacebamus. Vnde incidit vt diceret, nescio quando se, & tres alios contubernales suos nimirum apud Treueros, cum imperator pomeridiano circensium spectaculo teneretur, exisse deambulatum in hortos muris contiguos atque illic, vt forte combinati spatiabantur, vnum secum seorsum, & alios duos itidem seorsum pariter digressos, sed illos vagabundos irruisse in quãdam casam vbi habitabant quidam serui tui spiritu pauperes, & inuenisse ibi codicem in quo scripta erat vita Antonij, quam legere cœpit vnus eorum, & accendi, & inter legendum meditari arripere talem vitam, & relicta militia sęculari seruire tibi. Tunc subito repletus amore sancto, & sobrio pudore iratus ita sibi coniecit oculos in amicum, & ait illi; Dic quæso omnibus istis laboribus nostris, quo ambimus peruenire? Quid quærimus? Cuius rei causa militamus? Maiorne esse poterit spes nostra in palatio quã vt amici imperatoris simus? Et ibi quid non fragile, plenumque periculis? Et per quot pericula peruenitur ad grandius periculum? Et quandiu istud erit? Amicus autem Dei si voluero, ecce nunc fio. Dixit hoc, & turbidus parturitione nouæ vitæ, reddidit oculos paginis, & legebat, & mutabatur intus vbi tu videbas, & exuebatur mundo mens eius vt mox apparuit. Namque dum legit, & voluit fluctus cordis sui, infremuit aliquando, decreuit que meliora, & ait amico suo. Ego iam abrupi me ab illa spe nostra, & Deo seruire statui, & hoc ex hac hora in hoc loco aggredior. Te si piget imitari, noli aduersari. Respondit ille adhærere se socio tantæ mercedis tantæque militiæ. Et ambo iam tui ædificabant turrim sumptu idoneo relinquendi omnia, & sequendi te. Tunc Potitianus, & qui cum eo per alias horti partes deambulabant quærentes eos deuenerunt in eũ dem locum, & inuenientes admonuerunt vt redirent quoniam declinasset dies, At illi narrato proposito suo, quoque modo in eis talis voluntas oborta esset atque firmata petiuerunt

12 ne sibi molesti essent si adiungi recusarent, fleuerunt, & comendauerunt se orationibus eorum, qui affigentes cor in cælo manserunt in casa. Et ambo habebant sponsas. Quæ postea quam hęc audierunt dicauerunt etiam ipsæ virginitatẽ tibi. Narrabat hæc Potitianus. Cap. 7. Tu autem Domine inter verba eius retorquebas me ad me ipsum auferens me a dorso meo, vbi me posueram dum nollem me attendere, & constituebas me ante faciem meam, vt viderem quàm turpis essem, quàm sordidus, & vlcerosus. Et videbam, & horrebam, & quo a me fugerem non erat. Et si conabar a me auertere aspectum, narrabat ille quod narrabat, & tu me rursus opponebas mihi, vt inuenirem iniquitatem meam, & odissem. Tunc vero quanto ardentius amabam illos de quibus audiebã quòd se totos tibi sanandos dederant, tanto execrabilius me comparatum eis oderam, quoniam multi mei anni mecum effluxerant, forte duodecim anni, ex quo ab vndeuicesimo 13 anno ætatis meæ lecto Ciceronis Hortensio excitatus eram studio sapientiæ, & differebam contempta felicitate terrena ad eam inuestigãdam vacare. At ego adolescens miser valde, in exordio ipsius adolescentię etiam petieram a te castitatem, & dixeram da mihi castitatem, & continentiam, sed noli modo. Timebam enim ne me cito exaudires, & cito sanares a morbo concupiscentiæ quam malebam expleri quàm extingui. Ita rodebar intus, & confundebar pudore horribili vehementer, cum Potitianus talia loqueretur. Terminato autem sermone, & causa quo venerat ille abijt. Cap. 8. Tunc in illa grandi rixa interioris domus meæ quàm fortiter excitaueram, cum anima mea in cubiculo nostro corde meo tam vultu quàm mente turbatus, inuado Alypium, & exclamo. Quid patimnr? Quid est hoc? Quid audisti? Surgunt indocti, & cælum rapiunt, & nos cum doctrinis nostris sine corde, ecce vbi volutamur in carne, & sanguine? An quia præcesserunt pudet sequi? Dixi nescio quæ talia, & abripuit me ab illo æstus meus, cum taceret attonitus intuens me. Neque enim solita sonabam, plusque alloquebantur animum, frons, genæ, oculi, color, modus vocis, quàm verba, quæ promeb m. Hortulus quidam erat hospitij nostri, absceſſi ego in hortum, & Alypius pedem post pedem. Sedimus, quantum potuimus remoti ab ædibus, ego fremebam spiritu indignans turbulentissima indignatione, quòd nõ irem in pactum tecum Deus meus. *Infra*. Retinebant me nugæ nugarum, & vanitates vanitatum antiquæ amicæ meæ, & submurmurabant. Dimittis ne nos? Et a momento isto non erimus tecum vltra in æternũ, & a momento isto non tibi licebit hoc, & illud vltra in æternum? Putasne sine istis poteris? Sed iam tepidissime hoc dicebat. Aperiebatur enim ab ea parte, quo intenderẽ faciem, & quo transire trepidabam casta dignitas continentiæ serena, & hilaris honeste blandiens, vt venirem, neque dubitarẽ, & extendens ad me suscipiendũ, 14 pias manus plenas gregibus bonorũ exẽplorũ.

Ibi

Ibi tot pueri, & puellæ, ibi iuuentus multa, & omnis ætas, & graues viduæ, & virgines anus, & in omnibus ipsa continentia nequaquam sterilis. Et aiebat tu non poteris, quod isti, & istæ *Infra cap.* 12. Vbi vero congessi totam miseriam meam in conspectum cordis mei orta est procella ingens, ferens ingentem imbrem lachrymarum. Et vt totum effunderem cum vocibus suis, surrexi ab Alypio, solitudo mihi ad negotium flendi aptior suggerebatur. Et secessi remotius, quàm vt posset mihi onerosa esse eius præsentia. Mansit ergo ille vbi sedebamus nimie stupens. Ego sub quadam fici arbore straui me nescio quomodo, & dimisi habenas lachrymis, & proruperunt flumina oculorum meorum acceptabile sacrificium tuum. Iactabam voces miserabiles, quamdiu, quamdiu, cras & cras? Quare non modo, quare non hac hora finis turpitudinis meæ? Dicebam hæc, & flebam amarissima contritione cordis mei. *Infra lib. 9. cap. 2.* Sagittaueras tu cor nostrum charitate tua, & gestabamus verba tua transfixa viscęribus, & exempla seruorum tuorum quos de nigris lucidos, & de mortuis viuos feceras, congesta in sinum cogitationis nostræ vrebant, & absumebant grauem torporem, & accendebant nos valide.

15 Lib. quæst. ex nouo test. tom. 10. Col. 4. IDEM ait: Quando Apostolus Galatis dicit: Estote sicut ego, quia ego sicut vos, hortatur illos, vt imitatores eius sint, & quoniam nõ est impossibile, sic reprobat, cum dicit, quia hoc sum quod vos, homines enim estis, sicut & ego, ideo facite quod facio ego.

16 Exposit. in Psal. 118. to. 8. IDEM exponens illa verba: Videbunt iusti, & timebunt, & sperabunt in eum, sic ait: In Ecclesia iste est ordo, alij præcedunt, alij sequuntur. Et qui præcedunt, exemplum se præbent sequentibus, & qui sequuntur, imitantur præcedentes, sed & illi qui se exemplum præbent sequentibus, numquid neminem sequuntur? Sequuntur Christum. Meliores quique in Ecclesia, quibus non remansit iam homo, quem imitentur, quia omnes proficiendo superauerunt, ipse Christus eis remanet, quem vsque ad finem sequantur. Et cernitis ordinatos gradus per 1. Cor. 11. Paulum dicentem, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Ergo qui iam directos gressus habent in petra, forma sint fidelibus. Sed for- 1. Tim. 4. ma, inquit, estote fidelibus. Ipsi fideles sunt iusti, qui attendentes eos qui se in bono præcedunt, imitando sequunrur. Quomodo sequuntur? Videbunt iusti, & timebunt, videbunt, & timebunt sequi vias malas, cum vident quosque meliores iam elegisse vias bonas. Noli turbas numerare incedẽtes latas vias, sed paucos, qui arcta incedunt via.

17 In Ps. 139. Psal. 110. IDEM explicans illa verba: Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatorijs, ait: Exempla hominum qui mortui erant, & reuixerunt, & nigri erant, & fulgentes effecti sunt, ipsi sunt carbones, quos intuemur, quando volumus mutare vitam transfixi sagitta Dei, & impediunt nos malæ linguæ hominum, & volunt seducere a via veritatis, & dicere nobis, quia si professi fuerimus, non implebimus. Attendimus carbones istos. Qui erat heri ebriosus, hodie sobrius est. Qui erat heri adulter, hodie castus est. Qui erat heri raptor, hodie largitor. Omnes isti carbones ignis sunt. Accedunt exẽpla carbonum ad vulnus sagittarum. Hi carbones sunt, de quibus dicitur in hoc Psalmo, Ca- *Psal. 139.* dent super eos carbones. In alios veniunt, vt accendanrur, in alios vt deiiciantur. Ipse enim carbo dicebat, Bonus odor Christi sumus, aliis 2. *Cor. 3.* odor mortis in mortem, aliis odor vitæ in vitam. Videntes enim iustos flammantes spiritu, candentes luce, & eis inuidendo cadunt, hoc est, quòd superuenient illis carbones ignis in terra, & deiicienrur nescientes miserias tolerare.

GREGORIVS explicãs illa uerba Iob 18
cap. 3. Quasi effodientes thesaurum, gaudentq. Lib. 5. Mo-
vehementer cum inuenerint sepulchrum, in- ral. cap. 5.
quit: Antiqui suos mortuos cum diuitiis sepe- to. 1.
liebant. Qui igitur thesaurum quærit, gaudet cum sepulchrum inuenerit, quia sapientiam perquirentes cum exempla præcedentium patrum perscrutamur, quasi ex sepulchro gaudium sumimus, & mentis diuitias apud mortuos inuenimus, quia qui huic mundo perfecte extincti sunt, in occulto cum diuitiis requiescunt. Sepulchro ergo diues efficitur, qui per exempla iustorum in contemplationis virtute subleuatur.

IDEM explicans verba illa Iob cap. 10. In- 19
staura testes tuos contra me, & multiplicas irã Lib. 9. mo.
tuam, & pœnæ militant in me, sic habet: Te- cap. 35.
stes suos contra nos Dominus instaurat, quia bona quæ facere ipsi negligimus, hæc ad correptionem nostram fieri ab aliis demonstrat, vt qui præceptis non accendimur, saltem exemplis excitemur, atque in appetitu rectitudinis nil sibi mens nostra difficile æstimet, quod perfecte peragi ab aliis videt. Et fit plerumque, vt cum alienæ vitæ bona conspicimus, nostra sollicitius damna timeamus, & eo patescat quãto post pondere animaduersionis impetimur, quo nunc a bonorum moribus longe discrepamus. *Infra*: Et pœnæ militant in me cõsideratis quippe Dei testibus pœnæ in nobis militant, quia dum miranda illorum facta conspicimus vitam nostram, quæ ex eorum nobis comparatione displicet, studiosa afflictione cruciamus. Beatus igitur Iob, quia vitam patrum præcedentium conspicit, quid in se gemere debeat, subtilius agnoscit.

IDEM sic ait: Tollens Iacob virgas popu- 20
leas, virides, & amygdalinas, & ex platanis ex Lib. 21. mo
parte decorticauit eas, detractisq. corticibus, ral. cap. 1.
in his, quæ spoliata fuerant, candor apparuit, illæ vero quæ integræ erant, virides permanserunt, atque in hunc modum color effectus est varius. Posuitq. eas in canalibus, vt cum ne- *Gen. 30.*
nissent greges ad bibendum ante oculos haberent uirgas, & in aspectu earum conciperent. Quid est uirgas uirides, & amygdalinas, & ex

plata-

platanis ante gregum oculos ponere, nisi antiquorum patrum uitas, atque sententias in exemplum populis præbere? Quæ nimirum, quia iuxta rationis examen rectæ sunt, virgæ nominantur. Quibus ex parte corticem subtrahit, vt in his, quæ expoliantur intimus candor appareat, & ex parte corticem seruat. Ante considerationis enim nostræ oculos præcedentium patrum sententiæ, quasi virgæ variæ ponuntur. Has aspicientes ones concipiunt, quia rationales nostri spiritus, dum in earum intentione defixi sunt tales fœtus operum procreant, qualia exempla præcedentium considerant.

21 IDEM exponens illa verba Iob capite 33.
Lib.24. Moral. cap.6. Respiciet homines, & dicet, peccaui, ait: Ideo nonnulli peccasse se nesciunt, quia homines non attendunt. Nam si considerarent homines, citius agnoscerent quantum peccando infra homines cecidissent. *Infra*: Respiciet homines, & dicet, peccaui, ac si dicatur sanctorum virorum exempla conspicit, atque eorum comparatione se pensans iniquum se esse deprehendit. Qui enim plenissime intelligere appetit, qualis est; tales nimirum debet conspicere qualis non est, vt ex bonorum forma metiatur, quanto ipse deserto bono deformis est, in illorum pulchritudine conspicit fœditatem suam, quam in semetipso potest perpeti, & sentire non potest. Lucem namque debet conspicere, qui vult de tenebris iudicare, vt in illa videat quid de tenebris æstimet, per quas videre præpeditur. Iustorum ergo debemus vitam conspicere, vt subtiliter deprehendamus nostram. Illorum species quasi quædam forma nobis imitanda proponitur, quia viua lectio est vita bonorum. Vnde non immerito in sacro eloquio iusti libri nominantur, sicut scriptum est: Libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est vitæ, & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erãt in libris. Liber namque vitæ est ipsa visio aduenientis iudicis. In quo quasi scriptum est omne mandatum. Libri etiam aperti referuntur, quia iustorum tunc vita conspicitur, in quibus mandata cælestia opere impressa cernuntur. Et iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris, quia in ostensa vita iustorum, quasi in expansione librorum legunt bonum, quod agere ipsi noluerunt, atque ex eorum, qui fecerunt comparatione damnantur. Ne ergo vnusquisque tunc videns eos, quod non fecit defleat, nunc in eis quod imitetur, attendat. Quod quidem facere electi non cessant. Meliorem namque vitam considerant, & deterioris vsus conuersationem mutant. Vnde sponsi voce sanctæ Ecclesiæ in Canticis Canticorum dicitur: Duo vbera tua, sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in lilijs, donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ. Quæ enim sunt duo vbera, nisi ex Iudæa, ac Gentilitate veniens vterque populus, qui in sanctæ Ecclesiæ corpore per intentionem sapientiæ arcano est cordis infixus? Ex quo populo hi, qui electi sunt; idcirco capreæ hinnulis comparantur, quia per humilitatem quidem paruos se esse, ac peccatores intelligunt, sed eis per charitatem currentibus, si qua obstacula de impedimento temporalitatis obuiant, transeunt, & datis contemplationis saltibus ad superna transcendunt. Qui vt hæc agant præcedentium sanctorum exempla conspiciunt. Vnde & in lilijs pasci referuntur. Quid enim per lilia, nisi illorum vita declaratur, qui veraciter dicunt, Christi bonus odor sumus Deo? Electi ergo vt assequi summa prævaleant, conspecta odorifera, & candida iustorum vita satiantur. Sed quia in hac vita positi, necdum valent satiari, per præcedentium interim patrum exempla pascuntur. Ideo dicit se pasci, donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ. Tamdiu quippe refici iustorum exemplis indigemus, donec præsentis immortalitatis vmbras æterno die aspirante transeamus. Cum enim huius mortalitatis vmbra transacta fuerit, quia ipsius Dei internum lumen cernimus, nequaquam iam appetimus, vt ad amorem eius per aliorum exempla flagremus. Nunc autem quia necdum eum intueri possumus summopere necesse est, vt eorum qui illum perfecte secuti sunt conspectis actionibus incitemur. Intueamur ergo, quam pulchra est agilitas sequentium, & videamus quàm turpis sit hebetudo pigrorum. Statim namque vt bene agentium gesta respicimus, nosmetipsos confusione intima vlciscente iudicamus. Vnde per Ezechielem dicitur: Fili hominis ostende domui Israel templum, vt confundantur ab iniquitatibus suis, & metiantur fabricam, & erubescant ex omnibus quæ fecerunt. Templum quippe Dei filiis Israel ad confusionem ostenditur, quando vniuscuiusque iusti anima, quam inspirando Deus inhabitat, quanta sanctitate fulgeat, ad confusionem suam peccatoribus demonstratur, vt in illa bonum quod negligunt, videant, & in seipsis malum quod operantur, erubescant. Metiri uero fabricam est pensare subtiliter iustorum uitam. Sed dum metimur fabricam necesse est, vt ex cunctis quæ facimus, erubescamus, quia bonorum uitam, quanto subtilius pensando discutimus, tanto seuerius in nobis omnia inique gesta reprobamus. Bene autem Prophetæ dicitur, vt ostendat templum. Quia enim iustorum rectitudinem considerare peccator dissimulat, saltem hanc ex uoce prædicantis agnoscat. Templum quippe peccatoribus ostendere est, sponte sua considerare nolentibus rectorum opera narrare. Qui itaque sicut diximus, perduci ad summa desiderant semper necesse est, vt meliorum profectibus intendant, quatenus tanto districtius in se culpas iudicent, quanto in illis altius quod admirentur, uident. Sed quid ista de peccantibus dicimus, cum ipsos quoque operatores iustitiæ tanta prouehi dispensatione uideamus? Alius magna abstinentiæ uirtute accingitur, nec tamen in summa scientiæ contemplatione dilatatur. Alius donum scientiæ accipit, & tamen ad uirtutem

tutem miræ abstinentiæ non pertingit. Alius
23 indigentibus multa iam propria largiri potest; sed tamen iniuste agentibus obuiare libere non potest. Alius iniuste agentibus audacter pro Deo obuiat, sed tamen indigentibus, quæ habet tribuere omnia recusat. Alius iam & ab otioso se sermone restringens linguæ lasciuiam superat; sed tamen adhuc insurgentes iræ stimulos perfecte non calcat. Alius insurgentem iram iam perfecte edomat; sed tamen adhuc linguam in lætitiam relaxat. Quid est hoc, quòd iste eo bono indiget, quo alius pollet, & ille cum multis polleat abunde, alijs bonum adesse considerat, quod sibi deesse suspirat, nisi quòd mira nobiscum dispensatione agitur, vt per hoc quod alter habet, & iste non habet vnus altero melius ostendatur, quatenus tanto ardentius ad humilitatem quisque proficiat, quanto ex bonis, quæ non habet, inferiorem se habentibus pensat? Sicq. fit, vt dum ille in isto, atque hic in illo respicit, quod admiretur, distincta bona, & ab altitudine elationis reprimant, & ad studium profectus accendant. Vnde Ezechiel Propheta cum volantia animalia descripsisset, adiunxit, Et audiui post me vocem commotionis magnæ, benedicta gloria Domini de loco sancto suo, & vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram. Quid namque alas animalium, nisi virtutes debemus sentire sanctorum, qui dum terrena despiciunt ad cælestia volando subleuantur? Vnde recte etiam per Esaiam dicitur, Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas vt aquilæ. Volantia itaque animalia alis suis se vicissim feriunt, quia sanctorum mentes in eo quòd superna appetunt, consideratis inuicem alterius virtutibus excitantur. Ala enim sua me percutit, qui exemplo sanctitatis propriæ me ad melius accendit. Et ala mea vicinum animal ferio, si aliquando alteri opus bonum, quod imitetur, ostendo. Sed quia sanctorum vitam significari istis animalibus diximus, libet in ipso volatu animalium oculos mentis attollere, & quanta vicissim alarum percussione se excitant subtili consideratione pensare. Paulus namque cum sanctorum ceterorum sollicitudinem in prædicatione robustius laborando transcenderet, vt ab elatione se premeret crudelitatis suæ antiquæ non immemor Apostolorum omnium inno centiam contemplatus, ait, Ego sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiã Dei. Et tamen eorũdem omnium Apostolorum Princeps, quasi accepti principatus oblitus, ac si minus ipse aliquid saperet in Paulo sapientiam miratur dicens, Sicut & charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis. Ecce Paulus in Apostolis miratur innocentiam, ecce Apostolorum princeps in Paulo miratur sapientiam. Quid est hoc, nisi quòd sancti viri dum virtutum consideratione vicissim sibi alios præferunt, volantia animalia alarum percussione se tangunt, vt eo ad volatum se altius excitent, quo humilius alter in altero, quod admiretur, videt? Hinc itaque colligendum est, quanta debemus consideratione meliorum vitam conspicere nos, qui in infimis iacemus, si & hi qui tanta iam sanctitate sublimes sunt, vt per humilitatis gressum ad maiora proficiant, adhuc quærunt in aliis, quod imitantes admirentur. Sed hæc reprobi nesciunt, quia mentis oculos semper in infimis premunt, qui etsi quando in viam Domini veniunt, non ad meliorum vestigia, sed ad intuenda semper deteriorum exempla vertuntur. Deteriores respiciunt, quibus meliores se esse gloriantur; & idcirco proficere ad meliora non possunt, quia hoc sibi sufficere æstimant, quòd pessimos antecedant. Recti uideri appetunt, sed ad inueniendum se tortam regulam sumunt. Si enim semetipsos quales sunt, cognoscere appetunt, non deteriorum conspicere, sed meliorum exempla debuerant. Idcirco ergo peccatores se esse non intelligunt, quia homines non attendunt. De hoc ergo pœnitente, qui idcirco bonorum exempla considerat, ut sibimetipsi quantum a bono recessit, innotescat, bene dicitur, Respiciet homines, & dicet, Peccaui.

26 IDEM inquit: Si sanctorum opera inspicimus, cor nostrum torpore non constringitur, dum imitatione prouocatur. Vnde bene ad Moysen dicitur, In altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos subijciens mane ligna per singulos dies. Altare quippe Dei est cor nostrum, in quo iubetur ignis semper ardere, quia necesse est ex illo ad Dominum charitatis flammam indesinenter accendere. Sacerdos in altari ignem nutriens, quotidie ligna subiiciat, idest, fidelis quisque ne in eo charitatis flamma deficiat, in corde suo exempla præcedentium patrum congerere non desistat. Quia etenim interna nouitas nostra ipsa quotidie huius uitæ conuersatione ueterascit, iste ignis adhibitis lignis nutriendus est, vt dum per usum se nostræ uetustatis extenuat, per patrum exempla reuiuiscat. *Infra*: Quod autem præcedentium exemplis adiuti de huius uitæ profundo liberamur; bene etiam per Prophetam Hieremiam in puteum missum signatum est, qui ut leuetur ex puteo funes ad eum, & panni ueteres deponuntur. Quid enim funibus, nisi præcepta dominica figurantur? Quæ quia nos in mala operatione positos, & conuincunt, & eripiunt, quasi ligant, & trahunt, coarctant & leuant. Sed ne ligatus his funibus, dum trahitur, incidatur; simul etiam panni ueteres deponuntor, quia ne præcepta diuina nos terreant antiquorum patrum nos exempla confortant, & ex eorum comparatione facere nos posse præsumimus, quod ex nostra imbecillitate formidamus. Si ergo leuari de hoc profundo festinamus, ligemur funibus, idest præceptis dominicis astringamur. Intersint etiam panni ueteres, cum quibus melius

teneant-

Lib.25. Moral. cap.7. Leuit. 6.

Hier. 38.

27

teneantur funes, ideſt præcedentium confortemur exemplis, nec infirmos nos, ac timidos præcepta ſubtilia vulnerent dum leuant. Quaſi quoſdam pannos veteres Apoſtolus ſubiungebat, cum leuandis diſcipulis ſuis præceptis ſpiritualibus, exempla veterum commodaret dicens, Iuſti ludibria, & verbera experti inſuper, & vincula, & carceres, lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt. Et paulo poſt: Tantam ergo habentes interpoſitam nubem teſtium deponentes omne pondus, & circumſtans nos peccatum, per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen. Et iterum: Mementote præpoſitorum veſtrorum, qui vobis locuti ſunt verbum Dei, quorum intuentes exitum conuerſationis, imitamini fidem. Superius videlicet dum ſpiritalia præcepta loqueretur, quaſi funes miſerat; poſtmodum vero memorans exempla maiorum quaſi veteres pannos adhibebat.

Heb. 11.

Heb. 12.

Heb. 13.

28 Lib. 28. Moral. cap. 6.

IDEM explicans illa verba Iob capite 38. Quis tetendit ſuper eam lineam, ait: Super hanc terram linea tenditur, quando electæ vnicuique animæ ad ſumendam bene viuendi regulam patrum præcedentium exempla monſtrantur, vt ex illorum vita conſideret, quid in ſuis actibus ſeruet, quatenus reſpecto iuſti limitis tramite, nec infra minima negligens deficiat, nec vltra maxima ſuperbiens tendat, nec minus conetur explere, quam ſufficit, nec plus arripiat, quàm accepit, ne aut ad menſuram quàm debet, non perueniat, aut eandem menſuram deferens extra limitem cadat. Vt ergo huius terræ menſura ſeruetur ſuper eam diuinitus linea tenditur, quia vt noſtra opera, uel minora proficiant, vel maiora moderentur ſubtilis ante nos ſanctorum vita expanditur, & quid nobis quantumque agendum ſit, oſtenſa illorum diſcretione definitur.

29 Hom. 5. in Ezech. to. 2

IDEM explicans verba illa: Et ſimilitudo animalium, & aſpectus eorum quaſi carbonum ignis ardentium, & quaſi aſpectus lampadarum, ſic habet: Aſpectus animalium carbonibus ignis ardentibus, atque lampadibus comparatur. Quiſquis enim carbonem tangit accenditur, quia qui ſancto viro adhæret ex eius aſſiduitate viſionis, vſu locutionis, exemplo operis, accipit vt accendatur in amorem veritatis, peccatorum ſuorum tenebras fugat, in deſiderio lucis exardeſcit, vt iam per verum amorem ardeat, qui prius in iniquitate tantum mortuus, quantum frigidus iacebat. Longe lateque iuſtus, vt lampas lucet, & qui bona eius audiunt, quia per hæc ad amorem cæleſtium ſurgunt, in eo quòd ſe per bona opera exhibent, quaſi ex lampadis lumine reſplendent. Quia ergo ſancti viri quoſdam iuxta ſe poſitos quaſi tangendo ad amorem patriæ cæleſtis accendunt, carbones ſunt. Quia vero quibuſdam longe poſitis lucent eorum itinera, ne in peccati ſui tenebras corruant lampades ſiunt. Hoc vero inter carbones, & lampades diſtat, quòd carbones ardent quidem, ſed eius loci, in quo iacuerint tenebras non expellunt. Lampades autem, quia magno flammarum lumine reſplendent, diffuſas circumquaque tenebras fugant. Qua ex re notandum eſt, quia ſunt plerique ſanctorum, ita ſimplices & occulti, ſeſeque in locis minoribus ſub magno ſilentio contegentes, vt vix eorum vita ab alijs poſſit agnoſci. Quid itaque iſti, niſi carbones ſunt? Qui etſi per feruorem ſpiritus ardorem habent; tamen exempli flammam non habent, ſibimetipſis quidem accenſi ſunt, ſed aliis in exemplo luminis non ſunt. Hi autem qui & exempla virtutum prærogant, & lumen boni operis per vitam, & verbum errantibus demonſtrant iure lampades appellantur, quia & per ardorem deſiderij, & per flammam verbi a peccatorum cordibus erroris tenebras expellunt. Qui igitur in occulto bene viuit, ſed alieno profectui minime proficit, carbo eſt. Qui vero in imitatione ſanctitatis poſitus lumen ex ſe rectitudinis multis demonſtrat, lampas eſt, quia & ſibi ardet, & alijs lucet.

30 Hom. 10. in Ezech.

IDEM exponens illa verba Ezech. cap. 3. Et audiui vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram, ait: Viciſſim ſe alis ſuis animalia feriunt, quia omnes ſancti ſeinuicem ſuis virtutibus tangunt, & ſeſe ad profectum excitant ex conſideratione virtutis alienæ. Non enim vni dantur omnia, ne in ſuperbiam elatus cadat. Sed huic datur quod tibi non datur, & tibi datur quod illi denegatur, vt dum iuſte conſiderat bonum quod habes, & ipſe non habet, te ſibi in cogitatione præferat. Et rurſum dum tu habere illum conſpicis, quod ipſe non habes, te illi in tua cogitatione poſtponas, & fiat quod ſcriptum es, Superiores inuicem arbitrantes. *Phil. 2.* *Infra*: Inter hæc ſciendum eſt, quia ſicut electi quique hoc ſemper in aliis attendunt, quod a Deo melius acceperunt, quàm ipſi, vt eos ſibi in cogitatione præferant, ſeque illis in humilitate ſubſternant: ita reproborum mens numquam conſiderat, quid alter boni amplius, quàm ipſe, ſed quid boni ipſe amplius, quàm alter habet. Neque enim penſant, quæ bona ſpiritus alter acceperit, & ipſis deſint, ſed quæ bona ipſi, & quæ mala adſint alteri, & numquam perpendere ſtudent, quanta bona alij habeant, & ipſi non habeant. Si ergo vos in illis accepta bona perpenditis, & illi in vobis conſiderant bona quæ habetis, viciſſim vos alis tangitis, vt excitati ſemper ad cæleſtia voletis.

31 Lib. 4. in c. 10. primi libri Regū.

IDEM ſic habet: Cum bene proficere in ſancta conuerſatione volumus neceſſarium nobis eſt, vt electorum plurimorum nobis exempla colligamus. Nam & apes componere mella nequeunt, ſi ea in floribus varijs nequam legunt. Bene ergo Saul a variis aliis ad alios

alios peruenit, quia exempla ſanctorum quo copioſius cernimus, melius edocemur. Flores quippe æternorum fructuum ſunt opera ſanctorum, quæ dum ſuperni amoris rore perfunduntur ex eis carpimus, vnde ad noſtram doctrinam, & ad aliorum vtilitatem repleamur. Inde etenim abit, & vltra tranſit Saul, quando homo per electorum exempla proficit, & a conſpecta virtute vnius, ad explorandam alterius conuerſationem vadit.

32 Serm. 21. in Cant.

BERNARDVS explicans verba illa Canticorum 1. Trahe me poſt te, in odorem vnguentorum tuorum curremus, inquit: Trahe torpentem, vt reddas currentem. Erit quando non indigebo tractore, quoniam voluntarie, & cum omni alacritate curremus. Non curram ego ſola, etſi ſolam me trahi petierim, current & adoleſcentulæ mecum. Curremus pariter, curremus ſimul, ego odore vnguentorum tuorum, illę meo excitatæ exemplo. Habet ſponſa imitatores ſui, ſicut & ipſa eſt Chriſti. Et ideo non ſingulariter ait, curram, ſed curremus.

33 Lib. 1. officiorum ca. 41. to. 4.

AMBROSIVS ſic dicit: In conuerſationibus adiungamur probatiſſimis quibuſque ſenioribus, namque vt æqualium vſus dulcior, ita ſenum tutior eſt, qui magiſterio quodam, & ductu vitæ colorat mores adoleſcentium, & velut murice probitatis. Inficit namque ſi hi qui ſunt ignari locorum cum ſolertibus viarum iter adoriri geſtiunt; quanto magis adoleſcentes cum ſenibus debent nouum ſibi iter vitæ aggredi, quo minus errare poſſint, & a vero tramite virtutis deflectere? Nihil enim pulchrius, quàm eoſdem, & magiſtros vitæ, & teſtes habere &c.

34 Lib. 2. officiorū cap. 29.

IDEM ſic dicit: Forma eſſe debemus, ceteris non ſolum in opere, ſed etiam in ſermone, in caſtitate, in fide, quales haberi volumus, tales ſimus, & qualem affectum habemus, talem aperiamus, neque dicamus in corde noſtro verbum iniquum, quod abſcondi putemus ſilentio ab eo, qui audit in occulto dicta, qui occulta facit, & cognoſcit ſecreta viſcerum, qui ſenſum virtutibus infundit. Ergo tamquam ſub oculis conſtituti iudicis, quidquid gerimus in luce poſitum putemus, vt omnibus manifeſtetur &c. *In cap. 20. Hortatur adoleſcentes, vt ſapientes viros ſequantur, & ſic ait:* Oſtendunt adoleſcentes eorum ſe imitatores eſſe, quibus adhæſerint, & ea conualeſcit opinio, quòd ab his viuendi acceperint ſimilitudinem, cum quibus conuerſandi hauſerint cupiditatem. Inde tantus Ieſus Naue, quòd eum non ſolum erudiuit ad legis ſcientiam Moyſi copula, verum etiam ſanctificauit ad gratiam. Denique cum in eius tabernaculum diuina præfulgeret præſentia ſolus erat in tabernaculo Ieſus Naue, Moyſes cum Deo loquebatur, Ieſus pariter nube ſacra tegebatur &c. Vnde factum eſt, vt qui fuerat ſocius conuerſationis fieret ſucceſſor poteſtatis. Merito virtutis huiuſmodi euaſit, vt ſiſteret fluminum curſus; diceret; Stet ſol & ſtaret &c. Pulcherrima itaque copula ſeniorum, atque adoleſcentum, alij teſtimonio, alii ſolatio ſunt, alij magiſterio, alii delectationi. Adhæſit Loth adoleſcentulus Abrahæ, Eliæ Eliſeus, qui iunior fuit, Barnabas in Actibus Apoſtolorum Marcum aſſumpſit, Paulus Silam, Timotheum, & Titum &c.

35 Serm. 10. ſu per Pſ. 118. to. 5.

IDEM ſuper illud: Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur, ſic ait: Multis iuſtus grauis eſt cum videtur, in Euangelio enim plerique Dominum Ieſum videre non poterant, ſicut Geraſeni rogabant eum, vt abiret de regionibus eorum, & alii ei tranſitum denegabant, quando per eos tranſire volebat, qui vero videt iuſtum, & gaudet, & ipſe vult eſſe iuſtus; eſt enim inſitum bonis, vt caſtum pudicus, prudentem ſapiens affectu pio diligat, & virtutes ſuas in aliis amet, pleriſque enim iuſti aſpectus admonitio correctionis eſt, perfectioribus vero lætitia eſt. Quàm pulchrum ergo ſi videaris, & proſis? Propterea enim Paulus Apoſtolus aſcendit Hieroſolymã, vt iuſtos videret, & cum Petro manſit diebus quindecim, vt ex eius aliquid cohabitatione proficeret. Propterea etiam Paulus, & Barnabas cum Hieroſolymam ingrederentur magnifice excipiebantur ab Eccleſia, ab Apoſtolis, a maioribus natu, cum autem abire vellent, ne diſcederent, rogabantur; & vt poſtea de Paulo legimus, cum lachrymis deducebatur. Nam ſi eſt tanta vis in naturalibus, vt animal viſum profit ictericis, ita ut mortui quoque cornu eius animantis prodeſſe dicatur, ſi fuerit demonſtratus his, qui in huiuſmodi inciderint paſſionem, dubitare poſſumus, quòd iuſti ſanet aſpectus? Ergo vile animal irrationabile tantam uirtutem habet, ut ſanare poſſit hominem momento exiguo, quòd uideatur homo iuſtus, ſi tamen cum fide ab eo conſpiciatur, qui utilitatem ab eo percipere deſiderat, nihil confert? Num uel ipſi oculorum radii uirtutem quandam uidentur infundere, his qui fideliter eum uidere deſiderant? Sed quemadmodum iuſtus lætificat cor innocentium, cum uidetur, ita & improbi iuſtorum cognitione torquentur, quia uel tacitis ſanctorum moribus arguuntur. Torquet caſtitas incontinentiam, auaritiam liberalitas, impietatem fides. De hoc quoque parile uilis animantis ſumamus exemplum; nam ſicut prodeſſe diximus mutum animal, cum uidetur, ita obeſſe percipimus lupum, ſi aliquem uidendum præuenerit; uocem enim feruntur amittere, quos prius lupus uiderit: Baſiliſcus quoque ſi quodcumque prior uiderit animal fertur occidere, ipſe quoque ſerpens mori dicitur, ſi fuerit hominis præuentus aſpectu, ergo ſi tanta uirtus in oculis ſerpentis, uel in oculis eſt hominis, ut ſi alter alterum prior uiderit, poſſit occidere, non eſt uirtus in oculis iuſti, qui repletus uirtutis eſt gratia; cum præſertim tantum operetur fides, ut & illa quæ fimbriam

Gal. 1. *Act. 5.*

37 36

37 briam Domini tetigit, ſanaretur, & ille cui intendit Dominus Ieſus, ſtatim ex eius oculis
Matt. 9. gratiam ſanitatis hauriret? Sed qui uidet iuſtum, debet ſcire quid uideat, non illum uidet in corpore, non in ueſtimento, non in patrimonio, non in uultu, ſed intus uidet eius mentem, eius ſermonem attendit. Tunc igitur lætabitur, cum iſta proſpexerit, ergo & nos ſicubi audimus, iuſtum, feſtinemus uidere, ſicut illa mulier, quæ audiuit in domo Phariſæi diſcumbere Dominum Ieſum, &c. Pretioſum eſt uidere uirum iuſtum, ut uideas eum ſecundum imaginem Dei, & ſi uides pauperem illum, ad cuius ſimilitudinem factus eſt, honora in paupere; ipſe enim ait, Quod uni eorum feciſtis, mihi feciſtis, qui enim honorat imaginem Imperatoris, utique illum honorat, & qui ſtatuam contempſerit Imperatoris, Imperatori utique feciſſe uidetur iniuriam. Vides ergo quia inter multas Chriſti imagines ambulamus? Caueamus ne coronam imagini detrahere uideamur, quam unicuique Chriſtus impoſuit, ſed quod peius eſt, non ſolum non honeſtamus pauperes, ſed etiam dehoneſtamus, perſequimur & Dei imagini congregamus iniurias &c.

Finis Libri Quinti.

LIBER SEXTVS
LOCORVM COMMVNIVM AD CONCIONES.

Fames animæ in bonam & in malam partem, accipitur in ſacra Scriptura, ſicut & ſitis.
Caput Primum.

1 Hom. 11 in Exod. to. 1. ORIGENES explicans illa verba Exodi cap. 17. Sitiuit ibi populus præ aquę penuria, vbi Origenes legit, Sitijt ibi populus aquam, & ait: Videatur fortaſſe ex ſuperfluo dictum, quod dixit, Quia aquã ſitiuit populus, ſuffecerat enim dicere, quia ſitijt, quid opus fuit dicere, aquã ſitijt? Non eſt ſuperflua adiectio. Sunt enim diuerſæ ſites, & vnuſquiſque habet propriam ſitim. Qui beati ſunt ſecundum verbum Domini eſuriunt, & iuſtitiã ſitiunt; & alii nihilominus dicunt, Sitiuit anima mea ad te Deus. Qui vero peccatores ſunt, patiuntur non ſitim aquæ, neque famem panis, ſed ſitim audiendi verbũ Dei. Idcirco igitur, & hic addit, quia populus ſitiit aquam, qui debuit Deum ſitire, qui debuit ſitire iuſtitiam.

2 Epiſt. 1. quę eſt ad Demetriadem virginẽ to. 3. HIERONYMVS ſic habet: An ſola ſtudioſa vita eſt, quæ certamen non habeat de profectu, & in qua vnuſquiſque hoc tantum debeat permanere, quod cœpit, nec vllo augmenti deſiderio ad maiora contẽdat? Et cum in omnibus mundi ſtudiis profectu non ſatientur homines, hic tantum cœpiſſe ſufficiet? Feruentiſſimi in terrenis, frigidiſſimi in cæleſtibus ſumus. Cõſiderare pudet quantus ſit feruor in ſæculo, qua cura ſingula quæque ſtudia hominũ quotidie ad perfectiora nitantur. Diuitiarum amor expleri neſcit, honorũ cupido inſatiabilis eſt. Celerem habituræ res finẽ, ſine fine quæruntur. Nos diuinam ſapientiã, cæleſtes diuitias, immortales honores pigra quadã diſſimulatione negligimus, & ſpiritales diuitias, aut ne attingimus quidẽ, aut ſi leuiter deguſtauerimus, continuo nos putamus eſſe ſatiatos. Aliter nos diuina ſapientia ad ſuas inuitat epulas. Qui edit me, inquit, adhuc eſuriet, & qui bibit me adhuc ſitiet. Nullus vnquã talibus expletur epulis, nec aliquãdo patitur de ſatietate faſtidium. Tanto vnuſquiſque capacior, tanto auidior erit, quanto inde plus hauſerit Dominus in Euangslio, Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiã, quoniam ipſi ſaturabuntur. Vult enim eſurire nos hic ſemper, ac ſitire iuſtitiã, vt in futuro iuſtitiæ retributione ſatiemur. Conſideranda vis ipſa verborum eſt, & ita nobis deſideranda eſt iuſtitia, vt in fame vel ſiti cibus deſideretur ac potus. *Eccli. 2.*

3 Lib. 3. in c. 8. Amos. to. 5. IDEM explicans verba illa: Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & emittam famem ſuper terrã, nõ famem panis, neque ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Domini, ſic ait: Vetus narrat hiſtoria, tam Latina, quam Græca, & omnium gentium barbararũ nihil fame durius, quæ ſæpe cõpellit obſeſſos humanis ueſci carnibus, & in ſuã ſæuire naturã; ita vt nec parentes paruulis parcant filiis, & maritalis affectus dudũ amatæ vxoris mẽbra dilaceret. Si hoc facit fames corporũ quid de fame dicendum eſt animarum? Et iuncta fami ardẽtiſſima ſitis non habentiũ panem, qui de cælo deſcendit, & eas aquas, quæ de Ieſu ventre manarunt, qui verbum Dei non valẽt inuenire. *Infra*: In die illa deficient virgines pulchræ, & adoleſcentes in ſiti. *Infra*: Mittit autem Dominus famem in terrã ſuper eos, qui terrena ſapiunt, & famem nõ panis, ſitimq. nõ aquæ, ſed audiẽdi verbũ Domini, quãdo propter peccata

populi doctrina defecit in ecclesiis. In illo tẽpore deficient animę virginales, quas incorruptas Apostolus nominat, deficient autẽ, quia verbum Domini nõ inueniẽt. Ex quo intelligimus quando doctrina non fuerit in ecclesiis, perire pudicitiam, castitatẽ mori, & omnes abire virtutes, quia non comederunt verbũ Domini, quod qui comederit saginatus eius cibo audiet per Salomonẽ, Iustus comedens saturat animam suam; animæ autem impiorum esurient. Et Dauid: Iuuenis fui etenim senui, & non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. Quanti martyres in persecutionibus perierunt fame, & indiguerunt corporis alimento? Ergo de eo dicit pane, qui de cælo descendit, quem qui comederit, nec esurire poterit, nec sitire.

Prou. 13. *Psal. 36.*

4 IDEM exponens illa verba: Os impiorum deuorat iniquitatem, sic ait: Sicut famelicus refici cibis desiderat, ita impius vt iniquitatis executione satietur ardenter exquirit.

Lib. 2. in c. 19. Prouerbiorũ to. 7.

5 IDEM explicans de gẽtibus verba illa: Qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiæ in operationẽ immunditiæ omnis in auaritia, inquit: Vtinã peccasse sufficeret, & vel sero agerent pœnitudinẽ, damnarentq. vitia, in quibus iugiter inhiarunt, esset remediũ resipiscere post errorẽ. Nunc vero desperantes, & se in ritũ irrationabilium bestiarũ cæno, voraginiq. mergentes tradiderunt impudicitiæ, atque luxuriæ, operantes quicquid corpus voluit, mens desiderauit, libido suggessit. Et cũ nihil omnino prætermiserint, quod immundum sit, hoc totũ fecere in auaritia, dum numquam luxuriando satiantur, nec terminum eorum habet voluptas.

Lib. 2. in cap. 4. epist. ad Ephesios. to. 6.

6 AVGVSTINVS explicans illa verba: Vt eruat a morte animas eorũ, & alat eos in fame, sic habet: Tẽpus famis est modo, tẽpus saturitatis post erit. Qui nos in fame huius corruptionis nõ deserit, immortales factos quomodo satiabit? Sed quãdiu est tẽpus famis, tolerãdum est, perseuerandum est, neque in finẽ. Propter peregrinationis tolerantiam, quamdiu fames est, expectemus in via refici, ne deficiamus.

Cõcione 2. in Psal. 32. to. 8.

7 IDEM exponens illa verba: Famem patientur vt canes, sic habet: Male saturatus erat ille, qui dicebat, Ieiuno bis in sabbato, ille autẽ publicanus canis erat famẽ patiens, & inde beneficium Domini esuriebat, cum dicebat, Propitius esto mihi peccatori. Conuertantur ergo Iudæi ad vesperam, & famem patientur vt canes, desiderent gratiam Dei, intelligant se peccatores. Fortes illi fiant infirmi, diuites illi fiant pauperes, iusti illi agnoscant se peccatores, leones illi canes fiant.

In Psal. 58. *Luc. 16.*

8 IDEM explicans titulum huius Psalmi ipsi Dauid, Cum esset in deserto Idumææ. Per Idumæam ait, intelligitur sęculum istud, vita ista, vbi patimur tantos labores, & vbi tantis necessitatibus subditi sumus. Et hoc est desertum, vbi multum sititur, & audituri estis vocem modo sitientis in deserto. Si autem cognoscamus nos sitientes, cognoscemus nos & bibẽtes, quia qui sitit in isto sæculo, in futuro sæculo satiabitur dicente Domino, Beati qui esuriunt & sitiũt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Ergo in hoc sæculo non debemus quasi amare saginam. Hic sitiendum est, alibi saginabimur. Modo autem vt non deficiamus in isto deserto aspergit nobis rorem verbi sui, & nos non dimittet prorsus arescere, sed faciet vt sic sitiamus, vt bibamus. Vt autẽ bibamus aliqua gratia eius aspergimur, tamen sitimus. Ideo ait: *Infra*: sitiuit tibi anima mea. Videte quomodo in isto deserto sitit, sed videte quid hic bonum est, Sitiuit tibi, sunt enim qui sitiunt, sed non Deo. Omnis qui sibi vult aliquid præstari, in ardore est desiderii, ipsum desideriũ sitis est animæ. Et videte quanta desideria sint cordibus hominum, alius desiderat argentum, alius desiderat possessiones, alius desiderat hereditates, alius amplam peculiam, alius amplam domum, alius multa pecora, alius vxorẽ, alius honores, alius filios. Videtis desideria ista, quomodo ardent in cordibus hominum. Ardent omnes homines desiderio, & vix inuenitur qui dicat, Sitiuit tibi anima mea. Sitiunt enim homines sæculo, & non se intelligunt in deserto esse Idumææ, vbi debet sitire anima ipsorum Deo. Dicamus ergo nos, sitiuit tibi anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea, quàm multipliciter tibi caro mea. Parũ est quia sitiuit anima mea, sitiuit & caro mea. Porro si anima sitit Deo, quomodo & caro sitit Deo? Quando enim caro sitit, aquam sitit, quando anima sitit, fontẽ sapiẽtiæ sitit. De ipso fonte inebriantur animæ nostræ, sicut dicit alius Psalmus, Inebriabũtur ab vbertate domus tuæ, & torrente deliciarum tuarũ potabis eos. Sitienda ergo sapientia, sitienda est iustitia. Nõ ea satiabimur, non ea implebimur, nisi cum fuerit finita vita ista, & venerimus ad illud, quod promisit Deus. Promisit enim Deus æqualitatẽ angelorũ, & modo angeli non sitiunt, quomodo nos, non esuriunt, quomodo nos, sed habent sagi nam veritatis, lucis immortalis sapiẽtiæ. Modo ergo sitiat anima nostra, vnde & caro nostra sitit. Sitit resurrectionẽ, sitit incorruptionem. *Infra*: In ista Idumæa, in isto deserto, quàm multipliciter laborat, tam multipliciter fatigatur, tam multipliciter illam infatigabilem incorruptionem. In terra deserta sine via, & sine aqua, sic in sancto apparui tibi. Primo sitiuit anima mea, & caro mea multipliciter tibi in deserto, & in terra sine via, & sine aqua, & sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuã. Nisi quis primo sitiat in isto deserto, idest in malo, in quo est, numquam peruenit ad bonum, quod est Deus.

Psal. 31. *Matt. 5.*

9 IDEM explicans illa uerba: Pauperes eius saturabo panibus, sic habet: Simus pauperes, & tũc saturabimur. Multi præsumentes de sæculo, & superbi christiani sunt, adorãt Christum, sed non saturantur; saturati enim sunt, & abundant in superbia sua, de talibus dicitur, Opprobrium abundantibus, & despectio superbis? Isti abundant, & ideo manducant, sed non saturantur. Et quid de illis dictum est in Psalmo? Manducauerunt, & adorauerũt omnes diuites plebis. Adorant Christum, venerantur Christũ, supplicant Christo, sed non saturantur sapientia & iustitia ipsius. Quare? Quia non sunt pauperes. Pauperes autem, idest humiles corde, quanto plus esuriunt, tanto plus manducant; tanto autem plus esuriunt, quanto a sæculo inanes sunt. Qui plenus est, quicquid illi daturus es, respuit, quia plenus est. Da mihi esurientem, da mihi de quibus dictũ est, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabũtur, & erunt hi pauperes, de quibus modo dicit, & pauperes eius saturabo panibus, quia & in alio Psalmo vbi dictum est, Manducauerunt & adorauerunt omnes diuites plebis, dictum est illic, & de pauperibus, Edent pauperes & saturabuntur. Vbi dictum est, Manducauerunt & adorauerunt omnes diuites plebis, ibi dictum est, Edent pauperes & saturabuntur. Quare quando diuites dicti sunt adorasse, saturati non dicti sunt, quando autem pauperes dicti sunt, saturati dicti sunt? Et vnde saturati? Hæc saturitas, fratres, qualis est? Deus ipse est panis, Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. Estote ergo pauperes, non sit auxilium vestrum nisi in vno Deo.

Matt. 5. *Ioan. 6.*

10 IDEM explicans illa verba: Et adipe frumenti satiat te, inquit: Transiit fames, & sitis iustitiæ, succedit saturitas. Qui ibi erit adeps frumenti, nisi panis ille, qui descendit de cælo ad nos?

In Ps. 147.

11 GREGORIVS sic habet: Hoc distare fratres charissimi inter delicias corporis, & cordis solet, quòd corporales deliciæ cum non habentur, graue in se desiderium accendunt; cum vero auide eduntur, comedẽtem, protinus in fastidium per satietatem vertunt. At contra spiritales deliciæ, cum non habentur in fastidio sunt, cum vero habentur in desiderio, tantoq. a comedente amplius esuriuntur, quãto & ab esuriente amplius comeduntur. In illis appetitus placet, experientia displicet, in istis appetitus vilis est, & experientia magis placet. In illis appetitus saturitatem, saturitas fastidium generat, in istis autem appetitus saturitatem, saturitas appetitum parit. Augent enim spiritales deliciæ desiderium in mente dum satiant, quia quanto magis earum sapor percipitur, eo amplius cognoscitur, quod auidius ametur. Et idcirco non habitæ amari nõ possunt, quia earum sapor ignoratur. Quapropter Psalmista nos admonet dicens, Gustate & videte quoniam suauis est Dominus. Ac si aperte dicat, suauitatem eius non cognoscitis, si hanc minime gustatis. Has delicias homo tunc amisit cum in paradiso peccauit, extra exijt, os a cibo æternæ dulcedinis clausit. Vnde nos quoque nati in huius peregrinationis ærumna huc fastidiosi iam venimus, nescimus quid desiderare debeamus. Tantoq. se amplius fastidij nostri morbus exaggerat, quanto se magis ab esu illius dulcedinis animus elongat. Et eo iam internas delicias appetit, quo eas comedere diu, longeq. desueuit. Fastidio ergo nostro tabescimus, & longa inediæ peste fatigamur. Et quia gustare intus nolumus paratam dulcedinem, amamus foris, miseri famem nostram.

Ps. 33.

12 BERNARDVS inquit: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Facta est valida fames in terra, & omnes iam nos egere cœpimus, sed ad extremam iam venimus egestatem. Denique comparati iumentis insipientibus etiam porcorum siliquas insatiabiliter esurimus. Qui pecuniam diligit non satiatur, qui luxuriam diligit non satiatur, qui gloriam quærit non satiatur, qui mundum amat numquam satiatur. Noui ego homines satiatos hoc mũdo, & ad eius omnem memoriam nauseantes. Noui satiatos pecunia, & satiatos honoribus, satiatos voluptatibus, & curiositatibus huius mundi, nec mediocriter, sed vsque ad fastidium satiatos. Et facile est cuique nostrum hanc satietatem per Dei gratiam obtinere, neque enim parit hanc copia, sed contemptus. Sic fatui filij Adam porcorum uorando siliquas, nõ esuriente s animas, sed esuriem ipsam pascitis animarum. Sola nimirum hoc edulio inedia vestra nutritur, sola fames alitur cibo innaturali, Quis in vobis est fratres, qui satiari cupiat, & desiderium suum oportet impleri? Incipiat esurire iustitiam, & non poterit non satiari. Panes illos desideret, qui in domo Patris abundant, & inueniet sese continuo siliquas fastidire porcorum. Gustum iustitiæ, vel exiguum studeat experiri, vt eo ipso desideret amplius, & amplius mereatur, sicut scriptum est, Qui edunt me adhuc esurient, & qui bibunt me adhuc sitient.

13 In sermonibus variis serm. 22.

Eccli. 24.

Festi dies colendi sunt, & qua ratione, Iudæorum autem, & festa, & sacrificia spiritaliter tractanda. Cap. II.

ORIGENES sic ait: Habeat in se anima defixum altare, in quo orationum hostias, & misericordiæ victimas offerat Deo. In quo continentiæ cultro superbiam, quasi taurum immolet, iracundiam quasi arietem iugulet, luxuriam, omnemq. libidinem tamquam hircos & hædos litet.

1 Homil. 9. In Exo. to. 1

IDEM inquit: Anima quæ neque vitulum habet, neque ouem &c. Similam tantum habet ex ipsa panes azymos offert ex ipsa in sartagine opus factum, vel in craticula oleo permixtum. Videtur mihi hæc, quæ anima appellata est homo ille, quem Paulus animalem hominem nominat, intelligendus, qui etiam si peccatis non vrgeatur, nec sit præceps ad vitia, non tamen habet aliquid in se spirituale. Sic enim de ipso Paulus ait: Animalis homo non percipit ea, quę sunt spiritus Dei; stultitia enim est illi, & non potest intelligere, quia spiritaliter diiudicatur, spiritalis autem examinat omnia. Iste ergo qui animæ nominatur, offert solam similam, & panes azymos, idest, commu-

2 Hom. 2. in Leuit.

nem hanc vitam. Verbi gratia. In agricultura, aut in natisgando, aut in aliquibus communis vitæ vsibus posita; offert tamen etiam ipsa munus Deo. Secundo in loco, primitiarum, ideſt de initiis fruguum mandatur oblatio. Quòd ſi bene meminiſtis in die Pentecoſtes fieri lex iubet. In quo illis vmbra data eſt, nobis autem veritas reſeruata eſt. In die enim Pentecoſtes oblato orationum ſacrificio, primitias aduenientis ſancti Spiritus Apoſtolorum ſuſcepit Eccleſia. Et vere hæc fuerunt recentia, quia erat nouum, vnde & muſto repleti dicebantur. Igni toſta, igneæ iamque linguæ ſupra ſingulos cõſederunt. Et medio fracta; frangebantur enim media cum littera ſeparabatur a ſpiritu. Et bene purgata, purgat enim omnes ſordes præſentia ſancti Spiritus remiſſionem tribuens peccatorum. Oleum quoque miſericordiæ huic ſacrificio infunditur, & thus ſuauitatis, per quod Chriſti bonus odor efficimur.

3 Hom. 5. in c. 7. Leuit. IDEM ait: Ille in cõſpectu Domini offert ſacrificium, qui non exiit a conſpectu Domini, ſicut Cain, & effectus eſt timens, ac tremens. Si quis ergo eſt, qui habet fiduciam adſtare in conſpectu Domini, & non fugit a facie eius, nec aſpectum eius peccati conſcientia declinat, iſte in conſpectu Domini offert ſacrificium. Hoſtia pro peccato Chriſtus Dominus eſt, & idem ipſe ſacerdos eſt, qui peccata populi comedit, & conſumit. Quomodo edit peccata populi? Audi Prophetam dicentẽ, Deus noſter ignis conſumens eſt, conſumens inquam noſtra peccata, illa deuorat, illa purgat, ſecundum quod alibi *Malac. 3.* dicit, Et purgabo te igni ad purum. Ipſe peccata noſtra ſuſcepit, & in ſemetipſo ea tamquã ignis comedit, & abſumit. Sic denique e contrario eos, qui permanent in peccatis, mors dicitur deglutiſſe, ſicut ſcriptum eſt. Deglutiuit mors prævalens. Hoc puto eſſe, quod Saluator in Euangelio dicebat? Ignem veni mittere in terram, & quid volo, niſi vt accendatur? Atque vtinam & mea terra accendatur igne diuino, vt vltra non offerat ſpinas, ac tribulos. Sic intelligere debes, & id quod ſcriptum eſt, *Deut. 32.* Ignis accenſus eſt in furore meo, deuorabitque terram cum germine ſuo. *Infra*: Similiter iubentur adipes arietis, ij qui circa renes ſunt, & ij, qui interiora operiunt imponi ſuper altare, vt & tu qui hæc audis, ſcias omne quod eſt intra te craſſius, & operit interiora tua, & dicas ſicut Dauid aiebat, Benedic *Pſal. 102.* anima mea Dominum, & omnia interiora mea nomen ſanctum eius. Niſi enim ablata fuerit craſſitudo tua illa, quæ tegit interiora tua, non poſſunt ſubtilem, & ſpiritalem capere ſenſum, & Dominum laudare non poſſunt. Quod ſi ablatum fuerit omne quod pingue eſt de renibus, & de omnibus interioribus viſcerum, tunc vere purgatus omni vitio libidinis iugulaſti hoſtiam pro delicto, & obtuliſti ſacrificium Deo in odorem ſuauitatis.

4 Homil. 23. in cap. 28. Numer. IDEM ſic habet: Perierunt omnes feſtiuitates Iudæorum, & dies ſolemnes, quoniam in loco ſancto, & in die feſtiuitatis Dominum meum Ieſum Chriſtum occiderũt, & propterea dicit ad eos. Neomenias veſtras, & ſabbata, & feſtiuitates veſtras odiuit anima mea. Hic quidem vbi de muneribus mãdatur, vbi adhuc peccata non ſunt, dies feſtos meos dicit. Vbi autem peccatum eſt, non meos, ſed ueſtros dies dicit Dominus. Quia feſtorum leges habemus in manibus, requiramus diligentius quis ſit ordo feſtiuitatum, vt ex ipſis ordinibus, & ſacrificiorum ritu colligere poſſimus, qualiter vnuſquiſque ex ſuis actibus, & conuerſationibus ſanctis Deo feſtiuitatem poſſit parare. Prima ergo eſt feſtiuitas Dei, quæ appellatur indefinẽs; de ijs enim mandatur, quæ indefinenter, & ſine vlla prorſum interruptione matutinis, & veſpertinis ſacrificiis offeruntur. Hanc primam poſuit, in qua ſacrificium indefinens mandãt offerri. Quòd ſcilicet agnoſcat quiſquis ille vult eſſe perfectus, & ſanctus, quia non aliquando quidem agenda eſt Deo; aliquando vero non agenda feſtiuitas, ſed ſemper, & indefinenter iuſtus agere debet diem feſtum. Sacrificium namque quod indefinenter, & in matutinis, & in veſpertinis mandatur offerri, hoc indicatur, vt in lege, ac Prophetis, quæ matutinum tempus oſtendunt, & in Euangelica doctrina, ideſt in veſpertinum, quæ veſperam mundi Saluatoris oſtendit aduentum indefinenti intentione perſiſtat. Has ergo feſtiuitates Dominus dicit, & obſeruabitis dies feſtos meos. Dies ergo feſtus eſt Domini, ſi & *Pſal. 146.* 5 ſacrificium indefinens offeramus, ſi ſine intermiſſione oremus, ita ut aſcendat oratio noſtra, ſicut incenſum in conſpectu eius mane, & eleuatio manuum noſtrarum fiat ei ſacrificium veſpertinum. Eſt igitur prima ſolemnitas ſacrificii indefinentis, quæ a cultoribus Euangelii, eo modo quo diximus, debet expleri. Sed quoniam (ſicut propheticus ſermo perdocuit) dies feſti peccatorum conuertuntur in luctum, & cantica eorum in planctum; certum eſt, quia qui peccat, & agit diem peccati, agere non poteſt diem feſtum. Et ideo illis diebus, quibus peccat, offerre non poteſt indefinens ſacrificium Deo. Sed ille offerre poteſt, qui indefinenter cuſtodit iuſtitiam, & conſeruat ſemetipſum a peccato. Qui die autem interruperit, & peccauerit, certum eſt, quòd illa die non offert ſacrificiũ indefinens Deo. Illius autẽ ſolius eſt offerre ſacrificium indefinens, qui indefinenter & perpetuæ ſe deuouerit caſtitati. Nam ſi oratio iuſti, ſicut incenſum offertur in cõſpectu Domini, & eleuatio manuũ eius ſacrificium veſpertinũ, dicit autẽ Apoſtolus ijs, qui in coniugiis ſunt, nolite fraudari inuicem, niſi forte ex conſenſu ad tẽpus, vt vacetis orationi, & iterũ reuertimini in idipſum; certum eſt, quia impeditur ſacrificiũ indefinens iis, qui coniugalibus neceſſitatibus ſeruiunt. Sed ſunt & alij dies feſti iis, qui fortaſſe non poſſunt indefinẽter offerre ſacrificia caſtitatis. Secũda ergo feſtiuitas ponitur ſabbati, & oportet ſanctorũ quemq. & iuſtũ agere feſtiuitatẽ ſabbati. Quę eſt ergo feſtiuitas ſabbati, niſi illa, de qua Paulus ait: Relinquitur *Hcb. 4.* ergo

ergo ſabbatiſmus populo Dei, hoc eſt ſabbati obſeruatio? Relinquẽtes ergo Iudaicas ſabbati obſeruationes, qualis debeat eſſe Chriſtiano, ſabbati obſeruatio videamus. Die ſabbati nihil ex omnibus mundi actibus oportet operari. Si ergo deſinas ab omnibus ſæcularibus operibus, & nihil mundanum geras, ſed ſpiritalibus operibus vaces, ad Eccleſiam cõuenias, lectionibus diuinis, & tractatibus aurem præbeas, & de cæleſtibus cogites, de futura ſpe ſollicitudinem geras, venturum iudicium præ oculis habeas, non reſpicias ad præſentia, & viſibilia, ſed ad inuiſibilia & futura, hæc eſt obſeruatio ſabbati Chriſtiani. Qui ceſſat ab operibus ſæculi, & ſpiritalibus vacat, iſte eſt, qui ſacrificium ſabbati, & diem feſtum agit ſabbatorum. Neq; onera portat in via. Onus enim eſt omne peccatum, *Pſal. 37.* ſicut dicit Propheta, Et ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me, neque ignem accendit, illum ſcilicet ignẽ, de quo dicitur, Ite in lumine ignis veſtri, & in flamma quam accẽdiſtis. In ſabbato vnuſquiſque ſedet in loco ſuo, & non procedit ex eo. Locus ſpiritalis animæ iuſtitia eſt, ſanctificatio, ſapientia, & veritas. Ex quo loco eam non oportet exire, vt vera ſabbata cuſtodiat, & diem feſtum in ſacrificijs exigat ſabbatorum, ſicut & Dominus dicebat, Qui in me manet, & ego in illo. Vera ſabbata & perfecta ſi videamus qualia ſint, videbimus quòd vltra hũc mundũ eſt veri ſabbati obſeruatio. Quod enim ſcriptum eſt in Geneſi, quia requieuit Deus die ſabbati ab operibus ſuis, non videmus nec tunc factum in die ſeptima, nec nũc fieri. Semper enim *Matt. 5.* videmus Deum operari, & nullũ ſabbatum eſt, in quo Deus non operetur, in quo non producat ſolem ſuum ſuper bonos & malos, & pluat *Pſal. 146.* 7 ſuper iuſtos & iniuſtos, in quo non producat in montibus fœnum, & herbam ſeruituti hominum, in quo non percutiat & ſanet, deducat ad *1. Reg. 2.* inferos & reducat; in quo non occidat, & viuere *Deut. 32.* faciat; rerum enim conditor vſque ad conſummationem ſæculi a prouiſione, & diſpenſatione creaturarum non ceſſat. Erit ergo verum ſabbatum, in quo requieſcet Deus ab omnibus operibus ſuis, ſæculum futurũ tunc cum aufugiet dolor, & triſtitia, & gemitus, & erit omnia, & in omnibus Deus. In quo ſabbato concedat nobis Deus offerre cum angelis ſacrificiũ laudis reddentes altiſſimo vota noſtra, quæ hic diſtinxerunt labia noſtra. Tunc ſacrificium indefinens, quod ſupra expoſui, melius offeretur. Tunc melius indefinenter poterit anima aſſiſtere Deo, & offerre ſacrificium laudis. Tertia feſtiuitas eſt neomeniæ dies, in qua offertur & hoſtia. Neomenia autem dicitur noua Luna, eſt ergo iſta feſtiuitas cum luna innouatur, noua autẽ dicitur, cum ſoli proxima fuerit effecta, & valde ei coniuncta; ita vt ſub claritate eius lateat. Sicut vmbra futurorum eſt ſabbatũ, ita & *Coloſſ. 2.* neomenia. Vnde Paulus ait: Nemo vos iudicet in cibo, aut potu, aut parte diei feſti, aut neomeniæ, aut ſabbatorum, quæ ſunt vmbra futurorũ. Neomeniam diximus appellari, cum luna innouari cœperit, & ſoli proxima fuerit, penitusque coniuncta. Sol iuſtitiæ Chriſtus eſt, huic ſi luna, ideſt Eccleſia ſua, quæ lumine ipſius repletur, iuncta fuerit, vt penitus ei adhæſerit, ita vt ſecũdum verbum Apoſtoli, qui ſe iungit Domino vnus cum illo ſpiritus fiat, tunc feſtiuitatem neomeniæ agit, tunc enim noua efficitur, cum abiecerit veterem hominem, & induta fuerit nouum, qui ſecũdum Deũ creatus eſt, atque ita merito innouationis ſolemnitatẽ, quæ eſt neomeniæ feſtiuitas geret. Tunc denique eſt, quando neque videri, neque comprehendi humanis aſpectibus poteſt. Anima enim cum tota ſe ſociauerit Domino, nihil omnino terrenum cogitat, nihil mundanũ requirit, nec hominibus placere ſtudet, ſed totam ſe ſapientiæ, totã calori, totam lumini ſancti Spiritus mãcipauerit, ſubtilis & ſpiritalis effecta, quomodo cerni ab hominibus, aut ab humanis poteſt conſpectibus apprehendi? Animalis namque homo intelligere, & diſcernere non poteſt ſpiritalẽ; & ideo digniſſime diem feſtum aget & hoſtiam neomeniæ Domino, vtpote per ipſum innouata iugulabit. Quarto in loco ponitur inter feſtiuitates Dei paſchæ ſolẽnitas; in qua feſtiuitate agnus occiditur. Sed uide tu agnum verum, agnum Dei, & dicito, quia paſcha noſtrum im- *1. Cor. 5.* molatus eſt Chriſtus. Iudæi carnali ſenſu comedant carnes agni; nos autem comedamus carnem Verbi Dei. Ipſe enim dixit, Niſi man- *Ioan. 6.* ducaueritis meam carnem, non habebitis vitam in vobis. *Infra*: Poſt hanc immo continuata huic feſtiuitas ſequitur azymorum, quam merito celebrabis, ſi exterminес omne fermentum malitiæ ab anima tua, & azyma ſinceritatis, veritatiſque cuſtodias. Non horret Dominus, & iubet exterminari animam de populo ſuo, ſi parum aliquid fermenti huius exfarina conſperſi in domo ſua habuerit, ſed illud magis eſt, quod horreſcit, & merito horreſcit Deus, ſi malitia, ſi ira, ſi nequitia ſpiritalis infermentetur anima, & intumeſcat ad flagitia. Hæc non vult eſſe in anima Deus, & tale fermentum, niſi abiecerimus de domo animæ noſtræ merito exterminabitur. Sed ne contemnas etiam ſi paruam intra te uideris fermentari malitiam, quia modicum fermenti totam maſſam corrumpit, & ideo neque de paruo peccato negligas, quoniam ex vno peccato generatur, & aliud. Et ideo ſi vis agere azymorum feſtiuitatem cum Deo, ne paruum quidem malitiæ fermentum intra te reſidere patiaris. Poſt hanc ſequitur ſexta feſtiuitas, quæ dicitur nouorum, ideſt cum primitiæ de nouis fructibus offeruntur. Si ergo tu vis nouorum feſtum agere cum Domino, vide quomodo ſemines, aut ubi ſemines, vt poſſis tales metere fructus, ex quibus lætari facias Deum, & agere diem feſtum. Quod aliter implere non poteris, niſi audias Apoſtolum dicentem, Qui au- *Gal. 6.* tem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet uitam æternam. Si ſic ſemines, & ſic metas, uere diem feſtum ages nouorum. Propterea & Propheta admonet dicens, Innouate nobis noua- *Hier. 4.* lia, & nolite ſeminare ſuper ſpinas. Qui er-

go cor suum, & interiorem hominem renouat de die in diem, iste sibi innouat noualia, & non seminat super spinas, sed super terram bonam, quæ reddat ei fructum tricesimum, sexagesimum, aut centesimum. Iste est ergo qui in spiritu seminat, & colligit fructum spiritus. Fructus autem spiritus est gaudium, pax, patiētia, bonitas. Si hos, aliosq. similes fructus colligat, dignissime nouorum fructuum festiuitatem Domino aget. Tunc deinde sequitur festiuitas septimorum. Sicut enim inter dies septimus quisque dies obseruatur sabbatum, & est festiuitas, ita & inter menses septimus quisque mensis sabbatum est mensium. Agitur ergo in eo festiuitas, quæ dicitur sabbata sabbatorum, & fit in die prima mensis tubarum memoria. Qui Scripturas sacras potest memoriæ mandare, & in lege Domini meditatur die ac nocte iste, festiuitatem gerit memoriæ tubarum. Est adhuc & alia festiuitas cum affligunt animas suas, & humiliant se Deo festa celebrantes. O mira festiuitas, dies festus vocatur afflictio animæ! Hic enim (inquit) dies est propitiationis decima die mensis septimi. Si vis diem festum agere, si vis vt Deus lætetur super te, affligе animam tuam, & humilia eam. *Infra*: Iam vero vltimus dies festus Dei, quis sit videamus. Scenophegia inquit: Lætatur ergo super te, cum te viderit in hoc mundo in tabernaculis habitantem; cum te viderit non habere fixum, ac fundatum animum super terras, nec desiderantem, quæ terrena sunt, nec vmbram vitæ huius, quasi possessionem propriam, & perpetuam deputantem, sed velut in trāsitu positum, & ad veram illam patriam, vnde egressus es, paradisi festinantem, ac dicentem, Aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei. In casulis enim habitauit Abraham cum Isaac, & Iacob coheredibus repromissionis eiusdem. Cum ergo incola fueris, & peregrinus in terris, & non est mens tua fixa, & radicata in desideriijs terrenorum, sed paratus es, vt cito transeas, sed paratus es extendere se semper ad anteriora vsquequo peruenias ad terram fluentem lac & mel, & hereditatem capias futurorum. Sic te positum in iis videat Deus, lætatur in te, & diem festum aget super te. *Infra*: Quia perfecta festiuitas in cælo est, dixit Paulus, Nemo vos iudicet in parte diei festi. Non dixit in die festo, sed in parte diei festi. Ex parte enim, & non ex integro diem festum in hoc mundo positi celebramus. Interpellamur enim etiamsi nolumus ab onere carnis, pulsamur a concupiscentiis eius, curisq. & sollicitudinibus terebramur. Veniet quod perfectum est, & perfecti festiuitati cedet festiuitas, quæ ex parte est.

Leu. 15.
Psal. 38.
Heb. 11.
Coloss. 2.

16 IDEM explicans illa verba: Obsecro vos fratres, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, sic ait: Cultus qui dudum in pecudum mutorum corporibus consistebat; nunc, inquit, in corpore rationabilis hominis offeratur, & corpora magis vestra, quàm pecudum fiant sacrificium Deo, atque in sacris altaribus collocentur. Hi enim qui membra sua mortificant ab incentiuo libidinis, & furoris, & actus corporis sui Deo placitos habent, hostiam viuentem sanctam Deo placentem rationabiliter offerunt, & legem sacrificiorum, quæ in Leuitico lata est secundum spiritalem intelligentiam complent. Verbi gratia. Vt ibi offerebant vitulum primo in loco, vel secundo arietem, aut tertio hircum, aut quarto turtures, vel etiam pullos columbarum, vt in his vniuscuiusq; anima purificaretur pro qualitate gestorum, hæc nunc in suo corpore vnusquisque purificans, & spiritali sensu discernens, rationabili obsequio viuentem hostiam obtulit Deo. Si quis superbiam corporis sui vincit, immolat vitulum, si iracundiam superat, iugulat arietem, si libidinem vindicat in holocaustum offert hircum, si vagos, & lubricos cogitationum resecet volatus, columbas & turtures immolat. Nunc autem Paulus obsecrat credentes in Christo, vt corpora sua exhibeant hostiam viuentem sanctam. Viuentem dicit hostiam, quę vitam, hoc est Christum in se gerit, & dicit, Mortificationem Domini nostri Iesu Christi in corpore nostro circumferentes, vt & uita Iesu manifestetur in corpore nostro mortali, sanctam dicit, in qua Spiritus sanctus habitat. Placentem Deo utpote a uitiis, & peccatis separatam. Hæc autem omnia rationalis cultus est Dei. Huiuscemodi hostias Dei miseratio prouidit, quibus si umquam lapsus acciderit per rationabile obsequium, & hostias eo modo, quo supra diximus, immolata reparari possit anima, ac restitui ad salutem.

Lib.9.epist. ad Rom.to. 3.

17 HIERONYMVS explicans illa verba: Si auerteris a sabbato pedem tuum, facere uoluntatem tuam in die sancto meo, & uocaberis sabbatum delicatum, & sanctum Domini gloriosum, & glorificaueris eum, dum non facis uias tuas &c. sic inquit: Nunc præmia repromittit, si cohibere uoluerit pedem suum in sabbato, ne faciat uoluntates suas, & diem sanctum Domini suis commaculet uoluntatibus. Lege præceptum est, ne in sabbatis opus seruile faciamus, ne accendamus ignem, ne in uno sedeamus loco, ut illa tantum faciamus opera, quæ ad animæ salutem pertinent. Quod si iuxta litteram accipiamus, penitus impleri non potest. Quis enim potest hoc facere, vt tota die ac nocte sedens in sabbato de vno loco non recedat, immo ne leuiter quidem se commoueat, quod si fecerit, transgressor legis sit? Ex vno igitur mandato, quod iuxta litteram impossibile est, & cetera cogimur spiritualiter intelligere, ne faciamus seruile opus, & perdamus animæ libertatem. Qui enim facit peccatum, seruus est peccati, ne onus portemus in sabbato, quale portabat ille, qui dicebat, Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, quasi onus graue grauatæ sunt super me. Ne iniquitas quæ sedet super talentum plumbi in nobis habeat potestatem, ne nos voluptas corporis & libido succendant. Omnes enim adulterantes, quasi clibanus corda eorum, & dia-

Libro 16. in cap. 58. Esa. 10.
Exo. 20.
Deut. 5.
Ioan. 8.
Psal. 37.
Zach. 5.

Osee 7. & diaboli iacula ignita sunt, vt saggitent in obscuro rectos corde. Præcipitur quoque nobis, vt arrepto nobis aratro, non respiciamus post tergum, vt tectorum altitudinem conscendentes nequaquam ad tollenda sæculi vestimenta velimus descendere, sed vt audiamus cum Moyse, tu vero hic sta mecum, & sedeamus cum Domino lassi in via huius sæculi super puteum Samaritanæ, vt audiamus Apostololum dicentem, State firmi, & immobiles, ne patiamur illud, quod Iudas passus est proditor, qui perdidit locum ministerij sui, illiusque semper sententiæ recordemur; Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris. Qui sic quiescit in sabbato lauat inter innocentes manus suas, nec mouet pedes, vt suas faciat voluntates, iste celebrat sabbata Domini delicata. Qui sabbatismus iuxta epistolā, quæ ad Hebræos scribitur, repromittitur nobis in cælestibus, & gloria præparatur, vt dum non facimus vias nostras in sabbato, nec inuenitur voluntas nostra, vt loquamur sermonem quo scilicet, nec opere, nec sermone peccemus. Alioquin si hæc tantum prohibentur in sabbato, ergo in alijs sex diebus libertas nobis tribuitur delinquendi. Quod si stultum est credere superest, vt sabbatum, quod interpratur requies, omni tempore sanctificandum sit a fidelibus, dum non carnis, sed animæ faciunt voluntatem. Ad hoc sabbatum, omni festiuitate celebrandum Saluator nos prouocat in Euangelio dicens, Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis & ego vobis dabo requiem, vt peccatorum onera deponentes sabbatizemus in Christo. Postquam vero vocaberis sabbata delicata, & non moueris in sabbato pedem tuum ad opus seruile faciendum, tunc in te implebitur, quod sequitur. Tunc delectaberis super Dominum, & sustollam te super altitudines terræ, & cibabo te hereditate Iacob patris tui.

Luc. 7. 13
Exod. 34.
Ioan. 4.
1. Cor. 15.
Eccls. 10.
Cap. 4.
Matt. 11.

14 IDEM explicans verba illa: Viderunt eam hostes, & deriserunt sabbata eius, ait: Præcepto legis ab exteriori opere in sabbato cessatur. Hostes enim sabbata videntes irrident, cum maligni spiritus vacationis otia ad cogitationes illicitas pertrahunt, vnaquæque anima, quæ remota ab externis actionibus seruire Deo creditur, eo magis eorum tyrannidi illicita cogitando famulatur. Sancti autem viri qui mundi operibus non corpore, sed virtute sopiuntur laboriosius dormiunt, quàm vigilare potuerūt, quia in eo quòd actiones huius sæculi deserentes superant robusto conflictu quotidie contra semetipsos pugnant, ne mens per negligentiā torpeat, ne subacto otio ad desideria immunda frigescat. Agit hæc, & a mundi huius inquieta concupiscentia se penitus subtrahit, ac terrenarum actionum strepitum deserit, & per quietis studium, virtutibus intenta vigilans dormit. Neque enim ad cōtemplanda interna perducitur, nisi ab his, quæ exterius implicant, studiose subtrahatur. Hinc Paulus ait, Nemo militans Deo implicat se negocijs secularibus.

Lib. 1. in c. Lamenta Hieremiæ.
1. Tim. 2.

15 IDEM explicans verba illā: Et sabbata mea sanctificabunt, sic habet: Adhuc sacerdotibus præcipitur. In quibus obseruandum, quòd non dixerit absolute, & sabbata sanctificabunt, vel iuxta Esaiam, Neomenias, & sabbata vestra odinit anima mea, sed cum distinctione sabbata mea. Vnde in Euangelio scriptum est. Sacerdotes in templo sabbatum violant, & sine crimine sunt, non sabbatum Dei, sed sabbatum litteræ, sabbatum Iudæorum, quod recte violāt, qui sunt genus electum regale sacerdotium. Porro sabbatum quo sanctificatum est illud intelligamus, quod & Apostolus docet relictum esse populo Dei, de quo dicitur, si introibunt in requiem meam, quod Hebraice sabbatum nominatur. Sanctificat autem sabbatum Dei, qui non portat onus peccati in sabbato, nec dicit, Sicut onus graue grauatæ sunt super me. Qui talis non colligit ligna in sabbato, nec superædificat fundamento Iesu Christi ligna, fœnum, & stipulam, neque accendit ignem, qui inutilem consumat materriam, & die sabbati in vno permanet loco, nec foras egreditur, sed quasi columna in templo Dei positus permanet; super quo Ioannes scribit in Apocalypsi, qui vincerit faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius.

Lib. 13. in c. 44. Ezec.
Esai. 1.
Matt. 12.
Heb. 4.
Psal. 37.
1. Cor. 3.
Apoc. 3.

16 IDEM exponens illa verba: Et omnes qui reliqui fuerint de vniuersis gentibus, quæ venerint contra Hierusalem ascendent ab anno in annum, vt adorent Regem Dominum exercituum, & celebrent festiuitatem tabernaculorum, ait: Huius solemnitatis istud exordium fuit. Egressus populus Israel de Ægypto per vastam, & terribilem, ac latam solitudinem, in qua non erat domus, villam, oppidum, faciebat sibi tabernacula, atque tentoria, quæ nunc papiliones vocantur, in quibus cum coniugibus morarentur, ac liberis, & cibum caperent, & per diem solis ardorem, & per noctem rorem, & frigus deuitarent, iussumque est, vt in mense septimo quintadecima die mensis fieret tabernaculorum solemnitas. Et cum te interrogauerit, inquit, filius tuus cras dicēs, Quid sibi volūt hæc tabernacula, respondebis ei, Multo tempore peregrinati sumus in Ægypto, de qua eduxit nos Dominus in solitudinem, & idcirco tabernacula suscitamus, vt beneficiorum Dei omni tempore recordemur, cum cœperimus habitare in vrbibus. Præcepit quoque vt facerent tabernacula de ligno pulcherrimo cedro, & de palmarum ramis, ac frondibus ligni dentissimi, & salicis, & populi. Quādiu in profectu sumus, & in cursu, atque certamine habitamus in tabernaculis, huc omni mente nitentes, & de tabernaculis ad firmam stabilem sedem transeamus, id est domum Dei. Vnde qui in Ægypto est loquitur, aduena ego sum apud te, & peregrinus. Qui autem egreditur de Ægypto, & ingreditur vitiorum solitudinem carpit iter suum, & dicit in Psalmo, Transibo in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei. Admirabile est enim nolle habitare cum Ægyptijs, sed submerso Pharaone terram cupere promissionis intrare. Vox enim exultationis, & salutis in taber-

Deut. 6.
Leuit. 23.
Psal. 38.
Psal. 41.
Psal. 117

Psal.117. tabernaculis iustorum. *Infra*: Qui in istiusmodi habitat tabernaculis, & de tabernaculis ad atria, & de atrijs ad domum, & de domo ad templum Domini ire festinat, debet celebrare solemnia tabernaculorum in ligno sapientiæ pulcherrimo, de quo in Prouerbijs dicitur, Lignum vitæ est his, qui aprehenderint eam, & qui tenuerit eam beatus. Et in ramis palmarũ in quibus signum victoriæ, & virtutis præmium continentur, & in frondibus densissimæ arboris, quam myrtum Iudæi intelligunt propter mortificationem carnis ac libidinum. Et in ramis, inquit, salicis, quæ arbor indicat castitatem. Aiunt medici, & qui de arborum natura scripsere, quod si quis florem salicis mixtũ aqua biberit omnis in eo frigescat calor, & libidinis vena siccetur, vltraque filios generare non possit. Qui talium arborum ramis protectus fuerit exerceat festiuitatem tabernaculorum, sextum mensem transiens qui refertur ad mundum, & in septimo agens sabbatum spirituale, in quintadecima die mensis eiusdem, quando noctis Luna plenissima est, & omnes eius tenebræ claro lumine resoluuntur.

Cap. 3.

18 In vigilia Apostolorum Petri, & Pauli.

BERNARDVS sic habet: In festis Sanctorum ad hoc vigiliæ proponuntur, vt euigilemus, si in aliquo peccato, vel negligentia dormitamus, & præoccupemus faciem Sanctorum in confessione. *Infra*. Tria sunt quæ in festiuitatibus Sanctorum uigilanter cõsiderare debemus auxilium sancti, exemplum eius, & confusionem nostram. Auxilium eius, quia qui potens in terra, potentior est in cælo ante faciem Domini Dei sui. Si enim dum hic viueret misertus est peccatoribus, & orauit pro eis, nunc tanto amplius, quanto verius agnoscit miserias nostras, orat pro nobis Patrem, quia beata illa patria charitatem eius non immutauit, sed augmẽtauit. Neque enim, quia impassibilis omnino, ideo & incõpassibilis factus est, sed nunc potius induit sibi viscera misericordiæ, cum ante fontem misericordiæ existit. Est & alia causa, quæ magis vrget sanctos, vt solliciti sint de nobis,
Psal.141. quia iuxta vocem Apostoli. Deus prouidet pro nobis, ne sine nobis consummentur, sicut ait sanctus Dauid, me expectant iusti donec retribuas mihi. Debemus etiam attendere exemplum eius, quia quandiu in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est, non declinauit ad dexteram, neque ad sinistram, sed viam regiam tenuit, donec veniret ad illum, qui dicit, Ego sum
19 *Ioan. 14.* via, veritas, & vita. Intuemini humilitatem operum eius, auctoritatem verborum eius, & tunc videbitis, quomodo tam verbo, quàm exemplo uixerit inter homines, qualia nobis vestigia dereliquerit, vt ambulemus per ea, & nõ erremus in eis. Sed & diligentiori studio, & intuitu, confusionem nostram inspiciamus, quia homo ille similis nobis fuit passibilis, ex eodem luto formatus, ex quo & nos. Quid ergo est, quod non solum difficile, sed & impossibile credimus, vt faciamus opera, quæ fecit, vt sequamur vestigia eius? Confundamur fratres, & cõtremiscamus ad vocem istam, si forte hæc confusio adducat nobis gloriam, si forte generet gratiam nobis timor iste. Homines isti fuerunt, qui præcesserunt nos, qui tam mirabiliter processerunt per vias vitæ, vt vix eos homines fuisse credamus. Sic ergo in Sanctorum solemnitatibus, & gaudere, & confundi debemus, gaudere quia patronos præmisimus, cõfundi quia eos imitari non possumus. Etsi magna est gaudiorum materia, sed maxima est dolorum. Memor fui Dei clamat iustus, & delectatus sum, sed statim subiungit, *Psal. 76.* Defecit spiritus meus, turbatus sum, & non sum locutus.

20 In serm. beati Martini.

IDEM inquit: Martinus lucerna erat ardens, & lucens, eum saltem non pigeat imitari. Sed imitari in eo, quod est imitabile, non autem quod mirabile exhibetur. Ad mensam diuitis sedes hodie diligenter considera, quæ tibi apponuntur. Discerne inter cibos, & vasa ciborum, illos enim iuberis tollere, sed non illa. Dives est iste Martinus, dives in meritis, dives in miraculis, dives in virtutibus, dives in signis. Diligenter ergo considera, quæ apponũtur tibi, quæ-nam videlicet ad admirationem, & quæ ad imitationem, quid apponitur, & in quo. Miracula eius mirifica quædam vasa dixerim diuitis huius, auro grauia, gemmis micantia, pariterque materia, & opere pretiosa. Noli in his saporem quærere, sed mirare splendorem. Habet intra paropsides istas ciborum copiam delicias vtique spiritales, vt non modo videant, & mirentur, sed edant pauperes, & saturentur, atque in illis quidem Dominum laudent, porro in his viuant corda eorum. Vt ergo sit iucunda, decoraque laudatio in admiratione, etiam viuant exemplo in imitatione, & vt auidius sumant delicias, ipsas quoque diuitias curiosius contemplentur.

Fides (quæ Dei donum est) fundamentum virtutum est, quam comitari debent opera, vt proficua sit valde, & conseruetur melius. Cap. III.

1 Hom. 3. ex-posit. 2. in Cant. to. 2.

ORIGENES explicans illa verba: Similis est dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum sic ait: Hoc nos nõ prætereat, quòd prius capreæ, & sic hinnulo ceruorum comparatur, cum vtique maius animal ceruus quàm caprea videatur. Sed animaduerte ne illa potius in his habenda sit ratio, quia cum dupliciter constet salus credentium, per agnitionem fidei, & operum perfectionem, ratio fidei, quæ pro intuitu, & inspectione contemplationis capreæ comparatur, primus habeatur salutis gradus, secundo vero in loco operum perfectio, quæ formam cerui tenet vincentis, & perimentis venena serpentum, ideſt artes diabolicas memoretur. Si ergo sponsam similem dicit esse dilectum suum capreæ, & hinnulo ceruorum in montibus Bethel,

Bethel vero domus Dei interpretatur, montes ergo qui in domo Dei sunt, possunt legis & Prophetarum, sed & Euangelica, & Apostolica accipi volumina, in quibus & fides Dei perspicitur, & contemplatur, & operum perfectio dicitur, & adimpletur.

2 Hom. 16. in c. 21. Matt. in fi.

IDEM explicans gestum illud Christi Domini, qui esuriens, venienſque ad ficulneam, in qua reperit sola folia absque fructu, quam maledixit, & aruit continuo ait: Esurit Iesus semper in iustis volens mãducare fructum Spiritus sancti in eis. Et sunt eius escæ, gaudium, pax, patientia nostra, & reliqua. Quæ quidem quamdiu fructificamus, non arescimus. Si autem venienti Domino, & quærẽti huiusmodi fructum, vt manducet in nobis, non exhibuerimus dicet ad nos, Numquam ex vobis fructus nascatur in sempiternum. Et vide quoniam secus viam erat, hæc ficus, quæ folia tantum habuit sine fructu. Sic enim, & terra quæ secus viam est (licet fuerit seminata) nullum fructum producit, diripientibus volucribus semina seminata. Quandiu ergo non venit Iesus ad aliquam ficum, nec quærit fructum eius, sed patienter agit, & sustinet, si forte proferat fructum, non exsiccatur, si autem venerit esuriens, & fructum requirens, & inuentus fuerit aliquis, nihil iustitiæ habens, nisi professionem tantummodo fidei (quod est folia sine fructu) mox exsiccatur, etiam hoc ipsũ, quod videtur fidelis amittens. Et est multos in Ecclesia videre tales, qui multo tẽpore portauerunt fidei nomen, ostendentes tantummodo, quia viuunt, omnino autẽ sunt sicci. Quos quia non fructificabant videmus recedentes a fide, & siccos. *Infra*. Frequẽter per multos annos quis constitit ficus, & non est siccatus. Veniente autem in vltimo vitæ eius ad eum Christo, & quærente fructum in eo, & non inueniente siccatur, *Matt. 25.* & tantorum annorum perdidit subito vitam. Et hoc fit, vt impleatur sermo Dominicus dicens, Omni habenti dabitur, & abundabit, qui autem nõ habet, & ipsum quod habet auferetur ab eo, vt non sit otiosum quod habet.

3 Homil. in illum Psal. Credidi propter quod locutus sum, to.

CHRYSOSTOMVS sic habet: Postquam regius uates dixit, Credidi propter quod locutus sum, subintulit, Ego autem humiliatus sum nimis. Si nos hoc sentiremus de Deo quod Dauid, nullus esset ex nobis qui non & ipse de se clamaret, Ego autem humiliatus sum nimis. Etenim quisquis indicibilem Dei maiestatem oculo cordis contemplatur, & cognoscit Deum, homine tanto sublimiorem, quanto cælum formica sublimius, non mirum si stupescat intra se, & dicat, Ego autem humiliatus *Gen. 18.* sum nimis. Vnde, & Abraham in comparatione Dei, terram se esse, ac cinerem videbat, & dicebat, Ego autem sum terra, & cinis. Contra superbi Deum non cognoscunt, neque semetipsos quid sint sciunt. Quo pacto enim qui non antea cognouit opificẽ, agnoscet seipsum esse figmentum? Quia enim nescitur Dominus, *Eccli. 10.* nascitur superbia. Id quod attestatur scriptura dicens, Initium superbiæ est nescire Deum. Dauid non erat talis, sed sciens Deum cor contritum, & humiliatum non despicere, humiliauit seipsum. *Infra*: Ego dixi in excessu meo, Omnis homo mẽdax. Amator Dei Dauid cum vellet oculo cordis Deum contemplari qualis esset, fieretque extra carnis desideria, postquã mente aerem cælumque transijt, & ad angelicas virtutes volauit, ingressusque est ad puriſſimam, & materiæ expertem Dei speciem, vidit diuinitatis maiestatem splendore, & incomparabili decore fulgere, ita vt nullus hominum nullaque diuina lingua magnitudinẽ Dei sufficiat enarrare, & propterea in tali ecstasi factus re diligenter cognita magna fiducia pronunciat dicens, Ego dixi in excessu meo, Omnis homo mendax. *Psal. 115.*

4 In dialogo aduersus Luciferianos. to. 2.

HIERONYMVS explicat verba illa: Putasne cum venerit Filius hominis inueniet fidem in terra, & ait: Fidem illam dicit, de qua Dominus aiebat, Fides tua te saluam fecit, & alibi de Centuriore, Non inueni tantam fidem *Luc. 18.* in Israel? Et rursus ad Apostolos, Quid timidi *Matt. 8.* estis modicæ fidei? Nec non, & in alio loco, si *Matt. 17.* autem habueritis fidem, sicut granum sinapis, dicetis huic monti, iacta te in mare, & fiet. Hæc est fides quàm raro inuentam Deus pronunciauit. Hæc est fides quæ etiam apud eos qui bene credunt, difficile perfecta inuenitur. Fiat tibi inquit Deus secundũ fidem tuã. Hanc ego vocem audire nolo. Si enim secundum fidẽ *Matt. 15.* meam fiat mihi, peribo, & certe, credo in Deũ Patrem, credo in Deum Flium, credo in Deum Spiritum sanctum. Sæpe quippe venit inimicus homo, & inter Dominicam messem zizania interserit. Neque hoc dico quod maius quicquã sit, quàm sacramenti fides, quàm puritas animæ, sed indubitata ad Deum fides ardua reperitur. Verbi gratia. Ad orationem assisto, non orarem, si non crederem, sed si vere crederem illud cor, quo Deus videtur mundarem, manibus tunderem pectus, genas lachymis rigarem, corpore inhorrescerem, ora pallerem, iacerem ad Domini mei pedes, eosque fletu perfunderem, crine tergerem, hærerem certe trunco crucis, nec prius amitterem, quàm misericordiam impetrarem. Nunc vero creberrime in oratione mea, aut per porticus deambulo, aut abductus vana, vel turpi cogitatione, etiam quæ dictu erubescenda sint gero. Vbi est fides? Siccine putamus orasse Ionam? sic tres pueros? Sic Danielem inter leones? Sic certe Latronem in cruce? Et hæc ego exempli causa ad intelligentiam sensus protuli. Ceterum conueniat vnusquisque cor suum, & in omni vita inueniet, quàm rarum sit fidelem animam inueniri.

5 In symbolo Ruffini. to. 9.

Apud eundẽ legitur: Tradunt maiores nostri post aduentum Spiritus sancti præceptum Apostolis a Domino datum, vt ad prædicandam fidem ad singulas proficiscerentur nationes. Discessuri itaque ab inuicem normam sibi prius futuræ prædicationis in commune constituunt, ne diuersum aliquid his, qui ad fidem Christi inuitabantur, exponerent. Omnes igitur in vno positi, & Spiritu sancto repleti hanc breuem dandam esse regulam credentibus statuunt.

Symbo-

Symbolum autem hoc appellari voluerunt. Symbolum enim græce, & indicium dici potest, & collatio, hoc est, quod plures in vnum conferût. Id enim fecerunt Apostoli in his sermonibus in vnum conferendo, quod vnusquisque sensit. *Infra*: Discessuri igitur ad prædicandum Apostoli, istud vnanimitatis, & fidei suæ indiciû posuerunt, non sicut filij Adam discessuri ab alterutrû turrim ex latere cocto, & bitumine construentes, cuius cacumẽ vsque ad cælum pertingeret, sed monumenta fidei quæ starent aduersus faciẽ inimici e lapidibus viuis, & margaritis dominicis ædificantes, quam neque venti implerent, neque flumina subruerent, neque tempestatum, ac procellarum turbines mouerent. *Infra*: Credo igitur primo omnium ponitur, sicut ad Hebræos scribens, ait: Accedentem ad Deum, oportet primum credere, quia est, & quia inquirentibus se remunerator est. Sicut enim mare non ingreditur, & liquido, ac profundo sese committit elemento, nisi se prius credat posse saluari, nec agricola semina sulcis obruit, & fruges spargit in terram, nisi crediderit venturos imbres, affuturum quoque solis teporem, quibus terra confota segetes multiplicata fruge producat, ac ventis spirantibus nutriat. Nihil denique est, quod in vita geri possit, si nõ credulitas ante præcesserit. Quid igitur mirum, si acceden tes ad Deum credere nos primo omnium profitemur, cum sine hoc, nec ipsa exigi possit vita communis.

6 Libro 8. in cap. 26. Esaiæ. to. 4. IDEM exponens verba illa: Vrbs fortitudinis nostræ, Saluator ponetur in ea murus, & antemurale, inquit. Vrbs fortitudinis nostræ Saluator est Iesus. Et ponetur in ea murus, & antemurale. Murus bonorum operum, & antemurale rectæ fidei, vt duplici septa sit munimento. Non enim sufficit murum habere fidei, nisi ipsa fides bonis operibus confirmetur.

7 Lib. 1. in c. 5. Hierem. IDEM explicans verba illa: Ascendite muros eius (siue propugnacula) & dissipate, consummationem autem nolite facere, ait: Audiat hoc Ecclesia, quod cito muri, & propugnacula dissipentur eorum, qui non habent spem in Domino, & prævaricantur in eum, sed tamen non fiat consummatio propter clementiam iudicis & non propter merita delinquentium. *Infra*: Sicut dereliquistisme, & seruistis Deo alieno (vel dijs alienis) in terra vestra, sic seruietis alienis in terra non vestra, ideſt, sicut seruistis dijs alienis cunctarum gentium in terra Iudææ, sic seruietis dijs alienis in terra non vestra. Si enim vos peregrina religio delectat, quod necesse est longinquum errorem suscipere? Habitate cum talibus, immo seruite his, quorum Deos colitis.

1. Ioan. 2. Potest super hæreticis accipi, de quibus scriptũ est, ex nobis prodierunt sed non erãt ex nobis, quia si fuissent ex nobis permansissent vtique nobiscum, quod proijciat de Ecclesia hæreticos Dominus, qui multo tempore sub nomine eius mendaciorum suorum simulacra venerati sunt, vt foris colant quod intus prius venerabantur, & paleæ separentur a tritico.

8 IDEM exponens illa verba: Ficus enim non florebit, & non erit germen in vineis, mentietur opus oliuæ, & arua non afferent cibum, abscindetur de ouili pecus, inquit: Hæc omnia ad eos referri possunt, qui dicunt se esse de Ecclesia, & non habent opera iustitiæ. Et ficus, & uinea, & oliua, mysterium videlicet Trinitatis, non afferunt in eis fructum suum, & nec cibum quidem habent, & pro excelsis montibus in planis humilibusque versantur. Fructus vocat opera bona. Mentietur autem opus oliuæ, aliud promittentis, & aliud facientis, sicut qui aiebant ad Moysen, omnia, quæcunque dixerit Dominus, faciemus, & nolẽtes in eum credere, qui a Moyse prædicatus est. Lib. 2. in c. 3. Habacuc. Exod. 24.

9 In c. 2. Sophoniæ. IDEM explicans illa verba: Hæc est ciuitas gloriosa habitans in confidentia, quæ dicebat in corde suo, Ego sum, & extra me, non est alia amplius, quomodo facta est in desertum cubile bestiæ? Omnis qui transit per eam, sibilabit, mouebit manum suam, sic habet. Hoc de Ecclesia intelligi potest, de qua Paulus ait, quòd in nouissimis temporibus instabunt tempora periculosa, & erunt homines se ipsos amantes auari, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, habentes formam pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Nec non, & hoc quod in Euangelio scriptum est quòd multiplicata iniquitate refrigesceret charitas multorum, in tantum vt in illo tempore compleatur, Veniens filius hominis putas inueniet fidem in terra? Si enim Deus propter infidelitatem naturalibus ramis non pepercit, sed fregit eos, & posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim, terram fructiferam in salsuginem a malitia inhabitantium in ea, cur non e contrario eos, de quibus dixerat, Posuit desertum in stagna aquarum, & terram sine aqua in exitus aquarum, & habitare fecit ibi esurientes, & cetera, & quos in, seruit de oleastro in radicem bonæ oliuæ, si recesserint a conditore, & adorauerint Assyrium, euerrat, & ad eandẽ sitim reducat, in qua prius fuerant? Quod quotidie in his, qui simulant se esse de Ecclesia Dei, & operibus negant, auditoresque legis sunt, & non factores accipi potest. 2. Tim. 3. Matt. 24. Luc. 18. Psal. 106.

10 Lib. 1. in c. 17. Prouer. to. 7. IDEM explicans illa verba: Quid prodest habere diuitias stulto, cum sapientiam emere non possit? Sic inquit. Quid malo catholico expedit diuitias habere veræ fidei, cum sapientiæ actionis habere neglexerit?

11 In cap. 15. Proverb. IDEM explicans illa verba: Pigredo immittit soporem, ait. Piger appellatur qui recte sentiendo quasi vigilat, quamuis nihil operando, torpescat, sed pigredo immittit soporem, quia paulisper etiam recte sentiendi virgilantia amittitur, dum a bono operandi studio cessatur.

12 Lib. 1. de vocatione gentium cap. 3. AMBROSIVS ostendit egregijs testimonijs, & multis, fidem non haberi nisi ex Dei munere. Ad Romanos cap. 1. Gratias ago Deo meo per Iesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra anunciatur in vniuerso mundo. & ad Ephesios cap. 5. Propterea, & ego audita fide vestra, quæ est in Christo Iesu, non cesso gratias Rom. 1. Ephes. 5.

Coloss. 3. tias agens pro vobis memoriam vestri faciens in orationibus meis. Ad Colossenses cap. 1. Gratias agimus Deo, & Patri Domini nostri Iesu Christi semper pro vobis orantes, audientes fidem vestram in Christo Iesu. Et primo ad Thes- 1. Thes. 1 salonicenses cap. 1. Ideo, & nos gratias agimus Deo sine intermissione quoniam cum accepissetis a nobis verbum auditus fidei, accepistis illud non vt verbum hominum, sed vt est vere verbum Dei, qui operatur in vobis, qui credidistis. Potuitne plenius aut euidentius demonstrari Dei esse donum credere, quàm ideo docere gratias agendas esse Deo? Quoniam hi quibus verbum Dei per homines prædicabatur, nõ quasi de hominum sermone dubitarunt, sed tãquam Deo loquenti per homines crediderunt, qui in ipsis est operatus, vt crederent.

13 Serm. 71. de grano sinapis. to. 3. Matt. 13. IDEM inquit: Simile est regnum cælorum grano sinapis, Mouet fortasse sensus vestros, cur regnum Dei tam præclarum grano sinapis exiguo comparetur, & rei vilissimæ simile esse dicatur. Sed si diligenter intendamus, inueniemus recte a Domino hanc similitudinem positam. Sicut enim granum sinapis prima fronte specie sui est paruum, vile, despectum, non saporem præstans, non odorem circumferens, nõ indicans suauitatem, at vbi teri cœperit, statim odorem suum acrimonia exhibet, cibum flãmei saporis exhalat, & tanto feruoris calore succenditur, vt mirum sit in tam friuolis granis tantũ ignem fuisse inclusum. Cuius etiam seminis cibum homines hiemis præcipue tempore magna pro suauitate percipiunt, quatenus repellãt frigora, & humores, viscerum interna calefaciant, sæpe etiam ex hoc, capiti exhibent medicinam, vt si quid inualidum, si quid ægrotum fuerit, sinapis igne curetur. Ita ergo, & fides Christiana prima fronte videtur esse parua, uilis, & tenuis, non potentiam suam ostendens, at vbi diuersis tentationibus teri cœperit, statim vigorem suum prodit, acrimoniam indicat, & participantẽ sibi ardere compellit, sicut Amaõ & Cleophas dixerunt, Nonne cor nostrum ar- Luc. 24. dens erat in nobis, dum aperiret nobis scripturas Dominus Iesus? Ergo granum sinapis mẽbrorum viscera calefacit, fides autem uigor cordium peccata comburit, sinapis iniquos humores decoquit corporum, fides autem libidinc fluenta consumit, & per illud medicina capiti procuratur, per fidem autem spirituale caput nostrum Christus sępius resonetur. Fidei etiam iuxta comparationem sinapis sancto odore perfundimur, sicut Apostolus ait, Bonus odor Christi sumus in omni loco.

14 Serm. 2. de grano sina. to. 3. IDEM sic ait: Cum sinapis succum sumimus vultu contristamur, fronte contrahimur, ad lachrymas promouemur, & ipsam salubritatem corporis nostri, cum quodam fletu austeritatis accipimus, & tunc magis sani efficimur, cum amplius ploramus: ita ergo & cum fidei christianæ mandata percipimus, contristamur animo, affligimur corpore, ad lachrymas promouemur, & ipsam nostram salutem cum quodam fletu, ac mærore consequimur. Inde enim ieiunia nos exasperant, illic peccatorum conscientia macerat, hinc patrimonij iactura conturbat, & toto contristati habitu magis salutẽ consequimur, si amplius defleamus, secundum quod ait Dominus, Amen amen dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos, mundus autem gaudebit. Sicut autem cum sinapi caput forte curandum est, iubemur abrasos capillos demere, vt nudo corpori perfectius medicina proueniat: ita cum ánima per fidem curanda est, præcipimur substantias a nobis sæculi auferre, impedimenta auri, argentique deponere, vt nudæ & soli animæ congruentius spiritualis medicina proueniat. Ergo quod succus sinapis in corpore, hoc fides christiana operatur in anima.

14 Lib. 1. de doctrina christiana c. 37 to. 3. 1. Tim. 1. AVGVSTINVS sic habet: Fide titubante, charitas etiam ipsa langueſcit. Nam si a fide quisque ceciderit, a charitate etiam necesse est cadat, non enim potest diligere, quod esse non credit. *Infra*. Explicans locum Pauli finis præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, ait: Charitas de corde puro, vt nihil aliud quàm id, quod diligendũ est, diligatur, conscientiam vero bonam subiunxit propter spem, ille enim se ad id, quod credit & diligit, peruenturum esse desperat, cui malæ conscientiæ scrupulus inest. Tertio & fide inquit, non ficta, si enim fides nostra mendacio caruerit, tunc & nos diligimus, quod est diligendum, & recte viuendo id speramus, vt nullo modo spes nostra fallatur.

15 In lib. cui titulus est Enchiridiẽ ad Laurentium. IDEM ait: Creduntur a quibusdam etiam ij, qui nomen Christi non derelinquunt, & eius lauacro in Ecclesia baptizantur, nec ab ea vlla hæresi præciduntur, in quantislibet sceleribus viuant, quæ nec diluant pœnitendo, sed in eis vsque ad huius vitæ vltimum diem pertinacissime perseuerẽt, salui futuri per ignem, licet pro magnitudine facinorum, flagitiorumq; diuturno, non tamen æterno igne puniri. Sed qui hoc credunt, & tamen catholici sunt falli videntur. In libro de fide, & operibus ostendi eam fidem saluos facere, quàm satis euidẽter expressit Paulus Apostolus dicens, In Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed fides quæ per dilectionem operatur, si autem male, & non bene operatur proculdubio secundum Apostolum Iacobum mortua est in semetipsa. Qui rursus ait, Si fidem dicat se quisquam habere, opera autem non habeat, numquid potest fides saluare eum? Porro autem si homo sceleratus propter fidem solam per ignem saluabitur, & sic accipiendum est, quod beatus Paulus ait, Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem, poterit ergo saluare sine operibus fides, & falsum erit, quod dixit coapostolus eius Iacobus, & falsum quod ipse dixit, Nolite errare, neque fornicatores, nec auari, &c. regnum Dei possidebunt. Si enim etiam in istis perseueran tes criminibus, tamen propter fidem Christi salui erunt, quomodo in regno Dei non erunt? Sed quia hæc apostolica testimonia apertissima falsa esse non possunt, illud quod obscure dictũ est de ijs, qui superædificant supra fundamentum Gal. 5. Iac. 2. 1. Cor. 3. 1. Cor. 6.

tum,quod est Christus, non aurum,non argentum,non lapides pretiosos,sed ligna, fœnum, stipulam,de his enim dictum est,quòd per ignem salui erunt, quoniam fundamenti merito non peribunt,sic intelligendum est,vt ijs manifestis non videatur esse contrarium. Ligna quippe,& fœnum, & stipula non absurde accipi possunt rerum sæcularium,quamuis licite concessarum tales cupiditates, vt amitti sine animi dolore non possint. Cum autem iste dolor vrit,si Christus in corde fundamenti locum habet,ideſt, vt ei nihil anteponatur, & malit homo, qui tali dolore vritur, rebus,quas ita diligit magis carere, quàm Christo per ignem fit saluus, si autem res huiusmodi temporales, ac seculares tẽpore tentationis maluerit tenere,quàm Christum eum in fundamento non habuit, quia hæc priori loco habuit, cum in ædificio prius non sit aliquid fundamento.Qui ergo fidem non deserit, nec Christum quamuis doleat,dum temporalia amittit, saluus est iste, sic tamen quasi per ignem.

18 Lib.de fide & operibus to.4. IDEM ait: Iam illud videamus,quòd excutiendum est a cordibus religiosis,ne mala securitate salutem suam perdant,si ad eandem obtinendam sufficere solam fidem putauerint,bene autem viuere neglexerint. Nam etiam temporibus Apostolorum non intellectis quibusdã subobscuris sententijs Apostoli Pauli,hoc eum quidam arbitrati sunt dicere faciamus mala, vt veniant bona, quia dixerat, Lex subintrauit, vt abundaret delictum, vbi autem superabundauit delictum, superabundauit, & gratia. Quod ideo verum est, quia legem accipientes homines,qui de suis viribus superbissime præsumebant, nec diuinum adiutorium vincendarũ malarum concupiscentiarum recta fide impetrantes,pluribus grauioribusque delictis etiam lege præuaricata onerati sunt. Ac sic magno reatu compellente confugerunt ad fidem,qua misericordiam indulgentiæ mererentur, & auxilium a Domino, vt diffusa per Spiritum Sanctum charitate in cordibus suis cum dilectione agerent, quæ contra sæculi huius concupiscentias iuberentur. Cum ergo dicit Apostolus, Arbitrari se iustificari hominem per fidem sine operibus legis, non hoc agit,vt professa fide opera iustitiæ cõtemnantur,sed vt sciat se quisque per fidem posse iustificari, etiam si legis opera non præcesserint. Sequuntur enim iustificatum, non præcedunt iustificandum,quoniam ergo hæc opinio tunc fuerat exorta, aliæ apostolicæ epistolæ Petri, Ioannis, Iacobi, & Iudæ contra eam maxime dirigunt intentione, vt vehementer astruant fidem sine operibus nihil prodesse, sicut etiam ipse Paulus,non qualẽcunque fidem, qua in Deum creditur, sed eam salubrem planeque euãgelicam definiuit, cuius opera ex dilectione procedunt, & fides inquit, quæ per dilectionem operatur. Vnde illam fidẽ quæ sufficere ad salutem quibusdam videtur, ita nihil prodesse asseuerat,vt dicat; Si habeam omnem fidem ita vt montes transferam,charitatem autem non habeam, nihil sum. Vbi autẽ hæc fidelis charitas operatur, sine dubio bene viuitur,plenitudo enim legis est charitas. *Infra*: Iacobus vehementer infestus est eis,qui sapiunt fidem sine operibus valere ad salutem,vt illos etiam dæmonibus comparet dicens,Tu credis quia vnus est Deus bene facis,dæmones credũt & contremiscunt. Quid verius, breuius, vehementius dici potuit, cum,& in Euangelio legamus hoc dixisse dæmonia,cum Christum filiũ Dei cõfiterentur,& ab illo corriperentur,quod in Petri confessione laudatum est. Quid proderit, ait Iacobus, Fratres mei si fidem quis dicat se habere opera, autem non habeat? Numquid poterit fides saluare eum? Dicit etiã,quia fides sine operibus mortua est. Quousque igitur falluntur,qui fide mortua sibi vitam perpetuam pollicentur. *Infra*:Illud non video,cur Dominus dixerit, Si uis ad vitã ingredi serua mandata, & commemorauit ea,quæ ad bonos mores pertinent, si etiam his non seruatis ad vitã veniri potest per solam fidem,quę sine operibus mortua est? Illud deinde quomodo verum erit, quod Christus Dominus his qui ad sinistram erunt dicet,Ite in ignem æternum,nec increpat, quia in eũ non crediderunt,sed quia bona opera non fecerunt? Nam profecto ne sibi quisquã de fide,quæ sine operibus mortua est,promittat æternã vitã,propterea omnes gẽtes segregatarum se dixit,quæ permixtæ eisdem pascuis vtebantur, vt appareat eos illi dicturos, Domine, quando te vidimus illa,& illa patientem, & non ministrauimus tibi? Qui in eum crediderant, sed bona opera non curauerant, tãquam de ipsa fide mortua ad vitam perueniretur æternam. Erit ergo combustio eorum æterna, qui cum fide bona opera non habuerunt. *Infra*: Fides illa quæ per dilectionem operatur posita in fundamento,quod est Christus neminem perire sinit. *Infra*: Nequaquam mens incauta fallatur,vt se existimet Deum cognouisse,si eum fide mortua hoc est sine operibus bonis confiteatur more dæmonum,& ideo se iam non dubitet ad vitam æternã esse vẽturum,quia Dominus dicit, Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum.Venire quippe debet etiam illud in mentem,quod scriptum est, in hoc cognoscimus eum,si mandata eius seruauerimus;qui dicit,Qui cognouit eum,& mandata eius non seruat mendax est, & in hoc veritas non est,hoc est autem mãdatum eius,vt credamus nomini eius Filij Iesu Christi, & diligamus inuicem. *Infra*: In Euangelio Dominus loquitur, Venit hora,in qua omnes qui sunt in monumentis, audient vocem Filij Dei, & procedent, qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ, & qui mala egerunt in resurrectionem iudicij. Neque illud dictum est, hoc qui crediderit,illud qui non crediderit, sed hoc illi qui bona egerunt, illud qui male egerunt. Inseparabilis quippe est bona vita a fide,quæ per dilectionem operatur, immo vero ea ipsa est bona uita. Qui autem non credit, ait alibi, iam iudicatus est, vnde surgent in resurrectionem iudicij damnandi fideles, qui male uixerunt.

Rom. 3.

Rom. 5.

Ibid.

19

Gal. 5.
1.Cor.13.

IDEM

21 In lib.octo quæstionũ. IDEM sic habet: Quoniam Paulus Apostolus prædicans iustificari hominem per fidem sine operibus,nõ bene intellectus est ab eis,qui sic acceperunt dictum, vt putarent, cum semel in Christum credidissent, etiamsi male operarentur, & facinorosa saluos se esse posse per fidem, Paulus Abrahæ exemplo vsus est, sicut & Iacobus cum ait, Vis autem scire o homo inanis, quoniam fides sine operibus otiosa est? *Iac. 2.* Abraham pater noster nonne, ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illis, & ex operibus fides consummata est? Hoc eodem exemplo Abrahæ Paulus vsus est, vt probet iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Cum enim bona opera commemorat Abrahæ, quæ eius fidem comitata sunt, satis ostendit Paulum Apostolum, non ita per Abraham docere iustificari hominem per fidem sine operibus, vt si quis crediderit non ad eum pertineat bene operari, sed ad hoc potius, vt nemo meritis priorum bonorum operum arbitretur se peruenisse ad donum iustificationis,quæ est in fide. In hoc enim se gentibus in Christum credentibus, Iudæi præferri cupiebant, qui dicebant se meritis bonorum operum, quæ in lege sunt ad euangelicam gratiam peruenisse; ideoque scandalizabantur multi, qui ex eis crediderant, quod incircuncisis gentibus Christi gratia traderetur. Vnde Apostolus Paulus dicit posse hominẽ sine operibus præcedentibus iustificari per fidem, quamuis ad iustificationem nõ peruenerit merito bonorum operum,sed gratia Dei. Non tamen ita intelligendum est,vt acepta fide,si vixerit,dicamus eum iustum, etiamsi male vixerit. Vnde, & Paulus alibi dicit,Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. *Rom. 2.* Vnde cum ait: Nolite errare, neque fornicarij,neque adulteri,neque fures,& *1.Cor.6.* regnum Dei possidebunt, satis ostendit iam ex quo crediderunt, bene operari debere. Quod, & ipse Dominus commemorat dicens, *Matt.7.* Non omnis qui dicit mihi, Domine,intrabit in regnum cælorum, sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cælis est. Et alibi, vt quid *Luc.6.* dicitis mihi Domine Domine, & non facitis quæ dico vobis? Et omnis qui audit verba mea, & facit ea,similabo eum viro prudenti,qui ædificauit domum suam supra petram, & qui audit verba mea, & non facit ea, similabitur viro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam. Quapropter non sunt contrariæ duorum Apostolorum sententiæ, cum dicit vnus, Iustificari hominem per fidem sine operibus,& alius dicit, Inanem esse fidem sine operibus, quia ille dicit,de operibus, quæ fidem præcedunt, iste de his,quæ fidem sequuntur.

22

23 Lib.1. contra Faustũ Manichæũ to.6. IDEM sic habet: Euangelium accipere in duobus consistit in fide, & operibus, sine operibus autem impossibile est intrare in regnum cælorum. Vnde Christus discipulis ait,Euntes *Matt.28.* docete omnes gentes baptizantes eas, & docentes seruare omnia,quæ mandaui vobis, non dixit docentes eos,quia sim natus, sed vt mandata seruent. Item alibi. Amici mei eritis,si feceritis, quæ ego præcipio vobis, non dixit si natum me credideritis. Nec non & in monte, cum doceret. Beati pauperes spiritu dicens, Beati mites, &c. non dixit, Beati qui me confessi fuerint natum. Et diuiti quærenti vitam dixit, Vade, & vende omnia quæ habes, & da *Matt.19.* pauperibus, & veni sequere me,non dixit,Crede me natum, vt in æternum viuas. *Ioan. 15.*

24 In Ps. 101. to.8. IDEM explicans illa verba: Filij seruorum habitabunt, ait: Filij seruorum opera seruorum sunt, nemo ibi habitabit nisi per opera sua. Serui per opera sua habitabunt, & hoc est dicere,serui per filios suos inhabitabunt: Noli ergo esse sterilis,si vis habitare, præmitte fetus quos sequaris. Filij tui te deducant ad terram promissionis, terram viuentium. Filius Ioseph anteceſſit Iacob in Egyptum, & ait patri suo, & fratribus suis, Ego præueni præparare vobis escas. Præcedant ergo filij tui,præcedant te opera tua, quales filios præmiseris, talis & sequeris. *Gen.45.*

25 In Ps. 127. IDEM explicans illa verba:Et videas filios filiorum tuorum,inquit.Filij tui opera sunt,quæ hic agis,filij filiorũ fructus sunt operum tuorum. Facis eleemosynas,filij tui sunt propter eleemosynas accipis vitam æternam, filij filiorum *Matt.21.* tuorum sunt. Non sis sterilis arbor qualis fuit illa ficulnea, vbi fructum non inuenit esuriens Dominus. Et videtis quid ei contigerit, folia sola habebat, fructum non habebat. Sic sunt qui verba habent, & facta non habent. Veniens esuriens Dominus,non inuenit ibi, quod manducet, quia fidem nostram, & facta bona esurit Dominus. Pascamus illum bene viuendo, & pascet nos in æternum, nobis viuere dando.

26 Lib.25.moral.cap.19. to.2. GREGORIVS explicans verba illa: Iob. 34. capite. Quasi impios percussit eos in loco videntium,ait: De his loquitur Iob,quos intra Ecclesiam diuina vltio inuenit, qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Quasi impios percussit eos in loco videntium. Ibi quippe stabant, vbi Deum videre videbantur. Ibi tenebras dilexerunt, vbi lumen veritatis aspicitur. Et quamuis apertos habuerunt oculos in fide, tenuerunt tamen eos clausos, in opere. Vnde, & bene de Iudæa dicitur,Speculatores eius cæci, quia videlicet non videbant opere, quod professione cernebant. Vnde etiam de Balaam scriptum est, qui cadens apertos habet oculos.Cadens quippe in opere,apertos tenuit oculos in contemplatione. Ita ergo hi etiam oculos aperientes in fide, & non videntes in opere intra Ecclesiam positi pia specie, extra Ecclesiam inuenti sunt impia conuersatione. De quibus alias bene scriptum est, *Eccls. 8.* vidi impios sepultos qui cum adhuc viuerent, in loco sancto erant, & laudabantur in ciuitate quasi iustorum operum. Multos enim peste propriæ prauitatis obsessos, sub christiano nomine ipsa tranquillitas Ecclesiasticę pacis abscondit, quos tamen si leuis persecutionis aura pulsauerit, mox extra aream velut paleas tollit. *Esai.56.* *Num. 24*

tollit. Quidam vero idcirco christianitatis vocatione signantur, quia Christi nomine sublimiter exaltato, pene omnes iam videri fideles
27 aspiciunt, & pro eo, quòd hoc vocari alios cernunt, ipsi non videri fideles erubescunt, sed esse negligunt, quod dici gloriantur. Rem enim virtutis intimæ ad decorem sumunt visionis externæ, & qui ante supernum iudicem nudi conscientiæ infidelitate consistunt, ante humanos oculos professione sancta verbo tenus palliantur. Nonnulli autem fidem medullitus tenent, sed viuere fideliter nullatenus curant. Insequuntur enim moribus quod credulitate venerantur. Quibus diuino iudicio sæpe contingit, vt per hoc quod nequiter viuunt, & illud perdant, quod salubriter credunt. Incessanter namque se prauis actionibus polluunt, & super hoc vindictam iusti iudicij retribui posse diffidunt, & sæpe cum bene viuere negligunt, etiam persequente nullo, vtcumque ad perfidiam dilabuntur. Fidem quippe perdidisse est incorrectis malis operibus digna supplicia reddi posse non credere. Quia ergo digna fidei opera seruare contemnunt, etiam fidem perdunt quam tenere videbantur. Super quos be-
Psal. 136 ne per Prophetam sub Hierusalem specie inimicorum destruentium verba memorantis, a quibus scilicet dicitur, Exinanite vsque ad fun-
28 damentum in ea. Paulus quippe ait, fundamentum aliud nemo potest ponere præter id, quod
1.Cor. 3. positum est, quòd est Christus Iesus. Inimici ergo destruentes, vsque ad fundamentum Hierusalem exinaniunt, quando peruersi spiritus a corde fidelium destructo prius ædificio boni operis, soliditatem quoque exhauriunt religionis. Sicut enim supra fundamentum fabrica, sic super fidem opera construuntur, Vsque ad fundamentum ergo exinaniisse est euerso bene viuendi opere, etiam robur fidei dissipasse. Hinc
Hier. 2. etiam ad Iudæam per Hieremiam dicitur, filij quoque Mempheos, & Taphneos constupra-
uerunt te vsque ad verticem. Vsque ad verticem quidem cõstuprari est post malæ operationis vsum, etiam in ipsa fidei sublimitate corrumpi. Cum enim nequissimi spiritus, vniuscuiusque animam in prauis operibus inuoluũt, sed integritatem fidei vitiare non possunt, quasi adhuc inferiora membra polluunt, sed ad verticem non pertingunt. Quisquis autem in fide cõrrumpitur, iam vsque ad verticem constupratur. Malignus enim spiritus quasi ab inferioribus membris vsque ad summa pertingit quando actiuam polluens, castam celsitudinem fidei diffidentiæ morbo corrumpit. Quia igitur cuncta hęc humanis oculis absconsa sunt, sed diuinis obtutibus patent, & multi in hac domo fidei sine fide moriuntur, dicitur recte quasi impios percussit eos in loco videntium.

Fidei mysteria recondita, & abstrusa celanda sunt rudi, & ignaræ plebi, sed illa esse credibilia optime conuincunt sancti, id varijs in locis explicantes. Cap. IV.

FIdei credibilitatem ex Apostolorum prædicatione mira ostenderunt sancti, potissime autem Chrysostomus, de qua re disseruimus in libro primo, capite vigesimo quarto.

1 Homil. 4. in c. 4. Numerorum in.

ORIGENES tomo primo, homilia quarta in caput quartum Numerorum, exponens verba illa: Ingredientur Aaron, & filij eius, quando mouenda sunt castra tabernaculum fœderis, & Sanctum sanctorum, & deponent velum, quod pendet ante fores, inuoluentque eo arcam testimonij, & operient ursum velamine hyacinthinarum pellium, extendentque desuper pallium totum hyacinthinum, & inducent vectes. Inuoluendam quoque & operiendam dicit mensam propositionis, thuribula, mortariola, cyathos, & crateras, operient candelabrum cum lucernis, & forcipibus suis, & emunctorijs, & cunctis vasis olei, nec non & altare aureum inuoluent hyacinthino vestimento, & extendent desuper operimentum hyacinthinarum pellium, inducentque vectes, omnia vasa, quibus ministratur in sanctuario, inuoluent hyacinthino pallio, sed & altare nundabunt cinere, & inuoluent illud purpureo vestimento, cuncta vasa altaris operient simul, cumque inuoluerit Aaron, & filij eius, & omnia vasa eius in commotione castrorum, tunc intrabunt filij Caath, vt portent inuoluta, & non tangent vasa sanctuarij, ne moriantur, sic habet: Videamus quomodo hæc singula obseruari oporteat in Ecclesia Dei a sacerdotibus Christi. Si quis sacerdos est, cui vasa sacra, idest mysteriorum sapientiæ secreta commissa sunt, discat ex ijs, & obseruet, quomodo hæc oporteat intra velamen conscientiæ custodire, nec facile proferre ad publicum. Aut si res poscit proferre, & inferioribus, idest imperitioribus tradere, ne nuda proferat, ne aperta ostendat, & penitus patentia, alioquin homicidium facit, & exterminat plebem. Exterminatur enim omnis qui secreta, & ineffabilia sacramenta contigerit, nondum meritis, & scientia in sacerdotij ordinem, gradumque translatus, solis enim filijs Aaron sacerdotibus, scilicet ipsam arcam testamenti, mensam, & candelabrum, & si quid est eorum, quæ supra comprehendimus, nuda, ac reuelata videre concessum est. Alij autem operta hæc videant, immo potius velata hæc in humeris suis portent, & filij quidẽ Caath, quoniã ipsi licet non sint sacerdotes, sunt tamẽ proximi sacerdotibus in humeris suis

ris suis possunt ista portare. Alij vero sarcinas suas, & ministeria, nec in humeris, sed in plaustris ponunt. *Infra*. Qui nondum meritis, & vita ad sacerdotalem gratiam conscenderunt, non solum per speculum ea, & in ænigmate vident, sed & operta, & velata suscipiunt, & in humeris portant, quo scilicet magis ea actu operum, quam scientiæ reuelatione cognoscant.

3 Hom. 5. in Numeros interpositio eiusdem capitis.

IDEM inquit: Intellige quomodo vbi ventum fuerit, vt castra moueant filij Israel, soluitur tabernaculum, & Aaron, & filij eius sacerdotes intra Sancta sanctorum operiunt, singula quæque operimentis, ac velaminibus suis. Et obtecta ea relinquentes in eodem, quo fuerant loco introducunt filios Caath, qui ad istud officium deputati sunt, & faciunt eos eleuare humeris suis omnia illa, quæ manus sacerdotalis obtexerat. Et propter hoc dicitur a Domino, & exterminetis de tribu sua plebem Caath. Quasi in eo exterminandi essent, si Sancta sanctorum nuda, & patentia contigissent. Quæ non solum non contingere, sed ne intueri quidem fas erat non velata. Si quis dignos ex ijs qui Deo ministrant diuina capere, & videre mysteria, ad quæ contuenda ceteri minus capaces sunt; hic Aaron vel filius Aaron esse intelligatur, qui ingredi potest ad ea, quæ alijs adire fas non est. Si quis ergo talis est, huic soli reuelata patet arca testamenti. Hic videt vrnam intra se habẽtem manna, hic considerat, & intelligit propitiatorium, hic intuetur, & Cherubim vtrunque, & mensam sanctam & candelabrum luminis, & altare incensi. Sciat sane cui hæc reuelantur, & spiritaliter inspicienda creduntur, non sibi tutum esse aperire ea, & pandere quibus non licet pandi, sed operire debet singula, & operta ceteris minus capacibus tradere portanda in humeris. Cum enim ex verbis mysticis eruditi, & perfecti quique doctores opera populis iniungunt, & plebs implet quæ mandantur, non tamen eorum quæ geruntur intelligit rationem, quid aliud geritur nisi operta, & velata Sancta sanctorum super humeros portantur?

4 Lib. 1. contr. Celsũ philosophũ c. 4.

IDEM loquens: Quòd multa fidei dogmata ad multos pertingere non debent, ait: Hoc non modo christianæ fuerit doctrinæ propriũ, sed philosophiæ studentium, vt apud quos dicta essent nonnulla, quæ in apertum edi fas esset, nonnulla vero, vt arcana, & minus vulgata quæ silentio premerentur. Erant, & qui Pythagoram publice audirent docentem, & qui seorsum instruerentur, quæ digna nequaquam essent (vt dicere ipse solebat) vt ad profanas, & nondum expiatas aures perueniret.

5 Hom. 2. in epist. Pauli ad Roman. in.

CHRYSOSTOMVS explicans verba illa: Quoniam fides vestra annunciatur in vniuerso mundo, inquit: Considera prædicationis Euangelicæ vim, vt breui tempore publicanorum, ac piscatorum opera in ipsum vrbium caput inuaserit, vt homines Syri Romanis præceptores, atque institutores extiterint. *Infra*: Etenim nuper orbis principatum adepti, fastu multo turgebant in diuitijs, ac delicijs vitam agentes, Euangelium autem ipsum piscatores Iudæi ferebant, & quidem ex Iudæis, gente, quam omnes oderant, atque abominabantur, quin, & Crucifixum adorari iubebant. Iam, & vna cum ipso dogmate duram vitam agendam præscribebant magistri hominibus, quibus semper curæ fuerant deliciæ, quique rerum vitæ præsentis admiratione attoniti essent. Adde quòd qui hæc nunciabant, pauperes erant, & priuati, ignobiles, & ex parentibus ignobilibus orti, sed tamen nihil horum sermonis Euangelici cursum impediuit, tanta erat Crucifixi potentia.

6 Hom. 8. in 2. epist. Pauli ad Corinth.

IDEM ostendit, quòd tunc maxime manifestatur Dei potentia, quando per viles operatur magna. Idcirco & alibi dicebat, Virtus mea in infirmitate perficitur. Et in veteri testamento, per culices, ac mures integros barbarorum exercitus fugabat. Vnde & magnam suam virtutem erucam vocabat. Et ab initio linguas confundens solum ma- *1.Cor.* 11
gnam illam turrim Babylonicam destruebat, *1. Reg.* 5.
& in bellis quidem, nunc per trecentos in- *Amos* 4.
numeros exercitus fugabat, nunc autem per *Gen.* 11.
buccinas ciuitates destruebat, postea vero per *Iosue* 6.
pusillum adolescentem, & contemptum Da- *1. Reg.* 17
uid omnem barbarorum aciem in fugam conuertebat. Sic sane, & in propaganda fide, duodecim solum missis, orbem vicit. Obstupescamus igitur virtutem Dei, admiremur, adoremus, interrogemus Iudæos, & gentes, quis persuasit vniuerso orbi a patrijs moribus desistere, & ad aliam transire conuersationem? Piscator, vel tabernaculorum factor, publicanus, vel illiteratus, & idiota? Et quomodo hæc essent rationi consona, nisi diuina virtus esset, quæ per illos operata est? Quid autem dicentes, persuaserunt? Baptizemini in nomine Crucifixi. Cuius? Quem nesciebant, nec viderant. Attamen hæc dicentes, & prædicantes persuaserunt, quòd hi qui a patribus ipsis traditi erant, qui vaticinabantur, non erant dij. Crucifixus autem hic Christus omnes attraxit, tametsi quòd crucifixus quidem esset, ac sepultus omnibus manifestum erat, quod autem resurrexisset, nulli præter paucos viderant, nihilominus & hoc persuaserunt his, qui non viderant. Vnde igitur sermones illi verisimiles, & probabiles dicoro? non aliunde quàm a Dei virtute. Etenim nouitas hæc primo omnibus ingrata erat. Quando autem & talia noua quis affert res difficilior fit, quando amouet inueteratæ consuetudinis fundamenta, quando a fundamentis euellit leges. Ad hæc neque precones fide digni videbantur, sed & apud omnes gentes exosi, meticulosi, indocti. Vnde igitur vicerunt orbem? Quomodo nos

& progenitores noſtros, qui philoſophi, ac ſapientes putabantur, cum dijs ſuis eiecerunt? Nonne manifeſtum ex eo quòd Deum habebãt ſecum? non ſunt enim hæc opera humanæ facultatis, ſed diuinæ cuiuſdam, & ineffabilis. Non, dicet quis, ſed magicæ. Oportuiſſet igitur dæmoniorum principatus creſcere, & propagari Idolorum cultum. Quomodo ergo deſtructus eſt, & euanuit ille, & prævaluere noſtra quæ illis contraria? Proinde quòd Dei arbitrio hæc euenerint, non a ſola prædicatione, ſed etiam a conuerſatione ipſa manifeſtum eſt. Quando enim virginitas tanta vbique terrarum pullulauit, quando diuitiarum contemptus, & vitæ, & omnium aliorum? Illi Angelorum conuerſationem nobis innexerunt, non inuexerunt autem ſolum, ſed etiam egerunt in hac noſtra regione, in terra barbarorum, in ipſis terræ finibus.

8 In lib. cui titulus eſt, aduerſus gentiles to. 5.

IDEM ait: Chriſtum Deum probare debemus ex his, quæ inter nos, & illum confeſſa ſunt, & quæ in dubium reuocare nequit. Quæ ſunt, quæ gentilis confitetur? Quòd chriſtianorum genus ipſe plantauit. Hinc faciemus demonſtrationem uirtutis Chriſti, & oſtendemus ipſum Deum. Etenim non eſt puri hominis in tantis rebus orbem terra, marique tam breui tempore conprehendere, & tam abſurdis moribus præuentum, tantiſque malis irretitum liberare humanum genus, & non Romanos tantum, ſed, & Perſas, & omne barbarorum genus. Inſuper quòd hæc confecit nullis vſus armis, nullos faciens ſumptus, nullos mouens exercitus, ſed per vndecim viros principio ignobiles, viles, rudes, idiotas, nudos, pauperes, perſuaſit tot hominum tribubus, idque non præſentibus ſolum, ſed, & futuris. Quid, quod ſubuertit leges patrias, aboleuit conſuetudines inueteratas, euellit ſtirpes tanto tempore radicatas, & pro illis ſuas alias plantauit? Abduxit ab his in quæ propenſi eramus, & in ardua, & difficilia induxit, cumque hæc faceret infeſtabantur, & ſui ab omnibus, & crucem ipſe mortis genus ignominioſiſſimum ſuſtinuit, & nihilominus quotidie prædicatio increſcit, & floret non hic ſolum, ſed, & apud Perſas etiam, dum ab illis impugnatur. Etenim, & inde multa ſunt martyrum examina, & qui ibi lupis ferociores erant accepta prædicatione ouibus manſuetiores euaſere, nuncque de immortalitate, & reſurrectione, & ineffabilibus bonis diſſerunt, neque in ciuitates ſolas, ſed in ſolitudinem vſque peruaſerunt, hæc præclara facinora, & in pagos, & in inſulas, & in portus, ac nauium ſtationes. Nec priuati, & principes tantum, ſed, & ipſi Reges, qui diademata ferunt inſigni fide, Crucifixo ſe ſubmittunt. *Infra*: Eleganter probat Chriſtum eſſe Deum, quia omnia quæ de ipſo ſcripta erant, indubie cuncta ſunt impleta, quæ de ortu eius, incarnatione, doctrina, miraculis, paſſione, morte, & reſurrectione, ac prædicatione, & ſua, & Apoſtolorum Prophetæ prædixerant, ſic vt prænunciata ſunt, contigerunt. Et idem oſtendit quia poſt crucem, poſt mortem res Chriſti clariores fuere, & poſt reſurrectionem prædicatio Chriſti inualuit. Crucifixus eſt, flagellatus, colaphis cæſus, conſputus a latronibus conuicijs inceſſitus, tyrannidis, & blaſphemiæ nomine occiſus. Nunc autem hoc mortis genus diademate quouis glorioſius eſt. Nã Reges poſitis diadematis, cruce ſuſcipiunt mortis ſymbolum. In purpuris crux, in diadematis crux, in precibus crux, in armis crux, in 10
menſa ſacra crux, & in toto orbe crux, & ſuper Solem fulget crux. Et erit requies eius honor; licet in rebus humanis diuerſo modo contingere ſoleat. Nam cum hi qui hic in magna gloria, rebuſque florentibus agunt, moriuntur, pereunt cum eis ſimul alia omnia, id quod non ſolum in diuite, ſed & in principe, atque adeo, & in regibus ipſis quiſquis videt. Nã leges eorum irritantur, ſtatuę obſcurantur, memoria extinguitur, nomen eorum in memoriam iam non venit, a cognatis deſpiciuntur, & licet glorioſa prius geſſerint, ſimul tamen conciderunt omnia. At ſecus in cruce euenit. Ante crucem in luctu res erant, Iudas prodidit, Petrus negauit, reliqui fugerunt, Ieſus ſolus inter inimicos comprehenſus eſt, multi qui crediderant, retrorſum abierunt. Ceterum vbi occiſus eſt, & mortuus, vt diſcas quòd non ſit purus homo, non ſolum res eius non interciderunt, ſed multo clariores, illuſtriores, & ſublimiores euaſerunt. Nam ante crucem principuus Apoſtolorum neque oſtiariæ minas tulit, & poſt tantam eruditionem aiebat ſe neſcire quis eſſet. At poſt crucem orbis ad fidem acceſſit, & infiniti martyrum populi occiſi malentes mori, quàm dicere quod Apoſtolorum princeps formidans vnius oſtiariæ minas. In omni regione, ciuitate, ſolitudine prædicamus Crucifixum. Et Reges, & milites, & principes, & præſides, & ſerui, & liberi, & idiotæ, & ſapientes, & barbari, & reliqua hominum genera, ac terræ omnes quas ſol ſpectat, ad hoc nomen currunt, vt adorent, vt diſcas quid ſit, Et requies eius honor. Et locus 11
quidẽ quo corpus hoc poſitum eſt, breuis erat, *Ibid.*
& valde anguſtus, auguſtior tamen, & venerabilior mille regum palatijs, immo etiam Regibus ipſis. Et erit requies eius honor. Non in ipſo tantum, ſed in diſcipulis ſuis hoc contigit. Nam qui contempti erant, & vincti qui innumera patiebãtur dum viuebant, vbi defuncti ſunt, Regibus ipſis erant magis venerabiles, etiam Romæ, quæ vrbium eſt regaliſſima, reliquis omnibus ad ſepulchra piſcatoris, & pellionis currunt, & reges, & præſides, & mililites. Et in Conſtantinopoli reges noſtri magnam gratiam putant, non ſi prope Apoſtolos, ſed ſi extra eorum veſtibula corpora eorum ſepeliantur, fiantque piſcatorum oſtiarij reges. Maledictus omnis, qui pendet in ligno. Veruntamen hoc maledictum, hoc

Deut. 21. hoc abominabile, hoc extremi ſupplicij ſymbolum, crux, diadematibus, & coronis clarior facta eſt. Neque enim ſic regia corona ornabatur caput, vt cruce, & quam omnes prius abhorrebant eius figuram, tantopere quærunt, atque adeo vbique ea inuenitur apud principes, apud ſubditos, apud mulieres, apud viros, apud virgines, apud nuptas, ſubinde omnes ea ſe ſignant inſcribendo in nobiliſſimum membrum noſtrum. In fronte enim noſtra quaſi in columna quotidie figuratur. Hanc vbique celebrari videre licet in domibus, in foro, in ſolitudine, in montibus, in collibus, in vijs, in vallibus, 12
in mari, in nauigijs, in lectis, in veſtibus, in armis, in thalamis, in vaſis argenteis, in aureis, in murorum picturis, in corporibus brutis male affectis, in corporibus a dæmonijs obſeſſis, in bellis, in pace, in diebus, in noctibus, in delicatorum choreis, in monachorum ordinibus, adeo certatim donum hoc mirabile rapiunt omnes. Mira eſt hæc gratia, nullus confunditur, nullus erubeſcit cogitans, quòd maledictæ mortis ſymbolum fuerit, ſed omnes ipſo magis ornantur, quàm diadematum coronis, vel multis gemmatibus monilibus, & torquibus. Vellem audire a pagano, vnde ſymbolum tam maledictæ mortis, ac ſupplicij omnibus tam deſiderabile, ſi nõ magna Crucifixi virtus. Ipſum Chriſti lignum, in quo crucifixum ſanctum Domini corpus fuit, quare eam habere totus orbis contendit, vt qui paruum quidam ex illo habent, hoc auro includant tam viri, quàm mulieres, & ceruicibus ſuis aptant, hinc valde honeſtati, & magnifici, & muniti, & protecti, licet condemnationis fuerit lignum. Hæc omnia prævidens Propheta dicebat, Et erit requies eius honor. Crux mortem ſuſtulit, inferni æreas portas confregit, diaboli arcem expugnauit, totũ orbem condemnationi ſubiectum eripuit, plagam a Deo immiſſam aduerſus naturam noſtram remiſit. Tantũ ac tale poſt Crucifixi mortem robur accepit. Diſce ergo quanta eius ſit virtus, quomodo ſine bello, & omnia facile operetur. Alia præter hæc oſtendunt eius virtutem. Orbem enim cũ eſſet ſterilis in ſermone virtutis, & vt bonum pariat eſſet velut infecunda mulier, fecitque eum paradiſum frugiferam. Quod antea Pro- Iſa. 54.
pheta dixerat, Lætare ſterilis quæ non paris, erumpe, & clama, quæ non parturis, quia multi filij deſertæ magis quàm eius, quæ habet virum. Et Hier. 31. Hoc eſt teſtamentum, quod diſpo- 13
nam eis; dabo enim leges meas in mentibus eorum, & in corde eorum inſcribam eas. Præterea illam magnam mutationem, eruditionemque facillimam declarans prædicebat, & non docebit vnuſquiſque proximum ſuum dicens, Cognoſce Dominum, quia omnes ſcient me a minimo vſque ad maximum. *Infra*: Docebantur homines quæ acceperant a patribus, auis, & proauis, alijſque ſuperioribus progenitoribus, & philoſophis, & rhetoribus reſpuere, quod ſane difficillimum erat, ac difficilius nouam accipere conſuetudinem, quæ nuper irrepſerat, illamque valde laborioſam. Abduxit namque Chriſtus a voluntate, & induxit ad ieiunium, abduxit ab amore opum, & induxit ad amorem paupertatis, abduxit a luxu, & induxit ad temperantiam, abduxit ab ira, induxit ad manſuetudinem, abduxit ab inuidia, induxit ad benignitatem, abduxit in via lata, & induxit in anguſtiam, & arctam, & induxit aſſuetos vitæ latæ. Neque enim alios homines extra huius mũdi conſuetudinem viuentes aſſumpſit, ſed illos ipſos qui in talibus vitijs computruerant, & luto molliores erant, iuſſit vt anguſtam, & arctã viam, aſperamque illam, & duram ambularẽt. Et perſuaſit non duobus, vel decem, vel centũ, ſed omnibus ferme ſub ſole habitantibus. Et per illiteratos, & barbaros, & ineloquentes piſcatores robore corporis, præcellentia gloriæ, dignitate progenitorum, vehementia rhetorices, eminentia ſcientiæ carentes, ædificauit Eccleſiam hanc, quæ a finibus vſque ad fines extenta eſt. Neque hoc ſolum mirabile, quod pau- 14
peres illi totius orbis correctionem attentarũt, ſed quod hoc non in pace fecerunt, ſed infinitis bellis hinc inde excitatis. Nam in vnaquaque gente, & ciuitate, & quid dico gente, & ciuitate? in ſingulis domibus gerebatur bellum. Radicata enim hæc doctrina, & puerum ſæpe a patre diuiſit, & nuptam a ſocru, & fratrem a fratre, & ſeruum a domino, & ſubditum a principe, & virum a muliere, & patrem a pueris, neque enim ſimul omnes crediderunt. Ad hæc quotidianas inimicitias, continua bella, multaſque ipſis mortes attulit. Et fecit vt Apoſtolis quaſi communes hoſtes, & inimicos plerique aduerſarentur, abigerentque eos a ſe omnes reges, principes, priuati, populi, vrbes, & non ſolum ipſos, ſed & quod grauius, nonitios in fide, & eos qui ab ipſis inſtruebantur. Eodem enim bello premebantur, & diſcipuli, & magiſtri. Videbatur enim doctrina hæc contraria præceptis regijs, & conſuetudini, & patrijs moribus quandoquidem docebant ab idolis abſtinendum eſſe, deſpectui habenda altaria, quæ patres, progenitoreſque ipſorum coluerant, reſpuenda ſacrificia, quæ ipſis maxime horribilia, & formidabilia videbantur, pro quibus, & animas potius expoſuiſſent, quàm vt eligerent ea, quæ ab illis dicebantur, & crederent in natum ex Maria, & Crucifixum. Quæ facta Gen. 1.
ſunt virtute eius, qui iuſſit, ille enim omnia faciebat. Quo enim modo ille dixit, Fiat cælum, & monſtrauit opus, fundetur terra, & il- 15
lius ſubſtantia producta eſt, fulgeat ſol, & indicauit auſtrum, omniaque verbo operatus eſt eodem modo, idem & eccleſias illas plantauit, vbi dixit, Aedificabo Eccleſiam meam, multa acceleratio ne facta eſt, etiam contra illam tyrannis ſe armantibus, & militibus arma mouentibus, & populis plus valido igne inſanientibus, & obluctante conſuetudine, etiam oratoribus, & ſophiſtis, & diuitibus, & principibus inſurgentibus, ſermo Dei velut ignis validus ſpinas conſumpſit. Et licet hi qui crediderunt in carceribus ſeruarẽtur, deſpectui eſſent, occiderentur, & omne tormentorum genus ſuſtine-

stinerent, vt hostes publici, plures tamen semper accrescebant. Et quamuis viderent fluere torrentes sanguinis credentium, feruentiores tamen reddebantur in fide, & magistris vinctis, fugatis, flagellatis, discipuli plures fiebant, & magis studiosi. *Infra*. Numera quot tyranni ab illo tempore aduersus ipsam instruxerũt acies, quot grauissimas persecutiones mouerunt, quo modo toto priore tempore, quando nouitia erat fides, tenerǽque hominum mentes, gentiles regnabant, Tiberius, Caius, Nero, Vespasianus, & post illum omnes vsque ad beati Constantini tempora, & omnes illi, alij minus, alij sæuius infestabant Ecclesiam, verumtamen insidiæ, & machinationes illæ omnes leuius, quã araneorum telæ discerptæ sunt. Et ea quibus nos inuadebant, & quibus insidiabantur, citius fumo dissoluta, puluere præterierunt infirmiora. *Infra*. Templum iudaicum euertit Dominus, & illud hi qui olim tam potentes erant, vt se opponerent regibus, & populis, & absque sanguine, vbique hostibus præualerent miros, & inopinatos triumphos statuentes, templum vnum ab illo die vsque in hodiernum reædificare non valuerunt, quamuis tot, tantique reges, & tanta multitudo in toto orbo dispersa ipsos iuuarent, essentque sibi tantæ opes. Vides quomodo quæcumque ędificauerit, nullus destruet, & quæcumque destruxerit nullus ædificabit? Edificauit Ecclesiam, & nullus eam destruere poterit, destruxit templum, & nullus illud ædificare poterit, idque in tam longo tempore. Nam & illam destruere conati sunt, & non potuerunt, & hoc ædificare tentauere, & nec idipsum potuerunt. Nam rex qui hac nostra ætate omnes alios impietate præcellebat, & facultatem, tunc dedit, & cooperatus est, & opus incipiebant, sed nec in minimo profecerunt, nam ignis a fundamentis exiliens, omnes ipsos fugauit. Quòd autem uoluerint ædificare, & hoc indicium est, quia vsque nunc manent fundamenta denudata, vt videas quod attentarunt, quidem effodere, & non valuerunt extruere. Quamuis autem, & olim destructum templum illud, attamen vbi post septuaginta annos redierunt, statim excitatum est, fuitque priore multo præclarius, nũc autem supra quadringẽtesimum annũ est, & nulla neque cogitatio, neque spes est, quod instauretur. Quomodo ergo potentes, & diuites non potuerunt vnum templum extruere, præsertim videntes cultum suũ, alioquin vbique residere quasi ligatum, & Iudaicos ritus aboleri, & sacrificia, & oblationes, & alia legitima auferri? immo non licebat eis excitare, vel templum, vel altare, aut sacrificiũ offerre, aut immolare ouem, aut imponere thymiama, aut recitare legem, aut instituere festa, quod vel in vestibulis quondam agebant.

16

17 Lib. 13. in c. 42. Ezec.

HIERONYMVS explicans verba illa: Cum ingressi fuerint sacerdotes, non egredientur de sanctis in atrium exterius, & ibi reponẽt vestimenta sua, in quibus ministrant, quia sancta sunt, vestienturque vestimentis alijs, & sic procedent ad populum, sic habet: Quando pro cedendum est ad eos, qui non possunt tẽpli adyta penerrare, nec diuinæ scientiæ arcana cognoscere, egrediantur, inquit ad eos foras sacerdotes in atrium exterius nequaquam cum his vestimentis, quibus intrinsecus induti erant, nec his vtantur sermonibus, de quibus loquitur Deus, Secretum meum mihi, secretum meum mihi, & meis, ne incurrant in illud, quod Saluator prohibet dicens, Nolite sanctum dare canibus, nec proijciatis margaritas ante porcos, sed ponent vestimenta sua intrinsecus, quibus induuntur, quando ministrant in templi adytis, sancta enim sunt, & ad eos qui perfectam non habent sanctitatem, proferri non debent, accipientque alia vestimenta, & sic procedent ad populum. Sic, inquit, loquẽtur ad populum, quomodo potest audire populus. Vnde, & Apostolus Corinthijs loquebatur, in quibus audiebatur fornicatio, & talis fornicatio, quæ nec inter gentes quidem, lac vobis potum dedi, nõ escam, idest solidum cibum, nondum enim capere poteratis. Ad quos rursum dicit, Filioli mei quos iterum parturio donec Christus formetur in vobis. Paruulis enim atque lactantibus, non solum non prodest solidus cibus, sed interficit eos, qui perfectæ ætatis hominibus congruit.

Rom. 13. *Esai.* 24. *Matt.* 7. 1. *Cor.* 5. 1. *Cor.* 3. *Gal.* 4.

18 Lib. contra epist. Manichæi quam vocant fundamenti. to. 6.

AVGVSTINVS inquit: Multa sunt in Ecclesia catholica, quæ in eius gremio me iustissime teneant. Tenet consensio populorum atq. gentium, tenet auctoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, vetustate firmata, tenet ab ipsa sede Petri Apostoli, cui pascendas oues suas post resurrectionem Dominus commendauit vsque ad præsentem episcopatum successio sacerdotum, tenet postremo ipsum catholicæ nomen, quod non sine causa inter tam multas hæreses, sic ista Ecclesia sola obtinuit, vt cum omnes hæretici se catholicos dici velint, quærenti tamen peregrino alicui, vbi ad catholicam conueniatur nullus hæreticorum, vel basilicam suam, vel domum audeat ostendere. Ista ergo tot, & tanta christiani nominis charissima vincula recte hominem tenent credentem in catholica Ecclesia, etiamsi propter nostræ intelligentiæ tarditatem, vel vitæ meritum veritas, nondum se apertissime ostendat. Nemo ergo me mouebit ab ea fide, quæ animum meum tot, & tantis nexibus christianæ religioni adstrinxit.

19 Lib. 16. moral. cap. 3. to. 2.

GREGORIVS explicans verba illa: Aquam lasso non dedisti, & esurienti subtraxisti panem, sic inquit. Hæretici qui sua dogmata prædicare non cessant sanctam Ecclesiam, quasi de imperitia irrident dicentes, aquam lasso non dedisti, & esurienti panem subtraxisti. Panem se esurientibus non subtraxisse suspicantur, quia etiam de inuisibilibus, atque incomprehensibilibus requisiti, cum superbia & audacia respondent. Sancta vero Ecclesia, dum quempiam videt esurire, quod ei non prodesse accipere, aut si iam sunt sibi cognita, modeste supprimit, aut si adhuc videntur incognita, humiliter fatetur, eosque ad ordinatæ humilitatis sensum reuocat, cum per suum illis prædicatorem dicit, Nõ plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Et rursum, Noli altum sapere, sed time. Atque iterum, Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. Et rursum, Mel inuenisti, comede quod sufficit tibi, ne forte satiatus euomas illud. Mel quippe inuenire est sancti intellectus dulcedinem degustare. Quod tunc sufficienter comeditur, quando nostra intelligentia iuxta mensuram sensus sub moderamine tenetur. Nam satiatus mel euomit, qui plus appetens penetrare quàm capit, & illud perdit vnde potuit nutriri. Quia ergo sancta Ecclesia ab infirmis mentibus prohibet alta perscrutari, beato Iob dicitur, Esurienti subtraxisti panem.

Rom. 12. *Rom.* 11. *Eccls.* 3. *Prou.* 25.

20 Serm. 62. in Cantica. 1. Cor. 2.

BERNARDVS ait: Sapientiam loquebatur Paulus inter perfectos, sapientiam in mysterio absconditam. Audiuit autem verba ineffabilia, quæ non licet illi loqui. Non vtique homini, nam sibi illa loquebatur & Deo. Puta ergo Deum quasi sollicitam Pauli charitatẽ hoc modo consolari, & dicere, Quid anxiaris quòd conceptum tuum auditus non capit humanus? Sonet vox tua in auribus meis, hoc est si quod sentis non licet reuelare mortalibus, consolare tamen quòd vox tua diuinas queat demulcere aures. Vides sanctam animam nunc quidem sobriam nobis, nunc vero puritate excedentem Deo? Vide etiam de sancto Dauid, ne forte ipse ille sit homo, de quo cum Deo quasi de alio loquitur, Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi. Hoc est quod nobis intimare memorato versiculo voluit, quicquid videlicet sua illa scrutabunda & auida cogitatione ex arcano sapientiæ eruere prævalebat, partem quam poterat in salutem populorum sollicita prædicatione impartiebatur; reliquũ quod capere plebs non poterat festiua iubilatione in Dei laudibus expendebat. Vides sanctæ contemplationi deperire nihil dum quod expendi in plebium ædificationem non potest, id vel maxime Deo sit iucunda, decoraq. laudatio. *Infra*: Qui scrutator est maiestatis, ait Sapiẽs, opprimetur a gloria. Non opprimitur qui non scrutator est maiestatis, sed voluntatis, nam quod maiestati attinet; interdum quidem & in ipsam intendere audet, sed quasi admirans, non quasi scrutans. Sed etsi quando per excessum rapi in illam contingat, digitus Dei est iste dignanter leuans hominem, non hominis temeritas insolenter Dei alta peruadens. Cum enim Apostolus raptum se commemoret, vt ausum excuset, quisnam alter præsumat mortalium huic se diuinæ maiestatis horrendo scrutinio proprijs intricare conatibus, & importunus contemplator pauenda irrumpere in arcana? Scrutatores proinde maiestatis tamquam irruptores dici reor, non qui scilicet rapiuntur in eam, sed qui irruunt. Ipsi itaque opprimuntur a gloria. Ergo formidolosa scrutatio maiestatis, at voluntatis tam tuta, quàm pia. Etenim reuelata facie gloriam Domini speculantes in eandẽ imaginem transformamur a claritate in claritatem tamquam a Domini spiritu. Transformamur cum conformamur. Absit autem vt in maiestatis gloria, & non magis in voluntatis modestia, Dei ab homine conformitas præsumatur. Ergo in perfectis quidem qui rimari, ac penetrare arcana sapientiæ, & puritate conscientiæ audent, & intelligentiæ acumine possunt, habitat in foraminibus petræ, in alijs autem qui fodere, aut nõ sufficiunt, aut non præsumunt, habitat in cauerna maceriæ.

Prou. 25. 21 *Matt.* 9. 2. *Cor.* 12. *Prou.* 25. 2. *Cor.* 3.

Filij & generaliter homines laudandi non sunt ex maiorum nobilitate, sed ex propria virtute. Cap. V.

1 Hom. 9. in Matthæum to. 2.

CHRYSOSTOMVS sic habet: Christus in præsepio collocatur, & in diuersorio manet, & matrem elegit pauperem, nos videlicet erudiens, ne quid horum esse erubescendum putemus. Itaque ab ipsis omnino principijs vniuersam mundi pompam calcans solius nos sectatores præcipit esse virtutis. Cur enim tu de nobilitate patriæ tumescas, cum te ego totius mundi iubeam esse peregrinum? Quemadmodum enim Christianus ista debet despicere, quæ ne ab ipsis quidem gentilium philosophis alicuius pretii iudicantur, sed longe extra bona hominis constituta, & extremi cuiusdam status sortita regionem. Et cur, inquis, Paulus tale quid dicit? Secundum electionem autem chariſſimi, inquit, Propter patres. Sed require quando, & de quibus, & ad quos loquens hoc Apostolus dixerit: Ad eos nempe hic sermo est, qui ex gentibus Christiani de fidei priuilegio magnum quiddam tumebant, contraq. Iudæos sese insolentius iactabant, atque hoc ipso eos a societate fidei repellebant. Reprimens igitur illorum tumorem, ad fidem istos trahit, atque ad eundem zelum credulitatis accendit. Ceterum quando de magnis loquitur viris, atque in omni virtute fortissimis, quomodo loquitur, attende. Qui autem, inquit, hæc dicunt, significant se patriam inquirere; & si quidem illius meminissent, de qua exierant, habebãt vtique tempus reuertendi, nunc autem alteram meliorem expectant. Et rursum, Secundum fidem mortui sunt omnes isti. Et Ioannes quidem ad se venientibus inclamabat, Ne velitis dicere, quia patrem habemus Abraham. Et iterum Paulus, Non omnes qui ex Israel, hi sunt Israelitæ, neque qui filii carnis, hi filii Dei. Quid enim filios Samuelis necessitudo iuuit parentis, cuius non fuerunt virtutis heredes? Quid autem etiam Moysi liberis paternæ profuit cura iustitiæ, cuius eis non successit imitatio? Itaque neque ad illos patris imperium, quasi ex successione defertur, qui illum vocabulo tantum signabant parentem, sed ad eum migrat, qui

Rom. 11. *Heb.* 11. *Ibidem.* *Luc.* 3. *Rom.* 9. 2 1. *Reg.* 8.

qui illius erat filius virtute non genere. E re-
Act. 16. gione vero quid Timotheo nocuisse creditur, quod fuit de patre gentili? Quid autem e diuerso Noe filius de patris virtute lucratus est, qui ex ingenuo factus est famulus? Vidisti certe, quàm non suffecerit ad suffragium liberis paterna nobilitas. Vitia siquidem voluntatis vicerunt priuilegia naturæ, & peccantem non modo de nobilitate patris, verum de ipsa libertate etiam pepulerunt. Esau quoque nonne sancti Isaac erat filius, magno etiam patris fauore
Gen. 25. munitus, qui scilicet studebat, atque cupiebat primatus ei benedictionem donare; propter quod etiam ille omnia patris iussa faciebat, sed tamen quia prauus moribus erat, nihil ex his omnibus adiutus prorsus est, sed & iuxta naturæ ordinem prior, & de patris voluntate securior, quia tamen displicebat Deo omnia, quæ iam tenere videbatur, amisit. Et quid ego de hominibus loquor? Iudæi quondam filiorum Dei honore gaudebant, sed decoloratos vitijs nihil iuuit tanta nobilitas. Si igitur Dei quis filius factus, nisi huic nomini meritum virtutis addiderit, etiam maius subito profecto habebit supplicium. Quid mihi iam auorum, atque proauorum memoras dignitates? Nequaquam ergo hominum accedamus sententiæ, qui de nobilitate gloriantur, ne in extremam inopiam decidamus, sed illam potius expetamus nobilitatem, quæ consistit in splendore virtutum; illam vero paupertatem refugiamus, quæ nos constituit in squalore vitiorum.

3 Homil. 3. ex imperfecto in Matthæum. IDEM explicans illa verba ex capite 13. Nolite dicere, quia patrem habemus Abraham, sic habet: Quid enim prodest ei, quem sordidat mores, generatio clara? Aut quid nocet illi generatio vilis, quem mores adornant? Ipse se vacuum ab omnibus bonis moribus ostendit, qui
Gen. 11. gloriatur in patribus. Quid profuit Cham, quòd filius fuit Noe? Nonne separatus de medio filiorum? Aut quid nocuit Abrahæ, quòd patrem habuit Thare luteorum deorum cultorem? Nonne separatus a genere suo positus est in caput fidelium, vt iam non diceretur filius peccatorum, sed pater sanctorum? Nec potuerunt gloriam eius sordidare paterni errores.
Ibidem. Nam & aurum de terra nascitur, sed non est terra. Et aurum quidem eligitur, terra autè contemnitur. Et stannum de argento egreditur, & non est argentum. Itaque argentum colatum seruatur, stannum autem foras expellitur. Melius est de contemptibili genere clarum fieri, quàm de claro genere contemptibilem nasci. Qui enim de claro genere clarus nascitur, gloria claritudinis eius non est eius solius, sed communis videtur cum genere. Qui autem de contemptibili genere clarus egreditur, tota gloria claritudinis eius, eius solius est. Item qui de contemptibili genere contemptibilis nascitur turpitudo contemptibilitatis illius, non eius solius, sed etiam generis est eius. Qui autè de claro genere contemptibilis nascitur omnis turpitudo illius, eius solius est. Ideo melius est, vt in te glorientur parentes, qui talem filium habent, quàm tu glorieris in parentibus. Sic & vos nolite gloriari dicentes, quia patrem habemus Abraham, sed magis erubescite, quia filij eius estis, & sanctitatis eius non estis heredes.

4 Homil. 10. in Ioannem. to. 3. IDEM exponens illa verba Ioann. 2. Quid mihi & tibi mulier, inquit: Ea sententia dictum existima, non quòd matrem negligeret, sed nihil ei vtilitatis matris nomen allaturum ostenderet, nisi bonitate & fide præstaret. Dictum
Luc. 12. est Christo, Beatus venter qui te portauit. Et ipse respondit, Quin immo beati qui audiùt verbum Dei. Quòd si Mariæ nihil sine virtute, matris honor erat allatura, longe minus nobis patris, matris, aut filii bonitas, nisi aliquid nostrũ afferamus. In nullo namq. alio, nisi in solis suis ipsius virtutibus, post diuinam gratiam de salute cuipiam sperandum est. *Infra*: Nolimus igitur ob terrenam nobilitatem in superbiam efferri. Multi Christi Domini cognati secundum carnem perierũt. Licet longam progenitorum & quidem clarissimorum seriẽ numeremus in his gloriandum non est, nisi eorum virtutes superare contendamus, scientes aliorum nobis opera non modo nihil in futuro iudicio profutura, verum grauiter nos condemnatura, cum optimorum parentũ liberi, & domesticis exemplis eruditi nihil profecerimus. Hoc ideo in præsentia dico, quoniam multi fideles, sed vitæ nullam curam adhibentes, cum ad virtutem hortantur, in suam adducunt excusationẽ, quòd pater, auus, atauus pietatẽ maxime coluerint. Id te accusat, quòd ex talium virorum semine, his te indignum præstiteris. Ita semper bona progenitorum opera non modo nulli ad laudẽ, sed ad crimen longe quidem grauius ius ascribit, qui ipsos non imitatur.

5 Epist. 3. ad Heliodori epitaphium Nepotiani, to. 1. HIERONYMVS inquit: Præcepta sunt rhetorum, vt maiores eius qui laudandus est, & eorum gesta altius repetantur, sicq. ad ipsum per gradus sermo perueniat, quo videlicet auitis, paternisq. virtutibus illustrior fiat, aut non degenerasse a bonis, aut mediocres ipse ornasse videatur. Ego carnis bona quæ & ipse semper contempsit in animæ laudibus non requirã, nec me iactabo de genere, idest de alienis bonis, cũ Abraham & Isaac sancti viri, Ismaelem & Esau peccatores genuerint, & e regione Iephte in catalogo iustorum Apostoli voce numeratus, de meretrice sit natus. Nec virtutes, nec vitia parentum liberis imputantur.

6 Epist. 14. ad Celantiam matronam. IDEM sic habet: Nulli te vmquã de generis nobilitate præponas, nec obscuriores quasque & humiliore loco natas, te inferiores putes. Nescit religio nostra personas accipere, nec conditiones hominum, sed animos inspicit singulorum, seruum & nobilẽ de moribus pronunciat. Summa apud Deum libertas est non seruire peccatis. Summa apud Deum est nobilitas, clarum esse virtutibus. Quid apud Deum in viris nobilius Petro, qui piscator & pauper fuit? Quid in feminis beata Maria illustrius, quæ sponsa fabri describitur? Sed illi piscatori & pauperi, cælestis regni a Christo creduntur claues.

claues. Hæc sponsa fabri meruit esse mater illius, a quo ipsæ claues datæ sunt. Elegit enim Deus ignobilia & contemptibilia huius mundi, vt potentes, ac nobiles ad humilitatem facilius adduceret. Nam & alias frustra sibi aliquis de nobilitate generis applaudit, cum vniuersi paris honoris, & eiusdem apud Deum pretii sint, qui vno Christi sanguine sunt redempti, nec interest qua quis conditione natus sit, cum omnes in Christo æqualiter renascamur. Nam etsi obliuiscimur, quia ex vno omnes generati sumus, saltẽ id semper meminisse debemus, quia per vnum omnes regeneramur.

7 In epist. 1. quæ est ad Demetriadem Virginem to. 9. IDEM sic ait: Omne studium tuum, omnisq. cura in exornandis moribus exhibenda est. Quibus ita vacare debes, & ita occupare mentem totam, vt non diuitem te sentias esse, nec dominam, nobilitatis ad hoc tantum memineris, vt cum claritate generis morum sanctitate contendas, & cum nobilitate corporis animi virtute nobilior proficias, magisq. illa nobilitate glorieris, quæ filios Dei, & coheredes facit Christi. Ad quam si semper inspicias, dum credis gaudium te habere quod maius est, desinis de eo, quod minus est, gloriari. Omnis ista præclari generis dignitas, & illustre auiti sanguinis decus ad animam transferantur. Ille clarus, ille sublimis, ille sit nobilis, ille tunc integram nobilitatem suam seruare se credat, si dedignetur seruire vitiis, ab eisq. non superari, a quo enim quis superatur, huius & seruus est. Quid enim hac seruitute animi indignius, quidue turpius, quàm cũ in eo, aut dominatur odium, aut regnat inuidia, aut auaritia possidet, aut ira tenet? Non est quòd sibi aliquis de nobilitate generis blandiatur, si ex meliore parte sit famulus. Multo est indignius mente seruire, quàm corpore.

8 In lib. cui titulus est exhortatio ad virgines to. 4. AMBROSIVS sic habet: Nullũ ad commendationem hominis conditio affert impedimentum, nec dignitas prosapiæ meritum, sed fides affert, siue seruus sit, siue liber, omnes in Christo vnum sumus, & vnusquisque quodcumque fecerit bonum, hoc recipiet a Domino, nec seruitus derogat, nec libertas adiuuat. Seruus, ait Apostolus, vocatus es, non sit tibi curæ; qui enim vocatus est in Domino seruus, libertus est Domini, similiter qui liber vocatus est, seruus est Christi. Apud Christum enim seruitus & libertas æqua lance penduntur, nec vllo discerniculo bonæ seruitutis, & libertatis merita diuiduntur, quia nulla maior est dignitas, quàm seruire Christo.

9 In de paradiso c. 4. to. 1. IDEM sic ait: Apprehendit Deus hominem quem fecit, & posuit eum in paradiso. Vbi aduerte, quia extra paradisum vir factus, & mulier intra paradisum, vt aduertas quòd nõ loci, non generis nobilitate, sed virtute vnusquisque gratiam sibi comparat. Denique extra paradisum factus, hoc est in inferiori loco vir melior inuenitur, & illa quæ in meliori loco, idest in paradiso facta est inferior reperitur; mulier enim prior decepta est, & virum ipsa decepit.

10 Lib. de Nabothe Iezraelita cap. 13. IDEM sic inquit: Quid superbis dives? Quid dicis pauperi, noli me tangere? Nonne sic vtero conceptus, & natus es, quemadmodũ & pauper est natus? Quid te iactas de nobilitatis prosapia? Soletis & canum vestrorum origines, sicut diuitum recensere, soletis & equorum vestrorum nobilitatem, sicut consulũ prædicare, sed nihil istud currentem iuuat, non datur nobilitati palma, sed cursui. Deformior est victus, in quo & nobilitas generis periclitatur. Caue igitur dives ne in te erubescant tuorum merita maiorum, ne forte & illis dicatur, cur talem instituistis? Cur talem elegistis heredem? Non in auratis laquearibus heredis est meritum, laus ista non hominum, sed metallorum est, in quibus homines puniuntur.

11 In caput 9. epist. Pauli ad Roman. to. 3. IDEM explicans verba illa: Non solum autem hæc, sed & Rebecca ex vno concubitu habens Isaac patris nostri; cum enim nondum nati fuissent &c. sic ait loquens de Iacob & Esau. Neque quia Iacob laudatur, omnes ex eo nati filii eius dicendi sunt, aut quia Esau displicet omnes ex eius origine reprobi sunt, cum uideamus de Iacob traduce natos factos perfidos, & de Esau fideles & Deo charos. Omnes enim Iudæi credentes, & non credentes ex Iacob habẽt originem, & quia de Esau sunt boni, & fideles probat Iob, qui est ex filiis Esau quintus ab Abraham, hoc est nepos Esau. Vbi vides quòd progenitorum virtus parum conducat, vt eorum filii, & successores virtute sint probati.

Filij erudiendi sunt ab incunabulis, idq. exemplis potius quàm verbis efficere debent parentes, suntque moderate corripiendi, & diligendi. Cap. VI.

1 Lib. 1. in c. 1. Iob to. 2. ORIGENES ait: Iob vitulum vnum corã filiis suis pro peccatis eorum iugulabat, ut uidentes ipsi filii metuentes, ac pauentes ab omnibus peccatis, quæ animas perimunt, declinarent, & iuuentutis ignorantias a se mortificarent. Hæc vniuersa faciebat beatus Iob sapienter considerans, sancteq. cogitans, & dicens, Ne forte filii mei mali aliquid in corde suo cogitauerint aduersus Deum. O sinceritas patris! O dilectio parentis! O studium genitoris! Non enim tantum pro corpore sollicitus erat, sed etiam pro anima cogitabat. Ne forte, inquit, filii mei, qui in disciplina nutriti sunt, qui in eruditione creuerunt, qui in Dei timore exercitati sunt, ne forte filij mei, quibus viuis ego gaudeo, si ipsi vixerint Deo, si ipsi a creatore non recesserint. Ne forte filii mei in corde non recesserint. Ne forte aliqua mala cogitatio in cor eorum ascenderit, quæ a Deo longe facit. Dic o beate Iob, quomodo permitteres

teres, vt aliquid mali filijs tuis in verbis, atque operibus euidentioribus expediret, qui pro occultis & subditis, aut omnino forsitan non existentibus, ita nimium sollicitus fueris, atque curã gesseris, qui sollicitus, atque metuẽs dixisti, Ne forte filij mei in corde suo male aliquid cogitauerint aduersus Deum, ne forte de impudicitia cogitauerint, ne forte ad impietatem declinauerint, ne forte illicita meditati fuerint, ne forte iniusta concupierint, ne forte aliqua radix amaritudinis exorta in animis eorum, ipsis nocuerit? Hæc atque his similia plurima intra semetipsum tractans beatus Iob dixit, Ne forte filij mei in corde suo male aliquid cogitauerint aduersus Deum. Sic itaque omnimode saniſſime cogitans pro animabus filiorum suorũ Iob dixit, Ne forte filij mei in corde suo mali aliquid cogitauerint contra Deum. Sed plerique hominum hæc non reminiscũtur qui filios suos suos ab infantia exterminant, qui filios suos, & filias suas ab incunabulis non erudiunt, nõ corripiunt a iuuentute, non prohibent mala, non coercent illicita, non admonent timorem Dei, non vitæ æternæ introitum docent. Non enim educant eos in disciplina Domini, quia nõ egerunt curam pro animabus eorum, neque sollicita sunt pro salute, vel perditione filiorum. Huiusmodi cum non erudiunt, neque corripiunt filios suos, & ipsorum animas igni inextinguibili in interitum tradunt, & semetipsos in furorem iudicij demergunt. Omnia enim quæ deliquerint filij, de parentibus requiruntur, qui nõ erudierint, neque corripuerint filios suos. Huius euidens exemplum in Heli ostenditur, & in filijs eius. Hæc sciens glorioſus Dei famulus Iob, non solum a manifestis peccatis obseruat filios suos, sed & ab occultis, ne mali aliquid in corde suo cogitarent. Hoc nimirum faciebat non semel, aut secundo, neque vno anno, aut duobus, sed sic faciebat Iob omnibus diebus vitæ eorum. Non quiescebat, non fiduciam resumebat, non obdormitabat, neque obliuiscebatur, non erat negligens, sed ita faciebat cunctis diebus vitæ eorum, magnum thesaurum se credens habere in regno cælorum, si inuiolatos, atque immaculatos filios exhiberet, atque ad regnum cælorum eos mitteret.

4 BASILIVS ait: Filios habes? Eis thesaurum sempiternum thesauriza. Relinque bonam filiis memoriam magis, quàm diuitias multas. Fac omnes filio tuo ratione pietatis, ac beneficentiæ patres. Si in malitia vixeris, ac multos in vita læseris, & omni fera truculentior fueris iis qui tecum commercium habẽt, demum cum e vita discesseris filium tuum communem omnium hostem relinques. Quemadmodum enim scorpii filium quicumque aspexerit, metuet, ne vbi per ætatem licuerit patris venenum imitetur; sic item & ex te descendentes liberos, vt paternæ iniquitatis heredes futuros, prius quàm ad ætatem veniunt omnes cauebunt, illisq. insidiabuntur, quos imitatores putabunt paternæ malitiæ ex mala ipsorum educatione.

Hom. 21. ex varijs huius tomi to. 2.

5 IDEM: Inquit Scriptura, Filii Heli filii Belial. Eo igitur, quòd in hos pater cum essent tales non se vehementem adhibuerit, eiusmodi aduersum eos clementissimi alioqui Dei iracũdiam concitauit, vt facta contra ab alienigenis impressione, illi ipsi eius filii vno & eodem die in prœlio trucidati occubuerint, & populus fuerit vniuersus debellatus, quàm plurimis ex eo internecione cõsumptis, eaq. in arcã sacrosãcti testamenti Dei secuta sint, quæ ante illam memoriã nemo vmquam audierat. Ex quo est conijecturam capere, quàm magnus in nomen Dei risus, quantumq. ludibrium apud extraneas illas nationes consequeretur. Atque ad hæc omnia scriptũ legimus, ipsum Heli miserabili admodum exitu vitam terminasse. Hæc tam multa populo euenere, tales propter filiorum scelus calamitates accidere. Neque enim quod ad ipsum nominatim pertineret in vita vnquã sua ipse reprehensus est, de quo quidem neque hoc dici potest, quòd eorum flagitia tacitus sustinuerit, qui eos sæpe admoneret, atq; a peccatis istiusmodi discedere cohortaretur sic dicẽs, Nolite filij mei, nolite, non est bona fama quam ego audio de vobis. Atque etiã magnitudinem sceleris exaggerãs periculũ ipsis formidabilius proponit, cum ait, Si peccauerit vir in virum orabunt pro eo ad Dominum, si autem in Deum peccauerit, quis orabit pro eo? Verumtamen, quoniam vt dixi, non eum quem par erat aduersum ipsos animi zelum præ se tulit, secuta ea sunt postea, quæ memorauimus.

In proœm. in librũ de moribus to. 2.

6 CHRYSOSTOMVS inquit: Illud autem vestram charitatem rogauerimus, vt & vos virtutis curam geratis, & continentiam filios vestros doceatis. Hinc enim, vt ita dicam, omnia mala nascuntur. Consuetudo enim malitiæ processũ temporis inualescens, tãtum facit malum, vt postea non possit aliqua vinci admonitione. Et cum semel a malitia fuerint amissi, quasi in captiuitatem essent adducti, quoquo diabolus iusserit, eunt. Ille enim eis imperat, & pernicioſa eis dat mãdata, quæ iuuenes libenter perficiunt, præsentem tantum voluptatem spectantes, & futurum dolorem non cogitantes. Ideo oro vt præbeatur manus pueris nostris, vt ne etiam pro his, quæ illi peccauerunt, pœnas sustineamus. An nescitis quid seni Heli acciderit, cum non debite emendaret filiorum delicta? Quemadmodum enim medicus si morbum sectione indigentem curare cessat, ac ratur, statim incurabilis erit morbus, & inutile alioqui vtile remedium faciet, ita & senex ille cum deberet filios suos pro peccatorum qualitate emendare, nimia vsus lenitate illos arguit. Proinde oro exemplo hoc timeamus, & habentes filios prouideamus eis de honesta educatione, & in summa vnusquisque curam eorũ agat, qui apud se habitant, & lucrum maximum ducat vtilitatem proximi.

Hom. 59. in Genes. in 1

1. Reg. 4.

1. Reg. 2.

7 IDEM ait: Si mater fueris in exemplum Annæ consecra filium tuum Deo, & ipsum templum Deo regale para. Caue ne filius tuus, qui templum est Dei, fiat spelunca latronum. Est autem

Homil. de Anna & Samuele edita

autem latronum spelunca cum patimur illiberales, ac seruiles concupiscentias intrare, sedemq. fingere in adolescẽtulorum animis. Tales enim cogitationes grauiores, & pernicioſiores sunt latronibus, quæ puerorum ingenuitatem vertunt in seruilitatem, ipsosq. brutis cupiditatibus dedunt in seruitutem, vndique confodientes illos, ac mentem illorum multis implentes vulneribus. Quapropter omnes id genus affectus ab illorum animis depellamus, quo videlicet filii nobiscum cælestis ciuitatis valeãt esse participes. A primis statim annis inducamus eos ad disciplinam reipublicæ cælestis. *Infra*: Omnes vos exhortor, vt a teneris statim annis, & filios, & filias sanctis functionibus dedatis, non aurum defodientes, non argentum congregantes, sed modestiam, sobrietatem, pudicitiam, reliquasq. virtutes omnes in animis eorum reponentes, dicente Paulo, Si quis suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior.

1. Tim. 5.

8 IDEM per totam disertissime ostendit amorem huius sanctissimæ feminæ, erga filios, qualiter eos educauerit, quàm constanter singulorum mortem aspexerit, quàm læto vultu singulorum tormenta considerauerit, vt exẽplo huius matres discant amorem filiorum moderari, ipsosq. in virtute educare.

In hom. de resipiſc. seu Machabæorum.

9 IDEM ait: Regulariter matres corpus natorum suorum amant, animam autem contemnunt. Desiderant enim valere illos in sæculo isto, & non curant quid passuri sint in alio. Alii militias filiis suis prouident, alii honores, & nemo filiis suis prouidet Deum. Perditionem illorum cum magno pretio comparant, & salutem illorum nec dono accipere volunt. Si viderint illos pauperes tristantur, & suspirant, si autem viderint illos peccantes nemo tristatur, vt ostendant quia corporum sunt parentes non animarum.

Homil. 35. ex imperfecto in Matthæum to. 2.

10 IDEM inquit: Si liberis tuis magnas opes relinquere vis, Dei prouidentiam eis relinquito. Absit igitur vt hoc consideremus, quemadmodum libero relicturi simus diuites, sed quẽadmodum virtute præditos, nam si opibus confisi fuerint, nullius rei alterius curam suscepturi sunt, vt qui habituri sint, vnde morum prauitatem adumbrare possint, nempe a facultatum abundãtia, qui si viderint sese illo solatio, atque auxilio destitutos omnem operam nauabunt, vt virtute ipsa magnum paupertati solatium acquirant. Ne igitur opes illis relinquas, vt virtutem relinquas, nam summæ quidem est amentiæ, illis dum viuimus facultatum omnium nostrarum Dominum permittere, ab obitu vero nostro magnam iuuentutis lenitati licentiam relinquere. Quamquam dum viuimus ipsi, possumus quidem eos ad rationis calculos vocare, facultatibus non recte vtentes emẽdare, ac cohibere, vita vero functi, si vna cum orbitate, ac iuuentute, & opum quoque licentiam addiderimus, fiet profecto vt in infinita præcipitia miseros illos, ac calamitoſos impellamus ignẽ igni adijcientes, & oleum foco stillantes. Quapropter si illos citra periculum nis diuites relinquere, relinquito eis Deum debitorem, ipsiq. Deo has testamentarias tabulas porrigito.

Hom. 7. in epiſt. Pauli ad Roman. in 3.

11 IDEM ait: Exerceamus ad virtutem, & pietatem molles filiorum animos, cetera omnia secundo loco quæramus. Nam si quidem illi improbi fuerint, nihil eis pecuniæ proderũt, si autem probi nihil ex paupertate lædentur. Vis filium relinquere diuitem? Bonum illum, ac benignum esse doce; ita enim etiam rem familiarem auctiorem facere poterit. Quod si tenuis illa substantia fuerit, nihil deteriori in loco erit, quàm hi, qui plurima possident. Quod si malus ille fuerit, etiamsi infinitã illi substantiam relinquas, non illi custodem reliquisti, sed longe deteriore conditione feciſti, quam si ad extremam deuenissent inopiam. Quippe filiis non recte institutis præstat pauperes esse, quàm diuites. Matres item filiarum vobis curam assumite, est ea cura perfacilis curate sollicite, vt domi iugiter sint. Ante omnia pias esse, religioſasq. docete, aspernari pecunias, exterioriſque ornatus contemptrices esse, atque ita demum nuptiis tradite, ita si ipsas institueritis non eas modo seruabitis, verum & viros qui illas ducturi sunt, neque viros tantum, sed etiam filios, atque nepotes. Quippe ex radice optima surculi prodeunt firmiores, ac semper in meliora proficiunt, horumq. omnium merces uobis reddenda est. Ita nempe paterna domo decet progredi virginem, ac matrimonio iungi, quemadmodum ex palæstra luctatorem, sitque veluti fermentum, quod massam omnem in suam transfert pulchritudinem. Quid igitur si mater peſſima fuerit, atque innumeris sceleribus plena ex hac liberorum educatione lucrabitur? Nempe eos similes sibi necessario faciet. Ceterum de ea, quæ virtutibus polleat, ista Apoſtolus dixit; Testimonium in bonis operibus habere, si enutriuit filios, id inter cetera posuit. Neque enim parui meriti est indultos nobis a Deo liberos, ad ipsius exercere militiam, eique ab ipsis infantiæ pãnis dedicare. Nam si eiusce educationis fundamenta iecerint maximis afficiendi sunt præmijs; quemadmodum si neglexerint, grauiſſimis cruciatibus. Nempe & Heli propter filios perijt; illos quippe cum acrius coercere debuisset, verbis tandem lenibus monuit. Quocirca dum illis moleſtus esse seuera increpatione recusat, & illos, & seipsum vna perdidit. Audite hæc patres vestroſq. filios in disciplina & correptione Domini erudite summa cum diligentia. Est enim iuuentus fera, plurimisq. indiget institutoribus, magistris, pædagogis, atque nutritoribus. Votiq. res est, post adeo exactam diligentiam eam cõtinere posse, non secus quam equus quidam indomitus, veluti fera belua. Si igitur illi ab ipsis statim initiis, atq; a prima ætate leges optimas imponamus, minimum post hac laborabimus, verum cõsuetudo ipsa virtutis in legem transiet. Nihil eos agere permittamus ex iis, quæ noxie iucunda sunt, neque illis vt pueris indulgeamus. Admoneamus igitur illos, corripiamus, terreamus, & modo

modo istud, modo illud faciamus. Magnum habemus, pretiosumq. depositum filios, ingenti illos seruemus cura, atque omnia faciamus, ne fur id nobis astutus auferat. At vero nunc contra penitus facimus. Nam vt fundus sit optimus cuncta molimur, eumq. fideli viro magno cum studio tradimus, & agasonem, ac dispensatorem, qui nobis magna beneuolētia afficiatur inquirimus, ceterum quod nobis charissimum omnium est omnino negligimus, neque curamus quo pacto filium nostrum fideli cuipiam viro permittamus, qui ipsius tueri ac seruare pudicitiam possit. Igitur maior nobis possessionum cura est, quàm eorum quorum ille gratia comparantur, quod profecto absurdissimū, atque stolidissimum est.

14 IDEM explicans illa verba ex cap. 6. Patres ne prouocetis ad iracundiam liberos vestros, sed educate eos in eruditione & timore Domini, inquit: Vis filium tuum esse morigerum? Ab initio ipsum educa in correptione Domini. *Infra*: Demus illis exemplum facientes eos a primæua ætate Scripturarum lectioni vacare. Quamobrem quæso non imitamini veteres? Maxime vos mulieres celebres illas mulieres æmulamini. Peperisti puerum? Imitare Annam, quæ mox illum obtulit templo. Quis vestrum non innumeris modis mallet filium suum Samuelem fieri, quàm totius orbis regem? Et quomodo inquis, possibile est eum talem fieri? Quamobrem non est possibile? Ideo scilicet, quia non vis, & non tradis eum illis, qui talem eum facere possent. Et quis talis est, qui hoc possit? Deus. Quandoquidem & illa filium suum ipsi commendauit, ac tradidit. Fides ac promptitudo mulieris totum fecerat. Primum peperat hunc & solum, nec sciebat an reliquos esset paritura, nec dicebat expectabo, donec crescat puer, vt rebus mundanis antea vtatur, permittam vt paululum pueritili ætati immoretur, sed relictis his omnibus, mulier vnum dumtaxat intendit, quomodo statim ab ipsis vitę exordijs spiritualem imagunculam Deo fingendam offerret. Si didicerit filius tuus ab ipsis initiis pecunias acquirere, quantum lucraberis si artem doceas, per quam pecunias contemnat. Ne quæras, quomodo eum gloriosum facias, sed cura quomodo doceas eum gloriam in hac vita contemnere.

Serm. 21. in epist. Pauli ad Ephesios to. 5.

21

15 IDEM inquit: Etsi vitam nostram omnem summa cum diligentia, & cura disponamus extrema animaduersione puniemur, si liberorum salutem neglexerimus. Exemplum proferam in Heli, qui non pœna affecit filios, sed tamen dixit, Nolite filii sic facere. Si peccauerit vir in virum, orabunt pro illo Dominum, si autem Domino peccauerit vir, quis orabit pro illo? Et certe plena sunt grauitatis, reuerentię, ac ponderis verba hæc, & quæ recuperare, ac ad statum vitæ melioris reuocare possent eum, qui penitus excors, & amens non esset. Quippe sceleris immanitatem indicant, & quàm sit metuendum, & cauendum admonent, & quæ illud pœna subsequatur, ostendunt. Verum quia non omnia quæque fuerant agenda, vt ea resecarentur vitia molitus est, & ipse cum illis vna periit. Namque & minas ille addere debuerat, & a suo eos conspectu amouere, etiam & verberibus afficere, multoq. illis grauius, & durius instare. Quia nihil tale egit, verborumq. tantum monitis contentus fuit, & illis, & sibi ipsi Deum aduersum, infestumque constituit. Cumque Deus crimen prosecutus fuisset, tunc demum ingenti cum iracundia cruciatum adiecit; iuraui enim, inquit, domui Heli, si peccatum istud de domo Heli expiabitur, siue incenso, siue sacrificiis in æternum. Prorsus illum, inquit, perire necesse est, nec ipsum modo & eius filios, verum cum illo domum quoque vniuersam, nullumq. medicamentum erit, quo vulnus istud curari possit, quamquam seni illi præter filiorum neglectionē, nihil quoque crimini daret, habuit Deus. Erat enim admirandus in ceteris, ut videre licet, ex ipsa quoque calamitate casuum suorum, Dominus inquit, ipse quod gratum est in conspectu suo faciat. Audita filiorum suorum nece quietus erat, verum cum tantæ huic cladi arcam Dei direptam ab hostibus adiecisset, præ mœroris magnitudine obtenebratus senior cecidit de sella retro, & contritum est dorsum eius. Qui sine querela Israel rexerat viginti annis, quod non magnam vitæ diligentiam requirebat, nihil excusare potuit, quominus quia illi cura non fuerat, & diligentissima, & vehemens salutis liberorum, & misere, & infeliciter periret, istudq. scelus vniuersa recte facta sua magnitudine operuit. Qua tandem nos animaduersione puniemur, qui barbaris omnibus immaniores erga natos nostros sumus? Nec id mihi modo aliquis obiiciat, quòd plerique circa filiorum curam longe, quàm Heli negligentiores nihil tale perpessi sunt, quale ille. Multi enim sæpenumero multa ob id facinus acerbiora passi sunt, & duriora. Nam vnde acerbæ & intempestiuæ mortes, vnde morbi perpetui, atque grauissimi plerumque nobis, liberis nostris inferuntur. Vnde damnis & incommodis afficimur? Vnde casus varios, vnde mala innumera quotidie perpetimur? Nonne quòd filios nostros malos aspicimus, & eos emēdare negligimus? Sin vero aliqui effugere fortasse visi sunt, isti non in finem penitus, sed in capitis sui malum effugerunt; acerbiores enim ac longe ditiores, cum excesserint e vita pœnas luent. Cur autem, inquies, non hic potissimum omnes, qui sunt eiusmodi suppliciis afficiuntur? Quia si istud fieret iamdiu absumptum esset omne mortalium genus. *Infra*: Leges intulit de cura proliberis gerēda, præterquam quod ingens eius rei desideriū naturæ inseruit, vt veluti necessitatem quandam ineuitabilem prouidentiæ & curæ habendæ filiorum, parentibus constituisse videatur. Item cum dies festos agi statueret filiis suis eiusce celebrationis rationes & causas, vt aperirent, imperauit. Denique cum de pascha loqueretur adiecit, Et annunciabis filio tuo in die illa. Quod itidem facit

Lib. 3. aduersus vitu peratores vitæ monasticæ to. 5.

Exod. 13. facit in iis legibus, quas de sacrificiis tulit. Hæc omnia præcipiebat Deus, vt filios ad Dei notitiam adducant. *Infra*: Et sicut liberorum negligentes dirissime punit, ita qui studiosius illorum curam gerunt, collaudans summis honoribus afficit. Senem istū virtute singulari præditum puniuit, ex huiusmodi negligentia: Patriarcham vero, cum ex virtutibus reliquis, tū ex hac in primis diligentia & cura laudauit, atque honorauit. Cum enim dona illa plurima, & maxima prosequeretur, quæ se illi daturum pollicebatur; causam quoque adiecit, & dixit: Noui enim, inquit, quòd constituet Abraham filijs suis, & domui suæ post eum, & obseruabunt vias Domini, vt faciant iustitiam & iudicium. Reddituri sunt rationem parentes pro filiis, quos genuerūt, quos educauerūt, qui cū illis domo semper conuersantur. *Infra*: Nulla alia ex ratione peruersi, vt fiant liberi contingit, nisi quòd eorum patres circa vitæ præsentis commoda, æquo amplius incumbunt, & fere dixerim insaniunt. Cum enim illa solummodo inquirunt, nihilq. illis præferendum censent, & suam pariter, & liberorum animam negligere coguntur. *Infra*: Atque vtinam hoc tantum culpa esset, nihil vtile parentes liberis consulere, posset id, etsi sit grauissimum aliqua fortasse ratione tolerari; nunc vero illos ad ea quæ saluti suæ sunt aduersissima omni studio impellitis. Audias patres miris modis filios ad humanam gloriam prouocantes, ad domos amplas construendas; cælestis vero conuersationis, cælestiumque bonorum nulla omnino fit mentio. Cum ergo hac doctrina teneros illorum animos imbuitis, profecto nihil eos aliud, quàm materiam malorum omnium docetis, duos istos illis violentissimos amores inferentes; pecuniarum scilicet, & qui longe perniciosior est, leuissimæ, atque inanissimæ gloriæ, qui mollissimum, atque tenerrimum iuuenis animum peruertunt. *Infra*: Cum igitur initio iuuenis, ad hanc statim adducatur seruitutem, quando iam liber esse, quando vndarum moles poterit euadere cunctis impellentibus, atque mergentibus? Dura enim dura, ac penitus acuta, ac violenta res consuetudo est, ad vincendam, capiendamque animam. Cum in primis ista voluptatem adiutricem habeat, virtus vero, ad quam festinamus, ingentes præbeat labores. Quocirca Deus ipse cum Hebræis, eorum quæ in Ægypto didicerant malorum vetus consuetudo deponenda esset, seorsum illos in solitudinem adduxit, atque ita illorum formabat animos, viam omnem medicinæ, & curationis tentans, asperiorem, atque leniorem, nihilque penitus omittens ex his, quæ viderentur eorum salubritati profutura. Et ne sic quidem vitia illi effugerunt; sed cum manna cælesti cibo alerentur, cepas tamen, & allia, & cetera Aegypti mala requirebant, & præferebant. Adeo consuetudo valet, tantumq. habet roboris. Si autem Iudæi cum tanta diuinæ diligentiæ cura fruerentur ducem, & oratorem præstantissimū habentes, in nullo meliores eua-

Gen. 17. 18

19

Num. 11.

20

21

serunt. Tu filium tuum iuuenem in Aegypto media versantem, nullumq. qui quod sibi vtile esse possit, consulat audientem; cunctos vero ad ea, quæ saluti contraria sunt se exhortari inspicientem, atque eos omnium maxime, qui se genuerunt, & educauerunt diaboli laqueos euadere posse arbitraris? *Infra*: Adolescens quidam admodum locuples aliquando in vrbe nostra demoratus est gratia acquirendæ latinæ, ac græcæ linguæ. Hūc pædagogus sequebatur semper, cui ea vna & sola cura erat, vt ipsius formaret animum. Eum igitur ego aliquando conueniens (erat enim ex his, qui mentes, & solitudines habitant vnus) causam addiscere studebam, cum omissa tam insigni philosophia, ac vita in pædagogi ordinem seipsum deiecisset. Ille vero cum se parum continuisset, cunctum iam rei ordinem nobis enarrauit. Puer, inquit, iste patrem habet durum, immitem, asperum, mundiq. negotiis vehementer intentum, matrem e contra pudicam, piam, cælestiaq. solum suspirātem, pater filium in ordinem suū transferre cupit, id vero mater omnino abhorret. Optat enim illum clarissimum in monachorum conuersatione perspicere. Verum id quidē patri aperte dicere ausa non fuit; metuebat quippe, ne, si id ille, vel leuiter suspicaretur, intempestiue iam sæculi vinculis illum obligaret, & hoc studio abducens ad baltheum abduceret, atque ad omnē quæ ex illo solet consequi vitæ negligentiam, ac postmodum huius propositi, & vitæ aditum omnem intercluderet. Igitur huiusmodi artem excogitat. Domum me accersit ex eremo, mecumq. consilia sua cuncta communicans, apprehēsam pueri dexteram inseruit manibus meis. Cum vero illam percontarer, quid sibi hoc vellet. Vna, inquit, hæc nobis reliqua est spes obtinendæ filio salutis, si volueris tu, & passus fueris in pædagogi ordinem descendere, sumptoq. puero a nobis proficiscī. Meum erit persuadere patri, quòd si militarem quoque vitam ille voluerit eligere, perutilis erit dicendi vis, & copia per studia liberalia quæsita. Hæc ego, inquit, si efficere potuero, iam illum tu seorsum, atque in alieno solo tecum habens, vbi nec pater, nec propinquorum aliquis impedire, ac perturbare possit, summa illum cum facultate formare poteris, moresque illius ad id componere; vt veluti in monasterio ita tecum viuat. Ceterum tu mihi hac in parte consenti, mecūq. salubrem istam functionem simulaturum pollicere, non parua res agitur, non pro minimis deprecor, de filii mei anima certamen est, atque periculum; non ergo spernas cunctorum amantissimum, mihiq. luce ipsa chariorem periclitantem, eripe illum laqueis vndique iam paratis & positis, educ ex procella, & tempestate ac turbine. Sin vero tu gratiam præstare nolueris, Deum iam medium nostrum appello, & testem voco; me quidē nihil horum omisisse, quæ ad salutem huius pueri pertinere videbantur, mundamque esse a sanguine pueri istius. Quòd si quid illum eiusmodi contigerit pati, quale vt patiatur fieri vehementer potest,

quippe iuuenis, & in tantis deliciis degens, tantaque vitæ negligentia, abs te & de tuis manibus requiret Deus animam pueri istius. His plura etiam adijciens, miserabiliterq. & vehementer illachrymans, persuasit tandem, vt hoc negotium susciperem, atque cum his mandatis a se dimisit. Nec sane inanis fuit ista machinatio, nec religioso matris voto diuina pietas abfuit. Ita enim puerum illum breui egressus ille pædagogus exercuit, tantamque in eo flammam desiderii cælestis accendit: vt cuncta simul repente abiiceret, atque ad solitudinem conuolaret.

22 Epist. 7. quæ est ad Lætã to. 1.

HIERONYMVS quam hortatur vt ab ipsis incunabulis filiam instituat ad pietatem christianam, ait: Adhuc tenera filia tua nihil aliud discat audire, nihil loqui, nisi quod ad timorem Dei pertinet. Turpia verba non intelligat, cantica mundi ignoret. Adhuc tenera lingua, psalmis dulcibus imbuatur. Procul sit ætas lasciua puerorum. Habeat & in discendo socias, quibus inuideat, quarum laudibus moueatur. Magister probæ ætatis, & vitæ, & eruditionis est eligendus. Difficulter eraditur, quod rudes animi perbiberunt. Lanarum conchylia quis in pristinum candorem reuocet? Recens testa diu, & saporem retinet, & odorem quo primum imbuta est. Græca narrat historia, Alexandrum potentissimum regem, orbisq. domitorem, & in moribus, & in incessu Leonidis pædagogi sui non potuisse carere vitiis, quibus adhuc paruulus fuit infectus. Procliuis est enim malorum æmulatio, & quorum virtutes assequi nequeas, citò imitaris vitia. Nutrix ipsa non sit temulenta, non lasciua, non garrula, habeat modestam gerulam, nutritium grauem. Ipse habitus, & vestitus doceat eam, cui promissa sit. Caue ne aures eius perfores, nec cerussa, & purpurissa consecrata Christo ora depingas, nec collum auro, & margaritis premas, nec caput gemmis oneres, nec capillum irrufes, & ei aliquid de gehennæ ignibus auspiceris. Prætextata quondam nobilissima femina, iubente viro Hymettio, qui patruus Eustochii virginis fuit, habitum eius, cultumq. mutauit, & neglectum crinem mundano more pexuit, vincere cupiens, & virginis propositum, & matris desiderium, & ecce tibi eadem nocte cernit in somnis, venisse ad se angelum, terribili voce minitantem pœnas, & hæc verba dicentem. Tune ausa es viri imperium præferre Christo? Tu caput virginis Dei tuis sacrilegis attrectare manibus, quæ nunc iam arescent, vt sentias exeruciata quid feceris, & finito mense quinto ad inferna duceris: sin autem perseueraueris in scelere, & marito simul orbaberis, & filiis. Omnia per ordinem explera sunt, & seram miseriæ pœnitentiam, velox signauit interitus. Sic vlciscitur Christus violatores templi sui, sic gemmas & pretiosissima ornamenta defendit. Heli sacerdos offendit Deum ob vitia liberorum. Episcopus fieri non potest, qui filios habuerit luxuriosos, non subditos. At e contrario, de muliere scribitur, quia saluabitur per filiorum generationem: si permanserint in fide, & charitate, in sanctificatione cum pudicitia. Si perfecta ætas, & sui iuris imputatur parentibus, quanto magis lactens, & fragilis, quæ iuxta sententiam Domini ignorat dexteram, & sinistram, ideſt, boni & mali differentiam? Si sollicita prouides, ne filia percutiatur a vipera, cur non eadem cura prouideas, ne feriatur a malleo vniuersæ terræ? Ne bibat de aureo calice Babylonis, ne egrediatur cum Dina, & velit videre filias regionis alienæ? Venena non dantur, nisi melle circumlita, & vitia non decipiunt, nisi sub specie, vmbraque virtutum. Qui paruulus est, & sapit vt paruulus, donec ad annos sapientiæ veniat, tam bona eius, quam mala parentibus imputantur. Postquam grandiuscula esse cœperit, & in exemplum sponsi sui crescere sapientia, ætate, & gratia, apud Deum & homines pergat ad templum veri patris cum parentibus suis, sed cum illis non egrediatur e templo. Imitetur Mariam quam Gabriel solam in cubiculo suo reperit; & ideo forte timore perterrita est: quia virum quem non solebat, aspexit. Æmuletur eam, de qua dicitur: Omnis gloria eius filiæ regis ab intus. Numquam exeat foras, ne inueniant eam, qui circumeunt ciuitatem, ne percutiant, & vulnerent, & auferant pallium castitatis, & nudam in sanguine derelinquant; quin potius cum aliquis ostium eius pulsauerit, dicat: Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos? Non vescatur in publico, ideſt, in parentum conuiuio. Ne videat cibos, quos desideret. Surdà sit ad organa, tibia, lyra, cithara, cur facta sint, nesciat. Reddat tibi pensum quotidie de scripturarum flodibus carptum. Te habeat magistram, te rudis miretur infantia, nihil in te, & in patre suo videat, quod si fecerit, peccet. Mementote vos parentes virginis, magis eam exemplis docere posse, quam verbis. Nusquam absque te procedat in publicum. Basilicas martyrum, & ecclesias sine matre non adeat. Nullus ei iuuenis, nullius cincinnatus arrideat. Vigiliarum dies, & solemnes pernoctationes, sic virguncula nostra celebret: vt ne transuersum quidem vnguem a matre discedat. Nolo de ancillulis suis aliquam plus diligat, cuius crebro auribus insusurret. Quicquid vni loquitur, hoc omnes sciant. Præponatur ei probæ fidei, ac morum, & pudicitiæ virgo veterana, quæ illam doceat, & assuescat exemplo ad orationes, & psalmos nocte consurgere, mane hymnos canere, tertia, sexta, nona hora stare in acie, quasi bellatricem Christi, accensaque lucerna reddere sacrificium vespertinum, sic dies transeat, sic nox inueniat laborantem, orationi lectio, lectioni succedat oratio. Discat & lanam facere, tenere colum, rotare fusum, stamina pollice ducere, Spernat bombycum telas, & aurum in fila lentescens, talia vestimenta paret, quibus pellatur frigus, non quibus vestita corpora nudentur. Cibus eius oluscula sit, & similia, raroq. piscículi. Sic comedat vt semper esuriat, vt statim post cibum possit legere, & psallere. Si quando ad suburbana pergis, domi filiam non reliquas nesciat esse fine te, nec posse viuere, & cum sola fuerit, pertimescat. Non habeat colloquia sæcularium, non malarum virginũ contubernia, non interſit nuptiis seruulorũ, neque familiæ perstrepentis lusibus misceatur, pro gẽmis & serico diuinos codices amet. Discat primo psalteriũ, & in Prouerbijs Salomonis eruditur ad vitam. In Ecclesiaste consuescat, quæ mundi sunt calcare. In Iob virtutis, & patientiæ exempla sectetur. Ad Euangelica transeat numquam ea depositura de manibus, Apostolorum & Acta, & Epistolas tota cordis imbibat voluntate. Cumque pectoris sui cellarium his opibus locupletauerit, mandet memoriæ Prophetas, Pentateuchum & regum libros discat. Cypriani opuscula semper in manu teneat. Athanasii epistolas, & Hilarij libros inoffenso decurrat pede. Respondebis, quomodo hæc omnia mulier sæcularis in tanta frequẽtia hominum Romæ custodire potero? Noli ergo subire onus, quod ferre nõ potes, sed postquam ablactaueris eam cum Isaac, & vestieris cum Samuele, mitte auiæ, & amitæ. Redde pretiosissimam gemmam cubiculo Mariæ, & cunis Iesu vagientis impone. Nutriatur in monasterio, sit inter virginum choros, iurare non discat, mentiri sacrilegum credat, nesciat sæculum, viuat angelice, sit in carne sine carne. Trade Eustochio paruulam. Trade comitem sanctitatis, illam videat, illam amet, illam primis miretur ab annis, cuius sermo & incessus, & habitus doctrina virtutum est. Felix virgo, felix Paula Toxotii, quæ per auiæ, amitæque virtutes nobilior est sanctitate, quàm genere. Ipse, si Paulam miseris, & magistrum, & nutritium spondeo. Gestabo humeris, balbutientia senex verba formabo, multo glorioſior mundi philosopho, qui non regem Macedonum Babylonio periturum veneno: sed ancillam, & sponsam Christi eruditam regnis cælestibus offerendam. *Hoc dicit propter Aristotelem, cui Alexander magnus puer adhuc traditus est educãdus, quem Philosophus (vt Plutarchus refert) veneno interfecit, quem illi Antipater propinauit.*

1. Tim. 3.
1. Tim. 2.
26
24
25
27 In epist. 12. quæ est ad Gaudentiũ de Pœnitentia & Iudam reducat.

IDEM inquit: Sexus femineus suo iungatur sexui, nesciat; immo timeat cum pueris ludere. Nullum impudicum verbum nouerit. Et si forte in tumultu familiæ discurrentis aliquid audiat, non intelligat. Matris nutum pro verbis, ac monitis, & pro imperio habeat. Cum autem virgunculam rudem, & edentulam septimus ætatis annus exceperit, & cœperit erubescere, scire quid taceat, dubitare quid dicat, discat memoriter psalterium, & vsque ad annos pubertatis libros Salomonis, Euangelica, Prophetas, & Apostolos sui cordis thesaurum faciat. Nec liberius procedat ad publicum, nec semper Ecclesiarum quærat celebritatem in cubili suo totas delicias habeat. Sit, non, iuxta Apostolum, otiosa, atque verbosa, sed sobria, grauis, lanifica, & ea tantum loquens, quæ animum puellarem ad virtutem instituant. Vt enim aqua in areola digitum sequitur præcedentem; ita ætas mollis, & tenera in vtramque partem flexibilis est, & quocumque duxeris trahitur. Aduerte versiculũ illum. Ægre reprehendas, quod sinis consuescere.

28 In cap. 13. Dan. to 5.

IDEM explicans illa verba: Et Susanna, & parentes eius iusti edocuerunt filiam suam secundum legem Moysi, ait: Hoc vtendum est testimonio ad exhortationem parentum, vt doceant iuxta legem Dei, sermonemque diuinum, non solum filios, sed & filias suas.

29 Lib. 3. in c. 6. ad Ephes. to. 9. 1. Reg. 2.

IDEM exponens illa verba Pauli: Patres, nolite ad iracundiam prouocare filios uestros: sed educate illos in disciplina, & conuersatione Domini, inquit: Correptio de qua loquitur Apostolus, admonitionem magis, & eruditionem, quàm austeritatem sonat. *Infra*: Eli sacerdos ipse sanctus fuit: sed quia filios suos non erudiuit in omni disciplina, & correptione, supinus cecidit, & mortuus est. Non enim poterat ad priora extendi, sed retrorsum ruit. Et certe corripuerat filios suos, dicens: Quare facitis verba hæc, quæ ego audio de vobis mala ab omni populo? Nolite filii mei, quoniam non est bona fama, quam ego audio de vobis. De istiusmodi patribus, & Esaias lachrymabili voce causatur dicens. Et filii alienigenarum nati sunt eis.

Esai. 2.

30 Lib. 6. epistolarũ to. 5 2. Reg. 14. Luc. 15.

AMBROSIVS epist. 43. ad Sabinum, cuius pietatem laudat, quòd filio ignouerit, qui eo inconsulto vxorem acceperat, sic ait: Feciſti quod boni parentis est, vt cito ignosceres, sed rogatus. Nam antequam rogareris, non erat ignoscere, sed factum probare; deinde diutius differre veniam, & tibi acerbum, & illis inutile. Dauid degenerem filium, & fraterno oblitum sanguine, ad vnius mulieris petitionem paternis visceribus mente emollitus, domum recepit. Ipse ille euangelicus pater, adolescentiorem filium, qui prodegerat omnem substantiam a patre acceptam viuendo luxurioſe, regredientem tamen vnius sermonis inflexus humilitate, quòd in patrem peccasse se fatebatur, occursu pio fouit, supra collum eius cecidit, primam illi stolam, annulum, & calceamenta deferri iussit, atque honoratum osculo, donatum munere, admirabili susceptit conuiuio. Horum te imitatorem præbuisti pietate patria, qua proxime ad Deum accedimus. Acquisisti filiam sine electionis periculo, si bonam duxit, tibi acquisiuit gratiam, si errauit, recipiendo eos meliores facies, refrenando deteriores. Maturiore quidem consilio puella filio a patre traditur: sed maiore obsequii proposito a filio ad patrem ducitur, & a viro electa ingreditur soceri domum, dum metuit, & filius displicere iudicium suum, & nurus ministerium. Illum paternæ electionis prærogatiua attollit, atque erigit, istam offensionis humiliat metus, inclinat verecundia. Non habebit filius, quod in vxorem referat,

quasi exors culpæ, si quid fortasse offensum sit, quod habet vsus, immo amplius elaborabit. Vt in vtroque suum probare possit, & in vxore iudicium, & in se obsequium.

31 Lib. 5. Exameron cap. 3. to. 1. IDEM de piscibus loquens, ait: Mustellæ & caniculæ, & cete ingentia, & Delphines, aliaq. huiusmodi cum ediderint partus si quid forte insidiarum, terroriscq. præsenserint, circa catulos suos quem moliri, quo tueantur eos materno affectu aperiunt ora, & interno recipiũt corpore, & genitali feruntur aluo abscondere. Quis humanus affectus, hanc piscium pietatem possit imitari? Quis non miretur, & stupeat, vt seruet natura in piscibus, quod non seruat in hominibus? Pleræque ex suspicione nouercalibus odiis apertos suos occiderunt filios, aliæ in fame (vt legimus) partus proprios comederunt, humanis pignoribus mater sepulchrum facta est, piscium proli, parentis vterus, sicut murus pignora inoffensa conseruat.

32 Li. 5. Hexamer. c. 18. eod. to. IDEM inquit: Discant homines amare filios ex vsu, & pietate cornicum, quæ etiam volantes filios suos comitatu sedulo prosequũtur, & plurimo tempore nutriendi officia non relinquunt. At vero feminæ nostri generis, cito ablactant etiam illos quos diligunt, aut si ditiores sunt, lactare fastidiunt: pauperiores vero abiiciunt paruulos & exponunt, & deprehensos abnegant. Quis docuit nisi homo filios abdicari? Quis reperit tam immitia patrum iura? Quis inter naturæ fraterna consortia, fratres impares fecit? Vnius diuitis filii diuersa sorte metiuntur, alius totius paternæ sortis ascriptionibus inundatur, alius opulentæ hereditatis patriæ deplorat exhaustam, atque inopem portionem. Numquid natura diuisit merita filiorum? Ipsa vos doceat non discernere patrimonin, quos titulo germanitatis æquastis.

33 In Psal. 50. to. 8. AVGVSTINVS sic ait: Verumtamen fratres in tanta morum diuersitate, & tam detestabili corruptela, regite domos vestras, regite filios vestros, regite familias vestras. Quomodo pertinet in Ecclesia loqui vobis, sic ad vos pertinet in domibus vestris agere, vt bonam rationem reddatis, de his qui vobis sunt subditi. Valde inutiliter, ualde pernicioſe sentiet filius patris lenitatem, vt iuste postea Dei sentiat seueritatem. Et hoc non solus, sed cum dissoluto patre suo. Quid enim? Si ipse non peccat, & non facit quod filius eius: ideo non debet ab ipsa nequitia filium prohibere? An forte vt uideatur filio eius, quia & pater talia faceret, nisi & senuisset? Peccatum quod tibi non displicet in filio tuo delectat te: sed ætas deseruit, non cupiditas. Sed forte negligit malus filius, vel monita patris, vel obiurgationem, vel seueritatem, tu imple personam tuam, Deus de te, & de illo exigit suam.

34 Serm. 204. de tempore to. 10. 4. Reg. 2. IDEM inquit: Cum diuina lectio legeretur, audiuimus quòd prætereunte beato Eliseo, pueri irridentes clamauerunt. Ascende calue, ascende calue. Ob quam rem egressi sunt duo vrsi de saltu, & lacerauerunt quadraginta duos pueros. Quam rem etiam parentibus suis instigantibus feciſſe credendi sunt. Manifeste pueri illi non clamauissent, si hoc eorum parentibus displiceret, & sic mors filiorum fieret disciplina parentum.

35 Libro 2. in cap. 3. 1. lib. Reg. to. 2. GREGORIVS explicans illa verba de Heli, dicta Samueli. Prædixi, quòd iudicaturus essem domum eius, usque in æternum propter iniquitatem, eo quòd nouerat filios suos indigne agere, & non corripuit eos. Idcirco iurauí domui Heli, quòd non expietur iniquitas domus eius uictimis, & muneribus in æternũ, sic habet: Hac in re notandum est, quia qui inique agentes filios non corripuit, inique feciſſe reprehenditur, quæ in æternum uictimis, & muneribus nequaquam expientur.

Filiorum mors patienter ferenda est, quos propter peccata parentum aliquando punit Deus. Cap. VII.

1 Lib. 1. in 1. Iob to. 1. Gen. 37. IRIGENES sic habet: Cum unum ex plurimis uideretur Iacob filium perdidisse, a ceteris omnibus consolari non potuit. Sed dixit: Descendam post filium meum lugens in infernum. Magnanimus autem Iob post peculii perditionem, & post omnium bonorum direptionem, omniũ filiorum miserabilem interitum pariter, simul cu audisset non suspirauit, non ingemuit, non dixit, quæ nunc illicite dicunt plurimi. Cur dedisti primo? Aut cur abstulisti modo? Cur oblectasti primo filijs, uel cur priuasti nunc his omnibus pariter? Melius erat ut omnino non dedisses, quam ut dans rursum auferres. *Infra*: Scidit Iob uestimenta sua, & terram imposuit capiti, vt ex parte ostenderet filiorum dolorem. Nisi enim hoc feciſſet, alienum illum a natura humana fuisse diceremus. Hæc ergo gessit propter naturalem dolorem. Comam uero capitis sui totondit, vt aduersario ostenderet, quia sicut passus est, quia comam totondit, ita cum hæc amitteret nihil se passum fuisse æstimasset. Quasi diabolo diceret: Aufer omnia superflua, nihil mihi superfit ex his, quæ tibi data sunt. *Infra*: Non lamentor filiorum decessum, transiuit enim ab oculis meis tristitia, & dolor. Si enim pariter mecum uiuerent super terram, cum dolore eram cogitaturus quales fuissent, quales profeciſſent, qualem finem expectassent. De istis ergo securus effectus non lamentor, non plango, Non ridebit de me diabolus, nec inueniet apud me id, quod expectat nequisimus. Nudus exiui de utero matris meæ, nec peculium, nec filios habens, nudus & ibo sub terram.

2 Hom. 39. in Gen. to. 1. CHRYSOSTOMVS explicans verba illa cap. 9. In quibus quia Chã filius Noe discooperuit uerenda patris sui, maledixit sanctus Patriarcha

triarcha illius filiis, dicẽs: Maledictus Chanaan filius, seruus erit fratrum suorum. Ecce peruenimus ad quæstionem illam vbique celebrem; multos enim audimus dicentes, quare cum peccauerit pater, & prodiderit nuditatẽ, filius maledictum suscipit? Dictum est enim: Maledictus Chanaan filius, seruus erit fratrum suorũ. Quare cum alius peccauit, ille pœnam luit? Neque hoc absque ratione factum est. Quia pater non minorem pœnam & cruciatum habuit, quàm filius. Scitis enim quomodo sæpenumero patres orant, vt filiorum pœnas ipsi ferant, & quomodo illis grauius est videre filios supplicio affici, quam si ipsi ijs forent obnoxij. Factũ igitur est hoc, vt ille ob naturalem amorem in puerũ, maiorem sentiret dolorem, & puer accepta maledictione suorum propriorum pœnas peccatorum lueret. Nam licet propter patris peccatũ nunc maledictioni sit obnoxius: attamen verisimile fuit, quòd & propter sua delicta dederit pœnas. Nam neque patres pro filijs, neque filij pro patribus pœnam luunt: sed vnusquisq; pro suis peccatis pœnam luit. Vbi hoc a Prophetis dictum inuenimus, sicut cum dicunt: Comedentis vuas acerbas dentes obstupescunt cõtra eos, qui aiebant: Patres comederunt vuas acerbas, & dentes filiorum obstupescunt. Et anima quæ peccauerit ipsa morietur. Et iterum, Non morientur patres pro filijs, neque filij pro patribus. *Infra*: Vt se emendet pœnam fert, & propter puerum quoque cruciatur. Vt discas quòd etsi senex nunc esset; attamen quia pœna in filium transijt, id ipsi luctuosam, & insuauem vitam faciebat, cogitanti quòd etiam post suam mortem filius pœnam luiturus esset. Nam quòd filius per se malus, & omnes qui ab illo nati, fuerint abominabiles, & ad malum propense declinauerint, audi Scripturã dicẽtem per modum maledicti. Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa, & alius quidam increpans, semen Chanaan & non Iuda.

Hier. 31. Ezec. 18. Deut. 24. Ezec. 16. Dan. 13.

3 Hom. 32. in Matthæum to. 1. IDEM inquit: Multi ex Gentilibus, cum nihil de immortalitate animæ crederent; nihilominus mortuis filijs, ut inanem quandam gloriam consequerentur, corona ornati, & candidam induti vestem in publicum prodierũt. Sed heredem non habeo, inquies, nec quem rerum mearum successorem constituam. Ego vero te libenter interrogarem, tuarumne rerum an cælorum, malis filios tuos esse heredes? Et vtrum magis desideres caduca hæc, & corruptibilia possideri ab illis, quæ tamen post omnino essent relicturi, an stabilia illa & æterna? Non habes heredes filios, sed habet ipsos pro te Deus, non heredes facti fratrum suorũ, sed facti sunt Christi coheredes. Sed cui pretiosas, inquies, vestes nostras, cui magnificas ædes, cui seruos, cui agros relinquemus? Illis ipsis profecto, & multo tutius quàm si viuerent: nihil enim prohibet. Nam si multæ barbaræ gentes vna cum defunctis res eorum cremare solent, quanto æquius defuncto tuo filio, tua tradere potes. Non vt in cinerem redigãtur: sed vt glorioſum magis illum reddant. Putas eum maculis inquinatum abisse, da sibi sua, vt illis, se a maculis detergat, putas in iustitia ipsum decessisse, præbe sibi sua ad mercedis, & retributionis adiectionem. Sed videre, inquis, ipsum cupio. Ne dubites cito te ad ipsum profecturum, illud etiam tecum versa, quoniam si hac oratione nequaquam tibi persuadebimus: natura ipsa temporis tibi persuadebit. Nam multitudine dierum absque vlla mercede cõsolaberis. Quòd si statim in tuorum morte philosophari volueris: duas res maximas consequeris. Nam & interea tranquilliori animo viues, & a diuina retributione fulgentissimam habebis coronam. *Infra*: Sed intolerabilis tibi casus tuus videtur? Propterea ergo defuncti gratia plorandum non est, quoniam a multis huiusmodi casibus liberatus est. Noli ergo facere, vt inuidere videaris: nam qui mortem sibi optat, quoniam ante tempus aliquis suorum ereptus est, ploratque propter illum quia non viuit, vt multa huiusmodi subeat, inuidere magis, quàm amare illum videtur. Noli ergo cogitare, quòd non redibit vmquam domum tuam filius, sed quia & tu paulo post ad ipsum gradieris, noli cogitare illum huc postea minime reuersurum: sed quia hæc quæ videmus, omnia cum sint caduca, & instabilia, numquam eadem permanent: omnia enim transfigurabuntur cælum, terra, & maria; & tunc suscipies filios tuos maiori cum gloria. Quòd si in peccato mortui sunt: finem tamen peccandi habuerunt. Nam si pœnitentiam essent acturi, Deus, cui omnia patent, non antea quam eam egissent, ipsos rapuisset; sin vero iusti decesserunt, euaserunt iam a periculis, & tuti beatitudinem possident. His rebus omnibus planum factum est, non esse amoris has lachrymas, sed turbationis & animi parum sapientis. Nam si defunctum diligeres gauderes profecto, quia fluctus præsentis vitæ enauigauit. Quid enim mirabile, ac nouum, & inauditum factum est? An non eadem ipsa quotidie reuolui videmus? Diem nox, noctem dies, hiemem æstas, æstatem hiems, modo præcedit, modo sequitur. Et hæc quidem semper eadem, mala vero alia, atque alia indies, quæ filium tuum habere quotidie, & tecum esse velles omni verbo subiectũ, omni luctui cum sua formidine, ac horrore, vitam misere agere, & alia quidem mala iam subeuntem; alia vero timentem ne subeat. Non enim poteris vnquam dicere, quod potuisset longum istius vitæ pelagus absque dolore, mæstitia, cura nauigare, ad hæc etiam illius tibi rationis memoria veniat, non immortalem te genuisse, sed si nunc diem suum non obiisset, paulo post certe ad hoc ipsum peruenisset. Sed non saturasti te amore illius, sed ibi omnino perfrueris. Tu vero si ad imperandum, regnandumque hoc caduco, mortalique regno filius tuus abijsset, nolles eum inde redire, vt ipsum videres, nunc vero cum ad meliora, maioraque regna processerit, parui temporis absentiam ferre non poteris? Noli ergo plorare, reddidisti enim depositum, quod tibi erat creditum. Non

sus ergo sollicitus si vides in inuiolabili ærario thesaurum tuum esse depositum. Quòd si etiam tam præsentis vitæ, quàm futuræ conditionem intellexeris; & hanc quidem aranearum esse telam, atque vmbram; illam vero immobilem, ac æternam, non indigebis vlla alia ratione. Nunc enim filius tuus ab omni mutatione rerum ereptus est. Si vero hic esset, probusne an reprobus futurus esset, in ambiguo versaretur.

6 Serm. 8. in epist. ad Coloss. to. 4. *Exod.* 2.

IDEM sic habet: Mortuo filio inquis, elegans, & bonus erat puer. At vt fuerit, non erat elegantior Moyse, qui & barbaricam faciem ad sui desiderium attraxit, idque in eo ætatis articulo, in quo non apparet aliqua venustas. Et tamen illum tantopere amabilem, in fluuium exposuere parentes. Tu quidem & decumbentem vides, & sepulturæ tradis, & ad monumentum abis. Illi vero ignorabant etiam, an futurus esset puer cibus piscium, vel canum, vel alterius cuiusquam bestiæ, quales circa mare oberrare solent. At non est vnigenitus, sed post multos, & ipse mortuus est. Verum non adeo subitanea & tristis est ista calamitas, atque erat illa Iob. *Iob* 1. Non hic delapsum tectum, non inter conuiuandum interitus, non calamitates annunciatæ. At erat tibi dilectus? Sed non magis quàm Ioseph, cuius tamen calamitatem pater cum putaret a bestia deuoratum patienter tulit. Flebat, sed impie nihil agebat. Plora, non prohibeo, verum nihil blasphemum, nec dicas, nec facias. Qualiscumque fuerit filius tuus, non est sicut Abel, verum nihil huiusmodi dixit Adam, quamquam grauis admodum esset calamitas a fratre occisum esse Abelem. Sed & Dauid diligebat filium ægrotum; & in sacco quidem, & cinere iacebat: Verum neque diuinos, neque incantatores adduxit, sed Deo supplicanit. Eadem loquere si quando tibi mortuus fuerit filius, quæ

7 1. *Reg.* 18 Dauid dicebat. Ego ad ipsum adibo; ipse vero non reuertetur ad me. Hoc animi philosophici, hoc amoris paterni. Quantumcunque diligas filium tuum, non tantum diliges, quantum ille tunc diligebat. Perpende quàm filio tuo peiora accidere potuerint, & abunde consolaberis. Et cogita quid si in bello interiisset? Quid si in igne? Atque ita quicquid patiamur, cogitemus atrociora, & habebimus sufficiētem consolationem, proponamusq. perpetuo ob oculos, qui grauiora passi sunt; & nos quidem ipsos, si aliquando duriora passi fuerimus. Ita & *Hebr.* 12. Paulus admonet, cum dicit: Nondum vsque ad sanguinem restitistis aduersus peccatum decertantes. Quicquid igitur accidat mali, deteriora perpendamus (poterimus enim semper deteriora reperire) atque ita erimus grati, & ita præsentia mala quiescent.

8 Lib. 1. in c. 2. Hieremię to. 4. HIERONYMVS exponens illa verba: Sine causa percussi filios vestros, disciplinā non receperunt, sic ait: Ideo percussi filios vestros, vt illorum nece vos erudimini. Et ne forte diceretis, peccantes corripere noluisti, plagis discite filiorum vestrorum, quòd austeriori vos cupierim curare medicamine.

9 IDEM explicans verba illa: Quid est quod inter vos parabolam vertitis in prouerbiū istud in terra Israel dicentes: Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorū obstupuerunt? Viuo ego dicit Dominus, si erit vltra vobis parabola hęc in prouerbium in Israel. Ecce omnes animæ meæ sunt, vt anima patris, ita & anima filii mea est. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur, sic habet: Monet diuina Scriptura illud, *Exo.* 20. quod in Exodo dictum est. Ego sum Dominus Deus tuus, Deus æmulator, qui reddo peccata patrum super filios, vsque ad tertiam, & quartam generationem, his qui oderunt me. Et iterum dixit Moyses. Domine Deus miserator, & *Exod.* 34. misericors &c. reddens iniquitates patrum super filios, & super filios filiorum in tertiam, & quartam generationem. Iniustitia videretur alium peccare, & alium luere peccata: nisi adderet, his qui me oderunt. Non enim ideo puniuntur in tertia, & in quarta generatione; quia deliquerunt patres eorum, cum patres potius, qui fuerunt peccatores, puniri debuerint; sed quia patrum extiterunt æmulatores, & oderunt Deum, hereditario malo, & impietate in ramos quoque de radice crescente. *Infra*: Patres comederunt vuam acerbam &c. Est loci istius, hic sensus. Quomodo si quis velit dicere, patres vuam acerbam comederunt, & dentes filiorum obstupuerunt, ridiculum est, & nullam habens consequentiam, sic iniquum est, atque peruersum peccare patres, & filios, nepotesq. cruciari. *Infra*: Vt anima patris, ita & anima filii mea est, ideſt, sicut peccata filiorum non nocent patribus, sic peccata patrum, ad filios non redundant, sed anima quæ peccauerit, ipsa morietur.

10 In cap. 20. Ezech. IDEM explicans verba illa: Abominationes patrum suorum ostende eis, inquit: Si peccata patrum non redundant ad filios, quomodo abominationes, & iniquitates patrum nunc senioribus proponuntur? Hac videlicet causa, vt ostendantur similia parentibus agere, & hereditario malo lōgissimum funem trahere peccatorum, vt quorum imitatur vitia, eorum supplicia pertimescant.

11 Lib. de Noe & arca c. 3. to. 1. AMBROSIVS exponens illa verba Genesis 9. Vidit Cham, pater Canaan nudatum patrem &c. sic inquit: Vtique Chanaan natus non erat. Cur ergo nomen addidit filij, nisi vt & vitio auctoris deformaretur hereditas, & pater in filio, & in patre filius redarguuntur habēter stultitiæ, nequitiæ, & impietatis commune consortium. Nec poterat fiere, vt bonum generaret filium, qui bono patri nequaquam filius, & naturæ, & eruditionis degener extitisset.

Filij

Filij honorem, & obedientiam, quando, & quomodo exhibere debeant parentibus. Cap. VIII.

1 Libr. de sacerdotio. c. 5. CHRYSOSTOMVS sic habet: Differens Basilij, ipsiusq. commune propositum in arripienda vita monastica, assiduę matris illecebræ obstiterunt. Etenim vbi illa subodorata est, id me consilij inire dextra apprehensum in peculiare sibi cubiculum. Hic illa cum me sibi assidere voluisset super eum lectum, in quo me enixa fuerat, in lachrymarum fontes prorupit, verba etiamnum adijciens, quæ me plus lachrymis illis omnibus ad misericordiam pertraherent. Porro eius quidem lamenta eiusmodi fuere. Patris tui virtute, ac præstantia, fili, me haud ita multum temporis vti frui numen permisit, vtpote cuius mors dolores eos, quos in te pariendo passa sum continuo exceperit, ac tibi orbitatem, mihi viduitatem attulerit intempestiuam, vt fileā viduitatis ipsius mala, ærumnas, incommoda, quæ quidem solæ animo illæ complecti recte queant, quas contigerit ea ipsa perpeti. Nullius enim sermo, nullius oratio par esse posit enarrandæ tempestati, ac turbulentiæ illi, quam subire oportet puellam, quæ ipsa etiam dum rudis, rerumque humanarū expers, simulatque paternam domum reliquerit, derepente immensorum dolorum facibus æstuans; curam, sollicitudinemque ætate, ac sexu superiorem sustinere cogatur. Quam videlicet necesse est, seruorum ignauias emendantem eorundem maleficia obseruare, cognatorum propulsare insidias, publicanorum molestias. Proinde cum decedit pater, relicta a se prole, si forte femina ea est, magnam vel sic matri curam exhibet, sed tamen hoc ipso tolerabilem, quòd illius educatio, tum impensa caret, tum etiam formidine vacat. At masculus a patre relictus, matris animum in dies singulos immensa formidine, tum permultis complet sollicitudinibus, vt nihil hic agam de sumptu, deque impensa, quam multam tolerare cogitur mater, quæ laborat vt masculus ille liberaliter educetur. Quarum rerum omnium nulla me tamen permouit, vt nuptijs iteratis sponsum alterum in patris tui ædes inducerem, quin potius in æstu illo, in fluctuatione, ac turbine perseuerans, cæleſtis gratiæ suppetijs in primis adiuta, ferreā illam viduitatis fornacem nulla ex parte refugi, cum mihi inter eas ipsas ærumnas, atque incommoda, solatio esset non modico, quòd aspectum istum assidue spectare, inque eo tamquam vitalem defuncti mariti imaginem, verisque accertissimis characteribus expressam mihi asseruare daretur. Atque ne id quidem mecum expostulare posis, quòd nos viduitatis quidem conditionem perpessæ fortiter simus, sed viduitatis eiusdem angustijs coarctatæ paternas tibi imminuerimus facultates, id quod infelicibus orphanis permultis obuenisse scio. Si quidem patrimonium tibi nulla non parte saluum, integrumque seruaui; cum tamen nihil etiam prætermiserim sumptuum eorum, qui tibi nominis istius existimationem aliquam parare possent, quos sumptus suffeci ex meo peculio, & pecunijs quas mecum domo paterna attuleram. Pro rebus porro his omnibus, quas non exprobrandi gratia dixi, vnam abs te gratiam peto ne me viduitate altera inuoluas, neu lutum iam sopitum rursus exsuscites, obitus huius diem potius expectato, hinc paulo post nobis fortasse emigrandum. Nam aut qui iuuenes sunt ad longæ senectutis annos accedant, sperare quidem liceat: qui autem iam consenuimus; quid tandem aliud quàm mortem iam iam aduentantē præstolamur? Itaque vbi corpus hoc a te sepultum, cum patris tui ossibus coniunxeris, tum demum fili longas profectiones suscipito. Ceterum tantisper dum spiramus contubernium, conuictumque hunc nostrum tolerato, Dei offensionem frustra ac temere ne incurrito, ne ve committito, vt matrem nihil commeritam, tam multis inuoluas incommodis. Sin vero nihil nō agimus, vt tu facile, altoque in otio posis vitæ huius vsura frui, si minus aliud vinculum, certe hoc vnum te apud nos detineat. Nam vt te a sexcentis amari dicas, nemo certe fuerit, qui tibi in tanta libertate viuere concedat, cum & neminem esse putem, cui nominis istius existimatio æque ac mihi vni chara esse posit. Hæc & his longe plura matris ad me monita erant, quæ cum amico illi vere magnanimo, ac generoso recitassem, tantum abfuit, vt ijs ipsæ moueretur, vt acrius etiam instaret eadem a me, quæ & antea efflagitans, remque illæ assiduis vrgebat precibus me interim nihil innuente. Qua in re perspicis obediendum parentibus non esse, quando ea volunt, quæ contra Domini voluntatem sunt.

3

4 Epist. 1. quæ est ad Heliodorū de laudibus vitæ solitariæ. to. 1. HIERONYMVS sic habet: Recordare tirocinij tui diem, quo Christo in baptismate consepultus iurasti pro nomine eius non te patri parciturum esse, non matri. Ecce aduersarius in pectore tuo Christum conatur occidere. Licet paruulus ex collo pendeat nepos, licet sparso crine, & scissis vestibus vbera, quibus te nutrierat, mater ostendat, licet in limine pater iaceat per calcatum perge patrem, siccis oculis ad vexillum crucis euola. Solum pietatis genus est in hac re esse crudelem, veniet veniet posthea dies, quo victor reuertaris in patriam. Neque vero nescio, qua te dicas nūc compede prædiri. Nunc tibi blandis vidua soror hæret lacertis, nunc illi cum quibus adoleuisti vernulæ aiunt, cui nos seruituros relinquis? Nunc & gerula quondam, iam anus, & nutritius secundus post naturalem pietatem pater clamitat, morituros expecta paulisper & sepeli. Forsitan & laxis vberum pellibus mater arata rugis frōte, antiquum referens mammæ lallare congeminet.

net. Dicant si volunt, & Grammatici, in te omnis domus inclinata recumbit. Facile rumpit hæc vincula amor Dei, & gehennæ timor. At contra scriptura præcipit parentibus obsequendum, sed quicumque eos supra Christum amat, perdit animam suam. Gladium tenet hostis, & ego de matris lachrymis cogitabo? *Matt. 12.* Propter patrem militiam Christi deseram, cui sepulturam Christi causa non debeo, quam etiã omnibus eius causa debeo? Mater mea, & fratres mei hi sunt, quicumque faciunt voluntatem Patris mei, qui in cælis est. Si credunt in *Matt. 8.* Christum, faueant mihi pro eius nomine pugnaturo. Si non credunt, mortui sepeliant mortuos suos,

9 Lib. quæst. in lib. Paralipomenon. to. 3. IDEM inquit: Iusserat Aminadab Ozæ filio suo, vt portaret arcam Domini humeris suis & quia patri suo non obediuit, Oza mulctatus est morte. Fuit enim peccatum in non portando, in sustinendo arcam, iam peccati inobedientię pœna.

6 Lib. 3. in c. 6 epist. Pauli ad Ephesios to. 6. IDEM explicans verba illa: Filij obedite parentibus vestris in Domino, hoc enim iustum est, sic habet, Id faciendum Dominus præcipit, vt faciamus quæ præceperint nobis parentes, de quibus secundum carnem nati sumus; obtemperemus autem in Domino, implentes ea, quæ non sunt Domini contraria voluntati. Vel parentes in Domino vocat eos, qui nos in Domino genuerunt, quales sunt prælati, & prædicatores, quibus nos obedire debemus. Honora patrem tuum, & matrem tuam, quod est *Exo. 20.* mandatum primum in promissione: Vt bene sit tibi, & longæuus sis super terram. Hoc mandatum vocat primum in promissione, relatum ad alia præcepta, quæ post mandata decalogi data sunt populo. Et secundum hanc interpretationem, omne præceptum decalogi dicitur primum. Obedientes autem parentibus, longæui sunt super terram, de qua scriptum est, Credo videre bona Domini in terra viuẽtium.

7 Lib. 1. officiorum ca. 17. to. 4. AMBROSIVS sic ait: Incipiens informare adolescẽtes per exempla Patriarcharum: Est igitur bonorum adolescentum timorem dei habere, deferre parentibus honorem. Erat Isaac Deum timens, vt pote Abrahæ indoles honorem deferens, patri vsque eo, vt aduersus paternam voluntatem, nec mortem recusaret, Ioseph quoque cum somniasset, quia sol, & luna, *Gen. 37.* & stellæ adorarent eum, sedulum tamen obsequium deferebat patri.

8 Lib. 3. officiorum circa finẽ c. 12 *Iudic. 11. & 12.* IDEM: Extollit obedientiam, & virilem animum filiæ Iephtæ, quæ se obtulit morti, vt patri obediret, ait: Præcellentius, & antiquius istud exemplum de filiæ Iephte, quàm illud quod memorabile habetur apud philosophos (isti sunt Damon, & Pythias Pythagoræ discipuli, vt dicit Cicero in officijs) De duobus Pythagoricis, quorum alter cum a tyranno Dionysio capitis damnatus esset, præscripto mortis die poposcit, vt domum pergendi ei facultas daretur, quo commendaret suos, ac ne reuertendi nutaret fides, vadem aut fidei iussorem mortis obtulit, hac conditione, vt si ipse defo-

ret ad constitutum diem, vas eius sibi pro eo moriendum agnosceret. Nec qualitatem sponsionis, quæ offerebatur, recusauit, constantique animo diem necis præstolabatur. Itaque alter se non subtraxit, alter ad diem repedauit. Quod eo vsque fuit mirabile, vt tyrannus eos sibi in amicitiam ascisceret, quorum vrgebat periculum. Quod ergo in spectatis, & eruditis viris plenum miraculi est, hoc in virgine multo magnificentius, multoque illustrius deprehenditur, quæ ingemiscenti patri, ait. Fac mihi, vt exiuit de ore tuo. Sed spatium duorum poposcit mensium, vt cum æqualibus conuentum ageret in montibus, quæ virginitatem eius prædestinatam neci pio affectu prosequerentur. Nec fletus æqualium mouit puellam, nec dolor flexit, nec gemitus retardauit, nec dies præterijt, nec fefellit hora. Redijt ad patrem quasi ad votum rediret, & voluntate propria cunctanté impulit, fecitque arbitratu spontaneo, vt quod erat impietatis fortuitum, fieret pietatis sacrificium.

9 Lib. 5. Etymeron c. 38 to. 1. IDEM miranda loquitur de ciconijs, & inter multa, sic habet: Quàm vero rationabilium excedat pietatem auis huius clementia considerandum. Nam depositi patris artus, per longæuum senectutis plumarum tegmine, alarumque remigio nudatos, circumstans soboles pennis proprijs fouet. Et quid dicam collectitio cibo pascit, quando ipsa etiam reparat naturæ dispendia, vt hinc atque inde subleuantes senẽ fulcro alarum suarum ad volandum exerceant, & in pristinos vsus desueta iam reuocent pij patris membra? Quis nostrum leuare ægrum non fastidiat patrem? Quis fessum senem suis humeris imponat, quod in ipsa historia vix credibile habetur? Quis vt pius sit non hoc seruulis mandat obsequium? At vero auibus non est grue, quod pietatis est plenum, non est oneroſum, quod soluitur naturæ debito. Non recusant aues pascere patrem, quod etiam præscripta necessitate sub terrore pœnarum plerique hominum recusarunt. Aues non scripta, sed natalex stringit. Aues ad hoc munus nullo præcepto conueniunt; sed gratiæ naturalis officio. Aues non erubescunt, reuerendi senis membra portare. Est enim victoria pietatis, quod eousque frequenti testificatione percrebuit, vt congrue mercedem remunerationis inuenerit. Nã Romanorum vsu pia auis vocatur. Et quod vix vni imperatori consulto senatus delatum dicitur, hoc istæ aues in commune meruerunt. Habent ergo aues istæ decreta patrum ad propriæ insigne clementiæ. Pios enim filios, patrum prius oportuit iudicio prædicari.

10 Lib. de Noe & arca to. 1. IDEM sic exorditur: Quid est quod Sem, & Iaphet imposuerunt vestimentum super humeros suos, & perrexerunt retrorsum, & operuerunt patrem nudum, & non viderunt nudationem eius. Littera euidenter pietatis expressit affectum, quòd nudatum amictu patrem boni filij videre cauerunt, ne paterna reuerentia, vel ipso minueretur aspectu. Si quidem etiam tacito vultu, pietas frequenter offen-

ditur. Vnde etiam Romæ vetus fuisse vsus dicitur, ne filij cum parentibus, & maxime puberes intrarent lauacrum, & balnea.

11 Lib. de bene dictionibus Patriarcharum cap. 1. tod. to. IDEM sic ait: Primum omnium quantam discimus parentibus referre reuerentiam, cum legimus. Quoniam qui benedicebatur a patre, benedictus erat, & qui maledicebatur, maledictus erat. Ideo hanc parentibus gratiam donauit Deus, vt filiorum pietas prouocetur. Prærogatiua igitur parentum, disciplina est filiorum. Honora ergo patrem, vt benedicat te. Honoret pius patrem propter gratiã, ingratus propter timorem. Et si pauper est, etsi non habet diuitiarum copias, quas relinquat filijs, habet tamẽ vltimæ benedictionis hereditatem, quas sanctificationis opes successoribus largiatur. Et multo plus est beatum, quàm diuitem fieri. Vnde festinabat Ioseph sumere a patre benedictionẽ, sibi, & filijs suis. *Gen. 48.*

12 Lib. 6. in c. 8. Lucæ to. 4 IDEM exponens verba illa: Mater, & fratres mei hi sunt, qui verbum Dei audiunt, & faciunt, sic habet: Magister, qui de ceteris præbet exemplum, atque ipse præceptor, ipse etiã suorum executor est præceptorum. Præscriptu rus enim ceteris, quoniam qui non reliquerit patrem, aut matrem suam non est filio Dei dignus, sententiæ huic primo ipse subiecit. Non quo maternæ refutet pietatis obsequia. Ipsius enim præceptum est, Qui non honorauerit patrem, aut matrem morte moriatur; sed quia paternis se mysterijs amplius, quàm maternis affectibus debere agnoscat. Neque tamen iniurioſe refutantur parentes, sed religioſiores copulæ mentium docentur esse quàm corporum. Si enim foris stantes, nec ipsi agnoscuntur parentes, & propter nostrũ fortasse non agnoscuntur exemplum. Ne putet aliquis offendiculum esse pietatis, vbi mandatum legis impletur. Si *Ephes. 5.* enim relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna, recte sacramentum hoc in Christo seruatur, & in Ecclesia. Et ideo parentes corpori proprio nõ oportuit auferri, quia corpus vnum sunt, Christus, & Ecclesia. Ergo hic non vt quidam Hæretici arbitrantur, mater negatur, quæ etiam de cruce agnoscitur, sed necessitudini corporali, præscriptorum cælestium forma præfertur.

13 Lib. de salutaribus documentis. to. 4. AVGVSTINVS inquit: Iubet scriptura parentes nostros, vt propria viscera diligere, si tamen accedere ad seruitium Christi non prohibeant, si autem prohibuerint, nec sepultura illis a nobis debetur. Christus diligendus est *Luc. 9.* super parentes nostros, quia non nobis tribuũt parentes ea, quæ Christus: Ipse enim dixit in Euangelio: Qui amat patrẽ, aut matrem plusquam me, non est me dignus. Deus ergo anteferendus est parentibus.

14 Lib. contra Adimantũ Manichæũ. to. 8. IDEM ait: De eo quod scriptum est in Exodo, Honora patrem tuum, & matrem tuam, huic loco, vbi de honorandis parentibus Deus præcepit, illum Euangelij locum Manichæi dicunt esse contrarium, vbi Dominus cuidam dicenti, Ibo & sepeliam patrem meum, respondit, sine vt mortui sepeliant mortuos suos: tu autẽ

Ibid.

veni, & annuncia regnum Dei. Quod sic soluitur, quia & parentes honorare debemus, & eos tamen propter annunciationem regni Dei, nulla impietate contemninus. Manifestum ergo est, & honorem parentum in gradu suo esse seruandum, & eos tamen in diuini amoris comparatione, præsertim si impedimento sunt, nulla dubitatione oportere contemnere. Nam & in veteribus scripturis habes positum, Qui dicit *Deut. 33* patri, aut matri, non noui vos, & qui filios suos non agnoscit, ipse autem cognouit testamentũ suum. Ergo sic & in nouo testamento commendatur parentum contemptus, vnde & testamenta concordant.

15 Contione 1 in Psal. 70. to. 8. *Hier. 35.* IDEM sic ait: Titulus huius Psalmi est, ipsi Dauid filiorũ Ionadab. Ionadab homo fuit quidã, commẽdatus nobis ex Prophetia Hieremię, qui filijs suis præceperat, vt vinum non biberent, neque in domibus residerent, sed in tabernaculis habitarent. Præceptum autem patris filij tenuerunt, & seruauerunt, & ex hoc benedici a Domino meruerunt. Dominus autem hoc non præceperat, sed pater ipsorum. Si autem hoc acceperunt tamquã præceptum a Domino Deo suo, quia & si Dominus non præceperat, vt vinum non biberent, præceperat vt filij parentibus obedirent. In ea ergo re sola filius non debet obedire patri suo, si aliquid pater ipsius iusserit contra Dominum. Neque enim debet irasci pater, quãdo sic ei præponitur Deus. Vbi enim hoc iubet pater, quod contra Dominum non sit, sic audiendus est, quomodo Deus, quia obedire patri iussit Deus. Benedixit ergo *Exod. 20.* Deus filios Ionadab propter obedientiam.

Flagella Dei vtilissima, & leuia, quapropter cum gaudio suscipienda sunt. Cap. IX.

1 Hom. 3. in Exodũ to. 1 ORIGENES explicans ea verba, quæ dixit Pharao Moysi, Nescio Dominum, & Israel nõ dimittam, inquit: Donec in laboribus hominum non est, & cum hominibus non flagel- *Psal. 70.* latur, tenuit eum superbia. Denique videbis paulo post, quomodo proficit in flagellis, & quãtum, quanto melior verberatus efficitur. Iste qui modo dicit, nescio Dominum, post cũ vim senserit verberum dicturus est, Orate pro me Dominum, & non solum hoc, sed etiam contestantibus magis fatebitur, quia digitus Dei est in virtute signorum. Nemo ergo ita inerditus diuinæ sit disciplinæ, vt flagella diuina perniciem putet, vt verbera Domini pœnalem credat interitum. Ecce Pharao durissimus, tamen proficit verberatus. Ante verbera, Dominum nescit, verberatus supplicari pro se Dominum rogat. Diabolus dicit. Nescio Dominum, & Israel non dimittam. Sed vide in euangelijs quomodo veberatus emendet hanc vocem. Scriptum est enim. Quia clamauerunt dæmones ad *Matt. 8.*

Domi-

Dominum, & dixerunt. Quid venisti ante tempus torquere nos? Scimus te qui sis, tu es Filius Dei viui. Vbi tormenta senserunt, sciunt Dominum. Ante flagella dicit, Nescio Dominum, & Israel non dimitto, sed postea Israel dimittit, & non solum dimittit, sed & ipse perurgebit eum exire.

2 Hom. 8. in c. 12. Hier. to. 2.

IDEM explicans verba illa: Sanctifica eos in die occisionis, sic habet: Quid faciam, vt hoc exponam? Tormenta sanctificationem vocat eorum, qui torquentur. Sanctifica quippe eos ait, in die interfectionis eorum, ideſt, per hoc quòd interficis eos, Sanctifica eos. Quem enim diligit Dominus, corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit. *Heb. 12.*

3 Hom. 10. in Psalm. 37. to. 1.

BASILIVS exponens illa verba: Quoniam ego in flagella paratus sum, inquit. Paratum ad flagella se dicit: Nouit enim quia quem diligit Deus castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit. Quamobrem generose tulit flagella, quæ per calamitates alias, alijs succedentes post peccatum ei euenerunt, quas regnorum complectitur historia.

4 In lib. cui titulus est, regulæ breuiores in responsione 262. interrogationis to. 2.

IDEM ait: De eo quod est apud Apostolum, propter hoc ter Dominum rogaui, vt discederet a me, scire conuenit earum calamitatum, quæ vel in rebus externis, vel in corpore ipso nobis eueniunt, variam atque multiplicem esse rationem; quippe Deum esse cuius uel numine, vel permissu illæ nobis contingant, idque ad maiorem vtilitatem nostram, quàm ea fuisset, si ab his liberi fuissemus. *2. Cor. 12.*

5 Hom. 62. in Genesim to. 5.

CHRYSOSTOMVS explicans verba illa Geneſis 39. Ioseph autem venundatus est in Ægyptum, vbi varios dominos sortitus est, ait: Qui inter vlnas patris educatus est, Et ne admiremur quomodo tulerit grauem illam seruitutem adolescens, & omnis duræ vitæ inexpertus, domique magna patris benevolentia nutritus, subdidit scriptura dicens. Et erat Dominus cum Ioseph. Quid est, erat Dominus cum eo? Comitabatur eum, inquit, diuina gratia, & reddebat ei facilia omnia, quæ grauia erant. Hæc dispensauit omnes eius res, ita vt paulatim hac via procedens, & per tentationes illas vadens, ad regium thronum ascendere valuerit. *Infra*: Deinde volens eum Deus misericors in maiori securitate constituere, non liberauit a seruitute. Hic enim mos est Deo, vt non liberet a periculis viros virtute claros, neque a tentationibus liberet; sed in ipsis tentationibus tantam suam declaret virtutem, vt tentationes ipsæ eis fiãt occasio lætitiæ magnæ. Propterhoc & beatus Dauid, ait. In tribulatione dilatasti mihi. Non tribulationem, inquit, abstulisti, neque ab ea liberatũ in relaxatione esse voluisti; sed in medio tribulationum constitutum, absque pauore esse me fecisti. *Psal. 4.*

6 In Psal. 84.

IDEM explicans illa verba: Non in æternum iraſcaris nobis, vt extendas iram tuã a generatione in generationem, inquit: Nõ in æternum iraſcaris nobis, quasi diceret, hic nobis iraſcere, hic nos afflige, hic nos emenda, in isto sæculo flagella, quia quem diligis flagellas, & emendas. Flagellas autem omnem filium quem recipis: Hic ergo in isto sæculo, quia flagellum meum finitur, & correptio mea inuenitur. In tuo ergo flagello correptio mea inueniatur hic, & noli in æternum. Ergo ne in æternum iraſcaris nobis, dignare hic quicquid vis, qualiter vis, quando vis, fac in me quicquid, vis tantum vt ibi me recipias, vbi omnes recipis, quibus ignouisti. *Heb. 12.*

7 Hom. 16 in acta Apostolorum to. 3.

IDEM in fine: Referẽs Stephanus Actũ 7. illa verba Exodi 3. Videns vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & gemitum illorum audiui, & descendi, vt eripiam eos, sic habet: Hæc audientes, & nos, in afflictionibus, ad eum confugiamus, nam, & gemitum illorum, inquit, audiui. Non simpliciter dixit audiui: sed propter calamitates: Si autẽ quis diceret, & cuius gratia illos permiserit affligi sic, audiat, quòd omnibus maxime iustis afflictiones mercedem causæ fiant, nonne, & propter hoc illos dimisit affligi, vt illius virtutem, & hinc ostendat clarescere, & illos ea per quæ affliguntur, per omnia philosophari erudiant? Vide igitur quando erant in solitudine, incrassati sunt, impinguati, sed, & dereliquerunt Deum. Idcirco, & initio Adæ dicebat. In sudore vultus tui vesceris pane tuo: vt igitur ne cum ex afflictione multa in remissionem venerint, contumelia afficiant, permittit illos affligi. Magnum enim bonum est afflictio, & quod bonum, audi Dauid dicentem? Bonum mihi quia humiliasti me. Si autem magni, & admirabiles viri sunt in magna tribulatione, multo magis nos. Si voluerit autem, ipsam examinabimus afflictionem. Stet quis gaudens multum ac lætabundus, & risus effusioris, quid turpius, quid insipientius illo? Stet quis dolens, ac mærens quid illo magis philosophicum? Non stat in sua sede animus, sed quẽadmodum a quodam spiritu tollitur a voluptate, & alleuiatur nihil habẽs firmũ. Enimuero & ad promissiones est facilis, & ad pollicendum pronus, & magna est turbatio rationis. Hinc intempestiuus risus, hilaritas non habens rationem verborum, magna, & superflua nugacitas. Et quid dico alios? Sanctorum vnum in manus accipiamus, & videamus quis quidem in voluptate vixerit, quis autem & in mærore? Vultis igitur Dauidẽ videamus? Quando igitur hic in voluptate erat, ac in gaudio, propter multos triumphos, victorias, coronas, delicias, ac fiduciam, vide qualia & dixit, & operatus est. Ego autem dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum. Postquam autem affligi cœpit, audi quid dicat. Et si dixerit mihi nolui te: Ecce ego, faciat mecũ, quod sibi placitum est. Quid his verbis magis philosophicũ? Quicquid Deo magis fuerit gratum, ita fiat. Et iterum Sauli dicebas, Si Dominus commouerit te contra me, odoratum sit sacrificium tuum. Et tunc quidem cum esset in tribulatione, etiã parcebat amicis. Ante delicias nihil iniuste, nihilque inhumaniter agebat. Item Iacob cum in afflictione esset, dicebat, Si dederit mihi Dominus panem ad comedendum, & vestem ad a- *Deut. 32. Gen. 3. Psal. 118. Psal. 28. Gen. 28.*

micien-

miciendum: Et Ezechias cum esset in tribulatione, vide quanta faciebat pro salute. Saccum enim induit, & in terra sedit. Vbi autem in delicijs esse cœpit, cecidit præ altitudine cordis sui. Idcirco & Moyses admonet dicens, Comedens, & bibens, & impletus memor sis Domini Dei tui. Præceps enim est locus deliciarum, & obliuionem Dei affert. Quando tribulabantur Israelitæ, multo plures fiebant, quando autem illos dimisit, tunc omnes peribant. Et quid dico veterum exempla? videamus de nostris si placet. Ex nostris multi qui inflati sunt in felicitate agentes, omnibusque fiunt hostes, ac iracundi, vbi autem præsens facultas fuerat ablata, mansueti, humiles, mites, veniunt in cogitationem suæ naturæ. *4. Reg. 19. Deut. 6. Exo. 3.*

9 Hom. 3. in epist. Pauli ad Roman. to. 4.

IDEM sic ait: Paulus inclaruit ab ijs, qui ei incommodum molirentur, insidiasque struerent. Sic Iob a non paucis plagis illis. Sic Hieremias a lacu cæni. Sic Noe a diluuio. Sic Abel ab insidijs. Sic Moyses a Iudæorum inuidentia. Sic Eliseus. Sic vnusquisque magnorum illorũ virorum, non a requie, non a delicijs; verum ab afflictione a tentationibus insignes coronas reportarunt. Quapropter & Christus cum intelligeret hoc demum esse argumentum, per quod quis Dei commendari posset, discipulos sic appellabat. In mundo afflictionem habebitis, sed bono animo estote, ego vici mundum. *Matt. 16.*

10 Hom. 1. in 2. epist. 2. Pauli ad Corinth.

IDEM in fine explicans verba illa: Gratias autem Deo, qui semper triumphat nos in Christo, &c. ait: Ne videretur flagella, & persecutiones, velut lamẽta deplorare, gratias agit Deo. Quod autem dicit, sic habet: Vbique afflictio, vbique angustia. Veni in Asiam grauatus sum, grauatus sum vltra vires. Itaque ne videretur hæc dicens comploratione vti, subdit dicens; Non solum, non dolemus in his afflictionibus; verum etiam gaudemus. Quodque maius est, non tantum spe futurorum præmiorum, verum etiam horum gratia, quæ nunc contingunt, propterea quòd hic quoque per has afflictiones clari reddimur, & illustres. Itaque tantum abest, vt lugeamus, ac lamentemur. Vt quod agitur, vocemus triumphum, & ornemur his quæ nobis accidunt. Vnde & dicit: Deo gratias, qui semper nos triumphat, hoc est, qui nos omnibus facit conspicuos, & claros. Nam quod alijs videtur esse ignominiæ, nimirum vndique eijci, hoc nobis videtur summi honoris. Eoque non dixit, quia nos facit notos, sed qui triumphat, significans quòd huiusmodi persecutiones, vbique terrarum assidua trophea erigerent aduersus diabolum. *2. Cor. 1.*

11 In 2. Cor. 12. in 2. epist. ad Cor. 6.

IDEM explicans verba illa: Per arma iustitiæ a dextris, & a sinistris, sic inquit. Monstrat Paulus, quòd tribulationes sunt arma, non solũ non deiicientia, sed & munientia, & fortiores reddentia dextrorsum, & sinistrorsum. Sinistra vocat, quæ videntur iniucunda: quia plerique hanc opinionem habent, multosque alios commemorat labores, & afflictiones, quas liberis ferebat.

12 IDEM explicans verba illa cap. 12. Liben- ter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi, sic habet: Hic innuit, quòd quanto plus ingruat tentationum, tanto magis augetur gratia, estque diuturnior. Quãobrem mihi placeo in infirmitatibus meis. Qualibus quæso? In contumelijs, in necessitatibus, in anxietatibus, in persecutionibus. Expetebat vt a molestijs liberaretur. Ceterum vbi diuino responso doctus est hoc fieri non conuenire, lætatus est. Nam quemadmodum abundant afflictiones ipsius, sic abundat & consolatio nostra. Vbi afflictio, ibi & consolatio, ibi & gratia. Quando igitur in carcerem coniectus est, tunc admiranda illa gessit. Quando naufragiũ passus est, atque in barbaram regionem eiectus, tunc maxime inclaruit. Quando in tribunal vinctus accessit, tunc & iudicem vicit. Sic & in veteri testamento contingebat, in tentationibus iusti florebant. Sic tres illi pueri, sic Daniel, & Moyses, & Ioseph omnes hinc clari, & magnis coronis digni iudicati sunt. Tunc enim & anima purgatur, cum propter Deum affligitur, tunc maiori fruitur auxilio, cum ampliore eget subsidio, gratiamque meretur copiosiorẽ. Quin & ante præmia a Deo proposita magna bona consequitur. Si quidem & fastum detrahit, ac socordiam omnẽ extirpat afflictio, & ad tolerantiam exercet, quàm sint viles res humanæ detegit. Etenim Hebræorum populus, cum malis affligebatur, exagitabaturque suspirabat, ac Deum precabatur, & magnum sibi fauorem cælitus conciliabat; cum vero incrassatus est, resilijt. Rursum Niniuitæ, quando securitate fruebantur, ita Deum exacerbauerunt, vt minaretur totam se funditus ciuitatem euersurum; cum vero humiliati sunt, plenam demonstrarũt philosophiam. Salomon cum curis angeretur, ac perturbaretur, de gentis illius perturbatione consilium iniens visione illa dignus est habitus. Ceterum quando delicijs indulsit, in ipsũ vitiorum omnium barathrũ delapsus est. Quid autem huius pater? Quando nam suspiciendus erat, & admirabilis? Nonne quando tentationibus exercebatur? Absalon vero, nonne quamdiu patrem fugeret moderate se gerebat. Vbi autem reuersus est tyranni animum induit, ac parricida factus est. Porro quid Iob? Nam hic quidem clarus extra afflictionem fuit, clarior tamen post afflictionem extitit? Et quid attinet prisca commemorare? Si quispiam enim quæ nobis hisce temporibus acciderunt, expendat, conspiciet quantum sit afflictionis lucrum. Nũc enim pace fruẽtes supini, & desides facti sumus, innumeris Ecclesiam malis impleuimus. Quãdo vero agitabamur temperatiores, & mansuetiores, meliores & in hisce cœtibus eramus, ad auscultandũ promptiores, & alacriores. Quippe quod auro ignis, hoc animabus afflictio, sordes purgãs, puros reddẽs, spẽlidos efficiens, & hilares; hæc enim in regnũ introducit, illa in gehennam. Vnde & ipse dicebat. In hoc mundo præsuram habebitis, tãquam magnum aliquod bonum, quod nos comprehenderet. *Infra* 3. Etenim sanctos omnes, sic ad regnum adduxit Deus *Hom. 26. in eandem epistolam. 1. Cor. 2. Exo. 1. Ionæ 1. 3. Reg. 3. & 9. & 11. 2. Reg. 13 Ibid. 15. Ioan. 16.*

Deus per afflictiones, & anguſtias, ſimul & illos iuuans, & alijs interim conſulens, ne maiorem quàm par eſſet, de ipſis opinionem conciperent.

13 IDEM ait: Omnia toleremus cum gratiarum actione, ſiue paupertas ſit, ſiue ægritudo, ſine quidquid aliud nobis euenit. Ipſe enim ſolus agnoſcit, quid nobis prodeſt. In paupertate ſumus, gratias agamus, in ægritudine, gratias agamus, calumnias ſuſtinemus, gratias agamus, aliquod malum patimur, gratias agamus; hoc enim nos facit proximos eſſe Deo, tum etiam Deum habemus debitorem; quando vero bona percipimus, nos debitores exiſtimus. Et ſæpius nobis ad iudicium iſta contingunt, illa vero ad peccati purgationem proueniunt. Propterea, & Propheta dicebat. Bonum mihi Domine, quod humiliaſti me, vt diſcam iuſtificationes tuas. Quando vero proſperitatem accepit, & de aduerſitatibus liberatus eſt Ezechias, in altum cor eius erectum eſt, quando vero in ægritudinẽ, ac morbum decideRat, tunc humiliatus eſt, tunc proximus factus eſt Deo. Quando, inquit, occideret eos, quærebant eum, & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum, & iterum quando impinguatus eſt, & ſaginatus recalcitrauit, qui dilectus erat. Cognoſcitur enim Dominus faciens iudicia. Magnum quippe bonum eſt tribulatio. Arcta enim, & anguſta eſt via, quæ ducit ad vitam: Ergo tribulatio nos compellit in anguſtam viã; qui vero non tribulatur, illam viam intrare non poterit. *Infra*: Intuere qualiter Paulus, in anguſtias huius vitæ ingreditur? Affligo, inquit, corpus meum, & in ſeruitutem redigo, vt per illud iter incedam. Propterea in omnibus afflictionibus gratias agebat Deo. Damnum pecuniarum paſſus es, hoc tibi plurimum latitudinis exportauit. Ex honoris culmine cecidiſti, facta eſt tibi alia altitudo. Paulus, ter Dominum rogaui, ait, hoc eſt ſæpius, & dixit mihi. Sufficit tibi gratia meam, nam virtus in infirmitate perficitur. Infirmitatem hic dicit tribulationes. Vnde ait: Propterea glorior in infirmitatibus meis, hoc eſt complaceo, requieſco in tribulationibus meis.

Hom. 33. in epiſt. Pauli ad Heb.

Pſal. 118.

4. Reg. 20 Pſal. 77. Deut. 32. Pſal. 9. Matt. 7.

14 IDEM exponens verba illa: Ego Paulus, cap. 4. Vinctus Chriſti. Inquit vinctus Chriſti, nam nihil ita ſplendidum, vt vinctum eſſe propter Chriſtum, vt catenæ ſint ſanctis illis manibus circundatæ. Vinctum eſſe propter Chriſtum, illuſtrius eſt, quàm ſiue Apoſtolum, ſiue doctorem, ſiue Euangeliſtam eſſe. Si quis Chriſtum diligit, is nouit, quid ſit, quod dico. Si quis erga Dominum inſanit, vt ita dicam, & ardet, is nouit quæ ſit vinculorum virtus. Hic itaque prius habebit optione data vincula ferre propter Chriſtum, quam cælos inhabitare. Quouis auro ſplendidiores, quouis diademate regali illuſtriores, manus has illis oſtendit. Non enim caput ita ſplendidum reddit, impoſita corona margaritis conſpicua, vt catena ferrea, quæ propter Chriſtum fertur. Si quis Chriſtum diligit, is nouit hanc dignitatem, hanc intelligit virtutem, agnoſcit quantum ſit illud, quod humano generi largitus eſt Deus, nimirum, ligari pro eo. Etiam ſi nullam haberet mercedẽ res iſta, hoc tamen ſolum magnum eſt præmiũ, hoc multa retributio, quòd iſta mala propter dilectum feruntur. Hæc ſciebant, qui reuertebantur gaudentes a conſpectu concilij, eo quod digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Quòd ſi quis mihi, vel vniuerſi cæli, vel huius catenæ copiã, & optionẽ daturus eſſet, catenã hanc ego plane elegiſſem. Deinde ſi aut mihi cum Angelis ſtandum eſſet ſurſum, aut cum Paulo vincto, carcerem vtique præoptaſſem. Ad hæc ſi quis me, aut in numerum, & ordinem cæleſtium potentiarum, earum etiam quæ prope ſunt thronum Dei, aut talem ligatum feciſſet, talis vtique ligatus eſſe voluiſſem. Nihil hac catena beatius. Vellẽ nunc etiam in eis eſſe locis, in quibus hæ catenæ eſſe dicuntur, & vincula. Cuperem videre catenas illas, quas quidem verentur, & horrent dæmones, venerantur uero Angeli. Nihil melius, quàm male propter Chriſtum affici. Non ita beatum duco Paulum, quòd in paradiſum raptus, atque quòd in carcerem eſt coniectus. Non ita beatum æſtimo, quia verba audiuit ineffabilia; atque quòd vincula ſuſtinuit. Non ob id adeo beatum illum prædico, quòd in tertium cælum raptus eſt; atque propter vincula. Quod enim iſta reliquis ſint maiora, audi eum ipſum quomodo glorietur. Neque enim dicit, hortor vos ego, qui ineffabilia verba audiui: Sed hortor vos ego vinctus in Domino. Potius mihi habetur, male affici pro Chriſto, quàm honorari a Chriſto, *Infra*: Non erant ita præclarę manus Pauli, quãdo claudum illum in Lyſtris erigebant, ac quando vinculis erant circumligatę. Admiraris Paulum tum potiſſimum, quando nihil illi, quæ manui adhæſerat, detrimenti adferebat vipera? Nihil mireris, catenam quippe illam reuerebatur. Immo, & vniuerſum illam mare veneratum fuerat, nam tunc quoque vinctus erat. Si quis modo mortuos mihi largiretur excitandi facultatem; iſtud plane, non præferrem huic catenæ. Quòd ſi liberum fuiſſet per cuias ecclesiaſticas, & corpus habuiſſem validum, nihil vtique cauſatus fuiſſem, quo minus tanta ſuſcepta peregrinatione catenas, dum taxat illas, & carcerem vbi ligatus fuit vidiſſem. Et in ſcripturis me non tantum delectat miracula patrans, quãtum male affectus, flagellatus, ac miſerabiliter tractus. Beati eſtis cum maledixerint vobis homines dixit Chriſtus. Quod ſi male propter Chriſtum audire, adeo facit beatos, quid non, faciet male etiam affici? Erat Petrus honoratus iſta catena. Erat enim inquit, vinctus, ac traditus militibus, & dormiebat, ita erat hilaris, ac nihil prorſus immutatus, & grauis illum habebat ſomnus. Dormiebat minima cura, ac ſollicitudine, eratque inter milites, & veniebat ad eum Angelus. Hic ſi mihi quiſquam dixiſſet, elige vtrum velis, vis eſſe Angelus Petrum ſoluens, an Petrus ſeruatus? Petrus vtique maluiſſem eſſe, propter quem, & Angelus deſcendit. *Infra:*

In ſer. 8. in epiſt. Pauli ad Epheſios

Act. 5.

15

Act. 14.

Act. 28.

16

Act. 16. *Infra*. Commotus eſt carcer vincto Paulo, ſoluta que ſunt omnium vincula. Atqui non eſt iſta vinculorum natura, ſed contraria, nimirum vinctum in munitione, & cautione detinendi, non illi ianuas carceris laxandi. Verum quorumvis ſimpliciter vinculorum non eſt natura, eſt autem eorum quæ Chriſti nomine feruntur. Procidit ad pedes Pauli, & ſilæ cuſtos carceris, at neque iſtud faciunt vincula quæuis, quæ nõ eos qui ligauerant ante pedes ligatorum, ſed contrario ligatos iſtis ſubijciunt.

17 IDEM ſic exorditur: Si quis te ad regnum terreſtre, atque imperium vocaret, & ante ingreſſum eius ciuitatis in qua coronandus eſſes, in ſtabulum diuertere neceſſe eſſet, vbi luti, ac ſimi plurimum, viatorumque tumultus eſſet, ſummaque preſſura, & anguſtia, num ad illa triſtia cogitatione conuertereris, an illa omnia, quaſi nihil eſſent gaudio, & ſpe regni contemnes? Perquam igitur ineptum eſt terrenis mortalibuſque rebus potiturum, nihil his quæ interim inciderint cõtrahi, æterni autem regni ſpe elatum, atque ad cælos accerſitum, per ſingula quæ in diuerſorio contingunt triſtia decidere, atque perturbari? Age, ad ſanctos ipſos veniamus, ad Moyſen orationem transferentes. Hic enim omnium qui in terra verſabantur mitiſſimus gignitur, gentibus quidem ſuis vi duriſſimæ ſeruituris oppreſsis, alienatuſque aparentibus, ignoranſque a quibus genitus eſſet, priorem omnem ætatem a barbaris niris educatur. *Infra*: Efficitur fugitiuus regis filius, vt ſi quis regiæ illius educationis indulgentiam beatam arbitrabatur, is modo mœrorem prioris abundantiæ animaduertat, illum iuſto viro doloris incredibilis ac difficultatis cauſam extitiſſe. Neque enim idem quempiam in priuata nutritum domo, plurimis iam laboribus, multiſque peregrinationibus, & ærumnis exactis longos iterum labores, atque ea incommoda, quæ extra patrium ſolum neceſſario ſubeunda ſunt, perpeti, & eum qui iſta nunquam vel breuiter fuerit expertus: Sed contra penitus in regia magnificentia, omne tempus educatus idipſum pati. Vita in peregrinatione illi ærumnis plena ſint, Dæmonijs quippe hoſpes ille ſuis ſacra exſoluebat, diuerſatuſque eſt, apud illum longiſſimo tempore, tradita autem ſibi paſcendi gregis cuſtodia, quadraginta annis ita perſtitit. *Infra*: Per totum labores Moyſi, tum in egreſſu filiorum Iſrael de Ægypto, tum etiam in longa ipſorum peregrinatione commemorat, & concludit. Denique a prima ſtatim ætate ita dolere ac mærere incepit; vt nunquam deſiſteret, vitamque ipſam cum mæſtitia finiret. At vero ſucceſſor eius Ioſue omnium (vt ita dixerim) triſtium, cum eo vna periculum fecit. Si quid tamen illum eo quod iunior eſſet effugit, hoc ſane poſt mortem illius in eo cumulatius impletum eſt.

Lib. 3. de prouidentia ad Stargiritam monachum.

Ios. 2.

18

IDEM ſic habet: Si patimur, & conregnabimus. Quid eſt patimur? Si tribulationes ferimus, & perſecutiones, ſi viam ambulemus anguſtam. Nam anguſta quidem a natura eſt laborioſa, voluntate vero noſtra leuior efficitur ſpe futurorum. Momentaneum enim, & leue tribulationis per excellentiam, æternum gloriæ pondus operatur, non contemplantibus nobis quæ videntur, ſed quæ non videntur. *Infra*: Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti tribulatio, an anguſtia, fames, perſecutiones, mortes? & ille quidem, & iſta tanquam nihil eſſent contempſit.

2. Cor. 4.

Rom. 8.

HIERONYMVS Marcellam conſolatur, vt aduerſa toleret patienter. Non ignoramus venerabilis ſoror, tuam præteritam in hoc ſæculo gloriam. Nam etiam vidimus te in tempore illo quo domum tuam regalis affinitas ambiebat eminentem in his honoribus qui deſtruuntur: Quia, &c. ipſi quoque a Deo altiſſimo tribuuntur. Attamen caduci, & fragiles ſunt, cuius figura, vt vmbra præterit. Vnde impenſius admiramur gratiam, quæ tibi data eſt, & magnificamus in te Dominum, qui te in laboribus hominum poſuit, & ſalutifero paternæ pietatis verbere viſitauit, vt in paucis vexatam, in multis bene diſponeret, teſte Apoſtolo. In hoc mundo corripimur, ne cum hoc mundo damnemur. Vnde & Dauid ait: Corripiat me iuſtus in miſericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Ita & in Salomone ſcriptum eſt. Quem diligit Dominus corripit, & flagellat; caſtigat autem omnem filium quem recipit. Vnde Apoſtolus potens fit in infirmitatibus ſuis. Vnde raptus in tertium cælum, ne magnitudine reuelationum extolleretur, Domini gubernatum moderamine refert appoſito angelo ſatanæ in ſtimulum carnis ſuæ, ideſt, in tribulatione corporea, vt deprimeretur ſalubriter, ne inflaretur inaniter. Confidens eſto filia, ſicut eſſe cœpiſti, & gloriare in præteritis paſſionibus tuis, recolens, & illa eiuſdem doctoris eloquia, non eſſe condignas paſſiones huius temporis ad futuram gloriam. Tribulatio enim patientiam operatur; patientia autem probationem, probatio vero ſpem, ſpes autem non confundit, quia charitas diffuſa eſt in cordibus noſtris; in qua radicati omnia ſuſtinemus. Sanctus ergo flagellorum ſentiens vtilitatem dicit, Proba me Domine, & tenta me. Et alibi, quaſi pœnitens mundi huius gloriæ confitetur, cum dicit. Prius quam humiliarer ego deliqui. Et quia humiliatione curatus ſit, ſtatim dicit: Propterea eloquiũ tuum cuſtodiui. Ob hoc rurſus Propheta. Da nobis auxilium de tribulatione, & vana ſalus hominis eſt. *Infra*: Itaque cuncta quæ paſſa es ſicut intelligis vulnera quidẽ corporis tui, ſed & animæ remedia fuerunt. Tibi donatum eſt, non indurari pia caſtigatione, ſed corrigi. Dic, Bonum mihi Domine quòd humiliaſti me: vt diſcam mandata tua, adijcereque poteris quòd ſtatim. Bonum mihi lex oris tui ſuper millia auri, & argenti.

20 In epiſt. ad Marcellam to. 4.

21

Rom. 8.

Rom. 5. Pſal. 25. Pſal. 118.

IDEM exponens verba illa: Quid tu vides

22

Lib. 1. in c. 1. Hierem. to. 4. Hieremia? Et dixi. Virgam vigilantem ego video, sic ait: Vigilat virga cuncta populi peccata considerans, vt percutiat, & corripiat delinquentes. Vnde, & Apostolus scribit peccantibus, quid vultis? In virga veniam ad vos, an in charitate, & spiritu mansuetudinis? Ista est, virga, vel baculus de qua Dauid loquitur. Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Pulchreque posuit consolata sunt: ad hoc enim Dominus corripit, vt emendet. Et quo modo nux, siue amygdalum amarissimam habet corticem, & testa durissima cingitur, vt detractis austerioribus, & duris fructus dulcissimus reperiatur: sic omnis correptio, & labor amarus quidem videtur ad præsens, sed fructus parit dulcissimos. Vnde, & vetus illa sententia est; Litterarum radices amaræ: fructus dulces. Hoc ait, quia septuaginta verterunt pro virga vigilante baculum nuceum, Theodotio vero amygalinam. Postea vero, subdit. Quid tu vides? Et dixi. Ollam succensam ego video. Quoniam qui noluerint percutiente virga emendari, mittuntur in ollam æneam, atque succensam, de qua plenius scribit Ezechiel, quæ a facie Aquilonis accenditur.

1. Cor. 4.

Psal. 22.

Ezec. 24.

23 Lib. 1. in c. 1. Ezech. IDEM explicans verba illa: Vidi, & ecce ignis inuoluens, & splendor in circuitu eius, sic ait. Inuolutus ignis significat ventura supplicia, & captiuitatis mala. Splendor qui in circuitu eius, Dei aperta iudicia. *Infra.* Ignem quoque micantem, & splendorem in circuitu eius sic accipe quia cum terrorem peccatoribus inferat, atque supplicia, tamen splendore rutilet, & lumine ac fulgore sit plenus. Idcirco nos excoquens, vt puris atque purgatis tribuat lætiora. Et in medio eius quasi species electri, ideſt de medio ignis. Ergo hoc sentiendum, quòd in medio ignis, & tormentorum Dei electri similitudo sit, quod est auro argentoque pretiosius, vt post iudicium atque tormenta, quæ patientibus tristia videntur, & dura, pretiosius electri fulgor appareat, dum prouidentia Dei omnia gubernantur, & quæ putatur pœna medicina est. In medio huuis ignis similitudo est quattuor animalium.

24 In c. 9. Danielis. IDEM explicans illa verba: Et stillauit super nos maledictio, & detestatio, quæ scripta est in libro Moysi serui Dei, quia peccauimus ei, recensens flagella quæ a Domino populo Iudæorum inflicta sunt in Babylonia, vt eorum ponderet leuitatem, ait: Et stillauit super nos maledictio quasi dicat. Non totam in nos effudisti iram, quam ferre non poteramus, sed stillam furoris tui, vt correcti in plaga reuerteremur ad te. Omne malum hoc venit super nos, & non rogauimus faciem tuam Domine Deus noster, vt reuerteremur ab iniquitatibus nostris. Grandis duritia, vt, & in plagis positi Deum non rogarent, nec reuerterentur ab iniquitatibus suis, vt his cessantibus Dei cessarent flagella. *Infra*: Et vigilauit Dominus super malitiam, & adduxit eam super nos, quoniam iustus Dominus Deus noster in omnibus operibus suis. Quãdo propter peccata corripimur, vigilat super nos Deus, & visitat nos. Quando vero a Deo deserimur, & non iudicamur, indignique sumus correptione Domini, tunc dicitur dormire. Malitia enim nostra inebriat Deũ, quę quãdo in nobis corripitur euigilare dicitur

25 Lib. 3. in c. 11. Oseæ to. 5. IDEM ex illis verbis: Post Dominum ambulabunt, quasi leo rugiet, quia ipse rugiet formidabunt filij maris, & volabunt quasi auis ex Aegypto, & quasi colũba de terra Assyriorũ, & collocabo eos in domibus suis, dicit Dominus. Ostendit qua ratione cum Dominus instar leonis rugierit, & intonuerit, & dederit vocem suã flagella minando, cunctæ aues, & vniuersa volatilia perhorrescent, & ibunt ad nidos, ideſt, ad domos suas, in quibus Dominus habitabit cum eis. Cum verus leo infremuerit, falsus leo qui est diabolus conticescet, quique ante ab eo capti fuerant rugitu leonis soluti, & comminatione terribili sequentur Dominum. Tunc volabunt quasi aues ex Aegypto, & quasi columba de terra Assyriorum, & dicent, Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam in Ecclesia.

Psal. 54.

26 In Psal. 31. to. 8. AVGVSTINVS explicans verba illa: Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt, inquit: Disciplina tua tamquam virga ad gregem ouium, & baculus iam ad grandiores filios, & ab animali vita ad spiritalem crescentes ipsa me non afflixerunt magis, quàm consolata sunt: quia memor es mei. Post virgam autem & baculum, quibus erudiebar, parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulãt me, vt non iam lacte alar paruulus; sed maiorẽ cibũ sumam, formatus aduersus eos, qui tribulãt me.

27 Enarratione 2. in Psal. 31. IDEM exponens verba illa: In chamo, & freno maxillas eorũ constringe, qui non approximant ad te, sic habet: Equus, & mulus vis esse? Vis non habere sessorem? Constringetur os tuum, & maxillæ tuæ in freno, & chamo. Multa flagella peccatorum. Non est mirum, si adhibito freno sequuntur flagella. Indomitum enim animal esse cupiebat, domatur freno, & flagello, atque vtinam perdometur, verendum est enim, ne nimium resistendo, indomitum relinquatur, & ire in suam vagam licentiam, qui mereatur, & ire in suam vagam licentiam, vt dicatur de illo. Prodiet quasi ex adipe iniquitas eorum, transierunt in affectum cordis. Ergo cũ flagellatur, corrigatur, dometur: quia & iste sic se dixit edomitum, equum, & mulum se dixerat, quoniam tacuit. Conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina, siue flagella dicas, siue stimulos dicas, domat Deus iumentũ, cui insidet, quia iumento expedit, vt insideatur. Diriget mãsuetos in iudicio. Mansuetos, non erigẽtes ceruices aduersus domitorẽ suũ, patientes flagella, & frena, postea sic domiti, vt sine flagello ambulẽt, & sine freno, & chamo viã teneãt. Sperantem autem in Domino misericordia circundabit. Quem primo circundat pressura, postea circundat misericordia; quoniam misericordiam dabit, qui legem dedit, legem in flagellis, misericordiam in consolationibus. *Infra.*

Psal. 31.

28

Psal. 31. Rom. 5. *Infra*. Et gloriamini omnes recti corde; Recti corde gloriantur in tribulationibus, nam non est magnum gloriari in gaudijs, rectus corde etiam tribulatione gloriatur; scientes quòd tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit. Cuicumque aliquid accidit, dicat. Dominus dedit, Dominus abstulit. Ecce rectum cor, sicut Domino placuit, ita & factum est, Sit nomen Domini benedictũ. Ad Deum tuum refer flagellum tuum, quia nec diabolus tibi aliquid facit, nisi ille permittat, aut ad pœnam, aut ad disciplinam. Ad pœnam impijs, ad disciplinam filijs. Flagellat autem omnem filium, quem recipit. Ne te sine flagello speres futurum, nisi forte cogites exheredari. Flagellat omnem filium. Vbi te volebas abscondere? Omnem, & nullus exceptus, nullus sine flagello erit.

Lib. 1.

Hebr. 12.

29 Contione 4. in Psal. 32. IDEM explicans verba illa: Rectos decet collaudatio, dicit. Si curuus fueris laudas Deũ, quando bene tibi est, blasphemas quando male tibi est. Et eris insulsus puer in domo patris, amans patrem si tibi blanditur, & odio habens, quando te flagellat, quasi non blandiens, & flagellans hereditatem paret. Audi in alio Psalmo, quomodo deceat rectos laudatio. Benedicam inquit, Dominum in omni tẽpore, semper laus eius in ore meo. Omni tempore, semper & in prosperis, & in aduersis. Multi sunt qui laudant, & exultant, quando prouenit aliqua felicitas, & hi docendi sunt, & patrem agnoscere etiam flagellantem.

Psal. 33.

30 Contione 1. in eundem Psalm. IDEM exponens illa verba: Congregans sicut in vtre aquas maris, inquit: Si quando existunt tentationes, pressuræ quando non sperabantur, intelligamus Dominum facere hoc ad disciplinam, vt excutiat a nobis male prouidentem de temporalibus securitatem, & dirigat nos in regnum suum composito desiderio. Quod desiderium tribulationibus hinc, atque hinc contundentibus producitur, vt simus canori auribus Domini tamquam tubæ ductiles. Dictum est hoc, & in psalmis, & in tubis ductilibus laudate Deum. Tuba ductilis malleo producitur, ita Christianum cor in Deum, pressurarum plagis extenditur. Ponens in thesauris abyssos. Nescis vnde proferat, quod opus est ad flagellandum te pater tuus? Qui quidem in disciplinam tuam habet abyssi thesauros, quibus te erudiat ad thesauros cælorum. Congregauit Dominus sicut in vtre aquas maris, quia non sæuiunt tam apertæ persecutiones, quales erant illæ, quæ olim martyribus a tyrannis infligebantur. Fluctus maris in thesauris sunt abscõditi. Et ne quis securus possit in hoc mũdo esse, ponit in thesauris abyssos: vt prodeant persecutiones, quando & vnde homo non credit, vt sic timeat Dominum omnis terra, & commoueantur omnes qui habitant orbem. Fera sæuit, Deum time. Serpens insidiatur, Deũ time. Homo te odit, Deum time. Diabolus te impugnat, Deum time. Tota creatura sub illo est, quem iuberis timere. Non est ausus diabolus, vel vnam ouiculam tollere beato viro Iob, nisi prius diceret. Mitte manum tuam, hoc est, da potestatem.

Cap. 1.

31 Concione 2. in Psal 36. IDEM exponens illa verba: Confirmat autem iustos Dominus, ait: Quidquid acciderit iusto, voluntati diuinæ deputet, non potestati inimici. Sæuire ille potest, ferire, si ille noluerit, non potest, & si ille voluerit vt feriat, agnoscat quia flagellat omnem filium, quem recipit. *Infra*: Quia confirmat iustos Dominus, clamãt, Quis nos separabit a charitate Christi, tribulatio, an angustia, &c. Certus sum, quia neque mors, neque vita, &c. poterit nos separare a charitate Dei. Descenderunt quidam Prophetæ de Hierosolyma, & prophetauerunt Paulo, quòd multa passurus esset in Hierusalem, cœperunt fratres monendo, rogando deterrere, & reuocare ne iret in Hierusalem; ille autem quia iam in eorum erat numero, de quibus dicebatur, confirmat autem iustos Dominus, quid, ait, facitis flentes, & confringentes cor meum, non facio animã meam pretiosiorem quàm me. Iam enim dixerat eis, quos parturierat in Euangelio, libentissime impendar, & superimpendar pro animabus vestris. Ego, inquit, non solum alligari: Sed, & mori paratus sum pro nomine Domini Iesu. *Infra*: Nouit Dominus vias immaculatorum. Nouit Dominus vlcerosum pauperem iacentem ante diuitis ianuam, nouerat alterum diuitem indutum purpura, qui epulabatur quotidie splendide. Nouit vnius sempiterna tormenta, & alterius futuram felicitatem. *Infra*: Non confundentur in tempore malo. In die tribulationis, in die angustiarum. Vnde clamat iustus. Gloriamur in tribulationibus. Et in diebus famis saturabuntur. Si egestatem intus pateretur iustus, quomodo gloriaretur in tribulationibus? Videbatur foris angustiæ, sed intus latitudo erat. In medio tribulationis, gaudium est.

Hebr. 12. Rom. 8. Act. 20. 2. Cor. 20. Rom. 5.

32 In Psal. 62. IDEM exponens illa verba: Verumtamen Deo subiecta esto anima mea, quoniam ab ipso patientia mea, inquit. Et quis tanta toleret, vel aperta bella, vel occultas insidias? Qui dicit, Deo subijcietur anima mea, quoniam ab ipso patientia mea. Venit dolor meus, veniet, & requies mea. Venit tribulatio mea, veniet, & purgatio mea. Nunquid lucet aurum in fornace aurificis? In monili lucebit, in ornamento lucebit, patiatur tamen fornacem, vt purgatum a sordibus veniat ad lucem. Fornax ista, ibi palea, ibi aurum, ibi ignis, ad hanc flat aurifex. In fornace ardet palea, & purgatur aurum. Illa in cineres vertitur, a sordibus illud eruitur. Fornax mundus, palea iniqui, aurum iusti, ignis tribulatio, aurifex Deus. Quod vult ergo aurifex facio, vbi me ponit artifex tolero, iubeor ergo tolerare, nouit ille purgare. Ardeat licet palea ad incendendum me, & quasi consumendum me, illa in cinerem vertitur, ego sordibus careo, quia Deo subijcietur anima mea, a quo est patientia mea.

33 Serm. 83. de tempore to. 10. Exo. 9.

IDEM de plagis Ægypti differens ait: Inter medias plagas post multa verbera veniunt de superis voces, & tonitrua, vt videas temperamentum diuinæ correptionis. Non cum silentio verberat: sed dat voces, & doctrinam cælitus mittit, per quam possit culpam suam mundus castigatus agnoscere, dat, & grandinem, per quam tenera adhuc vastentur nascentia vitia, dat, & ignem sciens esse spinas, ac tribulos peccatorum, quos debeat ignis depascere. Per hunc enim incentiua voluptatis, & libidinis consumuntur.

34 Serm. 88. de tempore.

IDEM inquit: Quotiens Pharaonem, Dei plaga percussit, afflictus pœnituit. At vbi ei remissio diuina indulgentiam dedit, iterum se in superbiam elatus erexit. Hoc ergo credite fratres, quia quoties Dominus dixit, Ego indurabo cor Pharaonis, non aliud intelligi voluit, nisi ego suspendo plagas meas, & flagella, vnde eum per indulgentiam meam contra me indurare permitto.

35 Lib. 2. moral. cap. 11. to. 2.

GREGORIVS exponens verba illa Iob 1. cap. Tunc surrexit Iob, & scidit vestimenta sua, inquit: Nonnulli magnæ constantiæ philosophiam putant, si disciplinæ asperitate correpti, ictus verberum doloresque non sentiant. Nonnulli vero tam nimis percussionum flagella sentiunt, vt immoderato dolore commoti, etiam in excessu linguæ dilabantur; sed quisquis veram philosophiam nititur tenere, necesse est, vt inter vtraque gradiatur. Non est enim pondus veræ virtutis insensibilitas cordis, quia, & valde insana per stuporem membra sunt, quæ, & incisa sentire dolorem nequaquam possunt. Rursus virtutis custodiam deserit, qui dolorem verberum vltra quàm necesse est, sentit, quia dum nimia afflictione cor tangitur vsque ad impatientiæ contumelias excitatur, & qui per flagella corrigere malefacta debuerat, agit, vt nequitia per flagellum crescat. Contra insensibilitatem percussorum per Prophetam dicitur. Percussisti eos, nec doluerunt, attriuisti eos, renuerunt accipere disciplinam. Contra pusillanimitatem percussorum per Psalmistam dicitur. In miserijs non subsistent. In miserijs namque subsisterent, si aduersa æquanimiter tolerarent. At postquam mente inter flagella corruunt, quasi inter illatas miserias subsistendi cõstantiam perdunt. Iob contra vtraque mira se æquitatis arte seruauit, vt nec quasi dolorem non sentiens flagella sperneret, nec rursum vltra modum dolorem sentiens, contra iudicium flagellantis insaniret. Cunctis enim rebus perditis, cunctis liberis amissis surrexit, scidit vestimenta sua, & tonso capite corruens in terram adorauit. Quòd vestimenta scidit, quòd tonso capite in terram corruit, monstrat nimirum quia flagelli dolorem sensit. Quod vero additur, adorauit, aperte ostenditur, quia in dolore positus contra flagellantis iudicium non excessit. Nec omnino ergo non motus est, ne Deum ipsa insensibilitate contemneret, nec rursum omnino motus est, ne nimis dolendo peccaret. Beatus Iob per hoc quòd motus exterius exhibuit, ostendit, quia flagella Patris agnouit, per hoc quòd adorando humilis mansit, ostendit, quia amorem Patris, nec in dolore deseruit.

Hier. 5. Psal. 130.

36 Lib. 3. moral. cap. 5.

IDEM ait: Quid est, quòd Iob Dei testimonio præfertur, & tamen plagis vsque ad sterquilinium sternitur? Quid est, quòd Ioannes Dei voce laudatur, & tamen pro temulenti verbis in saltatricis præmium moritur? Quid est hoc, nisi quia idcirco sic eos premit in infimis, quia videt quomodo remuneret in summis, & foras vsque ad despecta deijcit, quia intus vsque ad incõprehensibilia perducit? Hinc ergo vnusquisque colligat, quid illic sint passuri, quos reprobat, si hic sic cruciat, quos amat? Aut quomodo feriendi sunt, qui in iudicio arguẽdi sunt, si sic eorum vita premitur, qui ipso iudice tesie laudantur.

37 In cap. 7.

IDEM explicans verba illa: Si bona suscepimus de manu Domini, mala autem quare nõ sustineamus, inquit. Ecce in beato Iob vas fictile scissuras vulnerum exterius sensit; sed hic thesaurus interius integer mansit. Foris enim per vulnera crepuit, sed indeficienter interius nascens thesaurus sapientiæ, per verba sanctæ eruditionis emanauit dicens: Si bona suscepimus de manu Domini, mala autem quare non sustineamus? Bona dona Dei, vel temporalia, vel æterna, Mala autem flagella presentia appellans, de quibus per Prophetam Dominus dicit. Ego Dominus, & non est alter, formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans mala. Creare mala Dominus indicat, cum res bene conditas; nobis male agentibus in flagellum format, vt ea ipsa, & per dolorem, quo feriunt delinquentibus mala sint, & per naturam qua existunt, bona. *Infra*: Formans lucem, & creans tenebras dicitur, quia cum per flagella exterius doloris tenebræ creantur, intus per eruditionem mentis lux accenditur. Faciens pacem, & creans mala, quia tunc nobis pax cum Deo redditur, cum hæc, quæ bene sunt condita, sed male concupita, in ea, quæ nobis mala sunt, flagella vertuntur. Per culpam quippe discordes Deo existimus, dignum ergo est, vt ad pacem illius per flagella redeamus, vt cum vna quæque res bene condita nobis in dolorem vertitur, correcti mens ad auctoris pacem humiliter reformetur. Ista ergo flagella beatus Iob mala nominat, quia salutis, & tranquillitatis bonum, qua perturbatione feriant, pensat. Dicit, si bona suscepimus de manu Domini, &c. magna quippe consolatio tribulationis est, si cum aduersa patimur auctoris nostri dona ad memoriam reuocemus. In die malorum ne immemor sis bonorum. Quisquis enim flagellis atteritur, sed flagellorum tempore nequaquam se ex donis, quæ eum contigit accepisse, consolatur, a statu mentis omnimoda desperatione destruitur. Sic ergo vtraque iungenda sunt, vt vnum semper ex altero fulciatur, quatenus, & flagelli pœnam memoria temperet doni, & doni lętitiam mordeat formido flagelli. Sanctus ergo vir, vt oppreſ-

Esa. 29.

38

sam mentem inter vulnera mulceat, in flagellorum doloribus blandimenta donorum pẽsat dicens, Si bona suscepimus de manu Domini, &c.

39 Lib. 13. moral. cap. 11.

IDEM explicans verba illa Iob 17. capite. Cor eorum longe fecisti a disciplina, sic habet: Æstu, & frigore, fame, sitique turbari morbis affici, quid sunt hæc aliud quàm flagella peccati? Sed sunt nonnulli, qui & flagella tolerant, & tamen mentem ad flagellantis metum minime reformant. Vnde recte dicitur, Cor eorum longe fecisti a disciplina. Quia etsi corpus sub disciplina est, cor sub disciplina non est, dum & flagellatur quisque, & tamen ad humilitatem mentis non reducitur.

40 Lib. 23. cap 15.

IDEM exponens verba illa: Increpat per dolorẽ in lectulo, & omnia ossa eius marcescere facit, ait: Hic occulto iudicio Dei frequenti perturbatione conterimur, ne viam pro patria diligamus. Solent enim nonnulli viatores cum amœna fortasse in itinere prata conspiciũt pergẽdi moras inpectere, & ab accepti itineris rectitudine declinare, eorumque gressus tardat pulchritudo itineris dum delectat. Electis ergo suis ad se pergentibus Dominus huius mundi iter asperum facit, ne dum quisque vitæ præsentis requie quasi amœnitate vitæ pascitur, magis eum diu pergere, quàm citius peruenire delectet, ne dum oblectatur in via, obliuiscatur quod desiderabat in patria. Increpat ergo Deus per dolorem in lectulo, idest in præsentis vitæ requie, vel tentationis nos stimulis, vel flagelli afflictione conturbat.

41 Lib. 34. moral. cap. 10.

IDEM explicans verba illa: In stipulam versi sunt ei lapides fundæ, inquit: Quid per fundam nisi sancta Ecclesia figuratur? Funda namque dum in gyrum mittitur sic, vt de illa lapides exeant, quibus aduersariorum pectora feriantur, ita sancta Ecclesia dum volubilitate temporum per tribulationum circumitum ducitur forres ex illa viri prodeũt, quibus quasi lapideis ictibus iniquorum corda tundantur. *Infra*: Leuiathan iste quoslibet fortes Ecclesiæ velut infirmos despicit, eorumque vires temporaliter premit, ideoque dicitur in stipulam versi sunt ei lapides fundæ. Ac si aperte diceretur; Sanctorum robur quasi in stipulæ mollitiem redigit. Omnem quippe tunc fortitudinem suæ iniquitatis exercens, quanto se ab eis vinci spiritaliter dolet, tanto atrocius contra eos corporaliter prævalet, & in eorum carne, crudelitatis suæ omnia argumenta consummat. *Infra*: Quasi stipulam æstimabit malleum. Aliquando per malleum percussio cælestis exprimitur, quod Salomone templum ædificante signatur, cum dicitur, Domus autem, cum ædificaretur lapidibus dolatis, atque perfectis ædificata est, & malleus, & securis, atque omne ferramentum non sunt audita in domo, cum ædificaretur. Quid domus illa, nisi cælestem Ecclesiam, & beatitudinem figurabat? Ad cuius ædificationem electorum animæ quasi quidam expoliti lapides deferuntur. Qui cum ædificantur in cælis, nullus iam illic disciplinæ malleus resonat, quia dolati illic lapides ducimur. Hic enim foris tundimur, vt illuc sine reprehensione veniamus. Hic malleus, hic securis, hic omnia tunsionum resonant ferramenta. In domo autem Dei omnis persecutionum strepitus conticescit, nequaquam ferramenta perstrepunt, quia nec quælibet minima vltra iam flagella sentiuntur.

3 Reg. 6.

Flagellat Deus, vt emendet, vnde iusti flagellis corriguntur alienis, non mali, quod grande est malum. Cap. X.

1 Hom. 9. in cap. 13. Hieremiæ to. 1.

ORIGENES explicans illa verba: Non parcam, & non miserebor ab interitu eorum, inquit: Medicus vni membro non parcit, vt omnibus parcat. Bonus iudex pro vtilitate communi quibusdam non miseretur, vt perspicere possimus, quomodo multis parcens vni non parcat Deus. Habeat iudex propositum quietem ciuitati, & pacem genti, cui præsidet, prouidere. Huic si offeratur latro honesta forma, ætate satis integer, ex alio latere mater expansis crinibus deprecetur, vt senectutis suæ misereatur, & ex alio vxor ne virum suum interficiat, lachrymabili voce deploret, circunstent & liberi parui cito orbi futuri, Quid faciet iudex? Miserebitur latronis, an non? Quid in commune expedit ciuitati? Si misertus fuerit, reuertetur homicida ad pristinum scelus, si vero in iudiciaria seueritate permanserit vnus homo interibit, & vniuerso populo prouidebitur. Sic Deus si pepercerit peccatori, & miserans eius, noluerit eum punire pro scelere, quis non accipiat licentiam? Quis malorum, qui nunc saltem propter supplicia terrentur, non inuadet tempus, vt expleat quæcumque voluerit, & præceps feratur in vitia? Age nunc considera mihi, & medicum si cessauerit a sectione eius vulneris, quod secandum est, si non vlserit id quod indiget cauterio propter dolores, qui ex talibus remedijs consequuntur, quomodo crescat infirmitas, & in deterius vetus humor exuberet. Si vero, vt ita dicam, temerarius ad vulnus sector accesserit, & inusserit plagam, curat eum, qui secatur, & vritur, quia paululum seueritatis assumpsit, licet visus fuerit ægroranti ad horam, non misereri. Ita & Deus non vnũ hominem, sed vniuersum curat orbem, & omnia vbique dispensat. Et cum hoc prouideat, quod vni cõmodũ sit, multo magis prouidet, quid toti mundo conducat, & hominibus vniuersis. Prouidet quidẽ, & ea quæ vni expediunt, verũ ita ne vnius vtilitas omnium damno sit. Idcirco, & ignis æternus præparatus est, & gehenna, & tenebræ exteriores, quæ omnia non solum ob

eum qui puniendus est, sed propter vniuersos homines constituta sunt. Si autem vis huius rei testem accipere scripturam, quòd in aliorum eruditionem, licet iam desperabiles sint peccatores, & a curatione penitus alieni torqueantur, audi Salomonem in prouerbijs dicentem. Pestilente flagellato imprudens callidior erit. Non eum qui flagellatur dixit callidiorem futurum, & sapientiorem propter castigationem suam: sed insipientem a stultitia ad prudentiã conuerti propter supplicia pestilentia, hoc quippe ex ipso nomine calliditatis significatur, & conuerti eum a calliditate, dum alios cernit propter ea, quibus ipse obnoxius est, peccata cruciari. Igitur prodest nobis, si tamen digni sumus salute, vt alij in vtilitatem nostram torqueantur. Et quomodo vtile fuit peccatum Israel in salutem gentium, sic vtilis est, quorumdam pœna aliorum saluti. Et ideo bonus, & clemens Deus, non parcam, inquit, & non miserebor ab interitu eorum.

Prou. 19.

3 IDEM exponens verba illa: Numquid vidisti quæ fecerit auersatrix Israel, &c. & vidit prœuaricatrix soror eius Iuda, quia pro eo quòd mœchata esset auersatrix Israel, dimisissem eã & dedissem ei libellum repudij, non timuit prœuaricatrix Iuda soror eius, sed abijt, & fornicata est etiam ipsa. Et in omnibus his non est reuersa ad me prœuaricatrix soror eius Iuda in toto corde suo, sed in mendacio. Et dixit Dominus ad me. Iustificauit animam suam auersatrix Israel, comparatione prœuaricatricis Iudæ, sic habet: In regnorum libris fertur historia, quæ docet Salomone mortuo temporibus Roboam, duodecim tribus fuisse diuisas, & in decem tribus regnasse Ieroboam, & vocatus eas esse Israel, duabus vero præfuisse Roboam, & vocatas eas esse Iudam. Primus peccauit Israel, sub Ieroboam, & ceteris successoribus eius, & tanta peccauit, vt a Deo traderetur captiuitati, & seruiret apud Assyrios vsque in præsentẽ diem. Et Iuda peccauit, traditusque est Babylonijs non vsque ad hodiernam diem, sed (vt scriptura testatur) septuaginta annis, de quibus Hieremias prophetauit, & Daniel. Accusatur ergo Israel, & dicitur, Audiens congregatio Iuda, quòd ob peccata sua Israel traditus sit captiuitati, non egit pœnitentiam, nec conuersa est ad me, sed intantum peccata peccatis cumulauit, vt ad comparationem vitiorum eius iustior inueniatur Israel. Deinde Propheta prædicare iubetur ad Israel, vt quia Iuda peior illo factus sit, conuertatur ad Dominum. Prius commemorat peccata, & captiuitatem Israel sub Assyrijs, quam viderunt qui erant de Iuda, & quòd dedisset Israeli libellum repudij, & non timuit prœuaricatrix Iuda. Post tanta quæ passa est Israel dimissa a Deo accipiens libellum repudij in manus suas, debuerat a vitijs Iuda conuerti, & per aliena peccata correpta, sibi similia præcauere, quæ non solum peccare non desijt, sed pristina scelera duplicauit, in tantum, vt ad comparationem eius, congregatio Israel, quæ prius fuerat

Hom. 14 in c. 3. Hierm.

4 ipsa damnata, sit iustior. Et dixit Dominus ad me. Iustificauit animam suam Israel, a prœuaricatrice Iuda. *Infra*: Peccatum Iudæorum salus gentibus facta est. Multa enim peccata illius populi fecerunt eum a Domino derelinqui. Primum propter peccata dimisit Israel, & reliquit eum in commigrationem: Iuda autem audiens ea, quæ acciderant Israel, noluit ad me conuerti. De nostris loquitur peccatis, qui legentes ea, quæ passus est populus Iudæorum, nõ timemus, neque dicimus. Si naturalibus ramis non pepercit, quanto magis nec nobis parcet Deus? Si naturalem oliuam eradicauit, quanto magis neque nobis parcet, si similia fecerimus. *Infra*. Dimisit Deus Israel, & dedit ei libellum repudij, & cum deberemus ex his, quæ illi passi sunt, nos ad meliora conuerti, & inspicere, quòd illi propter peccata ducti sint captiui, & interfecti ab inimicis, & ciuitates eorum igni exustę sint, cum hæc nobiscum deberemus reputare, nihil horum reputamus. Si autem illi tanta passi sunt, quanto magis nos si peccauerimus, peiora patiemur? *Infra*. Si quis nuper emptus domum emptoris, & domini fuerit ingressus, sciscitatur ab aliquo conseruo, si quis de prioribus seruis offenderit dominum, quid promeruerit, & si uoluerit in domo domini perseuerare, cauet ea facere, quæ eos fecisse audiuit, qui verberibus, & tormentis, & relegatione digni extiterunt. Et nos ergo scripturas legamus, & caueamus in hæc incidere, in quæ inciderunt hi, qui traditi sunt captiuitati, & eiecti de hereditate Dei, ne de nobis dicatur. Et non timuit prœuaricatrix Iuda, sed abijt, & fornicata est, & ipsa. Post fornicationem in qua primus corruit Israel, fornicata est etiam Iuda. Et fornicamur cum lapide, quando peccamus duro cor tra Deum corde, & si aliquando conuertimur, conuertimur in mendacio, & non in veritate.

5

6 BASILIVS ait: Aderant quidam Christi tempore nunciantes illi de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuerat cũ sacrificijs eorum, & respondens dixit illis. Putatis, quòd hi Galilæi, præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Non dico vobis, sed uisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. Sicut illi decem, & octo, super quos cecidit turris in siloe, & occidit eos. Putatis quòd, & ipsi debitores fuerint super omnes homines habitantes in Hierusalem. Non dico vobis, sed si pœnitentiam non egeritis, omnes similiter peribitis. Audiens Ananias hæc verba cecidit, & expirauit, & factus est timor magnus super omnes qui audierunt. Hi enim vitam in melius commutarunt plagam audientes Ananiæ, & Saphiræ vxoris eius. Et Paulus ait: Neque murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Hæc autem omnia in figura contingebant illis. Scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines sæculorum deuenerunt.

In lib. moral. vbi statuit 80. regulas moralium sententiarum. Luc. 13. Act. 5. 1. Cor. 10.

7 CHRYSOSTOMVS inquit: Nonne superiori anno concussit Deus ciuitatem totã? Quid igitur? Nonne omnes ad illuminationem

Hom. 41. in acta Apostolorum to. 3.

curre-

rebant? Nonne scortatores, & molles, & effeminati dimissis possessionibus, & locis, in quibus conuersabantur conuersi sunt & facti religiosi? Vbi autem tres dies transierunt, iterum redierunt ad suam malitiam. Vnde hoc factũ? Ex magna ignauia. Et quid mirum, si ubi res transierint, cum scilicet & perpetuo manentibus signis idem fit, vt est in Sodomis. Dic oro, nonne perpetrauerant? Quid igitur? Numquid vicini propterea meliores facti sunt? Minime. Quid & Noe filius? Nonne idem permansit? Nonne in montibus videns tãtam solitudinem, malus erat? Vide oro, quæ & nostris acciderunt tẽporibus, & apud Babylæ martyris sepulchrũ, & quæ in destructione templorum, & non omnes conuersi sunt, alijs flagellatis. Quid oportet referre vetera superiore anno, dixi vobis quanta res acciderit, & nullus attendit, sed iterum paulatim defluxerunt, & collapsi sunt. Hoc etiã Hebræis contigit. Propterea Propheta quoque dicebat: Cum occideret eos, quærebant eum, & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum. Et quid referuntur generalia, quot incidunt in morbos, quot promittunt, si surrexerint, pœnitentiam se acturos, & conuersũros, & illi ipsi manent? Pharao nonne statim post flagella mutatus est, & ad pristinam malitiam recurrit?

Gen. 19. Gen. 9. Psal. 77.

8 HIERONYMVS explicans illa verba Et erit lumen Israel in igne, & sanctus eius in flamma, inquit: Vbi nos legimus, & sanctus eius in flãma, septuaginta interpretes transtulerunt, & sanctificabit eum in igne, per quod quidam intelligi volunt pœnas, atque tormenta ad hoc adhiberi peccatoribus, ut diuino igne purgentur.

Libro 4. in c. 10. Esaiæ. to. 4.

9 IDEM exponens illa verba: Secundum magnitudinem operis, & visitatio eorum, ait: Secundum magnitudinem peccatorum a Deo visitati sunt, vt quem per beneficia non senserant, per flagella cognoscerent.

Lib. 6. in c. 1. Esai. circa fin.

10 IDEM explicans verba illa: Et percutiet Dominus Aegyptum plaga, & sanabit eam, & reuertentur ad Dominum, & placabitur eis, & sanabit eos, sic habet: Quæritur si Aegyptiis saluator, & propugnator est missus, qui liberet eos de angustijs, quomodo nunc dicitur, Percutiet Dominus Aegyptum plaga? Sed consideremus quod sequitur. Et sanabit eam. Quem enim diligit Dominus corripit. Et ipse Saluator in Psalmo loquitur ad Patrem. Quoniam quem tu percussisti, ipsi persecuti sunt, & super dolorem vulnerum eorum addiderunt. Si ergo proprio Filio non pepercit, sed tradidit eum pro nobis, vt illius liuore, & vulneribus sanaremur: tradidit Dominus & iustos passioni. Ipse enim dolorem facit, & reddit pristinæ sanitati, & visitat seruos suos in virga, vt misericordiam suam non dispergat ab eis. Vnde & filiæ, & nurus, quæ multum peccauerunt, & diuaricauerũt pedes suos omni transeunti, non visitantur, neque corripiuntur dicente Domino. Non visitabo super filias vestras, cum fuerint fornicatæ, & super nurus vestras, cum adulterauerint. Peream-

Lib. 7. in c. 15. Esaiæ.

Osee 4.

cutit ergo Aegyptios Dominus, non igne, non gladio, sed virga. Quis enim filius est, quem non erudiat pater? Vt postquam sanati fuerint, reuertantur ad Dominum, & placetur eis, & rursum sanet eos. Semper enim indigemus misericordia Dei, & nullus est finis eius clementiæ.

11 IDEM exponens illa verba: Tacui, semper silui, patiens fui, sicut pariens loquar, dissipabo, & absorbebo simul, inquit: Est sensus, diu vos delinquentes sæpe portaui; sed quia ante tacueram, nequaquam vltra reticebo. Et quomodo pariens in lucem producit infanteni, & apertum facit esse, quod prius clausum in visceribus tenebatur, sic ego dolorem meum, & dissimulationem, quam semper habui, super sceleribus vestris nunc proferam, & dissipabo vestra consilia. Vnoquoque tempore absorbebo vniuersam gentem, & omnem superbiam montiũ, tumoremq. collium vestrorum, & fœnum, ideſt, tam principes, quàm fœnum, ideſt vulgus ignobile in desertum redigam. Cumq. vos a capite vsque ad pedes exiccauero, atque deleuero, tũc flumina doctrinæ meę in insulis gentium currere faciam. *Infra*: Et effudit super eum indignationem furoris sui, & forte bellum, & combussit eum in circuitu, & non cognouit, & succendit eum, & non intellexit. Ideo effudit Dominus super eos tantam iram suam, & indignationem furoris plenam, vt qui prius tacuerat nequaquam vltra reticeret, nec sermonibus eos, sed pœnis, tormentisq. corriperet, & comprehenderet eos bellum fortissimum, quod nequaquam possint euadere, ostendens ferociam Romanorum. Cumq. ex omni parte combustus sit, & nihil in se habeat sanitatis: tamen non intelligit causam pœnæ suæ, quòd idcirco punitus sit, quia Dei filium non recepit.

Lib. 12. in c. 50. Esaiæ.

12 IDEM explicans verba illa: Ecce omnes vos accendentes ignem, accincti flammis, ambulate in lumine ignis vestri, & in flammis quas succendistis de manu mea, factum est hoc vobis, in doloribus dormietis, sic habet: Nihil prodest exhortatio, nec post scelera spes salutis est. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, omnes sibi ignem succendunt, flammamq. corroborant. Vnde & in Prouerbijs scriptum est: In multis lignis viget ignis. Sin autem paruulus ignis grandem materiam comprehendit, grandis flamma quanta populabitur? Dicitur & in epistola ad Hebræos, De terra, quòd proferens spinas ac tribulos, reproba sit, ac maledicto proxima, finisq. illius in combustionem. Ergo qui accincti sunt flammis, atque circumdati, & sibi incendium roborauerunt, prouocantur ad salutem, & dicitur ad eos: Ambulate in lumine ignis vestri, & in flammis quas succendistis, vt in pœnis, atque suppliciis discant Dei potentiam, & redeant ad salutem. Significat autem Iudaici populi vastitatem, qua Romanis traditi sunt, & captiuitatis ingum hucusque sustineant. De manu enim Christi hæc facta sunt omnia, & in mærore, ac doloribus dormient, quia nec beneficijs, nec tormentis, Dei

Psal. 13. Cap. 26. Heb. 6.

Filium

Filium recipere voluerunt: Hoc capitulò discimus pro qualitate peccati ignem sibi, vnumquemque succendere.

13 Lib. 1. in c. 5. Hierem. IDEM exponēs illa verba: Percussisti eos, & non doluerunt, attriuisti illos, & renuerunt accipere disciplinam. Induraverunt facies suas super petram, & noluerunt reuerti, inquit: Hoc capitulo discimus, idcirco inferri supplicia, vt vitia corrigantur, ait: Percussisti eos, & ne verecundiam quidem suorum voluerunt habere vitiorum, sed instar petræ induruntes frontis impudentiam noluerunt ad meliora conuerti.

14 Lib. 1. in lament. Hieremiæ. IDEM explicans illa verba, ex capite 1. Torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iuda, inquit: Torcular calcauit Dominus virgini, filiæ Iuda, quando viti infructuosæ Iudæorum, & diu sterili permanenti, cui per Esaiam dicitur: Expectaui, vt faceret vuas, & fecit labruscas, captiuitatis oppressionem præparauit. Animæ etiam virtutibus infœcundæ, & bonis operibus vacuæ, nec fidei fructum gignenti Dominus torcular calcat, quādiu eam pro sterilitate sua pœnas condignæ vindictæ luere fecit. Idcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquam, quia longe factus est a me consolator. Vbi fletus ingens animæ dolentis describitur, quia post vanam lætitiam huius mundi, omnis consolatio præsentis vitæ illi aufertur, solus inimicus in tormenta varia illius dominatur. Expandit Sion manus suas, non est qui consoletur eam. Circumdata Sion captiuitate Chaldæorum, quæsiuit se consolantem, & nō inuenit, eo quòd Dominum peccatis exigentibus verum non meruit habere consolatorem, qui eam tradidit hostibus suis ad puniendum. *Infra*: Vide Domine, quoniam tribulor, venter meus conturbatus est. Propheta ex persona plebis loquens, ad videndam tribulationem suam, Dominum inuitat, quia anxietatem suam nimiam, & immensam agnoscens ipsius solummodo opem, & misericordiam subuenire exoptat. *Infra*: Foris interficit gladius, & domi mors similis est. Foris enim gladius interficit, cum nos exterius feriens vindicta conficit. Sed domi mors similis est, quia & flagella quidem sustinet; & tamen intus conscientia a tentationis sordibus consentiendo munda non est.

15 Lib. 2. in c. 7. Ezech. IDEM explicans illa verba: Non parcet oculus meus super te, & non miserebor: sed vias tuas pōnam super te, sic habet: Quod dicit, Nō parcet oculus meus super te, & non miserebor, quasi clementissimus medicus incidere cupiēs putridas carnes, & cariosa vulnera adurere cauterio, non parcit vt parcat, non miseretur, vt magis misereatur, ne quid putridum viuas carnes sui vicinia corrupturum remaneat in corpore. Percutit autem Dominus quem diligit, & castigat omnem filium quem recipit. Cuius intelligentiæ est. Ego percutiam, & ego sanabo. Omnis enim medicina ad tempus habet amaritudinem; sed postea fructus doloris, sanitate monstratur. Tale quid & per Amos loquitur Deus. Quoniam vos cognoui de vniuersis tribubus terræ, idcirco vlciscar super vos omnia peccata vestra; & vias, inquit, illius, totiusq. vitæ egressum, abominationesque, & maculas ponam in medio eius, vt ante oculos peccatricis, quæ pro sanitate punitur, pristina peccata ponantur. Cumq. hoc fecerit Dominus sciēt, qui cruciati sunt, quòd ipse sit Dominus. Hoc ipsum sonat, & illud testimonium: Vlciscar Iacob secundum vias suas, & iuxta adinuentiones suas reddam illi. *Infra*: Et non parcet oculus meus, neq; miserebor: sed vias tuas dabo tibi, & abominationes tuæ in medio tui erunt; & scietis quia ego sum Dominus percutiens. Causas seueritatis, & austeritatis Dei, quòd non parcat oculus eius, nec misereatur subiecit Dicens: Vias tuas dabo tibi, & abominationes tuæ in medio tui erunt, vt sentias quæ feciſti, & videns abominationes tuas, vel in conspectu tuo, vel in medio omnium positas, emendes errorem pœnitudine recedens a pristinis operibus. Cum oderis quæ feciſti, tunc sentias, quòd ipse sit Dominus, qui ideo percutit, vt emendet. Floruit virga, quæ multo vobis tēpore minabatur, & de flore fructum plagarum parturit. Superbia vestra germinauit, quod merebamini. Ecce dies venit (vel parit, vt septuaginta interpretes verterunt) parit quod multo ante tempore conceperat. Finis autem florētis virgæ, sanitas est, atque correctio, quæ non eorum merito venit, qui corripiuntur, nec pulchritudine, quam in se non habent, sed misericordia Domini.

Deut. 32. Heb. 12. *Amos 3.* *Oseæ 12.* *Hier. 25.* *Ezec. 23.*

17 Lib. 7. in Ezech. IDEM explicans illa verba: In via sororis tuæ ambulasti, & dabo calicem eius in manu tua. Hæc dicit Dominus: Calicem sororis tuæ bibes profundum & latum, inquit: Calix sæpe accipitur pro pœnis, atque suppliciis, vt est illud, Calix in manu Domini vini meri plus mixto &c. Bibent omnes peccatores terræ. Et ad Hieremiam loquitur Deus. Accipe calicem vini meri de manu mea, & potabis omnes gentes ad quas ego mittam te, & bibent, & vomēt, & insanient. Sicut enim quædam dantur cathartica, vt noxius humor qui ineſt corporibus egeratur; sic Dominus dat calicem tormentorum meraciſſimum, vt quicquid fellis, amaritudiniſq. est, auferat a peccatoribus, & pristinæ eos restituat sanitati. Et ipse calix erit profundus & latus. Profundus pœnarum magnitudine, latus tempore captiuitatis. Quando autem ait: Inebriata fueris, & dolore comprehensa, & biberis calicem vsque ad fœces, & intātum hauseris, vt fragmenta quoque ipsius calicis devores, tunc tædebit te fornicationis pristinæ, & lacerabis vbera, quæ fracta fuerant in Ægypto, & quæ ab amatoribus tuis subacta, atque collisa sunt.

Psal. 74. *Ezec. 23.*

18 Lib. 14. in Ezech. IDEM explicans verba illa cap. 47. Inſalinas dabuntur, ait: Aquæ non sanabuntur, sed in salinas dabuntur in salinas, peccatores, qui flagellis nō emendantur, sed efficiūtur sal, iuxta illud quod scriptum est: Pestilente flagellato, stultus sapientior erit. Erudiunt enim bonos exempla peiorum. Vel in salinas dabuntur, quia in perpetuum frugibus carebunt, & uirore.

IDEM

19 Lib. 2. in cap. 7. Oseæ 8. IDEM exponens illa verba: Comederunt alieni robur eius, & ipse nesciuit, sed & cani effusi sunt in eo, & ipse ignorauit, inquit: Factus est Ephraim subcinericius panis, qui non reuertatur, hoc est, non agit pœnitentiam. Comederunt Assyrii, atque Chaldæi fortitudinem eius, & quicquid virium deuorauerunt. Tantæq. uecordiæ fuit, ut deuoratum esse se nesciret, aut certe ignoraret causam, propter quam fuisset deuorantibus traditus. Denique usque ad senecturem, idest usque ad ultimam captiuitatem, in cœpto errore permansit.

20 Lib. 1. in c. 4. Michææ. IDEM explicans illa verba: Dole, & satage filia Sion, quia parturiens, quia nunc egredieris de ciuitate, & uenies usque ad Babylonē, ibi liberaberis, ibi redimet te Dominus, de manu inimicorum tuorum, ait: Cui præcipitur, ut doleat siue parturiat; postea præcipitur, ut uiriliter agat, siue ut dolores patiēter ferēs egrediatur de ciuitate, & ueniat usque ad Babylonem, & cum pro peccato sustinentes captiuitatem fortiter tulerint, quod illatum est, tunc liberet eam Deus, & redimat de manu inimicorum suorum, vt postquam fuerit liberata, insultantibus dicat: Noli insultare inimica mea mihi, quia cecidi, resurgam; etsi enim ambulauero in tenebris, Dominus lux mea est. Iram Domini sustinebo, quoniam peccaui ei, donec iustificet causam meam, & faciat iudicium meum, & educat me in lucem, & aspiciet inimica mea, & operietur ignominia. Vnde in Psalmo congrua uoce cantatur: Non in perpetuum irascetur, neque in æternum comminabitur Dominus. Dolet tamen, & uiriliter agit filia Sion, quia excalciata & nudata egressa est de ciuitate, & captiua ducenda est in campum Senaar, & futura in Babylone, donec Zorobabel ueniat, & de manu Chaldæorum liberet eam. Quod cum iuxta litteram manifestum sit, intelligere mihi uidetur animā propter peccatum inimico, & ultori contraditam, in interitum carnis ut spiritus saluus fiat, & habitare in campo, in quo Assyriorum uagatur exercitus, & postquam habuerit compedes, & traxerit molam, & farinam Babylonijs fecerit in semet reuersam dicere. Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus: ego autem hic fame pereo. Surgam & ibo ad patrem meum, & ad paternam domum reuersus suscipitur a clementissimo patre, & redimitur de manu durissimi Domini. Tamdiu filia Sion doluit, quādiu parturiuit, donec eos rursum per pœnitentiam generaret, qui per delictum perierant. Puta medicum febricitanti, uel uulnerato dicere. Dole, & uiriliter age, sustine fitim, porta cauterium, ut certior sanitas consequatur.

Infra 7. *Psal. 102.* *Luc. 15.*

22 Caput 3. sententiæ. *Psal. 76.* IDEM inquit Dauid: Numquid in æternum proiiciet Deus, aut non apponet, ut complacitior sit adhuc, aut continebit in ira sua misericordias suas? Et dixi nunc cœpi, hæc mutatio dexteræ excelsi. Et est sensus. Hoc quod putabam Dominum in æternum relinquere peccatores, & misericordias suas ira succedente cohibere intellexi, idcirco factum, ut immutatione dexteræ suæ, quæ excelsi est dextera uniuersa mutaret, & misereretur his, quos ante proiecerat.

23 Lib. 3. in c. 12. Zachar. IDEM exponens illa uerba: Et erit in die illa, quæram conterere omnes gentes, quæ ueniunt contra Hierusalem, inquit: In die illo, quando proteget Dominus habitatores Hierusalem, quærit Dominus conterere omnes gentes, quæ ueniunt contra Hierusalem. Conteret autem, non in perditionem, sed in emendationem, ut aduersum Hierusalem militare desistant, & incipiant esse de Hierusalem. Si enim de nihilo creauit omnia, non idcirco fecit ut perderet, quæ creauit; sed ut illius misericordia quæ creata sunt, saluarentur.

24 In Psal. 37. to. 8. IDEM exponens illa verba: Confirmasti super me manum tuam, vno verbo ait: Confirmasti manū tuā vt tamquā nouus magister verberibus castigationis afflictum redderes emendatum. Non est sanitas in carne mea a facie iræ tuæ. Vidi faciem iræ tuæ, & non ipsam irā, hoc est. Intellexi per Scripturas sanctas quanta minabaris peccatoribus, & extabui, petens ne ipsa super me ira descenderet. *Infra*: Cor meum conturbatum est in me, dereliquit me virtus mea, quia iram, quam superius memorau, incurrere expauesco.

25 In epist. ad Rom. to. 5. AMBROSIVS exponens uerba illa ad Rom. 9. Dicit enim Scriptura Pharaonis, quia in ipso te seruaui, vt ostendam in te virtutem meam, postquam dixerat, quòd Pharao nomen regum erat apud Ægyptios, sicut apud Romanos reges Augusti appellabantur, statim ait: Hic Pharao cum tantis malis esset reus, vt viuere non deberet, numquam futurus bonus, ne se aut merito viuere, aut Deum, quem sæpe fallendum censebat, ad vindictam dandam impotentem putaret, audita Deo. Ad hoc te seruaui, vt ostendam in te virtutem meam, ut in hoc cæteræ gentes addiscerent non esse alium Deū præter hunc, qui Iudæorum erat, & factus est Christianorum. Ad hoc ergo seruatus est Pharaō, vt multa signa, & plagæ ostenderentur in illum, vt esset in cuius pœnam, & uaria tormentorum genera, omnes qui sine Deo erant, metu territi, hunc solum Deum esse cum admiratione maxima faterentur, a quo hæ vindictæ sunt. Hoc etiā genere, antiqui medici in hominibus morte dignis, vel mortis sententiam consecutis requirebant, quomodo prodesset viuis, quæ in homine latebant, ut apertis his cognoscerent causas ægritudinum, vt pœna morientis proficiat ad salutem uiuentis.

26 Lib. quæst. vet. & noui testam. to. 4. AVGVSTINVS explicans uerba illa Geneſis 4. Qui occiderit Cain septuplum punietur, quia grauius, inquit, uindicandum est, quem nec factum Cain, nec correptio, nec post in eum lata sententia terruit, ut a tam crudelissimo facinore uoluntatem anteuerteret. Post Cain Lamec homicidium perpetrauit, qui tam acriter punitus est, quia Cain flagella non traxerunt eum ad meliorem mentem.

27 IDEM inquit: Quamquam Dominus per

seruos

Lib. contra epist. Manichęi, quam vocant fundamenta to mo 6.

seruos suos regna subuertat erroris; ipsos tamen homines inquantum homines sunt, emendandos esse potius, quàm perdendos iubet. Et quidquid diuinitus ante vltimum illud iudicium vindicatur, non ad interitum hominum, sed ad medicinam valere credendum est, quam qui respexerint, extremo supplicio præparantur.

28 In Psal. 9. to. 8.

IDEM inquit: Duo iudicia insinuãtur per Scripturas, vnum occultum, quod nunc agitur, & est pœna, qua nunc vnusquisque hominum, aut exercetur ad purgationem, aut admonetur ad conuersionem, aut si contempserit correctionem Dei, & disciplinam excæcatur ad damnationem. Iudicium occultum est, quod transit homo de morte ad vitam per nonnullam afflictionem, qua flagellat Deus omnem filium, quem recipit. Qui non corriguntur isto occulto iudicio, dignum Dei iudicium experturi sunt. Vnde sapiens dicit: Propter hoc tamquam pueris insensatis iudicium in derisum dedisti.

Sap. 12.

29 In Psal. 15.

IDEM explicans illa verba: Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerũt, ait: Multiplicatæ sunt infirmitates, nõ ad perniciem, sed vt medicum desiderarẽt. Vnde post multiplicatas infirmitates accelerauerunt, vt sanarentur.

30 Expos. 2. in Psal. 21.

IDEM exponens verba illa: Clamabo per diem, & non exaudies, & nocte, & non ad insipientiam mihi, dicit: Multi clamant in tribulatione, & non exaudiuntur, sed ad salutem, non ad insipientiam. Clamauit Paulus, vt auferretur ab eo stimulus carnis, & non est exauditus,

2. Cor. 12. vt auferretur, & dictum est ei: Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Ergo non est exauditus, sed non ad insipientiã, sed ad sapientiam, vt intelligat homo, medicũ esse Deum, & tribulationem medicamentum esse ad salutem, non pœnam ad damnationem. Sub medicamento positus vreris, secaris clamas, non audit medicus ad voluntatem, sed audit ad sanitatem. Tu autem in sancto habitas, in illis scilicet, quos facis intelligere, quia ad vtilitatem non exaudis Paulum petentem liberationem a flagello carnis.

31 In Psal. 49.

IDEM explicans illa verba: Inuoca me in die tribulationis, eruam te, & glorificabis me, sic habet: Ad hoc permisi diem tribulationis fieri tibi, quia forte si non tribulareris, non inuocares me. Cum tribularis autem inuocas me, cum inuocas me eximam te, cum eximam te, glorificabis me, vt iam non discedas a me.

Psal. 114. Obtorpuerat, & frigauerat, & dicebat, tribulationem, & dolorem inueni, & nomen Domini inuocaui. Inuenit tribulationem tamquam aliquid vtile, putruerat tabe peccatorum suorũ, iam fine sensu remanserat, inuenit tribulationem tamquam vstionem, & sectionem. Alius damno affectus plangit, alius orbitate percussus luget, alius patria exulatus mœret, alteri vinea grandinata, & attendit ad labores suos. Plangunt hęc omnes, & dolent, & tribulationes sunt iste, inuocent Dominum, potest vel docere tolerandum, vel sanare toleratum. Nouit ille non sinere tentari nos, supra quam possumus ferre. Hæ tribulationes inueniunt nos, sicut in alio Psalmo scriptum est. Adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis.

1. Cor. 10. Psal. 35.

32 In Ps. 55.

IDEM exponens verba illa: In ira populos confringes (vel deduces, vt Augustinus legit) dicit: Irasceris, & deducis, sæuis & saluas, terres & vocas. Quid enim in ira populos deduces? Imples tribulationibus omnia, vt in tribulationibus positi omnes recurrant ad te, ne deliciis, & securitate peruersa seducantur. A te ira videtur, sed paterna irascitur pater filio cõtemptori præceptorum suorum, iratus ei eum colaphizat, cædit, aurem vellit manu trahit, ad scholam ducit. In ira populos deduces, quam multi ingressi sunt, quam multi impleuerunt Domini in ira eius deducti, id est tribulationibus territi, & fide impleti. Ad hoc enim exagitat tribulatio, vt exinaniat vas, quod plenum est nequitia, & impleatur.

33 In Ps. 57.

IDEM explicans illa verba: Lætabitur iustus cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris, ait: Numquid quando feriuntur homicidæ, debent illuc innocentes ire, & lauare manus suas? Sed quid est in sanguine peccatoris lauabit manus suas? Iustus quando videt pœnam peccatoris, proficit ipse, & mors alterius proficit ad vitam alterius. Tu videns talem vindictam, laua tu illic manus tuas, de cetero mundius viue. Attẽde impium flagellatum, & morientem, & purga te a peccatis, ita lauas quodammodo manus tuas in sanguine peccatoris. Et dicet homo si vtique est fructus iusto. Hic in hac vita est fructus iusto. Qui fructus? In tribulatione patientes. Qui fructus iusto? Gloriamur in tribulationibus, scientes quia tribulatio patientiam operatur. lætabitur iustus cum viderit vindictam, contristabitur, nec corrigetur ex illa.

34 Ia Psal. 61. Exo. 32.

IDEM sic ait: Caput vituli Moyses in aquam misit. Caput vituli, corpus est impiorum in similitudinem vituli comedentis fœnum, & terrena quærentium. Iratus Moyses cõminuit vitulũ, in ignem misit, in aqua sparsit bibendum populo dedit. Corpus enim illud in ignem mittitur tribulationum, conspirati oderunt comminuti credunt.

35 In Psal. 58.

IDEM inquit: Virtus in infirmitate perficitur. Ego noui quem curo, ait Dominus, Nõ mihi det qui ægrotat consilium, tamquam emplastrum mordax vrit te, sed sanat te. Rogat medicum, vt tollat emplastrum, & non tollit, nisi cum fuerit sanatũ vulnus. Vlciscitur Deus in omnes adinuentiones nostras, non sine flagello proficimus. Exaltate Dominum Deum. Nõ es tu bonus quando blandiris filio tuo, & malus cum cædis filium tuum, & cum blandiris pater es, & cum cædis pater es, ideo blandiris ne deficiat, ideo cædis ne pereat, sic & Deus &c.

36 Pastoralis curæ parte tertia to. 4.

GREGORIVS admonitione 14. sic habet: Aliter admonendi sunt, qui flagella metuunt, & propterea innocenter viuunt, atque aliter admonendi sunt, qui sic in iniquitate duerunt, vt neque per flagella corrigantur. Dicendum

cendum namque est, flagella timentibus, ut & bona temporalia nequaquam pro magno desiderent, quæ adesse etiam prauis uident, & mala præsentia nequaquam velut intolerabilia fugiant, quibus hic plerumque etiam bonos affici non ignorant. Quos ab iniquitatibus, nec flagella compescunt tanto acriori inuectione feriendi sunt, quanto maiore insensibilitate duruerunt. Districte contra illos diuinæ sententiæ proferendæ sunt, vt ad cognitionem sui considerata æterna animaduersione reuocentur. Audiant enim in se impletum esse, quod

Prou. 27. scriptum est. Si contuderis stultum in pila, quasi ptisanas ferientes desuper pilo, non auferetur ab eo stultitia eius. Contra hos Propheta

Hier. 5. Domino conqueritur dicens: Attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam. Hinc est, quod

Hier. 15. Dominus dicit: Interfeci, & perdidi populum istum; & tamen a vijs suis non sunt reuersi.

Esai. 9. Hinc rursum ait: Populus non est reuersus ad percutientem se. Hinc voce flagellãtium Pro-

Hier. 51. pheta Hieremias conqueritur dicens: Curauimus Babylonem, & non est sanata. Babylon

37 quippe curatur, nec tamen ad sanitatem reducitur, quando mens in praua actione confusa verba correctionis audit, flagella correptionis percipit; & tamen ad recta salutis itinera redire contemnit. Hinc captiuo populo Israelitico; nec tamen ab iniquitate conuerso Domi-

Ezec. 22. nus exprobrat dicens: Versa est mihi domus Israel in scoriam, omnes isti facti sunt mihi æs, & stannum, & ferrum, & plumbũ in medio fornacis. Ac si aperte dicat: Purgare eos per ignem tribulationis volui, & argentum illos, vel aurum fieri quæsiui, sed in fornace mihi in æs, stannum, & ferrum, & plumbum uersi sunt, quia non ad virtutem, sed ad vitia etiam in tribulatione proruperunt. Vnde alibi dicitur:

Ezec. 24. Multo labore sudatum est, & non exiuit de ea animia rubigo eius, neque per ignem. Ignem quippe nobis tribulationis admouet, vt in nobis rubiginem vitiorum purget. Sed nec per

Hier. 6. ignem rubiginem amittimus, quando & inter flagella vitio non caremus. Hinc Propheta iterum dicit: Frustra conflauit conflator, malitiæ enim eorum non sunt consumptæ.

Flagella inflicta iustis, & peccatoribus differunt multum, quæ optant sancti, potentes autem grauius puniuntur. Cap. XI.

1 Rom. 10. in Psalm. 37. to. 1.

BASILIVS exponens illa verba: Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me, sic ait: Supplicationem Deo trãsmittit, per quam auertit quidẽ iram omnibus peccantibus impendentem. Placat autem bonum Dominum, his eminentissimæ confessionis vocibus dicens: Domine ne in furore tuo arguas me. Reprehensionem quidem non deprecatur, sed ne cum furore arguatur. Et per illud, Neque in ira tua corripias me, non detrectat corripi, sed precatur citra Dei iram corripi. Veluti si quis medico qui paratus sit per ferrum, & cauterium, & amara remedia auxiliũ ferre in cura morbi alicuius dicat. Ne quæso per ignem, neu per ferrum & incisiones, sed per lenia, & mitiora pharmaca curaueris. Talis enim non medelam abnuit omnino, sed laborem, doloremq. remedii detrectat. *Infra*: Supplicat itaque Dauid, ne per malas virtutes arguatur, neve per immissionem malorum angelorum corripiatur, sed per sermones potius salutares, & disciplinas vtiles. Alioqui implorat supplex, ne in diem iræ, & reuelationis, & iusti iudicii Dei reseruetur, sese paratum dicens in hac vita ante mortem pœnas dare peccatorũ. Quin & ipse sibi pœnas infligebat omnigenis se substernens supplicijs. *Infra*: Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi. Sagittæ enim absque venientes cum peruerterint iram, & furorem tuum, sat torquent me, ac puniunt, & sufficienter castigant. Quare supplex petit, vt ne alteram experiatur iram, aut indignationem.

2 Hom. 12. in Psalm. 45.

IDEM explicans verba illa: Adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis, inquit: Apprehendit tribulatio iustum omnem, ob vitæ studium. Quicumque enim per viam angustam, & arctam declinata, lata, & spatiosa via ambulauerit, a tribulationibus inuenitur. Propheta namque valde rem ad viuum descripsit, inquiens: In tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis, quasi enim animalia viuam animam spirantia apprehendunt nos tribulationes exercentes nos ad patientiam, & per patientiam, probationem, & per probationem spem. Quare & Apostolus ait: Quia per multas tribulationes, oportet nos intrare in regnũ Dei. Et rursus: Multæ tribulationes iustorum. Psal. 33. Sed generosi vir animi, qui nihil turbatus tentationem ex tribulatione venientem sustinuit, dicet: In his omnibus superamus per eum qui dilexit nos. At tantũ abest, vt defatigetur, aut Rom. 8. mœrore vllo intabescat in tribulatione constitutus: vt occasionem gloriandi ex malorum multitudine sumat cum Paulo dicens. Non solum autẽ, sed & gloriamur in tribulationibus. Propter hoc non timebimus, dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris. Magnum ostendit in Christo confidentiæ firmamentum Propheta noster. Quoniam & si omnia sursum deorsum prouoluantur, & terra turbata inuertatur, & montes propriam deserentes sedem in medium transferantur mare, non timebimus, cum & Deum refugium, & virtutẽ, & auxilium habeamus in tribulationibus, quæ inuenerunt nos ualde. Cuiusnam cor impauidum, adeo & interritum est, cuius tam quietæ cogitationes, nec quicquam habẽtes turbellæ, vt in tanta confusione posito vacet, sic attẽtam mentem ad Deum surrigere, nec interim vllo rerum huiusmodi euentu, ob spem in Deum solide coniectam percellatur?

CHRY-

3 CHRYSOSTOMVS inquit: Sicut lu-
Lib. 1. de prouidentia Dei ad Stagyrium monachũ to. 5.
tum quocumque manus se formantis duxerit, sequitur, ita hominem quæcumque Deus iusserit ea sequi, & quæ ille intulerit grato animo perferre conuenit, nihil omnino reluctando,
Rom. 9. aut inquirendo. Neque enim nobis solis ista ambigua sunt, verum & his qui ante nos fuerũt
Iob 21. sanctis illis viris. Ait enim Iob: Vt quid enim impii viuunt, diuitiisq. veterascunt? Beatus
Psal. 27. autem Dauid. Pene effusi sunt gressus mei, quia zelaui super iniquos pacem peccatorum uidẽs, quia non est respectus morti eorum, & firmamentum in plaga eorum, in laboribus hominũ non sunt, & cum hominibus nõ flagellabuntur.
Hier. 12. Et post hunc Hieremias: Quare via impiorum prosperatur. Ambigebant isti, sed non accusabant Deum, aut eius iustitiam taxabant. Sed
Psal. 35. alius quidem aiebat: Iustitia tua sicut montes Dei, iudicia tua abyssus multa. De alio etiã
Iob 1. cum tanta passus esset, scriptum est, Non dedit insipientiam Deo. Idipsum quoque Hieremias
4 prouidens dixtt: Iustus quidem tu es Domine, hoc est: Scio a te omnia fieri iuste, modum autem ignoro quo fiunt. *Infra*: Si autem huius rei causam inquirere velimus, id profecto dicimus, Deum nostra omnia non vno modo solitum esse disponere: sed cum sit misericordissimus, ac potentia affluentissimus, plures nobis salutis vias scindere. Cum itaque plures sint, qui futuri iudicij rationem admittere pertinaciter renuant, velut in breui tabula hic iudicij futuri imaginem ostendit, cum punit malos, bonosq. remunerat: siue enim nullus hic omnino puniretur malus, nullusq. honoraretur bonus, plurimi ex his, quibus resurrectionis ratio impossibilis videtur, virtutem veluti malorum causam aspernarentur, ac fugerent; vitiositatẽ vero veluti bonorum, lætorumq. omnium occasionem sequerentur, siue rursum hic iuxta merita singuli reciperent, superfluã iam, falsamq. existimassent resurrectionis rationem? Ne ergo ingens, vulgarisq. turba ex contemptu deterior fieret, nonnullos hic peccatores vlciscitur, & quosdam pro recte factis in oculis omnium præmiat, vt ex eo quòd non id omnibus facit, resurrectionis asserat fidem. Ex eo vero, quòd ante iudicium quoque malos aliquos supplicijs afficit, profundissimo quasi somno sepultos excitet. Nam & malorum quidem punitione plurimi timore corriguntur, ne patiãtur eadem. Ex eo autem quòd non omnibus pro merito hic retribuitur, cogitare compelluntur huiusmodi præmia in aliud tempus esse reseruata. Numquam enim profecto cum iustus sit Deus tot sperneret, siue malos impunitos ex vita migrare, siue bonos hic innumeris incommodis & cruciatibus affici; si non vtrisque varia in futuro sæculo præmia pro meritis præpararet. *Infra*: Idcirco non omnes qui eiusdem supplicii sunt digni vnà punire consueuit, vt reliqui eorum casibus admoniti, meliores fiãt. At non vides, & mendicorum plurimos inter pressuras ipsas, & angustias innumera perpetrantes scelera; quorum tamen omnium causa non afflictio paupertatis est, sed sola nequitia? Quæ isti scelera non admisissent, si non eiusmodi quasi nodis, ac vinculis continerentur? Eorum vero qui carceribus inclusi sunt, quis facile vesaniam; & rabiem proferre possit? Denique sicut malefactorum plurimos carcerẽ diutissime incolere permittit iudex, adeo vt plerumque vitam ibi finiant, & cum ex multis aliquos puniri vult circumstantibus omnibus, ita demum ad mortem duci præcipit, ad terrorem ceterum: ita Deus cum nos emendare vult, non omnes vnà malos punire necessarium existimat, sed aliquos rapiens ex eis, quos numquam corrigendos nouit, potentiam, atque iram ostendit suam, plurima ex hoc vtilia moliens.

6 HIERONYMVS explicans illa verba: In tribus annis quasi annis mercenarij auferetur gloria Moab super omni populo multo, & relinquetur paruus, & modicus, inquit: Tres anni, in quibus auferetur gloria Moab super omni populo eius multo, mystice intelligendi sunt. Sicut enim misericordia Domini in ponderibus est, atque mensura, sic & cruciatus, ac supplicia habent mensuram suam, vt postquam tres anni transierint, in quibus relinquetur paruus & modicus, tunc inglorius esse desistat. Et hoc notandum, quòd iuxta Ezechielis prophetiam, quando dies pro annis numerantur Israeli, hoc est, decem tribubus, quæ maiora peccauerant, supputentur in pœnis anni trecenti nonaginta, vt in Hebraico continetur, non cẽtum nonaginta, vt vulgata editio habet. Et Iudæ in quo erat templum Dei anni quadraginta. Qui enim paruus est meretur misericordiam, potentes autem potenter tormenta patientur. Et ignus qui scit voluntatem Domini sui, & nõ facit eam, vapulabit multis. Moab igitur, quia externus erat, nec de populo Dei, sed relicto errore conuersus, non annis pluribus, sed tantum tribus paruus, & modicus, & inglorius relinquetur.

7 IDEM explicans verba illa: In diebus illis ægrotauit Ezechias usque ad mortem, ait: Quem diligit Dominus castigat, & castigat omnem filium quem recipit. Ne eleuaretur cor Ezechiæ post innumerabiles triumphos, ac incredibiles, & de media captiuitate victoriã infirmitate corporis sui visitatur, & audit se esse morituum, vt conuersus ad Dominum flectat sententiam eius.

8 IDEM explicans illa verba: Diuitias tuas & thesauros tuos in direptionem dabo, gratis in omnibus peccatis tuis, inquit: Omnem substantiam tuam tradam inimicis tuis absque vllo pretio propter peccata, quę fecisti in cunctis terminis tuis. Propterea adducam inimicos tuos, siue seruire te faciam in terra Chaldæa, quia ignis meus, qui semel in furore meo succensus est, in te ardebit, & extingui non poterit. Tu enim præbuisti materiam ardoris tui, vt meus ignis quæ in te sunt, tua ligna consumat. Tu es, qui fomenta incendio ministrasti, & non est causa ardoris in Domino. Tu scis Domine, recordare mei, & visita me, & tuere me ab his

ab his qui persequuntur me. Felix est autem illa conscientia, quæ pro Deo sustinet opprobrium. Vnde dicit: Inuenti sunt sermones tui, quos meo ore loquebaris, & comedi eos, hoc est in cibum mihi versi sunt, siue iuxta Symmachũ, suscipiebam eos, vt mihi in lætitiam verterentur, qui dudum fuerant in opprobrium. Siue hic sensus est, sensi angustias, miserias pertuli populi persequentis; sed tamen gauisus sum, quòd propter nomen tuum duræ perpessus sum. *Infra*: Solus sedebam, quoniam amaritudine repleuisti me. Solus sedebam dum te timẽo, dum impendentem mihi manum tuam semper expecto. In concilio ludẽtium sedere nolui, sed meam amaritudinem deuorabam, vt in futuro mihi gaudium præpararem. Nec habui interualla doloris mei: sed iugi miseria deprimebar, vt nulla expectarem remedia. Prævaluerunt enim qui contristabant me, & facta est plaga mea fortis. Sed in hoc habui consolationem, quòd fuerit quasi aqua mendax, atque præteriens. Sicut enim aquæ prætereuntes dum fluunt, videntur, & dilabuntur, sic & impetus inimicorum te adiuuante præteriit. Vtinam Dominus nobis præstet non aduersis cedere, sed semper Dei sententiam formidare. Mihi adhærere Deo bonum sit, ponere in Deum spem meam; saturari opprobriis & iudicis mei expectare sententiam, quæ cum finis aduenerit opere monstrabit omnem tristitiam, & amaritudinem instar aquarum fluentium pertransiisse.

9 IDEM exponens verba illa: Diem hominis non desideram. Tu scis, ait: Non desiderabam prospera quæque huius sæculi. Non sis mihi formidini. Spes mea tu in die afflictionis (siue vt septuaginta verterunt) non sis mihi alienus parcens mihi in die pessimo. Et est sensus: Ne parcas mihi in præsenti sæculo, quod malum est, sed redde mihi iuxta peccata mea, vt requiem habeam sempiternam; scio enim scriptum. Quem diligit Dominus corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit.

10 IDEM exponens illa verba: Vetustam fecit pellem meam, & carnem, contriuit ossa mea, præmiserat, ait: Tantum in me vertit, & conuertit manum suam tota die. Vertit enim manum suam Dominus, quando iuste in reos debitam vltionem immittit. Et conuertit manum suam quando misericorditer a vindicta sententiam suspendit, scriptum est enim de illo. Dominus mortificat & viuificat. Et in Deuteronomio: Ego occidam, & ego viuere faciam. Vetustam fecit pellem meam &c. In pelle & carne exteriora, & mollia quæque exprimit, in ossibus robur internum. Vetustam ergo fecit Dominus pellem Iudæorum, & carnem, quando in exterioribus rebus peregrinitatem fecit deformem. Contriuit ossa eorum, quando duritiam mentis eorum comminuit. Hinc quoque per beatum Iob dicitur: Cutis mea denigrata est super me, & ossa mea arnerunt præ caumate. Ædificauit in gyro meo, & circumdedit felle, & labore. Quid est ædificare in gyro, nisi vndique pressuris coarctare? Et quid est circumdare felle, & labore, nisi amaritudine & labore repletum coangustare? In tenebrosis collocauit me quasi mortuos sempiternos. Hoc facit quando omni solatio destitutos, nullam sinit de præsenti vita consolationem sperare afflictos. Circumædificauit aduersum me, vt non egrediar, aggrauauit compedem: quia quomodo calamitatem euadat, non inuenit. Quod sanctus 11
Iob similibus verbis expressit, dicens. Semitam meam circumsepsit, ita vt transire non possem, & in calle meo tenebras posuit. Sed & cum clamauero, & rogauero excludit orationem meam, vt augeat vtilitatem, vt purgetur vita per pœnam, & quietis tranquillitas, quia hic inueniri non valet, alibi quæratur. Ideo excludit orationem prophetiæ. Tetendit arcum suum &c. Hoc est, sententiam iudicii sui in me detexit, & certo ictu castigationis corripuit. Vnde in Psalmo: Ostendisti populo tuo dura, potasti nos vino compunctionis, dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant a facie arcus. Idcirco autem diuersis nunc cladibus percutimur, vt his correcti paratiores in iudicio inueniri valeamus. Vnde illic præmissum est. Ostendisti populo tuo dura, flagella videlicet sæculi. Dedisti metuentibus te significationem, ut fugiant a facie arcus, ac si diceret: Hoc tempus misericordiæ est, illud iudicii erit. Per ista ergò huius temporis flagella significans, quomodo tunc persecuturus es, quando non parcens, iudicas, qui sic districte modo percutis, quando parcis?

IDEM explicans illa verba: Completa 12
est iniquitas tua filia Sion, non addet vltra, vt transmigret te, inquit: Completa persecutione qua hostes in hoc sæculo permittuntur persequi electos Dei ad probationem eorum, non ad damnationem, iam vltra non addent, vt transmigrent per eos. Quoniam absterget omnem lachrymam ab oculis sanctorum suorum, & neque luctus, neque clamor, neque dolor erit amplius, quia prima abierunt, sed exultent iusti in iustitia.

IDEM explicans illa verba: Et Samaria 13
dimidium peccatorum tuorum non peccauit, &c. & iustificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis. Dicet comparatione Hierusalem iustificantur Sodoma, & Samaria: quia seruus qui scit uoluntatem domini sui, & non facit, vapulabit multis, & potentes potenter tormenta patientur. *Infra*: Cui enim dubium, quin inter tres peccatores gentilem, hæreticũ, ecclesiasticũ, multo maioribus pœnis dignus sit, qui maioris fuerit dignitatis? Potentes enim, vt diximus, potenter tormenta patientur. Qui autẽ minimus fuerit, dignus est misericordia. Vnde & Petrus: Tẽpus, inquit, est, vt incipiat iudiciũ a domo Dei. Et in hoc eodem Propheta præcipitur secures habentibus a sanctis meis incipite, vt extrema Hierusalem, sororibus restitutis

tutis in pristinum statum, portet ignominiam suam, & confundatur, & erubescat, & in omnibus consoletur sorores suas, dum grauiora sustinet.

14 In cap. 2. Ioel to. 5. IDEM exponens illa verba: Dies Domini dies nubis, & turbinis quasi mane expansum super montes, ait: Sicut mane & aurora consurgens primum occupat montes, sic iudicium ab excelsis, & potentibus incipiet, vt potentes potenter tormenta patiantur.

15 Lib. 1. in c. 3. Amos. IDEM explicans verba illa: Tantummodo vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ; idcirco visitabo super vos omnes iniquitates vestras, inquit: Quia solos vos cognoui, qui creator sum omnium, & vos habui peculiarem populum meum: idcirco super vos omnia peccata vestra restituam. Potentes enim, potenter tormenta patientur: qui autem minimus est dignus est misericordia. Hanc veritatem confirmat Hieronymus, locis sacræ Scripturæ, quæ retulimus dudum lib. 5. in Ezechielem.

16 Lib. 2. in c. 5. Amos. IDEM explicans illa verba: Propterea hæc dicit Dominus Deus exercituum. In omnibus plateis planctus, & in cunctis quæ foris sunt, dicetur væ, væ. Qui saluandi sunt, inquit, non audient, væ, væ: sed si forte peccauerint, sumetur super eos lamentum. Ideo autem foris, siue in omnibus viis dicetur væ, væ: quia non habent vnam viam, sed varias, atque peruersas. Incurrûtq. in duplex væ carnis, ac spiritus, præsentis sæculi & futuri. Agricolæ vocabuntur ad luctum, vt in vineis sit planctus, atque luctus, vt vbi quondam fuit materia lætitiæ, sit origo lachrymarum, & hæc omnia fient, quia pertransibo, inquit, in medio tui, vt nequaquam apud eos maneat, sed pertranseat puniendo, ac relinquendo.

17 Lib. 4. de interpellatione cap. 2. to. 5. AMBROSIVS exponens uerba illa Psalmi 72. Quam bonus Israel Deus &c. inquit: Nemo potest Deum bonum fateri, nisi hic (id est Dauid) qui non ex successibus commodorum suorum, sed ex diuinæ dispositionis altitudine bonitatem eius cognoscit. Iusto itaque semper bonus est Deus, & cû torquetur doloribus corporis, & cum affligitur acerbitate pœnarum, semper dicit: Si bona suscepimus de manu Domini: mala autê quare non sustineamus. Sciens quoniam qui bona receperit in hac vita, habet mercedem suam. Futura præmia sperare non poterit, qui non exercitatus sit diuersorum certamine prœliorum. Qui vero siue iuste, siue iniuste afficitur in hoc sæculo gratulatur, vel quod hic soluat pretia delictorum, vel quia nouit eam esse apud Deum vberiorem, gratiam. Si iniuste pro eius nomine, vel aliquo bono acerba patiatur, sicut scriptum est. Quia nulla est gratia, si peccantes & colaphizati suffertis, sed si benefacientes patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deum.

1. Pet. 2.

18 Oseon. 18. in Ps. 118. to. 2. IDEM in expositione illorum verborum: Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum, sic habet: Vulgus hominum sua delicta non repetens iniuste se putat tolerare quæ patitur. At vero vir iustus iustitiâ Domini prædicat, quòd meritis suis digna patiatur. Clamat Hieremias: In luti voragine turpi, cû necandus illuuie mergitur. Iustus es Domine. Hebræi adolescentes cû propter virtutê deuotionis, & fidei gratiam fornacis ardentis ambirentur incendijs, clamabant: Iustus es Domine &c. Daniel quoq; Prophetâ secundo in lacum missus leonû recta omnia in conspectu esse Domini imperterrito clamore iactabat. Ionas inclusus vtero bestiali anhelandi spiritus vix habens cõmeatû, clamabat de ventre ceti cum voce laudis, & confessionis, supplico tibi &c. Dauid cû fugeret a facie Absalon pulsus regno clamabat, Iustus es Domine. Abrahã cum immolandus vnicus a se filius posceretur paternæ pietatis affectum tẽperabat, dicens: Iustus es Domine &c. Non enim poscis alienum, sed tuum reposcis, ipsum tibi restituo quẽ dedisti. Hunc imitatus Iob extinctis filiis, patrimonio amisso, ait: Nudus egressus sum &c. Sit nomen Domini benedictum. Omnes ergo iustũ Dominum prædicemus. Qui dãno aliquo feritur, aut funere filiorum &c. Et dicat: Iustus es Domine, & rectũ iudicium tuum. Quid enim nostrum amittimus? Clamat Apostolus: Quid habes, quod non accepisti? Iustus Dominus in periculis, iustus in damnis, iustus in vltionibus est, non solum quia vnusquisque iuste culpæ suæ pœnas luit, verum etiã quia dum vnus punitur plurimi corriguntur. Ananias, & Saphira in Actibus Apostolorum fraudati pretii agri crimẽ admiserunt, quos morti addixit Deus, ne quis impune misericordiæ suæ munus fraude contaminare perfidiæ arbitraretur, & vniuersos ad fidei studium iusto terrore componeret. Pharao cum populo suo fluctibus mersus mundanæ conuersationis exemplum est, ne quis Dei populũ persequatur. Potuit eum Deus voluntati suæ facere obedientem. Sed eius pœna omnes voluit emendari. Ideoque dicit ad eum Dominus. Ad hoc ipsum te suscitaui, vt ostendam in te virtutẽ meam, & annuncietur nomen meum in vniuersa terra. Non vtique Dominus suæ laudis, sed nostræ correptionis incrementa quærebat.

Hier. 12.

Dan. 3.

19 Lib. 17. de Ciuit. Dei cap. 9. to. 5. 2. Reg. 7. AVGVSTINVS sic habet: In regnorum libro de Salomone dicitur: Si peccauerit arguã eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum, misericordiam autem meam non amoueam ab eo, significans plagas ordinare ad correptionem. Et in Psalmo quasi de Dauid loquens, ait: Si dereliquerint filij eius legem meam &c. Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum, misericordiam autem meam non dispergam ab eo.

Psal. 88.

20 In Psal. 59. to. 1. IDEM explicans illa verba: Potasti nos vino compunctionis, vel stimulationis (vt Augustinus legit) ait: Quid est stimulationis? Non peremptionis. Non enim erat peremptio perimens, sed medicina vrens? Potasti nos vino stimulationis. Quare hoc? Dedisti metuentibus significationem, vt fugiant a facie arcus. Per tribulationes, inquit, temporales significasti tuis fugere ab ira ignis sempiterni.

1. Pet. 4. piterni. Dicit enim Petrus: Tempus est, vt iudicium incipiat a domo Dei. Et si iudicium a nobis, qualis finis erit eis, qui non credũt Dei Euangelio? Et si iustus vix saluabitur, peccator & impius vbi parebunt? Ergo & de temporalibus tribulationibus gratias Deo agamus: quia dedit plebi suæ significationem, vt fugiant a facie arcus, & exercitati fideles eius in tribulationibus temporalibus, digni sint euadere damnationem ignis æterni.

21 In Psal. 75. IDEM exponens illa uerba: Ab increpatione tua Deus Iacob dormitauerunt, qui ascenderunt equos, inquit: Ascenderunt equos, qui humiles esse noluerunt, & ceruicem potestatis contra Deum erigere intenderunt. Quia dies es ascendisti, increpat te Deus, & dormis. Magna ira increpantis, magna ira. Attendat charitas vestra rem tremendam. Increpatio strepitum habet, strepitus expergisci solet homines facere. Tantum pondus est increpantis Dei, vt diceret. Ab increpatione tua Deus Iacob dormitauerunt omnes, qui ascenderunt equos. Ecce quo somno dormitauit ille Pharao, qui ascendebat equos? Non enim vigilauit in corde, quia de increpatione durum cor habebat. Duritia enim cordis obdormitio est. *Infra*: Tu terribilis es, & quis resistet tibi ex tunc ira tua. Modo dormiunt, & iratum non sentiũt, sed vt dormirent iratus est. Modo quod dormientes non sentiunt, in fine sentient. Apparebit enim iudex viuorum, & mortuorum.

Exod. 14.

22 Lib. 5. moral. cap. 2. in 2. Psal. 138. GREGORIVS explicans illa verba Iob cap. 3. Quare data est misero lux, ait: In Scriptura sacra nonnumquam lucis appellatione Prosperitas, noctis autem nomine huius mundi aduersitas designatur. Vnde bene per Psalmistam dicitur: Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Quia enim sancti viri, ita prosperitatem sæculi despicientes calcant, sicut aduersitatem eius calcantes tolerant, per magnam mentis celsitudinem, mundi sibi & aduersa, & prospera substernentes dicunt, sicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Ac si aperte dicant: Sicut intentionis nostræ fortitudinem eius tristia non premunt: ita hanc nec blanda corrumpunt. Et quia amor eos æternorum conteret, & gloria de temporalibus arridet prosperitatis suæ mærore mordentur, quia clarescere in mundi prosperitate refugiunt, clamant. Quare misero data est lux?

23 Lib. 16. Moral. cap. 12. IDEM explicans verba illa Iob capite 11. Miseriæ quoque obliuisceris, & quasi aquarum, quæ præterierunt, non recordaberis, inquit: Mala vitæ præsentis tanto durius animus sentit, quanto pensare bonum quod sequitur, negligit, & quia non vult præmia considerare, quæ restant, grauia æstimat esse, quæ tolerat. Vnde & contra flagelli ictum cogitatio cæca conqueritur, & quasi infinita calamitas creditur, quæ diebus cursu labentibus quotidie finitur. At si semel quisque ad æterna se erigat, atque in his quæ incommutabiliter permanent, oculum cordis figat: prope nihil esse hoc cõspicit quicquid ad finem currit. Præsentis vitæ aduersa tolerat, sed quasi nihil esse omne quod labitur, pensat. Quo enim se internis gaudiis robustius inserit, eo minus externos dolores sentit. Bene autem præsentis vitæ miserias aquis prætereuntibus comparat, quia calamitas transiẽs, electi mentẽ nequaquam vi cõcussionis obruit, sed tantum tactu mæroris infundit. Nam madet quidem per cruorem vulneris, sed a suæ certitudine non frangitur salutis. Et cum te consumptum putaueris, orieris vt lucifer. Sæpe namque tot tentamenta nos obsident, vt ipsa nos eorum numerositas pene ad lapsum desperationis inclinet, sed mox in gaudium profectus attollitur, quæ inter tentamenta peius cadere ex desperatione cogebatur. *Infra*: Et quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperum. Peccatoris enim lumen in die, est obscuritas in vespere, quia in præsentis vitæ felicitate attollitur, sed aduersitatis tenebris in fine deuoratur. Iusto autẽ meridianus fulgor ad vesperum surgit, quia quanta sibi claritas maneat, cum iam occumbere cœperit, agnoscit. Hinc namque scriptum est: Timenti Deum bene erit in extremis. Hinc per Psalmistam dicitur: Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hereditas Domini. Qui in huius quoque vitæ adhuc certamine positus, cum se consumptum putauerit, vt lucifer oritur, quia foris cadens, intus innouatur, & quo magis exterius aduersa tolerat, eo vberius virtutum lumine interius coruscat, Paulo attestante, qui ait: Licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est, renouatur de die in diẽ. Id enim quod in præsenti, momentaneum est & leue tribulationis nostræ, supra modũ in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Et notandum quòd nequaquam cum consumptus fueris, sed cum te consumptum putaueris, dicit: Quia & quod videmus in dubietate est, & quod speramus in certitudine. Vnde & idem Paulus non se consumptum nouerat, cum dicebat, qui in aduersa corruerat tribulationum, vt lucifer splendens, Quasi morientes, & ecce viuimus, quasi tristes semper autẽ gaudentes, sicut egentes, multos autem locupletantes. *Infra*: Euntes ibant & flebant mittentes semina sua, venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos. Hinc Paulus ait: Si commorimur, & conuiuemus. Si sustinemus & conregnabimus. Hinc sanctorum gloriam Ioanni angelus indicans, ait: Hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas in sanguine agni. Vnde apte protinus adiungitur, & defossus securus dormies. Sicut enim malis præsens securitas labor est, ita bonis præsens labor perpetuam securitatem parit. *Infra*: Requiescet & non erit qui te exterreat. Quisquis enim in solo æternitatis desiderio figitur, nec prosperitate attollitur, nec aduersitate quassatur, dum nil habet in mundo quod appetat, nihil est quod de mundo pertimescat. Hinc Salomon ait: Non contristabit iustũ quicquid ei acciderit. Et alibi: Iustus quasi leo confidens absque terrore erit.

24 Eccli. 1. Psal. 121. 2. Cor. 4. 2. Cor. 6. Psal. 125 2. Tim. 2. Apoc. 7. Iob 11. Prou. 12. Prou. 16.

25 IDEM explicans illa verba Iob cap. 35.
Lib. 26. moral. cap. 12. Qui dedit carmina in nocte, sic habet: Carmen in nocte, est lætitia in tribulatione: quia etsi pressuris temporalitatis affligimur, spe iam tamen de æternitate gaudemus. Carmina,
Rom. 12. Paulus in nocte prædicabat cum dicebat. Spe gaudentes in tribulatione patientes. Carmen
Psal. 31. in nocte Dauid sumpserat, qui dicebat. Tu es refugium meum a tribulatione mea, quæ circumdedit me, exultatio mea erue me a circumdantibus me. Foris quidem nox erat, in circumdatione pressuræ: sed intus carmina resonabant de consolatione lætitiæ. Quia enim ad æterna gaudia redire non possumus, nisi per temporalia detrimenta, tota sacræ Scripturæ intentio est, vt spes manentis lætitiæ nos inter hæc transitoria aduersa corroboret. Vnde &
Ezec. 2. Ezechiel Propheta librum se accepisse testatur, in quo scriptæ erant lamentationes, & carmen, & væ. Sacræ Scripturæ carmen & væ continent, quia sic de spe gaudium prædicant, vt in præsenti tamen pressuras, atque angustias indicet. Carmen & væ continent, quia etsi illic dulcia appetimus, prius necesse est, vt hic amara toleremus. Carmen & væ Dominus discipulis præ-
Ioan. 16. dicabat, cum dicebat. Hæc locutus sum vobis vt in me pacem habeatis, in mundo autem pressuram habebitis, ac si aperte diceret, sit de me interius quod vos consolando reficiat, quia erit de mundo exterius, quod sæuiendo grauiter premat.

26 IDEM explicans illa verba: Vbi audierit
Lib. 31. moral. cap. 16. buccinam dicit vah, inquit: Vah sermo exultationis est. Equus ergo cum audit buccinam
Iob 39. vah dicit, quia fortis quisque dum certamen passionis sibi propinquare considerat de exercitio virtutis exultat, nec terretur pugnæ periculo, quia victoriæ lætatur triumpho. *Infra*: In morte considerat, quod tolerans paueat, & in fructu mortis aspicit, quod appetens quærat. Quia etsi victoria in perpetuum lætificat, ipsa nihilominus ad præsens pœna perturbat. Sicut enim vir fortis cum vicino iam belli certamine armis accingitur, & palpitat, & festinat, tremit & sæuit, quasi pauere per pallorem cernitur, sed per iram vehementer vrgetur, ita vir sanctus cum passioni se propinquare cernit, & naturæ suæ infirmitate concutitur, & spei suæ soliditate roboratur, & de vicina morte trepidat; & tamen quòd moriendo verius viuat, exultat, & gaudens metuit, & metuens gaudet, quia scit quòd ad brauium quietis non perueniat, nisi hoc quod interiacet, cum labore transcendat. Sic nos cum morbos a corpore repellere cupimus, tristes quidem amarum purgationis poculum sumimus, certi autem de subsequenti salute gaudemus. Quia enim peruenire corpus aliter ad salutem non valet, in potu libet etiam quod tædet, cumque amaritudini inesse vitam animus conspicit, mærore turbatus hilarescit. De re hac plura diximus libro 4. cap. 5. 6. 8. & 18.

Fornicatio malum grande, ac frequentissimum. *Cap. XII.*

PRÆTER multa quæ diximus libro 3. capite 3. de castitate agentes 1

ORIGENES explicat con Hom. 20 in Numer. 10 silium quod Balaam Numer. 25. dedit Regi Balaac, cum dicit: Populus hic non propriis viribus, sed Deum colendo vincit, & pudicitiam cõseruando. Si vis eum vincere primo eorum pudicitiã deiice, & sponte vincentur. Sed aduersum hæc nõ virtute militum, sed mulierum decore pugnandum est, nec armatorum vigore, sed mollitie feminarum. Procul hic procul amoue armatorum manum, & electam congrega speciem puellarum. Forma vincit armatos. Ferrum pulchritudo captiuat, vincentur specie, qui non vincuntur prœlio. Verum vbi senserint eos mulieres manus dedisse libidini, non prius semetipsas cupientibus præbeant, quàm de sacrificiis idolorum acquieuerint degustare, vt cogente libidine consiliis obtemperent feminarum, & consequentur prius Beelphegor, quod est idolum turpitudinis. Hæc fuerunt consilia Balaam, quibus acceptis rex Balac, parat continuo exercitum non armis virilibus, sed femineo nitore compositum, non furore bellico, sed libidinis flamma succensum. Pro nefas! vix prohibetur libido legum minis, vix gladii terrore reprimitur. Quid sceleris non perpetret, vbi facinore suo placituram se mulier regi credidit, & salutem patriæ quæsituram. Captiuantur ergo Israelitæ, non ferro, sed luxu, nec virtute, sed libidine, & fornicantur in mulieres Madianitas, & ira Dei insurgit super eos. Historiæ huius textus nos ædificet, vt discamus ex hoc quòd aduersus nos militat fornicatio, aduersum nos iaculantur tela luxuriæ, quibus si non resistimus, statim locum diaboli-co vulneri damus, & captiuos nos ducit omnis dæmonum chorus, atque ob hoc ira Dei insurget super nos, & punientur, & in hoc sæculo, & in futuro. *Infra*: Sciendum est quòd omnis qui aliquid turpe committit, Beelphegor Madianitarum dæmoni consecratur. 3

CHRYSOSTOMVS exponens verba Hom. 18. in illa Corinth. 6. Nescitis quoniam corpora ve- prima epist. stra membra sunt Christi? Tollens ergo mem- Pauli ad bra Christi faciam membra meretricis? Ab- Corinth. sit, sic habet: Nihil hoc verbo horribilius. Fu- to. 4. gite fornicationem. Non dicit, abstinete vos 1. Cor. 6. a fornicatione, sed fugite, hoc est summa cum diligentia vos a malitia liberos facite. Omne peccatum quodcumq; fecerit homo extra corpus est: qui autem fornicatur in corpus suum, peccat de fornicatione loquẽs, & a maioribus, & a minoribus crimen auget. Vbi in fornicatione totum corpus coinquinari demonstrat, siqui-

Siquidem haud aliter sordescit, quam quid inlebetem immundum infusum contagione inficitur? Hinc & nos morem prosequimur. Ab auaritia & rapina nemo balneas petere properat: sed nulla cura domum reuertitur. Cum vero meretrici quis se commiscuerit, tamquã totus immundus ad se lauandum contendit, at-
Vbi sup. que ita humana mens quandam huius peccati turpiorem habet opinionem. *Infra*: An nescitis quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti, & non estis vestri. Membra
4 Christi estis, inquit, templum estis spiritus, quare nolite facere membra meretricis. Non enim corpori vestro contumeliam facitis, quia non vestrum corpus est, sed Christi. Hoc dixit simul, & humanitatem ostendens, & a malorum licentia nos auertens. Nam si alienum corpus est, non habetis potestatem, vt alienum corpus iniuria afficiatis, & maxime cum sit Domini, neque Spiritus sancti templum maculandum est. Antea tua, meretricis membra fuerant, & Christus ea proprii corporis membra reddidit. Non ergo eorum amplius habes potestatem, illi seruias qui te liberauit. Neque enim si filiam haberes, & tanta esses amentia, vt eam lenoni locares, & meretrix efficeretur, inde regis filius eam conspectam tam turpi liberaret seruitute, & sibi matrimonio coniungeret; iterum eam in fornicem adducere posses; quippe qui semel dedisti, semel vendidisti. Huiuscemodi nostra est causa, locauimus carnem nostram diabolo lenoni grauissimo. Quod cum Christus animaduerteret, eam eripuit, & a sæua illius tyrannide liberauit. Iam igitur nostra non est, sed eius qui eam in libertatem vendicauit.

5 IDEM inquit: Illud est adulterij, aliud
Serm. de libello repudij ead. to. genus habere domi vxorem, & foris scortis iungi. Nam quemadmodum mulier habens virum, etiam si viro cuipiam libero vxorem non habentem se exponat, adulterii legibus implicatur, sic & vir licet ad vulgare scortum ipse vxorem habens aberrarit adulterii reus censebitur. Fugiamus igitur & hunc adulterii modum. Quid enim poterimus dicere? Quid prætexere, qui talia audemus? Quam excusationem habebimus? Naturæ concupiscentiam? Sed assistit quidem vxor hac nos excusatione priuans. Idcirco nuptiæ inuectæ sunt, vt ne scorteris, immo non vxor sola, sed & multi alij qui eandem quam nos habemus naturam cohibent, hac nos priuant venia. Cum igitur alij absque nuptiis continentes sint, quam tu assequeris veniam, cum nuptiis scortans? *Infra*: Fornicationem fugiamus, nec confundamus vitam nostram, vitamq. agamus ridiculam, neque polluamus corpus. Quomodo enim, post consuetudinem cum scortis in Ecclesiam venire poteris? Quomodo manus, quibus scortum contrectasti in cælum extendere audebis? Etiã si nullus conscius sit tu teipsum cogeris, maxime omnium rubore, ac confusione perfundere, & maxime omnium corpus proprium abominari. Huius autem maculæ purificatio non est in balneis. Balneum sunt, calidi lachrymarũ fontes, gemitus e profundo cordis ascendentes, coniunctio perpetua, preces continuæ, eleemosynæ, & eleemosynæ largæ, non vltra hæc opera attentare, condemnare quod factum est, immo quod melius, ne attentemus hoc abominabile peccatum. Si quis autem aliquando supplantatus fuerit, hæc subijciat remedia, prius promittens non vltra in hæc prolapsurum. Qui enim abluitur, & eodem luto iterum inquinatur, & qui demolitur iterum quod ædificauit, & qui ædificat iterum, vt destruat, nihil inde lucrifacit, quàm quod frustra laborat.

6 IDEM ait: Ex fornicatione, bella oriuntur quotidiana, irreconciliabiles pugnæ, & as- Sermo. 24. In epist. ad Rom. suetæ contentiones. Vnde & Paulus cum dixisset, non in cubilibus & impudicitiis, subiunxit: Non in contentione & æmulatione, *Rom. 13.* non ignarus quæ hinc nascantur bella, quæ domorum subuersiones, innumeraque mala. Puro ac liquido relicto fonte ad immundi cæni cloacam curritis. Cænum namque scorti corpus esse neminem alium in testem aduoco, quàm teipsum, qui volutatus in illo es.

7 IDEM sic habet, loquens de fornicatio-
Hom. 5. in epist. Pauli ad Thessal. ne. Reuera namque quosuis hoc malum corrumpit, ac perdit. Et quemadmodum porcus in cæno volutatus quocumque ingressus fuerit omnia fœtore replet, ita & scortatio malum est, quod difficile abluatur, vt abstineatis ab om- *1. Thess. 4.* ni scortatione, vt sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderii, sicut & gentes, quæ ignorant Deum. Et sciat, inquit, vnusquisque vestrum vas suum possidere. Ergo disciplinæ est res ista, & multæ, ne lasciuiatur. Nos vas nostrum tunc possidemus, quando mundum fuerit, non in passione desiderii, vt affectiones scilicet concupiscentiæ amputentur: etenim delitiæ, & diuitiæ, & socordia, & otium, & quæcumque talia in absurdam nos concupiscentiam deducunt. Quemadmodum & gentes quæ ignorant Deum, tales enim illi sunt, qui non credunt se aliquando pœnas daturos. *Infra*: Vindex est Deus de his omnibus. Neque enim impune ista facimus, neque tantum voluptatis iam capimus, quantum expectamus, ac sustinebimus supplicii. *Infra*: Qui scortari non didicerit, neque mœchari sciet. Qui vero scortis fuerit inuolutus, mox & in adulterium quoque prolabetur, etiam si non in coniugatis, sed in solutis mulieribus corrumpi, deperireq. cœperit. *Infra*: Adolescens si lasciuire cœperit, morumq. fornicariorum experientiã exquirere, ad primam quidem & alteram ipse vesperam laudabit vxorem suã; postea vero statim in pristinam relabetur petulantiam. Sed iucundi tibi videntur mulieris fornicariæ mores? Noui, nã Scriptura hoc dicit: Ex labijs, inquit, mulie- *Prou. 5.* ris fornicatricis distillat mel. Sed mox in fel ama-

amarum mutatur. Atque ita etiam istud Scri-
Prou. 5. ptura dicit: quod ad tempus, inquit, guttur tuum impinguat, & oblectat; postremo autem reperies illud felle amarius, & gladio vtrinque incidente acutius.

8 IDEM inquit: Madianitæ cognoscentes
Homil. 14. ad pop. Antioch. to. 5. Iudæos esse inexpugnabiles, & armis expugnari non posse, virgines speciosas ornantes, & ante castra statuentes in lasciuiam milites euocabant, per fornicationem Dei auxilium auferre studentes, quod quidem & euenit, & quos arma, & equi, & milites, & tot machinamenta capere non potuerunt, hos fornicatio uinctos hostibus tradidit; & clypei quidem, & hastæ, & sagittæ omnes redarguebantur, nullus autem forma, & animi lasciuia hos expugnauit. Propterea admonet quidam dicens: Ne discas pulchri
Prou. 5. tudinem alienam, & ne occurras mulieri fornicanti: mel enim distillat a labiis meretricis, quod ad tempus impinguat guttur tuum, postmodum amarius felle ipsum inuenies, & acutū plus gladio ancipiti. Meretrix enim amare nescit, sed insidiatur tantum, venenum habet ipsius osculum, & toxicum os pernicioſum. Si vero non statim apparet; propterea magis ipsam fugere oportet, quoniam obtegit perniciem, & mortem habet celatam, nec a primordijs manifestam apparere permittit. Itaque si quis voluptatem sectatur, & vitam lætitiæ plenam, fornicantium consortia mulierum fugit, bellis enim innumeris, & tumultibus amatorum animos implent, continuas ipsis pugnas, contentionesq. concitantes per verba, per opera omnia. Et sicut hostium inimicissimi, sic profecto & hæ omnia faciunt, & negotiantur ad hoc, vt sectantes, & ignominiæ, & paupertatis, & extrema mala incidant. Propterea rursus nos admonet sapiens ille, cum dicit:
Ibidem, Ibid. Bibe aquas de vasis tuis, & tuorum puteorum fonte. Et rursum: Ceruus amicitiæ, & pullus tuarum gratiarum conuersetur tecum, de vxore hoc dicens. Quid relinquis adiutricem, & ad insidiatricem curris? Quid vitæ communicatricem auersaris, & vitam tuam subuertentem sectaris? Hæc membrum tuum, & corpus est, illa gladius acutus.

9 HIERONYMVS sic ait: Sol hominum
In epist. Valerii ad Rufinum to. 9. Salomon, thesaurum deliciarum Dei sapientiæ singulare domicilium, crasso tenebrarū fuscatus atramento, lucem animæ suæ, gloriam domus suæ, odorem famæ suæ amisit amore mulieris. Et postremo curuatus coram Baalim ex Ecclesiaste Domini mutatus est in membrum zabuli, vt adhuc grauiori videretur detrudi præcipitio, quam Phœbus in casu Phaætonis, qui de Apolline Iouis factus est pastor Admeti. Amice si non es sapiētior Salomone, quod nemo est, non es maior quàm qui potest fascinari a femina, oculos tuos aperi, & vide. Optima femina, quæ rarior est phœnice, amari non potest sine amaritudine metus, & sollicitudinis, & frequentis infortunii. Malæ autem quarum tam copiosa sunt examina, vt nullus sit expers ma-
lignitatis earum, cum amantur amare puniunt, & afflictioni vacant vsque ad diuisionem corporis, ac spiritus. Vexilla pudicitiæ tulerunt cum Sabinis, Lucretia, & Penelope, & paucissimo comitatu trophæa retulerunt. Amice, nulla est Lucretia, nulla est Penelope, nulla est Sabina. Time omnes. Iuppiter rex terrenus, qui & rex cælorum dictus est præ singulari sirennitate corporis, & incomparabili mentis elegantia, post Europam mugire coactus est. Amice, ecce quem bonitas super cælos extulit, femina brutis comparauit. Poterit etiam femina te cogere ad mugitum, si non sis maior Ione, cuius magnitudini nemo alius par fuit. Phœbus qui sapientiæ suæ radiis totius orbis primitiauit ambitum, vt merito solis nomine solus illustraretur infatuatus est amore Leucothoes, sibi ad ignominiam, illi ad interitum, & ecliptica diu vicissitudine varius factus est, frequenter sui luminis expers, quo totus vniuersaliter egebat mundus. Amice ne istud lumen, quod in te est tenebræ fiant, Leucothoen fugito. Mars qui Deus bellantium dici meruit triumphorum familiari frequentia nil sibi metuens, a Vulcano ligatus est cum Venere inuisibilibus quidem catenis, sensibilibus tamen. Hoc autem ad plausum satyrorum, & ad risum cælestis curiæ. Amice meditare saltem catenas, quas non vides, & iam in parte sentis, & eripe te dum adhuc ruptiles sunt, ne claudus ille faber, & turpis Veneri suo more concatenet, & te sui similem turpem, & claudum faciat, Veneri dolor fias, & irrisio videntium. A falso dearum iudice reprobata est Pallas, quæ non delectare promisit, sed prodesse. *Infra*: Cannius poeta reprehensus est a Liuio historiographo, quòd multarum gauderet amoribus feminarum, his verbis. Nostram philosophiam participare non poteris, dum a tot participaris. Non enim eo iecore Iunonem amat Titius, quod multi vultures in multa diuellunt. *Infra*: Multi sciunt, vt placet delectatio, & pungit delictum. Hi norunt, quòd flos veneris rosa est, quia sub eius purpura multi latent aculei. Lais corinthia prærogatiua pulchritudinis insignis, tantummodo regum, & principum dignabatur amplexus. Conata est tamen Demostheni philosopho participare, ut notæ castitatis eius miraculo soluto, videretur speciem sua lapides mouisse, attractumq. blanditiis tractauit suauiter. Cumque iam Demosthenes emolliretur ad thalamum, petiuit ab eo Lais centum talenta pro censu. At ille suspiciens in cælum, ait: Non emo tanti pœnitere.

11 IDEM inquit: Ensis diaboli luxuria,
In Epistola Eusebii ad Damasū de morte Hieronymi. Heu quot illa interficit romphæa? Non est aliquod peccatum, quo totiens diabolus victor existat. Fugite luxuriam, nam sicut virginitas hominem æquat angelis, immo plus eum facit, quam angelum, ita luxuria hominem quasi bestificat, & (vt ita dicam) multo peius bestia cum efficit. De nullo alio peccato legitur,

Deum

Deum dixisse se pœnitere fecisse hominem. Hæc huiusmodi facit opera, corpus debilitat, & quasi semper ipsum morte destruit, famam denigrat, marsupia euacuat, furta instruit, homicidia causat, memoriam hebetat, cor aufert, oculos vtriusque hominis cæcat, & præ cæteris iram Dei prouocat. Pro nullo alio reatu tam manifestam iustitiam exercuit Deus sine misericordia, quàm pro isto. Propter hoc namque legitur peccatum, Deum mundo induxisse diluuium, Sodomam, & Gomorrham combussisse, & multos alios homines interemisse. Hoc rete diaboli, si quis hoc capitur, non cito soluitur. In isto tam graui prœlio nullus potest vincere, nisi fugiat. Nemo potest firmiter perdurare, nisi carnem domet. Hoc prælium non sustinetur, nisi in abstimentia, & ieiunio. Vinum nocet, sed vultus centuplo magis mulierum. Mulier diaboli sagitta est, qua in luxuriam homo contrahitur. Nullus in hoc confidat viuens. Si sanctus es, nec tamen securus es. Mulier viri pre
Prou. 6. tiosam animam rapit. Numquid abscondere potest, homo ignem in sinu suo, vt vestimenta illius non ardeant? aut ambulare super prunas, vt non comburantur plantæ eius? Homo & mulier, ignis, & palea, & diabolus numquam insufflare cessat, vt accendatur. Huius prœlij numquam fiet victor, nisi fugiens. Vir mulieris cuncta spernat munuscula, & blanda verba, si non vult luxuriæ capi laqueis. Plurimi sanctissimi iam ceciderunt hoc vitio, propter suam securitatem. Ob hoc multi viri frequentant ecclesias, vt mulieres videant, & earum vtantur colloquijs, quatenus inde luxuriæ amplius crescat appetitus. Hæc & alia multa moribundus iamiam dixit Hieronymus discipulis suis, vt viriliter agerent contra immanissimum hostem.

12 IDEM explicans verba illa: In versione
Lib. 3. in c. 1. Amos. septuaginta interpretum. Et ecce vir stabat super murum Adamantinum, & in manu eius Adamas, inquit. Murus Adamantinus dicuntur
Rom. 8. Sancti, quia a nullo superantur, vt Paulus ait: Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, &c. Certus sum, quia neque mors, neque vita, neque angeli, &c. neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei. Et in tantum robustus est, vt dicatur ad eum, si transieris
Isa. 43. per ignem, flamma non comburet te; quantoque magis tentationibus cæditur, tanto fortior fit. Cumque a nullo superari queat, solo mortiferæ libidinis calore dissoluitur. Hæc enim sanguinis hit corum, & ipsius hirci, dicitur esse natura, vt sit ad libidinem calidissimus, & quod ignis edomare nequeat, solus illius dissoluat cruor.

13 AVGVSTINVS ait: Dominus gla-
Ps. 17. ad verb. in ardore to. 8. dium furoris sui extendens pluit ignem, & sulphur de cælo super Sodomam, & combusta est
Ps. 18. ciuitas, & subuersa. Merito igitur per sulphur ciuitates illæ submersæ sunt, & destructæ, quia tam eorum feminæ, quàm eorum masculi fœtenti luxuria ardebant. O luxuria pessima virtutum destructio, vitiorum augmentatio, delectationis combustio, charitatis diminutio, burlarum euacuatio, dulcis es, sed ecce omnis dulcedo in amaritudinem grandem mox conuertitur! O luxuria per te pax destructa est, per te homicidium factum est, per te ciuitates combustæ sunt, per te regna perdita sunt, per te omnia fere mala facta sunt, per te Dauid exulata Deo, per te Samson moritur. per te Salomon expellitur, per te Loth patitur relinquens patriam, & vxorem amittens. 2. Reg. 11 Iudic. 16. 3. Reg. 11. Gen. 19.

14 GREGORIVS explicans illa verba: Saul congregato exercitu percussit Amalech, & eruit Israel de manu vastatorum eius, inquit: Dum fornicatores desiderijs carnis assentiunt, potestati malorum spirituum subduntur. Quia item altum est fornicationis blandimentum, dū in hoc anima per desiderium mergitur, quasi in profundum radicibus tenetur. Eruit ergo de manu vastatorum, est a fornicationis abyssos qui in potestate dæmonum est, liberari. Bene etiam vastatores fornicationis impetus dicuntur, quia de vitio luxuriæ per beatum Iob dicitur. Ignis est vsque ad perditionem germinans, & omnia eradicans genimina. Vastator quippe fornicationis spiritus dicitur, quia quę inuaserit, ei nimirū nulla virtutum dona derelinquit, quæ ad meritum sint salutis. Immundi spiritus vastatores sunt, quia si pudica corda decipiunt, decepta teneros flores castitatis perdunt. Horti enim superni sponsi sunt corda sanctorum per castitatis odorem florida. Nam dum nullos motus turpes recipiunt albo pudoris flore decorantur Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus, quia virtute eximiæ castitatis floridus, conclusus autem quia per continentiam munitus. Qui itaque cum ab immunditijs ad castitatem redeunt, quia diras dæmonum potestates effugiunt, & a profundo perditionis ascendunt, de manu vastatorum eruiraptę memorantur. Lib. 5. expositionis libri 1. Regū cap. 14. to. 1 Iob 31. Cant. 4.

15 IDEM explicans verba illa: Recensui quæ
Lib. 6. in c. 15. Iosue libri Regū c. 1. cumque fecit Amalech Israeli, quomodo restitit ei in via cum ascenderet de Ægypto, ait: Quid est quod Amalechitarum opera recensentur, nisi quia luxuriæ inquinamenta, Deo valde odibilia sunt? Vnde beatus Paulus dicit. Omne peccatum extra corpus est, qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. Item dicit. Fornicatores, & adulteros iudicabit Deus. Hinc etiam acrius increpans, & a regno Dei eos segregans ait: Neque immundi regnum Dei possidebunt. Sed quia valde fortis, & violenta est pugna fornicationis, non quomodolibet obuiasse Israeli, sed restitisse perhibetur. Resistere quidem forti oppugnationi instare est. Hos Amalechitas resistentes videbat Israelita ille ascendens, qui dicebat: Inuenio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius. Resistere ergo Amalech dicitur, quia dum in carne sumus libidinis fortia bella sustinemus. *Infra*: Quid est quod contra hostes alios, solis armis pugnabat Moyses; contra Amalech uero non 1. Cor. 7. Rom. 7.

solis

solis armis, sed etiam virtute orationis. Sed profecto magnum certamen fornicationis ostenditur, quod tanta virtute, tanta difficultate superatur. Non parcas ei, & non concupiſces ex eo aliquid. Hoc dicit, quia luxuria omnis in carne perfecte domanda eſt, & a mente radicitus extirpanda; vt omnes libidinoſi motus, omnes obſcenæ locutiones prorſus perimantur in corpore. Turpes cogitationes paleæ ſunt. Quid libido, niſi ignis? Quis etiam neſciat, quia ſi in paleis ignis negligenter extinguitur, & parua ſcintilla quæ remanet, omnes paleæ accenduntur? Carnalium ergo cogitationum ſtipulas auferat, ne per admixtas paleas virores virtutum exurantur.

16 Lib. 6. in c. 15. 1. libri Regum c. 2

IDEM exponens verba illa: Quæ dixit Samuel Agag Regi Amalech, ſicut fecit mulieres abſque liberis gladius tuus, ſic abſque liberis erit inter mulieres mater tua, inquit. Virtutes mentis, ex quibus bona opera procedunt, matres ſunt, gladius vero Agag luxuriæ telum dicitur, qui nimirum mulieres abſque liberis facit, quia cuncta bona opera libido interficit. Agag gladius matres abſque liberis facit, quia delectatio luxuriæ ſi euaginari quaſi gladius ſinitur, ab eis nimirum omnes bonæ cogitationes virtutes, & bona opera necantur. Acuta quippe peſtis huius delectationis, ſi a mente recipitur, dum libet attentius immunda cernere mundum, & ſanctum cogitare nihil poteſt, & dum ardenter ad nefarij operis expletionem pertrahit, virtutis aliquid agere, nihil permittit. Et quia per eius combuſtionem omnia pereunt, non ſolum Agag filij, ſed omnes mulierum filij trucidantur. Abſque liberis ergo matres facit, quia delectatio luxuriæ ad inſtar gladij, dum fructus mentium percutit virtutis cogitationes, aut operis bonum viuere nequaquam ſinit.

17 Serm. de cõuerſione ad clericos c. 12.

BERNARDVS ſic ait: Libidinis illecebroſa vorago quantis laboribus, & diſpendijs interdum, & famæ vel honoris, aut etiam uitæ ipſius periculo comparatur, vt ad modicum fla grans ſulphureus vapor furentes ſtimulis agat, & apum par uolantium vbi male grata mella fuderit, nimis tenaci feriat icta corda morſu, cuius appetitus anxietatis, & vecordiæ, actus abominationis, & ignominiæ, exitus pœnitudinis, & verecundiæ plenus eſſe dignoſcitur.

18 In 2. parte operum in lib. cui titulus eſt, Modus bene viuendi ad ſororem ſer. 23.

IDEM prope finem ſic dicit: Ex delectatione fornicandi, varia gignuntur flagitia, quibus regnum Dei clauditur, & homo a Deo ſeparatur, inter cetera ſeptem vitia fornicatio maximum ſcelus eſt, quia per carnis immunditiam templum Dei violat, & tollens membrum Chriſti, facit membrum meretricis. Luxuria inimica eſt Deo paternæ benedictionis, atque ſubſtantiæ perditio. Fornicatores, & adulteros iudicabit Deus. Audi ſoror, Beati Iſidori verba, Fornicatione coinquinari deterius eſt omni peccato. Fornicatio graue peccatum eſt. *Infra*: Maxime per carnis luxuriam homines ſubijciuntur diabolo, quam per cetera uitia.

Fortitudo iuſtorum laudatur, vt neceſſaria ad virtutem abominabilis autem fortitudo etiam in reprobis. Cap. XIII.

1 Lib. 11. in c. 41. Ezec. to. 4.

HIERONYMVS explicans verba illa: Et fabre facta Cherubim, & palmæ, & palma inter Cherub, & cherub, duaſque facies habebat cherub, faciem hominis iuxta palmam ex hac parte, & faciem leonis iuxta palmã ex alia parte, ſic habet. Intrinſecus in interioribus templi, poſt ſcientiæ multitudinem cælantur, & palmæ, in quibus ſignum victoriæ eſt, dicente Apoſtolo. Perſequor autem ad brauium ſupernæ vocationis Dei in Chriſto Ieſu. Cherub autem nequaquam, vt in principio huius Prophetæ legimus, quattuor habebat facies, hominis ſcilicet, & leonis, & vituli, & aquilæ, & tantum duas hoc eſt hominis, & leonis, quorum primum ad rationem pertinet, ſequens ad furorem. Furorem autem dicimus, non eum, qui perturbationi, & vitio proximus eſt, ſed qui mentis conſolidat mollitiem, & fortiorem facit animum dimicantis, quæ refertur ad vitulum propter terrena opera, & alia ſunt carnalia, alia ſpiritualia, quorum extremum aquilæ deputatur. Cum autem intrauerimus ſancta ſanctorum, & interiora templi poſſederimus, nequaquam alia re indigemus, niſi ratione atque fortitudine, quorum ad prudentiam, alterum refertur ad animi perſeuerantiam. *Phil. 3.*

2 Lib. 3. in c. 31. Prouer. to. 7.

IDEM exponens verba illa: Mulierem fortem quis inueniet, ſic habet: Mulier fortis Eccleſia catholica vocatur. Mulier, quia ſpirituales Deo filios gignere conſueuit; fortis, quia cuncta ſæculi aduerſa ſimul, & proſpera pro cõditoris ſui fide contemnit, quam ipſe in carne apparens, infirmam quidem inuenit, ſed inuentione ſua hoc eſt, viſitatione ſua fortẽ reddidit. Hanc ſua gratia Deus fortem, atque inſuperabilem aduerſantibus cunctis effecit. *Infra*: Confidit in ea cor viri ſui, hoc ab humana conſuetudine tractum eſt. Sicut enim is qui fortem, fidelem, & caſtam habet coniugem, confidit in ea certiſſime, quia nil contra ſuam voluntatem aget, cuncta etiam aduerſa pro ſuo amore libẽter tolerat, ſic Dominus in Eccleſia confidit. Nouit enim ſpiritum gratiæ quem dedit, ideoque non dubitat eam a ſuæ fidei integritate non poſſe corrumpi. *Infra*: Accinxit fortitudine lumbos ſuos, & roborauit brachium ſuum. Accinxit Eccleſia lumbos ſuos fortitudine, cũ ſupernorũ deſiderijs intenta, carnalibus deſiderijs ſuccũbere deſpexit. Roborauit brachiũ ſuum, cũ ſe ad agenda virtutũ opera præparauit. *Infra*: Fortitudo, & decor indumentum eius, fortitudo ad tolerandum peruerſorum improbitatem, decor ad exercendam virtutum gratiam.

tiam, Decor, quia operatur iuſtitiam. Fortitudo, quia perſecutionem patitur propter iuſtitiam. Et ideo ridebit in die nouiſſimo, ideſt, gaudebit in retributione regni cæleſtis, quæ dolebat in certamine vitæ præſentis. Eſto imitator Domini tui, de quo dicitur. Dominus regnauit decorem indutus eſt. Eſto cum decore, da eos quibus placent bona opera tua. Eſto fortis aduerſus detractores, & ſic eris veſtis Domini, de qua dicitur, Fortitudo, & decor indumentum eius.

3 Lib. 1. offic. c. 35. to. 4. Hebr. 11.

AMBROSIVS: Poſtquam retulit quam fortiter multi ex antiquis in rebus bellicis ſe geſſerunt, addit. Sed non hæc ſola præclara fortitudo eſt, ſed etiam illorum glorioſam fortitudinem accipimus, qui per fidem magnitudine animi obſtruxerunt leonum ora, extinxerunt virtutem ignis, effugauerunt aciem gladij, conualerunt de infirmitate, fortes, qui non comitatu, & legionibus ſuccincti, communem cum multis victoriam, ſed nuda virtute animi ſingularem retulerunt triumphum. Quam inſuperabilis Daniel, qui circa latera ſua rugientes non expauit leones. Fremebant beſtiæ, & ille epulabatur.

4 Cap. 36. Iudicum.

IDEM ait: Non igitur in viribus corporis fortitudinis gloria eſt, ſed magis in virtute animi. Neque in inferenda, ſed in depellenda iniuria lex virtutis eſt. Vnde ſanctus Moyſes, hinc prius orſus eſt tentamenta bellicæ fortitudinis. Nam cum vidiſſet Hebræum ab Ægyptio iniuriam patientem defendit, ita vt eum occideret, & in arena abſconderet. Vnde Iob dixit. Saluum feci pauperem de manu potentis, & pupillum cui adiutor non erat, adiuui. Nonne hic fortiſſimus, qui tam fortiter pertulit impetus diaboli, & vicit eum in virtute mentis ſuæ? Neque vero de eius dubitandum fortitudine, cui dicit Dominus. Accinge ſicut vir lumbos tuos, ſuſcipe altitudinem, & virtutem, omnem autem iniurioſum humiliato. Eſt ergo fortis, qui ſe in dolore aliquo conſolatur. Et re vera ea iure fortitudo vocatur, quando vnuſquiſque ſeipſum vincit, iram continet, nullis illecebris emollitur, atque imflectitur, non aduerſis perturbatur, non extollitur ſecundis, & quaſi vento quodam variarum rerum circũfertur mutatione. Quid autem excelſius, & magnificentius quàm exercere mentem, affligere carne, & in ſeruitutem redigere, vt obediat, & in adeundis laboribus impigre exequatur propoſitum animi, & voluntatem? Hæc igitur prima vis fortitudinis, quoniam in duobus generibus fortitudo ſpectatur animi, primo, vt externa corporis pro minimis habeat, & quaſi ſuperflua deſpicienda magis quàm expetenda ducat. Secundo, vt ea quæ ſumma ſunt omneſque res, in quibus honeſtas cernitur, præclara animi intentione vſque ad effectum perſequatur. Quid enim tam præclarum, quàm vt ita animum tuum informes, vt neque diuitias neque voluptates, neque honores in maximis conſtituas, neque in his ſtudium omne conteras? Quod cum ita affectus animo fueris, neceſſe eſt, vt illud honeſtum ac decorum præponendum putes, illique mentem ita intendas tuam, vt quicquid acciderit, quo frangi animi ſolent, aut patrimonij amiſſio, aut honoris immiſſio, aut obtrectatio aliorum quaſi ſuperior non ſentias. Deinde vt te ſalutis ipſius pericula pro inſtitia ſuſcepta non moueant. Hæc vera fortitudo eſt, quam habet Chriſti athleta, qui niſi legitime certauerit, nõ coronabitur. An mediocre tibi videtur præceptum fortitudinis? Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio vero ſpem. Vide quot certamina, & vna corona. Quod præceptum non dat, niſi qui eſt cõfortatus in Chriſto Ieſu, cuius caro requiem non habebat, afflictio vndique, foris pugnæ, intus timores. Et quamuis in periculis, in laboribus plurimis, in carceribus, in montibus poſitus, animo tamen non frangebatur, ſed præliabatur, adeo vt potentior ſuis fieret infirmitatibus. *Rom. 5.* *2. Cor. 7.*

6 Eod. lib. c. 38.

IDEM inquit: Nec rurſus propter ignauiam cadere, quis ac deſerere fidem debet metu periculi. Qua gratia præparandus eſt animus, exercenda mens conſtabilienda ad conſtãtiam, vt nullis perturbari animus poſſit terroribus, nullis frangi moleſtijs, nullis ſupplicijs cedere. Quæ difficile quidem ſuſtinentur. Sed quia omnia ſupplicia grauiorum ſuppliciorum vincuntur formidine, ideo ſi conſilio firmes animum tuum, nec a ratione diſcedendum putes, & proponas diuini iudicij metum, perpetui ſupplicij tormenta potes animi ſubire tolerantiã. Fortis eſt viri non diſſimulare, cum aliquid immineat, ſed prætendere, & tamquam explorare de ſpecula quadam mẽtis, & obuiare cogitatione prouida rebus faturis, ne forte dicat poſtea. Ideo iſta incidi, quia non arbitrabar poſſe euenire. Denique niſi explorentur, aduerſa cito occupant, vt in bello improuiſus hoſtis vix ſuſtinetur, & ſi imparatos inueniat, facile opprimit, ita animum mala inexplorata plus frangunt. Deinde nullis perturbetur occupationibus, nullis cupiditatibus fluctuet. Neque vero id quiſquam facile facit. Deinde vt iudicium tuum ſtabili ratione confirmes, & quæ iudicaueris leuia tamquam nihil profutura contemnas. Deinde vt ſi quid acciderit aduerſi, idque graue, & acerbum putetur, ita feras, vt nihil præter naturam accidiſſe putes, cum legeris nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Dominus dedit, Dominus abſtulit. Sicut Domino placuit, ita factum eſt. Si bona ſuſcepimus de manu Domini, mala quare non ſuſtineamus? *Iob 1.*

7 Cap. 39.

IDEM inquit: Illa eſt animi fortitudo, nõ quæ bellum cum virtutibus gerat, ſed quæ ſola defendat ornamenta virtutum omnium, & iudicia cuſtodiat, & quę inexpiabili prœlio aduerſus omnia vitia decernat, inuicta ad labores, fortis ad pericula, rigidior aduerſus voluptates, dura aduerſus illecebras, pecuniam negligat, auaritiam fugiat, tamquam labem quandam, quæ virtutem effeminet. Nihil enim tam contrarium fortitudini, quàm lucro vinci.

IDEM

8 IDEM sic habet: Verum quia fortitudo
Cap. 41. non solum secundis rebus, sed etiam aduersis probatur. Vnde sancti martyres sine armis vicerunt, defecerunt supplicia, cesserũt tortores, non defecerunt martyres. *Infra*. Narrat miram concertationem Laurentij, & Sixti: Isti enim ille acriter conquerebatur, quòd sine illo ad mortem properaret. Id flebat, quòd sacerdos sine ministro pergeret, quòd illi consortiũ sui sanguinis denegaret. Et post multa. *Infra*. Talis erat contentio digna sane, de qua certarent sacerdos, & minister, quis prior pateretur pro Christi nomine. In fabulis ferunt tragicis excitatos theatri magnos esse plausus, cum se Pylades Orestem diceret, Orestes, vt erat, Orestem se esse asseueraret ille, vt pro Oreste necaretur, Orestes ne Pyladem pro se pateretur necari. Sed illis non licebat viuere, quòd vterque esset parricidij reus, alter qui fecisset, alter qui adiuuisset. Hic Laurentium sanctum ad hoc nullus vrgebat, nisi amor deuotionis, tamen & ipse post triduum, cum super craticulas vreretur, dixit. Assum est, versa, & manduca. Ita animi fortitudine vincebat ignis naturam.

9 AVGVSTINVS explicans verba illa:
In Psal. 17. 10. 8. Qui docet manus meas ad prœlium, & posuisti, vt arcum æreum brachia mea, inquit: Docet manus meas ad prœlium, qui docet me operari ad superandos inimicos, qui nobis interciudere cælestia regna conantur, & posuisti vt arcum æreum brachia mea, & posuisti infatigabilem intentionem bonorum operum. *Infra*: Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non conuertar donec deficiant. Persequar affectus carnales meos, nec ab eis comprehendar; sed comprehendam illos, vt absumantur. Et ab ista intentione nõ conuertar ad quietem, donec deficiant qui obstrepunt mihi. Confringam illos, nec poterunt stare, & durare aduersũ me. Cadent subtus pedes meos. Calcatis illis præponam amores, quibus ambulo in æternum. Et præcinxisti me virtute ad bellum, & constrinxisti fluentia desideria carnis meæ virtute, ne in tali pugna præpedirer. Supplantasti insurgentes in me subtus me, vt subter me fierent, qui me persequentes super me esse cupiebant.

10 IDEM exponens verba illa: Dum appro-
In Psal. 26. piant super me nocentes, vt edant carnes meas ait: Ego quid timebo? Aut quem timebo? Quid trepidabo? Qui me persequuntur ipsi infirmantur, ipsi cadunt. Quare autem persequũtur? Vt edant carnes meas. Quæ sunt carnes meæ? Carnales affectus mei. Sæuiant persequendo, nihil in me moritur, nisi mortale. Erit in me aliquid, quo persecutor peruenire non possit, vbi habitat Deus meus. Manducent carnes meas. Finitis carnibus spiritus ero, & spiritalis. *Infra*: Viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum. Viriliter age, noli dissolui, ne sis inter eos, quibus dicitur. Væ his qui perdiderunt sustinentiam, qui perdidit
Eccl. 2. sustinentiam effeminatus est, perdidit vigorem.

11 IDEM explicans verba illa: Fundamenta
In Psal. 86. eius in montibus sanctis, inquit. De lignis quadratis ædificata est arca Noe, quæ figurã gestabat Ecclesiæ. Quid est enim quadrari. Attendite similitudinem quadrati lapidis similis debet esse christianus. In omni tentatione sua christianus non cadit, & si impellitur, etsi qua vertitur non cadit. Nam quadratum lapidem quacumque verteris stat. Cadere visi sunt martyres cum percuterentur. Sed quid dixit quædam vox Cantici? Cum ceciderit iustus, non conturbabitur, quoniam Dominus confirmat manus eius. Sic ergo conquadramini ad omnes tentationes parati, quicquid impulerit non vos euertat, stantem te inueniat omnis casus. *Psal. 36.*

12 IDEM exponens verba illa: Iuraui, &
Contione 23. in Psal. 118. statui custodire omnia iudicia iustitiæ tuæ, ait: Hoc appellauit iuramentum, quod statuit per sacramentum, quia ita debet esse mens fixa in custodiendis iudicijs iustitiæ Dei, vt sit omnino pro iuratione, quod statuit. *Infra*: Humiliatus sum vsquequaque, vel vsque vade, vt Augustinus legit, maximam scilicet passus persecutionem, pro eo quod iurauit, & statuit custodire iudicia iustitiæ Dei. Et ne in tanta humiliatione fides ipsa deficeret, addidit, Domine viuifica me secundum verbum tuum, hoc est secundum promissum tuum.

13 IDEM in fine exponens illa verba: Non
In Ps. 138. est occultatum os meum a te, quod fecisti in occulto, ait: Os suum dicit, quod vulgo dicitur ossum, latine os dicitur. Os dictum hic non ab ore, sed ab osse. Ergo est, inquit, quoddam ossum meum intus in abscondito, ossum hoc firmitas quædam est interior, quia in ossibus firmitas, & fortitudo intelligitur. Est ergo quædam animæ interior vis, vbi firmitas non frangitur. Quælibet tormenta, quælibet tribulationes, quælibet huius sæculi aduersitates, vndique sæuiant, illud quod Deus in abscondito fecit firmum in nobis frangi non potest, non cedit. A Domino enim est facta quędam firmitas patiẽtiæ nostræ, de qua dicitur, & in alio Psalmo. Verumtamen Deo subiecta esto anima mea, quoniam ab ipso patientia mea. Et attende Paulum habentem intus hoc genus firmitatis, quasi tristes, inquit, semper autem gaudentes. Vnde quasi tristes contumelijs, opprobrijs, persecutionibus, flagellis, plagis, carceribus, catenis, lapidationibus. Quis non eos miseros tunc extimaret? Nec illi ipsi persecutores sæuirent in eos, nisi putarent eos miseros fieri persecutionibus suis. Illi enim eos ex sua infirmitate conijciebant, qui non habebant ossum absconditum interius. Illi vero qui habebant hominibus foris tristes videbantur, intus autem gaudebant Deo, cui non erat abscondito. Aperit autem ipsorum, quod fecerat in abscondito. Aperit autem hoc ossum in abscondito factum a Deo idẽ Apostolus his verbis. Non solum autem, sed, & gloriamur in tribulationibus. Parum est quia non est tristis, sed & gloriaris? Tale ossum fecit mihi in abscondito, vt parum sit non frangi, nisi etiam glorier. Et substantia mea in inferioribus terræ. Quid magnum est, si fortis est Angelus? Magnum est si fortis est caro. Et vnde fortis est caro? Vnde forte vas fictile, nisi quia factum est, ibi ossum in abscondito. *Psal. 62.* *1. Cor. 6.* *Rom. 5.*

14 GREGORIVS exponens verba Iob 4.
Lib. 5. moral. cap. 13. in 2. Iob 6. capite. Vbi est timor tuus, fortitudo tua, & patientia tua, & perfectio viarum tuarum? Ait. Ecce quomodo quamuis inconuenienter iustũ Iob increpet Eliphaz, congruenter tamen ordines virtutum narrat, dum & timori fortitudinem, & fortitudini patientiam, & patientiæ perfectionem iunxit. In via etenim Dei a timore incipitur, vt ad fortitudinem perueniatur. Nam sicut in via sæculi audacia fortitudinem, ita in via Dei audacia debilitatem parit, & sicut in via sæculi timor debilitatem, ita in via Dei timor fortitudinem gignit, Salomone attestante qui ait. In timore Domini fiducia
Prou. 14. fortitudinis. Timori quippe Domini inesse fiducia fortitudinis dicitur, quia nimirum mens nostra tanto valentius terrores rerum temporalium despicit, quanto se auctori earundem veracius per formidinem subdit, quæ in timore Domini constituta non inuenit, extra quod metuat, quia dum recto metu conditori omniũ iungitur, potestate quadam supra omnia subleuatur. Fortitudo autem non nisi in aduersitate te ostenditur. Vnde & mox post fortitudinẽ patientia subrogatur. Tanto enim quisque se ad fortitudinem profeciſſe verius demonstrat, quãto aliena mala robustius tolerat. Nam minus in se conualuit, quem aliena iniquitas sternit. Qui autem patientiam tenet, animam possidet, quia inde contra aduersa omnia fortis efficitur. Vnde sibi, & seipsum vincendo dominatur. Et quo se laudabiliter frangit, infractum se fortiter exerit: Quia cum in suis se voluptatibus superat, sese ad contraria inuictum parat.

15 IDEM explicans illa verba: Quæ est enim
Lib. 7. moral. cap. 8. fortitudo mea, vt sustineam, aut quis finis meus vt patienter agam, sic habet: Sciendum quòd alia iustorum, atque alia est fortitudo reproborum. Iustorum quippe fortitudo est carnem vincere, proprijs voluntatibus contraire, delectationem vitæ præsentis extinguere, huius mundi aspera pro æternis præmijs amare, prosperitatis blandimenta contemnere, aduersitatis metum in corde superare. Reproborum vero fortitudo est transitoria sine cessatione diligere, contra flagella conditoris insensibiliter perdurare ab amore rerum temporalium, nec ab aduersitate quiescere, ad inanem gloriam etiam cum vitæ detrimento peruenire, malitiæ augmenta exquirere, bonorum vitam non solum verbis ac moribus, sed etiam gladijs impugnare, iniquitatem quotidie sine vllo desiderij defectu perpetrare. Hinc est quod per Psalmistam dicitur ad electos: Viriliter agite, & confortetur cor vestrum omnes qui sperastis in Domino. Hinc per Prophetam reprobis dicitur. Væ qui potentes estis ad potandum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. Hinc per Salomonem dicitur, quod sancti quique sine vlla debilitate desiderij internam requiem contemplantur. En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel. Hinc Psal-
Psal. 30. *Isai. 5.* *Eccl. 3.* *Psal. 58.* mista contra reprobos dicit. Ecce ceperunt animam meam, irruerunt in me fortes. Quàm bene vtramque fortitudinem Esaias complexus est, dicens. Qui confidunt in Domino, mutabunt fortitudinem. Qui enim nequaquam sument, sed mutabunt, dixit, profecto patenter innotuit aliam esse quæ proponitur, & aliam quæ inchoatur. An non etiam reprobi fortes sunt, qui ad præsentis vitæ cõcupiscentiã tot laboribus currunt, periculis se audacter obijciunt, pro lucris contumelias libenter ferunt, ab appetitus sui libidine nulla victi contrarietate resiliunt, percussionibus durescunt, & mala mundi tolerant pro mundo, eiusque (vt ita dixerim) gaudia quærentes perdunt, nec tamen hæc perdendo fatigantur. Vnde, & bene ex humani *Tren. 3.* generis voce per Hieremiam dicitur, Inebriauit me absinthio. Ebrius quippe quod patitur nescit. Absinthio ergo ebrius est, qui præ amore præsentis sæculi a sensu rationis alienus, dum quicquid pro mundo sustinet, leue deputat, laboris amaritudinem, quam tolerat, ignorat, quia nimirum delectabiliter ad cuncta ducitur, in quibus pœnaliter fatigatur. At contra vix iustus ad mundi pericula pro mundo toleranda, esse debilis studet, finem suum conspicit, vita præsens quàm sit transitoria attendit, & pro ea exterius labores perpeti renuit, intrinsecus delectationem vicit. Beatus igitur Iob præsentis vitæ aduersitatibus pressus dicat ex sua, dicat ex omnium voce iustorum, quæ est enim fortitudo mea vt sustineam? Aut quis finis meus, vt patienter agam? Ac si *Iob 6.* aperte insinuet dicens. Mala mundi pro mundo tolerare nequeo, quia iam in eius desiderio fortis non sum. Dum enim præsentis vitæ finem conspicio, dur pondus cruciatus patior, cuius appetitum calco?

17 IDEM explicans verba illa: Nec fortitu-
Eodem libro cap. 9. *Ibid.* do lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea est, ait: In his verbis fortitudinem reproborum significat. Quid enim hoc loco ære, ac lapidibus, nisi insensibilium hominum corda signantur? Qui sæpe, & supernos ictus accipiunt, & tamen nulla disciplinæ percussione mollescunt. *Infra*: Vir igitur sanctus, reproborum duritiam inter verba fugiens, dicat. Neque fortitudo lapidum fortitudo mea, neque caro mea ænea est. Ac si aperte fateatur dicens. Reproborum similitudinem sub disciplinæ verbere fugio, quia, nec more lapidum ita obdurui, vt sub percussionis stimulo a ministerio confessionis humilis obmutescam, nec rursus quasi æs vocem confessionis resono, & sensum vocis ignoro, sed quia ad percussionem reprobi debiliter fortes sunt, electi autem valenter infirmi. Beatus Iob dum fortem se per insaniam non esse asserit, fortem se per statum salutis innotescit. Et quia Iob fortis cum sit, infirmum se in semetipso insinuat, ad maioris adhuc fortitudinis meritum subdit. Non est auxilium mihi in me.

18 IDEM explicans illa verba Iob 28. cap.
Lib. 18. moral. cap. 17. Et lapis solutus calore in æs vertitur, inquit. Ex ardo-

Ex ardore diuini amoris cor antea durum, & emollitur ad amorem, & roboratur ad operationem, sicut prius durus fuerat in amore sæculi, ita se postmodum fortem exerat in amore Dei, & quod ante audire renuebat, iam, & credere, & prædicare incipiat. Lapis ergo calore solutus in æs vertitur, quia dura meus superni amoris igne liquefacta ad veram fortitudinem commutatur. Quod bene per Esaiam dicitur. Qui confidunt in Domino, mutabunt fortitudinem. Fortitudinem mutamus, cum conuersi tanta virtute præsens sæculum fugimus, quanta hoc ante quærebamus. *Esa. 40.*

19 Expositione in 2. Psalm. Pœnit. to. 2.

IDEM exponens verba illa: Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum, nec est in spiritu eius dolus, sic dicit. Si nos metipsos iudicaremus, non vtique iudicaremur. Si nobis peccata nostra imputauerimus, non ea nobis imputat Deus. Si ea satisfaciendo puniremus, nullum qui nos in futuro puniat, inueniremus. Iudicare autem seipsum nemo poterit, nisi qui virilem animum ad vitia persequēdum assumit, sicut per eundem Prophetā dicitur. Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non conuertar donec deficiant. Qui enim mollis est, & dissolutus in opere suo frater est operis suæ dissipantis. Ideo dixit, beatus vir. Quasi dicat, ad hoc opus nemo assurgere prævalet, nisi qui sanctæ fortitudinis vires habet. Quid enim fortius, quàm omnes animi sui motus rationi subigere, omnia carnis desideria spiritus virtute frenare, proprias voluntates abijcere, contemptis visibilibus ea quæ non videntur amare? Vnde & Salomon ait: Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo expugnatore vrbium. *1. Cor. 11.* *Psal. 17.* *1. Cor. 17.*

20 In c. 8. 1. libri Regum lib. 4. c. 3.

IDEM exponens verba illa: Erat vir de Beniamin nomine cis, &c. fortis robore, inquit: Cis fortis robore prædicatur, quia nunc plerique carnales intra sanctam Ecclesiam sunt, qui magna agere videntur, forteſque sunt robore, quia omne, quod magnum videntur agere, corporale est. Fortia agit, quæ Deus reprobat, & affectum charitatis, quem approbat, exhibere non curat.

Fruitio, & vsus quid sit, & quod hominis summum malum sit velle frui vtendis, & vti fruendis, quo iusti carent. Cap. XIV.

1 Lib. 1. de doctrina christiana c. 5. to. 3.

AVGVSTINVS sic habet: Res aliæ sunt, quibus fruendū est, aliæ quibus vtendum. Illæ quibus fruendum est, beatos nos faciunt, istis quibus vtendum est tendentes ad beatitudinem adiuuamur, & quasi adminiculamur, vt ad illas quæ nos beatos faciunt peruenire, atque his inhærere possimus. Nos vero qui fruimur, & vtimur inter vtrasque constituti, si eis quibus vtendum est frui voluerimus, impeditur cursus noster, & aliquando etiam deflectitur, vt ab his rebus, quibus fruendum est obtinendis, vel retardemur, vel etiam reuocemur inferiorum amore præpediti. Frui enim est amore alicui rei inhærere propter seipsam. Vti autē, quod in vsum venerit, ad id quod amas obtinendum referre, si tamen amandum est. Nam vsus illicitus abusus potius nominandus est. Quomodo ergo si essemus peregrini, qui beate viuere, nisi in patria non possemus, eaque peregrinatione vtique miseri, & miseriam finire cupientes in patriam redire uellemus, opus esset, vel terrestribus, vel marinis vehiculis quibus vtendum esset, vt patriam, qua fruendum erat peruenire valeremus, quod si amœnitates itineris & ipsa gestatio vehiculorum nos delectaret, conuersi ad fruendum his, quibus vti debuimus, nollemus cito viam finire, & peruersa suauitate implicati alienaremur a patria, cuius suauitas faceret beatos, sic in huius mortalitatis via peregrinantes a Domino, si redire in patriam volumus, vbi beati esse possumus, vtendum est hoc mundo, non fruendum, vt inuisibilia Dei, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciantur. *Infra:* In his igitur omnibus rebus, illæ tantum sunt quibus fruendum est, quas æternas, & incommutabiles commemoramus, scilicet Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum. Ceteris autem vtendum est, vt ad illarum perfruitionem venire possimus. *Infra:* Exponens quod de Philemone dixit Paulus, ità frater ego te fruar in Domino, ait: Si non addidisset in Domino, & te fruar tantum dixisset, in eo constituisset spem beatitudinis suæ, quanquam, & vicinissime dicitur frui, cum delectatione vti. Cum enim adest qui diligitur etiam delectationem secum necesse est, gerat. Per quam si transieris, eamque ad illud vbi permanendum est retuleris, vteris ea, & abusiue non proprie diceris frui. Si vero inhæseris atque permanseris, finem in ea ponens lætitiæ tuæ, tunc uere, & proprie frui dicendus es. Quod non est faciendum, nisi in illo summo, & incommutabili bono. *Infra:* Nulla res in via tenere nos debet, sed transire, ne rebus temporalibus quamuis ab illo pro salute nostra susceptis, & gestis hæreamus infirmiter, sed per eas potius curramus alacriter, vt ad Deum peruenire mereamur. Vnde totius sacræ scripturæ hæc summa, vt vtamur vtendis, & fruamur fruendis, vt ea quibus ferimur qualia sunt temporalia propter illud, ad quod ferimur diligamus. 2

IDEM inquit: Sicut inter honestum, & vtile interest, ita, & inter fruendum, & vtendum. Frui dicimur ea re, de qua capimus voluptatem, vtimur ea quam referimus ad id, vnde voluptas capienda est. Omnis itaque humana peruersio, est, fruendis vti velle, atque vtendis frui. Et rursus omnis ordinatio quæ virtus nominatur, fruendis frui, & vtendis vti. Oportet ergo frui pulchris, inuisibilibus Deo scilicet, vtilibus autem vtendum est omnibus, vt quoquo eorum opus est. Et frui quidem cibo, & qualibet 3 Lib. octoginta tribus quæstionū to. 4.

qualibet corporali voluptate existimantur, & bestiæ, vti autem aliqua re nō potest nisi homo, scire namque quo quidque referendum sit, non datum est rationis expertibus, sed neque ipsis rationalibus stultis. Quare abuti rectius dici solent, qui non bene vtuntur. Perfecta igitur hominis ratio vtitur primo seipsa ad intelligendum Deum, vt eo fruatur a quo etiam facta est. Vtitur autem ceteris animalibus ratiocinantibus ad societatem, irrationabilibus ad eminētiam vitam etiam suam ad id refert, vt fruatur Deo, ita enim beata est. Deo autem non vtitur, sed fruitur, neque enim ad aliquid aliud Deus referendus est.

4 Lib. 11. de Ciuit. Dei c. 25. to. 5.

IDEM ait: Ea re frui dicimur, que nos non ad aliud referenda per se ipsam delectat. Vti vero ea re, quam propter aliud quærimus; vnde temporalibus magis vtendum est quàm fruendum, vt frui mereamur æternis. Non sicut peruersi qui frui volunt nummo, vti autem Deo, quoniam non nummum propter Deum impendunt, sed Deum propter nummum colunt. Boni quippe ad hoc vtuntur mundo, vt fruantur Deo. Mali autem e contra, vt fruantur mundo vti volunt Deo.

5 Enarratione in Psal. 121. to. 8.

IDEM: Docet ex Paulo his rebus temporalibus vtendum esse. De cetero fratres tempus breue est. Reliquum est, vt qui habent vxores tanquam non habentes sint, & qui emunt tanquam non ementes, & qui gaudent tanquam non gaudentes, & qui flent tanquam non flentes, & qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtentes sint. Præterit enim figura huius mundi, volo vos sine sollicitudine esse. Qui gaudium totum suum, totamque felicitatem suaui consti tuit in manducando, bibendo, vxorem ducendo, emendo, vendendo, vtendo mundo isto, sine sollicitudine est talis, sed præter arcam, væ illi a diluuio. Quisquis autem siue manducat, siue bibit, siue aliud quid agit, omnia in gloriam Dei facit, etsi aliqua tristitia est de rebus sęcularibus, sic fleat, vt intus in spe gaudeat, & si aliqua lætitia est in rebus sęcularibus sic gaudeat, vt intus spiritaliter timeat, nec donet se corrumpendum felicitati, nec cedat aduersitati frangendum, hoc est flere tanquam non flentem, & gaudere tanquam non gaudentem. Quisquis etsi habet vxorem quam propter infirmitatem 1. Cor. 7. duxit, plangens potius quòd sine vxore esse non potius quam gaudens, quia duxit hic, habens vxorem tanquam non habens est. Quisquis vendit quod nouit quia etsi maneret beatum non faceret, quisquis quod emit nouit quia transiet, & de his omnibus etsi abundantibus, etsi circumfluentibus non præsumit, facitque ex eo quod habet misericordiam cum eo, qui non habet. Quisquis talis est, securus expectet diem nouissimum, quia non est præter arcam, iam inter ligna imputribilia computatur, ex quibus arca fabricatur. *Gen. 6.*

6 Lib. Meditationū to. 3.

IDEM ait: Si ista terrena diligis, vt subiecta dilige, vt famulantia dilige, vt arram sponsi, vt munera amici, vt beneficia Domini, sic tamen, vr memineris semper quod illi debeas, nec ista propter se, sed ista propter illum, & per ista illum, & super ista illum diligas. Caue o anima, ne quod absit meretrix dicaris, si munera dantis, plusquam amantis affectum diligis. Dilige illum propter se, dilige te propter se, dilige illum, vt fruaris illo. Dilige in donis illius quæ data sunt ab illo, illum tibi, & te illi dilige. Hæc pura, & casta dilectio est nil habens sordidum vel amarum, nil transitorum.

7 In Manuali

IDEM inquit: O immensa bonitas, quæ omnium intellectum excedis. Veniat super me misericordia illa, quæ de tanta opulentia procedit, influat in me quæ profluit de te. Si singula bona delectabilia sunt cogita intente, quàm delectabile sit illud bonum, quod continet iucunditatem omnium bonorum, & non qualem in rebus creatis sumus experti, sed tanto differentem, quanto differt a creatura creator. Si enim est bona vita creata, quam bona est vita creatrix? Si iucunda est salus facta, quam iucunda est salus, quæ fecit omnem salutem. Denique si multæ, & magnæ sunt delectationes in rebus delectabilibus, qualis, & quanta est delectatio in eo, qui ipsa delectabilia fecit? O, qui hoc bono fruetur, quid illi erit? Quid illi non erit? Certe quicquid voluerit erit illi, & quicquid noluerit non erit. Cur ergo per multa vagaris homuncio quærendo bona animæ tuæ, & corporis tui? Ama vnum bonum, in quo sunt omnia bona, & sufficit. Desidera simplex bonum, quod est omne bonum, & satis est.

Finis Libri Sexti.

LIBER SEPTIMVS LOCORVM COMMVNIVM AD CONCIONES.

Gaudium verum in quo situm sit, & quod soli iusti illo potiantur in hac vita. *Caput Primum.*

1 Homil. 7. in Psa. 29. to. 1

BASILIVS explicãs verba illa: Conuertisti planctum meũ in gaudium mihi, sic habet: Non cuilibet animæ gaudiũ a Deo infignitur, sed ei quæ peccatum suum vehementi luctu, & assidua lamentatione ploraverit, veluti si seipsum mortuum lugeat, qui sane fletus postremo in gaudiũ reuertitur. Quod autem sit laudabilis quidam luctus ostendunt pueri, vt ait Euangelium in foro sedentes atque dicentes, lamentati sumus vobis, & non plorastis, tibia cecinimus vobis, & non saltastis. Est autem tibia instrumentum musicum, quo vtimur ad melodiam reddendam flatu cooperante. Ex quo existimo, quemuis sanctum Prophetam figurate tibiam nominari ob motũ a sancto spiritu prouenientem. Ideo dicit. Inflauimus tibiam, & non saltastis. Prophetici enim sermones nos ad actionem sanctæ prophetiæ consentaneam adhortantur, quę hic dicitur saltatio quædam. Sed & lamentantur nobis Prophetæ ad luctum nos prouocantes, vt simul ad consensionem, & cognitionem peccatorum nostrorum delati ex propheticis sermonibus nostrum lugeamus exitium, laboribus multis, & ærumnis nostram carnem affligendo. Ei sane qui talis est lugubris vestis disrumpitur, quã sibi circumposuerat, suum lugens peccatum. Huic tandem circumponitur amictus lætitiæ, & pallium salutis, splendida hæc, & nuptialia indumenta, quibus si quis fuerit ornatus, non excludetur aditu nuptialis thalami. Scidisti saccum meum, & circundedisti me lætitia. Saccus ad pœnitentiam facit, cum sit humilitatis signum. Olim namque patres in sacco, & cinere sedentes pœnitentiam egerunt. Quoniam Apostolus reuelata facie in eandem imaginem transformatur a gloria in gloriam.

2 Hom. 8. in Psalm. 32.

IDEM exponens verba illa: Exultate iusti in Domino, inquit: Exultationis vox solẽmni consuetudine scripturæ exprimit animæ statũ apprime quam alacrem, ac festiuum, & ingenti circumfusum gaudio, ob ea, quæ lætitia, ac iucunditate digna sunt. Exultate itaque iusti in Domino. Non quando rem prosperam domi habetis, non item quando corpori bene fuerit, non cum ager fructibus omnigenis refertus est, sed quòd Dominum habetis tali insignem pulchritudine, tali præditum bonitate, tali denique sapientia præcellentem. Sufficiat vobis ea lętitia, quæ in ipso est. Videtur autem Propheta hic ob aliquam rem maxime gratam, quam assecutus est, in Domino exultare. Ideo iustos adhortatur exultare in illius famulitione, ac seruitute cum gaudio inenarrabili, & tripudijs cordis, velut per numinis aspirationem subsilientis, ac sensum diuinæ dilectionis. Si quando tuo cordi quasi lux quędam illapsa multam de se Deus cogitationem, atque intelligentiam peperit, tuamque mirum in modum illustrauit animam, vt in eius amorem magnopere venias, res vero mundi istius, & corporis vt vilia despicias, ex illa breui, & obscura similitudine omnem iustorum statum facile nosse poteris, quo illi æquabiliter, nec intercise in Deo lætitiam sunt assequuti. Tibi autẽ diuina dispensatione quando-

quandoque nec admodum sæpe contingit gaudium, vt per breuem degustationem admoneris, quibus bonis sis priuatus. Iusto autẽ quod in ipso insideat inhabitetq. spiritus perpes suppetit ei diuina cælestisq. lætitia. Inter prȩcipuos vere spiritus fructus charitas, gaudium, pax numerantur. Exultate igitur iusti in Domino. Quasi locus quidam iustorum capax est Dominus, in quo quis est, necesse sit prorsus, vt lætetur, & gaudeat. In ipso itaque Domino cum simus, quoad licet ipsius mirabilia speculemur, atque ita ex eorum contemplatione lætitiam nostris cordibus comparemus.

3 In hom. 4. in 29. va.. 5 huius 1. 10. quæ est de gratiarũ actione. Phil. 4.

IDEM exponens verba illa: Semper gaudete ait: Dicet quis, quæ tandem ista est virtus si dum hic viuis per diffusionem animi teipsum gaudio, ac lætitia noctu, & interdiu exhilares? Ex contrario quìnam id perfici possit innumeris malis nos inopine obsidentibus, quæ vel grauem, & permolestum animo inserant mœrorẽ? Quisquis enim sic affligitur, minas gaudere potest, minusue animo esse tranquillo, ac quieto, quàm vt is qui refrigitur in sartagine, ac torretur non doleat, aut certe vt is non tangatur angore animi, qui punctim cæditur stimulorum aculeis. Dices qui possum perpeti gaudio gaudere, cum nullæ sint in me sitæ rationes gaudij? Foris enim sunt, non item in animo quæ lætitiã homini conciliare solent, ut sunt amici præsentia, diuturna congressio cum parentibus. Si quas opes, aut pecunias repereris, honores ab hominibus exhibiti, redintegratio sanctitatis, ex aduersa, & permolesta valetudine, domus bonorum omnium copia exuberans, mensa omnigenis referta dapibus, contubernales promouẽdæ lætitiæ accommodi, festiuæ nouitatis cuiuspiam auditiones, ac spectacula, ad excitandam voluptatis illecebram spectantia, domesticorum sanitas, quibus familiarissime vteris, & quæ ipsis supereſt vitæ prosperrima conditio. Neque enim quæ casu quopiam nobis solum infligunt dolorem permolesta videntur & tristia, sed & quæ amicos discruciant, atque affines. Quare perpes istud gaudium, & animi diffusa iucunditas, ex his omnibus vt confletur necesse sit. His adde, si quando dabitur videre ruinas inimicorum, plagas inflictas, his qui nobis insidiantur, retributionem his exolutam, qui te beneficio quopiam affecerunt. Vtque cuncta compendio perstringam, si nihil adsit incommodi, aut molestiæ, nihil item expectetur prorsus affuturum, quod alicunde turbulentam intemperiem vitæ nostræ ascisçat, tunc animæ illi se citra vllum negotiuũ gaudium insinuabit, & accedet. Qua igitur ratione nobis id præcepti perscriptum est, quo vt legitime perficiatur neutiquam in nostro positum ea arbitrio? *Infra*: Ad istud perpes gaudium non quemlibet inuitat Apostolus, sed eum qui sibi esset assimilis, non iam viuens in carne, sed viuentem in se, sic habens Christum, ac si iam illi summo bonorum fastigio mutua cohæresceret vnione, per quam nullo pacto intemperijs carnis quamlibet inter turbantibus assentiretur, sed etsi minutim concisa caro fuerit continuæ istius vnionis inaffecta permaneat corporis parte, cum rei tristitiam ingerentis partitio, non queat perfingere ad intellectilem vsque animæ portionem. Si enim membra quæ sunt super terram mortificauimus iuxta Apostoli admonitionem, si circumferimus in corpore mortificationem Iesu, plaga corporis mortificati necesse sit, vt ad animam vsque non penetret, corporis vnione adẽptam, & absolutam. Ignominiæ quæuis, rerumque detrimenta, ac domesticorum mortes, non iam ad istius mentem ascendent, non item generosam illam celsitudinem talis animæ eo deflectent, vt vel sic ad consensum corporis affecti se demittat. Etenim quotquot in perplexas rerum difficultates deuoluti sunt, si eadem cum studioso, & amante virtutis sentirent, nihil molestiæ aut mæroris exhiberent, quam ne ipsi quidem quæ sibi contingunt calamitates, moleste ferant. Quòd si secundum carnem vixerint, ne sic vni cuipiam fuerint molesti, habebuntur alioqui omnium iudicio miserabiles, & comploratione dignissimi, non adeo quod in eas calamitates inciderunt, quàm quod ea delegerint, quæ non conueniebat. Anima quæ semel se modis omnibus desiderio astrinxit sui conditoris, iamque insueuit oblectare se tantæ illius pulchritudinis contemplatione, prorsus non sinet vehemens illud gaudium, animique sui iucundissimam diffusionem intercipi, aut immutari per multiplicem, & succedaneam carnalium affectionum mutationem, quin ea potius quæ alijs mærorem afferunt, & tristitiam, in cumulum sibi vertet, & accessionem lætitiæ. Cuiusmodi erat Apostolus, dum sibi probe admodum complacet in infirmitatibus, in tribulationibus, in persecutionibus, in necessitatibus, egestatem suam, in gloriam, & exultationem permutans. In fame, ait, & siti, in frigore, & nuditate, in persecutionibus, in angustijs. Ob quæ alij ægerrime seipsos ferunt, horum gratia Paulus sibi quàm optime placet, & gaudio diffunditur. Illi igitur Apostolicæ sententiæ rudes minusque intelligentes per eam inuitari nos, ad complexum euangelicæ vitæ, eo impudentiæ, & temeritatis prosiliunt, vt incusare ausint Paulum, quasi is nobis præscribat factu impossibilia. At qui eruditantur, & discant, tot adeo nobis proponi causas parandi istius gaudij prorsus rationi consentaneas, idque sola Dei munifica liberalitate. Cum non essemus, vt essemus ipse fecit. Sumus proinde ad nostri conditoris facti imaginem. Mente pariter, & ratione insignimur, quo vtroque humanæ conditio naturæ perficitur, & vtriusque suffragio subnixi Deum cognouimus, multiuariã pulchritudinem rerum artificis solertia conditarum edocti, per eas qua si litteras quasdã eximiã Dei, & singularẽ circa omnia prouidentiã, pariter, & sapientiã legẽdo agnoscimus. Boni a malo discernẽdi facultate

prædi ti sumus quod conducibile est, vt eligamus, quod pernicioſum, vt auerſemur, ac vitemus ipſa nos edocuit natura. Per peccatum alieni a Deo effecti, in gratiam rurſum per vnigeniti ſanguinem ſumus reuocati, & ſeruituti ignominioſæ exempti. Spes inſuper reſurrectionis fruitio multiplex angelicorum bonorum. Regnum cæleſte, repromiſſa bona mentis rationiſque vim omnem exuperantia. 7 Quinam non conueniat hæc cenſere, cauſas ſuggerere nobis gaudij numquam deſituri, ac perpetis lætitiæ abunde ſufficiẽtes, atque idoneas, magis vero eum, qui ſit ventris ſtudio addictior cuius aures iugi tibiarum modulatione demulceantur, in lectulo præmolli ſecubãs, ſe in vtrũlibet latus motitet, ac deſtertat, talem putare in vita merito gaudere? Ego contra, cenſuerim quidem iſtis conuenire potius, vt ab eis luctuoſo planctu complorentur, qui ſanæ ſunt mentis compotes, eos e diuerſo dixerim beatos, qui æquanimiter ferunt præſentis vitæ incommoda certa ſpe ſæculi illius futuri quique præſentia æternis permutant, etiam ſi media in flamma degant, qui Deo couniti ſunt exemplo trium puerorum iuxta Babylonem, quamlibet vna cum lenibus in carcere detinentur, quamuis ab immani ceto abſorpti ſint, hos a nobis liceat felices prædicare, ac beatos, eoſque viuere gaudio perfuſos, non quidem præſentium contuitu angore contractos, magis autem ſpe nixos eorum quæ in futurum repoſita nobis ſunt, mirabili iucunditate recreatos. Etenim in gymnicis agonibus quotquot prius inſueuerunt tolerandis laboribus palæſtricis, neutiquam contrahuntur animo, aut mærent ad irrogatæ plagæ dolorem, magis autem aduerſarios adoriuntur cominus congreſſuri, vt qui nihili ducunt mox adeundos labores tanto flagrant de- 8 ſiderio obtinendi celebris præconij. Itidem, & amanti virtutis, vt non nihil acerbi caſus, aut aſperioris incommodi obortum fuerit, eius tamen gaudium nulla poſſit interpolare triſtitiæ nubes, quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio *Rom. 12.* vero ſpem, ſpes denique non confundit. Ea propter alio item loco ab eodem iubemur, in tribulatione patientes, vt ſimus, & ſpe gaudentes, Spes ſane eſt quæ gaudium illud, con- *Phil. 3.* tubernalem afficit cohabitantem animæ generoſæ, & ad excolendam virtutem ſolicitæ. Idem alioquin Apoſtolus præſcribit, & nobis, vt vna cum flentibus, & ipſi fleamus. Quin Galatis *Hier. 15.* ſcribens flebat ſuper inimicis crucis Chriſti. Quid tandem opus ſit commemorare Hieremiam flentem, multos inſuper ſanctorum cerne reliceat ingemiſcentes. Hei mihi mater, vt *Micheæ 7* quid me genuiſti? Et hei mihi, perijt ſanctus de terra, & qui benefaciat in hominibus non eſt. Et hei mihi quia factus ſum ſicut qui colligit ſtipulam in meſſe. Vtque compendio omnia audias, ſicubi deprehenderis vocem depromentes in amænam, ac mœroris indicem, tibi perſuadeto, hoc omnes ingemuiſſe mundi iſtius, & eius quæ in eo eſt, vitæ miſerijs. Heu me quia incolatus meus, prolongatus eſt. Deſide- *Pſal. 119.* rium enim illi eſt diſſolui, & cum Chriſto eſſe. *Phil. 1.* Huius ſane incolatus protelationem grauatim fert, & ægro animo, perinde ac expectati illius gaudij impedimentum. Quin ipſe Dauid in ſuis Canticis ad nos usque tranſmiſit lamentationem ſuper amico Ionatha, in qua quidem 9 ſuum eadem opera luxit inimicum. Doleo ſuper te frater mi Ionatha. Et filiæ Hieruſalem ſuper Saul flete. Namque hunc, vt immortuum peccato luget, Ionatham vero, vt indiuiduum vitæ ſuæ ſodalem. Sed & Chriſtus luxit, & lugentes beatos prædicat. Obiecerit quiſpiam, quoniam pacto hæc concinunt apoſtolicæ ſententiæ, ſemper gaudete? Lacrymæ enim, & gaudium haud quaquam ſortiuntur originem ex ijſdem principijs. Lacrymæ enim exoriri ſolent ex impetu quodam, & impreſſione minus præuiſa, ac ſi illata eſſet plaga, qua contraheretur anima, compreſſo, & coangustato ſpiritu circa cor. Gaudium autem exultatio eſt quædam veluti ſubſilientis animæ, & ſe diffundentis, quod ex ſententia aliquid obuenerit. Vnde in triſtitia corpus palleſcit, & gaudens ſubrubro colore aſpergitur. Vnde ſanctorum lamenta, lachrymæque proſiliunt a feruore charitatis, qua toti erga Deum flagrant. Oculis enim cordis in eum indiuulſe coniectis, quem diligunt, lętitiam ſibi illinc accumulant, dumque moderantur, & regunt, quę ad conſeruos ſuos attinent, in peccatis deprehenſos lugent, & eoſdem fuſis lachrymis reuocant ad melioren vitæ frugem. Vt enim qui conſiſtunt in littore eorum indoleſcunt vicem, qui marinis fluctibus immerguntur, neque interim vllam adeunt iacturam propriæ ſecuritatis, ob anxiam qua periclitantibus condolent cogitationem, itidem, & qui vltroneo mœrore ſe afficiunt ob peccata proximorum, haud quaquam per id lætitiam exinaniunt ſuam, verius auctiorem eam, & cumulatiorem reddunt, vt qui perfrui merentur Domini ſui gaudio ob lachrymas in- 10 gratiam fratris effuſas. Quo circa beati qui *Matt. 5.* flent, quoniam ipſi conſolabuntur, & ipſi ridebunt. Riſum vero dicit hic, non obſtrepe- rum ſonum, qui efferueſcente ſanguine editur per genas, ſed ſinceram prorſus hilaritatem nulliuſque immixtam fermento triſtitiæ. Apoſtolus igitur, vt cum flentibus, & ipſi fleamus, permittit, quod eius modi lachrymæ ſint ſeminarum quoddam ac fœnus quibus æternum illud gaudium increſcit quotidie ac cumulatur. Contemplare admirabilem illum Angelorum ſtatum, alia ne vlla eos addecet vitæ conditio, quam, vt perpeti gaudio iugique lætitia ſe exſatient hoc nomine, quod digni habiti ſint, qui aſtent Deo, & gloriæ ſui conditoris inenarrabili pulchritudine perfruantur? Vt igitur beatæ illius vitæ imaginem quadantenus conemur exprimere iuſsit nos gaudere ſemper Apoſtolus. Chriſtus autem Lazarum mortuũ lachrymatus eſt, vt ſe noſtræ

noſtræ infirmitati attemperaret, & doceret hos affectus, qui vitari non queunt adſtringere, & circumplecti intra moderatam quandam tẽperiem, & certos limites. Nimirum inclementiam quidem, quæ nullius tangitur commiſeratione declinans, ceu feram immanem, ſtudium vero affectati doloris, & immoderatam lamentationem velut rem ingeneroſam excludens, 11 ac vitans. *Infra*: Concludens ait: Nulla quamlibet ſplendida, ac luculenta rerum humanarum conditio animæ tuæ ingerat gaudium, quòd immoderatum ſit, nullæ res afflictiuæ, aut triſtes illam deijciant de gradu ſuæ celſitudinis, & maturæ grauitatis mærore, aut calamitate contractam. Contubernalis apud te ſit apoſtolicum mandatum, quo admoneris ſemper, vt gaudeas. Id quod fiet, ſane ſi carnis quidem tumultuantem, & obſtreperam intemperiem auerſeris, animæ vero adſciſcas lætitiam. Et iucunditatem, ſe nihil indignam, ſi præſentis, & momentaneæ voluptatis ſenſum tranſgreſſus, mentis tuæ conceptum protenderis ad ſpem vſque indubiam bonorum, quæ in æternum duratura ſunt, qnorum vel ſola imaginatio abunde ſufficiat ad animam continenti iucunditate explendam, ac proinde in cordibus noſtris gaudium perpes, & exultatio angelicorum ſpirituum ſibi deliget domicilium.

12 *Hom. 18 ad populũ Antiochenum n. 3.* CHRYSOSTOMVS explicat verba illa Pauli ad Philipenſes quarto, Gaudete in Domino ſemper, ſic habet: Scimus multis videri non poſſe fieri, quod dictum eſt. Quomodo namque fieri poteſt inquit, vt qui homo eſt ſemper gaudeat? Gaudere namque non difficile, continue vero gaudere impoſſibile videtur. Forte quis dicet, multæ nos triſtitiæ neceſſario circumcurſant. Vel enim filium quis amiſit, vel vxorem, vel amicum, vel pecuniarum paſſus eſt mulctam, vel in ægritudinem incidit, vel aliarum rerum ſuſtinuit iacturam, vel contumeliam paſſus indoluit, vel fames, vel peſtis, vel exactio intorelabilis, vel familiaria negotia, quin immo nũquam omnia recenſere poſſemus, quæ nos priuatim, & publice mœrore afficere conſueuerunt. Quomodo igitur poſſibile ſemper gaudere? Poſſibile eſt o homo, alias non admonuiſſet Paulus. Gaudere cupiunt omnes, & propter hoc omnia faciunt, & dicunt, & negotiantur. Etenim mercator propter hoc nauigat, vt pecunias cõgreget, congregat autem pecunias, vt habens repoſitas gaudeat. Et exercitus ductitans propterea tractat arma, & agricola, propterea terram colit, & artem quiſque ſuam propterea tractat, & dominationis cupidi, ideo 13 cupiunt, vt gloria fruantur, gloria vero frui volunt, vt gaudeant. Lætitiam itaque cupiunt omnes, aſſequi vero non omnes poſſunt. Neſciunt enim viam eo tendentem. Sed multi putant, quod diuitijs affluere huius ſit cauſa. Si hæc autem cauſa fuiſſet, nemo diuitias poſſidentium vnquam fuiſſet dolore preſſus, nunc vero diuitum multi, vitam non vitalem eſſe putant, & innumeras mortes exoptant, cum aliquam aduerſitatem ſenſerint, & hi maxime ſunt vehementer dolentes. Ne mihi quippe menſas ipſorum reſpexeris, nec aſſentatores, & paraſitos, ſed res ex ipſis orientes, infeſtationes, & calumnias, pericula, anxietates. *Infra*: Alij rurſum putant quod bona valetudo ſit voluptatis cauſa. Non eſt autem, multi namque bene valentes, & ipſi millies mori optauerunt, illatas ſibi non ferentes calumnias. Alij rurſum gloria potiri, & imperio inſignitum eſſe, & magiſtratus adminiſtrare, & a multis, adulationibus demulceri continuæ lætitiæ cauſam eſſe dicunt. Sed nec iſtud eſt. Etſi enim ad ipſum mente regnum aſcendamus, in illo quoque viuẽtem multis circunuentum moleſtijs inueniemus, & tanto plures triſtitiæ neceſſitates habentem, quanto maiori quoque rerum faſtu 14 circundatus eſt. Cum igitur nec regnum vitam ſine triſtitia reddere poſsit, quid aliud hoc præſtare poterit? Humanorum quidem nihil, ſed ſolum Pauli verbum breue quidem id, ſed altum nobis hunc aperiet theſaurum. Non enim ſimpliciter dixit, gaudete ſemper, *Phil. 4.* ſed addidit continuæ voluptatis cauſam, cum dixerit gaudete in Domino ſemper. In Domino gaudens ex accidente nullo, voluptate hac excidere poteſt. Alia nempe cuncta, in quibus gaudemus mutabilia ſunt, & tranſitu facilia, & facile vertuntur, nec hoc ſolum habent moleſtum, ſed etiam quòd manentia non tantum afferunt nobis voluptatem, vt ex alijs naſcentem triſtitiam repellant, & obumbrent, Dei vero timor hæc habet vtraque, ſtabiliſque eſt, & immotus, & tantam emittit lætitiam, vt nullus nos aliorum ſenſus malorum capiat. Deũ enim ſicut oportet timens, & in ipſo confidens voluptatis radicem lucratus eſt, & omnem habet lætitiæ fontem. Et ſicut in mare decidens immenſum ſcintilla breui facile deletur, ſic quantacumque Deum timenti illidantur, velut in vaſtum lætitiæ pelagus incidentia extinguũtur, atque perduntur. Et reuera, hoc eſt maxime mirabile, quòd cum adſint quæ contriſtare ſolent, permanet ipſe gaudens. Si nihil enim adeſſet triſtificum, non eſſet ipſi magnum ſemper poſſe gaudere. Multis autem incumbentibus quæ in triſtitiam impellant, omnibus eſſe ſuperiorem, & in medijs triſtibus lætari, hoc eſt admirabile, & ſupra naturam humanam, quod infinitis vndique vndis circundati tranquillitate pura fruentibus, melius diſpoſiti ſunt. Quod igitur nullam exterio- 15 rem vitam gaudium continuum habentem inuenire licet, ex dictis patet. Quod autem fidelis non poteſt, non continua voluptate frui rurſum & hoc ipſum demonſtrare conabor, non vt diſcatis tantum, ſed etiam vt hac triſtitia carentem vitam ſectemini. Sit enim aliquis nihil in ſe damnandum habens, ſed bona fretus conſcientia, & ad futura anhelans, & expectans illam beatam ſpem, quid hunc quæſo in triſtitiam poterit inducere? Nam omnibus rebus intolerabilior mors eſſe videtur, ſed huius expectatio non tantũ ipſum nõ cõtriſtat, ſed & delectat. Nouit enim quod mortis præ-

sentia, malorum est liberatio, vt cursus ad coronas. Sed filiorum acerba mors. Verum & hoc
Iob 1. generose fert, & dicet Iob verba, Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum. Quòd si filiorum mors non potest contristare, multo minus, & pecuniarum iactura, & accusationes, & calumniæ tam magnum, & generosum animum tangere possent, neque corporis dolore. Quoniam Apostoli flagellabantur, & gaudebant a conspectu concilij, quoniam
Act. 5. digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliã pati. A Christo in contumelijs gaudere instituti sunt, Gaudete enim inquit, & exultate, cũ dixerint omne malum mentientes aduersum vos, quoniam merces vestra multa est in cælis. Sed in morbum incidit? Verum audiuit alium
1. Pet. 1. admonentem, & dicentem, Quoniam sicut in igne probatur aurum, sic homines acceptabiles in fornace humiliationis. Cum igitur neque mors, neque pecuniarum iactantia, neque corporis ægritudo, neque ignominia, neque conuitium, neque quippiam aliud huiusmodi, ipsum contristare possit, verum & magis delectet, quã vnquam tristitiæ materiam habebit? Quid igi-
16 *Rom. 9.* tur inquit, sancti non dolebant? Non audis Paulum dicentem, Tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo? Hoc ipsum nempe admirabile est, quòd tristitia lucrum, & ex lucro voluptatem ferebat. Et hoc est admirabile, quod non mundi tristitia tantum, verum & lætitia damnum habet extremum. In spiritualibus vero contrarium totum, non lætitia tantum, verum & tristitia multum habet bonorum thesaurum. Verbi gratia, Gaudet quis in mundo sæpe inimicum laborantem videns, & per hanc tristitiam multam sibi attrahit pœnam, dolet rursum quis alius fratrem lapsum vidẽs, & per hanc tristitiam, multam sibimet apud Deum beneuolentiam comparat. Sic & Paulus tristabatur propter peccantes, propter non credentes Deo, & ex hac tristitia multam sibi repositam habebat mercedem. *Infra*: Sicut arborum radices ipsæ quidem sunt amaræ, iucundissimos autem nobis fructus ferunt, sic & secũdum Deum tristitia multam nobis afferet voluptatem. Quod enim sæpe dico non rerum natura, sed mens nostra nos contristare, vel lætificare consueuit. Si igitur hanc talem reddamus, qualem esse decet, omnis lætitiæ pignus habebimus. Et sicut corpus non tantum aeris natura, aut exteriores incursus, quantum propria dispositio, & lædit, & adiuuat, sic & in anima, & multo magis. Propterea Paulus innumera passus mala, naufragia, bella, persecutiones, insidias, latronum incursus, & quæ nec oratione numerare licet, & quotidianas mortes moriens non tantum non dolebat, nec indignabatur, Verum & gloriabatur, & gaudebat, dicebatque nunc gaudeo in passionibus meis. Et iterum. Gloriamur in tribulationibus. Gloriatio vero, voluptatis est intensio. Si lætitiam itaque cupis, non pecunias, non corporis sanitatem, non gloriam, non potentiam, non delicias, non lautas mensas, nõ sericarum vestium amictus quæras, sed philosophiam, quæ est secundum Deum tracta, & apprehende virtutem, & nihil eorum quę sunt, aut expectuntur, te poterit cõtristare. Quid dico contristare? Addito tibi sient voluptati, quæ alios contristant, Etenim flagella, & mortes, & mulctæ, & accusationes, & omnia talia, quando propter Deum nobis inferantur, & hãc habeant radicem, multam nobis in animam inducunt voluptatem, & quæ alijs terribilia esse videntur, hæc ipsis sunt desiderabilia.

17 Hom. 54 ad populum cuius titulus est quod nõ datur pariter secundũ Deum, &c.

IDEM inquit: Quomodo enim qui secundum mundum gaudet, in diuitis, in delicijs, in gloria, atque potentia gaudet, qui vero secundum Deum, in ignominia propter eum, in pupertate, in ieiunio, in modestia. Et hæc reuera sunt, quæ veram faciunt lætitiam. Quoniam illa lætitiæ tantum nomen habent, cum omnia sint in tristitia. Quantam habet tristitiam superbus? Quomodo cruciatur dum extollitur, innumeras sibi contumelias inferens, multum odij, multum inimicitiæ, liuoris multum, multum inuidiæ? Quod si a maioribus contemnatur dolet, si non super omnes insurgat, roditur. Humilis autem est in multa voluptate honorem expectans a nemine. Si fortasse quidem honoretur gaudet, si vero non honoretur, nec dolet, gratum enim habet, quod honoratus non fuerit. Igitur ex eo quod honorem, & honorari non requiramus, magna voluptas, illic autem contrarium, & quærit honorem, & non honoratur, Nõ autem æqualiter honore lætatur, & qui quærit eum, & qui non quærit. Ille quantumcumque ceperit, se nihil accepisse putat, hic vel si parũ exhibueris, quasi totum acceperit, suscipit. Rursus qui delicijs vacat, innumeras patitur molestias, licet de facili, & tamquam ex fontibus ipsi prouentus affluant, ex delicijs nascentia patitur mala, & futurorum incertitudinem. Hic autem in securitate semper est, & in voluptate, qui victus tenuitati seipsum assuefecit. Non enim ita semetipsum miserum vocat, quoniam opiparæ mensæ particeps non est, sicut gaudet futurorũ non metuens incertitudinem.

18 Lib. 18. ca. 65. Blaiæ. to. 4. *Mich. cf 4*

HIERONYMVS exponens illa verba, & plantabunt vineas, & comedent fructus earũ, inquit. Hoc erit iuxta illud, quod in Michæa scriptum est. Requiescet vnusquisque sub vinea sua, & sub ficu sua, & non erit qui exterreat. Hæc est vinea quæ in Euãgelio loquebatur. Ego sum vitis, & vos palmites. Huius fructus comeduntur, & bibuntur, & lætificant cor hominis, & inebriant amicos sponsi, & in regno Dei bibuntur quotidie. Sub ficu autem requiescit, & nullius insidias reformidat, qui dulcedine sancti Spiritus fruitur, & illius fructibus saturatur, charitate, gaudio, pace.

Ioan. 15.

19 Lib. 9. in c. 28. Ezech.

IDEM explicans verba illa: Tu signaculũ similitudinis in delicijs paradisi Dei fuisti, inquit. Pulchre ad distinctionem paradisum Dei nominat, vt ostendat esse, & contrarium paradisum non Dei apud eos, qui veritatem mutant mendacio, & paradisum habere se iactant delicijs dediti sæculi, & gaudio mundi.

20

IDEM exponens illa uerba: Animus gaudens

Lib. 1. in c. 17. Prouer. to. 7. dens ætatem floridam facit, spiritus tristis exicat ossa, sic habet: Qui interna Spiritus sancti consolatione lætatur, etiam bonæ actionis flore decoratur, & fructus præmiorum præstolatur cælestium. Qui vero tristitia sæculi, quæ mortem operatur, angitur, pinguedine diuinæ charitatis in robore virtutum, quas exercere videtur, habere nullatenus valet, sed quasi exiccatis ossibus marcescit, quia in bonis actibus, quæ facit gratiam dilectionis amisit.

21 Expos. in Ps. 32. to. 7. IDEM explicans verba illa: Exultate iusti in Domino, ait: Alij exultant in rebus huius sæculi, alij in circo, alij in theatro, sed tu dicit Propheta vnicuique sancto in Domino exulta, & non in prosperitatibus mundi. *Infra*: Quia in eo lætabitur cor nostrum, id est anima nostra lætabitur de spe futuræ remunerationis, & lætabitur Ecclesia in tribulatione.

22 Lib. 3. de virginibus in. 4. AMBROSIVS sic habet: Debet bonæ conscientiæ mentis esse lætitia, non in comessationibus, non nuptialibus excitata symphoniis. Ibi enim intuta verecundia, illecebra suspecta est, vbi comes deliciarum est extrema saltatio. Ab hac virgines Dei procul esse desidero. Nemo enim, vt dixit quidã sæcularium doctor, saltat sobrius, nisi qui insanit. Quod si iuxta sapientiam sæcularem, saltationis, temulentia auctor est, aut dementia, quid diuinarum Scripturarum cautum putamus exemplis, cum Ioannes prænuncius Christi saltatricis optione iugulatus exemplo sit, plus nocuisse saltationis illecebram, quam sacrilegi furoris amentiam? *Infra*: Merito inde in iniuriam diuinitatis proceditur. Quid enim ibi verecundiæ potest esse, vbi saltatur, strepitur, concrepatur?

23 Lib. 12. de Genesi ad litteram to. 3. AVGVSTINVS inquit explicans raptum Pauli in paradisum. Si proprie paradisus nemorosus locus, translato verbo, omnis etiam spiritalis quasi regio, vbi animæ bene est, merito paradisus dici potest. Non solum tertium cælum, verum etiam in ipso homine lætitia quædam bonæ conscientiæ, paradisus est. Vnde & ecclesia in sanctis iuste & pie viuentibus paradisus recte dicitur pollens affluẽtia gratiarum, castisque deliciis, quandoquidem & in tribulationibus gloriatur de ipsa patientia plurimum gaudens, quia secundum multitudinem dolorum in corde consolationes Dei iucundant animam eius.

Psal. 93.

24 Expos. in Psal. 9. co. 8. IDEM exponens verba illa: Lætabor & exultabo in te, ait: In te lætabor non in hoc sæculo iam, non in voluptate contrectationis corporum, nec in palati & linguæ saporibus, nec in suauitate odorum, nec in iucunditate sonorum transeuntium, nec in formis corporum, nec in vanitatibus laudis humanæ, nec in coniugio & prole moritura, nec in superfluis temporalium diuitiarum, nec in conquisitione huius sæculi, sed lætabor & exultabo in te. Videlicet in occultis filij, vbi signatum est in nobis lumen vultus tui Domine.

25 *Psal. 15.* IDEM explicans illa verba Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea, sic habet: Quoniam a dextris est mihi Dominus ne commouear, quoniam affuit mihi, vt stabiliter in eo permaneam, propter hoc iucundatum est cor meum, & exultauit lingua mea. Propter hoc & in cogitationibus meis iucunditas, & in verbis exultatio. *Infra*: Delectationes in dextera tua vsque in finem. Delectatio est in fauore, & in propitiatione tua in huius vitæ itinere, & in propitiatione tua in huius vitæ itinere perducens vsque ad finem gloriæ conspectus tui.

26 Cõcione 1. In Psal. 32. IDEM exponens uerba illa Psalmi 36. Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui, vno verbo dicit: Quis enim sic delectat, quàm ille qui fecit omnia, quæ delectant? *Infra*: Bene psallite ei in iubilatione. Quid est in iubilatione canere? Intelligere, verbis explicare non posse, quod canitur. Etenim illi qui cantant, siue in messe, siue in vinea, siue in aliquo opere feruenti cum cœperint in verbis Canticorum, Exultare lætitia, veluti impleti tanta lætitia, ut eam verbis explicare non possint, auertũt se a syllabis verborum, & eunt in sonum iubilationis. Iubilum sonus quidem est significans cor parturire, quod dicere non potest. Et quem decet ista iubilatio, nisi ineffabilẽ Deum? Ineffabilis enim est, quem fari non potest. Etsi eum fari non potes, & tacere non debes, quid restat, nisi vt iubiles? Vt gaudeat cor sine uerbis, & immensa latitudo gaudiorum metas non habeat syllabarum.

27 Cõcione 2. In Psal. 48. IDEM explicans illa verba: Verumtamen Deus redimet animam meam de manu inferi, cum acceperit me, sic habet: Hic labor, pressura, tribulatio, tentatio. Vbi gaudium? In spe futura. Nam dicit Apostolus semper gaudentes. In tantis tribulationibus semper gaudentes, semper tristes. Semper gaudentes, quia ipse dixit: Quasi tristes, semper autem gaudentes. Tristitia nostra habet quasi, gaudium nostrum non habet quasi, quia in spe certa est. Quare tristitia nostra quasi habet? Quia sicut somnus transit, & dominabuntur recti mane. Nouit enim charitas uestra, quia qui somnium indicat, addit quasi, quasi dicebam, quasi loquebar, quasi prandebam, quasi equitabam, quasi disputabã. Totum quasi, quia cum euigilauerit nõ inuenit, quod uidebat. Itaque modo qui ad lætitias sæculares oculos aperiunt, & cor claudunt, transit, quasi eorum, & uenit uerum ipsorum. Quasi ipsorum felicitas est sæculi, uerum ipsorum pœna est. Nostrum autem quasi tristitia est, gaudiũ non est quasi. Non enim ait Apostolus gaudentes, semper autem tristes, aut quasi tristes, & quasi gaudentes, sed ait: Quasi tristes, semper autem gaudentes. Quasi egentes, multos autem locupletantes tamquam nihil habentes, & omnia possidentes. Ipsum nihil habere, quasi, Apostoli erat. Et omnia possidentes, ibi non dixit quasi. Quasi egebat, non autem quasi, sed uere multos ditabat. Quasi nihil habebat, non autem quasi, sed omnia possidebat.

2. Cor. 6.

28 Concione 1. in Ps. 88. IDEM explicans illa verba: Beatus populus qui scit iubilationem, ait: Nullo modo beatus es, nisi intelligas iubilationem, & scias unde gaudeas, quod uerbis explicare nõ possis. Gaudium

dium enim tuum non de te, vt qui gloriantur in Domino glorientur. Noli ergo exultare in superbia tua, sed in gratia Dei. Et in nomine tuo exultabunt tota die. Thabor ille, & Hermon in nomine tuo exultabunt, si volunt tota die, in nomine tuo exultabunt, sin autē exultabunt in nomine suo non tota die exultabunt. Non enim in gaudio perseuerabunt, quoniam de seipsis gaudebunt, & per superbiam cadent. Ergo vt tota die exultent, in nomine tuo exultabunt. Populus qui scit iubilationem, scit quòd in nomine tuo exultare debet, ambulans in lumine vultus tui.

29 In Ps. 96.

IDEM explicans illa verba: Lux orta est, visio, & rectis corde iucunditas, vel lætitia (vt nostra habet lectio) inquit: Esto rectus corde, & senties iucunditatem, quam norunt omnes, qui recto sunt corde. Iucundamini iusti (vel lætamini. Iam forte fideles audientes iucundamini, conuiuia meditantur, calices præparant, rosarum tempus expectant, quia dictum est, Iucundamini iusti. Vide quid sequitur, in Domino. Esto rectus corde, & semper est tibi de illo iucunditas. Non enim iucunditas quæ est secundum sæculum vera iucunditas est, dicente Esai. 57. Propheta: Non est gaudere impijs, dicit Dominus. Gaudere quod vocant impii, non est gaudere. Quale gaudium nouerat, qui hoc gaudiū improbabat? Credamus illi, fratres. Homo erat, sed ambo gaudia nouerat. Homo erat vtique nouerat gaudia calicis, gaudia mensæ, nouerat gaudium lecti, quia homo erat, nouerat gaudia ista sæcularia, ille qui nouerat illa, ait: Non est gaudere impiis dicit Dominus, ex veritate Domini, hoc ait: Nam illi sibi videntur gaudere, non est autem gaudere impiis dicit non homo, sed Dominus. Vnde ille Hier. 17. ipsum gaudium videns, ait: Diem hominis non desideraui, tu scis. Qui mihi alium diem ostendis, qui me aliam lucem doces, qui me alia iucunditate perfundis, qui aliud mihi intus insinuas, fecisti me non concupiscere diem hominum. Vtique videbat Esaias homines in potatione, in luxuria, in theatris, & in spectaculis; totum mundum luxuriari variis nugis; & tamen clamabat. Non est gaudere impiis, dicit Dominus: Si hoc non est gaudere, quale gaudium videbat, in cuius comparatione hoc non erat gaudium? Tamquam si tu nosses solem, & alicui laudanti lucernam diceres, non est ista lux. Aut si quis simiam miraretur diceres, non est ista pulchritudo. Quare lux non est? Ille pro magno habet, gaudet, exultat, & tu dicis, non est ista lux? Sed dicis ego illam lucem, illam pulchritudinem, quam videbat Esaias nō video. Crede & videbis. Nam quomodo est oculus carnis, vnde lux ista videatur, sic est oculus cordis, vnde illa iucunditas videatur. Lætamini iusti in Domino. Iam iucundati in Domino, iam gaudentes in Domino illi confitemini, quia nisi vellet non in illo gauderemus. Bonum est tibi, vt attendas illum, qui non fallitur, nec fefellit aliquem, qui tibi promisit nō hic lætitiam, sed in se, & cum transierint ista speres, quia cum illo regnabis in æternum, ne cum hic vis regnare, neque hic habeas iucunditatem, nec illic inuenias.

31 Serm. 1. de verbis Apostoli Pauli Rom. 14.

BERNARDVS: Non est regnum Dei esca & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto, ait: Est gaudiū de regno Dei, sed non gaudium carnale, non gaudium sæculare, non gaudium cuius extrema luctus occupat, sed in quod magis tristitia vertitur, non denique gaudium eorum, qui lætantur cum malefecerint, & exultatio quæ in rebus pessimis est, sed gaudium in Spiritu sancto. Vnde autem hoc gaudium interim, nisi de iustitia & pace procedit? Ipsa igitur præcedant, tamquam cellulæ mellis, vt labilem liquorem suauitatis solidior possit materia continere. Erit quando iam ipso simplici melle fruemur, & gaudium plenum, & purum erit, vt non modo in spiritu, sed de ipso quoque spiritu gaudeamus. *Infra*: Duplex est gaudium, quod habes in Spiritu sancto, de memoria futurorum bonorum, & malorum præsentium tolerantia: Gaudete in Domino semper, ait Apostolus, Iterum dico gaudete. Et duplicis huius gaudii materiam secutus adiunxit: Modestia uestra nota sit omnibus hominibus, Dominus prope est. Quid modestia, nisi mansuetudo, & patientia? Gaudeamus ergo de his, quæ expectamus, quoniam Dominus prope est. Iterum gaudeamus de his, quæ fugimus, vt modestia nostra omnibus nota sit.

Phil. 4.

32 Serm. 9. in Cantica.

IDEM explicans illa verba Canticorum 1. Meliora sunt vbera tua vino, ait: Carnis (inquiunt adolescentulæ, sponsæ) voluptatem quapaulo ante tamquam vino ebriæ tenebamur, vincunt hæ, quas tua nobis vbera stillant deliciæ spirituales. Et pulchre vino comparant carnalem affectum, & gaudium. Vt enim vua semel expressa non habet iam, quod denuo fundat, sed perpetua ariditate damnatur, sic caro in pressura mortis ab omni prorsus sua delectatione sicatur, nec vltra reuiriscit ad libidines. Vnde Apostolus: Esca ventri, & venter escis, Deus autem & hunc, & has destruet. Id etiam inundo competit, qui transit, & cōcupiscentia eius, verum vbera non sic. Hæc enim cum exhausta fuerint, rursum de fonte materni pectoris sumunt, quod propinent sugentibus. Merito proinde meliora carnis sæculive amore asserun tur vbera sponsæ, quæ nullo umquam lactentiū numero arefiunt, sed semper abundant de visceribus charitatis, vt iterum fluant. Fluminæ siquidem fluunt de ventre eius, sitque in ea fons aquæ salientis in uitam æternam.

1. Cor. 6.

Ioan. 7.

33 In ep. 1. ad quidam sanctimoniale, prope finem.

IDEM inquit: Verum gaudium non est de terra, sed de cælo. Ideſt non de hac conualle lacrymarum, sed de illa, quam fluminis impetus lætificat, ciuitate Dei. Et reuera illud verum & solum est gaudium, quod non de creatura, sed de creatore concipitur, & quod cum possederis nemo tollet a te, cui comparata omnis alia iucunditas, mæror est, omnis suauitas dolor est, omne dulce, amarum, omne decorum fædū, omne postremo quodcumque aliud delectare possit, molestum.

Gaudium malorum, quale, & quam nociuum sit, sicut & eorum voluptas.
Cap. II.

1 In lib. cuius titulus est reg. breuiores to. 2. Luc. 6. Rom. 2.

BASILIVS interrog. 31. quærit, an in vniuersum ridere non liceat, & ait: Cum Dominus eos damnet, qui in hac vita rident. Admodum perspicuum est, nullum omnino locum dari fideli, in quo ridere debeat, & maxime in tam magno numero eorum, qui per trāsgressionem legis Deum inhonorant, & in peccatis morti sedant, quorum vicem mærere, ac gemere conuenit, & non gaudere.

2 Hom. 4. ex variis in Marcum to mo 2. Leuit. 2.

CHRYSOSTOMVS inquit: Mel in sacrificiis numquam oblatum legimus. Meretur aliquis, & dicat, quare cum oleum, cum simila, cum aries, cum agnus, cum sanguis pecudum, cum cetera offeruntur in sacrificio Dei, mel tantum non offertur? Denique quod dicit, & quodcumque offertur, sale cōditum offertur in sacrificio, & sermo vester sit sale conditus. Mel penitus non offertur. Et quodcumque contigerit, inquit, immundum erit. Mel sane voluptatis indicium est, & suauitatis, semper enim voluptas mortificat, semper voluptas Deo non placet, quodcumque dulcedinem habet, in Dei sacrificiis non offertur. Mel quidem ipsum dulce cum sit, sensum suauitate demulcet, sicut & voluptas, sicut & libido, sicut & lasciuiæ.

3 Homil. 43. in Ioānem. to. 2.

IDEM exponens verba illa Ioan. 6. Operamini non cibum, qui perit, sic habet: Qui pigritiæ deditus est, ventri viuit, deliciis vacat is cibum operatur qui perit. *Infra*: Quænam sæcularium quæso voluptatum vtilitas? Hodie sunt cras elabuntur, hodie flos pulcherrimus cras aridus puluis, hodie ignis ardens cras cinis extinctus. Spiritalia autem perpetuo clara, floridaque & indies splendidiora permanent. Quicquid in finem habet, non admodum pretiosum est, quicquid cessat & hodie est, cras desinit etiam maximum, quam vilissimum est existimandum. Non igitur quæ fugiunt & elabuntur, sed quæ permanent, & numquam mutantur bona prosequamur.

4 Hom. 27. in primā epist. Pauli ad Corinth. to. 4.

IDEM ait: An ignoras quot ex deliciis mala proueniant, risus intempestiuus, verba immodesta & plena exitii, scurrilitas, garrulitas infructuosa & alia, quæ ne dicenda quidem sunt. *Infra*: Delicias amas? Ego te in deliciis esse volo, sed in veris quæ numquam langueſcunt. Quæ igitur veræ deliciæ sunt? Quæ semper florent? Voca ad prandium Christum participem rerum tuarum facias, vel suarum potius, hoc immensam habet voluptatem, & semper florentē. Verum sensibilia non huiusmodi sunt, sed simul & apparent, & abolentur, & qui in deliciis est, nihil melius se habet, quam qui in nullis est deliciis, immo peius. Ille enim tamquam in portu sedet, hic tamquam in fluctibus, & morborum obsidionibus, tantum æstum minime ferre potest.

5 Homil. 39. in 1. ad Corinthios.

IDEM sic habet: In voluptate, præstantissima quidem pars nostri seruit, imperat autem abiectissima, illa excæcatur vndique, vt cæcavinciatur, hæc agat, circumagat vndique, quam conueniebat duci potius. *Infra*: Estq. non menti solum, sed ipsi etiam corpori inimica, & infensa voluptas, ex forti debile reddit, e solido eneruatum, morbidum e sano, tenue ex compacto, ex florente & formoso deforme, olidum ex flagranti, ex mundo & puro impurum, ex utili inutile, ex recenti vetus, ex robusto flaccidum, ex celeri tardum, languens, ex recto claudum. Per voluptatem mille mala malignus ille patrat Satan. Sic totam pessumdedit gentem. Impinguatus enim incrassatus, dilatatus est, inquit, & calcitrauit dilectus. Sodomitis hoc principium fulminum illorū fuit, quod significans Ezechiel, Peccatum hoc, inquit Sodomorum fuit superbia, saturitas cibi, abundantia potus, his deliciabantur. Hinc Paulus: Quæ in deliciis versatur ea uiuens, mortua est, inquit: Quod uelut sepulchrum corpus mille malis deuinctum circumfert. Quod si corpus ita comparatum sit, anima quanto tumultu, quantis fluctibus, quibus procellis erit plena? Hinc inutilis ad omnia fit, nec dicere, nec audire, nec consultare, nec facere necessariarum rerum quicquam potest. Velut gubernator artem tempestate superante, cum naui, cum nauigantibus mergitur, ipse quoque, sic anima cum corpore in horrendum demergitur cupiditatis abyssum. Ventrem porro sic Deus, quemadmodum molam quandam intra nos locauit commensam uim ipsi tradens, & modum statuens certum, quantum molere quotidie oportet. Huc si quid adiiciatur illaboratum relinquitur, hinc nocumentū, hinc morbi, debilitates, deformitates. Non morbidam enim solum, sed & deformem eam, quæ pulchra erat, uoluptas facit. Nam spiritu multitudine eorum quæ ingeruntur distracto, hisque digerendis occupato, quod uegetando corpori cedere debebat, totum absumitur superfluorum subactione. Quid enim podagras, fluxus passim toto corpore oberrantes, morbosceteros, qui hinc sunt, & tragœdiam uniuersam attinet commemorare? Nolo discumbentes modo uoluptarios homines obserues, cum surrexerunt. Vide belluarum corpora non hominum iudicabis, capite nutant, tenduntur, constringuntur, lecto, magno silentio denique uelut tempestate turbentur, his qui se liberent, opus habēt optantes statum eum, in quo erant priusquam distenderentur.

Deut. 32. Ezec. 16. 1. Tim. 5.

6 Epist. 12. ad Gaudētium de Pacatulę infantulæ educatione to. 1.

HIERONYMVS sic ait: Israelitico populo fecit Dominus, ut cupientibus ægyptias carnes usque ad nauseam, & uomitum præberet examina coturnicum, multosq. sæculi prias homines facilius carere experta corporis uoluptate quam eos qui a pueritia libidinem nesciant. Ab aliis enim nota calcari, ab aliis ignota appeti. Illos uitare pœnitendo suauitatis insidias, quas

quas fugerunt. Hos carnis illecebras dulci titillatione corporis blandientes dum mella putant, venena noxia reperire. Mel enim distillare labia meretricis, quod ad tempus impinguat vescentium fauces; & postea felle amarius inuenitur. Vnde & in Domini sacrificiis mel non offerunt, ceraq. contempta, quæ mellis hospitium est, oleum accenditur in templo Dei, quod de amaritudine exprimitur oliuarum. Pascha quoq; cum amaritudinibus comedi in azymis sinceritatis, & veritatis, quas qui habuerit in sæculo persecutionem sustinebit. Prou. 5.

8 IDEM sic ait: Multi philosophorum reliquerunt frequentias vrbium, & hortulos suburbanos, vbi ager irriguus, & arborum comæ, & susurrus aquarum, fontis speculum, riuus immurmurans, & multæ oculorũ, auriumq. illecebræ, ne per luxum, & abundantiam copiarum, animæ fortitudo mollesceret, & eius pudicitia constupraretur. *Infra*: Sed & ipse Plato cum esset diues, vt posset vacare philosophiæ, elegit Academicam villam ab vrbe procul non solum desertam, sed & pestilentem, vt cura, & assiduitate morborum libidinis impetus frangeretur. Discipuliq. sui nullam aliam sentirent voluptatem, nisi earum rerum quas discerent. Quòd si quis existimat, & abundantia ciborum, potionumq. se perfrui, & vacare posse sapientiæ, hoc est & versari in deliciis, & deliciarum vitiis, nõ teneri seipsum decipit: Cum enim procul ab his remoti sæpe capiamur naturæ illecebris, & cogamur ea cupere, quorum copiam non habemus, quanto magis si circumdati retibus voluptatum esse nos liberos arbitremur? Sensus nostri ad eius rei trahitur appetitum, cuius capitur voluptate; vetus quoque sententia est. Difficile est immo impossibile deliciis, & voluptatibus affluentes non ea cogitare quæ gerimus, frustraq. quidam simulant salua fide, & pudicitia, & integritate mentis se abuti uoluptatibus, cum contra naturam sit copiis voluptatum sine voluptate perfrui. Et Apostolus hoc ipsum cauens dixerit, quæ autem in deliciis est vidua, viuens mortua est. Sensus corporum quasi equi sunt sine ratione currentes, anima vero, in aurigæ modum retinet frena currentium. Lib. 2. aduersus Iouinianũ to. 2. 1. Tim. 5.

9 IDEM explicans illa verba: Comedent & non saturabuntur, & fornicati sunt, & non cessauerunt, quoniam Dominum dereliquerunt in non custodiendo, fornicatio, & vinum, & ebrietas aufert cor, ait: Voluptas insatiabilis est, & quanto magis capitur, tanto plus vtentibus se famem creat, vana comedentes fraude deludit, & veteros deuorantium vacuos derelinquit. Fornicati sunt, & non cessauerunt. Vires in fornicatione deficiunt, & fornicandi desiderium non quiescit. Fornicatio & vinum aufert cor. Sicut enim vinum & ebrietas eum, qui biberit mentis suæ impotem facit, ita fornicatio ac voluptas peruertit sensum, animumq. debilitat, & de rationabili homine brutum animal efficit. Cumque ita cor loco suo motum fuerit, ligna, & lapides deos putat, & adorat opera manuum suarum. Lib. 1. in c. 4. Oseæ to. 3.

AMBROSIVS exponens uerba illa Geneſis 9. in quibus Cham discooperuit verenda patris sui ebrii, ait: Omnes mores pessimi erroribus delectantur alienis. Ridet Cham nudatum patrem videns. Omnis namque improbus, quoniam ipse deuius disciplinæ est aliorum lapsus non solum prò sui erroris solatio accipit, quòd consortes inuenerit culpæ, verum etiam improbo lætatur affectu tamquam sua ipse delicta correxerit. Mala mens ergo lætatur præter propositum, quid alicui accidisse sapienti, cum vtique corporis lapsus in vitio esse non debeat, etiam si lapsus putetur. 10 Lib. de Noe & arca cap. 30. to. 1.

AVGVSTINVS exponens illa verba: Qui exaltas me de portis mortis, inquit: Exaltatur homo ab omnibus prauis cupiditatibus, quæ sunt portæ mortis, quia per illas itur in mortem. Mors autem est iam ipsa lætitia in perfruendo, cum quisque adipiscitur, quod perdite concupiuit; radix enim omnium malorum est cupiditas. Et propterea porta mortis est, quia mortua est vidua, quæ in deliciis viuit. Ad quas delicias per cupiditates tamquam per portas mortis peruenitur. 11 In Psal. 9. to. 8. 1. Tim. 6. 1. Tim. 5.

IDEM in vltimis verbis explicans verba illa: Inimici autem mei viuunt, sic habet: Bene est eis gaudent in sæculi felicitate, vbi ego & laboro, & rugio a gemitu cordis mei. Illi sunt, de quibus dicitur in alio Psalmo. Quorum filii sicut nouellæ constabilitæ. Sed superius dixerat. Quorum os locutum est vanitatem, filiæ eorum compositæ circumornatæ, vt similitudo templi, promptuaria eorum plena eructantia ex hoc in illud oues fętosæ abundantes in egressibus suis, boues eorum crassæ, non est ruina maceriæ, neque clamor in plateis eorum. Viuant ergo inimici mei. Hæc vita est, hanc laudant, hanc amant, hanc malo suo habent. Beatum enim dixerunt populum, cui hæc sunt. Quid autem tu, qui curam geris pro peccato tuo? Beatus populus, cuius Dominus Deus eius. 12 In Psal. 37. Psal. 127. Psal. 143

IDEM exponens illa verba: Et plebs tua lætabitur in te, sic habet: Malo suo lætabitur in se, bono suo lætabitur in te. Quando enim voluit habere gaudia de se, inuenit planctum in se. Nũc ergo quia totum gaudium nostrum Deus est, qui vult securus gaudere in illo gaudeat, qui nõ potest perire. Quid enim fratres mei gaudere vultis in argento? Aut argentum perit, aut tu, & nemo scit quid prius, verumtamen illud constat, quia vtrumque periturum est, quid prius, incertum est. Nam nec homo hic potest manere semper, nec argentum hic potest manere semper. Sic aurum, sic vestis, sic domus, sic lata prædia, sic postremo lux ista. Noli ergo velle gaudere in istis, sed gaude in illa luce, quæ non habet occasum, quam non præcedit hesternus dies, nec sequitur crastinus. 13 In Psal. 84.

IDEM explicans illa verba: Venite exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro, inquit: Inuitat ad magnas epulas exultandi nõ sæculo, sed Domino. Nisi enim esset in hoc sæculo exultatio mala, quæ distinguenda est ab exultatione bona sufficeret dicere, venite exultemus. 14 In Psal. 94.

temus. Sed breuiter distinxit. Quid est bene exultare? Domino exultare. Ergo exultatio mala est, exultare sæculo, exultatio bona est exultare Deo. Pie debes Domino exultare, si vis securus mundo insultare. Quid est autem venite? Vnde vocat vt veniãt, cum quibus vult exultare Domino, nisi quia longe sunt, vt veniendo propinquet propinquando accedant, accedendo exultent? *Infra*: Ergo quibusdam longe positis, & male viuentibus psalmus iste, dicit: Venite exultemus Domino. Quo itis, quo receditis, quo disceditis, quo fugitis exultando mundo? Venite exultemus Domino. Quo itis exultare, vbi deficitis? Venite exultemus in illo, a quo facti sumus, Venite exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro. Quid est iubilare? Gaudium verbis non posse explicare; & tamen voce testari quod corde conceptum est, & verbis explicari non potest, hoc est iubilare. Iubilandumq. est, quoniam Deus magnus Dominus, & rex magnus super omnes deos &c.

15 IDEM inquit: Vnde inest tibi tanta lætitia? Numquid iam diabolum vicisti? Numquid iam inferni pœnas euasisti? Numquid iam de exilio ad patriam venisti? Numquid iam de tua electione securitatem accepisti? An forte in oblionem venit, quod Dominus dixit: Mundus gaudebit, vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. An forte memoria excessit, quod idem alibi dicit: Væ vobis qui nunc ridetis, quia plorabitis, & flebitis. Quod quidem per Salomonem dicitur: Risus dolore miscebitur, & extrema gaudii luctus occupat. Et e contra per Euangelium, Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Quia ergo nescit homo, an odio, vel amore dignus sit, sed omnia in futurum reseruantur incerta, comprime inanem lętitiam, qui necdum euasisti pœnalem ærumnam. Nonne apud omnes insanus iudicatur is, qui tenebris reclusus carceris gaudere conatur? Lib. de conflictu vitiorum & virtutum to. 9. Iacob. 16. Luc. 6. Prou. 14. Matt. 5. Eccle. 9.

16 IDEM sic habet: Anima sancta risum luctum computat, & gaudium in mærorem commutat, cui mundus carcer, cælumque habitatio est, cui exultatio de præsentibus nulla est, quia in illo tantum gaudere appetit, qui super omnes est. Vnde in sancto Cantico cum diceret Virgo glorioſa, Magnificat anima mea, & exultauit spiritus meus, signanter addidit, in Deo salutari meo. Ac si diceret, Anima mea, quæ magnificat Dominum, non in quolibet alio, sed in illo tantum exultat, quem amando magnificat. Nouerat enim esse aliam vituperabilem exultationem, qua mundus gaudere dicitur, tendens ad luctum, & de quibus Salomon ait: Lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Hinc & Apostolus non quodlibet gaudium in sanctorum cordibus esse describit, sed in Spiritu sancto. Hinc Dauid cum diceret, gaudete iusti subiunxit in Domino. Hinc cum Domino diceret, Gaudebunt labia mea dum cantauero, addidit, tibi. Hac enim exultatione nullus eorum gaudet quisquis de præsentibus tantum exultat, æterniſq. bonis interesse non concupiscit cum exilium patria esse creditur, & mors vitæ æstimatur, cui Deus venter est. *Infra*: Ingemisce ergo o sancta anima, quæcumque in Domino exultas, & quoties te ab hac exultatione abstractam videris esse, dicito: Ne proiicias me Domine a facie tua, & spiritum sanctũ tuum ne auferas a me, redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Et hic attentius intuere, quam exultationem petierit. Quod enim Hebraice Iesus, hoc Latine salutaris dicitur. Quæ enim hæc lætitia est Iesu? Cõtemplatio eius, qualis venturus est in gloria sua? Christus enim Iesus fleuit, sed numquam eum risisse memoratur. Hinc plane, hinc in spe gaudent omnes electi, cum cœperint aduersitatibus mundi fatigari, & nullis eius prosperitatibus fallaciter decipi. Psal. 50.

GREGORIVS explicans illa verba Iob cap. 20. Hoc scio a principio, ex quo positus est homo super terram, quòd laus impiorum breuis sit, & gaudium hypocritæ ad instar puncti, sic habet: Hypocrita gaudet in prima sessione, hilarescit in primo recubitu, inflatur in prima salutatione, eleuatur in reuerenti voce obsequentium, tumet in famulatu subditorum. Sed hoc eorum gaudium æternitati comparatum quid erit, quando irruente mortis articulo ita consumitur, ac si omnino non fuerit? Cuius nimirum gaudij lætitia pertrãsiit, & pœna permanet. Bene autem dicitur: Gaudium hypocritæ ad instar puncti. In puncto enim stylus mox, vt ponitur, leuatur, nec mora vlla agitur, vt per exprimendam lineam trahatur. Itaque gaudium hypocritæ ad similitudinem puncti est, quia apparet ad momentum, sed disparet in perpetuum, & sicut stylus in puncto dum ponitur, leuatur, sic hypocrita præsentis vitæ gaudia dum tangit, amittit. 17 Lib. 15. moral. cap. 2. to. 2.

IDEM exponens uerba illa Iob capite 30. Qui inter huiuscemodi lætabantur, & esse sub sentibus delicias computabant, inquit: Reprobi lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis, & lachrymarum causas tripudiantes peragunt. Inter huiuscemodi lætantur, quia nimirum attendunt transitoria, quæ percipiunt, & intueri negligunt permanentia bona quæ perdunt. Cumque amore temporalium flagrant, veram lætitiam volentes ignorant, quam si studiose cognoscere quærerent, quàm flenda sint gaudia quæ appetunt, viderent, sed dum meliora scire contemnunt, sola sibi velut summa eligunt, quæ visibiliter oculis fugaci seductione blandiuntur. Visibilia sequentes, cor figunt, & tanto extrinsecus gaudent, quanto recordationem sui intrinsecus non habent. *Infra*: Et esse sub sentibus delicias computabant, quia peccatorum delectationibus pressi ex affectu vitæ præsentis, quàm sint aspera, quæ patiuntur ignorant. Lætantur itaque sub sentibus, quia rebus quidem temporalibus gaudent; sed tamen dum dispensare sine tribulatione eadem temporalia non valent, ea cura punguntur miseri, qua premuntur. Manent sub sentibus, & has ipsorum delicias æstimant, quia & dura quidem 18 Lib. 20. moral. cap. 16. Prou. 2.

dem ex præsentis vitæ amore tolerãt; & tamen affectu nimiæ cupiditatis obligati, laborẽ eiusdem tolerantiæ voluptatem putant. Vnde Hieremias totius in se humanæ conuersationis speciem sumens per lamentum queritur dicens. Inebriauit me absynthio. Absynthio inebriatur, quia & hoc quod sumpsit amarum est, & tamen non intelligit eandem amaritudinem, qua repletur. Mundi gloriam sitiens, dum multas pro ea tribulationes reperit amarum est, quod bibit, sed quia hoc nimis inhiãter sumpsit eiusdem amaritudinis malum discernere iam præ ipsa ebrietate non sufficit.

19 Expos. in 2. Psal. Pœnitent. to. 2. IDEM explicans verba illa: Lætamini in Domino, & exultate iusti, inquit: Non est gaudere impiis, dicit Dominus, quia qui terrenarum rerum amore vincitur, in Deo nullatenus delectatur. Et quanto quis ad temporalia acriori cura exarserit, tanto magis ab æternis damnabili torpore frigescit. Iustus ergo solummodo, vt in Domino lætentur, dicitur, quia qui Deum toto corde non diligunt, in eo lętari quãdiu sæcularibus delectantur non possunt. Scriptum est enim: Quicumque amicus huius sæculi, esse voluerit, inimicus Dei constituitur. Iac. 4. Neque enim possumus hic gaudere cum sæculo, & illic regnare cum Christo. Sed iusti tantum in Domino exultant, quia ita extra mundũ sunt facti, vt nec prosperari in mundo cupiant, nec aduersa pati, nullo tacti præsentium amore pertimescant. Et notandum quia non solum lætamini dixit, sed etiam exultate adiecit, vt intelligas eos non posse tristari in corpore, quibus diuinæ claritas miserationis fulget in mente. Et gloriamini omnes recti corde: illi quidem qui habent cor ad terrena distortum, non gloriantur in Domino, quia spem suam posuerunt 2. Cor. 10. in mundo. Vos autem qui cor vestrum secundum Dei voluntatem dirigitis, in spe beatitudinis æternæ gloriari debetis, vt qui gloriatur in Domino glorietur. Illa namque sine dubio est vera gloria, quam nullius mæstitiæ obtenebrat pœna.

20 Lib. 5. in c. 11. 1. libri Reg. c. 2. IDEM explicans illa verba Samuelis: Et nolite declinare post vana, quæ non proderunt vobis, neque eruent vos, quia vana sunt, ait: Quicquid in hoc sæculo lætum, delectabile, sublime, aut prosperum cernitur vanum profecto est, quia difficile habetur, & cito amittitur. Repente quidem alta sæculi corruunt, pulchra transeunt, læta, & prospera euanescunt. Nam cum stare in his floribus suis mundus blandiẽs cernitur repentina fortuna turbatur, aut festina, & omnia deturbante morte concluditur. Vana ergo sunt gaudia sæculi, quæ quasi manentia blandiuntur, sed amatores suos cito transeundo decipiunt. Et notandum quia de futuro dicitur, non proderunt uobis. Quia nimirum nunc prodesse cernuntur, sed cum in futuro pro eis puniri cœperint, nequaquam prosunt, neq; eruent vos, quia uana sunt. Quasi dicat, idcirco uos tunc non adiuuant, quia cum mundo deficiunt, & post sæculum non habentur. Post sæculum non prosunt, quæ finem vitæ transire non possunt. Multum quidem sæculi bona durant, si cum amatore vsque ad extremum vitæ perueniunt. In hac quidem vita suos amatores peccatis obligant, sed tunc non eruent, vbi quidem per meritum sunt, sed per auxilium non sunt.

Gaudium, consolationes, & requiem in hac vita, & in futura habent sancti, sed differenter. Cap. III.

1 Hom. 27. in c. 3. Numerorum to. 1. ORIGENES exponens peregrinationem Iudæorum in deserto, eam ad mores accommodans, ait: Applicuerunt Israelitæ ambulantes diebus tribus per desertum, & castrametati sunt in Mara. Profectiq. de Mara venerunt in Elim, vbi erant duodecim fontes aquarum, & palmæ septuaginta, ibique castrametati sunt. Applicuerunt ad amaritudines, quas audiens non pauescas, neque terrearis. Omnis Heb. 12. enim disciplina ad præsens non videtur esse gaudij, sed mæroris, nõ dulcis, sed amara; postea vero fructum dulcissimũ, & pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ. Nec est possibile peruenire ad terram repromissionis, nisi per amaritudines transeamus. Sicut enim medici amaritudines quasdam medicamentis inserũt, salutis prospectu, ita & salutis prospectu medicus animarum nostrarum amaritudines nos vitæ huius voluit pati in diuersis tentationibus: sciens, quia finis huius amaritudinis, animæ nostræ dulcedinem salutis acquirat. Sicut & e contrario finis dulcedinis, quæ est in voluptate corporea, amarum finem reddit in infernũ pœnarum. Tu ergo qui iter virtutis incedis, non refugias applicare ad amaritudines; proficiscens enim & inde, sicut & filij Israel. Profecti sunt, inquit, de amaritudine, & venerunt in Elim. Elim est vbi sunt duodecim fontes aquarum, & septuaginta duæ arbores palmarum. Vides post amaritudines, post asperitates tẽtationum, quàm te amœna suscipiunt loca. Non venisses ad dulcedinem fontiũ, nisi prius quę tristia fuerũt, & aspera superasses. Nõ quo iam finis sit in his, itineris, & perfectio cunctorum, sed dispensator animarum Deus in ipso itinere interserit laboribus etiam quędam refrigeria, quibus refota anima & reparata promptior redeat ad reliquos labores.

2 Hom. 10. in Psal. 125. IDEM explicans quod Axa filia Caleph postulauit a patre suo irriguum superius, & irriguum inferius, inquit: Accepit Axa irriguum superius, & inferius. Quod euidentius Apostolus dicit: Promissionem habens vitę, quæ nunc est, & futuræ. Et vt Saluator repromittit ijs, qui verbi sui perfectionem sequuntur, quia accipiant centuplum in præsenti sæculo, in futuro autem vitam æternam consequantur. Hoc

Hoc est ergo accepisse in benedictione irriguũ superius & inferius.

3 Hom. 4. in 15. Ezech. to. 2. IDEM explicans illa verba: Fili hominis terra cũ peccauerit mihi, extẽdam manũ meam super eam, etsi fuerint tres viri isti Noe, Daniel, & Iob ipsi iustitia sua liberabunt animas suas, inquit: Oboritur quæstio, quare cum tanti sint iusti nunc tantummodo tres nominantur, Noe, Daniel, & Iob. Audiui quondam a quodam Hebræo hunc locum exponente, atque dicẽte. Ideo hos nominatos, quia vnusquisque eorum tria tempora viderit, lætum, triste, & rursum lætum. Vide Noe ante diluuium, cõsidera mundum integrum, & eundem post Noe in totius orbis naufragio solum cũ filijs suis, & animalibus in arca seruatum. Considera quomodo post diluuium egressus sit, & plãtauerit vineam, quodammodo secundi rursus orbis creator existens. Daniel ante captiuitatem in patriæ floruit nobilitate, & deinceps in Babylonem translatus eunuchus effectus est, vidit & reuersionem in Hierusalem, quia post septuaginta annos inuenitur deprecãs Deum, vt completo iam tempore captiuitatis rursum ingrediatur Hierusalem. Habuit ergo tria tempora, ante captiuitatem in captiuitate, & post captiuitatem. Talis iustus est. Iob fuit locuples, deinde accepit potestatem diabolus aduersus eum ad vltimam deductus egestatem, & filiorum orbitatem. Ecce duo tempora. Post hæc apparet ei Dominus, & loquitur ei de nube, & factæ sunt ei oues, quattuordecim millia &c. & nascuntur ei filii & filiæ. Tria vident iusti tempora, præsens lætum testimonio bonæ conscientiæ aliud terribile, in iudicio, & tertiũ lætum futurum post resurrectionem mortuorum in beatitudine.

4 Lib. 1. in c. 3. Proverb. to. 7. HIERONYMVS exponens illa verba: Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ & gloria, inquit: Visione suæ diuinitatis electos in perpetua luce condonat, & eosdẽ in præsenti vita incarnationis suæ sacramentis, & charismatibus illustrat, ac roborat. Dat eis qui ob sapientiam comparandam sua omnia vendunt centuplum in hoc tempore, & in sæculo venturo vitam æternam. *Infra*: Lignũ vitæ est his, qui apprehenderint eam, & qui tenuerit eam beatus. Sicut in medio paradisi lignum vitæ Moyses esse testatur, ita per sapientiam Dei, videlicet Christum viuificatur Ecclesia, cuius & nunc sacramentis carnis, & sanguinis pignus vitæ accipit, & in futuro, præsenti beatificatur aspectu. Proub. 3.

5 In Psal. 86. to. 8. IDEM exponens uerba illa: Sicut lætãtium omnium habitatio in te, sic habet: Propheta loquitur ad Ecclesiam, & dicit ei: Sicut lætantium omnium habitatio est in te. Quare non dixit lætantium omnium habitatio in te, sed dixit, sicut lætantium omnium. Dicitur in alio Psalmo: In conuertendo Dominus captiuitatẽ Sion facti sumus, sicut consolati, & non dixit consolati. Sic & in isto loco dicit, sicut lætantium omnium habitatio est in te. Hoc totum quare dicit? Quoniam in præsenti sæculo quãuis aliquis sanctus sit, quamuis renunciet sæculo non habet perfectam victoriam. Denique dicitur in Euangelio, Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur, Matt. 5. Beati qui flent, quoniam ipsi ridebunt, manifestum est, quoniam in præsenti sæculo non est certa lætitia, ergo lætitia nostra quasi lætitia est.

6 Lib. 1. in c. 1. epist. Pauli ad Ephes. to. 6. IDEM explicans illa verba Apostoli: Signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostræ, inquit: Quicumque spiritum sanctum repromissionis acceperit, simul consequetur, & arrabonem hereditatis. Arrabo enim futuræ emptioni quasi quoddam testimonium, & obligamentum datur; hereditas autem vita perpetua est. Et quomodo ex arrabone æstimatur qualis emptio futura sit, & quæ possessio, verbi gratia ex decem solidis cẽtum solidorum villa, & ex centum solidis mille solidorum possessio, ita ex varietate arrabonis, hereditatis quoque postea secuturæ magnitudo cognoscitur. Quamuis autem sanctus sit aliquis, atq; perfectus, & omniũ iudicio beatitudine dignus putetur, tamen ad futuram hereditatem nũc arrabonem est spiritus consecutus. Si autem arrabo tantus, quanta erit ipsa possessio? Quomodo autem arrabo qui nobis tribuitur, non est extra nos, sed intra nos est, sic & ipsa hereditas, hoc est regnum Dei quod intra nos est, in nobis versatur intrinsecus. Iste autem spiritus repromissionis sanctus qui est arrabo hereditatis nostræ, idcirco nunc sanctis datur, vt redimantur, & copulentur in Deo in laudem gloriæ ipsius.

7 In Psal. 41. to. 8. AVGVSTINVS explicans illa verba: Transibo in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei in voce exultationis, & confessionis sonus epulantis, sic habet: Percepit quandam dulcedinem, sequendo interiorem nescio quam, & occultam voluptatem tamquã de domo Dei sonaret suauiter aliquod organum. Et cum ille ambularet in tabernaculo audito quodã interiore sono ductus dulcedine sequens quod sonabat, abstrahẽs se ab omni strepitu carnis & sanguinis peruenit vsque ad domum Dei. Nã viam suam, & ductum suum ipse commemorat sic, quasi diceremus ei miraris tabernaculũ in hac terra, quomodo peruenisti ad secretum domus Dei? In voce, inquit, exultationis & confessionis soni festiuitatem celebrantis. Festa cũ hic homines celebrant suæ luxuriæ, consuetudinẽ habent constituere organa ante domos suas, aut ponere symphoniã, vel quæcũque musica ad luxuriam seruientia, & illicientia, & vbi audita fuerint hæc quid dicimus, qui transimus? Quid hic agitur? Et respondetur nobis aliqua esse festa. Natalitia, inquit, celebrãt, nuptiæ hic sunt, vt non videantur inepta illa cantica, sed excusetur festiuitate lætitia. In domo Dei festiuitas sempiterna est. Non enim ibi aliquid celebratur, & transit. Festum sempiternum, chorus Angelorum vultus præsens Dei, lætitia sine defectu. Et dies illis festus ita est, vt nec aperiatur initio, nec fine claudatur. De illa æterna & perpetua festiuitate sonat, nescio quid canorum, & dulce auribus cordis, sed si non perstrepat mundus. Ambulanti in hoc tabernaculo admirabili Dei, & miracula Dei in

redemptionem fidelium considerant, mulcet aurem sonus festiuitatis illius, & rapit ceruum ad fontes aquarum. Sed quia fratres quamdiu sumus in corpore hoc peregrinamur a Domino, & corpus quod corrumpitur, aggrauat animã, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem, etsi vtcumque nebulis fugatis ambulando per desiderium, ad hunc sonum peruenerimus interdum, vt aliquid de illa domo Dei nitendo capiamus, onere tamen quodam infirmitatis nostræ ad consueta recidimus, & ad solita ista dilabimur. Et quomodo ibi inueneramus vnde gauderemus, sic hic non deerit, quod gemamus. Etenim ceruus iste manducans die ac nocte lachrymas suas raptus desiderio ad fontes aquarũ, interiorem scilicet dulcedinẽ Dei, effundẽs super se animam suã, vt tangeret quod est super animam suam, ambulans in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei, & ductus interioris, & intelligibilis soni iucũditate, vt omnia exteriora contemneret, & in interiora raperetur; adhuc tamen homo est, adhuc hic gemit, adhuc carnẽ fragilẽ portat, adhuc inter scandala huius mundi periclitatur. Quare, inquit, tristis es anima mea, & quare conturbas me. Ecce iam quadam interiori dulcedine lætati sumus. Ecce acie mentis aliquid incommutabile, & si perstrictim & raptim perspicere potuimus. Quare adhuc conturbas me, quare adhuc tristis es? Et quasi responderet illi anima eius in silentio, quare conturbo te, nisi quia nõdũ sum ibi, vbi est dulce quo sic rapta sum quasi per transitum? Numquid iam bibo de fonte illo nihil metuens? Iam nullum scandalum pertimesco, iam de cupiditatibus omnibus tamquã edomitis, victisq; secura sum? Nonne aduersus me diabolus vigilat hostis meus? Nõne laqueos mihi quotidie deceptionis intendit? Nõ vis vt conturbem te posita in sæculo, & peregrina adhuc a domo Dei mei? Sed spera in Dominum, respondet conturbanti se animæ suæ, interim habita in spe, salutare vultus mei Deus meus.

9 In Psal. 67. IDEM explicans verba illa: Iusti epulentur (vel iucundentur) & exultent in conspectu Dei, & delectentur in lætitia, ait: Hoc fiet cum audient iusti, Venite benedicti Patris mei, percipite regnum. Iucundentur ergo qui laborauerunt, & exultent in conspectu Dei. Delectentur in lætitia, non iam exultantes cum tremore, sicut in hoc sæculo quamdiu tentatio est vita humana super terram. *Infra*: Exultate in conspectu *Rom. 11.* eius, non in conspectu hominum, sed in conspectu Dei. Spe gaudentes, in tribulatione patientes. Currus Dei decem millibus multiplex millia lætantium. Spe enim sunt gaudentes, donec perducantur in finem, quem nũc expectant. Mirifice autem cum dixisset, millia lætantium continuo subiecit, Dominus in illis, ne miremur *1.Cor.6.* quòd lætentur Dominus in illis, ideo etsi sunt quasi tristes, semper tamen gaudentes, nec iam ipso fine quo nondum venerũt, sed spe sunt gaudentes quoniam Dominus in illis.

10 Enarrat. in Psal. 74. IDEM inquit: Tota vita humana super terram, sicut scriptũ est: Tentatio est, nec quasi prospera eligenda est, & sola aduersa deuitanda, sed vtraque cauenda est, illa ne corrumpat, ista ne frangat, vt vnicuique hominum in quocumque statu rerum in hac vita egerit, non sit refugium nisi Deus, nec vllum gaudium, nisi in promissis eius. Vita enim hæc qualibet redundans felicitate multos fallit, Deus neminem. Quia ergo omni homini conuerso ad Deum mutatur delectatio, mutantur deliciæ, nõ enim subtrahuntur, sed mutantur. Omnes autem deliciæ nostræ in hac vita nondum sunt in re, sed ipsa spes tam certa est, vt omnibus huius sæculi delicijs præponenda sit, sicut scriptum est: Delectare in Domino. *Psal.36.* Et ne putares te iam habere quod promittit, subiecit statim: Et dabit tibi petitiones cordis tui. Si ergo nondum habes petitiones cordis tui, vnde delectaris in Domino, nisi quia tenes certum promissorem, qui se effecit promittendo debitorem?

11 In Ps. 127. IDEM sic habet: Sæculi homines infeliciter felices sunt, martyres autem feliciter infelices. Erant enim ad tempus infelices, sed in æternum felices. Et in eo ipso quod erãt ad tempus infelices, putabãtur magis infelices, quam erãt. Quid enim dicit Apostolus? Quasi tristes, semper autem gaudentes. Quare semper? Et hic & ibi prorsus. Hic enim vnde gaudemus? de spe. Ibi vnde gaudemus? de re. Magnum gaudium habet spes gaudentis. *Infra*: Labores manuum tuarum manducabis. Quasi peruerse videtur dicere non intelligentibus. Debuit enim dicere: Fructum laborum tuorum manducabis. Multi enim manducant fructum laborum suorum. Laborant in vinea, ipsum laborem non manducãt, sed quod de labore ipsorum nascitur hic manducant. Laborant circa arbores pomiferas, quis manducet labores? Nemo inquam, sed quod illę arbores attulerint, fructus laboris, & ipse iucundat agricolam. Quid sibi vult, labores fructuum tuorum manducabis? Modo labores habemus, fructus postea erit, sed quia & ipsi labores non sunt sine gaudio propter spem, de qua paulo an- *Rom. 11.* te diximus, spe gaudẽtes, in tribulatione patientes, modo nos, ipsi labores nostri iucundant, & lætos nos faciunt de spe. Si ergo labor noster potuit manducari, & potuit iucundare, manducatus fructus ipsius laboris qualis erit? Manduca- *Psal.126* bant labores suos, qui euntes ibãt & flebant mittentes semina sua, quanto iucundius manducabunt fructus laborũ, qui venientes venient cum exultatione portantes manipulos suos? Et vt no 12 ueritis fratres, quia manducatur labor iste in superiore Psalmo audistis dictũ superbis: Surgite postquã sederitis, qui manducatis panẽ doloris. Iste est labor fructuum panis doloris. Nisi enim mãducaretur, non diceretur panis. Nisi autẽ haberet aliquã suauitatẽ panis iste, nemo illũ manducaret cũ tanta suauitate. Plorat in gemitu qui orat. Dulciores sunt lachrymæ orantium, quam gaudia theatrorum. Et audi flammam desiderij, qua mãducatur ipse panis, de quibus dicit: Qui manducatis panẽ doloris. Alio loco dicit amãs iste, cuius vocem in Psalmo plerumque agnoscimus. Factæ sũt mihi lachrymæ meę panes die ac *Psal. 41.* nocte.

nocte. Vnde factæ sunt lachrymæ panes? Dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus. Dulces sunt & ipsę lachrymæ, & pro cibo tibi erũt, quia factus est & ipse tibi panis die ac nocte dum dicunt tibi pagani, vbi est Deus tuus. Sed veniet *Apoc.21.* Deus tuus, de quo dicitur, vbi est, & absterget lachrymas tuas, & ipse pro pane lachrymarũ succedet, & te in æternũ saginabit Verbo Dei, quo pascuntur angeli. Interim modo labores fructuum, postea fructus laboris. Labores fructuum tuorum manducabis, beatus es, & bene tibi erit. Beatus es, de præsenti est, bene tibi erit de futuro est. Cũ manducas labores fructuum tuorum, beatus es, cũ peruenieris ad fructum laborũ tuorum, bene tibi erit. Quid dixit? Nam si bene tibi erit vtique beatus eris, etsi beatus eris, bene vtique tibi erit. Sed interest inter spẽ & rem. Si spes tam dulcis est, quanto res dulcior erit?

13 In Ps. 149. IDEM explicans illa verba: Exultabũt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis, sic habet: Sancti lætabuntur non in theatris, nõ in amphitheatris, nõ in circis, nõ in nugis, nõ foris, sed in cubilibus suis, in cordibus suis. Audi Apostolum exultantẽ in cubili suo. Nã gloria nostra hęc *1.Cor.1.* est, testimonium conscientiæ nostræ. Rursus timendum est, ne quisquã apud semetipsum sit sibi placens, & quasi superbus de conscientia sua glorietur. Debet enim quisque cum tremore exultare, quia donum Dei est, vnde exultat non me- *Psal. 2.* ritum suum. Vnde subdit: Exultationes Dei in faucibus eorum. Sic lætabũtur in cubilibus suis, vt non sibi tribuãt, quod boni sunt, sed illum laudent, a quo acceperunt quod sunt.

14 Lib. de sca. paradisi c. 9. IDEM sic habet: Domine quod signum aduentus tui? Numquid huius consolationis & lætitiæ testes, & nũcij sunt suspiria, & lachrymæ? Si ita est, nulla est antiphrasis ista, & significatio inusitata. Quæ enim conuentio cõsolationis ad suspiria lætitiæ ad lachrymas? Si tamen istæ dicendæ sunt lachrymæ, & non potius roris interioris superinfusi supereffluens abundantia, & interioris ablutionis indicium. Agnosce o anima sponsum tuum, amplectere desideratum. Nunc torrente te voluptatis inebria, fuge ab vbere consolationis eius lac & mel. Hæc sunt munda munuscula, & solatia quæ didit tibi sponsus tuus, gemitus scilicet & lachrymæ. Adducit tibi potum his lachrymis in mẽsura. Hę lachrymæ sunt tibi panes die ac nocte. Panes vtique cõfirmantes cor hominis, & dulciores super mel & fauũ. O Domine si adeo sunt dulces istæ lachrymę, quæ ex memoria & desiderio tui excitantur, quã dulce erit gaudiũ quod ex manifesta tui visione capietur? Si adeo dulce est flere pro te, quã dulce erit gaudere de te? Sed vellem hic fieri nõ duo, aut tria tabernacula, sed vnum in quo essemus simul, & delectaremur simul cum sponso. Sed ipse dicit: Dimitte *Gen.32.* me iam enim ascẽdit aurora, iam lumen gratiæ, & visitationẽ, quã desiderabas accepisti. Data ergo benedictione paulisper secedit sponsus diu 15 desideratus cito elapsus. Subtrahit se a dulcedine contemplationis; manet tamen præsens quantum ad gubernationẽ, quantum ad vnionem. De accessu & recessu lucrum acquiris, tibi venit, tibi & recedit. Venit ad consolationẽ, recedit ad cautelam, ne magnitudo cõsolationis extollat te, ne si semper apud te sit sponsus, incipias contemnere sodales. Recedit ergo ne forte nimis assiduus cõtemnatur, & absens magis desideretur, desideratus auidius quæratur, diu quæsitus tandem gratius inueniatur. Præterea quæ est præsens vita? Quæ respectu futuræ gloriæ quæ reuelabitur in *1.Cor.13.* nobis ænigmatica est, quam nũc ex parte cognoscimus, nam hic ciuitatẽ manentẽ non habemus, *Heb.13.* sed futurã inquirimus. Ne ergo exilium deputemus pro patria arrham pro pretij summa, venit sponsus, & recedit vicissim, nunc consolationem afferẽs, nunc vniuersum stratũ nostrũ in infirmitate cõmutans. Paulisper nos permittit, gustare quàm suauis est, & antequam plene sentiamus, se subtrahit; & ita quasi alis expansis supra nos volitans pronocat nos ad volandum, quasi dicat. Ecce parum gustastis, sum dulcis, sed si vultis plene saturari hac dulcedine, currite post me in odorẽ vnguentorum meorom, habentes sursum corda, vbi ego sum in dextera Dei Patris, vbi videbitis me facie ad faciem, vbi plene gaudebitis, & gaudium vestrum nemo tollet a vobis.

16 In lib. sententiarum. *Psal.118.* . BERNARDVS sic habet: Deus dicitur ambulare super pennas ventorum cũ electi eius dulcedinem, vel tenuiter attingunt, volat cum de incircumscripta eius substantia nihil percipiũt. *Infra*: Cõtemplatio dicitur cibus in hac vita, vbi in sudore vescimur pane nostro, potus in futura vbi libere & sine dolore sumitur; ebrietas in vltimo cũ anima recepto corpore congaudebit. Vnde dicitur: Comedite amici & bibite, & inebriamini chariſſimi. *Infra*: Deus nouit figmentum nostrum vtique laboris impatiens, dilationem non 21 sustinens, fragile ad vtrumque. Pie ergo prouidit vt haberet pietas promissionem uitæ, quæ nunc est & futuræ. Mel habet sub lingua, supra linguam autem ineffabilia, quæ non licet homini loqui. *Infra*: Opto magis gustare, & videre quoniã suauis est Dominus. Hoc enim non frustra ipse qui *Psal.33.* monet, studuerat experiri dicens: Quàm dulcia *Psal.118.* faucibus meis eloquia tua. Et rursum: Quàm *Psal. 30.* magna multitudo dulcedinis tuę Domine, quam abscondisti timentibus te. Vbi putas abscondi- tur? Sub lingua sua. Licet enim in promissione *Cant. 4.* vitæ, quæ nũc est, dulcedo, & multitudo dulcedinis, & magna quoque & quam magna sit multitudo; perfectio tamen non nisi in promissione futu- ræ. Perfecisti, inquit, his qui sperant in te, in con- *Psal.30.* spectu filiorum hominum. Nec sane in abscondito consummatio illa, sed in conspectu filiorum hominum erit. Perfecisse autem dicit iam, & nõ perfecturum, sicut Paulus aiz: Spe salui facti sumus. *Rom. 8.*

17 Serm. 21. in Cantica. IDEM exponens illa verba: Trahe me post te in odorem vnguentorum tuorũ curremus, inquit: Sic autem quando adest gratia delectare in ea, vt non te existimes donum Dei iure hereditario possidere, ita videlicet securus de eo quasi nũquam perdere possis, ne subito cũ forte retraxerit manum, & subtraxerit donum, tu animo concidas, & tristior quàm oportet fias. Denique ne dixeris: In abundantia tua non mouebor in

æternum, ne etiam illud quod sequitur dicere,
Psal. 29. cum gemitu cogaris. Auertisti faciem tuam a
me, & factus sum conturbatus. Curabis potius
Eccli. 11. si sapis in die malorum non immemor esse bo-
norum, & in die bonorum non immemor esse
malorum. Ergo in die virtutis tuæ noli esse secu
rus, sed clama ad Deum cum Propheta, & dic:
Psal. 70. Cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me;
vt sic similis sis illi, de quo dicitur: Apud quem
Iac. 1. non est transmutatio, nec vicissitudinis obum-
bratio, vt nec in aduersis sis timidus, nec in
prosperis dissolutus, sed dicas, Trahe me post te
in odorem vnguentorum tuorum curremus.

18 IDEM sic habet: De iustis dicitur, Euntes
Serm. 37. in Cantica. ibant & flebant mittentes semina sua; venientes
autem venient cum exultatione portantes ma-
nipulos suos. At istud cum exultatione portare
manipulos in resurrectione inquis, in nouissimo
die, & est nimis longa expectatio. Noli animo
frangi, noli deficere a pusillanimitate spiritus,
habes interim de primitiis spiritus, quod ad
præsens in exultatione metas. Seminate, ait, vo-
bis iustitiam, metite spem vitæ. Non te modo
mittit ad diem nouissimum, quando res iam
erit in re, & non in spe, sed de præsenti loquitur.
Prorsus magna lætitia, & exultatio multa ni-
mis cum vita venerit. Sed numquid tantæ læ-
titiæ spes erit sine lætitia? Spe gaudentes, ait
Rom. 12. Apostolus: Et Dauid non lætaturum, sed lætatũ
Psal. 121 se dixit, quòd in domum Domini se speraret itu
rum. Nondum vitam tenebat, sed spem profe-
cto vitæ messuerat, atque in semetipso experie-
batur veritatem scripturæ perhibentis, quia nõ
modo remuneratio, sed ipsa quoque expectatio
19 iustorum lætitia. Hanc parit in animo illius, qui
sibi ad iustitiam seminauit præsumpta indulgen
tia delictorum. Quisquis itaque uestrum post il-
la amara, & lachrymosa conuersationis suæ pri-
mordia, respirasse in spem, atque in quoddam
serenum supernæ consolationis pennis gratiæ
subleuatum se euolasse lætatur, is profecto iam
Prou. 31. metit suarum recipiens fructum temporaneum
lachrymarum, & ipse audiuit vocem dicentem;
Date ei de fructu manuum suarum. Hic enim
gustauit, & vidit, quoniam suauis est Dominus.
Quam dulcem & suauem te sensit Domine Iesu,
cui a te non modo peccata donata sunt, sed &
munus sanctitatis indultum est, neque id solum,
sed addita insuper ad cumulum bonorum vitæ
æternæ promissio? Felix qui tantum iam mes-
suit habens interim quidem fructum suum in
sanctificationem, finem vero vitam æternam.
Merito qui se inuento fleuit, gauisus est viso Do
mino, ad cuius vtique miserationis intuitum tã-
tos iam leuauit manipulos, remissionem, sancti-
ficationem, spem vitæ.

20 IDEM exponens uerba illa: Qui reliquerit
Serm. in c. 19. Matth. Ecce nos re liquimus omnia. patrem &c. centuplum accipiet, & vitam æter-
nã &c. inquit: Qua ratione accipit centuplũ, qui
nihil sibi relinquit ex omnibus? Hoc est quod di
xerat, Tollite iugum meum super vos, & inuenie
Matt. 11. tis requiem animabus vestris. Mira nouitas, sed
eius, qui noua omnia facit. Iugum tollens inue-
nit requiem, relinquens omnia, centuplum ha-
bet. Nouerat ille homo secundum cor Dei, qui
Psal. 93. dicebat. Numquid adhæret tibi sedes iniqui-
tatis, qui fingis laborem in præcepto? An non
fictus in præcepto labor, onus leue, suaue iugũ,
crux iniuncta? Huius enim rei sacramentum est,
quod in dedicatione ecclesiarum depictas in pa
riete cruces, oleo sancto Pontifex linit. Sic & o-
Gen. 22. lim quidem Abrahæ dictum est. Tolle filium
tuum, quem diligis Isaac, & offeres mihi eum in
holocaustum. Labor fictus est in præcepto. Obla
tus siquidem Isaac sanctificatus est, non macta-
tus. Et tu igitur si vocem Domini audieris, in-
tus in animo, & dicatur tibi, & offeras Isaac, tuũ
quodcumque est gaudium immoles Deo (inter-
pretatur enim Isaac gaudium, seu risus) fideli-
ter & constanter obedire ne timeas. Nimirum
etsi rem grandem tibi dicit Propheta facere de-
bes, & obtemperandum ei per omnia etiam si
oportuerit ipsum Isaac iugulari. Nunc autem
quicquid affectio propria iudicet, securus esto,
non Isaac, sed aries occidetur, non peribit tibi
lætitia, sed contumacia, cuius vtique cornua ve-
pribus hærent, & sine punctionibus anxietatis 21
esse non potest. Tentat enim te Dominus Deus
tuus, nec mactabitur Isaac, vt opinaris viuens vi
uet, sed eleuatus est super ligna, vt in sublime
gaudeas, nec in carne propria, sed in cruce Do-
mini glorieris. Per quem nimirum crucifixus,
& ipse es, sed crucifixus mundo nam ei viuis.
Hæc nimirum conuersatio perfectorũ, hæc san-
2. Cor. 6. ctorum vita, hæc gratia spiritalis. Denique tam-
quam tristes inquiunt, semper autem gaudẽtes,
Psal. 30. tamquam nihil habentes, & omnia possidentes,
quasi morientes, & ecce viuimus. Qui videbant
me foras fugerunt à me dicit, & filia regis ea-
Cant. 1. vtique cuius gloria omnis ab intus est. Vnde &
clamitat in Cantico Canticorum adolescentu-
las reuocans, quas exteriori sua incompositio-
ne deterritas videt. Nigra sum, sed formosa fi-
liæ Hierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut
pelles Salomonis. Nolite me considerare, quòd
fusca sum, quia decolorauit me sol. Ac si mani-
feste spiritualis quispiam dicat, teneras & in-
firmas mentes exhortans. Quid laboriosa quæ-
que & humilia conuersationis nostræ tam sedu-
dule numeratis? Saga cilicina sunt, & pelles a-
rietum rubricatæ, quibus interior ille splendor,
& interna tegitur gloria, vt illæsa a pulueris, &
imbris iniuria conseruetur. Nolite me conside-
rare quòd fusca sum, nolite pauere, nolite mira-
ri. Neque enim tristitiæ, aut necessitatis est ex-
terior iste neglectus, & nigredo forinseca, sed
occulti splendoris, & exultationis internæ. De-
colorauit me sol, lux interior exterioris impa- 22
tiens. Igitur sponsa quidem nigra, sed formosa,
Apostoli tamquã tristes semper autẽ gaudẽtes.
Infra: Centuplũ accipiet, & vitã æternã possidē-
bit. Illud enim in via, hæc in patria est. Illud con-
solatio præsentis laboris, hæc futuræ felicitatis
cõsummatio est. Sic nimirum & operariis huius
sæculi solet cibus in opere, merces in fine dari.
Sic militantibus & stipendia ministrantur pro
necessitate laboris, & nouissime donatiuum ma-
ius erogatur pro quantitate laboris. Sic & filiis

Israel, donec terram promissionis intrarent,
in deserto manna non defuit. Et ab Ecclesia post
quæsitum regni cælestis aduentum, quotidianus
panis petitur, in oratione quam ipse Saluator
instituit. Habes hanc duplicem promissionem,
& in Propheta euidenter expressam, vbi ait: Red
Sap. 10. det Deus mercedem laborum sanctorum suo-
rum, & deducet illos in via mirabili. Ipsa est e-
Psal. 118 nim via testimoniorũ Domini, in qua alius Pro-
pheta, sicut in omnibus diuitiis delectatum se
esse testatur. *Infra*: Dices, ostende mihi centu-
plum quod promittis. Manna absconditum est,
Apoc. 2. quod in Apocalypsi Ioãnis victori promittitur.
Nouum nomen est quod nemo scit, nisi qui acci-
pit. Datum optimum est centuplum hoc, de-
sursum descendit a patre luminum. An non cen-
tuplum habet omnium, qui impletur Spiritu san
23 cto, qui Christum habet in pectore? Nisi quòd
Psal. 30. longe plusquam centuplum hoc est. Quàm ma-
gna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam
abscondisti timentibus te, perfecisti eis qui spe-
rant in te. Vides quomodo memoriam abun-
dantiæ suauitatis huius eructet anima sancta,
quomodo exprimere gestiens verba multiplici-
cet? Hoc ergo centuplum adoptio filiorum est,
libertas & primitiæ spiritus, deliciæ charitatis,
gloria conscientiæ, regnum Dei quod intra nos
est. Non vtique esca & potus, sed iustitia, & pax,
& gaudium in Spiritu sancto. Gaudium sane nõ
modo in spe gloriæ, sed & in tribulationibus.
Hæc virtus ex alto, quæ Andream fecit ample-
cti crucem, Laurentium ridere carnificẽ, Stepha
num pro lapidantibus flectere genua ad oratio-
nem. Pax quam dedit Christus suis, quæ exupe-
rat omnem sensum. Probare libet, an hæc ita se
habeant, gustare quid hoc absconditum manna
sapiat, experiri quid sit hoc centuplum, quale
gaudium in Spiritu sancto. Cras profecto respõ-
Gen. 30. debit ei iustitia sua, qui id studiose quæsierit, cõ-
festim vt gustauerit, videbit quam suauis est Do
minus, quoniam bonus non modo tenenti, sed
& quærenti se, animæ speranti in se. Præueniat
nos Deus in benedictionibus dulcedinis, indefi-
cienter interim tribuens promissam centupli
gratiam, ad solatium vtique & remedium labo-
ris huius ne deficiamus in via, vt de exhibitio-
ne præsentium munerum firma sit expectatio fu
turorum.

Gaudium & tristitiam recipiunt iusti in hac vita diuersis de causis. Cap. IV.

Lib. 9. in c. 13. ad Rom. 3. VLTRA ea quę de re hac adnota-
tauimus in cap. 1. huius libri.

ORIGENES exponens il-
la uerba: Gaudere cum gaudẽ-
tibus, flere cum flentibus, sic ha-
bet: Non quibuscumque gaudijs
christianorum gaudia socianda sunt, nec quibus-
cumque fletibus lachrymæ nostræ iungendæ
sunt. Non enim si videam gaudere aliquem su-
per quæstu pecuniæ, aut possessionum latitudi-
ne, aut sæcularis honoris eminentia congratula-
ri debeo talibus, qui sciam quòd huiusmodi gau
dia luctus sequantur, & lachrymæ. Intantum
non est gaudendum de talibus, vt Dominus di-
scipulis suis, ne iude quidem gaudere conceſſe-
rit, quòd dæmonia sibi videbant esse subiecta,
sed ait eis: Nolite gaudere quòd dæmonia vo-
bis subiecta sunt, sed gaudete quia nomina ve-
stra scripta sunt in libro vitæ. Et nos igitur si
videamus ab aliquo tale opus geri, quod in cælo
scribi dignũ sit, debemus gaudere cum talibus.
Sed etsi quem videamus ab errore conuersum,
& relictis ignorantiæ tenebris ad lucem verita-
tis veniſſe remissionem peccatorum meruisse,
debemus gaudere cum talibus. Similiter autem
flere cum flentibus, non cum illis qui flent mor
tuos suos iubemur, aut qui flent damna sæcula-
ria, scientes quia huius sæculi tristitia mortem
operatur. Non sunt ergo iungendæ lachrymæ
cum talibus, sed cum illis flendum est, de quibus
dicit Dominus: Beati qui lugent, quoniam ipsi
consolabuntur. Si qui flent pro peccatis suis,
& errorem lachrymis lauant. Si quis ingemiscit
etiam in habitaculo isto positus, & ad Christum
redire desiderat, & secũdum desiderium lachry-
marum profusione lauatur, iungamus cum tali-
bus lachrymas nostras, & gemitus iociemus.
Tristitia enim quæ secundum Deum est salutem
stabilem operatur.

CHRYSOSTOMVS explicans verba 2
illa cap. 4. Gaudete in Domino semper, iterum *Serm. 14. in epist. Pauli Philip. to. 4.* dico, gaudete, inquit: Beati lugentes, & væ ri-
dentibus dicit Christus. Quid ergo Paulus di- *Mat. 5. & Luc. 6.*
cit, Gaudete in Domino semper? Christus væ
dixit ridentibus risum mundi huius taxans, qui
fit propter res præsentes, & lugentes beatos di-
xit non simpliciter suorum amissionem lugen-
tes, sed eos qui compuncti sunt, quique sua ma-
la lugent, aut delicta, aut etiam aliena. Non
est autem hoc gaudium luctui illi contrarium.
Etenim ex illo luctu nascitur, hoc quoque gau-
dium. Qui namque sua ipsius mala luget, gau-
debit. Alias etiam fieri potest, vt propter deli-
cta sua quisquam lugeat quidem, in Christo ve-
ro gaudeat. Aut illud, in, positum est pro, cum,
vt sit, Gaudete cum Domino semper. Iterum
dico, gaudete. Securi & fiduciam habentis est
istud, vtpote qui in Deo est, semper gaudet. Si-
ue affligatur, siue aliquid patiatur, semper gau-
det, qui talis est. Audi quid Lucas dicat, Reuer- *Act. 5.*
si sunt a conspectu concilij gaudentes Apostoli,
quòd digni habiti essent, vt pro nomine eius ver
berarentur. Si verbera & vincula quæ omnium
videntur tristissima gaudium pariunt, quid nos
aliorum malorum mæstos efficere poterit?

IDEM explicans illa verba: Gauisus sum 3
in Domino magnopere, quoniam tandem ali- *Serm. 15. in eandẽ epist. Cap. 4.*
quando refloruistis pro me sentire &c. ait: Non
mundano more, neque rẽporaliter gauisus sum,
sed in Domino. Non autem ideo gauisus sum,
quòd ego recreationem habuerim, sed quòd vos
prospere profeceritis. Nam hoc ipsum recrea-
tio mea est, vnde & adiecit, magnopere. Quo-

niam non erat corporale gaudiũ, neque propter
suam ipsius recreationem gaudebat, sed pro-
2. Cor. 7. pter ipsorum profectum. *Infra*: Quæ secundum
Deum tristitia est pœnitentiam in salutem sta-
bilem operatur. Pro illis cõtristari oportet, pro
illis dolere, pro illis morderi. Ita cõtristabatur
Ibid. 2. Paulus: Nam ex multa, inquit, afflictione, & an-
xietate cordis scripsi vobis per multas lachrymas. Quia enim rerum suarum gratia non habe
bat vnde lugeret, pro alienis hoc faciebat. Bona
est eiusmodi tristitia quouis mundano gaudio.
Ita lugentem ego omnibus hominibus præpo-
suero, immo & ipse Dominus sic lugentes beatos dicit. Tales lachrymæ multa sunt refertæ
lætitia, talis luctus causa est gaudii. Tristemur
tristitia quæ gaudii sit mater, & non lætemur
gaudio quod tristitiam pariat. Fundamus la-
chrymas multam voluptatem seminantes, & nó
rideamus risum, qui nobis stridorem dentium
generet.

4 AVGVSTINVS sic ait: Quando bonum
Lib. 3. contra duas epistolas Pelagian. to. 7. agonem luctatur iustus, & resistit, gaudet in gra
tiarum actione. Quando sicut homo in aliquo
delicto præoccupatur gemit. Quando vincit, cla
Psal. 115. mat: Quid retribuã Domino pro omnibus, quæ
Matt. 6. retribuit mihi. Quando cadit, dicit: Dimitte no
Psal. 17. & 24. bis debita nostra. Popter illud dicit: Diligam te
Domine virtus mea, propter hoc, Miserere mei
Deus, quoniam infirmus sum. Propter illud ait,
Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse
euellet de laqueo pedes meos. Propter hoc, Tur
batus est præ ira oculus meus. Et innumerabilia
sunt, quibus diuinæ litteræ plenæ sunt, quæ al-
ternis vicibus vel exultando de Dei bonis, vel
mærendo de nostris malis a filijs Dei dicuntur.

5 IDEM explicans illa verba: Exultatio mea
Enarrat. 2. In Psal. 31. to. 8. erue me a circumdantibus me, sic habet: Si iam
exultas quid vis redimi, & erui? Exultatio mea
redime me. Audio vocẽ gaudii, exultatio mea,
audio gemitum redime me. Gaudes & gemis?
Ita, inquit, & gaudeo, & gemo. Gaudeo in spe,
Rom. 12. gemo adhuc in re. Exultatio mea redime me.
Spe gaudentes, ait Apostolus: Ergo recte exul-
tatio mea redime me. Vnde redime me? Sequi-
tur, in tribulatione patientes. Iam iustificatus
Rom. 8. erat Apostolus. Et quid ait? Non solum inquit,
sed etiam nosipsi primitias spiritus habentes, &
ipsi intra nos gemimus. Vnde redime me. Quia
ipsi in nobismetipsis ingemiscimus adoptionem
expectantes redemptionem corporis nostri. Ec-
ce ergo vnde redime me, quia adhuc expecta-
mus in nobis ingemiscẽtes redemptionem cor-
poris nostri. Vnde ergo exultatio mea? Ibi se-
quitur idem Apostolus, & dicit: Spe enim salui
sumus facti. Spes autẽ quæ videtur non est spes.
Quod enim videt quis quid sperat? Si autem
quod non videmus, per patiẽtiam expectamus.
Si speras gaudes, si per patientiam expectas, ad-
huc gemis; non enim opus est patiẽtia, vbi nihil
mali perpeteris. Vbi premeris, ibi angustia est.
Ergo si per patientiam expectamus, adhuc dici-
mus, Redime me a pressura, quæ circumdedit
me. Quia vero spe salui facti sumus, simul vtrũ-
Psal. 31. que dicimus, Exultatio mea redime me. Respon
detur. Intellectum tibi dabo, & statuam te in via
hac qua gradieris. Statuam te in via hac qua
gradieris, vt hæreas ibi, & vt ab ea non aber-
res. Dabo intellectũ vt cognoscas te semper, &
semper gaudeas in spe ad Deum, donec ad illam
patriã peruenias, vbi non iam spes, sed res erit.

6 IDEM explicans illa verba: Infirmatus &
In Psal. 37. humiliatus sum vsquequaque (vel vsque nimis,
vt Augustinus legit) ait: Qui recordatur altitu
dinem sabbati, ipse videt quantum sit humilia-
tus. Nam qui potest cogitare quæ sit illa quie-
tis altitudo non videt, vbi nunc sit. Propterea
Psal. 30. alius Psalmus dicit: Ego dixi in excessu meo,
proiectus sum a facie oculorum tuorum. Assum-
pta enim mente vidit, nescio quid sublime, &
quod vidit nondum ibi totus erat, & quandam
si dici potest, quasi coruscationem facta luminis
æterni, vbi sensit non se ibi esse quod potuit vt-
cumque intelligere. Vidit vbi esset, & quemad-
modũ malis humanis infirmatus, & coarctatus
esset, ait: Ego dixi in excessu meo, proiectus sum
a facie oculorum tuorum. Tale est nescio quid
quod vidi in estasi, vt inde sentiam quàm longe
2. Cor. 12. sum, qui nondum ibi sum. Iam ibi erat qui dixit,
Raptus sum in tertium cælum, & audiui ineffa-
bilia verba, quæ non licet homini loqui. Sed re-
uocatus est ad nos, vt gemeret prius perficien-
dus in infirmitate; vt sic postea indueretur vir-
tute, animatus tamen quia vidit aliquid rerum,
quæ non licet homini loqui. Plangamus nos &
gemamus, agnoscamus vbi simus, recordemur
sabbatum, & patienter expectemus quod ille
promisit. Rugiebam a gemitu cordis mei. Attẽ-
ditis plerumque interpellare gemitibus seruos
Dei. Sed est gemitus occultus qui ab homine
non auditur; tamen si tanta occupauerit cor co-
gitatio desiderii cuiusdã, vt voce clariore expri
matur vulnus interioris hominis, quæritur cau-
sa, & dicit homo apud semetipsum, forte illud
est vnde gemit, & forte illud illi factum est. Quis
potest intelligere nisi ille, in cuius oculis & au-
ribus gemit? Propterea rugiebam, inquit, a ge-
mitu cordis mei. Quia homines si quãdo audiũt
gemitũ hominis, plerumque gemitum carnis au
diunt, gementem a gemitu cordis non audiunt.
Abstulit nescio quis res huius, rugiebat, sed nó a
gemitu cordis, alius quia abstulit filiũ, alius quia
vxorẽ, alius quia grandinata est vinea, quia cup-
pa acuit, quia diripuit iumentum ipsius nescio
quis, alius quia damnum aliquod passus est, alius
quia timet hominem inimicum. Omnes isti a ge
mitu carnis rugiunt. At vero seruus Dei, quia
1. Cor. 13. ex recordatione sabbati rugit, vbi est regnũ Dei,
quod caro & sanguis non possidebunt. Rugie-
bam, inquit, a gemitu cordis mei, & ante te est
omne desiderium meum.

7 IDEM explicans illa verba: Lætifica animã
In Phil. 55. serui tui, quoniã ad te Domine animam meam
leuaui, inquit, iucunda eam, quia ad te leuaui
eam, in terra enim erat, & in terra amaritudi-
nem sentiebat, ne in amaritudine contabesce-
ret, ne omnem tuæ gratiæ suauitatem amitte-
rem, leuaui ad te, iucunda eam apud te. Solus
enim tu es iucunditas, amaritudine plenus est

mundus, quoniam ad te Domine animam meã
leuaui. Quia tu Domine suauis es, ac mitis. Ideo
Iucunda, tamquam tædio affectus ex amaritu-
dine terrenorum indulcari voluit, & quæsiuit
fontem dulcedinis, & in terra non inuenit. Quo-
cumque enim se vertat, scandala, tribulationes,
timores, tentationes inueniebat. In quo homi-
ne securitas? De quo certum gaudium? Nec
de seipso vtique, quanto magis de alio? Aut ma-
li sunt, & necesse est eos pati, sed sperare, quia
mutari possunt. Aut boni sunt, & sic eos opor-
tet diligere, vt timeamus, quia possunt mutari,
ne mali sint. Ibi malitia eorum facit amaritu-
dinem animæ, hic sollicitudo, & timor ne laba-
tur, qui bene ambulat. Quocumque ergo cor
se conuerterit in terrenis rebus amaritudinem
inuenit, vnde dulcescat, non habet, nisi leuet se
ad Deum.

8 IDEM exponens verba illa: Circumde-
In Ps. 114. derunt me dolores mortis, & pericula inferni
inuenerunt me, ait: Hæc nisi aberrantem abs
te non inuenirent me, nunc autem illa me inue
nerunt, ego vero ea non inueniebam, quia gau-
debam prosperis sæculi, in quibus plus fallunt
pericula inferni. Sed postea quam & ego tribu
lationem, & dolorem inueni, nomen Domini in
Psal. 19. uocaui. Latebat enim me tribulatio, & dolor
vtilis, tribulatio de qua dat auxilium, cui dictũ
est, Da nobis auxilium de tribulatione, vana sa
lus hominis. Ego enim de vana salute hominis
gaudendum, & exultandum arbitrabar, sed cum
Matt. 5. audissem a Domino meo, Beati lugentes quoniã
ipsi consolabuntur, non expectaui, vt prius a-
mitterẽ bona temporalia, quibus male vtebar,
& tunc lugerem, sed attendi in eadem tempo-
ralia bona ipsam miseriam meam, qua talibus
oblectabar, quæ & amittere fotmidarem, & te-
nere non possem. Attendi in eam vehementer,
& fortiter, & me non solum excruciari aduersi-
tatibus huius sæculi, sed etiam obligari prospe-
ritatibus vidi, atque ita tribulationem, & dolo-
rem, qui me latebat, inueni, & nomen Domini
inuocaui. Non hoc dicimus hominibus, vt quæ-
rant miseriam, quam non habent, sed vt inue-
niant eam, quam nescientes habent, neque hoc
eis optamus, vt terrena necessaria desint eis,
quibus indigent, dum mortaliter viuunt, sed vt
hoc plangant, quòd amissa satietate cælesti, ter-
renis nondum ad fruendum stabilibus bonis, sed
ad sustentãdum necessarijs indigere meruerũt.
Agnoscant, & lugeant istam miseriam, faciat
eos beatos lugentes misericordia, quæ eos esse
semper miseros noluit. *Infra*: Quoniam eri-
puit oculos meos a lachrymis, pedes meos a la-
psu. Nunc enim cum lapsus nostros periculo-
sissimos cogitamus, non cessant a lachrymis ocu
li. Tunc autem eximet oculos nostros a lachry-
mis, quando & pedes a lapsu.

9 GREGORIVS explicans verba illa Iob
Lib. 5. moral. cap. 7. 3. Antequam comedam suspiro, & quasi inun-
dantes aquæ, sic rugitus meus ait: Suspirat an-
tequam comedat, qui prius gemitibus tribula-
tionis afficitur, & postmodum contemplationis
refectione satiatur. Nisi enim suspiret, non co-
medit. Quia qui se in hoc exilio per desiderio-
rum cælestium lamenta non humiliat, æternæ
patriæ gaudia non degustat. A veritatis enim
pabulo ieiuni sunt, qui in hac peregrinationis
inopia lætantur. Suspirans Propheta comede-
bat cum diceret. Fuerunt mihi lachrymæ meæ
Psal. 41. panes. Luctu enim suo anima pascitur, cum ad
superna gaudia fiendo subleuatur, & intus qui-
dem doloris sui gemitũ tolerat, sed eo refectio-
nis pabulum percipit, quo vis amoris lachry-
mas emanat. Et quasi inundantes aquæ sic ru-
gitus mei. Aquæ cum inundant, cum impetu
veniunt. Electi vero dum mentis suæ oculis
diuina iudicia opponunt, dum de occulta super
se sententia trepidant, dum se ad Deum perue-
nire posse confidunt, sed tamen ne non perue-
niant, metuunt, dum præteritorum suorum re-
colunt, quæ deflent, dum quæ sibi adhuc futura
sunt, quia nescIunt, pertimescunt quasi quædam
in eis aquarum more volumina colliguntur, quę
in mæroris rugitus quasi in subiecta littora de-
fluunt. Vir igitur sanctus ipsas mæroris vndas
inundantes aquas vocauit. Nonnumquam ve-
ro iusti in ipsis bonis operibus positi trepidant,
ac ne in eisdem occulto aliquo errore displi-
ceant, continuis lamentis vacant. Vnde addit
Iob. Quia timor quem timebam euenit mihi,
& quod verebar accidit. Iusti igitur viri deflẽt,
& pauent, & magnis se lamentis cruciant, quia
deseri formidant, & quamuis de correptione
sua gaudeant, eorum tamen trepidam mentem
correptio ipsa perturbat, ne malum quod tole-
rant, nõ pia percussio disciplinę sit, sed animad-
Psal. 89. uersio iusta vindictæ. Quod bene psalmista con
siderans ait, Quis nouit potestatem iræ tuæ.

10 IDEM exponens verba illa Iob cap. 5. &
Lib. 6. moral. cap. 10. mærentes erigit sospitate, sic habet: Mæren-
tes Dominus sospitate erigit, quia hi qui eius
desiderijs accensi prospera fugiunt, aduersa pa-
tiuntur, cruciatus persequentium tolerant, se-
que ipsos per lamenta castigant, tanto sublimio
rem tunc sospitatem suscipiunt, quanto nunc
cunctis mundi gaudijs deuote moriuntur. Hinc
Prou. 24. etenim per Salomonem dicitur. Cor quod no-
uit amaritudinem animæ suæ in gaudio eius nõ
miscebitur extraneus. Humana etenim mens
animæ suæ amaritudinem scit, cum æternæ pa-
triæ desiderijs accensa, peregrinationis suæ pœ
nam flendo cognoscit, sed in eius gaudio extra-
neus non miscebitur. Quia qui nunc a mærore
compunctionis alienus est, tunc particeps ad læ
Ioan. 16. titiam consolationis non est. Vnde Dominus
in Euangelio ait: Amen amen dico vobis, quia
plorabitis, & flebitis vos, mundus autem gaude
bit, vos autẽ contristabimini, sed tristitia vestra
vertetur in gaudium. Sospitate ergo Dominus
mærentes erigere dicitur, quia pro se afflictos
temporaliter, vera salute consolatur.

11 IDEM exponẽs verba illa Iob 33. cap. Hæc
Lib. 24. Moral. cap. 7. omnia operatur Deus tribus vicibus per singu-
los, sic habet: De hoc tentato, flagellatoque ho-
mine dictum superius fuerat. Abominabilis ei
fuit in vita sua panis, & appropinquauit corru-
ptioni anima eius, & vita illius mortiferis. In-

ferius

ferius vero subnexum est. Deprecabitur Deum, & placabilis ei erit, & videbit faciem eius in iubilo, & liberabit animam suam ne pergeret in interitum, sed viuens lucem videret. In his itaque iam collectis coaceruatisque sententijs, & supra mæror amaritudinis, & infra subiuncta est lætitia securitatis, moxque post hæc dicitur. Hæc omnia operatur Deus tribus vicibus per singulos, ac si diceret. Quod semel de vno dixi, hoc tribus vicibus per singulos agitur. Sed solerter intuendum est, quæ tres istæ vices sint, quibus vnusquisque homo anxietate mæroris afficitur, & post mærorem protinus ad securitatem lætitiæ reuocatur. Igitur si vigilanter intendimus has tres vices mæroris, & lætitiæ in vniuscuiusque electi animo istis alternari modis inuenimus, ideſt conuersione, tentatione, & morte. In prima quippe quam diximus conuersionis vice grauis mæror est, cum sua vnusquisque peccata considerans curarum sæcularium vult compedes rumpere, & viam Dei per spatium securæ conuersationis ambulare, desideriorum temporalium onus graue abijcere, & leue iugum Domini libera seruitute portare. Cogitanti enim ista, occurrit illa familiaris sua delectatio carnalis, quæ inueterata dudum, quanto eum diutius tenuit, tanto arctius astringit, atque a se tardius abire permittit. Et quis ibi mæror, quæ anxietas cordis, quando hinc spiritus vocat, hinc caro reuocat, hinc amor nouæ conuersationis inuitat, hinc vsus vetustæ peruersitatis impugnat, hinc desiderio ad cælestem patriam flagrat, & hinc in semetipso carnalem concupiscentiam tolerat, quæ eum etiam aliquo modo inuitum delectat? Recte ergo de hoc amarescente homine dici potest, abominabilis ei fit in vita sua panis, & appropinquauit corruptioni anima eius, & vita illius mortiferis, sed quia diuina gratia diu nos istis difficultatibus affici nō permittit, ruptis peccatorum nostrorum vinculis citius nos ad libertatem nouæ conuersationis perducit, & præcedentem tristitiam subsequens lætitia refouet, ita vt cōuersi vniuscuiusque animus eo magis ad votum suum perueniendo gaudeat, quo magis se pro illo meminit laborando doluisse. Fit cordi immensa lætitia, quia ei quem desiderat iam per spem securitatis propinquat, vt recte de hoc dici debeat, Deprecabitur Deum, & placabilis ei erit, & videbit faciem eius in iubilo. At ne conuersus quisque iam sanctum se esse credat, & quem mæroris pugna superare nō valuit, ne ipsa postmodum securitas sternat, dispensante Deo permittitur, vt post conuersionem suam tentationum stimulis fatigetur. Iam quidem per conuersionem rubrum mare transitum est, sed adhuc in eremo uitæ præsentis ante faciem hostes occurrunt. Iam peccata præterita velut extinctos Ægyptios post terga relinquimus, sed adhuc nocentia vitia quasi alij hostes obuiant, vt ad terram promissionis pergentibus cœptum iter intercludant. Iam priores culpæ velut insequētes aduersarij diuina virtute prostratæ sunt, sed tentationum stimuli quasi hostes alij contra faciem veniunt, qui & cum nostro labore superentur. Ne ergo securitas negligentiam generet, scriptum est. Fili accedens ad seruitutem Dei sta in iustitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Non enim ait ad requiem, sed tentationem. Quia hostis noster adhuc in hac vita nos positos, quanto magis nos sibi rebellare conspicit, tāto amplius expugnare contendit. Eos enim pulsare negligit, quos quieto iure possidere se sentit. Contra nos vero eo vehementius excitatur, quo ex corde nostra quasi ex iure propriæ habitationis expellitur. Non enim in seipso Dominus sub quadam dispensatione figurauit, qui diabolum non nisi post baptisma se tentare permisit, vt signū nobis quoddam futuræ conuersionis innueret quòd membra eius postquam ad Deum proficerent, tunc acriores tentationum insidias tolerarent. Post primam igitur vicem mæroris atque lætitiæ, quam vnusquisque per studium conuersionis agnoscit, hæc secunda suboritur, quia ne securitatis negligentia dissoluatur, impulsu tentationis afficitur. Et quidem quisque in ipso conuersionis initio magna plerumque excipitur dulcedine consolationis, sed durum laborem postmodum experitur probationis. Tres quippe sunt modi conuersorum. Inchoatio, medietas, atque perfectio. In inchoatione autem inueniunt blandimenta dulcedinis, in medio quoque tempore certamina tentationis, ad extremum vero perfectionem plenitudinis. Prius ergo illos dulcia suscipiunt quæ consolentur, postmodum amara quæ exerceant, & tunc demum suauia atque sublimia quæ confirment. Nam, & sponsam suam prius virquisque dulcibus blandimentis fouet, quam tamen iam coniunctam asperis increpationibus probat, probatam vero securis cogitationibus possidet. Vnde & plebs Israelitica cum desponsente se Deo ad sacras mentis nuptias ex Ægypto vocaretur, quasi arrharū vice prius accepit blandimenta signorum, coniuncta autem probationibus exercetur in eremo, probata vero in repromissionis terram virtutis plenitudine confirmatur. Ante igitur in miraculis degustauit, quod appeteret, postmodum in labore tentata est. Si custodire nouerit, quod gustasset. Ad extremum quoque plenius accipere meruit, quod laboribus probata custodiuit. Ita ergo vitam vniuscuiusque conuersi, & inchoatio blanda permulcet, & aspera medietas probat, & plena post perfectio roborat. Nā sæpe conuersi quique in ipso adhuc aditu inchoationis suæ, vel tranquillitatem pacatissimam carnis, post hæc autem duris tentationum probationibus fatigantur, a quibus tentationibus adhuc cum inciperent liberos se esse crediderunt. Quod diuinæ gratiæ dispensatione agitur, ne in inchoatione sua tentationum asperitate frangantur, quia si eorum initia amaritudo tentationis exciperet, tam facile ad ea quæ reliquerant redirent, quam nec longius diuersa esserant, nam contemptis prius vitijs quasi iuxta

iuxta positis replicarentur. Vnde scriptum est. Exo. 13, 15 Cum emisisset Pharao populum, non eos duxit Dominus per viam terræ Philistijm, quæ vicina est, reputans ne forte pœniteret eum, si vidisset aduersum se bella consurgere, & reuerteretur in Aegyptū, itaque exeuntibus e vicino bella subtrahuntur, quia derelinquentibus sęculum quædam prius tranquillitas ostenditur, ne in ipsa sua teneritudine, atque inchoatione turbati, ad hoc territi redeant, quod euaserunt. Prius ergo suauitatem securitatis sentiunt, prius pacis quiete nutriuntur, post cognitam vero dulcedinem, tanto iam tolerabilius tentationum certamina sustinent, quanto in Deo altius cognouere quod ament. Vnde, & Petrus Mar. 9. Matt. 26, prius in monte ducitur, prius claritatem trāsfigurationis Dominicæ contemplatur, & tunc demum tentari ancilla interrogante permittitur, vt per tentationem factus sibi ex infirmitate conscius, ad illud flendo & amando recurreret, quod vidisset, & cum eum timoris vnda in peccati pelagus raperet, esset prioris dulcedinis anchora quæ retineret. Sæpe enim tam diutina sunt tentationum certamina, quàm longa inchoantium fuerant blandimenta. Sæpe vero maius datur in inchoatione dulcedinis, minus autem in labore probationis. Sæpe minus in inchoatione dulcedinis, maius autem in labore probationis. Numquam vero laborem tētationis dispar sequitur perfectio firmitatis. Quia iuxta summam certaminis remuneratur quisque plenitudine perfectionis. Plerumque autem in eo conuersus quisque labitur, quod dū quibusdam donis gratiæ dulcedine inchoationis excipitur, confirmationem accepisse se perfectionis arbitratur, & plenitudinem consummationem æstimat, quæ adhuc blandimenta es- 16 se inchoationis ignorat. Vnde fit, vt dum subita tentationis procella tangitur, despectum se Deo, & perditum suspicetur. Plerumque autē conuersus quisque talibus tentationum stimulis agitatur, qualibus ante conuersionis gratiā numquam pulsatum se esse reminiscitur. Non quia tunc hæc eadem tentationis radix deerat, sed quia non apparebat. Humanus quippe animus multis cogitationibus occupatus, sæpe sibimetipsi aliquomodo manet incognitus, vt omnino quod tolerat, nesciat. Quia dum per multa spargitur ab interna sui cognitione remouetur. Si autem Deo vacare appetat, & ramos multimodæ cogitationis abscindat, tunc libere conspicit, quod de intima radice carnis procedit. Plerumque vero ipsi tentationum stimuli, dum in vsum veniunt, dilatantur, & non quidem acriores, sed longiores existunt. Minus autem dolent, sed magis inficiunt, quia dum menti diu tius adhærent, tanto fiunt minus pauendi, quanto magis assueti. Inter hæc ergo depressa mēs, huc illucque distenditur, & multiplicibus tentationum actibus dissipatur. Et sæpe hinc inde prouocata, cui tentanti vitio obuiet, vel quod primum impugnet, ignorat. Ita vero circumferentibus tentationum motibus angustatur, vt recte de eo dici debeat. Abominabilis ei fit in vita sua panis, & animæ illius cibus ante desiderabilis. Vel certe appropinquauit corruptioni anima eius, & vita illius mortiferis. Sed quia misericors Deus probari nos permittit tentationibus, non reprobari, sicut scriptum est. Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id 1. Cor. 10. quod potestis, sed faciet cum tentatione prouētum vt possitis sustinere. Citius nobis consolationis ope succurrit, & surgentes tentationum stimulos mitigat, impugnantesque se cogitationum motus interna pace tranquillat. Moxque anima immensam de spe cælesti lætitiam percipit, dum deiectum malum respicit, quod tolerauit, vt iure de hoc tentato, liberatoque homine dici debeat. Videbit faciem eius in iubilo, & liberauit animam suam ne pergeret in interitum, sed viuens lucem videret. Istis itaque duabus vicibus, ideſt conuersionis, & probationis per mærorem lætitiamque transactis, supereſt tertia, cuius mærorem adhuc sustineat, & gaudia consequatur. Post conuersionis namque certamina, post probationis ærumnam, restat adhuc dura tentatio. Quia venire non potest ad perfectæ gaudia libertatis, nisi prius debitū soluerit humanæ conditionis. Conuersus autē quisque sibi caute sollicitus tacite secum considerare nō cessat, æternus iudex quàm districtus aduenias, suumque terminū quotidie prospicit, & ante seueritatem tantæ iustitiæ, quas rationes vitæ suæ sit positurus attendit. Etsi cuncta praua opera quæ intelligere potuit, deuitauit, venturus tamen coram districto iudice, illa magis quæ in semetipso nō intelligit, pertimescit. Quis enim considerare valeat, quanta mala per momenta temporum ipsis inconstantibus cogitationum motibus perpetremus? Facile est enim opera peruersa vitare, sed nimis difficile est ab illicita cogitatione cor tegere. Et tamen scriptum est, Væ vobis qui cogitatis inutile. Et rursum, labia dolosa in corde, & corde locuti sunt mala. Et rursum etenim in corde Psal. 11. iniquitates operamini in terra. Humana autē Psal. 57. anima semel æternitatis statum deserens ad fluxum temporalitatis delapsa, hanc mutabilitatem alternantium motionum, quam dum caderet volens appetijt, dum conatur surgere, cogitur inuita tolerare. Inde quippe punita est, vnde delectata, quia inde conuersa habet laborem certaminis, vnde peruersa appetijt gaudium voluptatis. Sæpe ergo electis etiam nolentibus in cogitatione surrepit, quod in se quidem solerter inspiciunt, & ante Dei oculos quanti sit reatus attendunt, & cum de his omnibus semper iudicia districta pertimescant, tunc tamen hæc vehementer metuunt, cum ad soluendum humanæ conditionis debitum venientes, districto iudici appropinquare se cernunt. Et fit tanto timor acrior, quanto & retributio æterna vicinior. Crescit pauor vicina retributione iustitiæ, & vrgente solutione carnis, quanto magis districtum iudicium iam iamque quasi tangitur, tanto vehementius formidatur. Et si ea quæ sciunt numquam se prætermisisse meminerunt, formidant tamen illa quæ nesciunt, quia videli-

videlicet semetipsos diiudicare,& comprehendere omnino non possunt, atque vrgente exitu, subtiliori terrentur metu. Neque enim tunc cuiuslibet anima immerito terretur,quãdo post pusillum hoc inuenit,quod in æternum mutare non possit. Consideramus quippe quod viam vitæ præsentis nequaquam sine culpa transire potuimus,cõsideramus etiam quia nec hoc quidem sine aliquo reatu nostro est quod laudabiliter gessimus, si remota pietate iudicemur.
19 Quis enim nostrum vitam præcedentium patrum valeat vel superare vel assequi? Et tamen
*Psal.*124. Dauid dicit, non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Paulus cum diceret. Nihil mihi
*1.Cor.*4. conscius sum,caute subiunxit, sed non in hoc
1.Ioan. 1. iustificatus sum. Ioannes dicit. Si dixerimus
Iac. 3. quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Iacobus ait, In multis offendimus omnes. Quid ergo faciẽt tabulæ,si tremunt columnæ? Aut quomodo virgulta immobilia stabunt,si huius pauoris turbine etiam cedri quatiuntur? Solutioni ergo carnis appropinquans nonnumquam terrore vindictæ etiam iusti anima turbatur. Cui, & si quid tranquillum in hac vita sapere potuit,mortis articulo interueniente concutitur, vt iure dici debeat, abominabilis ei fit in vita sua panis, & animæ eius cibus ante desiderabilis. Vel certe propter pauoris pœnam hoc quod illic subditur, appropinquabit corruptioni anima eius, & vita illius mortiferis. Sed quia iustorum animæ a leuibus quibusque contagijs, ipso sæpe mortis pauore purgantur, & æternæ retributionis gaudia iam ab ipsa carnis solutione
20 percipiunt plerumque vero contemplatione
21 quadam retributionis internæ, etiam priusquam carne expoliantur,hilarescunt, & dum vetustatis debitum soluunt, noui iam muneris lætitia perfruuntur, recte dicitur, videbit faciem eius in iubilo. Iusti itaque anima in iubilo facie Dei conspicit, quia tantum de lætitia interna percipit,quantum capere,vel assumpta vix possit. Ibi igitur lucem viuens,videt quia spiritalem oculum in radios interni solis infigit. Ibi lucem viuens videt, quia omni iam mutabilitatis viciissitudine calcata veritati æternitatis inhæret, eique inhærendo quem cernit, ad similitudinem incommutabilitatis assurgit. Igitur Heliu de afflicto hoc, liberatoque homine,quia prius mæroris amaritudinem, & postmodum gaudia consolationis expressit,apte subiunxit. Hæc omnia operatur Deus tribus vicibus per singulos, videlicet conuersionis, probationis, & mortis,quia per tria hæc,& duris prius stimulis mæroris afficitur, magnis postmodum securitatis gaudijs refouetur.

Glorias, & honores contemnunt iusti in hac vita, diligitur autem a peccatoribus mundanus honor vehementer. Cap. V.

VLTRA ea quæ de ambitione disseruimus lib.1.cap.20. late.

1 IERONYMVS ad Pãmachium iuuenem nobilem qui mortua Paulina vxore sua monachi propositum
Epist. 26. ad Pammachium to.1. susceperit,opes suas in pauperum subsidium elargiens ait: Non est parum virum nobilem, virum disertum, virum locupletem, potentium in plateis vitare comitatum, miscere se turbis, ad hærere pauperibus, rusticis copulari,de principe vulgum fieri. Sed quanto humilior, tanto sublimior est. Lucet margaritum in sordibus, & fulgor gemmæ purissimæ, etiam in luto radiat. Hoc est quod Dominus repromisit, glorificantes me glorificabo. Alij hoc intelligant de futuro, quando mæror vertetur in gaudium, & transeunte mundo,sanctorum corona non transit. Ego, & in præsentiarum video sanctorum promissa compleri. Antequam Christo Pammachius tota mente seruiret,notus erat in senatu, sed multi alij habebant infulas proconsulares. Totus orbis huiuscemodi honoribus plenus est. Primus erat, sed inter primos, præcedebat alios dignitate, sed, & alios sequebatur. Quamuis clarus honor vilescit in turba, & apud viros bonos indignior fit ipsa dignitas, quam multi indigni possident. At nunc omnes Christi Ecclesiæ Pammachium loquuntur. Miratur orbis pauperem, quem hucusque diuitem nesciebat. Quid cõsulatu illustrius? Annuus honor est, & postquam alius successerit prior desijt. Latent in multitudine laureæ, & triumphi interdum triumphantium sordibus polluuntur. Plus ergo accepimus quam dedimus. Parua dimisimus, & grandia possidemus.

2 IDEM sic habet: Futuræ vitæ gloria præsentis vitæ incommodis comparatur. Chri-
Epist. ad Pammachium quẽ instituit in scientia divinæ legis to.9. stianis vexilla crucis sunt deliciæ, trophæa nostræ vitæ non pompis, sed miserijs reportãtur. In nostra classe viri fortes opprobria sciunt portare non munera. Paupertati non nobilitati futurorum beatitudo promittitur. Retrahit quidem verecundia senatorem,ne sequatur pauperem Christum, sed audiat a Christo, qui me confusus fuerit, & mea verba in generatione hac adultera, & peccatrice, & filius hominis confundet eum in gloria Patris sui cum Angelis sanctis. Turpe est inter parentes senatores, pro Christo voluntaria humilitate deiectum esse. Displicet amicis si post ambitiosi habitus cultum plebeia, & ignobilia indumenta mutentur. Sed si hominibus placere vellem ait, Apostolus, Christi seruus non essem. Et Propheta in Psalmo, quoniam Deus dissipat ossa eorum,qui hominibus placent, confusi sunt quoniam Deus spreuit eos. Dicat vnusquisque quod velit, ego interim de me pro sensus mei paruitate iudicaui melius esse confundi coram peccatoribus super terram,quam coram Angelis sanctis in cælo. Esaias vir in sua gente nobilissimus,qui socer regis Ezechiæ fuisse refertur,iussu Dei deposito cilicio nudus incedit,nec tam ardui præcepti pudore deterritus est,quominus Dei imperium sequeretur,quia nihil honestius esse homini quãm creatori suo parere iudicabat. Ioannes quoque baptista nobilis, & in carne,& in spiritu natus, cilicium a pueritia in habitum,& locustas elegit in cibum, qui nec peccati conscientia, nec paupertatis inopia ad huius gloriam oneris,sed sola futuri sæculi beatitudine trahebatur. Et reuera si amator gloriæ sum,si superbiæ,si ambitionis, aut pompæ, dum illi omne studium meæ voluntatis impendo, Domino seruire non possum, quia duobus dominis seruire non posse scriptum est. Non
1.Cor.6. istis vestri dicit Apostolus,empti enim estis pretio magno,glorificate, & portate Deum in corpore vestro.

3 IDEM exponens verba illa: Est malũ quod vidi sub sole quasi per errorem egrediens a facie principis, positum stultum in dignitate sublimi, & diuites sedere deorsum. Vidi seruos in equis, & principes ambulantes quasi seruos super terram, inquit. Hanc iniquitatem se in sæculo perspexisse commemorat, vt in mundi potestatibus,vel in Ecclesiæ principatu sedeant hi qui diuites sunt in sermone,atque sapientia, & in operibus bonis, ignobiles sedeant, & imprudens quisque in Ecclesia principatum teneat. Hoc autem fit a vultu eius, qui in sæculo habet potestatem, vt potentes quoque, & doctos viros premat, nec eos in populis apparere permittat. Illos vero quos scit imprudentes esse, in ecclesijs faciat esse maiores, vt cæci a cæcis ducantur in foueam. In hunc sensum facit, & illud quod sequitur, Vidi seruos in equis & principes ambulantes super terram quasi seruos. Quod hi qui serui sunt vitiorum atque peccati, subita a diabolo dignitate per flagitia publica sublimentur, magister autem nobilis quisque, & prudens, paupertate oppressus gradiatur itinere officioque seruorum. *Infra*: Non simus itaque tristes si in hoc sæculo humiles esse videamur,scientes a facie diaboli stultos subleuari, & diuites deijci, seruos insignia habere dominorum, & principes seruorum ingredi vilitate.

4 AVGVSTINVS sic habet: Mundum Deus propter exercitium fecit, & omnibus copijs honestauit duas causas proponens præsentem, & futuram cælestem, & terrenam, vt ad probationẽ esset homini, vt qui spreta futura vita præsentem eligeret, carni deputaretur, qui vero præsenti futuram anteponeret spiritalibus dignus haberetur, & qui iniuste pressus potentia iniustorum querelam Deo resignaret, in futuro iudicio releuatus spiritali gloria honoraretur. Vnde nullus sanctorum in mundo gloriosus apparuit, neque præsentes dilexit delicias. Hinc Apostolus habentes, inquit,uictum, & quibus tegamur,his contenti simus. Sed qui
1. *Tim.* 6. est Christianus etiam dolet,si felix sit in sæculo, cum christianorum dignitas, & felicitas, non in terris promissa sit, sed in cælis. Quomodo christianum se dicit, qui non illic gloriari vult, vbi promissum est, sed hic vbi prohibitum est? Si enim expediret præsentibus frui, non vtique hæc contemnentibus cælestia promitterentur.

5 IDEM: Postquam multa disseruisset Augustinus de bellis Romanorum,& quam multa pa-
Lib. 5. de Ciuit. Dei c.12.to.5. trassent facinora ducti ingenti amore gloriæ mundanæ proprios enecantes filios victi amore patriæ, laudisque immensa cupidine, docens in hoc capite,quibus moribus antiqui Romani meruerint, vt eorum augeretur imperiũ, inquit: Romani laudis auidi, pecuniæ liberales erant, gloriam ingentem, diuitias honestas volebant, hanc ardentissime dilexerunt, propter hanc viuere voluerunt, pro hac, & mori non dubitauerunt. Ceteras cupiditates huius vnius ingenti cupiditate presserunt. Ipsam denique patriam suam,quoniam seruire videbatur inglorium, dominari vero atque imperare gloriosum prius omni studio liberam, deinde dominam esse concupierunt. Hinc est quod regalem dominationem non ferentes, annua imperia binosque imperatores sibi fecerunt,qui consules appellati sunt a consulendo, non reges aut Domini a regnando,atque dominando, cum & reges vtique a regendo dicti melius videantur. Expulso itaque rege, & consulibus institutis ciuitas quantum breui creuerat, tanta cupido gloriæ incesserat. Ista ergo laudis auiditas, & cupido gloriæ, multa illa miranda fecit, laudabilia scilicet atque gloriosa secundum hominũ
6 existimationem. *Infra*: Cum esset adepta libertas, tanta cupido gloriæ incesserat, vt parum esset sola libertas, nisi & dominatio quæreretur. Hoc illa profecto laudis auiditas, & gloriæ cupido faciebat. Et cap.13. Tullius in libris quos de Republica scripsit,vbi loquitur de instituendo principe ciuitatis, quem dicit alendum esse gloria, & consequenter commemorat maiores suos multa præclara gloriæ cupiditate fecisse. Huic ergo vitio non solum non resistebant, verum etiam id excitandum, & accendendum esse censebant,putantes hoc vtile esse Reipublicæ. Quamquam nec in ipsis philosophiæ libris Tullius ab hac peste dissimulet, vbi eam luce clarius confitetur. Cum enim de studijs talibus loqueretur, qua vtique sectanda sunt fine veri boni, non ventositate laudis humanæ, hanc intulit vniuersalem generalemque sententiam. Honos alit artes, omnesque accenduntur ad studia gloriæ.

7 IDEM disputans de resecando amore laudis humanæ ait: Huic igitur cupiditati melius
Eodem lib. cap.14. resistitur, sine dubitatione,quam ceditur. Tanto enim quisque est Deo similior,quanto ab hac immunditia mundior. Quæ in hac vita,& si non funditus eradicatur ex corde, quia etiam bene proficientes animos tentare non cessat, saltem cupidi-

cupiditas gloriæ superetur dilectione iustitiæ. Tam enim est hoc vitium inimicum piæ fidei si maior in corde sit cupiditas gloriæ, quàm Dei timor vel amor, vt Dominus diceret. Quomodo potestis credere gloriam ab inuicem expectantes, & gloriam quæ a solo Deo est non quærentes? Item de quibusdam qui in eum crediderunt, & verebantur palam confiteri, ait Euangelista. Dilexerunt gloriam hominum magis quàm Dei. Quod sancti Apostoli non fecerunt, qui inter maledicta, & opprobria non sunt deterriti.

Ioan. 8.

Ioan. 12.

8 Concione 2. in Ps. 48. to. 8.

IDEM explicans verba illa: Et dominabuntur eorum iusti in matutino, inquit, dominabuntur iusti mane, tolera noctem, desidera mane, ne putes quia nox habet vitam, & mane non habet vitam. Mane apparebit, ideſt, cum sæculi huius incerta transierint. Nunc tenebræ tibi videntur. Facit male, viuit, floret, terret, honoratur. Facit bene, reprehenditur, blasphematur, accusatur, laborat, terretur, quasi tenebræ sunt. In radice autẽ vigor, fructus, opulentia, vita nondum est in ramis, sed radix non aruit, similis arescenti est, sed tempus venit vestitur honore suo, fecundatur fructibus suis. Tũc impij sicut fœnum velociter arescent, & sicut olera prati cito cadent. Cadent cum videbunt ad dexteram sanctos, & dicent. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij, nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam. Cum enim cœperit Deo quisque viuere, mundum contemnere, injurias suas nolle vlcisci, nolle hic diuitias, non hic quærere felicitatem terrenam, Dominum solum cogitare, dicitur insanus. *Infra*: Dominabuntur ergo eis recti non modo, sed mane.

Psal. 36.

Psal. 5.

Psal. 48.

Nemo dicat quare sum Christianus, impero nemini. Quisquis es noli festinare, & dominaberis, sed mane. Et auxilium eorum veterascet in inferno a gloria eorum. Modo habent gloriam, in inferno veterascent. Quid est auxilium eorum? Auxilium de pecunia, auxilium de amicis, auxilium de virtute sua. Sed cum mortuus fuerit homo, in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Quantum visus est gloriam habere inter homines cum viueret, tantam vetustatem, & corruptionem suppliciorum habebit, cum mortuus fuerit.

Psal. 145

9 Lib. 6. Moral. in c. 5. Iob cap. 4. to. 2.

GREGORIVS explicans verba illa: Vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim, inquit. Quasi firma radice stultus in terra figitur, qui totis desiderijs in terreno amore solidatur. Vnde & primus Cain ciuitatem in terra construxisse dicitur, vt aperte monstraretur, quia ipse in terra fundamentum posuit, qui a soliditate cælestis patriæ alienus fuit. Quasi firma radice stultus attollitur, quando hic temporali prosperitate fulcitur, vt omne quod appetit assequatur, aduersa nulla sustineat, contra infirmos sine repugnatione prævaleat, ad maiora commoda ex peioris semper actione perueniat, vt vnde viam vitæ deserit, inde ad tempus felicior viuat. Sed cum malos florere infirmi conspiciunt, trepidant, & apud semetipsos peccantium prosperitate turbati, intus in gressibus mentis nutant. Quorum profecto speciem sumpsit Psalmista cum diceret. Mei autem pene moti sunt pedes, quia zelaui in peccatoribus pacem peccatorum videns. Cum vero eorum gloriam fortes aspiciunt, protinus quæ post gloriam pœna sequatur attendunt, & alta intus cogitatione despiciunt hoc, quod foris superbi fastu vacuæ inflationis intumescũt. Bene ergo dicitur. Vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim. Pulchritudini quippe stulti maledicere, est eius gloriã ex considerata damnatione iudicare, quia eo atrocius in tormentis obruitur, quo altius in peccatis eleuatur, quia cum pertransit quod extollitur, permanet quod punitur. Qui honoratur in via, in peruentione damnabitur. Et quasi per amæna prata in carcerem peruenit, qui per præsentis vitæ prospera ad interitum tendit. Notandum vero quod cum stulti pulchritudini maledixisse se dicit, protinus addidit, statim. Mos namque humanæ, & infirmæ mentis est, vt cum earum rerum quas respicit, qualitate varietur, sæpe eius iudicium cum ipsa præsentis rei specie ducatur, & iuxta hoc quod aspicit, intentio illius, sensusque formetur. Nam plerũque nonnulli, dum quorũdam gloriam cernunt, eiusdem gloriæ aspectibus delectantur, ac magnum aliquid æstimant, seque vt talia mereantur exoptant. Cum vero glorioſos quosque, aut dejectos subito, aut fortasse etiam morientes aspiciunt, quia humana gloria omnimodo nihil sit, cum gemitu fatentur, ita vt protinus dicant. Ecce quam nihil est homo. Qui hoc nimirum rectius dicerent, si cum in gloria hominem cernerent, tunc eius interitum cogitantes transeuntem potentiam nihil esse sensissent. Tunc quippe est humana elatio pensanda, quàm nihil sit, cum se super ceteros successibus extollit. Tunc considerandũ est, quo cursu felicitas trãsuolet, cum ante humanos oculos quasi permanens pollet. Nam gloriam morituri nihil esse, in ipsa iam morte pensare infirmi quilibet possunt. Bene itaque dicitur, Vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim. Ac si aperte diceret, contra stulti pulchritudinem moram in maledictione non habui, quia cum hanc cernerem, simul etiam pœnam sequentem vidi. Non enim statim maledicerem, si quame gloriæ illius delectatio tenuisset, sed sine tarditate maledixi, quia supplicia mansura conspiciens, eius potentiam sine dubitatione reprobaui.

Psal. 72.

10

11

12 Lib. 31. Moral. cap. 10.

IDEM explicans illa verba Iob. 39. capite. Numquid præbebis equo fortitudinẽ, ait: Equi nomine in sacris litteris aliquãdo dignitas temporalis accipitur, Salomone attestante qui ait: Vidi seruos in equis, & principes ambulantes quasi seruos super terram. Serui in equis sunt, cum peccatores præsentis vitæ dignitatibus efferuntur. Principes vero quasi serui ambulant, cum multos dignitate virtutum plenos nullus honor erigit, sed summa hic aduersitas, velut indignos deorsum premit. Hinc rursum dicitur,

Eccls. 10.

Psal. 75. tur, Dormitauerunt qui ascenderunt equos, ideſt in morte animæ mentis oculos a veritatis luce claulerunt, qui in præsentis vitæ honore, confisi sunt.

Gloriandum est homini in solo Deo, non in mundo, cuius gloria non stat, sed volat, & pertransit statum. Cap. VI.

1 Rom. 5. in Psal. 36. to. 2.

ORIGENES Præter ea quæ adnotauimus libro 2. capite 19: explicans verba illa vidi impium super exaltatum, & eleuatum sicut cedros libani, & transiui, & ecce non erat, quæsiui eum, & non est inuentus locus eius, sic habet. Quia frequenter nos infirmi videntes iniquos quosque, & impios in hac vita cum omni felicitate degentes, & prosperis successibus florentes abundare diuitijs, honoribus, fecunda, & vniuersa prole gaudere, delicijs fluitare, scandalizamur, & dicimus in cordibus nostris. Vbi est iustitia Dei? Propterea ergo nunc sermo diuinus ex persona iustorum dicit. Vidi impium non solum exaltatum sed superexaltatum, & eleuatum non super arbores qualescumque, sed super cedros libani, vt, & arbor excelsa nimis fit, & locus montis cũctis excelsior, & tamen videns hæc omnia. transiui (inquit), & ecce non erat. Quid putas illud est quod transit iustus, vt ista cesset elatio? Cum videmus extolli impios, & in nimiam superbiam crescere, transeamus, & nos mente, & intellectu ab his quæ videntur, & temporalia sunt, & transferamus sensum nostrum ad ea quæ non videntur, & æterna sunt. Cogitemus temporalia hæc esse, & paucorum dierum quæ videntur elata. Transiui, & ecce nõ erat, quia peccatores non computantur esse. Vnde in libro Esther dicitur. Non tradas Domine sceptrum tuum his qui non sunt. Donec ergo quis miratur superbos in elatione sua donec adulatur quis peccatoribus, certum est eum non transisse nec vidisse quæ non sunt, sed permanere in hoc præsenti statu: & idcirco mirari in eis præsentem gloriam. Si autem eo modo transeat quo superius diximus ideſt mente a præsentibus ad futura, tunc dicit de eo quem viderit elatum sicut cedros Libani, quia transiui, & ecce non erat. Si imitator es Dei non expectas quousque iste elatus humilietur, & extinguatur, sed apud temetipsum, & in animo tuo transisse ea iam cernis si ipse sensu transeas a præsentibus ad futura. Accipe exemplum ad hæc. Si nauigijs, & naui positus vides terras, & promontoria, & montes transeuntia, non quo illa continuo moueantur, sed quia tu vento prospero flante transis, illa se subducere videntur ac ferri, ita, & in hoc ergo si sancti spiritu mentem tuam perflante, & spirante, secundo, & prospero nauiges cursu, pertransies sensu tuo omnia hæc quæ videntur, quia temporalia sunt, & intueris illa quæ æterna sunt, sine dubio dicis, quia hæc omnia quæ videntur iam non sunt, quia nec futura sunt.

2 Cap. 14.

3 Lib. 3. in c. 3. epist. Pauli ad Rom. to. 3.

IDEM explicans verba illa: Vbi est ergo gloriatio tua? inquit. Excluditur omnis gloriatio quæ ex legis operibus venit, quia non habet humilitatem crucis Christi. In qua qui gloriatur audi quid dicit. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Vides Apostolum non gloriantem super iustitia sua, neque super castitate, neque super sapientia, neque super ceteris virtutibus vel actibus suis, sed apertissime pronuntiantem, & dicentem. Qui gloriatur in domino glorietur. Quis enim recte vel super castitate sua gloriabitur, cum scriptum sit, quomodo gloriabitur quis castum se habere cor? Aut quis gloriabitur super sapientia, cum Christum videat, quia mundus per sapientiam non cognouit Deum, & ideo placuit Deo per sultiam prædicationis crucis Christi saluos facere credentes. Quis autem vel super iustitia sua gloriabitur cum audiat Deum per Prophetam dicentem, quia omniis iustitia vestra sicut pannus mulieris menstruatæ? Sola igitur iusta gloriatio est in fide crucis Christi.

Gal. 6.

Prou. 20.

1. Cor. 1.

Esai. 64.

4 Libro 4. in c. 5. epist. ad Rom.

IDEM exponens verba illa: Non solum autem sed, & gloriamur in tribulationibus ait. Sermo gloriationis interdum laudabiliter in scripturis, interdum culpabiliter ponitur. Etenim cum dicit Hieremias, non glorietur sapiens in sapientia sua, nec dives in diuitijs suis, nec fortis in fortitudine sua, sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire, & nosse me quia ego sum Dominus, qui statuo misericordiam, & iudicium, & iustitiam super terram, in vno eodemque capitulo gloriationem, & laudabiliter, & culpabiliter posuit. Nam si quis inquit gloriatur vel in sapiẽtia sua, vel in fortitudine, vel in diuitijs culpabiliter gloriatur. Si quis vero in agnoscendo Dominum gloriatur, & in intellectu iudiciorum eius, & misericordiæ, & iustitiæ, laudabiliter gloriatur. Requirendum ergo nobis est in quibus recta gloriatio & in quibus minus recta gloriatio sit. Quod ita poterimus agnoscere si naturas rerum competenti distinctione teneamus. Omnia enim quæ sunt vel aguntur, aut bona sunt aut mala, aut indifferentia. Bona dicuntur ea quæ ad virtutes animi pertinent, sicut, & mala quæ ad malitiam spectant, & contra legem Dei aguntur. Indifferentia vero sunt omnia alia, diuitiæ, species corporis, fortitudo, vel proceritas, & ea quæ vsibus corporis seruiunt. Si quis igitur gloriatur in his quę non sunt vere bona, nec ad virtutem animi pertinent, culpabiliter gloriatur. Paulus vero qui in his erat peritissimus cum dixisset quia gloriamur in tribulationibus nostris, ne forte putaretur in rebus indifferentibus, & medijs gloriari, reddit continuo rationem, & ostendit, quia gloriatio sua quam in tribulationibus habet ad virtutem animi pertineat. Dicit

5

enim, quia tribulatio pro qua glorior, patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes vero non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum. Et in his docet, quòd per succedentes sibi virtutes gloriatio tribulationum vsque ad sancti Spiritus cultum ascendat, sicut & alibi dicit, qui gloriatur, in Domino glorietur. Neque ergo in sapientia propria, neq; in diuitijs, nec in fortitudine, sed in Deo solo conuenit gloriari. Sed dixit Propheta. Non glorietur sapiens in sapientia sua. Qui enim in sua, & non in Dei sapientia gloriatur, culpabiliter gloriatur, quia & alibi dicit Propheta. Væ eis qui sapientes sunt apud semetipsos, & in oculis suis prudentes. Dei ergo sapientia est Deum cognoscere, & intelligere misericordiam eius, & iustitiam, in quo qui gloriatur, in domino gloriatur.

6 Hom 24 in c. 11. epist. 2. ad Cor. to. 4.

CHRYSOSTOMVS explicans verba illa: Quoniam multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor, ait. Secundum carnem gloriatur, qui gloriatur ab externis a nobilitate, a diuitijs, a sapientia, a progenitoribus, a magna existimatione. In his gloriari insipientiam censet. Nam si in veris bonis gloriari insipientia est, multo magis in vanis. Dicit ergo Paulus. Ne putetis quòd quasi virtutem hæc ponam, sed quoniam in his pseudoapostoli gloriantur, cogor, & ego hinc comparationem facere, quòd scilicet, & alibi facit dicens, Si quis videtur confidere in carne, ego magis, & illic propter eos qui confidunt in hoc. Libenter sustinetis insipientes, vocat hoc nomine, gloriantes in se aut suis bonis.

Phil. 3.

7 Hom 7 in c. 3. epist. ad Coloss.

IDEM sic habet: Depingamus priorem nostram vitam, an non omnia terra fuerunt, & vnda, puluerem & instabilem, & fluidum habentia? Si vultis non priora sed præsentia discutiamus, An non inuenturi sumus omnia puluerem esse, & vndam? Quid enim ius dicam principatus, & potestates? Verum inuenerit quisquam puluerem in aere magis persistentem, quam istos nunc potissimum. Cui namque subiecti non sunt? Qui heri in tribunali sedebat sublimis, qui præcones habebat voce magnifica clamantes, & multos præcursores, & circa forum insequentes, hodie vilis, & abiectus, & omnibus illis spoliatus, & nudus instar puluerис excussi, & vndæ præterfluētis se habet. Quemadmodum autem puluis pedibus nostris eundo excitatur, ita, & principatus ab illis creantur, quæ circa pecunias versantur, & pedum locum obtinent in omni vita. Et quemadmodum puluis quando excitatur, magnam aeris partem occupat, cum ipse sit exiguus, ita, & principatus. Atque vt puluis oculos excæcat ita, & principatus fastus oculos mentis excæcat. Sed quid? Vis remissam peroptabilem diuitias videlicet discutiamus? Habent delicias, habent honores, habent potentiam. Deliciæ nõne puluis sunt? Immo puluere citius euanescunt. Voluptas enim deliciarum ad linguam vsque pertingit. Quando vero repletus fuerit venter, iam ne ad linguam quidem vsque. Item diuitiæ, ignominiæ nobis causa sunt; nam non tu dines honore potiris, sed diuitiæ, maiore præditæ honore, quàm qui possident. Sunt quoque non potentiæ, sed infirmitatis indicium.

8 Lib. 1. in c. 3. Ezech. to. 4.

HIERONYMVS exponens verba illa: Et surrexi, & egressus sum in campum, & ecce ibi gloria Domini stabat, ait: Egressus in campi latitudinem vidit stantem gloriam Domini, quam prius viderat ambulantem, & eleuantem se. Quia iuxta fluuium sæculi huius Chobar, qui interpretari potest grauissimus, gloria cernebatur. Quod significat omnem mundi huius gloriam præterfluere, & gradum stabilem non habere. Gloria autem Domini stans, & perseuerans, cum stante Propheta videtur in campo, quæ in medio captiuorum, nec stare poterat, nec videri.

9 Lib 2. in c. 5. Osee. to. 6.

IDEM explicans verba illa: Quid faciam tibi Ephraim, quid faciam tibi Iuda? Misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens, inquit. Prouocat Dominus homines ad misericordiam, & reuerti cupit ad salutem. Sed illi delicias huius sæculi, & refrigeria quasi nubem, & rorem, qui cito transeat consectentur, quibus in Euangelio dicitur. Stulte hac nocte repetunt animam tuam ad te, quæ autem parasti, cuius erunt? Et diues ille purpuratus, qui ante ianuas suas iacentem Lazarum contemnebat, omne quod fruitus est instar nobis, & roris transisse cognouit. Nos autem nubem diligamus illam, quæ perpetua est, & quæ a mundi huius ardore nos protegit, cui sedens Dominus in Ægyptum, & omnia Aegyptiorum simulachra confregit. Amemus illum roremi, de quo Moyses loquitur. Descendant sicut ros verba mea.

Luc. 12. *Luc. 16.* *Esa. 19.* *Deut. 32.*

10 Lib. de correptione, & gratia. to. 7

AVGVSTINVS inquit: Placuit Deo quo maxime humanæ superbiam præsumptionis extingueret, vt non glorietur omnis caro coram ipso, nisi de meritis suis? Quæ quidem potuit habere, sed perdidit, & per liberum arbitrium perdidit. Propter quod non restat liberandis, nisi gratia Saluatoris. Ita ergo non gloriatur omnis caro coram ipso. Non enim gloriantur iniusti, quia non habent vnde, nec iusti, quia ex ipso habent vnde, nec habent gloriam suam nisi ipsum cui dicunt. Gloria mea, & exaltans caput meum. Ac per hoc ad omnẽ hominem pertinet, quod scriptum est. Vt non glorietur omnis caro coram ipso. Ad iustos autem illud. Qui gloriatur in Domino glorietur. Hinc est, quod in hoc loco miseriarum, vbi tentatio est vita humana super terram, virtus in infirmitate perficitur, quæ virtus, nisi vt qui gloriatur, in Domino glorietur? Ac per hoc nec de ipsa perseuerantia boni, voluit Deus sanctos suos in viribus suis, sed in ipso gloriari.

2. Cor. 12.

11 Euarratione 2. in Ps. 25. to. 8.

IDEM exponens verba illa: Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ ait. Dixit prius, dilexi decorem domus tuæ, & exponit quid sit decor domus Dei. Locus inquit, habitationis gloriæ tuæ. Quæ

Quæ est gloria Dei? Vt qui sit bonus non in se, sed in Domino glorietur. In quibus sic habitat Deus, vt de bonis suis ipse glorificetur, vt non sibi velint tribuere, & quasi proprium vendicare, quod ab illo acceperint, ipsi pertinẽt ad decorem domus Dei. Nec discerni illos valet scriptura, nisi quia sunt quidam, qui donum Dei habent, & nolunt in Deo gloriari, sed in se habent quidam donum Dei, sed non pertinent ad decorem domus Dei. Qui enim pertinent ad decorem domus Dei, in quibus habitat gloria Dei, ipsi sunt locus habitationis gloriæ Dei. In quibus autem habitat gloria Dei, nisi qui sic gloriantur, vt non in se, sed in Domino glorientur?

12 In Psal. 53. Esa. 40. Psal. 36.

IDEM explicans verba illa: Et super inimicos meos respexit oculus meus (nostra lectio habet, despexit) sic habet. Florem illorum transii altitudine cordis, & perueniens inde ad te, respexi super illos, & vidi, quia omnis caro fœnum, & omnis gloria eius tamquam flos fœni. Sicut quodam loco iterum dicitur. Vidi impium superexaltari, & eleuari sicut cedros Libani, transiui, & ecce non erat. Quare non erat? Quia transisti. Quid est, quia transisti? Quia non sine causa sursum cor habuisti, quia non in terra vbi putresceres remansisti, quia leuasti animam tuam ad Deum, & transcendisti cedros Libani, & de illa celsitudine attendisti; & ecce non erat, & quesisti eum, & non est inuentus locus eius. Iam labor non est ante te, quia intrasti in sanctuarium Dei, & intellexisti in nouissima.

13 Concione in Ps. 70. Rom. 10.

IDEM explicans verba illa: Quoniam non cognoui litteraturam, introibo in potẽtias Domini, sic habet: Litteratura detestanda est illa, de qua dixit Apostolus. Ignorantes Dei iustitiam, & suam volentes statuere iustitiæ Dei nõ sunt subiecti. Contra quam dicit idem. Non ex operibus ne forte quis glorietur. Quomodo ergo? Numquid non operabitur bonum? Operabimur, sed in ipso nobis operante. Ipsius enim sumus figmentum creati in Christo Iesu in operibus bonis, & non de operibus gloriantes. *Infra*: Ego de gratia tua Domine volo gloriari. Mihi autem ait Apostolus, Absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, vt viuat in me Christus. In ipsa gratia glorians, litteraturam non cognoui, ideſt homines de litteratura præsumentes, & a gratia resilientes, toto cor de reprobaui. Merito sequitur. Introibo in potentiam Domini. Non meam, sed Domini, nam illi in potentia sua de littera gloriati sunt. Sed quia littera occidit, spiritus autem viuificat, non cognoui litteraturam, & introibo in potentiam Domini. Domine memorabor iustitiæ tuæ solius. O solius. Quid addit, solius, rogo vos? Sufficeret, memorabor iustitiæ tuæ. Solius, inquit, prorsus, vbi meam non cogito. Quid enim habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Iustitia tua liberat me, mea sola non sunt nisi peccata. Non glorier ergo de viribus meis, reprobem homines de littera gloriantes, & de suis viribus peruerse tamquam phrenetici præsumentes, reprobem tales, intrem in potentiam Domini, vt quando infirmus sum, tunc potens sim, vt tu in me sis potens, quoniam memorabor iustitiæ tuæ solius.

Gal. 6. *1. Cor. 4.*

14 In Ps. 102.

IDEM in fine exponẽs illa verba: Memento quia puluis sumus, homo sicut fœnum dies illius, ait: Attendat quid sit homo, non superbiat homo, tamquam fœnum dies illius. Quid superbit fœnum ad tempus modo florens post paululum arescens? Quid superbit fœnum ad tempus vigens, & hoc ad paruum tempus donec sol candescat? Sicut flos agri sic efflorebit. Totus splendor generis humani, honores, potestates, diuitiæ, minæ, tumores, flos fœni est. Floret illa domus & magna domus, floret illa, familia & quam multis floret, aut quam multis annis viuunt. Multi anni tibi, breue tempus Deo, Deus nõ sic numerat, quomodo numeras. In comparatione longorum, & longe viuentiũ sæculorum, omnis flos cuiuscumque domus sic est, quomodo flos agri. Quicquid ibi viget, quicquid ibi candet, quicquid ibi pulchrum est, non perannuat, imo per totum annum duci non potest. Quam exiguo tempore transeunt flores, & hoc est pulchrum in herbis. Hoc quod valde pulchrum est, cito cadit. Omnis caro fœnum, & claritas hominis, vt flos fœni, fœnum aruit, & flos decidit, verbum autem Domini manet in æternum. *Infra*. Quoniam spiritus pertransibit in illo, & nõ subsistet, & cognoscet amplius locum suum. Videte quotidie morientes, & hoc erit totum, ipse erit finis.

Esai. 40.

15 Serm. 1. dominicæ in ramis palmarum. *Ibid.*

BERNARDVS sic habet: Processioni hodie coniuncta est passio, vt videas, quia omnis caro fœnum, & omnis gloria eius tamquam flos fœni. Vnde & processionis gloria voluit Dominus sublimari, quia paulo post sibi nouerat imminere diem ignomiosissimæ passionis. Quis ergo sperare iam debeat in incerto gloriæ temporalis, cum videat in ipso quoque, qui peccatum non fecit Creatore temporum, post exaltationem tantam, tantam nihilominus humiliationem sequi? In eadem enim ciuitate, a plebe eadem, & in eodem tempore, nunc quidem processionis gloria, & diuinis est laudibus honoratus, postmodum vero interrogatus contumelijs, & tormento, & cum sceleratis deputatus. Hic est transitoriæ finis latitiæ, hic fructus gloriæ temporalis.

16 In serm. de verbis Apostoli.

IDEM: In sermone de verbis Apostoli, Qui gloriatur in Domino glorietur, inquit. Nouerat Apostolus gloriam propriam esse creatoris non creaturæ, secundum illud, Gloriam meam alteri non dabo. Itemque Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Sed considerauit rationalem creaturam adeo affectare gloriam, vt aliter vix aut nunquam ab hoc compesci desiderio possit, quippe quæ ad imaginem facta est cratoris. Propterea secundum datam sibi à Deo sapientiam saluberrimum adinuenit consilium dicens, Quandoquidem persuaderi nobis non potest, non gloriari: qui gloriatur in Domino glorietur. Et consi-

Esa. 42. *Psal. 113*

dera quantum superexcedit Pauli philosophia philosophiam sapientiũ huius mundi, quæ nimirũ stultitia est apud Deum. Cũ enim nonnullos viderent philosophi alienis delectari laudibus, & gloriam ab inuicem quærere, qui inter eos fuere præcipui prudẽter aduerterunt vanã esse huiusce modi gloriam, & penitus contemnendam. Sed considerantes deinde ac studiosius inquirentes, quænam appetenda esset gloria sapienti, hic iam plane euanuerũt in cogitationibus suis, propriam quippe sufficere gloriam arbitrãtes, quasi vero animã quæ a semetipsa esse non potest a se possit esse beata. Sicut ergo cupidi laudis alienæ tota solicitudine operã dabant ea operari, quæ mirarentur homines, & laudarent, sic isti sola ea iudicabant sectanda esse, quæ interior arbiter animus approbaret. Et hęc quidem summa philosophia sapientium huius mundi est, ipsa quoq. minus habẽs licet propinquior veritati. Vnde, & vtrãque gloriã sublimi veritatis contemplatione transcendens Apostolus, qui gloriatur inquit, non in altero, non in se, sed in Domino glorietur. Non enim qui seipsum cõmẽdat ille probatus est, sed quẽ Deus cõmẽdat. Vt quid enim aut de alterius hominis, aut de meo ipsius iudicio sollicitus sum, cuius nec vituperio reprobus, nec laude probatus inueniar? Fratres si me ante vestrũ oporteret tribunal astare merito super vestris laudibus gloriarer. Quod si vel meo ipsius essem iudicandus examine, iure meo ipsius testimonio cõtẽtus proprijs laudibus delectarer, nunc autẽ dum nec vestro, nec meo, sed Dei sim iudicio præsentandus, quã tæ insipiẽtiæ, immo, & insaniæ est aut in vestro me, aut in meo ipsius, testimonio gloriari, præsertim cũ ipse sit, cuius oculis omnia nuda sunt, & aperta, & cui nequaquam opus sit, vt quis ei testimonium perhibeat de homine? Merito proinde Apostolus ipse vanæ, & fallacis gloriæ reprobator, Mihi, inquit, pro minimo est, vt a vobis iudicet, aut ab humano die, sed neque meipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum, qui autem iudicat me Dominus est. In quibus verbis illud quoque diligenter considerãdum est, quod alienum quidem iudicium pro minimo habens, suum quoque nequaquam sequeretur, quamuis non illud adeo pro minimo iudicaret habendum. Nemo enim scit hominum quæ sunt in homine nisi spiritus hominis, qui in ipso est, vt comparatione interioris testimonij, exterius omnino pro nihilo sit habendum. Quid enim mihi cum eorum laudibus quibus ignotus sum? Illa enim perfecta omnino erit, & secura gloriatio, cũ erit vnicuique laus a Deo. Nunc quoque licet, non plenarie licet, nõ sine timore, & sollicitudine multa aliquatenus tamen in domino gloriamur, testimoniũ perhibente Spiritu sancto spiritui nostro, quòd filij Dei sumus. Hinc enim vere possumus gloriari, quod tantum habemus patrem, quod maiestate ineffabili cura est de nobis. Vnde, & Propheta, Quid est homo quia magnificas eum, aut quid apponis erga eum cor tuum? Itaque qui gloriatur iam non in meritis suis, sed in Dominino glorietur. Quid enim habet quod nõ acceperit? Si autẽ accepit, quid gloriatur quasi non acceperit? In eo ergo a quo accepit glorietur, non quasi ipse magnus sit, sed quia magnificet eum Deus hoc est, vt in illis quæ accepit non quasi ea non acceperit, sed quasi qui ea acceperit glorietur. Neque enim, ait Apostolus, si autem accepisti quid gloriaris, sed quid gloriaris, inquit, quasi non acceperis, vt non prohibeat, sed doceat gloriari. Perfecta autem, & secura gloriatio est cũ veremur omnia opera nostra, sicut testatur beatus Iob de se ipso. Et cum iustitias nostras non aliud quàm pannum menstruatæ reputandas esse cognoscimus. Nihilominus tamen confidimus etiam, & gloriamur in Domino, cuius misericordia magna est super nos.

17

1.Cor.10.

1.Cor.4.

Iob 7.

1.Cor.4.

Esai.64.

Gratias Deo referre debemus in prosperis, & aduersis, & post comestionem. Cap. VII.

DE re hac multa docent sancti, de quibus diximus lib. 2. cap. 13. & 14. ostendentes, quod beneficijs Dei grati esse debent homines, & declarantes malum ingratitudinis vltra illa adnotanda sunt quæ sequuntur. In primis.

1

BASILIVS explicans verba illa: Benedicam Dominum in omni tẽpore semper laus eius in ore meo, inquit. Titulus psalmi huius est quando Dauid mutauit faciem suam coram Abimelech, qui dimisit ipsum, & abijt, arbitrans eum, quia saliuæ fluebant de ore eius mente motum, vtque euaderet mortem coram Achis, qui generali nomine dicebatur Abimelech (sicut reges Ægypti dicebantur Pharaones, & reges Romanorum Cæsares) finxit se sensu priuatum. Igitur tamquã ex magno periculo liberatus hãc gratiarum actionem refert suo liberatori Deo, dicẽs: Benedicam Dominum in omni tempore. Ereptus ex morte sibi veluti terminos vitæ præscribit, suamque ipsius animam instruit, ac formatad exactiorem viuendi formulam, vt nullum ei tempus prætereat, quin Deum laudet, ac magnarum iuxta, & minimarum rerum initia causasque in eum referat. Non existimabo, inquit, mea quicquam fieri diligentia, nec casu id contingere, sed in omni tempore benedicam Dominum, non solum in rebus vitæ secundis, sed etiam aduersis. Hinc edoctus Paulus ait, Sẽper gaudete, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. Cum patriæ finibus exul vertere solum cogeretur, neque hoc modo sed & cognatis, ac domestice notis, opibusque semel spoliatus. His adde, per necessitatem in manus hostiles cõtraditus, ad hãc malorũ succedaneam seriem, nec sic quidẽ secũ dixit quousque tandem hæc mala progredientur? Non fiebat animo deiectior, vt qui probe nosset, quia tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio vero spem. Attriti laboribus, ac oppressi gratias agamus, in tribulatione positi exultemus quasi gloria affecti. Nihil minus christianum decet, quam vt rebus suis prospere cadẽtibus benedicat Deo, cõtra tristiore quapiã calamitate affectus laudes reticeat Dei, quando tunc quoq. gratiæ vberiores agendæ veniunt.

Hom. 9. in Psal. 33. to. 1.

2

CHRYSOSTOMVS exemplo Annæ, quæ postquam comederat in Silo ad orandum Deum perrexit, ait: Quod omnes faciunt tẽpus relaxationis illa fecit tempus deprecationis. *Infra*. Consuiuium quod a precatione cœptum in precationem desinit, numquam deficiet, sed quouis fonte vberius, nobis omnia adferet bona. Ne igitur tantum negligamus lucrum. Absurdum enim fuerit, si quum famuli nostri, si quando partem aliquam eorum quæ nobis apposita sunt, acceperint, gratias nobis agant, beneque nobis precantes habeant, nos quum tot, tãtisque fruamur bonis, nec hoc quidem honoris Deo persoluamus. Præsertim quũ hinc multam simus assequuturi securitatem. vbi enim precatio, & gratiarum actio, eo sancti Spiritus aduenit gratia, abiguntur dæmones, & omnis aduersaria potestas diffugit, ac discedit. Proinde oportet tum in initio, tum in fine conuiuij gratias agere Deo ob hanc præcipue causam, quod haud facile prolabemur in ebrietatẽ, si nos ipsos in hanc consuetudinem constituerimus. Quin si quando surrexeris crapula, potuque grauatus, ne sic quidem abijcies consuetudinem, sed quamuis habeamus grauatum caput quamuis vertigine circũferamur, nihilosecius tamen orabimus, nec abolebimus consuetudinem. Etenim si præcedenti die ad hunc oraueris modum, postridie corriges dedecus pridie commissum.

Homil. de Anna t. 1.

3

IDEM inquit: Monachi qui eremum habitant post prandium, immo vero post cenam, prandium enim penitus ignorant, quia videlicet certiores sunt, luctus, & ieiunij præsens tẽpus hoc esse. Post cenam igitur quosdam gratiarum actionis hymnos ad Deum dicentes, huius vocis. Tunc reddet vnicuique Deus iuxta opera sua meminerunt. Sed si placet, vniuersum sacratissimum illum cantum vobis exponam, vt assidue illum vos quoque canatis. Benedictus Deus qui me pascis a iuuentute mea, qui omni carni cibum præbes, reple lætitia, & gaudio corda nostra, vt semper satis habentes ad omne bonum opus abundemus in Christo Iesu Domino nostro, cum quo tibi gloria, &c. Amen. Gloria tibi Domine, gloria tibi sancte, gloria tibi rex, quoniam dedisti nobis escas, gaudio & lætitia reple nos in Spiritu sancto, vt inueniamur in conspectu tuo acceptabiles sine verecundia, quando vnicuique reddes secundum opera sua. Omnia igitur huius hymni admiratione digna sunt, sed exitus multo magis. Nam quoniam mensa, & cibus diffundere solet, atque grauare, quasi frenum aliquod hæc verba tempore lætitiæ animo imponunt, vt diligenter illius iudicij recordentur. Non enim fugit eos, quanta mala passus luxuriosus Israel fuit. Comedit enim, & incrassatus est, inquit, & recalcitrauit dilectus. Ideo Moyses scripsit. Cum manducaueris, & biberis, & impleueris te, memento Domini Dei tui, post mensam enim iniquissime agere ausi fuerant. Hac de causa monachi hæc præcipitia, & prærupta metuentes, cum mensa, immo vero ieiunio vsi fuerint; ieiunium quippe mensa eorum est, in illius sed diei, & terribilis iudicij memoriam reducunt. Si autem illi qui ieiunando, humi dormiendo, vigilando, cilicium induendo, milleque alijs seipsos castigant, hac etiam admonitione indigent, quando nos moderate, ac probe viuemus, quibus mensæ mille naufragijs refertæ proponuntur, qui nec in principio manducandi, nec in fine ad orationem nos conuertimus? Quod ne faciamus, & vt naufragia mensarum dissoluamus, assidue illum hymnum in mensa canamus, & vẽtris insultationes comprimamus moribus, atque legibus eorum domi nostræ susceptis, & post mensam singuli hæc verba cantate. *Infra*. Et cum dicunt, Gloria tibi Domine, gloria tibi sancte, gloria tibi rex, quoniam dedisti nobis escas, significant quod non pro magnis solum verum etiam pro minimis gratiæ agendæ sunt. Tu autem considera quomodo ab actione gratiarum propter illa, quæ iam data sunt ad petitionem maiorum accedunt nolentes ex cupiditate cælestium, in terris permanere.

Deut. 32. Ibid. 6. 4

5

AMBROSIVS: De hostibus carnalibus non metuendis, & post cibum gratias Deo referri debere, inquit: Orare, & gratias Deo agere quid sit, plerosque de vobis etiã arbitror ignorare, qui surgentes primo diluculo, non nisi de prandio cogitent, cum pranderint, somno se tradant, numquam diuinitati gratias referentes, qui illis & prandium ad refectionem, & somnum dederit ad quietem. Vtique tu christiane si es vtilis meminisse debes, cuius panem comedis, & ei laudem dicere. Dic mihi, cum si aliquid de tuo cuicumque largiris, expectas vt tibi gratias agat, vt benedicat domum, de qua ei humanitas sit tributa? Qui si forte gratias non agit, quemadmodum a te donatur ingratus. Ita ergo & a nobis expectat qui nos pascit Deus, vt pro præstitis ab eo escis illi gratias referamus, & saturati donis ipsius laudes dicamus. Hæc enim beneficiorum est retributio diuinorum, vt cum refecti fuerimus, bene nos confiteamur acceptos. Ceterum si accipiẽtes diuina munera taciti, & immemores fuerimus, tamquam ingrati, & indigni, eorum submministratione fraudabimur, vt Deum quem beneficijs non cognouimus, malis ingruentibus requiramus, & aduersis stimulemur ad rogandum, qui prosperis gratias non egimus ad fruendum.

Serm. 42. to. 5.

6

IDEM ait: Tu cum gratias non agis, Deum nec diligis, nec vereris. Qui est igitur vtilis christianus semper debet patri ac Domino suo laudes dicere, & in eius gloriam omnia procurare, sicut ait, beatus Apostolus di-

Serm. 43.

cens. Siue manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Omnes ergo actus nostros Christo vult socio, vel teste compleri. Ergo cum diluculo surgimus, debemus priusquam procedamus e cubiculo gratias agere Saluatori, & ante omnes actus sæculi, actus habere pietatis, qui nos quiescentes, & dormientes in lectulis custodiuit. Quis enim nisi Deus dormientem custodit hominem qui ita tesolutus in somnum, & oblitus sui vigoris humani a se alienus efficitur, vt nesciat quid ipse sit, vbinam demoretur, adesse sibi certe ipse non posset, id temporis ad custodiendum nemo alter peruigilat. Debeo ergo illi gratiam, qui vt ego securus dormiam, ille peruigilat. Ipse enim nos Deus ituros cubitum quodam gremio quietis suscipit, & thesauro pacis reconditos seruat, & caliginum quadam tuitione in lucem defendit, vt malitia inimicorum hominum repellatur tenebris, quæ non potest benignitate depelli, & pacem fessis præstet obscuritas, quam non præstabat humanitas. Debemus ergo surgentes gratias Christo agere, & omne diei opus in signo facere Saluatoris. *Infra*: Sed cum vespera diem claudit, ipsi debemus per Psalterium laudem dicere, & gloriam eius modulata suauitate concinere, quo operum nostrorum consummato certamine veluti victores requiem mereamur, & laboris quædam palma sit soporis obliuio. Hoc autem, vt faciamus fratres non solum docemur ratione, sed etiam admonemur exemplis. Nonne enim videmus minutissimas aues, dum illucescentẽ diẽ aurora producit in quibusdam nidorũ cubiculis varia dulcedine personare, & id studiose agere priusquam procedant, vt creatorem suum, quia loquela non possunt, suauitate demulceant, & quemadmodum vnaquæque earum, quoniam confessione nequit, modulis prodat obsequium, ita, vt videatur sibi deuotius gratias agere quæ dulcius personauit, hoc etiam peracto diei cursu similiter facit? Quid ergo sibi vult ista certis temporibus dispositа cantilena, & iugis intentio, nisi gratiarum quædam sit immoderata confessio? Aues ergo propter viles escas gratias agunt, tu pretiosissimis epulis pasceris, & ingratus es. Quis igitur non erubescat, sensum hominum habens sine psalmorum celebritate diem claudere, cum ipsæ aues ad gratificandum Psalterij suauitate persultent, & eius gloriam non versuum dulcedine personare, cuius laudes volucres modulata cantilena pronunciant? Imitare ergo frater, minutissimas aues, mane, & vesperi Creatori gratias referendo. Etsi es deuotior imitare luscinìam, cui quoniam ad dicendas laudes dies sola non sufficit, nocturna spatia peruigili cantilena decurrit. Et tu igitur laudibus tuis diem vincens, operi tuo adde nocturna curricula, & insomnem suscepti laboris industriam psalterij serie consolare.

1. Cor. 10.

7

8 IDEM inquit: Venit in mentem mihi auiũ natura, quæ cum eunt cubitum quasi peracto munere æthera cantu mulcere consueuerunt, quod velut solemniter surgente, & occidente die instaurare consueuerunt, vt decursi, vel adoriendi nocturni iuxta, ac diurni temporis laudes suo referant Creatori. Magnum igitur incentiuum excitandæ nobis deuotionis amiseram. Quis enim sensum hominis gerens non erubescat sine psalmorum celebritate diem claudere, cum etiam minutissimæ aues solemni deuotione, & dulci carmine ortus dierum, ac noctium prosequantur?

In Hexameron lib. 5. c. 12. to. 1.

9 IDEM explicans verba illa: Et ædificauit Noe aram ait: Qua ratione supra Dominus admonuit quæ faceret, & fecit Noe omnia, hoc autem quod non admonitus est fecerit, fortasse requiratur. Sed vtique Dominus non debuit quasi auarus mercedem gratiæ postulare, & iustus eam intellexit veram actionem gratiarum esse, quæ non iuberetur, sed deferretur. Itaque nec dilationem passus est. Etenim grata animi virtus passionem dubitationis excludit, qui autem debitum gratiæ, vt a se exigatur, expectat, ingratus est. Quod autem ædificauit, inquit, Deo, & non dixit Domino, sed Deo, secundum nominis interpretationem non coacta videtur hæc actio esse gratiarum, quasi Domino, sed virtus iusti morigera, & grata quasi Deo. Quod imperiale est sequestrauit, quod beneficij nominauit.

Eod. to. lib. de Noe, & arca.

10 AVGVSTINVS explicans illa verba: Benedicam Dominum in omni tempore inquit. Dicis quando benedicam Dominum? Ait tibi aliquis quando tibi benefacit, quando abundant sæcularia, quando multum abundat frumenti, olei, vini, auri, argenti, mancipiorum, pecorum, salusque ista mortalis incorrupta persistit, ea quæ nascuntur crescunt omnia, nihil immatura morte subtrahitur, felicitas tota abũdat in domo, circumfluunt omnia, tunc benedices Domino? Non, sed in omni tempore. Ergo, & tunc, & quando ista secundum tempus, & secundum flagella Domini Dei nostri turbantur, auferuntur, minus nascuntur, iam natа dilabuntur, & inde sequitur penuria, egestas, labor, & tentatio. Sed tu qui cantas tibi, benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo, & quando ista dat benedic, & quando ista tollit benedic. Quia ille dat, ille tollit, sed seipsum a benedicente se non tollit. *Infra*: Iob non tantum benedixit Dominum quando abundabant illi omnia, quibus eum legimus diuitem fuisse, & felicem, & pecore, & seruis, & domo, felicem filijs, & omnibus rebus. Ablata sunt omnia vno tempore, & impleuit quod in hoc Psalmo scriptum est. Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum. Ecce habes exemplum benedicentis in omni tempore.

In Psal. 33. to. 8.

Iob 1.

11 IDEM explicans verba illa: Confitebitur tibi cum benefeceris ei, sic habet. Videte tales, & nolite esse tales. Cauete, & talia verba, confitebitur tibi cum benefeceris ei. Quàm multi sunt christiani fratres, qui tunc Deo gratias agunt, quando illis accidit lucrum, hoc est confitebitur tibi cum benefeceris ei, laudabit te, & dicet,

In Psal. 48.

& dicet, vere quia tu es Deus meus, liberauit me de carcere, & confitebor illi. Venit illi lucrum, confitetur, venit hereditas, confitetur, patitur damnum, blasphemat. Qualis filius es, quia quando te pater emendat, tunc tibi displicet? Gratias age ergo emendatori, vt accipias hereditatem a Deo, qui te emendat.

12 In Ps. 91.

IDEM explicans verba illa: Bonũ est confiteri Domino, & psallere nomini tuo altissime, ad annunciandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem, ait: Canta ore, psalle operibus. Ad quam rem? Ad annuncian dum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. Quid sibi vult, quia mane annuncianda est misericordia Dei, & per noctem veritas Dei? Mane dicitur quando nobis bene est. Nox dicitur quando tristitia tribulationis est. Quid ergo dixit breuiter? Quando tibi bene est gaude Deo, quia misericordia ipsius est. Sed dices si misericordia Dei est, quando bene mihi est, crudelitas ergo ipsius est quando male mihi est? Non. Sed quando bene est, lauda misericordiam, quando male est lauda veritatem, quia peccata flagellat non est iniquus. Iam in nocte erat Daniel, erat enim in captiuitate quando Deum laudabat, in lacu erat, & per noctem cõfitebatur veritatem Dei; dicebat enim: Peccauimus, inique egimus iniquitatem fecimus, tibi Domine gloria, nobis confusio. Cum misericordiam annuncias mane, & veritatem per noctem, semper laudas Deum, semper confiteris Deo, & psallis nomini eius. In decachordo psalterio, cũ cantico in cithara, hoc est verbo & opere. Cum cantico in verbo, in cithara in opere.

Dan. 6. v. 14.

Gratia Dei ingens bonum est animæ, quæ otiosa esse non debet, in homine, & quibus coniecturis adesse dignoscatur. Cap. VIII.

1 Hom. 7. in Ieuit. to. 1.

VLTRA ea quæ adnotauimus libro 4. capite 19.

ORIGENES exponens illa verba quæ habentur in fine capitis 15. Si audieris vocem Domini Dei tui, & quod rectum est coram eo feceris, & obedieris mandatis eius, cunctum languorem quem posui in Ægypto, nõ inducam super te, sic ait: Quid eis promittitur si seruentur mandata vitæ? Si, inquit, seruaueritis præcepta mea, non inducam super vos omnes ægritudines, quas induxi Ægyptijs. Quid est hoc, quod nullam ægritudinem patiatur. Hoc est neque febriat, neque alios dolores corporis ferat? Non puto quòd hæc sint, quæ promittantur diuina mandata seruantibus. Alioquin indicio nobis est Iob iustissimus, & totius pietatis obseruantissimus, qui a capite vsque ad pedes repletur vlcere pessimo. Non his carere dicuntur infirmitatibus, qui mandata custodiunt, sed non habebunt illas infirmitates quas habent Ægyptij. Aegyptus namque mundus iste figuraliter intelligitur. Diligere ergo mundum, & ea quæ in mundo sunt, Aegyptius languor est. Deseruire carnis luxurijs, & voluptatibus operam dare, vacare delicijs, Aegyptius languor est. Caret ergo his infirmitatibus & languoribus, qui in gratia Dei est, & mandata eius custodit.

2 Hom. 6. in c. 6. Esaiæ. to. 2.

IDEM explicans illa verba: Ecce ego mitte me, inquit: Voluit Propheta cum accepisset gratiam Dei, non in vacuum eam accipere, sed vti ea ad necessaria. Missus ad eum vnus de Seraphim, qui habebat in forcipe carbone, quem attulerat de altari, & tetigit labia Prophetæ, & dixit: Ecce abstuli iniquitates tuas. Consecutus est beneficium, mundus effectus, & remissionem accipiens peccatorum, cum audisset quem mittam ad populum, non propter priorem conscientiam, sed quia purgatus fuit, ausus est dicere, Ecce ego mitte me.

3 Hom. 46. in Genesim to. 1.

CHRYSOSTOMVS exponens verba illa Genesis 21. quæ de Ismaele dicta sunt, & erat Deus cum puero, & creuit, & habitauit in solitudine, ait: Si Dei gratiam nacti fuerimus nullus nobis præualebit, sed nos potẽtiores omnibus erimus. Quando amicum & beneuolum habemus Deum, etiamsi in deserto fuerimus, multo securiores viuemus, quàm ij, qui in ciuitatibus versantur. Maxima enim securitas, & inexpugnabilis murus est gratia Dei. *Infra*: In Dauid & Saule, discamus nihil fortius esse munito superna gratia, & nihil infirmius eo, qui hac priuatus est, etiamsi innumeris circumdetur exercitibus. Vidit Dauid instructam aciem contra alienigenam Goliath, & omnem populum iuxta Saul formidine perculsum, regemq. ipsum in summo constitutum periculo. Vidit eum, & ait: Quis est hic alienigena incircumcisus, qui exprobrat exercitum Dei viuentis? Postea cum videret trepidationem eorum, qui cum Saul erant, inquit, Quid dabitur viro, qui percusserit eum? Et magnum animi robur his verbis ostendebat, omnes in admirationem adducens. Hæc vt cognouit Saul, misit & vocauit eum, & vt vidit eius ætatem vilipendit eum. Deinde cùm didicisset ex eo, quomodo cum vrsis egisset, qui gregem suum inuaserant, vt non spectaret rex ad vilitatem eius, sed ad supernum auxilium quo adolescens inermis viris armatis, & pastor exercitibus fortior erat. Armis Saul induere eum volebat; indutus autem ea ferre non potuit, vt virtus Dei nude mõstraretur, sed accepta pera pastorali, & silicibus cõtra carneam illam turrim egressus est. Vide quomodo alienigena vilipendebat iustum, sed hic funda iaculatus est eum, statimq. in fronte percussum deiecit, & festinanter educto illius gladio caput eius amputauit, & regi attulit, finemq. bello imposuit. Vidisti admirabiles, inopinataſque res, armatum ab inermi deiectum, a pastore militiæ peritum. Quare & ob quam causam? Quia hic quidem habuit supernam gratiam se adiuuantem, ille autem ea carens in huius manus venit. *Infra*: Gratia est nostra armatura solida, & inexpugna-

4

expugnabilis, hæc noſtræ maximæ diuitiæ, per hanc & Iſmahel quamuis adoleſcens, & in ſolitudine, rerumq. omnium inopia, ſtatim creuit & in gẽtem magnam factus eſt, quia Deus erat, inquit, cum puero.

5 Homil. de Adam, & Eua. IDEM inquit: Omnium bonorum effectuũ, atque operum, & omnium ſtudiorũ, omniumq. virtutum, quibus ab initio fidei ad Deum tenditur Deum profitemur auctorem, & non dubitamus ab ipſius gratia omnia hominis merita prouenire. Per quem item fit, vt aliquid boni, & velle inueniamur, & facere. Quo vtique auxilio, & munere Dei non aufertur liberum arbitrium, ſed liberatur, vt de tenebroſo lucidum, de prauo rectum, de languido ſanum, de imprudente ſit prouidum. Tanta enim eſt erga omnes bonitas Dei, vt noſtra velit eſſe merita, quę ſunt ipſius dona. Agit quippe in nobis, vt quod vult, & velimus, & agamus. Nec otioſa in nobis eſſe patiatur, quæ exercenda non negligenda donauit, vt & nos cooperatores gratiæ Dei ſimus.

6 Hom. 24. in Ioannem. to. 3. IDEM ait: Quomodo in principio terra ſubiecta eſt, totum autem opificium in formatione primi hominis, Dei fuit, ſic in iuſtificatione hominis totum ſpiritalis eſt gratiæ. Et tunc quidem in animam viuentem factus eſt homo, nunc in ſpiritum viuificantem. Et tunc, faciamus, inquit ei adiutorium, hic minime. Quippe qui Spiritus ſancti gratiam accipit, nulla alia re indiget. Qui in Chriſti corpore perficitur, quonam alio ei opus eſt auxilio? Tunc ad Dei imaginem fecit hominem, nunc Deo familiarem reddidit. Tunc piſces & feras homini ſubiectos fecit, nunc ſupra cælos noſtrum propagauit imperium. Tunc paradiſi incolam conſtituit, nunc cælum aperuit.

7 Homil. 31. in Ioannẽ. IDEM explicans verba illa cap. 4. Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum, ſed fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitã æternam, ſic habet: Spiritus ſancti gratiam nũc ignem, nunc aquam Scriptura appellat. Et Ioannes Baptiſta dicit: Ipſe nos baptizauit in Spiritu ſancto & igni. Chriſtus autem: Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, hoc autem dixit de ſpiritu, quem erant accepturi credentes in eum. Ita ſpiritum ignem appellat, vt excitamẽtum & feruorem gratiæ, & peccatorum abſumptionem ſignificet, aquam autem vt ablutionẽ, & refrigerium, quibus ipſum accipientes animi fruuntur. Etenim tamquam hortum virentem, & fructiferis, & ſemper florentibus arboribus comantem, ita promptam animam diſponit, vt nulla anxietate, nullis ſatanæ inſidiis diſtrahi ſinat, ſed omnia ardentia malitiæ tela extinguat.

Matt. 3. *Infrà 7.*

8 Hom. 50. in Ioannem. IDEM explicans verba Ioannis 7. Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, ait: Gratiam flumen vocat, vt eius abundantiam ſignificet, hoc eſt multam gratiam conſequentur. Et hanc aquam viuam dicit, hoc eſt ſemper operantem. Spiritus enim gratia cum menti illapſa eſt, eamq. irrigarit, omni fonte vberius ſcaturit, numquam deficit, numquam vacuatur, numquam ſtat. Simul autem & indeficiẽtem copiam, & incredibilem operationem, & fontes, & fluuios appellauit. Et non vnum, ſed innumeros. Et Ioan. 4. Salientis pro inundantis poſitum eſt, quod facile quiuis deprehendere poterit, ſi Stephani ſapientiam, Petri linguam, Pauli vim conſideraverit. Quo pacto nihil eos extulit, nihil deiecit, non populorum furor, non tyrannorum perſecutiones, non dæmonum inſidiæ, non quotidianæ mortes, ſed more fluminis vehementi lapſu delati, omnia trahentes euaſerunt.

9 Homil. 21. ad pop. Antioch. to. 5. IDEM dicit: Dedit Deus in hac vita ſpiritus gratiam, & iuſtitiam, & ſanctificationem, vt tibi labores leues faciat, & ex iam datis etiam de futuris te bonæ ſpei conſtituat. Propterea q. recenter illuminatus vocari debes, quoniã noua lux ſemper tibi adeſt, ſi velis, & numquam extinguitur. Hanc nempe lucem, & volentibus nobis & nolentibus, nox ſubſequitur. Illum vero radium tenebræ non norunt, lux enim in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Non ſic enim mundus eſt clarus oriente radio, vt anima illuſtratur, & ſplendidior fit a ſpiritu gratiam ſuſcipiens. Et diligentius rerum naturas diſce. Nocte enim terras tenente & tenebris caligantibus, ſæpe funiculum quis cernens, ſerpentem eſſe putauit, & amicum accedentem tamquam inimicum fugit, ſtrepitum quempiam ſentiens, trepidus factus eſt, factaautem die nihil tale fieret, ſed omnia qualia ſunt, apparent. Quod & in anima noſtra contingit. Poſtquam enim gratia veniens mente tenebras expulit, rerum veritatem diſcimus, & nobis fiunt deſpicabiles res prius tremendæ, nec enim amplius mortem timemus, diligenter ex hac ſacra introductione diſcentes, quod mors non eſt mors, ſed ſomnus, & dormitio temporaria, non pauperiem, nõ morbum, non aliud quid huiuſmodi timentes, ſcientes quòd ad melioremtendimus viam ab omni liberam inæqualitate.

Ioan. 1.

10 Epiſt. 4. ad Damaſ. to. 3. HIERONYMVS explicat parabolam filij prodigi, inquit: Dixit pater ſeruis ſuis, cito proferte ſtolam primam, & induite illum. Stolam quam Adam peccando perdiderat, ſtolam quæ in alia parabola indumentum dicitur nuptiale, ideſt veſtem Spiritus ſancti, quam qui non habuerit, non poteſt regis intereſſe conuiuio. Et date annulum in manu illius, ſignaculum ſimilitudinis Chriſti. Secundum illud, in quem credentes ſignati eſtis Spiritu promiſſionis ſancto. Et ad principem dicitur Tyri, qui ſimilitudinem conditoris amiſerat, tu ſignaculum ſimilitudinis, & corona decoris in delicijs paradiſi Dei fuiſti. Hoc ſignaculum in manu datur, quando opera tribuuntur iuſtitiæ, ſicut ſcriptum eſt: Factum eſt verbum Domini in manu Aggæi Prophetæ dicentis ad Hieruſalem. Orna te ornamento, & impoſui tibi armillas circa manus tuas, & calciamẽtum in pedibus eius, nec vbi coluber inſidians plantam ingredientis inuaderet, & ſuper ſcorpiones, & ſerpentes ſecurus ambularet, vt præpararetur ad Euangelium pacis, iam non gradiens ſecundum carnem, ſed ſecundum ſpiritum. Sponſi quippe perdiderat dignitatem, & nudis pedibus paſcha celebrare non poterat, calceamenta acceperat, de quibus

Luc. 15.

Ezec. 16. Dominus ait: Calciaui te hyacintho.

11 Lib. 14. in c. 51. Eſaiæ. to. 4. IDEM exponens uerba illa: Conſurge, conſurge, induere fortitudine brachium Domini, ait: Iuxta ſeptuaginta interpretum lectionem, quæ habet, Exurge, exurge Hieruſalẽ, & induere fortitudine brachij tui. Peccatrix anima pronocatur, vt induat fortitudinem brachii ſui, & priora aſſumat opera, ſicut fuerat antequam caderet quando in die verſabatur & luce. Nonne tu es quæ excidiſti latitudinẽ diſſoluiſti draconem? Nonne tu es quæ deſertum feciſti mare. Tu es enim, inquit, quæ ſuperaſti latam, & ſpatioſam viam, quæ ducit ad mortem, & diſſipaſti draconem, de quo & in Pſalmis ſcriptum

Pſal. 73. eſt. Tu confregiſti capita draconum in aquis. Memento prioris fortitudinis tuæ, quòd ſæculi huius calcaueris mare, & illud feceris eſſe deſertum, & viam repereris in mediis fluctibus. Sicut igitur prior victoria Domino auxiliante conceſſa eſt, ſic & reuerſis poſt pœnitentiam ad priſtinam gratiam, & audientibus, Numquid qui cadet, non adijciet, vt reſurgat. Et conuertimini

Hier. 8. *Hier. 3.* ad me filij conuertentes, & ego ſanabo contritiones veſtras. Ipſe porriget manum, & reducet eos in Sion ſpeculam, culmenq. virtutum cum gaudio, atque lætitia ſempiterna, & ponet in capite eorum laudem, atque lætitiam. Et hanc habebunt coronam, iſtoq. diademate protegentur, vt ſemper gaudeant, & laudent Dominum, quia pro dolore, mærore, & gemitu ſucceſſerint gaudia.

12 Ead. lib. c. 12. Eſaiæ to. 4. IDEM exponens illa verba: Conſurge, conſurge, induere fortitudine tua Sion, induere veſtimentis gloriæ tuæ Hieruſalem ciuitas ſancti, quia non adijciet vltra, vt pertranſeat per te incircumciſus, & immundus, ſic habet: Si ſurrexerit anima poſt ruinam, & induta fuerit fortitudine, & gloria ſua, nequaquam vltra tranſiet per eam incircumciſus, & immundus. Hoc ſignificat quod Paulus Apoſtolus dixit: Quæ participatio iuſtitiæ cum iniquitate? Quæ ſocietas

2. Cor. 6. luci ad tenebras? Quæ conuentio Chriſti ad Belial? Quæ pars fideli cum infideli? Quis conſenſus templo Dei cum idolis? Quæ ad animæ ſtatum vniuerſa referuntur. Quòd ſi per pœnitentiam priſtinum robur acceperit, vocẽtur habitaculum ſancti, & fiat templum Dei, & nequaquam per eam immundus tranſeat. De quibus

Pſal. 18. dictum eſt: Ab occultis meis munda me Domine &c. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero. *Infra*: Excutere de puluere, conſurge ſede Hieruſalem, ſolue vincula colli tui captiua filia Sion, animæ, quæ vitiorum polluta ſordibus candorem priſtinæ cõuerſationis amiſerat, dicitur, vt excutiat puluerem, qui adhæſit

Pſal. 43. pedibus eius. Neque enim fieri poterat, vt quæ proſtrata ſubiecerat ceruices ſuas tranſeuntibus, dixeratque, humiliata eſt in puluere anima noſtra, adhæſit terræ venter noſter, non imagi-

1. Cor. 15. nem terreni acceperit. A qua nos reuocat Apoſtolus dicens: Sicut portauimus imaginem terreni, ſic portemus imaginem cæleſtis. *Infra*: Excutitur puluis, de quo ſcriptum eſt: Nũquid confitebitur tibi puluis, aut annunciabit veritatem tuam, vt ſoluantur vincula colli noſtri, & nequaquam audiamus, Neruus ferreus collum tuum, ſed cum ſponſa mereamur audire, Quam pulchræ ſunt genæ tuæ, ſicut turturis, collum tuum ſicut monilia. Et iterum, circumdedi armillas manibus tuis, & monile collo tuo, vt graui onere liberati, & recipientes ornamenta priſtina captiui eſſe ceſſemus redempti ab eo, qui venit prædicare captiuis remiſſionem.

Pſal. 29. *Cant. 1.*

13 Libro 15. in c. 55. Eſaiæ. IDEM explicans illa verba: Omnes ſitientes venite ad aquas, & qui nõ habetis pecuniam properate, emite & comedite. Venite emite abſque argento, & abſque vlla commutatione vinum, & lac, inquit: Hæc aqua gratiam Spiritus ſancti ſignificat, de qua Propheta myſtico ſermone reſonabat. Sitiuit anima mea ad Deum viuum. Et iterum, Apud te eſt fons vitæ. Qui ipſe de ſe loquebatur: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi lacus contritos, qui aquas continere non poſſunt. Præcipiturque ſitientibus, vt nequaquam bibant aquas Sior turbidas, & tumẽtes gurgites Aſſyriorum, ſed pergant ad aquas Siloe, quæ vadunt cum ſilentio, nec timeant ſi argentum forte non habeant, ſed audiant Apoſtolum dicentem: Gratia ſalui facti eſtis. Mirumq. in modum emunt aquas abſque pecunia, & non bibunt eas, ſed comedunt. Ipſe enim & aqua, & panis eſt qui de cælo deſcẽdit. Qui pronocat nos ad bibendum non ſolum vinum, ſed & lac, quod ſignificat innocentiam paruulorum. De quo lacte dicebat Petrus: Quaſi modo geniti infantes rationabile, & ſine dolo lac concupiſcite. *Infra*: In lætitia egrediemini, & in pace deducemini, vt audiatis ab Apoſtolo gratia vobis & pax. Montes & colles cantabunt coram vobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu. Montes & colles intelligere poſſumus ſanctorum animas, quæ pro varietate virtutum montes appellantur, & colles, gaudebunt ſuper pœnitentibus, & mentis lætitiam ſaltibus indicabunt, pro ſaliuncula aſcendet abies, & pro vrtica creſcet myrtus. Hoc eſt mala vertentur in bona, & pro vitijs naſcẽtur virtutes, ideſt pro iniquitate iuſtitia, pro temeritate fortitudo, pro luxuria temperantia, pro ſtultitia prudentia. Matthæus, & Zachæus, & Publicani ſaliuncula erant amari ſaporis, & odoris teterrimi dicentes, Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ a facie inſipientiæ meæ. Iſti in Apoſtolos repente mutati, facti ſunt cypariſſus, & abies, & myrtus odoris optimi, & in varia opera neceſſarij. Paulus quoque perſecutor Eccleſiæ, quando audiebat a Domino, Saule, Saule, quid me perſequeris, durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare, vrtica erat habens perſecutionis aculeos. Quando autem in toto orbe Euangelium prædicauit, & dicere poterat, Chriſti bonus odor ſumus, recte cypariſſus appellatur, & myrtus. Et erit Dominus in nomen, & in ſignum ſempiternum, quod non deficiet. His qui de malo commutati fuerint in bonum, erit

Rom. 1. *Act. 9.* *Infra*: 14

Domi-

Dominus in nomen, & in signum æternum, vt ex ipsius appellentur nomine Christiani, & crucis eius inurantur cauterio. De quo signo sanctus cantat in Psalmo: Fac mecum Domine signum in bonum.

Psal. 85.

15 IDEM explicans illa verba: In die qua mundauero vos ex omnibus iniquitatibus vestris, & habitari fecero vrbes, & instauratæ ruinosa, & terra deserta fuerit exculta, dicent terra illa inculta facta est, vt hortus voluptatis, & ciuitates desertæ, & destitutæ, atque suffossæ, munitæ sederunt. Et scient gentes, quia ego Dominus ædificaui dissipata, & plantaui inculta, sic habet: Cohortatur errantes, vt confundantur, & erubescant in vijs suis, & restituantur in vrbes Ecclesiæ, & omnia quæ in eis corruerant, ædificentur, & ad pristinas redeãt cærimonias, & terra deserta reuertatur in pristinum statũ, omnesq. mirentur, & dicant; Terra illa inculta, terra deserta, in qua omnes quondam periere virtutes, nunc facta est quasi hortus voluptatis, & paradisus Dei, & ciuitates quondam desertæ, quæ Deum hospitem non habebant, & destitutæ erant a Spiritu sancto, & suffossæ incredulitate, munitæ erunt fide Christi, vt sciant omnes in circuitu, quòd Dominus ædificauerit animas dissipatas, & plantauerit in eis, atque conseuerit cunctarum virtutum arbores, & ipse rebus præstiterit, quæ sermone promisit.

Lib. 11. in c. 36. Ezec.

16 IDEM explicans illa verba: Vt Libani ibũt rami eius, & erit quasi oliua gloria eius, & odor eius vt Libani, inquit: Dixerat Dominus, Ero quasi ros, Israel germinabit quasi lilium, quia cũ nos Dominus suo rore respserit, & siccitatem pectoris nostri suis pluuijs irrigarit, germinabimus, immo florebimus vt lilium, imitantes Saluatorem nostrum qui dicit in Cantico Canticorum. Ego flos campi, & lilium conuallium. Et loquitur ad sponsam suam, quæ non habet maculam, aut rugam. Sicut lilium in medio spinarum. Sic amica mea in medio filiarum. Cumque creuerimus in Domino mittemus radices nostras, sicut arbores Libani, quæ quãtum in auras consurgunt vertice, tantum radicem in ima demergunt, vt nulla tempestate quatiantur, sed stabili mole consistant. Et ne putaremus de infructuosis arboribus Dominum loqui, sanctum virum, & conuersum ad Dominum oliuæ frugiferæ comparat, quæ dicit in alio loco, Ego autem sicut oliua fructifera in domo Domini. Ex quo fructu vulnerum mitigatur tumor, languentis membra requiescũt, in tenebris lumen accenditur, vnguntur in agone certantes. Hæc oliua habebit odorem quasi libani, vel thuris, vt possit dicere: Bonus odor Christi sumus. Conuertentur sedentes in vmbra eius, viuent tritico, & germinabunt quasi vinea. Quia qui conuersi fuerint ad Dominum accipient conuersionis suæ præmium, vt sedeant in vmbra eius, & dicant. Sub vmbra eius requieui, & sedi, & fructus eius dulcis est in ore meo, & inebriabuntur frumento (legunt septuaginta interpretes) copiam & abundantiam rerum omnium habentes, sicut scriptum est, Visitasti terram, &

Lib. 3. in c. 14. Oseæ to. 6.

Psal. 51.

2. Cor. 2.

Cant. 2.

Psal. 64.

inebriasti eam.

17 IDEM explicans verba illa: Zelatus est Dominus terram suam, & pepercit populo suo, & dixit: Ecce ego mittam vobis frumentum, & vinum, & oleum, & replebimini eo, ait: Postquã sacerdotes pro populo deprecati sunt, & dixerunt, Parce Domine populo tuo, fecitq. populus quod præceptum est, vt sanctificaret ieiunium, prædicaret curationem, congregaret multitudinem, sanctificaret Ecclesiam, eligeret senes, paruulos, & sugentes vbera congregaret, & egrederetur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo, & nequaquam carni, & voluptati, sed animæ, & fletibus inseruirent, zelatus est Dominus terram suam, quam prius quasi alienam contempserat, & passus fuerat locusta vastante populari, & in tantum pepercit pœnitentibus, vt eis diceret, quoniam omnes fruges vestras, locusta, bruchus, rubigoq. vastauit, ideo dabo vobis frumentum, & cetera quæ Propheta describit, & vltra vos non tradam captiuitati. *Infra*: Mittam tibi frumentum, dicitur animæ quæ agit pœnitentiam, frumentum, de quo scriptum est. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multum fructum affert, & vinum quod lætificat cor hominis, & oleũ quod exhilarat faciem, vt vetus tristitia peccatorum, frumenti, & vini, & olei, ideſt virtutum lætitia temperetur, tantamq. habebunt bonorum omnium abundantiam, vt repleantur eis, atque saturentur.

In c. 2. Ioel.

Ioan. 12.

18 IDEM exponens illa verba: Et erit in die illa stillabunt montes dulcedinẽ, & colles fluent lacte, & per omnes riuos Iudæ ibunt aquæ, & fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem spinarum, sic habet: Habitante Domino in Sion, & in monta sancto suo, quãdo nullus per Hierusalem sanctam pertransire tentauerit, quicumque in ea mons fuerit, & ad virtutum excelsa peruenerit, dulcedine, & melle fudabit, & stillabunt ex eo gratiæ spirituales, de quibus Propheta loquitur: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Qui autem inferior montibus est, & necdum ad perfectionis culmen ascenderit vocabitur collis, & fluent de eo riui lactis, quibus rudis in Christo nutritur infantia, & aquarum flumina, quæ de ventre suo Dominus manare testatus est; omnes enim riui Iuda implebuntur aquis, & nihil in eis siccum erit redundantibus cunctis gratia spirituali. *Infra*: Et fons de domo Domini egredietur, vt spinas nostras, & vitia quæ nullam fructum habuere iustitiæ commutent in Domini gem, & ariditatem nostram rigent aquis laudabilibus, & pro spinis, ac vepribus flores virtutum multiplices germinemus.

In c. 3. Ioel.

Psal. 118.

Ioan. 7.

19 IDEM explicans verba illa: Donum hominis dilatat uiam eius, inquit: Donum charitatis, siue aliarum uirtutum quas a Domino fideles accipiunt, dilatat uiam actionis eorum, quia quo magis gratia spiritus intus replentur, eo latius foris bonorum operum gressus multiplicant.

Lib. 2. in c. 18. Prouer. to. 1.

IDEM

20 IDEM explicans verba illa: Melius est esse duos simul, quam vnum, habent enim emolumentum societatis suæ. Si vnus ceciderit ab altero sulcietur. Væ soli, quia cum ceciderit, non habet subleuantem se. Et si dormierint duo fouebuntur mutuo, vnus quomodo calefiet? Et si quispiam præualuerit contra vnũ duo resistunt ei, ait: Melius est habentem in se habere Christum, quam solum patere insidijs aduersanti. Si enim vnus ceciderit, Christus erigit participẽ suum. Væ quippe ei qui cum ruerit, Christum in se non habet erigentem. Quod si etiam vnus dormierit, hoc est si morte dissolutus fuerit, & secum Christum habuerit, calefactus, & viuificatus citius reuiuiscit. Et si aduersus hominem robustior in expugnando diabolus extiterit, stabit homo, stabit & Christus pro homine suo, pro sodali suo. Non quòd solius Christi aduersus diabolum virtus infirma sit, sed quod liberum homini relinquatur arbitrium, & annitentibus nobis ipse in præliando fortior fiat. *Infra*: Et quidem si dormiant duo, etiam calor erit illis, & vnus quomodo calefiet? Nisi igitur nobiscum Christus dormierit, & in morte quieuerit, calorem æternæ vitæ accipere non valemus.

In c. 4. Ecclesiastes. 5.

21 IDEM explicat illa verba: Si reuersus fueris ad Omnipotentem ædificaberis, & ait: Si tefactorum tuorum pœniteat ædificaberis, ideſt quotidie vallatus diuina custodia munieris, gloriamq. perditam reparabis. Dabit pro terra filiceem. Hoc dicit, quòd si propitiatio eum Dei in præceptis eius firmissimis stabilierit, nõ terrenis rebus, & carnis voluptatibus operam dabit, sed magis ad fortitudinem virtutum proficiet, per quam possit ad affluentes cælestium diuitias peruenire. Quod si in saxo fortitudinis bonæ cõscientiæ tuæ positus fueris, sensus diuinæ sapientiæ tibi velut torrens aureus abundabit, ideo ait, & pro silice torrẽtes aureos. Eritq. omnipotens contra hostes tuos. Cum feceris voluntatem eius, habebis eum defensorem tui. Tunc super omnipotentem delicijs affluues, & eleuabis ad Deum faciem tuam. Delicijs vtique spiritualibus repleberis, & eleuabis ad Deum faciem tuam, liberam faciem, frontem ad deprecandum Deum attolles, siue iam non ream, neque incuruatam deorsum mala conscientia erigens ad Deum animam tuam.

In cap. 22. Ioh.

22 IDEM: Fundamenta eius in montibus sanctis, totum hunc Psalmum interpretatur de anima, & ait: Sion est anima credentiũ in Christum. Vos enim inquit Apostolus, Estis templum Dei, & Spiritus sanctus habitat in vobis. Fundamentum eius in montibus sanctis, hoc est Dei fundamenta non sunt, nisi in montibus sanctis. Diligit Dominus portas Sion. Habet Sion nostra plurimas portas, quas si aperuerimus ingreditur ad nos sponsus, & dormit nobiscum. Denique ipse dicit: Ecce ego sto ad ostium, & pulso, si quis mihi aperuerit, intrabo ad eum, & cenabo cum illo, & ipse mecum. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Ciuitas non est vnum ædificium, sed in multis ædificijs consistit. Sic & Sion nostra, nisi plures virtutes habuerit, ciuitas Dei non erit. Memor esto Raab, & Babylonis scientium me. Illa quæ quondam erat in latitudine peccatorum, ascendit postea in memoriam Dei. Numquid Sion dicet homo, & homo natus est in ea. Rem vobis miram loquor, sed veram. Sion nostra in qua aliquoties alienigenæ sunt, & Tyrus, & Æthiopes, illa specula, illa meretrix, illa Rahab, illa Babylon, illa quæ diuaricauit pedes suos omni trãseunti, illa meretrix si voluerit virgo repente efficitur. Virgo fit, & concipit filium Dei, & generat. A timore tuo Domine concepimus, & parturiuimus, spiritum salutis tuæ fecimus super terram. Videte quoniam illa meretrix a Deo concepit, & parturiuit Saluatorem. Spiritum salutis tuæ fecimus super terram. Ergo anima nostra, illa Rahab, illa meretrix potest cõcipere, & parere Saluatorem. Spiritum salutis tuæ fecimus super terram. Et homo natus est in ea. Si volumus quotidie nascitur Christus. Per singulas virtutes nascitur Christus. Si enim Christus Dei virtus, & Dei sapientia est, quicumque virtutem facit, virtutem generat. Et ipse fundauit eam altissimus. Ipse qui nascitur in te, ipse fundamentum dat Sion tuæ. Et tamen cum ista omnia fuerint, cum natus fuerit in ea Christus, non est certa, & secura victoria, sed semper in periculo sumus. Ideo non dicit lætantium omnium habitatio in te, sed dixit, Sicut lætantium omnium. Dicitur in alio Psalmo: In conuertendo Dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati, & non dixit consolati. Sic & in isto loco dicit, Sicut lætantium omnium habitatio in te. Hoc totum quare dicit? Quoniam in præsenti sæculo, quamuis aliquis sanctus sit, quamuis renunciet sæculo, non habet perfectam victoriam.

Ezec. 16.

Esai. 26.

23

Psal. 125

24 AVGVSTINVS exponens verba illa Psalmi 103. Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ, ait: Ego arbitror hoc dictum de gratia Dei, qua interius renouamur. Omnium enim superborum secundum terrenum hominem viuentium, & de sua vanitate præsumentium quodammodo aufertur spiritus proprius, cum exuũt se veterem hominem, & infirmantur, vt perficiãtur expulsa superbia, dicentes Domino: Memẽto quia puluis sumus, quibus dictum erat: Quid superbis terra, & cinis? Existimant se terram, & cinerem, & hoc est, in puluerem suum reuertentur. Accepto autem Spiritu Dei, dicit: Viuo autem iam non ego, viuit in me Christus. Sic innouatur facies terræ per gratiam numerositate sanctorum.

Lib. 10. de Genesi ad litt. to. 3.

Gal. 2.

25 IDEM explicans illa verba: Qui educit vinctos, seu compeditos, in fortitudine, ait: Soluit grauia vincula peccatorum, quibus impediebantur, ne ambularent in via præceptorum; educit autem eos in fortitudine, quam ante eius gratiam non habebant. *Infra*: Cæli distillauerunt, sed a facie Dei Sinai. Etenim ipsi salui facti sunt per fidem, & hoc non ex seipsis, sed donum Dei est non ex operibus, ne forte quis extollatur. *Infra*: Pluuiam voluntariam segregabis Deus hereditati tuæ, & infirmata est;

In Psal. 67. to. 8.

tu

tu vero perfecisti eam. Gratia pluuia voluntaria dicitur, quia nullis præcedentibus operum meritis gratis datur. Si enim gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gra-
1.Cor.15. tia. Gratia Dei sum id quod sum. Hæc est pluuia voluntaria; voluntarie quippe genuit nos
Iac. 1. verbo veritatis, hæc est pluuia voluntaria. Istam pluuiam cum Deus transiret in deserto, ideſt prædicaretur in gentibus cæli distillauerunt; non tamen a seipsis, sed a facie Dei, quoniam ipsi gratia Dei sunt id, quod sunt. *Infra*: Hanc pluuiam voluntariam nullis præcedẽtibus meritis operum bonorum segregauit Deus hereditati suæ, & infirmata est. Agnouit enim non esse se aliquid per seipsum, non viribus suis, sed gratiæ Dei tribuendum esse quod est.

26 IDEM sic ait: Post multa dedit mihi Dominus Deus gratiam promerendo bona vitæ
Lib. de diligendo Deo c. 9. æternæ, quam gratiam in tribus maxime stare arbitror in odio præteritorum malorum, in contemptu bonorum præsentium, & in desiderio futurorum.

27 IDEM docens, quòd Sem filius Noe fuit
Serm. 105. de tempore c. 10. dominus terræ promissionis, quam multis temporibus possedit, sed discursu temporis Chananæi filij Cham filij iunioris Noe per violentiam expulsis fratribus suis eam possederunt. Et quia Abraham de genere Sem legitur fuisse, filij eius Israelitę non alienam terram tradente Domino peruaserunt, sed suam propriam, quam per violentiam patres eorum perdiderant, receperũt. Occasione eius ait: Terra repromissionis, quã toties dicit Deus lacte & melle manantem, nos fuimus antequam peccaret Adam, quando in nobis nihil aliud erat, quàm quod misericordia contulerat conditoris. Postquam autem in Adam omnes moriuntur terrã promissionis Chananæi cœperant possidere. Voluntas enim Domini possessionem cordis nostri non vitijs, sed virtutibus naturaliter deputauerat. Quæ post præuaricationem Adæ insolentibus vitijs tamquam populis Chananæis a propria regione, ideſt ab intellectu, vel mente rationabili virtutes sanctæ depulsæ sunt, & vitia remanserunt. Cum virtutibus rursum si per Dei gratiam possessio animæ nostræ recepta fuerit, non tam alienas occupasse terras, quam proprias videbimur recepisse. Cum enim auxiliante Domino,
28 a populo virtutibus contra se dimicantibus vitia fuerint superata, locum quem sibi in corde nostro concupiscentiæ, vel fornicationis spiritus retentabat, deinceps castitas occupabit, quẽ furor cœpit, sapientia possidebit, quem tristitia mortem operans inuaserat, salutaris, & plena gaudij lætitia obtinebit, quem desidiæ tepor, vel negligentiæ vastabat, humilitas honestabit, quem cupiditas obscurum fecerat, misericordia ad claritatem pristinam reuocabit, quem inuidia veneno suo percusserat, benigna simplicitas adornabit. Ita singulis vitijs expulsis, eorum loca, ideſt affectus, virtutes e contrario possidebunt. Ipsę tamen virtutes, filij Israel, ideſt animę videntes Deum, non immerito nuncupantur, & cum vniuersas Deo auxiliante cordis sui expu-

lerint passiones, non tam alienas possessiones persuasisse, quàm proprias terras recuperasse credendæ sunt. Et quia nihil ad perfectum adduxit lex non per Moysem, sed per Iesum eius successorem, terra repromissionis Israelitico populo reformatur. Hoc est per euãgelicam gratiam gentes crudeles, & pessimæ, hoc est originalia peccata, vel actualia de terra promissionis, ideſt Christianorum cordibus Iesu duce potuerunt effugari.

29 GREGORIVS explicans illa verba Iob
Lib. 16. Moral. cap. 8. to. 2. cap. 22. Dabit pro terra silicem, & pro silice torrentes aureos, ait: Quid per terram, nisi infirmitas actionis, quid per duritiam silicis, nisi fortitudo signatur? Quid per torrentes aureos, nisi doctrinam intimæ claritatis accipimus? Omnipotens autem Deus ad se conuersis pro terra dat silicem, quia pro infirma actione fortitudinem tribuit robusti operis. Dat etiam pro silice torrentes aureos, quia pro robusto opere doctrinam multiplicat claræ prædicationis, quia peccator quisque conuersus, & exinfirmo fortis existere valeat, & in sua fortitudine vsque ad proferenda verba intimæ claritatis exurgat, quatenus in eo, & infirmitas actionis, in qua velut terra soluitur bene viuendi fortitudine solidetur. Et rursus cum sensus ex vita trahitur, ex ipsa fortitudine torrentes aurei defluunt, quia in ore bene viuentium doctrinæ claritas inundat.

30 IDEM exponens illa verba Iob capite 33.
Lib. 23. Moral. cap. 17. Abominabilis ei fit in vita sua panis, & animæ illius cibus ante desiderabilis, sic habet: In Scriptura sacra panis inter multa gratiam spiritualem significat. Sicut per Prophetam dicitur: *Esai. 53.* Qui obturat aures suas, ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos ne videant malum, iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius, panis ei datus est. Quid est enim obturare aures suas, ne audiat sanguinem, nisi peccatis suadentibus, quæ de sanguine, & carne nascuntur non præbere consensum? Et quid est ne malum videat oculos claudere, nisi omne quod rectitudini aduersum est non approbare? Iste in excelsis habitabit, quia quamuis eum adhuc caro in inferioribus retinet, mentem iam in sublimibus fixit. Munimenta saxorum sublimitas eius, quia qui obiecta desideria terrenæ cõuersationis calcat, ad supernam patriam per præcedentium patrum exempla se subleuat. Et quia per contemplationis donum gratia spirituali satiatur, apte subiungitur. Panis ei datus est, ideſt refectionem spiritualis gratiæ recipit, quia se a bonis infimis cælestia sperando suspendit.

31 IDEM sic ait: Cum per gratiam suam Spi-
Lib. 2. cap. 11. in cap. 4. libri 1. Reg. to. 3. ritus sanctus electorum corda visitat ab omni peccatorum immunditia potenter purgat, quia vt se menti infuderit, eam protinus in vitiorum odia, & in virtutum amorem ineffabiliter excitat. Facit eam statim odisse quod amabat, & quod odio habuerat, ardenter diligere, atque in vtroque valde ingemiscere, quia & mala quæ odit, se damnabiliter, amasse recolit, & bona quæ

quæ diligit odisse. Quis enim audeat dicere, licet omnimoda peccatorum sarcina prægrauetur, quòd perire possit aliquis visitatus gratia Spiritus sancti?

32 IDEM explicans verba illa, quæ Samuel
In cap. 10. libri 1. Reg. libro 4. c. 4. dixerat Sauli, cum eum vnxerat in regem Israel, Insiliet in te Spiritus Domini, & prophetabis, & mutaberis in virum alium, inquit: Insilire Spiritus Domini dicitur, quia electorum corda donis eius subito replentur. Qui statim prophetare incipiunt, quia qui diuino Spiritu pleni sunt Dei magnalia tacere non possunt. *Infra*: Et mutaberis in virum alterũ. Natura nostra per lapsum primi hominis sic damnata est, vt quotidie labendo deficiat, & deficiendo veteraſcat. Sed qui in nobismetipsis deficimus, cum in nos ille spiritus insilit, renouamur, quia statim quod nõ eramus, efficimur. Tepidus erat quis, sed repente visitatus a spiritu, feruens efficitur. Incipit ardere per deuotionem, fortiter exerceri in bono opere. In virum ergo alium mutatus est, qui esse cœpit, quod ante insilientem spiritum in se esse non potuit. Iam bonæ conuersationis est aliquis, cælestia amat, terrena despicit, in lachrymarum fontes erũpit. In virum alium mutatur, qui compunctionis gratiam per aduenientem spiritum suscipit, quam ante aduentũ eiusdem spiritus non habebat. Repente autem raptus, in virtute superuenientis spiritus esse carnalis desinit, potenter sæculi curas abijcit, & in æternorum contemplationem mira puritate consurgit. Miratur se tunc esse, quod non erat, miratur se tunc non fuisse quod est. Talem virũ
2. Cor. 6. sacra Scriptura collaudans dicit: Qui adhæret Deo vnus spiritus est. Deo namq; adhæremus, quando Spiritus sancti gratiam abundanter accipimus, & vnus spiritus cũ eo efficimur, quando diuinæ voluntati, mente, ore, & opere concordamus. *Infra*: Quando venerint tibi omnia signa hæc, fac quodcumque inuenit manus tua, quia Dominus tecum est. Quasi dicat, cum te diuina gratia plenum videas, doce alios, quidquid facis, quia ex præsidente tibi eadem diuina gratia habes, & optime viuere, & vtiliter alios docere.

33 BERNARDVS ait: Sicut corporis hu-
In Serm. 2. Dedicat. ius vitam ex motu suo dignoscimus, ita & fidei vitam ex operibus bonis. Itaque vita quidem corporis est anima, per quam mouetur, & sentit, vita vero fidei charitas est, quia per illam operatur, sicut in Apostolo legis, Fides quæ per dilectionem operatur. Vnde & refrigescente charitate fides moritur, sicut corpus anima recedente. Tu ergo si videris hominem in bonis operibus strenuum, & feruore conuersationis hilarem, viuere in eo fidem, non dubites tenens vitæ illius argumenta. Sed sunt nonnulli, qui cum spiritu cœperint, heu carne postea consummantur. Scimus autem quia iam non permaneat in eis spiritus vitæ, quia
Ioan. 6. scriptum est: Non permanebit spiritus meus
34 in homine in æternum, quia caro est.
Serm. 2. in Pasch. IDEM exponens verba illa 1. Ioann. 5. Tres sunt, qui testimonium dant in terra spiritus, aqua, & sanguis, sic habet: Hoc est testimonium, quod datur in terra ad distinguendum cæli ciues a ciuibus Babylonis. Quando enim sine testimonio electos suos deserat Deus? Aut certe quænam eis esse poterat consolatio inter spem & metum sollicitudine anxia fluctuantibus, si nullum omnino electionis snæ haberet testimonium mererentur? Nouit Dominus qui sunt eius, & solus ipse scit, quos elegerit a principio. Quis vero scit hominum, vtrum odio, vel amore dignus sit? Quòd si vt certum est, certitudo nobis omnino negatur, numquid non tanto delectabiliora erunt, si qua forte electionis huius signa possimus inuenire? Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quo salutis testimonia commendantur. Hoc sane verbo & electis consolatio ministratur, & subtrahitur reprobis excusatio. Cognitis siquidem signis vitæ quisquis hæc negligit manifeste conuincitur in vano accipere animam suam, & pro nihilo habere terram desiderabilem com probatur. Tres sunt, inquit, qui testimonium dant in terra spiritus, aqua, & sanguis. Iacebamus captiui, dedit Deus sanguinem proprium in redemptionem, aquam simul produxit de latere suo in ablutionem, misit deinde de excelso spiritum suum, qui adiuuaret infirmitatem nostram. Vis ergo nosse an hæc aliquid operentur in te, ne forte reus sis sanguinis Domini, quem euacuas quantum in te est, sed & aqua ipsa quæ debuerat mundare, in sordibus permanenti iudicium damnationis accumulet, spiritus quoque cui resistis non liberet maledictum a labiis suis? Quis est autem qui testimonium habet effusi non sine causa sanguinis Christi, nisi qui continet a peccatis?
Ioan. 8. Seruus enim peccati est, qui peccatum facit, vt si deinceps continere potuerit, & iugum abijcere miseræ seruitutis certissimum sit testimonium redemptionis, quam operatur sanguis Christi. Verum non sufficit peccatori continentia, si non adsit pœnitentia. Habet ergo & ab aqua testimonium, qui laborat in gemitu suo, lauans per singulas noctes lectum suum. Sed quid erit quod longo catenarum vsu, & carceris habitatione crudeli contracti sumus, atque collisi, defecimus in via vitæ? Inuocemus spiritum viuificatorem, & adiutorem confidentes, quia dabit pater spiritum bonum petentibus se. Sane nouum superueniisse spiritum, conuersatio noua testatur. A sanguine, aqua, & spiritu habes testimonium, si contines a peccatis, si dignos agis pœnitentiæ fructus, si facis operas vitæ.

36 IDEM explicans illa verba: Equitatui meo
Serm. 39. in Cantica. in curribus Pharaonis, assimilaui te amica mea, inquit: Primum assimilat animã pulchrã, & amicam per gratiam equitatui suo in curribus Pharaonis, liberando vtique a iugo peccati, mortificatis vniuersis operibus carnis. Quẽadmodum ille populus liberatus est a seruitute Aegypti subuersis, & submersis cunctis cur-
Exod. 14. ribus Pharaonis. De reliquo illa singulari

dignatione, postquam liberata est, ascisciturin amicam, decorem induitur, tamquam Domini sponsa. Ad hæc illi promittuntur murenulæ pro ornatu, ipsæq. aureæ pro pretio, & distinctæ argento pro decore. Primum misericorditer liberatur, secundo dignanter adamatur, tertio benigne abluitur, & purgatur; postremo optimi ornamenti accipit. Infra latius explicans hæc quæ dixerat, ait: In primis inter sanctam, spiritualemq. animam, & equitatum Domini comparationem ponit, & inter Pharaonem, & diabolum, amborumq. exercitus. Nec miraberis vnam animam equitatus multitudini similatã; si aduertas quantæ in ipsa vna quæ tam sancta anima sit virtutum acies habeantur, quanta in affectionibus ordinatio, quanta in moribus disciplina, quanta in orationibus armatura, quantum in actionibus robur, quãtus in zelo terror,
Cant. 6. quanta denique ipsi cum hoste conflictuum assi-
Cant. 7. duitas, numerositas triumphorum, terribilis, vt castrorum acies ordinata. Et iterum: Quid videbis, inquit, in Sunamite, nisi choros castrorũ.
37 Aut si id tibi non placet, noueris huiusmodi animam numquam esse sine angelorum custodia, qui eam æmulantur Dei æmulatione, solliciti suo viro seruare, & virginem castam exhibere Christo. Ergo angelicis fulta ministerijs, & superno stipata agmine sponsa incedens similis est equitatui Domini, illi vtique qui quondam in curribus Pharaonis tam stupendo diuini adiutorij miraculo triumphauit. Si enim diligenter aduertas cuncta quæ ibi miraris magnifice perpetrata, inuenies hic nihilominus admiranda. Nisi quòd in eo nunc magnificentius triũphatur, quòd quæ illic corporaliter præcesserunt, hic spiritualiter adimplentur. An non tibi multo fortius, longeq. gloriosius esse videtur, diabolum prosternere, quàm Pharaonem, atque aereas debellare potestates, quàm currus Pha-
Eph. 6. raonis subuertere? Ibi denique pugnatum est aduersus carnẽ & sanguinem, hic aduersus principes & potestates aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiæ in cælestibus. Ibi populus eductus de Ægypto, hic homo de sæculo. Ibi prosternitur Pharao, hic diabolus. Ibi subuertuntur currus Pharaonis, hic carnalia, & sæcularia desideria quæ militant aduersus animam subruuntur. Illi in fluctibus, isti in fletibus. Puto & nũc clamitare dæmonia, si forte contingat incidere in talem animam,
Exod. 14. fugiamus Israelem, quia Dominus pugnat pro eo.

15 IDEM explicans verba illa: Reuertere dilecte mi, ait: Dei præsentia in anima sciri non
Serm. 74. in Cantica. *Psal. 76.* potest, ipse est enim de quo scriptum est. Et vestigia tua non cognoscentur. *Infra*: Quæris igitur cum ita sint omnino inuestigabiles viæ eius,
Prou. 5. vnde adesse norim? Viuum & efficax est, moxq. vt intus venit, expergefacit dormitantem animam meam, mouit, & molliuit, & vulnerauit cor meum, quoniam durum, lapideumq. erat, & male sanum. Cœpit quoque euellere, & destruere, ædificare, & plantare, rigare arida, illuminare tenebrosa, frigida inflammare, necnon &
mittere praua, in directa, & aspera in vias planas. Ita igitur intrans ad me aliquotiens Ver- *Esai. 40.*
bum sponsus, nullis suis motibus compertum est mihi, nullis meis sensibus illapsum penetralibus meis, tantum ex motu cordis (sicut præfatus sum) intellexi præsentiam eius, & ex fuga vitiorum, carnaliumque compressione affectuũ aduerti potentiam virtutis eius, & ex discussione, siue redargutione occultorum meorum admiratus sum profunditatem sapientiæ eius, & ex quantulacumque emendatione morum meorum expertus sum bonitatem mansuetudinis eius, & ex renouatione, ac reformatione spiritus mentis meæ, idest interioris hominis mei percepi, vtcumque speciem decoris eius, & ex contuitu horum omnium simul expaui multitudinem magnitudinis eius. Verum quia hæc omnia vbi abscesserit Verbum, perinde ac si ollæ bullienti subtraxeris ignem, quodam illico languore torpentia, & frigida iacere incipiunt, atque hoc mihi signum abscessionis eius tristis sit necesse est anima mea, donec iterũ reuertatur, & solito recalescat cor meum intra me, idq. sit reuersionis indicium.

Gratia, & auxilium Dei, & liberum arbitrium, & labor ad virtutem, quo ordine sint necessaria. Cap. IX.

1 ORIGENES sic habet: Cum populus Israel educeretur de Ægypto primogenita Ægyptiorum occisa sunt, & tunc dictum est Moysi: Sanctifica mihi omne primogenitum, hoc est ergo quod in hoc loco indicatur, quia non prius sanctificati sunt primogeniti Israel, quàm percuterentur primogeniti Aegyptiorum, & quasi causam sanctificationis horum interitum, & necem ponit illorum. Vnde & hic intelligendum est esse quosdam primogenitos, etiam in Aegyptiis, idest in contrarijs potestatibus quasi electos in malitia, & primos inter dæmones, qui nisi percussi fuerint a Deo, & extincti, sanctificationem percipere Israelitarum primogeniti omnino non possunt. Quis ergo est iste, qui primogenitos Aegyptiorum, idest principatus, & potestates dæmonum percussit? Nonne Dominus meus Iesus Christus, qui est primogenitus omnis creaturæ, qui principatus, & potestates aduersas traduxit triumphans eos in cruce? Quos vtique nisi ille percussisset, & triumphasset, sanctificatio ad nos venire nullatenus potuisset.

2 IDEM explicãs illa verba, A Domino gressus hominis dirigentur, ait: Gressus hominis a Domino dirigũtur. Non sufficit homini volenti istud iter incedere sola propositi sui voluntas, nisi & Dominus direxerit gressus eius, quia frequenter

frequenter accidit iter agentibus, vt ambulent, quod iter tamen rectum tenere non possint, sed decedant in aliquos errores, quia a Domino nõ diriguntur gressus eorum. Et cum a Domino gressus directi fuerint, tunc viam eius volet. Cupiet enim qui a Deo dirigitur Christum, & desiderabit permanere semper in Christo.

3 IDEM exponens versum illum: Et substantia mea a te est (vbi nostra lectio habet apud te est) inquit: Si habeo substantiam diuitiarum spi-
Hom. 2. in Psal. 38. ritualium, a Deo est. Insufflauit enim Deus in faciem hominis spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem.

4 IDEM explicans verba illa: Vineæ florentes dederunt odorem suum, ait: Non sine causa
Hom. 4. expos. 2. in Cantica. puto quòd non dixerit odorem dederunt, sed odorem suum, vt ostenderet inesse vnicuique animæ vim possibilitatis, & arbitrij libertatẽ, qua possit agere omne quod bonum est. Sed quia hoc naturæ bonum præuaricationis occasione decerptum, vel ad ignominiam, vel ad lasciuiam fuerat inflexum, vbi per gratiam reparatur, & restituitur, odorem reddit, sine dubio illum quẽ primus conditor Deus indiderat, sed peccati culpa subtraxerat.

5 IDEM explicat illa verba Apostoli: Non
Lib. 7. in c. 9. epist. Pauli ad Rom. to. 3. est volentis, neque currentis, sed Dei miserentis, inquit: Ex his verbis colligi videtur, quòd in homine non sit libertas arbitrij, nec habeat vnusquisque potestatem sui. Quod dixit, non volentis, neque currentis, sed miserẽtis est Dei,
Psal. 126. ita accipitur. Sicut Dauid dicit in Psalmo, Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui ædificauerant eam, nisi Dominus custodierit ciuitatẽ, frustra vigilat, qui custodit eam. In quo ostẽdit, non quòd is, qui domũ ædificat, nihil agat, & otiosus sit; & ita eam ædificet Dominus, sed ipse quidem quantũ est in homine vim sollicitudinis, & laboris expẽdat, sicut obstaculis omnibus amotis opus perueniat ad perfectũ? Cum ergo per hæc doceatur, quòd homo quidem laborem impendat, & sollicitudinem, Deus autẽ successum operi tribuat & effectum. Piũ & religiosum est ideo, & bonũ quod in se est operis summa, Deo magis quã homini putare.
1. Cor. 3. Sic & cum Paulus plantabat, & Apollo rigabat, Deus dare dicitur incrementũ, & additur. Itaq; neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Ita ergo etiã in præsenti loco possumus dicere, neque qui currit est aliquid, neque qui vult, sed qui effectum dat Deus. Qui enim vult, & qui currit hæc videntur esse, quod est ille qui plãtat, & eum qui rigat nihil esse dicit Apostolus, nõ quòd nihil agant, sed quòd ad comparationẽ Dei, qui incrementum dat operi, vel effectum illi nihil esse ducantur.

6 HIERONYMVS exponens hæc verba:
In Ps. 107. to. 7. Et non exibis Deus in virtutibus nostris? Sic habet: Hęc interrogatiue legenda sunt, quasi dicat: Qui passus es pro nobis, quare non adiuuas nos, sed pateris conculcari nos a diabolo crudeliſſimo? Et non exibis Deus in uirtutibus nostris? Videte quid dicat, non dixit, Non existi, sed non exibis Deus in uirtutibus nostris. Hoc uult dicere, quãdo laboramus, tunc adiuuat nos Deus. Non est enim uolentis, neque currentis, sed miserentis est Dei. Videte quid dicat, non *Rom. 9.*
ait, non est iacentis, neque dormientis, sed miserentis est Dei. Sed uidete quid dicit: Non est uolentis, neque currentis, sed miserentis Dei. Si non ergo uoluerimus, & cucurrerimus, Deus nobis nihil proderit. Nostrum est uelle & currere, Dei autem misereri. Athleta enim dormiens perdit uictoriã. Da nobis auxilium de tribulatione. Non dixit, da nobis auxilium de deliciis, sed de tribulatione. Ad Dominum cum tribula- *Psal. 119*
rer clamaui, & exaudiuit me. Non dixit cum essem in delicijs clamaui, aut dormiens clamaui. Vis exaudiri a Domino? Esto in tribulatione, clama & exaudieris. In Deo faciemus uirtutẽ, & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros. Ipse erit uirtus nostra & rector noster. Ipse nos coronat, ipse pugnat nobiscum, magis autem ipse uincet in nobis. In Deo faciemus uirtutem. Quando enim fortes fuerimus, ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.

7 AVGVSTINVS inquit: Num liberum arbitrium euacuamus per gratiam? *Lib. de spiritu & littera to. 3.*
Absit, sed magis liberum arbitrium statuimus. Sicut enim lex per fidem, sic liberum arbitrium per gratiam non euacuatur, sed statuitur. Neq; enim lex impletur, nisi libero arbitrio, sed per legem cognitio peccati, per fidem impetratio gratiæ contra peccatum, per gratiam sanatio animæ abolitione peccati, per animæ sanitatem libertas arbitrij, per liberum arbitrium iustitię dilectio, per iustitiæ dilectionem, legis operatiu. Gratia sanat uoluntatem, qua iustitia libere diligatur. Omnia hæc quæ uelut catenatim cõnexui habent uoces suas in Scripturis sanctis. Lex dicit, non concupisces. Fides dicit, sana ani- *Exo. 20.*
mam meam, quia peccaui tibi. Gratia dicit, Ec- *Psal. 40.*
ce sanus factus es iam, noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Sanitas dicit: Domine *Ioan. 5.*
Deus meus clamaui ad te, & sanasti me. Liberũ arbitrium dicit, Voluntarie sacrificabo tibi. Di- *Psal. 29.*
lectio iustitiæ dicit, Narrauerũt mihi iniqui de- *Psal. 53.*
lectationes suas (uel fabulationes) sed non ut *Psal. 118*
lex tua Domine. Vt quid ergo miseri homines, aut de libero arbitrio audent superbire, antequam liberentur, aut de suis uiribus si iam liberati sunt? Nec attendunt in ipso nomine liberi arbitrij utique libertatem sonare. Vbi autem Spiritus Domini, ibi libertas. Si ergo serui sunt peccati, quid se iactant de libero arbitrio? A quo enim quis deuictus est, huic & seruus addictus est. Si autem liberati sunt, quid se iactant uelut de opere proprio, & gloriantur quasi non acceperint? An ita sunt liberi, ut nec illum uelint habere Dominum, qui eis dicit, Sine me ni- *Ioan. 15.*
hil potestis facere?

8 IDEM inquit: Pelagius tria constituit, at- *Lib. de gratia Christi contra Pelagiũ to. 7.*
que distinguit, quibus diuina mandata dicit impleri, possibilitatem, uoluntatem, & actionem. Possibilitatẽ qua potest homo esse iustus, uoluntatem qua uult esse iustus, actionem qua iustus est. Horum triũ primũ, idest possibilitatẽ datam confitetur ab auctore naturæ, nec esse in

nostra potestate, sed eam nos habere, etiam si nolimus; duo vero reliqua, idest voluntatem, & actionem, nostra esse asserit, atque ita nobis tribuit, vt nonnisi à nobis esse contendat. Denique gratia Dei non ista duo, quæ nostra omnino vult esse, sed possibilitatem perhibet adiuuare, tamquã illa quæ nostra sunt, hoc est volũtas & actio, tam sint valentia ad declinandum a malo, & faciendum bonum, vt diuino adiutorio non indigeant. Posse ad Deum proprie pertinet, qui illud creaturæ suæ contulit; duo vero reliqua hoc est, velle, & esse ad hominem referẽda sunt, quia de arbitrij fonte descendunt. *Infra*: Non adiuuat Deus vt velimus, non adiuuat vt agamus, sed tantummodo adiuuat vt velle, & agere valeamus. Hoc contra doctrinam Pauli esse animaduersis, qui ait: Deus est qui operatur in vobis velle, & perficere, vel vt in alijs codicibus maxime autem græcis legitur, & velle, & operari. Quæ iste ita nostra esse voluit tamquam ipsa diuinæ gratiæ non adiuuentur auxilio, Deum in nobis dicit operari. *Infra*: Adiuuat nos Deus, ait Pelagius, dum cordis nostri oculos aperit, dũ nobis ne præsentibus occupemur, futura demõstrat, dum diaboli pandit insidias, dum nos multiformi, & ineffabili dono gratiæ cælestis illuminat. Hic itaque apparet hanc eum gratiam consiteri qua demonstat, & reuelat Deus quid agere debeamus, non qua donat, atque adiuuat, vt agamus. *Infra*: Gratia datur non solum vt faciẽda nouerimus, verum etiam vt cognita faciamus, nec solum vt diligenda credamus, verum etiam vt credita diligamus. *Infra*: Volebat Pelagius tantas esse naturæ vires, vt etiam sine auxilio Spiritus sancti, etsi minus facile, tamen aliquo modo nequam spiritui resistatur. Item primo libro pro libero arbitrio. Cum autẽ tam forte, inquit, tam firmum ad non peccandum liberum in nobis habeamus arbitrium, quod generaliter naturæ humanæ creator inseruit, rursus pro eius inæstimabili benignitate quotidiano ipsius munimur auxilio. Quid opus est hoc auxilio si tam forte, tam firmum est ad non peccãdum liberum hominis arbitrium? Sed etiam hic vult intelligi ad hoc esse auxilium, vt facilius fiat per gratiam, quod etsi minus facile tamen putat fieri præter gratiam. Cum autem facilius, addit adimpletio boni operis etiam sine Dei gratia posse fieri suggeritur. Quem sensum redarguit qui dicit, Sine me nihil potestis facere.

Phil. 2.

9

10 In Psal. 17. to. 8.

IDEM exponens verba illa: Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine, Deus meus illumina tenebras meas, ait: Quoniam non est lumen nostrum ex nobis, sed tu illuminabis lucernam meã Domine. Nos peccatis nostris tenebræ sumus, sed Deus meus illuminabis tenebras meas. Quoniam a te eripiar a tentatione, non a me, sed a te eruar, & in Deo meo transgrediar murum, non in me, sed in Deo meo, quem inter homines & cælestem Hierusalem peccata erexerunt, Deus qui præcinxit me virtute, vt fortis sim, ne diffluentes sinus cupiditatis, impediant opera, & gressus meos. Qui perfecit pedes meos tamquã ceruorum. Qui perfecit amorem meũ ad transcendẽda spinosa, & vmbrosa impli camenta huius sæculi. Et super excelsa statuet me. Et super cælestem habitationẽ figet intentionem meã, vt implear in omnẽ plenitudinem Dei. Qui docet manus meas ad prœlium. Qui docet me operari ad superandos inimicos, qui nobis intercludere cælestia regna conantur. Et posuisti vt arcũ æreum brachia mea, & posuisti infatigabilẽ intentionẽ bonorũ operũ meorũ, & dedisti protectionem salutis tuæ, & dextera tua suscepit me. Et fauor gratiæ tuæ suscepit me.

11 In Psal. 36.

IDEM exponẽs uerba illa: A Domino gressus hominis dirigẽtur (nostra lectio habet apud Dominum) & viam eius volet, inquit, ipse homo vt velit viam Domini, ab ipso Domino diriguntur gressus eius. Nam si Dominus nõ dirigeret gressus hominis tam praui erant, vt semper per praua irent. Ipse direxit gressus, vt viam eius vellemus.

12 Lib 16. Mo ral. cap. 19. to. 2.

GREGORIVS explicans illa verba Iob cap. 22. Saluabitur innocens, saluabitur autem munditia manuum suarũ, inquit: Hæc sententia si de cælestis regni retributione promittitur, veritate fulcitur, quia cũ de Deo scriptũ sit, qui reddit vnicuique secundum opera eius, illum in extremo examine iustitia æterni iudicis saluat, quẽ hic eius pietas ab immundis operibus liberat. Sin vero ad hoc saluari quisque hic mũditia manuum suarum creditur, vt suis viribus innocens fiat, proculdubio erratur, quia si superna gratia nocentẽ non præuenit, nũquam profecto inueniet, quem remuneret innocentem. Vnde Moysi voce dicitur: Nullus apud te per se innocẽs est. Superna ergo pietas prius agit in nobis aliquid sine nobis, vt iubsequente quoq; nostro libero arbitrio, bonũ quod iam appetimus agat nobiscũ, quod tamen per impensam gratiam in extremo iudicio ita remunerat in nobis, ac si solis processisset ex nobis. Quia enim diuina nos bonitas, vt innocentes faciat, præuenit, Paulus ait: Gratia Dei sum id quod sum. Et quia eandem gratiã nostrum liberum arbitriũ sequitur, adiungit: Et gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui. Qui dũ se de se nihil esse conspiceret, ait: Non autẽ ego. Et tamen quia se esse aliquid cũ gratia inuenit, adiunxit: Sed gratia Dei mecum. Non enim diceret mecum, si cum præueniente gratia subsequens liberum arbitrium non haberet. Vt ergo se sine gratia nihil esse ostenderet, ait, Non ego, vt vero se cum gratia operatum esse per liberũ arbitrium demonstraret, adiunxit, Sed gratia Dei mecum. Munditia itaque manuum suarum innocens saluabitur, quia qui hic præuenitur donec, vt innocens fiat, cum ad iudicium ducitur, ex merito remuneratur.

13 Lib. 33. Mo ral. cap. 10.

IDEM exponens illa verba Iob capite 4. Quis ante dedit mihi, vt reddam ei? sic habet: Nemo vt diuina illum gratia subsequatur, prius aliquid contulit Deo. Nam si nos Deum beneoperando præuenimus, vbi est quod Propheta ait: Misericordia eius præueniet me? Si quid nos bonæ operationis dedimus, vt eius gratiam

Exod. 34.

1.Cor. 15.

gratiam mereremur, vbi est, quod Apostolus di-
Ephes. 2. cit, Gratia estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est non ex operibus? Si nostra dilectio Deum præuenit, vbi est
Ioan. 4. quod Apostolus Ioannes dicit: Non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos? Vbi est quod per Osee Dominus di-
Oseæ 14. cit: Diligam eos spontanee? Si sine eius munere nostra virtute Deum sequimur, vbi est quod
Ioan. 15. per Euãgeliũ veritas protestatur, Sine me nihil
Ioan. 6. potestis facere? Vbi est quod ait, Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum? Si saltem dona bonorum operum virtute
2.Cor. 3. nostra bene cogitando præuenimus. Vnde est quod Paulus tam salubriter ait, vt omnis de se humanæ mẽtis fiducia ab ipsa cordis radice succidatur, non quòd sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. *Infra*: Liberum arbitrium in bono formatur electis, cum eorum mens a terrenis desiderijs gratia aspirante suspenditur. Bonum quippe quod agimus, & Dei est, & nostrũ, Dei per præuenientem gratiam, nostrũ per obsequentem liberam voluntatem. Si enim Dei nõ est, vnde ei gratias in æternum agimus? Rursum si nostrum non est, vnde nobis retribui præmia speramus? Quia ergo non immerito gratias agimus, scimus quod eius munere præuenimur; & rursum quia nõ immerito retributionem quærimus, scimus quod obsequente libero arbitrio bona eligimus quæ ageremus.

14 Serm. 21. in Cantica.

BERNARDVS explicans illa verba Can tic. 1. Trahe me post te in odorẽ vnguentorum tuorũ curremus, ait: Quid? Sponsa ne ergo necesse habet trahi, & hoc post sponsum? Quasi vero inuita eum, & non libens sequatur. Sed non omnis qui trahitur, inuitus trahitur. Nec enim infirmum, aut debilem eum videlicet qui per se ire non valet trahi ad balneum, vel ad prãdium piget, etsi reum pigeat trahi ad iudiciũ, vel pœnam. Denique trahi vult, quæ & hoc rogat. Non autem rogaret si sequi per seipsam dilectum, prout vellet, valeret. Vt quid vero non ualet? An infirmam fateamur, & sponsam? Si vna quæuis ex adolescentulis infirmam se diceret, & peteret trahi, nequaquam miraremur. At vero de sponsa quę trahere, & alios, vtpote fortis, & perfecta posse sufficere videbatur, cui non durum sonet, quòd & ipsa trahi tamquam infirma, vel debilis necesse habeat? De quanam anima iam confidimus, quòd valida sit & sana, si illam infirmam dici consenserimus, quæ pro sui singulari
15 perfectione, & excellentiori virtute sponsa Domini nominatur? Quantæuis perfectionis anima quamdiu quidem gemit sub corpore mortis huius, & huius sæculi nequam retinetur inclusa carcere, vincta necessitatibus, torta sceleribus, lentius, segniusq. assurgat necesse est ad contemplanda sublimia, nec omnino liberum habeat sequi sponsum quocũque ierit. Hinc lachrymosa vox illa gementis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Hinc supplex illa precatio, educ de carcere animã meã. Dicat proinde, dicat cum gemitu etiam sponsa.

Trahe me post te. Quia corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Postulat ergo vt cõuersationis ipsius valeat vestigia sequi, vt possit æmulari virtutem, & normam tenere vitæ, & morum queat apprehendere disciplinã. In his quippe maxime opus est adiutorio, quo valeat abnegare semetipsam, & tollere crucem suam, & sic sequi Christum. Hic prorsus trahi necesse habet sponsa, nec sane trahi ab alio, quã ab eo ipso, qui ait, Sine me nihil potestis facere. Scio, inquit, me numquam posse peruenire ad te, nisi gaudendo post te, sed neque hoc quidem nisi adiutam abs te, ideoque precor vt trahas me post te: Beatus siquidem, cuius est auxilium *Psal.* 83. abs te, ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum, peruenturus quandoque ad te in montibus gaudiorum. *Infra*: Et quid mirum si indiget trahi, quæ post gigantem currit, quæ comprehendere nititur eum, qui salit in monti- *Psal.* 147. bus, transilit colles? Velociter, ait, currit ser- 16 mo eius. Non valet ex æquo currere, non potest *Psal.* 18. pari cum illo celeritate contendere, qui exultat vt gigas ad currendam viam, non potest suis viribus; & propterea rogat se trahi. Fessa sum, inquit, deficio, noli me deserere, sed trahe me post te, ne incipiam vagari post amatores alios, nec curram quasi in incertum. Trahe me post te, quia satius est mihi, ut me trahas, vt scilicet vim qualemcumque mihi, aut terrendo minis, aut exercendo flagellis inferas, quam parcẽs in meo me torpore male securã derelinquas. Trahe torpentẽ, vt reddas currentem. Trahe quodãmodo inuitã, vt facias voluntariã. Erit quando non indigebo tractore, quoniã voluntarie, & cũ omni alacritate curremus. *Infra*: Curremus, curremus, sed in odore vnguentorum tuorũ, non in nostrorum fiducia meritorum. Nec in magnitudine virium nostrarum currere nos confidimus, sed in multitudine miserationum tuarum. Nam etsi aliquando cucurrimus, & voluntarij fuimus, non est currentis, neque volentis, sed Dei miserentis. Reuertatur miseratio, & curre- *Rom.* 9. mus. Tu quidem in virtute tua tamquam gigas, & potens curris, nos nisi vnguenta tua spirauerint, non curremus. Tu quem pater unxit oleo *Psal.* 44. lætitiæ præ consortibus tuis, curris in ipsa unctione, nos in illius odore curremus.

17 Serm. 67. in Cantica.

IDEM exponens illa verba: Dilectus meus mihi, & ego illi, inquit: Sponsa recte in his uerbis locuta est, nõ prætendẽs meritũ, sed præmittens beneficiũ, & se præuentã dilecti gratia confitens. Recte omnino nã quis prior dedit illi, & *Rom.* 11. retribuetur ei? Denique audi Ioannem, quid in epistola super hoc senserit. In hoc est charitas, *1.Ioan.* 4. inquit, non quasi nos dilexerimus Deum, sed ip se prior dilexit nos. Et misericordia tua Do- *Psal.* 22. mine subsequetur me, ait Propheta, Omnibus diebus uitæ meæ. Vbi gratiæ subsecutionem non negauit. De præuentione autem dixerat: Deus meus misericordia eius præueniet me. *Psal.* 58. Item ad Dominum: Cito, ait, anticipent nos *Psal.* 78. misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis. Pulchre sponsa posterius (ni fallor)

hęc eadem uerba non eodem ordine ponit, ſed ſequitur & ipſa Prophetæ ordinem loquens hoc modo, Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi. Cur ita? Nempe vt tunc magis gratia plenam ſe probet, cum totum gratiæ dederit, & primas ſcilicet illi partes aſcribēs & vltimas. Alioquin quomodo gratia plena, ſi quid habuerit quod nō ſit ex gratia? Non eſt quo gratia intret, vbi iam meritum occupauit. Deeſt gratiæ quicquid meritis deputas. Nolo meritum quod gratiā excludat. Horreo quidquid de meo eſt, vt ſim meus, niſi quod illud forſitā magis meum eſt, quod me meum facit, Gratia reddit me mihi gratia iuſtificatum gratis, & ſic liberatum a ſeruitute peccati. O ſponſa deſponſaui te mihi in miſericordia & miſerationibus. Nec tu me elegiſti, ſed ego elegi te, nec vt te eligerem tua inueni merita, ſed præueni. In deſponſatione interuenit nō tuum meritum, ſed meum placitum. Quæ vere ſponſa eſt agnoſcit iſta, & vtramque gratiā confitetur. Primo quidem eam, quæ prima eſt, qua & præuenta eſt; poſtea vero & ſubſequentē. Ait itaque nūc: Dilectus meus mihi, & ego illi, principium dilecto tribuens. In cōſequentibus, ego, inquit, dilecto meo, & dilectus meus mihi, conſummationem illi æque concedens. Dilectus meus mihi ſubaudi, intendit.

18 IDEM explicans verba illa: In lectulo meo per noctes, quęſiui quem diligit anima mea, ait: Serm. 84. in Cantica. Cap. 3. Nouerit ſe anima præuentā in illo, & ante quæſitam, quā quærentem. Quærit anima mea verbum, ſed quæ a verbo prius quæſita ſit. Alioquin ſemel a facie verbi egreſſa, vel eiecta non reuertetur oculus eius, vt videat bona ſi non requiratur a verbo. Quaſi vero aliud anima noſtra ſit, quàm ſpiritus vadens, & non rediens, ſi ſibi fuerit derelicta. Audi profugā, & deuiam quid doleat, & quid petat. Erraui, ait, ſicut ouis, quæ perijt, quære ſeruum tuū Domine. O homo redire vis? Sed ſi in voluntate res eſt, quid opem flagitas? Quid aliunde mendicas, in quo abundas tu tibi? Palam eſt quia vult & non poteſt, ſed ſpiritus eſt vadens, & non rediens, etſi is ſit longius agens qui nec vult, quamquā non omnino illam animam relictam dixerim, quæ reuerti cupit, & requiri petit. Vnde enim voluntas hæc illi? Inde (ni fallor) quòd a verbo viſitata iam ſit, & quæſita, nec otioſa quæſitio quæ operata eſt voluntatem, ſine qua reditus eſſe non poterat. Sed non ſufficit ſemel quæri tantus eſt animæ languor, tantaq. in reditu difficultas. Quid enim ſi vult? Iacet voluntas vbi facultas non ſuppetit. Nam Rom. 7. velle adiacet mihi, inquit, perficere autem bonum non inuenio. Quid ergo ille quē de Pſalmo induximus, quærit? Non plane aliud quā quæri, quod non quæreret, niſi quæſitus fuiſſet, & rurſum non quæreret ſi quæſitus ſatis fuiſſet. Quod & poſtulat; quære, inquiens, ſeruum tuū, vt qui dedit velle det, & perficere pro bona voluntate. Meminerit anima ſe prius quæſitā, ſicut & prius dilectā, atque a Deo eſſe, & quod quærit, & quod Pſal. 78. diligit. Oremus chariſſimi, vt cito anticipent nos miſericordiæ iſtæ, quia pauperes facti ſumus nimis. *Infra*: Quæſiui quem diligit anima mea. Nempe hic te prouocat anticipantes benignitas illius, qui te & prior quæſiuit, & prior dilexit. Minime prorſus niſi prius quæſita quæreres, ſicut nec diligeres, niſi dilecta prius.

19 IDEM inquit: Ex Dei munere velle adiacet mihi, perficere autem non inuenio. Sed nec aliquando me inuenturum confido, niſi qui dedit velle, det & perficere. Vbi ergo, ais, ſunt merita noſtra, & vbi ſpes noſtra? Audi. Non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit. Ita ne oblitus eſt quis dixerit, Sine me nihil poteſtis facere, & neque volentis, neque currentis eſt, ſed Dei miſerentis? Quid igitur agit, ais, liberum arbitrium? Breuiter reſpondeo. Saluatur. Tolle liberum arbitrium non erit quod ſaluetur, tolle gratiam non erit vnde ſaluetur. Deus auctor eſt ſalutis, liberum arbitriū capax, nec dare illam niſi Deus, nec capere valet niſi liberum arbitrium? Quod ergo a ſolo Deo, & ſoli detur libero arbitrio, tam abſque conſenſu eſſe non poteſt accipientis, quam abſque gratia dantis. Et ita gratię operanti ſalutem, cooperari dicitur liberum arbitrium. *Infra*: Velle ineſt nobis ex libero arbitrio, non autem poſſe quod volumus, velle bonum facit gratia. Ex ipſo nobis eſt velle, ex ipſa bonum velle. Sentiens Rom. 7. Apoſtolus quid ex natura eſſet, quid ex gratia expectaret, aiebat: Velle adiacet mihi perficere non inuenio. Sciebat profecto velle quidem ſibi ex libero arbitrio ineſſe, ſed vt ipſum velle perfectum haberet, gratiam ſe habere neceſſariam. *Infra*: Soli inter animantia datum eſt homini poſſe peccare ob prerogatiuam liberi 20 arbitrij. Datum autem non vt proinde peccaret, ſed vt glorioſior inde appareret, ſi non peccaret, cum peccare poſſet, ita vt de eo diceretur. Quis eſt hic & laudabimus eum? Vnde ita Eccli. 31. laudandus? Fecit enim mirabilia in vita ſua. Quæ? Qui potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus facere mala, & non fecit. Peccauit autem quia liberum ei fuit. Nec tamen fuit culpa dantis, ſed abutentis, qui ipſam facultatem conuertit in vſum peccandi, quàm acceperat ad gloriam non peccandi. Nam etſi peccauit ex poſſe quod accepit; non tamen quia potuit, ſed quia uoluit. Lapſus tamen ex uoluntate, non ęque ex uoluntate reſurgere iam liberum habet, quia & ſi datum fuit uoluntati poſſe ſtare he caderet, non tamen reſurgere ſi caderet. Non enim tam facile quis ualet exire de fouea, quàm facile in eam cadere. Cecidit homo ſola uoluntate in foueam peccati, ſed non ex uoluntate ſufficit poſſe reſurgere. Manet etiam poſt peccatum liberum arbitrium, etſi miſerum tamen integrum. *Infra*: In eandem imaginem 2. Cor. 3. transformamur Domini, ait Paulus, a claritate in claritatem, tamquam a Domini ſpiritu. Ergo ſi a Domini ſpiritu, non a libero arbitrio eſt reſurgere, cum tamen ab hoc ſit cadere, ſine propria tamen uoluntate nullus ſaluari poteſt. *Infra*: Inter diuinum ſpiritum, & carnis appetitum tenet medium quem-

11 quēdam locum, quod dicitur in homine liberum arbitrium, ideſt humana voluntas, inter vtrumque pendens. Appetitu infirmatur per carnem, vt niſi ſedulo ſpiritus adiuuet infirmitatem eius per gratiam, non ſolum non valeat iuſtitiæ, quæ eſt iuxta Prophetam, ſicut montes Dei, aſcendendo de virtute in virtutem apprehendere culmen, ſed etiam de vitio ſemper in vitium ſuo ipſius pondere deuoluta ruat in præceps prægrauata nimirum non ſolum lege peccati, originaliter membris inſita, verum & conſuetudine terrenæ inhabitationis vſualiter affectionibus inolita. Et hæc duo huius mortalitatis mala, ſicut non nocent, ſed exercent nō conſentientes, ſic non excuſant, ſed damnant conſentientes, vt nec ſalus, nec damnatio vlla ratione ſine præcedenti conſenſu voluntario poſſit haberi. Quamobrem id quod in creatura dicitur liberum arbitrium, aut iuſte profecto damnatur, dum ei ad peccatum nulla vi præiudicatur extrinſeca, aut miſeticorditer ſaluatur, cui ad iuſtitiam nulla virtus ſufficit ſua. De cetero libero arbitrio, nec extra ipſum quæratur damnationis cauſa, quod iam non damnat, niſi propria culpa, nec ab ipſo ſalutis merita, quod ſola ſaluat miſericordia. Cuius quippe conatus ad bonum, & caſſi ſunt, ſi a gratia non adiuuentur, & nulli, ſi non excitentur. Proinde non ei a ſe, vt dictum eſt, ſed deſurſum potius a patre luminum deſcendere merita putentur. Deus enim rex noſter ante ſæcula, cum operatus eſt ſalutem in medio terræ, merita ſua quæ dedit hominibus, in merita diuiſit & præmia, vt & 12 præſentia per liberam poſſeſſionem noſtra interim fierent merita, & futura per gratuitam ſponſionem expectaremus, immo expeteremus vt debita. Itaque non liberi arbitrij, ſed Domini eſt ſalus. Immo ipſe ſalus, ipſe eſt & via, ad Pſal. 3. ſalutem, qui ait. Salus populi ego ſum. Qui item perhibet, ego ſum via. Se fecit viam qui & ſalus erat, & vita, vt non glorietur omnis caro. Si ergo bona viæ ſunt merita, ſicut & patriæ ſalus & vita, & nemo bonus niſi vnus Deus, Dei ſunt proculdubio munera, tam noſtra opera, quàm eius præmia. Et qui fecit ſe debitorem in illis, fecit & nos promeritores ex his. Ad quæ tamen condenda merita, dignatur ſibi adhibere creaturarum miniſteria, non quibus egeat, ſed quibus per hoc, vel de quibus proſit. *Infra*: Qui bono quod opere complent voluntate conſentiunt, opus omnino quod per eos Deus explicat, ipſis communicat. Vnde Paulus cum bona plurima, quæ Deus per ipſum fecerat, enarraſſet, nō autem ego, ait, ſed gratia Dei mecum. Potuit dicere per me, ſed quia minus 1. Cor. 15. erat, maluit dicere, mecum, præſumens ſe non ſolum operis eſſe miniſtrum, per effectum, ſed & operantis quodammodo ſocium per conſenſum. Denique & Paulus de ſe pronuntiat. Dei 1. Cor. 3. adiutores ſumus. Ibi itaque Deus homini benigne merita conſtituit, vbi per ipſum, & cum ipſo, boni quippiam operari dignanter inſtituit. Hinc coadiutores Dei, & cooperatores Spiritus ſancti, promeritores regni nos eſſe præſumimus, quod per conſenſum vtique voluntarium diuinæ voluntati coniungimur. Quid igitur? Hoc ergo totum liberi arbitrij opus, quod 23 conſentit? Eſt prorſus. Non quidem quod vel Phil. 2. ipſe conſenſus, in quo omne meritum conſiſtit ab ipſo ſit, cū nec cogitare aliquid a nobis quaſi ex nobis ſufficientes ſimus. Verba ſunt Apoſtoli, qui omne quod boni eſſe poteſt, ideſt cogitare, & velle, & perficere pro bona voluntate attribuit Deo, non ſuo arbitrio. Si ergo Deus tria hæc, hoc eſt bonum cogitare, velle & perficere, operatur in nobis, primum profecto ſine nobis, ſecundum nobiſcum, tertium per nos facit. Si quidem immittendo bonam cogitationē nos præuenit, immutando etiam malam voluntatem, ſibi per conſenſum iungit, miniſtrando & conſenſui facultatem, foris per apertum opus noſtrum, internus opifex innoteſcit. A Deo ergo ſine dubio noſtræ fit ſalutis exordium, nec per nos vtique, nec nobiſcum. Verum conſenſus, & opus, etſi non ex nobis, non iam tamen ſine nobis. Cauendum ergo ne cum hæc inuiſibiliter intra nos, ac nobiſcū actitari ſentimus, aut noſtræ voluntati attribuamus, quæ infirma eſt, aut Dei neceſſitati, quæ nulla eſt, ſed ſoli gratiæ, qua plenus eſt. Ipſa liberum excitat arbitrium, cum ſeminat cogitatum, ſanat cum immutat affectum, roborat vt perducat ad actum, ſeruat ne ſentiat defectum. Sic autem iſta cum libero arbitrio operatur, vt tantum illud in primo præueniat, in ceteris comitetur. Ad hoc vtique præueniens, vt iam ſibi deinceps cooperetur. Ita tamen quod a ſola gratia cœptum eſt, pariter ab vtroque perficitur. Non partim gratia, partim liberum arbitrium, ſed totum ſingula opere indiuiduo peragunt.

Finis Libri Septimi.

LIBER

LIBER OCTAVVS LOCORVM COMMVNIVM AD CONCIONES.

Hæreticos, & hæreticorum doctrinam in grandem perniciem reipublicæ permittit Deus. Caput Primum.

1 In Iob lib. 1 to. 2.

ORIGENES in fine explicans verba illa: Chaldæi fecerũt tres turmas, & inuaserũt camelos, &c. ait: Diabolus aduersus Iob, olim tribus cornibus dimicauit. Nunc vero nouissimis temporibus, atque in vltimo sæculo, non in his solis tribus cornibus dimicat, non triplici modo congreditur, sed mille modis, ac multipliciter dimicat, tentat, insidiatur, seducit, atque subuertit per multitudinem hæresum, per innumeros errores, per abũdantes seductores, per pseudochristos, ac pseudodoctores, quibus hic mundus repletus est, quos nequissimus seminauit, quos atrocissimus ille produxit, quos malignissimus fecit florem, & fructum in infidelitate, atque errore afferre coegit, quibus hic, vt diximus, mundus repletus est, qui venerunt & veniunt in verbo Domini, in vestitu ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Nomen Christianorum habentes, atque speciem pietatis, & erroribus, & impietatibus, atque seductionibus referti sunt. Isti sunt ianuæ mortis, & viæ inferni. Isti sunt qui a veritate plurimos præuaricantur, & a fide innumeros aberrare faciunt. Isti sunt ministri maligni diaboli, atque nuntijs veritate carentes. Isti sunt cæci duces cæcorum. Isti sunt nubes sine aqua, nebula a tempestate fugata. Istos odio habeamus, atque infidelitatem, & errorem qui in eis est, velut flammam ignis declinemus, pro eo ne cum illis flammæ inextinguibili in die furoris, atque reuelationis iusti iudicij Dei mancipemur. Sed quemadmodum tunc tribus cornibus aduersus Iob congressus, cum confusione est superatus, nihil prẽualens aduersus eũ, sic & nunc multis modis aduersus Ecclesiam congressus est, & per innumeras hæreses aduersus eas dimicans reuocatur confusus, nihil prẽualens vere credentibus animabus. Firmum enim fundamentum Dei stabit, & portæ inferorum non prævalebunt aduersus eam, sicut dicit Dominus, portas inferi memorando diuersas sectas, atque hæreses infidelium, quæ vsque ad portas inferiorum deducunt omnes, qui eos sectantur.

Matt. 7.

2 Hom. 7. in c. 16. Ezec.

IDEM explicans verba illa: Et sumpsisti vestimenta tua multicoloria, & vestita es, &c. sic habet: Varia vestis est illa, de qua scriptum est. Induite vos sicut electi Dei viscera misericordiæ benignitatem, modestiam, &c. Has varias vestes, & pulchros amictus, quos nobis largitus est Deus, si laceramus atque cõscindimus, & circundamus falsæ doctrinæ ad deceptionem hominum non dubium est, quin varijs vestibus operiamus idola. Vide cuiuslibet hæresis defensorem, & considera quomodo idola sua, ideſt figmenta, quæ ipse composuit mansuetudine, & castitate vestiat, vt in aures audientium facilius ex vitæ bonitate ornatus sermo subredat. Et cũ hoc fecerit intellige eum assumpsisse vestem variam morum, & conuersationis optimæ, & idolis subiecisse, quæ ipse construxit, ac iuxta mei quidem animi sensum multo nocentior est hæreticus bonæ vitæ, & plus in doctrina sua habet auctoritatis, eo qui doctrinam conuersatione maculat. Qui enim vitæ pessimæ est non facile homines ad falsum dogma sollicitat, nec potest per vmbram sanctitatis, audientium decipere simplicitatem. Qui vero sermone peruersus est, & disciplinis saluti contrarius, mores autem compositos, & ornatos habet, nihil facit aliud, nisi accipit indumenta varia instituti boni, & conuersationis quietæ, & circundat ea idolis suis, vt magis decipiat audientes. Idcirco sollicite caueamus hæreticos, qui conuersationis optimæ sunt, quorum forte vitã non tam Deus quam diabolus instruxit.

3 Homil. in Psal. 96. to. 1.

CHRYSOSTOMVS in fine exponens verba illa: Dominus regnauit exultet terra lætentur insulæ multæ, ait. Non omnes, sed multæ dixit. Multæ orthodoxorum ecclesiæ sunt, quæ autem expertes sunt rectæ fidei, hæreticorum sunt ecclesiæ. Quomodo lætificabunt regem Christum, quem tam varijs modis contumelijs afficiunt? Si quidem vocare licet eorum conuenticula ecclesias, & non potius vulpium cauernas? Sunt enim vulpes. De his dicit Sapiẽs, Capite nobis vulpes paruas quæ demoliuntur vineas. Vulpeculæ sunt hæreticorum discipuli, qui in vinea Christi vt botri se exibent. falsa doctrina subuertunt, corrumpunt enim bonos mores colloquia praua.

Cant. 2.

1. Cor. 15.

4 Hom. 19. in in 67. Matthæi to. 2.

IDEM explicans illa verba: Attendite a falsis Prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, inquit. Hi sunt hæretici. Oues enim proprie christiani dicuntur, vestimentum autem ouile est species christianitatis. Vides quia de hæreticis christianis loquatur Christus fugiendis, qui a foris in schemate christiani videntur, ab intus autem confessionis efficacitate gentiles. Et isti multo periculosiores sunt, quàm Iudæi, quia illi quidem reiecti ab Apostolis, & notati, extra conuentum christianorum erratici vagabantur, & furtim quosdam corrumpebãt incautos. Isti autem quasi fundati christiani, & ecclesias suas habentes, palam cum libertate subuertunt, & sic multiplicati sunt. Hi sunt lupi rapaces, de quibus Paulus dixerat. Scio quòd post discessum meum intrabunt in vos lupi rapaces non parcentes gregi, & ex vobis ipsis exient peruersa loquentes, vt abducant discipulos post se. *Infra.* Quid colligunt de spinis vuas? Spinæ sunt hæretici, sicut sermo ipse demonstrat superius dicens. Attendite a falsis prophetis: Ergo non possunt spinæ, & tribuli ecclesiasticos fructus proferre. Sed proferunt vulnera tribulationes, & cetera mala. Quemadmodum spina, vel tribulus ex quacumque parte illam conspexeris habet aculeos, sic isti iniquitatibus pleni sunt. Quomodo proferat bonum fructum, cuius radix diabolus est? Sub arbore bona, & bestiæ, & animalia requiescunt, sub spinis autem nullum animal requiescere potest, nisi serpentes. Sic iuxta fideles, & boni, & mali homines pacem habere, ac accipere possunt, iuxta autem infideles homines nemo potest pacẽ habere, neque requiescent in eis, nisi tantummodo serpentes, ideſt dæmones qui habent cubilia in pectoribus eorum. Fructus eorum nulli procedunt ad vsum, vmbra refrigerij non est in eis.

Act. 20.

5 Homil. 23. imperfecti in Matt.

IDEM in expositione capitis 8. Postquam multa disputauit de Ecclesia, quæ dicitur nauis ait. Ecclesia non est sæculi nauis, sed Dei. Est enim, & alia sæculi nauis, non Dei, ideſt collectio hæreticorum, quæ sibi huius nomen ecclesiæ vendicat. Aduersus quam diem iudicij futurum, Esaias manifeste declarat dicens, Dies, inquit, Domini aduersus omnem contumeliosum, & superbium. Et post aliquantulum ait, & aduersus omnem nauem maris, ideſt omnem Ecclesiam hæreticorum. De qua alibi idem Esaias retulit, Dirupti sunt, inquit funes tui, quæ non valuit arbor tua, inclinauerunt vela tua. Nauem vero hanc maris esse dixit, quia huiusmodi Ecclesia non Dei est, sed sęculi, quę licet habere in se prædicationem dominicę crucis videatur, inualidam tamen hanc arborem eius ostendit, quia vbi non est veritas fidei, inualida firma crucis assertio est. Vnde inclinata, & laxata vela eius sunt ostensa, quæ nullo flatu Sancti spiritus diriguntur. Et ideo huiusmodi nauis, hoc Ecclesia hęreticorum amisso verę fidei gubernaculo, dominantibus aduersis spiritibus in naufragium mortis ęternę demergitur quę gubernaria Christo Domino non meretur.

Esai. 2.

Esai. 33.

6 Homil. 48. imperfecti in cap. 24. Matthæi.

IDEM vno verbo ait: Tempore Apostolorum, tantummodo seminatę sunt hęreses, tempore autem regis christiani germinauerunt, nostris autem temporibus maturauerunt, & prævaluerunt. *Infra.* Destructa turre filij Noe disperſi sunt, & in tot partes diuisi, & super singulas quasque gentes præpositi sunt angeli maligni, sola autem gens Iudæa in portione facta est Dei sicut in Deuteronomij cantico scriptum est. Quando diuidebat altissimus gentes, & vsque la cob funiculus hereditatis eius, omnes gentes extra portionem erant Domini, Israel autem populus Domini. Quando ergo Ecclesia ex mixtis voluntatibus erat repleta, sicut retra quæ dicũtur in Euangelio, repleta de piscibus mixtis, necesse erat, vt purgaretur Ecclesia, vt boni quidem pisces mitterentur in vasis, mali autẽ projicerentur foras. Ideo concessa est diabolo erroris seminandi licentia, & sic dispersæ sunt per plurimas hæreses vnusquisque secundum propositum suum, remansit autem vna fides tantummodo apud Deum. Vnde sicut tunc cum omnes homines essent vna gens, & lingua, diuisi sunt per plurimas gentes, ita, & modo cum esset totus populus christianus vna Ecclesia, & vna fides diuisi sunt per multas hęreses. Et sicut tunc omnes gentes factę sunt sub principatu principum malignorum, vna autem gens sub principatu Michaelis, sic modo omnes hęreses factę sunt sub dæmonum principatu, vna autem sub principatu Christi remansit, de qua dicit propter Ecclesiam, Vna est columba mea, perfecta mea.

Deut. 32.

7 Homil. 8. in 2. epist. Pauli ad Timo. to. 4.

IDEM explicans verba illa: Hoc scito quòd in nouissimis temporibus instabunt temporapericulosa, inquit. Si quis nunc indignatur quòd hęretici sint, consideret eos a principijs, atque primordijs fidei erupisse diabolo semper veritati mendacium clã inserere molientę. Promiserat

ſerat initio Deus primis hominibus bona acceſſit diabolus promittens itidem bona, & qui rebus nihili poterat verbis promittit ingentia, Huiuſmodi quippe ſeductores ſunt. Poſtea fuerunt Moyſes,& magi, prophetę, & pſeudoprophetæ, Apoſtoli,& pſeudoapoſtoli, Chriſtus, & antichriſtus,Et prius igitur atque ab ipſis incunabulis mundi,& Apoſtolorum temporibus iſta contigerunt. enim Theodas,& Simõ,& Apoſtoli,& Hermogenes,ac Philetus.Nunquam igitur fuit quin mendacium veritati ſe latenter inſereret,non morum ergo quod numquam iſta ſint cum dixerit Apoſtolus quòd in nouiſſimis temporibus inſtabunt tempora periculoſa.

8 HIERONYMVS explicans verba illa: Capitis 15. aquæ Nemrim diſertæ erunt, quia aruit herba, defecit germen, viror omnis interijt,ait. Aquæ Nemrim hoc eſt doctrina hæreticorum quæ pardis, & præuaricatoribus comparatur deſerta erit,& deducetur ad nihili.Pardi ſunt quorum in Hieremia varietates, & maculæ nõ mutantur,& apoſtatæ de quibus in pſalmo legimus,Præuaricatores terræ.Omnis quoque herba, & germen, & quidquid in ſermone eorum viride videbatur,exaruit. Et ſecundum magnitudinem peccatorum aDeo viſitati ſunt, vt quem per beneficia non ſenſerant per flagella cognoſcerent. Denique ducentur ad torrentem ſalicum; vt nullus in eis fructus remaneat. Hanc enim ſeminis harum arborum dicunt eſſe naturam,vt qui illud in poculo hauſerit liberis careat.

Lib.6. in Eſaiam to. 4.
Hier. 13.
Pſal. 118

9 IDEM exponens verba illa: Vade clama ſermones iſtos contra Aquilonem, & dices, Reuertere auerſatrix Iſrael dicit. Dominus ſic habet. Verba hæc ad hæreticos dici poſſunt, qui quotidie per eccleſiaſticos viros ad pœnitentiã prouocantur, & quibus proprie aptari poteſt. Et vocem meam non audiſtis. Omnis autẽ hæreticus habitat in aquilone, & caloré fidei perdidit. Et quia ſe voluptatibus tradidit receſſit a Domino, & diſperſit vias ſuas alienis dogmatibus,& voluptatem ſecutus eſt.Nulla enim hæreſis niſi propter gulam ventremque conſtruitur, vt ſeducat mulierculas oneratas peccatis, ſemper diſcentes,& numquam ad ſcientiam veritatis peruenientes. De quibus vere dicitur, qui deuorant plebem meam velut eſcam panis, Et qus Chriſtus notat deuorantes domos viduarum. *Infra*: Confuſio comedit laborem patrum noſtrorum ab adoleſcẽtia noſtra greges eorum, & armenta eorum, filios, & filias eorum. Omnes hæreticorum labores de quibus ſcriptum eſt. Defecerunt ſcrutantes ſcrutinio ab adoleſcentia eorum, quos deceperant filios, & filias eorum, qui in hæreſi profecerant, & velut armenta luxuria tenebantur,operiuntur cõfuſione. Vnde ſubditur. Dormiemus in confuſione noſtra, & operiet nos ignominia noſtra. Hoc loquitur omnis hæreticus qui ſuum Dominum non audiuit.

Pſal. 52.
Mar. 12.
Pſal. 63.
Lib. 1. in c. 3. Hierem.

10 IDEM interpretant verba illa: Non mittebam Prophetas, & ipſi currebant,non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant,inquit. Hunc ſenſum, & Apoſtolus explicat ad Romanos,& ſicut non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit eos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant quæ non conueniunt repletos omni iniquitate,malitia,fornicatione &c.Cum enim Semel ſe tradiderint falſi doctores mendacijs atque periurijs,& mortibus deceptorum non pedetentim nec conſiderato gradu, ſed præcipites currunt ad interitum, & ſuum, & eorum,quos deceperint. Nec loquitur eis Dominus, ſed ipſi loquuntur quaſi ex ore Domini de quibus, & dicitur, Si ſteriſſent in conſilio meo, hoc eſt ſi meæ voluiſſent acquieſcere voluntati, & nota feciſſent verba mea populo meo, non blandientes eis, & adulatione perdentes, vt dicerent nõ habetis peccata,perfectam iuſtitiam poſsidetis, & ego non tradiſſem eos in immunditiam,& ignominiam,vt facerent quæ non conueniunt,& ſequerentur cogitationes ſuas peſsimas. Contemplemur hæreticos quomodo ſemel deſperantes ſalutem,gulæ ſe tradant, & delitijs,veſcantur carnibus,frequentes adeant balneas, muſco fragrent, vnguentis varijs delibuti quærant corporum pulchritudinem. Semel enim futura non ſperant neque credunt,idque oſtendunt operibus. *Infra*: Quid paleis ad triticum dicit Dominus? Quid ſibi volunt hæreticorum paleæ ad triticum Eccleſiæ? De quo Ioannes baptiſta ait. Et purgabit aream ſuam, & ventilabro paleas ventorum flatibus diſpergendas vrendaſque ignibus derelinquet, triticum autem condat in horrea. Et pulchre paleis comparatur doctrina peruerſa quæ medullam non habent,nec poſſunt nutrire credentium populos,ſed de inanibus ſtipulis conteruntur.*Infra*. Iſti pſeudoprophetæ ſunt de quibus dicit Ezechiel,quod blauditijs ſuis liniant parietem abſque temperamento,qui poſtea imbre vehementi,& veritate iudicij ſubruatur. Et conſuant ceruicalia ſub omni cubito manus, vt faciant peccatores requieſcere, & nequaquã iram Dei lachrymis mitigare. *Infra*. Propterea ecce ego ad Prophetas dicit dominus qui furantur verba mea vnuſquiſque a proximo ſuo. Hæretici enim aſſumunt teſtimonia ſcripturarum de veteri,& nouo teſtamento,& furantur verba ſaluatoris,vnuſquiſque a proximo ſuo,Prophetis, & Apoſtolis,& euangeliſtis,& aſſumunt linguas ſuas vt cordis venena ore pronuncient, & dormiunt dormitationem,de quibus vere dictum eſt. Dormierunt ſomnum ſuum,& nihil inuenerũt. Hæc verba dormitant, dormitationem habet editio. 70.interpretum.

Rom. 1.
Matt. 3.
Ezec. 13.
Pſal. 75.

12 IDEM exponens verba illa:Leoni gentium aſſimilatus es,& draconi qui eſt in mari,& ventilabas cornu in fluminibus tuis, & conturbas aquas pedibus tuis,& conculcabas flumina,ait. Draco iſte diabolus fluminibus ſuis quaſi cornibus ventilabat plurimas nationes, quæ ſuper Martione, Valentino, Arrio, & Eunomio ceteriſque hæreſum principibus intelligere poſſumus, qui imitantur eccleſiaſticos dicentes ad Dominum Saluatorem in te inimicos noſtros ventilabimus cornu,& nõ ventilant ad ſalutem vt de

Lib. 10. in c. 32. Ezec.

vt de terra ad cælum eleuent, ſed vt in profundum abijciant. Et conturbabas aquas pedibus tuis. Non vult enim aquas Siloe bibere, quæ vadunt cum ſilentio, ſed aquas Aegypti turbidas,atque cœnoſas,quæ antequam pedibus conculcarentur draconis,puræ erant, & ſuo fluentes ordine. Poſtquam autem pedibus illius cõturbatæ ſunt, curſus ſui ordinem perdiderunt. Neque enim vtuntur hæretici teſtimonijs ſcripturarum ſibi cohærentibus, ſed conturbant omnia. *Infra*. Dabo carnes tuas ſuper montes, & implebo colles ſanie tua, & irrigabo terram putore ſanguinis tui. Hæc verba hunc habent ſenſum, vt volatilia cæli, & beſtias terræ deceptorum populos intelligamus, montes autem ad principes referamus hæreſeon, qualis fuit Valentinus, & Marcion, colleſque ſucceſſores eorum, qui ſaturantur ſanie draconis. Et irrigabo terram putore ſanguinis tui. Hoc ſignificat quod omnis ſuperbia,& arrogans hæreticorum tumor non tam vitali,& puro, quam putrido, atque fetenti ſanguine compleatur. *Infra*: Luna non dabit lumen ſuum. Omnia luminaria cæli mœrere faciam ſuper te. Luna quam hæreticorum ſentimus Eccleſiam, & quæ a ſole iniquitatis lumen putabatur accipere, non dabit lumen ſuum, nec decipiet credentes falſi nominis ſcientia. Omnia quoque luminaria, & quidquid videtur in hæreticis eſſe doctrinæ,extincto dracone cæcabitur, ita vt ipſe Dominus terram hæreticorum operiat tenebris, ignorantia ſcilicet veritatis, vt cæci cæcos ducant in foueam, & habitatores terræ mittantut in tenebras exteriores.

Ephes. 5.

13 IDEM explicans verba illa: Væ eis quoniam receſſerunt a me vaſtabuntur, quia præuaricati ſunt in me,inquit. Super hæreticis facilis interpretatio eſt, quod væ habeant ſempiternum, quia receſſerunt a Deo, & miſeri ſunt, quia reliquerunt creatorem ſuum, & ipſi loquuti ſunt contra eum mendacia, impia falſitatis dogmata componentes, & non clamant in cordibus ſuis, ſed vlulant ſemper in conciliabulis, quæ pulchre cubilia appellat,& ferarum luſtra. Iſti volutantur in ſordibus libidinum, vacant ſtupris, & quidquid loquuntur, & putauerint ſe in laudem Dei dicere,vlulatus luporum & vaccarum inſanientium ſonitus eſt. Raro hæreticus diligit caſtitatem,& quicumque amare pudicitiam ſe ſimulant, vt Manichæus,& Marciõ, & Arruis, venenato ore mella promittunt, at iuxta Apoſtolum, quæ ſecrete agunt, turpe eſt dicere. *Infra*. Facti ſunt quaſi arcus doloſus. Hoc hæreticis conuenit,qui inſtructi de ſcripturis ſanctis, aduerſum Dominum Prophetarum legis, & Euangelij verba vertunt, & ſunt quaſi arcus doloſus. Arrius intentus legunt 70. interpretes, parati ſemper ad pugnam,& contentiones in ſubuerſionem audientium. Cadent in gladio principes eorum a furore linguæ ſuæ. Quia hæreſiarchæ Domini mucrone ferientur propter inſaniam linguæ ſuæ, qua Dominum blaſphemauerunt; Hoc idem facientes in falſi nominis Eccleſia, quod faciebant eo tempore, quo in Aegypto ſęculi morabantur,hoc eſt quãdo Gentiles erant.

Lib. 1. in c. 6. Oſeæ. to. 1.

14 IDEM exponens verba illa: Et plui ſuper ciuitatem vnam, & ſuper ciuitatem alteram nõ plui. Pars vna compluta eſt, & pars vna,ſuper quam plui,aruit,ait. Pluit Dominus ſuper vnã ciuitatem veræ confeſſionis Eccleſiam,& ſuper alteram non pluit,quæ in hæreticorum cõciliabulis eſt. Cumque illa imbrem recipiat ſempiternum, iſta iugi ariditate ſiccatur, vt qui ſitiunt,coacti penuria veniant ad Domini ciuitatem,de qua egteditur fons largiſſimus,qui irrigat torrentem ſpinarum.

Lib. 2. in c. 4. Amos.

15 IDEM explicans illa verba: Faciam luctũ quaſi ſtruthionum, pro quo ſeptuaginta verterunt, & luctum quaſi filiæ Sirenarum,ait: Dulcia ſunt hæreticorum carmina, & ſuaui voce populos decipientia. Nec poteſt eorum cantica præterire, niſi qui obturauerit aurem ſuam, & quaſi ſurdus euaſerit.

Lib. 1. in c. 1. Michææ.

16 IDEM exponens illa verba: Væ qui potum dat amico ſuo, mittens fel ſuum, & inebrians, vt aſpiciant nuditatem eius,inquit: Væ tibi hæreticorũ dogma,peruerſum, qui doctrinis tuis, & potione turbida inebrias populum deceptorum, & ſubuertis priorem fidem dans eis potionem,non de Siloe, non de Iordane, non de fontibus Iſrael, ſed de flumine Aegypti, de quo Hieremias dicit. Quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam Geon ſeu turbidam atque cœnoſam? Quamuis enim de Paradiſo ſcripturarum flumina Ægypti exire credantur, tamen quia conculcantur pedibus Pharaonis, perdiderunt ſplendorem ſuum,& violata luto Ægyptio verſa ſunt in torrentes, de quibus ſanctus quòd euaſerit gratulatur,Torrentem pertranſiuit anima noſtra.

Lib. 1. in c. 2. Habacuc.
Cap. 2.
Pſal. 123.

17 AMBROSIVS capite 1. ait: In exordio illius multas,& graues hæreſes nouimus a plurimis ebullire, & veneni vice ad intimũ pectoris canceris ſui virus infundere. Sed vinci illi vel facile vitari,quorum prima propoſitione omne conſilium pectoris proditur. At vero hi quibus multa nobiſcum paria ſunt, facile poſſunt innoxias mentes,& ſoli Deo deditas fraudulenta ſocietate percutere, dum malorum ſuorum virus per bona noſtra defendunt. Nihil enim periculoſius his hæreticis eſſe poteſt, quàm qui cum integre per omnia decurrant, vno tamen verbo ac ſi veneni gutta meram illam,ac ſimplicem fidem dominicæ,& exinde apoſtolicæ traditionis inficiant. Vnde vehementer nobis cauendum eſt ne ſe vel ſenſibus, vel auribus noſtris huiuſmodi aliquid latenter inſinuet. Quia nihil tam cogit in mortem quàm ſub obtentu fidei fidem violare. Vt enim gypſum aqua permixtum, lac colore mentitur,ita hic per veriſimilem confeſſionem traditio inimica ſuggeritur.

Lib. de fide orthodoxa contra Arianos to. 4.

18 IDEM inquit: Samſon binas vulpes ſibi nexuit ad quarum candas alligauit faces, & dimiſit eas per meſſes Allophylorum, per hanc figuram ſignificans quòd improbi,ac fraudulẽti homines, & maxime hæretici liberam linguam habent ad latrandum,ſed exitus impeditos, aut religio-

Serm. 11. in Pſalm. 118. to. 5.
Iud. 15.

religiosa principia, finē vero fraudis suæ incendio deputatum. Ideoque, & trecentas vulpes dimisit eo quòd perfidi crucis quidem se prædicatione commendare desiderant, sed mysterium eius tenere non possunt, qui hac prædicatione composita, & falsa atque simulata vrere magis fructus conantur alienos, cum vtiq. vera crux
Cant. 2. Domini non exurat, aliena merita, sed fecūdet. Meritoque scriptum est in cantico canticorum. Prendite nobis vulpes pusillas exterminantes vineas, vt vineæ nostræ floreant. Quo ostenditur quòd vel Dominus Iesus, vel Ecclesia fraudulentorum dolos a vineis suis exterminandos esse præcipiant, ne paruulis vineis noceāt, quia adultis iam vitibus nocere non possunt. Hæreticus enim imperfectum tentare potest, non potest supplantare perfectum.

19 IDEM exponens verba illa: Hæreticum
In c. 3. epist. Pauli ad Titum to. 5. hominem post primam correptionem deuita, sciens quòd peruersus est, inquit. Hæretici sunt qui per verba legis legem impugnāt. Proprium enim sensum verbis astruunt legis, vt prauitatem mētis suæ legis auctoritate commendent. Sciens enim impietas auctoritatē multum valere, fallaciam sub nomine eius cōponit, vt quia res mala per semetipsam acceptabilis esse non potest bono nominis commendetur.

20 GREGORIVS exponens verba illa Iob
Lib. 16. Moral. cap. 23. to. 2. 24. vim fecerunt deprædantes pupillos, & vulgum pauperem spoliauerunt, inquit. Cum prosperitatem vitæ præsentis hæretici non habēt, infirmis mentibus verbis blandioribus peruersa persuadent. Si qua vero illis prosperitas temporis præsentis arriserit, etiam violēter trahere quos prævalent non desistunt. Pupillorum itaque nomine designātur hi qui adhuc sunt teneri intra sanctam Ecclesiam constituti, hos deprædantes hæretici vim faciunt, quia contra infirmas fidelium mentes, verborum, & operum violentia grassantur. Vulgus autem pauper, est populus indoctus, qui si veræ sapientiæ diuitias haberet, vestimentum suæ fidei nequaquā amitteret. Quasi quidam quippe intra sanctam Ecclesiam senatores, sunt viri doctores qui cum scientiam in corde multiplicant veris apud se diuitijs abundant. Sed hæretici vulgum pauperem spoliant quia dum doctos non prævalent, indoctos quosque a velamine fidei prædicatione pestifera denudant. *Infra.* De ciuitatibus fecerunt viros gemere. Quia ciuitates a conuiuentibus populis appellantur, non immerito ciuitatū nomine veræ sunt fidei ecclesiæ designatæ, quæ in singulis mundi partibus positæ vnam catholicam faciūt, in qua fideles omnes, de Deo recta sentientes concorditer viuunt *Infra.* Hæretici igitur quia peruersis sæpe huius mundi potentibus adhærentes bonorum socialem vitam, atque concordiam persequuntur, recte nūc dicitur. Dē ciuitatibus fecerunt viros gemere. Quos recte Iob memorat viros quia illos magis hæretici extinguere ambiunt, qui perfectis gressibus per viam Dei non fluxe, & eneruiter, sed viriliter currunt.

21 IDEM explicans verba illa: Iob. 27. Si com-

portarit sicut terram argentū, & sicut lutū præ
Lib. 18. Moral. cap. 11. parauerit vestimenta, præparābit quidem, sed iustus vestietur illis, & argentum innocens diuidet ait. Hæretici sicut lutum præparant vestimenta quia fluxe, & inquinabiliter ea quibus se tueri volunt scripturæ sacræ contexunt testimonia. Præparabit quidem, sed iustus vestietur illis, quia vir recta fide plenus, ea ipsa scripturæ sacræ, quæ hæreticus affert, testimonia colligit, & erroris eius pertinaciam, inde cōuincit. Contra nos namque dum sacræ legis testimonia apportant, secum, nobis afferunt vnde vincantur. Vnde Danid Goliam superans suo gladio occidit. Quod nos quoque agimus, cum superbientes hæreticos, & sacræ scripturæ sententias deferentes, eisdem verbis atque sententijs, quas proferunt, vincimus, quasi elatum Goliam suo gladio detruncamus. Et argentum innocens diuidet. Argentum innocentem diuidere, est eloquia Domini minute discreteque exponere, & vnicuique quid digne cōgruat adaptare. *Infra.* Quamuis hoc argentum quod diuidit innocens intelligi, & aliter potest. Hæretici namque, vt facile valeant peruersa suadere, dictis suis quædam recta permiscent, vt animos audientium ex rectis sensibus trahant, ex peruersis feriant. Ergo quia vir catholicus quæ ab eis recte, vel quæ praue sentiuntur intelligit, argentum innocens diuidit, idest quæ ab eis salubriter, vel quæ pestifere fuerint dicta, discernit. Ædificauit sicut tinea domū suam, & sicut custos fecit vmbraculum. Tinea sibi domum corrumpendo ædificat. Nec meliori potuit comparatione hæreticus demonstrari, qui locum suæ perfidiæ non nisi in mētibus, quas corruperit, facit, qui etiā sequaces suos ab æterno igne liberos esse pollicetur. Spondet quippe eis refrigerium quietis æternæ, sed verba eius soliditatem non habent, quia plenitudine veritatis carent. Et sicut custos fecit vmbraculum, vmbraculum namq. custodis nullo fundamēto solidatur, sed tēpore mox transeunte destruitur. Et promissa ab hæreticis requies cum tempore destruitur, quæ post hāc vitā nullatenus inuenitur.

22 BERNARDVS explicans locum Cant.
Serm. 65. in Cantica. 2. Capite nobis vulpes paruulas, differit de duplici genere hæreticorum manifestorum, & occultorum, & ait. Cum Ecclesia semper ab initio fuit vulpes habuerit, cito omnes compertæ, & captæ sunt. Confligebat hæreticus palam. Nam inde hæreticus maxime, quòd palam vincere cupiebat, & succumbebat. Ita ergo facile, illæ capiebantur vulpes. Quid enim si posita in lucem veritate hæreticus in suæ pertinatiæ tenebris remanens, solus foris religatus arescēret? Nihilominus capta reputabatur vulpes cōdem nata impietate, & impio foras misso, ostentui vnetique iam victuro, non fructui. Ex hoc iuxta pro
Osee 9. phetam, erant illi vbera arentia, & venter sterilis, quia non repullulat error publice contutatus, & falsitas aperta non germinat. Quid faciemus his maligniſſimis vulpibus, vt capi queāt, quæ nocere quàm vincere malūt, & ne apparere quidem uolunt, sed serpere? Omnibus una intentio

tentio hæretici semper fuit captare gloriam de singularitate scientiæ malignior ceteris, & versutior illa hæresis est, damnis pascitur alienis propriæ gloriæ negligens. Docta, credo, exemplis veterum, quæ proditæ euadere non valebant, sed confestim capiebātur, cauta est, nouo maleficij genere operari mysterium iniquitatis eo licentius, quo latentius. Hoc ait, quia multi hæretici sub iuramento custodiendi secreti virus suum innocentibus propināt, vt priuati spe remedij obtinendi pareant.

Homo in bonam, & in malam partem capitur in sacris litteris, quod nomen multi non merent. Cap. II.

1 ORIGENES exponēs verba illa:
Hom. 14. in c. 24. Leuitici to. 1. Ecce egressus filius mulieris Israelitidis, quē pepererat de viro Ægyptio inter filios Israel, iurgatus est in castris cū viro Israelite (vbi Origenes legit, & litigauerunt in castris ille qui erat ex Israelitide muliere, & homo Israelita) & ait. Illū qui de Israelitide matre & de ægyptio patre natus fuerat, nō dixit hominem. Illum vero qui ex vtroque genere Israelita erat hominē nominauit. Putamus hoc casu adiectū, vt ille nō diceretur homo, & hic diceretur? Nō sūt ista fortuita, ratio est. Nihil enim in verbis Dei absque profunda ratione cōscriptū est. Ille nāque qui ex parte Ægyptius, ex parte Israelita erat, nōdū merebatur homo nominari. Iste vero qui ex integro Israelita erat, hoc est qui mēte Deū videbat, iste homo appellatur, ille homo interior qui ad imaginem Dei factus est, & potest videre Deum.

2 IDEM explicans verba illa: Homo erat in
Lib. 1. in Iob. terra Hus nomine Iob inquit. Statim in primordio laudē beatissimi Iob demōstrat. Nā cum hominē illū memorat, ostendit protinus quod ille homo fuerit, & nō iumētū, neq. bestia. Vnus erat ex omnibus hominibus secundū corpus, secundū corruptionem, sed singularis erat præ omnibus hominibus iuxta spiritus instātiā, & animæ sinceritatem, atque iustitiæ perfectionē. Homo quidā erat, vere homo, vt homo permanens, vt pote ad imaginem Dei creatus, & ad similitudinē iumentorū, ac bestiarū atque reptilium, nō
Psal. 143. Psal. 48. est immutatus, sicut dicitur de aliquibus. Homo vanitati similis factus est illis, & adhuc. Homo cū in honore esset &c Homo quidā erat, patientiæ exemplū constātiæ testimoniū, tolerātiæ indicium. Homo quidā erat, homo vere tāquā constanter stans aduersus omnes exercitus diaboli.

3 Homo erat, non erat bellua cruenta, nō erat serpens nequitia, nō erat equus, neque mulus luxuria, atque petulātia, nō erat canis spurcitia, neque vulpes dolo, atque astutia, nō erat scorpius neque veneni letalis vipera, sed homo erat. Nā sicut obscæni, atque impudici, maligni quoque versuti his omnibus comparantur, atque horum omnium appellatione nuncupantur, sicut dicitur de huiusmodi canes improbi animo nescien-

tes saturitatē, & adhuc equi emissarij facti sunt, vnusquisque ad vxorē proximi sui hinniebat. Et
Hier. 5. alibi. Serpētes generatio viperarum, & gene-
Matt. 3. ratio serpētium volantiū, qui veloces sunt in malitia. Et iterum, Capite nobis vulpes pusillas ex
Cant. 9. terminantes vineas, & tamquam vulpes in soli-
Ezec. 13. tudine facti sunt prophetæ tui Israel. Ite dicite
Matt. 13. vulpi huic, dicit dominus de Herode, & alia innumera his similia dicūtur de huiusmodi in scriptura. Sed beatus Iob non erat talis, & his similis, sed homo erat. Homo vtpote hoc quod ad imaginem, & similitudinē factus Dei est, integrum custodiēs. Non erāt tales omnes homines, sed vnus erat solus, talis quidem ex omnibus Iob beatissimus.

4 IDEM exponēs verba illa: Homo homo de
Homil. 13. circa c. 14. Ezech. domo Israel qui posuerit immunditas suas in corde suo, &c. sic habet: Omnes homines nati sumus homines, sed non omnes homines sumus sicut sæpissime notaui. Id quod in Leuitico scriptum est, homo homo filiorum Israel, aut aduenarum, qui appositi sunt in vobis. Estote homines, homines scilicet, quia non omnes homines homines sunt. Ostendamus de scripturis, quomodo quidam homines nō sint homines. Homo
Ibidem. in honore positus non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus. Iste non est homo, homo iumentum. Generatio viperarum quis ostēdit vobis fugere a ventura ira? Talis non est ho
Matt. 3. me, homo, sed serpens homo. Et qui in feminas insanientes facti sunt, vnusquisque super vxorē proximi sui inhiebat, & iste non est homo, homo sed homo equus. Absit igitur a nobis, vt tales simus, qui mereamur audire non esse nos homines, homines, sed aliud quid præter homines. Si enim boni, & mansueti sumus, duplicamus hominis nomen, vt sit in nobis, non simpliciter homo, sed homo homo. Considera an inuenire valeamus, quid sit illud, quod nomen hominis duplicet. Quādo iste homo qui est exterior, homo fuerit, eo qui est interior homo serpēte existente, nō est in nobis homo homo, sed tantū homo. Quando vero interior homo iuxta imaginem perseuerauerit conditoris, tunc nascitur homo, & fit istiusmodi secundum exteriorem, & interiorem hominem bis homo homo. Porro si quis in hoc vocatus, vt fiat homo homo, posuerit immunditias in corde suo, ego Dominus respondebo ei in multitudine immunditiarum suarū.

5 BASILIVS exponens verba illa: Faciamus hominem, & præsit bestijs terræ, ait: In
Hom. 10. in Hexamerō to. 1. omnem bestiam decoraris imperio. Plane in teipso circumfers numerosam, & eam apprime turbulentam belluarum intemperiem. Dictum hoc meum, vt ne arbitreris in tuam detortum contumeliā audi, tibine efferuescētis iræ impetus bestiola videtur? In corde væsaniens ira cū oblatrarit, quo non cane offeratior est? Dolus quoties in anima doli, fraudisque concinnatrice sibi delegit domiciliū, nū vrso quouis in suo spelęo collatebrāte nō est implacabilior? Quid? Hypocrisim neges esse beluam? Quisquis ad cōcinnandam calumniam composito est, & peracri ingenio is ne tibi merito videri debet scorpius?

pius? Quisquis ad expetendam vltionem per insidias clam adornatas se comparat, num is, quauis vipera cōsendus est immanior? Non eum iure dixeris lupum rapacem, qui nullo suo iure corradit, & extorquet aliena? Quæ tandē fera est, quæ non in nobis sibi vendicet locum? Insano captiuus amore cuiuspiam mulierculæ, non talis equus est furiali concitus œstro? Equi, ait, scriptura insani amatores mulierum facti sunt, vnusquisque ad vxorē proximi sui hinniebat. Si enim quis se ad eius brutæ animantis indolem transformasse dicitur, cui vitiosa imitatione affinem se reddidit, ac familiarem. Da igitur operā istiusmodi bestijs vt imperes. Externarum princeps factus internas fines impune debacchari nullo cohibitas imperio? Sane in hoc creatus es princeps, vt imperites istis affectibus, vt domineris bestijs, reptilibus vt præsis, simul & volatilibus cogitationes ne admittito aëriuagas, & plenas vanitatis. *Hier. 5.*

6 IDEM exponens verba illa: Homo cum in honore esset non intellexit, cōparatus est iumētis &c. ait. Magnares homo, & pretiosū quid vir misericors, ait Salomon. Quid enim eorum quæ in terra conspiciūtur aliud ad imaginem creatoris factum est? Paulominus ab angelis subsedit diminutus, propter hanc ad terrenū corpus counitionem. Attamen in tāto cum esset honore, id non intellexit, sed Dei factus desertor, ac refuga, cōparatus est iumentis insipientibus, similis factus est illis. Nūc quidem dum perinde, ac equus vsque ad insaniā deperit feminas, nūc rursus quasi lupus rapax ex insidijs dū appetit aliena, nōnumquā vulpis malitiosæ astutię assimilatur per dolū aduersus fratrē concinnatum. *Infra.* Sicut oues in inferno positi sunt. Bestijs & iumentis insipiētibus cōparatos, velut oues intellectu simul, & viribus ad se defendendū carentes, rapiēs inimicus in suam ipsius munitionem adduxit, ac morti depascendos tradidit. Hom. 13. in Psal. 48.

7 IDEM explicans verba illa: Ego dixi in excessu meo omnis homo mendax, sic habet: Homines dicuntur hic, qui totos se adhuc occupāt humanis istis affectibus. Nā qui hisce carnis perturbationibus euasit superior, ac per sinceram mentis perfectionem ad angelicæ puritatis conscendit statū, si quando continget de rebus, vt differat quę humanitus fiunt, nimirū is intelligi debet ab reliquorū censu exemptus. Mendacij enim expers est, qui dixit, Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes. Vos autē sicut homines moriemini. Etenim & is filius est altissimi, qui studio exercendæ virtutis Deo se familiarem reddit, & amicum, neque hic iam vt homo moritur in se cum habeat viuentem Deum. Hom. 17. in Psal. 115.

8 CHRYSOSTOMVS explicās verba illa: Vir erat in terra Hus nomine Iob, inquit: Si scire velis quid sit homo, philosophi dicunt, quod est animal rationale mortale, scriptura autem non eosdē dat terminos. Sed quid homo? Irreprehensibilis, iustus, verax, & recedens ab omni opere malo, sicut de Iob dicitur. Si quis ergo te interrogauerit. Quid est homo? dic ad eū, Irreprehensibilis, iustus, verax, & recedēs ab omni opere malo, adeo vt qui taliū perfectorū officiorū testimonijs non fuerit cōprobatus, homo nō sit. Etenim talis, quāuis naturę characterē ferat, hūc tamē malitiæ propositū deformat. Audi a Propheta. Homo cum in honore esset, &c. Hom. de patientia Iob to. 1. *Psal. 48.* 9

IDEM ait: Homo dicitur ille, qui est vir iustus, & recedēs a malo, de quo scriptum est. Magnū quiddam est homo, & pretiosū vir misericors. Ceteros vero qui eiusmodi non sunt quātūlibet rationis participes fuerint disciplinæq. capaces, nō nouit scriptura appellare homines, sed canes, & equos, & viperas, & serpentes, & vulpes, & lupos, &c. si quid etiā hisce feris ignobilius est. Si igitur hoc homo est, quod scriptura definiuit, qui in delicias soluitur, homo profecto nō est. Quo enim pacto cū nihil ex eis cure sit, quæ hominē faciunt? Moris etiā scripturę est homines inanimes dicere, cū carnales eos significare vult. Et certe illis nō deerat anima, sed mortua illa erat. Quemadmodū enim de his qui virtute clari sunt, licet habeāt corpus, dicere tamē solemus totus anima est, ita & de carnalibus, licet illis per vitam non desit anima, dicimus totus caro est. Sic & Paulus aiebat, his qui carnis opera nō perficiebāt. Vos autē non estis in carne. Pari profecto ratione, & qui in delicijs viuūt, non in anima, neque in spiritu, sed in carne sunt. Quæ autem iuquit in delicijs viuit, viuens mortua est. Hom. 13. cap. 5. epist. Pauli ad Timot. to. 4. *Rom. 8.* *1. Tim. 5.*

10 HIERONYMVS exponens verba illa: Homo homo de domo Israel, qui posuerit immūditias in corde suo, & venerit ad Prophetā interrogans eū per me, ego Dominus respondebo ei in multitudine immunditiarū suarū, inquit: Verba hæc, homo homo, duplicē in nobis iuxta Apostolū ostendūt hominē, exteriorem, & interiorē. Multi enim habentes hominis faciē corporalē, diuersarū bestiarū assumūt imagines, quas dissipari Propheta cupiēs deprecatur Domine in ciuitate tua imaginē ipsorū ad nihilū rediges. Illi de quibus scriptū est, Homo cum in honore esset, &c. nō sunt homines homines, sed homines sunt & iumenta. Rursū qui in Euāgelio audiūt, Serpētes genimina viperarū, quis ostēdit vobis fugere a vēntura ira, non sunt homines homines, sed homines, & serpētes. Et de quibus scriptum est, Vulpes foueas habēt, & volucres cæli nidos, ac de Herode, Ite dicite vulpi illi, non sunt homines homines, sed homines vulpes. Qui vero vtrumq. hominis vocabulū possidēt, & si erraue rint, ideo per supplicia corriguntur, vt intelligant, quòd ipse sit Dominus. Lib. 4. in c. 14. Ezech. to. 4. *Psal. 72.* *Ibid.* *Matt. 3.* *Matt. 23.* *Luc. 13.*

11 AVGVSTINVS: Quod in Psalmo ait, scriptum est, Homo cum in honore esset, &c. de illis scriptū est, qui istā vitam solā deputant vitam, secundū carnē viuentes, & post mortē nihil sperātes, veluti pecora. Homo in honore positus (hæc habet Augustinus to. 8. in expositione eiusdem Psalmi) factus ad imaginē, & similitudinem Dei, homo prælatus iumentis. Non enim fecit Deus sic hominem, vt fecit iumenta, sed fecit Deus hominem, cui seruirent iumenta. Sed qui erat ad similitudinem Dei cōparatus est iumētis insensatis. Vnde alibi dicitur. Nolite esse sicut Lib. 4. de anima, & eius origine ad Vincentium Victorem to. 7.

Psal. 31. sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus.

12 IDEM explicans verba illa: Quid est homo quòd memor eius, aut filius hominis, quoniam visitas eum, inquit. Quid inter hominem & filium hominis distet quæri potest. Si enim nihil distaret, non ita poneretur per disiunctionem homo, aut filius hominis. Hoc sane retinendum est, quia omnis filius hominis homo, quāuis non omnis homo filius hominis possit intelligi. Alius quippe homo, sed non filius hominis. *In Psal. 88. to. 8.*

1. Cor. 15. Vnde qui portant imaginem terreni hominis, qui non est filius hominis, hominum nomine significantur, qui autem portant imaginem cælestis hominis filij hominum potius appellantur.

Ephes. 4. Ille enim & vetus homo dicitur, iste autem nouus. Sed nouus ex vetere nascitur, quoniam spiritualis regeneratio mutatione vitæ æternæ, atque sæcularis inchoatur, & ideo iste filius hominis nuncupatur. Homo igitur hoc loco dictus est, terrenus, filius autem hominis cælestis. Et ille longe seiunctus a Deo, hic autem præsens Deo. Et propterea illius memor est tamquam in longinquo positi, hunc vero visitat, quem præsens illustrat vultu suo. Longe est enim a peccatoribus salus. Sed alibi scriptum est. Homines

Psal. 35. & iumenta saluabis Domine, filij autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt, inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Memor est igitur hominis per multiplicationē misericordiæ, sicut iumentorum, quia multiplicata misecordia etiam ad longe positos peruenit. Hunc filiū hominis, id est hominē nouum, pœnitentia veteris parturit cum dolore, & gemitu. Iste cum relabitur ad veterem vitam cum exprobratione audit, quòd homo sit, nonne homines estis, inquit, Apostolus, & secundum hominem ambulatis?

13 GREGORIVS exponens verba illa Iob 28. Abscondita est ab oculis omniū viuentium, ait: De beatitudine loquēs, inquit Paulus. Lucē habitat inaccessibilem, quam nullus hominū videt, inaccessibilem dixit, sed omni homini, sed humana sapienti. Scriptura quippe sacra omniū carnalium sectatores humanitatis nomine notare solet. Vnde idē Apostolus quibusdā discordātibus dicit. Cum enim sit inter vos zelus, & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominē ambulatis? Quibus paulo post subijcit. Nonne homines estis? Et cum hoc hominibus dixisset absconditum subdidit. Nobis autē reuelauit Deus per spiritū suum ipsum se ab hominis vocatione discernens, qui raptus supra hominem diuina iam saperet, Homines vocat omnes humana sapiētes, quia qui diuina sapiūt supra homines sunt. Videbimus igitur Deum, si per cælestem conuersationem supra homines esse mereamur. Lib. 18. moral. cap. 28. to. 2. *1. Tim. 6.* *2. Cor. 3.* *1. Cor. 1.*

14 IDEM exponens verba illa Iob: Respiciet homines, & dicet, peccaui. c. 33. Iob inquit. Quāuis scriptura sacra aliquando ponere soleat homines carnalia sapiētes, sicut ait Apostolus, cū sint inter vos vos zelus, & cōtentio nonne homines estis? Nonnūquā tamen homines dicit eos, quos a bestijs ratio distinguit, id est quos nō atteri bestiali passionū motu demonstrat. Quibus per Prophetā Dominus dicit. Vos autē greges pascuæ meæ homines estis, quia illos nimirum Dominus pascit, quos voluptas carnis iumētorum more non afficit. At contra hi qui carnali affectioni succūbunt, non iam homines, sed iumenta nominātur, sicut de quibusdā, qui in peccato suo moriuntur per Prophetā dicitur. Com putruerunt iumenta in stercore suo. Iumenta quippe in stercore suo computrescere, est carnales homines in fœtore luxuriæ vitā finire. Non enim esse homines, sed iumenta declarantur, de quibus per Prophetā dicitur, Vnusquisq. ad vxorem proximi sui hinniebat, & de quibus Prophēta alius dicit, Vt carnes asinorū carnes eorū, & fluxus equorū fluxus eorum. Vnde & per Dauid dicitur, Homo cū in honore esset nō intellexit, cōparatus est iumentis insipiētibus. Cum ergo vocētur homines hi qui iustitiæ ratione suffulti sunt, & irrationabilia iumēta nominētur hi, qui carnali delectationi deseruiūt, rectē de hoc pœnitēte dicitur. Respiciet homines, & dicet peccaui. Ac si dicatur, sanctorum virorum exempla conspicit, atque eorum comparatione se pensans, iniquum se esse deprehendit. *Ezec. 34.* *Ioel 1.* *Hier. 5.* *Ezec. 23.* *Psal. 43.*

15 BERNARDVS explicans illa verba: Si ignoras te o pulcherrima inter mulieres egredere, & abi post greges sodaliū tuorum, inquit. Egregia creatura nunc in peius miserabiliter proruens est, de qua scriptū est. Homo cum in honore esset, non intellexit, cōparatus est iumētis insipiētibus similis factus est illis. Ecce quomodo de grege facta est egregia creatura. Puto dicerent iumēta, si loqui fas esset. Ecce Adā factus est quasi vnus ex nobis. Cum in honore esset, inquit. In quo honore quæris? Habitabat in paradiso, & in loco voluptatis cōuersatio eius. Nihil molestiæ, nihil indigentiæ sentiebat, ob insigue diuinæ similitudinis præcellebat, & erat illi societas cum plebe angelorum. Sed mutauit istam gloriam Dei in similitudinem vituli comedentis fœnum. Serm. 35. in Cantica. *Psal. 48.*

In hominis creatione multa Deus ob seruauit mysterijs plena, post cuius lapsum, omnes sunt ad malum propensi. Cap. III.

DE re hac inferius lib. vlt. c. 15. Differentes de virtutis difficultate dicemus de hominis propēsione ad malū post lapsum primi hominis. Interim tamen.

1 ORIGENES explicans verba illa Genesis 1. Masculū, & feminā fecit eos, & benedixit eis dicēs, Crescite, & multiplicamini, & replete terram, inquit. Ad imaginem Dei homo factus masculus, & femina est. Inferior homo noster ex spiritu, & anima constat. Masculus spiritus dicitur, femina anima potest nuncupari. Hæc si concordiam inter se habeant, & cōsensum conueniētia inter se ipsa crescunt, & multiplicātur, generantq. filios, sensus bonos, & intellectus vel Homil. 1. in Genesim

cogitationes vtiles, per quæ repleant terram & dominẽtur in ea, hoc est subiectũ sibi sensũ carnis ad meliora instituta conuertunt, & dominãtur eis, scilicet cũ in nullo caro cõtra voluntatẽ spiritus insolescit. Iã vero si anima coniũcta spiritui, atq. eius (vt ita dicã) coniugio copulata, declinet aliquãdo ad corporeas voluptates sensumque suum in delectationibus carnalibus inclinet, & aliquãdo quidem obtemperare videatur salutaribus monitis spiritus, aliquando vero vitijs carnalibus cedat, talis anima velut adulterio corporis maculata, neque crescere, neque
2 multiplicari legitime dicitur. Talis enim anima quæ spiritus coniunctione deserta, sensui se carnis, & desiderijs corporalibus totã prosternit, velut auersa a Deo impudenter audiet, quia facies meretricis facta est tibi, noluisti erubescere, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & bestijs terræ. In piscibus, & volatilibus, vel animantibus, & repentibus terræ ea videntur mihi indicari quæ uel de sẽsu animæ, & cordis cogitatione procedũt, vel quæ ex desiderijs corporalibus, & carnis motibus proferuntur. Quorum sancti quique, & benedictionem Dei in semetipsis seruantes dominationem exercent, agentes totum hominem secũdum spiritus voluntatẽ. Peccatoribus vero magis ipsa dominãtur quæ de carnis vitijs, & corporis voluptatibus proferuntur. Ecce dedi vobis omnem herbam, vt sint vobis in escã. Historiæ huius sententia manifeste indicat vsum ciborum primitus a Deo ex herbis, & oleribus, & arborum fructibus esse permissum. Postremo vero cum ad Noe post diluuium fieret testamentum, facultas vescẽdarum carnium hominibus datur.

3 IDEM exponens verba illa: Verumtamen
Hom. 2. in Psalm. 38. to. 2. in imagine pertransit homo inquit. Scriptura sancta cum imaginem nominat, interdum quidem dicit cuius sit imago, interdum autem absque vlla diffinitione ponit imaginẽ. De Saluatore cum dicit, quia est imago non siluit cuius imago esset, sed addidit dicẽs. Qui est imago dei
Psal. 38. inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ. Et rursum cum docet nos de diuersis imaginibus, & quia singuli quique aliquam imaginẽ portẽt, dicit. Sicut portauimus imaginem terreni, ita portemus imaginem cælestis. Cum adiectione vel terreni, vel cælestis imaginem nominauit. Alibi autẽ absque vlla diffinitione dicit, sicut, & hoc loco ait. In imagine pertransit homo. Sed in imagine cuius? Dei, an imagine terreni, an imagine cælestis? Et si quidem de iustis solis diceret sine dubio dixisset, quamquam in imagine cælestis ambulet homo. Aut si de peccatoribus tantum diceret, dixisset certe in imagine terreni ambulet homo. Verum quoniam generaliter de vniuersis mortalibus pronuntiatur, quorum alij imaginem cælestis portant quicumque secundum legem Dei viuunt, alij terreni imaginem portant, qui carnaliter viuunt, propterea necessario reticuit specialem imaginis designationem, & generalem sententiam de omnibus hominibus protulit, quia omnis homo im imagine ambulet. Tuum est iam discutere, &
4 exqui-

rere ex vniuscuiusque fide, & operibus, ex conuersatione, & actibus ex cogitationibus, & verbis, & considerare vtrũ in imagine cælestis ambulet, an in imagine terreni. Si misericors es, sicut pater tuus cœlestis misericors est, sine dubio Matt. 5. in te patris cælestis imago est, Si nõ solũ amicis tuis benefacis, sed etiãm inimicis reddis bona pro malis, sicut pater cælestis, qui solẽ suũ oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos, imago in te cælestis est. Et si sic in omnibus perfectus es sicut pater tuus cælestis perfectus est, imago in te cælestis est. Et rursum si non es imitator Christi nec apostoli Pauli qui 1. Cor. 4. dicit, imitatores mei estote, sicut, & ego Christi, sed imitator es operum diaboli, qui homicida fuit ab initio, & si terrena sapias, & terrena loquaris, & thesaurus tuus, & cor tuum in terra sit, terreni imaginem portas. Verum quia in his locis inuẽti sumus, in quibus de imagine sermo motus est necessarium videtur etiam psalmi illius versiculum in mediũ producere, in quo de peccatoribus scriptũ est. In ciuitate tua Domine, imaginẽ ipsorum ad nihilum rediges. Constat ergo quia peccatorum imaginem in ciuitate sua Deus ad nihilum redigit, iustorum autem imaginẽ sine dubio tuetur, & seruat. Hæc est ergo imago terreni, idest, peccatorũ, quam ad nihilum rediget Deus in ciuitate sua ideſt. Si quis 5 exierit de hoc mundo, & tulerit secum imaginẽ terreni, propter huiuscemodi imaginẽ in ciuitate illa Dei ad nihilũ redigetur, nec consequetur partem inter ciues cælestis illius ciuitatis, qui cælestis imaginis nõ reportat insignia. *Infra* Omne quod agitur a nobis per singulas horas, vel momenta imaginem aliquam deformat. Et ideo per singula scrutari debemus actus nostros & nosmetipsos probare in illo opere, & in illo sermone vtrũ cælestis an terrena imago in anima nostra depingitur. Perscrutetur ergo nũc se vnusquisque vestrum, & cordis sui arcana recẽseat, ac diligẽter inquirat quas ibi imagines gerat. Si inuẽtus fueris habere ibi formas diaboli, & imaginẽ Satanæ, quod tibi erit vitæ refugiũ? Quis miserebitur tui, cum de intimo conclaui cordis tui tyrãnica imago proferetur? Ira imago tyrãnica est, auaritia, dolus, superbia, inuidia gloriæ sæculares, ebrietates. Quas si non citius abieceris de domo tua, & abraseris a sensibus tuis, omnem fucũ pessimæ huius picturæ, & omne figmentum venenati coloris absterseris, ipse te imagines perire facient. Hæc aduertẽda quia Genesis 1. Scriptũ est, quia creauit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam.

6 BASILIVS exponens verba illa: Genesis
Hom. 9 in Hexamerõ to. 1. 1. Producat terra animam viuentẽ, sic habet: Iumenta terræ sunt, & ad ipsam nutantia terrã, at planta cælestis est homo, quãtum figura formaque corporis ceteris animãtibus antecellit, tãtum, & dignitate animæ præstat. Qualis nãque est animãtium quadrupedũ forma? Caput illis ad humũ est pronum, ad vẽtrẽ spectat voluptatem ventris omnibus modis prosequitur. Caput tuum ad ipsum cælum exurgit, oculi tui res supernas conspiciunt. Quod si vnquam & tu carnis

carnis affectionibus succumbens, te ipsum dehonestaris ventri, & ijs quæ sunt sub ventre seruieris, comparatus es iumentis insipientibus, & similis factus es illis. Alia te cura decet, supernas res, inquã, explorare, ac quærere, vbi Christus est, terrenis contemptim transmissis cælestia mente transcendere. Vbi forma te naturæ insigniuit, sic & teipsum, & tuam vitam dispone nere velis. In republica cælesti versare, vera tibi patria est superna illa Hierusalem, cõcives atque contribules ipsi primogeniti, qui sunt cõscripti in cælis.

7 CHRYSOSTOMVS inquit: Quousque
Hom. 15. in 1. epist. Pauli ad Timo. to. 4. terræ inhæremus, vt vermes, atque luto versamur? Corpus nobis finxit Deus ex terra, vt ipsum quoque subuehamus in cælum, non vt per ipsum animam detrahamus in terram. Terrenum illud est, sed si voluero cæleste fit. Vide quanto nos afficit honore huiusmodi nobis potestate permissa. Feci ego, inquit, cælum & terram, eadem conditionis facultate te dono, vt terram facias cælum, potes enim. Feci ego inquit corpus pulchrum, do tibi præstantioris officium, fac tu animam pulchram. Dixi ego producat terra herbam fœni, & omne fructiferum Gen. 1. lignum, dic tu quoque, producat hæc terra fructum suum, & prodibit quodcumque operari volueris. Oriri facio solem super bonos, & malos, imitare illum tu, bonaque tua bonis, malisque communica. Accendi in cælo luminaria, accende & tu clariora illis, namque potes his, qui in errore sunt, lucem veritatis accendere.

8 IDEM inquit: Hoc admiror quod Deus
Homil. 11. ad pop. Antioch. to. 5. corpus nostrum corruptibile fecit, & in corruptione propriam virtutem, & sapientiam demonstrauit. Quòd enim melioris ipsum materiæ facere poterat, ostendit ex cælesti corpore, & solari. Qui enim illa fecit talia, & hoc facere tale si voluisset, potuisset. Non tamen hoc mirabilem vim creatoris detegit, sed etiam amplius intendit. Materiæ enim vilitas magis demonstrat artis copiam, & facultatem, quoniam in luto, & faulilla tantam posuit harmoniam, & tales sensus tam varios, & omnimodos, & tantũ philosophari valentes. Itaque quanto magis substantiæ tenuitatem accusas, tanto magis Dei artis magnitudinem admirare. Quoniam, & statuarium admiror, non tam ex auro pulchram facientem statuam, quàm ex luto dilabente mirabilem, & inexcogitabilem figmenti pulchritudinem artis facultate exhibere valentem. Illic enim fingenti materia quoque confert, hic vero nuda est artis ostentatio. Tu vero si discere vis quanta sit eius, qui nos creauit sapientia, cogita quid ex luto fiat. Quid autem aliud
9 quàm lateres, & tegulæ? Verumtamen optimus artifex Deus, ex materia vnde fit tegula, lateritium opus dumtaxat, oculum tam pulchrũ efficere potuit, vt omnes cernentes consternentur, & tantam huic vim inserere, vt aeris tantam altitudinem spectet, & exiguæ pupillæ adiutorio, tot corpora comprehendat, & montes, & saltus, & colles, & maria, & cælum, & quomodo tantam aeris longitudinem percurrens non laborat, neque fatigatur. Et quid de pupilla videndique facultate dico? Si enim quod omnium vilissimum videtur esse membrorum, oculi palpebras exquisieris tantummodo, & in his multam Dei creatoris sapientiam videbis. Sicut enim inspicis aristæ tamquam quædam prætenta spicula aues repellunt, non sinentes fructui insidere, & stipulam infirmiorem diffringere, sic profecto, & in oculis velut quædam aristæ, & spicula prætentæ sunt palpebrarum setæ puluerem, & festucam, & omnia vexantia extrinsecus, repellentes ab oculis, nec palpebras infestari sinentes. Videres autem, & alteram sapientiam in palpebris hac nõ inferiorem. Quis enim ipsum situm non obstupescat, quoniam neque vltra mensurã promissæ sunt, ita vt oculos obtenebrẽt, neque vltra quam opus est interius resident, sed velut domus tectum, sic superne eminent, sudorem capite defluente suscipientes, nec oculos lædere permittentes. Propterea qui 10 dem, & setæ ipsis innatæ sunt, densitate defluentia cœrcentes, & multa lucem diligentia protegentes, & afferentes multam oculis pulchritudinẽ. Aliud etiam admirari potest quis. Qua enim de causa dic mihi capitis quidẽ capilli crescũt, & detondentur, ciliorum vero minime? Neque enim hoc nobis temere, & a casu factum est, sed ne se demittentes oculos obtenebrarent, quòd ad profundũ deducti senium patiuntur. Quid autem posset sapientiam omnem per cerebrũ demonstratam commemorate? Primo quidem ipsum molle fecit, quoniam fontes sensibus omnibus ministrat, posteane propter propriã lædatur naturam, ipsum ossibus vndique muniuit, rursum ne ossium asperitate attritum vexetur cartilaginem mediam obtendit, nec vnam solam, sed secundam, vnam quidem caluariæ inferius subextendẽs, alteram vero superne cerebri carni circumuoluẽs, & est illa hac durior. Hoc autẽ fecit tum propter commemoratã causam, tum vt illatas capiti plagas, non primum excipiat cerebrum, sed præoccurrentes huiusmodi cartilagines ictibus, nocumentum omne dissoluant, & illæsum ipsum conseruent. Et quod non continuetur, & vnum sit os ipsum obtegens, sed multas ex multis partibus habeat futuras, multæ rursum securitatis ipsi fit materia. Et vaporũ enim ibi existentium per futuras illas exterius fieri potest respiratio, ita vt nõ suffocetur, & ex plaga quę alicunde inferatur, nõ vbique fit nocumentum. Si enim cõtinuum os esset in vnã partem delata plaga totum læsisset, cũ nunc autem in multa diuisum sit, hoc fieri non posset. Et si enim vnam partẽ vulnerari accidit, os secus illam partem situm læditur solum, reliqua vero cuncta remanent illæsa. Propterea ex multis ipsius tegumen ossibus Deus composuit, & sicut 11 domum aliquis ædificans, tectum, & tegula superimponit, sic supra caput Deus ossa locauit, & capillos fecit germinare, vt pro quibusdam galeris capiti essent. Hoc ipsum profecto, & in corde fecit. Quoniam enim membrorum cor nostrorum principalissimum est, & totius vitæ nostræ firmitas est ipsi tradita, & ipso quomo-

documque percusso nascitur mors solidis,& asperis ossibus,& hoc vndique circummuniuit, pectoris prominentijs, & tergis ipsum posterius muniens. Et ne continue saliens,& in huiusmodi motibus palpitans, ossium asperitati circunstantium insligens, conteratur, & doleat, multas cartilagines subextendit, & pulmonem supposuit, velut molle quoddam stratum ipsius saltibus apponens,vt impune erumpens ex hoc nihil noxium patiatur *Infra*. Bruta corpore gerunt arma,bos cornua,dentes aper,vngues leo. Mihi vero non in corporis natura Deus arma reposuit,sed extra corpus, demonstrans quòd animal mite sit homo. In corporis igitur constitutione sapientiam, & prouidentiam Dei admirare. Sapientiam quidem quoniam in tam corruptibili corpore tantam scit harmoniam exhibere. Prouidentiam vero,quoniam ipsum corruptibile ad animæ fecit vtilitatē, vt ipsius tumorem comprimat,& superbiam deponat.

12 Epist. 38. quæ est ad Horontianum to.5. AMBROSIVS ait: Decuit hominem postremum creari. Etenim qui conuiuium adornat, vt ille euāgelicus diues vtique omnia prius præparat, tauros,& saginata occidit,& tunc amicos ad cenam inuitat. Prius ergo quæ leuiora sunt, parantur, & tunc rogatur honoratior. Vnde,& Dominus homini antea animalium ceterorum præparauit escas, tunc ipsum quasi amicum ad suum vocauit conuiuium. Et vere amicum quasi charitatis diuinæ participem, & heredem gloriæ. Præcedentia ergo ministeria sunt,amicusque postremus rogatur. Accipe aliud. Quid est mundus nisi quidam agon plenus certaminum? Vnde, & in Apocalypsi Dominus ait. Vincenti dabo coronam vitæ. Et alibi, Nemo nisi qui legitime certauerit,coronatur. Hu- *Apoc.2.* *2. Tim. 2.* ius agonis instaurator vtique omnipotēs Deus est. Qui igitur agonem suscepit in hoc sæculo, nonne omnia præparat quæ agoni sunt necessaria,& tunc athletas vocat paratis præmiorum infulis certaturos ad coronam,ne moram patiatur qui vicerit, sed præmio donatus recedat? Præmia ergo hominis terrarum fructus sunt, & cæli lumina. Illa ad vitæ præsentis vsum, hæc ad spem vitæ æternę. Quasi athleta igitur postremus ingreditur in agonem, erigit ad cælum oculos,videt quia cælestis creatura vanitati subiecta est non sponte, sed propter eum qui subiecit eam in spe. Videt quia omnis creatura in- *Rom. 8.* gemiscit expectans redemptionem. Videt quia omnis manet labor,erigit oculos,videt coronas luminum,lunæ, & stellarum globos considerat.

13 Quoniam iusti qui vicerint,erunt sicut stellæ in cælo. Et castigat corpus suum ne sibi aduersetur in certamine, vngit oleo misericordiæ,exercet diurna virtutis palæstra, currit,non quasi in incertum,ictus dirigit, lacertos excutit, sed nō in uacuum,percutit aduersarium,quem non videt, quia illum solum attendit, cui cedunt omnes, etiam qui non videntur, in cuius nomine potestates aereæ diuerberantur. Ille ergo ictum librat,& Christus percutit. Non immerto ergo postremus homo ingressus est stadium,cui parabatur corona, vt eum præcederet cælum, quasi sui præmium. Sed non solum aduersus nequitiæ spiritualia,sed etiā aduersus carnem, & sanguinem lucta nobis, lucta aduersus satietatem, lucta cum ipsis frugibus terræ, lucta cum vino,lucta cum feris bestijs, lucta ex volatilibus cæli, quibus caro saginata non redigitur in seruitutem,lucta cum virgultis arborum quibus cæ- 2.Cor.11. bantur apostoli. Vides quanta certamina. Terra ergo exercitium est hominis,cælum corona. Aut quasi amicum ergo præcedere debuerunt ministeria, aut quasi athletam corona, & præmia. Specta aliud, in omnibus rebus præstantiora sunt principia,& finis. Si domum considederes, potiora omnibus fundamenta,& culmina; si agrum,satio,& messis plantatio,& vindemia. Ita ergo,& cælum primo est conditum,nouissimus homo quasi quędam cælestis in terra creatura. Nam, & si corpore cum bestijs confertur animo, tamen cælestibus annumeratur qui ad imaginē,& similitudinem factus est Dei. Recte ergo in constitutione mundi, primum cęlum,& nouissimum cælum,in quo quòd vltra cę lum est,Deus cæli est. Principium ergo operis mundani cœlum de mundo, homo supra mundum. Illud enim mundi portio, iste paradisi in- 14 cola, Christi possessio. Cumque contulisset homini,quod est gratiarum maximum quasi charissimo,& domestico animanti,concessit ea,quę in hoc mundo sunt omnia, vt nullius indigeret, quod esset necessarium,vel ad vitam, vel ad bonam vitam. Quorum alia ministraret abundantia copiarum terrestrium ad voluntatis perfunctionem, alia cognitio secretorum cælestium, quæ mentem inflammaret hominis amore, & desiderio disciplinarum. per quas ad sublime illud diuinorum penetralium possimus peruenire. Vtrumque igitur prestantissimū, vt, & subiectas haberet omnes mundi opes, omnia volatilia, terrestria,pisces tamquam rex elementorum,ac sine labore,sine indigentia, ad imitationem ad similitudinem venerandi auctoris abundaret omnibus, atque in summa degeret ea pia, & vias sibi aperiret gradusque admoueret, per quos ad cæli ascendat regiam. *Infra*. Processit postremus creaturarum omniū homo, specie gratus,mēte sublimis, vt omni esset creaturæ miraculo. *Infra*. Quòd homo nouissimus factus sit,ad eius honorem referendum est. Currus elephantorum,quibus homo victor assistens cum sit postremus priores regit. Sic quoque gubernator nauis in puppi sedet, & totam nauem gubernat. Ideo nouissimus venit, tamquā creaturarum gubernator. Recte ergo nouissimus, quasi totius summa operis, quasi causa mundi, propter quem facta omnia,quasi omnium habitator elemētorum. Inter feras viuit,cum piscibus natat, super aues volat,conuersatur cum angelis,terram inhabitat,& cęlo militat,sulcat mare,aere pascitur, cultor soli, piscator in fluctibus, in aere auceps,in cęlo heres, Christi coheres.

IDEM inquit: Primū quia omnia genera pecorum, bestiarum ac piscium in aluum natura prostrauit, vt alia ventre repant, alia quæ pedibus 15 *Lib. de Hexameron c. 3. to.1.*

pedibus sustinentur,diuersa magis quadrupedo corporis gressu, & velut affixa terris videas esse,quàm libera. Siquidem erigendi se non habent facultatem, de terra victum requirunt, & ventris, in quem deflectuntur, solas sequuntur voluptates. Caue o homo pecudum more curuari. Caue ne in alium te non tam corpore,quā cupiditate deflectas. Respice corporis tui formam, & speciem congruentem celsi vigoris assume. Si sola animalia prona pascuntur, cur te in edendo sternis,ipse quem natura non strauit? Cur eo delectaris,in quo naturę iniuria est? Cur noctes & dies cibo intentus pecorum more terrena depasceris? Cur intellectum tibi adimis, quem tibi creator attribuit? Cur te iumentis comparas, a quibus te voluit Deus segregari dicens, Nolite fieri sicut equus & mulus quibus non est intellectus.

16 Lib. de dignitate humanæ conditionis ca. 3. IDEM de dignitate hominis disputans,qui ad imaginem Dei factus est, inquit: Sicut Deus creator, qui hominem ad similitudinem suam creauit,est charitas,est bonus,& iustus,patiens, atque mitis,mūdus,& misericors,& cetera virtutum sanctarum insignia, quæ de eo leguntur; ita homo creatus est,vt charitatem haberet, vt bonus esset,& iustus,vt patiēs,atque mitis,mundus,ac misericors fieret. Quas virtutes quanto plus quisque in seipso habet, tanto propius est Deo, & maiorem sui conditoris gerit similitudinem. Si vero,quod absit,aliquis per deuia vitiorum ab hac nobilissima sui conditoris similitudine degener oberrat, tunc fiet de eo, quod *Psal. 48.* scriptum est: Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus. Quis maior honor homini potuit esse,quàm vt ad similitudinem sui factoris conderetur, & eiusdem virtutum vestimentis ornaretur, qui- *Psal. 92.* bus & conditor? De quo legitur: Dominus regnauit,decorem indutus est, ideſt omnium virtutum splendore, & totius bonitatis decore ornatus. Vel quod maius homini potest esse dedecus, aut infelicior miseria, quàm vt hac similitudinis gloria sui conditoris amissa, ad informem, & irrationabilem brutorum delabatur similitudinē? Quapropter dilectissime quisquis diligentius attendat primæ conditionis suæ excellentiam, honoremq. similitudinis diuinæ, ad quam creatus est, nobilitate morum, exercitio virtutum,dignitate meritorum,habere contendat, vt quando appareat qualis sit, tunc similis ei appareat, qui se mirabiliter ad similitudinem suā in primo Adam condidit, mirabiliusq. in secundo reformauit.

17 Lib. 2. contra Iul. c. 4. to. 1 AVGVSTINVS docens propensionem hominis ad malum,ait: Ego furtum facere volui, & feci nulla compulsus egestate, nec penuria, sed fastidio iustitiæ, & sagina iniquitatis. Nam id furatus sum quod mihi abundabat, & multo melius. Nec ea re volebam frui, quā furto appetebam,sed ipso furto,& peccato. Arbor erat prius in vicina vineæ nostræ pomis onusta, nec forma, nec sapore illecebrosis. Ad hanc excutiendam, atque asportandam,nequissimi adolescentuli perreximus nocte intempesta, & abstulimus inde onera ingentia, nō ad nostras epulas, sed vel proijcienda porcis, etiam si aliquid inde comedimus; dū tamen fieret a nobis, quod eo liberet,quo nō liceret. Ecce cor meum Deus meus,ecce cor meum,quod miseratus es in imo abyssi. Dicat tibi nunc,ecce cor meum,quid ibi quærebat,vt essem gratis malus,& malitiæ meæ causa nulla esset,nisi malitia. Fœda erat & amaui eam. Amaui perire, amaui defectum meum, non dedecore aliquid, sed ipsum dedecus appetiui. *De his disserit vsque ad finem libri, & cap. 6. ait*: Narrans idem. Pulchra erant poma illa, quæ cum sexdecim essem annorum furatus sum, quia creatura tua erār, sed erat mihi meliorum copia, illa autem decerpi vt furarer. Nam decerpta proieci epulatus, inde solā iniquitatem, qua lætabar fruens. Nam etsi quid illorum pomorum intrauit in os meum,condimentum ibi facinus erat.

18 Libro 1. de Genesi contra Manichæos. IDEM ait: Omnium animalium corpora, siue quæ in aqua,terra, & aere viuunt, inclinata sunt ad terram,& non sunt erecta,sicut hominis corpus. Quo significatur etiam animum nostrum in superna, ideſt in æterna spiritualia erectum esse debere. Ita intelligitur per animum maxime, attestante etiam erecta corporis forma homo factus ad imaginem & similitudinem Dei.

19 Lib.vno im perfecto de Genesi ad litt.to.3. IDEM inquit: Ex illo quod in homine principatum tenet,quod eum disiungit a belluis totus est homo æstimandus. Cetera in eo quamquam in suo genere pulchra sint, tamen cum pecoribus communia sunt,ac per hoc in homine paruipendenda. Nisi forte quòd ad intuendum cælum figura humani corporis erecta est, valet aliquid etiam,vt corpus ipsum ad similitudinē Dei factum credatur, vt quemadmodum a patre illa similitudo non auertitur; ita corpus humanum a cælo non sit auersum,sicut aliorū corporum animalium auersa sunt, quia prona in aluum prosternuntur.

20 Lib. 3. de Genesi ad litteram. IDEM sic habet: Quod autem non sigillatim,vt in ceteris etiam de humana creatura dixit,& vidit Deus quòd esset bonum, sed post hominem factum,datamq. illi potestatem, vel dominandi, vel edendi subintulit de omnibus, & vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Cur ergo de pecoribus, & bestijs, & reptilibus terræ dictum est, quæ ad eundem textū diem pertinent, nisi forte & illa sigillatim in suo genere, & cum ceteris vniuersaliter dici bona meruerunt, & homo factus ad imaginem Dei,non nisi cum ceteris hoc dici meruit? Quid ergo dicimus? An quia præsciebat Deus hominē peccaturum,nec in suæ imaginis perfectione mansurum non sigillatim, sed cum ceteris eum dicere voluit bonum, velut intimans quid esset futurum? Peccans ergo homo bonitatem habet cōmunem cū reliquis creaturis, sed quia eam, quam specialem a Deo habebat in iustitia originali, & gratia conditus, per lapsum amissurus erat,de eo Deus, cui futura iam facta sunt, non dixit, vidit Deus hominem quod esset bonum, quod de reliquis creaturis dixerat,

IDEM

21 Libro 8. de Geneſi ad litteram.

IDEM explicans illa verba: Poſuit Deus hominem in paradiſum voluptatis, vt operaretur, & cuſtodiret illum, ſic habet: Poſitus eſt homo in paradiſo, vt operaretur ipſum paradiſum per agriculturam, nõ laborioſam, ſed voluptuoſam, & delicioſam, cuſtodiret autem eundem paradiſum ipſi ſibi, ne aliquid admitteret quare inde mereretur expelli. Eſt alius ſenſus in his verbis, vt ipſum hominem operaretur Deus, & cuſtodiret. Operaretur Deus, vt iuſtus eſſet homo & beatus. Quapropter qua locutione dicitur homo operari terram, quæ iam terra erat, vt ornata, atque fœcunda ſit, ea locutione dicitur Deus operari hominem, qui iam homo erat, vt pius, ſapienſq. ſit, eumque cuſtodire, quòd homo tam ſua poteſtate in ſe, quàm illius ſupra ſe delectatus, dominationemq. eius contemnens tutus eſſe non poſſit.

22 Lib. de natura & gratia contra Pelag. to. 7.

IDEM inquit: De homine ſanis pedibus tolerabiliter dici poteſt, velit, nolit, habet poſſibilitatem ambulandi, confractis vero & ſi velit, nõ habet. Vitiata eſt natura, de qua loquitur, Quid ſuperbit terra, & cinis? Vitiata eſt, medicum implorat. Saluum me fac Domine, clamat, ſana animam meam clamat. Quid intercludit has voces, vt defendendo quaſi præſentem poſſibilitatem, futuram impediat ſanitatem? Vnde illa vox, vt non quæ vultis illa faciatis. Vnde etiam illa. Non enim quod volo bonum hoc ago, ſed quod odi malum illud facio? Vbi eſt poſſibilitas, quæ inſeparabiliter inſita probatur eſſe naturæ? Ecce homo quod vult bonum non agit, ſed quod non vult malum hoc agit. Velle illi adiacet, perficere autem nõ adiacet. *Infra*: Id quod clamat Paulus, inuenio aliam legem in mẽbris meis repugnãtem legi mẽtis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati, hoc vitium, naturæ humanæ inobedientia voluntatis inflixit. Quid tantum de naturæ poſſibilitate præſumitur, vulnerata, ſauciata, vexata, perdita eſt, gratia Dei indiget, qua reſtituatur.

Eccli. 20

Gal. 5.

Rom. 7.

Honor præmium eſt virtutis, quem merito contemnunt ſancti, etiamſi aliquando ad officia aſſumantur inuiti. Cap. IV.

DE honorum contemptu, & grandi appetitu hominum ad honores conſequendos, plura diximus lib. 1. cap. 20. lib. 5. capite 11. lib. 7. cap. 5. quibus hæc pauca ſuperaddenda ſunt.

1 Hom. 3. in Pſ. 14. to. 1.

BASILIVS explicans verba illa: Ad nihilum deductus eſt in conſpectu huius malignus, timẽtes autem Dominum glorificat, ſic habet: Magno prorſus, ac præſtanti animo opus eſt, & qui in nullam ſe ſinat deflecti partem humanarum rerũ, quique virili fortitudine præditus ad ſummum iam peruaſerit iuſtitiæ habitum, ſuum ius vt cuique pro dignitate diſpertiatur, ac diſtribuat, & maligne agentes nouerit ad nihilum deducere, quantolibet magiſtratu iſti polleant, quantiſlibet referti opibus ſe venditent, ſint licet generis claritudine conſpicui, & illuſtres, quemlibet ſui nominis ſplendorem ſuſtollant, ac celebrent, tantum ſi in his deprehendatur vlla vitæ malignitas, hos inquam ad nihilum deducere, hoc eſt ne tantilli quidem æſtimare, excelſi eſt prorſus, ac præſtantis animi. Contra vero, timentes Dominũ, vt hi pauperes ſint, ignobiles, idiotæ ſermone, corpore debiles, hos gloria, laudibus attollere, ac beatos exiſtimare addecet eum, qui ſpirituali doctrina eruditus tales didicerit plane eſſe beatos. Eiuſdem namq; bene inſtitutæ mentis fuerit, & agentem iniqua quamuis clarum ac potentem nihili pendere, & timentem Dominum glorificare, quamuis tenuẽ, ac pauperis, & deſpicabilis vitæ, nec quicquam externorum poſſidentem, quæ nos inuitent ad illius commendationem.

2 Homil. 41. in Matth. to. 2.

CHRYSOSTOMVS diſputans de inuidia, ait: Cuius gratia proximum inuidẽdo perſequeris? An quia in honore & dignitate viuit? Non cogitas igitur quantam honores pernicie ignauis, ac indiligentibus ſolent afferre? Extollunt enim ad inanem facile gloriam, in tumorẽ, atque ſuperbiam, & contemptum aliorum impellunt, deſidiam augent, & ad hæc omnia ipſi etiam parua commoti aura defloreſcunt, quodque acerbius eſt, malorum præcipitia, in quæ honores detrudũt, perpetua ſunt, atque prærupta. Voluptas vero quæ ab eis capitur, uix ſenſum deliniuit, ac repente vniuerſa deuolauit. *Infra*: Dignitates ad multa obſcæna hominem inducunt. Quapropter etiam valde magno animo, ſublimiq. opus ingenio eſt, vt dignitate vti, non abuti poſſis. Qui enim dignitate, ac poteſtate floret ei ſimilis eſt, qui cum puella formoſa cohabitans, legem, atque præceptum ſuſcepit, ne inique laſciuientibus ipſam oculis videat. Talis quippe res dignitas, atque poteſtas eſt. Quocirca multos etiam inuitos ad contumeliãdum intruſit, iram plerumque accendit, linguæ frenum abſtulit, & ianuam morti reſeruit, quaſi magna procellarum vi animum ſubuertens, & ad profundum malorum omnium nauiculã ſubmergens. Sed ad hæc quæ dicta ſunt, tecum illud etiam verſa, quot inimicis, quot accuſatoribus, quot aſſentatoribus, qui in dignitatibus eſt obſideatur. Hæc igitur, reſponde quæſo beatificatione digna opinaris? Quiſnam inſanus id diceret? Sed apud populum, inquies, magna de ipſo exiſtimatio eſt. Quidnam hoc ſibi vult? Nõ enim certe populus, ſed Deus iudex eſt, cui vitæ rationes redditurus es. Quare quando populum dicis, caue promontoria, ſcopulos, atque latentia ſaxa. Approbatio enim vulgi quanto clariorem quempiam facit, tãto maioribus curis, ſollicitudine, atque periculis vexat. Nec enim reſpirare, qui dominatui populi ſeruit, nec in re aliqua firmiter ſtare poteſt. Cur autem nec reſpirare, nec firmiter ſtare diximus? Difficile, inquam, huiuſmodi homines, etiam ſi mille virtutibus

tutibus nunciantur in regnum Dei peruenient. Nihil enim magis e iugo iuſtitiæ ſubducere collum ſolet, quàm hic inanis conflatus gloriæ, quę tumidos, remiſſos adulatores, ſimulatores homines reddit. Cur autem putas Chriſtum a Phariſæis dæmoniacum nuncupatum? Nonne quia gloriam a multis aucupari cupiebant? Vulgus autem rectius de Chriſto ſentiebat? Nõ ne quia procul ab huiuſmodi ægritudine aberrat? Nihil certe ita iniquos, atque amentes facit, quemadmodum ſi ad inanem multorum gloriam inhiare cupiditate cogaris; nihil ita probos, fortes, ac adamantis inſtar infractos conſtituit homines, quemadmodum inanis huius gloriæ, ac exiſtimationis multorum contemptus. Quamobrem excelſo quodã robore animi opus eſt, vt poſſimus tot tantoſq. vndarum fluctus euadere, tot ventorum flatibus reluctari, atque reſiſtere. Et cum hac paſſione quiſpiam victus fuerit, ſicut populari aura extolli, regnum cælorũ ducit, ita deprimi gehennam arbitratur. Tali ergo tu homini cum inuideas, ei ſimilis es, qui cum vinctum, afflictumq. viderit, atque cæſum vulneribus, ac flagellis, commotus ipſi nimium inuidet. Nam certe quot homines in populo ſunt, tot vinculis cõſtringitur, tot dominis ſubijcitur, qui vulgi laude gaudet. Inflantur voluptate tales homines ac extollũtur, & in profundum rurſum facile demerguntur, ſemper vexati animo numquam in tranquillitate viuunt.

4 Homil. 35. vt imperfe ita in Mat. thæum.

IDEM explicans verba capitis 20. in quibus Ioannes & Iacobus primatum petierunt a Domino, inquit: Opus bonum deſiderare, bonum eſt, primatum autem honoris concupiſcere vanitas eſt. Quoniam bonum opus implere noſtræ voluntatis eſt, & laboris, & ideo noſtra eſt merces, primatum autem conſequi, iudicij Dei eſt. Propter quod ex primatu honoris, neſcio ſi aliquam mercedem iuſtitiæ adipiſci meremur. Nam deſiderium primatus ex iactantia naſcitur cordis, qui autem humilis eſt corde indigniorem ſe aliis arbitratur ſecundum illud

Rom. 12. Phil. 2.

præceptum Apoſtolicum, Superiores inuicem arbitrantes, numquam deſiderat ſuperior apparere. Primatus enim fugientem ſe deſiderat deſiderantem ſe odit. *Infra*: Scitis quòd principes gentium dominantur eorũ, & qui maiores ſunt, poteſtatem exercent in eos? Non ita erit inter vos, ſed quicumque voluerit inter vos maior fieri erit omniũ miniſter, & qui voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſeruus. Iam inter ſeruos Chriſti non ſit de primatu certamen, nec feſtinet vnuſquiſque eorum quomodo alijs maior appareat, ſed quomodo omnibus inferior videatur, quoniam non qui maior fuerit in honore, ille eſt iuſtior, ſed qui iuſtior fuerit ille eſt maior. Conuerſa ergo melior eſt deſideranda, non dignior gradus. Primatus in Chriſto nec ab aliquo appetendus eſt non habente, nec alteri eſt inuidendus habenti. Quoniam principes mundi ideo fiunt, vt dominentur minoribus ſuis, & ſpolient, & vſque ad mortem abutantur vita eorum, ad ſuas vtilitates, & glorias. Principes autem Eccleſiæ fiunt, vt ſeruiãt minoribus ſuis, vt ſuas vtilitates negligant, & illorũ procurent, vt ſi opus fuerit, nec mori recuſent pro ſalute inferiorum ſuorum, ſicut Apoſtolus dicit: Ego autem libentiſſime impendam, & ſuperimpendar ego ipſe pro animabus veſtris. Si hæc ergo ita ſe habent, ſæcularem quidem primatum deſiderare, etſi ratio non eſt, vel cauſa eſt, quia etſi iuſtum non eſt, vel vtile eſt. Primatum autem eccleſiaſticum concupiſcere, neque ratio eſt, neque cauſa, quia neque iuſtum eſt, neque vtile. Quis enim ſapiens vltro ſe ſubijcere feſtinat seruituti, labori, dolori, & quod maius eſt periculo tali, vt det rationem pro omni Eccleſia apud iuſtum iudicem, niſi forte qui nec credit iudicium Dei, nec timet vti abutens primatu ſuo ſæculariter conuertat primatum eccleſiaſticum in ſæcularem? Denique ipſi honores in Chriſto, in prima quidem facie videntur honores, reuera autem non ſunt honores diuerſi, ſed ſunt diuerſa miniſteria, vtputa honor oculi videtur, quia illuminat corpus, ſed ipſe honor illuminandi nõ eſt ei honor, ſed miniſterium eius, ita & cuiuſuis ſancti honor, non eſt honor eius, ſed actus & miniſterium.

2. Cor. 12.

6 Epiſt. 1. ad Damaſ. Papam in cap. 6. Eſaiæ expoſitione. *Eſai. 6.*

HIERONYMVS explicans verba, in quibus dicente Domino, Quem mittam, & quis ibit ad populum iſtum, dixit Propheta: Ecce ego mitte me, vbi ſic ait: Interrogantis ſunt verba Domini, non iubentis quem debeat mittere, & quis iturus ſit ad populum. Cui facilis Propheta reſpondet, Ecce ego mitte me, & poſt pollicitationem iubetur, vt dicat, Vade & dic populo huic: Aure audietis, & non intelligetis &c. Audiui ego in hoc loco non paruam Hebræi mei diſputationem, de Moyſe & Eſaia quis melius fecerit, vtrumne Moyſes, qui cum a Deo mitteretur ad populum, ait, Obſecro Domine non ſum dignus, prouide alium quem mittas, an Eſaias, qui cum non fuiſſet electus, vltro ſe obtulit dicens: Ecce ego mitte. Qui Moyſi aſſertor eſt, humilitatem eius prædicat, ac manſuetudinem, quod ſe indignum iudicãs miniſterio Dei, maior effectus ſit. Eſaias vero quia vltro ſe obtulit, incipiens prophetare, a maledictis cœpit, audire audietis, & non intelligetis &c. Ob quod multa inde mala perpeſſus, & ab omni populo pro inſano habitus, cum iterum ei vox diuina dixiſſet, Clama, ſciens quid ſuperiori facilitate ſeipſum offerens pertuliſſet, non ait: Ecce ego mitte me, ſed interrogauit, Quid illud eſſet, quod clamare deberet, & dixit: Quid clamabo? Cui ſimile eſt illud in Hieremia: Accipe calicem meri huius de manu mea, & potionabis omnes gentes, ad quas ego te mittam, & bibent, & vomment, & inſanient, & cadent a facie gladij, quem mittam in medio eorum. Quod cum audiſſet Propheta non renuit ſecundum exemplũ Moyſi, & dixit, prouide alium quem mittas. Et propterea in alio dixit: Seduxiſti me Domine, & ſeductus ſum, factus ſum in deriſum tota die, Exiui in ſubſannationem. Dicere etiam poſſumus Eſaiam Prophetam, nõ tam ſui merito, quàm miſericordia Dei confiſum, poſtquam a Seraphim audierat, Ecce tetigi labia tua, & purgaui iniquitates

7 *Hier. 25.*

quitates tuas, otio noluisse torpere, sed vltro in ministerium Dei, quasi a peccatis liberum zelo se obtulisse fidei. Moysem vero quia sæcularibus eruditus fuerit disciplinis, & interfecto Aegyptio conscientia eius aliqua ex parte sorduerat, ideo dixit non sum dignus. Pro quo in Hebræo legitur, Non habeo labia circumcisa. Ex quo manifeste possit intelligi Esaiam recte post circumcisa labia in Dei se obtulisse ministeriū, & Moysen adhuc incircumcisis labijs tam grande ministerium recusasse.

8 In c. 2. Danielis to. 4.

IDEM explicans somnium statuæ, quam Nabuchodonosor rex viderat, quam interpretatus est Daniel, ait: Rex vidit mirabile somniū, & conterritus est spiritus eius, & somnium oblitus est. Vidit rex impius somnium futurorum, vt interpretante sancto quod viderat, Deus glorificaretur, & captiuorum, Deoq. in captiuitate seruientium sit grande solatium. Hoc idem in Pharaone legimus, non quòd Pharao, & Nabuchodonosor videre meruerint, sed quòd Ioseph, & Daniel digni extiterint, qui interpretatione eorum omnibus præferrentur, & grandem consequerentur honorem. *Infra*: Tunc rex Danielem in sublime extulit, & constituit eum principem super omnes prouincias Babylonis, & præfectum magistratuum super cunctos sapientes Babylonis. Porphyrius Prophetam reprehēdere nititur, quare non recusarit honorem Babylonium, sed illum susceperit libenter, non considerans ideo regem vidisse somnium, & interpretationis mysteria per puerum reuelata, vt Daniel cresceret, & in loco captiuitatis princeps omnium fieret Chaldæorum, & Dei omnipotentia nosceretur. Quod quidem & in Ioseph apud Pharaonem, & Ægyptum factum legimus, & in Mardochæo apud Assuerum, vt in vtraque gente haberent captiui, & peregrinantes Iudæi solatia, videntes hominem gentis suæ Aegyptiorum esse principem, vel Chaldæorum.

Gen. 41. Esther 8.

9 Hom. 4. super Euangelium missus est.

BERNARDVS inquit: Si me miserum homuncionem, meis decepta simulationibus ad aliquem, vel mediocrem honorem prouexerit Ecclesia, Deo nimirum hoc vel propter mea, vel propter subditorum peccata permittente, nonne statim oblitus, qui fuerim talem me puto, qualis ab hominibus (qui cor non vident) putatus sum? Credo sane conscientiam non attendo, & reputans nō honorem virtutibus, sed virtutes honori, eo sanctiorem, quo superiorem me æstimo. Videas plerosque in Ecclesia de ignobilibus nobiles, de pauperibus diuites factos, subito intumescere pristinæ obliuisci abiectionis, genus quoque suum erubescere, & infimos dedignari parentes. Videas & homines pecuniosos ad honores quosque ecclesiasticos peruolare, moxq. sibi applaudere sanctitatem vestium dūtaxat mutatione, non mentium & dignos se æstimare dignitate, ad quam ambiendo peruenerunt, quodque (si audeo dicere) adepti sunt nummis, attribuere meritis.

10 In serm. de expoſit. loci Sapien. 10.

IDEM: Iustum deduxit Dominus per vias rectas &c. explicans verba illa, Honestauit illum in laboribus, in vltimis verbis, ait: Nonne nos & in ipsis laboribus nostris honestamur? Nonne & hæc vilitas, hæc deformitas, hæc semicinctia honorantur, & adorantur a principibus terræ?

11 Libro 1. de considerat. ad Eugeniū Papam.

IDEM sic habet: Noui quibus delicijs dulcis quietis tuæ non longe ante hac fruebare, non potes dissueuisse tam cito, ita subito non dolere nuper subtractas. Plaga recens dolore non caret. Neque enim iam occaluit vulnus, nec in tam breui, versum in insensibile est. Quamquam si non dissimules, non deest tibi iugis materia iusti doloris a quotidianis iacturis. Inuitus (ni fallor) auelleris a tuæ Rachelis amplexibus, & quotiens id pati contigerit, toties dolor tuus renouetur necesse est.

Humilitas a quo fonte ortum habeat quibusque rationibus conuinci, ac persuaderi possit. Cap. V.

1 Lib. 3. in c. 3. epist. ad Rom. to. 3.

DE re hac vltra ea quæ diximus lib. 3. capite 19. de propria cognitione latissime.

ORIGINES exponens verba illa: Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, ait: In his verbis non hoc sentire voluit, quia non iustificabitur omnis viuens, sed in conspectu tuo hoc est Dei non iustificabitur. Quamuis enim quis iustus, quamuis sanctus sit, non solum inter homines, sed & in supernis, atque eminentioribus creaturis, ad comparationem Dei certum est eum iustificari non posse. Denique & in Apocalypsi Ioannis vbi liber signatus offertur in conspectu vetusti dierum, & quæritur ex omni tribu, & lingua, & populis, qui eum possit aperire, nullus inuentus est, nisi solus agnus de tribu Iudæ, qui iustificatus est in conspectu Dei. Solus ergo Saluator noster iustificatur in conspectu Patris. Omnis autem creatura ex comparatione inferiorum iustificatur, Vt si verbi causa dicamus, ad comparationem reliqui populi iusta fuit Maria soror Moysi. Et rursum ad comparationem Mariæ iustus erat Aaron. Et iterum ad comparationem Aaron iustus erat Moyses.

2 Homil. 22. quæ est de humilitate to. 1.

IDEM sic habet: Aduersus neminem vmquam insolescas, ne vehementer quidem peccatores. Animi modestia & humilitas eum sæpenumero eripit, qui plurimum, & in magnis deliquit. Nolis itaque te ipsum præ quoquam iustificare, ne quo pacto fiat, vt per tuam ipsius iustificatus diuina sententia condemneris. Non iudico meipsum, inquit Paulus, nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Qui enim iudicat me Dominus est. Putas quòd aliquid recte feceris? Gratias age Deo, nec contra hominem te extollas. Metue similitudinem ruinæ, qua cecidit diabolus, qui contra hominem elatus

1. Cor. 4.

elatus subtus hominem cecidit, & in proculcationem traditus est ei, quem ipse calcauerat. Talis est & Israelitarum ruina. Elati namq. aduersus gentes tamquam immundas, ipsi vere facti sunt immundi, gentes autem purificatæ, & illorum iustitia facta est instar panni menstruatæ mulieris. Ne sis iniquus tui ipsius iudex si boni quicquam habere te putaueris, illud in numerato tenens, eorum sponte oblitus, neque eorum gratia, quæ hodie recte facis insolescas, eorum quæ paulo ante, atque olim male designasti veniam tibiipsi largitus, sed si quando te præsens benefactum nonnihil elatum reddit, ad memoriam reuoces, quid olim mali feceris, & cessabit insensata illa animi inflatio. Et si quemquam in præsentiarum delinquere videris, ne hoc solum in illo spectes, sed cogita simul quæ recte vel fecerit olim, vel nūc quoque faciat, & deprehendes sæpenumero talem, si singula inquisieris, te esse meliorem. Ista & similia contra animi superbiam perpetuo nobisipsis occinamus, nosipsos deturbantes, vt a Domino exaltemur, imitātes Dominum, qui ad extremam vsque humilitatem e cælo descendit, & rursum ex humilitate ad competentem sublimitatem exaltatus est. Vniuersam namque Domini dispensationem, ad humilitatem nos instruere deprehēdimus. Cum infans esset, mox in spelunca, nec lecto, sed præsepi imponitur. Deinde in domicilio fabri, & matris pauperculæ enutritur subditus matri, & illius sponso. Subditur Ioanni, & baptismum suscipit a seruo Dominus. Nemini aduersariorum resistit, neque inenarrabilem suam potestatem in quemquam vibrat, sed quasi potentioribus cedit. Principibus sacerdotum in formam rei sistitur, ad præsidem ducitur, & iudicium illius sustinet, & cum posset calūniatores arguere, silentio tolerat illorum calumnias. Conspuitur a seruis, ac vilissimis pueris. Morti traditur, eiq. hominum iudicio turpissimæ post tantam vero animi humilitatem, tandem & gloriā suam exerit, vna secum glorificans quotquot cum ipso ignominiam tulere, quorum primi sunt beati discipuli, qui pauperes, ac nudi orbem percurrerunt, non in sapientia sermonis, non sequacium multitudine suffulti, sed soli, & piscatores, & desolati terram, ac mare peragrantes, flagris cæsi, lapidati, & occisi. Ad horum nos imitationem conferamus, vt ex humilitate nobis sempiterna nascatur gloria. Sit tibi & ornatus, & indumentum, & incessus, & cathedra, &c. ad mediocritatem magis, quam ad fastū. Par esto subiectis. Qui namque primus esse cupit, omnium hominum seruum esse iubet Christus. Ama humilitatem & glorificabit te. Agnoscet te Christus tamquam discipulum suum coram angelis, & glorificabit te, si humilitatis ipsius fueris imitator, qui dixit: Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris.

3

Matth. 11.

4 Libro de veste virginit. cap. 10. 2.

IDEM ad Letoium Melitensem Episcopū: Vt vnusquisque semper humilis sit id, animaduertere semper debet, vitia virtutibus esse quàm similia, ac subinde dum virtutibus studet, fortassis sub virtutum speciem vitia celantur. Vnde ait: Proxima & veluti cōtiguis ianuis gentiles quoque aiunt vitia esse virtutibus. Quælibet denique virtutis ianua simillimam in vitia ferētem vtrinque speciem aperit, vt qui ad virtutem ingredi nititur, eius primum ianuæ adsistens dum hac se pulsare arbitratur, aperta sibi hinc, aut inde altera ex vitiorū ianuis, deceptus maxima similitudine, ingrediatur veluti virtutis domum, deinde cunctis eius errorē irridentibus, ipse quoque & tempore, & experimento, commonitus discat non solum ab ea se virtute, cuius aliquando ianuam pulsare videbatur, esse remotissimum, verum ne limina quidem eius vmquam attigisse. Hoc modo denique eos, qui audentes ad virtutem esse cuperent, fallens, temerarios arguit, qui vero temeritatis probra metuerunt, eos timidos, ac pusillanimes prodidit. Et qui misericordes esse studerent, ad vitia male molliuit, qui vero misericordes esse renuerent, immites, immanesq. declarauit, ita & qui charitatis pulchritudinem sequuntur, eos falso dilectionis nomine, vel ad voluptates corporis, vitamq. cunctis execrabilem deiicit, vel eiusce probra, & opprobria pertimescentes odisse fratres, & absque vllo boni sensu persistere facit. Non est ergo declinandum ad dexteram, aut sinistram, ne fortassis errore seductus in aliquam ex vitiorum portis deuoluaris, sed mediam & regiam incedas virtutis viam.

5 Homil. 12. in Genesim to. 1.

CHRYSOSTOMVS exponens uerba illa: Formauit Deus hominem puluerem de terra, inquit: Quid dicis? Acceptone de terra puluere formauit hominem? Etiam, inquit, & non simpliciter, nec fortuito terram dicit, sed puluerem, quasi si quis dicat, tenuissimum, & vilissimum, quod est in terra. Hinc si attendere volumus, nō parua nobis humilitatis offertur doctrina. Nam cum cogitauerimus vnde constitutionis suæ initium natura nostra susceperit, etiam si sexcenties supercilia surrigamus, ea reprimemus, & humiliabimur, & substantiæ nostræ qualitatem perpendentes modestiam discemus. Et propterea Deus cui tanta salutis nostræ cura, ad nostri eruditionem prophetæ linguam, sic direxit. Quippe cum superius dixerat diuina Scriptura: Fecit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam, & dedit illi omnium visibilium potestatem, vt ne ignorando quomodo cōstitutus sit magnus sibi videatur, & præscriptos sibi limites transeat; propterea repetendo docet formationis eius originem, & undę primus homo productus sit. Plurimum enim ad erudiendum nos, conducit scire vnde substantia nostra primum originem acceperit.

6 In hoc tomo de verbis Dauid.

IDEM: Quis sum ego, quòd talem gratiam inuenerim ante faciem tuam, inquit: Videtis quomodo agnoscit se Dauid quis fuerit, quis est, & quid erit? Ibi est ergo plenitudo gratiæ, ut se in omnibus vnusquisque agnoscat. Primo quia mortalis est. Secundo, quia casibus uita humana plena est. Tertio, quia tribulationes, & dolores in sæculo inuenit. Quarto, ut intēdat, quia quanto magnus est, humiliatus si fuerit, & humilita-

cis

tis vias tenuerit, inueniet gratiam in conspectu Dei. Quinto, quia non est sine peccato, nec infans vnius diei natus super terram. Sexto, quia non tacebimus trino illo clamore dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus sine cessatione. In his omnibus qui se agnoscit, viam tenet humilitatis. *Infra*: Ergo quis sum ego Domine mi? Ecce nihil se esse dixit, & seruum se esse non negauit. Quis sum ego Domine mi, quòd talem gratiam inuenerim ante faciem tuam? Nouerat se pastorem esse ouium, & non genere nobilitatum. Sed quando factus est nobilis, agnouit se ex nihilo fuisse subleuatum. Et quia non est oblitus, quis natus erat, perseuerauerit in culmine regali. Inuenit gratiam, vt & regnum perciperet, & inimico persequenti se Sauli, malum pro malo non redderet. Videtis quanta culmina procedunt de radice humilitatis, quam vberem fructū Deo offeret? Inde omnes virtutes, inde omnes bonæ actiones, inde cunctæ potentiæ ascendunt, idest totum posse. Ergo dixit, Domine mi quis sum ego quòd talem gratiā inuenerim ante faciem tuam. Ego enim minimus sui in tribu mea. Quàm suaue est, quàm dulce in auditione veræ confessionis, vt diceret se minimum in tribu sua, non erubuit quod erat, vt esset quod non erat.

7 IDEM inquit: Intellige homo quidnam sis. Homo es, terra, cinis, caro, sanguis, fœnum, flosculus herbæ, vmbra, fumus, vanitas, & si quid ijs exilius, vilius, atque abiectius. Prophetæ multa dixerunt huiusmodi, non vt genus nostrum vituperarent, notarentque, sed quo furentium hominum insolentiam, & petulantiam compescerent, atquo ablegarent. Nam si postquam tam copiose, tam seuere disputarent, nō desunt qui animi fatui elatione superbiam diaboli superent; quo tandem amentiæ non proueherentur, si nihil huiusmodi sanctissimi illi homines appo suissent? Qui ibi appositam gerunt medicinam, tamen adhuc inflantur, & intumescunt, ad quid fastus, stoliditatisq. non demum ruissent, nisi illi tot, atque talia de natura asseruissent humana? Audi quid beatus ille Patriarcha de se referat. *Gen.18.* Ego sum puluis, & cinis. Deum alloqui meruit, & tamē nihil propterea effertur, quinimmo eapropter moderatiorem se exhibere oportere *Cap.20.* censebat, & humiliorem. *Infra*: Esaias dicit: Omnes gentes in conspectu Dei, quasi stilla situlæ. Ne minus considerate quod dicit, prætereas, sed diligentius attendas, discutias, atque inquiras, 8 rogo. Repete omnes gentes, complectere omnino Cyros, Cilices, Cappadoces, Bithynios, Mysos, Phryges, Lycios, Pamphilos, Assyrios, Arabes, Indos, Ægyptios, Æthiopes, Hispanos, Gallos, Germanos, Sarmatas, Pannonios, Sauromatas, Massagetas, Scythas, Albanos, Iberes, Bractianos, Medos, Persas, Parthos, Armenios, Ponti euxini vicinos omnes, & incolas, Thraces, Macedonas, Græcos omnes, Daciam, Dalmatiam, Italiam, insulas omnes tam interioris maris, quam exterioris, ceteraq. innumerabiles gentes, quarumnē nomina quidē nouimus, hæc omnia mortalium genera instar guttæ labentis de situla coram Deo versari autumat. Accipe accuratius dic quæso, quota eius guttæ particula sis? *Infra*: Si homo nobilior, & formosior luto videatur, hoc non diuersitate naturæ, sed ingenio artificis prouenit. Nam materiæ quidem ratione nihil inter lutum, & te interest. Quod si non credis, sepulchra, & monumenta inspice maiorum tuorum, illa suo exemplo facile tibi possunt persuadere te puluerem esse & lutum.

9 HIERONYMVS explicans verba illa: Hæc visio similitudinis gloriæ Domini, & vidi, & cecidi in faciem meam, inquit: Non est elatus visionum magnitudine, sed conscientia fragilitatis humanæ procidit in faciem suam. Vnde & Apostolus Paulus post ascensionem cęli, & paradisi, & auditionem verborum ineffabilium, datum sibi dicit angelum Satanæ, qui se colaphizaret, ne extolleretur. Et Abraham cecidit in faciem suam, postquam audiuit fermones Dei. Et tamen quia non peccato, sed humilitate corruerat, a Domino subleuatur, & verba eius iubetur audire.

10 IDEM inquit: Iste Psalmus in Hebraico vnus est cum præcedenti, cuius finis fuit, Placebo Domine in regione viuorum, & subdit: Credidi propter quod locutus sum. Credidi quoniā placebo Domino, quoniam ero Angelus, quoniam ero in cælis, & non fui superbus, sed humiliatus sum nimis. Quoniam ero in regione viuorum misericordiæ Domini est. Ego autem noui memetipsum quia terra sum, & cinis. Propterea dico, Ego autem humiliatus sum nimis. Quid autem est terra & cinis? Ego autem dixi in excessu meo omnis homo mendax, in Hebræo sic habetur, Ego dixi in excessu meo omnis homo mendacium. Placebo Domino in regione viuorum dictum est mihi, sed ego scio memetipsum secundum cōditionem corporis nihil esse. Non est enim veritas in substantia nostra, sed vmbra est, & quasi mendacium.

11 AVGVSTINVS inquit: Primum nobis persuadendum est quantum nos diligat Deus, ne desperatione non auderemus erigi in eum. Quales autem dilexerit ostēdi oportet, ne tamquam de meritis nostris superbientes magis ab eo resiliremus, & in nostra fortitudine magis deficeremus, ac per hoc egit nobiscū, vt per eius fortitudinem potius proficeremus, atque ita in infirmitate humilitatis perficeretur virtus charitatis. Hoc significat in Psalmo, vbi ait: Pluuiā voluntariam segregabis Deus hereditati tuæ, & infirmata est, tu vero perfecisti eam. Pluuiam quippe voluntariā nonnisi gratiam vult intelligi, non meritis redditam, sed gratis datam. Dedit enim eam non quia digni eramus, sed quia voluit. Hoc cognoscentes non fidentes in nobis erimus, & hoc est infirmari. Ipse vero perficit nos, qui etiam Paulo Apostolo dixit: Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Persuadendum ergo erat homini quantum nos dilexerit Deus, & quales dilexerit. Quantum ne desperaremus, quales ne superbiremus.

12 IDEM adducit locum Iob cap. 42. Ex quo apparet

apparet quid ad hominē humiliandum conducat, ait enim Iob ad Deum. In obauditu auris obaudiebam te prius, nunc autem oculus meus videt te; propterea despexi memetipsum, & debui, & existimaui me terram & cinerem.

13 IDEM sic habet: Cū perpetuæ continentiæ professores se coniugatis comparantes compererint eos infra esse opere, & mercede, & voto, & præmio statim veniat in mētē, quod scriptū est: Quanto maior es humilia te in omnibus, & corā Deo inuenies gratiā. Mensura humilitatis, cuiq; ex mensura ipsius magnitudinis data est, cui est periculosa superbia, quæ amplius amplioribus insidiatur. Contra superbiam matrem inuidentiæ maxime militat vniuersa disciplina christiana. Doctor itaq; humilitatis Christus primo semetipsum exinaniuit formā serui accipiens, in similitudinē hominū factus &c. Humiliauit semetipsum vsq; ad mortē. Ipsa vero doctrina eius, quā attente insinuet humilitatē, atq; huic percipiendæ vehemēter insistat, quis explicare facile possit, atque in hanc rem demonstrandā testimonia cuncta congerere? Sermo eius quem primū prolixiorē ad discipulos habuit, inde cœpit Matthæus: Beati pauperes spiritu, quoniā ipsorū est regnū cælorū. Quos sine vlla controuersia humiles intelligimus. Fidē Cēturionis ideo præcipue laudauit, nec se inuenisse in Israel tantā fidem dixit, quia ille tam humiliter credidit, vt diceret, nō sum dignus, vt sub tectū meū intres. Vnde nec Matthæus ob aliud eū dixit accessisse ad Dominū, cū apertissime Lucas insinuat, quòd nō ad eū ipse venerit, sed amicos suos miserit, nisi quia fidelissima humilitate magis ipse accessit, quā illi quos misit. Vnde & illud propheticum est: Excelsus Dominus humilia respicit, excelsa autē a longe cognoscit, vtiq; tāquā nō accedentia. Hinc & illi mulieri Chananęæ dicit: O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis, quā superius canē appellauerat, nec ei panē filiorū proijciendum esse respōderat, quod illa humiliter accipiēs, dixerat etiā Domine, nam & catelli edūt de micis &c. Ac sic quod assiduo clamore nō impetrauerat, humili cōfessione promeruit. Hinc illi duo proponuntur orantes in tēplo, vnus Pharisæus, alter Publicanus propter eos, qui sibi iusti videntur, & sper nūt ceteros, & enumerationi meritorum præfertur cōfessio peccatorū, & descēdit Publicanus iustificatus, magis quā ille Pharisęus, & causā ostēdens cur id iustū sit, ait: Quia omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Quid illud quòd quęrētibus discipulis, quis eorū videretur esse maior puerū paruulū cōstituit ante oculos eorū dicens. Nisi efficiamini sicut paruuli nō intrabitis in regnū cælorū, nōne humilitatē maxime cōmēdauit, & in ea meritū magnitudinis posuit? Vel cum filij Zebedæi latera eius in sediū sublimitate cōcupiscentibus ita respondit, vt passionis eius calicē bibendū potius cogitarēt, in quo se humiliauit vsq; ad mortē, mortē autē crucis, quàm superbo appetitu præferri ceteris postularent, quid ostendit nisi eis se futurū altitudinis largitorē, qui eum doctorē humilitatis antea sequerentur? Iam vero qui exiturus ad passionē lauit pedes discipulis, monuitq. vt consdiscipulis, atq; cōseruis hoc facerent, quod eis fecisset magister, & Dominus, quantū cōmendauit humilitatem, cui cōmendādæ etiā illud tempus elegit, quo eum proxime morituru, cum magno desiderio contuebantur, hoc vtiq; præcipue memoria retēturi, quod magister imitādum vltimū demonstrasset, ait: Hoc facite &c. Cū ergo christianis omnibus custodienda sit humilitas, quandoquidē a Christo christiani appellantur, cuius Euangeliū nemo diligenter intuetur, qui non eū doctorē humilitatis inueniat, tū maxime virtutis huius sectatores, & cōseruatores eos esse cōuenit, qui magno aliquo bono ceteris eminēt, vt magnopere curent illud quod primitus posui, quanto magnus es humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiā. *Infra*: Christus dicit: Discite a me quia mitis sum & humilis corde. *Eccli.3.* Cum magnitudinem suam supra cōmemorasset. 15 Et idipsum volens ostēdere quātus, propter nos quantillus effectus est: Confiteor, inquit, tibi pa- *Matt.11.* ter, quoniā abscondisti hæc a sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater quoniā sic placitum fuit ante te. Omnia mihi tradita sunt a Patre meo, & nemo cognoscit Patrem nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis &c. Tollite iugum meum super vos, & discite a me quia mitis sum, & humilis corde. Ille cui omnia tradidit pater, & quem nemo agnoscit, nisi Pater, non dicit, discite a me mundum fabricare, aut mortuos suscitare, sed discite a me quia mitis sum, & humilis corde. O doctrinā salutarem! O magistrum, Dominumq. mortaliū! quibus mors poculo superbiæ propinata, atque transfusa est, noluit docere quod ipse nō esset, noluit iubere quod ipse nō faceret. Discite a me quia mitis sum & humilis corde, audio te clamātē. Quid? Vt discamus a te venimus ad te? Quoniam mitis sum, inquit, & humilis corde. Huccine redacti sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi in te, vt hoc pro magno discamus a te, quoniā mitis es & humilis corde? Itane magnum est esse paruū, vt nisi a te, qui tam magnus es, fieret, disci omnino non posset? Ita plane. Audiant te, & veniant ad te, & mites, atq; humiles esse discant a te, qui misericordiā, & veritatem tuā requirunt, tibi viuendo, tibi non sibi. Audiat hoc laborās & oneratus, qui sarcina premitur, vt oculos ad cælum leuare nō audeat, percutiens pectus ille peccator, & propinquans de longinquo. Audiat Centurio nō dignus, cuius tectum subires. Audiat Zachæus ma- *Matt.8.* *Luc.19.* ior publicanorum, audiat mulier in ciuitate pec- *Luc.7.* catrix. Audiāt meretrices, & publicani, qui scri- *Matt.21.* bas, & pharisæos præcedunt in regnum cælorū. Hi omnes cum conuertuntur ad te facile mitescunt, & humiliātur coram te memores iniquissimæ vitæ suæ, & indulgentissimæ misericordiæ tuæ, quia vbi abundauit peccatum, superabundauit & gratia. Sed agmina virginum, & multi in *Rom.5.* Ecclesiā, qui dicere nō possunt, qui prius fui blasphemus, & contumeliosus, sed misericordiā cōsecutus sum, immo etiā quod non iussisti, sed tāmodo volentibus arripiēdū proposuisti dicēs: 16 Qui potest capere capiat, arripuerunt, vouerūt, *1.Tim.1.* & propter regnū cælorum seipsos, non quia minatus

natus es, sed quia hortatus es castrauerunt. His inclama, hi te audiant, quoniã tu mitis es, & humilis corde. Te imitentur quẽ non humilem iniquitas, sed charitas fecit. Nõ ibis ad eũ qui oculos ad cælũ leuare nõ audebat onere iniquitatis, sed ad eũ qui de cælo descẽdit pondere charitatis. Non ibis ad eã quæ Domini sui pedes lacrymis rigauit quærẽs indulgentiã grauiũ peccatorũ, sed ibis ad eũ qui cũ daret indulgẽtiã omniũ
Luc.18. peccatorũ, lauit pedes seruorũ suorum. Noui dignitatẽ virginitatis tuæ, nõ tibi propono imitãdũ publicanũ humiliter accusãtẽ delicta sua, sed timeo tibi phariseũ superbe, iactãtẽ merita sua.
Apoc.14. Metuo tibi vehementer, ne cũ te agnũ quocũq; ierit secuturã esse gloriaris præ tumore superbiæ sequi per angusta non possis. *Infra*: Fidenter dico, facilius sequuntur agnũ, etsi non quocũque ierit, certe quousq; potuerint cõiugati humiles, quã superbientes virgines. Quomodo enim sequitur, ad quẽ non vult accedere? Aut quomodo accedit, ad quẽ non venit vt discat, quoniã mitis est, & humilis corde? Agnus quocũq; ierit, ducit eos, in quibus prius ipse vbi caput inclinet, inuenerit. Cuidam enim superbo dixerat vulpes fo-
Matt. 8. ueas habẽt, & volucres cæli nidos, filius autẽ hominis nõ habet vbi caput suũ reclinet. Arguebat nomine volucrũ ventosam elationem, in quo vbi requiesceret, piã non inueniebat humilitatẽ. Sequimini agnũ quocũq; ierit, sed prius ad eũ venite, & discite quia mitis est, & humilis corde, humiliter ad humilẽ venite si amatis, & ne discedatis ab illo ne cadatis. Qui enim timet ab illo discedere rogat, & dicit, nõ veniat mihi pes superbiæ. Pergite via sublimitatis, pede humilitatis.
Psal. 38. Existimate aliquos in occulto superiores, quibus estis in manifesto meliores. Cũ aliorũ bona forte ignota vobis, benigne credũtur a vobis, vestra vobis nota nõ cõparatione muniũtur, sed dilectione firmãtur. Et quæ forte adhuc desunt, tãto dantur facilius, quanto desiderãtur humilius.

17 Lib. 1. de peccatorum meritis, & remissione contra Pelagianos.
IDEM sic habet: Ipse Dominus per Prophetam in Psalmo loquẽs, ait: Sanctis qui sunt in terra eius mirificauit omnes voluntates meas in illis. Non merita eorũ, sed voluntates meas. Nam illorũ, quid nisi quod sequitur? Multiplicatæ sũt infirmitates eorum supra id qõd infirmi erant. Ad hoc & lex subintrauit, vt abundaret delictũ. Sed quod adiungit, postea acceleraverunt multiplicatis infirmitatibus, hoc est abundante delicto alacrius medicum quæsierunt, vt vbi abundauit peccatum, superabundaret, & gratia, quia omnes nos, vt oues errauimus.

18 Libro 2. de peccatorum meritis, & remiss. prope fin.
IDEM ait: Iob post tam magnũ de illo iustitiæ testimoniũ Dei quid dicat ipse videamus. In veritate, inquit, scio, quia ita est, quemadmodũ iustus erit homo ante Deũ, si autem velit cõtendere cũ eo, non poterit obedire ei. Et paulo post, inquit: Quis iudicio eius aduersabitur? Quod si fuero iustus, os meum impie loquetur. Iterũ paulo post: Scio, inquit, quia impunitũ me non dimittit, quia ĩum impius, quare non ſum mortuus? Quod si purificatus niue, & mũdatus fuero, mundis manibus, sufficiẽter in sordibus me tinxisti.
Iob 13. Item in alio suo sermone: Quia conscripsisti, inquit, aduersum me mala, & induisti me iuuentutis meæ peccata, & posuisti pedẽ meum in prohibitionem, seruasti omnia opera mea, & in radices pedum meorum conspexisti, qui veterascunt sicut vter, vel sicut vestimentũ a tinea comestũ.
Iob 14. Homo enim natus ex muliere parui est tẽporis, & plenus iracundia, & sicut flos cum floruerit, & decidit, decessit sicut vmbra, non manet. Nonne & huius curam fecisti venire in iudicium tuum? Quis enim erit mundus a sordibus? Nemo nec si vnius diei fuerit vita eius. Et paulo post: Dinumerasti, inquit, necessitudines meas, & nihil te latuit de peccatis meis. Signasti peccata mea in folliculo, & annotasti si quid inuitus commisi (nostra lectio in omnibus his locis aliter habet) Ecce & Iob confitetur peccata sua, & in veritate dicit se scire, quia non est iustus quisquam ante Deũ. Proinde secundũ modũ conuersationis humanæ, perhibet ei Deus tam magnũ iustitiæ testimoniũ. Ipse autem se metiens ex regula illa iustitiæ, quã sicut potest conspicit apud Deum, in
19 veritate scit, quia ita est, & adiungit. Quẽadmodum enim iustus erit homo ante Deum? Si enim velit contendere cum eo, non poterit obedire, ideſt si iudicandus ostendere voluerit non in se inueniri posse quod dãnet, non poterit obedire ei; amittit enim etiam illam obedientiam qua obedire possit præcipiẽti cõfidẽtia esse peccata. Quod si fuero iustus os meum impie loquetur. Hoc est enim si me iustũ dixero cõtra iudicium eius, vbi perfecta illa iustitiæ regula me conuincit iniustũ, profecto impie loquetur os meũ, quia cõtra Dei veritatẽ loquetur. Plenum iracundia dicit hominẽ. Illa scilicet qua sunt omnes, sicut dicit Apostolus, filij iræ. Ad ipsam irã etiã pertinere mortẽ hominis cõsequenter ostendẽs, cum dixisset, parui est tẽporis, & plenus iracũdia addit, & sicut flos cum floruit, & decidit, discessit sicut vmbra, nõ manet. *Infra*: Auris auditu audiebam te prius, & nunc ecce oculus meus videt te, ideo vituperaui meipsum, & distabui, & æstimaui meipsum terrã & cinerem. Quare sibi ita in hoc tã magno intellectu displicuit? Neq; enim opus Dei quo erat homo, recti illi poterat displicere, cum etiã ipsi Deo dicatur, Opera manuũ tuarũ *Psal.37.* ne despexeris, sed profecto secundũ illã iustitiã, qua se nouerat iniustũ se vituperauit, atq; distabuit, æstimauitq. se terrã & cinerem mente conspiciens Christi iustitiã. Cum ait Deus, Nũquid considerasti seruũ meũ Iob, quòd nõ sit ei similis in terra, ex hominum qui sunt in terra compara tione laudatur iustus, qui tanta morũ probitate profecerat, vt nullus esset adæquandus sine querela, de cuius vita nullus iuste quereretur. Verus Dei cultor, quippe etiam suorum peccatorum verax, humilisq. confessor. Nihilominus non iustificatur in conspectu Dei omnis viuens.

IDEM inquit: Deus statuit miscere quosdam non perseueraturos, certo numero sanctorũ suorũ, in quibus nõ expedit in huius vitę tẽtatione securitas. Multos enim a pernicioſa elatione reprimit, quod ait Apostolus: Qui videtur stare videat ne cadat. Volũtate autẽ sua cadit, qui cadit, & voluntate Dei stat qui stat. Potẽs est enim Deus statuere illum. Non ergo ipse seipsum, sed Deus. Verumtamen bonum est non altum sapere,

1.Cor.3. sapere, sed timere. Sicut enim Apostolus ait: Non sumus sufficiẽtes cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.

21 In Psal. 98. n.8. IDEM exponens illa verba: Deus tu propitius fuisti eis vlciscens in omnes adinuentiones eorũ, sic habet: Propitius fuerat Deus donando peccata, propitius & vindicãdo. Et vindicans in omnes affectiones eorũ, etiã vindicãs propitius fuisti. Quæramus enim has tres personas, Moysen, Aaron, & Samuelẽ, & quomodo in eis vindicatũ sit, quia dixit, Vindicans in omnes affectiones eorũ. Vtique eas affectiones dicens eorum, quas Dominus nouerat in cordibus eorũ, quas homines nõ nouerãt. Etenim sine querela hominum versabantur in medio plebis Dei. Sed quid
Exod. 2. dicimus, quia Moyses habuit primã vitã fortassis peccatricem? Nam & percusso homine fugit de Aegypto. Habuit Aaron primam vitam, quæ displiceret Deo, nã ipse insanienti populo permisit, vt idolũ faceret. Samuel quid fecit infans ad tẽplum datus? Omnes ætates suas inter sancta Dei peregit, ab ineunte ætate famulus Dei. Nihil dictũ est ab hominibus de Samuele. Nouerat ibi forte Deus aliquid quod purgaret, quia & quod perfectũ iam videtur hominibus, illius perfectioni adhuc imperfectum est. Pleraque faciunt artifices, & ostendunt imperitis, & cũ iam iudicauerint imperiti esse perfecta, expoliũt illa artifices qui nouerunt adhuc, quid illis desit, vt mirentur homines tantam expolitionem rebus accidisse, quas iam perfectas pronunciauerunt. Fit hoc in ædificijs, & in picturis, & in vestibus, & prope in omni genere artium. Primo iudicãt illud iam quasi perfectũ esse, vt oculi eorum amplius nihil desiderent. Sed aliud iudicat oculus imperitus, aliud iudicat artificis regula. Sic & illi sancti ante oculos hominum tamquã sine culpa, tamquã perfecti, tamquam Angeli, nouerat autẽ quid illis deesset, qui vindicabat in omnes affectiones eorum. Vindicabat autẽ non irascẽs, sed propitius ad hoc vindicabat, vt perficeret cœptum, non vt damnaret eiectum.

22 Tract. 1. in Ioannem. fin. IDEM exponens verba illa Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt, & docens a Deo conditos vermes, muscas, culices, pediculos &c. ait: Propter superbiã instituit Deus istã creaturã minimã, & abiectissimã, vt ipsa nos torqueret, vt cũ superbus fuerit homo, & se iactauerit aduersus Deũ, & cũ sit mortalis mortalẽ terruerit, & cum homo sit, proximũ hominẽ non agnouerit, cũ se erexerit, pulicibus subdatur. Quid est quod te inflas humana superbia? Homo tibi dixit conuitium, & tumuisti, & iratus es, pulicibus resiste vt dormias. Cognosce quis sis, nã vt noueritis fratres propter superbiã nostrã domandam creata ista, quæ molesta nobis essent. Populũ Pharaonis superbũ, potuit Deus domare de vrsis, de leonibus, de serpentibus, muscas, & ranas illis inmisit, vt rebus vilissimis superbia domaretur.

23 Serm. 10. de verbis Domini in Euangelium Matthæi. 10. IDEM explicans verba illa: Discite a me quia mitis sum & humilis corde, inquit: Discite non mundũ fabricare, non cuncta visibilia, & inuisibilia creare, non in ipso mundo mirabilia facere, & mortuos suscitare; sed quoniam mitis sum, & humilis corde. Magnus esse vis, a minimo incipe. Cogitas magnam fabricam construere celsitudinis, de fundamento prius cogita humilitatis, & quantam quis vult, & disponit superimponere molem ædificij, quanto erit maius ædificium, tanto altius fodit fundamentum. Fabrica ventura est vsque ad conspectum Dei, fundamentum fode humilitatis.

24 Serm. 21. de verbis Apostoli Pauli. IDEM inquit: Illud cogitandum est nullum esse hominẽ, qui non possit habere aliquid boni, quod tu nondũ habes etiam si lateat, in quo sine dubio possit te esse superior, quæ cogitatio ad contuendã, & edomandam superbiam valet. Nõ arbitreris, quoniam tua quædam bona eminent & apparẽt, ideo alterũ nulla habere quæ lateãt, & fortasse maioris ponderis bona, quibus te superat nescientẽ. Non enim falli nos, aut adulatione potius vti Apostolus iubet, cũ dicit: Nihil *Phil. 2.* per contentionẽ, neque per inanem gloriam, sed in humilitate mẽtis alter alterum existimantes superiorem sibi. Vere existimemus posse esse aliquid occultum in alio, quo nobis superior sit, etiam si bonum nostrum quo illo videmur superiores esse, non sit occultum. Istæ cogitationes deprimentes superbiam, & acuẽtes charitatem faciunt onera fraterna inuicem non solum æquo animo, sed etiam libentissime sustineri.

25 Lib. 21. Moral. cap. 10. to. 1. GREGORIVS explicans verba illa Iob cap. 21. Numquid non in vtero fecit me, qui & illum operatus est, & formauit in vulua vnus, inquit: Hæc dicit Iob de seruis suis loquens: Qui vt semper cor in humilitate deprimat, nequaquam in eisdem famulis conspicit, quod sibi status est dispar, sed quod natura cõmunis, & ideo ait: Numquid non in vtero fecit me, qui & illum operatus est, & formauit in vulua vnus. Potentibus viris magna est virtus humilitatis considerata æqualitas conditionis. Omnes namq. homines natura æquales sumus, sed accessit dispensatorio ordine, vt quibusdam prælati videamur. Si igitur hoc a mente deprimimus, quod temporaliter accessit, inuenimus citius quod naturaliter sumus. Plerumque enim se animo accepta potestas obiicit, eumq. tumidis cogitationibus fallit. Manu ergo humillimæ cõsiderationis deprimẽdus est tumor elationis. Si enim apud semetipsam mens descendit de vertice culminis, citius planiciem inuenit naturalis æqualitatis. Nam vt præfati sumus omnes homines natura æquales genuit, sed variãte meritorum ordine, alios alijs dispensatio occulta postponit. Ipsa autem diuersitas quæ accessit ex vitio, recte est diuinis iudiciis ordinata, vt quia omnis homo iter uitæ æque non gradĩtur, alter ab altero regatur. Sancti autem uiri cum præsunt non in se potestatem ordinis, sed æqualitatem conditionis attendunt, nec præesse gaudent hominibus, sed prodesse. Vnde cũ Noe Dominus, filijsq. eius diceret, Crescite & multiplicamini, & replete *Gen.9.* terram, subdit: Et terror uester, ac tremor sit su- *26* per cũcta animalia terræ. Non enim ait, sit super homines qui futuri sunt, sed sit super cuncta animalia terræ. Homo quippe animalibus irrationalibus, nõ autẽ ceteris hominibus natura prælatus est, & idcirco ei dicitur, ut ab animalibus, & nõ ab homine timeatur, quia contra naturam

superbire est, ab æquali velle timeri. Sed nequaquã præpositi ex hoc quæsito timore superbiũt, in quo non suam gloriam, sed subditorum iustitiam quærunt, timeri enim nolunt, vt humana saltem formidine peccare metuant. In eo enim quòd metum sibi a peruersè viuentibus exigũt, quasi non hominibus, sed brutis animalibus dominantur, quasi videlicet ex qua parte bestiales sunt subditi, ex ea etiam debeant formidini iacere substrati. Cum vero deest vitium, quod corrigatur, non de excellentia potestatis, sed de æqualitate conditionis gaudent. Et non solũ ab eis metui, sed etiam plusquam necesse est honorari refugiunt. Neque enim leue se perpeti dãnum humilitatis credunt, si ab eis pro merito fortasse ordinis, pluris æstimẽtur. Hinc est enim
Act. 10. quòd primus pastor Ecclesiæ Petrus cum adorante Cornelio super se sibi honorem videret oblatum, ad æqualitatem conditionis suæ citius recurrit dicens: Surge & ipse ego homo sum. Quis enim nesciat, quòd cõditori suo homo debeat, & non homini prosterni? Quia ergo humiliari sibi plusquam debuit, proximum vidit ne vltra humanitatis metas mens intumesceret, esse se hominem recognouit, quatenus illati sibi honoris elationem frangeret, ex considerata æqualitate conditionis. Hinc Propheta Ezechiel,
Ezec. 2. & 3. cum ad vidẽda sublimia rapitur filius hominis vocatur, vt ductus ad cælestia hominem se esse meminerit. Ac si eum diuina vox verbis apertioribus admoneat dicens: Memento quid sis, ne de his ad quæ raperis, extollaris, sed altitudinẽ reuelationis tempera memoria conditionis.

27 IDEM exponens verba illa Iob cap. 41. Vbi
Lib 34. Moral. cap. 18. loquens de Leuiathan dicit: Ipse est rex super
Iacob. 4. vniuersos filios superbiæ, sic habet: Audiant om-
Eccli. 10. nes, Deus superbis resistit; humilibus autem dat gratiam. Audiant omnes, Immundus est apud
Matt. 11. Deum omnis, qui exaltat cor suum. Audiãt omnes, Quid superbis terra, & cinis? Audiant omnes Dominum dicentem: Discite a me quia mitis sum, & humilis corde. Ad hoc namque vnigenitus Dei filius formam infirmitatis nostræ suscepit, ad hoc inuisibilis non solum visibilis, sed etiam despectus apparuit, ad hoc contumeliarũ ludibria, irrisionum opprobria, passionumq. tormenta tolerauit, vt superbum nõ esse hominem doceret humilis Deus. Quanta ergo humilitatis virtus est; propter quã solam veraciter edocendam is, qui sine æstimatione magnus est, vsq; ad passionem factus est paruus? Quia enim originẽ perditioni nostræ superbia præbuit diaboli, instrumentium redemptionis nostræ inuenta est humilitas Dei. Hostis quippe noster magnus inter omnia conditus, videri super omnia voluit elatus. Redemptor autem noster magnus manens super omnia fieri inter omnia dignatus est
Esai. 14. paruus. Auctor mortis dicit: In cælum conscendam, auctor vitæ ait: Repleta est malis anima
28 mea, & vita mea inferno appropinquauit. Ille di-
Psal. 87. cit: Super astra cæli exaltabo solium meum. Iste humano generi a paradisi sedibus expulso, dicit:
Zach. 2. Ecce venio cito, & habitabo in medio tui. Ille
Psal. 21. dicit: Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. Iste dicit: Ego sum vermis & non homo, opprobrium hominũ, & abiectio plebis. Ille
Phil. 2. dicit: Ascendam super altitudinẽ nubiũ, & similis ero Altissimo. Iste cum in forma Dei esset, nõ rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiẽs. *Infra*: Ille nihil aliud mẽtes sibi subditas docet, quã celsitudinis culmen appetere, cũcta æqualis mentis tumore transcendere, societatẽ omnium hominum alta elatione transire, ac sese & cõtra potentiã conditoris erigere, iste ad sputa, ad palmas, ad colaphos, ad spineam coronam, ad crucẽ, atque ad mortẽ veniens membra sua admonet dicens: Si quis mihi ministrat me sequatur.
Ioan. 12. Quia igitur Redemptor noster corda regit humiliũ, & Leuiathan iste rex dicitur superborum, aperte cognoscimus, quòd euidentissimũ reproborum signum superbia est, ac cõtra humilitas electorũ. Cum ergo quam quisq; habeat cognoscitur, sub quo rege militet, inuenitur. Vnusquisque enim quasi quendam titulum portat operis, quo facile ostendat, sub cuius seruiat potestate rectoris.

IDEM explicãs de animabus sanctis verba 29
illa cap. 1. Cumq. starent demittebantur pennæ *Hom. 1. in Ezecto. 1.*
eorum, ait: Stant sancta animalia quãdo ea quæ Dei sunt intenta contẽplatione considerant, Sed eorũ pennæ deponuntur, quia dum alta Dei iudicia aspiciunt, suæ eis virtutes vilescunt. Quod aperte exponitur cũ statim subditur, nam cũ fieret vox super firmamentum, quod erat super caput eorum stabant, & submittebant alas suas. *Infra*: Vox supra firmamentum fit, quando animus hominis omne quod creatum est transcendens, in solo creatoris sui lumine fidei oculos figit, quod vbique est, & vbiq; totus est quod nusquam deest, & tamẽ ab iniquorum cogitationibus lõge est, quòd nec ibi deest, vbi lõge est, quia vbi non est per gratiã, est per vindictã. Huius naturæ potẽtiã cum strictus in ea cogitat animus, vox super firmamentũ fit, & tũc stant animalia, & submittunt alas suas, quia sanctorũ mẽtes dũ Creatoris sui potentiã intenta contemplatione considerãt, vilescũt eorum animo virtutes, quas habent, & tanto fiunt apud se humiles, quãto eis illud allatũ est, quod super angelos sonat. Deponant ergo alas suas cum vox super firmamẽtum fit, ideſt humiliẽtur in eo quod apprehendũt, cũ superna conspiciunt, quæ ab eis cõprehendi non possunt. Sæpe etiam sanctorũ cogitationibus ipsa quæ habent bona blãdiuntur, vt eorũ mentes in aliqua sui fiducia eleuent, sed protinus ad occulta Dei iudicia recurrunt, quomodo alij ex virtutibus ad infernum per elationẽ corruunt, alij ex vitijs correcti, ad cælum per humilitatem leuantur. Vnde nos ad humilitatẽ reuocans Propheta terret, & admonet dicens: Venite & videte opera Dei, terribilis in consilijs super filios hominum. Quis enim digne considerare valeat quãtus super nos terror sit consiliorũ Dei, quando alter ex virtutibus in finem tẽdit in vitia, & alter ex vitijs in virtutibus concludit finẽ? Quia iuxta Salomonis sententiam, Sunt iusti, atque sapiẽtes, & opera eorum in manu Dei. Nec tamen scit homo, vtrum amore vel odio dignus sit, sed omnia in futurum reseruãtur incerta. Et est via quæ
Psal. 65. *Eccls. 9.*

Prou. 14. quæ videtur homini recta, & nouissimum eius ducit ad mortem. Hæc itaque occulta iudicia profunde cogitare, quid est aliud quàm alas deponere, ideſt de nulla iam virtute confidere, sed sub magno timore trepidare? Siue enim omnipotentis Dei naturã considerent, siue eius iudicia perpendant, trepidant, & pertimescunt. Eis ergo quasi alas deponere est virtutes, quas habẽt
Gen. 18. humiliare. Sic Abrahã alas deposuit, qui quãdo loqui cum Deo cœpit, puluerem & cinerẽ se esse cognouit, dicens: Loquar ad Dominum meum cum sim puluis & cinis. Sic Moyses alas deposuit, qui eruditus omni scientia Aegyptiorum, mox vt verba Domini audiuit, verba se non habere deprehendit dicens: Obsecro Domine nõ
Exo. 4. sum eloquens ab heri, & nudiustertius. Ex quo enim locutus es ad seruum tuum impeditioris, & tardioris linguæ sum. Sic Esaias, cuius vita
Esa. 6. Domino ad prædicandum placuerat, cum eundem Dominum contemplatus, carbone de altari, in ore tactus est, ait: Væ mihi quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum. Ecce ad superiora subleuatus, sibimetipsi de labiorum pollutione displicuit. Nisi enim cælestis munditiæ alta cõspiceret, esse se iudicabilem non inuenisset. Sic
Hier. 1. loquente Domino Hieremias clamat, Aaa Domine Deus nescio loqui, quia puer ego sum. Iuxta enim ea verba quæ audiebat, verba se non habere cognouerat. Sic Daniel sublimem visionem
31 *Dan. 8.* videns, per plurimos dies elanguit, & ægrotauit. Quia & hi qui in virtutibus fortes sunt, cum altiora Dei conspiciunt in sua sibimet æstimatione infirmi, atque imbecilles fiunt. Sic beatus Iob
Iob 42. a Domino laudatus, cum verba Dei colloquẽtis audiret, respondit dicens: Insipienter locutus sum, & quæ vltra modum excedunt scientiam meam. Et paulo post: Idcirco ego me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla, & cinere. Qui enim quantũ ad homines sapienter locutus fuerat, loquentem sibi Deum audiens, insipienter se locutum fuisse reprehendit, quia in contẽplatione veræ sapientiæ sua ei sapientia viluit. Ad vocem ergo desuper venientem animalia alas deponunt, quia virtutem Dei, siue in natura sua contemplari requiramus, in occultis iudicijs inuestigare cogitemus, pro eo quòd eius alta, nobis impenetrabilia sunt, nostra nobis si qua inesse bona credebantur, vilescunt. Et qui in quantulacumque scientia volare credebamur, inuisibilem super nos naturam, & impenetrabilia eius iudicia perpendentes, submissis alis humiliter stamus.

32 IDEM explicans illa verba: Et tu fili ho-
Hom. 12. in 4. Ezech. minis sume tibi laterem, inquit: Inquirendũ est cur Ezechiel Propheta, vel quoties sublimia conspicit, vel quoties agere aliqua mystica iubetur, prius filius hominis appellatur. Sæpe enim subleuatur ad cælestia, & occultis ac inuisibilibus rebus mens eius pascitur. Necesse ergo est, vt inter occulta quæ penetrat filius hominis vocetur, vt semper agnoscat quod est, & numquam extollatur de his, quæ ducitur. Quid est enim Prophetæ ad spiritalia subleuato, semper fili hominis dicere, nisi ei infirmitatis propriæ memoriam facere? vt conscius conditionis infirmæ, eleuari in cogitatione non debeat de magnitudine contemplationis suæ.

BERNARDVS inquit: Adueniens Sal- 33
uator reformabit corpus humilitatis nostræ *In ferm. 4. aduentus.*
configuratum corpori claritatis suæ, si tamen prius fuerit cor reformatum, & configuratum humilitati cordis ipsius. Propter quod & dice-
Matt. 11. bat: Discite a me quia mitis sum, & humilis corde. Considera sane in his verbis, quoniam humilitas duplex est, altera cognitionis, altera affectionis, quæ hic dicitur cordis. Priore cognoscimus quòd nihil sumus, & hanc discimus a nobis ipsis, & ab infirmitate propria, posteriore calcamus gloriam mundi, & hanc ab illo discimus, qui exinaniuit semetipsum formam serui accipiens, qui etiam quæsitus in regnum fugit, quæsitus ad tanta probra, & ignominiosum supplicium crucis sponte obtulit semetipsum.

IDEM explicans verba illa Canticorum 1. 34
Dum esset rex in accubitu suo nardus mea dedit *Homil. 42. in Cantica.*
odorem suum, inquit: Bonus humilitatis odor, qui de hac valle plorationis ascendens perfusis circumquaque vicinis regionibus, ipsum quoq; regium accubitũ grata suauitate respergat. Est nardus, humilis herba, quã & calidæ ferunt esse naturæ. Et ideo per hanc videor mihi virtutem humilitatis in hoc loco conuenienter accipere, sed quæ sancti amoris vaporibus flagret. Si tu temetipsum intus ad lumen veritatis, & sine dissimulatione inspicias, & sine palpatione dijudices, non dubito quin humilieris, & tu in oculis tuis, factus vilior tibi ex hac vera cognitione tui, quãuis necdũ fortasse id esse patiaris in oculis aliorũ. Eris igitur humilis, sed de opere interim veritatis, & minime adhuc de amoris infusione. Nam si veritatis ipsius, quæ te tibi veraciter, atq; salubriter demõstrauit, sicut splendore illuminatus, ita affectus amore fuisses, voluisses proculdubio, quod in te est, eandẽ de te omnes tenere sententiã, quã ipsam apud te veritatẽ habere cognoscis. Sane quod in te est dixerim, quoniã plerũque non expedit innotescere omnibus omnia quæ nos scimus de nobis, atq; ipsa veritatis charitate vetamur, palam fieri velle quod noceat agnoscenti. Semetipsum exinaniuit Dominus formã serui accipiens, & formã humilitatis tradens. Ipse se exinaniuit, ipse se humiliauit, nõ necessitate iudicij, sed nostri charitate. Poterat nimirũ vilẽ se, & contemptibilẽ demõstrare, sed plane nõ reputare, quoniam sciebat seipsum. Voluntarie proinde humilis fuit, & nõ iudicio, qui 35
talẽ se obtulit, qualem esse nesciuit, magis autẽ placuit minimũ reputari, qui se summũ nõ ignorabat. Deniq; ait: Discite a me quia mitis sum, & humilis corde. Corde dixit, cordis affectu, ideſt voluntate. Non enim quomodo ego vel tu in veritate inuenimus nos dignos dedecore, & contemptu, dignos omni inferioritate, non inquam ita & ille. Hæc tamen omnia expertus est, quia voluit tamquam humilis corde. Humilis videlicet illa humilitate, quam cordis suasit affectio, non quam extorsit discussio veritatis. Propterea dixi hanc voluntariæ humilitatis speciem non

redargutione veritatis, sed charitatis intra nos infusione creari, quia cordis est, quia voluntatis. Hanc humilitatem ita charitate calentē herba humili, & calida, id est nardo putauerim designatam. Istam habe quod fiet si nolis alter apparere foris, quàm te inuenis intus. Alioquin time ne de teipso legas. Quoniā dolose egit in conspectu eius, vt inueniatur iniquitas eius ad odium. *Psal. 35.* *Prou. 20.* Pondus, inquit, & pondus abominatio est apud Deum. Quid enim? Tu te depretiaris in secreto apud teipsum veritatis trutina ponderatus, & foris alterius pretij mentiens maiori te pondere vendis nobis, quàm ab ipsa accepisti? Time Deum, & noli hanc rem pessimā facere, vt quem humiliat veritas, extollat voluntas, hoc enim est resistere veritati, & cōtra Deum pugnare. *Infra*: Sponsæ humilitas tamquam nardus spargit odorem suū. Sponsæ humilitas voluntaria est. Odor eius nec reprehensione exterminatur, nec laude. Audierat, Pulchræ sunt genæ tuæ, sicut turturis, collum tuum sicut monilia. Acceperat & repromissionem ornatus aurei; & nihilominus tamen cū humilitate respondet, & quanto maiorē se audit, tanto humiliat se in omnibus. Non gloriatur in meritis, nec inter laudes suas humilitatis obliuiscitur, quam & humiliter confitetur sub nardi nomine. Nardus mea dedit odorem suum, est dicere. Placuit humilitas mea, nō mea sapientia, non mea nobilitas, non mea pulchritudo, quæ nulla erat mihi, sed quæ sola inerat humilitas dedit odorem suum, id est solitum, solito placet Deo humilitas, qui humilia respicit. *Cant. 1.*

37 IDEM sic habet: Vna sane consideratio, quid fueris, & quid sis; nam quis sis factus, altera. Non oportet vt ista extundat illam in scrutinio tui. Es enim adhuc quod eras. Non reiectū hoc licet aliud sit adiectum. Consideranti quid sis, natura occurrit humana, quia homo natus es. Porro percunctanti quis, persona respondebitur nomen quod es Episcopus; quod quidem factus non natus es. Quid tibi horum videtur ad purum esse tui, & ad te principalius pertinere, quod factus, an quod natus? Nonne quod natus? Hoc ergo consulo consideres. Nec modo quid natus, sed & qualis natus oportet attendas si nō vis tuæ considerationis fructu, & vtilitate fraudari. Tolle proinde nunc hereditaria hæc perizomata ab initio maledicta, dirumpe velamen foliorum celantium ignominiam non plagā curantium. Dele fucum fugacis honoris huius, & male coronatæ nitorem gloriæ, vt nude nudum consideres, quia nudus egressus es de vtero matris tuæ. Numquid infalatus, numquid micans gemmis, aut floridus sericis, aut coronatus pennis, aut suffarcinatus metallis? Si cuncta hæc veluti nubes quasdā matutinales velociter transeuntes, vt cito pertransituras diffipes, & exsufflas a facie considerationis tuæ, occurret tibi homo nudus, & pauper, & miser, & miserabilis. 38 *Iob 5.* Homo dolens quod homo sit, erubescens quòd nudus sit, plorans quòd natus sit, murmurans quod sit. Homo natus ad laborem, non ad honorem. *Iob 14.* Homo natus de muliere, & ob hoc cū reatu, breui viuens tempore, ideoq; cum metu, repletus multis miserijs, & propterea cum fletu. Et vere multis, quia corporis, & animæ simul. Quid enim calamitate vacat nascenti in peccato, fragili corpore, & mente sterili? Vere ergo repletus, cui infirmitas corporis, & fatuitas cordis cumulatur, traduce sordis, mortis addictione. Salubris copula, vt cogitans te summū Pontificem, attendas pariter viliſſimum cinerē non fuisse, sed esse. Imitetur cogitatio naturam, imitetur & quod dignius est auctorem naturæ, summa imaq. consocians. Nonne natura in persona hominis vili limo vitæ spiraculum colliganit? Nonne auctor naturæ in sui persona Verbum, limumq. contēperauit? Ita tibi sume formā tam de nostræ concretione originis, quàm de sacramento redemptionis, vt altus sedens, non alta sapiens sis, sed humilia de te sentiens, humilibusq. consentiens. Proinde si consideras quātus es, cogita etiam qualis, & maxime. Hæc te sane consideratio tenet in te, nec a te auolare sinit, nec ambulare in magnis, neque in mirabilibus super te.

Libro 2. de consideral. ad Eugeniū Papam.

Humilitas vera quærenda est in hominibus, inter quos pauci vere, multi autem ficte humiliantur. Cap. VI.

1 Hom. 9. in Psalm. 33. to. 1. BASILIVS explicans verba illa: Et humiles spiritu saluabit (vel seruabit vt ipse legit) inquit: Qui nihil habet fastus, aut elationis, neque ob vllam rerum humanarum prærogatiuam insolescit, aut sibi placet hic humilis est spiritu. Est quidem humilis, & qui secus peccati viam ambulat, quòd peccatum omnium maxime humiliare hominem consueuerit, ac vilem reddere. Iuxta quam dicendi formulā dicimus eam esse humiliatam, quę corrupta est, & florem perdidit virginalis sanctimoniæ. Sic Amnon vi iniecta in Thamar humiliauit eam Scriptura teste. Quicumque igitur tumorem & animi elationem perdiderūt ad terram vsque deiecti suo huc eos adigente peccato, ac propemodū adæquati solo perinde, atque serpens solet repere, isti ingrediuntur oculis in humum depressis, quod se surrigere, & attollere in gradum pristinum nulla iam ex parte possint. Tales humiliati quidem sunt, non tamen spiritu. Non enim laudabilis est eorum humilitas. Qui vero per Spiritus sancti gratiam sese vltronei per humilitatem substernunt, & inferioribus subijciunt, cum Apostolo dictitantes omnium se seruos, omniūque peripsema in hunc vsque diem, & rursus vt mundi purgamenta facti sumus, qui spirituali vtentes humilitate cunctorum se faciunt postremos, vt omnium primi in regno cælorum appareant, hos inter beatos ducit Dominus dicens: Beati pauperes spiritu, hi sunt humiles spiritu, qui saluantur.

CHRY-

2 Homil. 3. in 1. epist. Paul. ad Timo. to. 4. CHRYSOSTOMVS explicans verba Pauli cap. 1. Qui prius fui blasphemus, & persecutor, & contumeliosus, sed misericordiam consecutus sum, inquit. Humilitatem animi lucra quidem ferre ingentia cernimus, verum ea non facile inuenitur, sed humilitatem quidem verborum plurimam, & vltra quam satis sit absque difficultate reperies, animi vero humilitatem difficillime. At vero beatus hic vir eam, ita vbique persequebatur, vt plurimas quoque omnibus in locis occasiones aucuparetur, animum suum huiusmodi freno comprimere. Quia enim illis maxime laborare opus est, vt veram consequi humilitatem possint, qui magnarum sibi virtutum consci sunt, magnam sibi vim inferant necesse est, vt conscientiam recte factorum sese semper efferentem obtundere queant. Vnde quia dixerat Paulus, sibi creditum Euangelium gloriæ Dei, cito semetipsum corripuit, vti ne existimes hoc ipsum ex arrogantiæ tumore dixisse. *Infra*. Qui prius fui blasphemus, & persecutor. Intuere diligentius quanto se dejiciat studio, quam non se palpet, vtque humilem possideat mentem.

3 Hom. 27. in epist. ad Hebræos. IDEM in fine sic habet: Dicat quilibet nostrum sicut publicanus, Deus propitius esto mihi peccatori. Magis autem non dicamus tantum, sed etiam sic sapiamus, vt si nos sic alter appellet non indignemur. Audiebat enim ille quia non sum sicut hic publicanus, & non est irritatus, sed magis compunctus est. Dixit ille vulnus, & quæsiuit iste remedium. Dicamus iterum, Propitius esto mihi peccatori. Verumtamen & si alius dicat non irascamur, si enim nos ipsi nobis dicamus plurima mala, ab alijs audientes inæquanimiter feramus, non erit hoc humilitas, neque confessio, sed ostentatio, & vana gloria. Ostentatio quippe est vocare seipsum peccatorem, humilitatis quippe opinionē voluimus acquirere, apud alios autem in admiratione esse, laudari enim volumus. Nam si e contrario dicamus, nosipsos iustos contemnimur. Proinde etiam hoc propter gloriam facimus. Quid est autem humilitas? Vt cum ab alio improperium audimus, toleremus, agnoscamus peccatum nostrum, & patienter feramus accusationem. Et neque hoc adhuc humilitatis est, sed, & ingenuitatis. Nunc autem nosmetipsos quidem dicimus peccatores, indignos, & cetera plura, si vero alius quisquam nobis vnum horum impingat, fœuimus, exasperamur. Intueris quia non est hoc confessio, sed ingenuitas? 4 Dixisti temetipsum esse talem, non indigneris etiam cum ab alio audis, & cum redargueris. Aduerte quid dixit beatus Dauid, cum ei malediceret Semei. *2. Reg. 16.* Sine illum, inquit, Dominus præcepit ei, quatenus agnoscat humilitatem meam, & retribuat mihi Dominus bona pro maledictione hac huius diei. Tu autem de te ipso dicens nimietatem malorum, ab alijs autem nisi magnorum iustorum laudes audias exasperaris. Intueris quoniam laudaris in rebus non laudandis? Etenim laudes, cupiditate aliarum landum repellimus, vt maiores iterum mereamur, vt magis in admiratione simus. Proinde nequaquam desiderio laudum appetamus humilitatē, vt laudes nostræ amplificentur. Omnia enim propter gloriam facimus, nihil propter veritatem, propterea cuncta vacua sunt, cūcta fœnea.

5 Epist. 1. quę est Demetriadē to. 4. HIERONYMVS sic habet: Summa tibi scientia sit, notitia summa, vitia, virtutesque distinguere, quæ quamuis semper contraria sibi sint, aliqua tamen ex eis tanta iunguntur similitudine, vt discerni omnino vix possint. Quam multi enim superbiam libertatis loco ducunt, adulationem pro humilitate suscipiunt, malitiam, prudentiæ amplectuntur vice, & stultitiæ simplicitatis nomen imponunt, atque fallaci, ac pessima decepti similitudine, vitijs pro virtutibus gloriantur. Et quamquam hæc omnia subtilissima intelligentia debeas separare, cunctasque virtutes cum suis lineis insequēdo, nusquā prorsus abscedere, præcipue tamen fictam humilitatem fugiens illam sectare, quæ vera est; quia Christus docuit humilitatem, in qua non sit superbia inclusa. Multi enim huius virtutis vmbrā, veritatem huius sequuntur pauci. Perfacile est enim aliquam vestem habere contemptam, salutare submissius, manus, & genua deosculari inclinato in terram capite, deiectisque oculis humilitatem, ac mānsuetudinem pollicēri, lenta voce tenuique sermones infringere, suspirare crebrius, & ad omne verbum peccatorem, ac miserum se clamare. Etsi vel leui sermone offensus sit, continuo attollere superciliū, leuare ceruicem, & delicatum illum oris sonū, insano repente clamore mutare. Aliam nos humilitatem Christus docuit, qui nos ad exemplū suum hortatur dicens, Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Qui cum malediceretur non maledicebat cum pateretur non comminabatur. *Matt. 11.* Quam nobis humilitatem beatus Petrus insinuat, Misericordes, inquit, & humiles, non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto. Auferantur omnia figmenta verborum, cessent simulati gestus, & ante occasionem sermo placidus. Virum humilem patientia ostendit iniuriæ. Nihil in te superbum, nihil arrogans, nihil denique fastidiosum sit. Apud Deum non est quidquam humilitate sublimius. Ipse loquitur per Prophetam, Super quē alium requiescam, nisi super humilem, & quietum, & trementem ad sermones meos?

6

7 In c. 2. Ioel. to. 5. IDEM explicans illa verba: Reddam vobis annos, quos comedit locusta, & bruchus, & rubigo, & eruca. Fortitudo mea magna, quam misi in vos, inquit. Quærimus cur eruca fortitudo, vel virtus Domini appellata sit, & non solum virtus, sed & virtus magna? Quomodo potētia Dei in Aegyptijs plagis ostensa est per parua animalia, & præcipue cyniphes, qui tam parui sunt culices, vt vix cernantur oculis, sic & nunc in paruo, tardoque vermiculo, qui vix moueri potest, & leni tactu conteretur Dei potentia, & humana fragilitas demonstratur. Nonquo Deus ad nutum suum, & potentiæ maiestatem nequeat terras subuertere, & operire cuncta diluuio, vel fulmine cōcremare, sed per parua, &

ua, & vt ita dicam, puncta corporum, ostendit humanam fragilitatem. Vnde, & illud solemus Marcioni, & ceteris respondere hæreticis, qui vetus laniant testamentum, quod, & pulices, & culices, & cimices, & huiusmodi animantia idcirco fecerit Deus, vt fragilitatem, & imbecillitatem nostræ carnis ostenderet, quæ in tantum nihil est, vt ab his quæ parua sunt vulneretur. Si autem eruca paruusque vermiculus fortior homine est, quid gloriatur terra, & cinis, & elata per superbiam (cum ex humo sit a quo homo appellatur) humana contemnit?

8 Lib. de spiritu, & anima to. 3.

AVGVSTINVS ait: Duo nobis necessaria sunt, vt nos cognoscamus videlicet quales simus ad malum, & quales ad bonum. Proni sumus ad malum, & si misericordia Dei non teneret nos, in omne vitiũ possemus cadere, nec inde surgere, nisi misericordia Dei subsequeretur, quę nos subleuaret. Hoc bene cognoscebat, Propheta cũ dicebat, Domine misericordia tua ante oculos meos est, quæ me custodiat, & misericordia tua subsequetur me, quæ me erigat. Inualidi sumus, ad bonũ, nec sine Dei gratia bonũ facere, vel in aliquo bono perseuerare possumus. Hanc geminã cognitionem sui habuit Abrahã, cum dixit. Loquar ad Dominum meũ cum sim puluis, & cinis. Re vera puluis est homo. Sicut enim puluis ex quacumque parte venti impellitur, & in aliã aream deijcitur, & ibi remanet, sic homo in omne vitium cadere potest, nec adijciet, vt resurgat, nisi misericordia Dei ei subueniat. Cinis etiam est homo, quia sicut cinis nec profert germen ex se, nec susceptum semẽ germinat, sic homo nec bonum facere, nec in aliquo bono perseuerare sine gratia Dei potest. Quicquid mali non fecimus eo miserante non fecimus. Quisquis in veritate se ita cognoscit humilis est coram Deo, & hominibus nullum indicat, nullum accusat, non seruat iram, non mouet rixas, non seminat discordias, non odit arguentes se, nulli detrahit, nulli nocet, nullum odit, sed omnes diligit.

Psal. 25. *Psal. 22.* *Gen. 18.*

9 Serm. 35. de sanctis, qui est secũdus in Assumptione Beatæ Mariæ to. 10.

IDEM explicans verba illa: Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes, sic habet. In pressuris, & angustijs nequaqam possent iusti subsistere, & quod his maius est gaudere, nisi veraciter in conspectu Dei, & hominum humilis esset. Quibus Dominus ait: Discite a me quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Hinc iterum dicit, Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Hinc etiam hæc virgo gloriosa beatam se dici ab omnibus generationibus manifestat, eo quòd eius humilitatem Deus respexit. O vere beata humilitas, quæ Deum hominibus peperit, vitã mortalibus edidit, cælos innouauit, mundum purificauit, paradisum aperuit, & hominũ animas ab inferis liberauit. Facta est Mariæ humilitas scala cælestis per quam descendit Deus ad terras. Quia respexit, inquit, humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicẽt omnes generationes. Et quid est dicere respexit nisi comprobauit, placuit ei humilitas mea?

Matt. 11. *Matt. 5.*

Vnde per prophetam Dominus dixit, Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum, & humilem, & trementem sermones meos? Hinc Dauid Domino dicit, Quia respexisti humilitatem meam, saluasti de necessitatibus animam meam. Multi siquidem videntur in conspectu hominum humiles esse, vt ab eis beatificentur, sed eorum humilitas a Domino non respicitur, quia falso, & non vere de humilitate gloriantur. Si enim veraciter humiles essent, Deum ab omnibus, & nõ se vellent laudari. Non in hoc mundo eorum spiritus exultaret, sed in Deo salutari suo. Humilitatem suam non ab hominibus conspici, sed a Deo optarent.

Esai. 66. *Psal. 30.*

10 Serm. 4. super missus est. *Luc. 4.*

BERNARDVS explicans verba illa: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum, ait. Semper solet esse gratię diuinæ familiaris virtus humilitas. Deus enim superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Humiliter ergo respondet, vt sedes gratiæ præparetur. Ecce inquit ancilla Domini. Quæ est hæc tam sublimis humilitas, quæ cedere non nouit honoribus, insolescere gloria nescit? Mater Dei eligitur, & ancillã se nominat. Non mediocris reuera humilitatis insigne (nec oblata tanta gloria) obliuiscí humilitatem. Nõ magnum est esse humilem in abiectione, magna prorsus, & rara virtus humilitas honorata. Si me miserum homuncionẽ meis decepta simulationibus ad aliquem, vel mediocrem honorem prouexerit Ecclesia, Deo nimirum hoc, vel propter mea, vel propter subditorum peccata permittente, non ne statim oblitus qui fuerim, talem me puto, qualis ab hominibus (qui cor non vident) putatus sum? Credo sane, conscientiam non attendo, & reputans non honorem virtutibus, sed virtutes honori, eo sanctiorẽ, quo superiorem me æstimo. Videas plerosque in Ecclesia de ignobilibus nobiles, de pauperibus diuites factos, subito intumescere, pristinæ obliuiscí abiectionis, genus quoque suum erubescere, & infirmos dedignari parentes. Videas & homines pecuniosos ad honores quosque etclesiasticos peruolare, moxque sibi applaudere sanctitatem, vestiũ dumtaxat mutatione non mentium, & dignos se æstimare dignitate, ad quam ambiendo peruenerunt, quodque (si audeo dicere) adepti sunt nummis, attribuere meritis. Omitto autem de his, quos excæcat ambitio, & honor ipse superbiendi eis materia est. Sed video, quod magis doleo, post spretam sæculi pompam nonnullos in schola humilitatis, superbiam magis addiscere, ac sub alis mitis, humilisq. magistri grauius insolescere, & impatientes amplius fieri in claustro, quàm fuissent in sæculo. Quodque magis peruersum est plerique in domo Dei non patiũtur haberi contemptui, qui in sua non nisi contemptibiles esse potuerunt, vt quia videlicet, vbi a pluribus honores appetuntur, ipsi locum habere non potuerunt, nec meruerunt, saltem ibi honorabiles habeantur, vbi ab omnibus honores contemnuntur. Ita mundum sibi, & sæculo crucifixerunt, & qui antea vix in suo vicunctes

11

euntes prouincias, & curias frequentantes, regum notitias, principumque familiaritates asse cuti sint. Quid de ipso habitu dicam, in quo iã non calor, sed color requiritur, magisque cultui vestium, quàm virtutum insistitur. Nec aliunde hæc omnia mala contingunt, nisi quod illam (qua sæculum deseruimus) deserentes humilitatem, dum per hoc cogimur inepta denuo sectari studia sæcularium, canes efficimur reuertentes ad vomitum.

12 Serm. de verbis Domini. Luc. 18.

IDEM: Omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur, inquit: Quantos videmus humiliatos, sed non humiles, curatos quidẽ a Domino, sed nec ipsa curatione sanatos. Hi sunt qui sub sentibus esse delicias cõputant, dissimulantes peccata, quæ actitant, lubricum, in quo titubant, tenebras quibus caligant, laqueos inter quos ambulant, locum afflictionis, quem inhabitant, corpus mortis quod gestant, iugum graue, quod tolerant, grauiorem conscientiam, quam occultant, grauissimam sententiam, quam expectant. Talis ille erat, cui Ioannes in Apocalypsi scribere iubebatur. Dicis quia dives sum, & nullius egeo, & nescis quia tu es pauper, & miser, & miserabilis, & cæcus, & nudus. Nec mirum si sit vana, & mendax exaltatio filiorum hominum, siquidem vani sunt, & mendaces. Humiliat eos veritas, exaltat vanitas. Et dilexerunt magis tenebras quàm lucẽ, amplectentes exaltantem se vanitatem, & quærentes mendacium. Porro contra veritatem, quæ se humiliat votis, & studijs, quibus possunt dissimulationibus, & conatibus friuolis recalcitrantes. Fecimusne aliquid? Puto quia inuenimus etiam, quando humiliat homo seipsum. Dico autem vt adhæreat humilianti se veritati, nec dissimulet, sed cooperetur ei deuoto pietatis affectu. Ero vir videns paupertatem meã in virga indignationis eius, ne veniat anima mea in cõsortio eorum, de quibus ait Dominus. Percussi eos, & non doluerunt. Et item. Curauimus Babylonem, & non est sanata. Grauis curatio humiliatio hæc, sed grauior morbus superbia est, quæ vtinam sic curetur, vt sanetur hac cura.

Apoc. 3. *Hier. 5.* *Hier. 52.*

13 Serm. 16. in Cantica.

IDEM sic habet: Appetere de humilitate laudem humilitatis est nõ virtus, sed subuersio. Verus humilis vilis vult reputari, non humilis prædicari. Gaudet contemptu sui, hoc solo sane superbus, quòd laudes contemnit. Quid peruersius, quidue indignius, quàm vt humilitatis custos confessio, superbiæ militet, & inde velis videri melior, vnde videris deterior? Mirabile iactantiæ genus, vt non possis putari sanctus, si non appareas sceleratus. At talis confessio speciem habens humilitatis non virtutem, non solum veniam non meretur, sed & prouocat iram. Numquid profuit Saul, quod se ad increpationẽ Samuelis peccasse confessus est? Omnino non poterat non placari, si quæ in ore sonuit humilitas, in corde radiasset, nec humilem contemneret confessionem humilitatis magister, & cui humilibus dare gratiam ingenitum est.

14

IDEM inquit: Merito aiebat Dauid. Bonum mihi Domine quòd humiliasti me, vt discam iustificationes tuas. Vides quia humilitas iustificat nos? Humilitas dixi, & non humiliatio. Quanti humiliantur, & humiles non sunt. Alij cum rancore humiliantur, alij patienter, & alij libenter. Qui dicere potest, bonum mihi quod humiliasti me, is vere humilis est. Non potest hoc dicere qui inuitus tolerat, minus qui murmurat. Est autem humilis qui humiliationem cõuertit in humilitatem, & ipse dicit Deo, Bonum mihi quod humiliasti me. Ei autem qui coacte sed tamen patienter humiliatur nõ congruit illud scripturę, Glorietur humilis in exaltatione sua, quoniam, non spõte humiliatur neque libenter. Vis autem videre humilem recte gloriantem, & vere dignum gloria? Libenter inquit gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi. Non dicit patienter se ferre infirmitates suas, sed, & gloriari, & libenter gloriari in illis, probans sibi bonum esse quod humiliatur. Generalem vero hic audi regulam. Omnis qui se humiliat, ait, exaltabitur. Significat profecto non omnem exaltandam esse humilitatem, sed eam tantum quæ de voluntate venit, non ex tristitia, nec ex necessitate. Nec enim per contrarium omnis qui exaltatur humiliandus erit, sed tantum qui se exaltat humiliabitur, nimirum ob volũtariam vanitatem. Ita ergo non qui humiliatur, sed qui spõte se humiliat exaltabitur, vtique ob meritum voluntatis. Esto enim quod humilitatis materia per alium ministratur, verbi gratia probra, damna, supplicia, nõ tamen idcirco recte ab alio quàm a semetipso humiliatus ille dicetur, qui illa omnia tacita, & læta conscientia causa Dei subeunda decreuerit.

Serm. 34. in Cantica. *Psal. 118.* *2. Cor. 12.* *Luc. 14.*

15 In epist. 87. quæ est ad Ogerĩũ canonicum regularem.

IDEM inquit: Humiliatio via est ad humilitatem sicut patientia ad pacem, sicut lectio ad scientiam. Si virtutem appetis humilitatis, viã non refugias humiliationis. Nam si non poteris ad humilitatem prouehi. Prodest itaque mihi meam insipientiam sciri, & a scientibus iure confundi, cui sæpe contigit a nescientibus iniuste laudari. Terret me Apostolus qui, & ipse territus dicit: Pareo autem ne quis me existimet supra id quod videt in me, aut audit aliquid ex me. Quàm pulchre dixit, parco. Non parcit sibi arrogans, non parcit sibi superbus, non cupidus vanæ gloriæ, & iactator actuum suorum, qui vel sibi arrogat quod est, vel mẽtitur de se quod est, vel mentitur de se quod non est. Solus qui vere humilis est, parcit animæ suæ qui ne putetur quod non est, semper quantum in se est, vult nescíri quod est. Grande re vera periculum audire quemquam de se supra, quam sentit in se. Quis dabit mihi apud homines tantum de veris digne humiliari, quãtum vel de falsis datum est indigne exaltari? Illam mihi vocem propheticam iure assumerem, exaltatus autem humiliatus sum, & conturbatus. Et illud. Ludam, & vilior fiam. Ludam scilicet vt illudar. Bonus ludus quo Michol irascitur, & Deus delectatur. Bonus ludus qui hominibus quidem ridiculum, sed angelis pulcherrimum spectaculum præbet.

Psal. 87. *2. Reg. 6.*

bet. Bonus inquam ludus quo efficimur opprobrium abundantibus, & despectio superbis. Nã reuera quid aliud sæcularibus, quàm ludere videmur, cum quod ipsi appetunt in hoc sæculo, nos per contrarium fugimus, & quod ipsi fugiunt nos appetimus? Ludus iucundus, honestus, grauis quo ludebat, qui dicebat spectaculum facti sumus angelis, & hominibus. Hoc ludo, & nos interim ludamus, vt illudamur, confundamur, humiliemur, donec veniat qui potentes deponit, & exaltat humiles, qui nos lætificet, & in æternum exaltet.

1. Cor. 3.

Ad humilitatem sancti (qui vere sunt humiles) quibus gradibus ascendant. Cap. VII.

1 Hom. 70. in Euangeliũ Ioãnis to. 3.

CHRYSOSTOMVS explicans verba illa Ioannis 13. Delotione pedum exemplum dedi vobis, vt quemadmodũ ego feci vobis, ita, & vos faciatis inquit. Non est idem si frater sui fratris lauet pedes, ipse enim erat Dominus, & magister, vos inuicem conserui. Quid ergo signat hęc particula, ita? Secundum possibilitatem. Propterea enim a maioribus rebus accipit exempla, vt saltem minus faciamus. Etenim magistri pueris literas quam pulcherrimas scribunt, vt vel in deterius imitentur. Vbi nunc qui conseruos despiciunt? Vbi qui honores expetunt? Proditoris pedes Dominus lauauit, sacrilegi furis, & ipso proditionis tempore, cum nulla esset speranda emendatio, mensam communem posuit, & tu elatis supercilijs intumescis. Pedes inuicem lauemus, inquit, numquid, & seruorum? Et quid mirum si seruorum? Si quidem inter nos seruus, & liber differunt verbo tenus, differunt illic re ipsa. Ipse enim natura Dominus erat, nos serui, neque id recusauit, nobis autẽ satis videtur si liberis, vt seruis, & emptis mancipijs, non vtimur. Qui sedet super Cherubim, proditoris pedes lauit, tu homo terra, & puluis effereris, & intumescis? Et quo hoc dignum supplicio? Quòd si veram elationem concupiscis, hic ego te viã docebo, non enim nosti, qui præsentibus rebus, & magnis inhiat, is vilis est, & abiecti animi. Itaque numquam humilitas est sine magnitudine animi, neque superbia sine pusillanimitate. Quemadmodum pueri vilium rerum spectacula admirantur, & obstupescunt, pilis, trochis, & talibus inhiant, magnas autem res ne cognitione quidem capere possunt, ita, & hic sapiẽs non reputat præsentia, ergo neque ea optabit ab alio accipere, qui sapiens non est contra afficietur ad araneas, & vmbras, & somnia, & his viliora conuertetur.

2 Hom. 30. in acta Apost.

IDEM explicans quòd Paulus, & Barnabas Iconij adorari noluerint a gẽtibus, & quòd scissis tunicis clamauerunt quid facitis, quia & nos homines sumus similes vobis mortales, inquit: Nihil conferendum humilitatis virtuti. Ipsa enim mater est ac radix, & alumna, & fulcimentum, & vinculum bonorum. Sine illa abominabiles, & sceleśti, & immundi sumus. Esto enim quis mortuos suscitet, ac claudos sanet, &c. Cum superbia nihil est contaminatius, nihil tui ipsius esse puta. Industria vales, & docendi gratia, ne propterea putes quòd plus alijs habeas. Idcirco maxime humiliari, & modestia vti debes, quia plura assequutus es dona. Igitur humilitate, & modestia opus est, quod alijs prẽteritis te respexit Dominus.

3 Homil. 5. de laudibus Pauli.

IDEM sic habet: Nullus tantas non dico occasiones, sed prorsus necessitates habuit arrogantiæ, vt Paulus, neque tamen vllus alter ita se munde ab omni iactantia subduxit. Hæc animo attentiore considera. Scientia inflat, inquit, & hoc omnes cum Apostolo pariter dixerimus. Et tanta certe in illo erat scientia, quanta in vllo vnquam fuerit, neque tamen se extulit insolenter, qui se in hoc ipso humiliat, ac deijcit dicens, ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, & non me arbitror comprehendisse. Et si quis existimat se scire aliquid nondum cognouit, quemadmodum eum oportet scire. Ieiunium rursus inflat, idque fecit pharisæus ille manifestum, qui ait. Ieiuno bis in sabbato. Sed Paulus non modo ieiunans, sed famem propter Christum patiẽs, se etiam abortiuum vocabat. Et quid de scientia dico, atque ieiunio, quando etiam tanta cum Deo habẽs tam crebra colloquia, quanta nec prophetarum, nec Apostolorũ vllus habuit, per ea ipsa humilior reddebatur?

1. Cor. 8.

1. Cor. 13.

Ibid. 8.

Luc. 18.

4 Hom. 1. in epist. Pauli ad Corinth.

IDEM inquit: Nihil tam admirabile Christianũ quàm humilitas efficit. Audi Abraham. Ego autem sum puluis, & cinis. Audi Deũ quid de Moyse loquatur, quod mansuetissimus erat omnium hominum, nemo illo humilior, qui tanti populi dux, & rege, & innumero Aegyptio rum exercitu muscarum more demersis, tanta in Ægypto, tanta in rubro mari, & in deserto operatus, tanto de se testimonio talẽ se gerebat, ac si vnus esset e multitudine, & socero humilior, cuius accepta sententia nunquam id ægre tulit, neque quippiam tale locutus est quale solent, tu ne nobis consilium des? Qui, & si quispiam recte eis consuluerit, personæ tamen humilitatem contemnunt. Verum non ille huiusmodi, sed humilitate sua omnia recte operatus est. Ille regias aulas neglexit, quod profecto immensæ est humilitatis argumentum. Veram enim animi magnitudinem, atque præstantiam humilitas facit. Quantæ putas magnanimitatis esse, & regias, & regiam mensam despicere? Si quidem tamquam dij apud Aegyptios reges venerantur, & diuitijs, & thesauris fruuntur innumeris, omnibus tamen neglectis, & Aegypti regno contempto, captiuis tamẽ, & calamitosis in luto, & argilla absumptis, quos serui abominabantur auxiliũ præstitit, & dominis eos præstitit, ex quo satis constat propter humilitatem suam sublimis, & magnanimis euasisse. Stultitia namque ex animi imbecillitate, mansuetudo autem ex magnanimitate, atque præstãtia proficiscitur. Dic quæso, fuit ne quisquam animi, quàm

Gen. 18.

Num. 12.

Luc. 17.

Luc. 18.

1. Cor. 4.

7

Dan. 3.

5

quàm Abraham præstantioris? Verumtamen is est, qui inquit. Ego sum puluis, & cinis. Et rursum. Ne quæso sit iurgium inter me, & te. Atque hic adeo humilis persicas prædas, & barbara trophea contempsit. Quod incredibili animi magnitudine faciebat. Ille enim magnanimus est, qui vere est humilis nullius adulator, nullius contemptor, alterum enim magnanimitatis, alterum stultitiæ est argumentum. Qui lutum lutum esse arbitratur, & tamquam lutum contemnit, is magnanimus est, qui autem lutũ tamquam aurum admiratur, is abiectus est. Eadem ratione hoc in loco considera, quòd qui se puluerem, & cinerem appellat magni animi est, quod ex humilitate proficiscitur. Qui autẽ neque terram se, neque cinerem intelligit, sed intumescit, & maximam de se concipit opinionẽ, nonne hic omnium est vilissimus, cum minima magna esse sibi persuadeat? Ex quo patet magnanimitate incredibili locutum esse Patriarcham non stultitia cum dixit, ego sum puluis, & cinis. Comparemus igitur nobis per humilitatem animi magnitudinem. Consideremus humanarum rerum naturam. Si quidem nemo alia ratione humilis effici potest, nisi diuinarum rerum amore, & præsentium contemptu.

Ibid. 13.

6 Homil. 2. in epist. Pauli ad Philem.

IDEM inquit: Quantumlibet nos humiliauerimus, magna ipsius virtutis pars adhuc reliqua est. Audi & exhorresce etiam numquam de humilitate eleueris. Extollit humilitas, nisi vera, & germana fuerit. Est ea ars profecto diabolica, vt sicut plures eo quòd inanem gloriam vicerunt, gloriantur inanius, ita, & qui se humiliauerunt extolluntur? Verbi gratia venit quisquam frater, aut etiam seruus, suscepisti eum, lauisti pedes eius, feciśti quod nemo, humilitatem consecutus es. Ea te cogitatio extollit, immo ex alto deijcit. Vnde igitur possit quis solide in humilitate persistere? Si præceptum Domini semper animo verset, quo ait. Cum feceritis quæ præcepta sunt vobis dicite serui inutiles sumus Ille solus humilitatem animi vere consecutus est, qui sibi ipsi persuasit quantumlibet peregerit nihil se magnum gessisse, qui nec ad finem peruenisse arbitratur. Complures ex humilitate in superbiam elati sunt, sed nos ne obsecro id patiamur. Feciśti aliquid humile, noli magnum sapere, alioquin omnia perdidisti. Eiusmodi fuit Pharisæus ille elatus, intumuit, quòd pauperibus decimas daret, & omnia amisit. Nõ sic publicanus ille, qui quoniam se humiliter agnoscebat, iustificari præ illo meruit. Audi rursum Paulum dicentẽ. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Vides quam se non extulerit, sed modis omnibus deiecerit, atque humilior euaserit, idque cum ad supremum virtutis culmen peruenisset? Tres etiam pueri ignibus iniecti, quid in media fornace dicebãt? Peccauimus cum patribus nostris, iniquitatem fecimus, sed in corde contrito, & spiritu humilitatis suscipiamur. Ita & cum in fornacem incidissent, humiliores quàm antea fuerant claruerunt. Nam postquam miraculum illud circa se patratum viderunt, seipsos salute indignos arbitrantes, ad humilitatem protinus conuersi sunt. Audi quid & Dauid dixerit. Quod si dixerit mihi, nolo te, ecce ego faciat mihi, quod acceptum est coram se. Poterat certe sua pluri ma recte facta proferre, sed humilia sentire, & dicere maluit. Heli quoque Dominus, inquit, est, quod gratum est coram se faciat. *Infra*. Si humiles sumus, vt decet, si mites, ac mãsueti vt oportet, non sit nobis ea humilitas elationis occasio. Humilis es, & cũctis abiectior noli idcirco inflari, ideo enim te humilias, vt arrogantiã fugias. Quòd si per hanc arrogantiam corruas, melius fuerat non humiliari. Quoties tibi surrepit elata cogitatio, quòd quasi humilitatis culmen occupaueris, considera vbinam, vnde descenderit Dominus tuus, & tũc depones teipsum admirari, & laudare. Immo te & tua omnia ridere cogeris, cum ex collatione Dominicæ humilitatis, nihil te omnino profeciśse cognoueris, debitorem te semper existimans. *Infra*. Si ipsius Domini gratia humiliari renuimus, pressuræ nos & clades potentiorumque metus, vel inuitos humiliabunt.

1. Reg. 1

1. Reg. 3

8 Homil. 38 ad pop. Antioch. to. 5.

IDEM sic habet: Si magna vis reddere merita tua, ea ne magna esse putes, & magna tunc erunt. Sic & Centurio dicebat. Non sum dignus vt intres sub tectum meum, & propterea dignus factus est, & admirationi super omnes Iudæos habitus. Sic & Paulus dicens, Non sum dignus vocari Apostolus, & propter hoc omniũ primus factus est. Itidem & Ioannes. Non sum dignus soluere corrigiam calceamenti eius, & ideo amicus quoque fuit sponsi, & manum quã esse calceamento dixit indignam, hanc super caput suum Christus attraxit. Sic & Petrus dicebat, exi a me, quia homo peccator sum Domine, & idcirco factus est Ecclesiæ fundamentum. Nihil enim Deo tam gratum, quàm cum extremis peccatoribus semetipsum connumerare. Hoc est totius sapientiæ principium. Sic enim humiliatus, & contritus non inani gloria ventilabitur, non irascetur, non inuidebit proximo. Nec enim contritam manum, licet millies contendamus, in altitudinem tollere poterimus. Si igitur & animam itidem cõteramus, licet innumeri tumefacientes morbi eam extollant, neque tantillum eleuari poterit, post multa concludit magno cum studio omnium matrẽ virtutũ, humilitatem dico in animabus nostris plantemus, sic enim & hoc vitæ pelagus absque fluctibus transire poterimus, & in tranquillum cælestem illum nauigare portum.

Matt. 8.

1. Cor. 15.

Matt. 3.

Mar. 1.

Luc. 5.

9 Epist. 2. ad Damasum Papam. to. 2

HIERONYMVS sic habet: Ego vt autem iam scripsi Christi vestem in Romana vrbe suscipiens, nũc barbaro Syriæ limite teneor. Et ne putes alterius hanc de me fuisse sententiã quid mererer, ipse constitui. Verum vt ait gentilis poeta, Cælum non animum mutat, qui trãs mare currit. Ita me incessabilis inimicus post tergum secutus est, vt maiora in solitudine bella nunc patiar.

10 Lib 2. aduersus Pelagianos.

IDEM inquit: Esaias plorat, & dicit: Væ mihi quia tacui, quia immunda habens labia, vidi Dominum Sabaoth oculis meis. Ille virtutum

Esa. 6.

tutum merito Dei fruebatur aspectu, & conscientia peccatorum labia sua fatebatur immunda. *Infra.* Fuimus immundi non pauci, sed
Esai.64. omnes, quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ. Ad Hierusalem in Ezechiel loquitur
Ezec. 16. Deus. Perfecta eras in decore meo. Et est sensus non in tuis operibus, non in tua conscientia, cordisque iactantia, sed in meo decore quo te clementia mea, libertate donaueram. Denique
Ibidem. in consequentibus loquitur ad eam, quando saluatur non suo merito, sed eius misericordia. Recordabor pacti mei tecum in diebus adolescentiæ tuæ, & suscitabo tibi pactum sempiternum, & recordaberis viarum tuarum, & confunderis.
Ibid. Et iterum. Suscitabo pactum meum tecum, vt scias quia ego Dominus, & recorderis, & confundaris, & non sit tibi vltra aperire os præ confusione tua, cum fuero placatus tibi in omnibus quæ feciſti, ait Dominus Deus. Ecce aperte diuino sermone monstratur, quid in alio loco dixerit, & mundans te non faciet innocentem, quod iusti quoque, & post peccatum in statum pristinum restituti os aperire non audeant, sed cum Apostolo dicant. Qui non sum dignus vocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam Dei. Denique, & in alio loco per eundem Prophetam ad eos qui illius misericordiam consecuti sunt, loquitur Deus. Et recordamini viarum vestrarum, & omnium scelerum vestrorum, quibus polluti eratis, & displicebit vobis in cõspectu vestro, in cunctis malitijs quas feciſtis, & scietis, quia ego Dominus cum bene fecero vobis propter nomen meum, non secundum vias vestras malas, neque secundum scelera vestra pessima.

11 IDEM explicans quomodo rex Ezechias
Lib. 11. in c. 37. Esaiæ, to. 4. circundata Hierusalem scidit vestimenta sua, & obuolutus est sacco, & misit seniores de sacerdotibus opertos saccis ad Esaiam &c. Si quomodo audiat Dominus Deus tuus, inquit: In his regis consideranda est humilitas. Ipse pergit ad templum, & seniores sacerdotum non stolis sacerdotalibus, sed cilicijs opertos misit ad Esaiã. Dixeruntque ad eum. Hęc dicit Ezechias, non rex, non tumens nomine imperij. Si quomodo audiat Dominus Deus tuus verba Rapsacis, nõ enim audemus Dominum omnium nostrum Dominum dicere quo irascente tantum perpetimur, sed tuum dicimus Dominum. Cumque venissent serui regis Ezechiæ ad Esaiam, nomen Prophetæ tacuit, vt cœptam seruaret humilitatem Propheta, cũ diceret, misit ad Esaiam filium Amos Prophetæ. *Infra.* Supra Ezechias sacco indutus intrauerat in templum Domini, & rursus modo pergit ad templum, & epistolas Prophetæ expandit coram Domino. Prius tacuerat non enim audebat Domini timore perterritus in templo ora reserare, nec liberas ad Deum preces fundere. Nunc autem quia iam audierat Esaiam dicentem, ne] timeas a facie verborum quæ audisti, audacter Dominum deprecatur. *Infra.* Protegam ciuitatem istam, & saluabo eã propter me, & propter Dauid seruũ meum dicit. Liberandam ciuitatem obsidione præsenti, & ad extremum infert. Propter me, & propter Dauid seruum meum. In quo illud significat quod non merito suo, sed Dei clementia conseruẽtur, immo patris eorum Dauid memoria.

12 GREGORIVS exponens verba illa Iob.
Lib. 19. Moral. cap. 5. to. 2. 28. & aquas appendit mensura, sic habet: Quia sancti ipsi qui sancto subleuante spiritu ad summa rapiuntur, quandiu in hac vita sunt, ne aliqua elatione superbiant, quibusdam tentationibus reprimuntur, & ne extollantur superbia, fit
3. Reg. 19 in eis ipsarum quædam mẽsura virtutum. Hinc est enim quod Elias, dum tot virtutibus in alta profecisset quadã mensura suspensus est, dum Iezabel postmodum quamuis reginam tamen mulierculam fugit. Perpendo quippe hunc magnæ virtutis virum ignem de cælo trahere, verbo cælos a pluuijs claudere, verbo cælos ad pluuias aperire, suscitantem mortuos ventura prẽuidẽtem, & ecce rursus animo occurrit, quo pauore ante vnam mulierculam fugerit. Sufficit mihi Domine tolle animam meam. Vnde ergo sic potens, vt omnes illas virtutes faciat? Vnde sic infirmus, vt ita feminam pertimescat, nisi quia aquę appenduntur mensura, vt ipsi sancti Dei homines, & multum valeant per potentiam Dei, & rursus quadam mensura moderati sint per infirmitatem suam? In illis virtutibus Elias quid de Deo acceperat, in istis infirmitatibus quid de se esse poterat, agnoscebat. Illa potentia virtus fuit, ista infirmitas custos virtutis. In illis virtutibus ostendebat quid acceperat, in istis infirmitatibus hoc quod acceperat custodiebat. In miraculis monstrabatur Elias, in 13
infirmitatibus seruabatur. Sic Paulum video fluminum, & latronum ciuitatis ac solitudinis
2. Cor. 12. maris ac terræ pericula sustinentem, frenantem ieiunijs ac vigilijs corpus, sustinentem frigoris, & nuditatis ærumnam, ad tertium cælum raptum, rursumque eum in paradisum raptum, & audisse arcana verba, quæ non licet homini loqui, & tamen Satanæ angelo ad tentandum cõceditur. Orat vt eximi debeat, & non exauditur. Per murum in sporta dimissus effugit manus hominum. O Paule in cælo iam Iesum conspicis, & in terra adhuc hominem fugis? In paradisum duceris, secreta Dei verba agnoscis, & adhuc a Satanæ angelo tentaris? Vnde sic fortis, vt ad cælestia rapiaris, vnde sic infirmus vt in terra hominem fugias, nisi quia ipse qui te subleuat, rursum subtilissima te mensura moderatur, vt & in miraculis tuis nobis prædices virtutem Dei, & rursum in timore tuo reminisci nos facias infirmitatis nostræ? Dumque Dominus Paulo dicit, quia virtus in infirmitate perficitur, aperte ostendit, quia custos est virtutis infirmitas. Spiritus leuat ne iaceamus in infimis, caro aggrauat ne extollamur ex summis. Sic quæ magno ordine cognoscimus in interiori profectu quid accepimus, in exteriori defectu quid sumus.

14 IDEM exponens verba illa: Iob 33. capi-
Lib. 33. moral. cap. 16. te, & omnia ossa eius marcescere facit, inquit. Ossa in scriptura sacra virtutes accipimus, sicut scriptum

Psal. 33. scriptum est, Dominus custodit omnia ossa eorum, vnum ex his non conteretur, quod de ossibus dicit mentis. Cum ergo increpat per dolorem in lectulo, ossa omnia marcescere facit, quia cum in ea requie, quam nobis ab hoc sæculo præparamus, flagello tentationis afficimur, qui fortasse de virtutibus nostris inflari potuimus, cognitæ infirmitatis nostræ tædio extenuamur. Vnde nobiscum superna dispensatione agitur, vt infirmitatẽ nostrã, quã proficientes obliuiscimur, tentati recolamus, & in profectu nostro quid de diuino munere, & intentatione cognoscamus, quid de proprijs viribus sumus. Quæ nos profecto tentatio ad plenum raperet, nisi protectio superna seruaret. Sed pulsat nec frangit, impellit nec mouet, quatit nec deijcit, vt de nostra infirmitate sentiamus esse quod quatimur, & de diuino munere esse quod stamus. Et quia sæpe anima alicuius boni sibi conscia, cum virtutes suas sibi ad memoriam reuocat, quadam delectatione pascitur, & quasi gratulatione propriæ plenitudinis impinguatur, bene dicitur quòd tentatione pulsante marcescunt ossa, quia dum propria infirmitas tentatione interrogante cognoscitur, omnis illa nostrarum virium, velut pinguis, viridisq. gratulatio subito anxietatis mærore siccatur, & qui nos alicuius esse momenti bona nostra pensando credidimus, pulsati paulo amplius perituros nos iam iamque formidamus. Tunc iniquos nos esse deprehendimus, qui sanctos paulo ante credębamus.

15 IDEM inquit: Quia origo virtutis humi-
Lib. 27. Moral. cap. 27. litas est, illa in nobis virtus veraciter pullulat, quæ in radice propria, idest in humilitate perdurat. Vnde Eliu dixit: Non audebunt contemplari omnes, qui sibi videntur esse sapientes. In quibus verbis occulta cordis elatio reprobatur. Intueri libet quanta virtutum munera Dauid perceperat, atque in his omnibus quam forti se humilitate seruabat. Quem enim non extolleret ora leonum frangere, vrsorum brachia dissipare, despectis prioribus fratribus eligi, reprobato rege ad regni gubernacula iungi, timendum cunctis vno lapide Goliam sternere, promissum tandem regnum percipere? Et tamen cum arcam Dei in Hierusalem reuocat, quasi oblitus prælatum se omnibus, admixtus populis ante arcam saltat. Ecce quem Dominus cunctis singulariter prætulit, se se sub Domino, & exæquando minimis, & abiecta exhibendo contemnit. Non potestas regni ad memoriam reducitur, non subiectorum oculis saltando vilescere metuit ante eius arcam, qui honorem dederat, recognoscit. Coram Deo egit vilia, vel extrema, vt illa ex humilitate solidaret, quæ coram hominibus gesserat fortia. Quem Michol filia Saul adiuit ex tumore regij
2. Reg. 6. generis insana, cum humiliatum despiceret dicens: Quàm gloriosus fuit hodie rex Israel discooperiens se ante ancillas seruorum suorum, & nudatus est, quasi si nudetur vnus de scurris, protinus audiuit. Viuit Dominus, quia ludam ante Dominum qui elegit me, potius quam patrem tuum. Ac paulo post ait: Ludam & vilior fiam plusquam factus sum, eroq. humilis in oculis meis. Ac si aperte dicat, Vilescere coram hominibus appeto, quia seruare me coram Domino ingenuum per humilitatem quæro. Sunt vero nonnulli qui de semetipsis humilia sentiunt, quia in honoribus positi nihil se esse, nisi puluerem, fauillamq. perpendunt; sed tamen coram hominibus despecti apparere refugiũt, & contra hoc quod de se interius cogitãt, quasi rigida exterius venustate palliantur. Et sunt nõ- 16
nulli qui viles videri ab hominibus appetunt, atque omne quod sunt deiectos se exhibendo contemnunt, sed tamen apud se introrsus quasi ex ipso merito ostensæ vilitatis intumescunt, & tanto magis in corde elati sunt, quãto amplius in specie elationem premunt. Quæ vtraque vnius elationis bella magna Dauid circumspectione deprehendit, mira virtute superauit. Quia enim de semetipso intus humilia sentiẽs, honorem exterius non quærit, insinuat dicens: Ludam & vilior fiam. Et quia per hoc quod vilem se exterius præbuit, nequaquam interius intumescit, adiungit. Eroq. humilis in oculis meis. Ac si dicat, qualem me exterius despiciens exhibeo, talem me, & interius attendo. Bene ergo per Eliu dicitur, ideo timebunt eum viri, & non audebunt contemplari omnes, qui sibi videntur esse sapientes. Contemplari enim Dei sapientiã non possunt, qui sibi sapientes vidẽtur, quia tanto ab eius luce longe sunt, quanto apud semetipsos humiles non sunt. Quia in eorum mentibus dum tumor elationis crescit, aciem contemplationis claudit. Et vnde se lucere præ ceteris æstimant, inde se lumine veritatis priuant. Si igitur veraciter sapientes esse, atque ipsam sapientiam contemplari appetimus, stultos nos humiliter cognoscamus. Hinc quippe scriptum est: Si quis videtur in- *1. Cor. 1.*
ter vos sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat, vt sit sapiens. Hinc Zachęus pusillus Sycomorum, quæ ficus fatua dicitur, ascendit & Domi- *Luc. 9.*
num vidit, quia qui mundi stultitiam humiliter eligunt, ipsi Dei sapientiam subtiliter contemplantur.

17 IDEM vt explicet verba illa Domini ad
Lib. 28. Moral. cap. 1. *Iob 38.* Iob: Quis est inuoluens sententias sermonibus imperitis &c. inquit: Post damna rerum, post funera pignorum, post uulnera corporis, post uerba male suadentis uxoris, post contumelioſa dicta consolantium, post susceptam fortiter iacula tot dolorum, de tanta uirtute constantiæ laudandus a iudice Beatus Iob fuerat, si iam de præsenti sæculo esset euocandus. At postquam hic adhuc duplicia recepturus est, ne per elationis gladium ipsa illum sua uictoria sternat, debet omnipotens Deus increpare eum, quem seruat ad uitam. Quid enim peius plerumque animam, quàm conscia uirtus interficit? Humiliandus ergo

erat iste, qui prostratus vlceribus, sic virtutibus stabat. Humiliandus erat, ne tam robustum pectus elationis tela confoderent, quod illata vulnera non vicissent.

18 Lib. 32. Moral. c. 1. IDEM in exordio, sic habet: Sancti viri quo apud Deum altius virtutum dignitate proficiunt, eo subtilius indignos se esse deprehendunt. Quia dum proximi luci fiunt, quicquid eos in seipsis latebat, inueniunt. Et tanto magis foris sibi deformes apparent, quanto minus pulchrum est, quod intus vident. Et illa quæ leuia paulo ante credidit, mox vt grauia, *Eccli. 7.* ac mortifera perhorrescit. Vnde Salomon ait: Dixi sapiens efficiar, & ipsa longius recessit a me. Quæsita enim sapientia longe recedere dicitur, quia appropinquanti altior videtur. Vnde Iob mira lucis claritate perfusus seipsum cognoscens ait. Qui leuiter locutus sum respondere quid possum, & c.

19 Lib 33. Moral. c. 1. IDEM sic habet: Psalmista ait, Montes ficur cera fluxerunt a facie Domini, quia multi *Psal. 36.* qui prius alta rigiditate tumuerant, magno sunt per pœnitentiam timore liquefacti. Et sicut idem Propheta iterũ dicit, ascendunt mon- *Psal. 103* tes, & descendunt campi. Plerique enim persecutores Domini superbi contra eum veniunt, sed ab eo humiles reuertuntur. Qui montes ascendunt per timorem potentiæ, sed campi descendunt, plani videlicet facti per cognitionem culpæ. Sed quia nonnulli in elationis suæ altitudine remanent, & ad diuina obsequia flecti humiliter dedignantur, eo quod iuxta desiderium anti qui hostis praua cogitare, ac perpetrare non desinunt, recte hoc loco de Behe- *Iob 40.* moth dicitur. Huic montes ferunt herbas. Elati namque sæculi huic Behemoth herbas ferunt, quia ex eo illum reficiunt, quod nequiter operantur. Quibus nimirum herbis iste Behemoth pascitur, quia in eis pœnam æternæ mortis esuriens, eorum perditis moribus satiatur.

20 Serm. 34. in Cantica. BERNARDVS explicans verba illa: Si ignoras te, Pulchra inter mulieres egredere, & abi post greges sodalium tuorum, & pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum, in- *Exo. 33.* quit. Olim sanctus Moyses quoniam multum præsumebat de familiaritate, quam inuenerat apud Deum, aspirabat ad quandã visionem magnam, ita vt diceret Deo, Si inuem gratiam in oculis tuis ostende mihi te ipsum. Accepit autem pro ea visionem longe inferiorem, ex qua tamen ad ipsam quam volebat posset aliquando peruenire. Filij quoque Zebedæi in simplicita- *Matt. 20.* te cordis sui ambulantes magnum aliquid, & ipsi ausi sunt, sed ad gradum nihilominus sunt reducti, per quem fuerat ascendendum. Ita, & modo sponsa quoniam rem grandem postulare videtur, reprimitur sane austeriori responsione, sed plane vtili, & fideli. Oportet namque humiliter sentire de se nitentem ad altiora, ne dum supra se attollitur cadat a se, nisi in se firmiter per veram humilitatem fuerit solidatus. Et quia nisi humilitatis meri to maxima minime obtinentur, propterea qui promouendus est, correptione humiliatur, humilitate meretur. Tu ergo cum te humiliari videris, habeto id signum in bonum omnino argumentum gratiæ propinquantis. Nam sicut ante ruinam exaltatur cor, 21 ita ante exaltationem humiliatur. Sane vtrumque legis, Deum scilicet, & superbis resistere, & humilibus dare gratiam. Nonne denique seruum suum Iob cum post insignem triumphum *Iacob. 4.* tantam, & tam probatam ipsius patientiam larga remunerandam benedictione censeret, prius in multis, & districtis percunctationibus humiliare curauit, & sic parare viam benedictioni? At parum est cum per se ipsum humiliat nos Deus, si tunc libenter accipimus, nisi quando, & per alium hoc facit, sapiamus similiter. Quam obrem accipite huius rei mirabile documẽtum de sancto Dauid. Aliquando maledictum est illi, & a seruo. At ille nec cumulatam iniuriam *1. Reg. 16* sensit, quia præsensit gratiam. Quid mihi, & vobis, ait filij Saruiæ? O uere hominem secundum cor Dei, qui se vlciscenti potius, quàm exprobranti succensendum putauit! Vetuit ergo prohiberi maledicum conuitiantem, quæstum æstimans maledictum. Et addit. Dominus misit illum ad maledicendum Dauid. Prorsus secundum cor Dei, qui de corde Dei ferebat sententiam. Sæuiebat lingua maledica, & ille intendebat quid in occulto ageret Deus, qui blasphemo vtebatur ad humiliandum Dauid.

Humilitas virtutum præstantissima est, quam maxime commendant sancti.
Cap. VIII.

BASILIVS sic ait: De patien tia iste Psalmus plurimum pertractat, per quam animæ iracundia, & perturbatio contrahit se, ac reprimit. Porro eliminata omni superbia, rite quis virtutem humilitatis assequetur. Impossibile enim sit eum, qui non sibi persuasit se omnium opera indigere, omniumque esse se nouissimum, posse aliquando, aut dum incessitur quopiam conuitio, peruincere iram, aut per longanimen patientiam euincere tentationes in afflictione positum. Quo enim ad summum vsque peruasit veræ humilitatis, dum maledicitur per hoc quod prius sibi probe conscius fuit propriæ vilitatis, non iam animo commouebitur probrosis verbis ignominiæ lacessitus. Quin potius si audierit pauperem sibi probro dari, is pauperem se mox agnoscet, omniumque se esse indigũ, immo Domino suppeditante inopem esse quotidiani victici. Si ignobilem dici se perceperit, & ex obscuræ familię viro prognatũ, iam anteuertit cordi vt persuaderet se ex suo esse luto genitũ. Vnde

Vnde supra In Psalmo 38. enarrans peccatoris aduersus se conspirationem, ac propriam in tolerando constantiam, ait: Dum consisteret peccator aduersum me, obmutui, & humiliatus sum, & silui a bonis. Deinde in processu ait, Verumtamen vniuersa vanitas omnis homo viuens.

2 Homil. de verbis Dauid. to. 1. *1. Reg. 7.* CHRYSOSTOMVS: Quis sum ego quod talem gratiam inuenerim ante faciem tuam, sic habet. Imitatores Christi, lineas tenent humilitatis, & sola est quæ charitatem acquirit, pacem inuenit, sereno corde totum intendit humilitas, non habet vnde cadat. Vnde ait Propheta. Quis sum ego Domine mi, quòd talem gratiam inuenerim ante faciem tuam? Ego enim minimus fui in tribu mea, & elegisti me ex ouibus, & assumpsisti me. Videtis quomodo agnoscit se quis fuerit, quis est, & quid erit? *Infra.* Sancti, & humiles corde in æternum consolabuntur. Peccatores dicturi sunt. Quid nobis profuit superbia, & diuitiarum, iactantia quid contulit nobis. Ecce dicturi sunt, hi sunt, humiles scilicet, quos *Sap. 5.* aliquando habuimus in derisum, & quorum vitam æstimabamus insaniam, quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est?

3 Homil. 3. in c. 1. Matt. IDEM inquit: Ex peccatoribus iustos humilitas facit, cum tamen non sit illud humilitas, sed vera confessio. Si igitur tantum valet in peccatore confessio, considera quantum humilitas possit in iusto. *Infra.* Non in superbiam intumescamus, sed dicamus nosmetipsos inutiles, vt in partem vtilium transeamus. Si enim inutilem te esse fatearis, factus es vtilis, etiam si fueras ante culpabilis. Propter quod necessaria nobis est præteritarum obliuio virtutum. Quia sicut aurum vestemque pretiosam cum in publico ponimus plurimos ad insidias prouocamus, si vero ea recondamus ac recludamus domi, in tuto cuncta seruabimus, sic sunt etiam diuitiæ virtutum, si eas in memoria quasi venales assidue portemus, armamus hostem, irritamus inimicum, & dolosum inuitamus ad furtum. Sin vero nemo alter id scierit, nisi quem nulla occulta latere possunt, tutissimo in loco pretiosa consistent. *Infra.* Vocat humilitatem matrem bonorum.

4 Hom. 66. in Gen. Matt. IDEM exponens verba illa: Reges gentium dominantur eorum &c. ait: Qui sibi arrogat is vere humilis est, qui vero humilis est, is ad veræ sublimitatis cacumen volauit, quæ non appellatione solum ac nomine, sed re ipsa sublimitas est. Et externa quidem celsitudo necessitatis atque timoris est, hæc vero interior atque nostra celsitudini diuinæ similis esse cognoscitur. Quare qui apud nos magnus est, etiam si nemo ipsum huiusmodi esse dicat, vere tamen magnus est, sicut e contra superbus, quem omnes admirantur, & colunt, omnium vero humillimus reperitur. Et ille quidem honor cum a coactis tribuatur facile disperit, hic vero quoniam ex honorantium animo proficiscitur, stabilis permanet. Hac ratione sanctos viros maxime admiramur, quia quo ceteris erant excellentiores, eo humiliores seipsos ducebant, qui ad hunc vsque diem in sublimitate sua perseuerant, cum nec mors quidem ipsa magnitudinem eorum deprimere potuerit. Attende, & videbis nihil esse humilitate altius, nihil arrogantia depressius. Nam arrogans quidem atque superbus maiorem se ceteris arbitratur, & neminem se esse dignum affirmat. Nec ita magno poterit quisquam honore ipsum afficere, quin cupiditate maiori agitatus, parum sibi collatum arbitretur. Cumque laudem ab hominibus quærat, spernit eos atque contemnit. Quæ res adeo expers rationis est, vt ænigmati simillima sit. Quos enim despicit, ab his hominibus gloriam quasi debitam flagitat. Perspicis quomodo qui se altius recipit, is humi affixus iacet. Nam quod abiectos ceteros homines esse putet, idque in seipso cogitet, a vocabulo ipso manifestum est. Hoc enim arrogantiam atque insolentiam dicimus. Si ergo ceteros spernis, cur adulationibus laudem ab illis aucuparis? Cur tantam tecum turbam hominum circumducis? Vidisti re ipsa humilem homunculum atque supinum, caducis omnino rebus subnixum, age iam e contrario qualis vere sublimis sit consideremus. Hic certe non ignorat quantum, & quid homo sit, hic recte intellexit magnum eum esse hominem, qui cum omnium minimus sit, minimum quoque se putat. Quocirca quantumcumque sibi honoris tribueris, maximum arbitratur. Constans est atque sibi ipsi conueniens, nec modo hoc, modo illud sequitur, sed quos excelsos putat, ab his etiam si parum honoris nancisca tur, summopere propter celsitudinem illorum honorari se putat. Insolens autem pusillos eos arbitratur, qui eum honorant, sed laudari se ab illis singularem omnino rem arbitratur. Humilis rursum a nulla ægritudine capitur, non perturbatur ira, nulla cupiditate gloriæ vexatur, non vincitur liuore. Quid igitur sublimius animo harum perturbationum experti? At vero arrogans atque insolens ceu uermis in stercore, sic in his passionibus semper inuoluitur. Nam, & inuidia, & ira, & inanis gloria, vehementer animum illius exagitant. Vter igitur excelsus atque sublimis est, qui his passionibus seruiliter pressus, quasi ei dominentur expauescit, an qui sic superior est, vt nullo modo ab his capi posse videatur? Quamnam auem altius tu volare opinaris? Vtrum eam, quæ cum per aera feratur arundines aucupis, atque retia non formidat, an eam quæ vel sine arundine, ac visco, quoniam humi serpat, potius quàm volet, manibus facile capitur? Huiusmodi certe animus insolens est, qui cum humi serpat in omnem laqueum incidit. Præterea quemnam deiectum atque infirmum putauimus, vtrum eum cui Deus patrocinatur,

aut cum quem Deus impugnat? Audias quid
Iac. 4. de vtroque scriptura clamitat. Superbis, inquit, Deus resistit, humilibus autem dat gratiam. Illud etiam abs te libenter quæram, quemnam arbitraris sublimiorem, sacrum ne virum a quo grata Deo quotidie sacrificia offeruntur, an eum, qui nullam apud eum fiduciam habet? Et quas inquies, hostias humilis
Esai. 50. offert? Dauid illum de hoc audias. Sacrificium, inquit, Deo spiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus non despicies. Vidisti quam mundus humilis sit, videas, & insolentis impurissimas sordes. Impurus, inquit, apud Deum est omnis immundus corde. Ad hæc, in altero Deus ipse requiescit. Su-
Esai. 66. per quem enim respiciam ait nisi super humilem, & mitem, & trementem sermones meos?
7 Alter autem cum diabolo humi trahitur, inflatus enim diaboli supplicia sustinet. Ne forte inflatus, Paulus inquit, in iudicium incidat dia-
1. Tim. 3. boli. Quodque mirabile est, contrarium semper quam optat eum persequitur. Nam cum ceteros contemnat, vt maiori dignus honore videatur, maxime omnium ipse despicitur. Ridiculi enim, & omnium inimici sunt. Humilibus vero quid iucundius? quid beatius? qui cum Deo gratissimi sint, nō paruam etiam ab hominibus, quā non quærunt, gloriam reperire solent Nempe ab hominibus quasi parentes coluntur, quasi fratres amantur, quasi propria membra fouentur. Amplectamur igitur humilitatem, si sublimes fieri desideramus, præsertim cū videamus ab insolentia deijci homines. Hæc enim ad hu-
Exod. 5. militatis barathrum Pharaonē detrusit, nescire namque Dominum dicebat, & soricibus ac ranis, & muscis deterior factus est, postremo
Gen. 18. cum ipsis armis, & equis submersus fuit. Abraham vero e contrario, ego sum terra, & cinis prædicabat, propterea, & multa Barbarorum millia vicit, & cum in medium Aegyptiorum incidisset, maiori cum triumpho euasit, cui virtuti semper inhærens sublimior indies reddebatur, immo vero sublimior quotidie fit cum eius laudes vbique decantentur. Pharao autem, & terra, & cinis, & si quid humilius excogitari potest, factis cognoscitur. Nihil certe magis Deus quàm arrogantiam auersatur. Quid enim non fecit, vt hanc passionem destruat? Hac enim de causa mortales facti, in dolore ac luctu viuimus. Ideo in continuo labore, atque sudore, & affli-
Gen. 3. genti operatione constituti sumus. Arrogantia quippe primus homo cum æqualitatem Dei sperasset deliquit, & ita non solum quo optauerat non ascendit, verum etiam a sublimitate propria decidit. Hoc nempe superbiæ opus est, vt non modo nihil boni nobis afferat, sed etiam quæ habemus corrumpat. E contra vero humilitas facit. Nam & ea quæ nobis assunt bona conseruat, & quæ non habemus facile adijcit.

8 IDEM inquit: Nihil humilitati compa-
Hom. 32. in c. 4. Ioann. to. 3. randum est. Hinc Christus beatitudini principium fecit, tamquam enim quoddam immen si ædificij fundamentum, humilitatem primum iecit, sine qua nemo salutem consequitur, sed siue quis ieiunauerit, siue orauerit, siue suas pauperibus erogauerit facultates, sine humilitate hæc, & huiusmodi omnia nihil afferunt humilitatis, contra ipsius condimento gratiora omnia iucundioraque redduntur. Humiles ergo & mansuetos nos exhibeamus fratres. Ita haud difficile est bene operari. Quid stulte superbis? Non intelligis humanæ naturæ imbecillitatem, & inanes spes nostras.

9 IDEM sic habet: Arrogantia licet iustitiæ Homil. 1. in epist. ad Philipp. cuius titulus est de profectu euang. to. 4 societur, & ieiunijs, & decimarum solutioni, posterior fit. Humilitas autem licet peccato iungatur, præcurrit. Quid enim publicano detestatione nihilominus, quoniam animam suam contriuit, & peccatorē confessus est, præoccupanit pharisæum, & ieiunia, vt dicitur habentem, & decimas dantem, atque malis omnibus liberatum. Quare nam hoc? Quia tametsi ab auaritia, & rapina fuerit alienus, matrem tamen malorum omnium arrogantiam habuit in anima profundius radicatam. Ille enim in medium prorumpit omnium, qui in toto orbe accusatur, & omnibus se hominibus meliorem dicit. Non fuisset tolerabile si se decem tantum, vel quinque, vel duobus, vel vni prætulisset. Nunc autem non solum paucis, sed & toti orbi se præposuit. Vnde non mirum, quod cursu posterior fuit. Et sicut nauis quæ multos fluctus transit, multasque tempestates effugit, in ipso autem portu tandem in scopulum impingit, iacturam totius in
10 virtutes omnes, arrogantia sua in ipso portu naufragium fecit. Proinde dilecti cum hæc sciamus omnium nos postremos existimemus, etiamsi in ipsum virtutis culmen conscenderimus. Scimus quoque quòd arrogantia ex ipsis cælis superbientem deducere, & humilitas ex abysso peccatorum modeste agentem in altum reducere potest. Arrogantia incorporeas virtutes e cælo deturbauit, humilitas & propriorum peccatorum agnitio Latronem ante Apostolos in paradisum induxit. Igitur qui multorum bonorum conscij animas suas humiliant, quantas non coronas assequuntur? Si enim humilitas peccatis sociata tam expedite currit, vt iustitiæ ipsam recte iungas, quando eam iustitiæ coniunxeris, quo non peruenier? quos non transibit cælos? Contra si cum iustitia copulata fuerit arrogantia, immodica sua grauitate, etiam illius fiduciam detrahet, peccato iuncta in quam gehennæ profunditatem non præcipitabit? Fundamentum philosophiæ nostræ humilitas est. Esto multum ædifices, habeas eleemosynas, preces, ieiunia, virtutesque omnes, hac non præiecta frustra & in vanum erunt omnia, facileque ruet super arenam extructum ædificium. Nihil est in omnibus nostris bonis operibus, quòd hac non egeat, nihil est quòd sine hac possit stare. Etiamsi dicas

dicas continentiam, virginitatem, contemptum diuitiarum, & quæcumque, libet omnia impura sunt absque humilitate. Cum hac igitur ædificemus hanc in verbis, in operibus, in cogitationibus, in omnibus præstemus.

11 IDEM explicans illa verba: Quod autem
Serm. 11. in cap. 4. epist. Pauli ad Ephesios. ascendit, quid est, nisi quia & descendit primum in inferiores partes terræ, qui descendit, ipse est qui ascendit super omnes cælos, inquit. Quanto seipsum quis humiliauerit, tanto magis exaltabitur. Quemadmodum enim in aqua fit, quæ tanto altius ascendit, quanto illam quisquam ad ima deduxerit, ita habet, & animi humilitas.

12 HIERONYMVS explicans verba illa:
Lib. 2. in c. 3. lamentationū Hieremiæ. to. 4 Ponit in puluere os suum, si forte sit spes, sic habet. Ille in puluere ponit os suum, qui humiliter sentiens fragilem se cognoscit, & de puluere se factum, iterum in puluerem reuersurum fatetur dicens cum Abraham, Loquar ad Dominum meum, cum sim puluis, & cinis, cui & spes
Gen. 18. erit futuræ resurrectionis. Hinc est quòd beatus Iob sapientes Domini audiens se cognoscendo non esse sapientem semetipsum reprehendit
Cap. 24. dicens. Ideo insipienter locutus sum, & quæ vltra modum excedunt scientiam meam. Sed quia nulla est cognitio reprehensionis, si non sequitur, & lamentatio pœnitudinis eorum quæ fecit, post reprehensionem subditur. Et ago pœnitentiam in fauilla, & cinere. Ac si aperte dicat. De nullo auctoris dono superbio, quia sumptus ex puluere per illatæ mortis sententiam ad puluerem me redire cognosco.

13 IDEM exponens verba illa: Homo indigēs
Lib. 2. in c. 19. Prouerbiorū to. 7. misericors est, sic ait. Indigentem dicit humilem, qui se perpetuis bonis egere sine cessatione recolit, talis namque vt misericordiam consequatur a Domino, numquam proximo misereri recusat. Et melior est pauper quàm vir mendax. Melior est namque humilis corde, qui nihil fidit suis operibus, quam qui se præ excellentia virtutum viri nomine dignum ducens fallitur, nescius dum superbiendo perdit bona quæ gessit.

14 IDEM exponens verba illa: Asperges me
Expositione in Psal. 50. Domine hyssopo, & mundabor, sic habet: Sicut hyssopus terrenus curandis pulmonibus aptus est, vt auertat inflationem, ita cælesti quis respersus hyssopo, ideſt humilitate cordis ab omni superbiæ malignitate mundatur.

15 IDEM explicans verba illa: Mihi infimo
Lib. 2. in c. 3. epist. Pauli ad Ephesios to. 6. omnium sanctorum (vel minimo vt nostra habet lectio) data est gratia hæc in gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, inquit: Omnibus qui se propter Christum infimos esse cupiebāt Apostolus Paulus infimior erat, & idcirco maior. Omnibus enim inquit, illis plus laboraui, non autem ego, sed gratia Dei mecum. Propter quam humilitatem, dum omnium sanctorum est infimus, data est ei gratia hæc in gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi.

16 AVGVSTINVS inquit: Humilitas est,
Epist. 56. ad Dioscorum to. 2. quam cura summa curare debemus. Vnica via est humilitas, secunda humilitas, tertia humilitas, & quoties interrogares hoc dicerem, non quòd alia nō sint præcepta, quæ dicantur, sed nisi humilitas omnia quæcumque benefacimus, & præcesserit, & comitetur, & consecuta fuerit, & proposita quam intueamur, & apposita cui adhæreamus, & imposita qua reprimamur, iam nobis de aliquo bonofacto gaudentibus, totum extorquet de manu superbia. Itaque sicut rhetor ille nobilissimus, cum interrogatus esset, quid ei primum videretur in eloquentiæ præceptis obseruari debere, pronunciationem dicitur respondisse, cum quæreretur quid secūdo, eandem pronunciationem, quid tertio, nihil aliud quàm pronunciationem dixisse. Si interrogares, & quoties interrogares de præceptis christianæ religionis, nihil me aliud respondere, nisi humilitatem liberet, & si forte alia dicere necessitas cogeret. Huic humilitati saluberrimæ, quam Dominus noster Iesus Christus, vt doceret humiliatus est maxime aduersatur quædam, vt ita dicam imperitissima scientia, dum nos scire gaudemus, quid Anaximenes quid Anaxagoras, quid Pythagoras, quid Democritus, & ceteri huiusmodi senserint, vt docti eruditique videamur.

17 IDEM sic habet: Cum ad scripturas per-
Lib. 2. de doctrina christiana. to. 3. 2. Cor. 8. scrutandas homo accesserit illud Apostolicum cogitare non cesset. Scientia inflat, charitas autem ædificat. Ita enim sentiet, quamuis de Aegypto diues exeat, tamen nisi pascha egerit, saluum se esse non posse. Pascha autem nostrum immolatus est Christus; nihilque magis immolatio Christi nos docet, quàm illud quod ipse clamat, tamquam ad eos, quos in Aegypto sub Pharaone videt laborare. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiā
Matt. 11. vos. Tollite iugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris, iugum enim
Exo. 12. meum suaue est. Quibus nisi mitibus, & humilibus corde, quos non inflat scientia, sed charitas ædificat? Meminerint ergo eorum, qui pascha illo tempore per vmbrarum imaginaria celebrabant, cum signari postes sanguine agni iuberentur hyssopo faisse signatos. Hæc herba mitis, & humilis est, nihil fortius, & penetrabilius eius radicibus, vt in charitate radicati, & fundati possimus comprehēdere cum omnibus
Ephes. 3. sanctis, quæ sit longitudo, & latitudo, sublimitas & profundum, ideſt crucem Domini. Est etiam in hyssopo vis purgatoria, ne inflante scientia de diuitijs ab Aegypto ablatis, superbe aliquid pulmo tumidus anhelet, Asperges me, inquit, hyssopo, & mundabor, laudabis me, & super niuem dealbabor. Deinde vt ostendat purgationem a superbia significari in hyssopo, subdit &
Psal. 50. exultabunt ossa humiliata.

18 IDEM explicans illa verba: Datus est mihi angelus Satanæ, qui me colaphizet, &c. Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Quæ virtus, ait, nisi ad quam pertinet non extolli? Itaque virtutis nomine humilitatem intelligit propter sui excellentiam.

Lib. 3. contra duas epist. Pelagianorum ad Bonifacium comitē to. 7
2 Cor. 12.

19 IDEM exponens verba illa: Asperges me Domine hyssopo, & mundabor, inquit. Hyssopum herbam nouimus humilem, sed medicinalem, saxo hærere radicibus dicitur. Inde in mysterio mundandi cordis similitudo assumpta est. Esto humilis in humili Deo tuo, vt sis excelsus in glorificato Domino Deo tuo. Aspergeris hyssopo, humilitas Christi te mundabit. Noli herbam contemnere, vim medicamenti attende. Dicunt etiam medici hyssopum purgandis pulmonibus aptum esse. In pulmone solet notari superbia, illic enim inflatio illic anhelitus. Audi ergo hic humiliatum, quia hyssopo purgatum. Asperges me hyssopo, & mundabor, mundabis me, & super niuē dealbabor, quia si fuerint peccata vestra, vt coccinum, vt nix dealbabuntur. De talibus sibi exhibet Christus vestē sine macula, & ruga.

Expositione in Psal. 50. to 7.
Esai. 1.

20 IDEM in fine sic ait. Ad superbum non accedit Deus, certe altus est, nō eum attingit elatus. Omnia sublimia, vt contingamus attollimus nos, & si attingere non possumus machinamenta aliqua, vel scalas quærimus, vt sublimati sublimia contingamus. Contra Deus, & altus est, & ab humilibus contingitur. Scriptum est, Prope est Dominus his qui obtriuerūt cor. Tritura cordis pietas, humilitas. Ergo inuocatus Deus venit ad superbum, non venit. Audi aliud testimonium. Excelsus Dominus humilia respicit, & alta a longe cognoscit. Et ne forte cum dictum esset, quia humilia respicit, superbi de impunitate gauderent, quasi eos superbientes nō agnoscat, qui in excelsis habitat, territi sunt, & dictum est eis. Videt vos, & cognoscit vos, sed a longe. Vos o superbi non eritis impuniti, quia cognoscit, non eritis beati, quia a longe cognoscit. Videte quid agatis, quia si agnoscit.

Expositione in Psal. 74.
Psal. 33.
Psal. 137.

21 IDEM explicans verba illa: Inclinate aurē vestram in verba oris mei, inquit: Ille pie attendit legem Dei, cuius aurem inclinat humilitas, non cuius erigit ceruicem superbia. Quod enim infunditur, concauo humilitatis excipitur, eminentia tumoris expellitur.

In Psal. 76.

22 IDEM exponens verba illa: Qui emittis fontes in conuallibus, sic habet: Conualles depressa loca sunt terrarum, quibus colles, & montes opponuntur. Conualles humilitates sunt terrarum, montes tumores terrarum sunt. Noli contemnere humilitates, inde fluunt fontes, emittit fontes in conuallibus. Audi montem dicit Apostolus. Plus illis omnibus laboraui magnitudo quædam commendatur, statim tamen vt profluant aquæ conuallem se fecit. Non ego autem, sed gratia Dei mecum. Non repugnat vt qui sunt montes sint, & conualles. Sicut enim montes dicuntur propter spiritalem magnitudinem, ita & conualles propter sui spiritus humilitatem. Non ego inquit, sed gratia Dei mecum. Ergo conuallis est, & gratia Dei fons est, de qua Dominus dicit. Si quis sitit veniat ad me & bibat. Videamus si conualles sunt, vt emittantur fontes in conuallibus, audi prophetam. Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, & trementem verba mea? Quid est super quem requiescit spiritus meus super humilem, & quietū, nisi quis habebit fontem meum, conuallis?

In Psal. 103.
1. Cor. 15.
Ioan. 7.
Esa. 66.

23 IDEM explicans verba illa: Vanum est vobis ante lucem surgere, surgite postquam sederitis, inquit: Vis esse excelsus esto humilis, vbi ille humilis fuit. *Infra.* Et quando surgimus? Cum fuerimus humiliati. Surgite postquam sederitis. Surrectio exaltationem significat, sessio humilitatem. Vnde alibi dicitur, Domine tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam, ideſt humilitatem meam, & exaltationē meam. Ante lucem surgere volebant filij Zebedæi, & sedere ad dexteram, & ad sinistram exaltari antequam humiliarentur. Vanum est vobis sic ante lucem surgere. Dominus vester qui est lux vestra humiliatus est, vt exaltaretur. Humiliauit semetipsum Dominus noster, hæc est sessio, propter quod, & Deus exaltauit illum, ecce resurrectio. Et vos vt habeatis nomen, & exaltemini festinatis, & surgite, sed postea quā sederitis. Surgere vultis sed primo sedete, & surgens ab humilitate peruenis ad regnum. Poteſtis, inquit, bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Et illi. Possumus. Et ille Calicem quidem meum bibetis, sedere autem ad dexteram meam, non est meum dare vobis, alijs paratum est a Patre meo. Quid est, non est meum dare vobis? Non est meum dare superbis, hoc enim adhuc erant. Sed si vultis illud accipere, nolite esse quod estis. Alijs paratum est, & vos alij estote, & vobis paratum est. Quid est alij estote, Prius humiliamini qui iam vultis exaltari. Ergo, & nos hoc audiamus, quia hoc dicit psalmus iste. Surgite postquam sederitis. Ascensiones in corde eius disposuit Deus, humiliemur in sæculo vt ascendamus. Ascendamus sed a conualle plorationis. Si enim in conualle plorationis māducas panem doloris, & dicis, factæ sunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus, bene surgis quia sedisti. Surges autem cum dederit dilectis suis somnum Deus. Hoc est post mortem exaltatio est, sicut Christus exaltatus est, in hac autem vita sessio, & humiliatio.

Psal. 138
Phil. 2.
In Ps. 126.
In Psal. 38.

24 IDEM ait: Quia humilitas cordis nostri sacrificium est, dicitur in alio Psalmo. Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem vtique, holocaustis non delectaberis. Holocaustis non delectatur Deus, & nihilominus sine sacrificio non placatur. Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus non despicies. Si ergo humiliatum cor sacrificium Deo est, sacrificium Deo obtulit qui dixit, Domine, non est exaltatum cor meum,

In Ps. 130.
Domine nō est exaltatū cor meū in vltimis verbis.
Psal. 50.

meum, Vide alio loco sic offerentem dicit Deo. Vide humilitatem meam, & laborem meum, & dimitte omnia peccata mea. Neque elati sūt oculi mei, neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me. Ideſt nō fui superbus, nolui quasi in mirabilibus innotescere hominibus nec quæsiui aliquid supra vires meas, vnde me apud imperitos iactarem.

Psal. 130.

25 IDEM ait: Vbi superbia fuerit, ibi discordia, & contumelia dominabitur. Cauete ne superbia inflemini scientes, quod superbia ex angelis dæmones fecit, sed humilitas homines similes angelis constituit, & ad cælos ascendere fecit infirmitatē humanam. Cum superbia vos tentat fratres dicite. Ego autem sum vermis, & nō homo, opprobrium hominū, & abiectio plebis. Et cum publicano dicite, quibuscumque virtutibus sitis ornati, Deus propitius esto mihi peccatori. O monache quanto maior es humili a te in omnibus, & inuenies gratiam coram Deo, & hominibus. O sancta venerabilisque humilitas, tu Filium Dei de sinu Patris descendere fecisti in vterum sanctæ Mariæ virginis. Tu eum fecisti, inuolui vilibus pannis, vt nos indueret virtutū ornamentis. O sancta humilitas quàm dissimilis es superbiæ. Nam ipsa superbia luciferum de cælo deiecit, sed humilitas Dei Filium incarnauit. Ipsa superbia, Adam de paradiso expulit, sed humilitas Latronē in paradisum introduxit. Superbia gigātiū linguas cōfundit, & diui sit, sed humilitas cunctas congregauit dispersas. Superbia Nabuchodonosor in bestiam trāsmutauit, sed humilitas Ioseph principem Israel constituit. Superbia Pharaonem submersit, sed humilitas exaltauit Moysem. Hæc est illa sancta humilitas quæ fecit solitarios, & philosophos tradidit in reprobū sensum, excæcauit Iudæos, suffocauit Paganos, inflammat Christianos. Superbia est illa feruens olla, quam Hieremias vidit, in qua decoquuntur omnes principes, & sectatores bonorū temporalium, qui primas cathedras appetunt in synagogis, & salutari in foro, & vocari rabbi. Hanc ollam succendit diabolus corda inflāmans ad altiora. Isti sunt quattuor venti, qui totum orbem perflant, arrogantia sibi ascribens, quod non habet, insolentia sibi approprians, quod alteri debetur superbia, multa de se credens vltra quam verum sit, contumacia se erigens in prælatum. Isti sunt quattuor fabri, qui totum mundum concutiunt, & corda filiorum Dei dissipant.

Serm. 12. ad fratres in eremo, qui est de superbia, & humilitate. to 10
Psal. 21.
Gen. 11.
Act. 2.
Hier. 1.

26 GREGORIVS explicans verba illa Iob. capite 5. Qui ponit humiles in sublimi, & mærentes erigit sospitate, inquit: In sublimi humiles ponūtur, quia cum se ex humilitate substernunt, altæ mentis iudicio cuncta tēporalia transeunt, cumque se indignos in omnibus æstimāt, rectæ cogitationis examine huius mundi gloriam transcendentes calcant.

27 Lib. 6. Moral. cap. 10. to. 2.

28 IDEM vno verbo ait: Iustus de magnis humiliter sentit, peccator de minimis se inaniter erigit. Quid inter hæc, nisi hoc solerter est intuendum, quod, & ascensuri, in imo se esse consi-

Lib. 23. Moral. cap. 9.

siderant, & casuri semper in præcipiti stant? Salomone attestante qui ait: Ante ruinam exaltatur cor, & ante gloriam humiliatur.

Prou. 18.

29 IDEM explicans verba illa Iob. 40. Simul & facies eorum demerge in foueam, ait: Bene de superbis dicitur, quòd eorum facies in foueā demerguntur, quia ima petunt, dum superbiendo altiora appetunt, & quo magis extollendo se erigunt, eo magis rnēdo inferius tendunt. Vnde miro, & diuerso modo res agitur, vt humiles cælum petant, dum se inferius deijciunt, superbi infima appetant, dum despiciendo ceteros quasi in altioribus extollūtur. Isti se dum despiciunt cælestibus iunguntur, illi dum se erigunt a superioribus diuiduntur, atque, vt ita dixerim illi se eleuantes deprimunt, isti deprimētes eleuant. Et bene de superbientibus per Psalmistam dicitur. Humiliat autem peccatores vsque ad ad terram. Quia ea quę iusta sunt ambientes, dū extollendo se erigunt, amisso cælo quid aliud quam terram petunt? Quibus hoc ipsum iam in imis cecidisse est relictis superioribus imaquæsisse.

Lib. 31. Moral. cap. 7.
Psal. 146.

30 IDEM explicans verba illa: Septem graduum erat ascensus eius, & vestibulum ante eā, ait: Septem gradibus ad portam ascēditur, quia per sancti Spiritus septiformem gratiam aditus nobis regni cælestis aperitur. *Infra.* Bene autem dicitur, quia vestibulum erat ante eam, quia nisi quis prius humilitatem habuerit, ad hos gradus septem donorum Spiritus sancti nō ascendit. Sicut scriptum est. Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, & trementem sermones meos? De quo per Psalmistam dicitur. Ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum. Conuallis quippe humilis locus est. Et peccator quisque dum se in lachrymis humiliter affligit in corde, per ascensum virtutum proficit. Qui rursus ait: Qui emittit fontes in conuallibus, quia omnipotens Deus dona spiritalis gratiæ humilibus præstat.

Hom. 19. in Ezech. to. 2.
Esa. 66.
Psal. 83.
Psal. 103.

31 BERNARDVS ait: Vt charitas seu castitas detur, humilitas meretur, quoniam humilibus Deus dat gratiam. Seruat acceptas, quia non requiescit spiritus Domini, nisi super quietum, & humilem. Seruatas cōsummat, nam virtus in infirmitate perficitur, hoc est in humilitate. Inimicam omnis gratiæ omnisque initium peccati debellat superbiam. Si quidem cum ex alijs quibusque bonis virium magis suarum capere soleat incremētum superbia, sola hæc omnium propugnaculum quoddam, turrisque virtutum eius fortiter resistit malitiæ, obuiat præsumptioni. Sola denique est de qua omnium plena virtutum Maria gloriandum esse putauit. Audito quippe ab Angelo, Aue gratia plena, quasi solam ex ipsa plenitudine humilitatē in se recognosceret, solā repēdisse, ac respōdisse memoratur in gratiā, respexit, inquiēs humilitatē ancillæ suæ. Quid deinde auctor, & dator virtutū Christus, in quo omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ sunt absconditi, in quo omnis plenitu-

In epist. 42. ad Henricū Senonēsem archiepiscopum.
Esai. 66.
2. Cor. 12.

do quoque diuinitatis habitat corporaliter. Nonne tamen & ipse de humilitate tamquam summa suæ doctrinæ, suarumque virtutum gloriatus est? Discite, ait, a me, non quod prudens, aut castus, aut sobrius sint, sed quia mitis sum, & humilis corde. Inuiderunt mihi altitudinē, quam habeo apud patrem angelus, & femina. Illæ potentiæ, illa scientiæ. Vos autem æmulamini charismata meliora, discentes a me, quia mitis sum, & humilis corde.

Matt. 11.

32 In lib. cui titulus est modus bene viuendi ad sororem to. 3.

IDEM: Sponsus inquit, loquitur Ecclesiæ, & ait: Ego flos campi, & lilium conuallium. Ideſt ego sum sanctitas, bonitas, & iustitia eorū, qui cum humilitate in me confidunt, quia nullus eorum poterit esse bonus sine me, quia sine me nihil potestis facere. Ego flos campi, & lilium conuallium, quia illis hominibus amplius meā gratiam dono, qui non in sua bonitate, nec in suis meritis confidunt, sed in me.

Hypocrisis præterquam quod est malum grande stultitia plenum est, sicut plerumque hominibus velle placere. Cap. IX.

DE re hac plura dicenda erunt inferius lib. 18. cap. 1. Quoniam in re hac frequentes sunt sancti.

1 Homil. 2. in Psal. 37. to. 4.

ORIGENES explicās verba illa: Et multiplicati sunt qui oderunt me inique, ait. Impossibile est in hac vita positum odio non haberi. Christus Iesus odio habitus est. Et quid dico in hac vita positum impossibile esse odio non haberi? Deus ipse qui in hanc vitam non uenit, odio habetur ab aliquibus. Alioquin propheta non diceret. Nonne odientes te Domine oderam, & super inimicos tuos tabescebam. Cum ergo Deus odio habeatur, & Christus Iesus vsq; in hodiernum diem a Iudæis anathema fiat, tu vis odio non haberi, sed ab omnibus diligi, & benedici? Vide ne te inueniat illa sententia. Væ cum benedixerint nobis omnes homines. Quin potius illud tantummodo obseruemus, vt dicamus multiplicati sunt, qui oderunt me inique. Opto cū odio habear, vt sciat conscientia mea, quoniam iniuste odium patior. Odio habiti sunt etiam prophetæ, sed iniuste, odio habitus est Christus, sed gratis. Si autem pro peccato meo odio habeor, non possum dicere, quoniam multiplicati sunt, qui oderunt me iniuste. Iuste enim odio habeor, propter inhonestos actus meos nō possum dicere, quia oderunt me gratis.

Psal. 138.

2 Homil. 25. in cap. 25. Matt. to. 3.

IDEM explicans verba illa: Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, qui emundatis, quod foris est calicis, & paradisis, intus autem pleni estis rapina, sic ait: Hic sermo nos instruit, vt festinemus esse iusti non apparere. Qui enim studet, vt appareat iustus, quæ a foris sunt, mundat, & quæ videntur curat, cor autem suum, & conscientiam negligit non considerans, quoniā qui studet ea, quæ intus sunt, & cogitationes suas studet mundare, consequens est, vt etiam ea quæ a foris sunt, studeat facere munda. Si quis autem ea quæ videntur studet, negligit autem interiora animæ suæ necesse est, vt huiusmodi homo impleatur ab intus auaritia, lasciuia, malignitate, ceterisq. plurimis malis. Quoniam omnis qui de salute sua sollicitus est, quod est ab intus, & de opinione sollicitus est, quod est a foris, non autem omnis qui de opinione sollicitus est a foris, etiam de salute sollicitus est ab intus. Qui facit eleemosynas, vt gloriam ab hominibus consequatur, mundare quidem videtur quod a foris est calicis, faciens eleemosynas coram hominibus, ab intus autem plenus est cupiditate gloriæ. Et quidquid boni fecerit homo non ex conscientia munda propter Deum, a foris quidem mundus videtur, ab intus autem plenus est malis. *Infra.* Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ a foris quidem parent speciosa, intus autem plena sunt ossibus mortuorū, & omni spurcitia, sic & vos a foris quidem paretis hominibus iusti, ab intus autem pleni estis hypocrisi, & iniquitate. Sicut enim superius pleni sunt ab intus rapina, & intemperantia, similiter, & hic pleni sunt hypocrisi, & iniquitate, quæ comparantur ossibus mortuorum, immunditiæ vniuersæ. Hypocrisis enim cum sit aliqua simulatio boni, nihil quidem habet vitale ex eo bono, quod simulat. Ossium autem, vt sic dicam, virtutis illius quam simulat mortua iustitia est. Sicut homo mortuus videtur quidē homo, sed non est homo, sic & mortua castitas, nec castitas est. Mortua autem quæ non propter Deum, sed in simulatione propter homines fit. Et quemadmodū est in mimis, qui personas suscipiunt aliquorū, & non sunt ipsi, quos simulant, sed videntur, sic qui iustitiam simulat, simulata iustitia eius, non est iustitia, sed videtur. Propter quod bene assimilantur huiusmodi homines sepulchris dealbatis. A foris videntur iusti in conspectu eorum, qui nesciunt interiora considerare, ab intus autem pleni sunt ossibus mortuorum. Tanta sunt ossa in eis, & immunditiæ, quanta opera similantur bona ex malo affectu. Et malum quidem esset, vel vnum ossium mortui habere intus in se, vel immunditiam aliquam vnam. Nunc autem vide exaggerationem scripturæ de malitia hypocritarū; sicut enim sepulchra plena sunt ossibus, & immunditia omni, sic & illi pleni sunt hypocrisi, non in vna aliqua re simulantes, neque in conspectu vnius in omni vita sua, vel duobus, vel tribus, quamuis & hoc esset pessimum malum, sed omnibus diebus vitæ suæ in simulationibus viuunt, & aliud quidem sunt, aliud autem esse putantur. Sunt lasciui ab intus, a foris autem castos se esse ostendunt simulatores castitatis, virginitatis fictores, ostentationem virtutum habentes, vere autem sunt inimici virtutum, quas simulant.

3

4

IDEM

5 Lib. 10. in c. 15. epist. Pauli ad Romanos.

IDEM explicans verba illa: Vnusquisque vestrum proximo suo placeat, inquit. Sicut primo est diligere Dominum Deum, & secundo proximum, ita & primo placere Deo, secundo etiam proximis. Sed fortasse dicat aliquis Paulum contraria dicere in eo quod iubet nos proximis placere, quia in alijs dixerat. Ego si hominibus placerem Christi seruus non essem. Et vtique huic sententiæ videtur etiam contrariū, vt vnusquisque proximo suo placeat, quod in alijs dicit, sicut & ego per omnia hominibus placeo, non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis vt salui fiant. Dicendum ergo est ad hæc, quia aliud est studium habere placendi hominibus, vt laudem ab eis quærant, & aliud habere placendi studium hominibus, in eo vt vita sua irreprehensibilis sit apud omnes, & proficiant ex eo omnes, qui vel vident talem, vel audiunt. Ibi ergo non est placendum hominibus, vbi contra Deum, contra honestatem, contra religionem est, in quo placeatur; & ideo dicit, qui si hominibus placerem, hoc est incredulas, & infidelibus Iudæis, Christi seruus non essem. Vnde hic ait: Vnusquisque vestrum proximo suo placeat ad ædificationem. Nō enim gloriam ab hominibus quærendam monet, sed ædificationem de actu & sermone nostro proximis dandam, & glorificetur Deus cum lucet lux vestra coram hominibus.

Gal. 1.

Rom. 15.

1. Cor. 10.

6 Homil. 24. et variis, quæ est ad adolescētes quomodo se gentiliū debeāt proficere to. 1.

BASILIVS sic habet: Qui verbotenus sunt philosophati, nec vita sermonem suum commutati vmbris comparandi, & simile aliquid pictoribus præ se ferentes existunt, qui hominis pulchritudinem in tabulis imitantes tales effingūt, qualis ille vere reperitur. Quoniam magnifice quidem virtutem laudare, & in medium longos de hac sermones facere, priuatim vero voluptatem temperantiæ præferre, & rem male partam iustitia potiorem habere, similem ego dixerim histrionibus, qui in scena fabulas agunt, & vt reges, ac principes sæpenumero ingrediuntur, cū nec reges, neque principes, & forsan omnino ne liberi quidem existant. Et musicus vt populo canat, lyram discordem non facile sumet, nec chori princeps officium suum peraget, nisi ex æquo respondentem chorum habeat, & hoc pacto quisque a seipso dissidebit, dum sermoni vitam non adhibet consonam, sed lingua quidem virtuti consonam, mentem vero adfert disparē, vt secundum Euripidem dicat, Cupio bonus videri magis quam esse. Sed hic est extremus iniustitiæ terminus, si quid credendum est Platoni, iustum videri eum qui non sit iustus.

7 Hom. 21. in 16. Matth. to. 2.

CHRYSOSTOMVS exponens uerba illa: Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes, inquit: Virtutum simulatores hypocritas vocans, non solum rem ipsam esse ridiculam, damnosamque, verum etiam imposturam non diuturnam esse monstrauit, per quod certe auditorem a maligna hac cōcupiscentia prorsus abducit. Tamdiu enim hypocrita clarus apparet, quamdiu assistit spectantium multitudo; immo nec tunc quidem, tunc coram omnibus clarus est. Norunt enim videntium plurimi, qui sit, quem non esse se simulet. Verumtamen theatro illo subito dissoluto qualis sit manifestissime omnibus reuelatur. Hoc igitur gloriæ cupidos pati, prorsus necesse est. Nam hinc eis omnino manifesti sunt, quia non hoc sint, quod videntur, sed tantummodo sub hac studeant latere persona, multo autem magis capiendi sunt in futuro, cum nuda omnia apparuerint, atque perspicua. Sed aliunde quoque eos ab hypocritis prorsus abducit, dum videlicet ostendit facile hoc esse præceptum. Neque enim extendens dierum cōtinuatione ieiunium longius illud fieri iubet, sed admonet ne ipsius ieiunij corona depereat. Itaque quod solum videtur onerosum, hypocritis nobisque commune est. Nam & illi vtique ieiunant, quod vero est leuissimum, ne scilicet laborantes mercede priuemur, hoc nobis Dominus imperauit; laboribus quidem nostris addens nihil; mercedem vero nobis cum omni congregans cautione, neque incoronatos sicut hypocritas abire permittens. Maximam etiam iniuriam ipsi virtuti facis, si eam nō propter ipsam, sed propter ærarios, funarios, & reliquum platearum vulgus, sequaris.

8 Homil. 45. imperfecti in Matth.

IDEM exponens verba illa cap. 23. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, qui similes estis sepulchris dealbatis, sic ait; Sicut sepulchrum quamdiu quidem clausum est, pulchrum videtur a foris, si verò fuerit apertum horribile est, sic & simulatores bonorum quamdiu quidem non cognoscuntur laudabiles sunt, cum autem cogniti fuerint, inueniuntur abominabiles. Dicito mihi hypocrita, si bonum est esse bonum, vt quid non vis esse quod vis apparere? Si vero malum est esse malum, vt quid vis esse quod non vis apparere? Nam quod turpe est apparere, turpius est esse, quod autem formosum est apparere, formosius est esse. Ergo aut esto quod appares, aut appare quod es.

9 Epist. ad Oceanum de ferendis opprobriis to. 9. *Gal. 1.*

HIERONYMVS inquit: Certum est hominibus non esse placendum, sed Christo, nec humanam laudem quæri debere, sed diuinam. Quid nobis prodest, si illi nos laudent, quibus placere peccatum est? Quidue obest, si vituperent hi, quibus non plus vituperatio prodest, quàm obest laudatio? Audiamus magis quid Paulus dicat, & quod nos ne hominibus placere vellemus, hortetur exemplo. Si non hominibus, inquit, placere vellem, Christi seruus non essem. Vnde nulli dubium est eos Christo seruire non posse, qui hominibus optant, potius quàm Christo placere. Contenti ergo interim sumus hominibus displicere tantum, vt Christo placeamus. Nec eorum laudibus delectemur, qui non alios, quam sibi similes laudant. Nos potius laudent Prophetæ, & Apostoli, laudet in Euangelio suo Christus. Tunc erimus vere felices, si a talibus laudari digni erimus. Omnium enim horum voce laudabimur, si quæcumque Dominus per Apostolos, & Prophetas videtur præcepisse seruauerimus. *Infra*: Seruandum præ omnibus, ne alterius laudem velimus seruare, quam

Christi,

Christi, vt nos cum Propheta possimus dicere: Apud te laus mihi in Ecclesia magna. Et iterum, maledicent illi, & tu benedices. Qui insurgunt in me confundantur, seruus autem tuus lætabitur in te.

10 Lib. 2. in c. 3. Esaiæ. to. 4. IDEM explicans illa verba: Decaluabit Dominus verticem filiarum Sion, & crinem earum nudabit, inquit: Hoc & nobis accidet, quorum peccata celantur, cum impletum fuerit illud quod scriptum est, Nihil occultum quod non reueletur. Quamdiu enim protegimur crine, & ueste ignorantiæ, & homines nos putant sepulchra dealbata, qui intus pleni sumus ossibus mortuorum. Videmur aliquid habere munditiæ, cum autem patuerit quod occultum est, auferetur vniuersa cæsaries, & fœda caluities omnibus apparebit.

11 Lib. 6. in c. 16. Esaiæ. IDEM exponens verba illa: Et nunc locutus est Dominus dicens, In tribus annis quasi annis mercenarii auferetur gloria Moab, sic habet: Quod ait quasi anni mercenarij, hoc ostendit, quòd falsa doctrina pro lucro cuncta faciat. Quamobrem puto aduenam, & mercenarium de sanctis non comedere, nec seruos sanctorum esse participes, non enim ob dilectionem Domini, sed ob mercedem cuncta faciunt. Si præbeo eleemosynam, vt glorificer ab hominibus recepi mercedem meam, & mercenarius appellandus sum. Si castum esse me simulo, & aliud est in conscientia mea habeo non gloriam mercenarij, sed supplicia peccatoris.

12 In prologo lib. 11. Elai. qui est ad Eustoch. IDEM: Est hæc sententia difficile, immo impossibile est placere omnibus, nec tanta vultuum, quanta sententiarum diuersitas est.

13 Lib. 3. in c. 31. Prouer. to. 7. IDEM exponens illa verba: Facta est quæ nauis institoris de longe portans panem suum, ait: Anima sancta facta est quasi nauis institoris, quæ de longe portat panem suum, quia in cunctis quæ temporaliter bona agit, æternam solummodo retributionem expectat. At contra de proximo panem suum recipit, & non hunc de longe trans maria portat, qui in eo quòd iuste viuere videtur humani tantum fauoris præmia expetit, neque vllo vitæ permanentis intuitu ea, quæ in imis labuntur superare, & calcare satagit. De quibus ipse Dominus terribiliter tonat. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. *Matt. 6.*

14 Exposit. in cap. 1. epist. Pauli ad Galat. to. 6. IDEM explicans verba illa: Modo enim hominibus suadeo, an Deo, aut quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerẽ Christi seruus non essem, inquit: Non putemus ab Apostolo nos doceri, vt exemplo suo hominum iudicia contemnamus, qui in alio loco dixerit: Scientes ergo timorem Domini hominibus suademus, Deo autem manifesti sumus. Et illud sine offensione estote Iudæis, & gentibus, & Ecclesiæ Dei, sicut & ego omnibus per omnia placeo, non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis vt salui fiant. Sed si fieri potest, vt pariter, & Deo, & hominibus placeamus, placendum hominibus. Sin autem aliter non placemus hominibus, nisi Deo displiceamus, Deo magis, quàm hominibus placere debemus. *2. Cor. 5.* *1. Cor. 10.*

15 Lib. 12. de Trinitate to. 3. AVGVSTINVS inquit: Nudati quærunt folia exemplo primorum parentum, illi qui nudati, atque apertis oculis conscientiæ ad videndum quam inhonesti, atque indecori remanserunt tamquam folia dulcium fructuum, sed sine ipsis fructibus, hoc est sine fructu boni operis bona verba contexunt, vt male viuentes quasi bene loquendo contegant turpitudinem suam.

16 Libro 2. de serm. Domini in mõte to. 4. IDEM inquit: Pertinet ad oculum mundum non intueri in recte faciendo laudes hominum, & ad eas referre quod recte facis, id est propterea recte facere aliquid, vt hominibus placeas, sic enim etiam simulare bonum libebit, si non attenditur nisi vt homo laudet, qui quoniam videre cor non potest, potest etiam falsa laudare. Quod qui faciunt, ideò qui bonitatem simulant duplici corde sunt. Non ergo habet simplex cor, ideò mundum cor nisi qui transcendit humanas laudes, & illum solum intuetur cum recte viuit, & ei placere nititur, qui conscientiæ sosus inspector est, de cuius conscientiæ puritate quidquid procedit, tanto est laudabilius, quanto humanas laudes minus desiderat. *Infra*: Non prohibet Dominus vt bona fiant coram hominibus, sed ne ob id fiat, vt iudicamur ab eis, & ibi finem nostri propositi collocemus. Nam & Apostolus dicit: Si adhuc hominibus placerem Christi seruus non essem. Cum alio loco dicat: Placete omnibus per omnia, sicut & ego omnibus per omnia placeo. Quod qui non intelligunt contrarium putant, cum ille se dixerit non placere hominibus, quia non ideo recte faciebat, vt placeret hominibus, sed vt Deo ad cuius amorem corda hominum volebat conuertere, eo ipso quo placebat hominibus. Itaque & non se placere hominibus recte dicebat, quia in eo ipso vt deo placeret intuebatur, & placendum esse hominibus recte præcipiebat, non vt hoc appeteretur tamquam merces recte factorum, sed quia Deo placere non posset, qui non sese ijs quos saluos fieri vellet, præbuerit imitandum; imitari autem illum qui sibi non placuerit nullo pacto quisquam potest. Sicut non absurde loqueretur, qui diceret in hac opera, qua nauem quæro, non nauem quæro, sed patriam. Sic Apostolus conuenienter diceret. In hac opera qua hominibus placeo non hominibus, sed Deo placeo, quia ad id refero, vt me imitentur quos saluos fieri volo, *Gal. 1.*

17 Lib. 8. Moral. cap. 14. GREGORIVS explicans verba illa Iob capite 8. Numquid viuere potest scirpus absque humore, aut crescere carectum sine aqua, inquit: Scirpi vel carecti nomine hypocritæ vitam signat, quæ speciem quidem viriditatis habet, sed ad humanos vsus fructum vtilitatis non habet, quæ sterilitate operis arida permanens solo sanctitatis colore virideſcit. Sed neque sine humore scirpus, neque sine aqua carectum proficit, quia hypocritarum vita ad bona opera infusionem quidem superni muneris percipit, sed in cunctis quæ agit exteriores laudes appetens a fructu perceptæ infusionis inanescit. Sed fiet eis amplitudo muneris incrementum damnationis, quia irrigati fructum non ferunt, sed sub viriditatis colore vacui in altum crescunt. *Infra*: Cum adhuc sit in flore, nec carpatur manu ante omnes herbas arescit. Ante omnes herbas arescere scirpus dicitur, quia iustis in bono suo permanentibus a viriditate assumptæ rectitudinis hypocritarum vita siccatur. Arescunt heræ etiam reliquæ, quia iustorum opera cum carnis vita deficiunt. Sed herbarum aridita- 18 tem scirpus præuenit, quia priusquam de carne hypocrita transeat, ea, quæ in se ostenderat virtutum facta derelinquit. De quibus bene per Psalmistam dicitur: Fiant sicut fœnum tectorum, quod priusquam euellatur, exaruit. *Psal. 128.* Fœnum quippe ædificij in alto nascitur, sed nequaquam pingui radice solidatur, quia & hypocrita summa quidem agere cernitur, sed non in eis ex cordis puritate roboratur. Quod nimirum fœnum, & non euulsum citius arescit, quia hypocrita, & in præsenti adhuc vita subsistit, & iam sanctitatis opera quasi viriditatis speciem amittit, quia sine radice, & intentione rectæ cogitationis floruit. Sic viæ omnium qui obliuiscuntur Deum, & spes hypocritæ peribit. Quid enim in cunctis suis operibus hypocrita sperat nisi honoris reuerentiam, gloriam laudis, sanctus ab omnibus vocari? Sed permanere spes hypocritæ non valet, quia æternitatem non quærens, fugit quod tenet, & cum transitoriis fauoribus inhiat, perdit quod laborat veritate attestante, quæ ait: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. *Matt. 6.*

19 Lib. 8. c. 26. IDEM explicans illa verba Iob capite 8. Et sicut tela aranearum fiducia eius, inquit: Rene hypocritarum fiducia aranearum telis similis dicitur, quia omne quod ob obtinendam gloriam exundant, ventus vitæ mortalis dissipat. Nam quoniam æterna non quærunt, bona temporalia cum tempore amittunt. Aranearum tela studiosè texitur, sed subito venti flatu dissipatur. Quia quicquid hypocrita cum labore peragit, aura humani fauoris tollit, & dum in appetitu laudis opus deficit quasi in ventum labor euanescit. Plerumque se hypocritæ mira abstinentia affligunt, omne robur corporis atterunt, & quasi carnis vitam funditus in carne viuentes extinguunt, sicque per abstinentiam morti appropiant, vt pene quotidie morientes viuant. Sed ad hæc humanos oculos quærunt, admirationis gloriam expetunt, veritate attestante quæ ait: Exterminant facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes. Nam ora pallescunt, corpus debilitate quatitur, pectus interrumpentibus suspirijs vrgetur. Sed inter 20 hæc ab ore proximorum sermo admirationis quæritur, nihilque tanto labore aliud, nisi æstimatio humana cogitatur. Quos nimirum bene Simon ille significat, qui dominicæ passionis tempore in angaria crucem portabat post Iesum. Quod enim per angariam agimus, non hoc ex studio amoris operamur. Crucem ergo Iesu in angaria portare, est afflictionem abstinentiæ pro alia, quam necesse est intentione tolerare. Vnde & Simon idem crucem portat, sed nequaquam moritur, quia omnis hypocrita corpus quidem per abstinentiam afficit, sed tamen per amorem gloriæ mundo viuit. Quo contra per Paulum bene de electis dicitur: Qui autem sunt Christi carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. *Matt. 27.* *Gal. 5.* Cum vitijs quippe & concupiscentijs carnem crucifigimus, si sic gulam restringimus, vt iam de mundi gloria nihil quæramus. Nam qui corpus macerat, sed honoribus anhelat, crucem carni intulit, sed mundo per concupiscentiam peius viuit. Bene ergo dicitur, Sicut aranearum tela fiducia eius, quia apparente cordis teste præterit omne quod exterius de humano fauore confidit.

21 Lib. 8. c. 28. IDEM explicans illa verba Iob cap. 8. Humectus videtur scirpus antequã veniat Sol, sic habet: Sol Christus Dominus dicitur, Malachiæ 4. Vobis timentibus nomen meum orietur sol iustitiæ. Ante solem igitur scirpus humidus cernitur, quia priusquam diuina districtio in iudicio candeat, omnes hypocrita infusum se sanctitatis gratia ostentat, quasi virens aspicitur, quia iustus æstimatur, honoris locum obtinet, de gloria sanctitatis pollet, a cunctis veneratio defertur, opinio laudis extenditur. Itaque scirpus iste in nocte humidus est, sole autem veniente siccatur, quia nimirum hypocrita in tenebris vitæ præsentis sanctus ab omnibus creditur, sed cum districtus iudex venerit, quàm sit iniquus apparebit. Virentem se nunc humanis oculis exhibet, sed in calore tunc diuini iudicij arescet. Et in ortu suo germen eius egreditur. Scirpus cum flore suo nascitur, quia hypocrita mox, vt in bono opere nascitur, præsentis mundi recipere gloriam conatur. Qui pro eo quòd bene viuere incipit, quærit, statim vt a cunctis honoretur. Germen itaque in ortu est remuneratio in inchoatione.

22 Eodem lib. cap. 30. IDEM explicans illa verba: Super aceruum petrarum radices eius densabuntur, & inter lapides commorabitur, inquit: Scirpus iste qui inter lapides commoratur, super aceruum petrarum radices densat, quia omnis hypocrita cogitationes suas in exquirenda hominum admiratione multiplicat. Per omne enim quod hypocritæ faciunt, quia occultis cogitationibus laudes hominum requirunt, quasi radices scirpi in aceruum petrarum mittunt. Operaturi quippe laudes suas cogitant, laudati autem has secum taciti in cogitationibus versant. Vnde & factis suis arbitros inquirunt.

runt. Si vero eorum operi teſtes deeſſe contingant, narrant ipſi quæ geſſerint. Cumque efferri fauoribus cœperint, ſæpe eiſdem ſuis operibus quæ egiſſe ſe referunt mentiendo aliquid adiungunt. Cum vero & vera dicunt, hæc dicendo aliena faciunt, quia quæſitis remunerati fauoribus, ab eorum intima retributione vacuantur. In eo enim quòd bona ſua patefaciunt, oſtendunt malignis ſpiritibus, quaſi inſidiantibus hoſtibus quæ prædentur. Quorum profecto vitam illa cunctis notiſſima Ezechiæ culpa figurauit, quòd poſtquam vna prece, & ſub vnius noctis ſpatio centum octoginta quinque millia hoſtium angelo feriente proſtrauit, poſtquam occaſui proximum ad altiora cæli ſpatia ſolem reduxit, poſtquam vitam propinquante iam termino coarctatam, in tempora longiora protelauit, ſuſceptis Babylonici regis nuncijs, bona omnia
23 quæ poſſidebat, oſtendit, ſed prophetæ voce
4. Reg. 20 protinus audiuit: Ecce dies venient, & auferentur omnia, quæ in domo tua ſunt, in Babylonem, non relinquetur quicquam, dicit Dominus: ſic ſic nimirum hypocritæ poſtquam magnis virtutibus excreſcunt, quia cauere malignorum ſpirituum inſidias negligunt, & celari in eiſdem virtutibus nolunt, bona ſua oſtendendo hoſtibus amittunt. Hinc per Pſal-
Pſal. 77. miſtam dicitur: Tradidit in captiuitatem virtutes eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici. Virtus quippe & pulchritudo arrogantium inimici manibus traditur, quia omne bonum quod per concupiſcentiam laudis oſtenditur, occulti aduerſarij iuri mancipatur. Hoſtes namque ad rapinam prouocat, qui ſuas eorum notitiæ diuitias denudat. Qui ergo in itinere deprædari formidat, abſcondat neceſſe eſt bona, quæ portat. O miſeri qui affectantes laudes hominum in ſemetipſis diſſipant fructus laborum! Cumque ſe oſtendere alienis oculis appetunt, damnant quod agunt, & eorum opera inimici captiuantes denudant. Vnde ſub cuiuſdam gentis ſpecie antiquorum hoſtium malitiam ſignans per Prophetam ve-
Ioel 1. ritas dicit: Poſuit vineam meam in deſertum, decorticauit ficum meam, nudans expoliauit
24 eam, albi facti ſunt rami eius. Inſidiantibus quippe ſpiritibus, Dei vinea in deſertum ponitur, cum plena fructibus anima, humanæ laudis cupiditate diſſipatur. Ficum Dei gens iſta decorticat, quia ſeductam mentem in fauoris appetitum rapiens, quo hanc ad oſtentationem pertrahit, tegmen ei humilitatis tollit, eamque nudans ſpoliat, quia quouſque in bonis ſuis abſconditur, quaſi proprij tegminis cortice veſtitur. Cum vero mens hoc quod egerit videri ab alijs concupiſcit, quaſi ſpoliata ficus, eum qui ſe texerat corticem amiſit. Albi facti ſunt rami eius, quia oſtenſa humanis oculis eius opera candeſcunt. De ſanctitate nomen ſumitur, cum recta actio diuulgatur. Sed quoniam ſubducto cortice rami fici huius areſcunt, ſolerter intuendum eſt, quia facta arrogantium humanis oculis oſtenſa vnde placere appetunt, inde ſiccantur. Mens itaque quæ per iactantiam proditur decorticata, recte ficus uocatur, quia & candida eſt per hoc quod cernitur, & ſiccitati proxima per hoc, quod tegmine corticis nudatur. *Infra*: Si abſorbuerit eum de loco ſuo negabit eum, & dicet: Non noui te. De loco ſuo hypocrita abſorbetur, cum a præſentis vitæ fauoribus morte interueniente ſeparatur. Sed hunc abſorptum internus arbiter negat, ſeque eum neſcire denunciat, quia ſimulatoris vitam, iuſte reprobando veritas ignorat, nec recognoſcit eius bona quæ egit, quia hæc ex recta intentione non protulit. Vnde audient: Amen dico vo- *Matt. 25.* bis, neſcio vos.

IDEM explicans verba illa Iob cap. 20. 25 Lib. 15. Mo ral. cap. 3. Si aſcenderit vſque ad cælum ſuperbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quaſi ſterquilinium in fine perdetur, ſic ait: Superbia hypocritæ vſque ad cælum aſcendere dicitur, quando eius elatio cæleſtem agere vitam videtur. Cuius etiam caput quaſi nubes tangit, quando principalis pars, videlicet intellectus illius ſanctorum præcedentium coæquari meritis creditur. Sed quaſi ſterquilinium in fine perdetur, quia in morte ſua cum ad tormenta ducitur, ſtercoribus vitiorum plenus a malignis ſpiritibus conculcatur. Dicatur igitur, ſi aſcenderit vſque ad cælum ſuperbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quaſi ſterquilinium in fine perdetur. Qui etſi cæleſtem vitam ſe agere ſimulat, etſi intellectum ſuum eſſe ſimilem veris prædicatoribus oſtentat, quaſi ſterquilinium tamen in fine perdetur, quia mens illius pro vitiorum ſuorum fœtore damnabitur. Et qui eum viderant, dicent: Vbi eſt quia plerumque hypocritarum vita etiam ab omnibus reproba in fine cognoſcitur, vt ſignis iam apertioribus qui fuerint, oſtendantur.

IDEM exponens verba illa Iob capite 20. 26 Eodem lib. cap. 4. Velut ſomnium auolans non inuenietur, tranſiet, ſicut viſio nocturna, inquit: Quid eſt vita hypocritæ, niſi quædam viſio phantaſmatis, quæ hoc oſtendit in imagine, quod non habet ex ueritate? Vnde recte quoque ſomnio comparatur, quia ab eo omnis laus & gloria, quaſi *Simile.* dum tenetur, amittitur. Sæpe namque in nocturna viſione nonnulli pauperes, factos ſe diuites admirantur, deferri ſibi honores aſpiciunt, diuitiarum moles, obſequentium multitudinem, pulchritudinem veſtium, abundantiam ciborum ſibimet adeſſe conſiderant. Sed repente cum euigilant, inueniunt quàm falſum fuerit, quod gaudebant, eoſq. euigilaſſe pœnitet, quia vigilantes inopia vera tenet. Sic hypocritarum mentes dum aliud eſt quod agunt, atque aliud quod hominibus oſtendunt, laudes de ipſa ſanctitatis oſtentatione recipiunt, in æſtimatione hominum multis melioribus præferuntur, & cum intus apud ſe tacita cogitatione ſuperbiant, foris ſe humiles demonſtrant. Cum ab hominibus immoderate laudantur,

dantur, tales ſe eſſe quoque apud Deum exiſtimant, quales ſe gaudent hominibus innotuiſſe. Sed inter hæc occulta vocationis hora ſurrepit, & cum carnis oculos claudunt, mentis aperiunt, moxq. vt ſupplicia æterna receperint, ibi vident, quia virtutum æſtimatione diuites in ſomnis fuerunt. Vnde recte de hoc hypocrita dicitur: Tranſiet velut viſio nocturna. Quia hoc quod ſe ad momentum diuitem humanis æſtimationibus videt, de oſtenſione
27 eſt phantaſmatis, non de ſoliditate virtutis,
Eodem lib. cap. 5. quia fauores circa ſe hominum dormiens videbat.

IDEM exponens verba illa: Oſſa eius implebuntur vitijs adoleſcentiæ eius, & cum eo in puluere dormient, ait: Adoleſcentia huius hypocritæ, inchoatio eſt prauitatis. Et tunc adoleſcentiam hypocrita habet cum appetere, & amplecti libidinem gloriæ cœperit. Quam in eo dum adulantium blanda fomenta multiplicant, robuſtiorem reddunt, & quaſi in oſſa conuertunt. Quæ nimirum oſſa cum eo in puluere dormient, quia eouſque in illo iniquæ conſuetudines perdurant, quo hunc ad mortis puluerem pertrahant, & nonniſi cum eius vita finiuntur. Vel aliter eius oſſa cum eo in puluere dormient, quia ſicut puluis eſt omnis ſimulatio illa quam agit; ita & in illo ſi quid habet validum omni ſoliditate vacuatur, vt per virtutis arrogantiam hoc quoque perdat, quod in eo potuit eſſe virtutis. Cum enim dulce fuerit in ore eius malum, abſcondet illud ſub lingua ſua. In ore hypocritæ malum dulce eſt, quia ei eſt iniquitas ſuauis in mente. Sed hoc malum quod in ore hypocritæ dulce eſt, ſub lingua eius abſconditur, quia aſperitas malitiæ quæ latet in mente, ſub tegmine blandæ locutionis operitur. Malum namque in lingua, & non ſub lingua eſſet, ſi loquens hypocrita malitiam ſuæ prauitatis aperiret.

28 IDEM explicans verba illa Iob capite 27.
Lib. 18. Mo ral. cap. 7. Quæ enim ſpes eſt hypocritæ, ſi auare rapiat, & non liberet Deus animam eius? ſic habet: Hypocrita latina lingua dicitur ſimulator, iuſtus eſſe non appetit, ſed videri. Et idcirco auarus raptor eſt, quia dum inique agens deſiderat de ſanctitate venerari, laudem vitæ rapit alienæ. Studium vero eſſe hypocritarum ſolet, vt & quod ſunt, ſupprimant, & hoc quod non ſunt eſſe ſe hominibus innoteſcant, quatenus menſuram ſuam per æſtimationem tranſeant, & præire ſe ceteros actionis nomine oſtendant. Refugiunt videri quod ſunt, & ante oculos hominum ſuperducta quadam innocentiæ honeſtate ſe veſtiunt. Vnde recte de tali-
Matt. 23. Luc. 11. bus Dominus dicit: Væ vobis hypocritæ, quia ſimiles facti eſtis ſepulchris dealbatis, quæ foris quiddem apparent hominibus ſpecioſa, intus vero ſunt plena oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia. Ita & vos foris quidem apparetis hominibus iuſti; intus vero pleni eſtis auaritia, & iniquitate. *Infra*: Sanctus vir hypocritas intuens nequaquam gloriam futuram appetere, ſed cupere præſentem tenere, ait: Quæ enim ſpes eſt hypocritæ? Quia dum præſentia diligit, futura minime ſperat. Quia quod alibi quærendum fuerat, hic ſe tenere gloriatur. Numquid clamorem eius audiet Deus quando venerit ſuper illum anguſtia? Quia nimirum omnis hypocrita, tũc remedium de clamore non inuenit, qui nunc tempus congruum clamoris perdit.

IDEM explicans verba illa Iob capite 39. 29 Penna ſtruthionis ſimilis eſt pennis herodij, & Lib. 31. Moral. cap. 5. accipitris, inquit: Quis herodium & accipitrem neſciat, aues reliquas quanto volatus ſui velocitate tranſcendant? Struthio vero pennę eorum ſimilitudinem habet, ſed volatus eorum celeritatem non habet. A terra quippe eleuari non valet, & alas quaſi ad volatum ſpeciętenus erigit, ſed tamen numquam ſe a terra volando ſuſpendit. Ita ſunt nimirum omnes hypocritę, qui dum bonorum vitam ſimulant imitationem ſanctæ conuerſationis habent, ſed veritatem ſanctæ actionis non habent. Habent quippe volandi pennas per ſpeciem, ſed in terra repunt per actionem, quia alas per figuram ſanctitatis extendunt, ſed curarum ſæcularium pondere prægrauati, nullatenus a terra ſubleuantur. Speciem namque phariſæorum reprobans Dominus quaſi ſtruthionis pennam redarguit, quæ in opere aliud exercuit, & in colore aliud oſtendet dicens: Væ vobis Scribæ, & Pha- *Matt. 23.* riſæi hypocritæ, quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ foris apparent quidem hominibus ſpecioſa, intus vero ſunt plena oſſibus mortuorum. Ita & vos foris apparetis hominibus iuſti, intus vero pleni eſtis auaritia & iniquitate. Ac ſi diceret ſubleuare vos videtur ſpecies pennę, ſed in infimis vos deprimit pondus vitæ. Huius ſtruthionis conuerſurum ſe hypocriſim Dominus pollicetur, cum per Prophetam dicit: Glorificabunt me beſtiæ agri dra- *Eſa. 43.* cones & ſtruthiones. Quid enim draconum nomine, niſi in aperto malitioſæ mentes expri muntur, quæ per terram ſemper in infimis cogitationibus repunt? Quid vero per ſtruthionum vocabulum, niſi hi qui ſe bonos ſimulant, deſignantur, qui ſanctitatis vitam quaſi volatus pennam per ſpeciem retinent, ſed per opera non exercent? Glorificari itaque ſe Dominus a dracone, vel ſtruthione aſſerit, quia & aperte malos, & ficte bonos plerumque ad ſua obſequia ex intima cogitatione conuertit.

BERNARDVS inquit: Sunt quædam 30 arbores infructuoſæ, quæ fructum non faciunt, In ſerm. de B. Benedicto. vt quercus, & vlmus. Tales ſunt filij huius ſæculi voluptatibus vacantes, ad quarum radices ſecuris poſita iam videtur. Aliæ ſunt arbores, quæ fructum faciunt, ſed non ſuum. Hæ arbores hypocritæ ſunt, cum Simone Cirenæo crucem portantes, non ſuam, qui religioſa intentione carentes angariantur, & quæ non amant amore gloriæ, quam deſiderant, facere compelluntur.

IDEM exponens uerba illa: Pulchræ ſunt 31 genæ

Serm.40.in Cantica.

genæ tuæ sicut turturis, sic habet: Si videris hominem nullis honestis studijs intendentem, sed carnis illecebris irretitum, ventri, & luxuria deditum, quales sunt illi, quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt, quid istum? Nonne ex vtraque parte fœdissimum iudicabis, in cuius vtique intentione, & res, & causa reproba inuenitur? Ergo intendere non in Deum, sed in sæculum sæcularis animæ est, nec vllam prorsus genarum speciosam habentis. Intendere autem quasi in Deum, sed non propter Deum, hypocritæ plane animæ est, cuius & si vna facies decora videtur, quòd ad Deum qualicumque intentione respiciat, ipsa tamen simulatio omne decorum in ea exterminat, & magis per totum ingerit fœditatem. Ergo solum inquirere Deum propter ipsum solum, hoc planè est vtramque bipertitæ intentionis faciem habere pulcherrimam, atque id proprium, ac speciale sponsæ, cui merito singulari prærogatiua audire conueniat, Puchræ sunt genæ tuæ sicut turturis. Si ergo animam tuam facis sponsam Dei, stude ambas speciosas habere has genas tuæ intentionis, vt imitator castissimæ volucris sedeas secũdum Prophetam solitarius, quoniam leuasti te supra te. In sermone 66. explicat de hypocritis. Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas. Cant. 3. Tren. 3.

Finis Libri Octaui.

INDEX LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE,

In quo loca quæ in hoc opere explicantur a Sanctis, secundum nostram editionem vulgatam proponuntur.

EX GENESI.

Cap. 1.

IN principio creauit Deus cælũ, & terram. lib.4.c.27.nu.1.

Terra autem erat inanis & vacua. lib.2.c.15.nu.13. lib.4.c.7.nu.18. lib.17.c.5.nu.13. lib.16.c.12.nu.40. lib.18.c.8.nu.7.

Et tenebræ erant super faciẽ abyssi. lib.4.c.7.nu.18.

Et spiritus Domini ferebatur super aquas. lib.4.c.7.nu.18. lib.16.c.12.nu.2.3.5.29.37.40. lib.17.c.5.nu.13.

Dixitq. Deus: Fiat lux. Et facta est lux. lib.1.c.2.nu.6.

Et vidit Deus lucem quod esset bona.

Factumq. est vespere, & mane dies vnus. lib.2.c.1.nu.3.

Dixit quoque Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis: Et fecit Deus firmamentum, diuisitq. aquas, quæ erant sub firmamento, ab his quæ erant super firmamentũ: Et factum est ita. lib.6.c.4.nu.15. lib.11.c.6.nu.88.

Congregentur aquæ quæ sub cælo sunt in locũ vnum, & appareat arida, & factum est ita. lib.11.c.3.nu.23.

Et vidit Deus quod esset bonũ, & ait: Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignũ pomiferum faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram. Et factũ est ita. lib.1.cap.1.num.58. Ambrosius. & lib.2.c.13.num.19. & lib.5.c.10.nu.33. lib.8.c.3.nu.7. & lib.8.c.3.nu.20. lib.11.c.3.nu.24. lib.14.c.5.nu.10.

Dixit quoque Deus: Producat terra animam viuentem in genere suo, iumenta, & reptilia, & bestias terræ secundum species suas. Factumq. est ita. lib.8.c.3.nu.6.7.

Et vidit Deus quod esset bonum, & ait: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrã. lib.2.c.12.nu.2. & c.13.nu.30.31. & lib.3.c.23.nu.2. lib.8.c.2.nu.5. & lib.9.c.2.nu.32. lib.17.c.5.nu.25.26.

Et præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestijs, vniuersæq. terræ, omniq. reptili, quod mouetur super terram. lib.2.cap.12.num.3. & c.13.num.30.31. & lib.3.cap.23.nu.2. & lib.7.cap.8.nu.5.6.

Et creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam, ad imaginem Dei creauit illum, masculum & feminam creauit eos. lib.8.c.3.nu.1.16.

Benedixitq. illis Deus, & ait: Crescite & multiplicamini, & replete terram. lib.1.c.1.nu.62. Ambrosius. lib.2.c.16.nu.17. & lib.9.cap.22.num.8.22.

Et dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli, & vniuersis animantibus, quæ mouentur super terram. lib.4.c.39.nu.34. & lib.8.c.3.nu.2.

Dixitq. Deus, Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa lignã, quæ habent in semetipsis sementem generis sui, vt sint vobis in escam &c. lib.1.c.1.num.10. & lib.18.c.16.nu.1. & lib.8.c.3.nu.2.

Viditq. Deus cuncta quæ fecerat: & erant valde bona. lib.2.c.19.nu.10. & lib.3.c.2.nu.21. & lib.8.c.3.nu.20.

Compleuitq. Deus die septimo opus suum quod fecerat, & requieuit die septimo ab vniuerso opere, quod patrarat. lib.6.c.2.num.6.7. & lib.18.c.8.nu.11. & c.18.nu.4. Cap. 2.

Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem. lib.3.c.19.nu.6.7. & lib.7.c.9.nu.3. & lib.8.c.3.nu.8.9.12. & c.5.nu.5. et lib.16.c.12.nu.3.

Plantauerat autẽ Dominus Deus paradiſum voluptatis à principio, in quo poſuit hominem quem formauerat. lib.2.c.13.nu.3.& lib.15.c.4.num.14. & lib.6.c.4.nu.25.26.

Produxitq. Dominus Deus de humo omne lignũ pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue. lib.2. c.13. num.3. & lib.15.cap.4.nu.14. & lib.16.c.4.nu. 25.26.

Lignum etiam vitæ in medio paradiſi, lignumque ſcientiæ boni, & mali. lib.3.c.24.nu.11.

Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum, qui inde diuiditur in quattuor capita. lib.3.c.5. nu.83. & lib.16. cap.4. nu.26.

Tulit ergo Dominus Deus hominem, & poſuit eum in paradiſum voluptatis, vt operaretur, & cuſtodiret illum. lib.4.c.3.nu.14.& c.20.nu.9. & c. 24.nu.16. & lib.8.c.3. nu.12.21. & lib.10.c.9. nu.2.& lib.13.c.12.nu.4.5.6.& lib.18.c.1. nu. 30. & c.10.nu.27.

Ex omni ligno paradiſi comede: de ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas. lib.1. c.1. nu.10.21.31. 38. & lib.4.c.29. nu.7.Ambroſius. & lib.11.c. 4.nu.1.2.& c.9.nu.21.

In quocumque die comederis ex eo, morte morieris. lib.1.c.1.nu.32.46.& lib.4.c.21.nu.5.et lib.14. c.12 nu.23.

Dixit quoque Dominus Deus, non eſt bonum hominem eſſe ſolũ, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. lib.7.c.8.nu.6.

Quamobrem relinquet homo patrem ſuum, & matrẽ, & adhærebit vxori ſuæ, & erũt duo in carne vna. lib.1.c.2.nu.10. & c.15.nu.1. & c.19. num.12. & lib.3.c.5.nu.44. & lib.11.c.8. num.4.11.12. 13.25.30.

Cap. 3. *Sed & ſerpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat Dominus Deus. lib.2.c.5.num. 43. lib.4.c.31.nu.2.*

Dixit autem ſerpens ad mulierem, nequaquam morte moriemini. Scit enim Deus quod in quocumque die comederitis ex eo, aperiẽtur oculi veſtri, & eritis ſicut Dij ſcientes bonum & malum. lib. 3.c.7.nu.19. & lib.16.c.13.nu.21.

Vidit igitur mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuq. delectabile: & tulit de fructu illius, & comedit, deditq. viro ſuo, qui comedit. lib.1.c.2. nu.11. & c.17.nu. 27.Ambroſ.& lib.13.c.2.n.1. & lib.14.c.6.n.1.

Et aperti ſunt oculi amborũ. lib.1.c.17.nu.27.Ambroſius.& lib.13.c.2.nu.5.7. & libro 14. cap.6. num.1.

Cumq. cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata. lib.1. c.1.num. 62. Ambroſius. & cap.17. num.27. Ambroſ. & lib.14.c.6.nu.1.

Et cum audiſſent vocem Domini Dei deambulãtis in paradiſo ad auram poſt meridiem, abſcondit ſe Adam, & vxor eius, a facie Domini Dei in medio ligni paradiſi. lib.3.c.7.nu.34.& lib.4.c.7.nu.3. & c.13.nu.9.& c.27.nu.15.

Vocauitq. Dominus Deus Adam, & dixit ei: Vbi es? Qui ait: Vocem tuam Domine audiui in paradiſo, & timui, eo quod nudus eſſem, & abſcondi me. lib.3.c.22.nu.5.& c.24.nu.3.4. & lib.4.c.6. nu.6.13.14.& c.7.nu.3.4.& lib.14.c.17.nu.1. & c.22.nu.8.

Dixitq. Adam, Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi. lib.10.c.3.nu.4. & lib.14.c.15.nu.6.7.8.9.10.

Et dixit Dominus Deus ad mulierem: Quare hoc feciſti? Quæ reſpondit: Serpens decepit me, & comedi. lib.1.c.1.nu.62. Ambroſius.& lib.14.cap. 15.nu.6.7.8.9.10. lib.16.c.13.nu.21.

Terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ. lib.2.c.5. nu.22.lib.4.c.3.4.nu 10.

Inimicitias ponam inter te & mulierẽ, et ſemen tuũ et ſemen illius. lib 4.c.6.nu.16.et c.36.num.4.5. 6. et lib.11.cap.5.nu.3.et c.6.nu.2.5.

Ipſa conteret caput tuum, et tu inſidiaberis calcaneo eius. lib.2.c.7.nu.35.lib.4.c.6.nu.16. et cap.30. nu.25 et cap.31.nu.29.et lib.16.c.13.nu.27.

In dolore paries filios, et ſub viri poteſtate eris, et ipſe dominabitur tui. lib.3.c.25.nu.11.lib.4.c.23. 24. et lib.9.c.15.nu.26.lib.11.c.3.nu.26.et c.6. nu.47.et c.8.nu.2.

Adæ vero dixit, quia audiſti vocem vxoris tuæ etc. lib.3.c.1.nu.6.

Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ, ſpinas et tribulos germinabit tibi. lib.1.c.1. nu.38.et lib.2.c.1. nu. 6.30.et lib.3.c.10.nu.23.et c.23.nu.1 et lib.4.c. 1. nu.78.et c.29.nu.2.3.et lib.9.c.15.nu.26.lib. 10.c.1.nu.13. et lib.14.c.12.nu.12.

In ſudore vultus tui veſceris pane tuo etc. lib.2.c.1. nu.6. et lib.4.c.1. nu.78. et lib.6.c.9.nu.7.et lib. 9.c.15.nu.26.et lib.10.c.1.nu.56.13.

Quia puluis es, et in puluerem reuerteris. lib.1.c.1. nu.31.et lib.2.c.17.nu.2.et lib.14. c.12.nu.23. et lib.18.c.3.nu.11.

Fecit quoque Dominus Deus Adæ, et vxori eius tunicas pelliceas, et induit eos. lib.9.c.2.nu.2.

Nunc ergo ne forte mittat manum ſuam, et ſumat etiam de ligno vitæ, et comedat, et uiuat in æternum. lib.4.c.6.nu.7.8.

Emiſit eum Dominus Deus de paradiſo voluptatis. lib.4.c.6.nu.7.8.& lib.9.c.15.nu.27.

Cap. 4. *Factum eſt autem poſt multos dies, vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino. Abel quoq; obtulit de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum: et reſpexit Dominus ad Abel, et ad munera eius: ad Cain autem, & ad munera illius non reſpexit. lib.13.c.5 nu.19.*

Nonne ſi bene egeris, recipies? ſin autem male, ſtatim in foribus peccatum tuum aderit. lib.2.c.20. nu.5.

Sed ſub te erit appetitus eius, et tu dominaberis illius. lib.3.c.18.nu.19. et lib.9.c.5.nu.15.

Dixitq. Cain ad Abel fratrem ſuum, Egrediamur foras: cumq. eſſent in agro, conſurrexit Cain aduerſus fratrem ſuum Abel, et interfecit eum. lib. 14.c.6.nu.2.3.

Et ait Dominus ad Cain: Vbi eſt Abel frater tuus? lib.3.c.10. nu.56. et c.22. nu.4.5. et lib.14.c.6. nu.3.

Qui Reſpondit, neſcio: numquid cuſtos fratris mei ſum ego? lib.1.c.15.nu.10. et lib 3.c.10.nu.16. et cap.22.nu.4.5.et c.28.nu.9.10.

Dixitq. Dominus ad eũ, Quid feciſti? vox ſanguinis fratris

fratris tui clamat ad me de terra. lib.1.c.4.n.13. & lib.3.c.10.nu.56.& lib.9.c.4.nu.11.

Dixitq. Cain ad Dominum: Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear. lib.1.c.18.nu.31. & lib.2.c.12.nu.25.

Ecce eijcis me hodie, a facie tua abſcondar, & ero vagus, & profugus in terra. lib.4.c.13.nu.9. lib.10. c.4.nu.7.lib.14.c.18.nu.22.lib.17.c.3.nu.11.

Omnis igitur qui inuenerit me, occidet me. lib.1. c. 18.nu.31 & lib.10.c.4.nu.7.& lib.17.c.3.nu.11.

Dixitq. ei Dominus, Nequaquam ita fiet, ſed omnis qui occiderit Cain, ſeptuplum punietur. lib.6.cap. 10.nu.26.27.& lib.14.c.6.nu.4. & c.10.nu.13. & cap.20.nu.8.9.

Poſuitq. Dominus in Cain ſignum, vt non interficeret eum omnis qui inueniſſet eum. lib.10. cap.4. nu.7.

Egreſſuſq. Cain a facie Domini, habitauit profugus in terra ad orientalem plagam Eden. lib.2.c.17. nu.3.& lib.4.c.19.nu.2. & lib.9.c.4.num.11.& lib.14.c.6.nu.4.

Cognouit autem Cain vxorem ſuam, quæ concepit, & peperit Enoch. lib.3.c.17.nu.10.

Et ædificauit ciuitatem, vocauitq. nomen eius ex nomine filij ſui Enoch. lib.2.c.17.nu.20. & lib.3. c. 17.nu.10.& lib.9.c.14.nu.9.

Cognouit quoque adhuc Adam vxorem ſuam, & peperit filium, vocauitq. nomen eius Seth dicens, poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel, quem occidit Cain. lib.3.c.17.nu.10.& lib.4.c.26 nu.4.

Sed & Seth natus eſt filius, quem vocauit Enos, iſte cœpit inuocare nomen Domini. lib.3.c.17.nu.10.

Cap. 5. *Noe vero cum quingentorum annorum eſſet, genuit Sem, Cham, & Iaphet. lib.4.c.6.nu.9.*

Cap. 6. *Videntes Filij Dei filios hominum quod eſſent pulchræ. lib.16.c.9.nu.5.*

Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt: eruntq. dies illius centum viginti annorum. lib.2.c.10.nu.13.& lib.3.c.9.nu. 3.& lib.4.c.5.nu.15.& c.6.nu.11.12.& c.8.nu. 4.& lib.12.c.16.nu.2.

Gigantes autem erant ſuper terram in diebus illis &c. lib.12.c.4.nu.13.

Videns autem Dominus quòd multa malitia hominum eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore &c. lib.1.c.1. nu.10.

Delebo, inquit, hominem quem creaui, a facie terræ ab homine vſque ad animantia &c. lib.4. cap.6. nu.10.

Noe vir iuſtus, atque perfectus fuit in generationibus ſuis, cum Deo ambulauit. lib.2.cap.4.num. 27.28.

Omnis quippe cãro corruperat viam ſuam. lib.6.cap. 12.nu.2.

Fac tibi arcam de lignis læuigatis, manſiunculas in arca facies, & bitumine linies intrinſecus, & extrinſecus. lib.3.c.2.nu.26. lib.4.c.6.nu.10. lib.5. c.3.nu.13.& c.8. nu.2. lib.14.c.29.nu.1. & lib. 16.c.7.nu.13. lib.18.c.12.nu.1.

Feneſtram in arca facies, & in cubito conſummabis ſummitatem eius: oſtium autem arcæ pones ex latere &c. lib.3.c.10.nu.54.

Ecce ego adducam aquas diluuij ſuper terram, vt interficiam omnem carnem, in qua eſt ſpiritus vitæ ſubter cælum, & vniuerſa quæ in terra ſunt, conſumentur. lib.4.c.6.nu.10. & lib.14.c.17.nu. 23.& lib.16.c.12.n.21.

Ingrédieris in arcam tu & filij tui, vxor tua, & vxores filiorum tuorum tecum. lib.5.c.8.nu.41

Et ex cunctis animantibus vniuerſæ carnis bina induces in arcam, vt viuant tecum, maſculini ſexus & feminini. lib.5.c.3.nu.13.& c.8.num.1.2. & lib.16.c.12.nu.21.

Cap. 7. *Dixitq. Dominus ad eum, ingredere tu, & omnis domus tua in arcam. lib.3.c.27.nu.16.Ambroſius. lib.14.c.21.nu.27.*

Ex omnibus animantibus mundis tolles ſeptena, & ſeptena maſculum, & feminam: de animantibus vero immundis, duo, & duo, maſculum, & feminam. lib.1.c.1.nu.16.& lib.9.c.21.nu.6.

Adhuc enim & poſt dies ſeptem ego pluam ſuper terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & delebo omnem ſubſtantiam quam feci, de ſuperficie terræ. lib.4.c.6.nu.10.

Fecit ergo Noe omnia quæ mãdauerat ei Dominus. lib.7.c.7.nu.8.9.

Et ingreſſus eſt Noe, & filij eius, vxor eius, & vxores filiorum eius cum eo in arcam propter aquas diluuij. lib.14.c.2.nu.27.

Et incluſit eum Dominus de foris. libro 4. cap. 3. nu.51.

Deleuitq. Deus omnem ſubſtantiam quæ erat ſuper terram, ab homine vſque ad pecus, tam reptile, quàm volucres cæli, & deleta ſunt de terra: remanſit autem ſolus Noe, & qui cum eo erant, in arca. lib.3.c.11.nu.27.

Cap. 8. *Cumque tranſiſſent quadraginta dies, aperiens Noe feneſtram arcæ, quam fecerat, dimiſit corvum, qui egrediebatur, & non reuertebatur, donec ſiccarentur aquæ ſuper terram. lib.1.c.16.nu.14.Ambroſius.& lib.4.c.4.nu.13 & lib.9.c.21.nu.8.& lib.11.c.11.n.22.*

Emiſit quoque columbam poſt eum, vt videret ſi iam ceſſaſſent aquæ ſuper faciem terræ: Quæ cum non inueniſſet, vbi requieſceret pes eius, reuerſa eſt ad eum in arcam. lib.1.c.16.nu.14.Ambroſius. & lib.2.c.4.nu.17.& lib.11.c.11.nu.22. & lib. 16.c.12.nu.21.

Expectatis autem vltra ſeptem diebus alijs, rurſum dimiſit columbam ex arca etc. Portans ramum olivæ virentibus foliis more eius etc. lib.1. cap.16. nu.16.Ambroſius.

Expectauit nihilominus ſeptem alios dies, et emiſit columbam, quæ non eſt reuerſa vltra ad eum. lib. 1.c.16.nu.14.Ambroſius. et lib.2.c.4.nu.17. & lib.16.c.12 nu.21.22.23.24.

Senſus enim et cogitatio humani cordis in malũ prona ſunt ab adoleſcentia ſua. lib.2.c.9.nu.32.

Cap. 9. *Creſcite & multiplicamini, & replete terram, et terror veſter, ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ &c. lib.8.c.5.nu.25.26.*

Et omne quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibum &c. lib.1.c.1.nu.17.

Arcum meum ponam in nubibus &c. lib.4.cap.12. nu.26.Ambroſius.

Cœpitq. Noe vir agricola exercere terram, & plantauit vineam, bibenſque vinum inebriatus eſt,

& nudatus iacuit in tabernaculo suo. lib.1.c.1. nu.3. & nu.60.64.28.34.39.46. & lib.3.c.10. nu.42.43.

Quod cum vidisset Cham pater Chanaan, verenda scilicet patris sui esse nudata, nunciauit duobus fratribus suis foras. lib.3.c.10.nu.42.43. & lib. 6.c.7.nu.11. & lib.7.c.2.nu.10.

At vero Sem & Iaphet pallium imposuerunt humeris suis, & incedentes retrorsum operuerunt verenda patris sui, faciesq. eorum reuersa erant, & patris virilia non viderunt. lib.6.c.8.nu.10. & lib.9.c.17.nu.13.

Maledictus puer Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis. lib.3.c.21.nu.6. & lib.6.c.7.nu.2. & lib.10.c.4.nu.3.

Benedictus Dominus Deus Sem, sit Chanaan seruus eius, dilatet Deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem, sitq. Chanaan seruus eius. lib.5.c.7. nu.6.

Cap. 11. Erat autem terra labij vnius, & sermonum eorumdem. lib.1.c.15.nu.2.

Cumque proficiscerentur de Oriente inuenerunt campum in terra Sennaar, & habitauerunt in eo: Dixitq. alter ad proximum suum: Venite faciamus lateres, & coquamus eos igni; habueruntq. lateres pro saxis, & bitumen pro cemento. lib.3. c. 17.nu.20.21.

Et dixerunt: Venite, faciamus nobis ciuitatem, & turrim, cuius culmen pertingat ad cælum, & celebremus nomen nostrum, antequam diuidamur in vniuersas terras. lib.1.c.20.num.11. & lib.16. c.12.nu.50.

Nec desistent a cogitationibus suis, donec eas opere compleant. lib.1.c.20.nu.12.

Venite igitur, descendamus, & confundamus linguam eorum &c. lib.14.cap.4.nu.1. & lib.16.c. 12.nu.50. & lib.17.c.5.nu.3.

Et idcirco vocatum est nomen loci illius Babel, quia ibi confusum est labium vniuersæ terræ. lib.3.c. 17.nu.11.12.

Cap. 12. Dixit Dominus ad Abraham: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrauero tibi. lib.2. c.2.nu.9. & nu.13.15. & lib.4.c.2.nu.3. & c.4. nu.1. & lib.9.c.22.nu.11.19.35. et lib.11.c.12. nu.1. & nu.16.

Faciamq. te in gentem magnam. lib.2.c.11.nu.15. & lib.4.c.4.nu.1.

Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi. lib.2.c.10.nu.23.

Egressus est itaque Abraham, sicut præceperat ei Dominus, & iuit cum eo Loth, septuaginta quinque annorum erat Abraham, cum egrederetur de Haran: tulitq. Sarai vxorem suam, & Loth filiũ fratris sui, vniuersamq. substantiam, quam possederant, et animas quas fecerat in Haran: et egressi sunt, vt irent in terram Chanaan. lib.4.c.4.nu. 1. et lib.11.c.8.nu.11.

Semini tuo dabo terram hanc. libro 2. capite 2. nu.4.

Dic ergo: Obsecro te, quòd soror mea sis etc. lib.9.c. 24.nu.1. et lib.11.c.8.nu.26.

Vocauitq. Pharao Abraham, & dixit ei, Quidnam est hoc quod fecisti mihi? Quare non indicasti mihi, quôd vxor tua esset? Quam ob causam dixisti esse sororem tuam, vt tollerem eam mihi in vxorem. Nunc igitur, ecce coniux tua, accipe eam, & vade. lib.1.c.4.nu.2.3.

Cumq. ingressus esset Abraham Aegyptum, viderũt Aegyptij mulierem quòd esset pulchra nimis etc. Pharaonis. lib.1.cap.4.nu.2.3.

Flagellauit autem Dominus Pharaonem plagis maximis, & domum eius, propter Sarai vxorem Abraham. lib.1.c.4.nu.2.3.

Cap. 13. Ascendit ergo Abraham de Aegypto ipse, & vxor eius, & omnia quæ habebat, & Loth cum eo ad australẽ plagã: erat autẽ dives valde in possessione auri, & argẽti. lib.2.c.15.n.4. & lib.11.c.8.n.11.

Sed & Loth qui erat cum Abraham fuerunt greges ouium, & armenta, & tabernacula: nec poterat capere eos terra, vt habitarent simul. Erat quippe substantia eorum multa, et nequibant habitare communiter. lib.1.c.14.nu.34. Ambrosius. et lib. 4.c.40.nu.4.

Cap. 14. Dixit ergo Abraham ad Loth, Ne quæso sit iurgiũ inter me et te, et inter pastores meos, et pastores tuos, fratres enim sumus: Ecce vniuersa terra coram te est, recede a me obsecro. Si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo: si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam. libro 1. cap. 14. num.33.34. Ambrosius. et cap.15. numero 7.

Leua oculos tuos in directum, et vide a loco in quo nunc es ad Aquilonem et Meridiem, ad Orientem, et Occidentem: omnem terram quam conspicis, tibi dabo, et semini tuo vsque in sempiternũ. lib.10.cap.4.nu.8.

Et habitauit Abraham iuxta conuallem Mambre quæ est in Hebron, ædificauitq. altare ibi Domino. lib.2.c.13.nu.4.

Cap. 15. His itaque transactis factus est sermo Domini ad Abraham per visionem dicens: Noli timere Abraham, ego protector tuus sum, et merces tua magna nimis. lib.2.c.15.nu.15.

Sume, inquit, mihi vaccam triennem, et capram trimam, et arietem annorum trium, turturem quoque et columbam: qui tollens vniuersa hæc diuisit ea per medium, et vtrasque partes contra se sit altrinsecus posuit, aues autem non diuisit. lib.14. c.5.nu.27.

Necdum enim cõpletæ sunt iniquitates Amorræorum vsque ad præsens tempus. lib.2.c.11.nu.9.

Cap. 16. Ecce concluſit me Dominus, ne parerem: ingredere ad ancillam meam. Si forte saltem ex illa suscipiam filios. lib.2.c.2.nu.4.

At illa concepisse se vidẽs, despexit dominam suam. lib.2.c.2.nu.4. et lib.14.c.30.nu.11.

Ecce, ait, ancilla tua in manu tua est, vtere ea vt libet. lib.11.c.8.nu.3.

Cap. 17. Postquam vero nonaginta et nouem annorum esse cœperat: apparuit ei Dominus etc. lib 2. c.11. nu.13.

Hoc est pactum meum, quod obseruabitis inter me, et vos, et semen tuum post te: Circumcidetur ex vobis omne masculinum, et circumcidetis carnem præputij vestri &c. fœdus æternum. lib. 3. c.1. nu.1.

Cap. 18. Apparuit ei autem Dominus in conualle Mambre sedenti

sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso feruore diei. lib.3.c.11.nu.22.

Cumque eleuasset oculos, apparuerunt tres viri stantes prope eum: quos cum vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi, & adorauit in terram. lib.17.c.5.nu.11.18. & lib.18. c.11.nu.22.

Et dixit, Domine si inueni gratiam in oculis tuis, ne trãseas seruum tuum: sed afferam pauxillũ aquæ, & lauentur pedes vestri, & requiescite sub arbore. lib.5.c.10.nu.37. & lib.18.c.11.nu.12.

Ponamq. buccellam panis, & confortetur cor vestrũ, postea transibitis: idcirco declinastis ad seruum vestrum. lib.18.c.11.nu.22.

Festinauit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitq. ei: Accelera, tria sata similæ commisce, & fac subcinericios panes. lib.1.cap.1.nu.63. Ambrosius.

Ipse vero ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum, & optimum &c. lib.5.cap.10. nu.18.

Tulit quoque butyrum & lac, & vitulum quem coxerat, & posuit coram eis: ipse vero stabat iuxta eos sub arbore. lib.1. cap.1. num.63. Ambrosius.

Cumque comedissent, dixerunt ad eum: Vbi est Sara vxor tua? Ille respondit: Ecce in tabernaculo est. lib.11.c.11.nu.24.

Quo audito Sara risit post ostium tabernaculi. lib. 10.c.2.nu.8.

Descendam, & videbo vtrum clamorem qui venit ad me opere compleuerint, an non, &c. lib.9. c.10. nu.3.

Numquid perdes iustum cum impio? lib.5.c.8.n.5.

Loquar ad Dominum cum sim puluis & cinis. lib.1. c.12.nu.28. lib.3.cap.19.nu.14. & c.20.nu.20. 21. llb.8.c.5.nu.7. & lib.8.c.6.nu.8. & c.7.n.5.

Quid si ibi inuenti fuerint decẽ iusti? & dixit, Non delebo propter decem. lib.5.c.8.nu.5. & 9.c.3.

Cap. 19. Vimq. faciebant Loth vehementissime: iamq. prope erat, vt effringerent fores: Et ecce miserunt manũ viri, & introduxerunt ad se Loth, clauseruntq. ostium, & eos qui foris erant, percusserunt cæcitate a minimo vsque ad maximum, vt ostium inuenire non possent. lib.9.c.5.nu.30.

Salua animam tuam, noli respicere post tergum, nec stes in omni circa regione, sed in monte saluum te fac, ne & tu simul pereas. lib.9.cap.22. nu.1.6.11.35. & lib.11.c.11. nu.39. & lib.18. c.12.nu.5.6.

Est ciuitas hic iuxta, ad quam pesnm confugere parua, & saluabor in ea. lib.18.c.12. nu.5.6.

Igitur Dominus pluit super Sodomam, & Gomorrham sulphur, & ignem de cælo a Domino, & subuertit ciuitates has, & omnem circa regionem, vniuersos habitatores vrbium, & cuncta terræ virentia. lib.6.c.12.nu.18.

Respicienſq. vxor eius post se, versa est in statuam salis. lib.2.c.3. nu.14. & lib.9.c.22. nu.1.2.12. 17.20.26.

Ascenditq. Loth de Segor, & mansit in monte, duæ quoque filiæ eius cum eo (timuerat enim manere in Segor) & mansit in spelunca ipse, & duæ filiæ eius cum eo, &c. Conceperunt ergo duæ filiæ Loth de patre suo. lib.16.c.13.nu.1.

Pater noster senex est, veni, inebriemus eum vino. lib.1.c.1.nu.3.60. & 22. & 46.

Cap. 20. Dixitq. de Sara vxore sua, soror mea est: Misit ergo Abimelech rex Geraræ, & tulit eam. lib.9. c.24. nu.1. & lib.11.c.8.nu.26.

Venit autem Deus ad Abimelech per somnium nocte, & ait illi: En morieris propter mulierem, quam tulisti: habet enim virum. lib.1. cap. 4. nu.2.3.

Abimelech autem non tetigerat eam, & ait: Domine, num gentem ignorantem, & iustam interficies? Nonne ipse dixit mihi, Soror mea est. lib. 1.c.4.nu.3.

Quid fecisti nobis? Quid peccauimus in te? Quia induxisti super me, & super regnum meum peccatum grande? Quæ non debuisti facere, fecisti nobis. lib.1.cap.4.nu.2.

Tulit igitur Abimelech oues & boues & seruos, & ancillas, & dedit Abraham, redditq. illi Saram vxorem suam. lib.1.c.4.nu.3.

Creuit igitur puer, & ablactatus est: Fecitq. Abraham grande conuiuium in die ablactationis eius. lib.9.c.22.nu.2.

Cap. 21. Cumq. vidisset Sara filium Agar Aegyptiæ ludentem cum Isaac filio suo, dixit ad Abraham: Eijce ancillam hanc, & filium eius. lib.3.c.1. nu.2.3. & lib.9.c.20.nu.10.

Et fuit Deus cum eo: Qui creuit, & moratus est in solitudine. factusq. est iuuenis sagittarius. lib. 7.c.8.nu.3.4.5.

Cap. 22. Quæ postquam gesta sunt, tentauit Deus Abraham, & dixit ad eum: Abraham, Aaraham. At ille respondit: Adsum. Ait illi: Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Isaac, & vade in terrã visionis, atque ibi offeres eum in holocaustum super vnum montium, quem monstrauero tibi. lib. 7.c.3.nu.20. & lib.9.c.13.nu.8. & lib.13.cap.1. nu.14.24. & lib.17.c.4.nu.1.2.

Igitur Abraham de nocte consurgens, strauit asinum suum: ducens secum duos iuuenes, & Isaac filiũ suum. lib.13.c.1.nu.14.24. & lib.17.c.4.nu.2. & lib.18.c.11.nu.22.

Dixitq. ad pueros suos: Expectate hic cum asino: ego autem & puer illuc vsque properantes, postquam adorauerimus, reuertemur ad vos. lib.18. c.1.nu.19. & c.11.nu.22.

Tulit quoque ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum: ipse vero portabat in manibus ignem, & gladium. lib.3:c.10. nu.43.60. & lib. 4.c.1.nu.1.

Cumq. duo pergerent simul, dixit Isaac patri suo, Pater mi. At ille respondit, Quid vis fili? Ecce, inquit, ignis, & ligna: vbi est victima holocausti? lib.17. cap.4.nu.2. & libro 18.c.11.nu.22.

Extenditq. manum, & arripait gladium, vt immolaret filium suum. lib.1.c.7. nu.9. Ambrosius.

Nunc cognoui quod timeas Dominum. lib.4. c.26. num.5.

Leuauit Abraham oculos suos: viditq. post tergum arietem inter vepres, hærentem cornibus, &c. lib.3.cap.10.nu.43.60.

Per memetipsum iuraui, dicit Dominus &c. lib.9. c.21.nu.35.

Et multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & velut arenam, quæ est in littore maris. lib.12.cap. 3.nu.19. & cap.4.nu.1.

Cap. 23. *Aduena sum, & peregrinus apud vos: date mihi ius sepulchri vobiscum, vt sepeliam mortuum meum. lib.2.cap.16.nu.9.*

Atque ita sepeliuit Abraham Saram vxorem suam in spelunca agri duplici, quæ respiciebat Mambre &c. lib.14.c.29.nu.26.& lib.18.c.18.nu.8.

Cap. 24. *Ecce ego sto prope fontem aquæ, & filiæ habitatorum huius ciuitatis egredientur ad hauriendam aquã, igitur puella cui ego dixero, inclina hydriã tuã, vt bibam, & illa responderit, bibe, quin & camelis tuis dabo potum: ipsa est quã præparasti seruo tuo Isaac vsque Abraham. lib.11.cap.8.nu.5.*

Et ecce Rebecca egrediebatur filia Batuelis filij Melchæ vxoris Nachor fratris Abraham, habens hydriam in scapula sua: puella decora nimis, virgoq. pulcherrima, & incognita viro. descẽderat autem ad fontem, & impleuerat hydriam aqua, ac reuertebatur. lib.16.c.10.nu.1.2.

Celeriterq. deposuit hydriam super vlnam suam, & dedit potũ &c. Camelis. lib.5.c.3.nu.15. Ambr.

Non comedam donec loquar sermones meos. lib.13. cap.13.nu.9.

Vocemus puellam, & quæramus ipsius voluntatem, cumq. vocata esset, scisciatí sunt, Vis ire cum homine isto? Quæ ait, vadam. lib.11.c.8.nu.27.

Eo autem tempore deambulabat Isaac per viam, quæ ducit ad puteum, cuius nomen est viuentis, & videntis. lib.16.c.10.n.2.

Rebecca quoque conspecto Isaac, descendit de camelo. lib.3.c.7.nu.15.

At illa cito tollens pallium suum operuit se. lib.13. c.1.nu.9.& lib.18.c.6.nu.18.

Qui introduxit eam in tabernaculum Saræ matris suæ, & accepit eam vxorem: & intantum dilexit eam, vt dolorem qui ex morte matris eius acciderat, temperaret. lib.11.c.8.nu.5.

Cap. 25. *Fuerunt autem dies Abrahæ centum septuaginta quinque anni: & deficiens mortuus est in senectute bona &c. lib.18.c.13. nu.5. plenus dierum. lib.11.c.9.nu.13.*

Isaac autem erat quadraginta annorum, quando duxit vxorem Rebeccam filiam Batuelis Syri de Mesopotamia, &c. lib.13.c.7 nu.4.

Perrexitq. Rebecca vt consuleret Dominum, qui respondit, ait: Duæ gentes sunt in vtero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur, populusq. populum superabit, & maior seruiet minori. lib.3.c. 21.nu.1.

Protinus alter egrediens plantam fratris tenebat manu. lib.3.c.5.nu.49.

Factus est Esau vir gnarus venandi, & homo agricola: Iacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis. lib.9.c.23.nu.16.

Et sic accepto pane, & lentis edulio comedit, & bibit, & abijt, paruipendens, quòd primogenita vendidisset. libro 1. cap.1. num.17.28. 32. 34.39. 46. 54.

Cap. 26. *Ne descendas in Aegyptum sed quiesce in terra, quam dixero tibi: Et peregrinare in ea, eroq. tecum. lib 4.c.20.nu.7.*

Omnis qui tetigerit hominis huius vxorem, morte morietur. lib.4.c.3 nu.6.

Et locupletatus est Isaac, & ibat proficiens, atque succrescens: donec magnus vehementer factus est, habuitq. possessiones ouium, & armentorum, & familiæ plurimum: ob hoc inuidentes ei Palæstini, omnes puteos quos foderant serui patris illius Abraham, obstruxerunt humo, &c. Recede a nobis. lib.3.c.24.nu.1.& lib.9.c.5.nu.6.

Rursum fodit alios puteos, quos foderant serui patris sui Abraham, & quos, illo mortuo, olim obstruxerant Philisthijm. lib.3.cap.24.nu.1.& cap. 19.nu.32.

Foderuntq. in torrente, & repererunt aquam viuã: sed & ibi iurgium fuit pastorum Geraræ aduersus pastores Isaac dicentium, Nostra est aqua. lib.14.c.1.nu.4.

Quid venistis ad me hominem quem odistis, & repulistis a vobis? Responderunt: Vidimus Dominum esse tecum &c. Sit iuramẽtum inter nos &c. lib.1.c.12.nu.8. Cap. 27.

Nunc ergo fili mi acquiesce consilijs meis, & pergens ad gregem &c. In me sit ista maledictio fili mi, tantum audi vocem meã &c. lib.3.c.2.n.12.

Et vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum: pelliculasq. hædorum circumdedit manibus, & colli nuda protexit. lib.3.c.9. nu.19.

Quomodo inquit, tam cito inuenire potuisti, fili mi? Qui respondit: Voluntas Dei fuit, vt cito occurreret mihi, quod volebam. lib.18.c.11.nu.22.

Ecce odor fili mi sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. lib.11.c.6.nu.11.89.& lib.18.c.6. nu.13.14.

Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ, abundantiam frumenti & uini, & olei. lib.1.cap. 17.nu.20.& lib.11.cap.3.nu.2.

Num vnam tantum benedictionem habes patrem? lib.1.c.18.nu.31.

In pinguedine terræ, & in rore cæli desuper erit benedictio tua. lib 1.c.17.nu.20.

Nunc ergo fili mi, audi vocem meam, & consurgens fuge ad Laban fratrem meum in Haran, habitabisq. cum eo dies paucos, donec requiescat furor fratris tui. lib.18.c.17.nu.3.

Cumq. venisset ad quemdam locum, & vellet in eo requiescere post solis occubitum, tulit de lapidibus qui iacebant, & supponens capiti suo, dormiuit in eodem loco. lib.2.c.16.nu.10.11. Cap. 28.

Viditq. in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cælum: Angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes peream: & Dominum innixum scalæ dicentem sibi: Ego sum Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac: terrã, in qua dormis, tibi dabo & semini tuo. lib.1.c.22. nu.7.& c.21.nu.1.& lib.2.c.16.nu.11.& lib.5. c.2.nu.11.& lib.9.c.22.nu.25.34.& lib.11.c.6. 13.& lib.14.c.18.nu.14.& c.26.nu.30, & lib. 18.c.8.nu.18.& c.18.nu.7.

Cumque euigilasset Iacob de somno, ait: Vere Dominus est in loco isto, & ego nesciebam: Pauensque, ait, Quam terribilis, inquit, est locus iste! non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cæli? lib.3. c.7.nu.5.6.& lib.5c.2.nu.11.& lib.14.cap.31. nu.27.

Surgens ergo Iacob mane, tulit lapidem, quem supposuerat capiti suo, & erexit in titulum, fundens oleum desuper. lib.3.c.9.nu.18.

Si fuerit Dominus mecum, & custodierit me in via per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, reuersusque fuero prospere ad domum patris mei: erit mihi Dominus in Deum, & lapis iste quem erexi in titulum, &c. lib.2.c.16.nu.6.11.12.& lib.6.c.9.nu.8.

Cap. 29. *Seruiuit ergo Iacob pro Rachel septem annis: & videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine. lib.1.c.8.nu.4.*

Et vespere Laban Liam filiam suam introduxit ad eum, dans ancillam filiæ, Zelpham nomine. lib.11. c.8.nu.6.& lib.18.c.18.nu.11.

Non est in loco nostro consuetudinis, vt minores ante tradamus ad nuptias. lib.18.c.18.nu.11.18.

Cap. 30. *Respondebitque mihi cras iustitia mea, quando placiti tempus aduenerit coram te. lib.18.c.17.n.23.*

Tollens ergo Iacob virgas populeas virides, & amygdalinas, & ex platanis, ex parte decorticauit eas: detractisque corticibus in his quæ spoliata fuerant, candor apparuit: illa vero quæ integra fuerant, viridia permanserunt, atque in hũc modum color effectus est varius, posuitque eas in canalibus, vbi effundebatur aqua, vt cum venissent greges ad bibendum, ante oculos haberent virgas, & in aspectu earum conciperent. lib. 5. c. 13.nu.20.& lib. 18.c.2.nu.10.

Cap. 31. *Et Rachel furata est idola patris sui. lib.3.c.9.nu.41. Ambrosius.*

Videtque in somnis dicentem sibi Dominum: caue ne quicquam aspere loquaris contra Iacob. lib.4. c.3.nu.7.

Quod autem furti me arguis: apud quemcumque inueneris deos tuos, necetur coram fratribus nostris scrutare, quicquid tuorum apud me inueneris, aufer. lib 3.c.9.nu.41. Ambrosius.

Ne irascatur Dominus meus, quòd coram te assurgere nequeo: quia iuxta consuetudinem feminarum nunc accidit mihi. lib.3.c.9.nu.41. Ambrosius.

Die noctuque vrgebar æstu, & gelu: fugiebatque somnus ab oculis meis. lib.1.c.18. nu.16.& lib. 2.c.3.nu.6.& lib.14.c.30.nu.1.& lib.16.c.3.nu. 5.& lib.18.c.5.nu.10.

Nisi Deus Patris mei Abraham, & timor Isaac affuisset mihi, forsitan modo me nudum dimisisses, &c. lib.13.c.4 nu.4.& 5.

Cap. 32. *Castra Dei sunt hæc. lib.1.c.21.nu.24.*

In baculo meo transiui Iordanem istum, & nunc cũ duabus turmis regredior. lib.2.c.12.nu.11.& lib. 3.c.13.nu.26.

Placabo illum muneribus, quæ præcedunt. lib. 1.c. 12.nu 55.

Et ecce vir luctabatur cum eo vsque mane, qui cum viderent, quòd eum superare non posset, tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit. lib. 1.c. 18.nu.22.& lib.15.c.1.nu.3.4.

Dimitte me, iam enim ascendit aurora respondit, non dimittam te nisi benedixeris mihi. lib.1.c.2. nu.17.& lib.3.c.13.n.26.& lib.15.c.1.n.3.4.

Vidi Dominum facie ad faciẽ, & salua facta est anima mea. lib.3.c.5.nu.60.

Ipse vero claudicabat pede lib.2.c.16.nu.30.31.

Cap. 34. *Egressa est autem Dina filia Liæ vt videret mulieres regionis illius, quam cum vidisset Sichem filius Hemor Heuæi princeps terræ illius, ad amauit eam: & rapuit, & dormiuit cũ illa, vi opprimens virginem. lib.3.c.3.nu 31.42: & lib.4. c.31.nu.39.& lib 11.c.11.nu.11.*

Cap. 25. *Venit igitur Iacob Luzã quæ est in terra Chanaan, cognomento Bethel: ipse & omnis populus cum eo ædificauitque ibi altare &c. lib.4.c.40.n.5.*

Cap. 37 *Israel autem diligebat Ioseph super omnes filios, eo quòd in senectute sua genuisset eum: fecitque ei tunicam polymitam. lib.1.c.5.nu.5.& lib.3.c.9. n.33.& lib.14.c.24.n.15.16.17.18.19.21.22.*

Videntes autem fratres eius, quod a patre plus cunctis filijs amaretur, oderant eum, nec poterant ei quicquam pacifice loqui. lib.9.c.5.nu.7.8.9.10. 28.

Putabam nos ligare manipulos in agro, & quasi consurgere manipulum meum, & stare, vestrosque manipulos circumstantes adorare manipulum meum. lib.3.c.9.nu.42. Ambrosius, & lib.4. cap. 22.nu.11.& lib.9.c.5.nu.3.7.

Vidi per somnium quasi solem, & lunam, & stellas vndecim adorare me. lib.3.c.13. nu.27.& lib.6. c.8.nu.7.& lib.9.c.5.nu.3.7.28.

Vade, & vide si cũcta prospera sint erga fratres tuos, &c. Inuenit eum vir errantem in agro, & interrogauit quid quæreret, &c. In Dothain. lib.3.c. 9.nu.38.

Ecce somniator venit, venite occidamus eum, & mittamus in cisternam veterem: dicemusque, Fera pessima deuorauit eum, & tunc apparebit quid illi prosint somnia sua. lib.3.c.10.nu.94. Ambrosius, & lib.4.c.22.nu.5.11.12.& lib.9.c.5.nu. 3.7.28.

Et nudauerunt eum tunica talari, & polymita. lib. 3.c.10.nu.94. Ambrosius, & lib.4.c.22. nu.11. 12.

Melius est vt venundetur Ismaelitis, & manus nostræ non polluantur; frater enim & caro nostra est. lib.3.c.10.nu.94. Ambrosius, & lib.4.c.22. nu.11.12.

Descendam ad filium meum lugens in infernum. lib. 6.c.7.nu.1.

Cap. 38. *Fornicata est Thamar nurus tua. lib. 1.c.4.nu.7. Iustior me est lib.2.c.4.nu.28.*

Cap. 39. *Igitur Ioseph ductus est in Aegyptum, emitque eum Putiphar Eunuchus Pharaonis, princeps exercitus sui vir Aegyptius, de manu Ismaelitarum, a quibus perductus erat. lib. 6.c.9.nu.5.*

Fuitque Dominus cum eo, & erat vir in cunctis prospere agens. lib.6.c.9.nu.5.

Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis ignorat, quid habeat in domo sua; nec quicquam est, quod non sit in mea potestate, vel non tradiderit mihi, præter te quæ vxor eius: quomodo ergo possum malum hoc facere, & peccare in Dominum meũ. lib.3.c.2.nu.8.& lib.18.c.1.nu.38.39.

Qui relicto pallio in manu eius fugit, & egressus est foras. lib.3.c.3.nu.16.17.18.37.& lib.9.cap.4. nu.10.

Cap. 40. *Tres propagines, tres adhuc dies sunt, post quos recordabitur Pharao ministerij tui, & restituet te in gra-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

in gradum pristi num: dabisque ei calicem iuxta officium tuum sicut ante facere consueueras. tantum memento mei, cum tibi benefuerit, & facies mecum misericordiam: vt suggeras Pharaoni, vt educat me de carcere isto, &c. missus sum. lib. 3. c. 1. nu. 37. lib. 9. c. 23. nn. 8. lib. 16. c. 11. n. 7. 22.

Cap. 42. *Descendentes igitur fratres Ioseph decem, vt emerent frumenta in Aegypto Beniamin domi retento a Iacob, qui dixerat fratribus eius, ne forte in itinere quicquam patiatur mali; ingressi sunt terram Aegypti cum alijs qui pergebant ad emendum, erat autem fames in terra Chanaan lib. 14. c. 25. n. 41.*

Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, &c. Tribulatio: lib. 3. c. 24. n. 6.

Præmisitque me Deus, vt reseruemini super terram, & escas ad viuendum habere possitis. lib. 6. c. 3. num. 24.

Cap. 45. *Osculatusque est Ioseph omnes fratres suos, & plorauit super singulos. lib. 1. c. 12. nu. 55.*

Ioseph filius tuus viuit, & ipse dominatur in omni terra Aegypti. lib. 9. c. 13. nu. 2. & lib. 14. c. 13. nu. 1.

Cap. 46. *Profectusque Israel cum omnibus quæ habebat, venit ad puteum iuramenti, &c. lib. 1. c. 12. nu. 8.*

Descende in Aegyptum, quia in gentem magnam faciam te tibi, ego descendam tecum illuc. lib. 2. c. 9. nu. 1.

Quia detestantur Aegyptij omnes pastores ouium. lib. 9. c. 20. nu. 13.

Cap. 47. *Dies peregrinationis vitæ meæ centum triginta annorum sunt parui & mali. lib. 2. c. 2. nu. 5. & lib. 9. c. 14. nu. 1.*

Emit igitur Ioseph omnem terram Aegypti, venden tibus singulis possessiones suas præ magnitudine famis, subiecitque eam Pharaoni, &c. Præter terram sacerdotalem, &c. & vsque possessiones suas. lib. 9. c. 13. nu. 3. 4.

Cap. 48. *His itaque transactis nunciatum est Ioseph, quòd ægrotaret pater suus, qui assumptis duobus filijs suis Manasse & Ephraim ire perrexit, &c. benedixit filijs suis. lib. 6. c. 8. nu. 11.*

Angelus qui eruit me de cunctis malis, &c. lib. 2. c. 12. nu. 11.

Do tibi partem meam extra fratres tuos, quam tuli de manu Ammorrhæi in gladio, & arcu meo. lib. 3. c. 7. nu. 45.

Cap. 49. *Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei, prior in donis, maior in imperio, effusus es sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. lib. 3. c. 10. nu. 96. & cap. 18. nu. 18.*

Simeon & Leui vasa iniquitatis bellantia, in consilium eorum non intret anima mea, &c. Maledictus furor eorum. lib. 3. c. 10. nu. 1.

Iuda te laudabunt fratres tui, manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filij patris tui. lib. 3. c. 7. nu. 30. & cap. 9. nu. 24. & lib. 14. c. 21. nu. 1.

Catulus leonis Iuda, ad prædam fili mi ascendisti; requiescens accubuisti vt leo, & quasi leæna, quis suscitabit eum? lib. 3. c. 9. nu. 24. & c. 10. nu. 2. & nu. 68.

Lauabit stolam suam in uino. lib. 3. c. 10. nu. 2. & lib. 5. c. 1. nu. 16.

Dentes eius lacte candidiores. lib. 14. c. 29. nu. 2.

Zabulon in littore maris habitabit & in statione nauium, pertingensque, &c. Ad Sidonem lib. 5. c. 6. nu. 10. Ambrosius.

Expectabo salutare tuum Domine. lib. 11. c. 6. nu. 52.

Filius accrescēs Ioseph, filius accrescens, & decorus aspectu: filiæ discurrerunt super murū, sed exasperauerunt eum, & iurgati sunt, inuideruntque illi habentes iacula. Sedit in forti arcus eius, & dissoluta sunt vincula brachiorum, & manuum illius per manum potentis Iacob. lib. 14. c. 1. nu. 24.

Beniamin lupus rapax, mane comedet prædam, & vespere diuidet spolia. lib. 14. c. 25. n. 14 41. 42.

Collegit pedes suos super lectulū, & obijt, appositusque est ad populum suum. lib. 11. c. 9. nu. 3. 5.

Cap. 50. *Fleuitque eum Aegyptus septuaginta diebus. lib. 11. c. 9. n. 3.*

Vbi celebrantes exequias planctu magno atque vehementi impleuerunt septem dies lib. 11. c. 9. n. 3.

Vos cogitastis de me malum, Deus autem conuertit illud in bonum. libro. 4. c. 22. n. 8.

Ex libro Exodi.

Cap. 1. *Erant igitur omnes animæ eorū qui egressi sunt de femore Iacob septuaginta: Ioseph autē in Aegypto erat. lib. 12. c. 3. n. 18.*

Quo mortuo, & vniuersis fratribus eius, omnique cognatione sua: filij Israel creuerūt, & quasi germinantes multiplicati sunt: ac roborari nimis, impleuerunt terram. lib. 3. c. 10. n. 61.

Surrexit interea rex nouus super Aegyptū, qui ignorabat Ioseph. lib. 15. c. 1. nu. 1. 2. 7.

Et ait ad populum suum, Ecce populus filiorū Israel multus, & fortior nobis est. Venite sapienter opprimamus eum: ne forte multiplicetur; & si ingruerit bellum contra nos, addatur inimicis nostris, expugnatisque nobis egrediatur de terra. lib. 15. c. 1. n. 2. 3. 4. 7.

Præposuit itaque eis magistros operum, vt affligerent eos oneribus: ædificaueruntque vrbes tabernaculorum Pharaoni, Phithom, & Ramesses. lib. 15. c. 1. n. 3. 4. 7.

Atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris luti, & lateris, omnique famulatu, quo in terræ operibus premebantur. lib. 1. c. 2. nu. 24. 11. & lib. 2. c. 6. nu. 22. & lib. 15. c. 1. n. 7.

Dixit autem rex Aegypti obstetricibus Hebræorum: quarū vna vocabatur Sephora, altera Phua, præcipiens eis, Quando obstetricabitis Hebræas, & partus temporis aduenerit: si masculus fuerit, interficite eum: si femina, reseruate. lib 2. c. 6. n 1. lib. 4. c. 35. n. 1.

Præcepit ergo Pharao omni populo suo, dicens quicquid masculini sexus natum fuerit, in flumē proijcite: quicquid feminini, reseruate. lib. 2. c. 6. n. 1. & lib. 18. c. 12. n. 13.

Egressus est post hæc vir de domo leui, & accepit vxorem stirpis suæ: quæ concepit, & peperit filium, & videns eum elegantem abscondit tribus mensibus: cumque iam celare nō posset, sumpsit fiscellam scirpeam, & liniuit eam bitumine ac pice, posuitque intus infantulum, & exposuit eum in carecto

ripæ fluminis, stante procul sorore eius, & considerante euentum rei. lib. 9. c. 24. n. 2. lib. 3. c. 9. n. 34. & lib. 4. c. 22. n. 3. & lib. 5. c. 7. n. 22.

Ecce autem descendebat filia Pharaonis: vt lauaretur in flumine; & puellæ eius gradiebantur per crepidinem aluei, &c. De infantibus Hebræorum esi hic. lib. 3. c. 9. nu. 34. & lib. 4. c. 22. n. 3. & lib. 5. c. 7. n. 22.

Cap. 2. *Cui soror pueri: Vis, inquit, vt vadam, & vocem tibi mulierem Hebræam, quæ nutrire possit infantulum, &c. accipe puerum istum, & nutrire mihi; & lib. 3. c. 9. nu. 34. & lib. 4. c. 22. nu. 3. & lib. 5. c. 7. nu. 22.*

Percussum Aegyptiū abscondit in sabulo. lib. 4. c. 34. num. 12.

Num occidere me tu vis sicut heri occidisti Aegyptium. lib. 4. c. 22. nu. 3.

Cap. 3. *Apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi; & videbat quod rubus arderet, & non combureretur lib. 3. c. 5. nu. 66. & lib. 9. c. 22. nu. 5. & lib. 11. c. 6. nu. 43. 83. 84. 126.*

Dixit ergo Moyses, vadam, & videbo visionem hāc magnam, quare non comburatur rubus. lib. 9. c. 14 nu. 19. & cap. 22. nu. 5. & lib. 11. c. 6. nu 67. & lib. 11. c. 6. nu. 126.

Ne appropies, inquit, huc: solue calciamentum de pedibus tuis, locus enim in quo stas, terra sancta est. lib. 3. c. 5. n. 86. Ambros. & nu. 87. & lib. 11. c. 6 nu. 67: & lib. 14. c. 31 n. 27. & lib. 15. c. 5. n. 15. & lib. 16. c. 1 n. 27. 28. 29.

Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob &c. lib 2. c. 2. n. 9.

Vidi afflictionem populi mei qui est in Aegypto, & clamorem eius audiui propter duritiam eorum, qui præsunt operibus, & sciens doloré eius, descēdi, vt liberem eum de manibus Aegyptiorum, &c. opprimuntur. lib. 6. c. 9. nu. 7. & lib. 18. c. 8. nu. 9.

Et cum egrediemini, non exibitis vacui, sed postulabit mulier a vicina sua, & ab hospita sua, vasa argentea, & aurea, ac vestes: ponetisque eas super filios & filias vestras, & spoliabitis Aegyptum.

Cap. 4. *Quid est quod tenes in manu tua? respondit, virga, dixitque Dominus proijce eā in terram, proiecit, & versa est in colubrum, ita vt fugeret Moyses dixitque Dominus extende manum tuam, & apprehende caudam eius, extendit, & tenuit, versaque est in virgam. lib. 3. c. 11. nu. 2. 38. & lib. 5. c. 12. n. 38. Ambro.*

Mitte manum tuam in sinum tuum, quam cum misisset in sinum, protulit leprosam instar niuis retrahe, ait, manum tuam in sinum tuum retraxit, & protulit iterū, & erat similis carni reliquæ. lib. 3. c. 5. nu. 84. Ambro.

Obsecro Domine, nō sum eloquens ab heri & nudius tertius & ex quo locutus es ad seruum tuum, impeditioris, & tardioris linguæ sum. Dixit Dominus ad eum quis fecit os hominis, aut quis fabricatus est mutum, & surdum, videntem, & cæcū nonne ego? perge igitur, & ego ero in ore tuo, doceboque quid loquaris. At ille obsecro, &c. lib. 3. c. 20. nu. 1. 2. 20. & lib. 5. c. 11. nu. 2. & lib. 10. c. 6. n. 1.

Filius meus primogenitus Israel. lib. 2. c. 10. nu. 14.

Cumque esset in itinere, in diuersorio occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum. lib. 14. c. 16 n. 17

Cap. 5. *Hæc dicit Dominus Deus Israel, dimitte populum meum, vt sacrificet mihi in deserto. lib. 11. c. 12. nu. 2.*

At ille respondit, Quis est Dominus, vt audiam vocem eius, & dimittam Israel? nescio Dominum, & Israel non dimittam. lib. 6. c. 9. nu. 1. & lib. 16. c. 13. nu. 10 11.

Deus Hebræorum vocauit nos: vt eamus viam trium dierum in solitudinem, & sacrificemus Domino Deo nostro, ne forte accidat nobis pestis, aut gladius. lib. 11. c. 12. nn. 2. & lib. 18. c. 11. nu. 22.

Quare Moyses, & Aaron sollicitatis populū ab operibus suis? ite ad onera vestra. lib. 2. c. 6. nu. 23.

Nequaquam vltra dabitis paleas populo ad confitiendos lateres sicut prius; sed ipsi vadant, & colligant stipulas, & mensuram laterum, quam prius faciebant, imponetis super, &c. Dispersus est populus in omnem terram Aegypti ad colligendas paleas. lib. 1. c. 24. nu. 11. & lib. 2. c. 6. nu 3. 27.

Vacatis otio, & idcirco dicitis, eamus, & sacrificemus Domino. lib. 13. c. 12. nu. 2.

Videat Dominus, & iudicet, quoniam fœtere fecistis odorem nostrum coram Pharaone. lib. 2. c. 6. nu. 4. 27. 34. & lib 4. c. 31. nu. 35.

Et præbuistis ei gladium, vt occideret nos. lib 4. c. 31 nu. 35.

Cap. 7. *Tulitque Aaron virgam coram Pharaone, & seruis suis, quæ versa est in colubrum, &c. lib. 3. c. 5. nu. 84. Ambrosius.*

Sed deuorauit virga Aaron virgas eorum. lib. 1. c. 18. nu. 29.

Cap. 8. *Ego indurabo cor Pharaonis. lib. 2. c. 10. nu. 11. 13. 14. 4. lib. 6. c. 9. nu. 34.*

Orate Dominum, vt auferat a me ranas, & a populo meo, &c. lib. 6. c. 9. nu. 1.

Videns autem Pharao, quod data esset requies, ingrauauit cor suū, & non audiuit eos, sicut præceperat eis Dominus. lib. 2. c. 10. nu. 26.

Abominationes enim Aegyptiorum immolabimus Domino Deo nostro? lib. 9. c. 17. nu. 22. & cap. 20. nu. 13.

Cap. 9. *Ecce manus mea erit super agros, & super equos, & asinos, & camelos, & oues, & boues pestis valde grauis. lib. 4. c. 18. nu. 11.*

Indurauitque Dominus cor Pharaonis, & non audiuit eos, sicut locutus est Dominus ad Moysen. lib. 2. c. 8. nu. 21. 20. & c. 24. nu. 5.

Et percussit grando in omni terra Aegypti cuncta quæ fuerunt in agris, ab homine, vsque ad iumentum, cunctamque herbam agri percussit grando, & omne lignū regionis confregit. lib. 9. c. 9. n. 38.

Orate Dominum, vt desinat tonitrua Dei, & grando, vt dimittam vos, &c. lib. 6. c. 9. nu. 1.

Cap. 10. *Et Dominus induxit ventum vrentem tota die illa, & nocte: Et mane facto ventus vrens leuauit locustas, quæ ascenderunt super vniuersam terram Aegypti, & sederunt in cunctis finibus Aegyptiorum innumerabiles, quales ante illud tempus non fuerant, nec postea futuræ sunt. Operueruntque vniuersam superficiem terræ, &c. Nihil virens omnino relictum est in cuncta Aegypto. lib. 10. cap. 4. nu. 1.*

Hodie scietis, quia veniet Dominus. li. 11. c. 6. n. 12.

Cap. 12. *Mensis iste erit vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni. lib. 3. c. 5. n. 90. Ambro.*

Decima die mensis huius tollat vnusquisque agnum per familias, & domos suas, &c. lib. 5. cap. 12. nu. 9.

Renes vestros accingetis, & calciamenta habebitis in pedibus, tenētes baculos in manibus, & comedetis festinantes, est enim phase (idest transitus) Domini. lib. 3. c. 12. n. 9. & lib. 13. c. 1. n. 26.

Fasciculumque hysſopi tingite in sanguine, qui est in limine, & aspergite ex eo superliminare, & vtrumque postem, nullus vestrum egrediatur ostiū domus suæ vsque mane, &c. & lædere. lib. 3. c. 10. n. 13. & lib. 8. c. 8. n. 17.

Nec os illius confringetis. lib. 1. c. 22. nu. 21.

Cap. 13. *Narrabis que filio tuo in die, &c. lib. 6. c. 6. nu. 17.*

Primogenitum asini redimes oue, quòd si non redemeris interficies. lib. 14. c. 22. num. 47. & lib. 18. c. 8. n. 8.

Profectique de Socoth castrametati sunt in Ethan in extremis finibus solitudinis. lib. 18. c. 12. nn. 1.

Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viam per diem in columna nubis; & per noctem in columna ignis, vt dux esset itineris vtroque tēpore. lib. 11. c. 6. nu. 29.

Cap. 14. *Reuersi castrametentur e regione Phihahiroth, quæ est inter Magdalum, & mare contra Beel Sephon. lib. 18. c. 12. nu. 3.*

Nolite timere; state, & videte magnalia Domini, quæ facturus est hodie: Aegyptios enim quos nunc videtis, nequaquam vltra videbitis, vsque in sempiternum. lib. 4. c. 22. nu. 10.

Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. lib. 2. c. 9. nu. 9. & lib. 11. c. 12. nu. 9.

Tollensque se angelus Domini qui præcedebat castra Israel, abijt post eos, & cū eo pariter columna nubis, priora dimittens post tergum, stetit inter castra Aegyptiorum, & castra Israel, & erat nubes tenebrosa, & illuminans noctem, ita vt ad se inuicem toto noctis tempore accedere non valerent &c. lib. 9. c. 22. nu. 3. & lib. 18. c. 12. nu. 4.

Cumque extendisset Moyses manum supra mare abstulit illud Dominus, flante vento vehementi, & vrente tota nocte, & vertit in siccum. Diuisaque est aqua, & ingressi sunt filij Israel per medium sicci maris. erat enim aqua quasi murus a dextera eorū, & læua &c. vsque in profundū. lib. 18. c. 11. nu. 1. & lib. 9. c. 19. nu. 1.

Dixerunt ergo Aegyptij, Fugiamus Israelem, Dominus pugnat pro eis. lib. 2. c. 9. nu. 39. & lib. 7. c. 8. nu. 37.

Cap. 15. *Cantemus Domino: glorioſe enim magnificatus est, equum, & ascensorem deiecit in mare. lib. 2. c. 9. nu. 2. & lib. 4. c. 36. nu. 1. & lib. 2. c. 3. nu. 7. & lib. 3. c. 10. nu. 3. & c. 11. nu. 3.*

Descenderunt in profundum quasi lapis. lib. 14. cap. 13. nu. 2.

Extendisti manum tuam, & deuorauit eos terra. lib. 2. c. 17. nu. 1.

Tunc cōturbati sunt principes Edō, robustos Moab obtinuit tremor, obriguerunt omnes habitatores Chanaan. lib. 3. c. 10. nu. 3 & c. 11. nu. 3.

Sumpsit ergo Maria prophetissa soror Aaron tympanum in manu sua &c. lib. 3. c. 11. nu. 3.

Nec poterant bibere aquas de Mara eo quòd essent amaræ. &c. qui ostendit eis lignum, quod cū misisset in aquas, in dulcedinem versæ sunt. lib. 3. c. 5. nu. 85. Ambros. & cap. 11. nu. 51. Ambro. & nu. 7. 39.

Si audieris vocem Domini Dei tui, & quod rectum est coram eo feceris, & obedieris mandatis eius: cunctum languorem quem posui in Aegypto, non inducam super te. lib. 7. c. 8. n. 1.

Profectique sunt de Elim, & venit omnis multitudo filiorum Israel in desertum Sin, quod est inter Elim, & Sinai: &c. lib. 2. c. 7. nu. 1. Cap. 16.

Vespere comedetis carnes, & mane saturabimini panibus. lib. 3. c. 5. nu. 1. & c. 13. nu. 18. & lib. 18. c. 2. nu. 1. 2.

Factum est ergo vespere, & ascendens coturnix cooperuit castra, mane quoque ros iacuit per circuitum castrorum. lib. 11. c. 6. nu. 121.

Cumque operuisset superficiem terræ, apparuit in solitudine minutum. & quasi pilo tusum in similitudinem pruinæ super terrā. lib. 18. c. 2. n. 1. 2. 492.

Quod cum vidissent filij Israel, dixerunt ad inuicem, Manhu (quod significat, quid est hoc). lib. 18. c. 3. num. 4.

Et mensi sunt ad mensuram Gomor: nec qui plus collegerat, habuit amplius, nec qui minus parauerat, reperit minus: sed singuli iuxta id quod edere poterant, congregauerunt. lib. 14. c. 3. nu. 9.

Sed dimiserunt quidam ex eis vsque mane, & scatere cœpit vermibus, atque computruit. lib. 3. c. 5. nu. 89. Ambros. & lib. 9. c. 5. n. 27. & lib. 18. c. 2. nu. 1. 2. & c. 3. nu. 1.

Requies sabbati sanctificata est Domino cras, &c. lib. 3. c. 18. nu. 15. Comedite illud hodie, quia sabbatum est Domini, non inuenietur hodie in agro. lib. 18. c. 2. nu. 1.

Sex diebus colligite: in die autem septimo sabbatum est Domini: ideirco non inuenietur. lib. 18. c. 2. nu. 1. 2.

Appellauitque domus Israel nomen eius Man: quod erat quasi semen coriandri album, gustusque eius quasi similæ cum melle. lib. 18. c. 2. nu. 1. 2. 49.

Igitur profecta est omnis multitudo filiorum Israel de deserto Sin, per mansiones suas. lib. 2. c. 7. n. 1. Cap. 17.

Sitiuit ergo ibi populus præ aquæ penuria, &c. lib. 6. c. 1. nu. 1.

Percutiesque petram, & exibit ex ea aqua, vt bibat populus. lib. 3 c. 10. nu. 4.

Fecit Moyses ita coram senioribus Israel. lib. 1. c. 12. nu. 17. & lib. 3. c. 11. nu. 40.

Elige viros, & egressus pugna contra Amalech, cras ego stabo in uertice collis, &c. lib. 1. c. 23. nu. 29.

Cumque eleuaret manus Moyses, vincebat Israel: sin autem paululum remisisset, superabat Amalech. lib. 2. c. 5. nu. 37. & cap. 6. nu. 5. & c. 9. nu. 3. 19. & lib. 3. c. 11. nu. 1. & nu. 39. & lib. 5. c. 10. nu. 55. & lib. 13. c. 3. nu. 1. 2. 8. 9. 32. 33. 36. & lib. 13. c. 6. nu. 14. & c. 7. nu. 1. & lib. 18. c. 8. nu. 1.

Veneruntque Aaron, & omnes seniores filiorum Israel, vt comederent panem cum eo coram Deo. lib. 14. c. 17. nu. 1. Cap. 18.

Non bonam, inquit, rem facis, stulto labore consumeris &c. & audi cōsilia mea, & Dominus erit tecum eum lib. 3. c. 18. nu. 13. & cap. 29. nu. 6. 7. 8.

Solus illud non poteris sustinere. lib. 16. c. 12. nu. 26.

Prouide autem de omni plebe viros sapientes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, & constitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicent populum omni tempore, &c. lib. 9. c. 8. nu. 1.

Cap. 19. *Vade ad populum, & sanctifica illos hodie, & cras, lauentque vestimenta sua. lib. 16. c. 1. nu. 27. 28.*

Cauete, ne ascendatis in montem, nec tangatis fines illius, omnis qui tetigerit montem, morte morietur. lib. 16. c. 1. nu. 27. 28. 29.

Totus autem mons Sinai fumabat, eo quòd descendisset Dominus Deus super eum in igne. lib. 16. c. 12 nu. 38. 49.

Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, de domo seruitutis. lib. 9. c. 13. nu. 5.

Cap. 20. *Ego sum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam, & quartam generationem eorum, qui oderunt me. lib. 4. c. 15. nu. 1. 2. & lib. 6. c. 7. nu. 9.*

Et faciens misericordiam in millia his, qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea. lib. 4. c. 9. nu. 13.

Memento vt diem sabbati sanctifices, sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septimo autem die sabbatum Domini Dei tui est: non facies omne opus in eo, tu & filius tuus, &c. & aduena qui est intra portas tuas. lib. 6. c. 2. nu. 12.

Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt sis longæuus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi. lib. 1. c. 16. nu. 17. Ambros. & lib. 6. c. 8. nu. 6. 14.

Non occides, &c. lib. 10. c. 3. nu. 4.

Cunctus autem populus videbat vocē, & lampades, & sonitum buccinæ, montemque fumantem, &c. lib. 3. c. 5. nu. 19.

Loquere tu nobis, & audiemus, non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur. lib. 16. c. 12. nu. 49.

Cap. 21. *Si emeris seruum Hebræum, sex annis seruiet tibi; septimo egredietur liber gratis, cum quali veste intrauerit, cum tali exeat. si habens vxorem, & vxor egredietur simul, &c. & erit seruus in sæculum lib 18. c. 18. nu. 14.*

Si rixati fuerint viri, & percusserit quis mulierem prægnantem, & abortiuum quidem fecerit, sed & ipsa vixerit, subiacebit damno quantum maritus mulieris expetierit, & arbitri iudicauerint. Sin autem mors eius fuerit subsecuta, reddet animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, &c. liuorem pro liuore. lib. 1. c. 12. nu. 11. 45. & lib. 16. c. 8. nu. 1. lib. 3. c. 21. n. 2.

Si quis aperuerit cisternam, & foderit, & non operuerit eam, ceciderit que bos, aut asinus in eam, reddet Dominus cisternæ pretium iumentorum, &c. lib. 14. c. 26. nn. 34. 35. 37.

Cap. 22. *Carnem quæ a bestijs fuerit prægustata, non comedetis. lib. 1. c. 24. nu. 27 Ambrosius.*

Cap. 23. *Si videris asinum odientis te iacere sub onere, non pertransibis, sed subleuabis cum eo. lib. 1. c. 12. nu. 56 & lib. 3. c. 28. nu. 6. 7. 8. 9.*

Nec accipies munera, quæ etiam excæcant prudentes, & subuertunt verba iustorum. lib. 1. c. 3. nu. 2.

Non apparebis in conspectu meo vacuus. lib. 5. c. 10. nu. 41.

Præcedetque angelus meus, & introducet te ad Amorrhæum. & lib. 1. c. 12. nu 46.

Omnia verba Domini, quæ locutus est, faciemus. lib. 6. c. 3. nu. 8. Cap. 24.

Ascenderuntque Moyses, & Aaron, Nadab, & Abihu, & septuaginta de senioribus Israel, & viderunt Deum Israel. sub pedibus eius, quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cælum cum serenum est. lib. 3. c. 5. nu. 20.

Ingressusque Moyses medium nebulæ, ascendit in montem, & ibi fuit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. lib. 1. c. 1. nu. 21.

Facies & propitiatorium de auro mundissimo, &c. duos quoque cherubim aureos, & productiles facies, ex vtraque parte oraculi, &c. expādentes alas, & operientes oraculum, respiciantque se mutuo versis vultibus in propitiatorium. lib. 3. c. 5. nu. 67. & lib. 3. c. 10. nu. 67. Cap. 25.

Et facies candelabrum ductile de auro mundissimo, hastile eius, calamos, & scyphos, & sphærulas, ac lilia ex ipso procedentia. lib. 3. c. 5. nu. 67.

Facies, & saga cilicina vndecim, ad operiendum tectum tabernaculi. lib. 3. c. 22. nu. 26.

Quod appendes ante quattuor columnas de lignis Setim, quæ ipse quidem deauratæ erunt. lib. 9. c. 4. nu. 1. Cap. 26.

Et columnas viginti cum basibus totidem æneis, quæ capita cum cælaturis suis habeant argentea. lib. 14. c. 29. nu. 3. Cap. 27.

Facies in rationali catenas sibi inuicem cohærentes ex auro purissimo, & duos annulos aureos, quos pones in vtraque rationalis summitate, catenasq. aureas iunges annulis, &c. quod rationale respicit. lib. 14. c. 31. nu. 14. 15. Cap. 28.

Deorsum vero ad pedes eiusdem tunicæ per circuitū quasi mala punica facies ex hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto, & bysso retorta, &c. vt audiatur sonitus, quando ingreditur, & egreditur sanctuarium in conspectu Domini, & non moriatur. lib. 14. c. 11. c. 6 nu. 108. & lib. 14. c. 31. nu. 15. 17. 22. & lib. 16. c. 1. nu. 34. 37. 38.

Ligabis que eam vitta hyacinthina, &c. lib. 14. c. 31. nu. 14. 15.

Sume tibi aromata, stacten, & onychem, galbanum boni odoris, & thus lucidissimum, æqualis pondus erunt omnia, faciesque thymiama compositū, &c. cumque in tenuissimum puluerem vniuersa contuderis, pones ex eo coram tabernaculo testimonij, &c. lib. 3. c. 7 3. nu. 11. 12. Cap. 30.

Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. lib. 1. c. 1. nu. 11. & 12. 28. 46. 50. & lib. 3. c. 3 nu. 41. & lib. 5. c. 9. nu. 2. 3. Cap. 32.

Cerno quòd populus iste duræ ceruicis sit, dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam. lib. 5. c. 4. nu. 4. & cap. 8. nu. 7. & lib. 16. c. 7 nu. 3.

Et reuersus est Moyses de monte, portans duas tabulas testimonij in manu sua, scriptas ex vtraque parte, & factas opere Domini, &c. iratusque valde, proiecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis, &c. lib. 1. c. 1. nu. 11. 12. 39.

Arripiensque vitulum, quem fecerant, combussit, & contriuit vsque ad puluerem, quem sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filijs Israel. lib. 4. c. 23. nu.

Universitätsbibliothek

23.nu.9.& lib.5.c.7.nu.21. & lib.6.c.10.nu.34.
Si quis est Domini, iungatur mihi,&c. ponat vir gladium suum super femur suum, ite, & redite de porta vsque ad portam per medium castrorum, & occidat vnusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum. lib.4.c.20. nu. 17. Ambrosius, & lib 9.c.7.nu.7.8.
Et ceciderunt in die illa quasi triginta tria millia hominum.lib.1.c.1.nu.46.
Consecrastis hodie Domine manus vestras. lib. 2. c. 5.nu. 16.& lib.9.c.7.nu.8.
Domine peccauit populus iste peccatum maximum, feceruntque sibi Deos alienos:dimitte eis hanc noxam:aut si non facis, dele me de libro tuo,quem scripsisti.lib. 1.c.12.nu.25. 55.& lib.1. c.13.nu. 2.& cap.15.nu.6.7.& lib. 1.c.14. nu. 13.31.& lib.16.c.7.nu.25.
Percussit autem Dominus populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron.lib.4.c.8.n.17.

Cap. 33. Loquebatur autē Dominus ad Moysem facie ad faciem,sicut solet loqui homo ad amicum suum. lib. 4.c.15.nu.18.
Noui te ex nomine, & inueniſti gratiam coram me. lib.4.c.18.nu.2.
Si ergo inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam &c.lib.8.c.7.nu.20.
Vt sciam te, & inueniā gratiā ante oculos tuos: respice populū tuum, gentē hanc. lib.1.c.14 n.18.
Si non tu ipse præcedas, ne educas nos de loco isto. lib.1.c.14.nu.28.
In quo enim scire poterimus ego,& populus tuus inuenisse nos gratiam in conspectu tuo, &c.lib.1.c. 14.nu.18.
Non videbit me homo, & viuet. lib. 3.c.20.num. 14.18.

Cap. 34. Dominator Domine Deus, misericors, & clemens, patiens,& multæ miserationis, ac verus, qui custodis misericordiam in millia:qui aufers iniquitatem,& scelera,atque peccata,nullusque apud te per se innocens est,qui reddis iniquitatem patrum filijs,ac nepotibus in tertiam, & quartam generationem.lib.6.c.7.nu.9.
Quod ingressus ad Dominum, & loquens cum eo auferebat donec exiret, & tunc loquebatur ad filios Israel omnia,quæ sibi fuerant imperata;qui videbant faciem egredientis Moysi esse cornutam,sed operiebat ille rursus faciem suam,si quando loquebatur ad eos.lib.14.c.16.nu.37.31.22.& lib.16. c.10.n.3.

Cap. 35. Separate apud vos primitias Domino: omnis voluntarius, & prono animo offerat eas Domino: aurum, & argentum, & æs &c. pellesque arietum rubricatas.lib.16.c.10.nu.4.5.6.
Et vasa ad diuersos vsus mensæ, acetabula, phialas, & cyathos, & thuribula ex auro puro, in quibus offerenda sunt libamina.lib.14.c.26.nu.36.
Et lamina aurea in qua scriptum erat sanctum Domini,idest nomen terragrammaton.lib.1.c.5.n.6. & lib.9.c.11.nu.7.8.

Ex libro Leuitici.

Cap. 1. SI holocaustum fuerit eius oblatio,ac de armento, masculum immaculatum offeret ad ostium tabernaculi testimonij ad placādum sibi Dominum. ponetque manus super caput hostiæ,& acceptabilis erit, atque in expiationem eius proficiens. lib. 3.c.1. nu.4.
Immolabitque vitulum coram Domino, & offerēt filij Aaron sacerdotis sanguinem eius, fundentes per altaris circuitum,quod est ante ostium tabernaculi.lib.3.c.1.nu.4.
Detractaque pelle hostiæ,artus in frustra concident, & subijcient in altari ignem,strue lignorum ante composita, & membra quæ sunt cæsa desuper ordinantes,caput videlicet, & cuncta quæ adhærēt lecori intestinis, & pedibus lotis aqua; adolebitque ea sacerdos super altare in holocaustum, & suauem odorem Domino.lib.3.c.23.n.12.lib.18. c.15.nu.1.

Cap. 2. Si oblatio tua fuerit de sartagine, similæ conspersæ oleo,& absque fermento, diuides eam minutatim, & fundes super eam oleum.lib.3. c.1. nu.5.
Omnis oblatio quæ offertur Domino, absque fermento fiet,nec quicquam fermenti, ac mellis adolebitur in sacrificio.lib.7.c.2.nu.2.7.

Cap. 3. Et de hostia pacificorum offerent in oblationem Domino,adipem qui operit vitalia in oblationem suauissimi odoris Domino.lib.14.c.24.nu.15.16.17. 18.19.20.21.22. & lib.18.c.6.nu.7.

Cap. 5. Si peccauerit vnum aliquid de istis,pronuntiet peccatum,quod peccauit.lib.3.c.22.nu.1.
Anima quæ iurauerit,& protulerit labijs suis,vt vel male quid faceret,vel bene, & non fecerit, & id ipsum iuramento,& sermone firmauerit,oblitaque postea intellexerit delictum suum, agat pœnitentiam pro peccato,&c.lib.3.c.1.nu.6.7.
Anima quæ peccauerit, & contempto Domino negauerit proximo suo depositum, quod fidei eius creditum erat, vel vi aliquid extorserit, aut calumniam fecerit,&c. cui damnum intulerat.lib.18.c. 15.nu.2.3.

Cap.6. Ignis in altari semper ardebit, quē sacerdos nutriet subijciens ligna mane per singulos dies.lib.1.c.7. n.7.& lib.5.c.15.nu.26.
Vir, & mulier cum fecerint votum, &c. in animo: & ab omni quod mebriari potest abstinebunt. lib. 1.c.1.nu.14.

Cap. 7. Qui offert victimam pacificorum Domino, offerat simul,& sacrificium, idest libamenta eius: tenebit manibus adipem ostiæ, & pectusculum, cumque ambo oblata Domino consecrauerit, tradet sacerdoti, qui adolebit adipem super altare:pectusculum autem erit Aaron, & filiorum eius, armus quoque dexter de pacificorum hostijs cedet in primitias sacerdotis.lib.14.c.22.nu.1.& lib.16.ca. 1.nu.2.21.& cap.2.

Cap. 8. Et induens cum tunica hyacinthina, & desuper humerale imposuit, quod stringens cingulo aptauit rationali,in quo erat doctrina,& veritas.lib.14.c. 29.nu.4.
Cidari quoque texit caput:& super eam,contra frontē,posuit laminam auream consecratam in sanctificatione sicut præceperat ei Deus.lib.14.c.29.nu. 5.& lib.16.c.3.nu.1.
Die ac nocte manebitis in tabernaculo, ne moriamini.lib.14.c.29.n.5.

Cap. 10. Egressusque ignis a Domino, deuorauit eos, & mortui sunt coram Domino &c. sanctificabor in ijs, qui appropinquant mihi. lib. 4. c.18. nu.21.& lib 16.c.10.nu.7.
Vinū, & omne quod inebriare potest, non bibetis tu, & filij tui: quando intrabitis in tabernaculum testimonij.lib.1.c.1.nu.23.& lib.5.c. 1.nu.1. & 7. lib.16.c.1.nu.21.

Cap. 11. Omne quod habet diuisam vngulam, & ruminat in pecoribus,comedetis.lib.1.c.22.nu.10.& lib.16. c.10.nu.33.& lib.18.c.3.nu.4.
Quicquid autem pinnulas,& squamas non habet eorum, quæ in aquis mouentur,& viuunt,abominabile vobis,execrandumque erit.lib.2.c.15.n.61. lib.9.c.23.num.16.& lib.12.c.3.nu.2.

Cap. 12. Mulier si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus iuxta dies separationis menstruæ lib.11.c.6 nu.56.57.

Cap. 13. Quicumque ergo maculatus fuerit lepra, & separatus est ad arbitrium sacerdotis,habebit vestimenta dissuta, caput nudum, os veste contectum &c. lib. 3. cap. 22. num. 2. & lib. 14. c. 22. num. 2. 3.4.

Cap. 16. Mense autem septimo, decima die mensis affligetis animas vestras lib.1.c.1. nu.14.15. & lib. 6. c.2. nu. 10.

Cap. 19. Non duces vxorem sororem tuam, nec sororem fratris tui.lib.1.c.15.nu.2.
Sancti estote quoniā ego sanctus sum Dominus Deus vester.lib.3.c.6.nu.25.& lib. 6.nu.1.c.7.& c.2.
Non oderis fratrem tuum in corde tuo. lib. 1. c.12. nu.55.
Diliges fratrem tuum sicut te ipsum. lib.1.c.ap12. nu.57.
Quando ingressi fueritis terram, & plantaueritis in ea ligna pomifera, auferet's præputia eorum &c. omnis fructus eorum sanctificabitur laudabilis Domino.lib. 3.c.14. nu.6.7. & lib.9.c.24.nu.6.
Statera iusta, & æqua sint pondera, iustus modius, æquusque sextarius.lib.3.c.23.nu.13.14.

Cap. 20. Qui maledixerit patri suo, aut matri, morte moriatur.lib.11.c.2.nu.2.
Si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius, & adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi sui,morte moriantur,& mœchus, & adultera.lib. 11.c.2.nu.2.
Qui dormierit cum nouerca sua, & reuelauerit ignominiam patris sui: morte moriantur ambo. lib.11.c.2.nu.2.3.
Si quis dormierit cum nuru sua, vterque moriatur &c. super eos.lib.11.c.2.nu.2. 3.
Custodite leges meas atque iudicia,& facite ea: ne, & vos euomat terra,quam intraturi estis, & habitaturi.lib.11.c.2.nu. 2.

Cap. 21. Homo de semine tuo per familias qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo. &c. si cæcus fuerit, si claudus, si uel paruo vel grandi, vel torto naso, si fracto pede,si manu, si gibbus, si lippus &c.vel berniosus. lib.2.c.15.nu. 61.& lib. 16.c. 1.nu.5.

Cap. 22. Locutus quoque est Dominus ad Moysen dicens loquere ad Aaron, & ad filios eius,vt caueant ab his quæ consecrata sunt filiorum Israel, & non contaminent nomen sanctificatorum mihi, quæ ipsi offerunt, ego Dominus, dic ad eos omnis homo qui accesserit de stirpe vestra ad ea quæ consecrata sunt,& quæ obtulerunt filij Israel Domino, in quo est immūditia, peribit coram Domino. lib. 16.c.1.nu.6.

Et libamenta offerentur cum eo duæ decimæ similæ conspersæ oleo in incensum Domini, odoremque suauissimum &c. panem, & polentam, & pultes non comedetis ex segete &c. lib.13.c.6.nu.1. & lib.14.c.5.nu.1.& cap.26.nu.2. Cap. 23.
Omnis anima quæ afflicta non fuerit die hac, peribit de populis suis.lib.14.c.21.nu.55.
Sumetisq. vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ spatulasque palmarum,& ramos ligni densarum frondium, & salices de torrente,& lætabimini coram Domino Deo vestro.lib.6.c.2. num. 16.17.

Cap. 24. Accipies quoque similam, & coques ex ea duodecim panes & per singula sabbata mutabuntur coram Domino &c. iure perpetuo. lib.5. cap. 12. nu.1.
Ecce autem egressus filius mulieris Israelitidis, quem pepererat de viro Aegyptio inter filios Israel,iurgatus est in castris cum viro Israelite.lib. 8.c.2.nu.1.

Cap. 25. Qui vendiderit domum intra vrbis muros, habebit licentiam redimendi, donec vnus impleatur annus &c.lib. 4.c.8.nu.1.
Aedes Leuitarum quæ in vrbibus sunt, semper redimi possunt:lib.14.c.8.nu 1.

Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea,dabo vobis pluuias temporibus suis, & terra gignet germen suum,& pomis arbores replebuntur. lib. 11. c. 3. nu.1.2.3.4.
Apprehendet messium tritura vindemiam, & vindemia occupabit sementem.lib.11.cap.3.nu.3.4.
Et comedetis panē vestrum in saturitate, & absque pauore habitabitis in terra vestra. lib. 11.c.3. nu. 4.5.
Dabo pacem in finibus vestris:dormietis,& non erit qui exterreat.lib.11.c.3.num.5. & lib.4.cap. 31. num.2.
Auferam malas bestias, & gladius nō transibit terminos vestros lib.11.c. 3. nu. 6.& lib.4.cap.31. num.2.
Persequemini inimicos vestros, & corruent coram vobis. Persequentur quinque de vestris centum alienos:& centum de vobis decem millia: cadent inimici vestri gladio in conspectu vestro. libro 11. cap. 3. num.6.
Respiciam vos,& crescere faciam: multiplicabimini,& firmabo pactum meum vobiscum. lib. 11. c. 3.nu.6.7.
Comedetis vetustissima veterum,& vetera nouis superuenientibus proijcietis lib.3.c.5.num.2.& lib. 11.c.3 nu.7.
Ponam tabernaculum meum in medio vestri,& non abijciet vos anima mea.lib.3.c.5.nu.2.3.
Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de terra Aegypti, ne seruiretis eis, & qui confregi catenas ceruicum vestrarum vt incederetis erecti. lib.3.c.5.nu. 3.
Si ambulaueritis ex aduerso mihi,nec volueritis audire me, addam plagas vestras vsque in septuplum

plum, emittamque in vos bestias agri, quæ consumant vos, & pecora vestra, & ad paucitatem cuncta redigant, desertæque fiant viæ vestræ, &c. si ambulaueritis contra me: & ego incedã aduersum vos in furore contrario &c. lib. 2. c. 14. nu. 4. & lib. 4. c. 24. nu. 4. 5.

Ex libro Numeri.

Cap. 1. Quicquid sexus est masculini a vigesimo anno, & supra, omnium virorum fortium ex Israel, & numerabitis eos per turmas suas, &c. lib. 1. c. 2. nu. 8.

Cap. 3. Sanctifica mihi quicquid primum nascitur in Israel ab homine vsque ad pecus, mei sunt; ego Dominus. lib. 7. c. 9. nu. 1.

Cap. 4. Tabernaculum fœderis & sanctum sanctorum ingredientur Aaron, & filij eius, quando mouenda sunt castra, & deponent velum, quod pendet ante fores, inuoluentque eo arcam testimonij, & operient rursum velamine hyacinthinarum pellium, extendentque desuper pallium totum hyacinthinum, &c. ne moriantur. lib. 6. c. 4. nu. 1. 2. 3.

Nolite perdere populum Caath de medio Leuitarũ, &c. & diuident quid quis portare debeat. lib. 6. c. 4. nu. 3.

Alij nulla curiositate videant quæ sunt in sanctuario priusquam inuoluantur alioquin morientur. lib. 6. c. 4. nu. 3.

Cap. 5. Anima quæ peccauerit per ignorantiam, feceritque vnum ex his, quæ lege Domini prohibentur, &c. coram Domino. lib. 4. c. 18. nu. 3.

Cap. 8. Tolle Leuitas ex medio filiorum Israel, & purificabis eos iuxta hunc ritum, aspergantur aqua lustrationis, & radant omnes pilos carnis suæ. lib. 16. c. 1. nu. 36.

Cap. 11. Quis dabit nobis carnes ad vescendum? lib. 1. c. 17. nu. 3. & lib. 1. c. 1. nu. 17.

Recordamur piscium, quos comedebamus in Aegypto gratis; in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porrique, & cepe, & allia, &c. lib. 1. c. 17. nu. 3. & cap. 1. nu. 54. & lib. 1. c. 17. num. 25. & cap. 1. nu. 11.

Cur afflixisti seruum tuum? quare non inuenio gratiam coram te? & cur imposuisti pondus vniuersi populi super me? lib. 1. c. 14. nu. 28.

Numquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, vt dicas mihi, porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum, &c. lib. 16. c. 7. nu. 11.

Quis tribuat, vt omnis populus prophetet. lib. 9. c. 5. nu. 19.

Cap. 12. Erat enim Moyses vir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra. lib. 14. cap. 1. nu. 3. 21.

Audite sermones meos, si quis fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparebo ei, ideſt, per somnium loquar ad illum, &c. at non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est. Ore enim ad os loquor ei, &c. quare ergo non metuistis detrahere seruo meo, &c. lib. 11. cap. 15. nu. 1. & cap. 16. nu. 1. & cap. 16. nu. 18.

Et ecce Maria apparuit cãdens lepra quasi nix. lib. 4. c. 1. nu. 2. & lib. 5. c. 7. num. 30. Ambrosius, & lib. 11. c. 16. nu. 18. & lib. 11. c. 15. nu. 1. & c. 16. 1. 18.

Pergentesque vsque ad torrentem botri, absciderunt palmitem cum vua sua, quam portauerunt in vecte duo viri. lib. 3. cap. 2. nu. 41. lib. 5. c. 7. nu. 23. lib. 11. c. 6. nu. 38. Cap. 13.

Terra quam lustrauimus, deuorat habitatores suos, populus quem aspeximus proceræ staturæ est, ibi vidimus monstra quædam filiorum Enac de genere giganteo, quibus comparati, quasi locustæ videbamur. lib. 2. c. 5. nu. 1. 2.

Non videbunt terram, pro qua iuraui patribus eorum, nec quisquã ex illis, qui detraxit mihi, intuebitur illam, &c. seruum meum Caleb inducam in eam. lib. 4. c. 11. nu. 3. Cap. 14.

Dixit quoque Dominus ad Moysem, loquere filijs Israel, & dices ad eos, vt faciant sibi fimbrias per angulos palliorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas, quas cum viderint, recordentur omnium mandatorum Domini, &c. lib. 1. c. 20. nu. 5. Cap. 15.

Confestim igitur vt cessauit loqui, dirupta est terra sub pedibus eorum; & aperiens os suum deuorauit illos cum tabernaculis suis, & vniuersa substantia eorum, &c. & ignis egressus a domino interfecit ducentos quinquaginta viros, qui offerebant incensum. lib. 16. c. 2. nu. 2. 4. Cap. 16.

Murmurauit autem omnis multitudo filiorũ Israel sequenti die contra Moysen, & Aaron, dicens, vos interfecistis populum Domini, cumque oriretur seditio, & tumultus increscret. Moyses, & Aaron fugerunt ad tabernaculum fœderis, quod postquam ingressi sunt, operuit nubes, & apparuit gloria Domini. lib. 1. c. 12. nu. 35. & lib. 9. c. 9. nu. 1. & c. 20. nu. 1.

Tolle thuribulum, & hausto igne de altari, mitte incensum desuper, pergens cito ad populum, vt roges pro eis: iam enim egressa est a Domino ira, & plaga desæuit. lib. 1. c. 11. n. 35. & lib. 9. c. 9. n. 1.

Quod cum fecisset Aaron, & cucurrisset ad mediam multitudinem, quam iam vastabat incendium, obtulit thymiama, & stans inter mortuos, ac viuentes, deprecatus est, & plaga cessauit. lib. 3. c. 5. nu. 4. & lib. 9. c. 9. nu. 1. Cap. 17.

Ponesque eas in tabernaculo fœderis coram testimonio, vbi loquor ad te, quem ex his elegero, germinabit virga eius, &c. Sequenti die regressus Moyses inuenit germinasse virgam Aarõ in domo Leui, & turgentibus gemmis, eruperant flores, qui foliis dilatatis in amygdalas deformati sunt, &c. lib. 3. c. 11. nu. 4. & lib. 4. c. 9. nu. 1. & c. 25. nu. 1. & lib. 11. c. 6. nu. 33. & lib. 15. c. 8. nu. 14. & lib. 18. c. 10. nu. 28. & c. 11. nu. 2. Cap. 18.

Dixit quoque Dominus ad Aaron, tu & filij tui, & domus patris tui tecum portabitis iniquitatem sanctuarij, &c. lib. 9. c. 16 nu. 1. Cap. 19.

Præcipe filijs Israel, vt adducãt ad te vaccam rufam ætatis integræ, in qua nulla sit macula, neque portauerit iugum. lib. 3. c. 3. num. 20. & cap. 13. nu. 19. lib. 14. c. 7. nu. 9. & cap. 13. nu. 3.

Lignum quoque cedrinum, & byssopum, coccumque bis tinctum sacerdos mittet in flammam, quæ vaccam deuorat. lib. 14. c. 29. nu. 26.

Vas quod nõ habuerit operculum, nec ligaturam desuper, immundum erit. lib. 10. c. 7. nu. 20.

Num

Cap. 20. Num de petra hac vobis aquam poterimus educere? cumque eleuasset Moyses manum, percutiẽs virga bis silicem, egressæ sunt aquæ largissimæ, ita vt populus biberet & iumenta. lib. 4. c. 18. num. 2. & lib. 6. c. 8. nu. 17.

Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filijs Israel, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis. lib. 4. c. 18. nu. 2. & lib. 16. c. 8. nu. 17.

Cap. 21. Fac tibi serpentem æneum, & pone eum pro signo, qui percussus aspexerit eum viuet. lib 3. c. 11. nu. 46. Ambrosius, & nu. 54. 29.

Misit autem Israel nuncios ad Seon regem Amorrhæum dicens, obsecro vt transire mihi liceat per terram tuam, non declinabimus in agros, & vineas, non bibemus aquas ex puteis, via regia gradiemur, donec transeamus terminos tuos. lib. 2. c. 6. nu. 7. 8. & lib. 3. c. 3. nu. 1.

Qui concedere noluit, vt transiret Israel per fines suos, quin potius exercitu congregato egressus est obuiam in desertum. Et venit in Iassa, pugnauitque contra eum. lib. 2. c. 6. nu. 8.

Verteruntque se, & ascenderunt per viam Basan, & occurrit eis Og rex Basan cũ omni populo suo. lib. 3. c. 3. nu. 1.

Cap. 22. Ita delebit hic populus omnes, qui in nostris finibus commorantur, quomodo solet bos herbas vsque ad radices carpere. lib. 13. c. 3. nu. 2. & cap. 4. nu. 1.

Noui enim quod benedictus sit, cui tu benedixeris, & maledictus in quem maledicta congesseris. lib. 1. c. 3. nu. 3. nu. 13. & lib. 3. c. 12. nu. 1.

Perrexeruntque seniores Moab, & maiores natu Madian habentes diuinationis pretium in manibus, cumque venissent ad Balaam, &c. lib. 1. c. 24. nu. 26. Ambros.

Si vocare te venerint homines isti, surge, & vade cum eis. lib. 4. c. 24. nu. 2.

Ita dumtaxat, vt quod præcepero tibi facies. lib. 4. c. 24. nu. 2.

Cernens asina angelum stantem in via cuaginato gladio, auertit se de itinere, & ibat per agrum, quam cum verberasset Balaan, & vellet ad semitam reducere, stetit angelus in angustijs duarum maceriarum, quibus vineæ cingebãtur, &c. vsque te occidissem, & illa viueret. lib. 5. cap. 9. num. 21. 22.

Cap. 23. Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia. lib. 2. cap. 2. nu. 28. & lib. 9. c. 14. nu. 5.

Ecce populus vt leæna consurget, & quasi leo erigetur. lib. 2. c. 8. nu. 1.

Cap. 24. Dixit auditor sermonum Dei, per visionem omnipotentis intuitus est, qui cadit, & sic aperiuntur oculi eius. lib. 6. c. 3. nu. 26.

Cuius fortitudo similis est rhinocerotis. lib. 2. c. 8. nu. 1.

Quàm pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel, vt valles nemorosæ, vt horti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula quæ fixit Deus, quasi cedri prope aquas. lib. 11. c. 12. nu. 12. & lib. 15. c. 8. nu. 1.

Accubans dormiuit vt leo, & quasi leæna, quam suscitare nullus audebit, qui benedixerit tibi, erit & ipse benedictus; qui maledixerit, in maledictione reputabitur. lib. 3. cap. 7. num. 3. & lib. 5. cap. 12. nu. 2.

Orietur Stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, & percutiet duces Moab, vastabitque omnes filios Seth, & erit Idumæa possessio eius, hereditas Seir cedet inimicis suis; Israel vero fortiter aget, &c. heu quis victurus est, quãdo ista faciet Deus? lib. 3. c. 7. nu. 1. & lib. 18. c. 15. nu. 4.

Morabatur autem eo tempore Israel in Setim, & fornicatus est populus cum filiabus Moab, quæ vocauerunt eos ad sacrificia sua, comederunt, & adorauerunt deos earum. lib. 1. c. 1. nu. 3. Cap. 25.

Et iratus Dominus ait ad Moysem, Tolle cũctos principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis, vt auertatur furor meus ab Israel. lib. 5. c. 11. nu. 1.

Quod cum vidisset Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis, surrexit de medio multitudinis, & arrepto pugione ingressus est post virum Israelitam in lupanar, & perfodit ambos simul virum scilicet & mulierem in locis genitalibus. lib. 1. c. 4. nu. 7. 12. & lib. 9. cap. 8. nu. 11. 12.

Dixitque Dominus ad Moysem, Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis auertit iram meam a filijs Israel; quia zelo meo commotus est contra eos, vt non ipse delerem filios Isdrael. idcirco loquere ad eum: ecce do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipsi, quam semini eius pactum sacerdotij sempiternum; quia zelatus est pro Deo suo, &c. lib. 16. c. 7. nu. 15.

Locutus est Dominus ad Moysem dicens istis diuide terram iuxta numerum vocabulorum in possessiones suas. Pluribus maiorem partem dabis, & paucioribus minorem, &c. lib. 16. c. 5. nu. 1. Cap. 26.

Accesserunt autem filiæ Salphaad filij Hepher, filij Galaad, filij Machir, filij Manasse, qui fuit filius Ioseph, &c. pater noster mortuus est in deserto, &c. da eis possessionem inter cognatos patris sui, & in hereditate succedant. lib. 18. c. 15. nu. 5. 6. Cap. 27.

Præcipe filijs Israel, & dices ad eos, oblationem meam, & panes, & incensum odoris suauissimi offerte per tempora sua, hæc sunt sacrificia, quæ offerre debetis, agnos anniculos immaculatos duos quotidie in holocaustum sempiternum: vnum offeretis mane, & alterum ad vesperum. lib. 4. c. 7. nu. 10. & lib. 6. c. 2. nu. 3. 4. 5. Cap. 28.

Si quis virorum votum vouit Domino, &c. omne quod promisit, implebit Domino. lib. 2. cap. 20. nu. 1. 2. Cap. 30.

Locutusque est Dominus ad Moysem dicens; vlciscere prius filios Israel de Madianitis, & sic colligeris ad populum tuum. lib. 16. c. 8. n. 3. Cap. 31.

Armate, inquit, ex vobis viros ad pugnam, qui possint vltionem Domini expetere de Madianitis. lib. 14. c. 12 nu. 3.

Cumque pugnassent contra Madianitas, atque vicissent, omnes mares occiderunt. lib. 9. c. 3. nu. 3.

Mandauit Deus Moysi aurum, & argentum, & æs, & ferrum, & plumbum, & stannum, & omne quod potest transire per flammas, igne purgabitur, &c. lauabitis vestimenta vestra die septimo, &c. castra. lib. 9. cap. 3. num. 3.

Profectique de Phihahiroth, transierunt per medium mare in solitudinem, & ambulantes tribus diebus Cap. 33.

diebus per desertum Ethan castrametati sunt in Mara.lib.17.c.2.nu.2.& lib.18.c.12.nu.3.

Profectique de Mara,venerunt in helim, vbi erant duodecim fontes aquarum,& palmæ septuaginta: ibique castrametati sunt.lib.7.c.3.nu.1.& lib.17.c.2.nu.2.& lib.18.c.12.nu.2.

Profectique de Haseroth venerunt in Remma: &c. lib.16.c.7.nu.6.

Inde egressi venerunt in Lebna.lib.17.c.2.nu.2.3.

De Lebna castrametati sunt in Ressa.lib.17.c.2.nu.3.& lib.18.c.13.nu.3.

Profectique de Beneiaachan venerunt in montem Gadgad: profectique de Gadgad venerunt in Ietebatha,& ibi castrametati sunt.lib.17.c.2.nu.3.

Ex libro Deuteronomij.

Cap. 1. POrtauit te Dominus Deus tuus vt solet homo &c.lib.1.c.6.nu.11.

Cap. 4. Deus tuus Deus ignis consumens est.lib.5.c.24.nu.5.& lib.6.c.2.3.& lib 11.c.6 nu 64.& lib.12.c.2.nu.6.26.& lib.16.c.12.nu.30.

Cap. 6. Audi Israel Dominus Deus tuus vnus est.lib.10.c.8.nu.7.

Hæc sunt præcepta mea:& narrabis ea filijs tuis, & meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere,dormiens,atque consurgens. & ligatis ea quasi signum in manu tua,scribesque ea in limine tuo, &c. cumque introduxerit te Dominus Deus tuus in terram,pro qua iurauit patribus tuis &c. lib.1.c.20.nu.5.& lib.11.c.2.nu.9.

Cum dederit tibi Deus Dominus tuus ciuitates magnas,& optimas,quas non ædificasti, domos plenas multarum opum,quas non extruxisti, &c. & comederis,& saturatus fueris; caue diligenter ne obliuiscaris Domini, qui eduxit te de terra Aegypti,de domo seruitutis.lib.6.c.9.n.8.& lib.7.c.7.nu.4.

Cum interrogauerit te filius tuus cras dicens, quid sibi volunt testimonia hæc, & cæremoniæ atque iudicia,quæ præcepit Dominus Deus noster &c. seruieramus Pharaani, &c. daret terram super qua iurauit patribus nostris.lib.6.c.2.nu.16.

Cap. 11. Scribes ea super postes,& tanuas domus tuæ vt multiplicentur dies tui, & filiorum tuorum in terra, quam iurauit Dominus patribus tuis, vt daret eis quandiu cœlum imminet terræ. lib. 16. cap. 10. nu.30.

Omnis locus quem calcauerit pes vester, vester erit. lib.2.c.9.nu.5.& lib.16.c.11.nu.29.

Cap. 13. Quia tentat vos Dominus Deus vester, vt palam fiat, vtrum dilegatis eum,an non, in toto corde, & in tota anima vestra.lib.5.c.9.nu.16.

Cap. 15. Cum tibi venditus fuerit frater tuus Hebræus, aut Hebræa,& sex annis seruierit tibi, in septimo anno dimittes eum liberum, & quem libertate donaueris, nequaquam vacuum abire patieris; sed dabis viaticum de gregibus, & de area, & torculari tuo, quibus Dominus Deus tuus benedixerit tibi.lib.9.c.13.nu.4.& lib. 10. cap. 4. num.2.

Non operaberis in primogenito bouis, & non tondebis primogenita ouium. lib. 9. c. 24. num. 5. 11.

Cum disperdiderit Dominus Deus tuus gentes, Cap. 19. quarum tibi traditurus est terram, & possederis eam, habitaueris que in vrbibus eius,& in ædibus:tres ciuitates separabis tibi in possessionem &c. vt habeat e vicino qui propter homicidium profugus est, quo possit euadere. lib.16. cap.10. nu.28.

Qui percusserit proximum suum nescius, & qui heri,& nudius tertius nullum contra eum odium habuisse comprobatur: sed abisse cum eo simpliciter in siluam ad ligna cædenda, & in succisione lignorum securis fugerit manus &c. & occiderit, hic ad vnam supradictarum vrbium confugerit, & viuet. libro. 14. cap. 31. num. 20.

Si egressus fueris ad pugnam contra inimicos tuos, Cap. 21. & tradiderit eos Dominus Deus tuus in manu tua, captiuosque duxeris, & videris in numero captiuorum mulierem pulchram, & adamaueris eam, volueris que habere vxorem, &c. quæ radet cæsariem,& circumcidet vngues, & deponet vestem &c.erit vxor tua. lib. 1.cap.5. nu. 8.& lib. 10.ca.4.nu.4.5.

Maledictus a Deo est qui pendet in ligno. libro. 3. cap. 11. num. 28. 29.& libro. 6. cap. 4. num. 11.12.& lib.16.cap.11.num.3.

Non induetur mulier veste virili, nec vir vte- Cap. 22. tur veste feminea, abominabilis enim est apud Deum, qui hæc facit. libro. 9. cap. 2. num. 24.

Non arabis in boue simul, & asino. lib. 1. cap. 18. nu.26

Non indueris vestimento, quod ex lana, linoque contextum est.libro.9.c.17.num.21.

Si fuerit inter vos homo qui nocturno pollutus sit Cap. 23. somnio, egredietur extra castra, & non reuertetur priusquam ad vesperam lauetur aqua, & post solis occasum regredietur in castra. lib. 14.c. 22.num.46.

Fratri tuo non fœnerabis ad vsuram: sed ab alienigena exiges. lib. 4. cap. 39. num. 37. Ambrosius.

Non accipies loco pignoris superiorem aut inferio- Cap. 24. rem molam lib.14 c.18 nu.20.21.

Non ligabis os bouis tui triturantis in area fruges Cap. 25. tuas.lib.14.31.nu.6.

Quando habitauerint fratres simul, & vnus ex eis absque liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alteri sed accipiet eam frater eius,& suscitabit semen fratris sui: & primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit.lib.1.c.23.nu.13.& lib.14.c.26.nu.28.

Si tamen audieris mandata Domini Dei tui, quæ Cap. 28. ego præcipio tibi hodie, & custodieris, & feceris, ac non declinaueris ab eis nec ad dexteram nec ad sinistram &c. libro. 6. cap. 19. num. 14.

Erit vita tua quasi pendens ante te. lib. 3. cap. 10. nu.23.

Vinum, & siceram non bibistis. libro. 1. cap. Cap. 29. nu.14.

Conuertetur Dominus Deus tuus epulari in te super Cap. 30. bonis sicut epulatus est super patres tuos: si audieritis vocem Domini Dei vestri, &c. mandatum

tum quod ego mando tibi hodie,non est graue,neque longe a te est, non est in cælo, &c. facere illud.lib.11.c.4.n.12.

Cap.32. Audite cæli quæ loquor,audiat terra verba oris mei concrescat vt pluuia doctrina mea,fluat vt ros eloquium meum, quasi imber super herbam, & quasi stillæ super gramina.lib.11.c.3.n.1.lib.2.c.10 nu.14.

Peccauerunt ei, & non filij eius in sordibus. lib.14. c.8.nu.17.

Quando diuidebat altissimus gentes, quando separabat filios Adam; constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel.lib.1.c.2.nu.4.lib.5.c.7.nu.19.& lib.8.c.1.nu.6.

Inuenit eum in terra deserta, in loco horroris, & vastæ solitudinis, circumduxit eum, & docuit, & custodiuit quasi pupillam oculi sui sicut aquila prouocans pullos suos ad volandum & super eos volitans expandit alas suas, & assumpsit, & portauit in humeris suis. lib. 1. num. 1. cap. 6. & nu.4.

Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit; incrassatus, impinguatus, dilatatus dereliquit Deum factorem suum, & recessit a Deo salutari suo. lib.1. nu.27.& lib 2.c.19.nu 31. Ambrosius, & lib 5. c.9.nu.3.& lib.6 c.9.nu.7.13.& lib.7.c.7.num. 3.4.5.

Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima, deuorabitque terram cum germine suo fundamenta montium comburet,& c. sagittas meas complebo in eis. lib.4. c. 12. nu.3. 24.& lib.9.c.3.nu.10.

Vtinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent. lib.11.c.10. num 14. & lib.18.c.16. nu.24.

De vinea Sodomorum, vinea eorum, & de suburbanis Gomorræ.lib.1.c.1.nu.67.Ambrosius,& lib. 14.c.4.nu.15.16.

Vua eorum, vua fellis,& botri amarissimi. lib.1.c.1. num.67. Ambrosius, & lib.14.cap.14. num.15. 16.

Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile.lib.1.c.1.num.67. Ambrosius, & lib. 14.c.14.nu.15.16.

Ego occidam, & ego viuere faciam, percutiam, & ego sanabo.lib.3.c.1.num.7.& cap.25.nu.24.& lib.3.c.26.nu.8.& lib.5.c.9.nu 13.14.

Cap. 33. Qui dicit patri suo, aut matri suæ, nescio vos, & fratribus suis, ignoro illos, &c. hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum, seruauerunt iudicia tua o Iacob,& c. lib.6. c.8. nu.14.

Beniamin amantissimus Domini habitabit confidenter in eo,quasi in thalamo, tota die morabitur, & inter humeros illius requiescet. lib. 14. cap. 25. nu.42.

Ex libro Iosue.

Cap.1. OMnem locum quem calcauerit vestigium pedis vestri,vobis tradam. lib.2.c.9.nu.5

Cap. 2. Misit igitur Iosue filius Nun de Setim duos viros exploratores in abscondito,& dixit eis,ite, & considerate terram, vrbēque Iericho. lib.14.cap.25. nu 5.

Dimittensque eos,vt pergerent, appendit funiculum coccineum in fenestra. lib.3.c.10. nu 5.

Sitque inter vos,& arcam spatium cubitorum duum Cap. 3. millium,vt procul magis videre possitis, &c. per quam viam ingrediamini. lib.4.c.20.nu.2.

Igitur egressus est populus de tabernaculis suis, vt transiret Iordanem, & sacerdotes qui portabant arcam fœderis,pergebant ante eum. lib.16.cap.1. nu.3.

Præcipe eis vt tollant de medio Iordanis aluco, vbi Cap. 4. steterunt pedes sacerdotum duodecim lapides durissimos.lib.1.c.23.nu.5.

Fac tibi cultros lapideos, & circuncide secundo fi- Cap. 5. lios Israel.lib.18.c.2.nu.3.

Omnis populus qui egressus est de Aegypto generis masculini, vniuersi bellatores fortissimi mortui sunt in deserto,& c. incircuncisi erant & c horum filij successerunt in locum patrum, &c. lib.5.c.7. nu.24.

Hodie abstuli approbrium Aegypti a vobis. lib.3.c. 15.num.1.& lib.18.c.2.num.3.& lib.18.c.14. nu.1.

Et fecerunt filij Israel Phase quartadecima die mensis ad vesperam in campestribus Iericho.lib.18.c. 14.nu.1.

Cum autem esset Iosue in agro vrbis Iericho,leuauit oculos, & vidit virum stantem contra se, euaginatum tenentem gladium, perrexitque ad eum,& ait,noster es,an aduersariorum? lib.2.c.9.nu.19. & lib.4.c.30 nu.20.21.

Circuite vrbem cuncti bellatores, semel per diem sic Cap. 6. facietis sex diebus. Septimo autem die sacerdotes tollent septem buccinas,quarum vsus est in iubileo,& præcedent arcam, &c. & muri ciuitatis funditus corruent. lib.14.c.23.nu.7.& lib.18.c. 2.nu.36.

Cumque septimo circuitu clangerent buccinis sacerdotes dixit Iosue ad omnem Israel,Vociferamini; tradidit enim Dominus vobis ciuitatem, &c. vos autem cauete,ne de his quæ præcepta sunt vobis, quidpiam contingatis, & sitis præuaricationis rei. lib.11. c.12.nu.3.& lib. 14. cap.26. num. 32.33.

Igitur omni populo vociferante,& clangentibus tubis, postquam in aures multitudinis vox sonitusque increpuit,muri illico corruerunt.lib.11.c.12. nu.3.lib.14.c.26.nu.32.33.

Peccauit Israel, & præuaricatus est pactum meum, Cap. 7. tuleruntque de anathemate, &c. nec poterit stare Israel ante hostes suos, eosque fugiet, quia pollutus est anathemate, non ero vltra vobiscum,donec conteratis eum qui huius sceleris reus est lib.3.c.28.nu.18.& lib.4.c.18.nu.1.lib.14.c. 11.nu.1.& c.12.nu.10.21.

Iosue vero,& omnis Israel cesserunt loco simulantes Cap. 8. metum, & fugientes per solitudinis viam. lib.3. c.3. nu.2.

Cum ergo ex vtraque parte aduersarij cæderentur, ita vt nullus de tanta multitudine saluaretur.lib. 2.c.7.nu.7.

Tunc ædificauit Iosue altare Domino Deo Israel in monte Hebal, sicut præceperat Moyses famulus

Universidad de Navarra Biblioteca de Humanidades

Domini filijs Israel, &c. altare de lapidibus impolitis, quos ferrum non tetigit & obtulit super eo holocaustum Domino, &c. lib. 13. c. 3. n. 3. & lib. 18. c. 10. nu. 1. 2.

Omnis autem populus, & omnes maiores natu, ducesque ac iudices stabant ex vtraque parte arcæ in conspectu sacerdotum, qui portabant arcam fœderis Domini, vt aduena, ita & indigena, &c. & media iuxta montem Hebal. lib. 18. cap. 9. num. 1. 2.

Post hæc legit omnia verba benedictionis, & maledictionis, & cuncta quæ scripta fuerant in volumine legis coram omni multitudine Israel, mulieribus, ac paruulis, & aduenis, qui inter eos morabantur. lib. 18. cap. 9. num. 2. 3. & cap. 10. num. 1. 2.

Cap. 9. *Quibus auditis cuncti reges trans Iordanem, qui versabantur in montanis, & compestribus, in maritimis, ac littore maris magni, hi quoque qui habitabant iuxta Libanum, Hethæus, & Amorrhæus, Chananæus, & Pherezæus, & Heuæus, & Iebusæus congregati sunt, vt pugnarent contra Israel, & Iosue vno animo, eademque sentētia. lib. 5. c. 4. nu. 1.*

Fecitque Iosue cum eis pacem, & inito fœdere pollicitus est, vt non occiderentur: principes quoque multitudinis iurauerunt eis. lib. 9. c. 11. nu. 34.

Cap. 10. *Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra vallem Aialon. steteruntque Sol, & Luna, donec vlciscereturse gens de inimicis suis. lib. 2. c. 9. n. 3. & lib. 12. c. 2. nu. 7. & lib. 16. c. 4. nu. 27.*

Reuersusque est omnis exercitus ad Iosue in Maceda, vbi tunc erant castra, sani, & integro numero: nullusque contra filios Israel mutire ausus est. lib. 2. c. 9. nu. 8.

Ite, & pronite pedes super colla regum istorum. lib. 16. c. 9. nu. 1. 8. 9. 10.

Cap. 11. *Quieuitque terra a prœlijs. lib. 2. c. 9. nu. 6.*

Cap. 15. *Qui cum pergerent simul, suasa est a viro suo: vt peteret a patre suo agrum, suspirauitque vt sedebat in asino, &c. da mihi benedictionem: terram australem, & arentem dedisti mibi, iunge, & irriguam. Dedit itaque ei Caleb irriguum superius, & inferius. lib. 3. c. 25. nu. 23. & lib. 7. c. 3. nu. 2.*

Non potuerunt filij Iuda delere Iebusæum habitatorem: habitauitque Iebusæus cum filijs Iuda ni Ierusalem vsque in præsentem diem. lib. 2. c. 5. nu. 5.

Cap. 16. *Habitauitque Chananeus in medio Ephraim vsque in diem hanc tributarius. lib. 9. c. 18. nu. 8.*

Cap. 20. *Et moriatur sacerdos magnus qui fuit in illo tempore: tunc reuertetur homicida, & ingredietur ciuitatem, & domum suam, quam fugerat. lib. 3. c. 10. nu. 67.*

Cap. 22. *Filij Israel dederūt sortem Iosue in monte Ephraim. lib. 18. c. 15. nu. 7.*

Ex libro Iudicum.

Cap. 2. *Mortuus est autem Iosue filius Num famulus Domini &c. & surrexerunt alij qui nō nouerūt Dominum, & opera quæ fecerat cum Israel; feceruntque filii Israel malum in conspectu Domini, & seruierunt Baalim. lib. 3. c. 12. nu. 2. & lib. 4. c. 42. nu. 1.*

Iratusque Dominus contra Israel, tradidit eos in manus diripientium. lib. 4. c. 42. nu. 2.

Cap. 3. *Mortuus est Othoniel filius Cenez: quieuitque terra quadraginta annis lib. 2. c. 11. nu. 1.*

Addiderunt autem filij Israel facere malum in conspectu Domini: qui confortauit aduersum eos Eglon regem Moab. lib. 2. c. 11. nu. 1. 2. & lib. 14. c. 28. nu. 1.

Hæ sunt generationes quas Dominus dereliquit, vt erudiret in eis Israelem. libro. 9. cap. 18. num 8.

Seruieruntque filij Israel Eglon regi Moab decem, & octo annis, & postea clamauerunt ad Dominum: qui suscitauit eis saluatorem vocabulo Aod inclytum filium Gera filij Iemini, qui vtraq. manu pro dextera vtebatur. lib. 9. c. 8. nu. 2. & lib. 2. c. 11. nu. 2.

Cap. 5. *Audite reges, auribus percipite principes, lib. 2. c. 9. nu. 10. & lib. 9. c. 13. nu. 6.*

Cap. 4. *Da mihi obsecro paululum aquæ, quia sitio valde: quæ aperuit vtrem lactis, & dedit ei bibere, & operuit illum &c. cum silentio posuit supra tempus capitis eius clauum, percussumque malleo defixit in cerebro vsque ad terram: qui soporē morti socians defecit, & mortuus est. libro. 18. cap. 2. num. 4.*

Cap. 6. *Ingressus est itaque Gedeon, & coxit hædum, & de farinæ modio azymos panes: carnesque ponens in canistro, & ius carnium mittens in ollam, tulit omnia sub quercu, & obtulit ei. lib. 3. cap. 10. nu. 62.*

Cumque fecisset ita extendit angelus summitatem virgæ, quam tenebat in manu, & tetigit carnes, & panes azymos: ascenditque ignis de petra, & carnes, & azimos panes consumpsit: angelus autem Domini euanuit ex oculis eius. lib. 3. cap. 10. nu. 62.

Oro vt solum vellus siccum sit, & omnis terra rore madens: & fuit siccitas in solo vellere, & ros in omni terra. lib. 3. c. 7. nu. 26. & lib. 5. c. 7. nu. 1. 2. & cap. 7. nu. 27. Ambros. & lib. 5. c. 7. nu. 24. 25. 26.

Cap. 7. *Multus tecum est populus, nec tradetur Madian in manus eius, ne glorietur contra me Israel, & dicat meis viribus, &c. qui formidolosus est, & timidus reuertatur. lib. 2. cap. 7. num. 9. 10. 11. 12.*

*Duc eos ad aquas, & ibi probabo illos: & de quo dixero tibi vt tecum vadat, &c. qui manu, & linxero tibi vt tecum vadat, &c. qui manu, & linxero tibi vt tecum vadat, &c. qui manu, & linx

Universidad de Navarra Biblioteca

lib.14.cap.28.num.32.

Et vocauit Dominus Samuel, qui respondens, ait: Ecce ego. lib.13.c.1.nu.18.19.

Et dixit Dominus ad Samuelem, Ecce ego facio verbum in Israel, quod quicumque audierit, tinnient ambæ aures eius. lib.4.c.13.nu.21.

Idcirco iurauit domui Heli, quòd non expietur iniquitas domus eius victimis, & muneribus vsque in æternum. lib.6.c.6.nu.35.

Dominus est, ipse faciat, quod bonum est in oculis suis. lib.6.cap.6.nu.16. & lib.8.c.7.nu.7.

Cap. 4. Væ nobis: non enim fuit tanta exaltatio heri, & nudiustertius: Væ nobis, quis nos saluabit de manu deorum sublimium istorum? lib.2.c.9.nu.34.

Cumque ille nominasset arcam Dei, cecidit de sella retrorsum iuxta ostium, & fractis ceruicibus mortuus est. lib.6.c.6.nu.16.17.

Cap.6. Facietisq. similitudines murium, qui demoliti sunt terram, & dabitis Deo Israel gloriam: si forte releuet manum suam a vobis, & a dijs vestris, & a terra vestra. lib.14.c.22.nu.50.

Ibant autem in directum vaccæ per uiam, quæ ducit Bethsames, & itinere vno gradiebantur, pergentes, & mugientes; & non declinabant, neque ad dexteram, neque ad sinistram. lib.2.c.5.nu.41. & lib.9.c.22.nu.31.34.35.

Percussit autem Dominus de viris Bethsamitis, eo quòd vidissent arcam Domini, & percussit de populo septuaginta viros, & quinquaginta millia plebis. lib.5.c.12.nu.35.

Cap. 7. Eleazarum autem filium eius sanctificauerunt, vt custodirent arcam Domini. lib.14.c.31.nu.21.

Intonuit autem Dominus fragore magno in die illa super Philisthijm, & exterruit eos, &c. lapis adiutorij. & cæsi sunt a filijs Israel. lib.2.c.4.nu.13. & lib.4.c.37.nu.12.

Reuertebaturq. in Ramatha, ibi enim erat domus eius, & ibi iudicabit Samuel Israelem: ædificauit etiam ibi altare Domino. lib.14.c.29.nu.32.

Cap. 8. Factum est autem cum senuisset Samuel &c. lib.16.c.3.nu.13.14.

Dixit autem Dominus ad Samuelem, Audi vocem populi in omnibus, quæ loquuntur tibi. lib.13.c.9.nu.22.

Cap. 9. Erat vir de Beniamin nomine Cis, filius Abiel, filij Seor &c. Fortis robore: Et erat ei filius vocabulo Saul. lib.6.c.13.nu.20.

Et erat electus & bonus, & non erat vir de filijs Israel melior illo, ab humero, & sursum eminebat super omnem populum. lib.14.c.31.nu.8. & lib.16.c.1.nu.38.

Et comedit Saul cum Samuele in die illa: & descenderunt de excelso in oppidum, & locutus est cum Saule in solario. lib.14.c.29.nu.33.

Cap. 10. Tulit autem Samuel lenticulam olei, & effudit super caput eius. lib.16.c.1.nu.37.

Cumque abieris hodie a me, inuenies duos viros iuxta sepulchrum Rachel, &c. libro 1. cap.18. numero 25.

Inuenient te tres viri ascendentes ad Deum in Bethel. lib.14.c.15.nu.18.

Et insiliet spiritus Domini, & prophetabis cum eis, & mutaberis in virum alterum. lib.7.c.8. num.31.32.

Quæsierunt eum, & non est inuentus illic, & consuluerunt Dominum post hæc &c. Ecce absconditus est domi. lib.16.c.1.nu.38.

In hoc feriam vobiscum fœdus, vt eruam omnium vestrum oculos dexteros, ponamq. vos opprobrium in vniuerso Israel. lib.3.c.4.nu.21. Cap. 11.

Nolite timere, vos fecistis vniuersum malum hoc: verumtamen nolite recedere a tergo Domini, sed seruite Domino in omni corde vestro, & nolite declinare post vana, quæ non proderunt vobis, neque eruent vos, quia vana sunt. libro 7.cap.2. nu.20. Cap. 12

Absit autem a me hoc peccatū in Domino, vt cessem orare pro vobis. lib.1.c.12.nu.7. & lib.13.cap.4. nu.4.

Filius vnius anni erat Saul cum regnare cœpisset: duobus autem annis regnauit super Israel. libro 17.c.1.nu.8. Cap. 13.

Et Philisthijm congregati sunt ad prœliandum contra Israel, triginta millia curruum, & sex millia equitum, & reliquum vulgus, sicut arena, quæ est in littore maris magni. lib.9.c.18.nu.9.

Et ascendentes castrametati sunt in Machmas ad Orientem Bethauen. lib.4.c.34.nu.22.

Adiurauit autem Saul populum dicens, Maledictus vir qui comederit panem vsque ad vesperam, donec vlciscar de inimicis meis &c. lib.9.c.11.nu. 20.21. lib.1.c.1.nu.12.

Extenditq. summitatem virgæ, quam habebat in manu, & intinxit in fauum mellis: & conuertit manum suam ad os suum, & illuminati sunt oculi eius. libro 1. cap.1. num.54. & lib.18. cap.1. nu.36.37. Cap. 14.

Defatigatus est autem populus nimis, & versus ad prædam tulit oues, & boues, & vitulos, & mactauerunt in terra: comeditq. populus cum sanguine. lib.18.c.1.nu.37.

Aedificauit autem Saul altare Domino. lib.3.c.25. nu.25.

Congregatoq. exercitu Saul percussit Amalech, & eruit Israel de manu vastatorum eius. lib.1.c.24. nu.23. & lib.6.c.6.nu.12.14.

Hæc dicit Dominus exercituum, Recensui quæcumque fecit Amalech Israel, quomodo restitit ei in via cum ascenderet de Aegypto. lib.6.cap.12. nu.15. Cap. 15.

Nunc ergo vade, & non parcas ei, & percute Amalech, & non concupiscas ex rebus ipsius aliquid &c. lib.6.c.12.nu.15.

Percussitq. Saul Amalech, &c. lib.1. cap.2. numero 24.

Et pepercit Saul, & populus Agag, & optimis gregibus ouium, & armentorum &c. libro 1. cap.1. nu.23.

Nonne cum paruulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Iscael factus es? vnxitq. te Dominus regem super Israel. lib.3.c.19.nu.29.

Numquid vult Dominus holocausta, & victimas, & non potius vt obediatur voci Domini? lib.13. c.1.nu.21.22.

Melior est obedientia, quàm victimæ: & auscultare, magis quàm offerre adipem arietum, quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idolatriæ, nolle acquiescere. lib.13.c.1. nu.15.

num.15.16.17.22.

Pro eo ergo quod abieceris, sermonem Domini abiecit te Dominus, ne sis rex. lib.17.c.1.nu.8.

Dixitq. Saul ad Samuelem: Peccaui, quia præuaricatus sum sermonem Domini. lib.14.c.21.nu. 45.46.47.

Sed nunc quæso porta peccatum meum &c. Sed nunc honora me coram senioribus populi &c. lib. 1.c.18.nu.31.

Sicut fecit absque liberis mulieres gladius tuus, sic absque liberis erit mater tua inter mulieres. lib. 6.c.12.nu.16.

Verumtamen flebat Samuel Saulem, &c. lib.1.c.14. nu.29.

Cap. 16. Erat autem Dauid ruffus, & pulcher aspectu, decoraq. facie &c. lib.3.c.2.nu.46.

Spiritus autem Domini recessit a Saul, & exagitabat eum spiritus nequam a Domino. lib.2.cap.8. nu.34.

Igitur quandocūque spiritus Domini malus arripiebat Saul, Dauid tollebat citharam, & percutiebat manu sua, & refocillabatur Saul, & leuius ferebat: recedebat enim ab eo spiritus malus. lib.9. c.5 nu.2.

Cap. 17. Porro Saul, & filij Israel congregati venerunt in vallem Terebinthi. lib.2.c.8.nu.38.

Quid dabitur viro qui percusserit Philisthæum hūc, & tulerit opprobrium de Israel? libro 7. cap. 8. num.3.

Dixitq. Dauid ad Saul, pascebat seruus tuus patris sui gregem, & veniebat leo, vel vrsus, & tollebat arietem de medio gregis, & persequebar eos, & percutiebam, eruebamq. de ore eorum, & illi consurgebant aduersum me, & apprehendebam mentum eorum &c. leonem, & vrsum interfecit seruus tuus. lib.2.c.18.nu.25.

Et elegit sibi limpidissimos quinque lapides de torrente, & misit eos in peram pastoralem. lib 16.c. 9.nu.10.

Et misit manum suam in peram pastoralem, tulitq. vnum lapidem, &c. super terram. lib.3.c.2. nu. 36. & lib.9.c.8.nu.11.12.

Et circumducesn percussit eum in fronte, & infixus est lapis in fronte eius, & cecidit in faciem suam super terram, &c. Tulit gladium eius, & eduxit eum de vagina sua, & interfecit eum, præciditq. caput eius. lib.4.c.32 nu.4.

Assumens autem Dauid caput Philisthæi, attulit illud in Hierusalem: arma vero eius posuit in tabernaculo suo. lib.2.c.8.nu.39.

Cap.18. Anima Ionathæ conglutinata est animæ Dauid. lib. 1.c.2.nu.25.

Percussit Saul mille, & Dauid decem millia in millibus suis. lib.1.c.24.nu.10. & lib.3.c.9.nu.47. & lib.9.c.5.nu.2.3.

Dauid autem psallebat manu sua, sicut per singulos dies: tenebatq. Saul lanceam, & misit eam, putans quod configere posset Dauid cum pariete, & declinauit Dauid a facie eius secundo. lib.9.c. 5.nu.2.28.

Non habet rex necesse sponsalia, nisi tantum centum præputia Philisthinorum, vt fiat vltio de inimicis regis. Porro Saul cogitabat tradere Dauid in manus Philisthinorum. lib.4.c.22.nu.12.

Nunciauit Doech Sauli regi quòd Dauid venisset ad Abimelech sacerdotem. lib.1.c.24.nu.4. Cap. 21.

Et immutauit os suum Dauid coram rege Achis, & collabebatur inter manus eorum, & impingebat in ostia portæ, defluebantq. saliuæ eius in barbā. lib.3.c.11.nu.30.

Ne timeas, neque enim inueniet te manus Saul patris mei. & tu regnabis super Israel, & ego ero tibi secundus. lib.1.c.19.nu.7. Cap. 23.

Ingressusq. est Saul speluncam, vt purgaret vētrem, Porro Dauid, & viri eius in interiori parte speluncæ latebant, &c. Porro Dauid præscidit oram chlamydis Saul &c. Ne faciam hanc rem domino meo christo Domini, &c. libro 1. cap.12. nu.12. Cap. 24.

Vox tua fili mi Dauid: Iustior me es tu &c. libro 1. c.17.nu.17.18.

Et ait Abisai ad Dauid: Conclusit Deus inimicum tuum hodie in manus tuas, nunc ergo perfodiam eum lancea in terra, semel, & secundo opus non erit &c. Dixit ad eum Dauid, Ne interficias eum &c. lib.1.c.9.nu.13. Ambrosius. Cap. 26.

Si Dominus incitat aduersum me, odoretur sacrificium tuum. lib.10.c.1.nu.6.

Hac hora cras, tu & filij tui mecum eritis. lib.16.c. 4.nu.27.28. Cap. 28.

Puer Aegyptius ego sum seruus viri Amalecitæ, dereliquit autem me dominus meus, quia ægrotare cœpi nudiustertius, &c. Iura mihi per Deū, quòd non occidas me, &c Et ego adducam te ad cuneum istum. lib.11.c.12.nu.40.

Ex lib.2. Regum.

Oleo super te frater mi Ionatha amabilis valde super amorem mulierum. Sagitta tua nūquam abijt retrorsum. lib.3.c.9.nu 40. Cap. 1.

Extendit manum ad arcam Dei Oza, & tenuit eam, quoniam calcitrabant boues, & declinauerant eam. Iratusq. est Dominus, indignatione contra Ozam, & percussit eum super temeritate, qui mortuus est ibi, iuxta arcam Dei. lib.16.cap.4. nu.28. Cap. 6.

Quàm gloriosus fuit hodie rex Israel, discooperiens se ante ancillas seruorum suorum, & nudatus est, quasi si nudetur vnus de scurris. Dixitq. Dauid ad Michol: Viuit Dominus, quia ludam ante Dominum, qui elegit me potius, quàm patrem tuum, & quàm omnem domum eius, &c. & ludam, & vilior fiam, plusquam factus sum: & ero humilis in oculis meis &c. lib.8.c.7.nu.15.16. & lib.11. c.14.nu.14. & lib.8.c.6.nu.15.16.

Numquid tu ædificabis mihi domum ad habitandum &c. lib.14.c.28.nu.22. Cap. 7.

Qui si inique aliquid gesserit, arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum. libro 6. c.11.nu.19.

Quis ego sum Domine Deus, & quæ domus mea, quia adduxisti me hucusque? lib.2.c.5.nu.6. & c.8.nu.1.

Viditq. mulierem lauantem se ex aduerso, &c. Et dormiuit cum ea. lib.3.c.3.nu.38.42. Cap. 11.

Tu enim fecisti hanc rem absconditè: ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israel, & Cap. 12.

in

Universidad de Navarra

in conspectu solis huius. lib. 3. c. 22. nu. 6.

Peccaui Domino &c. Dominus quoque transtulit peccatum tuum. lib. 14. c. 21. nu. 45. 46. & num. 57. 58. & c. 23. nu. 7.

Verumtamen quoniam blasphemare fecisti inimicos nomen Domini, propter verbum hoc, filius qui natus est tibi, morte morietur. lib. 9. c. 8. nu. 3. & lib. 16. c. 8. nu. 20.

Nunc autem quia mortuus est, quare ieiuno? Numquid potero reuocare eum amplius? Ego vadam magis ad eum, ille vero non reuertetur ad me? lib. 4. c. 1. nu. 5. & lib. 6. c. 7. nu. 6.

Cap. 13. *Si autem dixerit mihi, Nō places, præsto sum, faciat quod bonum est coram se. libro 10. cap. 1. numero 6.*

Cap. 16. *Quid mihi & vobis est filij Saruiæ? Dimittite eum, vt maledicat iuxta præceptum Domini. lib. 1. cap. 12. nu. 31. & lib. 8. c. 6. nu. 4. & c. 7. nu. 21. & lib. 9. c. 4. nu. 5.*

Cap. 18. *Seruate mihi puerum Absalom. lib. 1. c. 14. nu. 20. & lib. 4. c. 1. nu. 82. Ambrosius.*

Cap. 23. *Desiderauit ergo Dauid aquam de lacu, &c. o si quis mihi daret aquam de cisterna, quæ est in Bethlehem. libro 1. cap. 1. num. 17. & lib. 3. c. 5. nu. 91. Ambrosius.*

Cap. 24. *Ego sum qui peccaui, & ego inique egi, isti qui oues sunt, quid fecerunt? Vertatur obsecro manus tua contra me, & contra domum patris mei. libro 1. c. 15. nu. 6. 7. & lib. 14. c. 31. nu. 7. & lib. 1. c. 12. nu. 25.*

Ex lib. 3. Regum.

Cap. 6. *Domus autem cum ædificaretur, de lapidibus dolatis, atque perfectis ædificata est, & malleus, & securis, & omne ferramentum non sunt audita in domo cum ædificaretur. libro 6. cap. 9. nu. 41.*

Cap. 10. *Sed & regina Saba audita fama Salomonis in nomine Domini, venit tentare eum in ænigmatibus. lib. 5. c. 7. nu. 4.*

Et locuta est ei vniuersa quæ habebat in corde suo. lib. 5. c. 7. nu. 4. 5.

Videns autem regina Saba omnem sapientiam Salomonis, & domū quam ædificauerat, & cibos mensæ eius, & habitacula seruorum, & ordines ministrantium, vestesq. eorum &c. Non habebat vltra spiritum. lib. 2. cap. 1. num. 33. & lib. 16. cap. 7. nu. 10.

Verus est sermo quē audiui in terra mea &c. Quam rumor quem audiui &c. lib. 2. c. 1. nu. 34.

Cap. 13. *Non comedes panem, neque bibes aquam, nec reuerteris per viam, qua venisti. lib. 1. cap. 1. numero 15.*

Qui cum abūsset, inuenit eum leo in via, & occidit: & erat cadauer eius proiectum in itinere. lib. 1. c. 1. nu. 15. 46.

Cap. 17. *Viuit Dominus Deus Israel, in cuius conspectu sto, si erit annis his ros, & pluuia, nisi iuxta oris mei verba. lib. 9. cap. 23. num. 9. & lib. 16. cap. 4. numero 29.*

Corui quoque deferebant ei panem, & carnes mane, &c. lib. 1. c. 1. nu. 17.

Surge & vade in Sarephta Sidoniorum, & manebis ibi. Præcepi enim ibi mulieri viduæ, vt pascat te. lib. 1. c. 1. nu. 61. Ambros. lib. 4 c. 27. nu. 7. lib. 1. c. 10. nu. 22.

Viuit Dominus Deus, quia non habeo panem, nisi quantum pugillus capere potest farinæ in hydria, & paululum olei in lecytho vade &c. lib. 5. c. 10. nu. 22. 34.

En colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam illud mihi & filio meo, vt comedamus, & moriamur. lib. 3. c. 11. nu. 41.

Domine Deus meus, etiamne viduam, apud quam ego vtcumque sustentor, afflixisti? vt interficeres filium eius? lib. 9. c. 23. num. 10. & lib. 16. cap. 4. nu. 29.

Et reuersa est anima pueri intra eum, & reuixit. lib. 1. c. 1. nu. 61. Ambrosius. & lib. 4. c. 27. nu. 7. & lib. 5. c. 10. nu. 22.

Cap. 18. *Vade, & ostēde te Achab, vt dem pluuiam super faciem terræ. lib. 9. c. 23. nu. 11.*

Vsquequo claudicatis in duas partes, &c. lib. 4. c. 42. nu. 10. lib. 9. c. 7. nu. 16.

Cecidit autem ignis Domini, & vorauit holocaustū, & ligna, & lapides, &c. lib. 5. c. 12. nu. 38. Ambros. lib. 16. c. 1. nu. 8.

Ecce nubecula parua quasi vestigium hominis ascendebat de mari. lib. 3. c. 5. nu. 63.

Cap. 19. *Cumq. venisset, & sederet subter vnam iuniperum, petiuit animæ suæ, vt moreretur, & ait: Sufficit mihi Domine, tolle animam meam: neque enim melior sum, quàm patres mei. lib. 1. c. 14. nu. 29. & lib. 9. c. 22. nu 34.*

Surge, & comede, respexit, & ecce ad caput subcinericius panis, & vas aquæ: comedit ergo, & bibit &c. lib. 1. c. 1. nu. 3. & nu. 56. Ambrosius.

Qui cum surrexisset, comedit, & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus vsque ad montem Oreb. lib. 1. c. 1. nu. 13. & 57. Ambrosius. & c. 1. nu. 21. & lib. 11. c. 12. nu. 25.

Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum Domini filij Israel &c. lib. 16. c. 7. nu. 15.

Et derelinquam mihi septem millia virorū, quorum genua non sunt curuata ante Baal &c. lib. 14. c. 42. nu. 8.

Cap. 21. *Da mihi vineam tuam, vt faciam mihi hortum. lib. 1. c. 4. nu. 7. & lib. 10. c. 1. nu. 7.*

Et proijciens se in lectum suum, auertit faciem suam ad parietem, & non comedit panem. lib. 4. cap. 39. nu. 33.

Itaque cum audisset Achab sermones istos, scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, ieiunauitq. & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite. lib. 1. c. 1. nu. 13.

Nonne vidisti Achab humiliatum coram me, quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius, &c. lib. 10. c. 2. nu. 9. & libro 14. c. 21. nu. 24.

Cap. 22. *Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Et dixit Dominus: Decipies, & prævalebis: Egredere, & fac ita. lib. 11. cap. 14. nu. 15.*

Ex lib.

Ex lib. 4. Regum.

Cap. 2. *Vltq. Elias pallium suum, & inuoluit illud, & percussit aquas, quæ diuisæ sunt in vtramque partem, & transierunt ambo per siccum. lib. 3. c. 14. nu. 11.*

Cumque transissent, dixit Elias ad Eliseum: Postula quod vis vt faciam tibi, antequam tollar a te. Obsecro vt fiat in me spiritus tuus duplex. Qui respondit: Rem difficilem postulasti: attamen si videris me, quando tollar a te, erit tibi quod petisti. Si autem non videris, non erit. libro 16. cap. 4. num. 29. & libro 18. cap. 5. nu. 20. & lib. 3. c. 14. nu. 26.

Cumque pergerent, & incedentes sermocinarentur, ecce currus igneus, et equi ignei diuiserunt vtrūque: & ascendit Elias per turbinem in cælum. Eliseus autem videbat, & clamabat: Pater mi, pater mi, currus Israel, & auriga eius. lib. 1. cap. 21. nu. 1.

Afferte mihi vas nouum, & mittite in illud sal. Quod cum attulissent, egressus ad fontem aquarū, misit in illum sal, &c. & nō erit vltra in eis mors, neque sterilitas. lib. 3. c. 5. nu. 53. & lib. 18. cap. 2. nu. 24.

Ascende calue, ascende calue. lib. 3. c. 6. nu 21. & c. 12. nu. 14. & lib. 6. c. 6. nu. 34.

Cap. 4. *Vade, pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non pauca. lib. 1. c. 18. nu. 29.*

Si occurrerit tibi homo, non salutes eum, & si salutauerit te quispiam, non respondeas illi. libro 11. c. 2. nu. 14.

Giezi autem præcesserat ante eos, & posuerat baculum super faciem pueri: & non erat vox, neque sensus, &c. Non surrexit puer. libro 3. cap. 5. nu. 56.

Ingressus est ergo Eliseus domum, & ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius: ingressusq. clausit ostium super se, & super puerum, orauit ad Dominum: Et ascendit, & incubuit super puerum; posuitque os suum super os eius, &c. & aperuit oculos pueri. libro 3. cap. 5. nu. 56. & lib. 4. c. 19. nu. 17. Ambrosius.

Mors in olla vir Dei. lib. 1. c. 1. nu. 3.

Afferte, inquit, farinam: cumq. tulissent, misit in ollam, &c. & non fuit amplius quicquam amaritudinis in olla. lib. 1. c. 1. nu. 3. 40.

Cap. 5. *Sic & sic locuta est puella de terra Israel. lib. 5. c. 7. nu. 31. Ambrosius.*

Vade, & lauare septies in Iordane, & mundaberis. lib. 3. c. 8. nu. 12. 13.

Cap. 6. *Accidit autem vt cum vnus materiam succidisset, caderet ferrum securis in aquam, exclamauitque ille, & ait: Heu, heu, heu Domine mi, & hoc ipsum mutuo acceperam. lib. 3. c. 11. nu. 40.*

Domine aperi oculos pueri huius, vt videat. Et aperuit Dominus oculos pueri, & vidit: & ecce mōs plenus equorum, & curruum igneorum in circuitu. lib. 1. c. 2. nu. 24. & lib. 2. c. 5. nu. 11. & lib. 4. c. 20. nu. 3. & lib. 11. c. 7. nu. 6.

Sed pone panem, & aquam coram eis, vt comedant, & bibant, & vadant ad dominum suum. lib. 1. c. 1. nu. 3.

Cap. 13. *Cumque habitare cœpissent ibi, non timebant Dominum: & immisit eis Dominus leones, qui interficiebant eos. lib. 2. c. 8. nu. 26.*

Fecitq. Ezechias quod erat bonum coram Domino, iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius: ipse dissipauit excelsa, & contriuit statuas, & succidit lucos, confregitq. serpentem æneum, quem fecerat Moyses &c. Et in cunctis ad quæ procedebat, sapienter se agebat. lib. 9. c. 9. nu. 21. Cap. 18.

Quæ cum audisset Ezechias rex, scidit vestimenta sua, & opertus est sacco, ingressusque est domum Domini. lib. 6. c. 9. nu. 8. Cap. 19.

Protegamq. vrbem hanc, & saluabo eam propter me, & propter Dauid seruum meum. lib. 4. c. 1. nu. 18.

In diebus illis ægrotauit Ezechias vsque ad mortem &c. Præcipe domui tuæ: morieris enim, & non viues. lib. 9. cap. 9. num. 21. & lib. 16. c. 4. nu. 29. Cap. 20.

Qui conuertit faciem suam ad parietem, & orauit Dominum, dicens. lib. 3. c. 5. nu. 60. & lib. 9. c. 9. nu. 21. & lib. 16. c. 4. nu. 29.

Obsecro Domine, memento quæso, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod placitum est coram te fecerim. fleuit itaque Ezechias fletu magno. lib. 3. c. 5. num. 60. & lib. 9. c. 9. nu. 21. & lib. 16. c. 4. num. 29. & lib. 18. c. 11. nu. 9.

Apprehensum ergo regem duxerunt ad regem Babylonis in Reblata, qui locutus est cum eo iudicium: filios autem Sedeciæ occidit coram eo, & oculos eius effodit, vinxitq. eum catenis, & adduxit in Babylonem. lib. 3 c. 4. nu. 18. Cap. 25.

Nabuzardan princeps exercitus, seruus regis Babylonis venit in Ierusalem, & succendit domum Domini, & domum regis, & domos Ierusalem, omnemq. domum combussit igni, & muros in Ierusalem per circuitum destruxit omnis exercitus Chaldæorum, qui erat cum principe militum. lib. 1. cap. 1. nu. 53.

Ex lib. 2. Paralipomenon.

Et fecit Ozias quod rectum est in conspectu Domini. lib. 18. c. 1. nu. 3. Cap. 26.

Elatum est cor Oziæ. libro 16. cap. 13. numero 2. 3. 4.

Ingressusq. rex Ozias in templum Domini, voluit adolere incensum super altare thymiamatis, statimq. ingressus post eum Azarias sacerdos, & cum eo sacerdotes Domino octoginta viri fortissimi, restiteruntq. regi &c. Statim lepra orta est in fronte eius. lib. 16. c. 2. nu. 1.

Ex lib. 3. Esdræ.

Qvia a te Domine est victoria, & ego seruus tuus, benedictus es Deus veritatis. lib. 5. cap. 4. numero 1. Cap. 4.

Ex libro Tobiæ.

Ieiunium, & eleemosyna a peccato liberant. lib. 1. c. 1. nu. 56. Ambrosius. Cap. 4.

Et cum nutaret, & non daret petenti vllum responsum, Cap. 7.

Universidad de Biblioteca

sum, &c. ista coniungeretur cognationi suæ. lib. 1.c.14.nu.32. Ambrosius.

Cap. 13. *Portæ Hierusalem ex sapphiro, & smaragdo ædificabuntur &c. Plateæ eius sternentur lapide candido, & mundo, &c. & per vicos eius alleluia cantabitur. lib 2.c.2.nu.14.*

Ex libro Iudith.

Cap. 12. *Bibebatque vinum multum quantum numquam biberat in vita sua. lib. 1.c.1.nu.66. Ambros.*

Ex libro Esther.

Cap. 4. *NOn comedetis, & bibetis tribus diebus, &c. Et ego cum ancillis meis similiter ieiunabo. lib.1.c.1.nu.20.*

Cap. 7. *Appendite eum in eo. Suspensusq. est Aman in patibulo quod parauerat Mardochæo. lib.1. c.19. nu.13. Ambrosius.*

Cap. 14. *Ne tradas Domine sceptrum tuum his, qui non sunt. lib.7.c.6.nu.2. & lib.9.c.3.nu.10.*

Ex libro Iob.

Cap. 1. *VIr erat in terra Hus nomine Iob: & erat vir ille simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens a malo. lib.3.c.16.nu.10. & lib.8.c.2.nu. 2.3.8. & lib.9.c.17.nu.1.18.19.20. & c.19.nu. 2.13. & lib.16.c.7.nu.9. & c.6.nu.3. & lib.17.c. 6.nu.11.*

Et fuit possessio eius septem millia ouium, & tria millia camelorum, quinquaginta quoque iugaboum, & quingentæ asinæ, ac familia multa nimis. lib.4. cap.41. num.1. & lib.9. cap.23. numero 15.

Eratq. vir ille magnus inter omnes Orientales. lib. 9.c.23.nu.15.

Et ibant filij eius, & faciebant conuiuia per domos vnusquisque in die suo: & mittentes vocabant tres sorores suas, vt comederent, & biberent cum eis. lib.1.c.1.nu.50.

Cumque in orbem transissent dies conuiuij, mittebat ad eos Iob, & sanctificabat illos: consurgensque diluculo offerebat holocausta per singulos. Dicebat enim ne forte peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus suis. lib.3. c.23. nu.11. & lib.6.c.6.nu.1.3. & 5.

Sic faciebat Iob cunctis diebus. libro 14. cap. 17. nu.7.

Quadam autem die, cum venissent Filij Dei, vt assisterent coram Domino, astitit inter eos etiam Satban. lib.1.c.21. nu.15. lib.2.c.6. nu 9. libro 4. c.31.num.30. & cap.36.num.7. & lib.13.cap.3. nu.4.

Circuiui terram, & perambulaui eam. lib.4. c.34. nu.19.

Numquid considerasti seruum meum Iob, quod non sit similis ei in terra, homo simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens a malo? Cui respondens Satban, ait: Numquid Iob frustra timet Deum? Nonne tu vallasti eum, ac domũ eius, &c. Operibus manuum eius benedixisti? lib.18. c.5.nu.5.

Sed extende paululum manum tuam, & tange cuncta quæ possidet: nisi in faciem benedixerit tibi. lib.4.c.18.nu.7.8.

Ignis Dei cecidit e cælo, & tactas oues, puerosque consumpsit &c. lib.18.c.5.nu.5.

Chaldæi fecerunt tres turmus, & inuaserunt camelos, & tulerunt eos &c. lib.8.c.1.nu.1.

Tunc surrexit Iob, & scidit vestimenta sua, & tonso capite corruens in terram, adorauit, & dixit: Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. lib.3.c.23.num.22. Ambros. lib.4.c.40.nu.1.2 & lib.6.c.7.nu.1. & c.9.num. 35. & lib.14. c.1.nu.1. lib.9. c.15.nu.9. lib.4.c. 39.nu.5.

Dominus dedit, Dominus abstulit sicut Domino placuit, ita factum est: Sit nomen Domini benedictum. lib.2.cap.19.nu.23. lib.3 c.23.nu.22. Ambrosius. lib.4.c.31.nu.3. & cap.37. nu 3. & cap. 40.nu.3. & lib.5.c.9.nu.16. & lib.7.c.7. nu.10. & lib.12.c.2.nu.1.

In omnibus his non peccauit Iob labijs suis, neque stultum quid contra Deum locutus est. lib.9. cap. 23.nu.5.

Numquid considerasti seruum meum Iob, quòd non sit ei similis in terra, vir simplex & rectus, ac timens Deum, & recedens a malo, & adhuc retinens innocentiam? libro 4.c.37.nu.5. Cap. 2.

Tu autem commouisti me, aduersus eum, vt affligerem eum frustra. lib 2.c.8.nu.3.

Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro anima sua: alioquin mitte manum tuam, & tange os eius, & carnem, & tunc videbis quòd in faciem benedicat tibi. lib.11.c.7.nu.1. lib.2.c.8. nu.14.34.

Ecce in manu tua est, verumtamen animam illius serua. lib.2.c.8.nu.27. & lib.4.c.37.nu.4. & lib. 11.c.7.nu.2.

Egressus igitur Satan a facie Domini, percussit Iob vlcere pessimo, a planta pedis vsque ad verticem eius, qui testa saniem radebat, sedens in sterquilinio. lib.1.c.20.nu.20. & lib.3.c.5.nu.6. & cap. 19.nu.24.25.

Dixit autem illi vxor sua: Adhuc tu permanes in simplicitate tua: Benedic Deo, & morere. lib. 2. c.19.nu.3. & lib.4.c.31.nu.32.

Qui ait ad illam: Quasi vna de stultis mulieribus locuta es. Si bona suscepimus de manu Dei, mala quare non sustineamus? libro 2. cap. 11. nu. 25. & cap.12.nu.11. & cap.18. nu.14. & c.19. nu.3. lib 5.c.9.nu.16. & c.9.nu.37.38. & lib.6. c.11.nu.17.

Cumque eleuassent procul oculos suos, non cognouerunt eum: & exclamantes plorauerunt, scissisq. vestibus sparserunt puluerem super caput suum in cælum: & sederunt cum eo in terra septem diebus, & septem noctibus. lib.4.cap.3.nu. 11.12. Cap. 3.

Post hæc aperuit Iob os suum, & maledixit diei suo, & locutus est, Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, conceptus est homo. lib.4. cap.1. num.2. & libro 10. cap. 7. num.1. & lib.11.cap.9.num.14. & lib.18.c.16. nu.13.

Dies ille vertatur in tenebras: non requirat eum Deus

Deus desuper, & non illustretur lumine. lib.9. c. 9.nu.2.

Obscurent eum tenebræ, & vmbra mortis, occupent eum caligo & inuoluatur amaritudine. libro 3. cap.4.num.2. & cap.25.num.20. & lib.4.cap 1. nu.57.

Noctem illam tenebrosus turbo possideat: non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus. lib.2.c.4.nu.27. & lib.3.c.4.nu.2. & c.25. nu.20.

Sit nox illa solitaria, nec laude digna. lib.14. c.15. nu.14.

Maledicant ei, qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare Leuiathan. lib.2 c.6.nu.25. & lib.14. c.22.nu.44.

Obtenebrentur stellæ caligine eius: expectet lucem, & non videat, nec ortum surgentis auroræ lib.9. c.18.nu.8.

Quare in vulua mortuus non sum, egressus ex vtero statim non perij? Quare exceptus genibus? Cur lactatus vberibus? libro 14. cap. 8. num. 30. 31.32.

Cum regibus, & consulibus terræ, qui ædificant sibi solitudines. lib.2.c.3 nu.16.

Et ibi requieuerunt fessi robore. lib.2.cap.16.num. 29.30.

Paruus & magnus ibi sunt, & seruus liber a domino suo. lib.2.c.1.nu 35.

Quare misero data est lux? libro 6. cap.11. numero 22.

Qui expectant mortem, & non venit. lib.11. c.13. nu.5.6.

Quasi effodientes thesaurum: gaudentq. vehementer cum inuenerint sepulchrum. lib.5.cap.13.numero 18. & lib 9.c.14.num.16. & lib.11. c.13. nu.5.6.

Antequam comedam suspiro: & tamquam inundantes aquæ, sic rugitus meus. libro 7. cap.4. nu.9.

Quia timor quem timebam, euenit mihi, & quod verebar, accidit. Nonne silui? Nonne quieui? Et venit super me indignatio. lib.7. cap.4. numero 9.

Cap. 4. *Sed conceptum sermonem quis tenere poterit? libro 10.c.7.nu.17.*

Vacillantes confirmauerunt sermones tui, & genua trementia confortasti, &c. lib.11. cap.15. num.6.

Vbi est timor tuus, fortitudo tua, patientia tua, & perfectio viarum tuarum. libro 6. cap. 13. num.14.

Porro ad me dictum est verbum absconditum, & quasi furtiue suscepit auris mea venas susurrij eius. lib.4. cap.27. num.8. & libro 16. cap.12. num.51.

In horrore visionis nocturnæ, quando solet sopor occupare homines. Pauor tenuit me, & omnia ossa mea perterrita sunt. libro 4. cap.17. numero 18.

Qui autem reliqui fuerint, auferentur ex eis. lib.11. Cap. 5. *cap.12.nu.40.*

Virum stultum interficit iracundia, & paruulum occidit inuidia. libro 9. cap.5.num.28. & cap. 7.num.38.

Ego vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim. lib.7.cap.5 nu.9.10.11.

Conterentur in porta, & non erit qui eruat. libro 9. c.9.nu.6.8.

Homo nascitur ad laborem, & auis ad volatum. lib. 3.c.19.nu.34. & lib.9.c.15.nu.2. & lib.10.c.1. nu 15.

Qui facit magna, & inscrutabilia, & mirabilia absque numero.

Qui dat pluuiam super faciẽ terræ, & irrigat aquis vniuersa.

Qui ponit humiles in sublime, & mærentes erigit sospitate. lib.7.c.4.nu.9.10.11. & lib.8. cap.8. nu.10. & lib.16.c.13.nu.49.

Per diem incurrent tenebras, vt quasi in nocte, sic palpabunt in meridie. libro 9. cap. 5. numero 30.

Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & consilium prauorum dissipat. libro 4. cap.22. num. 11.12.13.

Beatus homo qui corripitur a Deo: increpationem ergo Domini ne reprobes. lib.5.c.9.nu.16.

Quia ipse vulnerat, & medetur: Percutit, & manus eius sanabunt. libro 3.cap.26.num.8. & lib.5. c.9.nu.16.

In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum. libro 4. cap.1.num.58. 59.60.

Ingredieris in abundantia sepulchrum. lib.18.cap. 18.nu.8.9.

Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas quam patior in statera. lib. Cap. 6. *3.c.10.nu.76.*

Quia sagittæ Domini in me sunt: quarum indignatio ebibit spiritum meum, & terrores Domini militant contra me. lib.2.c.8.nu.14.15. & lib.17. c.3.nu.27.

Numquid rugiet onager cum habuerit herbam? aut mugiet bos, cum ante præsepe plenum steterit?

Quæ prius nolebat tangere anima mea, nunc præ angustia cibi mei sunt. libro 14. cap.7. numero 28.

Quis det vt veniat petitio: & quod expecto, tribuat mihi: & qui cœpit, ipse me conterat: soluat animam suam, & succidat me. Et hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore, non parcat: nec contradicam sermonibus sancti? lib.4.c.12. num.21.22.

Quæ est enim fortitudo mea, vt sustineam: aut quis finis meus, vt patienter agam? lib.6.cap.13.numero 15.16.

Nec fortitudo lapidum, fortitudo mea, nec caro mea ænea est. lib.6.c.13.nu.17.

Ecce non est auxilium mihi in me, & necessarij mei quoque recesserunt a me. libro 6. cap.13. nu.17.

Qui tollit ab amico misericordiam, timorem Domini derelinquit. lib.1.c.15.nu.18.

Fratres mei, præterierunt me sicut torrens qui raptim transit in conuallibus. lib.1.c.15.nu.18. & lib.12.c.4.nu.22.

Qui timent pruinam, irruet super eos nix. libro 3. c.22.nu.29. & lib.9.c.15.nu.45.

Inuoluta sunt semitæ gressuum eorum, ambulabunt in vacuum, & peribunt. libro 3. cap. 4. numero 17. & lib. 14. cap. 14. nu. 12. & cap. 19. nu. 21. 22.

Considerate semitas Thema, itinera Saba, & expecta te paulisper. lib. 16. cap. 1. num. 29. & libro 18. c. 17. nu. 20. 21.

Quare detraxistis sermonibus veritatis, cum e vobis nullus sit, qui possit arguere me? lib. 14. cap. 28. nu. 22.

Ad increpandum tantum eloquia concinnatis, & in uentum verba profertis. lib. 10. cap. 7. numero 18.

Cap. 7. Militia est vita hominis super terram. lib. 18. c. 16. nu. 17.

Et sicut dies mercenarij, dies eius: sicut ceruus desiderat vmbram, & sicut mercenarius præstolatur finem operis sui. lib. 2. c. 3. nu. 17.

Sic & ego habui menses vacuos, & noctes laboriosas enumeraui mihi. lib. 2. c. 17. nu. 19. & lib. 10. cap. 1. nu. 16.

Si dormiero, dicam, quando consurgam: & rursum expectabo vesperam, & replebor doloribus vsque ad tenebras. lib. 18. c. 18. nu. 17. & lib. 14. c. 26. nu. 42.

Induta est caro mea putredine: & sordibus puluueris, cutis mea aruit, & contracta est. libro 12. c. 4. nu. 23.

Memento, quia ventus est vita mea, & non reuertetur oculus meus, vt videat bona, nec aspiciet me visus hominis. lib. 2. c. 3. nu. 18.

Oculi tui in me, & non subsistam. lib. 9. cap. 9. numero 69.

Numquid mare ego sum, aut cetus, quia circumdedisti me carcere? lib. 2. c. 5. nu. 39.

Quamobrem suspendium elegit anima mea, & mortem ossa mea. libro 1. cap. 18. num. 3. & lib. 2. nu. 32.

Desperaui, nequaquam vltra iam viuam. lib. 1. cap. 18. nu. 3. & lib. 2. c. 2. nu. 23.

Quid est homo, quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum. libro 7. cap. 6. numero 18.

Visitas eum diluculo, & subito probas illum. lib. 4. c. 21. nu. 6.

Peccaui, quid faciam tibi o custos hominum? Quare posuisti me contrarium tibi? & factus sum mihimetipsi grauis. lib. 14. cap. 6. nu. 44. & lib. 18. c. 19. nu. 9.

Cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatem meam? lib. 18. c. 19. nu. 9.

Cap. 8. Numquid virere potest scirpus absque humore: aut crescere carectum sine aqua. libro 8. cap. 9. nu. 17.

Cum adhuc sit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas arescit. lib. 8. c. 9. nu. 17. 18.

Sic viæ omnium qui obliuiscuntur Deum, & spes hypocritæ peribit. lib. 8. c. 9. nu. 18.

Et sicut tela aranearum fiducia eius. lib. 8. cap. 9. nu. 19.

Innitetur super domum suam, & non stabit, fulciet eam, & non consurget. libro 1. cap. 20. nu. 23.

Humectus videtur antequam veniat sol, & in ortu suo germen eius egredietur. lib. 8. c. 9. nu. 21. & lib. 9. c. 24. nu. 6.

Super aceruum petrarum radices eius densabuntur, & inter lapides commorabitur. libro 8. cap. 9. nu. 22.

Si absorbuerit eum de loco suo, negabit eum, & dicet, Non noui te. lib. 8. c. 9. nu. 24.

Deus non proïciet simplicem, nec porriget manum malignis. lib. 9. c. 17. nu. 21.

Et tabarnaculum impiorum non subsistet. lib. 1. c. 17. nu. 21. & lib. 9. c. 14. nu. 17. 18.

Vere scio quòd ita sit, & quòd non iustificetur homo Cap. 9. compositus Deo. lib. 8. c. 5. nu. 18.

Si voluerit contendere cum eo, non poterit ei respondere vnum pro mille. libro 8. cap. 5. numero 18.

Sub quo curuantur qui portant orbem. lib. 5. cap. 4. nu. 8.

Si flagellat, occidat semel: & non de pœnis innocentium rideat. lib. 2. c. 22. nu. 24.

Dies mei velociores fuerunt cursore: Fugerunt, & non viderunt bonum. lib. 18. c. 17. nu. 10.

Si lotus fuero quasi aquis niuium, & fulserint velut mundissimæ manus meæ, tamen sordibus intinges me, & abominabuntur me vestimenta mea. libro 3. cap. 1. numero 48. 49. & cap. 19. num. 25. & libro 8. cap. 5. num. 18. & lib. 10. c. 13. nu. 21.

Si peccaui, & ad horam pepercisti mihi, cur ab ini- Cap. 10. quitate mundum me esse non pateris. lib. 14. cap. 22. nu. 44.

Et propter superbiam quasi leænam capies me: reuersusque mirabiliter me crucias. lib. 4. c. 19. nu. 13.

Instauras testes tuos contra me, & multiplicas iram tuam aduersum me, & pœnæ militant in me. li. 5. c. 13. nu. 19.

Antequam vadam, & non reuertar ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine. lib. 9. c. 3. nu. 17.

Vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitans. libro 9. cap. 3. num. 17. 18. 19.

Vt ostenderet tibi secreta sapientiæ, & quod multi- Cap. 11. plex esset lex eius. lib. 3. c. 2. nu. 42. 43. 44.

Excelsior cælo est, & quid facies? Profundior inferno, & vnde cognosces? Longior terra mensura eius, & latior mari. lib. 12. c. 3. nu. 28. 29.

Si subuerterit omnia, vel in vnum coarctauerit, quis contradicet ei? libro 2. cap. 5. numero 40.

Si iniquitatem quæ est in manu tua abstuleris a te, & non manserit in tabernaculo tuo iniustitia: tunc leuare poteris faciem absque macula, & eris stabilis, & non timebis. libro 1. cap. 12. nu. 5. 6.

Miseriæ quoque obliuiseeris, & quasi aquarum quæ præterierunt, recordaberis. lib. 6. c. 11. nu. 23.

Et quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam. lib. 6. c. 11. nu. 23. & lib. 12. c. 3. nu. 30.

Et cum te consumptum putaberis, orieris vt lucifer. lib. 6. c. 11. nu. 23. & lib. 12. c. 3. nu. 30.

Et habebis fiduciam proposita tibi spe, & defossus securus dormies, requiesces, & non erit qui te exterreat. lib. 6. c. 11. num. 24.

Spes illorum abominatio animæ. libro 3. cap. 1. numero 52.

Cap. 12. Deridetur iusti simplicitas. lib. 9. c. 17. nu. 22.

Si continuerit aquas, omnia siccabuntur, si emiserit eas, subuertent terram. lib. 16. c. 12. num. 52. & lib. 18. c. 3. nu. 11.

Qui reuelat profunda de tenebris, & producit in lucem vmbram mortis. lib. 4. c. 1. nu. 57.

Post eum rugiet sonitus. lib. 14. c. 22. nu. 48.

Cap. 13. Memoria vestra comparabitur cineri, & redigentur in lutum ceruices vestræ. libro 1. cap. 20. nu. 24.

Quare lacero carnes meas dentibus meis. lib. 14. c. 6. nu. 40.

Et ipse erit Saluator meus, non enim veniet in conspectu eius omnis hypocrita. libro 9. cap. 10. numero 9.

Quare tacens consumor? libro 3. cap. 24. numero 14.

Contra ventum quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris. lib. 1. c. 21. nu. 22. & lib. 12. c. 3. nu. 31.

Qui quasi putredo consumendus sum, & quasi vestimentum quod comeditur a tinea. libro 17. c. 2. nu. 22.

Cap. 14. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miserijs, qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra. lib. 8. c. 5. nu. 18. 38. & lib. 18. c. 16. nu. 27. 28. 29.

Et numquam in eodem statu permanet. lib. 3 cap. 27. nu. 8. 9. & lib. 8. c. 5. nu. 18. 38. & lib. 18. c. 16. nu. 27. 28. 29.

Lignum habet spem, si præcisum fueri t, rursum viresci t, & rami eius pullulant. libro 12. cap. 3. nu. 32.

Si senuerit in terra radix eius, & in puluere emortuus fuerit truncus illius, ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam, quasi cum primum plantatum est. lib. 12. c. 3. nu. 32.

Homo vero cum mortuus fuerit, & nudatus, atque consumptus, vbi quæso est? quomodo si recedant aquæ de mari, & fluuius vacuefactus arescat: sic homo cum dormierit, non resurget. lib. 11. cap. 9. nu. 27.

Tu quidem gressus meos dinumerasti: sed parce peccatis meis. lib. 8. c. 5. nu. 18. 19.

Mons cadens defluit, & saxum transfertur de loco suo. lib. 17. c. 2. nu. 23.

Roborasti eum paululum, vt in perpetuum transiret. lib. 1. c. 22. nu. 14.

Lapides excauant aquæ, & alluuione paulatim terra consumitur, & homines ergo similiter perdes? lib. 17. c. 2. nu. 23.

Cap. 15. Et cæli non sunt mundi in conspectu eius: quanto magis abominabilis, & inutilis homo qui bibit quasi aquam iniquitatem. lib. 3. c. 3. nu. 20. 21. & lib. 14. c. 15. nu. 15.

Sonitus terroris semper in auribus illius, & cum pax sit, ille semper insidias suspicatur. lib. 3. cap. 24. nu. 13.

Terrebit eum tribulatio, & angustia vallabit eum, sicut regem, qui præparatur ad bellum. libro 3. c. 24. nu. 13.

Tetendit enim aduersus Deum manum suam, & contra omnipotentem roboratus est. lib. 14. cap. 19. nu. 23.

Cucurrit aduersus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus est. lib. 2. c. 7. nu. 32. & lib. 14. c. 19. nu. 23.

Antequam dies eius impleantur, peribit, & manus eius arescent. lib. 14. c. 24. nu. 18.

Increpat per dolorē in lecto, & omnia ossa eius marcescere facit. lib. 6. c. 9. nu. 40.

Concepit dolorem, & peperit iniquitatem, & vterus eius præparat dolos. lib. 3. c. 21. nu. 19.

Rugæ meæ testimonium dicunt contra me. lib. 9. cap. Cap. 16. 17. nu. 23.

Ecce in cælo est testis meus, & conscius meus in excelsis: verbosi amici mei, ad Deum stillabit oculus meus. lib. 11. c. 15. nu. 23.

Spiritus meus attenuabitur, dies mei breuiabuntur, Cap. 17. & solum mihi superest sepulchrum. non peccaui, &c. lib. 11. c. 10. nu. 17.

Cor eorum longe fecisti a disciplina. lib. 6. cap. 9. nu. 39.

Stupebunt iusti super hoc, & innocens contra hypocritam suscitabitur: & tenebit iustus viam suam, & mundis manibus addet fortitudinem. libro 2. c. 16. nu. 35.

Immisit enim in rete pedes suos, & in maculis eius Cap. 18. ambulat. lib. 2. c. 18. nu. 20. 21.

Tenebitur planta illius laqueo, & exardescet contra eum sitis. lib. 2. c. 18. nu. 22. 23.

Abscondita est in terra pedica eius, & decipula illius super semitam. lib. 4. c. 31. nu. 33.

Attenuetur fame robur eius, & inedia inuadat costas eius. lib. 1. c. 22. nu. 14.

Deuoret pulchritudinem cutis eius, & consumat brachia illius primogenita mors. libro 16. cap. 13. nu. 35.

Auellatur de tabernaculo suo fiducia eius, & calcet super eum quasi rex interitus. lib. 11. cap. 9. nu. 28. & lib. 14. c. 8. nu. 35.

Deorsum radices siccentur, sursum atteratur messis eius. lib. 14. c. 8. nu. 36.

Semitam meam circumscripsit, & transire non pos- Cap. 19. sum, & in calle meo tenebras posuit. lib. 6. cap. 11. nu. 11.

Pelli meæ consumptis carnibus, adhæsit os meum, & derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. lib. 1. c. 22. nu. 21. & lib. 10. c. 8. num. 4. & lib. 11. c. 11. nu. 27.

Quia manus Domini tetigit me. libro 2. cap. 8. nu. 14. 16.

Quis mihi tribuat, vt scribantur sermones mei? Quis mihi det, vt exarentur in libro stylo ferreo, & plumbi lamina, vel celte sculpantur in silice, &c. lib. 15. c. 8. nu. 1. 2. 3. 4. & lib. 16. cap. 6. numero 2. 3.

Scio enim quod redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum: & rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deū Saluatorem meum. lib. 15. c. 8. nu. 1. 2. 3. 4. & lib. 16. c. 6. nu. 3. & lib. 2. c. 3. nu. 11.

Reposita est hæc spes mea in sinu meo. lib. 2. cap. 3. nu. 11. & lib. 15. c. 8. nu. 1. 2. 3. 4. & lib. 16. cap. 6. nu. 2. 3.

Hoc scio a principio, ex quo positus est homo super terram, quòd laus impiorum brevis sit, & gaudium hypocritæ ad instar puncti. libro 7. cap. 2. nu. 17.

Cap. 20. Si ascenderit vsque ad cœlum superbia eius, et caput eius nubes tetigerit. lib. 2. c. 15. nu. 52. & libro 8. c. 9. nu. 25.

Quasi sterquilinium in fine perdetur: & qui eum viderant, dicent, vbi est? lib. 2. c. 15. num. 52. & lib. 8. c. 9. nu. 25.

Velut somnium auolans non inuenietur: transiet sicut visio nocturna. lib. 8. c. 9. nu. 26.

Ossa eius implebuntur vitijs adolescentiæ eius, & cũ eo in puluere dormient. lib. 14. c. 7. nu. 16. lib. 8. c. 9 nu. 27.

Cùm enim dulce fuerit in ore eius malum, abscondet illud sub lingua sua: Parcet illi, & non derelinquet illud, & celabit in gutture suo. libro 10. cap. 8. num. 5. & lib. 14. cap. 11. num. 7. & lib. 8. c. 9. nu. 27.

Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus. lib. 14. c. 11. nu. 7.

Diuitias quas deuorauit euomet, & de ventre illius extrahet eas Deus. lib. 14. c. 11. nu. 7.

Non videat riuulos fluminis, torrentis mellis, & butyri. libro 13. cap. 3. num. 37. & lib. 14. cap. 11. nu. 7.

Fugiet arma ferrea, & irruet in arcum æneum. lib. 1. c. 24. nu. 18.

Gladius eductus, & egrediens de vagina sua, & fulgurans in amaritudine sua. libro 4. cap. 30. num. 5.

Vadent, & venient super eum horribiles. lib. 4. cap. 34. nu. 16.

Affligetur relictus in tabernaculo suo. lib. 9. cap. 3. nu. 16.

Cap. 21. Per singulos gradus meos pronunciabo illum. lib. 9. c. 22. nu. 27.

Quare ergo impij viuunt, subleuati sunt, confortatiq. diuitijs? lib. 6. c. 11. nu. 3.

Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. lib. 2. c. 11. nu. 28.

Viscera eius plena sunt adipe, & medullis ossa illius irrigantur, &c. Alius vero moritur in amaritudine absque vllis opibus. libro 1. cap. 24. num. 18. 19.

Et tamen simul in puluere dormient, & vermes operient eos. lib. 1. cap. 24. nu. 19.

Interrogate quemlibet de viatoribus, & hæc eadem illum intelligere cognoscetis. lib. 9. c. 14. nu. 19.

Ipse ad sepulchra ducetur, & in congerie mortuorum vigilabit. lib. 14. c. 20. nu. 6. 7.

Cap. 22. Abstuliſti enim pignus fratrum tuorum sine causa, & nudos spoliasti vestibus. lib. 16. c. 12. nu. 54.

Aquam lasso non dediſti, & esurienti subtraxisti panem. lib. 6. c. 4. nu. 19.

An cogitas quòd Deus excelsior cælo sit, & super stellarum verticem sublimetur. libro 4. cap. 13. nu. 18.

Et dicis, Quid enim nouit Deus? Et quasi per caliginem iudicat, nubes latibulum eius, nec nostra considerat, & circa cardines cæli perambulat. lib. 4. c. 13. nu. 18.

Et fluuius subuertit fundamentum eorum. lib. 2. cap. 17. nu. 20. 21.

Si reuersus fueris ad omnipotentem, ædificaberis, & longe facies iniquitatem a tabernaculo tuo. lib. 3. c. 22. nu. 14. & lib. 7. c. 8. nu. 21.

Dabit pro terra silicem, & pro silice torrentes aureos &c. Et eleuabis faciem tuam ad Deum. lib. 7. c. 8. nu. 21. 29.

Decernes rem, & veniet tibi, & in vijs tuis splendebit lumen. lib. 2. c. 18. nu. 24.

Saluabitur innocens in munditia manuum suarum. lib. 7. c. 9. nu. 12.

Eleuati sunt ad modicum, & non subsistent: & humiliabuntur sicut omnia, & auferentur, & sicut summitates spicarum conterentur. lib. 2. c. 15. nu. 55. & lib. 12. c. 4. nu. 26.

Cap. 23. Non enim perij propter imminentes tenebras, nec faciem meam operuit caligo. libro 13. cap. 11. nu. 11.

Cap. 24. Vim fecerunt deprædantes pupillos, & vulgum pauperem spoliauerunt. lib. 8. c. 1. nu. 20.

De ciuitatibus fecerunt viros gemere, & anima vulneratorum clamauit, & Deus inultum abire non permittit. lib. 8. c. 1. nu. 20.

Ipsi fuerunt rebelles lumini. lib. 3. c. 4. nu. 19.

Nescierunt vias eius, nec reuersi sunt per semitas eius. lib. 3. c. 4. nu. 19.

Mane primo consurget homicida, interficiet egenum & pauperem: per noctem vero erit quasi fur. lib. 2. c. 17. nu. 22.

Oculus adulteri obseruat caliginẽ. lib. 14. c. 17. n. 18.

Oculi autem eius sunt in vijs illius. lib. 2. cap. 15. nu. 52. 54.

Si subito apparuerit aurora, arbitrantur vmbram mortis. lib. 1. c. 25. nu. 6.

Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium, & vsque ad inferos peccatum illius. lib. 14. cap. 13. nu. 6.

Obliuiscatur eius misericordia, dulcedo illius vermes, non sit in recordatione, sed conteratur quasi lignum infructuosum. lib. 15. c. 4. nu. 18. & lib. 4. c. 20. nu 13. 14.

Pauit enim sterilem, & quæ non parit, & viduæ bene non fecit. lib. 2. c. 17. nu. 23.

Numquid iustificari potest homo comparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere? libro 3. c. 19. nu. 27.

Cap. 25. Ecce luna etiam non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius? Quanto magis homo putredo, & filius hominis, vermis? lib. 3. cap. 19. nu. 27. 28. & lib. 9. c. 9. nu. 69.

Cap. 26. Ecce gigantes gemunt sub aquis, & qui habitant cum eis.

Qui extendit aquilonem super vacuum, & appendit terram super nihilum. libro 10. cap. 5. numero 7.

Qui ligat aquas in nubibus suis, vt non erumpant pariter deorsum. lib. 14. c. 26. nu. 21. 34.

Qui tenet vultum solij sui, & expandit super illud nebulam suam. lib. 4. c. 15. nu. 15. 16.

Spiritus eius ornauit cælos. lib. 1. c. 23. nu. 10. & lib. 16. c. 12. nu. 34. 55.

Et obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus. libro 3. cap. 5. num. 64. & cap. 21. nu. 12.

Et cum

Et cum vix paruam stillam sermones eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri? lib. 9. c. 9. nu. 70.

Cap. 27. Viuit Deus, qui abstulit iudicium meum, & omnipotens qui ad amaritudinem adduxit animã meam, quia donec supereſt halitus in me, & spiritus in naribus meis, &c. lib. 17. c. 5. nu. 3.

Absit a me, vt iustos vos esse iudicem, donec deficiã, non recedam ab innocentia mea &c. lib. 1. cap. 3. nu. 14.

Quæ est enim spes hypocritæ, si auare rapiat, & non liberet animam eius? libro 8. cap. 9. nu. 28.

Numquid poterit in omnipotente delectari, & inuocare Deum omni tempore. libro 1. c. 18. nu. 21. 34.

Hæc est pars hominis impij apud Deum, & hereditas violentorum, quam ab omnipotente suscipiẽt. Si multiplicati fuerint filij eius, in gladio erunt, & nepotes eius non saturabuntur pane, qui reliqui fuerint ex eo, sepelientur in interitu, & viduæ illius non plorabunt.

Si comportauerit quasi terram, argentum, & sicut lutum præparauerit vestimenta: Præparabit quidem, sed iustus vestietur illis, & argentum innocens diuidet. lib. 8. c. 1. nu. 21.

Aedificauit sicut tinea domum suam, & sicut custos fecit vmbraculum. libro 8. cap. 1. nu. 21.

Dives cum dormierit, nihil secum auferet: aperiet oculos suos, & nihil inueniet. lib. 1. cap. 17. nu. 22. & lib. 5. c. 10. nu. 58.

Apprehendet eum quasi aqua inopia, nocte opprimet eum tempestas: tollet eum ventus vrens, & auferet, & velut turbo rapiet eum de loco suo. lib. 1. c. 17. nu. 22.

Et mittet super eum, & non parcet. lib. 4. cap. 12. num. 23.

Cap. 28. Lapis solutus calore in æs vertitur. lib. 1. cap. 7. nu. 6. & lib. 8. c. 13. nu. 18.

Tempus posuit tenebris, & vniuersorum finem ipse considerat. Lapidem quoque caliginis, & vmbram mortis diuidet torrens a populo peregrinante, eos quos oblitus est pes egentis hominis, & inuios. lib. 2. c. 2 nu. 25. & lib. 9. c. 9. num. 72. & lib. 12. c. 4. nu. 27.

Locus sapphiri lapides eius, & glebæ illius aurum. lib. 12. c. 3. nu. 33.

Non calcauerunt eam filij insitorum, nec pertransiuit per eam leæna. lib. 16 c. 1. nu. 29. & lib. 17. c. 5. nu. 15. 16.

Omne pretiosum vidit oculus eius. libro 3. cap. 19. nu. 29.

Nescit homo pretium eius, nec inuenitur in terra suauiter viuentium. lib. 9. c. 17. nu. 8. & lib. 15. c. 6. nu. 12. lib. 3. c. 25. nu. 21. 22.

Abyssus dicit, non est in me, & mare loquitur, Non est mecum. lib. 3. cap. 27. nu. 4. & c. 18. nu. 15. & lib. 9. c. 17. nu. 8. & lib. 17. c. 5. nu. 15. 28. & libro 16. c. 29. & lib. 17. c. 5. nu. 15. 16.

Trahitur autem sapientia de occultis. lib. 9. cap. 17. nu. 8.

Vnde ergo sapientia venit? & quis est locus intelligentiæ? Abscondita est ab oculis omnium viuentium. lib. 8. c. 2. nu. 13. & lib. 9. c. 14. nu. 20. & lib. 9. c. 17. nu. 8.

Volucres quoque cæli latet. lib. 4. cap. 31. nu. 34. & lib. 9. c. 17. nu. 8. & lib 17. cap. 5. nu. 15. 16.

Qui fecit pondus ventis, & aquas appendit in mensura. lib. 2. c. 25. nu. 5. & lib. 8. c. 7. nu. 12.

Quis mihi tribuat, vt sim iuxta menses pristinos, secundum dies, quibus Deus custodiebat me. lib. 5. c. 4. nu. 9. Cap. 29.

Et petra fundebat mihi riuos olei. lib. 16. cap. 12. nu. 56.

Videbant me iuuenes, & absondebantur. lib. 14. c. 31. nu. 11.

Auris audiens beatificat me, & oculus videns reddebat testimonium mihi, eo quòd liberassem pauperem vociferantem, & pupillum, cui non esset adiutor. lib. 6. c. 13. nu. 4.

Benedictio perituri super me veniebat. lib. 1. c. 14. nu. 31. & lib. 5. c. 10. nu. 62. Ambrosius. & n. 79. & lib. 18. c. 13. nu. 5.

Et cor viduæ consolatus sum. lib. 5. c. 10. num. 79. & lib. 14. c. 31. nu. 11.

Iustitia indutus sum, & diademate, iudicio meo. lib. 18. c. 1 nu. 30.

Oculus fui cæco, & pes claudo: pater eram pauperum, & causam, quam nesciebam, diligentissime inuestigabam. lib. 5. c. 10. nu. 61. Ambros. & lib. 9. c. 16. nu. 10.

In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies. libro 3. cap. 24. num. 14. & lib. 9. c. 23. nu. 17. 18.

Et arcus meus in manu mea instaurabitur. lib. 1. c. 25. nu. 8. 9.

Qui me audiebant, expectabant sententiam, & intenti tacebant ad consilium meum: Verbis meis addere nihil audebant, & super illos stillabat eloquium meum. lib. 14. c. 26. nu. 37. & lib. 18. c. 2. nu. 50.

Expectabant me sicut pluuiam, & os suum aperiebant, quasi ad imbrem serotinum. lib. 18. c. 2. nu. 50.

Si quando ridebam ad eos, non credebant mihi, &c. lib. 17. c. 3. nu. 28.

Cumque sederem quasi rex circumstante exercitu, eram tamen mærentium consolator. lib. 14. c. 31. nu. 12. & lib. 17. c. 3. nu. 29.

Et mandebant herbas, & arborum cortices, & radix iuniperorum erat cibus eorum. libro 14. cap. 11. num. 15. & cap. 19. nu. 24. & lib. 16. c. 6. nu. 19. Cap. 30.

Qui de conuallibus ista rapientes, cum singula reperissent, ad ea cum clamore currebant. lib. 14. c. 11. nu. 15.

In desertis habitabant torrentium, & in cauernis terræ, vel super glaream. libro 14. cap. 11. numero 15.

Qui inter huiusce modi lætabantur, & esse sub sentibus delicias computabant. lib. 1. c. 17. nu. 23. & lib. 7. c. 2. nu. 18.

Dissipauerunt itinera mea, insidiati sunt mihi, & prænaluerunt, & non fuit qui ferret auxilium. lib. 4. c. 21. nu. 7.

Abstulit quasi ventus desiderium meum, & velut nubes pertransijt salus mea. libro 2. cap. 15. nu. 56.

Mærens incedebam sine furore, consurgens, in tuba clamaui.

clamauit. lib.17.c.6.nu.12.
Frater fui draconum & socius struthionum. lib. 9. c.19.nu.13.& lib.10.c.9.nu.4.5.
Cutis mea denigrata est super me: & ossa mea aruerunt. lib.1.c.14.nu.17.
Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium. lib.1.c.1.nu.51.
Cap. 31. Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem de virgine. lib.3.cap.3.num.18.& lib.13. c.2.nu. 1.10.11.& lib.16.c.7.nu.9.& lib.18. cap.6.numero 8.
Nonne ipse considerat vias meas, & cunctos meos gressus dinumerat. lib.4.c.13.nu.19.
Seram, & alius comedat, & progenies mea eradicetur. lib.14.c.28.nu.24.
Ignis est vsque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans germina. lib.6.c.12.nu.14.
Numquid non in vtero fecit me qui & illum operatus est? & formauit me in vulua vnus. lib.8.c.5. nu.25.
Si comedi buccellam meam solus, & non comedit ex ea pupillus. lib.9.c.16 nu.10.
Quia ab infantia mea creuit mecum miseratio: & de vtero matris egressa est mecum. libro 9.cap.16. nu.10.
Si despexi prætereuntem eo quòd non habuerit, indumentum, & absque operimento pauperem. lib.5. c.10.nu.50.59.
Si non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mearum calefactus est. lib.5. cap. 10. num.16. Ambrosius. & lib.5. cap.10. num. 50.59. & lib.4.cap.41.nu.1.& libro 9.cap. 16. nu.10.
Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui Deum, & pondus eius ferre non potui. lib.2. c. 12 nu.23.
Si putaui aurum robur meum, & obrizo dixi, fiducia mea? lib.2.c.16.nu.37
Si lætatus sum super multis diuitijs meis, & quia plurima reperit manus mea. libro 2. cap. 16. nu.39.
Si vidi Solem cum fulgeret, & lucem incedentem clare. lib.11.c.15.nu.20.& lib.12.c.1.nu.9.10.& lib.18.c.1.nu.30.31.32.33.
Et lætatum est in abscondito cor meum. lib.12. c.1. nu.10.11.
Et osculatus sum manum meam ore meo. lib.18.c.1. nu.33.
Si non dixerunt viri tabernaculi mei, Quis det de carnibus eius, vt saturemur? libro 5. cap. 12. nu.11.
Foris, non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit. lib.4.cap.41.nu.1. & lib.5. cap.10. nu. 61. Ambrosius. & num. 2.24.& lib.9. cap.16. nu.10.
Si abscondi quasi homo peccatum meum, & celaui in sinu meo iniquitatem meam. lib.16.cap.13. nu.36.
Per singulos gradus meos pronunciabo illum, & quasi principi offeram eum. libro 9. cap. 22. nu.27.
Cap. 32. Sed vt video, spiritus est in hominibus, & inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. lib.16.c.13. nu.37.38.
Respondebo & ego partem meam, & ostendam scientiam meam. lib.16.c.13.nu.38.
Per somnium in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lecto. libro 4. c.2.nu.7. Cap. 33.
Tunc aperit aures virorum, & erudiens eos, instruit disciplina. lib.17.c.6.nu.13.
Increpatq. per dolorem in lectulo: & omnia ossa eius marcescere facit. lib.8.c.7.nu.14.
Abominabilis ei sit in vita sua panis, & animæ illius cibus ante desiderabilis. lib.7. cap.4. num. 11.12. & cap. 8. numero 30. & lib.18. cap.2. nu.51.
Tabescet caro illius, & ossa quæ tecta fuerant, denudabuntur. lib.17.c.2.nu.25.
Appropinquabit corruptio in anima eius, & vita illius mortiferis. lib.7. cap.4. nu.11.12. & c.8. nu.30.& lib.17.c.2.nu.25.& lib.18.c.2.nu.51. lib.3.c.19.nu.30.
Reuertatur ad dies adolescentiæ suæ. lib.1. cap.2. nu.16.
Deprecabitur Deum & placabilis ei erit, & videbit faciem eius in iubilo. lib.7.c.4.nu.11.12.19.
Respiciet homines, & dicet: Peccaui, & vere deliqui, & vt eram dignus, non recepi. lib.5.cap.13. nu.21.22.23.24.25.& lib.8.c.2.nu.14.
Ecce hæc omnia operatur Deus tribus vicibus per singulos. lib.7.c.4.c.11.
Quis est vir, vt est Iob, qui bibit subsannationē quasi aquam, qui graditur cum operantibus iniquitatem. lib.14.c.27.nu.19. Cap. 34.
Si direxerit ad eum cor suum, spiritum illius, & flatum ad se trahet. lib.1.c.22.nu.16.
Deficiet omnis caro simul, & homo in cinerem reuertetur. libro 3. cap.1.nu.53. & libro 3.c.19. nu.31.
Non sunt tenebræ, & non est vmbra mortis, abscondantur ibi, qui operantur iniquitatem. lib.4.c. 13.nu.19.
Conteret multos innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. lib.17.c.3.nu.30.
Nouit enim opera eorum: & idcirco inducet noctem, & conterentur. lib.14. cap.14. num.14. 15.16.
Quasi impios percussit eos in loco videntium. lib.6. c.3.nu.26.
Suspice cælum, & intuere, & contemplare de æthera, quod altior te sit. lib.10.c.5.nu.9. Cap. 35.
Homini, qui similis tui est, nocebit impietas tua: & filium hominis adiuuabit iustitia tua. lib.11.c. 15.nu.21.
Propter multitudinem calumniatorum clamabunt: & eiulabunt propter vim brachij tyrannorum. lib.17.c.2.nu.27.
Qui dedit carmina in nocte. lib.6.c.11.nu.25.
Non ergo frustra audiet Deus, & omnipotens causas singulorum intuebitur &c. Et expectabit eum &c. lib.13.c.9.nu.20.21.
Igitur saluabit te de ore angusto latissime &c. libro 14.c.7.nu.22.23. Cap. 36.
Nec multitudo donorum inclinet te. lib.9. cap.23. nu.19.20.
Qui effundit imbres ad instar gurgitum. lib.16.c. 6.nu.20.
Cap. 37. Super hoc expauit cor meum, & emotum est de loco suo lib.2.c.3.nu.20.
Audiet auditionem in terrore vocis eius, & sonum de ore illius procedentem. lib.4.c.27.nu.9.
Super omnes cælos ipse considerat, & lumē illius super terminos terræ. lib.14.c.22.nu.47.
Post cum rugiet sonitus, tonabit voce magnitudinis suæ, & non inuestigabitur, cum audita fuerit vox eius. lib.4.c.27.nu.10.
Tonabit Deus in voce sua mirabiliter, qui facit magna, & inscrutabilia. lib.1.c.27. nu.11.
Nonne vestimenta tua calida sunt, cum perflata fuerit terra Austro? lib.16.c.12.nu.57.
Cap. 38. Respondens autem Dominus Iob de turbine, dixit. lib.4.c.27.nu.12.13.14.
Quis iste inuoluens sententias sermonibus imperitis? lib.8.c.7.nu.17.
Accinge sicut vir lumbos, & interrogabo te. lib. 3. c.3.nu.34.
Vbi eras, quando ponebam fundamenta terræ? indica mihi si habes intelligentiam? quis posuit mensuras eius si nosti, vel quis tetendit super eam lineam? lib.4.c.17.nu.19.20.& lib. 5.c.13.nu.28.
Super quo bases illius solidatæ sunt? aut quis demisit lapidem angularem eius? cum me laudarēt astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei? lib. 3.c. 7. nu. 14.
Quis conclusit ostijs mare, quando erumpebat quasi de vulua procedens. lib. 1.c.2.nu. 8. lib.13.c. 11. nu.12.
Cum ponerem nubem vestimentum eius, & caligine illud quasi pannis infantiæ obuoluerem lib. 13. c. 11.nu.12.
Circumdedi illud terminis meis, & posui vectem, & ostia, & dixi, vsque huc venies, & non procedes amplius & hic confringes fluctus tuos. lib. 1. c.2.nu.8.9.& lib.13.c.11.nu.12.
Numquid post ortum tuum præcepisti diluculo, & ostendisti auroræ locum suum? lib.1.c.25.nu.7.
Et tenuisti concutiens extrema terræ, & excussisti impios exea? lib. 12. c.3.nu.14.
Auferetur ab impijs lux sua: & brachium excelsum confringetur. lib. 14.c.12. nu.18.
Numquid ingressus es profundum maris, & in nouissimis abyssi ambulasti? numquid apertæ sunt tibi portæ mortis, & ostia tenebrosa vidisti? lib.3. c.10.nu.64 & lib.1.c.22.nu.18.
Indica mihi si nosti omnia, in qua via habitet lux, & tenebrarum quis locus: vt ducas vnumquodque ad terminos suos, & intelligas semitas domus eius? lib.2.c.6.nu.27.& lib.4.c.31.nu.35.& li.4. c.17.nu.6.
Numquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti? lib. 3.c.5.nu 42.lib.4.c. 17.nu.6.& cap.36.nu.14.& lib.14.c.18.nu.18. & lib.14.c.29.nu.27.
Per quam viam spargitur lux, diuiditur æstas super terram? lib.2.c.6.nu.27.
Quis dedit vehementissimo imbri cursum, & viam sonitis tonitrui, vt plueret super terram absque homine in deserto, vbi nullus mortalium commoratur: & impleret inuiam, & desolatā, vt produceret herbas viuentes? lib.18.c.2.nu.31.
Quis est pluuiæ pater? vel quis genuit stillas roris lib.18.c.2.nu. 31.
De cuius vtero egressa est glacies? & gelu de cælo quis genuit in similitudinem lapidis aquæ durantur, & superficies abyssi constringitur. lib.14. c.7.nu.17.& lib.3.c 4 nu.8.
Numquid nosti ordinem cæli, & pones rationē eius in terra? numquid eleuabis in nebula vocem tuā: & impetus aquarum operiet te? lib.4.c.4.nu.8. & lib.4.c.27.nu.4.
Numquid mittes fulgura, & ibunt, & reuertentia, dicent tibi assumus? lib.14.c.29.nu.19.& lib.13. c.18.nu.12.13.
Quis posuit in visceribus hominum sapientiam, vel quis dedit gallo intelligentiam? lib.12.c.3.nu.15. & lib.14.c.26.nu.37.
Quis enarrabit rationem cælorum, & concentum cæli quis dormire faciet? lib.2.c.13.nu.10.& lib.4. c.31.nu.35.& lib. 16.c.7.nu. 10.
Numquid nosti tempus partus ibicum in petris; vel parturientes ceruas obseruasti? dinumerasti menses conceptus earum, & scisti tempus partus earum? lib.3.c.21.nu.13. Cap. 39.
Incuruantur ad fœtum & pariunt, & rugitus emittunt, separantur filij earum, & pergunt ad pastum: egrediuntur, & non reuertentur ad eas. lib. 3 c. 21.nu.14.15.
Quis dimisit onagrum liberum, & vincula eius quis soluet? lib. 9.c.13.nu.14.& lib.10.c.4. num. 19.20.
Cui dedi in solitudine domum, & tabernacula eius in terra salsuginis. lib.4.c.2.nu. 9.
Contemnit multitudinem ciuitatis: clamorem exactoris non exaudit. lib.1.c.1.nu 44.& 52.
Numquid volet rhinoceros seruire tibi, aut morabitur ad præsepe tuum? numquid alligabis rhinocerota ad arandum loro tuo, aut confringet glebas vallium post te? lib.4.c.23.nu.5.6.& lib.14.c.25. nu. 47.
Numquid habebis fiduciam in magna fortitudine eius & derelinques ei labores tuos? numquid credes ei, quoniam sementem reddat tibi, & aream tuam congreget. lib.14.c.25.nu.47.
Penna struthionis similis est pennis herodij, & accipitris: lib.8.c.9.nu.29.
Frustra laborauit nullo timore cogente. lib. 2.c. 15. nu.57.
Numquid præbebis equo fortitudinem, aut circundabis collo eius hinnitum. lib.2.c.5.nu.20. lib. 7. c.5.num.12. lib.9.c.23.nu.20 lib 14.c.28. num. 25.
Numquid suscitabis eum quasi locustas? gloria narium eius terror, terram vngula fodit, exultat audacter: in occursum pergit armatis: contemnit pauorem, nec cedit gladio feruens, & fremens sorbet terram: vbi audierit buccinā, dicit, vah. procul odoratur bellum. lib.2.c.5.nu.21.22.& lib. 3.c. 19.nu.32.& lib.4.c.30. nu.13.& lib. 6 c.11.nu. 26.& lib.9.c.23.nu.20.21.22.& lib.14.c.28.n. 26.& lib.4.c.31. nu.36.
Numquid per sapientiam tuam plumescit accipiter expandens alas suas ad Austrum? lib.12.c.3. nu.34.
Numquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila? & in arduis ponit nidum suum, in petris manet, in præ-

Universidad de Sevilla

in præruptis silicibus commoratur, atque inaccessis rupibus: lib.2.c.16.nu.40.51.42.& lib.4. c.34.nu.8.

Inde contemplatur escam, & de longe oculi eius prospiciunt.lib.4.c.31.nu.15.

Pulli eius lambunt sanguinem: & vbicumque cadauer fuerit,statim adest.lib.3.c.10.nu. 66.

Cap. 40. *Accinge sicut vir lumbos tuos.lib.6.c.13.nu.4.*

Et si habes brachium sicut Deus: & si voce simili tonas.lib.4.c.26.nu.14.& lib.14.c.13.nu.7.

Et omnem arrogantem respiciens,humilia. lib. 4. c. 26.nu.15.

Absconde eos in puluere simul, & facies eorum demerge in fouea:lib.8.c.8.nu.29.

Ecce behemoth quem feci tecum, fœnum quasi bos comedet:lib.2.c.6.nu.28.& c.8.nu.27.28.

Stringit caudam suam quasi cedrum: nerui testiculorum eius perplexi sunt.lib.4.c.31.nu.37.

Ossa eius velut fistulæ æris: cartilago illius quasi laminæ ferreæ. lib.4.c.30.nu.16.17.18.

Ipse est principium viarum Dei, qui fecit eum, applicabit gladium eius.lib.2.c.8.nu.20.27.28.

Huic montes herbas ferunt: omnes bestiæ agri ludent ibi.lib.8.c.7.nu.19.& lib.4. c.34.nu.17.

Sub vmbra dormit in secreto calami,in locis humentibus.lib.4.c.34.nu. 18.19.lib.2.c.8.nu.28.

Protegunt vmbræ vmbram eius, & circumdabunt eum salices torrentis.lib.4.c.34.nu.20.& lib.12. c.3.nu.35.

Ecce absorbebit fluuium, & non mirabitur, & habebit fiduciam,quòd influat Iordanis in os. lib.2. c. 5.nu.12.& lib.2.c:6.nu.30.31.32.35. & cap.8. nu.28.29.

An extrahere poteris Leuiathan hamo, & fune ligabis linguam eius? lib.2.c.8.nu.20.29.

Numquid pones circulum in naribus eius, aut armilla perforabis maxillam eius? lib.2.c.8.nu.20. 29.& lib.4.c.34.nu.21.& lib.14.c.18.n.19.20.

Numquid feriet tecum pactum,& accipies eum seruum sempiternum? lib 4.c.36.nu.10.

Numquid illudes ei quasi aui,aut alligabis eum ancillis tuis? lib.2.c.8.nu.20.29.30.& lib.4.c.31. nu.38.& lib.1.c.23.nu.32.

Concident eum amici, diuident illum negotiatores. lib.4.c.23.nu.7.

Numquid implebis sagenas pelle eius, & gurgustiũ piscium capite illius? lib.4.c.23. nu.7.

Cap. 41. *Et quis ante dedit mihi,vt reddam ei.lib.7.c.9.n.13*

Non parcam ei verbis potentibus, & ad deprecandum compositis.lib.13.c.5.nu.27.

Quis reuelabit faciem indumenti eius? & medium oris eius quis intrabit? lib.4.c.30. nu.6:20.

Portas vultus eius quis aperiet? lib.14.c.27.nu.22.

Per gyrum dentium eius formido.lib.9.c.9.nu.73.

Corpus illius quasi scuta fusilia, compactum squamis se prementibus, vna alteri adhærebat, & tenentes se nequaquam separabuntur. lib.3. c.29. nu.11.12.& lib.14.cap.4.n.14. & c.17.nu.20.

Sternutatio eius splendor ignis, & oculi eius, vt palpebræ diluculi.lib.4.c.30. nu.6.

De naribus eius procedit fumus. lib.4.c.31. nu.36.

Et faciem eius præcedet egestas.lib.4.c.28.nu.21.

Et stringetur quasi malleatoris incus. lib.17.cap.2. num.29.

In stipulam versi sunt ei lapides, lapides fundæ. lib. 6.c.9.nu.41.

Et sternet sibi aurum quasi lutum. lib.1. cap.24.25. num.10.

Feruescere faciet quasi ollam profundum maris. lib. 4.c.35.nu.11.

Ipse est rex super omnes filios superbiæ. lib.8.cap.5. nu.27.28.& lib.16.c.13.nu.40.42.43.44.

Scio quia omnia potes,& nulla te latet cogitatio. lib. Cap. 42. *4.c.15.nu.17.*

Ideo insipienter locutus sum, & quæ vltra modum excedunt scientiam meam.lib.3.c.20.nu.20. & lib. 8.c.8.nu.12.

Auditu auris audiui te; nunc autem oculus meus videt te.lib.8.c.5.nu.19.& lib.17.c.2. nu.14.

Idcirco me ipsum reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla,& cinere.lib.3.c.19.nu.33. & lib. 14.c.22.nu.19.

Ite ad seruum meum Iob,& offerte holocaustum pro vobis. Iob autem seruus meus orabit pro vobis, faciem eius suscipiam.lib.1.c.19.nu.15.Ambros. & lib.13.c.4.nu.5.

Ex Psalmis.

Psal. 1. *Beatus vir qui non abijt in consilio impiorum, & in cathedra pestilentiæ non sedit,& in via peccatorum non stetit.lib.1.c.20.nu.8. & lib.2. c.3. nu.1.4.31.Ambros.& lib.9.c.22.num.9. & lib. 14.c.8.nu.5.6.7.15.20.24.nu.etiam 1.*

Sed in lege Domini voluntas eius,& in lege eius meditabitur die, ac nocte. lib.16.c.10. num.21.27. 29.33.

Quod fructum suum dabit in tempore suo. lib.9. cap. 24.nu.9.

Et folium eius non defluet.lib.2.c.6. nu.37.

Non sic impij,non sic,sed tamquam puluis, quẽ proiecit ventus a facie terræ.lib.1.c.20.nu.24.& lib. 9.c.20.nu.19. & lib.14.c.19. nu.14. & lib.16. c.13.nu.25.

Quoniam nouit Dominus viam iustorum, & iter impiorum peribit. lib.9.c.15. nu.32.

Psal. 2. *Astiterunt reges terræ,& principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum,& aduersus Christum eius.lib.14.c.4.nu.15.*

Qui habitat in cælis irridebit eos, & Dominus subsannabit eos.lib.2.c.11.nu.27.

Reges eos in virga ferrea. lib.4. c.12. nu.15.21. & lib.18.c.2.nu.11.

Erudimini qui iudicatis terram.lib.3. c.1. nu.46.

Seruite Domino in timore,& exultate ei cum tremore.lib.17.c.3.nu.4.5.6.20.

Apprehendite disciplinam,ne quando irascatur Dominus.lib.14.c.21.nu.55.

Cum exarserit in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo.lib.9.c.9. nu.51.74.75.

Domine quid multiplicati sunt, qui tribulant me? multi insurgunt aduersum me.lib.2.c.7. num.30. multi dicunt animæ meæ,non est salus ipsi in Deo eius.lib.2.c.7.nu.30.

Tu autem Domine susceptor meus es,gloria mea, & exaltãs caput meũ.lib.1.c.18.n.8.& lib.2.7.n.30.

Voce mea ad Dominum elamaui,& exaudiuit me de monte sancto suo.lib.13.c.5.nu.21.

Dentes peccatorum contriuisti.lib.11.c.15.nu.15.

Domini est salus.lib.7.c.9 n.22.

Psal. 4. *Cum inuocarem exaudiuit me Deus iustitiæ meæ,in tribulatione dilatasti mihi.lib.1.c.8. nu.3. & lib. 6.c.9.nu.5.& lib.17.c.4.nu. 14.*

Filij hominum vsquequo graui corde: vt quid diligitis vanitatem,& quæritis mendacium: lib.1. c. 1.nu.55.& lib.2.c.20.nu.13.

Irascimini,& nolite peccare: quæ dicitis in cogitationibus vestris,& incubilibus vestris conpungimini.lib.3.c.23.nu 4. 5. 6. 7. & lib.9. c.7.nu. 7. 31.32.34.35.41.& lib.14.c.21.nu.52.

Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino:multi dicunt nobis,quis ostendet nobis bona? signatum est super nos lumen vultus tui Domine. lib.2.c.20.nu.11.12.13.14.

A fructu frumenti,vini,& olei sui multiplicati sunt lib.2.c.20.nu.13.14.

In pace in id ipsum dormiam, & requiescam. lib.1. c.9.nu.8.& lib.2.c.2.nu.13.& 20.nu.14.

Quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me.lib.1.c.9.nu.8.

Psal. 5. *Verba mea auribus percipe Domine: intellige clamorem meum.lib.13. c.5. nu. 22 & lib. 4. c. 16. nu.9.*

Rex meus,& Deus meus.lib.4.c.28.nu.8.

Quoniam ad te orabo: Domine mane exaudies vocẽ meam,mane astabo tibi:& uidebo.lib.4.c.16.nu. 9.& lib 9.c 18.nu.6.7.

Neque habitabit iuxta te malignus:neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.lib.14.c.19.nu.2.

Odisti omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium:lib.1.c.2.nu.8.

Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.lib.19.c.12. nu.9.10.

Domine deduc me in iustitia tua: propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.lib. 18. cap. 8.nu.13.

Secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos,quoniam irritauerunt te Domine.lib. 18.c. 18.nu.15.

Domine vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. lib.2.c.9.nu.22.& lib.4.c.14.nu.17.& lib.16.c. 4.nu. 22.

Psal. 6. *Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me:lib.4.c.12.nu.6.& lib.9. cap.9. nu. 52.*

Inserere mei Domine quoniam infirmus sum. lib. 1. c.2.nu. 13.

Sana me Domine:quoniam conturbata sunt ossa mea. lib.1.c.15.nu.11.

Et anima mea turbata est valde:sed tu Domine vsque quo? conuertere Domine, & eripe animam meam. saluum me fac propter misericordia tuam. lib.9.c.9. nu. 16.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui,in inferno autem quis confitebitur tibi?lib.9. c.9.n.24. & lib.1.c.24.nu.16.& lib.6.18.c.14.nu. 16.

Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meum rigabo.lib. 3.c.25.nu.6 8.11 & lib.10.c.2. nu. 15. & lib.13.c.3.nu.35 lib. 18.c.14.nu.16.

Turbatus est a furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.lib.1.c.2.nu.16. & cap.12. nu.50 & lib.9.c.7.nu.41.

Erubescant, & conturbentur omnes inimici mei, conuertantur, & erubescant valde velociter. lib. 14.c.15.nu.16.

Psal. 7. *Domine Deus meus in te speraui: saluum m fac ex omnibus persequentibus me,& libera me.lib.2.c. 6.nu.19.*

Ne quando rapiat vt leo animam meam, dum non est qui redimat,neque qui saluum faciat. lib.2 c. 6. nu.19.

Domine Deus meus si feci istud, si est iniquitas in manibus meis, si reddidi retribuentibus mihi mala,decidam merito ab inimicis meis inanis.lib.1. c.12.nu.48.& 56.& nu.42.45.46.& lib.4.c.34 nu.25.Ambrosius.& lib.1.c.12.nu.48. & lib.9. c.4.nu.9.

Et gloriam meam in puluerem deducat. lib.18. c.1. nu.28.

Exurge Domine in ira tua,& exaltare in finibus inimicorum meorum.lib.4.c.23.nu.8.

Et exurge Domine Deus in præcepto, quod mandasti.lib.3.c 14.nu 1.

Et synagoga populorum circundabit te. lib.3.c.14. nu.1.

Et propter hanc in altum regredere.lib.3.c.14.n.18.

Iudica me Domine secundum iustitiam meam, & secundum innocentiam meam super me. lib.1.c. 12.nu.48.

Consumetur nequitia peccatorum, & diriges iustũ, scrutans corda,& renes Deus. lib.4.c.13. nu.14. & lib.3.c.26.nu.3.

Nisi conuersi fueritis gladium suum vibrauit.lib.9. c.9.nu.53.

Arcum suum tetendit & parauit illum. lib.1. c.25. nu.8.& lib.18.c.2. nu.39.

Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit lib.1.c.25.nu.8.9.& lib.28.c.2. num. 21.lib.38.c.2. nu.39.

Ecce parturit iniustitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem.lib.1.c.4.nu.8.lib.3.c.21.nu.7. 8.16.19 lib.14.c.25.nu.9.

Lacum aperuit & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit.lib.9:c.20 nu.7.14.

Psal. 8. *Quid est homo quod memor es eius, aut filius hominis,quoniam visitas eum.lib.1.c.21.nu.22.& lib. 2.c.19.nu.18.lib.8.c.2.nu.12.*

Omnia subiecisti sub pedibus eius,oues & boues vniuersas,insuper & pecora campi.lib.3.c.1. nu.37. & lib.12.c.3.nu.21.& lib.3.c.5. nu.20.

Volucres cæli,& pisces maris, qui perambulant semitas maris.lib.4.c.39.nu.34.Ambrosius,& lib. 12.c.3.nu.21.

Psal. 9. *Lætabor, & exultabo in te; psallam nomini tuo altissime.lib.7.c.2.nu.11.*

In conuertendo inimicum meum retrorsum, infirmabuntur, & peribunt a facie tua. lib.2.c.8. nu.37. & lib.4.c.30.nu.7.& lib.11.c.15.nu.16.

Quoniam fecisti iudicium meum, & causam meam. lib.11.c.15. nu.16.

Adiutor in opportunitatibus,in tribulatione.lib.17. c.2.nu. 15.

Et sperent in te qui nouerunt nomen tuum Domine: quoniam non derelinquis quærentes te Domine.

lib.16.c.11.nu.13.
Quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est.lib.11.c.7.11.
Qui exaltas me de portis mortis.lib.7.c.2.nu.11.
In laqueo isto quem absconderunt,&c.lib.1.ca. 10. num.3.
Cognoscetur Dominus iudicia faciens.lib. 6. c.9.nu. 13.lib.9.c.20.nu.15.
In operibus manuum suarum comprehensus est peccator.lib.9.c.20.nu.15.& lib.3.c.24.nu. 16. lib. 14.12.nu.19.
Conuertantur peccatores in infernum, omnes gentes quæ obliuiscuntur Deum.lib.14.c.20.nu.14.
Constitue Domine legislatorem super eos: vt sciant gentes quoniam homines sunt.lib.4.c.8.nu.19.lib. 3.c.19.nu. 34.
Vt quid Domine recessisti longe,despicis in opportunitatibus,in tribulatione?lib.4.c.10.nu.15.
Comprehenduntur in consilijs quibus cogitant.lib.1. c.3.nu.9.
Quoniam laudatur peccator in desiderijs amimæ suæ & iniquus benedicitur. lib. 1. c. 3. nu.5.9.11. & lib.2.c.17.nu.16.& lib.9.c.17.nu.3 & lib.2.c.4. nu.11.
Exacerbauit Dominum peccator: secundum multitudinem iræ suæ non quæret.lib.14.c.20.nu. 14.
Non est Deus in conspectu eius : inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore.lib.14.c.20.nu.14.lib.11. c.10.nu.16.lib.14.c.20.nu.14.
Auferuntur iudicia tua a facie eius:omnium inimicorum suorum dominabitur.lib.9.c.9.nu.11.
Sub lingua eus labor,& dolor.lib.1.c.3.nu.15.
Sedet in insidijs in occultis vt interficiat innocentem,oculi eius in pauperem respiciunt. lib.2. c.5. nu.10.& lib.9.c.9.nu.54.73.
Insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua insidiatur: vt rapiat pauperem, dum attrahit eum. lib.2.c.5.nu 10.lib.9.c.9.nu.54.
In laqueo suo humiliabit eum, inclinauit se, & cadet, eum dominatus fuerit pauperum. lib. 9.c.9. nu.54 lib.4.c.8.nu.19.
Dixit enim in corde suo,oblitus est Deus : auertit faciem suam,ne uideat in finem.lib.4.c.9.nu.19.
Exurge Domine Deus,& exaltetur manus tua: ne obliuiscaris pauperum:lib.4.c.8.nu.19.
Propter quid irritauit impius Deum? dixit enim in corde suo,non est Deus.lib.4.c.8.nu.19.
Vides, quoniam tu laborem, & dolorem consideras, vt tradas eos in manus tuas.lib.3.c.19.nu.34.
Tibi derelictus est pauper: orphano tu eris adiutor. lib.9.c.14.nu.12.& lib.16.c.11.nu. 26.
Desiderium pauperum exaudiuit Dominus, præparationem cordis eorum audiuit auris tua.lib.4.c. 16.nu.16.18.
Psal. 10. Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittẽt in obscuro rectos corde.lib.2.c.7.nu.13.& lib.2.c.5.n. 43.& c.6.nu.15.& lib.4.c.31.nu.5.43.
Dominus in templo sancto suo: Dominus in cœlo sedes eius.lib.12.c.3.nu.22.
Qui autem dilegit iniquitatem, odit animam suam. lib.1.c.11.nu.10.& c.19.nu.2.
Pluet super peccatores laqueos:ignis,& sulphur, & spiritus procellarum,pars calicis eorum: lib. 14. c.8.nu.21.& lib.18.c.2.nu.40.
Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum. Psal. 11. lib.9.c.17.nu.9.
Labia dolosa in corde, & corde locuti sunt, disperdat Dominus vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam. lib.7.c.4.n.18.& lib.9.c.17.n.9.
Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam,dicit Dominus.lib.3.c.5.nu.54.
Eloquia Domini, eloquia casta: argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum. lib.14.c.29.nu.20.lib.18.c.2.nu. 29.
Vsquequo Domine obliniscteris me in finem. lib.4.c. Psal. 12. 14.nu.1.lib.4.c.26.nu.7.
Vsquequo auertis faciem tuam a me?lib.4.c.26.n.7.
Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte, nequando dicat inimicus meus, Prævalui aduersus eum: lib.4.c.32.num.11.& lib.13. c.2.nu.8.
Dixit insipiens in corde suo,non est Deus:lib. 9. c.7. Psal. 13. nu.21.& lib.16.c.13.nu.11.
Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studijs suis:non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.lib.18.c.8.nu.2.
Dominus de cœlo prospexit super filios hominum, vt uideat si est intelligens,aut requirens Deum. lib. 17.c.5.nu.21.
Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. lib. 2.c.11.nu.8.
Sepulchrum patens est guttur eorum. lib.9.c.19.nu. 11.& lib.10.c.8.nu.1.2.
Linguis suis dolose agebant, venenum aspidum sub labijs eorum: lib.10.c.8.nu.2.
Quorum os maledictione et amaritudine plenum est: lib.10.c.8.n.2.
Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. lib.1.c.3.nu.7.& lib.11.c.17.nu.10.
Contritio,& infelicitas in vijs eorum: & viam pacis non cognouerunt.lib.3.c.18.nu.15.& lib. 18.c. 4.nu.10.11.
Qui deuorant plobem meam,sicut escam panis: lib.5. c.11.nu.19.& lib.11.c.16.nu.11.& lib. 8. c.1. num.9.
Dominum non inuocauerunt, illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.lib.1.c.11.nu.11.& lib. 13.c.9.nu.12. 14.
Quoniam Dominus in generatione iusta est. lib. 11. c.12.nu.30.
Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis Psal. 14. requiescet in monte sancto tuo: lib.5. c.8.nu. 13. Ambrosius,& lib.14. c.24.nu.2.& lib. 2.cap.7. nu.31.
Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. lib.14.c.24.nu.2.
Qui loquitur veritatem in corde suo: qui non egit dolum in lingua sua.lib.14.c.19.nu.18.
Qui iurat proximo suo,& non decipit. lib. 9.c. 11: num.1.
Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram. lib. 4.ca. 39.nu.23.Ambros.
Et opprobrium non accepit aduersus proximos suos. lib.3.c.28.nu. 2.
Ad nihilum deductus est in cõspectu eius malignus timentes vutem Dominum glorificat. lib. 8.c.4.n. 1.& lib.14.c.19.nu.18.

Conser-

Psal. 15. Conserua me Domine quoniam speraui in te, dixi Domino,Deus meus es tu,quoniam bonorum meorum non eges lib.2.c.13.nu.30.35.
Sanctis qui sunt in terra eius mirificauit omnes voluntates in eis lib. 16.c.11.nu.15
Multiplicatæ sunt infirmitates eorum: postea accelerauerunt.lib.6.c.10.nu.29.& lib.14.c.21.nu.60.
Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus:lib.3.c.10.nu. 47.
Dominus pars hereditatis meæ & calicis mei:tu es qui restitues hereditatem meam mihi. lib.4.c.28 nu.13.& lib.16.c.1.nu.27.36.
Etenim hereditas mea præ clara est mihi. lib.4. c. 28 nu.13.& lib 16.c.1.nu.27.36.
Prouidebam Dominum in cõspectu meo semper,quoniam a dextris est mihi,ne commouear.lib.4.cap. 13.nu.1.
Propter hoc lætatum est cor meum,& exultauit lingua mea.lib.7.c.1.nu. 25.
Delectationes in dextera tua vsque in finem lib. 1.c. Psal. 16. 9.nu.8.& lib.2.c.2.nu. 28.& lib.7. c.1.nu. 25.
Vt non loquatur os meum opera hominum.lib. 10.c. 7.nu.13.
Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras lib.3.c.2.nu.27.& lib.9.c.15.nu.41.
Mirifica misericordias tuas qui saluos facis sperantes in te lib.4.c.8.nu.20.
Eripe animam meam ab impio, frameam ab inimicis manus tuæ.lib.2.c.9.nu.23.
De absconditis tuis ad impletus est venter eorum. lib.2.c.8.nu.28.& lib.14.c 6.nu.35.
Satiabor cum apparuerit gloria tua.lib.2.c.1.nu.15. & nu.21.
Psal. 17. Diligam te Domine fortitudo mea, Dominus firmamentum meum & refugium meum, & liberator meus.libro.2.c.13.n.30.
Deus meus,adiutor meus:& sperabo in eum.lib.2.c. 13.n.39.
Circumdederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me.lib.9.c.20.n. 16. & lib.14.c.22.n.7.
Ascendit fumus in ira eius, & ignis a facie eius exarsit; carbones succensi sunt ab eo.lib.14.c. 23. n.19.
Inclinauit cœlos,& descendet,& caligo sub pedibus eius, & ascendit super cherubim, & volauit: volauit super pennas ventorum, & posuit tenebras latibulum suum.lib.4.c.15.n.16.& lib. 3.c.19.n. 38.39.
In circuitu eius tabernaculum eius, tenebrosa aqua in nubibus aeris.lib.18.c.2.n.13.
Præ fulgore in conspectu eius,nubes transierunt.lib. 14.c.18.n.18.
Cum sancto sanctas eris, & cum viro vino innocente innocens, & cum electo electus eris, & cum peruerso,peruerteris.lib.2.c.14.n.4.& lib.p. cap. 19.n.12.Ambrosius.
Quoniam tu Domine illuminas lucernam meã, Deus meus illumina tenebras meas.lib.7.c.9.n.10.
Quoniam in te eripiat a tentatione, & in Deo meo transgrediar muram.lib.17.c.2.n.28.
Deus qui præcinxit me virtute,& posuit immaculatam viam meam, qui perfecit pedes meos tamquam ceruorum, & super excelsa stattuens me. lib.7.c.9.n.10.& lib.17.c 2.n.26.27.28.
Qui docet manus meas ad prælium,& posuisti vt arcum æreum brachia mea.lib.7.c.9. nu. 10.& lib. 6.c.13.nu. 9.
Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ: et dextera tua suscepit me.lib.7 c.9.nu.10.
Et præcinxisti me virtute ad bellum. lib.6.c.13.n.9.
Clamauerunt:nec erat qui saluos faceret: ad Dominum,nec exaudiuit eos.lib.13.c.9.nu. 14.
Et comminuam eos,vt puluerem ante faciem venti li. 12.c.4.nu. 16.
Populus quem non cognoui, seruiuit mihi,in auditu auris obediuit mihi.lib.13.c.p.n.25.
Filij alieni mentiti sunt mihi. lib. 2.c.10.n.16.
Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius Psal. 18. annunciant firmamentum lib.p.c.23.n.12.& lib. 10.& 5.n.3.4.& lib.12.c.3.n.23.& lib.16.cap. 12.n.43.
Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam.lib.10.c.5.n.5.& lib.11.c.6.n.81.& li.16. c.12.n.43.
Non sunt loquelæ, neq. sermones, quorum non audiantur voces eorum: lib.p.c.23.n.12.& lib.10. c.5.n.4.
In omnem terram exiuit sonus eorum,& in fines orbis terræ verba eorum.lib.p.c.23.n.14.
In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. lib. 3.c.5. nu. 52.
Exultauit vt gigas ad currendũ viã,a summo cœlo egressio eius,& occursus eius vsque ad summum eius lib.p.c.17.n.19.& lib 11.c.6. n.36.& lib. 16.c.12.n.43.
Nec est qui se abscondat a calore eius lib.2.c.7.nu. 33.& cap.14.n.8.& lib.3.c.5.n. 58.& lib. 16. c.12.n 43.
Lex domini immaculata conuertens animas, testimonium Domini fidele, sapientiam præstans parruulis.lib 16.c.12.n.43.
Timor domini sanctus permanet in æternum, & in sæculum sæculi.lib.17.cap.3.num.10.12.20.21. 22.23.
Desiderabilia super aurũ & lapidem pretiosum multum, & dulciora super mel, & fauum.lib. 11. ca. 3.n.12.29.& lib.16.c. 10.n.18.
Etenim seruus tuus costodit ea, in custodiendis illis retributio multa.lib.11.c.3.n.12.29.& lib.16.c. 10.nu.16.
Aa occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo.lib.16.c.13.n.27.
Si mei non fuerint dominati, tunc in maculatus ero: & emundabor a delicto maximo:lib.3.c.18. num. 12.& lib.16.c.13.nu. 26.
Exaudiat te Dominus in die tribulationis: protegat Psal. 19. te nomen Dei Iacob: mittat tibi auxilium de sancto,& de Sion tueatur te: lib.2.c.9.nu. 33.
Memor sit omnis sacrificij tui; & holocaustum tuum pingue fiat.lib.1.c.25.nu.3.& lib.10.c.2.nu. 22.
Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Dei nostri inuocabimus :ipsi obligati sunt, & ceciderunt:lib.1.c.17.nu. 15.
Quoniam præueniisti eum in benedictionibus dulce- Psal. 20. dinis lib.4.c.14.n.15.
Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dex-

tera

fera tua inueniat omnes qui te oderunt, pones eos vt clibanum ignis. lib.2.c.11.nu.30.
Cogitauerunt consilia, quæ non potuerunt stabilire. lib.4.c.25.nu.2.
Psal. 21. Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti? Longe a salute mea verba delictorum meorum. lib.4.c.21.nu.10. Ambrosius. & c.26.nu. 10. & lib.13.c.9.nu.13. & lib.4.c.7.nu.22.
Deus meus clamabo per diem, & non exaudies: & nocte, & non ad insipientiam mihi. lib.6.c.10.nu. 30. & lib.13.c.9.nu.11.12.20.
In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt, & liberasti eos. Ad te clamauerunt, & salui facti sunt: in te sperauerunt, & non sunt confusi. lib.16. c. 11.nu.29.
Ego autem sum vermis & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis. lib.1.c.23. nu.5. & lib.3.c.5.nu.89. Ambrosius.
Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre, spes mea ab vberibus matris meæ: in te proiectus sum ex vtero, de ventre matris meæ, Deus meus es tu, ne discesseris a me. lib.4.c.28.nu.11.
Circumdederunt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me. lib.2.c.19.nu.31. Ambros.
Sicut aqua effusus sum. lib.3.c.9.nu.15.
Edent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt Dominum qui requirunt eum: viuent corda eorum in sæculum sæculi. Reminiscentur, & conuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ, &c. Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ. libro 4. cap.28.nu.14.15. & libro 6.cap.1. num.10.
Psal. 22. Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocauit. lib.17.c.3.nu.6.
Deduxit me super semitas iustitiæ, propter nomen suum. lib.18.c.4.nu.8.
Nam & si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. lib.2. cap.9. nu.31. & lib.18.c.16.nu.18.
Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt: lib.6.c.9.nu.22.26. & lib.14.c.31.nu.12. & lib. 17.c.3.nu.6.
Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me. lib.18.c.2.nu.32.
Impinguasti in oleo caput meum: & calix inebrians quàm præclarus est. lib.2.c.1.nu.27. & libro 18. c.2.nu.32.
Et misericordia tua subsequitur me omnibus diebus vitæ meæ. libro 3. cap.19. num.14. lib.8.cap. 6. num.8. & lib.4.cap.14 num.14. & lib.7.cap. 9.nu.17.
Psal. 23. Domini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo. libro 10. cap. 5. num.7.
Quia ipse super maria fundauit eum, & super flumina præparauit eum. lib.5.c.4.nu.10. & lib.10. c.5.nu.7.
Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto eius? innocens manibus, & mundo corde &c. lib.18.c.12.nu.16.20.
Qui non accepit in vano animam suam, & iurauit in dolo proximo suo. lib.18.c.12.nu.20.
Psal. 24. Reminiscere miserationum tuarum Domine, & misericordiarum tuarum, quæ a sæculo sunt. libro 4. cap.7. numero 23.
Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris Domine. lib.1.c.2.nu.4.
Secundum misericordiam tuã, memento mei tu propter bonitatem tuam Domine lib.4.c.7.nu.23.
Dulcis & rectus Dominus: propter hoc legem dabit delinquentibus in via. libro 4. cap.11. num.14. 15.16.
Diriget mansuetos in iudicio: docebit mites vias suas. lib.6.c.9.nu.27.
Vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas. lib. 4.c.11.nu.13.14.15.16.21. & c.12.nu.19.
Requirentibus testamentum eius, & testimonia eius. lib.4.c.11.nu.16.
Anima eius in bonis demorabitur, & semen eius hereditabit terram. lib.18 c.13.nu.5.
Oculi mei semper ad Dominum, quia ipse euellet de laqueo pedes meos. lib.13.c.2.nu 9.
Psal. 25. Iudica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum. lib 11.c.5.nu.13.
Et in Domino sperans non infirmabor. lib.11. c.5. nu.13.
Proba me Domine, & tenta me. lib.1.c.10.nu.2. & lib.6.c.9.nu.21.
Vre renes meos, & cor meum. lib.16.c.12.nu.35.
Quoniam misericordia tua ante oculos meos est, & complacui in veritate tua. lib.3.c.19.num.14. & lib.8.c.6.nu.8. & lib.16.c.12.nu.25.
Non sedi cum concilio vanitatis, & cum iniquagerentibus non introibo. lib.9.c.21.nu.8. & lib.11. c.5.nu.13.
Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. lib.2.c.2.nu.10.29. & lib.7. c.6.nu.11.
Dextera eorum repleta est muneribus. lib.15. c.5. nu.18.19.
In ecclesijs benedicam te Domine. libro 3. cap.16. nu.13.
Psal. 26. Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ a quo trepidabo? lib.1.cap.8.num.3. & libro 2. cap.7.numero 10. & cap.8. num.11. & cap.11. numero 22. & lib.17.cap.3.nu.14. & lib.2.cap.8.nu.11.
Dum appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas. libro 6.c.13.nu.10. & lib.2.c.8.nu.11.
Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt, & ceciderunt. lib.2.c.8.nu.11.
Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. lib.2.c.7.nu.10.
Vnam petij a Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. lib.1. c.18.nu.31. & lib.2.c.1.nu.30. & c.2.nu.13.14. 29. & c.3.nu.16. & lib.9.c.18.nu.7.
Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me. lib.1.c.1.nu. 16. & lib.11.c.12.nu.31.
Et dirige me in semita recta propter inimicos meos. libro 18.c.8.nu.14.
Quoniam abscondit me in tabernaculo suo, in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui. lib.2.c.9.nu.29.
Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius hostiam vociferationis: Cantabo, & Psalmum dicam Domino. lib.2.c.13.nu.11.

Tibi

Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram. lib.2.c.2.nu.21. & c.19.nu.28. & lib.5.c.11.nu.17.
Psal. 26. Expecta Dominum, viriliter age, & sustine Dominum: & confortetur cor tuum, & sustine Dominum. lib.9. cap.20.num.17. & libro. 18.cap.10. nu.31.
Psal. 27. Et resloruit caro meo; & ex voluntate mea confitebor ei. lib.2.c.13.nu. 37.
Psal. 28. Afferte Domino filij Dei: afferte Domino filios arietum: afferte Domino gloriam & honorem: afferte Domino gloriam nomini eius; adorate Dominum in atrio sancto eius. lib.3.c.12.nu.5.6. & lib.5.c. 12.nu.5. & lib.13.c.5.nu.4.
Vox Domini super aquas, Deus maiestatis intonuit: Dominus super aquas multas. lib.3.c.8.nu.9. lib. 1.c.26.nu.5.
Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia. lib.3.c.8. nu.9.
Vox Domini confringentis cedros, & confringet Dominus cedros Libani, & comminuet eas tamquam vitulu Libani. lib.1.ca.23.nu.4. & lib. 3.c.8. nu. 9. & lib.4.c.24.nu.6.7.
Et dilectus quemadmodum filius vnicornium. libro. 12.c.2.nu.4.
Vox Domini intercidentis flammam ignis, vox Domini concutientis desertum, & commouebit Dominus desertum Cades. lib.9.c.3.nu.4.
Vox Domini præparantis ceruos, & reuelabit condensa. libro. 9. cap. 19. num. 3. libro. 18. cap. 2. num.8.
Et in templo eius omnes dicent gloriam. lib. 5.c.2. num.1.
Dominus diluuium in habitare facit, & sedebit Dominus Deus in æternum; Dominus virtutem populo suo dabit. lib.9.c.15.nu. 28.
Dominus benedicet populo suo in pace. lib.4.c.19.n. 3. lib.9.c.15.nu. 28.
Psal. 29. Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me; nec delectasti inimicos meos super me. lib.2.c.6.nu. 12. lib.9.c.20.nu.17. & lib.12.c.2.nu.5. & lib. 9. c. 9.nu.55.
Domine Deus meus clamaui ad te, & sanasti me. lib. 4.c.3.nu.3. & c.16.nu.1.
Psallite Domino sancti eius: & confitemini memoriæ sanctitatis eius. lib.2.c.13.nu.1.
Quoniam ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius. lib.4.c.12.nu.1.
Ad uesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lętitia. lib. 2. cap. 11. num. 25. libro. 10. cap. 2. num.3.
Ego autem dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum: auertisti faciem tuam a me, & factus sum conturbatus. lib.2.cap.8. num. 15. & cap. 9. nu.21. & libro.4. c.29. num.60. & cap. 34.num. 25. Ambrosius, & libro.6.cap.9.num.8. & libro. 7. cap. 3. num. 17. & libro. 18. cap. 13. num. 10.
Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem, auertisti faciem tuam a me, & factus sum conturbatus. lib.2.c.9.nu.21. & lib. 4.c.29.nu.6. & lib.7.c.3.nu.17.
Ad te Domine clamabo, & ad Deum meum deprecabor, quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem. lib.3.c.1.nu. 16. & lib.4. c.16.nu.1.
Numquid confitebitur tibi pulus, aut annunciabit veritatem tuam. lib.2.c.13.num.12. & lib. 3.c.1. num. 16.
Conuertisti planctum meum in gaudium mihi, confidisti saccum meum, & circumdedisti me lætitia. lib.3.c.10.nu.63. & lib.7.c.1. nu.1.
Vt cantet tibi gloria mea: & non compungar: Domine Deus meus in æternum confitebor tibi. libro.2. capit. 13. num. 12. & libro. 3. capit. 1. num. 16.
In te Domine speraui, non confundar in æternum, in Psal. 30.
iustitia tua libera me. lib.14.c.15.nu. 11.
Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij, vt saluum facias me. lib.10.c.9.nu. 5.
Et propter nomen tuum deduces me, & enutries me: educes me de laqueo hoc, quem absconderunt mihi: quoniam tu es protector meus. lib. 4. cap. 31. nu.17.
Odisti obseruantes vanitates superuacue, ego autem in Domino speraui. lib 18.c.16 nu.19.
Quoniam respexisti humilitatem meam, saluasti de necessitatibus animam meam. lib.18. cap. 16. nu. 19. & lib. 11. cap.9. num. 24. & lib. 14. cap.7. nu.23.
Nec conclusisti me in manibus inimici mei. statuisti in loco spatioso pedes meos. lib.14.c.7.nu.23. & lib.18.c.4.nu.9.
Inserere mei Domine quoniam tribulor: conturbatus est in ira oculus meus: anima mea, & vēter meus. lib.16.c.7.nu.17. lib.9.c.7.nu. 37.
Quoniam defecit in dolore meo vita mea, & anni mei in gemitibus. lib.16.c.7.nu.17.
Infirmitata est in paupertatate virtus mea, & ossa mea conturbata sunt. lib.16.c.7.nu. 17. & lib.4.c. 28.nu.21. 22.
Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium vicinis meis valde, & timor notis meis. lib. 3. c. 15.nu.14.
Obliuioni datus sum tamquam mortuus a corde. lib. 2.c.9.nu.34. & lib.4.c.1.nu. 54.
Erubescant impij, & deducantur in infernum, muta fiant labia dolosa, quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem in superbia, & in abusione. lib.3.c.12. nu.12. & lib.9.c.20.nu. 18.
Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te: perfecisti eis qui sperant in conspectu filiorum hominum. lib.2. cap.4.num.25. & lib.2.cap.11. nu.10.33. & lib. 7.cap.3.num.23 & lib. 9.c.9.num 24. & libro. 18.c.14.num.17. lib.3.c.12.num.13. lib.7.cap.3. num.16.
Ego autem dixi in excessa mētis meæ, proiectus sum a facie oculorum tuorum. lib.3.c.25.nu.21. lib. 7. c.4.n.6. & li.17.c.6.n.14.15. & lib.18.c.18.n.5.
Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino. lib.13.c.1.nu.27.
Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum Psal. 31.
tecta sunt peccata. lib.14.c.22.nu.31. lib. 18.cap. 10.nu.7.
Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum, nec est in spiru eius dolus. libro.6. cap. 13. num. 19.

Quoniam tacui, inveterauerunt omnia ossa mea, dum clamarem tota die. lib.3.c.19.nu.15.& cap.22. nu.28.

Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina. lib.3.c.19.nu.15.36.& c.25.nu.18.24. lib.14.c.13.nu.8.& c.22.nu.28.

Delictum meum cognitum tibi feci: & iniustitiam meam non abscondi. Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino: & tu remisisti iniquitatem peccati mei. lib.3.c.22.nu.1.30. 31.& c.25.nu.18.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. lib.14.cap.21.num.42.& lib.4.cap.19. nu.3.

Verumtamen in diluuio aquarum multarũ, ad eum non approximabunt. lib.4.c.19.nu.3.

Tu es refugium meum a tribulatione quæ circundedit me, exultatio mea erue me a circundantibus me. lib.3.c.25.n.24.& lib.6.c.11.nu.25.& lib.7. c.4.n.5.

Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac qua gradieris, firmabo super te oculos meos. lib.4.c.1. 26.num.8.& lib.7. cap.4.num.5.& lib.4.c.26. num.8.

Nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus. lib.12.c.4.n.17.

In chamo, & fræno maxillas eorum confringe, qui non appromabunt ad te, lib.2.c.11.n.29.& lib.6. cap.9.numer.26.27. libro.12.cap.4.numero.17.

Multa flagella peccatoris: sperantem in Domino misericordia circumdabit, lib.6.cap.9.numer. 27.28.

Lætamini in Domino, & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde, lib.6.cap.9.num.28. & lib.7.cap.2.numer.19.& lib.18.cap.19.numer.2.

Psal. 32. *Exultate iusti in Domino, rectos decet collaudatio. lib.7.cap.1.nu.2.21.& cap.2.nu.16.& lib.12.c. 13.n.17.& lib.6.c.9.n.29.& lib.13.c.5.n.5.& lib.18.c.19.n.3.*

Bene Psallite ei in uociferatione. lib.7.c.1.nu.26.& lib.13.c.4.n.9.& cap.5.n.5.

Diligit misericordiam, & iudicium, misericordia Domini plena est terra, lib.1.c.23.n.12.& lib.2. c.11.n.11.lib.4.c.11.n.17.18.19.

Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum, lib.1.cap.23.numer.12. & lib.16.cap.12.num.6.lib.17.cap.5.numer. 3.13.

Congregans sicut in utre aquas maris, ponens in thesauris abyssos, lib.4.c.17.num.1.& lib.6.cap. 9.num.30.

Timeat Dominum omnis terra, ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbem, lib.17.c. 3.nu.1.

Quoniam ipse dixit, & facta sunt, &c. lib.5.cap.12. nu.38. Ambrosius.

Dominus dissipat consilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat consilia principum, lib.3.cap.13.num.2.& lib.4.cap.25.numero.2.

Consilium autem Domini in æternum manet, cogitationes cordis eius in generationẽ, & generationẽ lib.4.c.25.nu.2.

Beata gens cuius est Dominus, Deus eius, populus quem elegit in hereditatem sibi. lib.2. cap.4.numero.19,

Vt eruat amor te animas eorum. lib.6.c.1.n.6.

Quia in eo lætabitur cor nostrum, & in nomine sancto eius speramus, lib.7.c.1.n.21.

Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. lib.2.c.11.n.25.& lib.6.ca. Psal. 33. *9.nu.29.& lib.7.cap.7.nu.7.nu.1.10.& lib.13. c.7.nu.2.3.*

In Domino laudabitur anima mea, audiant mansueti, & lætentur. lib.14.c.1.n.2.

Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipsum. lib.3.c.18.n.1.

Exquisiui Dominũ, & exaudiuit me, & ex omnibus tribulationibus meis eripiet me, lib.4.c.16.n.10.

Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestræ non confundentur. lib.4.c.20.n.14.& lib.4. c.19.nu.11.

Iste pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eum, lib.1.c.21.n.10.& lib.13.c.5.nu.23.

Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos, lib.1.cap.21.num.1.& numero.10.

Gustate, & videte, quoniam suauis est Dominus. lib. 2.c.1.n.20.& cap.4.n.25.& lib.6.c.1.n.12. libro.16.c.12.nu.71.

Timete Dominum omnes sancti eius, quoniam non est inopia timentibus eum. lib.17.c.3.nu.2.

Quis est homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos? lib.10.c.8.nu.3 lib.18.c.16.n.20.lib.7. cap. cap 2.n.6 9.& c.18.n.9.

Prohibe linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum. lib.2.c.2.n.6.& lib.10.c.8.nu.3. & lib.9.c.7.n.33.& lib.18.c.7.n.11.

Declina a malo, & fac bonum. lib.2.c.18.nu.11.& lib.3.c.14.n.32. lib.16.c.12.n.62.63.

Inquire pacem, & persequere eam, lib.3.cap.18. numer.1.libro 9.cap.7.numer.33.cap.14. nu.32.

Oculi Domini super iustos, & aure eius in preces eorum, lib.1.c.1.nu.22.& lib.4.cap.24.num.12.& cap.26.n.9.

Vultus autem Domini super facientes mala, vt disperdat de terra memoriam eorum, lib.4.ca.28. nu.9.13.15.

Clamauerunt iusti ad Dominum, & Dominus exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum eripuit eos, lib.9.c.15.n.29.

Iuxta est Dominus ijs qui tribulatio sunt corde, & humiles spiritu saluabit. lib.2.c.9.nu.31.& lib. 8.c.6.nu.1.

Multæ tribulationes iustorum, sed de ijs omnibus liberauit eos Dominus, lib.1.c.22.nu.20.lib.9.cap. 15.num.1.29.lib.4.c.3.num.2.& libr.6.ca.11. num.2.

Custodit Dominus omnia ossa eorum, vnum ex his non conteretur, lib.1.c.15.n.11.& cap.22.n.20.

Mors peccatorum pessima, lib.11.c.9.n.19.

Et qui oderunt iustum, delinquent, lib.9.c.20.nu.2.

Iudica Domine nocentes me, expugna impugnantes Psal. 34. *me, lib.9.c.16.nu.2.& lib.2.c.9.n.20.*

Apprehende arma, & scutum: & exurge in adiutorium mihi. lib.2.c.9.n.20.22.23.& lib.16.cap.4.n.21.22.

Psal. 34. *Fiant tamquam puluis ante faciem venti, & angelus Domini coarctans eos: lib.12.cap.4.numero.18.*

Omnia ossa mea dicent: Quis similis tibi. lib.1.c.15. numero.12.

Retribuebant mala pro bonis. li.1.c.12.n.52

Ego autem cum mihi molesti essent, induebar cilicio, & humiliabam in ieiunio animam meam: & oratio mea in sinu meo conuertetur. lib.17.c.4.n. 15.& lib.1.c.1.n.20.

Quasi proximum, & quasi fratrem nostrum sic complacebam: quasi lugens & contristatus sic humiliabor. lib.13.c.11.n.6.

Confitebor tibi in Ecclesia magna, in populo graui laudabo te. lib.16.c.6.n.15.

Non supergaudeant mihi qui aduersantur mihi inique, qui oderunt me gratis, & annuunt oculis, quoniam mihi quidem pacifice loquebantur, & in iracundia terræ loquentes dolos cogitabant, &c. Ne dicãt in cordibus suis, euge, euge animæ nostræ, nec dicant deuorabimus eum lib.9.c.19. n.12.& lib.14.c.19.n.15.

Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam, tota die laudem tuam. lib.10.c.6.n.7.

Psal. 35. *Dixit iniustus, vt delinquat in semetipso, non est timor Dei ante oculos eius. lib.17.c.3.n.15.*

Quoniam dolose egit in conspectu eius, vt inueniatur iniquitas eius ad odium. lib.14.c.23.num.20 & lib.17.c.3.n.15.

Iniquitatem meditatus est incubili suo. lib.13.ca.5. num.24.

Domine in cælo misericordia tua, & veritas tua vsque ad nubes. lib.2.c.19.n.15.16.& lib.3.c.5. n.73.& lib.14.c.26.n.29.

Iustitia tua sicut montes Dei, iudicia tua abyssus multa. lib.4.c.17.n.22.& n.12.& lib.6.c.11.n.3.& lib.14.c.26.n.29.

Homines, & iumenta saluabis Domine: quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus. lib. 2.c.19.n.17.18.& lib.3.c.7.n.32. lib.8.cap.2. num.12.

Filii autem hominum integmine alarum tuarum sperabunt. lib.2.c.19.n.17.18.19. lib.8.cap.2.num. 12. lib.16.c.13.n.27.

Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. lib.2.c.1.n.21.27.& lib.5.c.1.n.15.18.20.21. lib.6.c.1.n.9. lib.8.c.2. n.12. lib.16.c.13.n.27.

Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen, lib.2.cap.1.num.27.& cap.10. num.27.

Non veniat mihi pes superbiæ, & manus peccatoris non moueat me. lib.1.c.22.n.7.& lib.16.ca.13. num.27.29.

Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem. lib.16.c. 13.nu.27.

Psal. 36 *Noli æmulari in malignantibus, neq. zelaueris facientes iniquitatem. lib.9.c.15.num.30.& lib. 11.c.3.n.1.*

Quoniam tamquam fœnum velociter arescent, & quẽadmodum olera herbarum cito decident libro 9.7. c.5.num.8. lib.11.cap.5.nu.1.& lib.12.cap.4. nu.2.

Spera in Domino, & fac bonitatem, & inhabita terram, & pasceris in diuitijs eius. lib.16.c.11.nu. 1. lib.18.c.15.n.8.

Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. lib.2.c.12.n.24.& lib.7.c.1.n.26.& ca.3.n. 10.& lib.9.c.15.n.31.& lib.13.c.3.n.39.& c. 9.n.23. lib.18.c.15.n.8.

Reuela Domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet. lib.3.c.22.n.3.15.& lib.4.c.14.n.14. lib. 16.c.11.n.1.

Et educet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum tamquam meridiem. lib.9.c.9.nu.3.& cap. 15.n.34.& cap.22.n.5.

Subditus esto Domino, & ora eum. noli æmulari in eo, qui prosperatur in via sua, in homine facientes iniustitias: lib.9.c.15.n.31.

Desine ab ira, & derelinque furorem, noli æmulari, vt malignetis, quoniam qui malignantur, exterminabuntur: sustinentes autem Dominum, ipsi hereditabunt terram. lib.9.c.15.n.32.

Et adhuc pusillum, & non erit peccator, & quæres locum eius, & non inuenies, lib.9.c.15.n.32.

Mansueti autem hereditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.

Obseruabit peccator iustum, & stridebit super eum dentibus suis: lib.2.c.5.n.6.

Dominus autem irridebit eum, quoniam prospicit quòd veniet dies eius, lib.2.c.5.n.6.

Gladium euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum suum, vt decipiant pauperem, & inopem, vt trucident rectos corde, lib.2.cap.5.num.6.& lib.9.cap.4.num.17.& lib.14.cap.8.numero 2.

Gladius eorum intret in corda ipsorum, & arcus eorum confringatur, lib.4.c.36.n.2.& lib.9 cap.4. nu.17.

Melius est modicum iusto super diuitias peccatorũ multas; quoniam brachia peccatorum conterentus, confirmat autem iustos Dominus, li.3.c.11.n. 31.& lib.6.c.9.num.31.

Nouit Dominus dies immaculatorum, & hereditas eorum in æternum erit, lib.9.c.9,31.

Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis saturabuntur, quia peccatores peribunt, lib. 9.c.9.num.4.

Inimici vero Domini mox vt honorificati fuerint, & exaltati: deficientes quemadmodum fumus deficient, lib.1.c.20.n.21.25.& lib.2.cap.16.numero.19

Mutuabitur peccator, & non soluet: iustus autem miseretur, & retribuet: lib.2.c.14.n.5.& lib.16.ca. 10.nu.8.9.

Quia benedicentes ei hereditabunt terram: maledicentes autem ei disperibunt. lib.11.c.16.n.2.

Apud Dominum gressus hominis dirigentur, & viã eius volet. lib.9.c.15.n.34.& cap.22.n.5.& lib. 4.c.20.n.3.& lib.16.c.10.n.33. lib.7.c.9.nu.2. 11.& lib.9.c.18.n.1.2

Cum ceciderit, non collidetur, quia Dominus supponit manum suam. lib.4.c.20.n.3. lib.9.c.15.n. 34.& cap.18.n.10.11. lib.6.c.13.n.11.& lib.9 c.18.n.1.2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

Iuniqr fui,etenim senui non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem.lib.4.c.20.nu 3. & lib.6.c.1.nu.3.

Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium.lib.10.c.6.nu. 2.

Vidi impium superexaltatum, & eleuatum,sicut cedros Libani, & transiui, & ecce non erat,quæsiui eum,& non est inuentus locus eius.lib.2.c.15. n. 54.& c.16.nu.19,20.& lib.7.c.6.nu.1.2. 11.& lib.c.18 nu.1.2.& c.20.nu.9.

Et protector eorum in tempore tribulationis.lib.4.c. 3.nu.2.

Et eruet eos a peccatoribus,& saluabit eos,quia speraverunt in eo.lib.16.c.11.nu.4.24.25.26.27.

Psal. 37. *Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.lib.2 c.8.nu.16.lib. 6.c. 11.nu. 1.libro.16.cap.10.num.10.11.& libro.3.cap. 4. nu. 3.*

Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi,& confirmasti super me manum tuam.lib.2.c.8.nu.14.16.lib.6. c.10.nu.24.& lib 6.c.11.nu.1.& lib.16.c.10.n. 10.11.& lib.18.c.2.nu. 42.

Non est sanitas in carne mea a facie iræ tuæ: non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum. lib.3.c.1.nu.8.9.10.& c 25.nu.1.2.5.& lib.4.c. 11.nu.1.& lib.14.c.6.nu.36.& c.22.nu. 29.& lib.18.c.11.nu.11.

Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum,& sicut onus graue grauatæ sunt super me. lib.2.c.10.nu.16.lib.3.c.25.nu.2.5.6.& lib.6. c. 2.nu.6.& lib.14.c.7.nu.24.& c.22.nu.29.lib.1. c.14.nu.12.& lib.2.c.10.nu.16.

Putruerunt,& corruptæ sunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ.lib.3.c.4.nu.5.7.& c.25.nu.3. 6.7.& lib.14.c.22.n.29.44.45.

Miser factus sum, & curuatus sum vsque in finem tota die contristatus ingrediebar. lib.2. c. 11.nu. 24.& c.15.nu.60.61.& lib.3.c.4.nu.5.& c. 25. nu.3.4.6.7.& c.27.nu.2.& lib.7.c.4.num. 6.& lib.14.c.22.nu.29.lib.16.c.13.nu. 28.lib. 17. c. 6.nu.8.

Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus,& non est sanitas in carne mea.lib.3.c.25.nu.7.& c.27. num.2. lib.14. cap. 22. num. 29. libro.1. cap. 5. nu. 6.

Afflictus sum,& humiliatus sum nimis, rugiebam a gemitu cordis mei:lib.3.c 4.nu.5.& lib.7. c.4. num.6.& lib.3.cap.25.num.4.7.& libro.10. cap. 2.num.16.lib.14.c.22. num.29.& lib. 17.cap.6. num.8.

Domine ante te omne desiderium meum, & gemitus meus a te non est absconditus.lib.2.c 2.n.26.30. 31.& lib.4.c.13.nu.17.& lib.13.c.5.nu.25.

Cor meum cõturbatum est in me: de reliquit me virtus mea,& lumen oculorum meorum,& ipsum nõ est mecum.lib.1.c.12.nu.31.lib.3.c.4.num.3.& lib.3.c.18.nu.17.& lib.14.c.22.nu.29.

Amici mei,et proximi mei aduersũ me appropinquauerunt,& steterunt,& vim iuxta me erant,de longe steterunt: & vim faciebant qui quærebant animam meam & qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates,& dolos tota die meditabantur.lib.1.c.12.nu. 36.& c.21.nu. 11.20.& lib. 3.c.15.nu.20.lib.1.c.21.nu.20.

Ego autem tamquam surdus non audiebam: & sicut mutus non aperiens os suum: lib. 1.c. 12. nu. 36. lib.14.c.15.nu.2.

Et factus sum sicut homo non audiens,& non habens in ore suo redargutiones.lib. 14.c.15.nu.2.

Quoniam in te Domine speraui, tu exaudies me Domine Deus meus.lib.13.c.5.nu,1.

Quia dixi:nequando supergaudeãt inimici mei,& dũ cõmouẽtur pedes mei super me magna locuti sunt quoniã ego in flagella paratus sum: & dolor meus in conspectu meo semper.lib.3.c.25.nu.17.& lib. 4.c.5.nu.4.& lib.6.c.9.nu. 3.

Quoniam iniquitatem meam annunciabo,& cogitabo pro peccato meo.lib.3.c.22.nu. 4.

Inimici autem mei viuunt, & multiplicati sunt qui oderũt me inique: qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi quoniam sequebar bonitatem: ne derelinquas me Domine Deus meus;ne discesseris a me.lib 7.c.2.nu.12.lib.2.c.9.n.14.& lib. 11.c.15.nu.23.

Psal. 38. *Dixi custodiam vias meas: vt non delinquam in lingua mea.lib.10.c.7.num.2.12.& ca.8.num.7.& nu.15.*

Posui ori meo custodiam cum consisteret peccator aduersum me Obmutui, & humiliatus sum, & silui a bonis: & dolor meus renouatus est. lib. 1. c.12.num.37.lib.2.cap.8.num.5.& lib. 9.cap.7. num. 5. 25. 32.& libro. 10. cap. 7. num. 2. 12.

Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis.lib.1.c.12.nu.37.& lib.1.c. 25.nu.4.& lib.16.c.11.nu.78.& c.11. nu.7. 8. & c.12.n.1.

Locutus sum in lingua mea: notum fac mihi Domine finem meum, & numerum dierum meorum, quis est,vt sciam quid desit mihi.lib. 9.c.12.nu. 10.& lib.11.c.10.n.14.lib.18.c.17.nu.1.

Ecce mensurabiles posuisti dies meos: & substantia mea tamquam nihilum ante te.lib.18.c.17.nu.1. & lib.7.c.9.nu.3.

Verumtamen vniuersa vanitas,omnis homo viuens. libro. 2. cap. 19. num. 10. 11.& libro. 18. 17. num.1.

Verumtamen in imagine pertransit homo:sed & frustra conturbatur.lib.1.c.20.nu.22.& lib.8.c.3.n. 3.lib.1.c.17.nu.18.

Thesaurizat,& ignorat,cui congregabit ea.lib. 4.c. 28.nu.5.lib.1.c.17.nu.18.

Et nunc quæ est expectatio mea?nonne Dominus,& substantia mea apud te est.lib.7.c.9.nu.3.

Ab omnibus iniquitatibus meis erue me: opprobriũ insipienti dedisti me.lib. 2.c.8.nu.4.

Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti,amoue a me plagas tuas.lib.2.c.8.nu.5.& lib. 14.c.18.nu.1.

A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus propter iniquitatem corripuisti hominem, & tabescere fecisti sicut araneam animam eius: verumtamen vane conturbatur omnis homo. lib. 1.c.20.nu.22.& lib.3.c.19.nu. 16.& lib.14.c. 17.nu.3.4.& c.21.nu.3.

Ne sileas:quoniam aduena ego sum apud te,& peregrinus,sicut omnes patres mei.lib.2.c.2.nu.5. & lib.4.cap.19.num.1.& lib. 6.cap. 2.num 10. & lib.

& lib.9.c.14.nu.1.& 4.6.12.14.& lib.11.c.9. nu.15.lib.1.c.18.nu.28.

Remitte mihi,vt refrigerer priusquam abeam,& amplius non ero. lib.9.c.3.nu.10.& lib.4.c.19. numero 1.& libro 6. cap.2.num.10.& lib.9. cap. 14. num.1.4.6.12.14.& libro 11.cap.9. numero 15.

Psal. 39. *Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi. lib.2.c.13.nu.25.& libro 4.c.26.nu.9.*

Et exaudiuit preces meas,& eduxit me de lacu miseriæ,& de luto fœcis. lib.2.c.19.nu.12.& lib.4. c.26.nu.9.lib.14.c.28.nu.27.

Et statuit super petram pedes meos, & direxit gressus meos: & immisit in os meum canticum nouũ, carmen Deo nostro. lib.9.c.18.nu.5.& lib.14.c. 28.nu.27.& lib.1.c.17.nu.6.

Videbunt iusti, & timebunt, & sperabunt in eum. lib.5.c.13.nu.16.

Beatus vir cuius est nomen Domini spes eius:& non respexit in vanitates,& insanias falsas.lib.2.cap. 15.nu.48.& lib.2.c.19.nu.12.

Annunciaui,& locutus sum,multiplicati sunt super numerum. lib.14.c.11.nu.11.& libro 16.c.7. nu.17.

Annunciaui iustitiam tuam in Ecclesia magna, Ecce labia mea non probibebo, Domine tu scisti. lib.3.c.22.nu.28.

Non abscondi misericordiam tuam, & veritatem tuam a concilio multo. lib.4.c.11.nu.20.

Tu autem Domine ne longe facias miserationes tuas a me: misericordia tua,& veritas tua semper susceperunt me: quoniam circumcedederunt me mala, quorum non est numerus, comprehenderunt me iniquitates meæ,& non potui vt viderem. lib.4.c.11.nu.20.& lib.14.c.6.nu.37.

Cor meum dereliquit me. lib.1.c.20.nu.25.& lib. 2.c.9.nu.32.& lib.3.c.18.nu.17.

Confundantur & reuereãtur simul,qui quærunt animam meam, vt auferant eam: Conuertantur retrorsum,& reuereantur,qui volunt mihi mala. lib.9.c.16.nu.2.

Ferant confestim confusionem suam,qui dicunt mihi, Euge,euge. lib.1.c.3.nu.10.

Psal. 40. *Beatus vir qui intelligit super egenum, & pauperem. lib.1.c.24.nu.29.Ambrosius.& lib.5.cap. 10.nu.52.*

In die mala liberabit eum Dominus. lib.5. cap.10. nu.56.

Dominus conseruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra: & non tradat eum in animam inimicorum eius. Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius, vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius. lib.1.c.18.nu.9. & lib.2.c.1.nu.39.

Ego dixi,Domine miserere mei, sana animã meam, quia peccaui tibi. lib.1.c.22.nu.21.

Numquid qui dormit, non adijciet vt resurgat. lib. 9.c.18.nu.2.

Psal. 41. *Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarũ: ita desiderat anima mea ad te Deus. lib.1.cap.7. nu.3.& lib.2.c.12.nu.7.& lib.1.c.23.n.4.& lib. 2. cap.2. num.10.11.14.20. & libro 12. cap.3. num.24.*

Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam, & apparebo ante faciem Dei. lib.1.c.25. nu.4.& lib.2.c.2.nu.3.14.25.& lib.2.c.1.n.43. & c.2.nu.3.11.13.14.15.20.25.

Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dũ dicitur mihi quotidie: Vbi est Deus tuus? lib.2. c.2.nu.10.11.14.15.21.& lib.7.c.3.num.12.& cap.4.nu.9.& lib.2.c.2.nu.21.& c.5.nu.22.

Hæc recordatus sum,& effudi in me animam meã, quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei. lib.4.c.17.nu.12.et lib. 7.c.3.nu.7.8.

In voce exultationis & confessionis sonus epulantis. lib.7.c.3.nu.7.8.

Quare tristis es anima mea,& quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi salutare vultus mei,& Deus meus. lib.2.c.2.n.15.& lib.2.c.5.nu.15.21.32.& lib.7.c 3.nu.8.lib.16. c.4.nu.3.4.5.6.7.

Ad meipsum anima mea conturbata est,propterea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermonij a monte modico. lib.4.cap.17.nu.12.& lib.2.c.6. nu.31.

Abyssus abyssum inuocat in voce cataractarum tuarum. lib.4.c.17.nu.12.

Omnia excelsa tua, & fluctus tui super me transierunt. In die mandauit Dominus misericordiam suam,& nocte canticum eius. lib.17.c.2. nu.25. & c.4.nu.16.

Quare oblitus es mei? & quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus. lib.2.c.5.nu.32.

Dum confringuntur ossa mea, exprobrauerunt mihi inimici mei. lib 2.c.5.nu.32.

Iudica me Deus,& discerne causam meam de gente Psal. 42. *non sancta, ab homine iniquo & doloso erue me. lib.9.c. 15.nu.36.& c.21.nu.12.*

Emitte lucem tuam,& veritatem. lib.3.c.5.nu.10.

Manus tua gentes disperdidit,& plantasti eos,afflixisti populos, & expulisti eos. libro 4. cap. 18. Psal. 43. *nu.11.*

Nec enim in gladio suo possederunt terram, & brachium eorum non saluabit eos: sed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui, quoniam complacuisti in eis. libro 4.cap.7. nu.25.

In te inimicos nostros ventilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis.libro 1: c.20.nu.4.

Non enim in arcu meo sperabo,& gladius meus non saluabit me. lib.1.c.20. nu.4.& lib.2.c.7.num. 32.& lib.4.c.7.nu.25.

Hæc omnia venerunt super nos, nec obliti sumus te, & inique non egimus in testamento tuo, & non recessit retro cor nostrum, & declinasti semitas nostras a via tua. libro 9. cap. 15. numero 35.

Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis, & cooperuit nos vmbra mortis. libro 4. cap.1. numero 57.

Quoniam propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis.lib.1.c.8.nu.4.& lib. 1.c.24.nu.7.

Quoniam humiliata est in puluere anima nostra, & conglutinatus est in terra venter noster. libro 9. c.8.nu.10.& c.20.nu.19.

Psal. 44. Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi, libro 10.c.6.nu m.4. & lib.11:cap.6. num.124.

Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis.lib. 10.c.6.n.4.& lib.11.c.6.n.124.

Speciosus forma præ filijs hominum.lib.18.c.10.nu. 33.34.& lib.p.c.7.n.1.

Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum.

Accingere gladio super femur tuum potentissime. li. 3.c.5.n.12.& lib.15.c.7.n.10.

Specie tua & pulchritudine tua, intende prospere, procede,& regna.lib.3.c.5.n.12.

Propter veritatem,& mansuetudinem,& iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua.lib.3.cap.5 num.13.

Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent in corda inimicorum eius. lib.18.c.2.n.1.lib.14.c.25. nu. 45.lib.18.c.2.n.9.

Sedes tua Deus in sæculum sæculi, virga directionis, virga regni tui: lib.3.c.9 num. 26.& lib.4.c.5.n. 6.& lib.14.c.23.n.21.

Dilexisti iustitiam,& odisti iniquitatem, propterea vnxit de Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis, lib.3.cap.5. numer. 11.& cap. 9. numero.7.

Myrrha,& gutta,& cassia a vestimẽtis tuis,a domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo. lib.1.c.18.n.1.& lib.16.cap. 7. num.18.

Astitit regina a dextris tuis in ueſtitu deaurato, circundata varietate, libro 1.cap. 5.nume. 5.& cap.23. num.18.& libro 2.cap. 4. num.3.& lib. 4.cap.39.num.4. & lib. 15. cap.2. num. 22. 23. 24.& lib.16. cap.7.num.5.& lib.18.cap.9. numer.6.

Audi filia,& vide,& inclina aurem tuam; & obliuiscere populum tuum,& domum patris tui,& concupiscet rex decorem tuum, quoniam ipse est Dominus Deus tuus,& adorabunt eum, lib. 1.cap. 5.num.1. & cap. 22. numer. 20.& libr. 2. cap.12.num. 22.& lib. 5. cap. 3. num. 3.& lib. 9. cap. 22.num. 10. 11.& lib. 11. cap. 6. num.46. lib. 18.cap 6.n.12. 13.& cap. 10. nu. 33. 34.

Et filiæ Tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis. lib. 5.cap. 10. nu. 48.lib.11.c.6.n.89.

Omnis gloria filiæ regis ab intus, infimbrijs aureis, circumamicta varietatibus.lib.4. c.28.num.1.& lib.9.cap.2.num.17.& cap.24.n.7.

Adducentur regi virgines post eam, proximæ eius afferentur tibi: afferentur in lætitia, & exultatione, lib.5.cap.8.num. 3.& lib. 18.cap. 9. nume.6.

Psal. 45. Deus noster refugium, & virtus, adiutor in tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis. lib.4.c. 16. n.2.12.& lib.17.c.2.num.17.18.& lib.2.c.9.n. 32.& lib.6.c.11.n.2.

Propterea non timebimus, dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris. lib. 6. cap. 11.num. 2.& lib. 17.cap.2.num. 17.

Sonuerũt,& turbatæ sunt aquæ eorũ.conturbati sunt montes in fortitudine eius.lib.3.c.11.n.11.

Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei,lib. 1. cap. 23.num.15.& cap 25.num.1.& lib.2.cap.2.numer.4.13.& 16.c.12.n.7.44.

Deus in medio eius non commouebitur: adiuuabit eam Deus mane diluculo, lib.2.c.1.num.4.& lib. 3.ca.13.n.3.& lib.4.c.19.n.4.

Conturbatæ sunt gentes, & inclinata sunt regna, dedit votem suam,& mota est terra,lib.2.c. 7.n.33. & li.3.c.11.n.3.

Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster Deus Iacob.lib.2.c.7.n.33.& lib. 2.c.9.n.15.& lib.3. c.13.n.3.

Venite, & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram, auferens bella vsque ad finem terræ,lib.2.c.7.n.32.34.

Arcum conteret, & confringet arma,& scuta comburet igni, lib.2. cap.7.num.33.34.& cap.9.nume.15.

Vacate, & videte quoniam ego sum Deus,exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra, lib.2.c.1.n.26 & lib.3.c.23.n.18.& lib. 4.c.19.n.4.& lib. 13. c.12.n.1.

Psal. 46. Quoniam excelsus Dominus,terribilis, rex magnus super omnem terram, lib.3.cap. 14.nu.19.

Ascendit Deus in iubilo, & Dominus in voce tubæ. lib.7.c.14.n.19.

Quoniam rex omnis terræ Deus, Psallite sapienter. lib.1.c.5.n.9.

Deus sedet super sedem sanctam suam,lib.16,cap.7 num.19.

Quoniam dij fortes terræ vehementer eleuati sunt. lib.16.c.11.n.17.

Psal. 47. Latera Aquilonis ciuitas regis magni, lib.3.c. 17. n.14.

Ibi dolores vt parturientis, in spiritu vehementi cõteres naues Tharsis lib.3.c.21.n.18.

Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio tẽpli tui.lib.3.c.5.nu, 73.

Circumdate Sion, & complectimini eam, lib.16.ca. 6.n.16.

Psal. 48. Narrate in turribus eius, ponite corda vestra in virtute eius,& distribuite domos eius, vt, enarretis in progenie altera. lib. 3. cap. 2. numer. 29.30

Inclinabo in parabolam aurem meam, aperiam in Psalterio propositionem meam,libr. 14. cap. 29. num.22

Cur timebo in die malaʒ iniquitas calcanei mei circumdabit me: lib.9.cap.9.n. 7. lib. 2. cap. 7. nume.35.

Qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur. lib. 4. cap. 28. nume. 5.

Frater non redimit, redimet homo,lib.9. cap.9.nume.12.

Et pretium redemptionis animæ suæ, & laborauit in æternum,& viuet adhuc in finem,lib.9.ca. 15. num.2.

Non videbit interitum, cum viderit sapientes morientes,simul stultus,& insipiens peribunt:lib.14. c.20.n.1.15.16.lib.4.c.p.n.44.

Et relinquent alienis diuitias suas, & sepulchra eorum,domus illorum in æternum erit.lib.14.c.20. nu.1.lib.4.c.1.nu.45.46.

Et homo

Et homo cum in honore esset,non intellexit:comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.lib.2.c.15.nu.31.& lib.3.c.14.nu.8.9.& c. 23. nu. 16. 17. lib. 8. c.2.nu.3.4.6.8.10.11.& lib.12.c.4.nu.1.2.3.4.5.6.7.& lib.14.c.6.nu.11. & c.20.nu.2.& c.30.nu.13.

Hæc via illorum scandalum ipsis, & postea in ore suo complacebunt.lib.14.c.20.nu.2.

Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos. lib.1.c.1.nu. 55.

Et dominabuntur eorum iusti in matutino, & auxilium eorum veterascet in inferno a gloria eorum. lib.7.c.3.nu.8.

Veruntamen Deus redimet animam meam de manu inferi cum acceperit me.lib.7.c.1.nu.27.

Ne timueris cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius, quoniam cum interierit,non sumet omnia:neque descendet cum eo gloria eius.lib.2.c.15.nu.3.

Quia anima eius in vita ipsius benedicetur: confitebitur tibi,cum benefeceris ei.lib. 2. c. 15.nu.3. 4.& lib.2.c.11.nu.25.& lib.7.c.7.nu.11.

Psal. 49. Deus deorum Dominus locutus est, & vocauit terram.lib.3.c.10.nu.46.

A solis ortu vsque ad occasum ex Sion species decoris eius,Deus manifeste veniet Deus noster,& non silebit,ignis in conspectu eius exardescet,& in circuitu eius tempestas valida. lib. 2.c.10.nu. 33.& lib.9.c.9.nu.19.43.47.56.

Aduocauit cælum desursum,& terram discernere populum suum.lib.9.c.9.nu.43.47.56.

Holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper. lib.1.c.2.nu.20.

Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua.lib.2.c.13.nu. 16.

Et inuoca me in die tribulationis,& eruam te,& honorificabis me.lib. 6.c. 10. nu.31.& lib. 17.c.2. nu. 18.

Peccatori autem dixit Deus,Quare tu enarras iustitias meas,& assumis testamentum meum per os tuum.lib.14.c.29.nu.35.

Tu vero odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum?si uidebas furem currebas cum eo,& cum adulteris portionem tuam ponebas.lib. 1.c.3.nu.11.

Os tuum abundauit malitia,& lingua tua concinnabat dolos.lib.1.c.8.nu.11.

Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris,& aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum, hæc fecisti, & tacui:existimasti inique quòd ero tui similis:arguam te,& statuã contra faciem tuã.li. 1. c.13.nu.11.& c.3.nu.11.& lib.11.c. 16. nu. 15. 16.& c.17.nu.1.& lib.16.c.8.nu.24.lib.4.c.13. nu.15.lib.9.c.9.nu.43.& c.10.nu. 6.7.& lib.3. c.19.nu.17.

Intelligite hæc qui obliuiscimini Deum, ne quando rapiat,& non sit qui eripiat.lib.9.c.9. nu. 43. & c.10.nu. 7.

Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo ostendam illi salutare Dei.lib. 2. c.13.nu. 8. 17. 18.lib.5.c.6.nu.15.

Psal. 50. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.lib. 3. c. 19.nu.11.& lib.4.c.7.nu.5.34.35.lib. 16.c. 11. nu.18.

Amplius laua me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me.lib.14.c.22.nu.37.36.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco,& peccatum meum contra me est semper. lib.3. c. 25. nu. 9.10.lib.8.c.8.nu.24.& lib.13.c.3.nu.38.lib.1. 18.nu.11.

Tibi soli peccaui,& malum coram te feci,vt iustificeris in sermonibus tuis,& vincas cum iudicaris. lib.14.c.22.nu.38.42.lib.3.c. 10.nu. 91. Ambros.lib.4.7.nu.20.

Ecce enim veritatem dilexisti, incerta, & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.lib.17. c.5.nu.4. 5.15.16.

Asperges me Domine hyssopo, & mundabor,lauabis me,& super niuem dealbabor.lib.1.c. 22.nu. 21. & lib.8.c.8.nu.14.17.19.& lib.11.c.6.nu.82.

Auditui meo dabis gaudium,& lætitiam,& exultabunt ossa humiliata.lib.14.c.26.nu. 31.

Auerte faciem tuam a peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.lib.14.c.10.nu. 15. 14.& c. 23.nu.21.lib.1.c.18.nu.11.

Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis, ne proijcias me a facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas a me. lib.4.c.26.nu.16. Ambros.& lib.7.c.2.nu.16.& lib.14.c.18.nu.22.& lib.16.c.12.nu.66.& lib. 16.c.12.nu.26.66.67.

Redde mihi lętitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me.lib.7.c.2.nu.16. lib. 16. cap.12. nu.66.

Domine labia mea aperies, & os meum annunciabis laudem tuam.lib.4.c. 14.num.15.& lib.10.c.7. nu.21.

Quoniam si voluisses sacrificium dedissem vtique,holocaustis non delectaberis.lib.8.c.8.nu.24.

Sacrificium Deo spiritus cotribulatus:cor contritum & humiliatum Deus non despicies. lib. 3. c. 25. nu.9.10.& lib.8.c.8.nu.24.& lib.13.c.3.nu.38.

Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion vt ædificentur muri Hierusalem.lib.1.c.21.nu. 19. lib.3.c.17.nu.20.22.

Psal. 51. Quid gloriaris in malitia,qui potens es in iniquitate tota die iniustitiam cogitauit lingua tua.lib. 14. c.19.nu.19.

Sicut nouacula acuta fecisti dolum.lib. 1. c. 12. nu. 54.lib.2.c.16.nu.21.& lib.9.c.17.nu.11.

Dilexisti omnia verba præcipitationis lingua dolosa.lib.3.c,11.nu.31.

Propterea Deus destruet te in finem,euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium.lib.1.c.24.nu.5.

Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & prævaluit in vanitate sua.lib. 1.c.24. nu. 4.& lib.2.c.16.nu.23.

Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei sperauí in misericordia Dei in sæculum sæculi. lib.5.c. 10.nu.36.& lib.7.c.8.nu.16.

Et expectabo nomen tuum,quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum.lib.12.c.2.nu.13.19.

Psal. 52. Dixit insipiens in corde tuo non est deus: corrupti sunt,& abominabiles facti sunt in iniquitatibus,

non est

Universidad de Deusto

non est qui faciat bonum. lib.14.c.15.nu.3.& c. 23.nu.12.

Nonne scient omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam, vt cibum panis. lib.11.c. 16.nu.11. & lib.8.c.1.nu.9.

Deum non inuocauerunt, illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor. lib.13 c.9 nu.12. & libro 2. cap.7.nu.40. & lib.17.c.3.nu.16. lib.1.cap.11. nu.11.

Quoniam Deus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent: confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos. lib.18.c.1.nu.23.40.

Psal. 53. Deus in nomine tuo saluum me fac, & in virtute tua iudica me: Deus exaudi orationem meam, auribus percipe verba oris mei. libro 13.cap.9. nu.13.

Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me, & forte quæsierunt animam meam, & non proposuerunt Deum ante conspectum suum. lib.2.cap.19. num.20.

Ecce enim Deus adiuuat me, & Dominus susceptor est animæ meæ. lib.2.c.19.nu.20.

Auerte mala inimicis meis, & in veritate tua disperde illos. lib.2.c.19 nu.20.

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me, & super inimicos meos despexit oculus meus. lib.7.cap.6. nu.12.

Psal. 54. Contristatus sum in exercitatione mea, & conturbatus sum a voce inimici, & a tribulatione peccatoris. lib.11. cap.15.nu.17. & lib.1.cap.12.num. 49.50.

Quoniam declinauerunt in me iniquitates, & in ira molesti erant mihi. lib.9.c.7.nu.34.

Cor meum conturbatum est in me, & formido mortis cecidit super me: timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ. lib.1.cap.12. nu.51.

Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam. libro 1.c.12.nu.51. lib.9.c.7.n.34. & lib.1.c.2.nu.22.& c.17.nu.15. & lib.1,c.22. nu.27.& lib.6.c.9.nu.25.

Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. lib.9. c.21.nu.13.

Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi; sustinuissem vtique, & si is qui oderat me super me magna locutus fuisset, & abscondissem me forsitan ab eo: tu vero homo vnanimis, dux meus, & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos: in domo Dei ambulauimus cum consensu. lib.1.c.19.nu.15.& lib.1.c.15.nu.14.& lib.9.c. 20.nu.22.

Veniat mors super illos, & descendant in infernum viuentes. lib.9.cap.3.nu.21.& lib.15.cap.5 nu. 14.15.

Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula. lib.1.c.3.nu.15.

Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet, & non dabit in æternum fluctuationem iusto. lib.4.c.3.nu.15.

Viri sanguinum & dolosi nõ dimidiabunt dies suos: ego autem sperabo in te Domine. lib.11.c.9.nu. nu.12.& lib.16.c.11.nu.30.

Psal. 55. Miserere mei Deus, quoniam conculcauit me homo, tota die impugnans tribulauit me. libro 9. cap.20. numero 20.

Inhabitabunt, & abscondent: ipsi calcaneum meum obseruabunt. lib.4.c.31.nu.29.

Sicut sustinuerunt animam meã pro nihilo saluos facies illos, in ira populos confringes. lib.6.c.10. nu.32.

Deus, vitam meam annunciaui tibi, posuisti lachrymas meas in conspectu tuo. libro 14.cap.23.numero 10.

In quacumque die inuocauero te, ecce ego cognoui, quoniam Deus meus es. lib.1.c.11.nu.11.& lib. 4.c.3.nu.16.

Clamabo ad Deum altissimum, Deum qui benefecit Psal. 56. mihi. lib.4.c.16.nu.13.

Filij hominum, dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. lib.3.c.10.nu.46. & lib.10.c.8.nu.20.

Exaltare super cælos Deus: & in omni terra gloria tua. lib.3.c.16.nu.46.

Paratum cor meum Deus, paratum cor meum. lib.3. c.19.nu.34.& lib.18.c.19.nu.5.

Si vere vtique iustitiam loquimini, recte iudicate fi- Psal. 57. lij hominum. lib.9.c.10.nu.1.

Etenim in corde operamini iniquitates, in terra iustitias manus vestræ concinnant. libro 7. cap. 4.nu.18.

Sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter. lib.14.c.11.nu.12.& lib.16. c.10.nu.35.

Sicut cera quæ fluit, auferentur: supercecidit ignis, & non viderunt solem. lib.3.c.4.nu.11.

Priusquam intelligerent spinæ vestræ rhamnum, sicut viuentes, sicut in ira absorbet eos. lib.14.cap. 11.nu.13.

Lætabitur iustus cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. libro 4. cap. 4. num.5. & libro 6.cap.10.nu.33. & libro 16. c.7.nu.14.

Et dicet homo, Si vtique est fructus iusto, vtique est Deus iudicans eos in terra. libro 6. cap. 10. nu.33.

Non misereris omnibus qui operantur iniquitatẽ. Psal. 58. lib.14.c.15.nu.12.

Famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem. lib.6.c.1.nu.7.

Deus meus misericordia eius præueniet me. libro 4. c.14.nu.14.15.& lib.7.c.9.nu.13.17.

Et de execratione & mendacio annunciabuntur in consummatione, in ira consummationis, & non erunt. lib.4.c.12.nu.20.

Deus repulisti nos, & destruxisti nos: iratus es, & Psal. 59. misertus es nobis. lib.4.c.5.nu.31.

Commouisti terram, & conturbasti eam: sana contritiones eius, quia commota est. lib.3.c.24.nu.25. & lib.17.c.3.nu.17.

Ostendisti populo tuo dura: Potasti nos vino compunctionis, dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant a facie arcus, & liberentur dilecti tui. lib.1.cap.25.nu.8.& libro 3. cap.24. num.15.16.& libro 4. cap.3.num.4. & libro 6. cap.11.nu.11.20. & lib.9.c.9.nu.57.& libro 9. c.9.nu.29.

Moab olla spei meæ. lib.9.c.15.nu.37.

Da nobis auxilium de tribulatione, quia vana salus hominum. lib.7.cap.4.num.8. & lib.17. cap.4. nu.17.

Psal. 60. A finibus terræ ad te clamaui, dum anxiaretur cor meum, in petra exaltasti me. libro 17. cap. 4. nu.17.

Misericordiam & veritatem eius quis requiret? lib. 4.c.11.nu.21.

Sic psalmum dicam nomini tuo in sæculum sæculi, vt reddam tibi vota de die in diem. lib.14.c.24. nu.13.

Psal. 61. Nonne Deo subiecta erit anima mea, ab ipso enim salutare meum: nam & ipse Deus meus, & salutaris meus, susceptor meus, non mouebor amplius. lib.4,c.20.nu.5. & lib.6.c.9.nu.32. & lib.16.c. 13.nu.29.& lib.18.c.19.nu.7 8.

Quousque irruitis in hominem, interficitis vniuersi vos tamquam parieti inclinato, & maceriæ depulsæ. libro 4.c.25.nu.14.

Verumtamen pretium meum cogitauerunt repellere, cucurri in sitiore suo benedicebant, & in corde suo maledicebant. lib.3.c.10 nu.9. & lib.4.c.23. nu.9.& c.35.nu.3.& lib.11.c.14.nu.1. & lib.1. c.12.nu.52.

Verumtamen Deo subiecta est anima mea, quoniam ab ipso patientia mea. lib.4.c.35.nu.3.& libro 6. c.13.nu.13.

Quia ipse Deus meus, & Saluator meus, adiutor meus, non emigrabo. lib.4.c.20.nu.5. & lib.16. c.13.nu.29.

In Deo salutare meum, & gloria, Deus auxilij mei, & spes mea in Deo est. lib.4.c.35.nu.3.

Sperate in eo omnis congregatio populi. lib.16.c.11. nu.29.

Effundite coram illo corda vestra, Deus adiutor noster in æternum.

Verumtamen vani filij hominum, mendaces filij hominum in stateris, vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum. lib.2.cap.19.nu.6.7. & libro 18. c.1. nu.40.

Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere, diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. lib.2.c.19.nu.7.& lib.2,c.15.nu.66. Ambros. & nu.5. & c.16.nu.25.

Semel locutus est Deus, duo hæc audiui, quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia. lib.4.c. 11.nu.22.23.24.18.& c.35.nu.14.

Psal. 62. Deus Deus meus ad te de luce vigilo. lib.18.cap.5. nu.12.

Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea. lib.4.c.28.nu.16.& lib.6.c.1.nu.8.9.& lib.18.c.16.nu.21.

In terra deserta, inuia, & inaquosa, sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam. lib.3.c.1.nu.45.

Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, & in nomine tuo leuabo manus meas, & labijs exultationis laudabit os meum. libro 9. cap.24. numero 12.

Sic memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te, quia fuisti adiutor meus. lib. 18. c.18.nu.6.

Et in velamento alarum tuarum exultabo. lib.4.cap. 20.nu.15.

Adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua. lib.4.c.20.nu.15. & lib.1.c.2.nu.21. & lib.2.c. 9.nu.24.

Ipsi vero in vanum quæsierunt animam meam. lib.1. c.2.nu.21. & lib.2.c.9.nu.24.

Introibunt in inferiora terræ. lib.1.cap.24. numero 5.

Exaudi Deus orationem meam cum deprecor, a ti- Psal. 63. more inimici eripe animam meam. lib.11.cap.7. nu.12.

Quia exacuerunt linguas suas, intenderunt arcum suum, rem amaram, vt sagittent in occultis immaculatum. lib.1.c.25.nu.8.

Defecerunt scrutantes scrutinio. lib.4.c.13.nu.9.

Conturbati sunt omnes, qui videbant eos, & timuit omnis homo: annunciauerunt opera eius, & facta eius intellexerunt. lib.17.c.3.nu.18.

Te decet hymnus Deus in Sion. lib.1. cap.18.nu- Psal. 64. mero 10.

Visitasti terram, & inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam. Flumen Dei repletum est aquis, parasti cibum illorum, quoniam ita est præparatio eius, riuos eius inebrians, multiplica genimina eius, in stillicidijs eius lætabitur germinans. lib. 2.c.13.nu.13.

Benedices coronæ anni benignitatis tuæ. lib.2.cap.4. nu.24.

Venite & videte opera Dei, terribilis in consilijs su- Psal. 65. per filios hominum. lib.2.c.11.num.34. lib.14. c.24.nu.7.

Qui conuertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pede, ibi lætabimur in ipso. lib.2.c.19.n.21. & lib.11.c.12.nu.33.

Introibo in domum tuam in holocaustis, reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea. lib.3.c.19. nu.18.& lib.15.c.5.nu.2.

Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum. lib.3.c.2.nu.31.& lib.10.c.2 nu.22.

Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi popu Psal. 66. li omnes, lætentur, & exultent omnes gentes, quoniam iudicas populos in æquitate. lib.3.cap.22. nu.18.

Sicut deficit fumus, deficiant; sicut fluit cera a facie Psal. 67. ignis, sic pereant peccatores a facie Dei. lib,9.c.9. nu.58.

Et iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei, & delectentur in lætitia. lib.7.c.3.nu.9.

Qui educit vinctos in fortitudine, similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulchris. lib.14.c.8. nu.23.

Etenim cæli distillauerunt a facie Dei Sinai, a facie Dei Israel. lib.7.cap.8. nu.25. & lib.16.c.12. nu.64.

Pluuiam voluntariam segregabis Deus hereditati tuæ, & infirmata est: tu vero perfecisti eam. lib. 7.c.8.nu.25. & lib.8.c.5. nu.11. & lib.16.c.12. nu.64.& lib.3.c.19.nu.23.

Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa. lib.14.c.27.nu.15.

Rex virtutum dilecti, & speciei domus diuidere spolia. lib.2.c.8.nu.22.

Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri. libro 3. cap.8.num.11. & libro 5.cap.10. nu.36.

nu.36. & libro 3.cap.2. nu.32. & lib.9. cap.14. nu.13.
Mons coagulatus, mons pinguis. lib.3. cap.9. numero 28.
Currus Dei decem millibus multiplex millia lætantium, Dominus in eis, in Sinai, in sancto. libro 7. c.3.nu.9. & lib.16.c.7.nu.20.
Verumtamen Deus confringet capita inimicorum suorum, verticem capilli perambulantium in delictis suis. lib.16.c.13 nu 30.
Dixit Dominus, Ex Basan conuertam, conuertam in profundum maris. lib.3.c.19.nu.19. & lib.4. c.23.nu.10.
Vt intinguatur pes tuus in sanguine, lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. lib.4.c.23.nu.10.
Præuenerunt principes coniuncti psallentibus in medio iuuencularum tympanistriarum, &c. Ibi Beniamin adolescentulus in mentis excessu. lib.13. c.11.nu.13. & lib.14.c.25.nu.46. & lib.15.c.6. nu.15.
Aethiopia præueniet manus eius Deo. lib.5. cap.7. nu.28. Ambrosius.
Psal. 68. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. lib.1.c.25.nu.5. & lib. 2.c.6.nu.1. & lib.3.c.10.nu.48.
Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. lib.2.c.6.nu.1. & lib.3.c.10.nu.48.
Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. lib.1.c.20.nu.25. & lib.5.c.11.nu.17.
Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam. lib.3.c.10.nu.48.
Quoniam zelus domus tuæ comedit me. lib.1.c.14. nu.16. & lib.9.c.7.nu.37.
Et operui in ieiunio animam meam, & factum est in opprobrium mihi. libro 1.cap.1.nu.63. Ambrosius.
Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum, neque vrgeat super me puteus os suum. lib.14.cap.7.nu.22 & nu.23. & cap.8. nu.24.
Exaudi me Domine, quoniam benigna est misericordia tua. lib.4.c.11.nu.2.
Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributiones, & in scandalum. libro 4. cap.28. nu.17.
Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua. lib.3.c.4.nu.12.
Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt, & super dolorem vulnerum meorum addiderunt. lib.6. c.10.nu.10.
Psal. 69. Confundantur, & reuereantur, qui quærũt animam meam. lib.9.c.16.nu.4.
Auertantur retrorsum, & erubescant, qui volunt mihi mala. lib.1.c.3.nu.16.
Auertantur statim erubescentes, qui dicunt mihi, Euge, euge. lib.1.c.3.nu.12.16.
Adiutor meus, & liberator meus es tu, Domine ne moreris. lib.2.c.3.nu.13.
Psal. 70. Inclina Domine ad me aurem tuam, & salua me: Esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum, vt saluum me facias, quoniam firmamentum meum, & refugium meum es tu. lib.4. c.16. nu.14. & lib.10.c.9.nu.6.
Repleatur os meum laude, vt cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem. lib.2.c.13.nu.13.
Ne proijcias me in tempore senectutis, cum deficiet virtus mea, ne derelinquas me. lib.7.c.3.nu.17. & lib.18.c.13.nu.10.
Deus dereliquit eum, persequimini, & comprehendite, quia non est qui eripiat. libro 3. cap.10. nu.83.
Quia non cognoui litteraturam, introibo in potentiam Domini, Domine memorabor iustitiæ tuæ solius. lib.4.c.39.nu.20. & lib.7.c.6.nu.13. & lib. 2.c.1.nu.42.
Deus docuisti me a iuuentute mea, & vsque nunc pronunciabo mirabilia tua. libro 14. cap.24. nu.14.
Exultabunt labia mea, cum cantauero tibi. libro 7. c.2.nu.16.
Deus iudicium tuum regi da. libro 2.c.6.nu.7.8. & lib.18.c.7.nu.16. Psal. 71.
Iudicare populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio. lib.18.c.7.nu.16.
Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia super terram. libro 3. cap.5. num.14. 43. & libro 5.cap.7. num.2.27. Ambrosius. & numero 25.
Orietur in diebus iustitia, & abundantia pacis, donec auferatur luna. lib.3.c.5. nu.14.43. & lib.5. c.4.nu.3.
Reges Tharsis, & insulæ munera offerent, reges Arabum, & Sabba dona adducent. libro 3. cap.5. num.43.
Ex vsuris, & iniquitate redimet animas eorum. lib. 4.c.39.nu.35.36. Ambrosius.
Replebitur maiestate eius omnis terra. libro 2.cap. 1.nu.23. Psal. 72.
Quam bonus Israel Deus his qui recto sunt corde. lib.6.c.11.nu.17. & lib.11.c.6.nu.85. & libro 2. c.11.nu.34 & lib.4.c.24.nu.13.
Mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei. lib.18.c.16.nu.8. & lib.2.c.6.nu.5. & c.7.nu.4. & libro 6.c.11.nu.3.
Quia zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns. libro 2.c.6.nu.5. & c.7.nu.4. & libro 2. c. 18.nu.17.
Quia non est respectus morti eorum, & firmamentum in plaga eorum: libro 2.c.18.nu.17.
In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur: ideo tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate, & impietate sua, prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum: libro 2. c.18.nu.17. 18. & libro 3.c.19.nu.34. & libro 4.c.8. nu.22. libro 6.cap.9.nu.1. & c.11.nu.3. & libro 14.c.8. num 25.
Transierunt in affectum cordis, cogitauerunt, & locuti sunt nequitiam, iniquitatem in excelso locuti sunt. libro 14.cap.8.nu.25. & lib.16.cap. 13.nu.43.
Existimabam vt cognoscerem hoc, labor est ante me, donec intrem in sanctuarium Dei, & intelligam in nouissimis eorum. lib.2.c.16.nu.19.20. & lib.4.c.17.nu.12.
Verumtamen propter dolos, posuisti eis, deiecisti eos, dum alleuarentur. lib.1.c.20.nu.25. & lib. 2.c.15.nu.54. & lib.5.c.11.nu.17. & lib.16.cap. 13.nu.20.

Velut somnium surgentium Domine, in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. libro 12.c.4.nu.7.
Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. lib.17.c.5.nu.16.
Tenuisti manum dexteram tuam, & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me. libro 1. c.2.nu.17.
Quid mihi est in cælo, & a te quid volui super terram? lib.1.c.2.nu.28. & lib.2.c.4.nu.20. & cap. 16.nu.15.
Defecit caro mea, & cor meum Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. lib.1.c.18.num.3. & lib.2.c.16.nu.15. & lib.16.c.1.nu.19.
Perdidisti omnes qui fornicantur abs te. lib.1.cap. 5.nu.11.
Mihi autem adhærere Deo bonum est, ponere in Domino Deo spem meam. libro 1.cap.7.nu.5. & lib. 2.c.19.nu.28. & libro 1.c.5.nu.11. & libro 4.c. 20.nu.16.
Psal. 73. Quanta malignatus est inimicus in sancto. lib.4. c. 36.nu.11.
Vt quid auertis manum tuam, & dexteram tuam de medio sinu tuo in finem. lib.4.c.26.nu.2.
Deus autem rex noster ante sæcula, operatus est salutem in medio terræ. lib.7.c.9.nu.21.22.
Contribulasti capita draconum in aquis. lib.2. cap. 8.nu.31.
Dedisti eum escam populus Aethiopum. lib.4.c.32. num.3.
Tu dirupisti fontes, & torrentes, tu siccasti fluuios Ethan. libro 4. cap.32.num.4. & libro 16.cap. 10.nu.36.
Tuus est dies, & tua est nox; tu fabricatus es auroram, & solem, tu fecisti omnes terminos terræ, æstatem & ver tu plasmasti. lib.5.c.8.nu.11.
Psal. 74. Narrabimus mirabilia tua, cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. lib.14.c.23.nu.23.
Calix in manu Domini vini meri plenus mixto, & inclinauit ex hoc in hoc, verumtamen fæx eius non est exinanita, bibent omnes peccatores terræ. lib.4.c.9.nu.8. & lib.6.c.10.nu.17. & lib.16. c.4.nu.21.
Psal. 75. Notus in Iudæa Deus, in Israel magnum nomẽ eius. lib.3.c.5.nu.88. Ambrosius.
Et factus est in pace locus eius. libro 14.cap.5.nu. 13. & lib.1.c.15.nu.17. & lib.2.c.5. nu.33. & c.7.nu.40.
Ibi confregit potentias arcuum, scutum, gladium, & bellum. lib.2.c.5.nu.34.
Illuminans mirabiliter a montibus æternis. lib.16. c.6.nu.20.
Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. lib.1.c.24. nu.31. Ambrosius. & lib.2.c.15. nu.43. & cap. 15.nu.50. & lib.5.c.10.nu.50. & libro 18.cap. 15.nu.14.
Ab increpatione tua Deus Iacob dormitauerunt, qui ascenderunt equos, tu terribilis es, & quis resistet tibi. lib.6.c.11.nu.21.
Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi. lib.3. c.22.nu.14. & lib.6.c.4.nu.20. & lib.7.c.5.nu. 12. & lib.14.c.10.nu.15.16.
Voce mea ad Dominum clamaui, voce mea ad Deũ, Psal. 76. & intendit mihi. lib.13.c.9.nu.14.
In die tribulationis meæ Deum exquisiui, manibus meis nocte contra eum, & non sum deceptus. lib. 13.c.6.nu.9. & lib.17.c.4.nu.10. & lib.13.c.4. nu.10.
Renuit consolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus sum, & exercitatus sum, & defecit spiritus meus. libro 1.cap.2.nu.12. & lib.2.cap.12. num.6. & libro 1.cap.18.nu.31. & libro 2.cap.4. num.24. & libro 3.c.25. nu.22. & lib.14. c.23. nu.15.
Anticipauerunt vigilias oculi mei, turbatus sum, & non sum locutus. lib.1.cap.15.nu.14. & libro 14.c.10.nu.12. & lib.9.c.7.nu.30.
Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui. lib.3.c.23.nu.9.10.
Et meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar, & scopebam spiritum meum. lib.3.cap 23. nu.10 & lib.4.c.7.nu.15.
Numquid in æternum proijciet Deus, aut non apponet, vt complacitior sit adhuc? aut in finem misericordiam suam abscindet, a generatione in generationem? aut obliuiscetur misereri Deus? aut continebit in ira sua misericordias suas? lib.4. c. 7.nu.15. & lib.6.c.10.nu.22.
Et dixi, Nunc cœpi, hæc mutatio dexteræ excelsi. lib.3.cap.6.nu.16. & cap.23.nu.10. & lib.6.cap. 10.nu.22.
Deus in sancto via tua. lib.3.c.6.nu.16.
Vocem dederunt nubes. lib.18.c.2.nu.43.
Etenim sagittæ tuæ transeunt, vox tonitrui tui in rota. lib.1.c.23.nu.14. & lib.2.c.16.nu.16. & lib. 18.c.2.nu.43.
Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ, commota est, & contremuit terra. lib.1.c.23.nu.14.
In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis, & vestigia tua non cognoscentur. lib.1.c.23.nu.14. & lib.7.c.8.nu.30.
Attendite populo meus legem meam, inclinate aurem vestram in verba oris mei. libro 8. cap.8. nu.21. Psal. 77.
Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio. lib.3.c.15.nu.16.
Filij Ephrem intendentes, & mittentes arcum, conuersi sunt in die belli. lib.14.c.28.nu.30. lib.16. c.10.nu.37.
Et obliti sunt benefactorum eius, & mirabilia eius, quæ ostendit eis. lib.2.c.12.nu.25.
Et eduxit eos in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis. lib.9.c.9.nu.59.
Interrupit petram in eremo, & adaquauit eos velut in abysso multa. lib.3.c.10.nu.49.
Et mandauit nubibus desuper, & ianuas cæli aperuit. libro 2.cap.6.num.17. & libro 18.cap.2. nu.33.
Et pluit illis manna ad manducandum, & panem cæli dedit eis, panem angelorum manducauit homo. libro 5.cap.12. num.31. & 37. Ambrosius. & nu.38.
Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos. lib.5.c.12.nu.29.
Cum occideret eos Deus, quærebant eum, & reuertebantur. libro 2.cap.9.nu.17. & libro 5.cap.9. nu.3.

nu.3. & lib.6.c.9.nu.13.
Et dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei. lib.14.c.19.nu.16.
Cor autem eorum non erat rectum cum eo, nec fideles habiti sunt in testamento eius. libro 14.c.19. nu.16.
Et occidit in grandine vineas eorum, & moros eorum in pruina. lib.18.c.15.nu.47.
Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem, & iram, & tribulationem, immissiones per angelos malos lib.4.c.34.nu.14.& c.36.nu.7.
Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici. lib.8.c.9. nu.23.

Psal. 78. Cito anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis. lib.7.c.9.nu.17.18.
Introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum. lib.2.c.5.nu.35.& lib.9.c.13.nu.13.13.

Psal. 79. Cibabis nos pane lachrymarum, & potumdabis nobis in lachrymis in mensura. lib.3.c.25.nu.24.& lib.4.c.6.nu.2.& lib.9.c.3.nu.1.
Deus virtutum conuerte nos, & ostende faciem tuam, & salui erimus. lib.2.c.11.nu.24. & lib.4. c.14.nu.2.
Operuit montes vmbra eius, & arbusta eius cedros Dei. lib.4.c.24.nu.7.
Et vindemiant eam omnes qui prætergrediuntur viam, exterminauit eam aper de silua, & singularis ferus depastus est eam. lib.2.c.10.nu.18.& lib.4.c.35.nu.5.
Incensa igni, & suffossa, ab increpatione vultus tui peribunt. lib.11.c.12.nu.34.

Psal. 80. In tribulatione inuocasti me, & liberaui te, exaudiui te in abscondito tempestatis, probaui te apud aquã contradictionis. lib.9.c.20.nu.21.& lib.17.cap. 2. nu.28.
Ego enim sum Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Aegypti, dilata os tuum, & adimplebo illud. lib.2.c.10.nu.27.& lib.4.c.14.nu.15.
Et non audiuit populus vocem meam, & Israel non intendit mihi. Et dimisi eos secundum desideria eorum, ibunt in adinuentionibus suis, si populus meus audisset me, & Israel si in vijs meis ambulasset, pro nihilo forsan inimicos eorum humiliassem, & super tribulantes eos misissem manum meam. lib.2.c.10.nu.27.28.

Psal. 81. Deus stetit in synagoga deorum, in medio autẽ deos dijudicat. lib.2.c.5.nu.13.& lib.8.c.2.nu.7.& lib.17.c.3.nu.8.
Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. lib.1.c.12.n. 40.& lib.2.c.16.nu.28. & lib.2.cap.5.nu.13. & lib.8.c.2.nu.7.& lib.17.c.3.nu.8.
Vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus de principibus cadetis. lib.8.c.2.nu.7.& lib.1.c.12. nu.40.

Psal. 82. Deus quis similis erit tibi. lib.5.cap.8.nu.13. Ambrosius.
Quoniam cogitauerunt vnanimiter, simul aduersum te testamentum disposuerunt, tabernacula Idumæorum, & Ismaelitæ, Moab, & Agareni, Gebal, & Ammon, & Amalech, alienigenæ cum habitantibus Tyrum: Etenim Assur venit cum illis. libro 2. cap.6. num.36. & libro 12.cap.4. num.19.
Deus meus pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti: sicut ignis qui comburit siluam. lib.12.c.4.nu.19.& nu.25.

Psal. 83. Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutũ, concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. lib. 2.c.2.nu.10.13.16. & c.16.nu.29.
Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deũ viuum. lib.2.c.2.nu.16.
Etenim passer inuenit sibi domum, & turtur nidum, vbi reponat pullos suos. libro 3. cap.24. nu.14.
Altaria tua Domine virtutum, rex meus, & Deus meus. lib.2.c.2.nu.16.
Beati qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te. lib.2.c.1. nu.25.28.
Beatus vir cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit, in valle lachrymarum, in loco quem posuit. lib.2.c.2.nu.28.& lib.3.c.27.n.11. Ambrosius. & lib.8.c.8.nu.30.
Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus Deorũ in Sion. lib.9.c.22.nu.27.
Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum. libro 2.c.2. nu.10.

Psal. 84. Benedixisti terram tuam Domine, auertisti captiuitatem Iacob. lib.10.c.4.nu.13.
Numquid in æternum irascaris nobis? aut extendes iram tuam a generatione in generationem? lib.6. c.9.nu.6.
Deus tu conuersus viuificabis nos, & plebs tua lætabitur in te. lib.4.cap.14. nu.18. & libro 7. c.2. nu.13.
Ostende nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. lib.4.c.14.nu.14.
Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam, & super sanctos suos, & in eos qui conuertuntur ad cor. lib.4.c.27.nu.6.& lib.14.c.4.nu.9.
Verumtamen prope timentibus eum salutare ipsius, vt inhabitet gloria in terra nostra: misericordia & veritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax osculatæ sunt. lib 3.c.5.nu.75.76.77.78.79.& lib. 14.c.4.nu.10.
Veritas de terra orta est, & iustitia de cælo prospexit. lib.3.c.22.n.20.21.& lib.11.c.6.nu.37.
Etenim Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum. lib.3.c.22.nu.21.
Iustitia ante eum ambulabit, & ponet in via gressus suos. lib.3.c.22.nu.21.

Psal. 85. Lætifica animam serui tui, quoniam ad te Domine animam meã leuaui. lib.2.c.3.n.15.lib.13.c.11. n.7.8.9.lib.3.c.23.27.n.3.lib.7.c.4.nu.7.
Quoniam tu Domine suauis, & mitis, & multæ misericordiæ omnibus inuocantibus te. lib.13.c.9.nu. 15. lib.3.c.27.nu.3.lib.7.c.4.nu.7.
Auribus percipe Domine orationem meam. lib.13. c.6.nu.13.
Lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum. lib.17.c. 3.nu.20.28.
Quia misericordia tua magna est super me, & eripuisti animam meam ex inferno inferiori. lib.11. c.12.nu.35.& lib.2.c.14.num.9.& lib.4.cap.7. nu.28.

Quoniam

Quoniam tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me. lib.10.c.2.nu.17.

Psal. 86. Fundamenta eius in montibus sanctis. lib.1.cap.23. nu.11.& lib.6.c.13.nu.11.& lib.7.c.8.nu.22.& lib.2.c.2.nu.16.17.
Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. lib.1.c.23.nu.11.lib.2.c.1.nu.13.& c.2.nu.17. lib.5.c.6.nu.5.
Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. lib.2.c.1.nu.4. 13.& c.2.nu.13.& lib.5.c.6.nu.5. & lib.7. c.8. num.22.
Memor ero Raab, & Babylonis scientium me. lib.7. c.8.nu.22.23.
Numquid Sion dicet homo, & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. lib.7. cap 8. nu. 22.23.
Sicut lætantium omnium habitatio est in te. lib.2.c. 1.nu.28.& cap.2.nu.13.& lib.7.cap.3.nu.5. & & lib.7.c.8.nu.23.

Psal. 87. Quia repleta est malis anima mea, & vita mea inferno appropinquauit. lib.3.c.10.nu.50.51.
Æstimatus sum cum descendentibus in lacũ, factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber.
Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebrosis, & in vmbra mortis. super me cõfirmatus est furor tuus, & omnes fluctus tuos induxisti super me. libro 3. c.10.nu.51.
Exaltatus autem, humiliatus sum, & conturbatus. lib. 8.c.6.nu.15.

Psal. 88. Misericordia Domini in æternum cantabo. libro 4. c.7.nu.28.
Et ædificabo in generatione, & generationem sedem tuam. lib.16.c.7.nu.21.
Confitebuntur cæli mirabilia tua: etenim veritatem tuam in Ecclesia sanctorum. lib.18.c.2.nu.44.
Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt. lib.7. cap.1.nu.28.
Iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ. lib.3.c.5. nu.79.& lib.9.c.9.nu.49.
Misericordia & veritas præcedent faciem tuã: Beatus populus qui scit iubilationem. lib.3.c.20.nu. 18.& lib.7.c.1.nu.28.
Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iustitia tua exaltabuntur. lib.18.c.19.nu.8.
Et veritas mea, & misericordia mea cum ipso. lib.4. c.11.nu.23.
Si autem dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint. Si iustitias meas prophanauerint, & mandata mea non custodierint, visitabo in virga iniquitates eorũ, & in verberibus peccata eorum. lib.4.c.5.nu.5.6.22.32. & lib.6.c.11.nu.19. & lib.2.c.10.nu.13. & lib. 4.c.5.nu.15.
Misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neque nocebo in veritate mea. libro 4. cap. 5. nu.32.
Et thronus eius sicut Sol in conspectu meo, & sicut Luna perfecta in æternum, & testis in cælo fidelis. lib.5.c.3.nu.9.& lib.16.c.7.nu.22.
Auertisti adiutorium gladij eius, & non es auxiliatus ei in bello. lib.14.c.28.nu.30.

Psal. 89. Domine refugium factus es nobis a generatione in generationem, priusquam montes fierent, aut formaretur terra & orbis, a sæculo, & in sæculum tu es Deus. lib.2.c.12.nu.16.
Ne auertas hominem in humilitatem, & dixisti, Cõuertimini filij hominum. libro 18. cap.17. numero 18.
Quoniam mille anni ante oculos tuos, tamquam dies hesterna quæ præterijt, & custodia in nocte, quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt. lib.9 c. 3. num.15.& lib.11.cap.10.nu.4.5.6.& lib.18. c.17.nu.18.
Mane sicut herba transeat, mane floreat, & transeat, vespere decidat, induret, & arescat. lib.11. c.10. nu.5.6.& lib.18.c.17.nu.18.
Quia defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus. lib.11.c.10.nu.6.7.
Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, sæculum nostrum in illuminatione vultus tui. lib.4. c. 13.nu.6.& libro 11.c.10.nu.7.
Anni nostri sicut aranea meditabuntur. lib.2.c.17. nu.14.
Dies annorum nostrorum in ipsis 70. anni, si autem in potentatibus 80. anni, & amplius eorum labor & dolor. lib.18.c.17.nu.12.
Quoniam superuenit mansuetudo, & corripiemur. lib.18.c.17.nu.11.
Quis nouit potestatem iræ tuæ, & præ timore iram tuam dinumerare. lib.4.c.5.nu.14.33.& lib.11. c.10.nu.7.
Dexteram tuam sic notam fac, & eruditos corde in sapientia. lib.11.c.10.nu.5.6.7.
Conuertere Domine vsquequo, & deprecabilis esto super seruos tuos. lib.4.cap.7.nu.10.& cap.14. nu.1.
Repleti sumus mane misericordia tua: exultauimus, & delectati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti lib.3.c.25.nu.24.& lib.4.c.7.nu.10.& lib. 5.c.9.nu.12.

Psal. 90. Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur. lib.1.c.21.nu.22. & libro 2. c.9.nu.28. & lib.9.c.18.nu.10.& lib.12.c.2.nu. 8. & lib.16.c.11.nu.8.24.25.
Dicet Dominus, Susceptor meus es tu, & refugium meũ, Deus meus sperabo in eum. lib.2.c.9.n.28. & lib.4.c.3.nu.19.& lib 9.c.18.nu.10.
Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium, & a verbo aspero. lib.1.c.24.nu.25. & libro 4. cap. 31.nu.41.& lib.10.c.8.nu.10.& lib.11.cap.15. nu.18.
Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis. lib.2.c.1.nu.41. & c.9.nu.29. & lib.4. c.3.nu.17.20.
Scuto circumdabit te veritas eius, non timebis a timore nocturno: a sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris, ab incursu, & dæmonio meridiano. lib.1.c.20.nu.27. & lib.2.c.5.n.11. & cap.9.nu.30.& lib 4.cap.31.num.2.8.19.20. 40.42.
Cadent a latere tuo mille, & decem millia a dextris tuis, ad te autem non appropinquabit. lib.1.cap.2. nu.10.& lib.2.c.5.nu.11.& c.6.nu.35.
Verumtamen oculis tuis considerabis, & retributionem peccatorum videbis. lib.2.c.1.nu.42.
Quoniam tu Domine es spes mea altissimum posuisti refugium tuum. lib.16.c.11.nu.26.27.

Quoniam angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. lib.1.c.21.nu.7.20.21. 22.23.& lib.2.c.8.nu.6.& libro 18.c.4.nu.10.

In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. lib.1.c.21.nu.23.& lib.2.c.3. nu.25.

Super aspidem & basiliscum ambulabis,& conculcabis leonem & draconem. lib.1.cap.21.nu.23.& lib.4.c.31.nu.18.

Quoniam in me sperauit,liberabo eum,protegã eum, quoniam cognouit nomen meum. lib.12.c.2.nu. 19.& lib.16.c.11.nu.28.29.

Clamauit ad me, & ego exaudiã eum, cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum,& glorificabo eum. lib.2.c.9.nu.31.& lib.12.c.2.nu.19.& lib.1.c.1. nu.19.lib.9.c.15.nu.42.43.

Longitudine dierum replebo eum, & ostendam illi salutare meum. lib.18.c.17.nu.24.

Psal. 91. *Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo altissime. lib.7.c.7.nu.12.& lib.13.c.6.nu.10.*

Ad annunciandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. lib.7.c.7.nu.12.

In decachordo psalterio,cum cithara.lib.7.c.7.n.12. lib.11.c.2.nu.22.& lib.13.c.6.nu.10.

Quia delectasti me Domine in factura tua,& in operibus manuum tuarum exultabo. libro 4.cap.17. nu.13.

Quam magnificata sunt opera tua Domine: nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ. lib.4.c.17. nu.13.& lib.14.c.20.nu.17.18.

Cum exorti fuerint peccatores sicut fœnum,& apparuerint omnes qui operantur iniquitatem, vt intereant in sæculum sæculi, tu autem altissimus in æternum Domine. lib.2.c.19.nu.20.

Et senectus mea in misericordia vberi. lib.9.cap.15. nu.38.

Iustus vt palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur, plantati in domo Domini, in atriis domus Dei nostri florebunt. lib.9. c.15.nu.36.39. & lib.18.c.5.nu.7.

Psal. 92. *Dominus regnauit,decorem indutus est: indutus est Dominus fortitudinem & præcinxit se. libro 3.c. 8.num.10.& lib.9.c.4.nu.18.& libro 12.cap.1. nu.13.*

Etenim firmauit orbem terræ, qui non commouebitur. lib.3.c.8.nu.10.& lib.9.c.4.nu.18.

Eleuauerunt flumina Domine, eleuauerunt flumina vocem suam. lib.1.c.23.nu.15.

Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus. lib.1.c.23.nu.15.

Psal. 93. *Populum tuum humiliauerunt Domine, & hereditatem tuam vexauerunt,viduam, & aduenam interfecerunt,& pupillos occiderunt. lib.4.c.13. nu.15.*

Et dixerunt, Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob lib.4.c.13.nu.15.

Qui plantauit aurem,non audiet? aut qui finxit oculum, non considerat? Qui docet hominem scientiam, Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. lib.4.c.13.nu.15.& lib.1.c.23. nu.18.

Beatus homo quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum. lib.5.c.9.nu.14.& lib.2.c.4. nu.30.Ambros.lib.16.c.10.nu.22.

Vt mitiges ei a diebus malis, donec fodiatur peccatori fouea. lib.4.c.5.nu.34.

Misericordia tua Domine adiuuabat me. lib.2.c.5. nu.37.

Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. lib.10.c.2.nu.10.

Numquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto.lib.7.c.3.nu.15.& libro 11. c.4.nu.16.

Venite exultemus Domino, iubilemus Deo salutari Psal. 94.
nostro. lib.7.2.nu.14.

Præoccupemus faciẽ eius in confessione, & in Psalmis iubilemus ei.lib.14.c.23.nu.10.

Quia in manu eius sunt omnes fines terræ. lib.10.c. 5.nu.7.

Quoniam Deus magnus Dominus, & rex magnus super omnes deos. lib.7.c.2.nu.14.

Venite adoremus & procidamus ante Deum, ploremus coram Domino qui fecit nos.lib.14.c.21.nu. 44.& cap.23.nu.24.

Nos autem populus eius, & oues pascuæ eius. libro 14.c.23.nu.24.

Quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam. lib.4.c.18.nu.22.

Confessio, & pulchritudo in conspectu eius, sanctimonia, & magnificentia in sanctificatione eius. Psal. 95.
lib.3.c.22.nu.22.23.

Dominus regnauit, exultet terra: lætentur insulæ Psal. 96.
multæ. lib.5.c.4.nu.11.& lib.8.c.1.nu.3.

Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. lib.1.c.23.nu.16.& lib.9.c. 4.nu.19.

Alluxerunt fulgura eius orbi terræ. lib.1. cap.23. nu.16.

Vidit, & commota est terra, montes sicut cera fluxerunt a facie Domini. lib.8.c.7.nu.19.& lib.1.c. 23.nu.16.

Annunciauerunt cæli iustitiam eius. lib.1.cap.23. nu.16.

Lux orta est iusto,& rectis corde lætitia. lib.7.c.1. nu.29.

Iubilate Domino omnis terra,cantate,& exultate,& Psal. 97.
psallite, psallite Domino in cithara,in cithara,& voce Psalmi,in tubis ductilibus,et voce tubæ corneæ. lib.2.c.7.nu.12.& lib.4.c.36.nu.12.& lib. 18.c.10.nu.25.

Dominus regnauit, irascantur populi, qui sedes su- Psal. 98.
per cherubim, moueatur terra. libro 3.cap.2.numero 33.

Confiteantur nomini tuo magno,quoniam terribile & sanctum est. lib.4.c.11.nu.24.

Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos,qui inuocant nomen eius. lib.4.c.12.nu. 18.& lib.9.c.16.nu.5.

Deus tu propitius fuisti eis, & vlciscens in omnes adinuentiones eorum.lib.4.c.5.nu.35.38.& cap. 12.nu.18.& lib.8.c.5.nu.21.

Iubilate Deo omnis terra,seruite Domino in lætitia. Psal. 99.
lib.10.c.4.nu.14.

Introite portas eius in confessione,atria eius in hymnis,confitemini illi. lib.3.c.22.nu.23.

In quacumque die tribulor,inclina ad me aurẽ tuam. Psal.101.
lib.1.c.1.nu.25.& c.14.nu.21.

In

In quacumque die inuocauero te, velociter exaudi me. lib.1.c.14.nu.21.

Quia defecerunt sicut fumus dies mei, & ossa mea sicut cremium aruerunt. lib.1.c.1.nu.25.& cap. 22.nu.21.

Percussus sum vt fœnum, & aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum. lib.1. c.17. nu.19.& lib.2.c.19.nu.26.

Similis factus sum pelicano solitudinis. lib.1.cap.1. nu.25.

Vigilaui, & factus sum sicut passer solitarius in tecto. lib.3.c.10 nu.68.

Pſ.102. *Benedic anima mea Domino,& noli obliuisci omnes retributiones eius. lib.2.c.13.nu.14.15.16.*

Benedic anima mea Domino,& omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius. libro 2.cap.13.nu.14. 15.16.

Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. lib.2.c.5.num.31.& lib.3.c.24.nu.15.

Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. lib.12.cap.3. nu.25.26.27.& lib.2.c.15.nu.64.

Miserator & misericors Dominus, longanimis, & multum misericors. lib.4.c.4.nu.13.

Non in perpetuum irascetur,neque in æternum comminabitur. lib.10.c.1.nu.13.

Quoniam secundum altitudinem cæli a terra, corroborauit misericordiam suam super timentes se, quantum distat ortus ab Occidente, longe fecit a nobis iniquitates nostras. lib.4.c.7.n.7.8.& 24.

Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se. lib.4. cap.7. num.7.8.24.

Recordatus est, quoniam pulvis sumus, homo sicut fœnum dies eius, tamquam flos agri sic efflorebit. lib.18.c.16.nu.28.

Pſ.103. *Benedic anima mea Domino, Domine Deus meus magnificatus es vehementer, confessionem & decorem induisti, amictus lumine sicut vestimento. libro 1. cap.1. nu. 63.& lib.3.c.22.nu.24.*

Extendens cælum sicut pellem, qui tegis aquis superiora eius, qui ponis nubem ascensum tuum, qui ambulas super pennas ventorum. libro 1. cap.1. numero 26.& lib.4.c.18.nu.12.& lib.7. c.3.nu.16.& lib.10.c.5.nu.8.

Qui facis angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem vrentem. lib.1.c.21.nu.7.21.& lib.14. c. 25.nu.23.& cap.29.nu.23.

Ascendunt montes,& descendunt campi in locum, quem fundasti eis. lib.8.c.7.nu.19.

Qui emittis fontes in conuallibus,inter medium montium pertransibunt aquæ. lib.8.cap.8. nu.22.30. & lib.16.c.13.nu.44.

Et vinum lætificet cor hominis. lib.1.c.1.nu.37.& lib.5.c.1.nu.19.

Et panis cor hominis confirmet. lib.5.c.12.nu.25.

Petra refugium herinacijs. lib.1.c.17.nu.6.

Posuisti tenebras,et facta est nox,in ipsa pertransibũt omnes bestiæ siluæ, catuli leonum rugientes vt rapiant, & quærant adeo escam sibi. libro 2. cap.5. nu.12.& c.8.nu.26.

Ortus est sol,& congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur. Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam,vsque ad vesperam. lib.13.c. 12.nu.15.& lib.17.c.1.nu.5.

Hoc mare magnum. & spatiosum manibus, illic reptilia quorum non est numerus, animalia pusilla cum magnis, illic naues pertransibunt. lib.11.ca. 12.nu.20.& lib.15.c.2.nu.13.16.& lib.1.c.18. nu.7.& lib.22.c.8.nu.20.

Draco iste quẽ formasti ad illudendũ ei.li.2.c.8.n.20

Auferes spiritum eorum, & deficient, & in pulverem suum reuertentur.lib.3.c.19.nu.20. 21. 31. & lib.16.c.12.nu.59.

Emitte spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terræ.lib.3.c.19.nu. 21.& lib.7. c.8.nu. 24.& lib.16.c.12.nu.2.9.61.

Qui respicit terram,& facit eam tremere,qui tangit mõtes,& fumigãt.lib.17.c.3.nu.21.& 1.c.2.n.11.

Iucundum sit ei eloquium meum.lib.13.c.3.nu. 7.

Deficient peccatores a terra,& iniqui,ita vt non sint lib.4.c.6.nu.15.

Lætetur cor quærentium Dominum.lib.2.c.2.nu.21. Pſ.104.
& lib.17.c.5.nu.20.

Quærite Dominum,& confirmamini:quærite faciem eius semper.lib.17.c.5.nu.20.

Et pertransierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum.lib.9.c.14.nu.6.

In seruum venundatus est Ioseph.humiliauerunt in compedibus pedes eius.lib.10.c.4.nu.4. lib.4.c. 22.nu.9.

Ferrum pertransiit animam eius. lib.1. c.4.nu:18. lib.10.c.4.nu.4.

Misit Moysen seruum suum: Aaron quem elegit ipsum.lib.2.c.10.nu.22.

Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet om- Pſ. 105.
nes laudes eius?lib 2.c.12.nu.25.

Ad videndum in bonitate electorum tuorum: ad lætandum in lætitia gentis tuæ,vt laueris cum hereditate tua.lib.2.c.2.nu.13.14.

Aperta est terra, & deglutiuit Dathan: & operuit super congregationem Abiron. lib.13.c.1. num. 28.29.

Et exarsit ignis in synagoga eorum: flamma combus sit peccatores.lib.13.c.1.nu.28.29.

Et fecerunt vitulum in Horeb:& adorauerunt sculptile,& mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum.lib.4.c.34.nu. 15.

Confitemini Domino quoniam bonus.lib. 3. cap. 22. Pſ. 106.
num.10.

Dicant nunc qui redempti sunt a Domino, quos redemit de manu inimici de regionibus congregauit eos.lib.2.c.10.nu. 22.

Errauerunt in solitudine, in inaquoso, viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt.lib.4.c.2.nu.11.

Et clamauerunt ad Dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum eripiet eos.lib.17.c.4. nu.22.

Confiteantur Domino misericordiæ eius: & mirabilia eius filijs hominum:quia satiauit animam inanem:& animam esurientem satiauit bonus.lib. 1. c.21.nu.21.& lib.17.c.4.nu.20.21.22.

Ex eduxit eos de tenebris,& vmbra mortis: & vincula eorum dirupit.lib.17.c.4.nu. 22.

Quia contriuit portas æreas: & vectes ferreos confregit,suscepit eos de via iniquitatis eorum: propter iniustitias enim suas humiliati sunt.lib. 17. c.4.nu.22.

Omnem escam abominata est anima eorũ: & appro-

pinquauerunt vsque ad portas mortis. lib. 17. c. 4 nu. 22. & cap. 11. nu. 28.
Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis, ipsi viderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo. lib. 11. c. 12. num. 20. & lib 14. c. 31. nu. 23. & lib. 17. c. 4. nu. 22.
Ascendunt vsque ad cælos, & descendunt vsque ad abyssos, anima eorum in malis tabescebat. lib. 14. c. 31. nu. 23.
Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius. lib. 2. c. 17. num. 3.
Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim, terram fructiferam in salsuginem, a malitia habitantium in eo. lib. 1. c. 23. nu. 8. & libro 6. c. 3. nu. 9.
Et collocauit illic esurientes, & constituerunt ciuitatem habitationis. libro 1. c. 23. nu. 8.
Psal. 107 Et non exibis Deus, in virtutibus nostris: lib. 7. c. 9. nu. 6.
Da nobis auxilium de tribulatione, quia vana salus hominis. lib. 7. c. 9. nu. 6.
In Deo faciemus virtutem, & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros. lib. 7. c. 9 nu. 6.
Psal. 108 Pro eo vt me diligerent, detrahebãt mihi, ego autem orabam. lib. 11. c. 17. nu. 7.
Constitue super eum peccatorem, & diabolus stet a dextris eius. lib. 4. c. 19. nu. 10. & c. 35. nu. 12.
Et oratio eius fiat in peccatum. lib. 4. c. 7. nu. 16.
Et dilexit maledictionem, & veniet ei, & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo, & induit maledictionem sicut vestimentum, & intrauit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus suis. lib. 14. c. 8. nu. 26. & lib. 4. c. 28. nu. 6. 7.
Fiat ei sicut vestimentum quo operitur, & sicut zona qua semper præcingitur. lib. 14. c. 8. nu. 26. & lib. 4. c. 28. nu. 6. 7.
Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud Dominum. lib. 14. c. 8. nu. 26.
Genua mea infirmata sunt a ieiunio. libro 1. cap. 1. nu. 14.
Quia astitit a dextris pauperis, vt saluam faceret a persequentibus animam meam. lib. 4. c. 19. n. 10.
Psal. 109 Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis. lib. 3. c. 14. nu. 53. & c. 14. nu. 30.
Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion, dominare in medio inimicorum tuorum. lib. 1. cap. 23. nu. 24. & lib. 18. c. 2. nu. 11.
De torrente in via bibit, propterea exaltabit caput. lib. 18. c. 16. nu. 22. & lib. 3 c. 10. nu. 32. 33.
Psal. 110 Confitebor tibi Domine in toto corde meo, in concilio iustorum & congregatione.
Confessio & magnificentia opus eius. lib. 3. c. 22. nu. 28. & lib. 14. c. 21. nu. 53.
Sanctum & terribile nomen eius. libro 2. cap. 11. numero 33.
Initium sapientiæ & timor Domini. libro 9. cap. 9. nu. 61.
Psal. 111 Beatus vir qui timet Dominum, in mandatis eius volet nimis. libro 11. cap. 2. nu. 6. 7. & libro 2. c. 4. nu. 30.
Gloria & diuitiæ in domo eius, & iustitia eius manet in sæculum sæculi. libro 4. c. 28. nu. 18.
Disponet sermones suos in iudicio, quia in æternum non commouebitur. lib. 2. c. 8. nu. 13.
In memoria æterna erit iustus. lib. 1. c. 20. nu. 24.
Ab auditione mala non timebit. libro 9. cap. 9. numero 65.
Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in sæculum sæculi. lib. 1. c. 24. nu. 29. & lib. 5. c. 10. nu. 2. 6. 14. & 34.
Laudate pueri Dominum, laudate nomen Domini. Psal. 112
lib. 1. c. 2. nu. 12.
Et de stercore erigens pauperem. libro 3. c. 7. numero 32.
In exitu Israel de Aegypto. lib. 11. c. 12. nu. 36. Psal. 113
Quid est tibi mare quòd fugisti, & tu Iordanis, quia conuersus es retrorsum: montes exultastis sicut arietes, & colles sicut agni ouium. lib. 4. cap. 29. nu. 1. & lib. 9. c. 22. nu. 24.
A facie Domini mota est terra, a facie Dei Iacob: qui conuertit petram in stagna aquarum. lib. 4. c. 29. nu. 1.
Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. lib. 7. c. 6. nu. 16.
Nequando dicant gentes, vbi est Deus eorum? lib. 9. c. 29. nu. 18.
Dilexi quoniam exaudiet Dominus vocem orationis Psal. 114
meæ. lib. 1. c. 7. nu. 2.
Quia inclinauit aurem suam mihi, & in diebus meis inuocabo.
Circumdederunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me. lib. 1. c. 7. nu. 2. & lib. 2. c. 1. nu. 5. & lib. 7. c. 4. nu. 8.
Tribulationem & dolorem inueni, & nomen Domini inuocaui. lib. 6. c. 10. nu. 31. & lib. 17. c. 2. nu. 18. 19. & lib. 17. c. 4. nu. 11. 18. 19.
O Domine, libera animam meam misericors Dominus & iustus, & Deus noster miseretur. libro 4. c. 9. nu. 18.
Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi, quia eripuit animam meam de morte, oculos meos a lachrymis, pedes meos a lapsu. lib. 2. c. 1. nu. 5. 38. 39. & lib. 2. c. 9. nu. 32. & c. 19. nu. 28. & lib. 4. c. 1. nu. 16 17. 22. 23. & lib. 7. c. 4. nu. 8. & lib. 10. cap. 2. nu. 17. & lib. 18. c. 13. nu. 5.
Placebo Domino in regione viuorum. lib. 8. c. 5. n. 10. & lib. 18. c. 13. nu. 6.
Credidi propter quod locutus sum, ego autem humi- Psal. 115
liatus sum nimis. lib. 4. cap. 15. nu. 2. & lib. 6. c. 3. nu. 3. & lib. 8. c. 5. nu. 10.
Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax. lib. 8. c. 2. nu. 7. & c. 5. nu. 10. lib. 6. c. 3. nu. 3.
Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. lib. 1. c. 15. nu. 21. & lib. 2. cap. 10. nu. 29. & lib. 1. cap. 2. nu. 22. & lib. 2. cap. 12. numero 13. 23. & cap. 13. nu. 15. 16. 39. & lib. 18. c. 15. nu. 16.
Vota mea Domino oeddam coram omni populo eius, pretiosa in conspectu Domini mors sanctorũ eius. lib. 4. cap. 1. num. 4. 79. & lib. 11. cap. 9. num. 16. 17. 18.
Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. libro 9. cap. 13. num. 13. & libro 11. cap. 9. nu. 16.
Confitemini Domino quoniam bonus. libro 1. cap. 9. Psl. 117.
num. 4.

De

De tribulatione inuocaui Dominum, et exaudiuit me in latitudine Dominus. lib. 2. c. 11. nu. 20.
Dominus mihi adiutor, & ego despiciam inimicos meos. lib. 2. c. 11. nu. 22.
Bonum est confidere in Domino, quàm confidere in homine. lib. 16. c. 11. nu. 22.
Circumdederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis. lib. 3. c. 10. nu. 52. & lib. 10. cap. 9. nu. 4. & lib. 11. c. 15. nu. 25.
Impulsus euersus sum vt caderem, & Dominus suscepit me. lib. 9. c. 18. nu. 10.
Aperite mihi portas iustitiæ, & ingressus in eas cõfitebor Domino: libro 14. c. 17. nu. 5. & libro 3. c. 22. nu. 23. & lib. 18. c. 10. nu. 16.
Hæc porta Domini, iusti intrabunt in eam: libro 18. c. 10. nu. 16.
Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. lib. 3. c. 7. nu. 14.
Constituite diem solemnem in condensis, vsque ad cornu altaris. lib. 2. c. 2. nu. 24.
Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te: libro 2. c. 13. nu. 6.
Pf. 118. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. lib. 2. c. 4. nu. 31. & lib. 14. cap. 29. nu. 1. 21.
Beati qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum. lib. 14. c. 29. nu. 21.
Tu mandasti mandata tua custodiri nimis: libro 4. c. 14. nu. 11. 13.
Vtinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas: libro 4. c. 14. nu. 11. 13.
Tunc non confundar, cum perspexero in omnibus mandatis tuis: libro 4. c. 14. nu. 13. & libro 16. c. 4. nu. 32.
Iustificationes tuas custodiam, non me derelinquas vsquequaque: libro 4. c. 21. nu. 7. 10.
In quo corrigit adolescentior viam suã, in custodiendo sermones tuos: libro 1. c. 2. nu. 20. & libro 10. c. 8. n. 13. lib. 16. c. 10. n. 32. lib. 18. c. 11. n. 23. 27.
In toto corde meo exquisiui te, ne repellas me a mandatis tuis: libro 4. c. 14. nu. 18. & libro 18. c. 11. nu. 25.
In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi: Benedictus es Domine, doce me iustificationes tuas: libro 4. c. 14. nu. 18. lib. 11. c. 2. num. 23. 25. 26. lib. 14. c. 26. nu. 23. 24.
In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs: libro 1. c. 1. nu. 27. lib. 2. c. 12. nu. 25.
In mandatis tuis exercebor, & cõsiderabo vias tuas: libro 2. c. 15. nu. 53.
Incola ego sum in terra, non abscondas a me mandata tua: lib. 9. c. 14. nu. 14. & lib. 11. c. 2. nu. 23.
Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore: libro 18. c. 14. nu. 18.
Seuus autem tuus exercebatur in tuis iustificationibus: lib. 18. c. 14. nu. 18.
Adhæsit pauimento anima mea, viuifica me secundũ verbum tuum: libro 12. c. 3. nu. 18.
Dormitauit anima mea præ tædio, confirma me in verbis tuis: libro 18. c. 11. nu. 28.
Viam veritatis elegi, iudicia tua non sum oblitus: libro 11. c. 4. nu. 13.
Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum: libro 11. c. 4. num. 13. lib. 13. cap. 1. nu. 26. & lib. 18. c. 13. nu. 10.
Legem pone mihi Domine, viam iustificationum tuarum, & exquiram eam semper: libro 11. c. 4. n. 14.
Auerte oculos meos, ne videam videam vanitatem: libro 1. c. 20. nu. 9. & lib. 18. c. 5. nu. 2.
Statue seruo tuo eloquium tuum in timore tuo. libro 17. c. 3. nu. 22.
Amputa opprobrium meum quod suspicatus sum, quia iudicia tua iucunda. lib. 9. c. 10. nu. 5.
Memor esto verbi tui seruo tuo, in quo mihi spem dedisti. lib. 4. c. 26. nu. 11.
Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam Domine. lib. 9. c. 7. nu. 37. & lib. 16. c. 7. nu. 14.
Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ, in loco peregrinationis meæ. lib. 13. c. 6. nu. 11.
Memor fui nocte nominis tui Domine, & custodiui legem tuam Domine. lib. 9. c. 15. nu. 18. & lib. 13. c. 9. nu. 19.
Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua. libro 2. c. 12. nu. 26. & lib. 3. c. 23. numero 21.
Paratus sum, & non sum turbatus, vt custodiam mandata tua. libro 13. c. 1. nu. 27.
Media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustificationes tuæ. libro 13. c. 10. nu. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 20.
Misericordia tua Domine plena est terra, iustificationes tuas doce me. lib. 2. c. 11. nu. 12. & libro 4. c. 3. nu. 24.
Bonitatem fecisti cum seruo tuo Domine, secundum verbum tuum, bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me, quia mandatis tuis credidi. lib. 4. c. 14. nu. 19. & lib. 9. cap. 10. nu. 9. & lib. 18. c. 12. nu. 21.
Priusquam humiliarer, ego deliqui, propterea eloquium tuum custodiui. libro 3. c. 19. nu. 35. & lib. 6. c. 9. nu. 21.
Bonus es tu, & in bonitate tua doce me iustificationes tuas. lib. 1. c. 9. nu. 11.
Bonum mihi Domine quòd humiliasti me, vt discam iustificationes tuas. lib. 5. c. 9. num. 8. & lib. 6. c. 9. nu. 7. 8. 13. 21. & lib. 8. c. 6. nu. 14.
Fiat cor meum immaculatũ in iustificationibus tuis. vt non confundar. lib. 3. c. 27. nu. 13.
Defecit in salutare tuum anima mea, & in verbum tuum supersperaui: Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes, Quando consolaberis me. lib. 5. c. 3. nu. 17.
Quia factus sum sicut vter in pruina. libro 3. cap. 1. nu. 38.
Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua. lib. 2. c. 5. nu. 43.
Ordinatione tua perseuerat dies, quoniam omnia seruiunt tibi, nisi quod lex tua meditatio mea est, tunc forte perijssem in humilitate mea. lib. 3. c. 23. nu. 22. & lib. 10. c. 4. nu. 15.
A iudicijs tuis non declinaui, quia tu legem posuisti mihi. lib. 18. c. 14. nu. 19.
Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua super mel, & fauum. libro 18. cap. 14. nu. 19. & lib. 16. c. 10. nu. 18.
A mandatis tuis intellexi, propterea odiui omnem viam iniquitatis. lib. 11. c. 3. num. 14. & lib. 14.

cap.28.nu.10.& lib.16.c.12.nu.68.& libro 18. c.14.nu.19.
Iuraui,& statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. libro 6.c.13.nu.12.
Anima mea in manibus meis semper. lib.18.cap.5. nu.17.
Hereditate acquisiui testimonia tua in æternum.lib. 3.c.10.nu.96.
Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi. lib.9.c. 16.nu.7.
Confige timore tuo carnes meas, a iudicijs enim tuis timui. libro 3.c.23.nu.21.& lib.17.c.3.num.2.3. & lib.3.c.1.nu.39.
Tempus faciendi Domine, dissipauerunt legē tuam, lib.3.c.5.nu.92.
Ideo dilexi mandata tua super aurum,& topazion. lib.11.c.4.nu.15.
Propterea ad omnia mandata tua dirigebar, omnem viam iniquam odio habui. libro 11. cap.4. nu.16.
Mirabilia testimonia tua, ideo scrutata est ea anima mea, declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. lib.1.c.2.nu.13.
Aspice in me, & miserere mei secundum iudicium diligentium nomen tuum. lib.4.c.26.num.17.& lib.12.c.2.nu.14.
Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, & non dominetur mei omnis iniustitia. lib.4.c.14. nu.13.& lib.10.c.4.nu.18.
Redime me a calumnijs hominum. lib 9.c.20.numero 11.
Faciem tuam illumina super seruum tuum, & doce me iustificationes tuas. lib.4.c.19.nu.18.& cap. 26.nu.16.
Iustus es Domine,& rectum iudicium tuum. lib.6. c.11.nu.18.
Tabescere me fecit zelus meus, quia obliti sunt verba tua inimici mei. lib.1.c.14.nu.16. & lib.16. c.7.nu.15.
Adolescentulus sum ego,& contemptus iustificationes tuas requiram. lib.3.c.9.nu.47.
Clamaui in toto corde meo, exaudi me Domine. lib. 13.c.5.nu.26.& cap.7.nu.9.
Præuenerunt oculi mei ad te diluculo, vt meditarer eloquia tua. lib. 13.c.4.nu.11.
Prope es tu Domine, & omnes viæ tuæ veritas. lib. 4.c.26.nu.18.
Longe a peccatoribus salus. lib.4.c.19.nu.15.
Et a verbis tuis formidauit cor meum. lib.11.cap.7. nu.13.
Lætabor ego super eloquia tua,sicut qui inuenit spolia multa. lib.5.c.7.nu.31.
Iniquitatem odio habui, & abominatus sum, legem autem tuam dilexi. lib.16.c.12.nu.68.
Septies in die laudem dixi tibi. lib.13.c.3.n.34.35. lib.16.c.4.nu.25.
Pax multa diligentibus legem tuam Domine,& non est illis scandalum. lib.2.c.8.nu.8. & lib.10.c.3. nu.9.& lib.16.c.8.nu.25.& lib.18.c.19.nu.7.8.
Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo Domine,iuxta eloquium tuum da mihi intellectum. lib.9.c.17.nu.14.& lib.13.c.6.nu.12.
Viuet anima mea, & laudabit te. libro 18.cap.16. nu.14.
Erraui sicut ouis quæ perijt,quære seruum tuum Domine. lib.7 c.9.nu.18.
Ad Dominum cum tribularer, clamaui, & exaudiuit me. lib.7.c.9.nu.6.& lib.9.c.22.nu.25.& lib. 11.c.16.nu.12.& lib.13.c.3.nu.18.& libro 17. c.4.nu.10. Ps. 119.
Domine libera animam meam a labijs iniquis, & a lingua dolosa. libro 2.cap.7.num.36.& libro 3. c.3.num.31. & libro 9. cap.22.nu.25.& lib,11. cap.16.nu.12. & libro 15.c.6.nu.1.& libro 18. c.2.nu.18.
Quid detur tibi,aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam. lib.2.c.7.nu.36.& lib.16.c.6.nu.17. & lib.18.c.2.nu.39.
Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatorijs. libro 2.cap.7.num.36.37.& libro 3.cap.3.num. 3.& libro 11.cap.16.num.13.& lib.16.c.6.nu, 17.& cap.7.nu.6.& lib.18.c.2.nu.18.39. lib.1. c.18.nu.1.
Heu mihi, quia incolatus meus. prolongatus est, habitaui cū habitantibus Cedar,multum in cola fuit anima mea. lib.2.c.2.nu.25.& lib.11.c.16.num. 12.13.& lib.1.c.7.nu.3.& lib.1.c.8.nu.1. & lib. 2.c.2.nu.2.25.
Cum his,qui oderunt pacem,eram pacificus,cum loquebar illis, impugnabant me gratis. lib.9.c.19. nu.14.& lib.15.c.6.nu.1.& lib.1.c.12.n.3.43. & c.15.nu.17.
Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. lib.14.c.26.nu.29. Ps. 120.
Ecce non dormitabit,neque dormiet, qui custodit Israel. lib.2.c.10.nu.16.& lib.4 c.3.nu.18.20.
Dominus custodit te, Dominus protectio tua super manum dexteram tuam.lib.2.c.19.nu.22. & lib. 4.c.41.nu.12.
Per diem sol non vret te, neque luna per noctem. lib. 2.c.7.nu.29.& cap.11.nu.17.& lib.3.cap.5.numero 23.
Dominus custodit te ab omni malo. libro 9.cap.20. nu.12.
Dominus custodiat introitum tuum,& exitum tuum lib.1.c.3.nu.12.
Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum Domini lætantes ibimus. lib.1.c.2.nu.22.& libro 7.c.3.nu.18. Ps. 121.
Ierusalem quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. lib 3.c.2.nu.34.
Quia illic sederunt sedes in iudicio, sedes super domum Dauid. lib.1.c.22.nu.8.
Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. libro 3.c.2.nu.30.34.
Propter fratres meos, & proximos meos loquebar pacem de te: libro 14.c.29.nu.25.
Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cælis: lib. 1.c.18.nu.11. Ps. 122.
Quia multum repleta est anima nostra, opprobrium abundantibus,& despectio superbis. lib.1.cap.6. num.10.
Nisi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Israel, nisi quia Dominus erat in nobis: Cum exurgerent homines in nos, forte viuos deglutissent nos, forsitan aquaabsorbuisset nos. lib.2.cap.5. nu.22. Ps. 123.
Torrentem pertransiuit anima nostra, forsitan pertransisset

transisset anima nostra aquam intolerabilem. lib. 2.c.1.nu.39.& c.9.nu.25.& lib.9.c.19.nu.12.
Benedictus Dominus qui non dedit nos in captionē dentibus eorum,lib.2.c.9.n.25.26.
Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venātium,laqueus contritus est,& nos liberati sumus.. lib.2.c.9.n.10.25.26.& lib.2.c.1.n.38.& ca.5 n.12.& cap.9.n.2.5.26.
Pſal.123. Adiutorium nostrum in nomine Domini lib.2.ca.9. num.26.
Pſal.124. Montes in circuitu eius,& Dominus incircuitu populi eius,lib.1.c.21.n.7.& lib.16.c.11.n.28.
Quia non relinquet virgam peccatorum super sortē iustorum,vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas,lib.9.c.9.n.60.
Benefac Domine bonis, & rectis corde, declinantes autem in obligationes adducet Dominus cum operantibus iniquitatem, pax super Israel,li.14. c.5.nu.21.
Pſal.125. In conuertendo Dominus captiuitatem Sion,facti sumus sicut consolati, lib.7.c.3.n.5.& lib.11.c.12. nu.37.
Tunc dicent inter gentes, magnificauit Dominus facere nobiscum,facti sumus letantes,lib.1.c.21.n. 21.& lib.2.c.14.n.10.
Conuerte Domine captiuitatem nostram fuit torrens in austro lib.4.c.23.n.12.& lib.10.c.2.n.18.& lib.16.c.12.n.47.
Qui seminat in lachrymis, in exultatione metent,lib. 5.c.10.n.51.
Euntes ibant, & flebant mittentes semina sua,venientes autem venient, portantes manipulos suos,lib. 2.c.4.n.21.& lib.7.c.3.n.11.& lib.7.c.3.num. 18.& lib.10.c.2.n.18.
Nisi Dominus ædificauerit domum, in vauum laborauerunt,qui ædificant eam.lib.1.c.20.nu.11.& lib.7.c.9.n.5.
Pſal.126. Nisi Dominus custodierit ciuitatem,frustra vigilat, qui custodit eam,li.7.c.9.n.5.& li.16.c.11.n.28
Vanum est vobis ante lucem surgere,surgite postquā sederitis,qui manducatis panem doloris.lib.2.c.4 n.22.& lib.7.c.3.n.11.12.lib.8.c.8.n.23.& lib. 9.c.24.nu.6.
Cū dederit dilectis suis somnum,ecce hereditas Domini filij,merces fructus ventris:lib.2.c.3.nu.28. & cap.3.n.26.& lib.6.c.11.n.24.
Sicut sagittæ in manu potentis: ita filij excussorum, lib.1.c.23.n.17.& lib.1.c.18.n.1.
Beatus vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis,li. 1.c.17.n.15.
Pſal.127. Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in vijs eius,lib.17.c.3.n.24.25.26.
Labores manuum tuarum,quia manducabis, beatus es,& bene tibi erit,lib.2.c.4.n.21.22.& lib.7.c. 3.nu.11.12.
Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ,lib.14.c.5.n.22.
Et videas filios filiorum tuorum,pacem super Israel, lib.6.c.3.n.25.
Pſal.128. Sæpe expugnauerunt me a iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi,lib.5.c.4 nu.12.
Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, lib. 14.c.31.n.18.
Dominus iustus concidet ceruices peccatorum, lib. 16.c.19.n.32.
Fiant sicut fœnum tectorum,quòd prius quam euellatur, exarnuit lib.8.c.9.n.18.& lib.16.cap.13. nu.32.
De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi vocem meam.lib.3.c.20.nu.22.& lib.13.cap. 5.n.28.& lib.14.c.8.n.27. Pſal.129.
Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ.lib.13.c.5.n.29.
Si iniquitates obseruaueris Domine,Domine quis sustinebit,lib.2.c.11.n.11.
A custodia matutina vsq. ad noctem speret Israel in Domino,lib.2.c.11.n.25.
Pſal.130. Domine non est exultatum cor meum,neq. elati sunt oculi mei, neq. ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me.lib.8.c.8.nu.24.lib.16.ca.13. nu.4.
Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam.
Si dedero somnum oculis meis,& palpebris meis dormitationem,lib.14.c.5.num.23.& lib.18.cap. 5. nu.14. Pſal.131.
Donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.lib.14.c.30.nu.7.
Ecce audiuimus eam in Ephrata, inuenimus eam in campis siluæ.lib:14.c:30.nu.7.
Surge Domine in requiem tuam tu, & arca sanctificationis tuæ, sacerdotes tui induantur iustitiam, & sancti tui exultent,lib.3.c:13.n.23.
Viduam eius benedicens,benedicam,li.18.c.6.n.19
Pauperes eius saturabo panibus.lib.6.c.1.nu.10. Pſal.132.
Ecce quàm bonum,& quàm iucundum habitare fratres in vnum,lib.1.c.15.n.13.lib.1.c.23.n.18.& lib.3.c.2.num.21.& lib.9.c.21.n.14.& lib.14. c.5.n.24.30.31.33.
Sicut vnguentum in capite,quod descendit in barbā, barbam Aaron,quod descendit in oram vestimenti eius, sicut ros Hermon,qui descendit in montem Sion,lib.1.c.23.n.18.& lib.3.c.16.n.15.& lib.5 c.8.n.12.& lib.11.c.16.n.14.
Quoniam illic mandauit Dominus benedictionem,& vitam vsque in sæculum,lib.14.c.5.num.24.30. 31.33.
Ecce nunc benedicite Domino omnes serui Domini, qui statis in domo Domini,in atrijs Domus Dei nostri,lib.3.c.2.n.35.& lib.7.c.13.n.18.19. Pſal. 133
In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite Dominum.lib.13.c.4.n.10.& cap.6.n.9. & lib.15.c.2.n.3.4.5.6.7.8.9.10.11.12.
Laudate nomen Domini,laudate serui Dominum,qui statis in domo Domini in atrijs domus Dei nostri, laudate Dominum, quoniam bonus,lib.2.c.13.n. 18.19.17.lib.1.c.2.n.35 Pſal. 134
Educens nubes ab extremo terræ, fulgura in pluuiā fecit lib.1.c.23.n.3.& lib.5.cap.13.nu.10.
Confitemini Domino quoniam bonus,quoniā in æternum misericordia eius,lib.2.c.1.n.29. Pſal. 135
Qui diuisit mare rubrum in diuisiones.lib. 18.ca.11. num.1.
Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus,dū recordaremur tui Sion.li.1.c.10.n.4.& lib.2.ca. 2.n.29.& lib.3.c.17.n.18.& lib.15.c.2.n.15. Pſal. 136
In salicibus in medio eius suspēdimus organa nostra li.3.c.17.n.19.et li.4.c.34.n.20.et li.12.c.3.n.35

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Hymnum cantate nobis de canticis Sion.lib.11.c.2. nu.24.

Quomodo cantauimus canticum Domini in terra alienam.

Si non proposuero Hierusalem in principio letitiæ meæ.lib.11.c.6.nu.123.

Exinanite, exinanite vsque ad fundamentum in ea. lib.1.c.19.nu.5.& lib.6.c.3.nu.27.28.

Filia babylonis misera:beatus qui retribuet tibi retributionem tuam:quam retribuisti nobis.li.1.c.13. nu.5.& lib.3.c.18.nu.7.& c.21.nu.6.

Beatus qui tenebit, & allidet peruulos suos ad petrã lib.1.c.13.nu.5.& lib.3.c.18.nu.7.& c.21.nu. 6.& lib.14.c.8.nu.4.

Psal. 137 *Super misericordia tua,& veritate tua: quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum.lib.3. c.9.nu.12.*

In quacumque die inuocauero te exaudi me.lib.13. c.9.nu.16.

Multiplicabis in anima mea virtutem. lib.13.c.9. num.16.

Quoniam excelsus Dominus, & humilia respicit, & alta a longe cognoscit.lib.2.c.13.nu.33.& lib.3. c.14.nu.19.20.& lib.8.c.5.nu.13.& c.8.nu.20.

Et saluum me fecit dextera tua.lib.4.c.24.nu.14.

Psal. 138 *Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam,& resurrectionem meam.li.8. c.8.nu.23.*

Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est, & non potero ad eam.lib.3.c.23.nu.2.& lib.9.c. 12.nu.4.& lib.17.c.5.nu.4.21.

Quo ibo a spiritu tuo,& quo a facie tua fugiã?si ascendero in cælum,tu illic es?lib.3.c.7.nu.35.& lib.4. c.26.nu.18.

Quia tenebræ non obscurabuntur a te, & nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebræ eius, ita, & lumen eius.lib.4.c.13.nu.5.13.& lib.6.c.11.nu. 22.& lib.14.c.15.nu.13.

Confitebor tibi quoniam.terribiliter magnificatus es. lib.17.c.5.nu.4.

Mirabilia opera tua,& anima mea cognoscet nimis. lib.17.c.5.nu.4.

Non est occultatum os meum a te quod fecisti in occulto: & substantia mea in inferioribus terræ. lib.1.c.22.nu.21.& lib.6.c.13.nu.13.

Imperfectum meum viderunt oculi tui: & in libro tuo omnes scribentur: dies formabuntur, & nemo in eis.lib.2.c.13.nu.39.& lib.4.c.13.nu.16.& c.26.nu.12.& lib.9.c.22.nu.33.

Nonne qui oderunt te Domine,oderam:& super inimicos tuos tabescebam.lib.8.c.9.nu.1.& lib.9.c. 16.nu.8.& lib.11.c.15.nu.22.

Psal. 139 *Acuerunt linguas suas sicut serpentes,venenum aspidum sub labijs eorum.lib.4.c.30.nu.9.*

Qui cogitauerunt supplantare gressus meos: absconderunt superbi laqueum mihi.lib.9.c.5.nu.25.

Et funes extenderunt in laqueum: iuxta iter scandalum posuerunt mihi.lib.4.c.31.nu.21.

Obumbrasti super caput meum in die belli.lib.2.c.9. nn.29.& lib.4.c.3.nu.20.& lib.10.c.1.nu.14.

Ne tradas me Domine a desiderio meo peccatori.lib. 4.c.37.nu.11.

Caput circuitus eorum, labor labiorum ipsorum operiet eos.lib.10.c.1.nu.14.

Cadent super eos carbones in ignem deijcies eos,in miserijs non subsistent.lib.5.c.13.n.17.& lib.10. c.7.nu.14.

Vir linguosus non dirigetur in terra.lib.10.c.7.nu. 14.16.

Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu Psal. 140
tuo,eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.lib.6.c.2.nu.4.5.& lib.13.c.5.nu.30.

Pone Domine custodiam ori meo: & ostium circunstantiæ labijs meis non declines cor meum ad excusandas excusationes in peccatis. lib.3.c.22. nu.28.& lib.4.c.14.nu.11.lib.9.c.7.n.25.& lib. 10.c.6.nu.8.& c.8.nu.13.lib.10.c.7.nu.19.& lib.14.c.15.nu.1.

Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me,oleum autem peccatoris non impinguet caput meum lib.1.c.3.nu.8.& c.20.nu.29.& c.3.nu.8. 15.li.3.c.20.n.13.& lib.6.c.9.nu.20.

Quoniam adhuc, & oratio mea in beneplacitis eorumabsorpti sunt iuncti petræ iudices eorum. lib. 2.c.1.n:42.

Dissipata sunt ossa nostra secus infernum.lib.1.c.15. Psal. 141
nu.11.

In via hac qua ambulabam:absconderunt superbi laqueum mihi.lib.4.c.31.nu.21.

Considerabam ad dexteram,& uidebam:& non erat qui cognosceret me.lib.14.c.1.nu.29.& lib.18.c. 13.nu.11.

Clamaui ad te Domine, dixi, tu es spes mea: portio mea in terra viuentium.lib.14.c.1.nu.29.

Libera me a persequentibus me:quia confortati sunt super me.lib.4.c.36.nu.13.

Educ de custodia animam meam,ad confitendum nomini tuo.lib.11.c.9.nu.25.& lib.2.c.5.nu.39. Psal. 142

Et non intres in iudicium cum seruo tuo,quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.lib.1.c. 25.nu.7.& lib.7.c.4.nu.19.& lib.9.ca. 12.num. 3.6.

Collocauit me in obscuris sicut mortuos sæculi.libro. 14.c.13.nu.9.

Expandi manus meas ad te,anima mea sicut terra sine aqua tibi.lib.4.c.14.nu.20.lib.3.c.19.nu.19. 20.21.& lib.4.c.19.nu.14.

Velociter exaudi me Domine: defecit spiritus meus. lib.16.c.12.nu.59.lib.3.c.19.nu.20.21.

Auditam fac mihi mane misericordiam tuam quia in te speraui.lib.16.c.11.nu.23.

Spiritus tuus bonus deducet me in in terram rectam lib.16.c.12.nu.9

Propter nomen tuum Domine viuificabis me in æquitate tua.lib.9.c.14.num.21.& lib.11.cap.13. nu.7.

Benedictus Dominus Deus meus qui docet manus Psal. 143
meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. lib. 4.c.32.nu.4.lib.14.c.4.nu.11.

Domine quid est homo,quia innotuisti ei: aut filius hominis,quia reputas eum?lib.18.c.16.nu.1.

Homo vanitati similis factus est.lib.14.c.17.nu.28. & lib.16.c.13.nu.6.

Dies eius sicut vmbra prætereunt.lib.4.c.17.nu.7.

Emitte sagittas tuas:& conturbatis eos.lib.3.c.26. num.5.

Quorum os locutum est vanitatem:& dextera eorum dextera iniquitatis.lib.2.c.19.nu.14.22.23.24. & lib.

& lib 4.c.41.n.12.13.& lib.7.c.2.n.12.

Psal.143, *De gladio maligno eripe me.lib.10.c.8.n.16.*

Quorum filij sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua lib.2.c.16.n.24.26.& c.19.nu.23.

Filiæ eorum compositæ,circumornatæ vt similitudo templi,lib.4.c.41.n.12.13.& lib.7.c.2.n.12.& lib.9.c.2.nu.20.

Promptuaria eorum plena eructantia ex hoc in illud oues eorum fœtoss æabundantes in egressibus suis, non est ruina maceriæ neq. transitus, &c.lib.7.c. 2.nu.12.lib.1.c.20.n.29.& cap.3.n.8.15.lib.7. c.2.nu.12.& l.b.2.c.16.n.24.25.26.& cap.19. nu.14.23.

Beatum dixerunt populum cui hæc sunt,lib.4.c.41. nu.13.& lib.7.c.2.n.12.

Beatus populus cuius Dominus Deus eius,lib.2.ca. 16.n.26.& cap.19.n.14.24.& lib.4.c.3.nu.16. & lib.7.c.2.n.12.

Psal.144. *Et virtutem terribilium tuorum dicent, & magnitudinem tuam narrabunt, memoriam suauitatis tuæ eructabunt, & iustitia tua exultabunt, lib.4. c.10.n.18.& lib.14.c.18.n.18.*

Suauis Dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius,alleuat Dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes elisos,lib.2.ca.11.nume.18.

Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet,lib.3.c.1.n.57.58.

Custodit Dominus omnes diligentes se.lib.2.c.11.n. 18.& lib.9.c.19.nu.14.

Psal.145. *Lauda anima mea Dominum: laudabo Dominum in vita mea,psallam Deo meo quandiu fuero. lib.13. c.11.nu.9.& c.11.nu.10.lib.3.c.1.nu.40.41.*

In illa die peribunt omnes cogitationes eorum,lib.7. c.5.nu.8.

Facit iudicium iniuriam patientibus,lib.9.c.4.n.21

Pupillum,& viduam suscipiet, & vias peccatorum disperdet,lib.18.c.6.n.19.

Psal.146. *Humilians autem peccatores vsque ad terram,lib.8. cap.8.n.29.*

Beneplacitum est Domino super timentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius, lib.16. c.11.n.21.24.25.

Psal.147. *Lauda Ierusalem Dominum, lauda Deũ tuum Sion, quoniam confortauit seras portarum tuarum, benedixit filijs tuis in te, qui posuit fines tuos pacẽ, lib.1.c.2.n.57.& lib.3.c.14.n.32.& lib.14.c.5. n.18.19.25.*

Et adipe frumenti satiat te.lib.6.c.1.n.11.

Qui emittit eloquium terræ, velociter currit sermo eius,lib.3.c.5.n.58.& lib.13.c.1.n.25.

Qui dat niuem sicut lanam, nebulam sicut cinerem spargit,lib.3.c.4.n.13.& lib.4.c.23.n.11.

Mittit crystallũ suam sicut buccellas, ante faciẽ frigoris eius quis sustinebit?lib.4.cap.23.num.11. 12.

Emittet verbum suum,& liquefaciet ea: flauit spiritus eius,& fluent aquæ.lib.4.c.23.nu.12.

Non fecit taliter omni nationi,& iudicia sua non manifestauit eis.lib.2.c.14.nu.10.

Psal.149. *Et filiæ Sion exultent in rege suo.lib.3.c.9.n.29.*

In tympano,& psalterio psallãt ei.lib.3.c.1.nu.42.

Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis,exultationes Dei in gutture eorum.lib.7.c.3. num.13.

Et gladij ancipites in manibus eorum.lib.18.c.2.nu. 46.

Ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis.lib.1.c.9.nu.12.& lib.2.c.8.nu.31.

Ex Prouerbijs Salomonis.

Cap.1. *Parabolæ Salomonis, &c. ad sciendam sapientiam,& disciplinam, ad intelligenda verba prudentiæ,& suscipiendam eruditionem doctrinæ,iustitiã,& iudicium,& æquitatẽ.lib.18.c.12.n.15.*

Vt detur paruulis astutia,& adolescenti scientia,& intellectus lib.18.c.13.nu.4.

Audiens sapiens sapientior erit;& intelligens gubernacula possidebit.lib.14.c.16.nu.1.& lib.16.c.5. num.5.

Timor Domini principium sapientiæ.lib.17.c.3.n.7.

Sapientiam atque disciplinam stulti despiciunt. lib. 14.c.5.nu.12.& lib.16.c.5.nn.5.

Audi fili mi disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ:vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo.lib.1.c.9.num.12.& lib.11.c.1. num.6.& lib.14.c.5.num.12.& lib.16.c.5.num. 5.

Pedes eorum ad malum currunt.lib.14.c.12.nu.16.

Frustra autem iaciitur rete ante oculos pennatorum. lib.2.c.11.nu.27.

Quia vocaui,& renuistis,extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret despexistis omne consilium meum,& increpationes meas neglexistis ego,quoque in interitu vester ridebo vos.lib.2.c.11.num. 27.28.

Et prosperitas stultorum perdet illos.lib.4.c.5.n.39.

Qui autem me audierit,absque terrore requiescet, & abundantia perfruetur, timore malorum sublato. lib.2.c.11.nu.28.

Cap. 2. *Si quæsieris sapientiam quasi pecuniam,& sicut thesauros effoderis illam: tunc intelliges timorem Domini,& scientiam Dei inuenies.lib.9.c.17.nu.5.*

Quia Dominus dat sapientiam.lib.9.c.17.nu.5.

Custodiet rectorum salutem: & proteget gradientes simpliciter.lib.9.c.17.nu.6.

Seruans semitas iustitiæ; & vias sanctorum custodiens.lib.11.c.1.nu.7.

Qui relinquunt iter rectum:& ambulant per uias tenebrosas.lib.4.c.4.nu.7.

Qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis.lib.2.c.11.nu.9.& lib.3.c.40.num.7.& lib.7.c.2.nu.16.18.

Omnes qui ingrediuntur ad eam,non reuertetur,nec apprehendent semitas vitæ lib.4.c.14.nu.8.10.

Cap. 3. *Honora Dominum de tua substantia, & da primitijs frugum tuarum, da pauperibus: & implebuntur horrea tua saturitate,& vino torcularia tua redũdabunt.lib.2.c.1.nu.15.lib.5.c.10.nu.44.*

Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ,& gloria.lib.2.c.15.nu.62.& c.16. n.26.& lib.4.c.41.n.13.& lib.7.c.3.nu.4.& lib. 1.c.18.nu.14.& lib.2.c.16.nu.26.& c.19.num. 24.25.

Viæ eius,viæ pulchræ,& omnes semitæ illius pacificæ,lignũ vitæ est his qui apprehẽderint eã,& qui tenuerint

Universidad de Piura

tenuerint eam, beati. lib. 3. c. 5. nu. 41. & lib. 7. c. 3. num. 4.

Dominus sapientia fundauit terram, stabiliuit cælos prudentia, sapientia illius eruperunt abyssi. lib. 3. c. 5. nu. 41.

Si dormieris, nõ timebis, quiesces, & suauis erit somnus tuus. lib. 11. c. 9. nu. 13.

Noli prohibere benefacere eum qui potest, si vales, & ipse benefac: ne dicas amico tuo, vade, & reuertere, & cras dabo tibi: cum statim possis dare: non enim scis quid tibi contigat crastina die. lib. 4. c. 4. nu. 16. & lib. 5. c. 10. nu. 7. & lib. 11. c. 2. num. 16. lib. 14. c. 19. nu. 8.

Ne contendas aduersus hominem frustra: cum ipse nihil tibi male fecerit. lib. 3. c. 28. nu. 13.

Egestas a Domino in domo impij. lib. 14. c. 12. nu. 17.

Cap. 4. Ducam te per semitas æquitatis: quas cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum. libro. 18. cap. 14. nume. 11.

Omni custodia serua cor tuum quia ex ipso vita procedit. lib. 2. c. 7. num. 7. 8. & lib. 3. 18. nu. 6. 7. 8. 9. 18. & lib. 16. c. 13. nu. 5.

Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. lib. 3. c. 3. nu. 8. 9. 10.

Ne declines ad dexteram, neque, ad sinistram. lib. 16 c. 11. nu. 16.

Ne intenderis fallaciæ mulieris. lib. 14. c. 11. nu. 6.

Cap. 5. Fauus enim distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius: nouissima autẽ illius amara quasi absynthium: & lingua eius acuta quasi gladius biceps. lib. 6. c. 12. nu. 7. 8. & lib. 7. c. 2. nu. 7. & lib. 14. c. 11. nu. 6.

Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli. ne forte impleantur extranei uiribus tuis, & labores tui sint in domo aliena, & gemas in nouissimis, quando consumpseris carnes tuas, & corpus tuum, & dicas, Cur de status sum disciplinam &c. lib. 5. c. 9. nu. 19.

Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui. & c. lib. 1. c. 25. nu. 2. & lib. 6. c. 12, nu. 8.

Deriuentur foras fontes tui, & in plateis aquas tuas diuide, habeto eas solus; nõ sint alieni participes tui. lib. 11. c. 6. nu. 72. lib. 1. c. 25. nu. 1. 2. & lib. 6. c. 12. nu. 8. lib. 10. c. 12. nu. 48.

Sit vena tua benedicta. lib. 11. c. 6. nu. 72. 73.

Cerua gratissima, & hinnulus charissimus, vbera eius inebrient te, lib. 1. c. 16. nu. 1. & lib. 6. c. 12. nu. 8.

Respicit Dominus viam hominis, & omnes gressus illius considerat. lib. 4. c. 13. nu. 13.

Iniquitates suæ capiunt impium. & funibus peccatorum constringitur. lib. 14. c. 13. nu. 5.

Cap. 6. Ipse morietur, quia non habuit disciplinam, & multitudine stultitiæ suæ decipietur. lib. 4. c. 13. nu. 13.

Vade ad formicã o piger, & considera vias eius, & discce sapientiam: quæ cum nõ habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat in æstate sibi cibum & congregat in messe quod comedat. lib. 3. c. 14. nu. 9. & lib. 4. c. 1. nu. 44. & lib. 13. c. 12. nu. 16. 17. 18. 19. & lib. 18. c. 8. nu. 7. & c. 11. nu. 17. & lib. 16. c. 10. nu. 31.

Vsque quo piger dormies? quando consurges ex somno tuo? paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conseres manus tuas, vt dormias: & veniet tibi quasi viator egestas, & pauperies, quasi armatus. lib. 14. c. 21. nu. 39.

Numquid potest homo abscondere ignẽ in sinu suo; vt vestimenta illius non ardeant? aut ambulare super prunas, vt non comburantur plantę eius: lib. 3. c. 3. num. 4. 5. 7. 8. 9. 10. 12. 13. 14. 39. 44. & lib. 6. c. 12. nu. 11.

Serua mandata mea, & vives; & legem meam quasi Cap. 7. pupillam oculi tui, liga eam in digitis tuis; scribe illam in tabulis cordis tui. lib. 11. c. 2. nu. 17.

Dic sapientiæ soror mea es: & prudentiam voca amicam tuam, vt custodiat te a muliere extranea, & ab aliena, quæ verba sua dulcia facit. de fenestra enim domus meæ per cancellos prospexi iuuenem, & video paruulos, considero vecordem iuuenem, qui transit per plateas iuxta angulum: & prope viam Domus illius graditur in obscuro, ad vesperas, ante diem in noctis tenebris, & caligine. lib. 3. c. 3. nu. 11.

Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas Cap. 9. septem, immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam, misit ancillas suas, vt vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis. lib. 1. c. 23. nu. 32. & lib. 5. c. 6. nu. 4.

Qui erudit derisorem, ipse iniuriam sibi facit: & qui arguit impium, sibi maculam generat. lib. 3. c. 29. nu. 1. & 9.

Noli arguere derisorem: ne oderit te. lib. 3. c. 28. nu. 14. & c. 29. nu. 1. & 9.

Argue sapientem, & diliget te. lib. 3. c. 29. nu. 1. & c. 29. nu. 9.

Aquæ furtiuæ dulciores sunt; & panis absconditus Cap. 10. suauior. lib. 1. c. 25. nu. 5.

Nihil proderunt thesauri impietatis: iustitia vero liberabit a morte. lib. 2. c. 15. nu. 66.

Filius sapiens gloria est patris. lib. 3. c. 7. nu. 29. & lib. 11. c. 6. nu. 49.

Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter. li. 13. c. 1. nu. 25.

In labijs sapientis inuenitur sapientia: & uirga in dorso eius, qui indiget corde. lib. 11. c. 2. nu. 18.

In multiloquio non deerit peccatum. lib. 10. c. 7. nu. 15. & c. 8. nu. 19.

Sicut acetum dentibus, & fumus oculis: sic piger his qui miserunt eum in via. lib. 16. c. 2. nu. 7.

Præstolatio impiorum furor. lib. 9. c. 7. nu. 39. Cap. 11.

Qui abscondit frumenta: maledicetur in populis. lib. 9. c. 24. nu. 11. lib. 14. c. 26. nu. 19.

Qui stultus est seruiet sapienti. lib. 9. c. 20. nu. 23. Cap. 12.

Cogitationes iustorum, iudicia. lib. 9. c. 10. nu. 10.

Qui autem odit increpationes, insipiẽs est. lib. 3. c. 29. nu. 5. 6. 7. 8.

Fatuus autem statim indicat iram suam: qui autem dissimulat iniuriam, callidus est. lib. 9. c. 7. nu. 27.

Est qui promittit, & quasi gladio pungitur conscientiæ lib. 14. c. 19. nu. 9.

Mæror in corde viri humiliabit illum, & sermone bono lætificabitur. lib. 14. c. 21. nu. 40.

Qui negligit Damnum propter amicum: hic iustus est lib. 18.

Vult, & non vult piger; anima autem operanti unpinguabitur. lib. 14. c. 19. nu. 10.

Est quasi diues cum nihil habeat, & est quasi pauper cum in multis diuitijs sit. lib. 2. c. 15. nu. 43.

Cap. 13. Redemptio animæ viri diuitiæ eius. lib. 4. c. 38. num. 16. & lib. 9. c. 1. nu. 14.

Qui autem pauper est, increpationem non sustinet. lib. 14. c. 19. nu. 20.

Substantia festinata minuetur, quæ autem paulatim colligitur manu, multiplicabitur. lib. 2. c. 15. n. 43.

Spes quæ differtur, affligit animum. lib. 2. c. 2. nu. 24.

Desiderium si compleatur, delectat animam, detestantur stulti eos, qui fugiunt mala lib 9. c. 20. nu. 8.

Multi cibi innoualibus patrum, & alijs congregantur absque iudicio. lib. 5. c. 10. num. 45. & lib. 16. cap 6. nu. 9.

Qui parcit virgæ, odit filium suum, qui autem diligit illum, instanter erudit. lib. 2. c. 11. nu. 10.

Iustus comedit, & replet animam suam, venter autem impiorum insaturabilis. lib. 6. c. 1. nu. 3.

Cap. 14. Sapiens mulier ædificat domum suam, insipiens extructam quoque manibus destruet. lib. 9. cap. 20. num. 8.

Ambulans recto itinere, & timens Deum, despicitur ab eo, qui infami graditur via. lib. 9. c. 20. nu. 8.

In ore stulti virga superbiæ, labia autem sapientium custodiunt eos. lib. 9. c. 20. nu. 8. & lib. 14. cap. 27. nu. 19.

Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus. lib. 7. c. 4. num 10.

Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat lib 7. c 2. nu. 15.

Domus impiorum delebitur, tabernacula iustorum germinabunt. lib. 9. c. 14. nu. 11.

Est via quæ videtur homini iusta; nouissima autem eius deducunt ad mortem. lib 3. c. 23. nu. 21.

Innocens credit omni verbo, astutus considerat gressus suos; sapiens timet, & declinat a malo, stultus transilit, & confidit. lib. 9. c. 17. nu. 7 10.

Impatiens operabitur stultitiam, & vir versutus odiosus est. lib. 9 c. 17. nu. 7.

Corona sapientium, diuitiæ, fatuitas stultorum imprudentia. lib. 9 c. 17. nu. 7.

In timore Domini fiducia fortitudinis, & filijs eius erit spes. lib. 6. c. 13. nu. 14.

Vita carnium sanitas cordis, putredo ossium inuidia. lib. 9. c. 5. nu. 29.

Cap. 15. Responsio mollis frangit iram, sermo durus suscitat furorem. lib. 1. c. 12. nu 17. 18. 43.

Lingua placabilis lignum vitæ. lib. 1. c. 12. nu. 43.

Labia sapientium disseminabunt scientiam, cor stultorum dissimile erit. lib. 14. c. 19. nu. 11.

Omnes dies pauperis mali, secura mens quasi iuge conuiuium. lib. 3. c. 24. num. 13. & lib. 9. cap. 15. nu. 17.

Iter impiorum quasi sepes spinarum. lib. 10. cap. 4. nu. 3.

Melius est vocari ad olera cum charitate, quàm ad vitulum saginatum cum odio. lib. 5. c. 10. nu. 76.

Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo expugnatore vrbium. lib. 1. c. 12. num. 48. lib 2. c. 5. nu. 44. lib. 9. c. 4. nu. 18. & cap. 7. nu. 34. lib. 14. c. 1. nu. 31. 32. 33. & lib. 6. c. 13. nu. 19.

Cap. 16. Hominis est præparare animam, & Domini gubernare linguam. lib. 4. c. 14. nu. 15.

Contritionem præcedit superbia, & ante ruinam exaltabitur spiritus. lib. 16. c. 13. nu. 12. 21. 41.

Vir iniquus lactat amicum suum, & ducit eum per viam non bonam. lib. 14. c. 19. nu. 11.

Qui attonitis oculis cogitat prava; mordens labia sua, perficiet malum. lib. 14. c. 20. nu. 4.

Qui ruina lætatur alterius, non erit impunitus. lib. 1. Cap. 17. c. 12 nu. 56.

Gemma gratissima expectatio præstolantis, quocumque se verterit, prudenter intelligit. lib. 18. cap. 15. nu. 35.

Qui dimittit aquam, caput iurgiorum est. lib. 10. c. 7. nu. 9. 17.

Qui iustificat impium, & condemnat iustum, vterque abominabilis est ante Deum. lib. 1. c. 3. nu. 14.

Quid prodest stulto habere diuitias, cum sapientiam emere non possit? lib. 6. c. 3. nu. 10.

Omni tempore diligit qui amicus est. lib. 1. c. 19. n. 1.

Animus gaudens ætatem floridam facit, spiritus tristis exsiccat ossa. lib. 7. c. 1. nu. 2.

Oculi stultorum in finibus terræ. lib. 2. c. 15. nu. 53.

Impius cum in profundum venerit peccatorum, con- Cap. 18. temnit. lib. 1. c. 14. nu. 2. & lib. 1. c. 5. n. 7. & lib. 3. c. 24 nu. 16. & lib. 14. c. 7. nu. 23. & cap. 8. nu. 24. & c. 23. nu. 29. & lib 18. c. 4. nu. 11.

Substantia diuitis vrbs roboris eius, & quasi murus validus circundans eum. lib. 2. c. 18. nu. 13.

Qui prius respondet, quam audiat, stultum se esse demonstrat. lib. 14. c. 28. nu. 17.

Antequam conteratur, exaltatur cor hominis, & antequam glorificetur, humiliatur. lib. 8. c. 8. nu. 28.

Spiritum vero ad irascendum facilem quis sustinere poterit? lib. 9. c. 7. nu. 28.

Donum hominis dilatat viam eius. lib. 7. c. 8. nu. 19. & lib. 18 c 10. nu. 13.

Iustus prior est accusator sui. lib. 3. c. 22. nu. 33. & c. 22. nu. 1. 8. & c. 28. nu. 15. & lib. 14. c. 15. nu. 1. 17. 24 25. & cap. 22. nu. 37. 38.

Frater qui adiuuatur a fratre, quasi ciuitas firma. lib. 1. c. 16. nu. 8.

Mors, & vita in manibus linguæ. lib. 10. c. 7. nu. 5. & nu. 12.

Melior est pauper qui ambulat in simplicitate sua, Cap. 19. quàm diues torquens labia sua, & insipiens. lib. 8. c. 8. nu. 13.

Pigredo immittit soporem, & anima dissoluta esuriet. lib. 6 c. 3. nu. 11.

Fœneratur Domino, qui miseretur pauperis, & vicissitudinem suam reddet ei. lib. 5. c. 10. num. 39. 68. & lib. 18. c. 1. nu. 4.

Erudi filium tuum, & non desperes; ad interfectionem autem eius, ne ponas animam tuam. qui enim impatiens est, sustinebit damnum. lib. 3. c. 28. n. 16

Multæ cogitationes in corde viri, consilium autem Domini manet in æternũ. lib. 4 c. 25. nu. 21.

Homo indigens misericors est. lib. 8. c. 8. nu. 13.

Abscondit piger manum suam sub ascella, nec ad os suum applicat eam. lib. 4. c. 28. nu. 18. 36.

Pestilente flagellato, stultus sapientior erit. lib. 6. c. 10. nu. 2. 18.

Et os impiorum deuorat iniquitatem lib. 6. c. 1. nu. 4.

Sicut rugitus leonis, ita & terror regis, qui prouo- Cap. 20. cat eum, peccat in animam suam. lib. 16. cap. 6. nu. 11.

Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æstate, & non dabitur illi. lib. 9. c. 22. num. 30. & lib. 10. c. 1. nu. 9.

Quis potest dicere, mundum est cor meum. lib. 7. c. 6. nu. 3. & lib. 9. c. 9. nu. 50. & lib. 11. c. 3. nu. 13.

Pondus, & pondus: mensura, & mensura: vtrumque abominabile est apud Deum. lib. 3. c. 8. nu. 11. & c. 23. nu. 14. & lib. 8. c. 5. nu. 35. 36.

Lucerna Domini, spiraculum hominis: quæ inuestigat omnia secreta ventris. lib. 3. c. 21. nu. 19.

Liuor vulneris abstergit mala: & plagæ in secretioribus ventris. lib. 4. c. 5. nu. 37. & lib. 5. c. 9. nu. 22. & lib. 17. c. 6. nu. 13.

Cap. 21. *Sicut diuisiones aquarum: ita cor regis in manu Domini. lib. 3. c. 18. nu. 11.*

Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse cum clamauerit non exaudietur.

Thesaurus desiderabilis, & oleū in habitaculo iusti, & imprudens homo dissipabit illud. thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis: vir autem stultus glutit illud. lib. 16. c. 10. nu. 33.

Qui custodit os suum, & linguam suam, custodit ab angustijs animam suam. lib. 10. c. 7. nu. 12.

Desideria occidunt pigrum: noluerunt enim quicquam manus eius operari, tota die concupiscit, & desiderat. lib. 10. c. 1. nu. 10.

Vir obediens loquetur victorias. lib. 13. c. 1. nu. 15.

Cap. 22. *Melius est bonum nomen, quàm diuitiæ multæ, super argentū enim, & aurū gratia bona. lib. 12. c. 1. n. 4.*

Prouerbium est, adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. lib. 18. c. 11. n. 19

Dicit enim piger, Leo est foris, in medio platearum occidendus sum. lib. 14. c. 19. nu. 13.

Noli esse amicus homini iracundo, & non ambules cum homine furioso. lib. 1. c. 19. num. 5. & lib. 9. c. 19. nu. 8. & li. 9. c. 7. nu. 38. & lib. 10. c. 9. num. 5. lib. 11. c. 5. nu. 4. 5. 15.

Ne forte discas semitas eius, & sumas scandalum animæ tuæ. lib. 9. c. 7. nu. 38. & lib. 10. c. 9. num. 5. & lib. 11. c. 5. nu. 4. 5. 15.

Vidisti virum velocem in opere suo? coram regibus stabit, nec erit ante ignobiles? lib. 1. c. 19. nu. 6. 7.

Cap. 23. *Quando sedeas, vt comedas cum principe, diligenter attēde, quæ apposita sunt ante faciem tuam, & statue cultrum in gutture tuo & c. lib. 5. c. 12. nu. 33. & lib. 16. c. 4. nu. 1. 2.*

Noli subtrahere a puero disciplinam: si enim percusseris eum virga, non morietur: tu enim eum virga percutiens eum, liberabis ab inferno animā eius. lib. 2. c. 11. nu. 10.

Et eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator amisso clauo, & dices, verberauerunt me, sed non dolui: traxerunt me, & ego non sensi. lib. 2. c. 17. nu. 13.

Cap. 24. *Septies in die cadet iustus & c. lib. 9. c. 18. nu. 10. 11. & lib. 17. c. 4. nu. 23.*

Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina eius ne exultet cor tuum: ne forte videat Dominus & auferat ab eo iram suam. lib. 1. c. 12. nu. 56.

Cum detractoribus ne comiscearis: quoniam repente consurget perditio eorum, & ruinam vtriusque quis nouit? lib. 1. c. 5. nu. 6.

Per agrum hominis pigri transiui, & per uineam stulti, & ecce totum repleuerant vrticæ, & operuerūt superficiem eius spinæ: & maceria lapidum destructa erat. lib. 10. c. 1. nu. 10. & lib. 18. c. 15. nu. 47.

Nouissime ego egi pœnitentiam, & respexi, vt eligerem disciplinam. lib. 14. c. 8. num. 17.

Aufer rubiginem de argento: & egredietur vas purissimum. lib. 18. c. 2. nu. 29. Cap. 25.

Mel inuenisti, comede quod tibi sufficit: ne forte satiatus euomas illud. lib. 1. c. 20. nu. 29. & lib. 6. ca. 4. nu. 19.

Iaculum, & gladius, & sagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium. lib. 1. c. 19. nu. 13.

Si esurierit inimicus tuus, ciba illū: si sitit, da ei aquā bibere: prunas enim congregabis super caput eius, & Dominus reddet tibi. lib. 1. c. 12. nu. 57.

Ventus aquilo dissipat pluuias: & facies tristis linguam detrahentem. lib. 11. c. 17. nu. 1. 2.

Aqua frigida animæ sitienti, & nuntius bonus de terra longinqua. lib. 1. c. 21. nu. 5.

Qui scrutator est maiestatis, opprimetur a gloria. lib. 6. c. 4. nu. 20. 21.

Sicut vrbs patens, & absque murorum ambitu, ita vir qui non potest in loquedo cohibere spiritum suum. lib. 10. c. 7. nu. 10. 19.

Flagellum equo, & camus asino, & virga in dorso imprudentium. lib. 2. c. 11. nu. 29. Cap. 26.

Dicit piger leo est in uia, & leæna in itineribus: sicut ostium vertitur in cardine suo, sic piger in lectulo suo. lib. 14. c. 15. nu. 1.

Ne glorieris in crastinum, ignorans quid superuentura pariat dies. lib. 2. c. 6. nu. 18. & lib. 14. c. 21. nu. 41. Cap. 27.

Meliora sunt vulnera dilgentis, quàm fraudulenta oscula odientis. lib. 1. c. 19. nu. 7. & nu. 14. & lib. 3. c. 28. nu. 8. & c. 29. nu. 5.

Anima saturata calcabit fauum: & anima esuriens etiam amarum pro dulci sumet. lib. 1. c. 1. n. 30. & lib. 4. c. 40. nu. 14.

Qui benedicit proximo suo voce grandi, de nocte consurgens maledicenti similis erit. lib. 1. c. 3. nu. 4.

Quomodo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum: sic probatur homo ore laudantis. lib. 1. c. 3. nu. 12.

Si contuderis stultum in pila, quasi ptisanas feriente desuper pilo, non auferetur ab eo stultitia eius. lib. 6. c. 10. nu. 36.

Qui declinat aures suas ne audiat legem: oratio eius erit execrabilis. lib. 11. c. 2. nu. 26. Cap. 28.

Beatus homo qui semper est panidus. li. 17. c. 3. n. 31.

Qui operatur terram suam: satiabitur panibus. lib. 2. c. 1. nu. 13.

Totum spiritum suum profert stultus, sapiens differt, & reseruat in posterum. lib. 9. c. 7. nu. 29. & c. 24. nu. 11. Cap. 29.

Seruus verbis non potest erudiri, quia quod dicis, intelligit, & respondere contemnit. lib 3. c. 15. n. 12.

Vidisti hominem velocem ad loquēdum stultitia magis speranda est, quàm illius correptio. lib. 1. c. 19. nu. 6. 7.

Quid elicat te a pueritia sua nutrit seruum suum, postea sentiet, cum contumacem. lib. 3. c. 1. nu. 22.

Vir iracundus prouocat ruxas: qui ad indignandum facilis est, erit ad peccandum procliuis. lib. 9. c. 7. nu. 29.

Omnis sermo Dei ignitus: clypeus est omnibus sperantibus in se. lib. 18. c. 2. nu. 30. Cap. 30.

Duo rogaui te, ne deneges mihi antequā moriar, mendicitatem,

dicitatem, & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum necessaria victui meo & c. lib. 14. c. 3. nu. 22. & lib. 2. c. 11. nu. 22.

Generatio quæ pro dentibus gladios habet, & commandit molaribus suis, vt comedat inopes de terra, & panperes ex hominibus. lib. 11. c. 16. nu. 7.

Sanguisugæ duæ sunt filiæ, dicentes, affer, affer. lib. 1. c. 24. nu. 2.

Tria sunt mihi difficilia, & quartum penitus ignoro. Viam aquilæ in cælo, viam calubri super terram, viam nauis in medio mari, & viam viri in adolescentia. lib. 3. c. 8. nu. 23. & lib. 3. c. 9. nu. 44. 45. & c. 14. nu. 36. & lib. 4. c. 35. nu. 10. lib. 5. c. 3. nu. 16. & lib. 14. c. 17. nu. 19.

Cap. 31. *Noli regibus o Lamuel dare vinum: quia nullum secretum est, vbi regnat ebrietas, ne forte bibant, & obliuiscantur iudiciorum, & mutent causam filiorum pauperis, date siceram mærentibus, & vinum his qui amaro sunt animo, bibant: & obliuiscantur egestatis suæ, & doloris sui non recordentur amplius. lib. 5. c. 12. nu. 13.*

Mulierem fortem quis inueniet? procul, & de vltimis finibus pretium eius. lib. 6. c. 13. nu. 2. & lib. 11. c. 6. nu. 43.

Confidit in ea cor viri sui: & spolijs non indigebit. lib. 2. c. 12. nu. 20. & lib. 6. c. 13. nu. 2. & lib. 11. c. 6. n. 124. & lib. 11. c. 6. nu. 124.

Reddet ei bonum, & non malum omnibus diebus vitæ suæ. lib. 2. c. 12. nu. 20.

Quæsiuit lanam, & linum, & operata est consilio manum suorum.

Facta est quasi nauis institoris de longe portans panem suum. lib. 5. c. 3. nu. 4. & lib. 8. c. 9. num. 13. & lib. 12. c. 3. nu. 13.

Et de nocte surrexit, deditque prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis. lib. 18. c. 18. nu. 2.

Accinxit fortitudine lumbos suos, roborauit brachiū suum. lib. 6. c. 13. nu. 2. & lib. 18. c. 10. nu. 24.

Gustauit & vidit, quia bona est negociatio eius. lib. 2. c. 3. nu. 10.

Manum suam misit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fusum: lib. 2. c. 3. nu. 10.

Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem, non timebit domui suæ a frigoribus niuis: omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus. lib. 12. c. 1. nu. 13. & lib. 18. c. 10. nu. 24.

Byssus, & purpura indumentum eius. lib. 3. c. 1. num. 23.

Nobilis in portis vir eius, cum sederit cum senatoribus terræ. lib. 9. c. 9. nu. 68.

Fortitudo, & decor, indumentum eius; & ridebit in die nouissimo, lib. 6. c. 13. nu. 2. 4.

Os suum aperuit sapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius. lib. 10. c. 7. nu. 11.

Panem otiosa non comedit. lib. 5. c. 12. nu. 28. & lib. 13. c. 12. nu. 14.

Surrexerunt filij eius, & beatissimam prædicauerūt, vir eius, & laudauit eam. lib. 2. c. 4. nu. 7.

Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas. lib. 11. c. 6. nu. 83.

Date ei de fructu manuum suarum. lib. 7. c. 3. nu. 19. & lib. 9. c. 9. nu. 68.

Ex libro Ecclesiastis.

Cap. 1. *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas dixit ecclesiastes. lib. 1. c. 15. nu. 33. & c. 18. nu. 16. & c. 19. nu 9. 10. 11.*

Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo quo laborat sub sole? lib. 2. c. 18. nu. 16. & cap. 19. num. 11.

Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat, ad locum vnde exeunt flumina, reuertentur, vt iterum fluant. lib. 2. c. 13. nu. 33 & lib. 18. c. 18. num. 13.

Non saturatur oculus visu: nec auris auditu impletur. lib. 2. c. 19. nu. 28.

Qui apponit scientiam, apponit dolorem. lib. 3. c. 25. nu. 15. 21. & lib. 9. c. 16. nu. 5. & lib. 16. cap. 12. num. 69.

In multa sapientia est indignatio, & qui addit scientiam, addit, & laborem. libro. 2. cap. 3. num. 22. 23.

Cap. 2. *Et omnia quæ desiderauerunt oculi mei, non negaui eis. lib. 18. c. 16. nu. 9.*

Sapientis oculi in capite eius; stultus in tenebris ambulat. lib. 2. c. 15. nu. 53 & c. 18. nu. 16.

Et didici quod vnus esset vtriusque interitus.

Cap. 3 *Omnia tempus habent lib. 3. c. 1. nu. 56. lib. 18. c. 16. nu 9. 10.*

Tempus tacendi & tempus loquendi. lib. 10. c. 7. nu. 19. & lib. 11. c. 15. nu 3.

Tempus dilectionis, & tempus odij, tempus pacis & tempus belli. lib. 1. c. 16. nu. 17. 18.

Quid habet amplius homo de labore suo? vidi afflictionem quam dedit Deus filijs hominum, vt distendantur in ea. lib. 18. c. 16. nu. 10.

Quis nouit si spiritus filiorum Adam ascendit sursum: & si spiritus iumentorum descendi deorsum. lib. 4. c. 17. nu. 5.

Cap. 4 *Et laudaui magis mortuos quàm viuentes & feliciorem vtroque iudicaui, qui nec dum natus est: nec vidit mala quæ sub sole fiunt. lib. 18. c. 16. num. 11. 13.*

Melius est ergo duos esse simul quàm vnum. lib. 1. c. 19. nu. 10. lib. 4. c. 19. num. 17. & lib. 7. cap. 8. num. 20.

Si vnus ceciderit, ab altero fulcietur. lib. 1. c. 19. n. 8. & lib. 4. c. 19. & lib. 7. c. 8. nu. 20.

Ve soli, quia cum ceciderit non habet subleuantem se. lib. 1. c. 19 nu. 4.

Si dormierint duo, fouebuntur mutuo: vnus quomodo calefiet? lib. 1. cap. 19. num. 8. & lib. 7. cap. 8. nu. 20.

Funiculus triplex difficile rumpitur. lib. 1. c. 19. nu. 8. & lib. 17. c. 5. nu. 1.

Cap. 5 *Auarus numqnam implebitur pecunia. lib. 2. c. 15. num. 66.*

Vbi multæ sunt opes, sunt multi qui comedunt eas. li. 2. c. 6. nu. 37.

Est alia infirmitas pessima; quam vidi sub sole, diuitiæ conseruatæ in malum domini sui. pereunt enim in afflictione pessima, libro. 2. cap. 18. num. 13.

Cap. 6 *Omnis labor hominis in ore eius, sed anima eius non implebitur.*

Melior est dies mortis die natiuitatis. lib. 4. cap. 1. nu. 1. 2.

Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij. lib 3. c. 27. nu. 11. & 80. & lib. 10. c. 1. nu. 6. & c. 2. nu. 5.

Cap. 7. *Melior est ira risu. lib. 9. c. 7. nu. 41.*

Considera opera Dei, quòd nemo possit corrigere, quẽ ille despexerit. lib. 2. c. 14. nu. 4.

Calumnia conturbat sapientem: & perdet robur illius lib. 11. c. 15. nu. 3.

Sed & cunctis sermonibus, qui dicuntur, ne accomodes cor tuum. lib. 11. c. 15. nu. 11.

Dixi sapiens efficiar, & ipsa longius recessit a me, multo magis quam erat. lib. 4. c. 15. nn. 6 & lib. 8. c. 7. nu. 18.

Virum de mille vnum reperi, mulierem ex omnibus non inueni. lib. 11. c. 11. nu. 5.

Inueni amariorem morte mulierem: quæ laqueus venatorum est, & sagena cor eius, vincula sunt manus illius. lib. 9. c. 13. nu. 10.

Solummodo hoc inueni, quod fecerit Deus hominem rectum: & ipse se infinitis miscuerit quæstionibus. lib. 1. c. 17. nu. 18.

Cap. 8. *Vidi impios sepultos: qui etiam cum adhuc viuerẽt, in loco sancto erant: & laudabantur in ciuitate, quasi iustorum operum: sed, & hoc vanitas est. lib. 6. c. 3. nu. 26. 27.*

Cap. 9. *Nescit homo vtrum amore, an odio dignus sit, sed, & omnia in futurum reseruantur incerta. lib. 7. c. 2. num. 5.*

Omni tempore vestimenta tua sint candida. lib. 3. c. 1. num. 48.

Quodcumque potest facere manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas. libro. 10. cap. 1. num. 11. & libro. 17. cap. 1. num. 4.

Verti me ad aliud, & vidi sub sole, nec velocium esse cursum, nec fortium bellum: nec sapientium panem, nec doctorum diuitias, nec artificum gratiam. lib. 4. c. 14. nu. 9.

Nescit homo finem suum: sed sicut aues capiuntur hamo, & aues laqueo comprehenduntur: sic capiuntur homines in tempore malo. lib. 11. cap. 10. num. 11.

Ciuitas parua, & pauci in ea viri, venit contra eam rex magnus, & vallauit eam, extruxitque munitiones per gyrum, & perfecta est obsidio, &c. vir pauper, & sapiens liberautt vrbem per sapientiam suam. lib. 2. c. 10. nu. 24.

Cap. 10 *Muscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti. lib. 3. c. 10. nu. 73. & c. 18. n. 15. 16. & lib. 11. c. 5. n. 8.*

Cor sapientis in dextera eius: & cor stulti sinistra illius. lib. 2. c. 15. nu. 53. & c. 18. nu. 16.

Sed, & in via stultus ambulans, cum ipse sit insipiès, omnes stultos æstimat. lib. 11. c. 14. nu. 12.

Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris. lib. 2. cap. 8. nu. 9. & lib. 18. c. 6. nu. 4.

Est malum quod vidi sub sole, quasi per errorẽ egrediens a facie principis, positum stultum in dignitate sublimi, & diuites sedere seorsum. Vidi seruos in equis, & principes ambulantes super terram quasi seruos. lib. 7. c. 5. nu. 3. & nu. 12.

Si mordeant serpens in silentio, nihil minus eo habet, qui occulte detrahit. lib. 1. c. 14. nu. 6. lib. 11. c. 16. nu. 10. & c. 17. nu. 3. & lib. 3. c. 22. nu. 13.

Væ tibi terra cuius rex puer est: & cuius principes mane comedunt. lib 2. c. 17. nu. 22.

Beata terra cuius rex nobilis est: & cuius principes vescuntur in tempore suo ad reficiendum, & non ad luxuriam. lib. 3. c. 17. nu. 13.

In cogitatione tua regi ne detrahas, & in secreto cubiculi tui ne maledixeris diuiti: quia qui habent pẽnas annunciabunt sententiam: & aues cæli portabunt vocem tuam. lib. 11. c. 16. nu. 8.

Cap. 11. *Si cecident lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem in quocumque loco ceciderit, ibi erit. lib. 1. c. 10. nu. 8. lib. 12. c. 3. nu. 32.*

Mane semina semen tuum, & vespere ne cesset manus tua; quia nescis quid magis oriatur hoc, aut illud, si vtrumque simul, melius erit. lib. 14. c. 24. nu. 5.

Lætare ergo iuuenis in adolescentia tua, &c. lib. 1. c. 2. nu. 16.

Qui obseruat ventum, non seminat, & qui aspicit nubes, non metet. lib. 14. c. 26. nu. 20.

Memento creatoris tui in iuuentute tua, antequam veniat tempus, &c. antequam rumpatur funiculus argenti; & recurrat vitta aurea, & conteratur hydria super frontem, &c. vsque vniuersa vanitas lib. 18. c. 11. nu. 20.

Verba sapientium sicut stimuli, & quasi claui defixi in altum. lib. 1. c. 3. n. 15. 15. & lib. 3. c. 28. nu. 17. & lib. 14. ca. 27. nu. 19.

Deum time, & mandata eius serua; hoc est omnis homo. lib. 3. c. 16. nu. 10.

Ex libro Canticorum.

Cap. 1. *Osculetur me osculo oris sui. lib. 1. c. 9. nu. 2. 3. & lib. 11. cap. 6. num. 97. & lib. 1. c. 2. nu. 11. & lib. 1. c. 18. nu. 17. & lib. 3. c. 5. nu. 7. & nu. 80. & lib. 4. c. 16 nu. 16.*

Quia meliora sunt vbera tua vino, fragantia vnguentis optimis. lib. 1. c. 9. nu. 1. 2. & lib. 3. c. 5. num. 7. & lib. 4. cap. 16. num. 16. & lib. 5. c. 1. num. 6. & lib. 11. c. 6. nu. 98. & lib. 3. c. 21. num. 20. & lib. 7. cap. 1. nu. 32. & lib. 14. c. 28. nu. 33. lib. 18. cap. 11. nu. 24.

Oleum effusum nomen tuum. lib. 3. c. 5. nu. 88. & lib. 3. c. 6. nu. 2. 3. 4. & lib. 9. c. 24. num. 11. & lib. 12. c. 2. nu. 17. 18. 21. 22. 23. 24. 25.

Ideo adolescentulæ dilexerunt &c. lib. 1. c. 9. n. 1. 2. & lib. 3. c. 5. nu. 7. & lib. 18. c. 11. nu. 24. & lib. 7. c. 1. nu. 32. & lib. 1. c. 2. nu. 16. & lib. 3. c. 6. nu. 2. 3. 4. & lib. 15. c. 3. nu. 20.

Trahe me post te, & curremus in odorem vnguentorum tuorum. lib. 2. c. 2. nu. 28. & lib. 2. c. 5. nu. 14. & lib. 3. c. 6. num. 3. 4. & lib. 4. c. 24. num. 3. & lib. 4. cap. 24. nu. 19. & lib. 5. cap. 8. nu. 3. & cap. 13. num. 32. & lib. 7. c. 3. num. 17. & cap. 9 num. 14. 15. 16. & lib. 11. c. 6. num. 99. & lib. 18. c. 13. nu. 9. 10.

Introduxit me rex in cellaria sua, exultabimus, & lætabimur in te, memores vberum tuorum. libro 1. cap. 9. num. 1. 2. & lib. 3. c. 5. num. 7. & lib. 18. cap. 11. nu. 24.

Recti

Recti diligunt te. lib. 1. c. 9. nu. 5. & lib. 11. c. 12. n. 9. 10. 11. & c. 15. nu. 26. & c. 17. nu. 9.

Nigra sum sed formosa filiæ Ierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pellæ Salomonis. lib. 1. c. 12. n. 43 & lib. 3. c. 7. nu. 46. 47. & cap. 11. nu. 45. & lib. 5. c. 7. nu. 28. & lib. 5. c. 7. nu. 3. 4. & lib. 11. c. 12. nu. 10. & lib. 7. c. 3. nu. 21. 22. & lib. 9. c. 15. nu. 44. & lib. 11. c. 12. nu. 9. 10. 11. & lib. 14. c. 22. nu. 5. & lib. 19. c. 4. nu. 23. & lib. 18. c. 8. nu. 15.

Nolite me considerare quòd fusca sim, quia decoloravit me sol. lib. 1. c. 2. nu. 12. & c. 14. nu. 16. & lib. 3. c. 20. nu. 25. & lib. 7. c. 3. nu. 21. 22. lib. 9. c. 15. nu. 44. lib. 11. c. 12. nu. 9. 10. 11. lib. 14. c. 22. nu. 5. lib. 16. c. 4. nu. 23. lib. 18. c. 8. nu. 15. lib. 4. c. 24. nu. 4.

Filij matris meæ pugnauerunt contra me. lib. 1. c. 15. num. 13. & 14. & lib. 2. c. 6. num. 9. & lib. 9. c. 15. nu. 44.

Posuerunt me custodem in vineis: vineam meam nõ custodiui lib. 5. c. 11. nu. 18. & lib. 14. c. 28. n. 31. 34. & lib 16. c. 9. nu. 3.

Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie: ne vagari incipiam, post greges sodalium tuorum. lib. 1. c. 14. nu. 2. & lib. 2. c. 2. nu. 1. 29. & c. 4. nu. 29. & lib. 9. c. 12. nu. 1. & lib. 18. c. 17. nu. 25.

Si ignoras te o pulcherrima inter mulieres, egredere, & vade post vestigia gregum tuorum, & pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum. lib. 2. c. 4. nu. 28. 29. & c. 19. nu. 27. 28. 29. & lib. 3. c. 19. nu. 1. 2. & lib. 8. c. 2. nu. 15. & c. 7. nu. 20.

Equitatui meo in curribus pharaonis assimilaui te amica mea. lib. 1. c. 21. nu. 24. lib. 3. c. 18. nu. 3. & c. 20. nu. 11. & lib. 4. c. 20. nu. 4. & c. 31. nu. 4. & lib. 7. c. 8. nu. 36. 37.

Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis, collum tuum sicut monilia. lib. 8. c. 9. nu. 31. & lib. 11. c. 6. nu. 100. lib. 15. c. 5. nu. 18. 19.

Murænulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. lib. 18. c. 18. nu. 18.

Dum esset rex in accubitu suo: nardus mea dedit odorem suum. lib. 5. c. 5. nu. 10. & lib. 8. c. 5. n. 34. 35. & lib. 11. c. 6. nu. 63. & nu. 100. 101.

Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi: inter vbera mea commorabitur. lib. 1. c. 2. nu. 13. & lib. 3. cap. 8. nu. 14. 15. 21. & c. 10. num. 78. & lib. 11. cap. 6. num. 101. lib. ~~3. cap. 8. num. 14. 15. 21. cap. 10. nu. 78.~~

Botrus cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi. lib. 3. cap. 9. num. 1. 2. 10. 78. & lib. 11. cap. 6. nu. 101. & lib. 14. cap. 29. num. 34. & lib. 3. cap. 13. nu. 34.

Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es: oculi tui columbarum. lib. 3. c. 8. nu. 16. & cap. 20. num. 2. 3. & lib. 3. cap. 18. num. 3. & lib. 11. cap. 6. nu. 101. 102.

Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus. lib. 3. c. 8. nu. 16. & cap. 20. nu. 2. 3. & lib. 11. c. 6. nu. 101. 102.

Lectulus noster floridus, tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina. lib. 9. cap. 8. nu. 15. lib. 14. cap. 17. num. 29. & cap. 22. nu. 55. lib. 15. c. 2. nu. 19. lib. 16. c. 1. nu. 4. & lib. 18. c. 8. nu. 16. lib. 18. c. 12. nu. 25.

Cap. *Ego flos campi, & lilium conuallium. lib. 3. c. 9. n. 36. & lib. 8. c. 8. nu. 32. & lib. 11. c. 6. nn. 38. 40. & lib. 18. c. 8. nu. 16.*

Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. lib. 9. cap. 19. num. 13. 14. & cap. 20. num. 22. lib. 12. cap. 1. nu. 12. lib. 15. c. 6. nu. 3. 4. 5. 6. lib. 18. c. 5. nu. 21.

Sicut malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus inter filios. lib. 3. c. 9. nu. 37.

Sub vmbra illius quem desideraueram, sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. lib. 3. c. 8. nu. 17. lib. 12. c. 6. nu. 7. 72.

Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem. lib. 1. cap. 5. num. 1. & cap. 9. num. 7. & lib. 1. cap. 11. num. 1. 9. & lib. 2. cap. 4. num. 3. & lib. 3. cap. 5. num. 19. & lib. 5. c. 1. num. 20. & lib. 11. c. 6. nu 99.

Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo vulnerata sum charitate. lib. 1. c. 2. 7. num. 26. & lib. 1. cap. 8. num. 4. & cap. 11. num. 2. & c. 18. num. 1. 14. 23. lib. 1. cap. 5. num. 2. lib. 2. cap. 2. num. 2. lib. 3. cap. 26. num. 8. lib. 18. cap. 2. nu. 42. lib. 2. cap. 2 num. 14. lib. 2. c. 13. num. 36. 37. libro. 1. cap. 18. nu. 23. lib. 11. c. 6. nu. 102. lib. 18. ca. 2. nu. 39.

Læua eius sub capite meo: & dextera illius amplexabitur me. lib. 1. cap. 2. num. 15. & cap. 9. num. 8. & lib. 2. cap. 16. num. 25. & lib. 2. ca. 16. num. 25. & lib. 2. cap. 11: num. 3. & lib 1. cap. 18. num. 14. & lib. 2. cap. 13. num. 37. 38. & cap. 14. num. 14. & cap. 19. num. 24. & lib. 4. cap. 11. num. 34. & cap. 41. num. 13. & lib. 9. cap. 13. num. 10. lib. 11. cap. 6. nu. 102.

Adiuro vos filiæ Ierusalem per capreas, ceruosque camporum, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam, quoad vsque ipsa velit. lib. 1. cap. 1. nu. 20. lib. 4. cap. 2. num. 12. & lib. 11. c. 13. nu. 9. lib. 14. c. 28. nu. 33.

Vox dilecti mei ecce iste venit saliens in montibus, trãsiliens colles. lib. 4. c. 21. nu. 1. & lib. 17. cap. 3. nu. 31.

Similis est dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum. lib. 1. c. 23. nu. 4. & lib. 3. c. 5. nu. 8. & c. 6. nu. 1. & c. 9. nu. 38. & c. 21. nu. 7. & lib. 4. c. 11. num. 35. lib. 6. c. 3. num. 1.

En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos. lib. 2. cap. 9. nu. 10. & cap. 11. num. 3. & lib. 3. cap. 7. num. 48. lib. 4. c. 19. nu. 14. & cap. 21. num. 2. & lib. 16. cap. 9. num. 4.

En dilectus meus loquitur mihi surge propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni. lib. 11. cap. 6. num. 103. lib. 14. cap. 22. num. 6. lib. 12. cap. 3. num. 4. & lib. 16. cap. 7. num. 23. lib. 17. cap. 2. num. 12. lib. 2. cap. 3. num. 7. & cap 9. num. 11. & cap. 11. num. 3. & lib. 3. c. 13. num. 1. lib. 14. c. 28. nu. 35.

Iam enim hiems transiit, imber abijt, & recessit, flores apparuerunt in terra nostra: tempus putationis aduenit, ficus protulit grossos suos. lib. 2. c. 3. num. 7. & cap. 9. nu. 11. & cap. 11. nu. 3. & lib. 3. c. 13. num. 1. & lib. 14. cap. 28. nu. 35. lib. 12. c. 3. n. 4. & 5. & lib. 17. c. 2. nu. 12. & lib. 3. c. 13. nu. 35. lib. 18. c. 15. nu. 45. 46.

Vox turturis audita est in terra nostra. lib.18. c.15. nu.46. lib.2.c.2.nu.30.31. lib.9.c.6. nu.20.

Vineæ florentes dederunt odorem suum lib.7.cap.9. nu.4. lib.15.c.2.nu.20.

Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ. lib.14.c.22.nu.6. lib.3.c.8. nu.18.19.

Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis, & facies tua decora. lib.6.c.4.nu.20. lib.14.c.29. nu.35.

Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas lib.1.c.1.nu.21. lib.2.c.6.nu.37. & c.8. nu.6. lib.2.c.8. nu.6.7.8. & lib.4.c.30. num.22.23.24. lib.8.c.1.nu.3.18.22. & cap.9 nu.31. lib.18.c.15.nu.46.47.

Dilectus meus mihi, & ego illi. lib.1.c.1.nu.22. lib.3.c.8.nu.20. & lib.4.c.3.nu.22. lib.11.c.6. num.77. lib.2.c.13.nu.34. lib.7.c.9.nu.17. lib.11.c.6. nu.103. lib.18.c.2.nu.53. & c.18. nu.16.17.

Qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ. lib.3.c.8. nu.20. lib.4.c.3. nu.22. lib.11.c.6.nu.77. lib.18.c.8.num.16. & cap.19. nu.12. & lib.11.c.8. nu.103.

Reuertere similis esto dilecte mi capreæ, binnuloque ceruorum super montes Bethel lib.1.c.2.num.16. lib.4.c.16.nu.17. lib.7.c.8.nu.38. lib.4.c.21.nu. 9. lib.6.c.3.nu.1. lib.9.c.9.num.74. lib.11.cap.6. nu.103.

Cap. 3. *In lectulo meo per noctem quæsiui quem diligit anima mea, quæsiui illum, & non inueni. lib.4.c.16. nu.17.18. lib.7.c.9.nu.18. lib.13.c.9.nu.22.*

Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem, nũ quem diligit anima mea vidistis? paululum cum pertransissem, inueni quem diligit anima mea. lib.1.c.2.nu.17. lib.16.c.11.nu.28. lib.1.c.5.nu. 2. lib.2.c.3.nu.8.

Tenui eum, nec dimittam, donec introducam in domum matris meæ, & in cubiculũ genitricis meæ. lib.1.c.2.nu.17. & lib.1.c.5.nu.2. & lib.2.c.3.nu. 8. lib.5.c.4.nu.13.

Adiuro vos filiæ Hierusalem per capreas, ceruosque camporum, resuscitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit. lib.1.c.1. nu.20. & lib. 4.c.2.nu.12. & lib.11.c.13.nu.9. & lib.14.c.28. nu.33.

Quæ est ista quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij. lib.1.c.5.nu.1. & lib. 3.c.23.nu.12. & lib.11.c.6.nu.8.9.104.105.

En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi, vniuscuiusque ensis super femur suum propter timores nocturnos. lib.1.c.25.nu.9. & lib.11.c.6.nu.105. & lib.14.c.28. num.38. & lib.17.c.3.nu.28. & lib.18. c.6. nu.14.15.

Ferculum fecit rex Salomon de lignis Libani, columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureũ, ascensum purpureum, media charitate constrauit propter filias Hierusalem.

Egredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis eius. lib.2.c.13.nu.37. & lib.3.c.7. nu.44.45. & cap.10.num.23. & lib.11.c.6.num.68. & lib.14. c.2.nu.10.

Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es, oculi tui columbarum absque eo, quod intrinsecus latet. lib.11.c.6. nu.105.106. Cap. 4.

Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad, dentes tui sicut greges tonsarũ, quæ ascenderũt de lauacro, omnes gemellis foetibus, & sterilis non est inter eas. lib.5. c.3. nu.17. lib.3.c.2.nu.24. & lib.11.c.6. nu.107. & lib.14. c.27.nu.22. & lib.15.c.2. nu.17.18. lib.9.c.19. num.9.

Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquiũ tuum dulce. lib.11.c.6.nu.107.

Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ absque eo quod intrinsecus latet. lib.11.c.6.nu.108.

Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis. lib.11.c.6. num.109.

Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. lib.11.c.6.nu.89.

Duo vbera tua sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in liliis, donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ. lib.1.c.14. num.15. lib.4.c.11. num. 32.34 & lib.5.c.13.nu.21.22. & lib.11. c.6.nu. 109. lib.2.c.13. nu.38.

Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris. lib. 11.c.6.nu.123.

Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. lib.2.c.1.nu.40. & cap.4.nu.29. & c.7. num.26. lib.18.c.6.nu.13.

Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum. lib.11.c.6.nu.109. lib.3.c.5.num.65. lib. 11.c.6.nu.10.

Vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui. lib.11.c.6.nu.109. lib.3.c.10. nu.77.78.

Odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. lib.3.c.5.num.7. & cap.6.num.4. & lib.18.cap.6. nu.13.14.

Fauus distillans labia tua sponsa; mel, & lac sub lingua tua, & odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris. lib.1.c.18 nu.30. & lib.7.c.3.nu.16. libro. 11.c.4.nu.16. & c.6.nu.110. & lib.1.c.3.nu.5. & c.25.nu.1.

Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus. lib.1.c.5.nu.2. & lib.6.c.12.nu.14. lib.11.c.6.nu.5.10.111 lib.12.c.3.nu.20. & lib. 18.c.6.nu.13.

Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus. lib.5.c.3. nu.11. & lib.11.c. 6.nu.111.

Myrrha, & aloe cum omnibus primis vnguentis. lib.3.c.7.nu.10.

Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, aquæ fluunt impetu de Libano. lib.1.c.25. nu.1. & lib. 11.c.6.num.5.10.72.111. lib.12.c.3.nu.20. lib. 18.c.6.nu.13.

Surge aquilo, & veni Auster, perfla hortum meum, & fluent aromata illius. lib.2.c.8.num.42. lib.16. c.12.nu.57.

Venit dilectus meus in hortum suum: vt comedat fructus pomorum suorum. lib.11. cap.6. num.111. 112. Cap.

Veni in hortum meum soror mea sponsa, messui myrrham meam cum aromatibus meis. lib.11.c. 6.nu.112.

Comedi fauum meum cum melle meo: bibi uinum meum cum lacte meo. lib.11.c.6.nu.112. lib.3.ca. 24.nu.16.

Comedite amici, & inebriamini charissimi. lib.2.c.4. num.6.

Ego dormio: & cor meum vigilat. lib.4.c.2.nn.8. lib. 11.c.6.nu.113.

Vox dilecti mei pulsantis. lib.11.c.6.nu.114.

Aperi mihi soror mea amica mea, columba mea, immaculata mea, quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium. lib.11.c.6.n.114. lib.4.c.4 nu.3.

Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa, laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? lib. 3. c.13. n.30 29.31.32. & li.4.c.4.n.2. & li.14.c.7.n.27.

Manus meæ distillauerunt myrrham: & digiti mei pleni sunt myrrha probatissima. lib.3.c.7. nu.10. & lib.11.c.6.nu.115.

Pessulum ostij mei aperui dilecto meo; at ille iam declinauerat. lib.11.c.6.nu.115.

Anima mea liquefacta est, vt dilectus meus locutus est. lib.2.c.16.nu.30.

Inuenerunt me custodes, qui circuierunt ciuitatem, percusserunt me; tulerunt pallium meum custodes murorum. lib.16.c.11.nu.28.

Adiuro vos filiæ Hierusalem si inueneritis dilectum meum, vt nuncietis ei, quia amore langueo. lib.11. c.6.nu.116.

Qualis est dilectus tuus ex dilecto, o pulcherrima mulierum? qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adiurasti nos? lib.11.c.6 nu.116.

Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus. lib.3.c.10.nu.25. & cap.13. num.13.

Caput eius optimum. lib.1.cap.25. nu.10.

Comæ eius sicut elatæ palmarũ, nigræ quasi coruus. lib.3.c.18.nu.21.

Crura illius columnæ marmoreæ quæ fundatæ sunt, super bases aureas. lib.4.c.11. nu.34.

Labia eius distillantia myrrhã primã. lib. 1.c.18.n.1.

Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarũ, quæ lacte sunt lotæ, & residẽt iuxta fluenta plenissima. lib.12.c.3.nu.1. & lib.16.c.4.nu.33.

Cap. 6. *Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia. lib.3.c.8.nu.20. & lib.4.c.3.nu.22. lib. 11.c.6.nu.77. lib.12.c.1.nu. 12.*

Pulchra es amica mea, suauis, & decora sicut Hierusalem terribilis vt castrorum acies ordinata. lib. 11.c.6.nu.117.

Auerte oculos tuos a me, quia ipsi me auolare fecerunt. lib.11.c.6.nu.117.

Capilli tui sicut grex caprarum, quæ apparuerunt de Galaad. lib.11.c.6.nu.118.

Dentes tui sicut greges ouium, quæ ascenderunt de lauacro gemellis fœtibus, & sterilis non est in eis lib.11.c.6.nu.118.

Sicut cortex mali punici, sic genæ tuæ absque occultis tuis. lib.11.c.6.nu.118.

Sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adolescentularum non est numerus. lib.11.c.6.nu. 118.119. lib.18.c.9.nu.6.

Vna est colũba mea, perfecta mea: vna est matri suæ, electa genitrici suæ lib.1.c.5.nu.2. & lib.11. c.6. nu.119. lib.14.c.5.nu.34. & lib.15.cap.2. num. 23. & lib.18.c.9.nu.6.

Viderunt eam filiæ Sion, & beatissimam prædicauerunt reginæ, & concubinæ, & laudauerunt eam. lib.11.c.6.nu.119. & lib.18.c.9. nu.6.

Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgẽs pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata. lib.11.c.6. nu.119. nu.120. & lib.1.c.25.nu.6.7. & lib.2.c.3. nu.7. & lib.1. c.15.nu.6. & lib.3.c.2.nu.45. & lib.3. c.20. nu. 24. & lib.3.c.22.nu.24. lib.11.c.6.num.9. & lib. 7.c.8.nu.36.37.

Reuertere, reuertere Sunamitis, reuertere, reuertere vt intueamur te. lib.1.c.17. nu.19. & lib.11.c.6. nu.87. lib.16.c.13.nu.48.

Quid videbis in Sunamitide, nisi choros castrorum? Cap. 7. *lib.7.c.8.nu.36.37.*

Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia principis. lib.3.c.9.nu.46.

Vmbilicus tuus crater tornatilis numquã indigens poculis. lib.11.c.6.nu.120.

Collum tuum sicut turris eburnea. lib.11.c.6.n.120.

Oculi tui sicut piscinæ Hesebon. lib.13. c.2. nu.3.

Nasus tuus sicut turris Libani &c. lib.9.c.23.nu.22. & lib.11.c. 6.nu.89.

Statura tua assimilata est palmæ: & vbera tua botris: dixi ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius. lib.12.c.3. nu.16.

Mane surgamus ad uineas: videamus si floruit vinea nostra lib.14.c.24.nu.19.

Quæ est ista quæ ascendit de deserto, delitijs affluens Cap. 8. *innixa super dilectum suum. lib.11.c.6.nu.61.*

Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculũ super brachiũ tuũ. lib.1.c.11.n.6. & li.2.c.3.n.7.

Quia fortis est vt mors dilectio: dura sicut infernus, æmulatio, lib.3.c.2.nu.23.29.30.34.

Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem: nec flamma obruet illam. lib.2.c.3.nu.7. & lib.3.c. 2.nu.29. & lib.5.c.4.nu.13.

Soror nostra paruula est, & vbera non habet. lib.1.c. 14.nu.15.

Fuge dilecte mi, fuge. lib.4.c.15. nu.16.

Ex libro Sapientiæ.

Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum. lib.2.c.12.nu.25. & c.20. nu.14. & lib.4.c.19.nu.5. & lib.13.c.1.nu.25. Cap. 1.

Peruersæ enim cogitationes separant a Deo. lib. 16. c.12.nu. 70.

In maliuolam animam non introibit sapiẽtia. lib.14. c.29.nu.21.

Benignus est enim spiritus sapientiæ, & non liberabit maledictum a labijs suis. lib.14.c.21. nu.60.

Quoniam Deus mortem non fecit. lib.4.c.1.nu.79. & lib.11.c.9.nu.17.18.

Dixerũt impij apud se nõ rectè cogitãtes exiguũ & cũ Cap. 2. *tædio est tempus vitæ nostræ, &c. post hoc erimus tamquam non fuerimus &c. vmbræ enim transitus est vita nostra. lib.2.c.4.nu.18.*

Coronemus nos rosis antequam marcescant, nullum sit pratum &c. hæc est sors nostra. lib. 2. cap. 4. nu.18.

Inuidia diaboli introiuit mors in orbem terrarum

imitantur autem eum, qui sunt ex parte eius. lib. 9 c. 5. n. 26. 28.

Cap. 3. *Quoniam Deus tentauit illos, & inuenit illos dignos se. lib. 17. c. 2. n. 25.*

Tamquam aurum in fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos, lib. 1. ca. 3. nu. 12. lib. 17. c. 2. nu. 25.

Fulgebunt iusti, & tamquam scintillæ in arundineto discurrent, lib 3. c. 19. n. 31.

Filij adulterorum in consummatione erunt, lib. 1. ca. 5. nu 4. & lib 3. c. 21 nu. 5.

Cap. 4 *Senectus enim venerabilis est non diuturna, neq. annorum numero computata, cani autem sunt sensus hominis, & ætas senectutis, vita immaculata. lib. 1 c. 2. n. 5. lib. 14. c. 31. n. 26. & lib. 1. cap. 2. n. 17. & & cap. 2. n. 26.*

Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, lib. 2 cap. 9. nu. 32.

Et ne fictio deciperet animam eius, lib. 3. c. 14. num. 24. 25. & lib. 4. c. 1. n 73. & n 48. 49.

Iustus si præoccupatus fuerit morte, anima eius in refrigerio erit, lib. 9. c. 22. n. 23.

Consummatus in breui expleuit tempora multa: lib. 4. c. 1. n 66. 67. lib. 18. cap. 8. nu. 18.

Cap. 5 *Stabunt iusti in magna constantia, aduersus eos qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum, videntes turbabantur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis, gementes præ angustia spiritus, dicentes intra se, pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes, lib. 9. cap. 20. nu. 17. & lib. 17. cap. 2. nume. 7. 8.*

Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperij, nos insensati vitã illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore, lib. 7. c. 5. n. 8. lib. 9. cap. 3. num. 11. & lib. 9. c. 20. nu. 17. 18.

Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est, lib. 9. c. 20. n. 17

Ergo errauimus a uia veritatis, & iustitiæ, lumen non luxit nobis, lib. 9. c. 3. 11. & lib. 9. c. 21. nu. 15. lib. 18. c 15. nu. 30.

Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam autem Domini ignorauimus, lib. 9. c. 3. nu. 11.

Quid profuit nobis superbia, aut diuitiarum tactantia quid contulit nobis? lib. 1. c. 17. n. 22. & lib. 9. c. 29. n. 17. & lib. 9. c. 3. nu. 11.

Armabit creaturam ad ultionem inimicorum, &c. pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos, lib. 2. c. 13. n. 24. & lib. 4. c. 29. 4. 5.

Cap. 6. *Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se a cogitationibus, quæ sunt sine intellectu lib. 16 c. 12. nu. 70. 75.*

Potentes potenter tormenta patientur, &c. fortioribus autem fortior instat cruciatio, lib. 1. c. 20. nu. 27. lib. 6. c. 11 n. 13. & lib. 9. c. 3. n. 19. lib. 16. cap. 1. nu. 32.

Cap. 7 *Et in vijs ostendit se hilariter, & in omni prouidentia occurret illis, lib. 10. ca. 5. nu. 9.*

Et primam vocem similem omnibus emisi plorans, lib. 5. c. 9. n. 14. 15.

Cap. 8 *Vnus est ergo introitus omnibus ad vitam, & similis exitus, lib. 5. c. 9. n. 14. 15.*

Corpus, quod corrumpitur, aggrauat animum, & Cap. 9
terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. tib. 2. c. 5. n. 26. 25. 33. 36. & cap. 9. n. 33. 35. & cap. 13. n. 38. 16. 31. lib. 3. c. 14. nu. 24. lib. 14. c. 6. n. 43.

Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & Cap. 10
ostendit illi regnum Dei, & dedit illi scientiam sanctorum. lib. 8. c. 4. n. 10. lib. 9. c. 17. nu. 25. lib. 14. c. 24. nu. 20. & lib. 18. ca. 4. nu. 12. 13. & cap. 18. num. 9.

Et reddidit iustis mercedem laborum suorum, & deduxit illos in via mirabili, &c. lib. 7. cap. 3. numero. 22.

Cap. 11, *Omnia in mensura, numero, & pondere disposuisti, lib. 2. c. 11. nu. 9. 12. & lib. 4. c. 8. nu. 1.*

Et misereris omnium, quia omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam. lib. 2. ca. 13. nu. 29.

Diligis enim omnia quæ sunt: & nihil odisti eorum quæ fecisti. lib. 2 c. 13. nu. 28.

Propter hoc tamquam pueris insensatis iudicium Cap. 12
in derisum dedisti. lib. 6. c. 10. nu. 28.

A magnitudine enim speciei, & creaturæ cognosibiliter poterit creator omnium horum videri. libro. Cap. 13
10. c. 5. nu. 3. 9.

Ex libro Ecclesiastico.

TImenti Dominum bene erit in extremis: & in Cap. 1
die defunctionis suæ benedicetur. lib. 6. c. 11. nu. 24.

Initium sapientiæ timor Domini. lib. 17. c 3. nu. 25. Cap. 2
Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & in timore, & præpara animam tuam ad tentationem lib. 2. c. 6. nu. 26. 33. & lib. 7. c. 4. nu. 13. & lib. 17. c. 4. nu. 18. 19.

Omne quod tibi applicatum fuerit, accipe: & in dolore sustine: & in humilitate tua patientiam habe, quoniam in igne probatur argentum, homines vero receptibiles in camino humiltationis, lib. 5. c. 9. n. 16. lib. 14. c. 1. n. 28. 29.

Væ dupliei corde, & labijs sceleftis & manibus malefacientibus, & peccatori ingredienti duabus vijs, lib. 19. c. 17. nu. 20.

Væ ijs qui perdiderunt sustinentiam, lib. 18. cap. 17. nu. 20. 21.

Stupa collecta synagoga peccãtium. lib. 14. c. 4. n. 14.

Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & Cap. 3
coram Deo inuenies gratiam. lib. 8. c. 5 n. 12. 14. 15. lib. 16. c. 13. n. 49. lib. 18. c. 6. n. 22.

Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, lib. 6. c. 4. n. 19. lib. 17. c. 5. nu. 25.

Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna re-
sistit peccatis, lib. 5. c. 10. 56. & 69.

Est enim confusio adducens peccatum, & Cap. 4
est confusio adducens gloriam, & gratiam, lib. 3. c. 22. n. 28

Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad
dandum collecta, lib. 5. c. 10. n. 53.

Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de Cap. 5
die in diem: subito enim veniet ira eius, & in tempore vindictæ disperdet te, lib. 4. c. 4. n. 15. 16. lib. 14. c. 21. n. 18. 19.

Est enim amicus secundum tempus suũ, & Cap. 6
non permanebit in die tribulationis, lib. 1. c. 19. n. 4.

Amicus

Amicus fidelis medicamentum vitæ, & immortalitatis. lib. 1. c. 19. nu. 5. 14.

Fili, a iuuentute tua excipe doctrinam, & vsque ad canos inuenies sapientiam. lib. 18. c. 11. nu. 27.

Audi fili, & accipe consilium intellectus, & ne abijcias consilium meum, injice pedem tuum in compedes illius, & in torques illius collum tuum, subijce humerum tuum, & porta illam; & ne acedieris in vinculis eius. lib. 9. c. 13. nu. 13.

In omni animo tuo accede ad illam, & in omni virtute tua conserua vias eius, &c. inuenies requiem, & oblectationem. lib. 9. c. 13. nu. 13.

Cap. 7. *In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. lib. 2. c. 8. nu. 13. & lib. 6. c. 9. nu. 11. & lib. 3. c. 23. nu. 16. & lib. 11. c. 10 nu 14. 15.*

Cap. 8. *Non incendas carbones peccatorum arguens eos, & ne incendaris flamma ignis peccatorum illorum, lib. 9. c. 7. nu. 25.*

Cap. 9. *Virginem ne conspicias, ne forte scandalizeris in decore illius. lib. 3. c. 3. nu. 37.*

Communionem mortis scito, quoniam in medio laqueorum ingredieris, & super dolentium arma ambulabis. lib. 2. c. 7. nu. 23 & lib. 4. c. 31. nu. 21. & lib. 16. c. 4. nu. 8. & lib. 17. c. 3. nu. 5.

Cap. 10. *Odibilis coram Deo est, & hominibus superbia. lib. 16. c. 13. nu. 7. 8.*

Nihil est iniquius, quàm amare pecuniam. lib. 1. c. 24. nu. 13.

Initium superbiæ hominis, apostatare a Deo, initium omnis peccati superbia. libro 16. cap. 13. num. 17.

Initium superbiæ non cognoscere Deum. lib. 6. c. 3. nu. 3. & lib. 16. c. 13. nu. 7.

Seruo sensato liberi seruient. libro 10. cap. 4. numero 4. 5.

Cap. 11. *Non laudes virum in specie sua, neque spernas hominem in visu suo, in vestitu ne glorieris vmquam. libro 9. cap. 2. num. 13. & lib. 9. cap. 21. nu. 10.*

Priusquam interroges, ne vituperes quemquam, & cum interrogaueris corripe iustè. libro 9. cap. 10. nu. 8.

In die bonorum ne immemor sis malorum, & in die malorum ne immemor sis bonorum. lib 7. cap. 3. nu. 17. & lib. 18. c. 13. nu. 10. 11. 13.

Ante mortem ne laudes hominem quemquam, quoniam in filijs suis agnoscetur vir, lib. 2. c. 9. num. 14. & lib. 18. c. 13. nu. 5.

Cap. 13. *Omne animal diligit sibi simile. libro 1. cap. 15. num. 1.*

Cap. 14. *Qui sibi nequam est, cui bonus erit? lib. 14. cap. 28. nu. 37.*

Beatus vir qui in sapientia morabitur, & qui in iustitia meditabitur, & in sensu suo cogitabit circumspectionem Dei. lib. 1. c. 25. num. 3. & lib. 18. c. 12. nu. 23.

Cap. 15. *Cibauit illum pane vitæ, & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potauit illum. libro 1. c. 25. nu. 3.*

Non est speciosa laus in ore peccatoris. lib. 2. c. 13. nu. 17.

Apposuit tibi aquam, & ignem, ad quod volueris; porrige manum tuam, ante hominem vita, &
mors, bonum & malum, quod placuerit ei, dabitur illi. libro 2. cap. 19. nu. 6. 7. & libro 3. c. 1. nu. 12.

A mortuo quasi nihil, perit confessio. lib. 14. cap 8. Cap. 17.
nu. 24. lib. 3. c. 22. nu. 29.

Nonne ecce verbum super datum bonum, sed vtrũ- Cap. 18.
que cum homine iustificato. lib. 5. c. 10. nu. 59.

Ante orationem præpara animam tuam, & noli esse quasi homo qui tentat Deum. libro 13. cap. 5. nu. 12.

Post concupiscentias tuas non eas, & a voluptate tua auertere. lib. 2. cap. 5. nu. 38. & lib. 18. cap. 4. nu 10.

Si præstes animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. lib. 3. c. 18. nu. 14.

Sapiens tacebit vsque ad tempus. lib. 10. c. 7. nu. 19. Cap. 20.
21. & cap. 8. nu. 6. 7.

Lapsus falsæ linguæ quasi qui in pauimento cadens, lib. 10. c. 7. nu. 4.

Sapientia abscondita, & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisque? lib. 9. c. 24. nu. 10.

Fili, peccasti, non adijcias iterum. libro 14. c. 15. Cap. 21,
nu. 14.

Stupa collecta synagoga peccantium, & consummatio illorum flamma ignis.

De stercore boum lapidatus est piger, & omnis qui Cap. 22.
tetigerit eum, excutiet manus. lib. 2. c. 15. n. 52. & lib. 3. c. 29. nu. 13.

Modicum plora super mortuum. lib. 4. c. 1. nu. 81.

Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculum certum, vt non cadam in ipsis, & lingua mea perdat me. lib. 10. c. 7. nu. 4. 5.

Iurationi non assuescat os tuum, multi enim casus in Cap. 23.
ea. lib. 9. c. 11. nu. 3. 9. 22.

Vir multum iurans replebitur iniquitate. & non discedet a domo eius plaga. libro 9. cap. 11. num. 3. 4. 22.

Quis me videt, tenebræ circumdant me. & nemo circumspicit me, & parietes cooperiunt me, quem vereor? lib. 4. c 13. nu. 5.

Ego ex ore altissimi prodij. lib. 3. c. 7. nu. 50. Cap. 24.

In omnibus requiem quæsiui. libro 18 cap. 12. numero 24.

Qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitient. lib. 2. cap. 17. nu. 5. & cap. 18. n. 27. & lib. 6. c. 1. nu. 2. 13. & lib. 9. c. 22. nu. 14. & lib. 17. c. 5. nu. 20.

In tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata Cap. 25.
coram Deo, & hominibus: concordia fratrum, & amor proximorum, vir & mulier bene sibi consentientes. lib. 14. c. 5. nu. 28.

Quæ in iuuentute non congregasti, quomodo in senectute tua inuenies? lib. 18. c. 11. nu. 24.

Non est caput nequius super caput colubri, & non est ira super iram mulieris. lib. 11. cap. 11. numero 7.

Commorari leoni, & draconi placebit, quam habitare cum muliere nequam. lib. 11. c. 11. nu. 6.

Si non in timore Domini tenueris te, cito subuerte- Cap. 27.
tur domus tua. lib. 16. c. 12. nu. 68.

Qui denudat arcana amici, perdet fidem. lib. 1. cap. 19. nu. 6.

Qui mittit lapidem in altum, super caput eius cadet. lib. 9. c. 20. nu. 7. & lib. 14. c. 6. nu. 15.

Vir sapiens permanet sicut Sol, stultus vt Luna mutatur. lib.9.c.6.nu.15. & lib.11.cap.6.nu.66. & lib.18.c.15.nu.30.31.

Cap. 28. *Homo homini reseruat iram, & adeo quærit medellam. lib.1.c.12.nu.22.57.*

Ori tuo fac ostium, & vectem, & verbis tuis iugum, & stateram. lib.9.c.7.nu.32.

Fac ori tuo seram, & ostium. lib.10.c.7.nu.3.4.5.6.

Multi ceciderunt in ore gladij, sed non sic quasi qui interierunt per linguam suam. lib.10.cap.7.nu.4.

Sepi aurem tuam spinis, & linguã noli audire, &c. Argentum tuum, & aurum tuum cõfla, & a verbis tuis facito stateram, & frenos ori tuo rectos: & attende, ne forte labaris lingua tua. lib.10.c.7.nu.2.3.4.5.6. & c.8.nu.8.9.

Cap. 29. *Est languor malus, quem vidi sub Sole, diuitias custodiri in malum possidentis. libro 4. cap. 39. nu.33.*

Perde pecuniam propter fratrem tuum, & amicum. lib.1.c.19.nu.7.

Cap. 30. *Miserere animæ tuæ beneplacens Deo. lib.9.c.24. nu.11.*

Cap. 31. *Beatus vir qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abijt nec sperauit in diuitiæ thesauris, qui potuit transgredi, & non est transgressus, facere mala, & non fecit: Quis est hic, & laudabimus eum. Fecit enim mirabilia in vita sua. lib.2.c.19.nu.2. & lib.5.c.10.nu.2. & lib.18.c.7.nu.20. & lib.7.c.9.nu.20.*

Cap. 32. *Principem te constituerunt, esto inter illis tamquam vnus ex illis. lib.14.c.3.nu.21.*

Cap. 33. *Præcordia fatui quasi rota carri. lib.11.c.16.nu. 14. & cap.17.nu.13.*

Cap. 34. *Vnus ædificans, & vnus destruens, quid prodest illis, nisi labor. lib.14.c.22.nu.12.*

Qui baptizatur a mortuo, & iterum tãgit eum, quid proficit lauatio illius? lib.14.c.22.nu.51.

Sic homo qui ieiunat in peccatis, & iterum faciens, quid proficit humiliando se? Orationẽ illius, quis exaudiet? lib.14.c.22.nu.12. & 51.

Cap. 35. *Oratio iusti penetrat cælos. lib.13.c.5.nu.30.*

Speciosa misericordia Domini in tempore tribulationis, sicut nubes pluuiæ in tempore siccitatis. lib.17.c.4.nu.16.

Cap. 38. *Honora Dominum, & confortaberis, & absque illo nullum metuas. lib.2.c.11.nu.22.*

Qui minoratur actu, percipiet sapientiam, quia sapientia replebitur. lib.14.c.28.nu.37.

Cap. 40. *Graue iugum super filios Adam a die exitus de ventre matris suæ vsque in diem sepulturæ. lib.18. c.16.nu.29.*

Cap. 42. *Melior est iniquitas viri, quàm mulier benefaciens. lib.3. cap.1.num.26. & lib.14.cap.26. num.39. 40.41.*

Cap. 44. *Ii sunt viri misericordiæ, quorum iustitiæ obliuionem non acceperunt, cum semine eorum permanent bona. libro 1.cap.23.nu.33. & lib.14.cap. 18.nu.23.*

Ex libro Esaiæ.

Cap. 1. *Avdite cæli, & auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus est. lib.2.c.10.nu.14.*

Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. lib.2.c.10.nu.14.15. & lib.2.c.12.num.1. & lib.3.c.14.nu.89.

Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui: Israel autem me non cognouit. lib.2. c.10.nu.14.15. & lib.2.c.12.nu.1. & lib.3.c.14. nu.89.

Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis, dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum. lib.2.c.10.nu.16. & lib.4.cap. 11.nu.10.

Super quo percutiam vos vltra addentes præuaricationem. lib.2.c.10.nu.16.

Omne caput languidum, & omne cor mærens a planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas. lib.2.c.10.nu.17. & lib.3.c.15.nu.20. lib.14.cap. 16.nu.26. & lib.16.c.2.nu.3.

Vulnus & liuor, & plaga tumens, non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. lib.2.c.10.nu 17.

Terra vestra deserta, ciuitates vestræ succensæ igni, regionem vestram coram vobis alieni deuorant. lib.2.c.10.nu.16.

Et derelinquetur filia Sion, vt vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas, quuæ vastatur. libro 2.c.10 nu.16.

Audite verbum Domini principes Sodomorum, percipite auribus legem Dei vestri populus Gomorrhæ: libro 2.cap.10.num.19. & libro 3.cap.28. nu.1. & 12.

Quo mihi multitudinem victimarum tuarum, dicit Dominus, Plenus sum, holocausta arietum, &c. lib.2.c.10.nu.19. & lib.3.c.28.nu.1.

Neomeniam, & sabbatum, & festiuitates alias non feram, iniqui sunt cœtus vestri, calendas vestras, & solemnitates vestras odiuit anima mea: libro 6. c.2.nu.4.15. & libro 9.c.1.nu.12. & lib.16.cap. 10.nu.2.

Et cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos a vobis, & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam: manus enim vestræ plenæ sunt sanguine. libro 2.c.10.nu.19. & lib.5.c.10. nu.41. libro 13.c.5.nu.14.

Lauamini, mũdi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, quiescite agere peruerre, discite benefacere, quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam, & venite, & arguite me, dicit Dominus. libro 3.c. 25.nu.19. & lib.9.c.1.nu.1. & lib.5.c.10.nu.41. lib.13.c.5.nu.14. & lib.18.c.6.nu.19. & libro 3. c.18.nu.21. & lib.4.c.11.nu.10.

Si fuerint peccata vestra, vt coccinum, quasi nix dealbabuntur. libro 8.cap.8.nu.19. & lib.14.cap. 18.nu.9.10.11.

Si volueritis & audieritis me bona terræ comedetis. lib.2.c.3.nu.10. & cap.18.num.10. & libro 11. c.3.nu.18.

Quod si nolueritis & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos. lib.11.c.3.nu.18.

Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij, iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ. libro 2.cap.10.num.19. & libro 14. c. 7.nu.7.

Argentum tuum versum est in scoriam, vinum tuum

tuum mixtum est aqua. lib.2.c.10.nu.20.

Principes tui infideles, socij furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones, pupillo non iudicant, & causa viduæ nõ ingreditur ad illos &c. lib.9.c.8.nu.4.

Heu ego consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. lib.2.c.10.nu.20. & lib.9. c.8.nu.4.

Et conteret sceleſtos, & peccatores simul, & qui dereliquerunt Dominum consumentur. lib.4.cap.6. nu.15.

Et erit fortitudo vestra, vt fauilla stupæ, & opus vestrum quasi scintilla, & succendetur, & non erit qui extinguat. lib.2.c.10.nu.20.

Cap. 2. *Et erit in nouissimis diebus præparatus mõs domus Domini in vertice montiũ, & eleuabitur super colles, & fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi, & dicent: Venite ascendamus ad montem Domini, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in vijs eius. lib.3.c.5.nu.21.22.*

Conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. lib.3.c.5.nu.22.

Ingredere in petram, & abscondere in fossa humo, a facie timoris Domini, & a gloria maiestatis eius. libro 3.c.19.nu.32. & libro 9.c.9.nu.23. lib.11. c.12.nu.17.

Oculi sublimis hominis humiliati sunt, & incuruabitur altitudo virorum, exaltabitur autem Dominus solus in die illa. lib.9.c.9.nu.23.

Quia dies Domini exercituum super omnem superbum & excelsum, & super omnem arrogantem, & humiliabitur. libro 5.cap.3.nu.5. & lib.8.cap.1. num.5.

Et super cedros Libani sublimes, & erectos, & super omnes quercus Basan, & super omnes montes excelsos, & super omnes colles eleuatos, & super omnem turrim excelsam, & super omnem murum munitum, & super omnes naues Tharsis, &c. libro 9.cap.9.num.23. & libro 11.cap.15. numero 32.

Cap. 3. *Ecce enim dominator Dominus exercituum auferet a Ierusalem, & a Iuda validum & fortem, omne robur panis, & omne robur aquæ, & fortem, & virum bellatorem, iudicem, & Prophetam, & ariolum, & senem. lib.18.c.3.nu.6. & lib.3.cap.6. nu.11.*

Populo meus qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt. lib.1.c.3.nu.1.16. & lib 11.c.15 nu.23.24.

Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui, & principibus eius. lib.1.c.21.nu.13.

Vos enim depasti estis vineam meam, & rapina pauperis in domo vestra, quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis? lib. 14.c.30.nu.3.

Pro eo quod eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerũt extento collo, & nutibus oculorum ibant & plaudebant, & ambulabant, & pedibus suis composito gradu incedebant, decalauabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum denudabit. lib.9.c.2.nu.21. lib.13.c.6.nu.19. lib.8.c.9. nu.10. lib.9.c.2.nu.16.20.21.

Et erit pro suaui odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro crispanti crine caluitium. lib.9.c.2.nu.16. 21. & lib.14.c.6.nu.19.20.

Et mærebunt, atque lugebunt portæ eius, & desolata terra sedebit. lib.14.c.6.nu.20.

Pulcherrimi quoque viri tui gladio cadent, & fortes tui in prælio. lib.14.c.6.nu.20.

Et apprehendent septem mulieres virum vnum in Cap. 4. *die illa dicentes, panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur, tantummodo inuocetur nomen tuum super nos, aufer opprobrium nostrum. lib.3.c.5.nu.23. & c.9.nu.3. & lib.16. c.12.nu.2.*

In die illa erit germen Domini in magnificentia, & gloria, & fructus terræ sublimis, & exultatio his qui saluati fuerint de Israel. lib.3.c.14.nu.30. & lib.16.c.12.nu.64.

Et erit omnis qui relictus fuerit in Sion, & residuus in Ierusalẽ, sanctus vocabitur omnis qui scriptus est in vita in Ierusalem. Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Ierusalem lauerit de medio eius in spiritu iudicij et spiritu ardoris. lib.14.c.8.nu.1. & lib.1.c.5.nu.5.

Et creauit Dominus super omnem locũ montis Sion, & vbi inuocatus est, nubem per diem, & fumum, & splendorem ignis flammantis in nocte, super omnem enim gloriam protectio. lib.3.c.5.nu.23. & lib.2.cap.11.nu.17.

Et tabernaculum erit in vmbraculũ diei ab æstu &c. in securitatem. lib.1.c.1.nu.20.

Cantabo dilecto meo canticum Patruelis mei vineæ Cap. 5. *suæ: vinea mea facta est dilecto meo in cornu filio olei, & sepiuit eam, & lapides elegit ex illa, & plantauit vineam electam, et ædificauit turrim in medio eius, & torcular extruxit in ea, & expectaui, vt faceret vuas, & fecit labruscas. lib.1. c.3.n.2. & lib 3.c.10 nu.23. & lib.18.c.2.n.17. & c.3.num.7. & lib.18 c.3.nu 7. & cap.15.numero 13.14.*

Quid est quod debui vltra facere vineæ meæ, & non feci ei? lib.2.cap.11.nu.25. & lib.18.c.3. num.8.

Nunc ergo habitatores Iuda, & viri Ierusalem iudicate inter me, & vineam meam. libro 18.cap.3. nu.7.8.

Auferam sepem eius, & erit in direptionem, diruam maceriam eius, & erit in conculcationem. lib.1. c.21.nu.13. & lib.18.c.3.nu.8.

Mandabo nubibus ne pluant super eam imbrem. lib. 5.c.7.nu.25.26. lib.14.c.29.num.10. lib.18.c.2. nu.13. & c.3.nu.8.

Vinea autem Domini exercituum, domus Israel est. lib.3.c.15.nu.6.

Expectaui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas. lib.1.c.3.nu.3.

Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis vsque ad terminum loci. lib.1.cap. 24.nu.21.28. & lib.2.c.17.nu.10. & lib.4.c.41. num.7.

Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum vsque ad vesperam, ut vino æstuetis. lib.1.c.1.nu.23. lib.2.c.17. nu.7. lib.5.c.1. nu.7. lib.1.c.3.nu.2.

Cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conuiuijs vestris &c. & opus Domini non consideratis. lib.2.c.17.nu.17.

Propterea captiuus ductus est populus meus, quia

non habuit scientiam. lib.2.c.17.nu.7. lib.11.c. 2.nu.26.

Propterea infernus dilatauit os suum &c. absque vllo termino &c. oculi sublimium deprimentur. lib.2.c.17.nu.7.

Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustri peccatum, qui dicitis, festinet, & cito veniat opus eius, vt videamus, & appropiet, & veniat consilium sancti Israel, & sciemus illud. lib.4.c.8.nu.5.10. & cap.18.nu.6. lib.14.c.13.nu.3.

Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras. lib.1.c. 3.nu.3. lib.11.c.15.nu.8.

Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. lib.7.c.6.nu.1.

Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. lib.1.c.3.nu.2. & lib.5.c.1.nu.7.

Qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo. lib.1.c.3.nu.2.

Propter hoc sicut deuorat stipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit; sic radix eorum quasi fauilla erit, & germen eorum vt puluis ascendet. libro 1.c.3.nu.2. lib.4.c.18.nu.6.7.

Abiecerunt enim legem Domini exercituum, & eloquium sancti Israel blasphemauerunt. lib.4.c. 18.nu.6.7.

Ideo iratus est furor Domini in populum suum, & extendit manum suam super eum, & percussit eum &c. manu extenta. libro 4. cap. 18. numero 7.8.

Et eleuauit signum in nationibus procul, & sibilabit ad eum de finibus terræ, & ecce festinus velociter veniet. libro 4.c.18 nu.8.

Cap. 6. In anno quo mortuus est rex Ozias, vidi Dominum sedentem super solium excelsum. & eleuatum, et plena erat domus a maiestate eius, et ea quæ sub ipso erant replebant templum. lib.1.c.18.nu.22. lib.3.c.20.nu.46. et c.20.nu.7. lib.4.c.15.nu.11. et c.37.nu.9. lib.14.c.21.nu.5. lib.15.c.1.num.5. libro 4. cap.3.nu.8. et cap.15.num.7.8.9.11. et lib.15.c.1.nu.5. lib.16.c.13.nu.5. libro 17.c.5. num.8.

Seraphim stabant, super illud, sex alæ vni, et sex alæ alteri, duabus velabant faciem eius, et duabus velabant pedes eius, et duabs volabant. lib.4.c. 15.num.1.7.8.9.10. lib.17.c.5.nu.8.10. libro 4. c.16.nu.4. libro 1.cap.23. libro 3.c.20.nu.7. lib. 3.c.20.nu.7.

Et clamabat alter ad alterum, et dicebant, Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus exercituum: plena est omnis terra gloria eius: libro 3. cap.5. numero 19. 20. & libro 17. cap.5. num.3.4.5.10. 11.12.

Et commota sunt liminaria cardinum a voce clamãtis, & domus repleta est fumo. lib.3.c. 5. nu.19. & c.6 nu.9.

Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum, & in medio populi labia polluta habentis habito. lib.3.c.20.nu.4.20. & c.28.n.11. & lib.4.c.15. n.10.11.17. lib.8.c.7.n.10. lib.10.c.8.nu.8. lib. 11.c.5.nu.6.45.

Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum, & dixit mihi: Ecce tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur. lib.3.c.9.nu.2.3. & lib.17.c. 5.nu.10.11.12. lib.4.cap.16.nu.4. lib.7.c.8.n.2. lib.8.cap.4.nu.6. lib.10.c.7.nu.3 lib.18. cap.2. nu.18.19.

Et audiui vocem dicentis, Quem mittam? Et quis ibit nobis? & dixi, Ecce ego, mitte me. lib.5.cap. 11.nu.2. lib.7.c.8.nu.2. lib.8.c.4.nu.6. lib.10.c. 7.nu.3. lib.18.c.2.nu.18.19.

Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne forte videat oculis suis, & auribus eius audiat, & corde suo intelligat, & conuertatur, & sanem eum. libro 3. cap.4. numero 4.

Ecce virgo concipiet, & pariet filium &c. lib.11.c. Cap. 7. 6.nu.126.

Butyrum & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum. lib.9.c.23.nu.6.

Cum sagittis & arcu ingredientur illuc. lib.1. c.25. nu.9.

Sume tibi librum grandem. libro 3. cap. 5. numero Cap. 8. 24.

Voca nomen eius, accelera, spolia detrahere, festina prædari, quia antequam sciat puer vocare patrẽ suum, & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ coram rege Assyriorũ. lib.3. cap.5.num.24. & cap.7. num.5. & cap.7. nu.6.

Pro eo quod populus iste abiecit aquas Siloe, quæ vadunt cum silentio &c. lib.8.c.1.n.12. lib.18.c. 2.nu.20.

Multiplicasti gentem, non magnificasti lætitiam. lib. Cap. 9. 1.c.14.nu.4.

Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, sicut exultant victores capta præda. libro 1. cap. 14.nu.4.

Iugum oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrũ humeri eius superasti, sicut in die Madian. lib.2.c.8.nu.17.

Quia omnis violenta prædatio cum tumultu, et vestimentum mixtum sanguine erit in combustionẽ, & cibus ignis. lib.2.cap.8.nu.17. & lib.3.cap.1. nu.48.

Paruulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis. lib.3.c.7.nu.49. & cap.6.num.28. & cap.7. nu.28.

Et factus est principatus eius super humerum eius. lib.3.c.10.nu.60.

Et vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis: libro 3.cap.5. num.25. & libro 12.cap.2.nu.17. 18.20.21.

Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis. lib.3.c.5.nu.25.

Zelus Domini exercituum faciet hoc. libro 3.cap.5. nu.25.

Lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus ædificabimus, sycomoros succiderunt, sed cedros immutabimus. lib.3.c.17.nu.22.

Et populus non est reuersus ad percutientem se. lib. 6.c.10.nu.36.

Vir fratri suo non parcet, & declinabit ad dexterã, & esuriet, & ad sinistram comedet, & non saturabitur, vnusquisque sanguinem brachij sui vorauit &c. & in his omnibus non est auersus furor eius. lib.1.c.13.nu.1.

Cap. 10. Numquid gloriabitur securis contra eum, qui secat in ea, aut exaltabitur serra contra eum, a quo trahitur. lib.18.c.1.nu.40.

Consummationem, & abbreuiationem Dominus exercituum faciet in medio omnis terræ. libro 11. c.4.nu.6.

Verbum consummans, & abbreuians faciet Dominus super terram. lib.10.c.3.nu.11.

Ecce dominator Dominus exercituum, confringet lagunculam in terrore, & excelsi statura succidentur, & sublimes humiliabuntur. libro 3.c.6. nu.12.

Cap. 11. Et egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. lib.3.c.6.nu.6. & c.9.nu.3.14. & c.10.nu.89. lib.4.c 24.nu.15. lib.11.c.6.nu.19. lib.18.c.10.nu.28.

Et requiescet super eum Spiritus Domini, spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini. lib.1.c.22.nu.11. lib.16.c.12.nu.2.60. lib.4.c.9.nu.15. & lib.18. c.14.nu.21.

Non secundum visionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium audiet, sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ, & percutiet terram virga oris sui, et spiritu labiorum suorum interficiet impiũ. lib.3.c.6.nu.13. lib.2.c.8.nu.21.

Et erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides. r.c. lib.11.c.4.nu.7.

Habitabit lupus cum agno, & leo, & ouis simul morabuntur, & paruulus minabit eos: vitulus & leo pascentur, simul requiescent catuli eorum, & leo quasi bos paleas comedet. lib.2.c.6.nu.28. & c. 8.nu.18. lib.5.c.3.nu.7. lib.14.cap.25.nu. 38.39. 41. & lib.18.c.12.nu.1.

Et delectabitur infans ab vbere super foramine aspidis, & in cauerna reguli, qui ablactatus fuerit, manum suam mittet. lib.2.c.8.nu.30, lib.1.cap.2. nu.15. lib.3.c.5.nu.64.65.

Et erit sepulchrum eius gloriosum. lib.6.c.4.nu.10. 11.12.13.14.15.

Cap. 12. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris, & dicetis in illa die, Confitemini Domino, & inuocate nomen eius. lib.1.c.25.nu.4.

Cap. 13. Super montem caliginosum leuate signum, exaltate vocem, leuate manum, & ingrediantur portas duces. lib.13.c.6.nu.7.

Vlulate, quia prope est dies Domini, quia vastitas a Domino veniet, propter hoc omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis tabescet, & conteretur. lib.9.c.9.nu.24.

Torsiones & dolores tenebunt, quasi parturiens dolebit, vnusquisque ad proximum suum stupebit. lib.3.c.24.nu.7. lib.9.c.9.nu.24.

Ecce dies Domini veniet crudelis, & indignationis plenus, & iræ, furorisq. ad ponendam terram in solitudinem, & peccatores eius conterendos de terra. lib.9.c.9.nu.19.24.33.

Quoniam Stellæ cæli, & splendor earum non expandent lumen suum, obtenebratus est Sol in ortu suo, & Luna non splendebit in lumine suo. lib.9.c.9. nu.19.

Et visitabo super orbis mala, & cõtra impios iniquitatem eorum. lib.4.c.5.nu.15. lib.9.c.9.nu.19.

Et quiescere faciam superbiam infidelium, & arrogantiam fortium humiliabo, pretiosior erit vir auro, & homo mundo obrizo. libro 9. cap. 9. num.19.

Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cada- Cap. 14. uer tuum, subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes. lib.9.c.3.nu.9.

Quomodo cecidisti de cælo lucifer, qui mane oriebaris? Corruisti in terram, qui vulnerabas gentes? qui dicebas in corde tuo, in cælum conscendam, super astra Dei exaltabo solium, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. lib.2.c.5.nu.12. & c.6.nu.17. & cap.8. nu.25. & c.9.nu.5. lib.3.c.5.nu.68. lib.11.c.12. nu.18. & lib.14.21.nu.28. & lib.16.c.14.nu.26. & lib.16.c.14.nu.10.18. & lib.16.c.14.nu.26. & c.13.nu.43.50.51. lib.3.c.17.nu.14. libro 1. c.24.nu.8.

Numquid iste est vir qui conturbauit terram, qui concussit regna, qui posuit orbem desertum? lib. 4.c.33.nu.1.

Et descenderunt ad fundamenta laci, quasi cadauer putridum. lib.12.c.3.nu.10.

Non vocabitur in æternum semen pessimorum, præparate filios vestros occisioni &c. & perdam Babylonis nomen, & reliquias, & germen, & progeniem. libro 4.cap.14.num.2. & libro 14.cap. 12.nu.14.

Et ponam eam in possessionem ericij, & in paludes aquarum, & scopabo eam in scopa terens. lib.14. c.12.nu.14.

De radice enim colubri egreditur regulus, & semen eius absorbens volucrem. lib.14.c.8.nu.12.

Ab Aquilone enim fumus veniet, & quid respondebitur nuncijs gentis? lib.14.c.11.nu.3.

Quia Dominus fundauit Sion, & in ipso sperabunt pauperes populi eius. lib.14.c.11.nu.3.

Aquæ enim Nemrim desertæ erunt, quia aruit her- Cap. 15. ba, defecit germen, viror omnis interijt. libro 8. c.1.nu.8.

Secundum magnitudinem operis, & visitatio eorum. lib.6.c.10.nu.9.

Ad torrentem salicum ducent eos. libro 14.cap.6. nu.21.

Consummatus est miser, & defecit qui conculcabat Cap. 16. terram. lib.2.c.8.nu.19.

Et præparabitur in misericordia solium, & sedebit super eum in veritate in tabernaculo Dauid iudicans &c. quod iustum est. lib.2.c.8.nu.19. & c. 11.nu.18.

Audiuimus superbiam Moab, superbus est valde. lib.2.c.11.nu.18.

Propagines eius relictæ sunt, transierunt mare. lib. 11.c.12.nu.19.

Super hoc venter meus ad Moab, quasi cithara sonabit, & viscera mea ad murum cocti lateris. lib. 18.c.10.nu.15.

Tribus annis quasi anni mercenarij, auferatur gloria

ria Moab. libro 6.cap.11.nu.6. & lib.8.cap.9. nu.11.

Cap. 18. Væ terræ cymbalo alarum, quæ est trans flumina Aethiopiæ, quæ mittit in mare legatos &c. Ite angeli veloces ad gentem conuulsam, & dilaceratam ad populũ terribilem, post quem non est alius, ad gentem expectantem, & conculcatam. lib. 16. c.11.nu.8.

Quiescam, & considerabo in loco meo, sicut meridiana lux clara est. lib.4.c.13.nu.8.

Et præcindentur ramusculi eius falcibus, & quæ derelicta fuerint abscindentur, & excutientur, & relinquentur simul auibus mõtium, & bestijs terræ, & æstate perpetua erunt super eum volucres, & omnes bestiæ terræ super illum hiemabunt. lib. 14.c.6.nu.22.

Cap. 19. Ecce Dominus ascendet super nubem leuem, & ingredietur Aegyptum, & mouebuntur simulachra Aegypti a facie eius. lib.11.c.6.nu.20.29.lib.3. c.5.nu.26.

Et commouebũtur simulachra Aegypti a facie eius, &c. in medio eius. lib.3.c.5.nu.26.

Et concurrere faciam Aegyptios aduersus Aegyptios, & pugnabit vir contra fratrem suum, &c. regnum aduersus regnum. lib.14.c.4.nu.5.lib.3. c.5.nu.26.

Et tradam Aegyptum in manu dominorum crudelium, & rex fortis dominabitur eorum. lib.4. c. 33.nu.2.

In die illa erunt quinque ciuitates in terra Aegypti loquentes lingua Chanaan. lib.16.c.9.nu.11.

Et cognoscent Aegyptij Dominum in die illa, & colent eum in hostijs, & muneribus, & vota vouebũt Domino, & soluent. libro 3.c.20.nu.8.

Et percutiet Dominus Aegyptum plaga, & sanabit eam, & reuertentur ad Dominum, & placabitur eis, & sanabit eos. lib.6.c.10.nu.10.

Cap. 20. Vade & solue saccum de lumbis tuis, & calciamenta tua tolle de pedibus tuis, &c. lib.10.c.1.nu.7.

Qui nudus & discalciatus ibat per populos prædicans &c. lib.14.c.17.nu.22.

Cap. 21. Onus deserti maris, sicut turbines ab Aphrico veniunt, de deserto venit, venit de terra hostili. lib. 14.c.17.nu.12.

Propterea repleti sunt lumbi mei dolore, & angustia possidebit me, sicut angustia parturientis. lib.14. c.17.nu.12.13.

Si quæritis, quærite, conuertimini, & venite. lib.4. c.16.nu.5.lib.3.c 6.nu.14.

Pone mensam, contemplare in specula, comedentes & bibentes, surgite principes, arripite clypeum. lib.5.c.12.nu.22.

Onus Duma ad me clamat ex Seir, custos quid de nocte? lib.5.c.7.nu.7.lib.3.c 6.nu.14.

Onus in Arabia, in saltu ad vesperam dormietis. lib. 14.c.8.nu.13.

Occurrentes sitienti ferte aquam, qui habitatis terrã Austri cum panibus, occurrite fugienti libro 14. c.28.nu.11.lib.18.c.2.nu.51.

Cap. 22. Interfecti tui non interfecti gladio, nec mortui tui, mortui in bello, cuncti principes tui fugerunt simul &c. populi mei. lib.1.c.14.nu.5.

Et vocauit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum, & ad planctum, & ad caluitium, & ad cingulum sacci, & ecce gaudium & lætitia, occidere 2itulos, iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum. lib.4.c.4.nu.4.lib.14.c.18.num.15. lib.15.c.8.nu.5.

Comedamus & bibamus, cras enim moriemur & reuelata est in auribus meis vox Domini exercituum, si dimittetur iniquitas hæc? lib.14.cap.18. nu.15.lib.15.c.8.nu.5.

Onus Tyri vlulate naues maris, vastata est domus, Cap. 23. vnde venire consueuerant de terra Cethim, reuelatum est eis. lib.4.c.10.nu.1.2.

Quis cogitauit hoc super Tyrum quondam coronatam? cuius negotiatores &c. inclytos terræ. lib.1. c.17.nu.6.

Erubesce Sidon, ait mare. lib.15.c.4.nu.15.

Dominus mandauit aduersus Chanaan, vt conterat fortes eius, & dixit, Non adijcies vltra vt glorieris, calumniam sustinens virgo filia Sidonis, in Cethim consurgens transfreta, ibi quoque requies non erit tibi. lib.9.c.20.nu.5.

Luxit vindemia, infirmata est vitis, ingemuerunt Cap. 24. omnes qui lætabantur corde. lib.9.c.9.nu.25.

Cessauit gaudium tympanorum, quicuit sonitus lætantium, conticuit dulcedo citharæ, cum cantico non bibent vinum amara erit potio bibentibus illam &c. hinnient de mari. lib 9.c.9. nu.25.26.

Quomodo si paucæ oliuæ quæ remanserunt, excutiantur ex olea, & racemi cum fuerit finita vindemia. lib.5.c.5.nu.5.

Secretum meum mihi, secretum meum mihi. libro 6. cap.4.num.17. & lib.9.c.9.nu.26. & lib.9.c.24. nu.14.

Formido, & fouea, & laqueus super te qui habitator es terræ, & erit, qui fugerit a facie formidinis, cadet in fouea, & qui se expoliauerit de fouea, tenebitur laqueo, quia cataractæ de excelsis apertæ sunt, & concutientur fundamenta terræ. lib.9. c.9.nu.26.27.

Et erubescet Luna, & confundetur Sol, cum regnauerit Dominus exercituum in monte Sion. lib.9. c.9.nu.21.26.27.

Onus Babylonis quod vidit Esaias filius Amos. lib. 11.c.12.nu.18.

Vrbs fortitudinis nostræ Sion, Saluator ponetur mea Cap. 26. murus & antemurale. lib.1.c.22.nu.19. & lib.2. c.9.nu.11. & lib.6.c.3.nu.6.

Aperite portas, & ingrediatur gens iusta faciens veritatem. lib.18 c.10.nu.16.

Conculcabit eam pes pauperis, gressus egenorum, semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandum. Domine sustinuimus te, nomen tuum, & memoriale tuum in desiderio animæ meæ, anima mea desiderauit te nocte. lib.3.c.8.nu.4.

De mane vigilabo ad te. lib.11.c.3.nu.19.

Misereamur impio, & non discet iustitiam facere. lib.2.c.11.nu.19. & lib.4.c.5.num 38.lib.4.c.9. nu.2.3.

In terra sanctorum iniqua gessit propterea non videbit gloriam Dei. lib.4.c.9.nu.2.3. & lib.2 c.11. nu.19.

Domine exaltetur manus tua, vt non videant, & confundantur. lib.2.c.11.nu.19.

Ignis hostes tuos deuoret. lib.9.c.4.nu.19.

Domine dabis pacem nobis, omnia enim opera nostra opera-

operatus est in nobis. lib.2.c.11.nu.20.

Domine Deus noster possederunt nos domini absque te, tantum in te recordemur nominis tui. lib.2.c. 11.nu.20.

Morientes non viuant, gigantes non resurgant &c. visitasti, & contriuisti eos, & perdidisti omnem memoriã eorum. lib.2.c.11.n.20. lib.1.c.10.n.6.

Indulsisti genti Domine, indulsisti genti, numquid glorificatus es? Elongasti omnes terminos terræ. lib.2.c.11.nu.19.20.lib.4.c.9.nu.2.3.

Domine in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua. lib.2.c.11.nu.19.20.lib. 4.c.9.nu.2.3.

Sicut quæ concipit, cum appropinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus suis, sic facti sumus a facie tua Domine. lib.3.c.21.nu.9.

Concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum salutis. lib.3.c.21.nu.18.lib.1.c.5. num. 13. & lib.3.c.21.nu.2.3.lib.11.c.6.nu.121.

Vade populus meus, intra in cubicula tua, claude ostia super te, abscondere modicum ad momentum, donec pertranseat indignatio. lib.4.c.9.nu.3. lib. 5.c.8.n.1.2.lib.9.c.24.nu.4.lib.15.c.8.nu.3.10.

Ecce enim Dominus egredietur de loco suo, vt visitet iniquitatem habitatoris terræ contra eum, & reuelabit terra sanguinem suum, & non operiet vltra interfectos tuos. lib.16.c.8.nu.19.

Cap. 27. In die illa visitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti super Leuiathan serpentem vectẽ, & super Leuiathan serpentem tortuosum, & occides cetum qui est in mari. lib.2.c.8.nu.20.

In die illa vinea meri cantabit ei, ego Dominus qui seruo eam, repente propinabo ei. lib.4.c.8.nu.6.

Indignatio non est mihi, quis dabit me spinam, & veprem in prælio, gradiar super eam, succendam eam pariter? lib.4.c.8.nu.6.

Cap. 28. In die illa erit Dominus exercituũ corona gloriæ, & sertum exultationis residuo populi sui. lib. 16. c.5.nu.4.

Quem docebit sctentiam, & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos a lacte, auulsos ab vberibus. lib.4.c.24.nu.8. & c.27.nu.3.

Quia manda remanda, manda remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi, modicũ ibi. lib.2.c.2.nu.21.lib.4.c.8.nu.7.8.

Hæc est requies mea, reficite lassum, hoc est refrigerium meum, & noluerunt audire. lib. 4. cap.8. nu.7.8.

Et erit eis verbum Domini, Manda remanda, manda remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi, modicum ibi. lib.2.c.14.nu.1.

Vt vadant, & cadant retrorsum, & conterantur, & illaqueentur, & capiantur. lib.2. c.14.nu.1.

Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. lib.14.c.21.nu.59.

Flagellum inundans cum transierit, non veniet super nos. lib.4.c.8.nu.8.

Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamendo fundatum. lib.4.c.8.nu.9. & lib.3.cap.17. nu.1.

Coangustatum est enim stratum, ita vt alter decidat, & pallium breue vtrumque operire non potest. lib. 1.c.18.nu.2.

Sicut enim in monte diuisionum, stabit Dominus, sic in valle quæ est in Gabaon irascetur, vt faciat opus suum, alienum est opus eius, vt operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo. lib.4.c.8. nu.9.10.11.

Consummationem, & abbreuiationem audiui a Domino Deo exercituum super vniuersam terram.

Numquid tota die arabit arans vt serat, proscindet & sarriet humum suam. lib.4.c.8.nu.10. & lib.2. c.11.nu.21.

Nonne cum adæquauerit faciem eius, feret gith, & cyminum sparget, & ponet triticum per ordinem &c. Non enim in serris triturabitur gith, nec rota plaustri super cyminum circuibit, sed in virga excutietur gith, & cyminum in baculo, panis autem comminuetur. lib.2.c.11.nu.21.

Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum lon Cap. 29. ge est a me. lib 4.c.9.nu 17.

Væ qui profundi estis corde, vt a Domino abscondatis consilium, quorum sunt in tenebris operæ, & dicunt, Quis videt nos? & quis nouit nos? lib.4. c.13.nu.9.

Væ filij desertores, dicit Dominus, vt faceretis consi- Cap. 30. lium, & non ex me, & ordiremini telam, & non per spiritum meum, vt adderetis peccatum super peccatum, qui ambulatis, vt descendatis in Aegyptum, & os meum non interrogastis, sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in vmbra Aegypti. lib.16.c.12.nu.9.10.

Si reuertamini, et quiescatis, salui eritis, & noluistis, & dixistis, nequaquam, sed ad equos fugiemus, ideo fugietis, & super veloces ascendemus: ideo velociores erunt, qui persequentur vos. lib.4.c.4. nu.5. & c.35.nu.10.

Donec relinquamini quasi malus nauis in vertice montis, & quasi signum super collem. lib.4.cap.4. num.5.

Propterea expectat Dominus, vt misereatur vestri, & ideo exaltabitur parcens vobis. lib. 4. cap.8. nu.11.

Et dabit vobis Dominus Deus panem arctum, & aquam breuem. lib.10.c.30.nu.5.

Et non faciet auolare a te vltra doctorem tuum, & erunt oculi tui videntes præceptorem tuum. libro 10.c.3.nn.5.

Et contaminabis laminas sculptilium argenti tui, & vestimentum conflatilis auri tui, & disperges ea, sicut immunditiam menstruatæ, egredere, dices ei, & dabitur pluuia semini tuo, vbicumque seminaueris in terra &c. & panis frugum terræ vberrimus & pinguis. lib.18.c.10.nu.17.

Ecce nomen Domini venit de longinquo. lib.4.c.4. nu.11. & c.18.nu.9.10.

Ardens furor eius, & grauis ad portandum, labia eius repleta sunt indignatione, & lingua eius quasi ignis deuorans. lib.4.c.18.nu.9.10.

Spiritus eius velut torrens inundans vsque ad medium colli ad perdendas gentes pro nihilo. lib.4. c.18.nu.9.10.

Sicut aues volantes, sic proteget Dominus exercituũ Cap. 31. Ierusalem, protegens & liberans. libro 1. cap.6. nu.1.

Dixit Dominus, cuius ignis in Sion, & caminus eius in Ierusalem. lib.2.c.1.nu.36.

Cap. 32. *Super humum populi mei spinæ, & vepres ascendũt, quanto magis super omnem domum gaudij ciuitatis exultantis. lib.3.c.19.nu.28.*

Beati omnes qui seminatis super omnes aquas immittentes pedem bouis & asini. lib.1.c.25.num.5.& lib.10.c.3.nu.8.

Cap. 33. *Angeli pacis amare flebunt. lib.3.c.5.nu.77.*

Qui excutit manus suas ab omni munere, qui obturat aures suas ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos ne videat malum, iste in excelsis habitabit &c. munimenta saxorum sublimitas eius, panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt, & videbunt oculi eius regem in decore suo. lib.7.c.8.nu.30. & lib.15.c.5.nu.19.

Laxati sunt funiculi tui, sed non præualebunt, sic erit malus tuus, vt dilatare signum non queas. lib.5. c.3.nu.5. lib.8.c.1.nu.5.

Cap. 34. *Quoniam inebriatus est gladius meus in cælo. lib.2. c.5.nu.2.& c.9.nu.17.*

Nobiles eius non erunt ibi. lib.1.c.23.nu.4.

Regem potius inuocabunt, & omnes principes eius erunt in nihilum. lib.1.c.23.nu.4.

Et erit ibi cubile draconum, & pascua struthionum, & occurrent dæmonia; onocentaurus, & pilosus clamabit alter ad alterum lib.14.c.14.nu.12.13.

Ibi cubauit lamia, & inuenit sibi requiem, ibi habuit foueam ericius. lib.3.c.29.nu.12.

Cap. 35. *Lætabitur deserta, & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. lib.5.c.7.nu.8.11.*

Gloria Libani data est ei, decor Carmeli, & Saron. lib.5.c.7.nu.8.9.

Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. lib.5.c.7.nu.9.

Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt, tunc saliet sicut cervus, claudus, & aperta erit lingua mutorum, quia scissæ sunt aquæ in deserto, & torrentes in solitudine. lib.5.cap.7. nu.9.10.

In cubilibus, in quibus prius habitabant dracones, orietur viror calami, & iunci. lib.5.c.7.nu.10.

Gaudium & lætitiam obtinebunt. lib.2.c.1.nu.9.

Fugiet ab eis dolor, & gemitus. lib.2.c.1.num.9. & lib.4.c.1 nu.22.23.24.

Cap. 36. *Siluerunt, & non responderunt ei verbum, mandauerat enim eis rex, dicens, Ne ei respondeatis. lib.9.c.7.nu.25.*

Cap. 37. *Et factum est, cum audisset rex Ezechias, scidit vestimenta sua, & obuolutus est sacco, & intrauit in domum Domini. lib.8.c.7.nu.11.*

Et misit Eliacim, qui erat super domum, & Sobnam scribã, & seniores de sacerdotibus opertos, saccis ad Esaiam filium Amos Prophetam, & dixerunt ad eum, hæc dicit Ezechias, Dies tribulationis, & blasphemiæ hæc &c. lib.8.c.7.nu.11.

Ego protegam ciuitatem hanc propter me, et propter Dauid seruum meum. lib.5.c.8.nu.7. lib.8.c.7.nu. 11. lib.16.c.7.nu.7.

Cap. 38. *In diebus illis ægrotauit Ezechias vsque ad mortẽ, et introiuit ad eum Esaias filius Amos Propheta, & dixit ei, Hæc dicit Dominus Deus, Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues, & conuertit Ezechias faciem suam ad parietem, & orauit ad Dominum, & dixit, Obsecro Domine, memento quæso, quomodo ambulauerim coram te in veritate. & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim, & fleuit Ezechias fletu magno. lib.11.c.9.nu.12.*

Ego dixi in dimidio dierum meorum vadã ad portas inferi, quæsiui residuum annorum meorum, dixi, non videbo Dominum Deum in terra viuentium, non aspiciam hominem vltra, & habitatorẽ quietis. lib.11.c.9.nu.12. lib.16.c.11.nu.23.30.

Generatio mea ablata est, & conuoluta est a me, quasi tabernaculum pastorum. lib.16.c.11.nu.30.

Præcisa est velut a texente vita mea, dum adhuc ordirer succidit me. lib.16.c.11.nu.30.

De mane vsque ad vesperam finies me. lib.2.cap.11. nu.25.

Sperabam vsque ad mane, quasi leo sic contriuit omnia ossa mea. lib.2.c.11.nu.25.

Sicut pullus hirundinis sic clamabo, meditabor vt columba. lib.2.c.11.nu.25. lib.18.c.18.nu.17.

Attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelsum. lib.18.c.18.nu.17.

Domine vim patior, responde pro me, quid dicam, &c. lib.14.c.6.nu.42.43.44.

Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. lib.14.c.6.nu.42.

Proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea. lib.11.c.10.nu 8.

Ecce in pace amaritudo mea amarissima. lib.3.cap. 5.nu.12.

Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te. lib.14.c.6.nu.42.

Et iussit Esaias vt tollerent massam de ficis, & cataplasmarent super vulnus eius, & sanaretur. libro 4.c.22.nu.6.

Cap. 39. *Audi verbum Domini, Ecce dies veniẽt, & auferentur omnia &c. Babylonis. lib.1.c.13.nu.2.*

Et de filijs tuis qui exibunt de te, quos genueris, tollent, & erunt Eunuchi in palatio regis Babylonis. lib.14.c.26.nu.24.

Bonum est verbum Domini quod locutus est, fiat tantum pax in diebus meis. lib.1.c.13.nu.2.

Cap. 40. *Consolamini, consolamini populo meus. lib.3.cap.6. nu.27.*

Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas in solitudine Dei nostri. lib.5. c.7.nu.11.

Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons, & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aspera in vias planas. lib.5.c.7.nu.11.

Et reuelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro salutare Dei nostri. lib.5.c.7.nu.11.

Vox dicentis, Clama. quid clamabo? Omnis caro fœnũ, & omnis gloria eius quasi flos agri, exsiccafœnũ, & omnis gloria eius quasi flos agri, exsiccatũ est fœnum, & cecidit flos, quia Spiritus Domini sufflauit in eo. lib.2.c.6.nu.28. & c.15.nu.54. & c.19.nu.22. lib.3.c.5.nu.62. lib.7.c.6 nu.12.14. 15. lib.18.c.16.nu.7. & lib.2.c.16.nu.22. & lib. 18.c.17.nu.14.

Super montem excelsum ascende tu qui Euãgelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam &c. libro 14.c.29.nu.30. & c.31.nu.16.17. & lib.14.cap. 28.nu.12.

Sicut pastor gregem suum pascet, in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœtas ipse portabit. lib.3.c.5.nu.27.

Quis

Quis mensus est pugillo aquas, & cælos palmo ponderauit? Quis appendit tribus digitis molem terræ, & librauit in pondere montes, & colles in statera? Quis audiuit spiritum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? lib.4.c.15.nu.5.

Ecce gentes quasi stilla situlæ, & quasi momentum stateræ. lib.8.c.5.nu.7.8. lib.17.c.5.nu.7.

Omnes gentes quasi non sint &c. lib.8.c.5.nu.7.8.

Qui sedet super gyrũ terræ, & habitatores eius sunt quasi locustæ, qui extendit velut nihilum cælos, & expandit eos sicut tabernaculum ad inhabitandum. lib.17.c.5.nu.6.7.

Qui confidunt in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas, vt aquila volabunt, & non deficient. lib.1.c.7.nu.6. lib.6.c.3.nu.15.16.18. & lib.9.c.23.nu.18.

Cap. 41. *Noli timere vermis Iacob, qui mortui estis ex Israel. lib.1.c.23.nu.5.*

Ego posui te quasi plaustrum triturans nouum, habens rostra serrantia. lib.1.c.23.nu.5.

Triturabis mõtes, & comminues eos, & colles quasi puluerem pones. lib.14.c.4.nu.6.

Cap. 42. *Ecce seruus meus, suscipiam eum, electus meus complacuit sibi in illo anima mea, dedi spiritũ meum super eum, indicium gentibus proferet. libro 14. c.29.nu.7.*

Non clamabit, neque accipiat personam, nec audietur vox eius foris. lib.14.c.29.nu.7.

Calamum quassatum non conteret, & linum fumigãs non exlinguet. lib.1.c.12. nu.43. lib.11.c.2.nu. 8. & lib.3.c.5.nu.28.

Non erit tristis, neque turbulentus, donec ponat in terra iudicium. lib.3.c.5.nu.28.

Hæc dicit Dominus Deus, creans cælos, & extendẽs eos, formans terram, & quæ germinãt ex ea, dans flatum populo, qui est super eam, & spiritum calcantibus eam. lib.2.c.15.nu.2. & lib.11.c.12.nu. 4. & lib.16.c.12.nu.42.

Gloriam meam alteri non dabo. lib.1.c.20.nu.28. & lib.7.c.6.nu.16. lib.18.c.1.nu.38.39.

Subleuetur desertum & ciuitates eius, in domibus habitabit Cedar: laudate habitatores Petræ, de vertice montium clamabunt. lib.5.c.7.nu.12.

Tacui semper, silui, patiens fui, sicut parturiens loquar, & dissipabo, & absorbebo simul. lib.6.c.10. nu.11.

Desertos faciam montes, & colles, & omne germen eorum exiccabo, & ponam flumina in insulas, & stagna arefaciam. lib.6.c.10.nu.11.

Et educam cæcos in viam, quam nesciunt, & in semitis quas ignorauerunt, ambulare eos faciam, ponã tenebras coram eis in lucem, & praua in recta. lib. 16.c.4.nu.23.

Et effudit super eum indignationem furoris sui, & forte bellum, & combussit eum in circuitu, & non cognouit, & succendit eum, & non intellexit. lib. 6.c.10.nu.11.

Cap. 43. *Et nunc hæc dicit Dominus creans te Iacob, & formans te Israel, noli timere, quia redemi te, & vocaui te nomine tuo, meus es tu, cum transieris per aquas tecum ero, & flumina non operient te, cum ambulaueris in igne, non combureris, & flamma ardebit in te. lib.1.cap.23.nu.7. & lib.6.cap.12. nu.12.*

Vos testes mei dicit Dominus, & ego Deus. lib.4.c. 13.nu.22.

Glorificabit me bestia agri, dracones & struthiones. lib.8.c.9.nu.29.

Germinabunt sicut salices inter herbas iuxta præter- Cap. 44.
fluentes aquas. lib.12.c.3 nu.35.

Deleui, vt nubem, iniquitates tuas, & quasi nebulam peccatum tuum. lib.2.c 8.nu.4.12.

Ego Dominus, & non est alter, formans lucem, & Cap. 45.
creans tenebras, faciens pacem, & creans malum. lib.6.c.9.nu.37.38.

Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum, aperiatur terra, & germinet Saluatorem, & iustitia oriatur simul. lib.3.c.5.nu.29. lib.11.c.6. nu.121.

Labor Aegypti, & negociatio Aethiopiæ, & Sabaim viri sublimes ad te transibunt, & tui erunt, post te ambulabunt, vinctis manicis pergent, & te adorabunt, & seq. deprecabuntur, tantum in te est Deus, & non est absque te Deus. lib.3.c.5.nu.29. & lib. 1.c.2.nu.25. lib.9.c.13 nu.10.

Vere tu es Deus absconditus, Deus Israel Saluator. lib.3.c.5.nu.29.

Audite me domus Iacob, & omne residuum domus Cap. 46.
Israel. lib.1.c.6.nu.2.

Mementote istud, & confundamini, & redite præuaricatores ad cor lib.14.c.23.nu.11.

Descende, sede in puluere virgo filia Babylonis, sede Cap. 47.
in terra, non est solium filiæ Chaldæorum, quia vltra non vocaberis mollis & tenera. libro 12. cap.4.nu.20.21. lib.14.c.8.nu.35. libro 16.cap. 13.nu.13.

Tolle molam, & mole farinam, denuda turpitudinem tuam, discooperi humerum, reuela crura, transi flumina. lib.12.c.4.nu.21. lib. 16.cap.13. nu.13.

Sede tacens, & intra tenebras filia Chaldæorũ, quia non vocaberis vltra domina regnorum. libro 1.c. 15.nu.16.

Iratus sum super populum meum, contaminaui hereditatem meam, & dedi eos in manu tua, non posuisti eos misericordias. lib.1.c.15.nu.16.

Sedeo regina, & vidua non sum. lib.3.c.19.num.25. lib.16.c.13 nu.34.

Et laude mea infrenabo te, ne intereas. lib.2.cap.12. Cap. 48.
nu.24.25.

Ecce excoxi te, sed non quasi argentum, elegi te in camino paupertatis. lib.2.c.11.nu.22. & libro 4. c.40.nu.12.

Vtinam attendisses mandata mea, facta fuisset sicut flumen pax tua, & iustitia tua sicut gurgites maris, & fuisset quasi arena semen tuum. lib.11.c.3. nu.20.

Egredimini de Babilone, fugite a Chaldæis, in voce exultationis annunciate, auditum facite hoc, & efferte illud vsque ad extremum terræ. lib.14.c. 26.nu.15.

Audite insulæ, & attendite populi de longe, Domi- Cap. 49.
nus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei, & posuit os meum quasi gladium acutum, in vmbra manus suæ protexit me, & posuit me quasi sagittam electam, in pharetra sua abscondit me. lib.1.c.18.nu.1.14. & lib.3.c.5.nu.30. & lib.1.c.2.nu.26. & cap.18. nu.1.14.

Laudate cæli, & exulta terra, iubilate montes laudem Deo, quia consolatus est Dominus populum suum. lib. 1. c. 6. nu. 3.

Et dixit Sion, dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei. lib. 12. c. 3. nu. 11.

Numquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? lib. 1. c. 1. num. 30. lib. 4. c. 7. nu. 8.

Viuo ego dicit Dominus, quia omnibus his, velut ornamento vestieris, & circumdabis eos tibi quasi sponsa. lib. 5. c. 8. nu. 8.

Numquid tolletur a forti præda? aut quod captum fuerit a robusto, saluũ esse poterit? lib. 2. c. 8. n. 22.

Et cibabo hostes tuos carnibus suis. lib. 4. cap. 34. num. 2.

Cap. 50. Hæc dicit Dominus, Quis est hic liber repudij matris vestræ, quo dimisi eam? aut quis est creditor meus, cui vendidi vos? Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis, & in sceleribus vestris dimisi matrem vestram. lib. 4. c. 21. nu. 3.

Quia veni, & non erat vir. lib. 12. c. 4. nu. 8.

Ecce vos omnes accendentes ignem accincti flammis, ambulate in lumine ignis vestri, & in flammis quas succẽdistis, de manu mea factum est hoc vobis, in doloribus dormietis. lib. 6. c. 10. nu. 12.

Cap. 51. Audite me qui sequimini quod iustum est, & quæritis Dominum, attendite ad petrã, vnde excisi estis, & ad cauernam laci, de qua præcisi estis, attendite ad Abraham patrem vestrũ, & ad Saram quæ peperit vos.

Consurge, consurge, induere fortitudinem brachium Domini. lib. 7. c. 8. nu. 11. 12.

Et nunc qui redempti sunt a Domino, reuertẽtur, & venient in Sion laudantes, & lætitia sempiterna super capita eorum, gaudium & lætitiam tenebunt, fugiet dolor & gemitus. lib. 4. c. 16. nu. 6.

Ego ipse consolabor vos. lib. 4. cap. 9. num. 4. & c. 16. num. 6.

Incuruare, vt transeamus. lib. 2. cap. 8. nu. 23. & cap. 15. nu. 60. 61.

Cap. 52. Consurge, consurge, induere fortitudine tua Sion, induere vestimentis gloriæ tuæ Ierusalem, ciuitas sancti. lib. 4. c. 14. nu. 3. & c. 16. nu. 6. & lib. 7. c. 8. nu. 11. 12.

Quia non adijciet vltra, vt pertranseat per te incircumcisus & immundus. lib. 7. c. 8. nu. 12. & lib. 9. c. 21. nu. 8. 9.

Excutere de puluere, consurge, sede Ierusalem, solue vincula colli tui captiua filia Sion. lib. 7. c. 8. n. 12.

Gratis venundati estis, & sine argento redimemini. lib. 10. c. 4. nu. 16.

Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere, exite de medio eius, mundamini qui fertis vasa Domini. lib. 3. c. 28. n. 22. lib. 9. c. 21. nu. 8. lib. 11. c. 5. n. 5. & c. 12. nu. 5. lib. 14. c. 31. nu. 14.

Cap. 53. Domine quis credidit auditui nostro? lib. 3. c. 7. n. 41.

Et ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti. lib. 3. c. 10. nu. 58. 59.

Non est ei species, neque decor, & vidimus eum, & non erat aspectus, & desideravimus eum despectum, & nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem. lib. 3. c. 10. nu. 20. 25. 48. 57. 58. 59. 71. & lib. 3. cap. 10. nu. 71. 72.

Tere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, & nos putauimus eum, quasi leprosum & percussum a Deo, & humiliatum. lib. 2. c. 12. nu. 4. & lib. 3. c. 7. nu. 18. & c. 10. nu. 59.

Ipse autẽ vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. lib. 2. c. 12. nu. 4. & lib. 3. c. 7. nu. 18.

Disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius omnes nos sanati sumus, omnes nos sicut oues errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit, & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. lib. 3. c. 10. nu. 25. 59.

Oblatus est, quia ipse voluit &c. lib. 3. c. 10. n. 25. lib. 11. cap. 6. numero 57.

Sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet. libro 3. cap. 10. numero 25. 59.

Lauda sterilis quæ non paris, decanta laudem, & Cap. 54.
hinni, quæ non parturiebas, quoniam multi filij desertæ magis quàm eius, quæ habet virum, dicit Dominus. lib. 5. c. 7. nu. 14. lib. 6. c. 4. num. 12. 13. 14. 15. lib. 16. c. 5. nu. 6.

Quasi pannus menstruatæ omnes iustitiæ nostræ. lib. 7. c. 6. nu. 3. & lib. 8. c. 7. nu. 10.

Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphiris, & ponam iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles, vniuersos filios tuos doctos a Domino. lib. 12. c. 3. nu. 33. lib. 3. c. 17. nu. 1.

Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende &c. hereditabit. lib. 3. c. 10. nu. 64. 65. lib. 5. c. 7. nu. 14.

Ad punctum in modico dereliqui te, & in magnis miserationibus congregabo te. lib. 4. cap. 10. numero 3.

In momento indignationis &c. Misertus sum tui. lib. 4. c. 21. nu. 7.

Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis Cap. 55.
argentum properate, emite, & comedite, venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione. lib. 7. c. 8. nu. 13. lib. 9. c. 16. nu. 9. lib. 3. c. 24. nu. 16.

Quare appendistis argentum non in panibus, & laborem vestrum non in saturitate? lib. 2. c. 18. nu. 10. lib. 18. c. 2. nu. 51.

Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra. lib. 2. c. 18. nu. 10.

Quærite Dominum dum inueniri potest, inuocate eũ dum prope est. lib. 4. c. 16. n. 18. 19. & c. 19. nu. 5. lib. 9. c. 1. nu. 30. 31. lib. 4. c. 22. nu. 17.

Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dominum, & miserebitur eius, & ad Deum nostrũ, quoniam multus est ad ignoscendum. lib. 1. c. 9. nu. 3. & lib. 14. c. 22. nu. 17.

Nõ enim cogitationes meæ, cogitationes vestræ, neq; viæ meæ viæ vestræ dicit Dominus. lib. 4. c. 25. n. 2.

Et quomodo descendit imber, & nix de cælo, & illuc vltra non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panẽ comedenti, sic erit verbũ meũ quod egredietur de ore meo, nõ reuertetur ad me vacuũ sed faciet quæcũque volui, & prosperabitur in bis ad quæ misi illud. lib. 3. c. 5. nu. 31. & lib. 4. c. 25. nu. 2.

In lætitia egrediemini, & in pace deducemini, montes, & colles cantabunt coram nobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu. lib. 7. cap. 8 nu. 13. 14.

Pro saliuncula ascendet abies, & pro vrtica crescet myrtus. lib. 7. c. 8. nu. 14.

Et erit Dominus nominatus in signum æternũ, quod non auferetur. lib. 7. c. 8. nu. 14.

Cap. 56. Et non dicat Eunuchus, ecce ego lignum aridum, quia hæc dicit Dominus Eunuchis, qui custodierint sabbata mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum; dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius a filijs, & filiabus, nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit. lib. 12. c. 4. nu. 12.

Holocausta eorum, & victimæ eorum placebunt mihi super altare meum. lib. 2. c. 20. nu. 8.

Speculatores eius cæci. lib. 6. c. 3. nu. 26.

Canes muti non valentes latrare. lib. 2. c. 13. nu. 40.

Cap. 57. Non dixisti, quiescam, vitam manus tuæ inuenisti, propterea non rogasti, pro quo sollicita timuisti? quia mentita es, & mei non es recordata, neque cogitasti in corde tuo, quia ego tacens, & quasi nõ videns, & mei oblita es? lib. 2. c. 11. num. 22. 23. lib. 4. c. 8. nu. 12. lib. 14. c. 31. nu. 16. 18.

Ego annunciabo iustitiam tuam; & opera tua non proderunt tibi. lib. 2. c. 11. n. 23. & lib. 4. c. 8. n. 12

Cum clamaueris, liberent te cõgregati tui, & omnes eos auferet ventus, tollet aura. lib. 2. c. 11. nu. 24.

Propter iniquitatem auaritiæ eius iratus sum, & percussi eum, abscondi a te faciem meam, & indignatus sum. lib. 2. c. 11. nu. 24. lib. 3. c. 13. nu. 15.

Obijt vagus in viam cordis sui. lib. 1. c. 22. nu. 15. & c. 11. nu. 24.

Vias eius vidi, & sanaui eum, & reduxi eum, & reddidi consolationes ipsi, & lugentibus eius. lib. 2. c. 11. nu. 24.

Creaui fructum labiorum pacem, pacem ei, qui longe est, & qui prope. lib. 4 c. 25. nu. 3.

Cor impũ quasi mare feruens, quod quiescere non potes, & redundant fluctus eius in conculcationem, & lutum. lib. 3. c. 24. nu. 8. & lib. 7. c. 1. nu. 29.

Non est pax impijs, dicit Dominus. lib. 7. cap. 1. nu. 29. 30.

Cap. 58. Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam. lib. 14. c. 31. nu. 16. 17. & lib. 4 c. 9. num. 4.

Et annuncia populo meo scelera eorum. lib. 4. cap. 9. nu. 4.

Me etenim de die in diem quærunt, & scire vias meas volunt, quasi gens, quæ iustitiam fecerit, & iudicium Dei sui non dereliquerit. lib. 14. c. 19. nu. 1.

Regant me iudicia iustitiæ, & appropinquare Deo volunt. lib. 14. c. 19. nu. 1. 2.

Quare ieiunauimus, & non aspexisti? humiliauimus animas nostras, & nescisti? lib. 9. c. 1. nu. 11. & lib. 14. c. 19. nu. 2.

Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis. lib. 9. cap. 1. nu. 12.

Ecce ad lites, & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie. lib. 9. c. 1. nu. 12.

Nolite ieiunare sicut vsque ad hanc diem, vt audiatur in excelso clamor vester. lib. 9. c. 1. nu. 13. 17.

Nonne magis hoc est ieiunium quod elegi? dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimẽtes, dimitte eos, qui confracti sunt, liberos, & omne onus dirumpe. lib. 9. c. 1. num. 3. 12. 13. 14. 16. 17. 18. lib. 18. c. 14 nu. 6.

Frange esurienti panem tuum, & egenos, vagosque induc in domum tuam, cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. lib. 9. c. 1. nu. 1. 13. 14. lib. 5. c. 10. nu. 19. 20. 56. 57.

Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria Domini colliget te. lib. 9. c. 1. nu. 14. & lib. 1. c. 1. nu. 63. lib. 5. c. 10. nu. 20. 56. 57.

Tunc clamabis, & Dominus exaudiet te, inuocabis, & dicet, ecce adsum. lib. 5. c. 10. nu. 56.

Si abstuleris de medio tui catenam, & desieris extendere digitum, & loqui quod non prodest, &c. lib. 16. c. 3. nu. 6.

Cum effuderis animam tuam esurienti, & animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies, & requiem tibi dabit Dominus Deus tuus semper, & implebit splendoribus animam tuam, & ossa tua liberabit, & eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum, cuius non deficient aquæ.

Et vocaberis ædificator maceriæ, aut sepium auertens semitas in quietem. lib. 5. c. 4. nu. 4.

Si auerteris a sabbato pedem tuum, facere voluntatem tuam in die sancto meo, & vocaberis sabbatum delicatum, & sanctum Domini gloriosum, & glorificaueris eum, dum non facis vias tuas, & nõ inuenietur voluntas tua, vt loquaris sermonem, tunc delectaberis super Domino. lib. 6. c. 2. nu. 12.

Et sustollam te super altitudinem terræ. lib. 1. c. 20. nu. 25. & lib. 2. c. 16. nu. 41. 42. & lib. 5. cap. 11. nu. 17.

Telas araneæ texuerunt. lib. 1. c. 20. nu. 22. Cap. 59.

Et conuersum est retrorsum iudicium, & iustitia longe stetit, quia corruit in plateis veritas, & æquitas non potuit ingredi. lib. 18 c. 4. nu. 7.

Surge illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuũ, Cap. 60.
& gloria Domini super te orta est, &c. & ambulabunt gentes in lumine tuo. lib. 2. c. 1. nu. 14.

Filij tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere surgent. lib. 4. c. 24. nu. 9.

Tunc videbis, & affluues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum. lib. 2. c. 1. nu. 37.

Ponam te in superbiam sæculorum, gaudium in generationem, & generationem, & ponam visitationem tuam, pacem, & præpositos tuos iustitiam, & non audietur vltra in terris tuis iniquitas, vastitas, & contritio in terminis tuis, & occupabit salus muros tuos. lib. 2. c. 1. nu. 14.

Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor lunæ illuminabit te; sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam. lib. 2. c. 1. nu. 14.

Spiritus Domini super me, eo quod vnxerit me ad Cap. 61.
annunciandũ mansuetis misit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiã, & clausis apertionem, vt prædicarem annum placabilem Domino, & diem vltionis Deo nostro, vt

Universidad de Navarra

consolaver omnes lugentes &c. lib.4.c.9.nu.15. lib.16.c.12.nu.46.

Induit me Dominus vestimentis salutis,& vestimentis iustitiæ circumdedit me, quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis. lib.1.c.1.nu.25.& lib.4.c.24.nu.10.

Cap. 62. Propter Sion non tacebo, & propter Ierusalem non quiescam, donec egrediatur vt splendor iustus eius, & saluator eius vt lampas accendatur, & videbunt gentes iustum tuum & cuncti reges inclytum tuum.lib.3.c.5.nu.32.

Super muros tuos Ierusalem, constitui custodes, tota die, & tota nocte in perpetuum non tacebunt. lib.1.c.21.nu.7.22.28.& lib.5.c.4.nu.5.

Qui reminiscimini Domini, ne taceatis, & ne detis silentium ei, donec stabiliat,& donec ponat Ierusalem laudem in terra. lib.13.c.7.nu.7.& lib.5.c.4.nu.5.

Si dedero triticum tuum vltra cibum inimicis tuis, & si biberint filij alieni vinum tuum in quo laborasti,quia qui congregabunt illud, comedent, & laudabunt Dominum,& qui comportant illud,bibent in atrijs sanctis meis. lib.5.c.12.nu 23.

Cap. 63. Quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra? Iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ, ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum. lib.3.c.10.nu.25.& cap.13.nu.13.

Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum.lib.3.c.13.nu.13.16.lib.11.c.11.nu.27.

Vbi est zelus tuus,& fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum, & misericordiarum tuarum super me. lib.4.c.5.nu.16.

Quare errare nos fecisti Domine Domine de vijs tuis, induraſti cor nostrum, ne timeremus te? lib.2.c.10.nu.11.& lib.4.c.5.nu.16.& c.8.num.22.& lib.11.c.14.nu.15.

Conuertere propter seruos tuos tribus hereditatis tuæ. lib.2.c.10.nu.11.

Cap. 64. Vtinam dirumperes cælos & descenderes, a facie tua montes defluerent,sicut exustio ignis tabescerent, aquæ arderent igni, vt notum fieret nomen tuum inimicis tuis, a facie tua gentes turbarentur. lib.3.c.5.nu.33.34.

Ciuitas sancti tui facta est deserta,Sion deserta facta est, Ierusalem desolata est, domus sanctificationis nostræ,et gloriæ nostræ,vbi laudauerunt te patres nostri,facta est in exustionem ignis,& omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinas. lib.14.c.6.nu.23.

Cap. 65. Ecce ego ad gentē quæ nesciebat me, & quæ non inuocabat nomen meū: Expādi tota die manus meas ad populum incredulum, qui graditur in via non bona post cogitationes suas. lib.4.c.7.nu.12.

Qui immolant in hortis,& sacrificant super lateres. lib.9.c.3.nu.10.

Isti fumus erunt in furore meo,ignis ardens tota die. lib.4.c.12.nu.3.

Quomodo si inueniatur granum in botro,& dicatur, ne dissipes illud, quoniam benedictio est, sic faciā propter seruos meos,vt non disperdam totum. lib.4.c.3.nu.10.

Et erunt cāpestria in caulas gregū,& vallis Achior in cubile armentorū populo meo.lib.4.c.23.nu.1.

Ecce serui mei comedent,& vos esurietis: ecce serui mei bibent,& vos sitietis; ecce serui mei lætabuntur,& vos confundemini. lib.5.c.12.nu.24.

Et seruos suos vocabit nomine alio, in quo qui benedictus est super terram, benedicetur in Domino. Amen. lib.12.c.2.nu.22.

Et ædificabunt domos,& plantabunt vineas,& comedent fructus eorum. lib.7.c.1.nu.18.

Lupus & agnus pascentur simul,& leo,& bos comedent paleas,& serpenti puluis panis eius. lib.4.c.34.nu.3.& lib.5.c.6.nu.9.

Cap. 66. Cælum sedes mea, terra autem scabellum pedū meorum.lib.1.c.22.nu.8.lib.3.c.5.num.20.lib.4.c.3.nu.1.& c.24.nu.1. lib.12.c.3.nu.36.

Ad quem autem respiciam,nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos? lib.3.c.18.nu.15. lib.4.c.3.nu.13. lib.8. c.8.nu.22.30.31. lib.9.c.7.nu.39. lib.16.c.6.n.12. lib.18.c.7.nu.2.

Ad vbera portabimini, & super genua blandientur vobis. lib.1.c.6.nu.3.

Et agnoscetur manus Domini seruis eius,& indignabitur inimicis suis,quia ecce Dominus in igne veniet, & quasi turbo quadriga eius, reddere in indignatione furorem suum, & increpationē suā in flamma ignis quia in igne Dominus iudicabit, & in gladio suo ad omnē carnem, & multiplicabuntur interfecti a Domino.lib.4.c.18.nu.11.12.

Qui sanctificabantur, & mundos se putabant in hortis post ianuam intrinsecus, qui comedebant carnem suillam,& abominationem & murem simul, consumentur. lib.14.c.19.nu 3.

Et ponam in eis signum,& mittam ex eis qui saluati fuerint ad gentes in mare,in Aphricam, & Lydiam tenentes sagittam,in Italiam,& Græciā,ad insulas longe, ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meā, & annunciabunt gloriam meā,gentibus,& adducent omnes fratres vestros de cunctis gentibus donū Domino,in equis, & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis. lib.1.c.21.nu.1.

Quia sicut cæli noui,& terra noua quæ ego facio stare coram me,dicit Dominus meus,sic stabit semen vestrum,& erit mensis ex mense,& sabbathum ex sabbatho, & veniet omnis caro in conspectu meo, vt adoret coram facie mea. lib.15.c.8.nu.11.

Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. lib.1.c.4.nu.4. & lib.3.c.5.nu.89.& lib.9.c.3.nu.12.19.20.

Ex libro Ieremiæ.

Cap. 1. VErbum Domini quod factū est ad Ieremiam in diebus Iosiæ filij Amon regis Iuda,in tertiodecimo anno regni eius: Et factum est in diebus Ioacim filij Iosiæ regis Iuda vsque ad consummationē vndecimi anni Sedeciæ filij Iosiæ regis Iuda vsque ad transmigrationem Ierusalem, in mense quinto. lib.2.c.11.nu.5.6.& lib.4.c.7.nu.13.

Et factum est verbū Domini ad me dicens,Priusquā te formarem in vtero,noui te,& antequam exires de vulua sanctificaui te, & Prophetam in gētibus dedi te.

dedi te. lib.9. ca.6.num. 10.11.

Aaa Domine Deus, ecce nescio loqui,quia puer ego sum. lib.3.c.20.nu.21.& lib.4.c.15.nu.17.

Ecce constitui te hodie super gentes,& super regna, vt euellas,& destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices,& plantes. lib.18. c.2. nu.6.& c.10. nu.18.22.

Cap.2 Et factum est verbum Domini ad me dicens, quid tu vides Ieremia? & dixi, virgam vigilantem ego video,& dixit Dominus ad me,bene vidisti, quia ego vigilabo super verbo meo, vt faciam illud.lib.6.c.9.nu.22.lib.14.c.21.nu.4.lib.18.c.11. nu.2.

Quid tu vides? & dixi, ollam succensam ego video. lib.1.c.17.nu.22.lib.8.c.8. num.25. lib.14.c.21. nu.4.& lib.18.c.11.nu.2.

Ab Aquilone pandetur omne malum.lib.1.cap.10. nu.8.& lib.2.c.5.nu.43.& lib.14.c.21. nu.4.

Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream,& in murum æneum super omnem terram regibus Iuda,principibus eius,& sacerdotibus, & omni populo terræ, & bellabunt aduersum te,noli timere,non prævalebunt; quia ego tecum sum,vt liberem te.lib.4.c.3. nu.11.

Et factum est verbum Domini ad me dicens,Vade, clama in auribus Hierusalem dicens, Hæc dicit Dominus,recordatus sum tui miserans adolescentiam tuam,& charitatem desponsationis tuæ,quādo secuta es me in deserto, in terra quæ non seminatur.lib.1. c.6. nu.5.

Quid inuenerunt patres vestri in me iniquitatis; quia elongauerunt a me,& ambulauerunt post inquitatem,& vani facti sunt, & non dixerunt, vbi est Dominus, qui ascendere nos fecit de terra Aegypti, qui traduxit nos per desertum, per terram inhabitabilem,& inuiam,per terram sitis,& imaginem mortis,& per terram,per quam non ambulauit vir,neque habitauit homo.lib.9.c.22.nu.16

Et sacerdotes non dixerunt,vbi est Dominus? & tenentes legem nescierunt me, & pastores prævaricati sunt in me, & prophetæ prophetauerunt in Baal,& idola secuti sunt.lib.5.c.7.nu.19.

Transite ad insulas Cethim, & videte, & in Cedar mittite,& considerate vehementer, & videte si factum est huiusce modi, si mutauit gens deos suos, & certe ipsi non sunt dij, populus vero meus mutauit gloriam suam in idolum. lib.1.c.4. nu.14.& lib.2.c.17.nu.8.9.

Obstupescite cæli super hoc, & portæ eius desolamini vehementer, dicit Dominus, duo enim mala fecit populus meus, me dereliquerūt fontem aquæ viuæ,& foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas,quæ continere non valent aquas.lib.1.c.4.nu. 14.& lib.2.c.17. nu.8.9.& lib.16. c.12. nu.41. lib.18.c.2.nu.23.

Numquid seruus est Israel, aut vernaculus? quare ergo factus est in prædam.lib.1. c.4. nu.14.

Filij quoque Memphæos, & Taphnes constupravuerunt te vsque ad verticem.lib.6.c.3. nu.28.

Et nunc quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbidam? lib.8.c.1.num.16.lib.18.cap.2. num.23.

Ego plantaui te vineam electam, omne semen verum, quomodo ergo conuersa es in prauum vinea aliena.lib.3.c.15.num. 6.

Si laueris te nitro,& multiplicaueris tibi herbam borith,maculata es in iniquitate tua coram me,dicit Dominus.lib.14.c 7.num.2.& lib.18.cap 2.nu.7.

Cursor leuis explicans vias suas, onager assuetus in solitudine,in desiderio animæ suæ attraxit vētum amoris sui:nullus auertet eam,omnes qui quærunt eam non deficient:in mensruis eius inuenient eam lib.2.c.17.nu.9.

Vbi sunt dij tui quos fecisti tibi? surgant, & liberent te in die tribulationis, & afflictionis tuæ,lib.2.ca. 17.nu. 9.

Frustra percussi filios vestros, disciplinam non receceperunt,lib.2.c.10.nu.16.lib. 6.c.7.nu.8.

Numquid obliuiscetur virgo ornamenti sui,aut sponsa fasciæ pectoralis suæ.lib.1.c.5.n.3.

Vulgo dicitur.si dimiserit vir vxorem suam,& recedens ab eo duxerit virum alterum, numquid reuertetur ad eam vltra, numquid non pollura, & contaminata erit illa mulier?tu autem fornicata es cum amatoribus multis:tamen reuertere ad me,dicit Dominus.lib.1.c.5.nu.4.& lib.4.c.10.nu.4.& lib.4.c.5.nu.2.lib.1.c.5.nu. 12. Cap.3.

Leua oculos tuos in directum, & vide vbi prostrata sis.lib.1.c.5.nu. 4.

In vijs sedebas expectans eos quasi latroni insidians in solitudine: & polluisti terram in fornicationibus tuis,& in malitijs tuis: quam obrem prohibitæ sunt stillæ pluuiarum,& serotinus imber nō fuit lib.1.c. 5.nu.4.

Frons mulieris meretricis facta est tibi,noluisti erubescere.lib.1.c.5.nu.4.lib.1.c.4.nu.13.lib.14. ca. 15.nu.16.

Ergo saltem amodo voca me, pater meus, dux virginitatis meæ tu es.lib.1.c.5.nu.4.8.12. & lib.4.c. 10.nu.4.5.

Numquid vidisti quæ fecerit,aduersatrix Israel? lib. 1.c.4.nu.13.lib.6.c.10.nu.3.

Abijt sibimet super omnem montem excelsum, & sub omni ligno frondoso, & fornicata est ibi: & dixi, cum fecisses hæc omnia,ad me reuertere,& non es reuersa.lib.14.c.18.nu.5.

Et mœchata est cum lapide,& ligno.lib.1.c.5.nu.15. lib.6.c.10.nu.5.

Et dixit Dominus ad me iustificauit animam suam auersatrix Israel, comparatione prævaricationis Iudæ. lib.6.c. 10. nu.3.4.

Vade,& clama sermones istos contra Aquilonem,& dices,reuertere auersatrix Israel,ait Dominus: & non auertam faciem meam a vobis: quia sanctus sum ego,dicit Dominus, & non irascor in perpetuum.lib.4.c.7.nu.4.& lib.8.c.1nu.9.

Confusio comedit laborem patrum nostrorum ab adolescentia nostra,greges eorum,& armenta eorū,filiōs eorum,& filias eorū. Dormiemus in confusione nostra, & operiet nos ignominia nostra. lib. 8. c.1.n.9.

Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas, Cap.4 lib.6.c.2.nu. 9.

Ascēdit leo de cubili suo,& prædo gentium se leuauit,egressus est de loco suo,vt ponat terrā tuā in solitudinē,ciuitates tuæ vastabūtur.lib.4.c.33.n.3.

Et erit in die illa,dicit Dominus,peribit cor regis,& cor principum:& obstupescent sacerdotes,& prophetæ consternabuntur.lib.4.c.33.nu.3.4.

Universitäts- und Landesbibliothek Münster

In tempore illo dicetur populo meo, & Hierusalem, ventus vrens in vijs quæ sunt in deserto. lib. 4. c. 33. nu. 4.

Viæ tuæ, & cogitationes tuæ fecerunt hæc tibi; ista malitia tua, quia amara, quia tetigit cor tuum. lib. 4. c. 12. nu. 4.

Ventrem meum doleo, ventrem meum doleo. lib. 1. c. 6. nu. 6. & lib. 3. c. 21. nu. 19.

Sapientes sunt, vt faciant mala. lib. 14. c. 20. nu. 1.

Cap. 5. Circuite vias Hierusalem, & aspicite, & considerate, & quærite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium, & quærentem fidem, & propitius ero ei. lib. 5. c. 8. nu. 7. 9.

Percussisti eos, nec doluerunt, attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam, indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti. lib. 4. cap. 12. nu. 24. & lib. 6. c. 10. num. 13. 36.

Ego autem dixi forsitan pauperes sunt, & stulti ignorantes viam Domini, & iudicium Dei sui. lib. 14. c. 16. nu. 10.

Ibo igitur ad optimates, & loquar eis; ipsi enim cognouerunt viam Domini, iudicium Dei sui, & ecce magis hi simul confregerunt iugum, ruperunt vincula. lib. 14. c. 16. nu. 10.

Saturaui eos, & mœchati sunt, equi amatores in feminas, & emissarij facti sunt, vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat. lib. 8. c. 2. nu. 3. 5. 14. lib. 12. c. 4. nu. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7 8.

Ascendite muros eius & dissipate, consummationẽ autem nolite facere. lib. 4. c. 6. nu. 17. lib. 6. cap. 3. nu. 7.

Negauerunt Dominum, & dixerunt, non est ipse, neque veniet super nos malum, gladium, & famen non videbimus. lib. 4. c. 18. nu. 13.

Hæc dicit Dominus exercituum, quia locuti estis, verbum istud; ecce ego do verba mea in ore tuo in ignem, & populum istum in ligna, & vorabit eos. lib. 4. c. 18. nu. 13. 14.

Ecce ego adducam super vos gentem de longinquo, domus Israel, ait Dominus; gentem robustam, gentem antiquam, gentem, cuius ignorabit linguam, nec intelliges quid loquatur, &c. & comedent segetes tuas, & panem tuum deuorabit. lib. 4. cap. 18 nu. 13. 14.

Sicut dereliquisti me, & seruisti Deo alieno in terra vestra, sic seruietis dijs alienis in terra non vestra. lib. 6. c. 3. nu. 7.

Me ergo non timebitis, ait Dominus, & a facie mea non dolebitis, qui posui arenam terminum mari, præceptum sempiternum, quod non præteribit. lib. 11. c. 2 nu. 11.

Et non dixerunt in corde suo, metuamus Dominum Deum nostrum, qui dat nobis pluuiam temporaneam, & serotinam in tempore suo. lib. 18. c. 2. nu. 50. lib. 4. c. 27. nu. 4. & lib. 11. c. 2. nu. 11.

Prophetæ prophetabant mendacium, & sacerdotes applaudebant manibus suis, & populus meus dilexit talia. lib. 14. c. 27. nu. 9.

Cap. 6. Erudire Hierusalem, ne forte recedat anima mea a te. lib. 4. c. 5. nu. 3. lib. 5. c. 9. nu. 3.

A minori vsque ad maiorem omnes auaritiæ studẽt, & a propheta vsque ad sacerdotem cuncti faciunt idolum. lib. 14. c. 27. nu. 10.

Et curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia. lib. 14. c. 27. nu. 10.

Dicentes, pax, pax, & non erat pax. lib. 14. cap. 27. nu. 10.

Ecce populus venit de terra Aquilonis, & gens magna consurget a finibus terræ. lib. 4. c. 12. nu. 5.

Vox eius quasi mare sonabit, & super reliquos ascendent: præparati quasi vir ad prælium aduersum te filia Sion. lib. 4. c. 12. nu. 5.

Filia populi mei accingere cilicio, & consperge te cinere, luctum vnigeniti fac tibi planctum magnũ. lib. 1. c. 6. nu. 7.

Quia repente veniet vastator super vos. lib. 4. c. 12. nu. 5.

Frustra conflauit conflator, malitiæ enim eorum non sunt consumptæ. lib. 6. c. 10. nu. 37.

Ergo spelunca latronum facta est domus ista? &c. Cap. 7. lib. 5. c. 2. nu. 5.

Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem, & orationem, & non obsistas mihi; quia non exaudiam. lib. 5. c. 4. nu. 4.

Numquid qui cadit, non resurget, & qui auersus est non reuertetur? quare auersus est populus iste in Hierusalem auersione contentiosa? lib. 9. c. 18. nu. 2. & lib. 14. c. 17. nu. 6. 7. 8. & cap. 18. nu. 10. Cap. 8.

Attendi, & auscultaui, nemo quod bonum est loquitur; nullus est qui agat pœnitentiam super peccato suo, dicens, quid feci? lib. 9. c. 10. nu. 11.

Miluus in cælo cognouit tempus suum, turtur, & hirundo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui; populus autem meus non cognouit iudicium Domini. lib. 3. c. 14. nu. 8 9.

Et sanabant contritiones, filiæ populi mei ad ignominiam, dicentes, pax, pax, cum non esset pax. lib. 3. c. 15. nu. 21.

Super contritionem filiæ populi mei contritus sum. lib. 1. c. 6. nu. 8.

Transiit messis, finita est æstas, & nos saluati sumus. lib. 1. c. 14. nu. 6.

Numquid resina non est in Galaad? aut medicus non est ibi; quare igitur non est obducta cicatrix filiæ populi mei? lib. 3. c. 22. nu. 12. & lib. 1. cap. 14. nu. 6.

Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem Cap. 9. lachrymarum, & plorabo die, ac nocte interfectos filiæ populi mei? lib. 1. c. 5. nu. 9. & lib. 1. c. 5. num. 29. lib. 11. c. 6. nu. 90. 91. 92. 93. lib. 14. c. 16. nu. 8. 9. & lib. 1. c. 14. nu. 29. & cap 4. nu. 12.

Quis dabit me in solitudine diuersorium viatorum, & derelinquam populum meum, & recedam ab eis? lib. 1. c. 14. nu. 9. 29.

Vnusquisque se a proximo suo custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam; quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedit. lib. 1. c. 13. nu. 3.

Et vir fratrem suum deridebit, & veritatem non loquentur. lib. 1. c. 13. nu. 3.

Numquid super his non visitabo, dicit Dominus? aut in gentem huiusmodi non vlciscetur anima mea? lib. 1. c. 13. nu. 13.

Super montes assumam fletum ac lamentum, & super speciosa deserti, &c. dabo Hierusalem in aceruos arenæ. lib. 1. c. 13. nu. 3.

Audite ergo mulieres verbum Domini, & assumant aures vestras sermonem oris eius, & docete filios vestros lamentum, & vnaquæque proximam suã planctum. lib. 16. c. 9. nu. 13.

Quia ascendit mors per fenestras, ingressa est domos vestras disperdere paruulos de foris, iuuenes de plateis. lib. 2. c. 13. nu. 9. & c. 22. nu 1. & lib. 2. c. 5. nu. 42. lib. 3. c. 3. nu. 10. 11. 31. 39. lib. 4. cap. 35. nu. 7. lib. 16. c. 9. nu. 4. 7. 13. 14.

Et cadet morticinum hominis quasi stercus super faciem regionis, & quasi fœnum post tergum metentis, & non est qui colligat. lib. 1. c. 13. nu. 3. & cap. 22. nu. 1. & c.

Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur dines in diuitijs suis, sed in hoc glorietur, scire, & nosse me. lib. 7. c. 6. nu. 4. 5. lib. 17. c. 1. nu. 7.

Quia ego sum Dominus, qui facio misericordiam, & iudicium, & iustitiam in terra, hæc enim placent mihi, ait Dominus. lib. 17. c. 1. nu. 7.

Cap. 10. Vox auditionis ecce venit, & commotio magna de terra Aquilonis, vt ponat ciuitates Iuda solitudinem & habitaculum draconum. lib. 4. c. 12. n. 6.

Scio Domine, quia non est hominis via eius, nec viri est vt ambulet, & dirigat gressus suos. lib. 4. c. 12. nu 6. & c. 14. nu. 4. 13. 18.

Corripe me Domine, verumtamen in iudicio, & non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me. lib. 4. c. 14. nu. 13. & c. 18. nu. 7. 8.

Cap. 11. Inuenta est coniuratio in viris Iuda, & in habitatoribus Hierusalem. lib. 18. c. 15. nu. 10.

Reuersi sunt ad iniquitates patrum suorum priorum lib. 18. c. 15. nu. 10.

Tu ergo noli orare pro populo hoc, & ne assumas pro eis laudem, & orationem, quia non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me. lib. 13. c. 4. nu. 2. 3. 4. lib. 16. c. 7. nu. 3.

Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, speciosam vocauit Dominus nomen tuum, ad vocem loquelæ, grandis exarsit ignis in ea, & combusta sunt fruteta eius. lib. 14. c. 29. nu. 31.

Mittamms lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium. lib. 3. c. 10 n. 23. & c. 11. n. 7.

Iustus quidem tu es Domine, si disputem tecum, verumtamen iusta loquar ad te. lib. 6. c. 11. nu. 3.

Quare via impiorum prosperatur, bene est omnibus qui præuaricantur, & inique agunt. lib. 6. ca. 11. nu. 3.

Longe tu es a renibus eorum. lib. 18. c. 16. nu. 8.

Sanctifica eos in die occisionis. lib. 6. c. 9. num. 1. 2. & lib. 18. c. 16. nu. 8.

Cap. 12. Reliqui domum meam, dimisi hereditatẽ meam: dedi dilectã animam meam in manus inimicorum eius. lib. 2. c. 10. n. 18. lib. 3. c. 10. nu. 18.

Gladius Domini deuorabit ab extremo terræ vsque ad extremum eius, non est pax vniuersæ carni. lib. 3. c. 5. nu. 9.

Vsquequo lugebit terra, & herba regionis siccabitur. propter malitiam inhabitantium in ea. lib. 14. ca. 12. nu. 15.

Dedit contra me vocẽ, ideo odiui eam lib. 2. 10. n. 18.

Desolatione desolata est omnis terra. lib. 3. c. 5. nu. 9.

Cap. 13. Ecce ego implebo omnes habitatores Ierusalem ebrietate, & dispergam eos, virum a fratre suo, & patres, & filios pariter &c. lib. 14. c. 11. nu. 4. & c. 4. num. 1.

Dices ergo ad eos sermonem istum, Omnis laguncula implebitur vino. lib. 14. c. 11. nu. 4.

Non parcam, & non concedam, neque miserebor vt non disperdam eos. lib. 6. c. 10. nu. 2. & lib. 11. c. 5. num. 2.

Si mutare potest æthiops pellem suam, aut pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere, cum diceritis malum. lib. 14. c. 7. nu. 8.

Dissipabo eos quasi stipulam quæ vento rapitur in deserto. lib. 14. c. 7. nu. 8.

Luxit Iudæa, & portæ eius corruerunt, & obscuratæ Cap. 14. sunt in terra, & clamor Ierusalem ascẽdit. lib. 14. c. 3. nu. 9.

Maiores miserunt minores suos ad aquam, venerunt ad hauriendum, non inuenerunt aquam, reportauerunt vasa sua vacua, cõfusi sunt, & afflicti, & operuerunt capita sua, propter terræ vastitatem, quia non venit pluuia in terra, confusi sunt agricolæ, operuerunt capita sua. lib. 18. c. 3. nu. 9.

Nam, & cerua peperit in agro, & reliquit, quia non erat herba, & onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventum quasi dracones, li. 18. c. 3. n. 9. 10.

Et dixi, Aaa Domine Deus, prophetæ dicunt eis, non videbitis gladium, & fames non erit vobis. lib. 18 c. 3. nu. 10.

Deducant oculi mei lachrymam per noctem, & diem, & non taceant, quoniam contritione magna contrita est virgo filia populi mei, si egressus fuero ad agros, ecce occisi gladio, & si introiero in ciuitatem, ecce attenuati fame. libro 18. cap. 3. numero 10.

Expectauimus pacem, & non est bonum. lib. 18. c. 3. nu. 10.

Si steterint Moyses, & Samuel coram me, non est ani- Cap. 15. ma mea ad populum istum, eijce illos a facie mea, & egrediãtur, quòd si dixerint ad te, Quo egrediemur? dices ad eos hæc dicit Dominus, qui ad mortem, ad mortem, & qui ad gladium, ad gladiũ, & qui ad famem, ad famem, & qui ad captiuitatẽ, ad captiuitatem. lib. 4. c. 18. n. 15. & lib. 1. c. 12. nu. 7.

Quis enim miserebitur tui Ierusalem, aut quis contristabitur pro te, &c. lib. 9. c. 22. nu. 6.

Et extendam manum meam super te, & interficiam te, laboraui rogans, & dispergam eos ventilabro in portis terræ. lib. 4. c. 18. nu 16.

Interfeci, & disperdidi populum meum, & tamen a vijs suis non sunt conuersi. lib. 4. c. 17. nu. 16. lib. 6. c. 10. nu. 36. 37.

Multiplicatæ sunt mihi viduæ eius super arenã maris, induxi eis super matrem adolescentis vastatorẽ &c. Misi super ciuitates repente terrorẽ. Infirmata est quæ peperit septẽ, defecit anima eius, occidit ei sol, cũ adhuc esset dies, &c. in conspectu inimicorũ eius. lib. 4. c. 18. n. 16. lib. 6. c. 10. n. 36. 37

Væ mihi mater mea, quare me genuisti virum rixæ, virum discordiæ in vniuersa terra? lib. 1. c. 6. nu. 9. & lib. 1. c. 14. uu. 29.

Nec fœnerauit mihi quisquam, omnes maledicũt mihi. lib. 14. c. 26. nu. 5.

Diuitias tuas, & thesauros tuos in direptionem dabo gratis in omnibus terminis tuis, & adducam inimicos tuos de terra quã nescis, quia ignis succensus est in furore meo, & super vos ardebit. lib. 6. c. 11. nu. 8.

Universidad de Navarra Biblioteca de Humanidades

Tu scis Domine, recordare mei, & visita me, & tuere me ab his, qui persequuntur me, noli in impatientia tua suscipere me. lib. 6. c. 11. nu. 8.

Inuenti sunt sermones tui, & comedi eos, & factum est verbum tuum in gaudium, & in lætitiam cordis mei. lib. 6. c. 11. nu. 8.

Non sedi in concilio ludentium, & gloriatus sum a facie manus tuæ, solus sedebam, quoniam comminatione replesti me. lib. 2. c. 19. num. 4. lib. 6. c. 11. nu. 8. & lib. 11. c. 5. nu. 7. lib. 16. c. 3. nu. 2.

Quare factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis renuit curari? facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium. lib. 6. c 11. nu. 8

Si separaueris pretiosum a uili, quasi os meum eris. lib. 3. c. 1. nu. 61. lib. 4. c. 30. nu. 25.

Cap. 16. *Ecce ego mittam piscatores multos, dicit Dominus, & piscabuntur eos, & post hæc mittam eis venatores multos, & venabuntur eos de omni monte, & de omni colle, & de cauernis petrarum. lib. 14. c. 29. num. 6.*

Quia oculi mei super omnes vias eorum, nõ sunt absconditæ a facie mea. lib. 3. c. 24. nu. 2.

Et reddam primum duplices iniquitates eorũ, quia contaminauerũt terram meam in morticinijs idolorum suorum. lib. 3. c. 15. nu. 5.

Cap. 17. *Peccatum Iuda scriptum est stilo ferreo in &c. lib. 14. c. 21. nu. 6.*

Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & recedit a Domino cor eius. lib. 2. c. 9. nu. 21. & lib. 4. c. 14. nu. 16. & lib. 16. c. 11. nu. 3. 5. 6.

Perdix fouet quæ non peperit, fecit diuitias, & non in iudicio, in dimidio dierum suorum derelinquet eas, & in nouissimo suo erit insipiens. lib. 4. c. 35. nu. 2. & cap. 39. nu. 7.

Ecce ipsi dicunt ad me, vbi est verbum Domini, veniat, & ego non sum turbatus, te pastorem sequens lib. 4. c. 8. nu. 13. & lib. 18. c. 15. nu. 9.

Tu scis Domine, quia diem hominis non desideraui. lib. 1. c. 2. num. 12. lib. 6. c. 11. num. 9. lib. 7. cap. 1. nu. 29. 30.

Hæc dicit Dominus Deus ad me, vade, & sta ad portam filiorum populi mei, per quam ingrediuntur reges Iuda, & egrediuntur, & in cunctis portis Hierusalem. lib. 4. c. 8. nu. 13.

Cap. 18. *Et descendi in domum figuli, & ecce ipse faciebat opus super rotam, & dissipatum est vas, quod ipse faciebat e luto manibus suis, conuersusque fecit illud, vas alterum, sicut placuerat in oculis eius, vt faceret. lib. 15. c. 8. nu. 4.*

Repente loquar aduersum gentem, & aduersus regnum, vt eradicem, & destruam, & disperdam illud; si pœnitentiam egerit gens illa a malo suo, quod locutus sum aduersus eam; agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitaui, vt facerem ei. lib. 4. c. 6. nu. 12. & c. 12. nu. 12.

Numquid redditur pro bono malum, quia foderunt foueam animæ meæ. lib. 3. c. 10. nu. 72.

Cap. 20. *Factus sum in derisum tota die, omnes subsannabant me, quia iam olim loquor vociferans iniquitatem, & vastitatem clamito. lib. 14. cap. 26. num. 8. 9. 10. 17.*

Et factus est mihi sermo Domini in opprobrium, & derisum tota die, & dixi, non recordabor eius, neque loquar vltra in nomine eius, & factus est in corde meo quasi ignis exæstuans, claususque in ossibus meis, & defeci ferre non sustinens. lib. 14. c. 26. nu. 8. 9. 10. 17.

Cap. 21. *Et inebriabo animam sacerdotum pinguedine, & populus meus adimplebitur boni s. lib. 16. c. 2. nu. 5.*

Cap. 22. *Numquid vas fictile, atque contritum vir iste Iechonias? numquid vas absque omni voluptate? lib. 3. cap. 15. num. 4.*

Non mittebam prophetas, & ipsi currebant, non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. lib. 8. cap. 1. nu. 10.

Si stetissent in consilio meo, & nota fecissent verba mea populo meo, auertissem vtique eos a via sua mala, & a cogitationibus suis pessimis. lib. 8. c. 1. nu. 10.

Putasne Deus e vicino ego sum, dicit Dominus, & non Deus longe. lib. 4. c. 20. nu. 1.

Numquid non cælum, & terram ego implebo? lib. 3. c. 7. nu. 33. lib. 4. c. 13. n. 1. 23. & lib. 4. c. 26. n. 18.

Ecce ego ad prophetas, ait Dominus, qui furantur verba mea vnusquisque a proximo suo lib. 14. cap. 29. nu. 32.

Cap. 25. *Accipe calicem vini meri furoris huius de manu mea, & potabis omnes gentes, ad quas ego mittam te, & bibent, & voment, & insanient. lib. 6. c. 10. nu. 17. lib. 8. c. 4. nu. 7.*

Hæc dicit Dominus, si non audieritis me vt ambuletis in lege mea quam dedi vobis, vt audiatis sermones seruorum meorum prophetarum, quos ego misi ad vos de nocte consurgẽs, & dirigens, & nõ audistis, dabo domum istam sicut Silo, & vrbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terræ. lib. 1. c. 17. nu. 2. & lib. 11. c. 3. nu. 21.

Et audierunt sacerdotes, & prophetæ, & omnis populus Ieremiam loquentem verba hæc in domo Domini, cumque complesset Ieremias loquens omnia, quæ præceperat ei Dominus vt loqueretur ad vniuersum populum, apprehenderunt eum sacerdotes, & prophetæ, & omnis populus, dicens, Morte moriatur, quare prophetauit in nomine Domini, dicens, sicut Silo erit domus hæc, & vrbs ista desolabitur, eo quòd non sit habitator. lib 1. c. 17. n. 2.

Cap. 27. *Verumtamen manus Ahican filij Saphan erat cum Ieremia, vt non traderetur in manus populi, & interficerent eum. lib. 4. c. 12. nu. 7.*

Cap. 29. *Ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis. lib. 3. c. 7. nu. 41.*

Cap. 30. *Et erit in die illa, ait Dominus exercituum, conteram iugum eius de collo tuo, & vincula eius dirumpam, &c. & seruient Deo suo, & Dauid regi suo, quem suscitabo eis. lib. 2. c. 8. nu. 24.*

Omnes amatores tui obliti sunt tui, neque non quærent. lib. 1. c. 21. nu. 2.

Plaga inimici percussi te castigatione crudeli, propter multitudinem iniquitatis tuæ, & dura facta sunt peccata tua. lib. 4. c. 12. nu. 8. 23. 24.

Quid clamas super contritione tua? insanabilis est dolor tuus. lib. 4. c. 12. nu. 23.

Cap. 31. *Castigasti me Domine, & eruditus sum, quasi iuuenculus indomitus. lib. 4. c. 14. nu. 5. & lib. 14. cap. 22. nu. 31.*

Conuerte me, & conuertar; quia tu Dominus Deus meus. lib. 4. c. 14. nu. 5.

Postquam

Postquam enim conuertisti me, egi pœnitentiam, & postquam ostendisti mihi, percussi femur meum. lib. 3. c. 1. nu. 53. & cap. 20. nu. 9. lib. 4. c. 13. nu. 5.

Confusus sum, & erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ. lib. 3. c. 29. nu. 9.

Statue tibi speculam. lib. 2. c. 3. nu. 19. 20. lib. 9. c. 23. nu. 22.

Quasi de somno suscitatus sum, & vidi, & somnus meus dulcis mihi. lib. 3. c. 10. nu. 21.

Quia creauit Dominus nouum super terram, femina circundabit virum. lib. 3. c. 7. num. 21. 26. 27. 28. lib. 11. c. 6. num. 10. 38. 56. 68.

Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt lib. 3. c. 4. nu. 6. lib. 14. cap. 13. nu. 4.

Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum, non secundũ pactum, quod pepigi cum patribus vestris, in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Aegypti, &c. dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam, eam. lib. 11. c. 4. nu. 14. lib. 16. c. 12. nu. 19. 49.

Cap. 32. *Dominus exercituum nomen tibi, magnus consilio, & incomprehensibilis cogitatu, cuius oculi aperti sunt super omnes vias filiorum Adam, vt reddas vnicuique secundum vias suas, & secundum fructum adinuentionum suarum. lib. 4. c. 13. num. 17. 19.*

Et erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum. lib. 2. c. 1. nu. 25.

Cap. 35. *Non bibemus vinum, quia Ionadab filius Rechab pater noster præcepit nobis dicens, non bibetis vinũ vos, & filij vestri vsque in sempiternum, &c. lib. 1. c. 1. num. 14. lib. 6. c. 8. num. 15. & lib. 13. c. 1. num. 12.*

Numquid non recipietis disciplinam, vt obediatis verbis meis, dicit Dominus? præualuerunt sermones Ionadab filij Rechab, quos præcepit filijs suis, vt non biberent vinum, & non biberunt vsque ad hanc diem, quia obedierunt præcepto patris sui; ego autem locutus sum ad vos, de mane consurgens, & loquens & non obedistis mihi? misique ad vos omnes seruos meos prophetas; consurgens diluculo, mittensque, & dicens, conuertimini vnusquisque a via sua pessima, &c. Non deficiat vir de stirpe Ionadab filij Rechab stãs in cõspectu meo cunctis diebus. lib. 13. c. 1. nu. 12. & c. 8. num. 15.

Cap. 38. *Et tulit inde veteres pannos, & antiqua vestimenta, &c. pone veteres pannos, & hæc scissa, & hæc putrida sub cubito manuum tuarum, & super funes, & fecit Ieremias, & extraxerunt Ieremiam funibus, & eduxerunt de lacu. lib. 5. c. 13. nu. 26. 27.*

Cap. 41. *Venerunt octoginta viri de Sichem, & de Silo, & de Samaria, rasi barba, & scissis vestibus squalentes, munera, & thus habebant in manu, &c. & interfecit eos. lib. 4. c. 31. nu. 27. 28. 29.*

Cap. 48. *Maledictus homo qui facit opus Dei fraudulenter, & maledictus qui prohibet gladium suum a sanguine. lib. 2. c. 8. num. 2. lib. 11. c. 2. n. 4. lib. 18. c. 11. num. 25.*

Cap. 49. *Auditum audiui a Domino, & legatus ad gentes missus sum. lib. 2. c. 9. nu. 19.*

Ex libro Threnis.

Cap. 1. *Quomodo sedet sola ciuitas plena populo, facta est quasi vidua domina gentium, princeps prouinciarum facta est sub tributo. lib. 1. c. 1. num. 18. & c. 14. nu. 1. & lib. 14. c. 6. nu. 24.*

Plorans ploranit in nocte, & lachrymæ eius in maxillis eius, non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius. lib. 9. c. 3 nu. 11.

Migrauit Iudas propter afflictionem, & multitudinem seruitutis, habitauit inter gentes, nec inuenit requiem. lib. 14. c. 6. nu. 24.

Viæ Sion lugent, eo quòd non sint qui veniant ad solemnitatem, omnes portæ eius destructæ, sacerdotes eius gementes, &c. lib. 14. c. 6. nu. 24.

Facti sunt hostes eius in capite, inimici eius locupletati sunt. lib. 4. c. 31. nu. 26. 27. & lib. 14. c. 6. n. 25.

Et egressus est a filia Sion omnis decor eius. lib. 14. c. 6. nu. 25.

Recordata est Hierusalem dierum afflictionis suæ, & præuaricationis, omnium desiderabilium suorum, quæ habuerat a diebus antiquis. lib. 9. cap. 3. nu. 11. & lib. 14. c. 21. nu. 29.

Viderunt eam hostes, & deriserunt sabbata eius. lib. 6. c. 2. nu. 14. lib. 9. c. 3. nu. 11.

Sordes eius in pedibus eius, nec recordata est finis sui. lib. 11. c. 10. nu. 9.

Vide Domine afflictionem meam, quoniam erectus est inimicus, vide Domine quoniam tribulor; conturbatus est venter meus. lib. 6. c. 10. nu. 14.

Omnis populus gemens, & quærens panẽ, dederunt quæque pretiosa pro cibo ad refocillandam animam. lib. 2. c. 17. nu. 10.

Vide Domine, & cõsidera, quoniam facta sum vilis. lib. 2. c. 17. nu. 10.

O vos omnes qui transitis per viam, attendite, & videte si est dolor, sicut dolor meus. lib. 9. cap. 14. nu. 19.

Quoniam vindemiauit me, vt locutus est Dominus in die iræ furoris sui. lib. 9. c. 16 nu. 2.

De excelso misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me. lib. 4. c. 5. nu. 18.

Abstulit omnes magnificos meos in medio mei. lib. 14. c. 6. nu. 25.

Torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iuda. lib. 6. c. 10. nu. 14. & lib. 14. c. 6. nu. 25.

Idcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquas; quia longe factus est a me consolator conuertens animam meam. lib. 6. c. 10. nu. 14.

Expandit Sion manus suas, non est qui consoletur eam. lib. 6. c. 10. nu. 14. lib. 14. c. 6. nu. 25.

Foris interfecit gladius, & domi mors similis est. lib. 6. c. 10. nu. 14.

Cap. 2. *Quomodo obtexit caligine in furore suo Dominus filiam Sion, proiecit de cælo in terram inclytam Israel, & non est recordatus scabelli pedum suorum in die furoris sui. lib. 14. c. 6. nu. 26.*

Præcipitauit Dominus, nec pepercit, omnia speciosa Iacob; destruxit in furore suo munitiones virginis Iuda. lib. 14 c. 6. nu. 26.

Confregit in ira furoris omne cornu Israel, auertit retrorsum dexteram suam a facie inimici, & succendit in Iacob quasi ignem. lib. 4. c. 26. n. 2.

Flammæ deuorantis in gyro. lib. 14. c. 6. num. 26. 27.

Teten-

Tetendit arcum suum quasi inimicus, firmauit dexteram suam quasi hostis, & occidit omne quod pulchrum erat visu in tabernaculo Sion. lib. 14. ca. 6. num. 27.

Factus est Dominus velut inimicus, præcipitauit Israel, præcipitauit omnia mœnia eius, dissipauit munitiones eius, & replevit in filia iuda humiliatum & humiliatam. lib. 14. c. 6. nu. 27.

Et dissipauit quasi hortum tentorium suum, demolitus est tabernaculum suum. lib. 14. c. 6. nu. 28.

Repulit Dominus altare suum, maledixit sanctificationi suæ, tradidit in manus inimici muros turrium eius.

Sederunt in terra, conticuerunt senes filiæ Sion, conspersérunt cinere capita sua, accincti sunt cilicijs, abiecerunt in terram capita sua virgines Ierusalem. lib. 14. c. 22. nu. 32.

Defecerunt præ lachrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea, effusum est in terra iecur meum super contritionem filiæ populi mei, cum deficeret parvulos, & lactens in plateis oppidi. li. 14. c. 6. n. 29. & c. 17. nu. 13. & c. 22. nu. 32. lib. 1. c. 3. nu. 3. lib. 14. c. 21. nu. 30.

Matribus suis dixerunt, vbi est triticum, & viuum? lib. 1. c. 3. nu. 3. lib. 14. c. 21. nu. 30.

Cum deficerent quasi vulnerati in plateis ciuitatis, cum exhalarēt animas suas in sinu matrum. lib. 1. c. 3, nu. 3. lib. 14. c. 21. nu. 30.

Magna est velut mare contritio tua, quis medebitur tui? lib. 1. c. 3. nu. 3.

Non taceat pupilla oculi tui. lib. 4. c. 16. nu. 9.

Prophetæ tui viderunt tibi falsa, & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent. lib. 1. c. 3. nu. 3.

Aperuērūt super te os suum omnes inimici tui, sibilauerunt, & infremuerunt dentibus suis, & dixerunt, deuorabimus eum. lib. 9. c. 9. nu. 28. lib. 14. c. 17. nu. 14.

En ista est dies quam expectabamus, inuenimus, vidimus. lib. 9. c. 9. nu. 28.

Deduc quasi torrentem lachrymas per diem, & noctē, non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui. lib. 14. c. 22. nu. 18.

Cōsurge, lauda in nocte in principio vigiliarum, effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini. lib. 14. c. 22. nu. 18.

Vide Domine, & considera quem vindentiaueris ita, ergone comedent mulieres fructum suum, parvulos ad mensuram palmæ? lib. 14. c. 22. nu. 32.

Vocasti quasi ad diem sollemnē, qui terrerent me de circuitu, & non fuit in die furoris Domini qui effugeret, & relinqueretur, quos educaui, & enutrivi, inimicus meus consumpsit eos. lib. 14. c. 6. n. 29.

Cap. 3. *Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius. lib. 3. c. 4. nu. 20. lib. 4. c. 28. nu. 21.*

Tantum in me vertit, & conuertit manum suam tota die. lib. 4. c. 8. nu. 14. lib. 6. c. 11. nu. 10.

Vetustam fecit pellem meam, & carnem meam, contriuit ossa mea. lib. 6. c. 11. nu. 10.

Aedificauit in gyro meo, & circumdedit me felle, & labore. lib. 6. c. 11. nu. 10.

In tenebrosis collocauit me quasi mortuos sempiternos lib. 2. c. 11. nu. 10. 11. lib. 14. c. 14. nu. 8.

Circum ædificauit aduersum me, vt non egrediar, aggrauauit compedem meum. lib. 6. c. 11. nu. 10. 11. & lib. 14. nu. 8.

Sed & cum clamauero, & rogauero, excluſit orationē meam. lib. 6. c. 11. lib. 13. c. 9. nu. 9.

Vrsus insidians factus est mihi, leo in abscondito. lib. 4. c. 31. nu. 14.

Tetendit arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam. lib. 6. c. 11. nu. 11. lib. 9. c. 9. nu. 29. lib. 13. c. 9. n. 9. lib. 18. c. 2. nu. 21.

Repleuit me amaritudinibus, in ebriauit me absinthio. lib. 1. c. 17. nu. 24. lib. 6. c. 13. nu. 16. lib. 10. ca. 1. nu. 8.

Et fregit ad numerum dentes meos. lib. 3. c. 4. nu. 6. lib. 14. c. 29. nu. 18.

Pars mea Dominus, dixit anima ea, propterea expectabo eum. lib. 1. c. 18. nu. 3.

Bonus est Dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum. lib. 2. c. 19. nu. 28. lib. 16. c. 11. nu. 27.

Bonum est præstolari cum silentio salutare Dei. lib. 11. c. 12. nu. 9. 10.

Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua. lib. 1. c. 18. nu. 3.

Sedebit solitarius, & tacebit, quia leuauit se supra se. lib 1. c. 18. nu. 3. & lib. 4. c. 2. nu. 11. & lib. 5. ca. 9. nu. 3. & lib. 11. c. 11. nu. 23. 24. & c. 18. nu. 1.

Ponet in puluere os suum si forte sit spes. lib. 8. c. 8. nu. 12. & lib. 14. c. 22. nu. 19.

Dabit percutienti se maxillam: saturabitur opprobrijs lib. 1. c. 12. nu. 2. 32. 46. lib. 1. c. 12 nu 44.

Quia non repellet in sempiternum Dominus, quia si abiecit, & miserebitur secundum multitudinem misericordiarum suarum, non enim humiliauit ex corde. lib. 4. c. 9 nu. 17.

Vt contereret omnes vinctos terræ sub pedibus eius. lib. 14. c. 7. nu. 9.

scrutetur vias nostras, & quæramus, & reuertamur ad Dominum, leuemus corda nostra cum manibus ad Dominum in cælos. lib. 13. c. 5. nu. 15.

Oppositi nubem tibi, ne transeat oratio. lib. 13. cap. 11. nu. 12.

Eradicationem, & abiectionem in medio populorum. lib. 14. c. 17. nu. 14.

Diuisiones aquarum deduxit oculus meus in contritione filiæ populi mei. lib. 14. c. 17. nu. 14.

Oculus meus deprædatus est animam meam in cunctis filiabus vrbis meæ. lib. 13. c. 2. nu. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8 9. 10. 11. & lib. 15. c. 6. nu. 9.

Lapsa est in lacum vita mea, & posuerunt lapidem super me lib. 14. c. 7. nu. 22.

Inundauerunt aquæ super caput meum, dixi, perij, inuocaui nomen tuum de lacis nouissimis vocem meam audisti &c. appropinquasti in die, quoniam inuocaui te, dixi ne timeas. lib. 4. c. 16. nu. 7.

Dabis eis scutum cordis laborem tuum. lib. 14. c. 15. num. 4.

Cap. 4. *Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus. lib. 1. c. 2. nu. 11.*

Dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum. lib. 14. c. 16. nu. 11. & lib. 15. c. 4. nu. 20. 21. 22. & lib. 16. c. 3. nu. 10. 11. 12.

Filij Sion inclyti, & amicti auro primo, quomodo reputati sunt in vasa testea, opus manum figuli. lib. 14. c. 16. nu. 12. 17. vsque 26.

Qui vescebantur voluptuose, interierunt in vijs; qui

qui nutriebātur in croceis, amplexati sunt stercora. lib. 1. c. 17, nu. 3.

Candidiores nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubi cūdiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores. lib. 4. c. 30. nu. 18. 19.

Denigrata super carbones facies eorū, & nō sunt cogniti in plateis, adhæsit cutis ossibus eorum: aruit, & facta est quasi lignum. lib. 4. c. 30. nu. 18. 19.

Propter peccata prophetarum eius, & iniquitates sacerdotum eius, qui effuderunt sanguinem iustorum. lib. 14. c. 16. nu. 12.

Lubricauerunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum. lib. 16. c. 11. nu. 9.

Cū ad hac subsisteremus, descenderūt oculi nostri ad auxilium nostrū vanū, cū aspiceremus attenti ad gētē, quæ saluare nos nō poterat. lib. 16. c. 11. n. 9.

Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis cæli, super montes persecuti sunt nos, in deserto insidiati sunt nobis? lib. 16. c. 11. nu. 9.

Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris, cui diximus, in vmbra tua viuemus in gentibus. lib. 3. c. 5. nu. 11. & c. 8. nu. 17.

Completa est iniquitas tua filia Sion, nō addet vltra, vt transmigret te. lib. 6. c. 11. nu. 12.

Hic est Deus noster, & non æstimabitur alius aduersus eum, hic adinueniet omnem viam disciplinæ, & tradidit illam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo, post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. lib. 3. c. 5. nu. 52.

Ex libro Ezechiel.

Cap. 1. *ET factum est verbum Domini ad Ezechielem; cum essem in medio captiuorum secus fluuium Chobar. lib. 4. c. 2. nu. 1. 6.*

Et vidi, & ecce vētus turbinis veniebat ab Aquilone, & nubes magna, & ignis inuoluēs, & splendor in circuitu eius, & de medio ignis quasi species electri. lib. 3. c. 5. n. 66. & li. 4. c. 2. n. 1. 6. & li. 4. c. 27 nu. 14. & lib. 6. c. 9. n. 23. & lib. 4. c. 6. n. 3. lib. 16. c. 12. nu. 30. lib. 2. c. 6. nu. 36.

Et facies, & pennas per quatuor partes habebāt, iunctæque erant pennæ eorum alterius ad alterum. lib. 9. c. 22. nu. 17.

Vnumquodque ante faciem suam gradiebatur. lib. 3. c. 23. nu. 13. 14. & lib. 9. c. 22. nu. 17.

Similitudo autem vultus eorum, facies hominis, & facies leonis a dextris ipsorum quatuor, facies autem bouis a sinistris ipsorum quatuor, & facies aquilæ desuper ipsorum quatuor. lib. 9 c. 23 nu. 23.

Et facies eorum, & pennæ eorum extentæ desuper, duæ pennæ singulorum iungebantur, & duæ tegebant corpora eorum. lib. 9. c. 23. nu. 23. & lib. 9. c. 24. nu. 19.

Et vnum quodque eorum coram facie sua ambulabat. lib. 3. c. 23. nu. 13. 14.

Vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur; nec reuertebantur, cum ambularent. lib. 2. c. 5. nu. 41. lib. 9. c. 22. n. 26. 30. lib. 2. c. 1. n. 54. lib. 9. c. 22. n. 17.

Et similitudo animalium, & aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum. lib. 5. c. 13. nu. 29.

Et hæc erat visio discurrens in medio ignis, in medio animalium, splendor ignis, & de igne fulgor egrediens. lib. 4. c. 21. nu. 8.

Similitudo manus hominis subtus pennas eorum. lib. 18. c. 18. nu. 11. 13. 14.

Et animalia ibant, & reuertebātur in similitudinem fulguris corruscantis. lib. 18. c. 18. nu. 15.

Et aspectus rotatum, & opus earū quasi visio maris quasi sit rota in medio rotæ. lib. 3. c. 10. nu. 67.

Cumque ambularent animalia, ambulabant, & rotæ pariter, & rotæ iuxta ea, & cum eleuarentur animalia de terra, eleuabantur simul, & rotæ. lib. 14. c. 28. nu. 23.

Quocumque ibat spiritus illuc eunte spiritu, & rotæ pariter eleuabantur sequentes eū, spiritus enim vitæ erat in rotis. li. 2. c. 16. n. 16. & lib. 3. c. 1. n. 54.

Nam cum fieret vox super firmamentum, quod erat super caput eorum, stabant, & submittebant alas suas. lib. 3. c. 20. nu. 10. 20. 21. & lib. 4. c. 15. num. 17. & lib. 8. c. 5. nu. 29. 30. 31.

Cap. 2. *Hæc est visio similitudinis gloriæ Domini, & vidi, & cecidi in faciem meā, & audiui vocē loquētis, Fili hominis sta super pedes tuos, & loquar tecū lib. 2. c. 3. nu. 21. & lib. 8. c. 5. n. 26. lib. 9. c. 18. n. 5.*

Et ingressus est in me spiritus, postquam locutus est mihi, & statuit me super pedes meos. lib. 4. c. 14. nu. 6. lib. 9. c. 18. nu. 5.

Et audiui loquentem ad me, & dicentem, fili hominis, mitto ego te ad filios Israel, ad gentes apostatrices, &c. lib. 14. c. 28. nu. 27.

Tu ergo fili hominis ne timeas eos, neque sermones eorum metuas, quoniam increduli, & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas. li. 10. c. 9. nu. 4. lib. 11. c. 5. nu. 15. & c. 15. nu. 10. 22. 25.

Filij dura facie, & indomabili corde sunt ad quos ego mitto te. lib. 14. c. 18. nu. 16.

Et vidi, & ecce manus missa est ad me, in qua erat in uolutus liber, & expandit illum coram me, qui erat scriptus intus, & foris, & scriptæ erant in eo lamentationes, & carmen, & væ. lib. 6. c. 11. n. 26. lib. 10. c. 2. nu. 19. lib. 14. c. 7. n. 13. lib. 1. c. 14. n. 2.

Cap. 3. *Come de volumen istud, & vadens loquere ad filios Israel. lib. 14. c. 28. nu. 28.*

Et comedi illud, & factum est in ore meo sicut mel dulce. lib. 14. c. 28. nu. 29. 30.

Ecce dedi faciem meam valētiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem fontibus eorū, vt adamantem, & vt silicem dedi faciem tuam: ne timeas eos, neque metuas a facie eorum, quia domus exasperans est. lib. 14. c. 26. nu. 18.

Filio hominis omnes sermones meos, quos ego loquor ad te, assume in corde tuo, & vade, & ingredere ad transmigrationē populi mei, & loqueris ad eos &c. si forte audiāt, & quiescāt, lib. 14. c. 26. n. 14.

Et assumpsit me spiritus, & audiui post me vocem cō motionis magnæ, &c. lib. 5. c. 13. n. 23. 24. 25. lib. 4. c. 2. nu. 6.

Benedicta gloria Domini de loco suo, & vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram. lib. 5. c. 13. nu. 23. 24. 25. 30.

Spiritus quoq. leuauit me, & assumpsit me, & alij amarus in indignatione spiritus mei. li. 2. c. 3. n. 22

Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel, & audies decore meo verbum, & annunciabis eis ex me. si dicente me ad impium, morte morieris, non annunciaueris ei, neque locutus fueris, vt auertatur auia sua mala, &c. sanguinem autem eius de manu tua requiram. lib. 14. c. 27. nu. 16. & c. 29. nu. 29. lib. 3. c. 28. nu. 20.

Cap. 3. *Si autem annunciaueris ei, & ille conuersus non fuerit ab impietate sua, & a uia sua impia; ipse quidem in impietate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti. lib.14.c.27.nu.16.*

Sed & si conuersus fuerit iustus a iustitia sua, & fecerit impietatem, ponam offendiculum coram eo. lib.14.c.14.nu.17.

Et surgens ingressus sum in campum, & ecce ibi gloria Domini, quam prius uideram. lib.7.c.6.n.8.

Ingredere & includere in medio domus tuæ, & tu fili hominis ecce data sunt super te uincula, & ligabunt te in eis, & non egredieris in medio eorum, & linguam tuam adhærere faciam palato tuo, & eris mutus, nec, quasi uir obiurgans eos, quia domus exasperans est. lib.14.c.27.nu.11.

Cap. 4. *Et tu fili hominis sume tibi laterem & pones eum coram te, & describes in eo ciuitatem Ierusalem, & ordinabis aduersus eam obsidionem, & ædificabis munitiones, & comportabis aggerem, & dabis cõtra eam castra, & pones arietes in gyro. lib.2.c.6 nu.34. lib.8.c.5.nu.32. lib.14.c.31.nu.19.20.*

Et tu sume tibi sartaginem ferream, & pones eam in murum æneum inter te, & inter ciuitatem. lib.14 c.31.nu.19.20.

Et tu dormies super latus tuũ sinistrũ. li.1.c.14.n.29

Ecce ego conteram baculum panis in Ierusalem, & comedent panem in pondere, & aquam in mensura, & angustia bibent, vt deficientibus pane, & aqua, corruat vnusquisque ad fratrem suum, & contabescant in iniquitatibus suis. lib.5.c.12. nu.25

Cap. 7. *Et adduxit me in Ierusalem in uisione iuxta ostium interius, quod respiciebat ad Aquilonem, vbi erat statutum idolum zeli. lib.14.c.6.nu.30.*

Non parcet oculus meus super te, nec miserebor, sed vias tuas imponam tibi, & abominationes tuæ erũt in medio tui, & scietis quia ego sum Dominus percutiens, ecce dies, ecce uenit. lib.6.c.10.n.16.

Et uenit contractio super te, qui habitas in terra. lib. 9.c.14.nu.5.

In omni facie confusio, & in vniuersis capitibus caluitium. lib.14.c.22.n.20.

Cap. 8. *Et ecce similitudo quasi aspectus ignis, & visio electri. lib.4.c.7.nu.14.*

Fili hominis fode tibi parietem, & cum fodissem parietem, &c lib.3.c.19.nu.32.

Et ingressus uidi; & ecce omnis similitudo omnium reptilium & animalium abominatio, & vniuersa idola domus Israel lib.12.c.4.n.1.2.3.4.5.6.7.8

Et septuaginta uiri de senioribus domus Israel, & Ieconias filius Saphan stabat in medio eorũ, stantiũ ante picturas, & vnusquisque habebat thuribulũ in manu sua. lib.14 c.8.nu.14. & c.16.nu.13.

Adhuc conuersus uidebis maiores abominationes, quas isti faciunt, & introduxit me per ostium portæ domus Domini, quod respiciebat ad Aquilonẽ, & ecce ibi mulieres sedebant plangentes Adonidem. lib.1.c.17.nu.4. & lib.11.c.11.nu.16.

Cap. 9. *Transi per mediam ciuitatem in medio Ierusalem, & signa thau super frontes virorum gementium, & dolentium super cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio eius. lib.3.c.11.nu.8. lib.4.c.3.nu. 4. & lib.18.c.7 nu.9.*

Transite per mediam ciuitatem sequentes eum, & percutite, nõ parcat oculus uester, neque misereamini senem, adolescentulũ, & virginem, parulũ, & c. super quem videritis signum thau, ne occidatis. lib.4.c.3.nu 3.4.

Repleta est terra sanguinibus, & ciuitas repleta est auersione; dixerunt enim, dereliquit Dominus terram, & Dominus non videt, igitur & meus non parcet oculus, neque miserebor, super caput eorum reddam. lib.4.c.13.nu.10.

Cap. 11. *Et dabo eis cor vnum, & spiritum nouum tribuam in uisceribus eorum, & auferam cor lapideũ de carne eorũ, & dabo eis cor carneũ. lib.3.c.26.n.1.2.*

Cap. 12. *Fili hominis in medio domus exasperantis habitas. lib.4.c.9.nu.5.*

Cap. 13. *Non ascendistis ex aduerso. neque opposuistis murũ pro domo Israel, vt staretis in prælio in die Domini. lib.14.c.31.nu.6.*

Et erit manus mea super prophetas qui vident vana & diuinant mendacium. lib.14 c.27.nu.12.

In consilio populi mei non erunt. lib.4.c.12.nu.9.

Dic ad eos qui liniunt absque temperatura, quod casurus sit, erit imber inundans, & dabo lapides prægrandes desuper irruentes, & ventum procellæ dissipantem. lib.8.c.1.nu.11.

Eo quòd deceperunt populum dicentes, pax, & non est pax, & ipse ædificabat parietem, illi autem liniebant eum luto absque paleis. lib.8.c.1.n.11. lib. 1.c.3.nu.14. lib.14.c.27 nu.12. lib.3.c.7.nu.41. lib.14.c.27.nu.7.12.

Væ qui consuunt puluillos sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiendas animas. lib.1.c.3.nu.14. lib.8.c.1. nu.11. lib.14.c.27.nu.12. lib.1.c.18.nu.4. lib. 14.c.27.nu.1.2.3.12.

Propter hæc dicit Dominus, ecce ego ad pulullos vestros, quibus capitis animas volautes, & dirũpam eos de brachijs vestris. lib.14.c.27.nu.3.

Prophetæ tui tibi viderunt falsa, & stulta, neque aperuerunt iniquitatem, vt te ad pœnitentiam prouocarent; propterea vana non videbitis, & diuinationes non diuinabitis amplius, & eruam populum de manu vestra. lib.14.c.27.nu 3.

Cap. 14. *Homo homo de domo Israel, qui posuerit immunditias suas in corde suo, & scandalum iniquitatis suæ statuerit contra faciem suã, & venerit ad prophetam interrogans me per eum, ego respondebo ei iuxta cor, & immunditias suas. lib.8.c.2.nu.4. 10. lib.13.c.9.nu.10. lib.14.c.7. nu.3.*

Si fuerint in medio populi huius tres viri isti, Noe, Daniel, & Iob, ipsi animas suas liberabunt, &c. lib.9.c.21.nu 10.14. lib.16.c.11. nu.5.

Fili hominis, terra cum præuaricauerit mihi, vt præuaricetur præuaricans, extendam manum meam super eam, & conteram virgam panis eius, & immittam in eam famem, & interficiam de ea hominem, & iumenta, & si fuerint tres viri isti in medio eius, Noe, Daniel, Iob, ipsi iustitia sua liberabunt animas suas, &c. terra autem desolabitur. lib. 4.c.18.nu.17. & lib.7.c.3.nu.3.

Hæc dicit Dominus, quòd, & si quatuor iudicia mea pessima, gladium, & famem, ac bestias malas, & pestilẽtiam immisero in Ierusalem, vt interficiam de ea hominem, & pecus, tamẽ relinquetur in ea saluatio educẽtium filios, & filias, ecce ipsæ egredientur ad vos. lib.14.c.7.nu.4.

Cap. 15. *Fili hominis quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum, quæ sunt inter ligna siluarum? lib. 3.c.15.*

3.c.15.nu.6. & 14.15. & lib.18.c.10.nu.19.

Numquid tolletur de ea lignum, vt fiat opus, aut fabricatur de ea paxillus vt dependeat in eo quodcumque vas? lib.18.c.10.nu.19.

Cap. 16. *Radix tua, & generatio tua de terra Chanaan, pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa. lib.3.c. 28.nu.1.12.*

Et quando nata es, non est præcisus vmbilicus tuus in die ortus tui, & aqua nõ es lota in salutẽ, nec sale salita, nec inuoluta pannis, non pepercit super te oculus, vt faceret tibi vnũ de his, misertus tui, sed proiecta es super faciem terræ in abiectione animæ tuæ in die qua nata es, &c. lib.2.c.10.n.4. 5.6.7. lib.18.c.15.nu. 33.

Transiens autem per te, uidi te conculcatam in sanguine tuo, & dixi tibi cum esses in sanguine tuo, viue, dixi, in quam, tibi in sanguine tuo, viue. lib. 2.c.10.nu.4.5.6.7.

Et transiui per te, & vidi te, & ecce tempus tuum, tempus amantium, & expandi amictum meum super te. lib.2.10.nu.4.5.6.7.

Et iuraui tibi, & ingressus sum pactum tecum. lib. 1.c.5.n.5. lib.4.c.10. nu.5. lib.2. c.10.nu.7.

Et facta est mihi, & laui te, & emundaui sanguinem ex te; & vnxi te oleo. lib.1.c.5.nu.5. & lib.2.cap. 10.nu.5.6.7.

Et uestiui te discoloribus, & calciaui te hyacintho, & cinxi te byssо, & indui te subtilibus. lib.1. c.5. nu.5. lib.4.c.10.nu.5. lib.2.c.10. nu.5.6.7.

Et dedi armillas in manibus tuis. lib.1.c.5. nu.6. & lib.2.c.10. nu.5 6.7.

Et dedi inaurem super os tuum. lib.1.c.5. nu.6.

Et circulos in naribus tuis, & coronam decoris in capite tuo. lib.1.c.5. nu.6.

Similam, & oleum, & mel comedisti. lib.1.c.5. nu.6.

Et decora facta es nimis, & profecisti in regnum, & egressum est nomen tunm in gentes; quia perfecta eras in decore meo, quem posueram super te, dicit Dominus. lib.1.c.5.nu.6. lib.2.c.10. num.8.

Et tu habens fiduciam, fornicata es in nomine tuo, & exposuisti fornicationem tuam omni transeunti, vt eius fieres. lib.1.c.5.nu.6. & lib.2.c.6. nu.18. & lib.3.c.10.nu.8. (es. lib.8.c.1.nu. 2.

Et sumpsisti uestimenta tua multicoloria, & uestita

Et fornicata es cum filijs Aegypti vicinis tuis magnarum carnium, & multiplicasti fornicationem tuam ad irritandum me. lib.1.c.5.nu.7.

Ad omne caput viæ ædificasti tibi signũ præstitutionis tuæ, & abominabilem fecisti decorem tuum. lib.1.c.5 nu.7.

Et ædificasti tibi lupanar, & fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis. lib.1.c.5.nu.7.16.

Omnibus meretricibus dantur mercedes, tu autem dedisti mercedes cunctis amatoribus tuis, & dona, vt intrarent ad te lib.1.c.5.nu.7.16.

Et requiescet in dignatio mea in te, & quiescam, & auferetur zelus meus a te, nec irascar amplius. li. 4.c.5.nu.2.3.16.17.19.37.38.

Hæc fuit iniquitas sodomæ, superbia, saturitas panis & abundantia, & otium. lib.1.c.1.nu.20.36. 54. & lib.2.c.11.nu.22. & lib.13.c.12.nu.13.

Et Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccauit, sed uicisti eas sceleribus tuis, & iustificasti sorores tuas in omnibus abominationibus quæ operata es. lib.14.c.17.nu.15. lib.6.c.11.nu.13.

Ergo, & tu confundere, & tu porta cõfusionem tuam, quæ uicisti sorores tuas. lib.3.c.24.nu.8. & lib.4. c.9.nu.6. lib.14.c.22.nu.21. lib.16.c.13.nu.2.

Et recordabor ego pacti mei tecum in diebus adolescentiæ tuæ, & suscitabo tibi pactum sempiternũ, & recordaberis viarum tuarum, & confunderis. lib.8.c.7.nu.10.

Et suscitabo pactum meum tecum, vt scias, quia ego Dominus, vt recorderis, & confudaris, & non sit tibi vltra aperire os præ confusione tua, cum fuero placatus tibi in omnibus quæ fecisti, ait Dominus. lib.8.c.7.nu.10. lib.14.c.10.nu.11.

Cap. 17. *Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis, & varietate venit ad Libanum, & tulit medullam cedri, summitatẽ frondium eius euellit, & transportauit eam in terram Chanaan, in vrbe negociatorum posuit illam. lib.2. c.6.nu.11.18.*

Ergone prosperabitur? nonne radices eius euellet? & fructus eius distringet, & siccabit omnes palmites germinis eius, & arescet, & non in brachio grandi, neque in populo multo, vt euelleret eam radicitus. lib.9.c.11.nu.27.26.29.

Ecce rex Babylonis uenit in Ierusalẽ, & assumet regem, & principer eius, & adducet eos ad semetipsum in Babylonẽ, & accipiet ab eo iusiurandũ, sed, & fortes terræ tollet, vt sit regnum humile, & non eleuetur, &c. fecit irritum iuramentum, &c. morietur. lib.9.c.11.nu.26.29.

Viuo ego dicit Dominus quoniam iuramẽtum quod spreuit, & fœdus, quod præuaricatus est, ponam in caput eius, & expãdam super eum rete meum, vt comprehendatur. lib.9.c.11.nu.27.30.

Numquid prosperabitur ei, licet consequetur salutẽ, qui fecit hæc? lib.9.c.11.nu.30.

Et sciet omnia ligna regionis, quia ego Dominus humiliaui lignum sublime, & exaltaui lignum humile, & siccaui lignum viride, & frondere feci lignum aridum. lib.3.c.13.nu.17.

Cap. 18. *Quid est quod inter uos vertitis in parabolam, vertitis in prouerbium istud in terra Israel dicẽtes, Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt. lib.6.c.7.nu 9.*

Viuo ego, dicit Dominus, si erit vltra vobis parabola hæc in prouerbiũ, ecce omnes animæ meæ sunt, vt anima patris, ita, & anima filij mea est, anima, quæ peccauerit ipsa morietur. lib.6.c.7.nu.9. lib. 2.c.14.nu.9.

Numquid volũtatis meæ est mors impij, dicit Dominus, & non vt conuertatur auijs suis, & viuat; lib. 2.c.13.nu.25. lib.14.c.21.nu.55.

Si autem impius egerit pœnitẽtiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est &c. omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor. lib.1 c.9.nu.3. & lib.14.c.21.nu.55.

Cap. 20. *Viuo ego quia nõ respõdebo vobis, &c. li.1.c.6.n.10.*

Abominationes patrũ eorũ ostẽde eis. lib.6.c.7.n.10.

Vnusquisque offensiones oculorũ suorum abijciat, & in idolis Aegypti nolite pollui. lib.14.c.22.n.22.

Insuper, & sabbata mea dedi eis, vt essent in signum inter me, & eos, & scirent quia ego Dominus sanctificans eos. lib.2.c.1.nu.26.

Dedi eis præcepta non bona, & iudicia, in quibus nõ viuant. lib.10.c.3.nu 3.7. & lib.11.c.2.nu.1.

Cap. 21. *Fili hominis versa est mihi domus Israel in scoriã,*

& omnes isti æs, & stannum, & ferrum, & plumbum in medio fornacis. lib. 6. c. 10. nu. 37.
Et cõfractæ sunt mammæ tuæ in Aegypto. li. 1. c. 5. n. 8
Cap. 23. Nasum tuum, & aures tuas præscindent, & quæ remanserint, gladio concidentur. lib. 14. c. 17. nu. 16.
Calicem furoris tu bibes profundum & latum. lib. 6. c. 10. nu. 17.
Cap. 24. Pone ollam, pone inquam, & mitte in eam aquam; congrega frusta eius in eam, omnem partem bonam, & femur, & armum. lib. 14 c. 9. nu. 9. lib. 4. c. 18. nu. 18.
Væ ciuitati sanguinum, ollæ cuius rubigo in ea est, & rubigo eius non exiuit de ea per partes, &c. cuius ego grandem faciam pyram. lib. 4. c. 18. num. 18. 19. lib 9. c. 9. nu. 30.
Pone eam quoque super prunas vacuam, vt incalescat æs eius; & confletur in medio eius, & omne stannum eius defluat, & consumatur rubigo eius. lib. 14. c. 9. nu. 9.
Multo labore sudatum est, & non exiuit de ea nimia rubigo eius, neque per ignem. lib. 6. c. 10. nu. 37.
Ego Dominus locutus sum, veni & faciam, non transeam, nec parcam, nec placabor, iuxta vias tuas, & iuxta adinuentiones tuas iudicabo te. lib. 4. c. 18. nu. 19.
Cap. 25. Pro eo quod dixisti, euge, euge super sanctuarium meum, quia pollutum est, & super terram Israel, quoniam desolata est, & super domum Iuda, quoniam ducti sunt in captiuitatem, idcirco ego tradam te filijs orientalibus in hereditatem, &c. pro eo quòd plausisti manu, & percussisti pede, & gauisa es toto affectu super eam. lib. 14. c. 19. nu. 4.
Pro eo quòd fecit Idumæa vltionem, vt se vindicaret de filijs Iuda; peccauitque delinquens, & vindictam expetiuit de eis; idcirco hæc dicit Dominus Deus, extendam manum meam super Idumæam. lib. 2. c. 5. nu. 17.
Ego extendam manum meam super te, & tradam te in direptionem gentium, & interficiam te de populis, & conterã, & scies, quia ego Dominus. lib. 14. c. 19. nu. 4.
Cap. 28. Fili hominis die principi Tyri, eo quòd eleuatũ est cor tuũ, & dixisti, ego sum, & in cathedra Dei sedeo, tu autẽ es homo, & nõ Deus. li. 16. c. 13. n. 14.
Fili hominis leua planctum super regem Tyri. lib. 1. c. 1. nu. 18.
Tu signaculum similitudinis plenus sapientia, perfectus decore in delitijs paradisi Dei sancti, omnis lapis pretiosus operimentum tuum. lib. 7. c. 1. nu. 19. & c. 8. nu. 10. lib. 9. c. 17. nu. 4.
Cap. 29. Meus est fluuius, & ego feci memetipsum, & ponã frenum in maxillis tuis, &c. propter hæc ecce ego adducam super te gladium, &c. lib. 2. c. 9. nu. 17.
Pro eo quod dixisti, meus est fluuius, & ego feci eum idcirco ecce ego ad te, & ad flumina tua, daboque terram Aegypti in solitudinem gladio dissipatam, &c. daboque terram Aegypti desolatam, a turre Syenes vsque ad terminos Aethiopiæ. lib. 2. c. 9. nu. 17. & lib. 18. c. 12. nu. 13.
Cap. 32. Leoni gentium assimilatus es, & draconi qui est in mari, & ventilabas cornu in fluminibus tuis, & conturbabas aquas pedibus tuis, & conculcabas flumina. lib. 8. c. 1. nu. 12.
Expandam super te rete meum in multitudine populorum, & extraham te in sagena mea, & proiciam te in terram, super faciem agri abiciam te, & habitare faciam super te, omnia volatilia eius, &c. terræ. lib. 3. c. 10. nu. 22.
Et dabo carnes tuas super montes, & implebo colles Cap. 33.
tuos sanie tua, &c. valles implẽtur ex te. lib. 8. c. 1. nu. 12.
Ibi Assur, & omnis multitudo eius, in circuitu illius sepulchra eorum, omnes interfecti, & qui ceciderunt gladio. lib. 12. c. 4. nu. 25.
Descendent in infernũ cũ armis suis. lib. 9. c. 3. n. 18.
Et luna non dabit lumen suum, omnia luminaria cæli mærere faciam super te. lib. 8. c. 1. nu. 12.
Et portauerunt ignominiam suam cum his, qui descendunt in lacum. lib. 9. c. 3. nu. 17.
Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos; nonne Cap. 34.
greges a pastoribus pascuntur? lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod cras sum erat, occidebatis, gregem autem meum non pascebatis, quod infirmum fuit, non consolidastis, & quod ægrotum non sanastis, &c. lib. 3. c. 5. num. 27. & lib. 14. c. 30. nu. 4.
Et dispersæ sunt oues meæ, eo quòd non esset pastor, & factæ sunt in deuorationem omnium bestiarum agri, & dispersæ sunt, &c. & non erat qui requireret, non erat inquam, qui requireret. lib. 14. c. 30. nu. 5.
Hæc dicit Dominus Deus ad eos, ecce ego ipse iudico inter pecus pingue, & macilẽtum. pro eo quòd lateribus, & humeris vestris impinguebatis, & cornibus vestris ventilabatis omnia infirma pecora donec dispergerent. lib. 4. c. 39. nu. 8.
Ecce ego ipse super pastores requiram gregem meũ de manu eorum, & cessare faciam, vt vltra non pascant gregem meum, nec pascant amplius pastores semetipsos, & liberabo gregem meum de ore eorum, & non erit vltra eis in escã lib. 14. c. 30. n. 5.
Suscitabo super eos pastorem vnum, qui pascat eos, seruum meum Dauid; ipse pascet eos, & ipse erit eis in pastorem. lib. 3. c. 5. nu. 27.
Quod si speculator viderit gladium venientem, & nõ insonuerit buccina, & populus se non custodierit, veneritque gladius, & tulerit de eis animam, ille quidem in iniquitate sua captus est; sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram. lib. 5. c. 11. nu. 10.
Nolo mortem impij, sed vt conuertatur impius a via sua, & viuat. lib. 2. c. 13. nu. 25. lib. 14. c. 21. n. 55. lib. 14. c. 17. nu. 6. lib. 14. c. 21. nu 51. 55.
Locuti estis dicentes iniquitates nostræ, & peccata nostra super nos sunt, & in ipsis nos tabescimus; quomodo ergo nos poterimus viuere? lib. 14. cap. 17. nu. 6. lib. 14. c. 21. nu 51. 55.
Et tu fili hominis filij populi mei loquũtur de te iuxta muros, & in ostijs domorum, & dicunt vnus ad alterum, vir ad proximum suum loquentes; Venite & audiamus, quis sit sermo egrediens a Domino, & veniunt ad te, quasi ingrediatur populus, & sedent coram te populus meus, & audiunt sermones tuos, & non faciunt eos. lib. 16. c. 10. nu. 26.
Quia in canticum oris sui vertunt illos, & auaritiã suam sequitur cor eorũ, & es eis quasi carmen musicum, quod suauẽ, dulcique sono canitur, & audient verba tua, & non audient, &c. in medio eorum. lib. 16. c. 10. n. 26.
Propterea viuo ego, dicit Dominus Deus, ego faciam iuxta
iuxta iram tuam, & secundum zelum tuum quẽ fecisti, odio habens eos. lib. 9. c. 5. nu. 13.
Cap. 36. Fili hominis, domus Israel habitaueront in humo sua, & polluerunt eam in vijs suis, & in stadijs suis, iuxta immunditiam menstruatæ facta est via eorum ante faciem meam, & effudi indignationẽ meam super eos, & dispersi illos, & ventilabo eos in regiones secundum vias eorum, & secundum peccata eorum iudicaui eos. lib. 16. c. 4. num. 24.
Et sanctificabo nomen meum magnum quod pollutũ est inter gentes, quod polluistis in medio earum, vt sciant gentes, quia ego Dominus, ait Dominus exercituum, cum sanctificatus fuero in vobis coram eis, & accipiam de gentibus vos, & cõgregabo vos de vniuersis terris, & adducam vos in terram vestram lib. 16. c. 4. nu. 24. 25.
Et effundam super vos aquam mundam, & mundabini ab omnibus iniquitatibus vestris. lib. 16. c. 4. nu. 24. 25.
Et dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri, & auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum. li. 14. c. 21. nu. 31.
Et habitabitis in terra quam dedi patribus vestris, & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum. lib. 16. c. 4. nu. 24. 25.
Et saluabo vos ex omnibus inquinamentis vestris, & vocabo frumentum, & multiplicabo illud. lib. 4. c. 23. nu. 2. lib. 7. c. 8. nu. 15.
In die qua mandauero vos ex omnibus inquinamentis vestris, & inhabitari fecero vrbes, & instauraueró ruinosa, &c. terra inculta facta est, vt hortus voluptatis. lib. 4. c. 23. n. 2. & lib. 7. c. 8. nu. 15.
Et ciuitates desertæ, & destitutæ, atque suffossæ, munitæ sederunt. lib. 4. c. 23. nu. 2. lib. 7. c. 8. nu. 15.
Cap. 37. Et facta est super me manus Domini, & eduxit me in spiritu Domini, & dimisit me in medio campi, qui erat plenus ossibus, & circumduxit me per gyrum, &c. putasne ossa ista viuent, &c. ingressus est in ea spiritus, & reuixerunt, & steterunt super pedes suos exercitus grandis nimis valde. lib. 15 c. 8. nu. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 9. 10.
Cap. 39. Et egredientur habitatores vrbium Israel, & succendent, & comburent arma, clypeum, & hastas, arcum & sagittas, & baculos manuum, & contos, & succendent eam igni septem annis. lib. 16. cap. 12. nu. 31.
Et erit in die illa, dabo Gog, locum nominatum, sepulchrum in Israel, vallem viatorum ad orientem maris. lib. 9. c. 14. nu. 6.
Eccce ego ad te Gog; ponam frenum in maxillis tuis. lib. 4 c. 23. nu. 3.
Cap. 40. Et dimisit me super montem excelsum nimis; super quem erat quasi ædificium ciuitatis vergentis ad Austrum. lib. 3. c. 9. nu. 15.
Et introduxit me illuc, & ecce vir cuius species erat quasi species æris, & funiculi lineus in manu eius, &c. stabat in porta. lib. 3. c. 9. nu. 15.
Et mensus est thalamum calamo vno in longum. lib. 1. c. 18. nu. 23.
Et fenestras obliquas in thalamis. lib. 3. c. 20. nu. 22.
Portam quoque quæ respiciebat viã Aquilonis atrij exterioris mensus est tam in longitudine, quàm in latitudine. lib. 18. c. 9. nu. 7.
Et eduxit me ad atrium exterius, & ecce gazophylacia, & pauimentũ stratũ lapide in atrio per circuitũ triginta gazophylacia in circuitu pauimẽti.
Septem gradus erant ascensus eius, & vestibulum ante eam. lib. 8. c. 8. nu. 30.
Et lauabant holocausta lib. 10. c. 2. nu. 22.
Et dixit ad me, hoc est gazophylacium quod respicit viam meridianam sacerdotum, qui excubant in custodijs templi lib. 16. c. 1. nu. 22.
Et ingressus intrinsecus mensus est in fronte portæ Cap. 41.
duos cubitos, &c. lib. 18. c. 8. nu. 5.
Et post hæc dixit ad me, hoc est sanctum sanctorum. lib. 18. c. 8. nu. 5.
Et erat similitudo palmarum hinc atque inde lib. 16. c. 7. nu. 8.
Et fabre facta cherubin, & palmæ, & palma inter cherub, & cherub, duasque facies habebat cherub faciem hominis iuxta palmam ex hac parte, & faciem leonis ex alia parte expressam per omnem domum in circuitu. lib. 6. c 13. nu. 1.
Cum ingressi fuerint sacerdotes non egredientur de Cap. 42.
sanctis in atrium exterius, & ibi reponent vestimenta sua in quibus ministrant, quia sancta sunt, vestientur que alijs vestimentis, & sic procedent ad populum. lib. 6. c. 4. nu. 17.
Tu autem fili hominis ostẽde domui Israel templũm Cap. 43.
& confundantur ab iniquitatibus suis, & metiantur fabricam, & erubescant ex omnibus quæ fecerunt. lib. 14. c. 23. nu. 12.
Figurã domus, & fabricæ eius, exitus & introitus, & omnem descriptionem eius, & præcepta illius, & faciant ea. lib. 14. c. 23. nu. 12.
Septem diebus facies hircum pro peccato quotidie, & vitulum de armento, & arietem de pecoribus immaculatos offerent. lib. 14. c. 24. nu. 3.
Et conuertit me ad viam portæ sanctuarij exterioris, Cap. 44.
quæ respiciebat ad orientem, & erat clausa, & dixit Dominus ad me, Porta hæc clausa erit, non aperietur, & vir non transiet per eam, eritque clausa principi. lib. 3. c. 5. nu. 35. lib. 11. c. 6. nu. 4. 5. 10. 21. 26. 27. 35.
Princeps ipse sedebit in ea, vt comedat panem corã Domino. lib. 5. c. 12. nu. 26.
Cumque ingredientur portas atrij interioris, vestibus lineis vtentur, nec ascendet super eos quicquam laneũ. lib. 16. c. 1. n. 23. 24. lib. 4. c. 28. nu. 6.
Vittæ lineæ erum in capitibus eorum. lib. 5 ca. 2. nu. 26. & lib. 16. c. 1. nu. 23. 24.
Vinum non bibet omnis sacerdos. lib. 5 c. 1. nu. 8.
Sabbata mea sanctificabunt. lib. 6. c. 2. nu. 15.
In primo mense vna mensis sumes vitulum de armento immaculatum, & expiabis sanctuarium. li. 18. c. 10. nu. 20.
Et arietem vnum offeretis de grege de his quæ nutrit Israel in sacrificium. lib. 16. c. 4. nu. 18.
Cumque ingressurus est princeps, per viam vestibuli Cap. 46.
portæ ingrediatur, & per eamdem viam exeat. lib. 4. c. 13. nu. 11.
Et cum intrabit populus terræ in conspectu Domini in solemnitatibus, qui ingredietur per portã aquilonis vt adoret, egrediatur per viam portæ meridianæ, & qui ingreditur per viam portæ meridianæ, egrediatur per viam portæ Aquilonis. lib. 5. c. 7. nu. 15. lib. 18. c. 10. nu. 21.

Agnum anniculum immaculatum faciet holocaustū quotidie Domino mane, & mane faciet illud. lib. 14.c.24.nu.4.

Cap. 47. *Et conuertit me ad viam foras portam exteriorem, viam quæ respiciebat ad orientem, & ecce aquæ redundãtes a latere dextro, cumque egrederetur vir ad orientem, qui habebat funiculum in manu sua, & mensus est mille cubitos, & traduxit me per aquam vsque ad talos, rursumque est mensus mille, & traduxit me per aquam vsque ad genua, & c. renes, & c. qui non potest transuadari. lib. 9. c. 22. nu. 28.*

Aquæ istæ quæ egrediuntur ad tumulos sabuli oriẽtalis, & descendunt plana deserti, intrabunt mare, & c. in plaustribus nõ sanabuntur, quia in salinas dabuntur. lib. 6. c. 10. n. 18. lib. 18. c. 2. nu. 24.

Super fluuium orietur in ripis eius ex vtraque parte omne lignum pomiferum, folium non defluet ex eo, & non deficiet fructus eius. lib. 18. c. 2. nu. 25.

Ex libro Danielis.

Cap. 1. *DEntur nobis legumina, obsecro, ad uescendum, & aqua ad bibendum. lib. 1. c. 1. nu. 1. 14. 33.*

Cap. 2. *In anno secundo regni Nabuchodonosor, vidit Nabuchodonosor somnium; & conterritus est spiritus eius, & somnium fugit ab eo. lib. 8. c. 4. nu. 8.*

Donec abscissus est lapis de monte sine manibus, & percussit statuam in pedibus eius ferreis, & fictilibus, & comminuit eos. lib. 3. c. 5. nu. 52. & c. 6. n. 8. & lib. 3. c. 7. nu. 16. & c. 15. nu. 17.

Lapis autem qui percusserat statuã, factus est mons magnus, & impleuit vniuersam faciem terræ. lib. 3. c. 15. nu. 17.

Tunc rex Danielẽ extulit in sublime, & munera multa, & magna dedit ei, & constituit eum principem super omnes pronincias babilonis. lib. 8. c. 4. num. 8.

Cap. 3. *Nabuchodonosor rex fecit statuam auream altitudine cubitorum sexaginta, & c. lib. 1. c. 24. num. 1. lib. 4. c. 39. nu. 9 lib. 4. c. 41. nu. 2. 3.*

Tunc cõgregati sunt satrapæ, magistratus, & duces, & tyranni, & optimates qui erant in potestatibus constituti, & c. & cadentes omnes populi, tribus, & linguæ adorauerũt statuam auream quam constituerat Nabuchodonosor rex. lib. 4. c. 39. n. 9. & lib. 4. c. 41. nu. 2. 3.

Peccauimus cum patribus nostris: iniquitatem fecimus. lib. 8. c. 7. nu. 7.

Et nunc non possumus aperire os, confusio, & opprobrium facti sumus seruis tuis, & his qui colunt te. lib. 13. c. 9. nu. 13.

Quia Domine imminuti sumus plusquam omnes gentes, sumusque humiles in vniuersa terra hodie propter peccata nostra, & nõ est in tempore hoc princeps, & propheta, & dixi. lib. 14. c. 28. nu. 13.

Ecce ego video quattuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis est, & species quarti similis filio Dei. lib. 4. c. 41. nu. 3. & lib. 9. c. 3. nu. 20.

Tunc accessit Nabuchodonosor rex ad ostium fornacis ignis ardentis, & ait, Sidrach, Misach, & Abdenago serui Dei excelsi, egredimini, & venite. lib. 4. c 3. nu. 6.

Cap. 4. *Quamobrem rex, cõsilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime. lib. 5. c. 10. nu. 15. & lib. 16. c. 13 nu. 16. & lib. 1. c. 14. nu. 31.*

Nonne hæc est Babylon ciuitas magna, quam ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei. lib. 16. ca. 13. num. 16. 41.

Cumque adhuc sermo esset in ore regis, vox de cœlo ruit tibi dicitur Nabuchodonosor rex, regnum tuum transibit a te, & ab hominibus eijcient te, & cum bestijs, & feris erit habitatio tua fœnum quasi bos comedes, & septem tempora mutabuntur super te; donec scias quòd dominator excelsus in regno hominũ, & cuicũque voluerit det illud, & c. eadem hora completus est sermo super Nabuchodonosor, & ex hominibus abiectus est, & fœnum vt bos comedit, & c. lib. 16. c. 13. nu. 16.

Cap. 5. *Præcepitque rex Balthasar temulentus, vt afferrentur vasa aurea, & argentea, & c. de templo in Hierusalem, vt biberent in eis rex, vxores, & concubinæ eius. lib. 1. c. 4. nu. 11.*

Cap. 6. *Daniel ingressus domum suam, & fenestris apertis in cenaculo suo contra Hierusalem tribus vicibus in die genuflectebat, & adorabat. lib. 1. c. 22. nu. 1.*

Cap. 7. *Post hæc aspiciebam in visione noctis, & ecce bestia quarta terribilis, atque mirabilis, & fortis nimis, dentes ferreos habebat magnos, comedens, atque comminuens, & reliqua pedibus suis conculcans. lib. 9. c. 9. nu. 46. 47.*

Aspiciebam, donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit; vestimentum eius candidum quasi nix, & capilli capitis eius quasi lana munda. thronus eius flammæ ignis, rotæ eius ignis ardens. lib. 9. c. 9. nu. 31. & lib. 12. c. 3. num. 9. & lib. 17. c. 5. nu. 18.

Aspiciebam ergo in visione noctis, & ecce cum nubibus cæli quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierũ peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum, & dedit ei potestatem, & honorem, & regnum, & omnes populi, tribus, & linguæ ipsi seruient. lib. 9. c. 9. nu. 19. 20.

Potestas eius, potestas æterna quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur, horruit spiritus meus; ego Daniel territus sum, & visiones capitis mei conturbauerunt me. lib. 9. c. 9. num. 19. 20.

Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei. lib. 1. c. 21. nu. 18.

Cap. 8. *Factum est autem cum viderem ego Daniel visionẽ, & quærerem intelligentiam: ecce stetit in conspectu meo quasi species viri, & c. & clamauit, & ait, Gabriel fac intelligere istam visionem. lib. 1. c. 21. num. 3.*

Et ego Daniel langui, & ægrotaui per dies anno vno regni eius ego Daniel intellexi in libris numerũ annorum de quo factus est sermo Domini ad Hieremiam prophetam, vt compleretur desolationis Ierusalem septuaginta anni, & posui faciem meam deprecari in ieiunijs, & sacco, & cinere, & c. lib. 1. c. 14. nu. 9. 12. & lib. 14. c. 21. nu. 32.

Peccauimus, iniquitatem fecimus, impie egimus, & recessimus, & declinauimus a mandatis tuis, & a iudicijs. lib. 1. c. 14. nu. 9. 12.

Et stilla-

Et stillauit super nos maledictio, & detestatio, quæ scripta est in libro Moysi serui Dei, quia peccauimus ei. lib 6. c 9. nu. 24.

Omne malum hoc venit super nos, & non rogauimus faciem tuam Domine Deus noster, vt reuerteremur ab iniquitatibus nostris, & cogitaremus veritatem tuam. lib 6. c. 9. nu. 24.

Et vigilauit Dominus super malitiam, & adduxit eam super nos, iustus Dominus Deus noster in omnibus operibus suis, quæ fecit. libro 6. c. 9. nu. 24.

Adhuc me loquente in oratione mea, ecce vir Gabriel, quem videam in visione a principio, cito volans tetigit me in tempore sacrificij vespertini: Et docuit me, & locutus est mihi, dixitq. Daniel, nunc egressus sum vt docerem te, & intelligeres ab exordio precum tuarum egressus est sermo, ego autem veni, vt indicarem tibi, quia vir desideriorum tu es. lib. 1. c. 1. num. 33. & lib. 4. cap. 16. num. 8.

Confirmabit pactum multis hebdomada vna, & in dimidio hebdomadis deficiet hostia, & sacrificium & c. lib. 3. c. 8. nu. 5.

Cap. 10. *In diebus illis ego Daniel lugebam, trium hebdomadarum diebus panem desiderabilem non comedi, & caro, & vinum non introierunt in os meum, sed neque vnguento vnctus sum, donec complerentur trium hebdomadarum dies. lib. 1. c. 21. nu. 4. 14. & lib. 1. c. 1. nu. 33. & lib. 13. c. 6. nu. 8. & lib. 17. c. 5. nu. 9.*

Et leuaui oculos meos, & vidi, & ecce vir lineis vestibus, & renes eius accincti auro obrizo, & corpus eius quasi crysolithus, & facies eius quasi lampas ardens, & brachia eius aurea, quasi species æris candentis & c. nec habui quicquam virium in me. lib. 17. c. 5. nu. 9.

Audiui vocem verborum eius, & audiens iacebam consternatus super faciem meam, vultusq. meus hærebat terræ, & ecce manus tetigit me super genua mea, & super articulos manuum mearum, & dixit ad me, Daniel vir desideriorum intellige verba quæ loquor ad te, & sta in gradu tuo, nunc enim missus sum ad te & c. noli metuere. lib. 9. c. 22. nu. 27. 28.

Cap. 12. *Et in tempore illo saluabitur omnis populus tuus, qui inuentus fuerit scriptus in libro, & multi de his qui dormiunt in terræ puluere euigilabunt, alij in vitam æternam, alij in opprobrium, vt videant semper. lib. 15. c. 8. nu. 9.*

Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. lib. 1. cap. 2. nu. 9. 10. 15. lib. 16. c. 6. nu. 1. 2. & lib. 15. c. 8. nu. 9. 10.

Et cum iurasset per uiuentem in æternum, quia tempus, & tempora, & dimidium temporis, & c. lib. 2. c. 8. nu. 36.

Cap. 13. *Parentes enim Susannæ cum essent iusti, erudierunt filiam suam secundum legem Moysi. lib. 6. cap. 6. nu. 28.*

Quia egressa est iniquitas de Babylone a senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum. lib. 3. c. 12. num. 15. libro 9. cap. 8. nu. 5. lib. 16. cap. 2. nu. 12.

Commisce nobiscũ, quòd si nolueris, dicemus contra te testimoniũ & c. ingemuit Susanna, & ait, angustiæ sunt mihi vndique & c. sed melius est mihi absque peccato incidere in manus hominũ, quàm peccare in conspectu Domini & c. lib. 1. c. 4. nu. 9. & lib. 12. c. 1. nu. 3.

Semen Chanaan, & non Iuda, & c. libro 3. cap. 28. numero 1. 12.

Ex libro Oseæ.

Cap. 1. *DIxit Dominus ad Osee, Vade, sume tibi vxorem fornicationum, quia fornicans fornicabitur terra a Domino. lib. 1. c. 5. nu. 8. lib. 9. c. 19. num. 6.*

Cap. 2. *Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, lanam meam, & linum meum, oleum meum, & potum meum. lib. 4. c. 5. nu. 21. 24. 25. & c. 10. nu. 9.*

Propterea ecce ego sepiam viã tuam spinis, & sepiã eam maceria, & semitas suas non inueniet. lib. 4. c. 5. nu. 21. & c. 10. nu. 6.

Et hæc nesciuit, quia ego dedi frumentum, & vinũ, & oleum, & aurum, & argentum multiplicaui ei, quæ fecerunt Baal. lib. 2 c. 10. nu. 1.

Et erit in die illa, ait Dominus, vocabit me vir meus, & non vocabit me vltra Baalim, & auferam nomina Baalim de ore eius, & non recordabitur vltra nominis eius. lib. 14. c. 22. nu. 23.

Desponsabo te mihi in sempiternum, & sponsabo te mihi in iudicio, & iustitia, & in misericordia, & miserationibus. libro 4. cap. 9. num. 7. & cap. 11. nu. 8.

Et sponsabo te mihi in fide. lib. 3. c. 5. nu. 36.

Et erit in die illa, exaudiam, dicit Dominus, cælos, & illi exaudient terram, & terra exaudiet triticum, & vinum, & oleum: & hæc exaudiet Iezrahel, & seminabo eam mihi in terra, & miserebor eius, quæ fuit absque misericordia. libro 3. cap. 5. nu. 36.

Cap. 3. *Quia dies multos sedebunt filij Israel sine rege, & sine principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine Epbod, & sine theraphim. libro 10. cap. 3. num. 1.*

Cap. 4. *Audite verbum Domini filij Israel, quia iudicium Domino cum habitatoribus terræ, non est enim veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra. lib. 14. cap. 11. nu. 5. & lib. 9. c. 14. nu. 7.*

Maledictum, & mendacium, & furtum, & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. lib. 14. c. 11. nu. 5.

Verumtamen vnusquisque non iudicet, & nõ arguatur vir: populus enim tuus sicut hi qui contradicunt sacerdoti, & corrues hodie, & corruet etiam Propheta tecum. lib. 14. c. 7. nu. 11.

Quia tu repulisti scientiam, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi, & oblita es legis Dei tui, obliuiscar filiorum tuorum & ego. libro 2. cap. 11. nu. 23.

Secundum multitudinem eorum, sic peccauerũt mihi, gloriam eorum in ignominiam commutabo, peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum sublenabunt animas eorum, & erit sicut po-

pulus

Universitäts- und Landesbibliothek Bonn

pulus sic sacerdos, & visitabo super eũ vias eius, & cogitationes eius reddam. lib.9.c.8.num.13. & lib.14.c.27.nu.13. & lib.16.c.3.nu.10.

Et comedent & non saturabuntur; fornicati sunt, & non cessauerunt, quoniam Dominum dereliquerunt in non custodiendo. lib.7.c.2.nu 9.

Fornicatio, & vinum & ebrietas auferunt cor. lib. 5.c.1.nu.9. & lib.7.c.2.nu.9.

Non visitabo super filias vestras, cum fuerat fornicatæ, & super sponsas vestras cum adulteraverint. libro 2.c.10.nu.13. & lib.4. c.5.num.34. 5.22.

Cap. 5. Audite hoc sacerdotes, & attendite domus Israel, & domus regis auscultate, quia vobis iudicium est, quoniam laqueus facti estis speculationi, & rete expansum super Thabor. libro 14. cap. 16 num.14.

Ephraim & Israel ruent in iniquitate sua, Iudas etiã ruet cum eis. lib.3.c.15.nu.9.

Et victimas declinastis in profundum, & ego eruditor omnium eorum. lib.9.c.23.nu.23. lib.14. c. 16.nu. 4. lib.18.c.1.nu.37.

Facti sunt principes Iuda, quasi assumentes terminum, super eos effundam, quasi aquam, iram meam. lib.14.c.19.nu.5.

Quoniam ego quasi leæna Ephraim, & quasi catulus leonis domui Iuda: ego capiam, & vadam, tollã, & non est qui eruat: vadens reuertar ad locum meum, donec deficiatis, & quæratis faciem meã. lib.4.c.18.nu.20.

Cap. 6. In tribulatione sua mane consurgent ad me: venite, reuertamur ad Dominum, quia ipse cœpit, & sanabit nos, percutiet, & curabit nos. libro 4.c.5: nu.23.

Viuificabit nos post duos dies, in die tertio suscitabit nos. lib.3.c.9.nu.16.

Quasi diluculum præparatus est egressus eius, & veniet quasi imber nobis temporaneus, & serotinus terræ. lib.3.c.9.nu.16.

Quid faciam tibi Ephraim? Quid faciam tibi Iuda? lib.2.c.11. nu.25. lib 4.c.12.nu.10. & lib.7.c.6. uu.9. lib.4.c.9.nu.16.

Misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens, propter hoc dolaui in Prophetis, & occidi eos in verbis oris mei, & iudicia tua quasi lux egredientur. libro 2.c.11.num. 25. & lib.4.c.12.nu.10. & lib.7.c.6.nu.9. & lib. 13.c.3.nu.13.

Quia misericordiam volui, & non sacrificium. lib.5. c.10.nu.48.

Contempsit me Galaad ciuitas, quæ operatur vanitates, conturbans aquam &c. lib.18.c.2.nu.23.

Cap. 7. Ephraim factus est subcineritius panis, qui non reuersatur. lib.16.c.12.nu.53.

Comederunt alieni robur eius, & ipse nescivit. lib. 2.c.14.nu.12. & lib.3.cap.4.num.20. & libro 4. cap.28. num.22. & cap.30. nu.3. & lib.6.c.10. nu 19.

Et factus est Ephraim quasi columba seducta non habens cor. lib.1 c.13.nu 4.

Væ eis, quoniam recesserunt a me, vastabuntur, qui prævaricati sunt in me. lib 8.c.1.nu.13.

Facti sunt quasi arcus dolosus. lib.1.cap.13.nu.4. & lib.8.c.1.nu.14.

Cadent in gladio principes eorum a furore linguæ suæ, ista subsannatio eorum in terra Aegypti. lib. 1.c.13.nu.4. & lib.8.cap.1.nu.13.

Ipsi regnauerunt, & non ex me. lib.5. cap.11.nu. Cap. 8.
14.16.

Quasi vuas in deserto inueni Israel, quasi prima poma ficulneæ in cacumine eius vidi patres eorum. Cap. 9.
lib.9.c.11.nu.25.

Da eis vuluam sine liberis, & vbera arentia. lib.8. c.1.nu.22 & lib.9.c.22.nu.21.

Ephraim vitula docta diligere triturам, & ego tran Cap. 10.
siui super pulchritudinem colli eius. lib.1.c.17. nu.24.

Seminate vobis in iustitia, & metite in ore misericordiæ. lib 1.c.24.nu.29. lib.3.c.19.nu.37. lib.5. c.10.nu.2.72. & lib.14.c.19.nu.21. & libro 16. c.12.nu 65.

Et erit lumen Israel in igne, & sanctus eius in flamma. lib.6.c.10 nu.8.

Quomodo dabo te Ephraim? protegam te Israel? quo- Cap. 11.
modo dabo te? sicut Adama, ponã te ut Seboim? lib.2.c.11.nu.25. lib.3.c.15.nu.10. lib.4.cap.9. nu.16.17.

Declinauit ad eum ut uesceretur. libro 5.cap.12. nu.27.

Conuersum est in me cor meum, pariter conturbata est pœnitudo mea. lib.4.c.9.nu.17.

Non faciam furorem iræ meæ, non conuertar, ut disperdam Ephraim, quoniam Deus ego, & non homo, in medio tui sanctus, & non ingrediar ciuitatem. lib.1.cap.1.nu.13. & lib.4.cap.8.nu.15. & cap 15.nu.8. & lib.9.cap.14.nu.9 & lib.2.c.11. nu 26.

Post Dominum ambulabunt, quasi leo rugiet, quia ipse rugiet, & formidabunt filij maris, & auolabunt quasi auis ex Aegypto &c. collocabo in domibus suis. lib.6.c.9.nu.25.

Circumdedit me in cogitatione Ephraim, & in dolo domus Israel. lib.4.c.8.nu.15.

Et visitabo super Iacob, iuxta uias eius, & iuxta Cap. 12.
adinuentiones eius reddent ei. lib. 6. c.10. nu. 15.16.

Et inualuit ad Angelum, & confortatus est, fleuit, & rogauit eum, & in Bethel inuenit eum, & locutus est nobiscum. lib.14.c.21.nu.33.

Chanaan in manu eius statera dolosa, calumniam dilexit, & dixit Ephraim, uerumtamen diues effectus sum, inueni idolum mihi, omnes labores mei non inuenient mihi iniquitatem, quam peccaui. lib.4.c.39.nu.10.

Et ego Dominus Deus tuus ex terra Aegypti, adhuc sedere te faciam in tabernaculis, sicut in diebus festiuitatis. lib.2.c.11.nu.17.

Et locutus sum super Prophetas, & ego uisionem multiplicaui, & in manu Prophetarum assimilatus sum lib.2.c.12.nu.17.

Ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus suis, & sanguis eius super me uenient. lib.4.c.11.nu.9. & lib.16.c.8.nu.20.

Et opprobrium illius restituet ei Dominus suus. lib. 16.c.8.nu.20.

Eleuauerunt cor suum, obliti sunt mei, & ego ero eis Cap. 13.
quasi leæna, sicut pardus in uia Assyriorum, & occurram eis quasi ursa raptis catulis, & dirumpam

pam interiora iecoris eorum, & consumam eos ibi quasi leo, bestia agri scindet eo. lib.2.c.12.nu. 18. & lib.3.c.15.nu.10.

Colligata est iniquitas Ephraim, absconditum peccatum eius, dolores parturientis venient ei. lib.9. c.9.nu.32.

Ero mors tua, o mors; morsus tuus ero inferne. lib. 3.c.10.nu.18.

Adducet vrentem ventũ Dominus de deserto ascendentem, & siccabit venas eius, & desolabit fontem eius, & ipse diripiet thesaurum omnis vasis desiderabilis eius. lib.18.c.2.nu.26.

Cap. 14. Conuertere Israel ad Dominum Deum tuũ, quoniam corruisti in iniquitate tua. libro 14.cap.22.numero 24.

Tollite vobiscum verba, & conuertimini ad Deum. lib.14.c.22.nu.24.

Et dicite ei, omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum, & reddemus vitulos labiorum nostrorum. lib.14.c.22.nu.24.

Diligam eos spontanee. lib.7.c.9.nu 13.

Ero quasi ros Israel, germinabit sicut liliũ, & erumpet radix eius vt Libani, ibunt rami eius, & erit quasi oliua gloria eius. lib.12.c.2.nu.10. libro 7. c.8.nu 16.

Conuertentur sedentes in vmbra eius, viuent tritico, & germinabunt sicut vinea. lib.5. c.1.nu.10. & lib.7.c.8.nu.16.

Ex libro Ioel.

Cap. 1. Residuum erucæ comedit locusta, & residuum locustæ comedit bruchus, & residuum bruchi comedit rubigo. lib.1.c.22.nu.2.

Expergiscimini ebrij, & flete. libro 5. cap. 1. numero 7.11.

Gens enim ascendet super terram meam, fortis, & innumerabilis, dentes eius vt dentes leonis, & molares eius vt catuli leonis: posuit vineã meam in desertum, & ficum meam decorticauit, expoliauit vineam meam, &c. Albi facti sunt rami eius. lib.4.c.33.nu.5. & lib.8.c.9.nu.23.24.

Plange quasi virgo accincta sacco super virum pubertatis suæ, perijt sacrificium, & libatio de domo Domini, luxerunt sacerdotes ministri Domini. lib.1.c.5.nu.8.

Quoniam deuastatum est triticum, confusum est vinum, elanguit oleum. Confusi sunt agricolæ, vlulauerunt vinitores super frumento, vineo, & hordeo, quia perijt messis agri. lib.4.cap.19.nu.6.

Accingite vos, & plangite sacerdotes, vlulate ministri altaris: ingredimini, cubate in sacco ministri Dei mei, quoniam interijt de domo Dei vestri sacrificium, & libatio. lib.16.c.2.nu.6.

Sanctificate ieiunium, vocate cœtum, congregate senes, omnes habitatores terræ in domum Dei vestri, & clamate ad Dominum, Aaa dici, quia prope est dies Domini, & quasi vastitas a potente veniet. lib.9.c.9.nu.33.

Computruerunt iumenta in stercore suo. lib.3. cap. 1. num.62. & lib.8.cap.2. num.14. & lib.12. c. 4.num.10.

Ad te Domine clamabo, quia ignis comedit speciosa deserti, & flamma succendit omnia ligna regionis, sed & bestiæ agri quasi area sitiens imbrem suspexerunt ad te, quoniam exiccati sunt fontes aquarum. libro 9.cap.15. num.16. & libro 14. c.6.nu.31.

Canite tuba in Sion, vlulate in monte sancto meo, Cap. 2.
cõturbentur omnes habitatores terræ, quia veniet dies Domini, quia prope est dies tenebrarum, & caliginis, dies nubis, & turbinis lib.9.c.9.nu.5. 34.70. & lib.14.c.23.nu.13.

Similis ei non fuit a principio, & post eum non erit vsque in annos generationis, & generationis. lib. 9.c.9.nu.6.

Dies Domini, dies nubis & turbinis, quasi mane expansum super montes. lib.6.c.11. nu.14. libro 9. c.9.nu.34.35.

Ante faciem eius ignis deuorans, & post eum flamma exurens, quasi hortus voluptatis terra coram eo, & post eum solitudo deserti, neque est qui effugiat eum. lib.9.c.9.nu.6.34.35.

Quasi aspectus equorum, aspectus eorũ, & quasi equites sic currunt. lib.9.c.9.nu.6.34.35.

Per fenestras incurrunt sicut fur. libro 4. cap.35. num.7.

Sicut sonitus quadrigarum super capita montiũ exilient sicut sonitus flammæ ignis deuorantis stipulam &c. magna est dies Domini, & terribilis valde. lib.9.c.9.nu.34.35.

A facie eius cruciabuntur populi, omnes vultus redigentur in ollam, sicut fortes current, quia viri bellatores ascendent murum. lib.4.c.35.nu.7.

Dominus dedit vocem suam ante faciem exercitus sui. lib.4.c.36.nu.10.

Sol & Luna obtenebrati sunt, & Stellæ retraxerunt splendorem suum. lib.9.c.9.nu.35.

Nunc ergo dicit Dominus, Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & in fletu, & in planctu, & scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. lib.3.c.25.nu.9. lib.14.c.22.nu.25.53. & c.22.nu.16.52.53.

Et conuertimini ad Dominum Deum uestrum, quia benignus & misericors est, patiens, & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitia. lib. 14. c.22.nu.25.

Quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus, & relinquat post se benedictionem. libro 14. cap.22. num.25.

Canite tuba in Sion, sanctificate ieiunium, vocate cœtum, congregate populum, sanctificate Ecclesiam &c. lib.9.c.1.nu.12.15.16.32.

Sugentes ubera, &c. lib.9.c.1.nu.6.13.15. lib.14. c.22.nu.25. & c.23.nu.13.

Egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. lib.9.cap.1.nu.6.13.15. lib.14.c.22. nu. 25. & c.23.nu.13.

Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes ministri Domini, & dicent: Parce Domine parce populo tuo, & ne des hereditatem &c. nationes. lib.14.c.23.nu.13. lib.7.c.8.nu.17.

Zelatus est Dominus terram suam, & pepercit populo suo, & dixit, Ecce ego nobis mittam frumentum, & vinum, & oleum, & replebimini eis: & non dabo uos ultra opprobrium. libro 7. cap. 8. nu.17. & libro 14.cap.23.num.13. & lib.9.cap. 1.nu.15.

Universidad de Navarra Biblioteca

Et reddam vobis annos quos comedit locusta, brucbus, & rubigo, & eruca, fortitudo mea magna, quam misi in vos. lib.8.c.6.nu.7. & lib.14.c.21. nu.34.

Et comedetis vescentes, & saturabimini, & laudabitis Dominum. lib.14.c.21.nu.34.

Effundam de spiritu meo super omnẽ carnem, & prophetabunt filij vestri, & filiæ vestræ: senes vestri somnia somniabunt, & iuuenes vestri visiones videbunt. lib.4.c.24.nu.11. & lib.16.c.12.nu.27. 28.32.33.

Cap. 3. *Verum quid mihi & vobis Tyrus, & Sidon, & omnis terminus Palæstinorum? Numquid vltionem vos reddetis mihi? Et si vlciscimini vos contra me, cito velociter reddam vicissitudinem vobis super caput vestrum? lib.1.c.1.nu.15.*

Argentum enim meam, & aurum tulistis? Et desiderabilia mea, & pulcherrima intulistis in delubra vestra. lib.2.c.10.nu.1.

Consurgant, & ascendant gentes in vallem Iosaphat, quia ibi sedebo, vt iudicem omnes gentes in circuitu, mittite falces, quoniam maturauit messis. lib.9.c.9.nu.36.

Stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte, & per omnes riuos Iudæ ibunt aquæ, & fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem spinarum. lib.7.c.8.nu.18.

Et Dominus de Sion rugiet, & de Ierusalem dabit vocem suam, & mouebuntur cælum & terra, & Dominus spes populi sui, & fortitudo filiorum Israel. lib.9.c.9.nu.36.

Ex libro Amos.

Cap. 1. *Super tribus sceleribus Damasci, & super quartum non conuertam eum, eo quòd triturauerũt in plaustris ferreis Galaad. lib.3.c.21.num.10. & lib.4.c.8.nu.16. lib.9.c.20.nu.6. lib.14.cap.7. nu.12. & c.18.nu.15.*

Cap. 2. *Ecce ego stridebo super vos, sicut stridet plaustrum onustum fœno. lib.14.c.13.nu.7.*

Cap. 3. *Tantummodo vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ, idcirco visitabo vos super omnes iniquitates vestras. lib.4.c.5.nu.24. & c.26.n.3. & lib.6.c.10.nu.15. & c.11.nu.15.*

Numquid ambulabunt duo pariter, nisi conuenerit eis? lib.14.c.5.nu.9.

Numquid rugiet leo in saltu, nisi habuerit prædam. lib.4.c.34.nu.4.

Numquid dabit catulus leonis vocem de cubili suo, nisi aliquid apprehenderit? Numquid cadet auis in laqueum terræ absque aucupe? Numquid auferetur laqueus de terra antequam quid ceperit? lib.2.c.8.nu.22. lib.4.c.30.nu.4.

Si clanget tuba in ciuitate, & populus non expauescet? lib.4.c.12.nu.10.

Si erit malum in ciuitate, quod Dominus nõ fecerit? lib.4.c.12.nu.11.

Quia non faciet Dominus Deus verbum, nisi reuelauerit secretum ad seruos suos prophetas. libro 4. c.12.nu.10.11.

Leo rugiet quis non timebit? Dominus Deus locutus est, quis non prophetabit? libro 4. cap. 12. num.11.

Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ, sic eruentur filij Israel, qui habitant in Samaria. lib.2.c.9.nu.18.

Cap. 4. *Audite verbum hoc vaccæ pingues, quæ estis in monte Samariæ, quæ calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes. lib.4.c.39.nu.11.*

Vnde & ego dedi vobis stuporem dentium in cunctis vrbibus vestris &c. lib.4.c.12.nu.25.

Et plui super vnam ciuitatem, & super alteram ciuitatem non plui: pars vna compluta est, & pars super quam non plui, aruit. libro 8. cap.1. numero 14.

Percussi vos in vento vrente, & in aurigine multitudinem hortorum vestrorum, & vinearum vestrarum, oliueta vestra, & ficeta vestra comedit eruca, & non rediistis ad me. lib.14.c.12.nu.4.5. 6.7.8.9.10.

Quapropter hæc faciam tibi Israel: postquam autem hæc fecero tibi, præparare in occursum Dei tui Israel. lib.4.c.12.nu.25.

Cap. 5. *Cecidit, & non adijciet vt resurgat virgo Israel, proiecta est in terram suam, non est qui suscitet eam. lib.2.c.5.nu.13. & lib.14.c.7.nu.13. & libro 4. c.11.nu.10.*

Quærite Dominum, & viuite. libro 4.cap.11. numero 10.

Qui uocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ, Dominus nomen eius est. lib.14.c.25.nu. 39. lib.4.c.4.nu.6.

Odio habuerunt corripientem in porta. lib.3.cap.29. nu.8. lib.9.c.8.nu.7.

Pro eo quòd diripiebatis pauperem, & prædam electam tollebatis ab eo, domos quadro lapide ædificabitis, & non habitabitis in eis &c. & pauperes deprimentes in porta. lib.4.c.39.nu.12.

Quærite bonum & non malum, vt viuatis: & erit Dominus uobiscum. lib.4.c.19.nu.7. & libro 14. c.7.nu.13.

Odite malum, & diligite bonum. libro 11. cap.4. num.8.

In omnibus plateis planctus, & in cunctis quæ foris sunt, dicetur, Væ, uæ, & uocabunt agricolam ad luctum, & ad planctum eos, qui sciunt plangere. lib.4.c.19.nu.7. & lib.6.c.11.nu.16.

Væ desiderantibus diem Domini, ad quid eam uobis? Dies Domini ista tenebræ, & non lux &c. lib.9. c.9.nu.10.30. & lib.9.c.9.nu.37. lib.11.c.10.nu. 3. lib.9.c.9.nu.5.

Quomodo si fugiat uir a facie leonis, & occurrat ei ursus, & ingrediatur domum, & innitatur manu sua super parietem, & mordeat eum coluber. lib. 9.c.9.nu.5.

Numquid non tenebræ dies Domini, & non lux, & caligo, & non splendor in ea? libro 9. cap.9. numero 5.

Cap. 6. *Væ uobis qui opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samariæ, optimates capita populorum ingredientes pompatice domum Israel. lib.1.c.15. nu.16. & lib.4.c.39.nu.13.*

Qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis uestris. lib.1.c.1.nu.55. & lib.2.c.7.nu.28. & 4.c.39.nu.16.

Qui comeditis agnum de grege, uitulos de armento. lib.1.c.1.nu.55.

Non compatiebantur super contritione Ioseph. lib. 1. cap.12.num.22. & cap.14.nu.15. & cap.15. num.16.

Numquid currere queunt in petris equi, aut arari potest in bubalis? lib.1.c.20.nu.4. & lib.4.cap.9. num.9.

Cap. 7. *Domine Deus propitius esto, obsecro. lib.14.cap.21. num.35.*

Hæc ostendit mihi Dominus Deus, & ecce vocabat iudicium ad ignem Dominus Deus, & deuorabit abyssum multam, & comedit partem domus Domini. libro 2.c.6.nu.32.

Et ecce Dominus stans super murum litum, & in manu eius trulla cæmentarij. lib.3.c.9.nu.17.

Et misit Amasias sacerdotes Bethel ad Ieroboam dicens, rebellauit contra te Amos in medio domus Israel, non poterit terra sustinere vniuersos sermones eius: hæc enim dicit Amos, In gladio morietur Ieroboam; Israel autem captiuus migrabit de terra sua, & dixit Amasias ad Amos: Quid vides? Gradere, fuge in terram Iuda, & comede ibi panem, & prophetabis ibi, & in Bethel non adijcies vltra, vt prophetes, quia sanctificatio regis est, & domus regni est. libro 3. cap.29. numero 9.10.

Et ecce vir stans super muros adamantinos, & in manu eius adamas. lib.3.c.9.nu.17. & libro 6. c.12.nu.12.

Cap. 8. *Audite hoc qui conteritis pauperem, & deficere facitis egenos terræ dicentes, quando transibit mensis, & venundabimus merces, & sabbathum, & aperiemus frumentum, vt imminuamus mensuram, & augeamus siclum, & supponamus stateras dolosas, vt possideamus in argento pauperes, & egenos pro calceamentis, & quisquilias frumenti vendamus. lib.4.c.39.nu.14. & lib.14. c.30.nu.6.*

Iurauit Dominus in superbiam Iacob: Si oblitus fuero vsque ad finem omnia opera eorum. Numquid super isto non commouebitur terra, & lugebit omnis habitator eius: & ascendet quasi fluuius vniuersus, & ejcietur, & defluet quasi riuus Ægypti, & conuertam ciuitates vestras in luctum, &c. amarum. lib.4.c.39.nu.15.

Et erit in die illa occidet Sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis. lib.4.c.39. nu.15.

Et conuertam festiuitates vestras in luctum, & cantica eorum in planctum. lib.6.c.2.nu.5.

Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & mittam famem in terram, non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Domini. lib.1.c.22.nu.14. & lib.2.c.7.nu.39. & cap.17.nu.7. & lib.6.c.1. num.3.

In illa die deficiẽt virgines pulchræ, & adolescentes in siti. lib.6.c.1.nu.3.

Cap. 9. *Et si absconsi fuerint in vertice Carmeli, inde scrutãs auferam eos, & si celauerint se ab oculis meis in profundo maris, ibi mandabo serpenti, & mordebit eos. lib.4.c.13.nu.9. & c.34.nu.13.*

Et Dominus Deus exercituum, qui tangit terram, & tabescit, & lugebunt omnes habitatores in ea, ascendet sicut riuus omnis, & defluet sicut fluuius Ægypti. lib.4.c.14.nu.7.

Numquid non vt filij Aethiopum vos estis mihi filij Israel? lib.2.c.7.nu.29.

Ecce oculi Domini super regnum peccans, & conteram illud a facie terræ: verumtamen conterens, non conteram domum Iacob. lib.4.cap.12. nu.12.

Ecce enim mandabo ego, & concutiam in omnibus gentibus domum Israel, sicut concutitur in cribro, & non cadet lapillus super terram. libro 4. c.12.nu.12.

In gladio morientur omnes peccatores populi mei. lib.4.c.18.nu.12.

Ex libro Abdiæ.

Cap. 1. *Auditum audiuimus a Domino, & legatum ad gentes misit, surgite, & consurgamus aduersus in prælium lib.2.c.9.nu.19.*

Si exaltatus fueris vt aquila, & si inter sidera posueris nidum tuum, inde detrahamte, dicit Dominus. lib.2.c.6.nu.17.

In die cum stares aduersus eum quando capiebant alieni exercitum eius, & extranei ingrediebatur portas eius, & super Ierusalem mittebant sortem, tu quoque eras vnus ex eis. libro 16. cap.9. numero 14

Quoniam iuxta est dies Domini super omnes gentes, sicut feceristi, fiet tibi; retributionem tuam conuertam in caput tuum. lib.1.c.13.nu.5

Quomodo enim bibistis super montem sanctum meũ, bibent omnes gentes iugiter. libro 1. cap.13. numero 5.

Et non lætaberis super filios Iuda, in die perditionis eorum, & non magnificabis os tuum, in die angustiæ, neque ingrediaris portas populi mei in die ruinæ eorum, neque despicies, & tu in malis eius, in die vastitatis illius. lib.1.c.13.nu.5.

Et in monte Sion erit saluatio, & erit sanctus, & possidebit domus Iacob eos qui se possederunt, & erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph flamma &c. Non erunt reliquiæ domus Esau. lib.3.c.1.n.19. & lib.4.c.23.nu.4.

Ex libro Iona.

Cap. 1. *Et factum est verbum Domini ad Ionã, dicens, Surge, & vade in Niniuem ciuitatem magnã, & prædica in ea: Et surrexit Ionas vt fugeret in Tharsis a facie Domini. lib.5.c.7.nu.16. & lib. 14.c.6.nu.6.*

Ego sum Hebræus. lib.9.c.14.nu.8.

Dominus autem misit ventum magnum in mare, & facta est tempestas magna in mari, & nauis periclitabatur conteri. lib.4.c.22.nu.7.

Et timuerunt nautæ, & miserunt vasa quæ erant in naui in mare, vt alleuiaretur ab eis. lib.14.c.6. nu.32.

Et Ionas descendit ad inferiora nauis, & dormiebat sopore magno. lib.14.c.6.nu.32.

Tollite me, & mittite in mare, & cessabit mare a vobis: Scio enim ego, quoniam propter me tempestas hæc magna venit super vos. lib.1.c.14.nu.10. & c.15.nu.7. & lib.3.c.10.nu.27.

Et remigabant viri vt reuerterentur ad aridam, &

non valebant, quia mare intumescebat super eos, &c. Ne des sanguinem innocentem super nos. lib.1.c.14.nu.10.
Et tulerunt Ionam, & miserunt in mare. lib.1.c.14. num.11.

Cap. 2. *Ego autem voce laudis immolabo tibi, quæcumque uoui reddam pro salute mea Domino. lib.3.c.10. num.28.*
Qui custodiunt vanitates, frustra misericordiã tuam derelinquunt. lib.2.c.17.nu.11.

Cap. 3. *Et surrexit Ionas, & abijt in Niniuen iuxta verbum Domini, & Niniue erat ciuitas magna itinere dierum trium, & cœpit Ionas introire in ciuitatem itinere vnius diei, & clamauit, & dixit: Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur. lib.1.c.1.num.33.& lib.2.c.11.nu.4. & lib. 14.c.23.nu.8.*
Homines, & iumenta, & boues, & pecora non gustent quicquam, nec pascantur, nec bibant. lib.1. c.1.nu.13.20.21.& lib.9.c.1.nu.6.
Et crediderunt viri Niniuitæ in Deum, & prædicauerunt ieiunium, & vestiti sunt saccis a maiori vsque ad minorem. lib.14.c.22.nu.26.
Vidit Deus opera eorum, quia conuersi sunt de via sua mala, & misertus est Deus super malitia sua, quam locutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit. libro 4. cap.25.num.4.5.& lib.9. cap.1. numero 6.7.

Cap. 4. *Obsecro Domine, numquid hoc non est verbũ meum cum adhuc essem in terra mea? Propter hoc præoccupaui vt fugerem Tharsis. Scio enim quia tu Deus clemens, & misericors, patiens, & multæ miserationis. lib.4.c.9.nu.10.*
Putasne bene irasceris: & egressus Ionas de ciuitate, sedit contra Orientem ciuitatis. lib.9.c.14.numero 8.10.
Et præparauit Dominus hederam, & ascendit super caput Ionæ, vt esset vmbraculum super caput eius, & protegeret eum, laborauerat enim &c. & ascensu diluculi in crastinum percussit hederam, & exaruit. lib.3.c.6.nu.15.
Mandauerat enim Dominus vermi, vt roderet radicem hederæ. lib.4.c.27.
Putasne bene irasceris super hederam, & dixit, Bene irascor, &c. vsque ad mortem. libro 4. cap. 9. numero 10.

Ex libro Micheæ.

Cap. 1. *Quia ecce Dominus egredietur de loco suo, & descendet, & calcabit super excelsa terræ, & consumentur montes subtus eum, & valles scindentur sicut cera a facie ignis. lib.4. cap.9. num.11.*
Faciam luctum quasi struthionum. lib.8. cap.1.numero 15.
Decaluare, & tondere super filios delitiarum tuarum, dilata caluitium, sicut aquila, quoniam captiui ducti sunt ex te. lib.14.c.16.nu.15.

Cap. 2. *Surgite, & ite, quia non habetis hic requiem. libro 2. c.18.nu.12.*
Propter immunditiam eius corrumpetur putredine pessima. lib.3.c.1.nu.20.
Stillabo tibi in vinum, & in ebrietatem, & erit super quem stillabitur, populus iste. libro 2. cap.4. numero 6.
Pariter ponam illum quasi gregem in ouili, quasi pecus in medio caularum, tumultuabuntur a multitudine hominum. lib.5.c.7.nu.17.
Ascendet enim iter pandens ante eos diuidet, & transibit portam, & egredientur per eam, & transibit rex eorum coram eis, & Dominus in capite eorum. lib.5.c.7.nu.17.& lib.18.c.9.nu.8.

Cap. 3. *Numquid non vestrum est scire iudicium, qui odio habetis bonum, & diligitis malum. lib.4.cap.7. num.4.*
Hæc dicit Dominus Deus super Prophetas, qui seducunt populum meum, qui mordent dentibus suis, & prædicant pacem &c. Confundentur qui vident visiones. lib.14.c.27.nu.14.
Verumtamen ego repletus sum fortitudine Spiritus Domini, iudicio, & virtute, vt annunciem Iacob scelus suum, & Israel peccatum suum. libro 14. c.27.nu.14.
Confundentur diuini, & qui vident visiones, & operient vultus suos omnes. lib.14.c.28.nu.14.

Cap. 4. *Et concident gladios suos in vomeres, & hastas suas in ligones, non sumet gens contra gentem gladium, & non discent vltra bellare. lib.9. cap.7. nu.26.*
Et sedebit vir subtus vineam suam, & subtus ficum suam, & non erit qui deterreat. libro 7. cap.1. nu.18.
Nunc quare mærore contraheris? Numquid rex non est tibi, aut consiliarius tuus periit? Quia cõhendit te dolor sicut parturientem? lib.14.c.17. nu.21.
Dole, & satage filia Sion quasi parturiens, quia nunc egredieris de ciuitate, & venies vsque ad Babylonem, ibi liberaberis, ibi redimet te Dominus de manu inimicorum tuorum. libro 6.cap.10.num. 20.21.

Cap. 5. *Nunc vastaberis filia latronis. lib.4.c.5.num.25.& cap.10.nu.9.*
Et tu Bethleem Ephrata paruula es in millibus Iuda: ex te enim mihi egredietur, qui sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio a diebus æternitatis. lib.3.c.7.nu.51.

Cap. 6. *Audiant montes iudicium Domini: & fortia fundamenta terræ, quoniam iudicium Domini cum populo suo. lib.3.c.14.nu.9.*
Populo meus quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi? Responde mihi. lib.2.cap.10.num.21.& cap. 11.nu.25.
Quia eduxisti te de terra Aegypti, & de domo seruitutis liberauit, & misi ante faciem tuam Moysen & Aaron, & Mariam. lib.2.c.10.nu.21.& c.11.nu.25.
Populo meus memento quæso, quid cogitauerit contra te Balach rex Moab, & quid responderit ei Balaam filius Beor, de Setim vsque ad Galgalam, vt cognosceres iustitias Domini. libro 2.cap.10. num.21.
Indicabo tibi o homo quid sit bonum, & quid Dominus requirat a te, vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare coram Deo tuo. lib.11.c.10.nu.10.& lib.18.cap. 12.nu.12.

Cap. 7. *Væ mihi quia factus sum sicut qui colligit in Autumno racemos vindemiæ, & non est botrus ad comedendum, præcoquas ficus desiderauit anima mea. lib.1.c.13.n.6.lib.4.c.7.n.1.lib.5.c.5.n.6.*
Periit sanctus de terra, & rectus in hominibus non est, & uir fratrem suum ad mortem venatur. lib.1. c.13.n.6.lib.5.c.5.n.6.lib.7.c.1.n.8.
Omnes in sanguine insidiantur. lib.5.c.5.n.6.
Nolite credere amico, & nolite confidere in duce. lib.1.c.13.n.3.6 8.
Ab ea quæ dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui. lib.1.ca.13 n.6.7.8.lib.2.ca.5.nu.19.lib.11.ca.8. num.21.
Ne læteris anima mea super me, quia cecidi, consurgam cum sedero in tenebris, Dominus lux mea est. lib.4.c.34.n.5.lib.6.c.10.n.20.
Iræ Domini portabo, quoniã peccaui ei, donec causam meam iudicet, & faciat iudicium meum: educet me in lucem, videbo iustitiam eius. lib.4.c.11.n.11. & lib.6.c.10 nu.20.21. lib. 14.c.7.n.15.
Et terra erit in desolationem propter inhabitatores suos, & propter fructum cogitationum suarum. lib.1.c.13.n.5.
Pasce populum tuum in virga tua. lib.1.c.13.n.5.& lib.10.ca.3.nu.6.
Videbunt gentes, & confundentur super omni fortitudine sua, ponet manum suam super os, aures eorum surduerunt. lib.14.c.23.n.14.
Quoniam volens misericordiam est, reuertetur, & miserebitur nostri. lib.4.c.19.n.3.

Ex Naun.

Cap. 1. *Quia sicut spinæ se inuicem complectuntur, sic conuiuium eorum pariter portantium, consumentur quasi stipula ariditate plena. lib.14.ca. 4.n.14.*

Cap. 2. *Non iudicat Deus bis in id ipsum. lib.4.c.12.n.24.*
Contemplare viam, conforta lumbos, robora virtutem. lib.11.c.2.n.13.

Cap. 3. *Ecce ego ad te, dicit Dominus exercituum, & reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam in gentibus nuditatẽ tuã, & regnis ignominiam tuã, &c. ponam te in exemplum. lib.11.c.2.n.14.*
Et erit, omnis qui viderit te, exiliet a te, & dicet: Vastata est Niniue et caput. lib.1.c.17.n.81.
Ecce populus tuus mulieres in medio tui. lib.18.c.12. num 13.
Inimicis tuis ad apertionem pandenter portæ terræ: deuorabit ignis vectes tuos, lib.16.c.9.n.15.
Intra in lutum, & calca subigens, tene laterem, ibi comedet te ignis. lib.3.c.1.n.21.
Congregare ergo vt bruchus, multiplicare vt locusta, bruchus expansus est, & auolauit. lib.2. cap.17. num.12.
Plures fecisti negotiationes tuas, quam stellæ sunt cæli. lib.2.c.17.n.12.
Dormitauerunt pastores tui rex Assur, sepelientur principes tui, dispersus est populus tuus super mõtes, & non est qui congreget. lib.14.c.30.n.7.
Gi bi qui principes putantur in populo, voluptatum sint amatores dicere nõ timebis: Duces populi mei de domo deliciarum suarum electi sunt. lib.4.c.39. n.16.lib.16.c.9.n.15.

Ex Abacuch.

Cap. 1. *Quare non respicis contemptores, & taces conculcante impio iustiorem se? lib.4.c.5.nu.9. & cap.39.nu.17.*
Et taces impio deuorante iustiorem se. l.b. vt supra.
Leuiores pardis equi eius, & velociores lupis vespertinis, & diffundenter equites eius, &c. ad comedendum, &c. vt corriperes fundasti eum. libr. 4. c.25.n.8. 9.lib.14.c.21.n.36.
Omnes ad prædam venient. lib.4.c.35.n.36.
Et ipse de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt, ipse super omnem munitionem ridebit, & confortabit, aggeret, & capiet eam. lib.4. c.35. num.9.
Mundi sunt oculi tui, ne videant malum, & respicere ad iniquitatem non poteris. lib4.c.35.n.9.
Et facies hominis quasi pisces maris. libr.4.cap.39. nu.17.
Et cibus eius electus. lib.2.c.5.nu.12.& ca.6 nu.18. 28.29.31.32.33.34.35.& cap.8.n.26.
Ecce ego suscitabo Chaldæos gentem amaram, & velocem, ambulantem super latitudinem terræ, vt possideant tabernacula non sua. lib.4.cap.34.num. 6.8.9.

Cap. 2. *Super custodiam meam stabo, & figam gradum meũ super munitionem. lib.2.c.3.n.19 lib.16.c.3.n.12. 13. & cap.10 n.32.*
Si moram fecerit expecta illum, quia veniens veniet, & non tardabit. lib.1.c.2.n.16.
Iustus autem in fide sua viuet. lib.2.c.4.n.13.
Væ ei qui multiplicat non sua vsquequo, & aggrauat contra se densum lutum. lib.1.ca.24.nu.1.
Væ qui congregat auaritiam malam domui suæ, vt sit in excelso nidus eius, & liberari se putat de manu mali, cogitasti confusionem domui tuæ, & concidisti populos multos, & peccauit anima tua. libr.1.cap.24.num.1.lib.9.cap.19 n.19.
Quia lapis de pariete clamabit, & lignum quod inter iuncturas ædificiorum est, respondebit. lib.1.cap. 24.n.1.
Væ qui potum dat amico suo, mittens fel suum, & inebrians vt aspiciat nuditatem eius. lib.17.cap.2. num.13.

Cap. 3. *Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis. lib.4. c.12.n.13.*
Deus ab Austro veniet, & sanctus de medio Pharam. lib.1.c.1.n.23.& lib.3.c.5.n.38.& lib.3.c.7.nu. 12.& lib.3.c.14.n.15.
Operuit cælos gloria eius, & laudis eius plena est terra. lib.1.c.23.n.10.lib.3.c.8.n.38.
Cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius. lib.3.c.5.n.38.
Ante faciem eius ibit mors, & egredietur diabolus ante pedes eius.
Incuruati sunt colles mundi ab itineribus æternitatis eius. lib.1.c.9.n.6.
Pro iniquitate vidi tentoria Aethiopiæ, turbabũtur pelles terræ Madian. lib.4.ca.34.nu.7.& cap.39. nu.18.
Numquid in fluminibus iratus es Domine? aut in fluminibus furor tuus, vel in mari indignatio tua? Qui ascendis super equos, & quadrigæ tuæ saluatio lib.4.c.20.n.4.& lib.1.ca.21.nu.1.& lib.3.

cap.20.num.11.& lib.18.cap.2.num.37.
Suscitans suscitabis arcum tuum, iuramenta tribubus quæ locutus es, fluuios scindes terræ. lib.18.c.2.n. 27. lib.1.c.23.n.18.& lib.5.c.7.n.18.& lib.18. c.2.n.37.
Viderunt te, & doluerunt montes, gurges aquarum transiit. lib.3.c.21.n.11.& li.18.c.2.n.37.
Dedit abyssus vocem suam, altitudo manus suas leuauit. lib.1.c.22.n.18.
Sol & Luna steterunt in habitaculo suo lib.3.cap.14. nu.13.
In luce sagittarum tuarum ibunt in splẽdore fulgurãtis hastæ tuæ. lib.18.c.2.nu.27.28.
In fremitu conculcatis terram. li.11.c.2.n.15.
Egressus es in salutem populi tui, in salutem cũ Christo tuo. lib.3.c.14.n 13.
Percussisti caput de domo impij, denudasti fundamenta vsque collum semper. lib.10.c.3.n.7.
Ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat, vt requiescam in die tribulationis, & ascendam ad populum accinctum nostrum. lib.9.ca.19. num.7.
Ficus enim non florebit, & non erit germen in uineis, mentiẽtur opus oliuæ & arua non afferent cibum, abscindetur de ouili pecus. lib.6.c.3.n.8.& lib.9.c.9.n.38. li.14.c.19.n.6.
Super excelsa deducet me victor in Psalmis canentem. lib.9.c.9.n.38.

Ex Sophonia.

Cap.1. COngregans congregabo omnia a facie terræ. lib.3.c.1.n.22.li.9.c.14.n.10.
Et erit in die hostiæ Domini visitabo super Principes, & super omnes filios Regis, & super omnes qui vestiti sunt veste peregrina. lib.4.c.28.nu.7.& lib. 18.c.14.n.10.
Et erit in die illa dicit Dominus, vox clamoris aporta piscium, & vlulatus a secunda, & contritio magna a collibus. lib.9.c.9.nu.39.
Vlulate habitatores Pilæ, conticuit omnis populus Chanaan, disperierunt omnes inuoluti argento. lib.9.c.9.nu.39 lib.2.c.15.n.42.
Et erit in tempore illo scrutabor Hierusalem in lucernis. lib.9.c.9.n.39.& li.15.c.6.n.13.
Et erat fortitudo eorum in direptionem, & domus eorum in desertum, & ædificabunt domus, & non inhabitabuntur, & plantabunt vineas, & non bibent vinum earum. lib.18.c.10.n.22.
Iuxta est dies Domini magnus, iuxta est & velox nimis, vox Dei Domini amara, tribulabitur ibi fortis dies iræ, dies illa, dies tribulationis, & angustiæ, dies calamitatis, & miseriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis, &c. & ambulabunt vt cæci, quia Domino peccauerũt, & c. stercora, &c. lib.9.c.9.n.6.37.40.
Sed & argentum eorum, & aurum eorum non poterit liberare eos in die iræ Domini, in igne zeli eius deuorabitur omnis terra, quia consummationem cum festinatione faciet cunctis habitantibus terrã. lib.4.c.5.n.26.li.9.c.9.n.6.lib.4.c.40.n.13.
Conuenite, congregamini gens non amabilis priusquam pariat iussio quasi puluerem transeuntem Cap.2. diem, antequam veniat super vos ira indignationis Domini. lib.4.c.10.n.10.& c.12.n.14.lib.14.cap. 21.n.37.
Quærite Dominum omnes mansueti terræ, qui iudicium estis operati. lib.18.c.15.n.35.
Si quo modo abscõdamini in die furoris Domini. li.18. c.15.nu.25.
Et ponet spetiosam in solitudinem, & in inuium, & quasi desertum robur eius. lib.5.c.5.n.7.
Et accubabunt in medio eius greges, omnes bestiæ gentium, & onocrotalus & ericius in liminibus eius morabuntur, vox cantantis in fenestra, ceruus in superliminari, quoniam attenuabo robur eius. lib.4.c.19.n.8.li.5.c.5. n.7.li.6.c.3 n.9.li.14.ca. 6.nu.33.
Hæc est ciuitas gloriosa habitans in confidentia, quæ dicebat in corde suo. Ego sum, & extra me non est alia amplius, quo modo facta est in desertum cubile bestiæ? omnis qui transit per eam, sibilabit, & mouebit manum suam. lib.4.c.19.n.8.lib.5.ca.5. n.7 lib.6.c.3.n.9 lib.14.c.6.n.33. Cap.3.
Væ prouocatrix & redempta ciuitas columba non audiuit vocem, & non suscepit disciplinam, & ad Deum suum non appropinquauit. lib 2.ca.14.n.2. lib.4. c.42.n.6.
Principes eius in medio eius quasi leones rugientes, iudices eius lupi vesperæ, non relinquebant in mane: Prophetæ eius vesani, viri infideles, Sacerdotes eius polluerunt sanctum, iniuste egerunt contra legem. lib.14 c.16.n.16.lib.2.c.14.n.2.
Dominus iustus in medio eius non faciet iniquitatem, mane iudicium suum dabit in lucem, & non abscondetur, &c. dissipati sunt anguli earum, desertas fecit vias eorum, dum non est qui transeat, &c. neque vllo habitatore. lib.2.ca.14.n.3.
Dixi, attamen timebis me, suscipies disciplinam, & non peribit tabernaculum eius, &c. verumtamen diluculo surgentes corruperunt omnes cogitationes suas. lib.2.c.14.n.3.
In igne zeli mei deuorabitur omnis terra, quia tunc reddam populis labium electum, vt vocent omnes nomen Domini, & seruiant ei humero vno. lib.1. c.23.n.9.
Ecce ego interficiam omnes qui afflixerunt te, in tempore illo, & saluabo claudicantẽ, & eam quæ ejecta fuerat, congregabo, & ponam eos in laudem, & in nomen, & in omni terra confusionis eorum. lib.9.c.20.n.7.
In tempore illo quo adducam vos, & in tempore quo congregabo vos, dabo enim vos in nomen, & in laudem omnibus populis terræ, cum conuertero captiuitatem vestram coram oculis vestris, dicit Dominus. lib.9.c.20.nu.7.
Quia tunc auferam de medio tui magniloquos superbiæ tuæ, & derelinquam in medio tui paupere, & egenũ, & sperabũt in nomine Domini. li.1.c.23.n.9.

Ex Aggæo.

FActum est verbum Domini in vna die mensis in Cap.1. manu Aggæi. lib.14.c.5.n.10.li.18.c.2.n.46
Qui mercedes cõgregauit, misit eas in saccum pertusum. lib.3.c.23.n.14.15.
Ponite corda vestra super vias vestras, dicit Dominus exercituum. lib.14.c.21.n.38.
Adhuc vnum modicum est, & ego commouebo cælum,

lum, & terrã, & mare, & aridam. lib.3.c.10.n.90.
Meum est argentũ, & meũ est aurum. li.1.c.24.n.33.
Hæc dicit Dominus, interroga Sacerdotes dicens, si tulerit homo carnem sanctificatam in ora vestimenti sui, & tetigerit de summitate eius panem, aut pulmentum, aut vinum, aut oleum, aut omnem cibũ, numquid sanctificabitur? Non, & dixit Aggæus. Si tetigerit pollutus in anima, &c. inquinabitur. lib.11.c.5.n.12.
Hæc dicit Dominus exercituum, dicens: si populus iste dicit, nondum venit tẽpus domus Domini ædificandæ. lib.14.c.21.n.38.
Ponite corda vestra a die hac & supra, antequam poneretur lapis super lapidem in templo Domini. lib.3.c.17.n.1.

Ex Zacharia.

Cap.1. COnuertimini ad me, & ego conuertar ad uos. lib.4.c.14.n.12.
Quid sunt isti, Domine mi? & dixit ad me Angelus, &c. ego ostendã tibi quid sint hæc? li.1.c.21.n.1.
Isti sunt quos misit Dominus, vt perambulent terram: lib.1.c.21.n.1.
Vidi per noctem, & ecce vir ascendens super equum rufum, & ipse stabat inter myrteta, quæ erant in profundo, & post eum equi rufi, uarij, & albi. lib.3. cap.5.n.39.lib.1.c.21.n.1.
Zelatus sum Hierusalem, & Syon zelo magno, & ira magna irascor super gentes opulentas. lib. 4. c.5.n.16.27.28.
Et leuaui oculos meos, & vidi, & ecce quatuor cornua, & dixi ad Angelum qui loquebatur in me: Quid sunt hæc? & dixit ad me: Hæc sunt cornua quæ ventilauerunt Iudam, & Israel, & Hierusalem. li.14. c.2.n.5.6.7.8.
Cap.2. Qui enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei. lib.4.c.3.n.12.
Cap.3. Et ostendit Dominus Iesus Sacerdotem magnum stantem coram Angelo Domini, & Satban stabat a dextris eius, vt aduersaretur ei. lib.4.c.35.n.12.
Et Iesus erat indutus vestibus sordidis. lib.3.c.10.n.29
Auferte ab eo vestimenta sordida, & induite eum podere. lib.4.c.28.n.6.
Ecce enim ego adducam seruum meum Orientem, quia ecce lapis quẽ dedi coram Iesu, super lapidẽ vnũ septẽ oculi sunt lib.3.c.10.n.29.30.li.3.c.5.n.23.
Cap.4. Ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius super caput ipsius, & septem lucernæ eius super illud, & septem infusoria lucernis, quæ erant super caput eius, & duæ oliuæ super illud, vna a dextris lãpadis, & vna a sinistris eius. lib.3.c.5.n.23.
Quis enim despexit dies paruos. lib.2.c.20.n.9.
Septem isti oculi Domini sunt qui discurrunt in vniuersam terrã, & cuncta dijudicant. li.4.c.13.n.12.
Quid sunt duæ spicæ oliuarum, quæ sunt iuxta duo rostra aurea, in quibus sunt suffusoria ex auro? & dixit: Isti sunt duo filij olei qui assistunt dominatori vniuersæ terræ. lib.3.c.7.n.13.
Ecce ego celabo sculpturam eius, vsque die vno. li.3. c.18.n.30.
Cap.5. Ecce ego video volumen volans: longitudo eius cubitorum viginti, & latitudo eius decem cubitorum, & dixit mihi: Hæc est maledictio quæ egreditur super faciem omnis terræ. lib.19.c.11.n.11.23.31.
Et leua oculos tuos, & vide, quid est hoc quod egreditur? & dixi: Quid nã est? & ait: Hæc est amphora egrediẽs, & dixit: Hæc est oculus eorũ in vniuersa terra, & ecce talentum plumbi portabatur, & ecce mulier vna sedens in medio amphoræ, et dixit: Hæc est impietas. li.2.c.10.n 16.li.14.c.13.n.2.3.
Et ingredietur in domum furis, & in domum iurantis in nomine meo mendaciter, & commorabitur in medio eius, et consumet eum, et ligna, et lapides eius. lib.9.c.11.n.23.25.31.
Et sumes argentum, et aurum, et facies coronas, et Cap.6. pones in capite Iesu filij Iosedech Sacerdotis magni. lib.9.c.23.n.14.
Ecce vir Oriens nomen eius. lib.3.ca.10.n.29. lib.4. c.19.n.4 lib.12.c.2.n.11.
Ecce anni septuaginta, numquid ieiunium ieiunastis Cap.7. mihi? &c. lib.9.c.1.n.8.
Loquere ad omnem populum terræ, et ad Sacerdotes dicens: Cum ieiunaretis, et plangeretis, &c. nũquid non vobis comedistis, et bibistis? li.9.c.1.n.16.
Hæc ait Dominus exercituum, dicens: Iudicium verum iudicate, et misericordiã, et miserationes facite vnusquisq. cum fratre suo, et viduam, et pupillum, et aduenam, et pauperem nolite calũniari. lib.9.c.1.n.8.16.
Et aures suas aggrauauerunt, ne audirent. lib.14.ca. 17.n.18.
Noluerunt attendere, et verterunt scapulam. lib.14. c.17.n.18.
Et cor suum posuerunt vt adamantem, ne audirent. lib.14.c.17.n.18.
Et dispersi eos per regna omnia, quæ nescierunt. Et terra desolata est ab eis: eo quod non est transiens et reuertens, et posuerunt terram desiderabilem in desertum. li.4.c.19.n.9.lib.14.c.17.n.18.
Iudicium pacis iudicate in portis vestris. lib.9.c.8.n.7. Cap.8.
Quid bonum eius, et quid pulchrum eius, nisi frumẽ- Cap.9. tum electorum, et vinũ germinans virgines. lib.2. c.1.n.12.et cap.12.n.27.
Quia lapides sancti eleuabuntur super terram eius. lib.2.c.16.n.16.
Petite a Domino pluuiam in tempore serotino, et Do Cap.10. minus faciet, et nines & pluuiam imbris dabit eis singulis herbam in agro. lib.3.c.5.n.40.
Et sibilabo eos, & multiplicabo eos sicut ante multiplicati sunt. lib.4.c.4.n.7.
Et transibit in maris freto, & humiliabitur superbia Assur, et confundentur omnia profunda fluminis. lib.11.c.12.n.20.
Hæc dicit Dominus Deus meus, pasce pecora occisio- Cap.11. nis quæ qui possederant, occidebant, et non dolebãt, et vendebant ea. lib.14.c.28.n.15.
Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. lib.3.c.10.n.30.
O pastor et idolum derelinquens gregem, gladius super brachium eius, et super oculum dextrum eius, brachiũ eius ariditate siccabitur, et oculus dexter eius tenebrescens obscurabitur. lib.14.c.30.n.8.
Assumpsi mihi duas virgas, vnam vocaui decorem, & alteram vocauit funiculum. lib.5.c.7.n.19.
In illa die ponam duces Iudæ sicut caminum ignis in Cap.12. lignis, & sicut facem ignis in fœno, et deuorabit ad dexteram & ad sinistram omnes populos in circuitu. lib.16.c.12.n.33.

Et erit in die illa, quæram conterere omnes gentes quæ veniunt contra Hierusalem. lib.6.c.10.n.23.
Effundam super domum Dauid, & super habitatores Hierusalem spiritū gratiæ, & miserationis. lib.16. c.12.n.33.
Et planget terra: familiæ, & familiæ deorsum familiæ domus Dauid seorsum, & mulieres seorsum, familiæ domus Leui seorsum. li.3.c.3.n.11.12.
Cap.13. *In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hierusalem in ablutionem peccatoris, & menstruatæ. lib.5.c.3.n.8.*
Et erit in die illa, confundentur Prophetæ vnusquisque ex iussione sua cum prophetauerit, nec operientur pallio saccino, vt mentiatur. sed dicet: Non sum propheta. lib.14.c.28.n.16.
Cap.14. *Et egredietur Dominus, & prædicabitur contra gentes illas sicut præliatus est in die certaminis. lib.4. c.9.n.12.*
Et stabunt pedes eius in die illa super montem Oliuarum. lib.4.c.9.n.12.
Et erit in die illa: non erit lux, sed frigus & gelu. lib.5.c.5.n.8.
Et erit dies vna, quæ nota est Domino, non dies neq. nox, & in tempore vesperi erit lux. lib.2.c.1.n.14.
Et erit, in die illa, exibunt aquæ uiuæ de Hierusalē, medium earum ad mare Orientale, & mediū earum ad mare nouissimum, in æstate. & in hyeme erunt. lib.5.c.4.n.7.
Tabescet caro vniuscuiusq. stantis super pedes suos, & oculi eius contabescent in foraminibus suis, & lingua eorum contabescet in ore suo. lib.16.c.9.n.16.
In die illa erit tumultus magnus in eis, & apprehendet uir manum proximi sui, & conseretur manus eius super manum proximi sui. lib.14.c.5.n.11.
Et sic erit ruina equi & cameli, & asini, & omnium iumentorum quæ fuerūt in castris illius sicut ruina hæc. lib.12.c.4.n.11.
In die illa erit quod super frenum equi est sanctum Domino, & erunt lebetes in domo Domini quasi phialæ coram altari. lib.3.c.11.n.47.48.49.50.
Et omnes qui reliqui fuerint de vniuersis gētibus, quæ venerunt contra Hierusalem, ascendent ab anno in annum, vt adorent regem Dominū exercituū, & celebrent festiuitatē tabernaculorū. li.6.c.2.n.16.

Ex Malachia.

Cap.1. *Onus verbi Domini ad Israel in manu Malachiæ Prophetæ. lib.2.c.12.n.19.*
Dilexi vos, dicit Dominus, & dixistis: In quo dilexisti nos? Non ne frater erat Esau Iacob, dicit Dominus, & dilexi Iacob, Esau autem odio habui. lib.2.c.12.n.19.
Filius honorat patrem, & seruus Dominum suum: si ergo pater ego sum, vbi est honor meus? et si Dominus ego sum, vbi est timor meus? lib.4. c.11.n.12. lib.11.c.2.n.7. & cap.3.n.11.
Ad vos o sacerdotes, qui despicitis nomen meum, & dixistis, in quo despeximus nomen tuum? offertis super altare meum panem pollutum, & dicitis, in quo polluimus te? in eo quod dicitis, mēsa Domini despecta est. li.16.c.1.n.25. & lib.14.c.30.n.9.
Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malū est? et si offeretis claudum, & languidum, nonne malum est? offer illud duci tuo, si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam, &c. non est voluntas mea mihi in vobis. lib.13.c.5.n.16.
Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum, & votum faciens immolet debile Domino. lib.13. c.5.n.17.
Cap.2. *Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non est inuenta in labijs eius. lib.16.c.1.n.26.*
Labia enim Sacerdotis custodiunt scientiam, & legē requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est. lib.16.c.1.n.21.26.
Propter quod et ego dedi vos contemptibiles et humiles omnibus populis, sicut non seruastis vias meas, & accepistis faciem in lege. lib.14.c.30.n.10.
Cap.3. *Ecce ego mitto Angelum meum, qui præparauit viam ante faciem meam, & statim veniet ad templum sanctum suum dominator Dominus, quē vos quæritis, &c. Angelus testamenti, quem vos vultis. lib.4.c.11.n.13.*
Ecce venit Dominus exercituum, et quis poterit cogitare diem aduentus eius? Et quis stabit ad uidēdū eum? lib.4.c.11.n.13. li.9.c.9.n.19.40.41.48.
Ipse enim quasi ignis conflans, et quasi herba fullonū, et sedebit conflans, et emundans argentum, & purgabit filios Leui, et colauit eos quasi aurum, et quasi argentum, et erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia. lib.9.c.9.n.19.40.41.
Et accedam ad uos in iudicio, & ero testis velox maleficijs, et adulterijs, et periurijs. li.9.c.9.n.41.48.
Et beatos vos dicēt omnes gentes, eritis enim vos terra desiderabilis. lib.2.c.1.n.13.
Inualuerūt super me verba vestra, dicit Dominus, et dixistis: Quid locuti sumus contra te? dixistis, vanus est enim qui seruit Deo, et quod emolumentū quia custodimus præcepta eius, et quia ambulauimus tristes coram Domino exercituum? lib. vsq. ergo beatos nunc dicimus arrogantes, &c. salui facti sunt. lib.11.c.3.n.22.
Tunc locuti sunt timentes Dominum, vnusquisque cū proximo suo, &c. conuertimini, et videbitis quid interest inter iustum et impiū, &c. et non seruientem ei. lib.11.c.3.n.22.
Cap.4. *Ecce dies veniet succēsa quasi caminus, et erunt omnes superbi, et omnes facientes iniquitatem stipula, et inflāmabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum, quæ non derelinquet eis radicem, et germen. lib.9.c.9.n.19.42.48.*
Et orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ, et sanitas in pennis eius. lib.4.c.3.n.15. lib.9.c.9. n.42. et lib.9.c.21.n.15.
Et egredieminī, et salietis sicut uituli de armento. lib. 9.c.9.n.42.

Ex lib.1. Machabæorum.

Cap.4. *Et nunc igitur clamemus ad Dominum, & miserebitur nostri Deus noster. lib.2.c.9.n.32.*
Et facta est lætitia magna in populo. lib.18.c.1.n.39.
Et vidit Eleazarus filius Saura vnam de bestijs loricatam loricis regis, & erat eminens super cæteras bestias, & visum est ei quod in ea esset rex, & deditse, vt liberaret populum suum, et requireret sibi nomen æternum, & cucurrit ad eam audaciter in medio legionis interficiens a dextris, & a sinistris, &c. & iuit sub pedes elephantis, & suppositus se ei, & occidit eū, & cecidit in terrā super ipsum, & mortuus est illic. lib.18.c.1.n.30.

Ex libro 2. Machabæorum.

Cap.1. *Sancta est cogitatio pro defunctis exorare, vt a peccatis soluantur. lib.4.c.1.nu.51.52.*
Cap.6. *Eleazarus nonaginta annorum respondit cito dicens præmitti se velle in infernum, non enim ætati nostræ dignum est, inquit, fingere, vt multi adolescentes arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum transisse ad uitam alienigenarū, & ipsi propter meam dissimulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus decipiantur, & per hoc maculam meæ senectuti conquirā. lib.1.c.2.n.19.*
Cap.7. *Nescio quomodo in vtero meo apparuistis. lib.1.c.11. num.9.*

Ex Euangelio D. Matthæi.

Cap.1. *Abraham genuit Isaac. lib.3.c.6.n.9.*
Isaac genuit Iacob. lib.18.c.17.n.3.
Iacob genuit Iudam, & fratres eius. lib.3.c.9.n.10.
Cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph, antequam conuenirent, inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto. lib.11.c.6.n.2.
Ioseph autem vir eius cum esset iustus, & nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam. lib.11. c.6.nu.3.
Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in somnis ei, dicens. lib.11.c.6.n.3.
Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quod in ea natum est de Spiritu sancto est. lib.11.c.6.n.3.
Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. lib.3.c.16.n.1. & lib.12.c.2.n.16.
Cap.2. *Vidimus enim stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. lib.3.c.7.n.6.7.43.44.*
Audiens autem Herodes Rex turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. lib.9.ca.8.n.14. & lib. 18.c.13.n.8.
Ite, & interrogate diligenter de puero, vt ego veniēs adorem eum. lib.5.c.12.n.8.
Et ecce stella, quam Magi viderant in Oriente, antecedebat eos, &c. vsque dum veniens staret supra vbi puer erat. lib.3.c.7.n.1.2.3.4.
Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurū, thus, & myrrham. lib.3.c.7.n.8.11.45.
Per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. lib. 3.c.7.n.8.11.
Cap.3. *In diebus autē illis venit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudææ, & dicens: Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnū cælorū. lib.2.c.3.n.10. & c.11.n.27. & li.9.c.8.n.20. & li.14.c.21.n.44.*
Ipse autem Ioannes Baptista vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos habebat. lib.9.c.2.n.8. & cap.6.nu.3.5.
Esca autem eius erant locustæ, & mel siluestre. lib.8. c.7.n.8. & lib.9.c.6.n.5.16.
Tunc exibant ad eum Hierosolyma, & Iudæa, & omnis regio circa Iordanem, & baptizabantur ab eo in Iordane confitentes peccata sua. lib.9.c.6.n.3.
Progenies viperarum, quis demonstrabit vobis fugere a uentura ira? facite fructus dignos pœnitentiæ. lib.3.c.1.n.62. lib.8.c.2.n.4. lib.12. cap.4.n.3. & lib.14.c.21.n.49. & c.22.n.9.
Quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. lib.12.c.3.n.33.
Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. lib.9.c.9.n.65.
Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam: qui autem post me venturus est, fortior me est, cuius non sum dignus calceamenta portare, ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igne. lib.7.c.8.n.7. & lib.8.c.7.n.8.
Cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam: & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igne inextinguibili. lib.8.c.1.n.11. & lib.9.c.8.n.11. c.15.n.7.8. & cap.21.n.9. & lib.12.c.3.n.6.
Tūc venit Iesus a Galilæa in Iordanem ad Ioannem vt baptizaretur ab eo. Ioannes autem prohibebat eum, dicens: Ego debeo a te baptizari, & tu venis ad me? Respondens autem Iesus ait: Sine modo, sic enim decet nos implere omnem iustitiam. lib. 18.c.11.n.6.
Tunc Iesus ductus est in desertum a Spiritu, vt tentaretur a diabolo. lib.2.c.6.n.1. & lib.3.c.9.n.49. Cap.4.
Et cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriit. lib.4.c.31.n.7.
Et accedens tentator dixit ei: Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. lib.1.c.1.n.17. & lib.4. ca. 31.n.7.22. & lib.18.c.14.n.4.
Non tentabis Dominum Deum tuū. lib.4.c.31.n.7.
Duxit illum in montem excelsum, & ostendit illi omnia regna mundi. Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. lib.1.c.20.n.27. & lib.4.c.31.nu. 22. & c.41.n.4. Mitte te deorsum. li.4.c.31.n.22.
Angelis suis mandauit de te, &c. lib.4. cap.31.nu.7
Vidit Dominus Andreā, & Simonem fratrem eius, qui vocatur Petrus mittentes rete in mare (erant enim piscatores) & ait illis: Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum, at illi continuo relictis retibus, secuti sunt eum. li.4.c.4.n.2.17. & li.14.c.3.n.25. li.18.c.2.n.24. & li.18.c.17.n.4.
Et circuibat Iesus totam Galilæā docens in synagogis eorum, & prædicans Euangelium regni, & sanans omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo, lib.18.c.3.n.2.
Videns autem Iesus turbas ascendit in montem. lib. Cap.5.
14.c.28.n.6.
Et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius & aperiens os suū docebat eos, dicēs. li.18.c.7.n.2.
Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. lib.1.c.23.n.3. lib.3.c.8.nu.11. lib.4. ca. 28.n.12. lib.6.c.3.n.23. lib.8.c.5.n.13. lib.14.c.3. per totum maxime, nu.22.25.26. lib.18.c.7.nu.2. 6.7.8.13.15.16.17. & cap.11.n.8.
Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. lib.3. c.8.n.11. & lib.6.c.3.n.23. lib.18.c.7. n.1.4.6.7. 9.13.17.18.
Beati qui lugent, quoniā ipsi consolabuntur. lib.3.c.8. n.11. li.6.c.3.n.23. lib.7.c.1.n.10. & cap.2.n.15. & cap.3.n.5. & cap.4.n.2. & lib.10.ca.2.nu.7. 19.23. li.18.c.7.n.1.2.3.4.6.7.8.9.14.15.18.19
Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniā ipsi saturabuntur. li.3.c.8.n.11. li.6.c.1.n.10.11.12.13. li.2.c.17.n.5. & ca.18.n.27. & lib.6.c.1.n.8. &

lib.9.cap.12.num.7.8. & lib.11.cap.2.num.5 lib. 16.cap.12.num.69.lib.18.cap.7.nu.4.9.10.11. 14.15.19.

Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequenter.lib.3.c.8.n.11.lib.5.c.10.n.79.lib.16. c.12.n.70.lib.18.c.7.n.4.10.14.15.19.

Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. lib.16.c.12.nu.70.lib.18.c.7.nu.4.5.14.15.19. 21.& cap.11.n.8.

Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. lib.1.c. 15.n.17.lib.3.cap.8.num.11.lib.14.c.5.nu.21. 28.lib.16.cap.12.num.71.& lib.18.cap.7.num. 1.5.11.14.19.21.& lib.14.c.1.n.17.

Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum.lib.18.c.7. nu.1.11.15.

Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos mentientes propter me. lib.1.cap.15. num. 24.& lib.2.cap.4.num.31 lib.6.c.9.n.16.lib.14. c.3.n.27.lib.17.c.2.n.5.6.7.8.9.lib.18.c.7.n.5. 6.7.12.

Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis.lib.1.c.12.nn.50.51.lib.2.c.4.nu.31. lib.17.c.2.n.5.lib.18.c.7.n.12.

Vos estis sal terræ, quod si sal euanuerit, in quo salietur.lib.18.c.15.n.18.lib.14.c.28.n.7.8.lib.16. c.3.n.8.12.

Vos estis lux mundi.lib.14.c.28.n.7.8.lib.16.cap.3. nu.8.9.12.

Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. lib.2.c.8.n.18.& lib.18.c.15.n.18.

Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant. opera vestra bona, &c. lib.14.cap.18.n.7.8.& lib.2.c.7.n.12.& lib.3.c.2.n.5.& lib.5.cap.13. nu.5.lib.9.c.24.n.7.& lib.18.c.1.n.24.

Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, minimus vocabitur in regno cælorum, qui autem fecerit, & docuerit sic homines, hic magnus vocabitur in regno cælorum. li.14.c.28.n.21.

Audistis quia dictum est antiquis: Non occides, qui autem occiderit, reus erit iudicio: ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio.lib.9.c.7.n.1.9.10.11.

Qui autem dixerit fratri suo: Racha, reus erit concilio: qui autē dixerit: Fatue, reus erit gehennæ ignis. lib.10.c.8.n.17.

Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offer munus tuum.lib.1.c.12.n.3.lib.14.c.5.nu.2. lib.1.c.15.n.15.lib.14.c.5.nu.2.

Esto consentiens aduersario tuo cito, dum es in via cum eo, ne forte tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris. lib.2.c.5.n.27.lib.18.c.2.n.41.45.48.

Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem.lib.18.c.2.n.41.45.48.

Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in corde suo.li.3.c.3.n.20.li.13.c.2. nu.1.2.3.& lib.14.c.8.n.18.19.

Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proijce abs te.lib.14.c.24.n.4.

Quia omnis qui dimiserit vxorem suam excepta fornicationis causa, facit eam mœchari: & qui dimissam duxerit, adulterat.lib.1.c.4.n.4.

Audistis quia dictum est antiquis: Non periurabis, reddens autem Domino iuramenta tua.lib.9.c.11. num.36.

Ego autem dico vobis: Non iurare omnino.li.9.c.11. n.1.27.32.35.

Sit autem sermo vester, est, est, non, non.lib.9.cap.11. nu.1.2.36.

Audistis, quia dictum est: Oculum pro oculo, & dentem pro dente. lib.1.c.12.n.2.

Ego autem dico vobis: Non resistere malo.lib.1.c.12. n.45.lib.9.c.4.n.9.

Sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuā, præbe illi & alteram.lib.1.c.12.num.2.& lib.9. c.4.nu.9.10.

Et ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium: & quicumque te angariauerit mille passus, vade cum illo & alia duo.lib.1.c.12.nu.44.& lib.2.cap.15. num.57.& lib.9.c.4.num.9.10.& lib.2.cap.19. nu.25.

Audistis, quia dictum est: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. lib.1.c.12.n.57.

Ego autem dico vobis: Diligite inimicos uestros.li.1.c. 11.num.1.& lib.11.c.12.nu.46.& lib.1.cap.12. num.61.

Qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustas & in iustos.lib.1.cap.12.nu.48. 49.& lib.14.c.18.num.7.& cap.20.n.12.lib.2. c.11.8.& c.16.n.12.& c.18.num.15.& cap.19. nu.15.16.

Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne ethnici hoc faciunt? lib.1. c.15.n.24.

Esto te ergo vos perfecti, sicut & pater vester cælestis perfectus est.lib.1.c.12.nu.48.

Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis.lib.1.c.20.nu.9. Cap.6.

Alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum, qui in cælis est.lib.9.c.24.num.2.3.7.& lib. 18.c.1.nu.1.2.3.4.5.6.7.8.9.24.

Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis & in uicis, vt honorificentur ab hominibus. lib.18.c.1.n.3.5. 6.7.8.9.10.

Amen dico vobis receperunt mercedem suam. lib.1. c.20.num.9.17.lib.8.cap.9.num.13.18. lib.18. cap.1.num.1.2.3.5.6.7.8.9.10.11.lib.13.ca.5. num.11.

Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextra tua, vt sit eleemosyna tua in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.lib.2.cap.19.n.25.& lib.9.c.24.n.2.3. & lib.18.c.1.nu.5.6.7.8.9.10.

Et cum oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis & in angulis platearū ea stantes orare. lib.18.c.1.n.11.lib.13.c.5.n.11.

Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito.lib.3. c.24.n.9.& lib.13.c.5.n.11.24.

Pater noster qui es in cælis.lib.13.c.8.n.1.6.12.19. 20.21.26.32.

Sancti-

Sanctificetur nomen tuum. lib.13.c.8.n.1.2.6.7.12. 15.17.26.28.29.31.

Adueniat regnum tuum.lib.13.c.8.n.1.7.8.12.13. 15.17.21.26.30.& lib.14.cap.24.n.12.

Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra. libr.13. c.8.nu.2.3.8.9.13.15.16.17.21.22.23.26.28. 31.32.lib.18.c.14.n.20.21.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. lib.13. cap.8.nume.3.4.9.10.13.14.15.17.23.24.26. 28.30.lib.14.cap.24.num.11.12.libr.2.cap.16. num.12.

Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.lib.1.cap.12.n.5.7.24.58.& lib.13.c.8.nu.4.10.14.17.18.26.27.

Et ne nos inducas in tentationem.lib.13.c.8.n.5.11. 14.18.24.25.26.

Sed libera nos a malo. lib.13.c.8.n.27.

Si autem non dimiseritis hominibus peccata, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. lib.1.cap. 12.nu.5.

Cum autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes.lib.8.c.9.n.6.

Exterminant enim facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes.lib.8.c.9.nu.19.& lib.9.c.1.n.13. 14.15.

Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua.lib.9.c.1.n.1.

Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi erugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt, & furantur, thesaurizate vobis autem thesauros in cælo, vbi neque erugo, neque tinea demolitur, & fures non effodiunt, nec furantur.lib.5.c.10.nu.48. lib.4.c.40.n.9.17.

Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.lib.2. c.16.nu.4. lib.18.c.15.num.23.lib.1.c.24.n.20. & lib.2.c.2.n.12.

Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit.lib.16.c.3.n.9.& lib.18.cap.15.n.19. 23.24.

Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit.lib.16.c.3.n.9.

Si ergo lumen quod in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt? lib.18.c.15.n.19.23.24.

Nemo potest duobus Dominis seruire. lib.1.c.17.nu. 10.lib.4.c.42.n.2.3.4.9.10.lib.11.c.11. num.2. lib.2.c.16.n.4.

Respicite volatilia cæli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea & pater vester cælestis pascit illa, nonne vos magis pluris estis illis? lib.1.c.1.n.58.lib.5.c.10.nu.67.

Quærite ergo primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.lib.2.c.15.n. 27.& c.16.n.12.& lib.13.c.5.n.6.7.8.9.

Sufficit diei malitia sua.lib.2.c.7.n.26.

Cap.7. Nolite iudicare & non iudicabimini, nolite condemnare, & non condemnabimini.lib.9.c.10.n.3.8.

Et in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. lib.5.c.10.n.53.

Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis & conuersi dirumpant vos.lib.1.c.4. nu.8.lib.6.c.4.nu.17.

Petite, & dabitur vobis, quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. lib.13.c.3.nu.40.42. & lib.13.c.7.n.5.& c.9.n.5.6.7.8.

Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris, quanto magis pater vester cælestis dabit bona petentibus se? lib.2.c.18.nu.14.lib.4.c.7. num.8.lib.13.c.7.nu.55.

Omnia ergo quæcumque vultis vt faciant vobis homines, ita & vos facite illis.lib.11.c.1.n.3.

Intrate per angustam portam, quia lata porta, & spatiosa est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam, quam angusta porta & arcta via est quæ ducit ad vitam, & pauci sunt, qui inueniunt eam.lib.1.c.2.n.12.& lib.2.c.21.n 8. lib.9.ca.15.nu.32.34.35.lib.16.c.5.n.1.2.4.5. 6.lib.18.c.4.n.1.2.3.4.5.6.7.& lib.6.cap.9.nu. 13.lib.16.c.5.n.1.2.3.5.6.lib.18.c.4.nu.2.3.4. 5.7.

Contendite intrate per angustam portam.lib.16.c.5. num.6.

Attendite a falsis Prophetis. qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.lib.8.c.1.n.1.3.4.

A fructibus eorum cognoscetis eos, numquid colligūt de spinis vuas, aut de tribulis ficus.li.8.c.1.n.3.4. Sic omnis arbor bona bonos fructus facit: mala autem arbor malos fructus facit.lib.8.c.1.nu.4.

Non potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere.lib.8.c.1.n.4.

Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.lib.11.c.1.n.5.lib.15. c.6.n.2.

Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui facit voluntatem patris mei, qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorū.lib.3.c.16.n.12.& lib.11.c.3.n.11.

Omnis ergo qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit, fundata enim erat supra petram.lib.16.c.10.n.14.& lib.9.c.20.n. 4.& lib.11.c.3.n.8.& lib.18.c.2.n.12.13.

Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum, Cap.8. sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. lib.8.c.5.n.13.& c.8.n.8.

Non inueni tantam fidem in Israel.lib.8.c.5.n.13.

Dico autem vobis quod multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, &c.lib. 3.c.19.n.16.lib.4.c.17.n.2.

Magister sequar te quocumque ieris, & dicit ei Iesus: Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos filius autem hominis non habet, vbi caput suum reclinet.lib.4.c.17.n.16.19.20.lib.9.c.17.n.11.& lib.16.c.13.n.31.

Domine permitte me sepelire primum patrem meū. lib.1.c.11.n.9.

Dimitte mortuos sepelire mortuos suos.lib.4.ca.1.nu. 78.& lib.4.c.17.n.19.20.

Et ascendente eo in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius.lib.5.c.3.n.4.

Et ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus, ipse vero dormiebat.lib. 5.c.3.n.4.

Et suscitauerunt eum discipuli eius. lib.5.c.3.n.4.5.

Tunc surgens imperauit ventis, & mari, & facta est tran-

Universidad de Deusto Biblioteca

tranquillitas magna. lib. 5. c. 3. n. 5. & lib. 11. cap. 15. n. 19.
Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei? lib. 11. c. 3. n. 8.
Occurrerunt ei duo habentes dæmonia, de monumentis exeuntes, sæui nimis. lib. 1. c. 24. n. 9.
Venisti huc ante tempus torquere nos? Quid nobis, & tibi Iesu fili Dei. lib. 6. c. 9. n. 1.

Cap. 9. Non est opus valentibus medico, sed male habentibus. lib. 1. c. 1. n. 38.
Quare discipuli tui non ieiunant? lib. 18. c. 1. n. 17.
Numquid possunt filij sponsi lugere quamdiu cum illis est sponsus? lib. 1. c. 5. n. 8. & lib. 2. c. 2. n. 30. 31.
Nemo autem immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus: tollit enim plenitudinem eius a uestimento, & peior scissura fit. lib. 11. cap. 11. nu. 22.
Neque mittunt vinum nouum in vtros veteres, &c. lib. 1. c. 18. n. 29.
Si tetigero tantum vestimentum eius saluabor. lib. 5. c. 13. n. 37.
Et cum venisset Iesus in domum principis, & vidisset tibicines, & turbam tumultuantem, dicit illis. Recedite: non est enim mortua puella, sed dormit, & deridebant eum, & cum ejecta esset turba, intrauit, & tenuit manum eius, & dixit: Puella surge, & surrexit puella. lib. 3. c. 18. n. 16. & lib. 4. c. 1. n. 33. & lib. 11. c. 9. n. 4.
Et comminatus est illis Iesus, dicens: Videte, ne quis sciat, illi autem exeuntes diffamauerunt eum in tota terra illa. lib. 14. c. 28. n. 23.

Cap. 10. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. lib. 1. c. 23. n. 21.
Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. lib. 9. c. 17. nu. 17. 18. 19. 20. & lib. 18. c. 15. n. 36.
Cauete autem ab hominibus. lib. 4. c. 36. n. 8.
Tradent enim vos in conciliis, & in synagogis suis flagellabunt vos, & ad præsides, & ad reges ducemini propter me, in testimonium illis & gentibus, cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini, &c. lib. 11. c. 7. nu. 14. & lib. 14. c. 27. n. 16.
Qui autem perseuerauerit, &c. li. 13. c. 1. n. 27. & li. 14. c. 24. nu. 9. 10. 11. 15. 16. 17. 21. 22.
Non est discipulus super magistrum, nec seruus super Dominum suum: & si patrem familias Beelcebuth vocauerunt, quanto magis domesticos eius? lib. 11. c. 15. n. 9.
Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. lib. 9. c. 4. n. 17. & ca. 13. nu. 13. & lib. 9. c. 15. n. 3. & lib. 11. c. 7. n. 12. 13.
Nonne duo passeres veneunt asse, & vnus ex illis cadet super terram sine patre vestro, vestri autem & capilli capitis vestri omnes numerati sunt: Nolite ergo timere, multis passeribus meliores estis vos. lib. 9. c. 15. n. 3. lib. 1. c. 12. n. 54. li. 18. c. 15. n. 25.
Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum corã patre meo qui in cælis est, qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qui in cælis est. lib. 3. c. 12. n. 3. lib. 1. c. 8. n. 3. lib. 4. c. 9. n. 16.
Nolite arbitrari, quia pacem venerim mittere in terram, non veni pacem mittere, sed gladium, ve-

ni separare hominem aduersum patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam, & inimici hominis domestici eius. li. 1. c. 13. n. 3. 7. 8. & c. 23. n. 26. lib. 2. ca. 5. n. 12. lib. 3. c. 5. n. 9. lib. 15. c. 7. n. 10. lib. 18. c. 2. n. 46.
Tradet frater fratrem, & pater filium in mortem. lib. 1. c. 13. n. 3. 7.
Qui amat patrem, aut matrem, plusquam me, non est me dignus: & qui amat filium, aut filiam super me: non est me dignus. lib. 1. c. 7. n. 5. & lib. 1. c. 11. n. 1. & lib. 1. c. 16. n. 18. & lib. 2. c. 5. n. 16. & lib. 3. c. 9. n. 41.
Qui vos recipit, me recipit. lib. 13. c. 1. n. 1. 2. 3. 4. 5. 6.
Et quicumque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ, tantum in nomine discipuli, non perdet mercedem suam. lib. 5. cap. 10. n. 76. & n. 16. & n. 22. 38.

Cap. 11. Cum audisset Ioannes in vinculis opera Christi. lib. 9. c. 6. n. 6.
Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam? lib. 9. c. 6. n. 2. lib. 11. c. 15. n. 23. 24.
Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. lib. 9. c. 6. n. 9.
Ecce ego mitto angelum meũ ante faciem tuam, qui præparauit viam tuam ante te. lib. 9. c. 6. n. 6. 7.
Etiam dico vobis, plusquam prophetam. lib. 9. c. 6. n. 6.
Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista. lib. 9. c. 6. n. 4. lib. 2. ca. 4. n. 28. & lib. 9. c. 6. n. 8. 12.
A diebus Ioannis Baptistæ vsque nunc, regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. lib. 2. c. 5. n. 1. lib. 15. c. 3. n. 5.
Venit enim Ioannes neque manducans, neque bibens, & dicunt: Dæmonium habet. lib. 1. c. 1. n. 63. lib. 9. c. 6. n. 16. 17.
Ecce homo potator vini, & vorax. lib. 17. c. 2. n. 8.
Væ tibi Chorozaim, væ tibi Bethsayda, quia si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiã egissent. lib. 4. c. 17. n. 11. lib. 14. c. 22. n. 19.
Confiteor tibi pater Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea parunlis. lib. 3. c. 6. n. 18.
Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos. lib. 2. c. 11. n. 27. & c. 12. nu. 18. & lib. 3. c. 6. n. 18. & c. 18. n. 15. & lib. 6. c. 2. n. 13. & lib. 8. c. 5. n. 15. & lib. 8. c. 8. n. 17. & lib. 9. c. 15. n. 40. & lib. 14. c. 31. n. 9. & lib. 15. ca. 2. n. 1. & lib. 18. c. 19. n. 8.
Tollite iugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde. lib. 3. c. 2. n. 27. & li. 7. c. 3. n. 20. & lib. 8. c. 8. n. 17. & lib 11. c. 4. n. 12. 16. li. 18. c. 19. n. 8. lib. 18. ca. 11. n. 12. li. 1. ca. 12. n. 25. li. 8. c. 5. n. 23.
Et inuenietis requiem animabus vestris. lib. 8. ca. 8. n. 17. & lib. 11. c. 4. n. 16. lib. 14. c. 1. n. 3. l. 3. ca. 18. n. 15. lib. 7. c. 3. nu. 20. lib. 9. c. 13. n. 14. lib. 10. ca. 4. n. 19. lib. 11. c. 4. n. 4. li. 18. c. 11. n. 12.
Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. lib. 3. c. 2. n. 27. lib. 7. c. 3. n. 20. li. 9. c. 13. nu. 14. lib. 10. c. 4. n. 19. lib. 8. c. 8. n. 17. lib. 9. c. 15. nu. 40. 41. & lib. 11. cap. 4. num. 3. 4. 10. 11. 12. lib. 18. cap. 14. nu. 5. 22.

Cap. 12. In illo tempore abijt Iesus Sabbato per sata, discipuli autem

autem eius esurientes cæperunt vellere spicas, & manducare. lib. 3. c. 1. n. 27.
Non legistis quid fecerit Dauid quãdo esurijt, & qui cum eo erant, &c. aut non legistis in lege, quia Sacerdotes in templo sabbatum violant, & sine crimine sunt? lib. 6. c. 2. n. 15.
Hic non eijcit dæmones nisi in Beelzebub principe dæmoniorum. lib. 17. c. 2. n. 8.
Ex verbis enim tuis iustificaberis, & ex verbis tuis cõdemnaberis. lib. 10. c. 7. n. 2. 5. & cap. 8. n. 3. 6.
Ecce mater tua, & fratres tui foris stant quærentes te loqui, at ipse respondens dicenti sibi, ait: Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? & extendens manum in discipulos suos, dixit: Ecce mater mea, & fratres mei, quicumque enim fecerit voluntatem patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater, soror, & mater est. lib. 6. c. 8. n. 4.

Cap. 13. Alia autem ceciderunt in terram bonam, & dabant fructum, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum. lib. 16. c. 10. n. 15.
Cum autem creuisset herba, & fructum fecisset, tũc apparuerunt & zizania. lib. 9. c. 20. n. 17.
Vis imus, & colligimus ea? & ait: Non ne forte colligentes zizania, eradicetis simul cum eis & triticum. lib. 18. c. 15. n. 36. & lib. 9. c. 20. 21. n. 12. 17. & cap. 3. n. 14. 19.
Sinite vtraque crescere vsq. messem, in tempore messis dicam messoribus. lib. 9. c. 21. nu. 9. 12. lib. 14. c. 1. n. 27. 28.
Colligite primũ zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum, tricicum autem congregate in horreum meum. lib. 9. c. 3. n. 14. 19.
Simile est regnum cælorum grano sinapis, quod accipiens homo seminauit in agro suo, quod minimum quidem est omnibus seminibus, cum autem creuerit, maius est omnibus oleribus, & fit arbor, ita vt volucres veniant & habitent in ramis eius. lib. 3. c. 9. n. 50. & c. 10. n. 48. 58. 59. lib. 6. c. 3. n. 13. 14.
Simile est regnum cælorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum. lib. 14. c. 29. nu. 8. & lib. 16. ca. 4. n. 21.
Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. lib. 2. c. 1. n. 21. 23. & lib. 16. c. 6. n. 1. 2.
Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro. lib. 14. c. 26. n. 23. 24.
Quem, qui inuenit homo, abscondit. libr. 15. cap. 2. num. 14.
Simile est regnum cælorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti quam, cum impleta esset, educẽtes, & secus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa sua, malos autem foras miserunt. lib. 12. c. 3. n. 17.

Cap. 14. Non licet tibi habere vxorem fratris tui. lib. 1. cap. 4. num. 13.
Et dimissa turba ascendit in montem solus orare. lib. 13. c. 11. n. 3. lib. 18. c. 10. nu. 30.
Domine si tu es, iube me ad te venire super aquas. lib. 11. c. 12. n. 32. lib. 14. c. 25. n. 8. lib 3. ca. 19. n. 23.

Cap. 15. De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ, &c. lib. 2. c. 7. n. 6. 7. lib. 3. c. 27. n. 13. lib. 14. c. 2. n. 2. lib. 18. c. 14 n. 4.
Etiam Domine, nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. li. 8. c. 5. n. 14. lib. 13. c. 3. n. 12.
O mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut uis. lib. 6. c. 3. n. 4. lib. 8. c. 5. nu. 14.
Scis quia Pharisæi audito hoc verbo scandalizati sunt: lib 16. c. 8. n. 8. 16.
Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus cælestis, eradicabitur. lib. 16. c. 8. nu. 5. 6. 7. 8.
Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum, si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in soueam cadunt. lib. 16. c. 8. n. 8. 16.
Simile est regnum cælorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas, inuenta vna pretiosa margarita vendidit omnia, &c. li. 1. c. 15. n. 22. & cap. 17. n. 6. lib. 2. c. 8. n. 31. lib. 18. c. 15. n. 36.

Cap. 16. Cauete a fermento Pharisæorum quod est hypocrisis. lib. 1. c. 20. n. 10. lib. 16. c. 4. n. 21.
Tu es Christus filius Dei viui. lib. 14. c. 25. n. 1. 6.
Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cælis est. lib. 14. c. 25. n. 1. 6.
Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. lib. 14. c. 25. n. 8. 11.
Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam. li. 14. 17. n. 5.
Et tibi dabo claues regni cælorum, & quodcumq. ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis, & quodcumq. solueris super terram, erit solutum et in cælis. lib. 14. c. 25. n. 1. 2. 3. 4. lib. 16. c. 1. n. 9. et cap. 2. n. 1.
Et extinde cæpit Iesus ostendere discipulis, quia oportebat eum ire Hierosolymam & multa pati a senioribus, & scribis, & principibus Sacerdotum, et occidi, et tertia die resurgere, et assumens eum Petrus cæpit increpare illum, dicens: Absit a te Domine, &c. vsque hominum. lib. 18. c. 1. n. 6.
Absit a te Domine, non erit tibi hoc, qui conuersus dixit Petro: Vade post me sathana, quia non sapis quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum. lib. 3. c. 11. n. 13. 14. 15. lib. 16. c. 8. n. 7.
Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me. lib. 11. c. 12. n. 5. 6. et lib. 18. c. 15. n. 11. 21. 49.
Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam, qui autem perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. lib. 15. c. 6. n. 12.
Quid enim prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? lib. 1. c. 20. n. 27. lib. 2. ca. 16. nu. 21. lib. 18. ca. 15. num. 41.

Cap. 17. Et post dies sex assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, et Ioannem fratrem eius, et duxit illos in montem excelsum seorsum, et transfiguratus est ante eos. lib. 16. c. 4. n. 25. lib. 18. c. 10. n. 30.
Et resplenduit facies eius sicut Sol, vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. lib. 2. c. 1. n. 10.
Domine bonum est nos hic esse. Si uis faciamus tria tabernacula. lib. 1. c. 14. n. 14. lib. 2. ca. 1. nu. 10. et cap. 4. n. 25. lib. 3. c. 14. num. 30. 31. lib. 15. cap. 5. num. 13.
Nemini dixeritis visionem hanc. lib. 1. c. 23. n. 34.
Hoc autem genus dæmoniorum non eijcitur, nisi per orationem, et ieiunium. lib. 1. ca. 1. nu. 15. 57. lib. 13. c. 6. n. 1.

Universitäts- und Landesbibliothek Bonn

Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, transi hinc, & transibit. lib. 6. c. 3. n. 4.

Ergo liberi sunt filij: vt autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore eius inuenies staterem, illum sumens da eis pro me & te. lib. 16. c. 8. n. 8. 9.

Cap. 18. *Quis putas maior est in regno cælorum. - lib. 4. cap. 38. num. 18.*

Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. lib. 1. c. 2. n. 10. & lib. 3. c. 8. n. 22. lib. 16. c. 13. n. 46. lib. 3. ca. 8. nu. 22. lib. 8. c. 5. n. 14.

Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundū maris. lib. 1. c. 4. n. 14. & lib. 5. c. 11. nu. 10. & lib. 15. c. 7. n. 1. & lib. 16. c. 8. nu. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. lib. 2. c. 8. n. 8.

Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & proijce abs te. lib. 15. cap. 3. n. 14. lib. 13. c. 2. n. 6. lib. 18. c. 18. n. 9.

Bonum est tibi vnum oculum habentem in vitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehēnam ignis. lib. 18. c. 18. n. 9.

Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis, dico enim vobis, quia Angeli eorum in cælis semper vident faciem patris mei, qui in cælis est lib. 16. c. 8. n. 9. lib. 1. c. 21. n. 1.

Si autem peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te, & ipsum solum, si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. lib. 3. c. 28 n 3.

Si duo ex vobis non consenserint super terram, de omni re quamcumq. petierint, fiet illis a patre meo qui in cælis est, vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. lib. 4. cap. 13. num. 1. lib. 13 cap. 9 num. 13. libr. 1. cap. 16. num. 4.

Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vsque septies? &c. septuagies septies. lib. 1. c. 12. n. 19.

Oblatus est ei vnus qui debebat decem millia talenta. lib. 1. c. 16. nu. 4. lib. 9. c. 4 n. 2.

Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. li. 14. c. 18. n. 11.

Serue nequam omne, &c. lib. 1. c. 12. n. 39.

Sic & pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisq. fratri suo de cordibus vestris. lib. 1. c. 12. n. 19.

Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere. lib. 18. c. 6. 7. 8. 9.

Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est: sunt enim Eunuchi qui de matris vtero sic nati sunt, & sunt Eunuchi qui facti sunt ab hominibus, & sunt Eunuchi, qui se ipsos castrauerunt propter regnum cælorū, qui potest capere, capiat. lib. 11. cap. 1. n. 2. 4. 5. lib. 15. c. 6. n. 2. & lib. 18. c. 6. 7. 8. 9.

Cap. 19. *Magister bone, quid boni faciam, vt vitam æternā habeam? Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. lib. 18. c. 12. n. 9. & c. 16. n. 23. lib. 4. c. 38. n. 1. 2.*

Quid me interrogas de bono, vnus est bonus Deus. lib. 2. c. 13. n. 19.

Omnia hæc custodiui a iuuētute mea. li. 18. c. 12. n. 9.

Quid adhuc mihi deest? ait illi Iesus, si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & veni, sequere me. lib. 2. c. 15. n. 36. 37. & cap. 16. nu. 4. 18. 19. & ca. 20. n. 4. 5. lib. 4. c. 38. n. 1. 2. 18. & ca. 41. nu. 8. & lib. 5. ca. 10. n. 8. lib. 5. c. 8. n. 10. lib. 6. cap. 3. n. 23. lib. 11. c. 1. n. 2. 4. 5. lib. 18. c. 12. n. 9.

Cum audisset autem adolescens verbum istud, abijt tristis, erat enim habens multas possessiones. lib. 4. ca. 38. n. 1. 2. lib. 5. c. 10. n. 8.

Amen dico vobis, quia diues difficile intrabit regnū cælorum, facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum cælorū. lib. 1. c. 24. n. 4. & lib. 4. c. 41. n. 8. & lib. 5. cap. 10. num. 8.

Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? lib. 1. c. 17. n. 19. & cap. 24. n. 25. lib. 2. c. 20. n. 7. & lib. 7 c. 3. n. 20. & lib. 14. c. 25. nu. 4. lib. 1. c. 14. n. 14. & cap. 17. num. 25. cap. 18. num. 31.

Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. lib. 1. c. 23. nu. 13. lib. 1. c. 23. n. 30. & cap. 22. n 8.

Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. lib. 2. c. 4. n. 3. & cap. 16 n. 25. 26. lib. 7. c. 3. n. 2. 20. 22. 23.

Simile est regnorum cælorum homini patri familias Cap. 20. *qui exijt primo mane conducere operarios in vineā suam, conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno misit in vineam suam, & egressus circa horam tertiam vidit alios stātes in foro otiosos, &c. lib. 4. c. 4 n. 14. 15. 16.*

Quid hic statis tota die otiosi? lib. 13. c. 12. num. 8. 9. 10. 11.

Hi nouissimi vna hora fecerunt nobiscum, & pares illos fecisti, qui portauimus pondus diei & æstus. lib. 18. c. 11. n 10.

Dic vt hi duo filij mei sedeant vnus ad dexteram tuā, & vnus ad sinistram in regno tuo. lib 8. ca. 4. nu. 4. lib. 8. c. 7. n. 20.

Nescitis quid petatis. lib. 8. c. 4. n 4.

Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? lib. 8. c. 7 n. 20. lib. 8. c. 8. n. 23.

Possumus, &c. lib. 8. c. 8. n. 23.

Sedere autem ad dexteram meam, vel ad sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a patre meo. lib. 1. c. 23. n. 34. li. 8. c. 8 n. 23.

Scitis quia principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt, potestatem exercent inter eos, non ita erit inter vos, sed quicumq. voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister, & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. lib. 1. c. 23. n. 3. & lib. 8. c. 4. n. 4. 5. & ca. 8. n. 4. lib. 16. ca. 13. nu. 49.

Et ecce duo cæci sedentes secus viam clamauerunt dicentes: Domine miserere nostri, fili Dauid. li. 2. c. 6. nu. 20.

Quid tibi vis, vt faciam? Domine, vt videam. lib. 18. c. 19. nu. 5.

Et adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt su- Cap. 21. *per*

per eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt. lib. 3. c. 1. n. 59.

Et relictis illis abijt foras extra ciuitatem in Bethaniā, ibiq. mansit. lib. 11. c. 14. n. 13.

Et videns arborem vnam secus viam, venit ad eam, & nihil inuenit in ea nisi solum folia tantum, & ait illi: Numquam ex te fructus nascatur in sempiternum, & arefacta est continuo ficulnea. lib. 6. ca. 3. nu. 2. 25. & lib. 18. c. 15. n. 28.

Et omnia quæcumque petieritis in oratione credētes accipietis. lib. 13. c. 9. n. 4. 5.

Et intrauit Iesus in templum Dei. lib. 16. c. 2. n. 3.

Homo quidam habebat duos filios, & accedens ad primum dixit: Fili vade hodie operari in vinea mea. Ille autem respondens ait: Nolo, postea autem pœnitentia motus abijt, accedens autem ad alterū dixit similiter, at ille respondens ait: Eo Domine, & non iuit. Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei: Primus. lib. 14. c. 16. n. 6. 7.

Amen dico vobis, quia publicani & peccatores præcedent vos in regno Dei. lib. 14. c. 16. nu. 6. 7. lib. 4. c. 17. n. 15.

Homo quidam erat patersfamilias qui plantauit vineā. lib. 18 c. 15. n. 13.

Et sæpem circūdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim. lib. 18. c. 15. n. 15.

Et locauit eam agricolis. lib. 18. c. 15. n. 15.

Misit seruos suos ad agricolas.

Hic est hæres, venite, occidamus eum. lib. 2. cap. 10. num. 29.

Malos male perdet: & vineam suam locabit agricolis, qui reddent ei fructum temporibus suis. lib. 18. c. 15. n. 13.

Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas. lib. 1. c. 17. n. 8.

Cap. 22. *Simile factum est regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. li. 4. c. 5. n. 1. 2. li. 12. c. 2. n. 2.*

Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, & nolebant venire. lib. 5. c. 7. n. 7. lib. 18. c. 3. n. 4.

Amice quomodo huc intrasti non habens vestē nuptialem? lib. 5. c. 12. n. 16.

Ligatis manibus ac pedibus mittite eum in tenebras exteriores. lib. 9. c. 3. n. 8.

Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari: & quæ sunt Dei Deo. lib. 2. c. 20. n. 13.

In resurrectione enim neque nubent, neque nubitur, sed erunt sicut Angeli Dei in cælo. lib. 18. c. 6. n. 5. 6. 10. 11. 12. lib. 1. c. 13. n. 34.

Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, non est Deus mortuorum, sed viuorum. lib. 2. c. 2. n. 9.

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mēte tua, &c. & proximum sicut te ipsum. lib 1. c 7. n. 1. & cap. 11. nu. 1. & c. 15. n 18. lib. 1. ca. 11. nu. 2 & cap. 15. nu. 18. & li. 1. c. 16. n 17. & li. 2. c. 12. n. 7. & cap. 13. n. 29. & lib. 3. c. 2. n. 5. 6. 7. 8 & lib. 11. ca. 2. nu. 23. lib. 17. c. 5. nu. 14.

Cap. 23. *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi, omnia ergo quæcumque dixerint vobis, facite & seruate, secundum vero opera eorum nolite facere, dicunt enim, & non faciunt. lib. 14. c. 28. 29. n. 11. 12. 20. 21. 22. & c. 30. n. 2. li. 16. c. 2. n. 12.*

Alligant autem onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere. lib. 14. c. 28. n. 20. 96. & ca. 30. n. 2. & lib. 15. c. 3. n. 21.

Dilatant enim phylacteria sua, & magnificāt fimbrias suas. lib. 11. c. 2. n. 9. lib. 14. c. 30. n. 2.

Amant autem primos recubitus in cænis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus: Rabbi. lib. 1. c. 20. n. 5. 19. lib. 5. c. 11. n. 16. lib. 9. c. 24. n. 6.

Vos autem nolite vocari Rabbi: vnus est enim magister vester, omnes autem vos fratres estis, & patrem nolite vocare vobis super terram, vnus est enim pater vester qui in cælis est. lib. 2. c. 5. n. 15.

Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia claditis regnum cælorum ante homines, vos enim non intratis, nec introeuntes sinitis intrare. lib. 2. c. 11. n. 27. lib. 17. c. 4. n. 6.

Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia circuitis mare & aridam, vt faciatis vnum proselytum, & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo quam vos. lib. 14 c. 28. n. 19.

Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentam, & anetum, & cyminum, & reliquistis quæ graviora sunt legis, iudicium, & misericordiam, & fidem: hæc autem oportuit facere, & illa non omittere, duces cæci, liquantes culicem, camelum autem glutientes. lib. 18. c. 10. n. 3. 4.

Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui mundatis quod de foris est, calicis, & paropsidis, intus autē pleni estis rapina, & immunditia. Pharisæe cæce, munda prius quod intus est calicis, & paropsidis, vt fiat & id quod de foris est mundum. lib. 18. cap. 10. n. 4. 5. & lib. 8. c. 9. n. 2.

Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia similes estis sepulcris dealbatis, quæ a foris apparent hominibus pretiosa, intus autem plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia, sic & vos a foris quidem paretis hominibus iusti, intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate. lib. 8. c. 9. n. 2. 3. 4. 8. 28. 29.

Vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est ad altare. lib. 11. c. 6. n. 126.

Hierusalem Hierusalem quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas suas, & noluisti? lib. 1. c. 6. n. 1. lib. 1. c. 1 n. 32. lib. 8. c. 5. n. 55. lib. 2. c. 9. n. 24. lib. 3. c. 6. n. 40. lib. 4. c. 3. n. 17. & c. 7. n. 6. li. 4 c. 3. n. 17. & c. 7. n. 6. & c. 20. n. 8. li. 14. c. 5. n. 32. 33.

Relinquetur domus vestra deserta. lib. 2. c. 10. nu. 18. lib. 1. c. 5. n. 2.

Et quod signum aduentus tui, & consummationis sæculi? lib. 11. c. 9. n. 70. Cap. 24.

Et quoniam abundabit iniquitas refrigescet charitas multorū. lib. 1. c. 16. n. 9. lib. 5. c. 5. n. 7. li. 6. c. 3. n. 9.

Tunc qui in Iudæa sunt fugiant ad montes, & qui in tecto, non descendant tollere aliquid de domo sua, & qui in agro, non reuertantur tollere tunicam suam. lib. 9. c. 22 n. 6.

Orate autem ne fiat fuga vestra in hyeme, vel Sabbato. lib. 11. c. 2. n. 25.

Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi, vsque modo, neque fiet. lib. 9. c. 9. n. 8.

Sicut enim fulgur ab Oriente, & paret vsque in Occidentem, ita erit aduentus filij hominis. lib. 9. c. 9 n. 8.

Universitäts- und Landesbibliothek Bonn

Stabim post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cælo lib.9.c.9.n.8.

Et tunc parebit signum filij hominis in cælo. lib.9.c.9.nu.8.

Et tunc plangẽt omnes tribus terræ, & mittet Angelos suos cum tuba, & voce magna, & congregabunt electos eius a quatuor ventis, a summis cælorum vsque ad terminos eorum.li.9.c.9.n.8.

Ab arbore autem fici discite parabolam, cum iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, scitis, quia prope est iam æstas, ita & vos cum hæc videritis omnia scitote, quia prope est iã in ianuis.li.9.c.9.n.9.

Sicut autem diebus Noe, ita erit & aduentus filij hominis, sicut enim erant in diebus Noe ante diluuium comedentes, & bibentes, nubentes, & nuptui tradentes, vsque ad eum diem, quo intrauit Noe & non cognouerunt, donec venit diluuium, & tulit, omnes, ita erit & aduentus filij hominis.lib.1.c.1.n.15. lib.9.c.9.n.10.18.

Tunc duo erunt in agro, vnus assumetur, & vnus relinquetur, duæ molentes in mola, vna assumetur, & vna relinquetur.lib.9.c.9.n.17.18.& cap.21.n.11.12.13.14.

Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit..lib.11.c.10.n.1.2.

Illud autem scitote, quoniam si sciret pater familias qua hora fur venturus est, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam.lib.18.ca.5.n.1.2.3.13.16. lib.11.c.10.n.2.

Cap.25. Simile est regnum cælorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso & sponsæ.lib.17.c.1.n.2.lib.18.c.15.n.26.37.

Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes.sed quinque fatuæ acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum, prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. lib. 17.c.1.n.2.lib.18.c.15.n.26.37.lib.5.c.10.n.35.

Moram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes & dormierunt.lib.18.c.5.n.3.& cap.15.num.38. lib.1.c.2.n.15.

Media autem nocte clamor factus, ecce sponsus venit. lib.18.c.5.n.15.lib.4.c.21.n.1.

Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt lampades suas.lib.18.c.15.n.38.39.

Fatuæ autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur, &c. lib.18.c.15.n.39.lib.9.c.24.n.12.

Dum autẽ irent emere, venit sponsus.lib.1.c.3.n.12.

Et clausa est ianua.lib. 17.c.1.n.2.lib.18.c.15.n.39.

Nouissime vero veniunt & reliquæ virgines dicentes: Domine, Domine, aperi nobis. At ille respõdens ait: Amen dico vobis, nescio vos.lib.14.c.21. nu.8.9.10.11.12.13.14.16. & lib.17.c.1.n.2. lib.3.c.22.n.6.lib.11.c.2.n.26.lib.1.c.12.n.58.

Homo quidam peregre proficiscẽs, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua.lib.4.c.21.n.1.

Qui autem vnum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam Domini sui. li.1.c.15.n.7. lib.9.c.22.n.13.

Et accedens qui quinque talẽta acceperat, obtulit alia quinque talenta dicens: Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. lib.16.c.11.n.2.

Euge serue bone & fidelis, quia supẽr pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui. lib.2.c.1.n.22. & lib.2.c.2.n.22.

Accessit & qui duo talenta acceperat, & ait. Domine duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo superlucratus sum. lib.16.c.11.n.2.

Omni enim habenti dabitur, & abundabit, ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. lib.6.c.3.n.2.

Et congregabuntur ante eum omnes gentes.lib.18.c. 15.nu.26.27.

Et statuet oues quidem a dextris suis, hædos autem a sinistris.lib.3.c.14.n.35.lib.9.c.9.nu.1. lib.18. c.15.n.22.26.

Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi.lib.1.c.1.n.19. lib.9.c.9.n.1.& lib.18.c.15.n.22.

Esurini enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegitis me: nudus, & operuistis me: infirmus, & visitastis me: in carcere eram, & venistis ad me.lib.1.c. 1.19.& cap.15.n.62.lib.9.c.9.n.65.lib.11.c.16. n.2.lib.5.c.10.n.76.

Tunc respondebunt ei insti dicentes: Domine quando te vidimus esurientem, & pauimus? sitientem, & dedimus tibi potum? Quando autem te vidimus hospitem, & collegimus te? aut nudum, & cooperuimus te? aut quando te vidimus in carcere, & venimus ad te? & respondẽs rex, dicet illis. Amen dico vobis, quamdiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.lib.11.cap.16. num.2. & libr.1.capit.15.num.12.14. & libr.5. cap.10. num.54.

Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius.lib.3. c.22.n.6. lib.5.c.10.n.57.58.lib.6.c 3.n.20.lib.2.c.5.nu. 23.lib.9.c.9.n.65.

Esurini, & non dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis mihi potum: hospes eram, & non collegitis me, &c. tunc respondebunt ei: Domine quãdo te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non ministrauimus tibi? &c. Amen dico vobis. Quamdiu non fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis. lib.11.cap.16.num.20.et lib.3.ca.22. nu.6.lib.5.c.10.nu.50.et li.5.cap.10.nu.57.58. lib.6.c.3.n.20.

Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? lib. Cap.26. 1.c.24.nu.10.24.lib.3.c.12.n.4.

Vnus vestrum me traditurus est.lib.1.c.24.n.3.

Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet.lib.5.c.12.n.4.

Cæpit contristari & mæstus esse: Tristis est anima mea vsque ad mortem, lib.3.c.10.nu.50.51.90.

Vigilate, et orate, vt non intretis in tentationem. lib.1.c.1.n.62.

Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. lib.3.c.1.n.9.10.

Pater si possibile est, transeat a me calix iste.lib.3.ca. 10.n.97.98.

Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribũt. lib.1.c.16.n.13.

Tunc exspuerunt in faciem eius, et colaphis eum cæciderunt.lib.3.c.12.n.9.

Et re-

Et recordatus est Petrus verbi Iesu, quod dixerat: Priusquam gallus cantet, ter me negabis, & egressus foras fleuit amare. lib.14.c.22.nu.9.

Cap. 27. Tunc videns Iudas, qui eum tradidit, quòd damnatus esset, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principes sacerdotum & seniorum dicẽs: Peccaui tradens sanguinem iustum, & proiectis argenteis in templo &c. Non licet eos mittere in corbonam &c. In sepulchrum peregrinorum. lib. 3.c.10.nu.92.

Sanguis eius super nos, & super filios nostros. lib.3. c.10.nu.17.

Tunc milites præsidis suscipientes Iesum in prætorio, congregauerunt ad eum vniuersam cohortem, & exuentes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei, & plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius, & genu flexo ante eum, illudebant ei, dicentes, Aue rex Iudæorum. lib.3.c.10.n.102. & nu.6.7.23.

Exeuntes autem inuenerunt iuuenem hominem Cyrenæum, nomine Simonem, hunc angariauerunt, vt tolleret crucem eius. lib.8.c.9. nu.20. & libro 18.c.1.nu.35.

Et continuo currens vnus ex eis acceptam spongiam impleuit aceto, & dabat ei bibere. lib.3. cap.12. num.4.

Venit quidam homo diues ab Arimathia nomine Ioseph &c. Et inuoluit illud in sindone munda, & posuit illud in monumento suo nouo &c. lib.3. c.10.nu.93.

Cap. 28. Euntes docete omnes gentes, & docete eos seruare omnia, quæ mandaui vobis. libro 6. cap. 3. numero 23.

Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. lib.17.c.5.nu.25.

Ecc ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi. lib.1.c.1.nu.17.& lib. 2.c.9.nu.4.31.& lib.4.c.21.nu.1.

Ex Euangelio Marci.

Cap. 1. Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas eius. lib.18. cap. 10.num.26.

Pœnitemini, & credite Euangelio. libro 14.cap.23. nu.17.

Et progressus inde pusillum vidit Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius, & ipsos componentes retia in naui, & statim vocauit illos, &c. & secuti sunt eum. lib.4.c.26.nu.1.

Cap. 3. Nemo potest vasa fortis ingressus in domum diripere, nisi prius fortem alliget, & tunc domum eius diripiet. lib.2.c.5.nu.2.& c.8.nu.22.38. & libro 3.c.13.nu.29.

Cap. 4. Facta est procella magna in mari, & fluctus mittebat in nauim, ita vt impleretur nauis, & erat ipse in puppi super ceruical dormiens, & excitant eum, & dicunt illi: Magister non ad te pertinet, quia perimus? Et exurgens comminatus est vento, & dixit mari: Tace, obmutesce, & cessauit tempestas, & facta est tranquillitas magna. lib.9. c.15.nu.3.

Cap. 6. Propter iusiurandum, & simul discumbentes noluit illam contristare. lib.9.c.11.nu.11.

Non sapis quæ Dei sunt. lib.1.c.1.nu.5. Cap. 8.

Et exclamans, & multum discerpens eum, exijt ab eo. lib.2.c.6.nu.33.34. Cap. 9.

Quisquis enim potum dederit vobis calicem aquæ in nomine meo, quia Christi estis &c. lib.5.cap.10. nu.38.76.

Habete in vobis sal, & pacifici estote inter vos. lib. 14.c.5.nu.3.

Erat enim habens multas possessiones. lib.1.cap.24. nu.3. Cap. 10.

Iam non amplius ex te fructum quis manducet. lib. 1.c.12.nu.39. Cap. 11.

Domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus. lib.5.c.2.nu.5.

Quidquid orantes, petitis, credite, quia accipietis, & fiet vobis. lib.13.c.3.nu.39.& c.9.nu.23.

Qui deuorant domos viduarum sub obtentu prolixæ orationis, hi accipient prolixius iudicium. lib.8. c.1.nu.9. Cap. 12.

Cum autem venisset vidua vna pauper misit duo minuta, quod est quadrans & conuocans discipulos suos, ait illis. Amen dico vobis, quoniam vidua hæc pauper plus omnibus misit, quæ miserunt in gazophylacium. Omnes enim ex eo quod abundabat illis, miserunt: hæc vero de penuria sua omnia quæ habuit misit, totum victum suum: lib.2.c.20.n.6.

Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cum virtute multa & gloria. lib.2.cap.11. numero 34.

Vigilate ergo, nescitis enim, quando Dominus veniat; sero, an media nocte, an galli cantu, an mane, ne cum venerit repente, inueniat vos dormientes, quod autem dico vobis, omnibus dico, vigilate. lib.18.c.5.num.11. Cap. 13.

Et mittit duos ex discipulis suis. libro 14.cap.5.numero 14. Cap. 14.

Et hymno dicto exierunt in montem oliuarum. lib.3. cap.14.n.14.

Omnes scandalizabimini in me nocte ista. lib.14.c. 7.n.18.

At illi manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eũ. lib.13.c.10.n.100.

Et vincientes Iesum duxerunt: & tradiderunt Pilato. lib.3.c.10.n.35.

Et Pontifices concitauerunt turbas, vt magis Barrabam dimitteret.lib.3.c.10.n.35.

Et educunt illam vt crucifigeretur: & angariauerũt prætereuntem quempiam Simonem Cirenæum: & duxerunt illum in Golgotha, & crucifixerũt eum. lib.3.cap.10.num.35. & cap.11.n.23. Cap. 15.

Eloi, Eloi, lamma zabatani. lib. 3. cap. 10. num. 82.83.

Surgens autem Iesus mane prima sabbati, apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de qua ieiecerat septem dæmonia. lib.11.cap.6.num.122.

Ex Euangelio Lucæ.

Erant iusti ambo ante Deum: incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus Domini sine querela. lib.12.c.1.n.0. Cap. 1.

Multi in natiuitate eius gaudebunt. libro 9. cap. 6. nu. 16. 17.

Et erit magnus coram Domino. lib. 9. cap. 6. numero 13.

Et ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ, vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum. lib. 9. cap. 6. num. 13.

Ego sum Gabriel, qui asto ante Deum. lib. 1. cap. 23. num. 34.

Missus est Angelus Gabriel a Deo in ciuitatem Galileæ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, & nomen Virginis Maria. lib. 11. c. 6. nu. 8. 43. 44. 45.

Et ingressus Angelus ad eam, dixit. lib. 11. cap. 6. num. 45.

Aue, gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. lib. 11. c. 6. nu. 8. 11. 13. 14. 35. 45. 46 47. 58. 64. 65. 73. 76. 77. 78. 79. 80.

Benedictus fructus ventris tui. libro 11. cap. 6. num. 58.

Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. lib. 11. cap. 6. num. 48.

Ne timeas Maria. lib. 11. c. 6. nu. 48. 75.

Inuenisti enim gratiam apud Deum. lib. 11. c. 6. nu. 48. 73. 75.

Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? libro 11. cap. 6. num. 30. 49. 69. & lib. 18. cap. 6. nu. 21. 22.

Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. lib. 11. c. 6. num. 13. 14. 36. 49. 50. 67. 73. 74. 75. 76.

Ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. lib. 11. c. 6. nu. 70. 76.

Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. lib. 11. c. 6. nu. 50.

Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. lib. 8. c. 6. nu. 10. 11. & lib. 11. c. 6. num. 36. 38. 51. 52. 53.

Exurgens autem Maria abijt in montana cum festinatione in domum Zachariæ, & salutauit Elisabet. lib. 11. c. 6. nu. 70. lib. 9. c. 6. nu. 1.

Ex quo facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit infans in vtero meo. lib. 9. c. 6. nu. 1. 16. lib. 11. c. 6. nu. 59. 99. 100.

Et repleta est Spiritu sancto Elisabeth, & exclamauit voce magna, & dixit, Vnde hoc mihi, vt mater Domini mei veniat ad me? lib. 9. c. 6. nu. 1. 16. & lib. 11. c. 6. nu. 75.

Magnificat anima mea Dominum, & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. lib. 7. cap. 2. nu. 16. lib. 8. c. 6. nu. 9. lib. 11. c. 6. nu. 32. & lib. 18. c. 15. nu. 14.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. libro 8. cap. 6. num. 9. & lib. 11. cap. 6. nu. 14. 32. 47. 79. 119.

Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius. lib. 11. c. 6. nu. 32. 39. lib. 2. c. 5. nu. 42. & c. 13. nu. 25.

Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. lib. 13. c. 1. nu. 22.

Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus. lib. 9. c. 6. nu. 1.

Et postulans pugillarem, scripsit, dicens, Ioannes est nomen eius, & mirati sunt vniuersi: Et apertum est illico os eius, & lingua eius, & loquebatur benedicens Deum. lib. 9. c. 6. nu. 12.

Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi &c. lib. 2. c. 8. nu. 24.

Et tu puer Propheta Altissimi vocaberis, præibis enim ante faciem Domini parare vias eius. lib. 9. c. 6. nu. 2. 18.

Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu, & erat in desertis vsque in diem ostensionis suæ, ad Israel. lib. 9. c. 6. nu. 2. 9.

Factum est autem cum essent ibi, impleti sunt dies Cap. 2.
vt pareret, & peperit filium suum primogenitu. lib. 3. c. 7. nu. 52.

Et reclinauit eum in præsepio, quia non erat ei locus in diuersorio. lib. 3. c. 7. nu. 9.

Et pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum. libro 18. cap. 5. num. 4. & lib. 1. cap. 21. nu. 7. 11.

Et hoc vobis signum, inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio. lib. 3. cap. 7. numero 38. 39. 40. 42. 43. 44. & lib. 16. cap. 13. nu. 45.

Et subito facta est cum Angelo multitudo militiæ cælestis, laudantium Deum, & benedicentium. Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. lib. 1. c. 21. num. 16. 49. & lib. 3. cap. 14. nu. 10. 11. & lib. 5. c. 10. nu. 51. & lib. 18. c. 1. nu. 39.

Et venerunt festinantes, & inuenerunt Mariam, & Ioseph, & infantem positum in præsepio. lib. 3. c. 7. nu. 9. & lib. 18. c. 10. nu. 29.

Postquam consummati sunt dies octo, vt circumcideretur puer: vocatum est nomẽ eius Iesus, quod vocatum est ab Angelo, priusquam in vtero concideretur. lib. 12. c. 2. nu 17. 18.

Responsum acceperat a Spiritu sancto se non visurũ se mortem, nisi videret Christum Domini. lib. 2. c. 2. n. 18. & lib. 11. c. 9. nu. 15.

Nunc dimittis seruum tuum Domine, quia viderunt oculi mei salutare tuum. lib. 1. c. 7. num. 3. lib. 2. c. 2. nu. 3. 18. & lib. 4. c. 1. num. 49. & lib. 11. c. 9. num 15.

Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel. lib. 16. c. 8. nu. 5. 6. & lib. 18. c. 2 nu. 2.

Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. libro 2. c. 13. nu. 37. lib. 11. c. 6. nu. 12. 71.

Et erat Anna prophetissa octoginta annis ieiunijs, & orationibus Deo seruiens, quæ non recedebat a templo &c. lib. 1. c. 1. nu. 67.

Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, re- Cap. 3.
ctas facite semitas eius. lib. 9. c. 6. nu. 7.

Et ne cœperitis dicere, patrem habemus Abraham. lib. 6. c. 5. nu. 1. 2. 3.

Iam enim securis ad radicem arboris posita est. lib. 11. c. 2. nu. 4.

Genimina viperarum, quis vos docuit fugere auentura ira? libro 3. c. 28. nu. 23. & lib. 9. c. 6. nu. 17. & lib. 11. c. 2. nu. 4.

Et

Cap. 4. *Et ostendit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis. lib. 2. c. 19. nu. 32.*

Tibi dabo potestatem hanc vniuersam, & gloriam illorum &c. omnia. lib. 2. c. 8. nu. 22.

Et consummata omni tentatione recessit diabolus ab illo vsque ad tempus. lib. 4. c. 31. nu. 17.

Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus, & rogauerunt illum pro ea, & stans super illam imperauit febri, & dimisit illam. lib. 2. c. 17. nu. 26. & lib. 16. c. 7. nu. 12.

Cap. 5. *Rogauit eum a terra reducere pusillum. lib. 14. cap. 26. nu. 34.*

Exi a me Domine, quia homo peccator sum. libro 8. c. 7. nu. 8.

Cap. 6. *Extende manum tuam. lib. 5. c. 10. nu. 78.*

Beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei, Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini, Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. lib. 2. c. 4. nu. 33.

Væ vobis diuitibus, qui habetis hic vestram consolationem: Væ vobis, qui saturati estis, quia esuriemini: Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugetis, & flebitis. lib. 2. cap. 4. nu. 34. & lib. 3. c. 6. nu. 27. & c. 7. nu. 39. & lib. 4. c. 28. nu. 12. & c. 38. n. 19. & c. 40. nu. 11. & c. 41. nu. 7. & lib. 7. c. 1. nu. 1. 15. & c. 4 nu. 2.

Væ cum benedixerint vobis omnes homines, secundum enim hæc faciebant pseudoprophetis patres eorum. lib. 11. c. 14 nu. 6. 7.

Omni autem petenti tribue, & qui aufert quæ tua sunt, ne repetas. lib. 14. c. 3. nu. 11.

Diligite inimicos vestros, benefacite, & mutuum date, nihil inde sperantes. lib. 1. c. 12. nu. 10.

Benedicite eos qui persequuntur vos. lib. 1. cap. 14. num. 34.

Estote misericordes, sicut pater vester misericors est. lib. 5. c. 10. nu. 18.

Dimittite, & dimittemini. lib. 1. c. 12. nu. 6. & lib. 9. cap. 7. nu 11.

Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & supereffluentem dabit in sinum vestrum. lib. 2. c. 1. nu. 23. 27. lib. 5. c. 10. nu. 63.

Ex abundantia cordis loquitur os. lib. 11. cap. 17. num. 10.

Cap. 7. *Vt cognouit quòd Iesus accubuit in domo Pharisæi. lib. 5. c. 13. nu. 37.*

Attulit alabastrum vnguenti, & stans retro secus pedes eius, lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat. lib. 5. cap. 10. nu. 49. & lib. 10. c. 2. nu. 7. & lib. 14. c. 21. nu. 58.

Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic: Vade, & vadit, & alio veni, & venit, & seruo meo fac hoc, & facit. lib. 14. c. 31. nu. 26.

Quo audito Iesus miratus est, & conuersus sequentibus se turbis dixit: Amen dico vobis, nec in Israel tantam inueni fidem. lib. 14. c 31. nu. 26.

Aliud cecidit secus viam, & volucres cæli comederunt illud. lib. 4. c. 31. nu. 34.

Cap. 8. *Qui habet aures audiendi audiat. lib. 2. cap. 9. numero 18.*

Quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. lib. 2. c. 11. nu. 25.

Quod autem in spinas cecidit, hi sunt qui audierunt, & a sollicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitæ, euntes suffocantur, & non referunt fructũ. lib. 2. c. 16. n. 5. & lib. 4. c. 40. nu. 6.

Mater mea, & fratres mei hi sunt, qui uerbum Dei audiunt, & faciunt. lib. 6. c. 8. nu. 12.

Et rogauit illum vir, a quo dæmonia exierant, vt cum eo esset: dimisit autem eius Iesus dicens: Vade in domum tuam, & enarra quanta tibi fecit Deus. lib. 18. c. 18. nu. 10.

Et rogauerunt illum, ne imperaret illis, vt in abyssum irent. lib. 2. c. 8. nu. 2.

Dedit illis virtutem, & potestatem super omnia dæ- Cap. 9.
monia, & vt languores curarent.

Nihil tuleritis in via, neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam. lib. 14. c. 3. per totum, maxime nu. 22.

Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. lib. 3. c. 11. nu. 20. 24. lib. 18. c. 15. nu. 11. 12.

Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet illam: nam qui perdiderit animam suam propter me, saluam faciet illam. lib. 18. c. 15. nu. 12.

Quid enim proficit homo, si lucretur vniuersum mundum, se autem ipsum perdat, & detrimentum sui faciat? lib. 2. c. 15. nu. 19. 26. 64. & libro 18. c. 15. nu. 12.

Factum est autem post hæc verba, fere dies octo, & assumpsit Petrum, & Iacobum, & Ioannem, & ascendit in montem, vt oraret: Et facta est, dum oraret, species vultus eius altera, & vestitus eius albus, & refulgens. lib. 16. c. 4. nu. 25.

Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. lib. 1. c. 23. nu. 26. & lib. 2. cap. 7. nu. 10.

Qui amat patrem, aut matrem plusquam me, non est me dignus. lib. 6. c. 8. nu. 14.

Factum est eo discumbente in domo Leui, ecce multi publicani, & peccatores uenientes, discumbebant cum Iesu. lib. 14. c 23. nu. 16.

Domine, vis, dicamus ut ignis descendat de cælo, & consumat illos? & conuersus increpauit illos, dicens, Nescitis, cuius spiritus filij estis? lib. 1. cap. 12. nu. 46.

Vulpes foueas habent, & uolucres cæli nidos: filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. lib. 1. c. 17. nu. 25. & cap. 24. nu. 25. lib. 4. cap. 17. nu 2. 16. 19. 20. & c. 31. nu. 34. & lib. 2. c. 14. num. 1.

Sine, ut mortui sepeliant mortuos suos. lib. 14. cap. 8. nu. 33. & c. 21. nu. 61. & lib. 15 c. 5. nu. 9.

Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei. lib. 3. c. 13. nu. 22. 30. 31. lib. 9. c. 22. nu. 1. 6. 29. & lib. 15. c. 5. num. 9.

Neminem per uiam salutaueritis. libro 11. cap. 2. Cap. 10.
num. 19.

Qui uos audit, me audit, qui uos spernit, me spernit. libro 13. cap. 1. numero 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 24.

Ecce dedi uobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & super omnem speciem inimici: libro 2. c. 17. nu. 2. & cap. 8. num. 7. 8. 21. 29. & c. 9. nu. 8.

Gaudete autem quòd nomina vestra scripta sunt in cœlis. lib.17.c.3.nu.9.

Magister quid faciendo vitam æternam possidebo? At ille dixit ad eum, in lege quid scriptum est? Quomodo legis? Ille respondens dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omni voluntate tua, & ex omni mente tua, & proximum sicut teipsum. lib.18. c.12.nu.9.

Et quis est meus proximus? lib.11.c.2.nu.23.

Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum, misericordia motus est, & approprians, alligauit vulnera eius, infundens oleum, & vinum. lib.14.c.29.nu.34. & cap.31.nu.12.

Quæ etiam sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius. lib.13.c.2.nu.12.

Martha autem satagebat circa frequens ministerium. lib.18.c.18.nu.4.

Martha Martha sollicita es, & turbaris erga plurima: porro vnum est necessarium. lib.18.c.18. num.1.

Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. libro 11.cap.6.num.62. & lib.18. c.18. nu.3.11.

Cap. 11. *Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi, amice commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum &c. propter improbitatem tamè eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. lib.13.c.5. nu.8.9.10. & cap.7.nu.6.*

Petite & dabitur vobis; quærite, & inuenietis; pulsate, & aperietur vobis. lib.13.c.3. nu.9.20.21. 22.23. & cap.5.nu.9.10. & c.7.nu.6.

Quis ex vobis patrem petit panem, nũquid lapidem dabit ei? lib.1.c.1.nu.30.

Si ergo vos cum sitis mali nostis bona data dare filijs vestris: quanto magis pater vester cælestis de cælo dabit spiritum bonum petentibus se? lib.13. c.3.nu.15.

Cum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa quærens requiem, & non inueniens, dicit: Reuertar in domum meam, vnde exiui. Et cum venerit, inuenit eam scopis mundatã, & ornatam. lib.13.c.12.num.3. & lib.14. c.7. num.5.

Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. lib.6.c.5.nu.4.

Quin immo beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. lib.18.cap.2.num.52. & lib.6. cap. 5.nu.4.

Verumtamen quod superest, date eleemosynam, & ecce munda sunt vobis omnia. lib.5.c.10. num. 48.26.63.

Cap. 12. *Nolite ergo timere, multis passeribus pluris estis vos. lib.4.c.3.nu.26.27.*

Magister dic fratri meo, vt diuidat mecum hereditatem. libro 2.cap.16.num.28. & lib.14.cap.5. num.29.

Homo quis me constituit iudicem, aut diuisorem super vos. lib.2.c.16.nu.28.

Dixit autem illi Deus, Quid faciam, quia non habeo quo congregem fructus meos &c. destruam horrea mea. lib.2.cap.15.num.66. & c.18.nu.1.2. 3.4.5.6.7.8.

Anima mea habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare: dixit autem illi Deus, Stulte hac nocte repetunt a te animam tuam, quæ autem parasti, cuius erunt? lib.1.c.17.num.21. & lib.2.c.16. nu.37. & cap. 18.num.14. & nu.7.8. & cap.19. nu.5. & lib.2. c.19.nu.11. lib.4.cap.39. nu.6.7.22.24.25.26. lib.5.c.10.nu.5.6.7.

Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum dives. lib.9.c.9.nu.5.

Si autem fœnum quod hodiè est in agro, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: quanto magis vos, pusillæ fidei?

Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. libro 2.c.7.nu.12. & lib.18.c. 5.nu.18.

Et vos similes hominibus expectantibus dominium suum, quando reuertatur a nuptijs, vt cum pulsauerit, confestim aperiant ei. libro 2.c.2.nu.21. & lib.18.c.5.nu.10.19.20.

Beati serui illi, quos, cum venerit Dominus, inuenerit vigilantes. lib.18.c.5.nu.11.

Amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet eos discumbere, & transiens ministrabit illis. lib.18. c.5.nu.16.

Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi. libro 3. cap.27. num. 7. & libro 18. cap.5. numero 18.

Illud autem scitote, quia si sciret paterfamilias qua hora fur veniret &c. lib. 18. cap.5. num.1.2. 3.13.16.

Et vos estote parati, quia hora, qua non putatis, filius hominis venit. lib.18.c.5.nu.16.17.

Ille seruus qui cognouit voluntatem domini sui, & non se præparauit, & non fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis, qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. lib.4.c.18.nu.3. & lib.6.c.11.nu.13. & lib.16. c. 1.nu.32. & c.10.nu.13.

Omni autem cui multum datum est, multum quæretur ab eo, & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo. lib.4.c.18.nu.4.

Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt accendatur. lib.2.c.7.nu.33. & lib.16.c.12. nu. 31.58.

Aderant autem quidam in ipso tempore renunciantes illi de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificijs eorum &c. nisi pœnitentiã egeritis, omnes simul peribitis. lib.6. cap.10. num.6. Cap. 13.

Ecce anni tres sunt ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio: Succide ergo illã, vt quid etiam terram occupat? At ille respondẽs dicit illi: Domine, dimitte illam & hoc anno &c. dum fodiam circa illam, & mittam stercora, & si quidem fecerit fructum: sin autem in futurum succides eam. lib.9.c.9.nu.56. lib.11.c.2.num.4. lib.17.c.6.nu.9.10. & lib.18.c.15.nu.28. lib.3. c.22.nu.32.

Et ecce mulier quæ habebat spiritum infirmitatis annis

annis decem & octo, & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. libro 2.cap.15.numero 68.

Contendite intrare per angustam portam, quia multi, dico vobis, quærent intrare, & non poterunt. lib.17.c.1.nu.2.

Multi dicent, in illa die manducabimus coram te, & bibimus: nescio vos vnde sitis, discedite a me operarij iniquitatis. lib.3.c.16.nu.12. & libro 4. c.26.nu.3.

Ite, & dicite vulpi illi. libro 12.cap.4.num.1.2.3. 4.5.6.7.8.

Ecce eijcio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die consumor. libro 9. cap.22.numero 23.

Recumbe in nouissimo loco, &c. ascende superius. lib.3.c.19.nu.38.39.

Cap. 14. *Exi cito in plateas & vicos ciuitatis &c. lib.1. c.1. nu.17.*

Exi in vias & sepes, & compelle intrare &c. lib.1. c.1.nu.17.

Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc & animam suam, non potest meus esse discipulus. lib.1.c.16.nu.17. & lib.2.c.7.nu.10. & lib.2. c.16.nu.1.2.

Quis enim ex vobis volens ædificare turrim, nonne prius sedẽs computat sumptus, qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum &c. quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare? lib.18. c.12.nu.3.

Sic ergo omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. lib. 1.c.7.nu.5. lib.2.c.7.nu.10. & cap.15.num.59. & cap.16.num.1.4. & lib.4.c.41.nu.9.10.

Cap. 15. *Quis ex vobis homo qui habet centum oues, & si perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat, donec inueniat eam? lib.2.c.12. nu.14. & lib.4. c.3.nu.22.*

Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmam vnam, nonne accendit lucernã, & euertit domum, & quærit diligenter, donec inueniat eam. lib.3.c.24.nu.1.

Gaudium est Angelis super vno peccatore pœnitentiam agente. lib.1.c.2.nu.8.

Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescentior ex illis patri, Da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit, & dimisit illis substantiam, & non post multos dies congregatis omnibus adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriosè. lib.14.c.6.nu.16.17. & c.18. nu.24. & lib.18.c.11.nu.27.

Et postquam omnia consummasset, facta est fames valida in regione illa, et ipse cœpit egere, & abijt, & adhæsit vni ciuium regionis illius, & misit illum in villam suam, vt pasceret porcos, & cupiebat implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat. lib.2.c.18.n.26. 27. & lib.14.c.6.nu.16.17.

In se autem reuersus dixit. lib.11.c.2.nu.23. lib.18. c.11.nu.27.

Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo! lib.6.c.10.nu 21. & lib.11.c.2.nu.23. & lib.14.c.18.num.25. lib.18.c.11.nu.27.

Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei, Pater, peccaui in cælum, & coram te. lib.18.c.11.n.27.

Fac me sicut vnum de mercenarijs tuis. lib.14.c.18. nu.25. & lib.18.c.11.nu.27.

Cum longe adhuc esset vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum. lib.6. cap. 6.30.

Cito proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manum eius, & calceamentum in pedes eius, & adducite vitulum saginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur, quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est. libro 6.cap.6. nu.30. & lib.7. c.8. num.10.

Frater tuus hic mortuus fuerat, & reuixit; perierat, & inuentus est. lib.3.c.17.nu.14.

Quia filij huius sæculi, prudentiores sunt filijs lucis in generatione sua. lib.2.c.16.nu.23. Cap. 16.

Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. lib.1.c.24.nu.29. & lib.2.c.15.nu.30.36.37. lib. 5.c.10.nu.75.

Et si in alieno fideles non fuistis, quod verum est, quis dabit vobis? lib.1.cap.24.nu.1. & lib.4.cap. 39.nu.19.

Audiebant autem hæc omnia Pharisæi, qui erant auari, & deridebant illum. libro 2.cap.18.numero 23.

Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem. lib. 3. cap. 7. num.53.

Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide. lib.2. c.15.num.43. & lib.1.c.1.nu.15.50.55. & lib.4. c.39.nu.22.

Factum est autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ &c. lib.4. c. 38.nu.3.

Mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno: Eleuans autem oculos suos cum esset in tormentis, vidit Abraham a longe, & Lazarum in sinu eius. & ipse clamans, dixit. Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguã meam, quia crucior in hac flamma. lib.1.cap.1. nu.50.55. & lib.4.cap.1.nu.44.45.46. & c.38. nu.3.4.5.6.7.8.9.10. & cap.39.nu.19. & lib.5. cap.10. num.25. & libro 9. cap. 9. numero 5. & libro 14.cap.3. num.5.6.7.8. & libro 9. cap. 3.num.8.

Filij recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. lib.2.c.15.nu.4. & lib.2. c.18.nu.11. & lib.4.c.17.nu.17. & lib.5.c.9.nu. 11. & lib.4.c.39.nu.3. & lib.9.c.15 n.12. & lib. 14.c.3.nu.5.6.7. & c.16.nu.21.

Rogo ergo pater, vt mittas eum in domum patris mei: habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. lib.9.c.3.nu.20.

Si habueritis fidem sicut granum sinapis dicetis huic arbori moro, eradicare, & transplantare in mare, Cap 17.

& obedici vobis. libro 6. cap. 3 nu. 4.
Sic & vos tum feceritis hæc omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite: Serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. libro 2. cap. 9. num. 8. & lib. 8. c. 7. nu. 6. & lib. 11. c. 1. nu. 1. & lib. 16. cap. 13. nu. 6. 7. 8.
Iesu præceptor miserere nobis. lib. 2. c. 14. nu. 10.
Nonne decem mundati sunt? & nouem vbi sunt? lib. 2. c. 14. nu. 10.
Non est inuentus qui rediret & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. lib. 2. c. 14. nu. 11. 12.
Ecce enim regnum Dei intra uos est. lib. 16. cap. 12. num. 25.
Memores estote vxoris Loth. lib. 9. c. 22. nu. 1. 6. & lib. 2. c. 3. nu. 14.
Cap. 18. Quoniam oportet semper orare, & non deficere. lib. 13. c. 3. nu. 9.
Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deū non timebat & hominem non reuerebatur: vidua autem quædam erat in ciuitate illa, & veniebat ad eum dicens, Vindica me de aduersario meo. lib. 13. c. 3. nu. 29. 30. & cap. 6. nu. 4.
Si duo ex vobis cōsenserint super terram de omni re, quamcumque petierint fiet illis. lib. 3. c. 29. nu. 4.
Putas, filius hominis veniens inueniet fidem in terra? lib. 5. c. 5. nu. 7. & lib. 6. c. 3. nu. 4. 9.
Dixit ad quosdam qui in se confidebant tamquam iusti, & aspernabantur ceteros, parabolam istam, Duo homines ascendebant in templum, vt orarent, vnus Pharisæus, & alter Publicanus. lib. 8. c. 5. nu. 14.
Pharisæus autem stans, hæc apud se orabat, dicens: Gratias tibi ago Deus, quia non sum sicut ceteri hominum, raptores, iniusti, adulteri, velut etiam hic Publicanus, ieiuno bis in sabbatho, decimas do omnium quæ possideo. libro 1. cap. 12. nu. 16. lib. 2. c. 13. nu. 15. 33. lib. 3. c. 19. nu. 33. lib 16. c. 13. nu. 5. lib. 1. c. 3 nu. 10. lib. 9. c. 1 nu 32. lib. 18. c. 8. nu. 12. & lib. 6. c. 1. nu. 7. lib. 8. c. 7. nu. 6. libro 16. c. 13. nu. 51. 52.
Publicanus a longe stans nolebat, nec oculos ad cælum leuare, sed percutiebat pectus suum, dicens, Deus propitius esto mihi peccatori. lib. 3. c. 19. n. 15. & c. 22. nu. 20. 21. & c. 25. nu. 4. & lib. 6. c. 1. nu. 7. & lib. 8. c. 6. nu. 3. lib. 14. c. 10. nu. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. lib. 16. c. 13. nu. 5.
Dico vobis, Descendit hic iustificatus in domū suam, ab illo. lib. 2. c. 4. nu. 28. & lib. 3. c. 22. nu. 20. 21. lib. 8 c. 5. nu. 14.
Quia omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. lib. 1. c. 20. nu. 21. lib. 8. c. 6. nu. 12.
Quid tibi vis faciam, at ille dixit, Domine, vt videā. lib. 18. c. 19. nu. 5.
Cap. 19. Et ecce vir nomine Zachæus, & hic princeps erat Publicanorum, & ipse diues, & quærebat videre Iesum quis esset, & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat, & præcurrens ascendit in arborem sycomorum, vt videret eum, quia inde transiturus erat. lib. 3. c. 11. nu. 37. & lib. 4. c. 38. nu. 20.
Zachæe festinans, descende, quia hodie in domo tua oportet me manere, & festinans descendit, & excepit illum gaudens. lib. 4. c. 42. nu. 11. & lib. 5. c. 10. num. 51. lib. 13. cap. 1. num. 26. lib. 18. cap. 11. num. 22.
Ecce dimidium bonorum meorum Domine, do pauperibus, & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. lib. 2. cap. 15. nu. 50. lib. 5. cap. 10. num. 22.
Quia hodie salus huic domui facta est. lib. 2. cap. 15. num. 50. & lib 18. cap. 11. num. 22. & lib. 13. c. 1. nu. 26.
Domine, ecce mna tua, quam habui repositam in sudario: timui enim te, quia homo austerus es, tollis quod non posuisti, & metis quod non seminasti. lib. 9. c. 22. nu. 13. lib. 13. c. 12. nu. 9. libro 16. c. 10 nu. 4. 5.
Et quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego veniens cum thesauris excessissem vtique illud? lib. 13. c. 12. nu. 9. & lib. 16. c. 10. nu. 4.
Videns ciuitatem flenit super illam. lib. 14. c. 17 nu. 7. 8. & lib. 18. c. 7. nu. 1.
Cap. 20. Accesserunt quidam Sadducæorum, qui negant resurrectionem. lib 3. c. 13. nu. 6. 7. 8. 9.
Cap. 21. Vere dico vobis, quia vidua hæc pauper, plusquam omnes misit, &c. libro 5. c. 10. nu. 67. & num. 13. & 14.
Et capillus de capite vestro non peribit. lib. 1. c. 12. num. 54.
In patientia vestra possidebitis animas vestras. lib. 2. c. 17. nu. 17. & lib. 14. c. 1. nu. 30.
Videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna, & maiestate. libro 2. cap. 3. num. 8.
Attendite autem vobis ne forte grauentur corda vestra crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ, & superueniat in vos repentina dies illa. lib. 1. c. 1. nu. 19. 20.
Væ prægnantibus, & nutrientibus illis diebus. lib. 13. c. 21. nu. 10. 17.
Cap. 22. Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo. lib. 2. c. 1. nu. 20.
Simon, ecce satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum. lib 2. c. 5. nu. 12. & c. 8. num. 34. & lib. 4. cap. 24. nu. 8.
Verumtamen non mea voluntas fiat, sed tua. lib. 18. c. 19. nu. 5. 6.
Factus in agonia orauit prolixius. libro 3. cap. 10. num. 69.
Iuda osculo filium hominis tradis. lib. 3. c. 10. n. 99. & c. 28. nu 8.
Et percussit vnus ex illis seruum principis sacerdotum, & amputauit auriculam eius dexteram: Respondens autem Iesus, ait, Sinite vsque huc, & cum tetigisset auriculam eius, sanauit eum. lib. 3. c. 10. nu. 100.
Tunc comprehendentes eum, duxerunt ad domum principis sacerdotum. lib. 3. c. 10. nu. 100.
Petrus vero sequebatur a longe. libro 3. cap. 10. nu. 101.
Et conuersus Dominus respexit Petrum, & recordatus est Petrus verbi Domini, sicut dixerat: Priusquam gallus cantet, ter me negabis, & egressus foras Petrus, fleuit amare. lib. 10. c. 2. nu. 11. & lib. 4. c. 26. nu. 6. 12. 15.
Cap. 23. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo, & illusit indutum veste alba, & remisit ad Pilatum. lib. 3. c. 10. nu. 102.
Et facti sunt amici Herodes, & Pilatus in ipsa die, nam antea inimici erant adinuicem. lib. 3. ca. 10. nu. 102. & lib. 11. c. 17. nu. 9.
Crucifige, crucifige eum. lib. 3. c. 6. nu. 21.
Filiæ Ierusalem nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros. lib. 9. c. 16. nu. 9.
Tunc, incipient dicere montibus cadite supernos, & collibus, operite nos. lib. 9. c. 9. nu. 22. 23.
Pater dimitte illis, non enim sciunt, quid faciant. lib. 3. c. 10. nu. 99. & nu. 79. 80.
Domine memēto mei cum veneris in regnum tuum. lib. 3. c. 10. nu. 80. 81.
Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso. lib. 3. c. 10. nu. 105. & nu. 80. & c. 11. nu. 53.
Erat autem fere hora sexta, & tenebræ factæ sunt in vniuersam terram. lib. 3. c. 10. nu. 8.
Pater in manus tuas commendo spiritum meum. lib. 3. c. 10. nu. 85. 86.
Cap. 24. Pax vobis. lib. 14. c. 5. nu. 30. 31.
Iesum Nazarenum virum approbatum a Deo. & c. lib. 3. c. 7. nu. 27.
Qui fuit potens opere, & sermone. lib. 13. c. 6. nu. 16.
Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, cum nobis loqueretur in via? lib. 1. c. 18. nu. 1. 14. & lib. 6. c. 3. nu. 13.
Sic oportebat pati Christum, & resurgere a mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum in omnes gētes. lib. 3. c. 10. nu. 65. & c. 14. nu. 25. 26.

Ex Euangelio Ioannis.

Cap. 1. IN principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, & c. in hunc mundum. lib. 3. c. 6. nu. 18. lib. 9. ca. 6 num. 20. 21. 22. 27.
Omnia per ipsum facta sunt. lib. 8. c. 5. nu. 22.
Mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit lib. 11. c. 12. nu. 38. & lib. 11. c. 12. nu. 14. 38.
Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. lib. 3. c. 20. nu. 5. & lib. 7. c. 8. nu. 9. lib. 14. c. 6. nu. 9.
Erat lux vera quæ illuminat omnem hominē venientem in hunc mundum. lib. 3. c. 7. nu. 53.
Et verbum caro factum est. lib. 3. c. 5. nu. 48. & lib. 9. c. 6. nu 22.
Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a Patre plenum gratiæ, & veritatis. lib. 1. c. 1. n. 28. lib. 2. c. 4. nu. 2.
Qui post me venturus est, ante me factus est, quia prior me erat, cuius ego non sum dignus, vt soluam eius corrigiam calceamenti. lib. 3. cap. 5. num. 86. 87. & lib. 9. cap. 6. num. 8. & lib. 16. c. 13. nu. 7.
Et de plenitudine eius omnes nos accepimus, & gratiam pro gratia. lib. 11. c. 6. nu 11.
Gratia, & veritas per Iesum Christum facta est. lib. 3. c. 10. nu. 11.
Ego vox clamantis in deserto dirigite viam Domini. lib. 9. c. 6. nu. 2.
Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. lib. 3. c. 1. nu. 55. lib. 4. c. 7. nu. 27. lib. 9. c. 6. nu. 18.
Sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, super quem videris spiritum sanctum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu. lib. 3. c. 5. nu. 23.
Rabbi, tu es filius Dei, tu es rex Israel. lib. 14. ca. 25. num 1.
Videbitis cælum apertum, & angelos Dei ascendentes, & descendentes supra filium hominis. lib. 3. c. 14. nu. 11.
Cap. 2. Vocatus autē est Iesus, & discipuli eius ad nuptias. lib. 18. c. 15. nu. 43. 44.
Fili vinum non habent. lib. 11. c. 6. nu. 55.
Quid mihi, & tibi est mulier? lib. 6. c. 5. n. 4. & lib. 15. c. 5. nu. 12.
Cap. 3. Quod natum est ex carne, caro est, & quod natum est ex spiritu spiritus est. lib. 16. c. 12. nu. 8.
Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, sed nescis, unde veniat, aut quo vadat. lib. 4. c. 27. n. 10.
Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternā. li. 3. c. 5. n. 84. & c. 10. nu. 12. & c. 11. nu. 23.
Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. lib. 1. c. 1. nu. 24. & lib. 2. c. 13. nu. 35. & c. 20. nu. 2.
Non enim misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum lib. 2. c. 11. nu. 12. 32.
Qui autē non credit iam iudicatus est. lib. 6. c. 3. n. 20
Dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem. lib. 8. c. 6. nu. 12.
Qui habet sponsam sponsus est. lib. 1. c. 5. nu. 9. lib. 4. c. 7. nu. 27. lib. 9. c. 6. nu. 8. 18.
Amicus autem sponsi qui stat, & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. lib. 9. c. 6. nu. 8. lib. 10. c. 7. num. 14. & lib. 14. c. 26. nu. 31.
Illum oportet crescere, me autem minui. lib. 3. cap. 7. nu. 53. lib. 9. c. 6. n. 18.
Qui credit in filium habet vitam æternam, qui autem incredulus filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum. lib. 11. c. 2. nu 4.
Cap. 4. Venit autem mulier de Samaria haurire aquam. lib. 5. c. 13. nu 15.
Si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam. lib. 18. c. 2. nu. 22.
Qui biberit ex hac aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, sed fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. lib. 7. c. 8. n. 7. lib. 16. c. 12. nu. 7. lib. 18. c. 2. nu. 22.
Cibum habeo manducare quam vos nescitis. lib. 14. c. 23. nu. 5.
Meus cibus est vt faciam voluntatem eius, qui misit me. lib. 2. c. 7. nu. 40.
Cap. 5. Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. lib. 3. c. 24. nu. 10.
Ecce sanus factus es; iam noli peccare. lib. 14. ca. 7. nu. 5 lib. 3. c. 19. nu. 22.
Ne deterius tibi aliquid contingat. lib. 14. c. 12. nu. 11. lib. 17. c. 3. nu. 31.
Pater nō iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio, & c. quia filius hominis est. lib. 9. c. 9. nu. 11. 75. lib. 16. c. 1. nu. 9.

Non possum ego a me ipso facere quicquam sicut audio iudico.lib.9.c.8.nu.8.

Venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei,& qui audierint, viuent; & procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ,qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicij.lib.6.c.3.nu.2.

Quomodo potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis,& gloriam,quæ a solo Deo est, non quæritis? lib.1.c.20.nu.7.10.15.& lib.7.c.5.num.7. & lib. 18.c.1.nu.12.13.14.16.17.24.40.

Amen,amen dico vobis,quia qui verbum meum audit,& credit ei qui misit me, habet vitam æternã, & in iudicium non venit; sed transiet a morte in vitam.lib.18.c.16.nu.23.

Ille erat lucerna ardens,& lucens. lib.3.c.7.nu.53. lib.9.c.6.nu.15.16.lib.14.c.29.nu.30.& lib.18. c.15.nu.40.

Et iudicium meum iustum est quia non quæro volũtatem meam,sed eius qui misit me.lib.9.c.8.nu.8. lib.18.c.19.nu.1.

Cap. 6. *Post hæc abijt Iesus trans mare Galilææ. lib.14.c.1. nu.8.*

Colligite quæ superauerunt ne pereant.lib.2. ca. 14. nu.14.

Operamini cibum non qui perijt, &c.lib.7.c.2.nu.3.

Ego sum sum panis vitæ, qui de cælo descendit,qui manducat ex hoc pane viuet in æternum. li.11.c. 3.nu.4.lib.1.c.8.nu.3.& lib.5.c.12.nu.11.& lib. 1.c.5.nu.6.

Erunt omnes docibiles Dei.lib.2.c.1.nu.22.

Amen Amen dico vobis, nisi manducaueritis meã carnem, & biberitis meum sanguinem non habebitis vitam in vobis.lib.5.c.12.nu.2.6.& lib.16. c.1.nu.10.

Caro mea vere est cibus,& sanguis meus vere est potus.lib.5.c.12.nu.2.6.

Qui manducat meam carnem,& bibit meum sanguinem,in me manet,& ego in eo.lib.5.c.12.nu.6.

Durus est hic sermo,& qui potest eũ audire?lib. 15. c.7.nu.1.2.lib.18.c.3.nu.12.

Nemo potest venire ad me,insi Pater meus qui misit me traxerit eum.lib.1.c.1.nu.12.& lib.7. cap.9. num.13.

Ego sum resurrectio,& vita,& ego resuscitabo cũ in nouissimo die lib.3.c.13.nu.7.8.

Numquid,& vos vultis abire?lib.15.c.7.nu.1.2.3. 4.5.6.7.8.lib.18.c.3.nu.12.

Respondit ei Simon Petrus,Domine,ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes.lib.16.c.8.nu.5. lib. 18. c.3.nu.12.

Cap. 7. *Vbi est ille?lib.14.c.6.n.14.*

Quidam enim dicebant,quia bonus est,alij autem nõ, sed seducit turbas. lib.3.c.8. nu.10.

Nolite iudicare secundum faciem; sed iustum iudicium iudicate. lib.9. c.10.nu.8.

Si quis sitit,veniat ad me,& bibat. li.1.c.25.nu.1.5. & lib.3.c.10.nu.49.& lib.8.c.8.nu.22.lib.16.c. 10.nu.1.2.& lib.18.c.2.nu.22.

Qui credit in me,sicut dicit scriptura,flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. lib.1.c.25. nu.5. lib.7. c.8.nu.7.8. lib.16.c.4.nu.21. lib.16.c.12.nu.7. 44.52.

Hoc autem dicebat de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.lib.1.c.25.nu.1. lib.3.c.10.nu. 49.lib.7.c.8.nu.7.lib.16.c.12. nu.44.52.

Cap. 8. *Iesus autem perrexit in montem Oliueti.lib.3.c.16. nu.14.*

Qui sine peccato est vestrum primus in eam lapidem mittat.lib.3.c.22.nu.16.

Nec ego te condemnabo,vade,& amplius noli peccare.lib.4.c.11.nu.29.

Ego non iudico quemquam,& si iudico ego, iudiciũ meum verum est.lib.9.c.8.nu.8.

Si vos manseritis in sermone meo,vere discipuli mei eritis,& cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos.lib.9.c.13.nu.11.lib.9.c.13.num.4.lib.1. c.17.nu.17.

Omnis qui facit peccatum,seruus est peccati. lib.2. c.15.nu.66.lib.7.c.8.nu.35. lib.9.c.13.nu.4.11. lib.10.c.4.nu.7.lib.14.c.6.nu.44.

Seruus autem non manet in domo in æternum;filius autem manet in æternum.lib.9.c.13.nu.11.

Si ergo filius liberauerit,vere liberi estis. lib.9.c.12. nu.11.& lib.10.c.4.nu.16.

Sermo meus non capit in vobis. lib.16.c.10.nu.38.

Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere.lib.14.c.17.nu.27.

Ille homicida erat ab initio,& in veritate non stetit; quia non est veritas in eo, cum loquitur mendacium,ex proprijs loquitur,quia mendax est,& pater eius.lib.16c.8.nu.23.24.

Cap. 9. *Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est.lib.18.c.17. nu.7.*

Operamini dum dies est, veniet nox, quando nemo potest operari.lib.17.c.1.nu.4.5.

Schisma erat inter eos.lib.14.c.4.nu.4.

Ego in iudicium veni in hunc mundum, vt qui non vident, videant,& qui vident non videant.lib.3. c.19. nu.22.

Si cæci essetis,non haberetis peccatum,nunc vero dicitis,quia videmus,peccatum vestrum manet. lib. 3.c.4.nu.4.& c.19.nu.22.

Cap. 10. *Amen,amen dico vobis, quia ego sum ostium, per me siquis introierit,saluabitur,& ingredietur,& gredietur,& pascua inueniet. lib.18.c.9.nu.7.*

Ego sum pastor bonus. lib.18.c.8.nu.2.

Et non rapiet quisquam de manu mea. lib.4. cap.18. nu.20.

Cap. 11. *Domine iam fœtet,quatriduanus est. lib.14.c.8.nu. 28.29.30.31.32.33.*

Tollite lapidem. lib.18.c.8.nu.6.

Vbi posuistis eum? veni,& vide.lib.3.c.22.nu.33.

Lazare exi foras. lib.14.c.21.nu.43. lib.18.c.8.nu. 6.lib.3.c.22.nu.33.

Et lachrymatus est Iesus.lib.4.c.1.nu.35.

Si dimittimus eum sic,venient Romani, & tollẽt locũ nostrum,& gentem.lib.3.c.10. nu.10.

Vos nescitis quicquã; videtis quia nihil proficimus, hic homo multa signa facit.lib.4.c.22.nu.13.14.

Cap. 12. *Nisi granum frumenti cadens in terra,mortuum fuerit,ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. lib.3.c.10.nu.61.*

Si quis mihi ministrat,me sequatur.li.8.c.5.n.28

Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.lib.18.c.15.nu.42.

Qui amat animam suam, perdet eam. lib.1.c.11.nu. 10.lib.18.c.15.nu.41.

Nunc

Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras.lib.3.c.5.nu.64.& lib.4.c. 34.nu.11.& lib.11.c.12.nu.28.

Ambulate dum lucem habetis, ne tenebræ vos comprehendant.lib.9.c.22.nu.33.

Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum.lib.1.c.1.nu.17.& lib.2.c.13.nu.6.7.

Iesus autem non credebat eis semetipsum.lib.15.c.5. num.3.

Verumtamen ex principibus multi crediderunt in eum,sed propter phariseos non confitebantur, vt de synagoga non ejicerentur.lib.1.c.20.nu.15.& lib.18.c.1.nu.12.

Dilexerunt enim gloriam hominum magis quàm gloriam Dei.lib.1.c.20.nu.7.15.& lib.3.c.11.num. 33.& lib.7.c.5.nu.7.& lib. 18.c.1.nu.12. 13. 14.15.24.

Sermo quem locutus sum,ille iudicabit eum in nouissimo die.lib.16.c.10.nu.13.

Cap. 13. *Exemplum enim dedi vobis vt quemadmodum ego feci vobis,ita,& vos faciatis.lib.8.c.7.nu.1.*

Cum hæc dixisset Iesus,turbatus est spiritu. lib. 14. c.2.nu.9.

Et post buccellum introiuit in eum sathanas.lib.4.c. 42.nu.11.

Mandatum nouũ dedi vobis,vt diligatis inuicem sicut dilexi vos,vt,& vos diligatis inuicem.lib. 1. c.15.nu.12.13.14.24.& lib.3.c.2.nu.27.& lib.3. c.2.nu.37.

In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionẽ habueritis ad inuicem.lib.1.c.12.nu.6. & c.15.nu.5.12.13.& lib.3.c.2.nu.9.

Cap. 14. *Non turbetur cor vestrum creditis in Deum, & in me credite, in domo patris mei mansiones multæ sunt.lib.15.c.2,nu.22.23.24.*

Si quo minus dixissem vobis,quia vado parare vobis locum,& si abiero, & præparauero vobis locum, iterum venio, & accipiam vos ad me ipsum, vt vbi sum ego,& vos sitis.lib.3.c.14.nu.29.

Ego sum via,veritas,& vita.lib.2.c.6.nu.7.8.

Qui credit in me,opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet.lib.3.c.14.nu.14.nu. 27. lib.2.c.7.nu.3.

Et quodcumque petieritis patrem,in nomine meo, hoc faciem.lib.13.c.9.nu.17.

Et ego rogabo patrem,& alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum,spiritum veritatis quem mundus non potest accipere,quia non videt eum, nec scit eum, vos autem cognoscitis eum;quia apud vos manebit, & in vobis erit. lib. 11.c.12.nu.4.& lib.16.c.12.nu.16.51.

Vos autem videtis me,quia ego viuo,& vos viuetis lib.3.c.13.nu.25.

Si quis diligit me,sermonem meum seruabit,qui non diligit me sermones meos non seruat.lib.16.c.12. nu.58.

Paracletus autem,spiritus sanctus quẽ mittet Pater meus in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcumque dixero vobis. lib.18.c.12.nu.11.63.

Si diligeretis me,gauderetis vtique, quia vado ad Patrem.lib.1.c.11.nu.4.

Venit enim princeps huius mundi,& in me non habet quicqoam.lib.2.c.8.nu.12.& lib.3,c.9.n.41.

Surgite eamus hinc.lib.11.c.12.nu.22.

Cap. 15. *Non enim vos me elegistis,quæ ego elegi vos. lib.1. c.23.nu.29.*

Manete in dilectione mea. lib.3.c.2.nu.25.

Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso,nisi manserit in uite,sic nec vos nisi in me manseritis,&c.quia sine me nihil potestis facere.li.7.c.9. nu.7-9.13.16.19.& lib.14.c.24.nu.12.

Hoc est præceptum meum,vt diligatis inuicem sicut dilexi vos.lib.1.c.12.nu.7.35.

Maiorem charitatem nemo habet,quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis.lib.1.c.19.n.11. & lib.2.c.12.nu.35.& lib.3.c.2.nu.3.4.5.

Vos amici mei estis si feceritis quæ ego præcipio vobis.lib.1.c.19.nu.15.& lib.2.c.8.n.31.& lib.6. c.3.nu.23.

Vos autem dixi amicos;quia omnia quæcumque audiui a patre meo,nota feci vobis. lib.1. cap.19. nu.15.

Ego elegi vos, & posui vos, vt fructum afferatis, & fructus vester maneat.lib.2.c.14. nu.8.

Si non venissem, & locutus eis non fuissem eis, peccatum non haberent; nunc autem excusationem non habent de peccato suo. lib.3.c.15. num.12.& lib.18.c.2.nu.17.

Cap. 16. *Expedit vobis,vt ego vadam,&c. lib.1.c.11.nu.5.*

Si enim non abiero,paracletus nõ veniet ad vos; sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum.lib.3.c.14.n.25.29.33.

Mundus autem gaudebit; vos autem contristabimini.lib.7.c.2.nu.15. lib.17.c.6. nu.3.

Sed tristitia vestra vertetur in gaudium.lib.3.c.14. nu.26.lib.7.c.2.nu.15.lib.17.c.6.nu.3.

Mulier cum parit,tristitiam habet, quia venit hora eius; cum autem pepererit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundo. lib.17.c.4 nu.6.

Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis.lib.17. c.4.nu.6.7.

Vsque modo non petistis quicquam in nomine meo, petite,& accipietis, vt vestrum gaudium sit plenum.lib.13.c.9.nu.18.

In mundo pressuram habebitis. lib.2. cap.9.nu.31. lib.6.c.9.nu.9.12.& lib.6.c.11. nu.25.& lib.9. c.15.nu.1.lib.17.c.6.nu.3.

Confidite, ego vici mundum.lib.2.c.8. nu.41. & lib. 6.c.9. nu.9.lib.9.c.15.nu.1. lib.17. c.6.nu.3.

Hæc locutus sum vobis,vt in me pacem habeatis. lib. 14.c.5.nu.26.

Et nunc clarifica me tu Pater apud temetipsum, claritate quam habui priusquam mundus fieret apud te.lib.3.c.13.nu.14.

Cap. 17. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum & quem misisti Iesum Christũ.lib.2.ca. 4. nu.30.lib.6.c.3.nu.20.*

Pater oro vt omnes vnum sint, sicut tu Pater,& ego vnum sumus.lib.1.c.23.nu.30.

Pater volo vt vbi ego sum illic sit, & minister meus. lib.1.c.23.nu.30.& lib.4.c.21.nu.10.

Oro Pater, vt sicut tu Pater in me,& ego in te, & vt ipsi in nobis vnum sint.lib.1.c.23.n.30.lib.2.c.4. num.1.

Iterum,venio,& accipio vos ad me ipsum,vt vbi ego sum,& vos sitis.lib.4.c.21.nu.10.

Hæc

Cap. 18. *Hæc cum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, vbi erat hortus. lib. 3. c. 10. nu. 33.*

Regnum meum non est de hoc mundo. lib. 2. cap. 16. nu. 23.

Cap. 19. *Dicit ei Pilatus, mihi non loqueris. lib. 3. c. 10. n. 91.*

Nescis, quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te? lib. 9. c. 8. nu. 8.

Non haberes potestatē aduersum me vllam, nisi datum esset desuper. lib. 2. c. 8. nu. 34.

Et bajulans sibi crucem, exiuit in eum qui dicitur Calvariæ locum, Hebraice autem Golgotha. lib. 3. c. 10. nu. 103. 104. & c. 10. nu. 7. 14. 19. 60.

Scripsit autem titulum Pilatus, & posuit super crucem. lib. 3. c. 10. nu. 105.

Quod scripsi, scripsi lib. 3. c. 11. nu. 49.

Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. lib. 3. c. 2. nu. 28. & lib. 4. c. 28. nu. 6.

Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius, Maria Cleophæ, & Maria Magdalenæ. lib. 3. c. 10. nu. 106. lib. 11. c. 6. nu. 94.

Mulier ecce filius tuus, & deinde dicit discipulo, ecce mater tua. lib. 3. c. 10. nu. 39.

Postea sciens Iesus, quia omnia consummata sunt, vt consummaretur scriptura, dicit, sitio. lib. 3. c. 10. nu. 83.

Illi autem spongiam plenam aceto hyssopo circumponentes obtulerunt ei. lib 3. c. 9. nu. 30.

Consummatum est. lib. 3. c. 10. nu. 85.

Vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis, & aqua. lib. 3. c. 10. nu. 54. & lib. 5. c. 12. nu. 39.

Cap. 20. *Si tu sustulisti eum, dicito mihi, & ego eum tollam. lib. 1. c. 2. nu. 11.*

Noli me tangere. lib. 4. c. 1. nu. 33.

Hæc cum dixisset, insufflauit, & dicit eis, accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. lib. 16. c. 1. nu. 9. 10. & lib. 16. c. 12. n. 27. 28.

Cap. 21. *Postea manifestauit se iterum Iesus ad mare Tiberiadis. lib. 3. c. 13. nu. 20.*

Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis, miserunt ergo, & iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium. lib. 18. c. 2. nu. 24.

Simon Ioannis, diligis me plus his? tu scis quia amo te. lib. 9. c. 6. nu. 31.

Dicit ei pasce agnos meos, pasce oues meos. lib. 1. c. 15. nu. 22. lib. 3. c. 2. nu. 5. & c. 5. nu. 27. lib. 14. c. 31. nu 7.

Conuersus Petrus vidit illum discipulum quem diligebat Iesus. lib. 9. c. 6. nu. 25. 27.

Qui & recubuit in cena super pectus eius. lib. 9. c. 6. nu. 21. 31. 32.

Si sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? lib. 9. c. 6. n. 27. 31.

Ex Actis Apostolorum.

Cap. 1. *Vos autē baptizabimini Spiritu sancto non post multos hos dies. lib 18. c. 5. nu. 5.*

Non est vestrum nosse tempora, vel momēta, quæ pater possuit in sua potestate. lib. 18. c. 5. nu. 1.

Cumque intuerentur in cœlum, ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis qui dixerunt. viri Galilæi quid statis aspicientes in cælū? hic Iesus qui assumptus est a vobis in cœlum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum. li. 3. c. 14. nu. 11. 18.

Tu Domine qui nosti corda omnium, ostende ex his duobus, quem elegeris, accipere sortem ministerij huius, & apostolatus. lib. 16 c. 3. nu. 3. 4. 5. Cap. 2.

Et cum complerentur dies pentecostes. lib. 16. c. 12. nu. 13. 20. 21.

Et factus est repente de cœlo sonus tamquam aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domum, vbi erant sedentes. lib. 5. c. 1. nu. 20. 21. & lib. 16. c. 12. nu. 19. 20. 49. 50. 55.

Et apparuerūt illis dispertitæ linguæ tamquā ignis. lib. 16. c. 12. nu. 14. 15. 19. 20.

Seditque supra singulos eorum. lib. 16. c. 12. num. 13. 20. 21.

Et repleti sunt omnes spiritu Sancto. lib. 9. c. 6. nu. 19.

Et cœperunt loqui varijs linguis, prout spiritus Sanctus dabat eloqui illis. lib. 16. c. 12. nu. 19. 20. 21. 50.

Petrus in medio eorum dixit, non vt vos æstimatis, ij ebrij sunt, &c. hoc est quod dictum est per prophetam Ioel, & erit in nouissimis diebus effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri, & filiæ vestræ. lib. 5. c. 1. nu. 20. 21.

Petrus, & Ioannes respondentes dixerunt ad eos si iustum est in conspectu Dei, vos potius audire, quàm Deum, iudicate. lib. 1. c. 23. nu. 15. 20. Cap. 4.

Non enim possumus quæ audiuimus, & vidimus, nō loqui. lib. 1. c. 23. nu. 15.

Et vocantes eos, denunciauerunt, ne omnino loquerentur, neque docerent in nomine Iesu. lib. 1. c. 23. num. 15.

Obedire oportet magis Deo quàm hominibus. lib. 16. c. 12. nu. 55.

Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. lib. 1. c. 19. nu. 2. & lib. 2. c. 15 nu. 24. 25. & lib. 3. c. 2. nu. 47. 21. & lib. 4. c. 40. nu. 4. lib. 5. c. 5. num. 2.

Quotquot enim possessiones habebant &c. eorum pretia ponebant ad pedes Apostolorum. lib. 2. ca. 15. nu. 25. 34.

Nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia lib. 2. c. 15. nu. 25. 24. Cap. 5.

Audiens autem Ananias hæc verba cecidit, & expirauit, & factus est timor magnus super omnes qui audierunt. lib. 6. c. 10. nu. 6. & lib. 15. c. 3 n. 6.

Dic mihi mulier si agrum tanti vendidisti? at illa dixit; tanti. Petrus autem ad eam &c. vsque expirauit. lib. 4. c. 18. nu. 5. lib. 9. c. 11. nu. 11. lib. 15. c. 3. num. 5.

Ita vt in plateas eijcerent infirmos, & ponerent in lectulis ac grabatis, vt veniente petro saltim vmbra eius obumbraret quemquam, & liberarentur ab infirmitatibus suis. lib. 3. c. 14. nu. 27. & lib. 14. c. 25. nu. 12.

Exurgens princeps sacerdotum, & omnes qui cum eo erant, repleti sunt zelo, & iniecerunt manus in eos, & posuerunt eos in custodia publica. Apostolos, & posuerunt eos in custodia publica. angelus autem Domini per noctē aperuit ianuas carceris, & educens eos, dixit, Ite, & stātes loquimini in templo plebi omnia verba vitæ huius. lib. 9. c. 15. nu. 3.

Ibant autem Apostoli gaudentes a conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. lib. 1. c. 2. nu. 13. & c. 23. nu. 20. & lib. 2. c. 4. nu. 24. & lib. 6. c. 9. nu. 14. 15. 16. & lib. 7. c. 4. nu. 2 & lib. 9. c. 15. nu. 9. 44.

Cap. 7. *Ecce video cælos apertos, & Iesum stantem a dextris virtutis Dei. lib. 2. c. 9. nu. 20. & lib. 3. c. 14. nu. 35*

Domine Iesu suscipe spiritum meum. lib. 1. c. 12. nu. 60.

Ne statuas illis hoc peccatum. lib. 1. c. 12. nu. 60.

Et cum hoc dixisset, obdormiuit in Domino. lib. 1. ca. 12. nu. 60.

Cap. 8. *Angelus autem Domini locutus est ad Philippū dicens, surge, & vade contra meridiē ad viam, quæ descendit ab Ierusalem in Gazam, hæc est deserta, & surgēs abijt, & ecce vir Aethiops Eunuchus potens Candaces reginæ Aethiopum, qui erat super omnes gazas eius venerat adorare in Ierusalem, & reuertebatur legens Esaiam prophetam, sedens que super currum suum, &c. lib. 16. c. 4. nu. 10.*

Cap. 9. *Vade, quoniam vas electionis est iste mihi, vt portet nomen meum, &c. lib. 14. c. 25. nu. 37. 41. 42.*

Saule, saule cur me persequeris. lib. 1. c. 15. nu. 23. & lib. 3. c. 12. nu. 15.

Domine quid me vis facere? lib. 18. c. 19 nu. 5.

In Ioppe fuit quædā discipula nomine Thabita plena bonis operibus, & Eleemosynis, quas faciebat, factum est autem vt infirmata moreretur, &c. Dorcas. lib. 5. c. 10. nu. 3.

Cap. 10. *Orationes tuæ & eleemosynæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei. lib. 5. c. 10. num. 3. & num. 27. 38.*

Surge Petre, occide, & manduca. lib 1. c. 1. num. 56. lib. 4. c. 32. nu. 3. lib. 9. c. 19. nu. 12. lib. 16. c. 7. nu. 17. lib. 18. c. 12. nu. 1.

Surge, & ipse ego homo sum. lib. 8. c. 5. nu. 26.

Hunc Deus suscitauit a mortuis tertia Die, & dedit eum manifestum fieri non omni populo, sed testibus præordinatis a Deo, idest nobis, qui māducauimus, & bibimus cum illo, postquam resurrexit a mortuis. lib. 3. c. 12. nu 21.

Cap. 12. *Oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo. lib. 13. c. 9. nu. 11. 12.*

Cum autem producturus esset Herodes Petrum, in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites vinctus cathenis duabus, & custodes ante ostium custodiebant carcerem, &c. caligas tuas. lib. 6. c. 9. nu. 16. lib. 14. c. 25. nu. 2.

Processit puella nomine Rhode ad portam, &c. Angelus eius est. lib. 1. c. 21. nu. 1.

Cap. 14. *Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum cælorum lib. 2. c. 6. nu. 24. & c. 9. nu. 10. 31.*

Viri fratres quid hæc facitis, & nos mortales sumus similes vobis, &c. dans pluuias de cælo. lib. 4. c. 3. nu. 24. 25. lib. 8. c. 7. nu. 2.

Cap. 15. *Quid tentatis imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus? lib. 11. c. 4. nu. 4.*

Cap. 16. *Transeuntes autem Phrygiam, & Galatiæ regionē, vetati sunt a Spiritu sancto loqui verbum Dei in Asia. lib. 14. c. 17. nu. 19.*

Visio autem per noctem facta est Paulo, vir Macedo quidam erat, &c. transiens in Macedoniam, adiua nos. lib. 4. c. 17. nu. 19.

Tremefactus procidit ante Paulum, &c. credēs Deo. lib. 5. c. 13. nu. 7.

Hi homines conturbant ciuitatem nostram, &c. nihil tibi male feceris, vniuersi enim hic sumus. lib. 1. c. 23. nu. 21.

Media autem nocte Paulus, & Silas orantes laudabant Deum, & audiebant eos qui in custodia erāt, subito vero terremotus factus est magnus, ita vt mouerentur fundamenta carceris. lib. 13. c. 3. nu. 14 & c. 9. nu. 20.

In quo viuimus, mouemur, & sumus. lib. 17. cap. 5. nu. 14. Cap. 17.

Vna autem sabbati cum venissemus ad frangendum panem, Paulus disputabat cum eis profecturus in crastinum, protaxitque sermonem vsque in mediā noctem; sedens autem quidam adolescens, &c. cecidit de tertio cenaculo deorsum, & subleuatus est mortuus. lib. 16. c. 10. nu. 24. Cap. 20.

Nisi quod Spiritus sanctus per omnes ciuitates mihi protestatur dicēs, quoniam vincula, & tribulationes Ierosolymis me manent, sed nihil horum vereor, nec facio animam meam pretiosiorem quā me, dummodo consumem cursum meum, & ministerium verbi, quod accepi a Domino Iesu testificari Euangelium Dei. lib. 14. c. 72. nu. 5. lib. 1. c. 1. nu. 17.

Quapropter conteſtor vos hodierna die; quia mūdus sum a sanguine omnium. non enim subterfugi, quominus annunciarem omne consilium Dei vobis. lib. 1. c. 3. nu. 7. lib. 14. c. 31. n. 2.

Per triennium nocte, & die non cessaui cum lachrymis monere vnumquemque vestrum. lib. 1. c. 14. nu. 27. & lib. 1. c. 3. nu. 7. lib. 14. c. 31. nu 2.

Scio, quod post discessum meum intrabunt in vos lupi rapaces, non parcentes gregi, & ex vobis ipsis exient, peruersa loquentes, vt abducant discipulos post se. lib. 8. c. 1. nu. 4.

Argentum & aurum nullius concupiui, sicut ipse scitis, quoniam ad ea quæ mihi opus erāt, & his qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ. lib. 2. c. 15. nu. 26. 27.

Hæc dicit Spiritus sanctus virū cuius est hæc zona, alligabūt in Ierusalē, & tradent in manus gentiū, quod cum audissemus, rogabamus nos, & qui loci illius erant, ne ascenderet Ierosolymam, tunc respondit Paulus, & dixit, quid facitis flentes & affligentes cor meum non solum alligari, sed & mori in Ierusalem paratus sum propter nomen Domini Iesu, & cum ei persuadere non possemus, quieuimus dicentes, Domini voluntas fiat. lib. 1. c. 14. nu. 27. Cap. 21.

Ego sum vir Iudæus natus Tarso Ciliciæ, nutritus autem in ista ciuitate secus pedes Gamalielis, æmulator legis, sicut vos scitis, iuxta veritatem paternæ legis, &c. lib. 16. c. 4. nu. 15. 16. Cap. 22.

Constans esto, sicut enim testificatus es de me in Ierusalem, sic te oportet Romæ testificari. lib. 2. c. 9. nu. 1. Cap. 23.

Opto omnes qui audiunt hodie fieri tales qualis ego sum, exceptis his vinculis. lib. 1. c. 2. num. 27. & lib. 11. c. 7. nu. 5. 6. Cap. 26.

Cum autem vehementi tempestate, sequenti die iactare- Cap. 27.

ctaremur, iactum fecerũt, ac tertio die nostris manibus armamenta nauis proiecimus, &c. septuaginta sex. lib. 5. c. 8. nu. 6.

Bono animo esto, uiri; amissio enim animæ nullius erit ex vobis præterquam nauis, astitit enim mihi hac nocte, &c. qui tecum nauigant. lib. 5. c. 8. nu. 4.

Cap. 28. Cum congregasset, Paulus autem Sarmentorum aliquantam multitudinem, & imposuisset super ignẽ vipera a calore, cum processisset, inuasit manum eius, vt viderunt vero barbari pendentem bestiã de manu eius, ad inuicem dicebant, vtique homicida est homo hic, qui cum euaserit de mari, vltio non sinit eum viuere. lib. 11. c. 15. nu. 6.

Ex epistola ad Romanos.

Cap. 1. Paulus seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Euangelium Dei, quod antea promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis, de filio suo. lib. 3. c. 5. nu. 93. lib. 9. c. 12. nu. 7.

Gratias ago Deo meo per Iesum pro omnibus vobis, quia fides vestra annunciatur in vniuerso mundo. lib. 6. c. 3. nu. 12. & c. 4. nu. 5.

Testis enim est mihi Deus, cui seruio in spiritu meo. lib. 1. c. 22. nu. 4. lib. 9. c. 13. nu. 7.

Reuelatur enim ira Dei de cælo super omnem impietatem, & iniustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iniustitia detinent, quia quod notũ est Dei, manifestum est in illis. Deus enim illis reuelauit. lib. 2. c. 10. num. 12. lib. 3. c. 15. num. 12. lib. 4. c. 12. nu. 13. lib. 10. c. 5. n. 3. 9.

Inuisibilia Dei a creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas, ita vt sint inexcusabiles qui cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt, &c. obscuratum est cor insipiens eorum dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. lib. 1. c. 18. nu. 8. lib. 3. c. 11. nu. 32. & lib. 14. c. 14. nu. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. & lib. 14. c. 20. nu. 10. lib. 18. c. 8. nu. 3. 4. & c. 13. nu. 11. & lib. 3. c. 15. nu. 12. lib. 4. c. 12. nu. 13. lib. 10. c. 5. nu. 3. 9.

Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrũ, & quadrupedum, & serpentum lib. 1. c. 18. nu. 8. lib. 14. c. 20. nu. 10. & lib. 18. c. 8. nu. 3. 4. & c. 13. nu. 11. lib. 3. c. 4. nu. 9. 10.

Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum in immunditiam, vt contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis, quia commutauerunt veritatem in mendacium, & coluerunt, & seruierunt creaturæ potius quam creatori. lib. 1. c. 18. n. 8. lib. 14. c. 20. nu. 10. lib. 18. c. 8. nu. 3. 4, & c. 13. nu. 11. lib. 1. c. 10. nu. 3. & lib. 2. c. 10. nu. 28. lib. 3. c. 18. nu. 14. lib. 8. c. 1. nu. 12. lib. 14. c. 5. nu. 10. 11. 11. 12. 13. 14. 15. 16. lib. 14. c. 14.

Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ, nam feminæ mutauerunt naturalem vsum in eum vsum, qui est contra naturam similiter, & masculi relicto naturali vsu, &c. li. 14. c. 14. n. 11.

Tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea, quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, &c. lib. 8. c. 1. nu. 10. 14. & & nu. 15.

Existimas autẽ hoc o homo qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies Iudicium Dei? lib. 4. c. 11. nu. 26. Cap. 2.

An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? lib. 1. c. 9 nu. 3. & lib. 2. c. 10. nu. 11. & c. 11. nu. 89 lib. 4. c. 6. nu. 13. & c. 7. nu. 34. & c. 5. nu. 1. lib. 4. c. 8. nu. 1. & c. 11. nu. 26.

An ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiã te adducit? lib. 1. c. 9. nu. 3. lib. 2. c. 10. num. 11. 26. 28. lib. 4. c. 11. nu. 26.

Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor tuum, thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique secundum opera eius. lib. 2. c. 10. nu. 11. 26. 28. & cap. 11. nu. 9. & c. 14. nu. 4. lib. 4. c. 7. num. 34. & c. 8. nu. 1. & c. 11. nu. 26. 27. lib. 9. c. 9. nu. 5.

Iis quidem qui secundum patientiam boni operis gloriam, & honorem, & incorruptionem quærũt, vitam æternam; vis autem qui sunt ex contentione & qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio, tribulatio, & angustia in omnem animam operantis hominis malum lib. 3. c. 2. nu. 35.

Cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt, faciunt, ipsi sibi sunt lex. lib. 4. cap. 27. nu. 5. lib. 10. c. 3. nu. 4. lib. 18. c. 3. nu. 2. & lib. 18. c. 14. nu. 8.

Testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium, in die cum iudicabit Deus occulta hominum. lib. 9. c. 9. num. 6. lib. 18. ca. 14. num. 8.

Qui ergo alium doces, teipsum non doces, qui prædicas non furandum, furaris, qui dicis non mœchandum, mœcharis, qui abominaris idola, sacrilegium facis? lib. 14. c. 28. nu. 36.

Non enim qui in manifesto, Iudæus est, neque quæ in manifesto, in carne est circumcisio, sed qui in abscondito, Iudæus est, & circumcisio cordis in spiritu non littera. lib. 9. c. 24. nu. 3. Cap. 3.

Et non sicut blasphemamur, & sicut aiunt quidam nos dicere, faciamus mala, vt veniant bona, quorum damnatio iusta est. lib. 6. c. 3. nu. 18.

Quia non est iustus quisquam, non est intelligens, aut requirens Deum. lib. 14. c. 18. nu. 2.

Vbi est ergo gloriatio tua? lib. 7. c. 6. nu. 3.

Quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo lib. 8. c. 5. nu. 1. lib. 14. c. 18. nu. 2.

Qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. lib. 3. c. 12. nu. 1. Cap. 5.

Iustificati ergo ex fide pacem habeamus ad Deum. lib. 14. c. 4. nu. 2.

Per quem habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. lib. 2. c. 6. nu. 5.

Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quòd tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spẽ, spes autem non confundit. lib. 1. c. 1. n. 29. lib. 5. c. 9. nu. 1. 10. lib. 6. c. 9. nu. 21. & lib. 6. c. 13. nu. 5. & nu. 13. lib. 7. c. 1. nu. 8. 16. & c. 8. n. 4. 5. lib. 9. c. 15. nu. 42. lib. 17. c. 4. nu. 3. 4. lib. 16. c. 11. nu. 11.

Quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. lib. 1. cap. 1. nu. 29.

nu. 29. & lib. 1. c. 9. nu. 10. & c. 18. nu. 15. & cap. 25. nu. 2. & lib. 3. c. 2. num. 35. lib. 6. c. 9. num. 21. lib. 16. c. 12. n. 39.

Vix enim pro iusto quis moritur; nam pro bono forsitan quis audeat mori? lib 3. c. 10. nu. 55.

Commendat autem charitatem suam Deus in nobis, quoniam si cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est, multo magis nunc iustificati in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum; si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius; multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius. lib. 1. c. 1. nu. 27. & lib. 2. c. 12. nu. 7. & lib. 3. c. 5. nu. 45. 46. 49. lib. 2. c. 13. nu. 35.

Propterea sicut per vnum hominem peccatum introiuit in hunc mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit. lib. 9. c. 18. n. 3.

Sed regnauit mors ab Adam vsque ad Moysem, etiã in eos qui non peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ, qui est forma futuri. lib. 3. c. 5. nu. 10. & c. 10. nu. 18. & lib. 9. c. 18. nu. 3.

Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. lib. 3. c. 5. n. 10. lib. 6. c. 3. nu. 18. lib. 8. c. 5. n. 15. 16

Cap. 6. Si enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem? lib. 3. c. 12. nu. 29.

Vt quomodo Christus resurrexit a mortuis per gloriam Patris, ita & in nouitate vitæ ambulemus. lib. 3. c. 13. nu. 1. & lib. 15. c. 8. nu. 4.

Qui enim mortuus est peccato, iustificatus est a peccato. lib. 3. c. 11. nu. 12.

Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quia simul etiam viuemus cum illo. lib. 3. c. 11. nu. 59. lib. 18. c. 10. num. 8.

Scientes quòd Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur; mors illi vltra non dominabitur, quod enim mortuus est peccato mortuus est semel, quod autem viuit, viuit Deo. lib. 3. c. 10. num. 45. lib. 18. c. 10. nu. 8.

Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius. lib. 1. ca. 10. nu. 8. & lib. 3. c. 1. nu. 29. 56. & c. 11. nu 9. lib. 9. c. 12. nu. 12. & lib. 10. c. 4. nu. 18. & lib. 14. ca. 8. nu. 22. 35. & lib. 15. c. 1. nu. 6. lib. 18. c. 13. nu. 1. lib. 2. c. 5. num. 29. 34.

Sed neque exhibeatis membra vestra, arma iniquitatis peccato, sed exhibete vos Deo, tamquã ex mortuis viuentes, & mẽbra vestra arma iustitiæ Deo. lib. 2. c. 7. nu. 16. 17 lib. 3. c. 1. num. 29. lib. 18. cap. 13. nu. 1.

Gratias autem Deo quod fuistis serui peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ, in qua traditi estis. lib. 18. c. 2. nu. 10. & c. 8. num 3.

Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ, sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ, in sanctificationem. lib. 1. c. 10. nu. 8. lib. 2. c. 8. nu. 39. & c. 17. nu. 8. & lib. 3. c. 1. nu. 29. lib. 9. c. 23. nu. 18. lib. 11. c. 3. nu. 9. & c. 4. nu. 9. lib. 18. c. 8. num. 10.

Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ, nunc ergo liberati a peccato, serui autẽ facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finẽ vero vitam æternam. lib. 10. c. 4. nu. 17.

Quem ergo fructum habuistis in illis, in quibus nunc erubescitis. lib. 14. c. 11. nu. 12.

Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam, &c. nam peccatum occasione accepta per mandatum seduxit me, & per illud occidit. lib. 14. c. 11. num. 9. & c. 17. nu. 26. Cap. 7.

Scimus autem quod lex spiritualis est; ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato. lib. 14. c. 17. nu. 26. lib. 10. c. 3. num. 10.

Quod enim operor, non intelligo, non enim quod volo bonum, hoc ago, sed quod odi malum, illud facio; nunc autem iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum, scio enim quia non habitat in me, hoc est in carne mea bonum, si autem quod nolo, illud facio, iam nõ ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. lib. 3. c. 1. nu. 33. lib. 2. c. 5. nu. 31. & c. 9. nu. 32. & lib. 3. c. 1. nu. 28. 30. 31. lib. 18. c. 14. nu. 2.

Non enim quod volo facio bonum, sed quod nolo malum, hoc ago. lib. 2. c. 5. nu. 29. lib. 14. c. 2 mum. 3. lib. 18. c. 14. nu. 2. 3.

Nam velle adiacet mihi, perficere autem bonum, non inuenio. lib. 2. c. 5. nu. 28. 30. & lib. 3. c. 1. num. 28. 30. 31. 32. 59. lib. 7. c. 9. nu. 18. 19. 20. 21. lib. 14. c. 7. nu. 20. lib. 18. c. 14. nu. 2. 3. 23. & c. 19. n. 14.

Condelector legi Dei secundum interiorem hominẽ. lib. 2. c. 5. nu. 28. 30. lib. 3. c. 1. n. 29. lib. 9. c. 12. nu. 11. lib. 10. c. 4. nu. 17. lib. 18. c. 14. nu. 2. 3.

Video autem aliam legem in mẽbris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem in lege peccati. lib. 2. c. 5. nu. 13. 28. 40. 41. lib. 3. c. 8. num. 2. & c. 1. num. 29. 35. lib. 18. c. 14. num. 2. 3. lib. 1. c. 25. nu. 7.

Infelix homo quis me liberabit de corpore mortis huius. lib. 1. cap. 14. num. 12. lib. 2. cap. 5 num. 27. & nu. 13. 33. lib. 3. c. 1. nu. 44. lib. 10. c. 4. nu. 13. lib. 14. c. 2. nu. 3. lib. 18. c. 14. nu. 2. 3. & c. 16. nu. 2. 5. & c. 19. nu. 9. 10.

Igitur ego ipse seruio mente legi Dei, carne autem legi peccati. lib. 1. c. 22. nu. 4. lib. 2. c. 5. nu. 28. 33. lib. 3. c. 1. nu. 31. 32. 33.

Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne. lib. 3. c. 5. nu. 10. & c. 9. nu. 45. & c. 10. nu. 45. 47. & c. 11. nu. 28. 29. Cap. 8.

Nam prudentia carnis mors est, prudentia autem spiritus vita, & pax. lib. 9. c. 17. nu. 15.

Quoniam sapientia carnis inimica est Deo, legi enim Dei subiecta non est, qui enim in carne sunt placere Deo non possunt. lib. 9. c. 17. nu. 15. 16. 17. li. 3. c. 1. nu. 43. 44. lib. 16. c. 11. nu. 12.

Vos autem in carne non estis, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitat in vobis. lib. 3. c. 1. nu. 43. 44.

Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem vita viuit propter iustificationem. li. 3. c. 1. nu. 8.

Ergo fratres debitores sumus, non carni, vt secundum carnem viuamus. lib. 3. c. 1. nu. 13. 29.

Si enim secundũ carnem vixeritis, moriemini, si autẽ spiritu, facta carnis mortificaueritis, viuetis. lib. 2. c. 5. nu. 26. & c. 7. nu. 38. & c. 9. nu. 27. & lib. 3. c. 1. nu. 13. nu. 29. & c. 11. nu. 24.

Quicumque enim spiritu Dei aguntur, ij filij Dei sunt.lib.2.c.8.nu.11.& c.9.nu.27.

Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore.sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei,in quo clamamus,abba,pater.lib.2.c.14.nu.8.& lib.9.c.13.nu.17.lib.1.c.9.nu.4.

Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro,quòd sumus filij Dei,si autem filij, & heredes, heredes quidem Dei, coheredes autem Christi.lib.2.c.8.nu.11.& lib.2.c.1.nu.22.

Si tamen compatimur,vt, & conglorificemur.Existimo enim quòd non sunt condignæ passiones huius temporis,ad futuram gloriam,quæ reuelabitur in nobis.lib.2.c.3.nu.3.7.17.& lib.6.c.9.nu.21.

Nam expectatio creaturæ, reuelationem filiorũ Dei expectat.lib.9.c.15.nu.23.24.

Vanitati enim creatura non volens subiecta est.lib.1.c.20.nu.9.lib.8.c.3.nu.12.

Quia, & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.lib.2.c.1.nu.10.

Simus enim quod omnis creatura ingemiscit,& parturit husque adhuc.lib.2.c.8.n.11.& lib.9.c.15.nu.24.

Non solum autem illa,sed, & nos ipsi primitias spiritus habentes,& ipsi intra nos gemimus adoptionẽ filiorum Dei, expectantes redemptionem corporis nostri.lib.2.c.8. nu.11.& lib.14.c.9.nu.6.lib.2.c.2.nu.15.& nu.vlt.& lib.7.c.4.nu.5.

Spe enim salui facti sumus.lib.2.c.2.nu.15.& c.4.n.16.& lib.3.c.13.nu.22.lib.7.c.4.nu.5.

Similiter autem,& spiritus adiuuat infirmitatem nostram.lib.2.c.8.nu.11.lib.13.c.9.nu.1.lib.16.c.11.nu.62.63.lib.17.c.4.nu.11.

Nam quid oremus,sicut oportet,nescimus,sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.lib.2.c.8.nu.11.12.13.& lib.13.c.9.nu.1: & lib.17.c.4.nu.11.

Scimus autem quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum.lib.1.c.2.nu.29.& lib.2.c.8.nu.11.& lib.9.c.15.nu.22.23.& c.18.n.9.10.

Si Deus pro nobis,quis contra nos? lib.2.c.8.nu.11.41.& c.9.nu.15.20.lib.4.c.14.nu.17.

Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.lib.2.c.1.nu.24.& c.13.nu.6.35.

Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? lib.2.c.1.nu.24.

Quis accusabit aduersus electos Dei?lib.2.c.8.n.12.13.lib.4.c.14.nu.11.17.

Deus qui iustificat, quis est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus est, immo qui, & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.lib.2.c.8.nu.12.

Quis ergo nos separabit a charitate Christi? tribulatio? an angustia? an persecutio? an nuditas? an fames? an periculum? an gladius? lib.1.c.7.nu.5.20.& c.2.nu.21.lib.3.c.2.nu.48.& c.16.nu.15.lib.4.c.8.nu.3.5.6.7.& c.12.nu.58.& c.14.nu.24.27.& lib.2.c.6.nu.12.& c.9.nu.24.& c.12.nu.7.lib.6.c.9.nu.19.& lib.11.c.4.nu.9.& lib.9.c.23.nu.13.

Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos.lib.6.c.11.nu.2.lib.14.c.22.nu.8.

Certus sum quod neque mors neque vita,neque Angeli,neque principatus,& c.poterit nos separare a charitate Dei,quæ est in Christo Iesu.lib.3.c.2.num.48.& c.16.num.15.lib.6.cap.9.num.19.& lib.9.c.23.nu.13.& lib.11.c.4.nu.9.

Veritatem dico in Christo Iesu,non mentior,testimonium mihi perhibente conscientia mea in spiritu Sancto,quoniam tristitia mihi magna est,& continuus dolor cordi meo.lib.1.c.10.nu.2. & lib.1.c.13.nu.4.lib.7.c.1.nu.16.

Optabam enim ego anathema esse Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem qui sunt Israelitæ,& c.lib.1.c.13.nu.2.9.& lib.1.c.14.nu.1.24.26.& lib.3.c.2.nu.2.& lib 14.c.25.nu.22.23.24.25.26.& lib.16.c.1.n.12.13.& c.7.nu.25.

Non omnes qui ex circumcisione sunt Israel, ij sunt Israelitæ,neque qui semen Abrahæ,omnes filij,sed in Isaac vocabitur tibi semen.lib.6.c.5.nu.1.2.lib.2.c.6.nu.4.

Non solum autem illa:sed,& Rebecca ex vno concubitu habens Isaac patris nostri.cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali, &c.lib.6.c.5.nu.11.lib.3.c.21.nu.5.

Iacob dilexi, Esau autem odio habui.lib.2.c.5.n.18.& lib.3.c.21.nu.5.

Igitur non est volentis neque currentis, sed Dei miserentis.lib.7.c.9.nu.5.& nu.19.

Quia in hoc ipsum excitaui te,vt ostendam in te virtutem meam, & vt annuncietur nomen meum in vniuersa terra.lib.6.c.10.nu.25.

Annon habet potestatem figulus luti ex eadẽ massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam.lib.3.c.15.nu.3.& lib.4.c.17.num.14 & c.22.num.1.& c.22.nu.3.4.lib.12.c.3.nu.3.

Quod si Deus volens ostendere iram suam,& notam facere potentiam suam sustinuit in multa patientia vasa iræ apta in interitum, & c.vasa misericordiæ,quæ præparauit in gloriam suam,& c.lib.2.c.11.nu.10.& lib.5.c.3.nu.1.

Quia verbum abbreuiatũ faciet Dominus super terram.lib.10.c.3.nu.2.

Quid ergo dicemus? quod gentes quæ sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam,& c.lib.10.c.3.num.2.

Fratres, voluntas quidem cordis mei, & obsecratio Cap. 10.
ad Deum,fit pro illis in salutem. testimoniũ enim perhibeo illis,quod æmulationem quidem Dei habent,sed non secundum scientiam.lib.1.c.14.nu.22.

Ignorantes enim iustitiam Dei, & suam quærentes statuere,iustitiæ Dei non sunt subiecti.lib.1.c.20.nu.10.& lib.7.c.6.n.13.

Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem.lib.5.c.7.n.34.

Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in ca- Cap. 11.
ptionem,& in scandalum,& in retributionem illis.lib.16.c.4.nu.1.2.

Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit,ne forte nec tibi parcat.lib.5.c.5.num.7.lib.9.c.9.num.56.

Secundum electionem autem Charissimi propter patres.lib.6.c.5.n.1.

Noli

Noli altum sapere,sed time. lib.6.c.4.nu.19.lib.17.c.5.nu.15.16.17.

O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. lib.4.cap.17.nu.8.9.10.11.lib.17.c.5.nu.15.16.17.

Quis enim cognouit sensum Domini? aut quis consiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi? lib.4.c.17.nu.10.11.

Ex quo omnia, per quem omnia, ipsi gloria in secula. lib.17.c.5.nu.25.

Cap. 12. *Obsecro itaque vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum.lib.2.c.20.nu.5.6.& lib.3.c.1.nu.4.& lib.4.c.20.nu.19.lib.6.c.2.nu.11.& lib.11.c.7.nu.4.lib.18.c.6.nu.7.*

Et nolite cõformari huic sæculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. lib.1.cap.18.num.18. lib.11.cap.12.nu.3. lib.13.c.9.nu.3.

Non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.lib.6.c.4.nu.19.& lib.12.c.13.nu.10.

Spe gaudentes,in tribulatione patientes. lib.7.c.1.n.8.& c.3.nu.18.lib 2.c.2.nu.16.& lib.3.c.13.n.23.24.lib.7.c.3.nu.9.10.11.

Orationi instantes lib.13.c.3.nu.1.

Necessitatibus sanctorum communicantes. lib.5.ca.10.nu.37.

Hospitalitatem sectantes. lib.5.cap.10.num.4.& nu.37.

Gaudete cum gaudentibus,flete cum flentibus. lib.1.c.10.nu.2.& c.13.nu.9.lib.7.c.1.nu.8.10.& c.4.nu.1.& lib.9.c.5.nu.20.21.22.23.& lib.1.c.14.nu.15.& nu.16.& lib.2.c.1.nu.42.

Nulli malum pro malo reddentes.lib.1.c.12.nu.44.lib.9.c.4.nu.3.

Prouidentes bona non tantum coram Deo,sed etiam coram omnibus hominibus.lib.12.c.1.nu.1.2.5.lib.16.c.8.nu.12.

Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habẽtes.lib.1.c.12.nu.4.& lib.1.c.14.nu.33.& lib.9.c.4.nu.3.4.& c.7.n.34.& lib.14.c.4.nu.7.

Non vosmetipsos defendentes charissimi,sed date locum iræ.lib.1.c.12.nu.36.& lib.9.c.7.nu.35.& lib.1.c.14.nu.33.& lib.9.c.4.n.3.4.& c.7.n.34.& lib.14.c.4.nu.7.

Mihi vindictam, & ego retribuam. libro.9.cap.4.nu.20.

Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum,si sitit, potum da illi,hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius.lib.1.c.12.nu.3.& lib.9.c.4.nu.4.

Noli vinci a malo,sed vince in bono malum.lib.9.c.4.nu.4.

Cap. 13. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. lib.13.c.1.nu.1.*

Non enim est potestas nisi a Deo. lib.13.c.1.num.28.29.

Quæ autem sunt a Deo,ordinata sunt. lib.13.c.1.nu.28.29.

Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit, lib.13.c.1.nu.1.24.28.29.

Plenitudo enim legis est dilectio. lib.3.c.2.num.36.& lib.11.c.4.nu.10.11.

Et hoc scientes tempus, quia hora est iam de somno surgere.lib.14.c.26.nu.37.

Nunc enim proprior est nostra salus,quàm cum credidimus, nox præcessit,dies autem appropinquauit.lib.1.c.25.nu.7.lib 18.c.17.nu.7.

Abijciamus ergo opera tenebrarum,& induamur arma lucis.lib.2.c.7.nu.19.

Non in comessationibus,& ebrietatibus,non in cubilibus,& impudicitijs non in contentione,& æmulatione.lib.1.c.1.nu.51.& lib.6.c.12.nu.6.

Induimini Dominum Iesum Christum. lib.1.c.8.nu.3.& lib.4.c.28. nu.6.

Qui autem infirmus est,olus manducet. lib.1. cap.1. Cap. 14.
nu.1.

Tu autem quid iudicas fratrem tuum? lib. 9. c. 10. nu. 3.

Non ergo amplius inuicem iudicemus.sed hoc iudicate magis,ne ponatis offendiculum fratri scandalum.lib.16.c.8. n.4.

Si enim propter cibum frater tuus contristatur; iam non secundum charitatem ambulas, noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est. lib. 16.c.8.nu.4.

Non est enim regnum Dei esca, & potus. lib.1.c.1.num.55.& lib.7.c.1.nu.31.lib.9.c.17.nu.24.

Bonum est non manducare carnem,& non bibere vinum. lib.1.cap.1.num.1.2. lib.16.cap.3.num.6.7.8.9.

Neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur,aut infirmatur.lib.16.c.8. nu.6.7.8.9.

Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat.li.9.c.22.n.7.

Debemus autem nos firmiores imbecillitates infirmo Cap. 15.
rum sustinere,& non nobis placere, etenim Christus non sibi placuit. lib.8.c.9.nu.5. lib.9.cap.16. num.1.

Vnusquisque vestrum proximo suo placeat in bonũ, ad ædificationem.lib.8.c.9.nu.5.

Quæcumque enim scripta sunt, ad nostram doctrinã scripta sunt, vt per patientiam, & consolationem scripturarum spem habeamus.lib.16.c.4. num.3.4.5.& lib.18.c.2.nu.16.

Vt sim minister Christi in gentibus sanctificãs euangelium Dei,vt oblatio fiat.lib.14.c.28 nu.3.

Non enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me non efficit Christus. lib.14.c.27.nu.4.

Nunc igitur proficiscor in Ierusalem ministrare sanctis,probauerunt enim Macedonia, & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctos, qui sunt in Ierusalẽ; placuit enim eis, & debitores sumus eorum. lib.5.c.10.nu.78.

Deprecor vos fratres per Dominum nostrum, vt adiuuetis me in orationibus ad Dominum. lib.13.c.5.nu.3.

Deus autem pacis conterat sathanam sub pedibus Cap. 16.
vestris.lib.2.c.6.nu.5.6.& c.7.nu.15.& c.8.nu.2.& c.9.nu.5.& lib.11.c.3. nu.6.7.

Ex 1. Corinthiorum.

Cap. 1. NVmquid Paulus crucifixus est pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati estis? lib. 1. ca. 23. num. 13.

Nos autem prædicamus Christũ crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsis autem vocatis Iudæis atque Græcis Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam, quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus, & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. lib. 3. c. 10. nu. 43. & c. 11. nu. 30. 37. & lib. 9. c. 6. nu. 4.

Videte enim vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes, secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes, & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia, & ignobilia mũdi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret, vt non glorietur omnis caro in conspectu eius. lib. 2. c. 15. n. 41. & lib. 1. c. 23. nu. 32.

Quia mundus per sapientiam non cognouit Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis crucis Christi saluos facere credentes. lib. 7. c. 6. nu. 3.

Qui factus est nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. lib. 3. c. 5. nu. 83.

Qui gloriatur, in Domino glorietur. lib. 1. c. 20. num. 38. & lib. 2. c. 9. nu. 21. & c. 13. nu. 34. lib. 7. c. 6. nu. 10. 11. 16. 17.

Cap. 2. *Nõ enim iudicaui me scire aliquid inter uos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. lib. 14. c. 26. num. 1.*

Et ego in infirmitate, & timore, & tremore multo fui apud vos. & sermo meus, & prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis, vt fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei. lib. 5. c. 11. nu. 6. & lib. 16. c. 1. nu. 10. 11.

Sapientiam autem loquimur inter perfectos, sapientiam vero non huius sæculi, neque principũ huius sæculi, qui destruuntur, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, &c. quã nemo principem huius sæculi cognouit. lib. 1. c. 21. nu. 4. lib. 6. c. 4. nu. 20. & lib. 14. c. 26. nu. 1.

Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus ijs qui diligunt illum. lib. 2. c. 1. nu. 4. 28. 33. & c. 4. nu. 20.

Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei, stultitia est enim illi, & non potest intelligere quia spiritualiter examinatur. spiritualis iudicat omnia. lib. 2. c. 19. nu. 26. lib. 16. c. 12. nu. 16.

Cap. 3. *Et ego fratres non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. lib. 3. c. 5. nu. 57. lib. 16. c. 8. nu. 24.*

Tamquam paruulis in Christo, lac vobis potũ dedi, non escam, nondum enim poteratis, sed nec nunc quidem potestis, ad hoc enim carnales estis. lib. 1. c. 2. nu. 9. & lib. 3. c. 5. nu. 57. lib. 6. c. 4. n. 17. lib. 14. c. 26. nu. 24. 34. 37. lib. 16. c. 8. nu. 24.

Cum enim sit inter vos zelus, & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? lib. 8. c. 2. n. 13. li. 2. c. 5. n. 13. & li. 8. c. 2. n. 13. 14.

Cum enim quis dicat, ego quidem Pauli, alius autem, ego Apollo, nõne homines estis, quid igitur est Apollo? quid vero Paulus? ministri eius cui credidistis, & vnicuiq. sicut Dominus dedit, ego plãtaui, Apollo rigauit, sed Deus incremẽtũ dedit. itaque qui rigat, est aliquid, neque qui plantat sed qui incrementũ dat Deus. lib. 7. c. 9. n. 5. lib. 4. c. 27. n. 11.

Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. lib. 14. c. 26. nu. 14.

Dei enim sumus adiutores, Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis. lib. 2. c. 6. n. 37. lib. 7. c. 9. n. 22. lib. 14. c. 5. nu. 4.

Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positũ est; quod est Christus Iesus. si quis autem superædificat super fundamentum hoc aurũ, argentum lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulã, vnius cuiusq. opus, quale sit, ignis probabit. lib. 2. c. 16. n. 18. 19. lib. 6. c. 3. n. 17. 28. lib. 9. c. 3. n. 15.

Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. lib. 6. c. 3. nu. 16. 17. lib. 14. c. 9. nu. 9.

Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? si quis autem templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. lib. 3. c. 15. nu. 2.

Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat, vt sit sapiens. lib. 9. c. 17. nu. 14.

Mihi autem pro minimo est, vt vobis iudicer, aut ab humano die; sed neque me ipsum iudico, qui iudicat me, Dominus est. lib. 7. c. 6. num. 17. 18. lib. 10. c. 4 nu. 5. lib. 12. c. 1. nu. 6. Cap. 4.

Nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum, qui autem iudicat me Dominus est. lib. 7. c. 4. 6. n. 17. 19. lib. 8. c. 7. n. 7. lib. 12. c. 1. n. 6.

Itaque nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tũc laus erit vnicuique a Deo. lib 1. c. 3 nu. 1. & lib. 9. cap. 21. nu. 15. lib. 14. c. 6. nu. 12.

Puto enim quòd Deus nos Apostolos nouissimos ostendit, tamquam morti destinatos; quia spectaculum facti sumus mundo, & angelis, & hominibus. lib. 1. c. 23. nu. 3.

Nos stulti propter Christum; vos autem prudentes in Christo, nos infirmi; vos autem fortes, vos nobiles, nos autem ignobiles vsque in hanc horam, & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & laboramus operantes manibus nostris, maledicimur, & benedicimus, persecutionem patimur, & sustinemus, blasphemamur, & obseruamus, tamquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium percipsema vsque adhuc. lib. 1. c. 12. num. 37. 38. lib. 3. c. 16. nu. 4. & lib. 5. c. 9. 10.

Quid habes quòd non recepisti, si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis. lib. 9. cap. 24. nu. 10.

Non vt confundam vos hæc scribo sed vt filios meos charissimos moneo; nam si decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres; nam in Christo Iesu per euangelium ego vos genui. lib. 1 c. 14 nu. 15. & c. 13. num. 13. 33.

Rogo ergo vos imitatores mei estote, sicut & ego Christi. lib. 1. c. 12. nu. 25. & c. 15. nu. 6. & lib. 5. c. 13. nu. 16.

Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis? lib. 1. c. 9. nu. 22. & lib. 4. c. 18. nu. 5.

Cap. 5. *Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gẽtes; ita vt vxorem patris sui aliquis habeat, & vos inflati estis, & non magis luctum habuistis, vt tollatur de medio vestri, qui hoc opus fecit. lib. 6. c. 4. nu. 17. lib. 1. c. 4. nu. 5. lib. 4. c. 18. nu. 5.*

Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicaui, vt præsens, eum qui sic operatus est, in nomine Domini nostri Iesu Christi tradere huiusmodi hominem Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat in die Domini nostri Iesu Christi, non est bona gloriatio vestra, nescitis quia modicum fermentum, totam massam corrumpit. lib. 1. c. 18. nu. 31. & lib. 3. c. 1. n. 8. 9. 10. & c. 28. n. 8

Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio sicut estis azymi, etenim pascha nostrum immolatus est Christus. lib. 3. c. 11. nu. 17. 18. & lib. 6. c. 2. nu. 8. 9. lib. 9. c. 2. nu. 29.

Cap. 6. *Iam quidem omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos; quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? lib. 2. c. 15. nu. 57. lib. 9. cap. 4. nu. 15.*

Nolite errare, neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnũ Dei possidebunt. lib. 6. c. 3. nu. 16. lib. 1. c. 24. n. 15.

Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate. lib. 1. c. 1. nu. 29.

Esca ventri, & venter escis. lib. 1. c. 1. nu. 4. 20.

Nescitis, quoniam corpora vestra membra sunt Christi? lib. 6. c. 12. nu. 3.

Tollens ergo membra Christi faciam membra meretricis. lib. 9. c. 2. nu. 25.

Qui adhæret Domino, vnus spiritus est. li. 7. c. 8. n. 32

Fugite fornicationem. lib. 3. c. 3. nu. 2. 37. 38. & lib. 6. c. 12. nu. 1. 2. 3. 4. 5. 11.

Qui autem fornicatur in corpus suum peccat. lib. 3. c. 15. n. 2. lib. 6. c. 12. nu. 3. 15.

An nescitis, quoniam membra vestra templum sunt spiritus sancti, qui in vobis est. lib. 6. c. 12. nu. 4.

Non estis vestri, empti estis pretio magno; glorificate. & portate Deũ in corpore vestro. lib. 7. c. 5. n. 2.

De quibus autem scripsistis mihi, bonum est homini mulierem non tangere, propter fornicationem autem vnusquisque suam vxorẽ habeat, & vnaquæque suum virum habeat, vxori vir debitum reddat, similiter autem & vxor viro, mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir; similiter autem, & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier; nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi, & iterum reuertimini in idipsum, ne tentet vos sathanas propter incontinentiam vestram. lib. 11. c. 8. n. 16. 17.

Cap. 7. *Dico autem non nuptis, & viduis, bonum est illis si sic permanserint, sicut & ego. lib. 14. c. 25. nu. 43. lib. 15. c. 7. nu. 9.*

Si quis frater habet vxorem infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam, & si qua mulier fidelis habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illo, non dimittat virum. lib. 8. c. 4. nu. 4.

Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat, seruus vocatus es? non sit tibi curæ? sed & si potes fieri liber; magis vtere, qui enim in Domino vocatus est seruus, libertus est Domini, similiter qui liber vocatus est, seruus est Christi. lib. 9. c. 13. nu. 7.

De virginibus autem præceptum Domini non habeo; consilium autem do, tamquam misericordiam consecutus a Domino, vt sim fidelis. lib 11. c. 1. nu. 1. 4. 5. lib. 15. c. 7. nu. 9. lib. 18. c. 6. num. 10. 12. 13. 21. 22.

Existimo enim hoc bonum esse propter instantem necessitatem. lib. 18. c. 6. nu. 21. 22.

Et si nupserit virgo non peccauit, sin autem acceperis vxorem non peccasti, tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. lib. 11. c. 8. nu. 29. lib. 18. c. 6. nu. 21. 22.

Hoc itaque dico fratres tempus breue est, reliquum est, vt qui habent vxores tamquam non habentes sint, & qui flent, tamquam non flentes, & qui gaudent, tamquam non gaudentes, & qui vtuntur hoc mundo tamquam non vtantur, & qui emunt, tamquam non possidentes. Præterit enim figura huius mundi. lib. 6. c. 14. nu. 5. & lib. 11. c. 12. num. 29. lib. 2. c. 15. nu. 14. lib. 11. c. 12. nu. 13. 14.

Volo vos sine sollicitudine esse. lib. 6. c. 14. nu. 5.

Qui sine vxore est. sollicitus est, quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo, qui cũ vxore est, sollicitus est, quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est. lib. 18. c. 6. nu. 21. 22.

Et mulier innupta, & virgo cogitat, quæ Domini sunt, quomodo sit sancta corpore, & spiritu. lib. 1. c. 4. nu. 10. & lib. 3. c. 3. nu. 12.

Mulier alligata est legi quanto tempore vir eius viuit, quod si dormierit vir eius, liberata est a lege, cui autem vult nubat; tantum in Domino, beatior autem erit si sic permanserit secundum meum consilium, puto autem quòd & ego spiritum Dei habeam. lib. 18. c. 6. nu. 19.

De his quæ idolis immolantur, scimus quia omnes Cap. 8. *scientiam habemus. scientia inflat, charitas autem ædificat. lib. 3. c. 2. nu. 49. & lib. 3. c. 19. num. 12. 13. lib. 8. c. 8. nu. 17.*

Quidam autem cum conscientia vsque nunc idoli, quasi idolothytum manducant. & conscientia ipsorum cum sit infirma polluitur. lib. 16. c. 8. nu. 7. 8. 9. 10. 11.

Si enim quis viderit eum, qui habet scientiam in idolio recumbentem, nonne conscientia eius cum sit infirma ædificabitur ad manducandum idolothytam, & peribit infirmus in tua conscientia frater, propter quem Christus mortuus est. lib. 16 c. 8. nu. 9. 10. 11. 12. 13. 26. lib. 1. c. 15. nu. 19. lib. 3. c. 28 nu. 7. 20.

Si autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. lib. 16. c. 8. nu. 11. 13. 14.

Quapropter si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meũ scandalizem. lib. 16. c. 8. nu. 6. 7. 8. 9. 14.

Non sum liber? non sum Apostolus? lib. 10. cap. 4. nu. 5.

An ego solus & Barnabas non habemus potestatem operandi hoc? quis militat vnquã suis stipendijs?

quis plantauit vineam, & de fructu eius non edit? Si vobis nos spiritualia seminauimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus, si alij potestatis vestræ participes sunt, quare non potius nos? sed non vsi sumus hac potestate, sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus euangelio Christi? lib. 16.c.8.nu.9.

Si euangelizauero non est mihi gloria, necessitas mihi incumbit, væ enim mihi si non euangelizauero. li. 14.c.26.nu.17. lib.16.c.10.nu.13.

Nam cum liber essem ex omnibus, omnium me seruum feci, vt plures lucrifacerem. lib.9.c.13.nu.7. 11. lib.10.c.4.nu.5.

Et factus sum Iudæis tãquam Iudæus, vt Iudæos lucrifacerẽ ijs qui sub lege sunt, quasi sub lege essem (cum ipse non essem sub lege) vt eos qui sub lege erant, lucrifacerem. ijs qui sine lege erant, tamquam sine lege eßem, cum sine lege Dei non essem, sed in lege essem Christi, vt lucrifacerem eos qui sine lege erant. factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem. lib.1.c.14.nu.19.23. & lib. 14.c.25 nu.32.

Omnibus omnia factus sum, vt omnes lucrifaciam. li. 1.c.14.nu.19. & c.16.nu.1. lib.14. c.25.nu.32.

Nescitis quod ij qui stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium? lib.9.c.23.nu. 4. lib.3. c.16.nu.5.

Sic currite vt comprehendatis. lib.3.c.6.nu.3.

Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam, ego igitur sic curro, non quasi in incertũ, sic pugno, non quasi aerem verberans. sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. lib.1.c.14.nu.26. lib. 3.c.1. nu.36. & lib.1.c.1.nu. 56.53. & lib.1.c.1.nu.53. lib.2.c.5.nu.24. lib.17.c.3.nu 4. lib.3.c.16.nu. 5.

Cap. 10. Quoniam patres nostri omnes sub nube fuerũt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptipti sunt in nube & in mari, & omnes eandem escam spiritualem manducauerũt, & omnes eundem potum spiritalem biberunt, bibebant de spirituali, consequente eos petra, petra autem erat Christus. lib. 3.c.10.nu.4.

Sedit populus manducare, & surrexerunt ludere. lib.1.c.1.nu.3.28.

Neque tentemus Christum: sicut quidam eorum tentauerunt, & a serpentibus perierunt, neque murmurauerit is, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. lib.11.c.17. nu.8.13. & lib.6.c.10.nu.6.

Hæc autem omnia in figura illis contingebant, scripta sunt ad correptionem nostrã, in quos fines sæculorum deuenerunt. lib.3.c.15.nu.16. & lib.6.c. 10.nu.6.

Itaque qui existimat se stare, videat ne cadat. lib. 2. c.1.nu.5. & lib.4.c.17.nu.2. lib.14.c.10.nu.6.

Tentatio vos non apprehendit nisi humana, fidelis autem est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tẽtatione prouentum, vt possitis sustinere. lib.2.c.9.nu. 12. 13. lib.7.c.4.nu.16.17.

Quia non potestis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorũ, nõ potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ dæmoniorum. lib.1.c.18.nu.2.

Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt; omnia mihi licent, sed non omnia ædificant; nemo quod suum est quærat, sed quod alterius. li.16.c.8.n.11.

Siue ergo manducatis siue bibitis, vel aliud quid faciatis, omnia in gloriam Dei facite. lib.2.c.13.nu. 15. lib.7.c.7.nu.6.

Sine offensione estote Iudæis, & gẽtibus, & Ecclesiæ, sicut, & ego per omnia placeo omnibus, quærens non quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant. lib.8.c.8. & 9.nu.5.6.14.16. lib.12.c.1.n.5. & lib.16.c.8.nu.10. & lib.1.c.15.nu.6.

Imitatores mei estote sicut, & ego Christi. lib.1.c.12. Cap. II.
nu.25. & c.15.nu.6. lib.5.c.13.nu.16.

Omnis vir orans aut prophetans non velato capite, deturpat caput suum. lib.9.c.2.nu.31.

Conuenientibus ergo vobis in vnum, iam non est dominicam cenam manducare. lib.15.c.4.n.19.20. 21.22.

Numquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum? aut Ecclesiam Dei cõtemnitis, & confunditis eos, qui non habent. lib.5.c.2.nu.8.

Quotiescumque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis, donec veniat. lib.5.c.12.nu.16.

Itaque quicumque manducauerit panem, & biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis, & sanguinis Domini. lib.5.c.12.nu.1. & lib.16.c.1.n.6.

Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. lib.6.c.12.nu.1.14. & lib.16. c. 1.nu.6.

Qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit, non dijudicans corpus Domini. lib.4.c.5.nu.10. lib.5.c.12.nu.6. 7.11.14.30. 32.35. lib.16.c.1.nu.6.

Ideo inter vos multi infirmi, & imbeciles, & dormiunt multi. lib.4.c.5.nu.10. & lib.5.c.12.nu. 3.

Quod si nos metipsos dijudicaremus, non vtique iudicaremur, dum iudicamur autem, a Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. li. 4.c.5.nu.10. lib.5.c.9.nu.16. & lib.6.c.12.num. 19.

Diuisiones vero gratiarum sunt, idem autem spiritus Cap. 12.
& vnicuique datur ministratio spiritus, ad vtilitem, alij quidem dater per spiritum sapientiæ, alij sermo scientiæ, &c. hæc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus. lib.9.c.12.nu.5.

Etenim in vno spiritu omnes nos in vnũ corpus baptizati sumus, &c. lib.1.c.15.nu.3.

Si dixerit pes non sum manus, non sum de corpore, non ideo non est de corpore? lib.1.c.16.nu. 12.

Et si quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra siue gloriatur vnum mẽbrum, congaudent omnia mẽbra. lib.1.c.14.n.21. & c.16 n.11.

Numquid omnes Apostoli, numquid omnes prophetæ? numquid omnes doctores? nũquid omnes virtutes? &c. Æmulamini autem charismata meliora. lib.9.c.12.nu.5. & lib.3.c.2.n.1.

Et adhuc vobis excellentiorem viam demonstro. lib. 1.c.15.nu.13. & lib.3.c.2.nu.1.

Si linguis hominum loquar, & angelorum, charita- Cap. 13.
tem autẽ non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens, &c. nihilum, &c. lib.3. c.2. nu.2.21.33. lib.6.c.3.nu.19.

Et si

Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. libro 1.cap.15 numero 13. & lib.3.c.2.nu.2.21.33. & lib.6.c.3. num.19.

Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. lib.1.c.16.nu.13. & lib.3.c.2.nu.2.3. & lib.1.c.16.nu.3. & lib.18.c.7.nu.16.

Charitas patiens est, benigna est, non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt. libro 3. cap.2. num 10.11. 12.13.44. & c.11.nu.44. lib.9.c.24.nu.12. lib. 14.c.1.nu.12.31.

Non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, charitas nusquam excidit. lib.1.c.16.nu.5. & cap. 18.nu.16. lib.3.c 2.nu.15.16.17.18.26.44. & c. 10.nu.44.

Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus; cum autem venerit, quod perfectum est, euacuabitur, quod ex parte est. lib.2.c.1.nu.1. & c.4. nu.29. & lib.17.c.5.nu.5.

Cum essem paruulus, loquebar vt paruulus, sepiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus: quando autem factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli. lib.1.c.2.nu.9.

Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. lib.2.c.2.nu.4.11.20.31. & lib.9.c.12.nu.4.7.

Nunc autem cognosco ex parte, tunc aut cognoscã, sicut & cognitus sum.

Maior autem horum est charitas. libro 1. cap.15. num.1.

Cap. 14. Nam & si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est. libro 13. cap.9.numero 2.

Ignorans ignorabitur. lib.4.c.26.nu.3.

Fratres nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote. lib.1.c.2.nu.2.13.

Cap. 15. Ego enim sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, &c. libro 8. cap. 7. num.8.

Gratia autem Dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius omnibus illis laboraui: non ego autem, sed gratia Dei mecum. lib.2.cap.10.nu.25. & lib.2.c.9.nu.1.8. & lib.7.c.9.n.12.22. & lib.8.c.8.nu.22. & lib.14. c.26.nu.43.

Si Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides vestra: inuenimur autem & falsi testes, quoniam testimonium diximus aduersus Deum &c. Ergo qui dormierunt, in Christo perierunt, si in hac vita tantum sperantes sumus: miserabiliores sumus omnibus hominibus. lib.2.c 4.nu 7. & lib.5.c.9.nu.10.

Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur, vnusquisque in suo ordine. lib.3.c.13.nu.25.

Vt sit Deus omnia in omnibus. lib.2.c.1. nu.12.25. 26.37.43.

Nouissime autem inimica destruetur mors. lib.2.c.5. num.34.

Quotidie morior propter gloriam vestram fratres. lib.1.c.23.nu.5. lib.18.c.12.nu.8.

Si secundum hominem ad bestias pugnaui Ephesi, quid mihi prodest si mortui non resurgunt? lib.1. c.1.nu.57. & lib.5.c.9.nu.9.10.

Manducemus, & bibamus; cras enim moriemur. lib.1.c.1.nu.57. & lib.2.c.4. nu.18. & lib.11.c. 10.nu.12.

Nolite seduci, corrumpunt bonos mores colloquia praua. libro 10. cap.9. num.5. & libro 11. c.5. num.15.

Ignorantiam quidem Dei quidam habent. lib.3.cap. 20.nu.26.

Insipiens, tu quod seminas, non viuificatur, nisi prius moriatur? Et quid seminas? Non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum, vt puta tritici, aut alicuius ceterorum: Deus autem dat illi corpus &c. lib.15.c.8.nu 7.8.9.

Stella differt a stella in claritate. lib.16. cap.6. numero 1.2. & lib.3. cap.22. num.20.25. & lib.9. c.12.nu.4.

Seminatur in corruptione, surget in incorruptione, seminatur in ignobilitate, surget in gloria, seminatur in infirmitate, &c. seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. lib.2.c.1.nu.21. & libro 4.cap.1.num.4. & libro 15. cap.8.num. 2.7.8.9.

Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis: qualis terrenus, tales & terreni; & qualis cælestis, tales & cælestes. libro 12. c.3. nu.36.

Igitur sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis. lib.1.c.18.nu.18. & lib.2.c.8.nu.37. lib.9.c.2 nu.32.

Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem: cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est, absorpta est mors in victoria? vbi est mors victoria tua? vbi est stimulus tuus? libro 2.cap.1.num.12. & lib.2.c.5. num.35. & lib.4. cap.1.nu.64. & libro 1. cap.8. num.3.

De collectis quæ fiunt in sanctos, sicut ordinaui in ecclesiis Galatiæ, ita & vos facite. libro 5.c.10 numero 32.

Ex epist. 2. ad Corinthios.

Benedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Cap. 1.
Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. lib.4.c.9.nu.14.

Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, vt possimus & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt per exhortationem, &c. libro 2.cap.11. nu.15.

Non enim volumus vos ignorare fratres, de tribulatione nostra quæ facta est in Asia, quoniam supra modum grauati sumus supra virtutem, ita vt tæderet nos etiam vitæ. lib.2.c.3.nu.17. lib.6. c. 9.nu.10. & lib.9.c.15.nu.3.

Hoc scio quod mihi prouenit in salutem per oratio-

nes

nes vestras. libro 13.cap.4.num.4.
Nam gloria nostra hæc est testimobium conscientiæ nostræ. lib.2.c.6.nu.37.& c.15.nu.62.& c.19. nu.10.lib.9.c.24.nu.7. lib.12.c.1.nu.6.& libro 18.c.1.nu.40.
Non quia dominamur fidei vestræ, sed adiutores sumus gaudij vestri, nam fide statis. lib.14.c.31. num.27.
Cap. 2. Et quis est qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me? lib.14.c.27.nu.6. lib.16.c.7.nu.14.lib.17. c.6.nu.9.
Nam ex multa tribulatione et angustia cordis scripsi vobis per multas lachrymas, non vt contristemini, sed vt sciatis quam charitatem habeam abundantius in vobis. libro 7.cap.4.num.3. lib.16. c.7.nu.14.& lib.17.c.5.nu.3. lib.1.c.14.n.23. & 27.
Ne forte superabundantiori tristitia absorbeatur, qui eiusmodi est. lib.1.c.22.nu.2.& lib.14. cap. 21.nu.47.
Vt non circumueniamur a satana, non enim ignoramus cogitationes eius. lib.4.c.31.nu.12.
Gratias autem Deo, qui semper triumphat nos in Christo Iesu. lib.6.cap.9.num.10.& lib.14.c. 25.nu.24.
Quia Christi bonus odor sumus Deo. lib.1.c.5.nu.6. & lib.3.c.5.nu.7.& c.6.nu.2.& lib.9.c.23.nu.1. & lib.1.c.16.nu.1.
Bonus odor sumus Deo in ijs qui salui fiunt, & in ijs qui pereunt, alijs quidem odor mortis in mortē, alijs autem odor vitæ in vitam. libro 2.cap.10. num.26.
Cap. 3. Non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed & sufficientia nostra ex Deo est. lib.7.c.9.nu.13.23.
Qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non littera, sed spiritu: littera enim occidit, spiritus autem viuificat.lib.10.c.3.nu.8.
Quod si ministratio mortis litteris deformata in lapidibus, fuit in gloria; ita vt non possent intendere filij Israel in facie Moysi, propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur, quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? lib.10.cap.3.numero 13.
Nam nec glorificatum est, quod claruit in hac parte, propter excellentem gloriam. lib.9.c.12.nu. 4.& lib.16.c.1.nu.7.8.
Habentes igitur talem spem, multa fiducia vtimur. lib.5.c.7.nu.95.
Nos autem reuelata facie gloriam Domini speculantes in eandem imaginem transformamur a claritate in claritatem, tamquam a Domini spiritu. lib.6.c.4.nu.21.& lib.7.c.9.nu.20.21.& lib.16. c.12.nu.10.
Cap. 4. Habemus thesaurum istum in vasis istis fictilibus. lib.12.c.3.nu.3.& lib.16.c.12.nu.24.
In omnibus tribulationem patimur, sed nō angustiamur; aporiamur, sed non destituimur; persecutionem patimur, sed non derelinquimur; humiliamur, sed non confundimur; deijcimur, sed non perimus; semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. lib.2.c.16.nu. 32.& lib.5.cap.9.num.1.& lib.17.cap.4.nu.4. & libro.3.cap.1.num.8.24.& lib.15.cap.8.numero 4.
Propter quod non deficimus, sed licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est, renouatur de die in diem. lib.1.c.12.nu.22. & lib.3.c.1.nu.20.& cap.11.nu.24.& cap.13. nu.9.& lib.14.c.9.nu.5.6.
Id enim quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videtur, sed quæ non videntur: quæ enim videntur, temporalia sunt, quæ autem non videntur æterna. lib.1.c.20.n.20. lib.2.c.12.nu.22.lib.3.c.13.nu.9.10.lib.6.cap.9. n.19.lib.9.c.23.nu.13.42.43.& lib.1.c.2.n.13. & c.18.nu.15.& c.21.nu.23.& lib.2.c.3.nu.3. 4.25.26.27.
Cap. 5. Scimus enim quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationem ex Deo habeamus, domum non manu factam, sed æternam in cælis. lib.9.c.14.nu.12.lib.18.c.17. nu.8.& lib.11.c.9.nu.24.
Nam & in hoc ingemiscimus, & habitationem nostram quæ de cælo est, superindui cupientes, si tamen vestiti, & non nudi inueniamur: nam & qui sumus in hoc tabernaculo ingemiscimus grauati, eo quod nolumus expoliari, sed superuesti ri, vt absorbeatur, quod mortale est, a uita. lib.2. cap.2.num.9.& cap.5.num.35.& lib.11.cap.9. num.24.
Ett scientes quoniam dum sumus in hoc corpore, peregrinamur a Domino. libro 9.cap.14.nu.12. 14.15.
Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum. lib.3.c.13.num.8. lib.9.c.9.nu.11.13.66.lib.14.c.23.nu.27.28.& lib.17.c.1.nu.7.
Scientes ergo timorem Domini hominibus suademus, Deo autem manifesti sumus. lib.8.cap.9. num.14.
Per fidem ambulamus, non per speciem. libro 9.c. 14.nu.14.
Siue enim mente excedimus, siue sobrij sumus charitas Christi vrget nos. lib.2.c.13.num 5.& lib. 18.c.18.nu.5.7.
Si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est Christus, vt & qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est. lib.2.c.13.nu.5.& lib.3.c.13. nu.22.& lib.11.c.3.nu.12.
Et si cognouimus Christum secundum carnem, sed nunc iam non nouimus. lib.3.c.13.nu.22.
Si qua ergo in Christo noua creatura, vetera transierunt, ecce noua facta sunt omnia. lib.3.c.5.nu. 23.& c.13.nu.22.
Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliauit sibi per Christum, & dedit nobis ministerium reconciliationi, quoniam quidem Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbum reconciliationis, pro Christo ergo legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos, obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo, eum qui non nouerat

rat peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso lib.1.c.1.n.31.32. & lib.4.c.10.nu.12.& lib.3.c.14.n.5.& lib.14. c.26.nu.13.
Cap. 6. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc Deus salutis, nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum sed in omnibus nos exhibeamus sicut Dei ministros. libro 17.cap.1. num.2.
In multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in laboribus, in seditionibus, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in Spiritu sancto, in charitate non ficta. lib. 1.c.14.nu.25.& lib.2.c.3 nu.17.26.& lib.7.c. 1.nu.5.6.7.
Per arma iustitiæ a dextris, & a sinistris, in virtute Dei, per gloriam, & ignobilitatem, per infamiam, & bonam famam, vt seductores, & veraces, sicut qui ignoti, & cogniti, quasi morientes, & ecce viuimus, vt castigati, & non mortificati, quasi tristes, semper autem gaudentes, sicut egentes, & multos locupletantes, tamquam nihil habentes, & omnia possidentes. lib.2.c.15.nu.27.lib.7.c.3.nu. 21.& lib.6.c.11.nu.24.& lib.7.c.1.n.27.& lib. 7 c.3.nu.21.22.& lib.6.c.9.nu.11.& lib.2.c.16. nu.32.& lib.16.c.1.nu.1.& lib.6.c.13.nu.13.& lib.7.c.3.nu.9.11.
Os nostrum patet ad vos o Corinthij, cor nostrum dilatatum est. lib.1.c.25.nu.2.
Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas lucis ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? quis autem consensus templo Dei cum Idolis? lib.1.c.18.nu.2.
Cap. 7. Has ergo habentes promissiones charissimi, mundemus nos ab omni inquinamēto carnis, & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei capite nos, neminem læsimus, neminem corrupimus, neminem circumuenimus. lib.16.c.4.nu.20.
Quoniam & si contristaui vos in epistola, non me pœnitet; & si pœniteret, videns quod epistola illa (& si ad horam) vos contristauit, nunc gaudeo; non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam. lib.1.c.16.nu.11.& lib.17.c.6. nu.1.2.3.
Quæ enim tristitia secundum Deum est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur; sæculi autem tristitia mortē operatur. lib.7.c.4.nu.3.& lib.17.c.6. nu.1.2.3.9 10.
Cap. 8. Vt vestra abundantia illorum inopiam suppleat, & illorum abundantia vestræ inopiæ sit supplementum. lib.5.c.10.nu.6.
Qui multum habet, non abundabit: & qui modicum non minorabitur. lib.1.c.19.nu.7.
Cap. 9. Qui parce seminat, parce & metet; & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. lib. 5.c.10.nu.51.& lib.15.c.4.nu.17.
Non ex tristitia, aut ex necessitate, hilarem datorem diligit Deus. lib.5.c.10.nu.22.33.& lib.11.c.2. nu.22.& lib.13.c.1 nu.25.
Cap. 10. In carne ambulantes, non secundum carnem ambulamus, nam arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, & in promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam. lib 3.c.1.nu.2.& lib.4.c. 18.nu.4.5. lib.14.c.25.nu.33.& lib.16.c.4. per totum, maxime nu.16.& lib.18.c.12.nu.5.
Vt autem non existimer tamquam terrere vos per epistolas (quoniam quidem epistolæ inquiunt, graues sunt, & fortes: præsentia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis) hoc cogitet qui eiusmodi est quia tales sumus verbo per epistolas absentes, tales & præsentes in facto. lib.11.c.15. num.25.
Qui autem gloriatur, in Domino gloriatur: non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quē Deus commendat. lib.7.c.2. num.19.& cap. 6. nu.17.18.
Cap. 11. Vtinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ, sed & supportate me, æmulor enim vos Dei æmulatione; despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo. lib.1.c.5.nu.9.& c.2.nu. 24.& lib.3.c.21.nu.4.
Timeo autem me sicut serpens Euam seduxit in astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri, & excidant a simplicitate, quæ est in Christo Iesu. lib.5. c.11.nu.6.& lib.1.c.5.nu.9.& lib.4.c.31.n.18. & lib.16.c.1.nu.10.11.
Quoniam multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor. lib.7.c.6.nu.6.
Quod loquor, non loquor secundum Deum, sed quasi in insipientia, in hac substantia gloriæ. lib.18.c. 1.nu.20.
Libenter enim suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes. lib.7.c.6.nu.6.
Secundum ignobilitatem dico, quasi nos infirmi in hac parte fuerimus, in quo quis gaudet (in insipientia dico) audeo & ego &c. libro 18. cap.1. num.21.
In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter. lib. 2.c.3.nu.17.26.
A Iudæis, quinquies quadragenas, vna minus accepi, ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum &c. Periculis in falsis fratribus. libro 1.cap.12. num.25.& lib.1.c.14.num.26.& libro 2.cap.3. nu.17.26.
Ter naufragium pertuli, nocte ac die in profundo maris fui, periculis fluminum, periculis latronū, periculis ex genere &c. & nuditate. lib.2.cap.3. nu.17.26.
Præter illa quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium ecclesiarum. lib. 9.c.16.nu.5.10.
Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? lib.1.c.1.num.19.25.& c.14.nu.5.20.& lib.3.c.2.nu.9.& lib.9.c.18.nu. 5.10.& lib.16.c.1.nu.11.
Per fenestram in porta dimissus sum per murum. lib. 14.c.25.nu.34.
Cap. 12. Scio hominem in Christo ante annos quattuordecim (siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit) raptum huiusmodi vsque ad tertium cælum. lib.14.c.25.nu.44.& lib.15.c.8.nu.12.& lib.5. cap.9.

cap.9.nu.8.9.& lib.2.cap.4.num.3 & lib.6.cap. 4.num.21. & cap. 9. num.21. & libro 8. cap. 7. num.13.

Et scio huiusmodi hominem (siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit) quoniam raptus est in paradisum; & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. lib.14.c.25.nu.44.46.lib.15. c.8.nu.12.

Nam & si gloriari voluero, non ero insipiens, veritatem autem dico; parco autem, ne quis me existimet supra id quod videt in me, aut aliquid audit ex me. lib.5.c.9.nu.9. lib.2.c.13.nu.34.

Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ, qui me colaphizet, propter quod ter Dominum rogaui, vt discederet a me, & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. libro 2. c.7.nu.33.& lib.3.c.19.nu.9.& lib.3.c.11.n.45. & lib.6.c.4. nu.6.7.8.9.10.11.12. & lib.6.c.9. num.20. & cap.10.nu.30.35. & lib.8.c.6.n.15. & c.8.nu.13.18.31.& lib.9.c.12.nu.7.8. & lib. 4.c.12.nu.17.& lib.5.c.9.nu.4.8.18.& libro 6. c.9.nu.20.21.& c.10.nu.30. & lib.8.c.7.nu.13. & c.8.nu.18.lib.13.c.9.nu.5.6.7.13.14.15.19. & lib.17.c.2.nu.3.21.

Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis. lib. 2.c.7.nu.33.& lib.3.c.11.nu.45. lib.6.c.9.n.12. lib.8.c.6.nu.14.

Ego autem libentissime impendam, & superimpendar ego ipse pro animabus vestris. lib.1.cap.14. nu.23.& c.15.nu.22.

Ne iterum cum venero, humiliet me Deus apud vos. lib.1.c.14.nu.5.& c.4.nu.5.

Ex epistola ad Galatas.

Cap. 1. Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, vt eriperet nos de præsenti sæculo nequam. lib.11.c.12.nu.21.

Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. lib.8.cap.9.nu.5.8.14.16.& lib.11.cap. 14.nu.9.

Modo enim hominibus suadeo, an Deo? an quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem, seruus Christi non essem. lib.8.c.9.nu.14. & lib. 18.c.1.nu.23.

Deinde post annos tres veni Ierosolimam videre Petrum, & mansi apud eum diebus quindecim. lib. 5.c.13.nu.35.

Cap. 2. Quod autem viuo nũc in carne, in fide viuo filij Dei: qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. lib.2.c.13.nu.5.6.7.& lib.2.c.12.nu.13.

Christo confixus sum Cruci, viuo autem iam non ego, viuit vero in me Christus. lib.1.c.23.nu.5. & lib. 2.c.16.nu.33. & lib.16.c.1.nu.16.17.18.& lib. 1.c.18.nu.28. lib.2.c.28.nu.31. lib.3.c.1.n.33. & c.12.nu.2.3.

Cap. 3. Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum. lib.3.c.10.nu.36.107.

Mediator autem vnius non est. libro 3.cap.10.nu. 107.

Si enim data esset lex quæ posset viuificare, vere ex lege esset iustitia. lib.3.c.5.nu.56.

Itaque lex pædagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur. lib.10.c.3.nu.7.8.

Cap. 4. Dico autem quanto tempore heres paruulus est, nihil differt a seruo, cum sit dominus omnium, sed sub tutoribus, & actoribus est vsque ad præfinitum tempus a patre &c. lib.9.c.13.nu.1.

At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant, redimeret. libro 3. cap. 5. num.69.

Nunc autem cum cognoueritis Deum, immo cogniti estis a Deo. lib.4.c.26.nu.5.

Estote ergo sicut ego, quia & ego sicut vos. lib.5.cap. 13.nu.15.

Vbi est ergo beatitudo vestra? libro 14. cap.24. num.6.

Ergo inimicus factus sum vobis, verum dicens vobis. lib.1. c.3.nu.6.

Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. lib.1.c.14.nu.22. & lib.3.c.8. num.6. & cap.21.num.2.3. & lib.6.cap.4. num. 17. & lib.14.cap.25.nu.21.22. & lib.16.cap.7. num.11.

Scriptum est enim, quoniam Abraham duos filios habuit, vnum de libera, & vnum de ancilla. Sed quemadmodum tunc is qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum, qui secundum spiritum, ita & nunc. lib.3.c.1.num.2.& lib.9.c.20. num.10. & lib.9.c.13.nu.11.

Illa autem quæ sursum est Ierusalem, quæ libera est, quæ est mater nostra. lib.3.c.14.num.32.& c.17. num.22.

Itaque fratres nos non sumus ancillæ filij, sed liberæ, qua libertate Christus nos liberauit. lib. 9. c. 13.nu.11.

Cap. 5. Nam in Christo Iesu, neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed fides quæ per dilectionem operatur. lib.6.c.3.nu.16.18.19.

Modicum fermentum totam massam corrumpit. lib. 1.c.18.nu.31.

Vos enim in libertatem vocati estis fratres tantum, ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatem spiritus seruite inuicem. lib.10.cap.4. num.5.9.

Quod si inuicem mordetis, & comeditis, videte ne ab inuicem consumamini. lib.1.c.13.num.9.& libro 9.c.1.nu.7.

Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. lib.2.c.5.nu.29.30. lib.14.c.8.nu.16.

Caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem: hæc enim sibi inuicem aduersantur, vt non quæcumque vultis, illa faciatis. libro 2.cap.4.num.15.& cap.5.num.29.30. 31.36.& c.9.num.26. lib.3.c.1.nu.2.11.28.29. 30.36.44.

Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege. lib.1.c. 9.nu.10. & lib.2.c.5.nu.38.

Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes. lib.2.cap.5. num.30.

Fructus autem spiritus est, charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas, &c. lib.1.c.1.num.21. & cap.12.num.39. & cap.15. num.17.20.& libro 2.cap.4.nu.5. & lib.3.cap. 21.nu.1.

Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs. lib.3.c.1.nu.24.& lib.3.c.11.nu.12. & lib.15.c.4.nu.7.& lib.8.c. 9.nu.20.& lib.18.c.12 nu.5.

Si viuimus spiritu, spiritu & ambulemus. lib.3.c.1. num.24.

Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.

Cap. 6. Fratres etsi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans teipsum, & ne tu tenteris. lib.1.c.10.nu.1. & lib.2.c.6.nu.18.& c. 10.nu.8. & lib.9.c.16.nu.3.9. & lib.18.c.7.nu. 21.& lib.3.c.28.nu.7.24.

Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. lib.1.c.15.nu.19.& c.18. nu.13. & lib.3.c.2.nu.39. & 40. & lib.3.c.28.nu.6. lib.5. c.10.nu.46.

Opus autem suum probet vnusquisque, & sic in semetipso tantum gloriam habebit, & non in altero. lib.1.c.16.nu.3.

Vnusquisque enim onus suum portabit. lib.1.c.18. num.13.

Communicet autem is qui catechizatur in verbo, ei qui se catechizat in omnibus bonis. lib.2.c.18. nu.14.

Nolite errare, Deus non irridetur. lib.1.c.10.nu.6. & lib.1.c.17.nu.1.

Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. lib.6.c.2.nu.9.

Ergo dum tempus habemus operemur bonum, ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei: libro 4. cap.16.num.18.& lib.5.cap.10.num.24.25.& libro 13.cap.12.nu.1. & libro 17.cap.1.numero 2.3.5.

Si quis suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior: libro 6.c.10.nu.7.

Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo: libro 1. cap.18.nu.28. & libro 2.c.6.n.20.& lib.3.c.11.nu.5.lib.7.c.6. n.3.& libro 9.c.14.n.20. & libro 11.c.13.nu.3. & libro 3.c.1.n.25.& c.11 nu.20.

Ego enim stigmata Domini nostri Iesu Christi in corpore meo porto: libro 3.c.1.nu.25.

Ex epistola ad Ephesios.

Cap. 1. Benedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cælestibus, in Christo. sicut elegit nos in ipso &c. libro 2.c.16.nu.17.& libro 9. c.23.nu.3.

Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti, & immaculati in cõspectu eius, in charitate: libro 3.c.6.nu.17.& cap.10.nu.37. 38.39.

In quo habemus redemptionem per sanguinem eius (in remissionem peccatorum) secundum diuitias gratiæ eius, quæ superabundauit in nobis in omni sapientia, & prudentia &c. lib.3.c.6.nu.17.& c. 19.nu.37.38.39. & libro 2.c.10.nu.25.

In quo & vos audito verbo veritatis Euangelij salutis vestræ, quo & credentes signati sancto spiritu promissionis: libro 4.c.34.n.9.& lib.7.c.3.nu.6. & libro 14.c.25.nu.40.

Cap. 2. Secũdum principem potestatis aeris huius, spiritus, qui nunc operatur in filios diffidentiæ, &c. eratis natura filij iræ: libro 4. cap.34.nu.14. & lib. 18.c.16.nu.12.

Deus autem qui diues in misericordia propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis, cõuiuificabit nos in Christo: libro 2.c.12.nu.21.& libro 2.c.2.nu.12.

Vt ostenderet in sæculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo Iesu: libro 2.c.12.nu.21. & libro 2.c.2. num.12.

Gratia enim estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei donum est. lib.7.c.9.nu.13.

Ipse est enim pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriæ soluens, inimicitias in carne sua, legem mandatorum decretis euacuãs, vt duos condat in semetipso in vnum nouum hominem, faciens pacem, vt reconciliet ambos in vno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso: libro 3.c.10.nu.107.& libro 14.c.5.nu.15.

Ergo iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei, superædificati super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu: libro 3.c.7.nu.14. & lib.9.c.14.nu.14.

In quo omnis ædificatio constructa, crescit in tẽplum sanctum in Domino, in quo & vos ædificeamini in habitaculum Dei in Spiritu sancto: lib.3.c.7.n.14.

Cap. 3. Cuius rei gratia ego Paulus vinctus in Christo Iesu pro vobis gentibus; si tamen audistis dispensationem gratiæ Dei, quæ data est mihi in vobis, &c. libro 9.c.13.nu.10.

Mihi enim sanctorum minimo, data est gratia hac, in gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes quæ sit dispensatio sacramenti absconditi a sæculis in Deo &c. lib.8. c.8.nu.15.& lib.14.c.10.nu.3.

Vt innotescat principatibus, & potestatibus, in cælestibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei. lib. 9.c.6.nu.24.

Huius rei gratia flecto genua ad Deum, & Patrem Domini nostri Iesu Christi, vt det iuxta abundantiam gratiæ suæ virtute corroborari per spiritum ipsius in interiori homine, vt inhabitet Christus per fidem in cordibus vestris. lib.13.c.3.nu.31. 32.& c.5.nu.18.& lib.1.c.1.nu.26.& lib.4.cap. 42.nu.8. & lib.16.c.12.nu.36.

In charitate radicati & fundati, vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, sublimitas, & profundum. libro 3. c.11.nu.24.26.36.& lib.4.c.15.nu.22.& lib.8. c.8.nu.17.

Cap. 4. Obsecro itaque vos ego vinctus in Domino, vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis, cũ omni humilitate, & mãsuetudine, cũ patientia supportãtes inuicem

inuicem in charitate. lib. 1. c. 2. nu. 25. & c. 16. nu. 7. & lib. 6. c. 9. nu. 14. 15. 16. & lib. 11. c. 7. nu. 5. 6. & lib. 14. c. 1. nu. 25.

Solliciti seruare unitatem spiritus in vinculo pacis. lib. 3. c. 2. nu. 36. lib. 5. c. 10. nu. 46. & lib. 1. c. 16. num. 7.

Vnum corpus, & vnus spiritus &c. lib. 1. c. 16. numero 7. 8.

Vnus Deus, & pater omnium, qui super omnes, & per omnia, & in omnibus. lib. 17. cap. 5. num. 3. 4. 5.

Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem. dedit dona hominibus. lib. 3. c. 14. nu. 19.

Quod autem ascendit, quid est, nisi quod descendit in inferiores partes terræ. lib. 3. cap. 14. nu. 19. & lib. 8. c. 8. nu. 11.

Qui desperantes, semetipsos tradiderunt in operationem immunditiæ omnis, in auaritiã. lib. 6. c. 1. nu. 5. lib. 14. c. 7. nu. 19.

Et induite nouum hominem qui secundum Deũ creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. lib. 1. c. 5. nu. 5. & lib. 11. c. 13. nu. 2.

Irascimini, & nolite peccare, sol non occidat super iracundiam vestram. lib. 9. c. 7. nu. 11. 23. 30. 31. 37. 38.

Nolite dare locum diabolo. lib. 2. c. 8. nu. 32.

Et nolite contristare Spiritum sanctum Dei: lib. 16. c. 7. nu. 16.

Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur a vobis cum omni malitia: libro 9. c. 7. nu. 1. & lib. 14. c. 1. nu. 18. 19. & c. 5. num. 7.

Estote inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & Deus in Christo donauit vobis: lib. 9. c. 7. nu. 1. & lib. 14. c. 1. num. 18. 19. & c. 5. numero 7.

Cap. 5. *Estote ergo imitatores Dei, sicut filij charissimi, &c. lib. 14. c. 1. nu. 19. 20. 21.*

Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut auaritia, &c. aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet, nec nominentur in vobis.

Hoc enim scitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus (quod est idolorum seruitus) non habet hereditatẽ in regno Christi & Dei. lib. 1. c. 24. nu. 32.

Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. libro 3. cap. 28. num. 22.

Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. lib. 18. c. 5. nu. 12.

Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. lib. 2. cap. 11. num. 31. & lib. 17. c. 1. num. 6. & lib. 18. c. 16. nu. 25.

Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. lib. 1. c. 3. num. 2. & cap. 1. num. 19. 22. & libro 5. cap. 1. numero 3. 4.

Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, &c. vt exhiberet ipse sibi Ecclesiam gloriosam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi. lib. 1. c. 5. nu. 3. 18. & 23. & libro 2. cap. 4. num. 29. & lib. 3. c. 3. nu. 12. & lib. 9. c. 17. num. 23.

Nemo vnquam carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam &c. lib. 1. c. 15. nu. 3. & lib. 3. c. 5. num. 44.

Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia. lib. 1. c. 5 nu. 1. & libro 3. c. 5. nu. 44.

Filij obedite parentibus vestris in Domino, hoc enim Cap. 6.
iustum est. lib. 6. c. 8. nu. 6.

Et vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros, sed educate eos in disciplina, et correptione Domini cum timore, & tremore. libro 6. c. 6. nu. 14. 29.

Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli, quoniam non est colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ, in cælestibus. libro 1. cap. 12. numero 49. & libro 2. cap. 5. num. 1. 2. 11. 23. 24. 33. 43. & cap. 7. num. 1. 42. & cap. 7. num. 4. 5. 6. 7. 8. & libro 2. cap. 9. numero 9. 20. & libro 4. c. 31. nu. 15. 16. & c. 35. num. 13.

Propter ea accipite armaturam Dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare: lib. 2. cap. 7. num. 41. & c. 7. nu. 27. 39. & c. 8. num. 15. & c. 9 nu 20.

State ergo succincti lumbos vestros in veritate. lib. 2. c. 6. nu. 5. & c. 7. nu. 5. 11. 12. 21. 27. & c. 10. n. 7. lib. 4. c. 31. nu. 1. & lib. 11. c. 2. nu. 13. & libro 14. c. 11. nu. 3.

Et induti loricam tustitiæ, & calceati pedes in præparationem euangelij pacis. lib. 2. c. 7. nu. 21. & c. 9. nu. 9. 23. & lib. 16. c. 4. nu. 22. & lib. 2. cap. 7. num. 27.

In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. lib. 2. c. 6. nu. 6. & c. 7. nu. 2. 21. 27. & c. 8. nu. 15. & cap. 9. nu. 22. 29. & lib. 16. c. 4. nu. 22. & lib. 18. cap. 12. num. 4.

Et galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei. lib. 2. c. 7. nu. 11. 13. 21. 22. 27. & c. 9. num. 22. 23.

Ex epistola ad Philippenses.

Testis enim est mihi Deus, quomodo cupiam omnes vos esse in visceribus Christi, & hoc oro, vt charitas vestra, magis, ac magis abundet in omni sciëtia, & in omni sensu, vt probetis potiora, vt sitis sinceri, & sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitiæ. lib. 1. c. 14. nu. 25. & lib. 14. c. 26. nu. 6. Cap. 1.

Quidam autem ex contentione Christum annunciãt, non sincere existimantes pressuram se suscitare vinculis meis: quid enim dum omni modo, siue per occasionem, siue per veritatem Christus annuncietur, & in hoc gaudeo, & gaudebo. libro 9. c. 5. nu. 19.

Mihi enim viuere Christus est, & mori lucrum. lib. 1. c. 2. nu. 14. & c. 18. nu. 24. & lib. 2. c. 2. num. 25. & cap. 16. nu. 33. & lib. 3. c. 12. nu. 3. lib. 11. c. 9. nu. 15.

Coarctor enim e duobus, desiderium habens dissolui, & esse cum Christo, multo magis melius: permanere autem in carne necessarium propter vos.

lib. 1. c. 14. nu. 25. & nu. 14. & lib. 1. c. 18. nu 24. lib. 2. c. 2. nu. 3. 25. & c. 5. nu. 35. & c. 16. nu. 33. & lib. 1. c. 7. nu. 3. & c. 14. nu. 25. & c. 18. nu. 24. & lib. 2. c. 2. nu. 1. & lib. 11. c. 9. nu. 25. lib 14. c. 25 nu. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 36. lib. 16. c. 7. nu. 17. lib. 11. c. 9. nu. 13.

Et hoc confidens, scio quia manebo, & permanebo omnibus vobis ad profectum vestrum lib. 1. cap. 14. num. 25.

Quia vobis datum est pro Christo, non solum vt in eum credatis, sed vt etiam pro illo patiamini. lib. 14. c. 24. nu. 10. 11.

Cap. 2. *Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, sed in humilitate, superiores sibi inuicem arbitrantes. lib 8. c. 5. nu. 24.*

Non quæ sua sunt singuli considerantes, sed ea quæ aliorum. lib. 1. c. 16. nu. 1. 12. & lib. 3. c. 2. nu. 4.

Hoc enim sentite in vobis quod, & in Christo Iesu. lib. 1. c. 16. nu. 1. & lib. 3. c. 2. nu. 40.

Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. lib. 2. c. 12. nu. 3. 4. & lib. 3. c. 5. nu. 68. & c. 7. nu. 33. & c. 9. nu. 17. & lib. 8. c. 5. nu. 12.

Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod, & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genuflectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus in gloria est Dei patris. lib. 8. c. 5. nu. 12. 27. & c. 8. nu. 23.

Cum metu, & tremore salutem vestram operamini. lib. 17. c. 3. nu. 4. 12. 20. 21.

Deus est enim qui operatur in vobis, & velle, & proficere pro bona voluntate. lib. 7. c. 9. nu. 8. 9. 23. & lib. 17. c. 3. nu. 12.

Omnia autem facite sine murmurationibus, & hæsitationibus, vt sitis sine querela, & simplices filij, Dei sine reprehensione. lib. 11. c. 3. nu. 16. 17.

In medio nationis prauæ, & peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. lib. 9. c. 19. nu. 15. 13. & lib. 10. c. 9. nu. 5. & lib. 11. c. 3. nu. 15. 16. 16. lib. 12. c. 1. nu 2.

Omnes, enim quæ sua sunt, quærunt, non quæ sunt Iesu Christi. lib. 1. c. 16. nu 1. & lib. 2. c. 12. nu. 22. & lib. 2. c. 15. nu. 32. & lib. 3. c. 2. nu. 40. lib. 14. cap. 29. nu. 24.

Necessarium autem existimaui, Epaphroditum fratrem, & cooperatorem, & commilitonem meum, vestrum autem apostolum, & ministrum necessitatis meæ, mittere ad vos, quoniam quidem omnes vos desiderabat, & mœstus erat, propterea quod audieratis illum infirmatum, nam & infirmatus est vsque ad mortem. lib. 5. c. 9. nu. 23.

Cap. 3. *Et gloriamur in Christo Iesu, & non in carne fiduciam habentes, si quis autem alius videtur confidere in carne. lib. 7. c. 6. nu 6.*

Quamquam, & ego habeam confidentiam in carne, &c. existimo omnia detrimẽtum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi &c. propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam. lib. 2. c. 16. nu. 3. & lib. 1. c. 7. nu. 1. & lib. 2. c. 16. n. 34. & lib. 2. c. 4. n. 33.

Vt inueniar in illo, non habens meam iustitiam quæ ex lege est: sed illam, quæ ex fide est Christi. lib. 1. c. 9. nu. 11.

Non quod iam acceperim, aut iam perfectus sim, sequor autem si quomodo comprehendam in quo, & comprehensus sum a Christo Iesu, fratres ego me non arbitror comprehendisse. lib. 2. c. 2. nu. 19. lib. 9. c. 12. nu. 2. 3. 7. 8. 10. & c. 22. nu. 15. lib. 11. c. 2. num. 5.

Vnum autem quæ retro sunt, obliuiscens, ad ea vero quæ sunt priora, extendens me ipsum, ad brauium persequor supernæ vocationis in Christo Iesu, quot quot ergo perfecti sumus, hoc sentiamus, & si quid aliter sapitis, & hoc vobis Deus reuelauit. lib. 2. c. 2. nu. 19. lib. 9. c. 12. nu. 2. 3. 7. 8. 10. & c. 22. nu. 15. & lib. 11. c. 2. nu. 5.

Multi enim ambulant quos sæpe dicebam vobis (nunc autem, & flens dico) inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus, venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. lib. 1. c. 1. nu. 20. lib. 7. c. 1. nu. 8.

Nostra conuersatio in cælis est. lib. 2. c. 3. n. 10. & c. 5. nu. 23. & c. 16. nu. 41.

Vnde etiam saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus bumilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. lib. 2. c. 1. nu. 23. & c. 2. nu. 21. & c. 3 nu. 10. & lib. 3. c. 1. nu. 55. 56. 57. 58.

Gaudete in Domino semper iterum dico gaudete. lib. Cap. 4.
1. c. 2. 3. & lib 1. c. 18 nu. 20. lib. 7. c. 1. nu. 31. & lib. 7. c. 4. num. 2. & lib. 10. cap. 2. num. 7. & lib. 7. capit. 1. numero. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 13. 14. 15.

Modestia vestra nota sit omnibus hominibus Dominus enim prope est nihil solliciti sitis. lib. 9. cap. 9. nu 10.

Et pax Dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras in Christo Iesu. lib. 2. c. 1. nu. 23.

De cetero fratres, quæcumque sunt vera, quæcumque pudica, quæcumque iusta, quæcumque sancta, quæcumque animalia, quæcumque honestæ famæ, si qua virtus si qua laus disciplinæ, hæc cogitate quæ, & didicitis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me, hæc agite. lib. 12. c. 1. nu. 5. 6.

Gauisus sum autem in Domino vehemẽter, quoniam tandem aliquando refloruistis pro me sentire, sicut & sentiebatis. lib. 7. c. 4. nu. 3.

Ex Epist. ad Colossenses.

Gratias agimus Deo, & Patri Domini nostri Iesu Christi semper pro vobis orantes, audientes fidem vestram in Christo Iesu, & dilectionem, quã habetis in sanctos omnes &c. lib. 6. c 3. nu. 12. Cap. 1.

Cum gaudio gratias nunc agentes Deo, & Patri qui dignos nos fecit in partẽ sortis sanctorum, in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ. lib. 2. c. 13. nu. 2

In quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum, qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ. lib. 8. c. 3 nu. 3.

Qui est principium, & primogenitus ex mortuis. lib.3.c.15.nu.8.
Pacificans per sanguinem suum, siue quæ in terra, siue quæ in cælis sunt. lib.1.c.2.nu.9.
Gaudeo nunc in passionibus meis. libro 7. cap. 1. num.16.
Cap. 2. *In quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei. lib.3.c.9.nu.51.*
Et expolians principatus, & potestates traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso. lib. 3.c.10.nu.12.& c.11.nu.5.6.
Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbathorum, quæ sunt vmbra futurorum. lib.2.c.1.nu.2.& lib.6.c. 2.nu.7.8.10.
Vos estis gloria nostra, & gaudium. lib.3. cap. 2. num.14.
Cap. 3. *Igitur si cõsurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. lib. 1.c.17.nu.18.& lib.3.c.13.nu.32.& lib.3.cap. 14.nu.31.*
Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo. lib.2.c.16.nu.22.& lib.3.c.1.nu.33.& lib.9.c.9.nu.64.& c.21.nu.15.
Cum autem Christus apparuerit vita vastra, tunc & vos apparebitis cũ ipso in gloria. lib.2.c.16.n.22.
Mortificate ergo membra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, &c. lib.1.c.18.nu.151.
Et auaritiam, quæ est idolorum seruitus. lib.1.cap.4. nu.33.& cap.22.nu.11.& lib.11.c.5.nu.25.& lib.3.c.1.nu.33.& c.11.nu.24.& lib.3.c.14.nu. 31. lib.16.c.9.nu.6.
Nunc autem & vos deponite omnia, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, & turpem sermonem de ore vestro. lib.9.c.7.nu.31.
Induite ergo vos sicut electi Dei, sancti & electi, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, &c. lib.1.c.5.nu.5.& lib. 4.c.28.n.6.7.lib.5.c.10.n.29.& lib.16.c.7 n.4.
Et donantes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut Christus donauit vobis. lib. 9.c.4.nu.22.
Super omnia autem hæc, charitatem habete, quod est vinculum perfectionis. lib.1.c.2.nu.8.9.
Cap. 4. *Orationi instate vigilantes in ea, in gratiarum actione, orantes simul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi. lib.3.c.3.n.1.2.3.4.5.vsque num.26.32.*
Sermo vester semper in gratia sit sale conditus. libro 14.c.5.nu.3.

Ex epist. 1. ad Thessalonicenses.

Cap. 1. *NAm & ipsi scitis fratres introitum nostrum ad vos, quia non inanis fuit, sed & ante passi multa, & contumelijs affecti (vt scitis) in Philippis fiduciam habuimus in Deo nostro loqui ad vos Euangelium Dei in multa sollicitudine. lib. 14.27.nu.5.*
Sed facti sumus paruuli in medio vestrum, tamquam si nutrix foueat filios suos. lib.16.c.8.nu.24.
Cap. 2. *Gratias agimus semper Deo pro omnibus vobis, memoriam facientes vestri in orationibus nostris sine intermissione &c. Quoniam cum accepissetis a nobis verbum auditus fidei, accepistis illud, non vt verbum hominum, sed vt vere verbum Dei, qui operatur in vobis, qui credidistis. lib.6. cap.3. num.12.*
Quoniam nunc viuimus, si vos statis in Domino. lib. Cap. 3. *2.c.7.nu.12.*
Rogamus autem vos fratres, vt abundetis magis, & Cap. 4. *operam detis, vt quieti sitis, & vt vestrum negotium agatis, & operemini manibus vestris. libro 13.c.12.nu.5.*
Nolumus autem vos ignorare fratres, de dormientibus, vt non contristemini sicut & ceteri qui spem non habent. lib.4.c.1.nu.16.19.49.51.& lib.11. c.9.nu.27.
Si enim credimus quod Iesus mortuus est, & resurrexit, ita & Deus eos qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo. lib.11.c.9.nu.27.
Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui viuimus, qui residui sumus in aduentu Domini, non præueniemus eos qui dormierunt &c. simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera. lib.2.c.9.nu.32. lib.4.c.29.nu.1.lib. 9.c.9.nu.17.
Vt sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere, in Cap. 5. *sanctificatione, & honore, non in passione desiderij, sicut & gentes quæ ignorant Deum. lib.6.cap. 12.nu.7.*
Ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini sicut fur in nocte, ita veniet &c. lib.18.c.5.nu.6.7.8. 9.10.11.13.
Cum enim dixerint, pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habentis, & non effugient. libro 9.cap.9. numero 10. & lib.14. cap.23. num.29.& lib.18. c.5. num.11.
Vos autem fratres non estis in tenebris, vt vos dies illa, tamquam fur comprehendat. lib.18. cap.5. num.8.11.
Omnes enim vos filij lucis estis, & filij Dei, non sumus noctis, neque tenebrarum. lib.12. cap.3. num.7.
Igitur nõ dormiamus sicut & ceteri, sed vigilemus, & sobrij simus. lib.18.c.5.nu.8.11.
Qui enim dormiunt, nocte dormiũt, & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt. lib.18.c.5.nu.8.14.
Propter quod consolamini inuicem, &c. rogamus autem vos fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. lib.3.c.28.nu.20.
Semper gaudete, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. lib.2.c.12.nu.25.& lib.7.c.7.nu.1. libro 13.c.3.nu.1. vsque ad num.26.& libro 13. cap.5.num.25.& cap.7.nu.1.2.3.& lib.2.c.13. num.33.
Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite spernere. libro 16.cap.12.nu.17.18.& lib.18.cap. 12.nu.10.
Ab omni specie mali abstinete uos. lib.12. cap.1. num.13.
Ipse autẽ Deus pacis sanctificet uos per omnia, ut integer spiritus vester, & anima, & corpus in aduẽtu Domini nostri Iesu Christi sine querela conseruetur. lib.18.c.12.nu.10.

Ex

Ex epistola 2. ad Thessalonicenses.

Cap. 2. ROgo autẽ vos fratres per aduentũ Domini nostri Iesu Christi, et nostræ cõgregationis in ipsum, vt non cito moueamini a vestro sensu, neque terreamini, neque per spiritum, neque per sermonẽ, neque per epistolam tãquam per nos missam, quasi instet dies Domini. ne quis vos seducat vllo modo, quoniam nisi venerit discessio primũ, & reuelatus fuerit homo peccati. filius perditionis, qui aduersatur, & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod loquitur, ita vt in templo Dei sedeat ostendens se tamquam sit Deus. num retinetis quod adhuc cum essem apud vos, hæc dicebam vobis? nam mysterium iam operatur iniquitatis, &c. quẽ Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet &c. Euacuabit illuminatione præsentiæ suæ, &c. & in omni seditione iniquitatis ijs qui pereunt. lib.9.c.9.nu.45.& lib.16.c.13.nu.44.*
Eo quod veritatis charitatem nõ receperunt, vt saluifierent, ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mẽdacio, vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserũt iniquitati. lib.11.c.14.nu.15.& lib.14.c.14.nu.1.5.
Cap. 3. *Dominus autem dirigat corda vestra in charitate Dei, & patientia Christi. lib.16.c.12.nu.10.*
Denunciamus autem vobis fratres in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate lib.2.c.5.nu.5.
Ipsi enim scitis, quemadmodũ imitari oporteat nos, quoniam non inquieti sumus inter vos, neque gratis manducauimus panem ab aliquo, sed in labore, & infatigatione nocte & die operantes, ne quẽquam vestrum grauaremus. lib.13.c.12.nu.4.
Quoniam si quis non vult operari, nec mãducet &c. vos fratres nolite deficere benefacientes. lib.5.c. 10.nu.16.

Ex epist. 1. ad Timotheum.

Cap. 1. FInis autem præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. lib.3.c.2. nu.23.27. lib.6.c.3.nu.15. lib.14.c.31.num.23. lib.16.c.11.nu.10.
Qui prius blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus, sed misericordiam Dei consecutus sum. lib.2.c.7.nu.34. lib.4.c.11.nu.26.27. lib.8.cap. 5.nu.15.16.& c.6.nu.2.
Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quòd Christus Iesus venit in hunc mundum, peccatores saluos facere, quorũ primus ego sum. li.14.c.18.n.23.
Sed dico misericordiam consecutus sum, vt in me ostenderet Christus Iesus omnem patientiam ad informationem eorum, qui crediturí sunt illi in vitam æternam. lib.4.c.11.nu.27.
Hoc præceptum commendo tibi fili mi Timothee, secundum præcedentes in te prophetias, vt milites in illis bonam militiam, habens fidem, & bonam conscientiam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt, ex quibus est Hymenæus & Alexander, quos traditi Satanæ, vt discãt non blasphemare. lib.2.c.11.nu.7.& lib.14.cap. 31.nu.3.
Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, Cap. 2. *orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate constituti sunt, vt quietã, & trãquillam vitam agamus in omni pietate, & castitate. lib.13.c.5.nu.20.*
Hoc enim bonum est & acceptum coram Saluatore nostro Deo, qui vult omnes homines saluos fieri, &c. lib.4.c.7.nu.17.
Volo ergo viros orare in omni loco, leuantes puras manus sine ira, & disceptatione. lib.2.c.13.nu.4. & lib.11.c.11.nu.25.& lib.13.c.9.num.18.& cap.11.nu.4.
Similiter & mulieres in habitu ornato, cum verecundia, & sobrietate ornantes se, non intortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa, sed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona. lib.9.c.2. num.13.14.15.16.17. & libro 8. cap.2.num.3.4.5.6.7.18.19.20.27. 28.29.
Docere autem mulieri non permitto in Ecclesia, &c. lib.5.c.2.nu.9.
Et Adam non est seductus, mulier autem seducta in præuaricatione fuit. lib.11.c.11.nu 26.
Saluabitur autem per filiorum generationem, si permanserit in fide, & dilectione, & sanctificatione cum sobrietate. lib.1.c.5.num 13.& lib.6.cap.6. num.23.
Fidelis sermo, si quis Episcopatum desiderat, bonum Cap. 3. *opus desiderat. lib.5.c.11.nu.8.15.& lib.14.c. 31.nu.4.*
Oportet enim Episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem, non vinolentum, non percussorem, sed modestum. lib.5.c. 11.nu.9.& lib.14.c.31. num.5.& lib.16.cap.1. num.27.28.
Non litigiosum, non cupidum, sed suæ domui bene præpositum, filios habentem subditos cum omni castitate. lib.6.c.6.nu.23. lib.16.c.1.nu.27.28.
Si quis autem suæ domui præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit? lib.5. cap.11. num.18.
Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes, habentes mysterium fidei in conscientia pura, & hi autem probentur primum, & sic ministrent nullum crimen habentes. lib.16.c.1.nu.27.28.
Diaconi sint vnius vxoris viri, qui filijs suis bene præsint, & suis domibus. lib.16.c.1.nu.33.
Omnis creatura Dei bona est, & nihil reiiciendum, Cap. 4. *quod cum gratiarum actione percipitur. lib.16. c.8.nu.6.*
Nemo adolescentiam tuam spernat. lib.14.c.29. nu. 13.14. lib.18.c.1.nu.23.
Sed exemplum esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. lib.5.cap. 13.nu.16.
Hæc meditare, in his esto, vt profectus tuus manifestus sit omnibus: attende enim tibi & doctrinæ, insta in illis: hæc enim faciens, & teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt. lib.14.cap.29.nu. 14.& c.31.nu.6.
Viduas honora, quæ veræ viduæ sunt, quæ in deli- Cap. 5.

Universidad de Deusto

tius est, viuens mortua est. lib.1.c.1.nu.28.34. & lib.2.c.3.nu.14. & lib.7.c.2.nu.5.8.& lib.8.c.2. num.9.

Si quis autem suorum.& maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. lib.6.c.6.nu.7. lib.15.c.5.nu.9.

Volo autem iuniores nubere, filios procreare, matres familias esse, nullam occasionem dare aduersario, maledicti gratia. lib.12.c.1.nu.8.

Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo, & doctrina. lib.14.c.31.nu.6.

Nemini cito manus imposueris, neque communices peccatis alienis, teipsum castum custodi. libro 9. c.19.nu.10.

Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino vtere propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates: libro 1.cap.1.nu.2.36.51.& libro 5. c.9.nu.7.8.

Cap. 6. Quicumque sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur. lib.3.c.16.nu.7.

Est autem quæstus magnus, pietas cum sufficientia. lib.2.c.18.nu.19.

Nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium quod nec auferre quid possumus. lib.1.c.24. nu.6. & lib.2.c.15. nu.8. & c.18. nu.19. & lib. 4.c.39.nu.5.

Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus. lib 2.c.15.nu.8.& c.16.n.16.& c.18.nu.19. lib.9.c.2.nu.3.4.17.

Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa, & inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem. lib.1.c.24.nu.25. & lib.2.c.15 nu.43. lib.15.c.6.nu.11.

Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes, errauerunt a fide, & inseruerunt se doloribus multis. lib.1.c.17.nu.12.13.& libro 4.cap.39.nu.5.& cap.40 nu.16. & libro 1. c.24.nu.8.23. & cap.20.nu.14.15.16.& lib.1. c.24.nu.33.

Tu autem o homo Dei hæc fuge, sectare vero iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam. lib. 1.c.24.nu.34.

Qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem. lib.2.c.4.num.29.& lib.8. cap.2. num.13.

Diuitibus huius sæculi præcipe, non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo &c. vt apprehendant bonam vitam. libro 2. c.18.nu.19. & lib.4.c.28. nu.5.12. & c.4.num. 11.15.16.17.

Ex Epist.2. ad Timotheum.

Cap. 1. Det illi Dominus inuenire misericordiam in die illa. lib.9.c.9.nu.14.

Cap. 2. Nemo militans Deo, implicat se negotijs sæcularibus. lib.1.c.18.nu.3. & lib.2.c.7.nu.1. lib.16.c. 1.num.36.

Nam & qui certat in agone, non coronabitur nisi legitime certauerit. lib.14.c.24.nu.15.16.

Memor esto Dominum Iesum Christum resurrexisse a mortuis &c. secundum Euangelium meum, in quo laboro vsque ad vincula &c. sed verbum Dei non est alligatum. lib.1.c.2. nu.27. lib.14.c.25. nu.27.28.29.

Nam si commortui sumus, & conuiuemus, si sustinebimus, & conregnabimus. lib.3.c.1.nu.56. & cap.11.nu.10. & lib.6.c.9. num.19. & libro 18. c.10.nu.8.

In magna autem domo non solum sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea, & fictilia, & quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam. lib.3.c.15.nu.3.

Seruum autem Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati, nequando Deus det illis pœnitentiam ad cognoscendam veritatē, & resipiscant a diaboli laqueis, a quo captiui detinentur ad ipsius voluntatem. lib.14.c.26.nu.12.

Hoc autem scito quod in nouissimis diebus instabūt Cap. 3. tempora periculosa, & erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores &c. & voluptatum amatores, magis quàm Dei. lib.1.c.18. nu.12. & lib.1.c.13.nu.7. & lib.2.c.19. nu.1.2. & lib.5.c.5. nu.7.& lib.8.c.1.nu.7.

Habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. lib.6.c.3.nu.9. & lib.15. cap.5. nu.11. 13.14.

Et omnes qui pie volunt viuere in Christo Iesu persecutionem patientur. lib.2.c.6.nu.24.& c.9.n.31. lib.9.c.15.nu.40.& c.20.nu.14.17.20.

Insta opportune, importune, argue, obsecra, increpa Cap. 4. in omni patientia & doctrina. lib.14.c.27.nu.16.

Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ &c. lib 1.c.20.nu.19.& lib.2.c.3.num.26.& lib.4.c.11.nu.27. & lib.14.c.20.nu.5.6. lib.18. c.1.nu.40.

Non solum autem mihi, sed & ijs qui diligunt aduentum eius. lib.9.c.9 nu.15.

Alexander ærarius multa mala mihi ostendit, reddet illi Dominus secundum opera eius, quem & tu deuita: valde enim restitit verbis nostris. libro 9. c.19.nu.10.19.

In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt, Dominus astitit mihi, & confortauit me. lib.9.c.15.nu.19.

Ex epistola ad Titum.

Tv autem loquere quæ decent sanam doctri- Cap. 2. nam. lib.14.c.28.nu.21.

Anus similiter in habitu sancto. libro 9.cap.2.numero 22.

Apparuit enim gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & sæcularia desideria, sobrie, & iuste, & pie viuamus in hoc sæculo. libro 3 cap.7. numero 33.34.41.42.& lib.9.cap.1.nu.25.& c.9. num.44.

Expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populū sectatorem bonorum operum. lib.5.c.6.nu.6.& lib.2.c.10. num.22.

Nemo te contemnat. lib.16.c.2.nu.8.

Cap. 3. Cum autem benignitas, & humanitas apparuit Saluatoria nostri Dei, non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit: libro 3.c.7.nu.33.34.41.42.& libro 7.c.9.nu.19.

Hæreticum hominem post vnam, & secundam correptionem deuita, sciens quia peruersus est: libro 8.c.1.nu.19.

Ex epistola ad Philemonem.

Ego te fruar in Domino, refice viscera mea in Christo: libro 6.c.14.nu.1.

Ex epistola ad Hebræos.

Cap. 1. Multifariam, multisq. modis olim Deus loquēs patribus in Prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio, quem constituit heredem vniuersorum, per quem fecit & sæcula &c. Sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. libro 3. cap. 14.nu.2.

Nonne omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiūt salutis: lib.1.c.14.nu.14.& c.21.num.7.14.17. 18.24.& lib.2.c.8.nu.6. & lib.3.c.5.nu.15.

Cap. 2. Videmus Iesum propter passionem mortis, gloria & honore coronatum, vt gratia Dei, pro omnibus gustaret mortem. lib.4.c.1.nu.15.

Et liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti. lib.4.c.1.nu.15.

Nusquam angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit: libro 3.c.5.nu.15.

Vnde debuit per omnia fratribus assimilari, vt misericors fieret, & fidelis Pontifex ad Deum, vt repropitiaret delicta populi: in eo enim in quo passus est ipse, & tentatus: potens est, & eis qui tentantur auxiliari. libro 3.c.5.nu.16.

Cap. 4. Nam si eis Iesus requiem præstitisset, numquam de alia loqueretur. libro 2.c.1.nu.6.

Itaque relinquitur sabbathismus populo Dei. lib.6. c.2.nu.4.5.6.15.

Festinemus ergo ingredi in illam requiem. lib.3.c. 16.nu.9.

Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis: libro 9 c.8.nu.11.12. & libro 18.c.2.nu.14.

Omnia autem nuda, & aperta oculis Domini. lib.4. c.13.nu.7.

Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. lib.14.c.21.nu.20.

Cap. 5. Et quidem cum esset filius Dei, didicit ex ijs, quæ passus est, obedientiam. lib.18.c.19.nu.11.

Etenim cum deberetis esse magistri propter tempus, rursum indigetis, vt vos doceamini, quæ sint elementa exordij sermonis Dei, & facti estis, quibus lacte opus sit, non solido cibo. lib.9.c.11. nu.28. & cap.22.nu.2.

Omnis enim qui lactis particeps est, expers est sermonis iustitiæ: parulus enim. perfectorum autem solidus est cibus, eorum qui pro ipsa consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali. lib.1.c.2.nu.9.& lib 9 c.22.nu.21.

Terra enim sæpe venientem super se imbrem, & ger Cap. 6. minans herbam opportunam illis, a quibus colitur, accipit benedictionem a Deo, proferens autem spinas ac tribulos, reproba est, & maledicto proxima, cuius consummatio in combustionem. lib.2. c.10.nu.9.10.& c.11.nu.7.& lib.11.c.3.num.1. 2.& lib.15.c.6.nu.8.lib.18.c.2.nu.17.

Post velamentum secundum tabernaculum quod di- Cap. 9. citur sancta sanctorum, &c. arcam testamenti circumtextam ex omni parte &c. Cherubim obumbrantia propitiatorium. lib.1.c.5.nu.2.

Et ideo noui testamenti mediator est. lib.3.c.5.n.17.

Horrendum est incidere in manus Dei viuentis. lib. 1.c.15.nu.14.

Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia, terribilis autem quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios. lib.3.c.15.nu.5.

Irritam quis faciens legem Moysi sine vlla miseratione, duobus vel tribus testibus moritur: quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit? lib.3.c.15.nu.2.lib.5.c.12.nu. 10. lib.11.c.2.nu.3. lib.14.c.6.nu.13.

Sine fide impossibile est placere Deo. libro 3.c.14. Cap. 11. num.26.

Accedentem ad Deum oportet credere, quia est, & quia remunerator sit. lib.6.c.3.nu.5.

Fide qui vocatur Abraham, obediuit in locum exire, quem accepturi erant in hereditatem, &c. In casulis habitando cum Isaac, & Iacob heredibus repromissionis eiusdem. lib.6.c.2.nu.10.& lib.9. c.14.nu.18.

Iuxta fidem defuncti omnes, isti, non acceptis repromissionibus, sed a longe eas aspicientibus, & salutantes, & confitentes, quia peregrini, & hospites sunt super terram. libro 2.c.2.num.5.6.8.25.& libro 6.cap.5.num.1. & lib.9. cap.14.num.1.& num.14.

Qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere. lib.9.c.14.nu.14.

Et si quidem ipsius meminissent, de qua exierunt: habebant vtique tempus reuertendi, nūc autem meliorem appetunt, idest cælestem, ideo non confunditur Deus vocari eorum, præparauit illis ciuitatem. lib.9.c.14.nu.14.

Moyses grandis effectus est, negauit se esse filium Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias æstimans thesauro Aegyptiorum improperium Christi. lib.1.c.15.nu.7.& lib. 9.c.15.nu.11.

Non suscipientes redemptionem, vt meliorem inuenirent resurrectionem. lib.2.c.2.nu.5. & lib.6.c. 5.nu.1.

Alij vero ludibria, & verbera experti, insuper & vincula,

Universidad de Deusto

vincula, & carceres lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt. lib. 5. c. 13.nu.27.

Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mũdus.lib.1.c.1.nu.41.

Cap. 12. *Ideoque, & nos tantam habẽtes impositum nubem testium, deponentes omne pondus, & circunstans nos peccatum, per patiẽtiam curramus ad propositum nobis certamen.lib.5.c.13.nu.27.*

Qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem, confusione contempta.lib.14.c.1.nu.13.

Recogitate eum qui talem sustinuit a peccatoribus contradictionem aduersus semetipsum, vt non fatigemini animis vestris deficientes.lib.14. cap.1. nu.14.

Nondum enim vsque ad sanguinis effusionem restiti stis..lib.2.c.7.nu.8.lib.6.c.7.nu.7.

Fili noli negligere disciplinum Domini, neque fatigeris dum ab eo argueris, quem enim diligit Dominus, castigat, flagellat autem omnem filium quẽ recipit.lib.2.c.12.nu.19.lib.4.c.5.nu. 3.4. 13.& c.6.nu.2 3.lib.5.c.9 nu.19.20.lib.6.c.9. nu.2.3. 6.20.28.& c.10.nu.10.

Tamquam filijs se offert Deus, quis enim filius quem non corripit pater in disciplina perseuerate. lib. 4.c.6.nu.3.

Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri, & non filij estis. lib. 4.c.6.nu.3.

Omnis autem disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudij, sed mœroris; postea autem fructũ pacatissimum exercitatis per eam, reddet iustitiæ. lib.7.c.3.nu.1.lib.18.c.11.nu.13.

Propter quod remissas manus erigite, & dissoluta genua, & gressus rectos facite pedibus vestris.lib. 2.c.7.nu.12.

Cap. 13. *Hospitalitatem nolite obliuisci, per hanc enim quidã placuerunt angelis hospitio receptis. lib.5.c.10. nu.24.*

Mementote præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei, quorum intuentes exitum conuersationis imitamini fidem obedite præpositis vestris, & subiacete eis; ipsi enim peruigilant quasi rationem reddituri pro animabus vestris, & c. hoc enim non expedit vobis.lib.5.c.11.num.4. & lib. 13.c.1.nu.1.2.3.4.5.6.7.& lib.16.c.3. nu.5.

Ex epistola Iacobi.

Cap. 1. *Omne gaudium existimate fratres mei, cum incideritis in tentationes varias.lib.1.c.10.nu. 2.& lib.2.c.9.nu.31.*

Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.lib.7.c.3.nu.17.

Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum.lib.10.c.7.nu.14.18.

Ira viri iustitiam Dei non operatur.lib.9.c.7.nu.38

Qui autem perspexerit in lege perfectæ libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliuiosus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. lib.1. cap. 19.nu.10.

Si quis autem putat se esse religiosum, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio.lib.10.c.7.nu.7.8. lib.18.c.15.nu.48.

Etenim si introierit in conuentum vestrum vir aureũ Cap. 2. *habens anulum, in veste candida, introierit autem pauper in sordido habitu, & intendatis in eum, qui indutus est veste præclara. & dixeritis ei, tu sede hic bene; pauperi autem dicatis, tu sta illic &c. nonne Deus pauperes elegit? lib 1.c.3.nu.2.*

Qui in vno offenderit, factus est omnium reus.lib.3. c.25.nu.16.

Iudiciũ enim sine misericordia illi fiet, qui non facit misericordiam, superexaltat misericordia iudicium.lib.5.c.10.nu. 53.

Quid proderit fratres mei, si fidem quis dicat habere, opera autem non habeat? lib.6.c.3.nu.19.20.

Si autem frater, & soror nudi sint, & indigeant victu quotidiano, dicat autem aliquis ex vobis illis; ite in pace, calefacimini, & saturamini, non dederitis autẽ eis quæ necessaria sunt corpori, quid proderit vobis? lib.5.c.10.nu.59.lib.6.c.3 nu.19.

Fides sine operibus mortua est.lib.6.c.3.nu. 16. lib. 6.c.3.nu.19.

Tu credis, quoniam vnus est Deus bene facis, dæmones credunt, & contremiscent.lib.6.c.3.num.19. 20.

Vis autem scire homo inanis, quoniam fides sine operibus mortua est? Abraham pater noster nonne ex operibus iustitiæ iustificatus est offerens Isaac filium humi super altare? lib.6.c.3.nu.21.22.

In multis offendimus omnes.lib.1.c.25.nu.7. lib.7. Cap. 3. *c.4.nu.19.*

Si quis verbo nõ offendit, hic perfectus est vir.lib.10. c.7.8.nu.8.15.

Ita, & lingua modicum quidem membrum est, & magna exaltat, ecce quantus ignis, quam magnam syluam incendit, & lingua ignis est vniuersitas iniquitatis.lib.10.c.7.nu.16.18.

Omnis enim natura bestiarum, & volucrum, & serpentium, & ceterorum domantur, & domita sunt a natura, linguam autem nullus domare potest.li. 10.c.8. nu.14.17.

Lingua inquietum malum, plena veneno mortifero. lib.10.c.8.nu.14.

In qua benedicimus Deum, & patrem, & in ipsa maledicimus homines, qui ad imaginem, & similitudinem Dei facti sunt.lib.10.c.7.nu.8.

Cap. 4. *Adulteri nescitis, quia amicitia huius mũdi inimica est Dei? lib.11.c.5.nu.10.lib.2.c.5.nu.44.*

Quicumque ergo voluerit amicus esse sæculi huius inimicus Dei constituitur.lib.7.c.2 nu.19.

Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. lib.16.c.13.nu.3.4.18.19.

Resistite diabolo, & fugiet a vobis lib.2.c.5. nu. 44. & lib.2.c.7.nu.41.& lib.4.c.32.nu.2.

Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. lib. 4.c.20.nu.1.

Miseri estote, & lugete, & plorate, risus vester in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem. libro. 10.c.2.nu.17.

Cap. 5. *Ante omnia nolite fratres mei iurare, neque per cælum, neque per terram, neque aliud quodcumque iuramentum, sit autem omnis sermo vester, est, est, non, non.lib.9.c.11.nu.39.40.41.*

Ex

Ex Epistola. 1. Petri.

Cap. 2. *Hic factus in caput anguli, & lapis offensionis, & petra scandali.lib.5.c.7.nu.23.*

Charissimi obsecro vos tamquam aduenas, & peregrinos abstinere vos a carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam.lib.1.c.18.nu.27.

Quæ enim est gratia, si peccantes, & colaphizati sustertis, sed si benefacientes patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deum.lib.6.c.11.nu.17.

In hoc enim vocati estis, quia & Christus passus est pro vobis, vobis reliquens exemplum, vt sequamini vestigia eius.lib.3.c.7.nu.18.& c.8. nu.8.

Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, qui cum malediceretur, non maledicebat.lib. 2.c.8.nu.11.& lib.3.c.7.nu.18.

Cap. 3. *Sed qui absconditus est cordis homo in incorruptibilitate quieti, & modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples.lib.14.c.24.nu.7.*

Non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto.lib.9.c.4.nu.18.

Et quis est qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis? lib.1.c.15.nu.13.

In diebus Noe cum fabricaretur arca, in qua pauci, id est octo animæ saluæ factæ sunt per aquam, quod & vos nunc similis formæ saluus facit baptisma, & c.lib.5.c.3.nu.6.

Cap. 4. *Charitas operit multitudinem peccatorum. lib.1.c. 15.nu.5.21.*

Tempus est, vt incipiat iudicium a domo Dei. lib.6. c.11.nu.13.20.lib.9.c.9. nu.57.

Si iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt? lib 6.c.11.nu.20.lib.9.c.9.nu.76.

Neque dominantes in clero, sed forma facti gregis.lib.14.c.31.nu.27.

Omnem sollicitudinem vestram in eum proijcientes, quoniam ipsi cura est de vobis.lib.1.c.1.num.22.

Vigilate in orationibus, quia aduersarius vester diabolus circuit quærens quem deuoret, cui resistite in fide.lib.2.c.5.nu.10.12.& c.6.nu.16.& c.8. nu.11.& lib.1.c.2.nu.7.& li.2.c.6.nu.6.& li.2. c.8.n.32.& c.11.nu.25.

Ex epistola 2. Petri.

Cap. 2. *Et iustum Loth oppressum a nefandorum iniuria ac luxuriosa conuersatione eripuit, aspectu enim, & auditu iustus erat, habitans apud eos, qui de die in diem animam iusti iniquis operibus cruciabant, nouit Deus pios de tẽtatione eripere. lib.9.c.19.n.13.lib.10.c.9.nu.5.*

Qui mercedem iniquitatis amauit, correptionem vero suæ vesaniæ habuit, subiugale mutum animal in hominis voce loquens prohibuit prophetæ insipiẽtiam.lib.4.c.5.nu.37.lib.5.c.9.nu.21.

Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quam post agnitionem retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato, facta sunt posteriora deteriora prioribus lib.3.c.15.n.14.& lib.9.c.22.nu.26.& lib.11.c.12.nu.35.

Contigit illis enim illud veri prouerbij, canis reuersus ad suum vomitum, & sus lota in volutabro luti.lib.2.c.3.nu.14.

Ex epistola Ioannis 1.

Cap. 1. *Quod fuit ab initio, quod vidimus oculis nostris & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ.lib.2.c.4.nu.1.*

Si dixerimus quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.lib.3.c.22. nu.20.21.lib.7.c.4.nu.19.

Si confiteamur peccata nostra, fidelis est Deus, & iustus, & remittet peccata nostra.lib.3.c.22.num. 20.21.

Cap. 2. *Filioli mei, hæc scribo vobis, vt non peccetis, sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem, Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris tamen, sed etiam pro totius mundi.lib.3.c.14.nu.35.& cap. 14.nu.22.*

Et in hoc scimus, quoniam cognouimus eum, si mandata eius obseruamus, qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est, & veritas non est in eo.lib.6.c.3 nu.20.

Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare.lib.1.c.12.nu.53.& lib.3. c.8.nu.7.8.& lib.3.c.15. nu.19.lib.11.cap.13. nu.1.2.

Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit, in tenebris est vsque adhuc.lib.1.c.13. nu.51.53.

Si quis diligit mũdum, charitas Patris non est in eo. lib.1.c.17. nu.15.& c.18.nu.21.

Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. lib.1.c.17.nu.15.& c.18.nu.21.& cap.5. nu.10.& lib.2.c.17.nu.6.lib.11.c.12. nu.29.& c.13.nu.1.2.

Quoniam omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.lib.4.cap.31.num.22.& lib.11.cap.13. nu.1.2.

Filioli nouissima hora est. lib.1.c.16.nu.2.

Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis; quia si fuissent ex nobis, permansissent vtique nobiscum. lib.6.c.3.nu.7.

Sed vos vnctionem habetis a sancto, & nostis omnia. lib.16.c.12.nu.51.

Cap. 3. *Charissimi nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus.lib.14.c.9.num.6.*

Quoniam videbimus eum sicuti est.lib.2.c.1.nu.23.

Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit. lib. 1.cap.15.num.21.

Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. lib.1. cap.15. num.22.

In hoc cognoscimus charitatẽ Dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit; & ita nos debemus animas nostras ponere pro fratribus nostris. lib. 1.c.16.nu.2.

Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo; quomodo charitas Dei manet in eo? lib. 1.c.16.nu.2.

Filioli mei non diligamus verbo, neque lingua, sed opere, & veritate. lib.1.c.16.nu.2.& lib.5.c.10. nu.59.

Charissi-

Charissimi si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quidquid petierimus, accipiemus ab eo. lib. 1. c. 16. num. 3. & lib. 13. c. 5 nu. 15.

Et hoc est mandatum eius, vt credamus in nomine filij eius Iesu Christi, & diligamus alterutrum, sicut mandatum dedit nobis. lib. 6. c. 3. nu. 20.

Cap. 4. *Charissimi nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sint.*

Charissimi diligamus nos inuicem, quia charitas ex Deo est. lib. 3. c. 2 nu. 38.

Qui non diligit, non nouit Deum, quoniam Deus charitas est. lib. 3. c. 2. nu. 38.

In hoc est charitas, nõ quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos lib. 1. cap. 11. nu. 3. lib. 2. c. 13. nu. 35. lib. 3. c. 5. num. 49. 50. 51. lib. 7. cap. 9. num. 13. 17. & libro. 12. cap. 2. num. 14.

Charissimi sic Deus dilexit nos, & nos debemus alter vtrum diligere. libro. 3. cap. 5. num. 49. 50. 51.

Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. lib. 1. c. 12. nu. 58. & lib. 3. c. 2. nu. 25.

In hoc perfecta est charitas Dei nobiscum, &c. vt fiduciam habeamus in die Iudicij, quia sicut ille est, & nos sumus. lib. 9. c. 9. num. 61. lib. 17. c. 3. num. 25.

Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem. lib. 1. c. 2. nu. 11. & c. 9. num. 12.

Quia timor pœnam non habet, qui autem timet, non est perfectus. lib. 17. c. 3. nu. 10. 23.

Qui enim non diligit fratrem suum, quem videt; Deum quem non videt, quomodo potest diligere? lib. 1. c. 15. nu. 18.

Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est. libro. 16. cap. 12. num. 58.

Cap. 5. *Quoniam tres sunt qui testimonium dant in cœlo, spiritus, aqua, & sanguis. libro. 7. cap. 8. num. 34. 35.*

Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem petat, & c. est peccatum ad mortem, non pro illo dico vt roget quis. lib. 5. c. 8. num. 13. & lib. 14. c. 8. nu. 10.

Mandata eius grauia non sunt. libro. 3. cap. 2. num. 27.

Totus mundus in maligno positus est. lib. 2. c. 8. num. 22. 25. & cap. 9. num. 32. & lib. 11. cap. 12. num. 21.

Ex libro Apocalypsis.

Cap. 1. *Qvi dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. lib. 1. c. 25. nu. 3.*

Et vidi septem candelabra aurea, & in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis, vestitum podere, & præcinctum ad mamillas zona aurea, & c. lib. 1. c. 9. nu. 9. & c. 2 æ. n. 10. & lib. 3. c. 9. nu. 31.

Et pedes eius similes aurichalco. lib. 5. c. 5. nu. 9.

Cap. 2. *Memor esto itaque vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac. lib. 5. c. 8. nu. 13.*

Scio vbi habitas, vbi sedes est satanæ, tenes nomen meum, & non negasti fidem meam sed habeo aduersus te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam. qui docebat Balach mittere scandalum, coram filijs Israel, edere, & fornicari & c. lib. 9. c. 19. nu. 13. & lib. 16. c. 8. nu. 2.

Noui opera tua, & fidem, & charitatem, & ministerium, & patientiam tuam, & opera tua nouissima plura prioribus, sed habeo aduersum te pauca, quod charitatem tuam pristinam reliquisti. li. 14. c. 9. nu. 3.

Hæc dicit, Amen testis fidelis, & verus, qui, &c. Cap. 3.

scio opera tua, quia neque frigidus, neque calidus es, vtinam frigidus esses. sed quia tepidus es incipiam te euomere ex ore meo. lib. 18. c. 11. nu. 25.

Dicis, quia dines sum, & locupletatus, & nullius egeo, & nescis, quia tu es miser, miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. lib. 3. c. 4. num. 20. & lib. 4. c. 28. nu. 22. & lib. 8. c. 6. num. 12. & lib. 18. c. 7. nu. 21.

Ego quos amo, arguo, & castigo. lib. 5. c. 9. num. 16. 20. 21.

Ego sto ad ostium, & pulso; si quis aperuerit mihi ianuam, & audierit vocem meam, introibo ad illum, & cenabo cum illo, & ipse mecum. lib. 4. c. 4. nu. 3. & c. 5. nu. 38. & lib. 4. c. 19. nu. 12.

Et iris erat in circuitu sedis, similis visioni smaragdinæ. lib. 3. cap. 5. num. 59. Cap. 4.

Et de throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua. lib. 11. c. 6. nu. 83.

Viginti quattuor Seniores sedentes, & c. lib. 1. c. 23. nu. 34.

Et in circuitu sedis quattor animalia plena oculis ante, & retro. lib. 3. c. 9. nu. 32.

Et procidebant viginti quattuor Seniores ante sedentem in throno, & c. & mittebant coronas suas ante thronum. lib. 18. c. 1. nu. 33.

Et vidi in dextera sedentis librum scriptum intus, Cap. 5.

& foris, signatum sigillis septem. lib. 3. c. 9. nu. 13.

Et nemo poterat neque in cælo, neque in terra, neque subtus terram aperire librum, neque respicere illum. lib. 11. c. 6. nu. 86.

Et ecce equus albus, & qui sedebat super eum, habe Cap. 6.

bat arcum, & data est ei corona. lib. 3. c. 9. num. 33. 32.

Vindica Domine sanguinem nostrum qui effusus est. lib. 15. c. 1. nu. 6.

Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare Cap. 7.

nemo poterat ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, stantes ante thronum, & palmæ in manibus eorum. lib. 16. c. 5. nu. 6.

Non esurient, neque sitient amplius, nec cadet super illos sol, & c. absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum. lib. 2. c. 1. nu. 15.

Væ, væ, væ, habitantibus in terra. lib. 9. c. 14. num. 4. 7. & c. 18. nu. 4.

Et cum aperuisset sigillum septimum, factum est silen Cap. 8.

tium in cælo quasi media hora. lib. 4. c. 2. num. 9. 10. & lib. 2. c. 4. nu. 23.

Ascendit fumus aromatum in conspectu Domini de manu Angeli. lib. 1. c. 2. nu. 19.

Potestas eorum in ore, & in caudis eorum erat. lib. Cap. 9.

9. c. 9. nu. 73.

Et accepi librum de manu Angeli, & deuoraui illũ,

& erat

& erat in ore meo tamquam mel dulce, & cum deuoraßem eum, amaricatus est venter meus. lib. 5. c. 8. nu. 10. lib. 18. c. 2. nu. 47.

Cap. 12. *Et signum magnum apparuit in cælo; mulier amicta sole & luna sub pedibus eius & in capite eius corona duodecim stellarum. lib. 1. c. 23. nu. 19. & lib. 3. c. 7. nu. 17. lib. 11. c. 6. n. 31. 63. 66. 67. 68. 69.*

Et ecce draco magnus rufus habens capita septem, & cornua decem. lib. 4. c. 30. nu. 10.

Et factum est prœlium magnum in cælo, Michael, & Angeli eius prœliabantur cum dracone, & draco pugnabat, & angeli eius, & c. lib. 2. c. 8. nu. 20.

Et non prœualuerunt, nec locus est inuentus eorum amplius in cælo & c. & proiectus est draco ille, & c. & angeli eius missi sunt cum illo. lib. 2. c. 8. num. 20.

Cap. 14. *Et vidi, & ecce agnus stabat supra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quattuor millia habentes nomen eius, & nomen Patris eius scriptũ in frontibus suis. li. 2. c. 3. n. 7. & lib. 3 c. 13. num. 14. lib. 18. c. 6. nu. 22. 23. & lib. 16. c. 7. nu. 5.*

Et vocem quam audiui, sicut citharœdorum citharizantium in citharis suis. lib. 9. c. 6. nu. 20.

Et cantabant quasi canticum nouum ante sedem, & ante quatuor animalia, & seniores, & nemo poterat dicere canticum nisi illa centum quadraginta quattuor millia, qui empti sunt de terra. lib. 18. c. 6. nu. 21. 22.

Hi sunt qui cum mulieribus non sunt, coinquinati, virgines enim sunt hi sequuntur agnum, quocumque ierit. lib. 2. c. 3. nu. 7. & lib. 3. c. 13. nu. 14. & lib. 8. c. 5. nu. 16. lib. 11. c. 6. nu. 41. lib. 16. c. 7. n. 5. lib. 18. c. 6. nu. 21. 22. 23.

Beati mortui qui in Domino moriuntur. lib. 2. cap. 2. num. 28.

Amodo iam dicit spiritus, vt requiescant a laboribus suis. lib. 18. c. 17. nu. 6.

Opera enim illorum sequuntur illos. lib. 4. c. 1. n. 52.

Cap. 17. *Aquæ multæ populi multi. lib. 1. c. 25. nu. 5. lib. 16. c. 4. nu. 21.*

Cap. 18. *Exite de illa populus meus, vt ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis. lib. 11. c. 12. nu. 16.*

Quantum glorificauit se, & in delitijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum. lib. 9. c. 3 nu. 19.

Cap. 19. *Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei, quia venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se, & datum est illi vt cooperiat se byssino splendenti, & candido, byssinum enim iustificationes sunt sanctorum. lib. 3. c. 1. nu. 23.*

Est vidi cœlum apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum, vocabatur fidelis, & verax, & cum iustitia iudicat, & pugnat. lib. 1. cap. 21. nu. 1.

Et oculi eius quasi flamma ignis, & super caput eius diademata plurima, & c. in ipso percuteret gẽtes. lib. 3. c. 13. nu. 16. & lib. 1. c. 21. nu. 1. & lib. 4. c. 20. nu. 4.

Cuius nomẽ est Verbum Dei, & exercitus qui sunt in cælo, sequebantur eum in equis albis induti byssino albo, & mundo. lib. 4. c. 20. nu. 4.

Et *vidi angelum descendentem de cælo, habentem* Cap. 20.

clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua, & apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est diabolus & satanas, & ligauit eum per annos mille, & misit eum in abyssum, & clausit, & signauit super illum, vt non seducat gentes amplius donec finiantur mille anni, & post hoc oportet illum solui modico tempore. lib. 2. c. 8. 30. 35. 36. 39. & lib. 3. c. 27. nu. 4. 5.

Et vidi sedes, & sederunt super eas, & iudicium datum est illis. lib. 3. c. 22. nu. 17.

Et animas decollatorum propter testimonium Iesu, & propter verbum Dei, & qui non adorauerunt bestiam, neque imaginem eius. lib. 12. c. 4. nu. 15.

Et cũ consummati fuerint mille anni, soluetur de carcere satanas, & exibit, & seducet gentes quæ sunt super quattuor angulos terræ, Gog & Magog, & c. lib. 9. c. 9. nu. 46.

Et vidi mortuos magnos, & pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt, & alius liber apertus est qui est vitæ, & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum. lib. 9. c. 9. nu. 44. 45. & lib. 5. c. 13. nu. 21. & lib. 9. c. 9. nu 31.

Et infernus & mors missi sunt in stagnum ignis. lib. 2. c. 5. nu. 20.

Et ego Ioannes vidi sanctam ciuitatem Ierusalem Cap. 21.

descendẽtem de cælo, adeo paratum, sicut sponsam ornatam viro suo, & audiui vocem magnam de throno dicentem, ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cũ eis, & ipsi populus eius erunt, & ipse Deus eorum erit cum eis. lib. 5. c. 3. nu. 12. 14.

Et absterget Deus omnẽ lachrymam ab oculis eorũ, & mors vltra nõ erit eis, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quæ prima abierunt. lib. 2. c. 1. nu. 5. 6. 39. & c. 4. nu. 22. & lib. 10. c. 2. nu. 14.

Timidis, autem, & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idolatris, & omnibus mendacibus pars illorum erit in stagno ardenti igne, & sulphure, quod est mors secunda lib. 2. c. 7. nu. 11.

Ipsa vero ciuitas aurum mundum simile vitro mundo. lib. 1. c. 25. nu. 10.

Et ciuitas non eget sole neque luna, nam claritas Dei illuminauit eam, & lucerna eius est agnus. lib. 2, c. 1. nu. 1. 14. & lib. 3. c. 17. nu. 22.

In medio plateæ eius, & ex vtraque parte fluminis Cap. 22.

lignum vitæ, afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum. lib. 2. c. 1. nu. 14. & lib. 3. c. 11. nu. 34. & c. 17. nu. 22. & lib. 5. c. 3 nu. 14.

Ego sum Alpha, & Omega initium, & finis. lib. 1. c. 19. nu. 1.

FINIS.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

ETsi Argi illius oculis præditi essent, qui Typographiæ operam dant, in excudendo errata committerent ob multas & varias causas, quas longum esset in præsenti percensere. In hoc igitur opere sicut in alijs operibus errata insigniora ante Lectoris oculas proposuimus, ut ex ipsis benevolus Lector alia similia corrigat. Volui autem ipsum admonitũ esse, auctorem in citandis testimonijs Sanctorum usum fuisse editionibus ipsorum Sanctorum castigatioribus, utpote Romanis, in sanctis Hieronymo, Ambrosio, Gregorio, sed errore, qui facilius committi solet in numerorum notis, volumina Sanctorum aliter quàm legantur in his editionibus castigatioribus citari.

Errata sic corrigito.

Pag. 1. col. 1. lin. 5. videtur indisciplinata, leg. indisciplinata videtur.
p. 1. c. 1. l. 22. timor, leg. vel timor.
p. 6. c. 1. l. 55. erpulit, leg. expulit.
p. 7. c. 1. l. 22. præscriptione, leg. proscriptione.
p. 8. c. 2. l. 49. sine, leg. siue.
p. 11. c. 1. l. 47. inuecturus, leg. inuehendus.
p. 12. c. 1. l. 43. cœtus, leg. cetus. 45. vtatur, leg. utebatur.
c. 2. l. 1. uos, leg. nos.
p. 15. c. 1. l. 2. qui commonitorius, leg. in eo qui commonitorius.
in marg. nu. 47. disserent, leg. disserens.
p. 21. c. 2. l. 8. intret, leg. inhiet.
p. 25. c. 2. l. 31. obligatus, leg. obligans, l. 43. consumitis, leg. consuetis.
p. 30. c. 2. l. 24. si, leg. sit, l. pen. fons, leg. frons.
p. 31. c. 2. l. 46. ueste, leg. reste.
p. 59. c. 2. l. 54. auidus, leg. auidius.
p. 45. c. 1. l. 35. slios, leg. alios.
p. 46. c. 2. l. 1. astrues, leg. astruens.
p. 47. c. 1. l. 5. constars, leg. constans.
p. 49. c. 2. l. 7. peccatum, leg. pacatum.
p. 51. c. 1. l. 5. nobis, leg. vobis.
c. 2. l. 12. timorem, leg. tumorem.
p. 62. c. 1. l. 5. gregis, leg. greges.
p. 66. c. 1. l. 53. proposuerat, leg. proposuerant.
p. 76. c. 1. l. 24. illudni Iquos, leg. illud, Iniquos.
c. 2. l. 18. perfudis, leg perfidis.
p. 87. c. 1. l. 58. parcens, leg. partiens.
p. 88. c. 2. l. 4. tulerit, leg. tuleris.
p. 89. c. 2. l. 46. uidens, delendum usque ad uidens. l. 61. prodeunte, leg. prodente.
p. 91. c. 2. l. 54. magnificentia odium, leg. magnificentia ædiũ.
p. 102. c. 1. l. 56. dignatus, leg. dignatur.
p. 103. c. 1. l. 56. si, leg. sic.
c. 2. l. 21. sollicitune, leg. sollicitudine.
p. 105. c. 1. l. 52. veteros, leg. veteres.
p. 107. c. 2. l. 42. orbes, leg. orbis.
p. 111. c. 2. l. 21. tamq. leg. tamquam.
p. 112. c. 2. l. 1. indignos, leg. indigos.
p. 114. c. 1. l. 12. diuitijs, leg. diuitis.
p. 115. c. 1. l. 7. hare, leg. habere.
p. 119. c. 1. l. 15. viuit, leg. bibit.
p. 124. c. 1. l. 26. dicat, leg. dicant.
p. 126. c. 1. l. 48. ombes, leg. omnes.
p. 137. c. 2. l. 34. sublimitati, leg. sublimati.
p. 138. c. 1. l. 31. meum, leg. eum. 32. quantus, leg. quantum.
p. 142. c. 1. l. 4. laboris, leg. labores.
p. 147. c. 2. l. 7. si mutuatur, leg. si nutriatur.
p. 148. c. 2. l. 32. si, leg. sic.
p. 163. c. 2. l. 62. longei, leg. longe.
p. 164. c. 1. l. 7. sed, leg. scilicet, 22. inueniamus, leg. inueniamur.
c. 2. l. 63. crudelitatem, leg. credulitatem.
p. 165. c. 1. l. 7. probandi, leg. probanda.
p. 177. c. 1. l. 27. capieris, leg. caperis.
p. 184. c. 2. l. 55. vnus, leg. vnius.
p. 187. c. 2. l. 22. conuersus, leg. conuersum.
p. 215. c. 2. l. 28. timida, leg. timidam.
p. 219. c. 1. l. 8. plantationis, leg. plantationes.
p. 220. c. 1. l. 41. qria, leg. quia.
p. 221. c. 1. l. 21. profuisse, leg. posuisse.
p. 228. c. 1. l. 14. nobis, leg. vobis.
p. 237. c. 2. l. 30. domum, leg. donum.
p. 243. c. 2. l. 26. corrumpi-dem, leg. corrumpitur quidem.
p. 247. c. 2. l. 38. coruscationem, leg. coruscatione.
p. 250. c. 1. l. 62. cædens, leg. cedens.
p. 265. c. 1. l. 11. quam, leg. quem.
p. 268. c. 2. l. 15. qutao, leg. quanto.
p. 269. c. 1. l. 45. corripiat, leg. corripias.
p. 278. c. 1. l. 9. leuauit, leg. leuabit. 2. l. 6. tenuerint, leg. tenuerit.
p. 284. c. 1. l. 31. minor actus, leg. minoratus.
p. 285. c. 2. l. 52. conuictio, leg. coniunctio.

REGESTVM.

A

★ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sss Ttt Vuu Xxx Yyy.

a b c d e f g h i k l m.

Omnes sunt Terniones, præter Yyy, quod est Quaternio.

ROMAE,
Ex Typographia Gulielmi Facciotti
M. D. XCVI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

REGESTVM.

ROMAE,
Ex Typographia Guidonis Baccioti,
M. D. XCVI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca